4 damno infec. † Sed solutionem habes ad istam Rubr. ex his quae Iason hic dixit. Quia ablatiui absoluti faciunt conditionem, quando super incertum caderent, sed non quando super certum, quia tunc nō facerent conditionem. & ita Bal. in l. 2. in
5 11. oppo. ff. de leg. 2. & istud suadetur secundum illam opinionem, quae est, q̄ mors nō facit dispositionem conditionalem, de quo per glo. in l. si pupillus. §. qui sub conditione. ff. de nou. Haec declaratio non placet. Quia si ablatiui absoluti super incertum apponerentur, id non esset, quia ablatiui absoluti, sed quia super incertum, quod est contra illam regulam, quae est q̄ ablatiui absoluti faciunt conditionem l. a testatore. ff. de condi. & demon. cum vulg. Nec verum est dicere, certum esse matrimonium solui imò incertum l. cū nobilissimi §. illud. C. de praescrip. 30 ann. ibi, in matrimonijs in quibus redhibitio dotis vel ante nuptias donationis in diem incertā mortis vel repudij differri solet. & Bart. in l. 1. col. 1. ff de condi. & demō. dixit diem mortis inducere cōditionē per tex. in l. quibus diebus. §. quidā Titio ff. de cōdi. & demon. & sic mors facit dispo
6 sitionem conditionalem. † Secundo modo dici potest, q̄ ablatiui absoluti, de quibus in ista Rub. stant in vim causae finalis, id est solu. matri. q̄ dos petatur, & sic denotēt istam causam fi. & q̄ solu. matri. dos petatur, facit tex. in l. cum quęrebatur. ff. de verb. signi. & l. 2. ℑ. tit. nostro. & ideo nimirum si conditionem nō faciunt, facit quod vo. it Bal. in l. 1. in 1. oppo. C. quādo nō
7 peten. partes. Bal. in l. 1. col. fi. in ver. 5. C. de lib. praete. † & ideo Bar. in l. 1. col. 1. ff. de condi. & demon. dixit causam finalem cōditionem non facere, & ideo non est mirandum, si isti ablatiui absoluti soluto matri. de quibus in Rub. nostra, si non faciunt conditionem. & propterea Bar. in l. a testatore. ff. de cōdi. & de
8 mon. voluit ex natura rei conditionem non facere. † Sed ad istud dici potest, quia licet stet vt causa finalis tamen causa finalis facit conditionem saltem tacitam, vt per Roma. in cōsil. 134 incipien. pro declaratione. col. 1. per tex. in l. a Titio. ff. de verb. oblig. & per tex. in l. cum his. §. si mulier. ff. de cōdi. indebi. facit, quod voluit Bart. in l. Titio centum. §. Titio. ff. de condi. & demon. vbi voluit, legatum dotis cōditionale dici. s. si nupserit. Quia dos datur propter matrimonium l. 1. ℑ. tit. nostro l. si pater. ff. de iur. doti. & l. 1. ff. pro dot. & sic illa causa finalis resoluitur in conditionem. & ita erit in casu nostro dicendum. Sed obstat, si causa finalis facit tacitam & non expressam conditionem, nihil in casu nostro cū nos sequamur de expressa. vt per Bart. in l. 1. in 7. q. ff. de condi. & demon. & ita alij communiter vbi ablatiui absoluti expressam conditionē faciunt. Ex hoc falsa erit decisio Ias. hic in 2. lec. inquantum voluit ablatiuos absolutos facere conditionem tacitam per doct. Pau. de castr. in l. in ratione. §. tam & si fi. ff. ad leg. fal. Praeterea si resoluuntur de futuro, ergo expresse faciunt conditionem l. cum ad praesens.
9 cum seq. ff. si cer. pet. † Sed ad istud de causa finali est aduertendum, q̄ a si id esset, q̄ stet vt causa finalis, non erit q̄ a est ablatiuus absolutus, cū ita quod, esset, & si ablatiui absoluti non essent, sed ex eo, quia causa finalis, vt constat in iuribus s. alleg.
10 † Sed doctri. Bartol. & Bald. in l. 1. C. quando non peten. par. potest intelligi eo modo, quo loquitur s. in causa finali de praeterito vel de praesenti, quo casu non damus conditionem proprie loquendo l. cum ad praesens. ff. si cer. pet. Sed in casu d. cō. si Roma. est quando de futuro, quo casu facit cōditionem expressam, sed non tacitam, vt ipse voluit. facit text. in l. cum ad
11 praesens cum seq. ff. si cer. pet. † Tertio modo dici potest quod in ista Rubr. dicti ablatiui absoluti important modum seu dispositionem, cū aliquando ablatiui absoluti id importent. ideo non faciunt cōditionem l. facta. §. rescripto. ibi. accepta a Titio pecunia. iunc. fi. illius. § ff. ad Trebel. & ibi no. per Alb. & facit tex. in l. de submersis. in ver. naucularios submersio. C. de naufra. lib. 11. & l. creditor la. 2. §. fi. in ver. pecunia autem soluta. & ibi glo. ff. qui potio. in pig. habeā. & l. fideicommissa. §. cū esset. ff. de leg. 3. & l. 2. §. videndum. ff. ad Tertul. & sic hic important modū. l. dos peti debeat soluto matrimonio. & hoc est de mente Imo. & Alexan. hic in gl. in verb. quemadmodum. Sed hoc declaratio confunditur ex regula s. tradita, quae est, q̄ ablatiui
12 absoluti faciunt conditionem. † Vnde considerandum est, q̄ in casu d. l. facta. §. rescripto. magis videtur importare conditionē, quàm implementum seu modū. alias non consequeretur fideicommissum ibi nec cōmodum medij temporis vt ibi in tex. & hoc apparet in d. §. rescripto in verb. idem ius vbi de est in dispositione simpliciter cōditionali & est idem casus prout in l. a testatore. ff. de cōdi. & demon. in si gravius est in persona principalis, cui est relictum. l. in d. §. rescri pto. at in l. a testato-
13 re est in persona heredis, tamen per eadem verba. † Nec obstat tex. in d. l. fideicōmissa. §. cum esset. ff. de lega. 3. quia licet doct. intelligant ibi inducere dispositionem, tamen dici potest conditionem importare, vbi fuit rogatus restituere fideicommissum accepta certa quantitate & sic in illis verbis probatur cōditionem facere. & licet sit fideicōmissum, tamen dicta verba faciunt conditionem l. a testatore. ff. de condi. & demō. & est de mente Bart. in d. l. a testatore. Vel potest dici, q̄ fideicommissum in d. §. cum esset. quia illud est ex natura rei. facit quod voluit Barto. in d. l. a testatore. & ita etiam Alexand. in consi. 130 incipien. viso titulo q. col. 7. in 2. volum. Vel dic potest, ex quo in d. §. cum esset verba illa prolata fuerunt per ablatiuum absolutum ab eo, qui potest disponere, tunc talis ablatiuus inducit dispositionem, ita Barto. in l. 2. §. si. ff. ad Tertul. Sed haec mihi non satisfaciunt. quia in d. §. cum esset. est idem casus qui in d. l. a testatore. ff. de condi. & demō. & tamē voluit

ibi

ibi facere conditionem. ita est [illegible] in d. §. cũ esset. & ideo
Bal. in d. §. cũ esset. voluit, quod isti ablatiui absoluti facerẽt
conditionem, & haberent vim fideicommissi, vt ibi per eum.
& ita magis erit dicendum. cum regula sit, ꝙ ablatiui absoluti
faciunt conditionem. Nec obstat tex. in l. creditor. §. fin. ff. qui
pot. in pign. hab. quia ibi hæc verba, soluta pecunia, faciunt cõ-
ditionẽ idest, si soluta pecunia fuerit, vt ex se apparet. & sic ibi
important conditionem, licet etiam dispositionem. facit text.
pro ista declaratione in d. §. cum esset. & ibi Bald. & fari est de
mente Barto. in d. l. a testatore. Nec ob. tex. in l. 2. §. videndum.
ad Tertul. quia potest dici quòd illi ablatiui, matre prohibita
ius suum vendicare, ex natura rei non important cõditionem,
vt per Bart. in d. l. a testatore. ff. de condi. & demon. & per Bart.
14 in d. l. 2. §. videndum. † Ex hoc tollitur vna consideratio Iaso.
hic in 1. lect. inquantum vult, ꝙ isti ablatiui absoluti in contra-
ctu emphyteutico nihil operantur, vt puta si emphyteuta ven
dendo rem emphyteuticam cum clausula, saluo & reseruato
consensu domini, quòd talis contractus non valet. vt per Ca-
noni in c. ea tamen. de iureiuran. & ibi per Ioan. And. D. Ant.
& Imo. quia talis protestatio est contraria facto. Sed quia illud
est ex natura rei, ideo nimirum si dicti ablatiui absoluti non fa
ciunt conditionem, & sic eius natura alteratur propter quali-
tatem adiectam. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de nox. actio. & l.
vbi ita donatur. ff. de dona. causa mortis. Vel potest dici, ex quo
constat de intentione iurisconsulti in dict. §. videndum. ꝙ im-
portent dispositionem, tunc eam importabunt. argumento. l.
in conditionibus. ff. de condi. & demonst. iuncta. l. prospexit. in
15 princip. ff. qui & a qui. † Præterea considera, quia Barto. in l. ab
emptione. ff. de pact. dixit, quòd ablatiui absoluti magis im-
portant conditionem, ꝗ dispositionẽ sed bene vult magis con-
ditionem, & etiam simul vtrunque. vt per Bald. in l. fideicom-
missa. §. cum esset. ff. de lega. 3. & de mente Barto. in l. a testato-
re. ff. de condi. & demon. Ex his satis apparet, quòd ablatiui ab-
16 soluti regulariter faciunt conditionem. † Quarto modo nouis-
si. Parpalia hic respondet, quòd isti ablatiui absoluti sunt pro-
lati a lege, & natura legis est dare formam futuris l. leges & cõ-
stitutiones. C. de lega. 1. & l. fin. C. de pigno. & l. iubemus in fin.
C. de testa. Barto. in l. omnes populi in 2. q. 5. q. principa. ff. de
iusti. & iure. tex. cum glo. in l. 1. ff. de condi. ex leg. & cap. si. de
consti. & sic isti ablatiui absoluti, soluto matrimonio, resoluũ-
tur, si solutũ erit, vel fuerit, & sic faciunt conditionem. & ita ẽt
17 nouissi Bonoñ. hic eo tacito. Sed † ad illud dici potest, vt alias
hic Bonoñ. in circulis dicebam, quòd si ita est, quòd natura le-
gis sit dare formam futuris, id non erit, quia ablatiui absoluti,
sed quia est lex. quo fit & si in alio casu quàm per ablatiuũ ab-
solutum verba essent cõcepta, idem esset, cum de natura legis
sit dare formã futuris, non quia ablatiui absoluti & sic acquie-
uerunt huic considerationi. Præterea ista consideratio † quòd
18 ablatiui absoluti prolati sint a lege, non satisfacit ex alio, quia
quando proferuntur a lege, nõ faciunt conditionem sed dispo
sitionem. ex quo proferũtur ab eo, qui potest disponere. vt per
Bar. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertull. Nec ob. si diceres, nonne
proferuntur a lege in l. ab emptione. ff. de pact. & in l. a testato-
re. ff. de condi. & demon. vt replicabat ille bonus doct. quia di-
cebam, non proferuntur a lege simpliciter, sed referunt factũ
hominis, circa illud postea lex determinat, vt constat in d. ll. &
alijs allegatis in materia. Sed contra hoc facit text. in §. rursus.
ibi, rescissa vsucapione insti. de act. vbi resoluuntur dicti ablatiui
in conditionem, si prius rescindatur vsucapio. ita Iaso. & Co-
mectus ibi. Sed ad istud dicerẽ, ꝙ ibi important determinatio-
nem iuris, & sic dispositionẽ. i. ꝙ prius debet vsucapio rescin-
di, antequàm agatur, cum ibi sint prolati a legislatore, & sic ab eo,
qui potest disponere, vt dictum est supra. & sic in hoc errarũt.
19 † Præterea considera, si ablatiui absoluti, de quibus in ista rub.
deberent exponi, vt Ias. fecit. i. si solutum sit vel fuerit, sequere-
tur ꝙ intra prædicta, quæ loquuntur de soluto matrim. locum
haberent in matrimonio de præsenti vel de præterito soluto,
20 non de futuro, † quia quando conditio de præsenti est falsa tẽ-
pore dispositionis, licet possit in futurum adimpleri, nũquam
pro impleta haberi debet. Bald. in l. in 10. oppo. C. de instit. &
substi. l. cum in secũdo. ff. de iniust. rupto; testa. ibi, ꝙ si pñens.
vbi conditio de præsenti si nõ sit, non rumpit testamentũ, licet
existere potuisset, ergo eodem modo in casu nostro. & ideo vt
cesset istud inconueniens, intelligi debet dispositiue in matri-
monio soluto ex natura & ex dispositione legis, declarando vt
s. declaraui. Ex hoc apparet nõ obstare, si diceres, si hoc est ne
sequatur inconueniens, non est ex eo, quia ablatiui absoluti fa-
ciunt cõditionem, sed propter illud, ne incõueniens sequatur.
& ita nouissi. Bonoñ. quia vt vides, ablatiui absoluti prolati a le-
ge in eius dispositione non faciunt conditionem, & illud incõ
ueniens consideratur in hoc, & non ꝙ faciant conditionẽ. sed
21 dispositionem. † cũ natura legis sit disponere de futuro, & si sit
concepta per verba de præterito, vel de præsenti, vt per Bar. in
l. [illegible] in prin. ff. de [illegible] cũ lex semper loquatur, & cõ-

prehendit casum contingentem l. artiani. C. de hære. & mani.
& est de mente Bar. in l. leges. C. de legi. & ideo dato & non cõ
cesso ꝙ isti ablatiui absoluti resoluerẽt de præterito & de præ-
senti, & de futuro etiam deberent resolui, cũ a lege sint pro la-
ti, ideo & c. vt constat ex his, quæ dicta sunt. Ex his apparet om-
nino resolutionem esse fiendam de futuro, & si prolati a lege,
in hoc Iaso. male loquitur. licet non ex natura ablatiui, quia a
lege. ex quo solum volebat resolutionem fieri de præterito &
de præsenti, & non de futuro. Quinto modo considero, ꝙ ista
rub. sol. mat. & quemadmo. dos peta. respicit petitionẽ, & sic
ordinationem petitionis dotis, licet per verba de præterito, ta-
men etiam futurum comprehendunt. vt per Bart. in l. omnes
populi. in 13. col. ff. de iusti. & iure & per Bartol. & alios in l. le
ges & cõstitutiones. C. de leg. & l. 2. in prin. iuncto. §. fi. C. de in
ra. calum. & istud est de mẽte Are. hic col. 4. licet ad aliud pro-
positum. nec istud est quo ad ablatiuos absolutos, sed ex alio,
propter ordinationem petitionis, & ideo dicti ablatiui nõ ope-
rantur suam naturam. & sic propter aliud. argumento. l. vbi ita
donatur. ff. de dona. causa mor. & sic demonstrat petitionẽ do
tis, qualiter auctor intẽdit de ea tractare in ipso nigro. cũ rub.
stet ad istud demonstratiue, vt per Io. Fab. in rub. insti. de act.
facit tex. in l. regula. §. fi. ibi, initium constitutionis. ff. de iur. &
facti. igno. & sic solũ demonstrat, quod auctor intẽdit. nec ali-
ter põt intelligi. Sed propter hoc incidimus in illa difficulta-
te, an demonstret vel disponat, vt per doct. in rub. insti. de
actio. Ex premissis apparet aliam declarationem Iaso. hic in 2.
lectu. non procedere, quia hic non faciunt conditionem, quia
materia subiecta hoc suadet, & subiecta materia multum ope
ratur l. si vno. cum glos. ff. loca. Potest tamen dici, quòd subie-
cta materia suadet nõ facere conditionem, quia prolati a lege
22 in actu legis, vt dictum est supra † Sed stantibus prædictis quo
ad istam rub. quærendum est, an ablatiui absoluti faciant con-
ditionem ex iam dictis satis apparet qualiter illa difficultas de-
beat declarari, tamen quia aliqui obstant quæ deducuntur per
Iaso. ideo re[illegible] est de veritate Et in primis facit text. in l.
qui fidem. ff. de transa. ibi, rato manente pacto, vbi dicti ablati-
ui absoluti stant dispositiue, & nõ faciũt conditionem. & sic si
aliquis transactioni contrauenerit, soluat pœnam, tamen pa-
ctum ratum maneat. & idem allegat text. in l. cum stipulatus
sim. ff. de verb. obli. & Bartol. ibi voluit, quòd illa verba, arbi-
trio meo, non faciant conditionem, & tamen sunt ablatiui ab-
soluti. Sed ad d. l. qui fidem. potest respondere, quòd ibi non fa-
ciunt cõditionem d. ablatiui absoluti, quia fuerunt adiecti exe-
cutioni facit, quod voluit Alexan. in consi. 330. incip. viso titu.
cola. 7 in 2. volu. & quod voluit Bar. in l. 1. in 7. q. ff. de condi. &
demon. Alio modo respondet Iaso. hic in 2. lec. ꝙ ibi ablatiui
absoluti dispositiuę erãt positi, ideo nõ faciũt cõditionem. per
doc. B[illegible] in [illegible] C. [illegible] nõ per partes. & sic disponũt. i. pa
ctum remanẽte rato. Sed magis præcedens solu. mihi placet, vt di
cantur adiecti executioni [illegible] soluatur rato manẽte pa-
cto. Nec ob. tex. in l. cum stipulatus sim. quia dicti ablatiui abso-
luti respiciunt certũ tempus, & tũc cõditionẽ nõ faciũt vt ibi
per Bar. & per Barto. in d. l. 1. in 7. q. dum allegat. l. qui viam. ff.
de pret. & com. rei ven. & eodẽ mõ potest respondere ad d. l. q
fidẽ. cũ respiciat certũ tempus. scilicet tẽpus cõtrauentionis, &
eodẽ mõ hic ad rub. nostrã. s. tẽpus soluti matrimonij. & sic tẽ-
pus certũ an, sed nõ qñ, vt per Bar. in l. 1. ff. de cõdi. & demõ, &
ita dicebat ille scholaris dñs Antonius heri vesperi ad d. l. qui
fidẽ. & ad rub. nostrã. Sed ego dicebã, ꝙ ex quo damus incer-
titudinẽ respectu mobiem[illegible] a principio, & ẽt i morte, & sic
ista solutio nõ valet, vt cõstat ex his, quæ dixi. s. Præterea con-
sidera, q in casu d. l. cũ stipulatus sim. & l. qui fidẽ. certa decla-
ratio præcessit, tũc nõ faciant conditionẽ, vt per Bar. in l. cũ sti-
pulatus. de verb. obl. Secundo facit tex. in l. 1. in fin. ff. de leg. 2.
ibi, arbitrio tutorum ibi est ablatiuus absolutus, & tñ non im-
23 portat conditionem. † Ad illud dici pot. ꝙ nõ important cõ-
ditionẽ, cũ sit expressum & natura rei hoc nõ patitur. argumẽ
to. l. plenũ. §. equitii. ff. de vsu & habita. q[illegible] cõsistitur simplici
ter in arbitrio alterius nõ facit conditionẽ, vt ibi in tex. & illud
est speciale, vt ibi dixit Barto. & Bar. in l. si quis arbitratu. col. 2.
ff. de verb. obl. & ibi per Soc. & est rõ quia arbitrũ est semp certũ
quia eo nõ arbitrãte recurritur ad arbitriũ boni viri. vt est tex.
24 in d. l. 1. in fi. Nec obstat † text. in l. de submersis. C. de naufr.
lib. 11. ibi, nauiculario absoluto. vbi dispositionem importat, quia
subiecta materia id suadet, ne frustratoria sit illa lex, & ita etiã
Iaso. in 2. lect. intelligit rubr. nostram. Sed ita dicere, hoc vult
subiecta materia, omnia cõtraria cessarent, quod absonũ esset
vnde dici debet. ꝙ illi ablatiui absoluti respiciunt executionẽ
ideo non faciunt conditionem vt constat ex his quæ dixi supra
Vel dici potest, nauiculario absoluto propter vitium iudicis,
sunt ablatiui absoluti prolati a lege, ideo inducunt dispositio-
nem, vt dixi. s. & ita potest respõderi ad l. 2. §. si extraneum. ibi
filio præcedente ff. de vulg. & pupil. vbi inducũt dispositionẽ,
quia a lege prolati. Ex hoc apparet, ꝙ Ias. in d. §. si extraneum,

& hic in 2. lectu. male dixit ibi illud esse ratione frequētis vsus. et ita etiam dicunt nou. sss. Bonon. et credo q̄ ille text. sit mendosus dum dicit, filio præcedēte, vellet dicere, filio prædecedēte, et sic institutio de dicto filio valeret, alias non, cum filius esset præteritus. l. filio præterito. ff. de iniusto rupt. testa.

25 † Nec obstat text. in l. 1. §. deinde. ff. de incend. rui. naufr. ibi, rate naue expugnata. quæ verba inducunt dispositionem, tamen sunt ablatiui absoluti, quia dico id esse, quia sunt prolata a lege, vt sæpe dictū est, et ex hoc apparet q̄ nouiss. Bonon. nō bene intelligūt illum text. dum volūt illa verba referri ad edictum prætoris, de quo in l. in princ. ibi dedisse dicetur, cum denotet futurum cū quadam præteritione & sic regūtur ab illo verbo, ideo important futurum. Ex alio hæc considerato nouiss. Bonon. confundunt, quia si dicta verba de quibus in d. l. 1. §. deinde. sint referenda ad edictum prætoris de quo in dicta l. 1. de incend. rui. naufr. ibi, vt prætor in eum qui ex incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata quid rapuisse, tūc respectu relatiuis verba dicti § deinde, ibi, rate naue. non erunt ablatiui absoluti, sed referri verba ad ēt tradēte cum in edicto sit dictio, ex, & sic erunt supplenda dicta verba, ex rate naue. l. non est notum. cū seq. & l. sed & posteriores. ff. de leg. & l. incerti. ff. de leg. & auth. si quis in aliquo. C. de eden. & sic declaro. d. l. 3. §. deinde. Nec ob. l. si mādato. la 2. § fi. ff. māda. ibi, sequenti mādati id est propter mādatū. & sic illi absoluti faciūt d. spōsiōnē, & n soluuntur propter sequentem mādatū & ideo dicebat Parpa. debere ita exponi in rubr. nostra, propter solutum matrimoniū, qa dici potest, q̄ illi ablatiui absoluti fuerūt prolati a lege in eius determinatione, ideo non faciunt conditionē. Ex hoc apparet, q̄ nouis. Bonon. male dicunt, inquantum volunt facere cōditionem, & sit ac si dixisset, q̄ si sequutū fuerit mandatum debitoris an non nouādi, q̄ creditor agat cōtra fideiussorem, & liberatur debitor, quia vt dixi, non faciunt conditionē.

26 † Nec prædictis obstat tex. in l. nā qd liquidæ. §. fi. ibi, excepto vino. ff. de pe. leg. vbi illi ablatiui absoluti disponunt limitādo. qa nouiss. Bonon. dicūt illud esse, qa subiecta materia hoc patitur. Sed hæc responsio non est multum iuridica dicere, id forte propter subiectam materiam, id magis dicas esse, quia prolata a iureconsulto, & veniunt declaratiuæ, & qui declarat nihil de suo facit. l. ideo. § cum quis. ff. de acquir. rer. domi. Sed rursus contra præmissa facit tex. in l. diuortio. in princ. inf. tit. nostro. ibi, diuortio facto. & sic sunt ablatiui absoluti, & faciunt conditionem, id est si diuortium factum fuerit, & tamen proferuntur a lege. Ad istud dici potest, falsum esse, conditionem facere, sed faciunt dispositionem. hoc est, quando est factum diuortium qualiter fructus diuidantur, & licet comprehendat diuortium futurum, id est ex natura legis. l. leges. C. de legib. Ex præmissis apparet, quod lal. hic male reprehendit Barto. in l. 1. in 7. q. de conditio. & dem onst. licet lason hic in 2. lect. videatur aliter dicere. Præterea Barto. in d. l. 1. non negat participia præteriti temporis absolute posita non importare conditionem & dispositionem, sed dicit, quod est mutabile, q̄ participia præteriti temporis indicant conditionem, quia futurum tempus significant cum quadam præteritione, & sic absolute non important conditionem, & per hæc sic expedita ista difficultas.

27 † vnum tamen not. quia ablatiui absoluti diuersimodè a docto. considerantur, aliquando in vim causæ finalis, aliquando in vim modi, & aliquādo in vim dispositorum terminorū, vt per Bald in l. 1. in 1. op. col. C. qui non pe. partes. & in l. 1. C. de libe. præte. aliquando faciunt conditionem & dispositionem. l. fideicommissa. §. cum esset. & ibi Bal. ff. de leg. 3. & alijs modis capiuntur, de quibus. §. quæ singula tene menti, quia non sunt degustata a docto.

28 † Nota ex ista rubr. quod dos dicitur soluto matrimonio. & C. eo. tit. & l soluto. inf. eo. cum vulg. sed antequam ad vlteriora deueniam,

29 † pro dicendorum dilucidatione aliqui casus considerari debent. Primus quando nullum matrimonium esset cōtractum de præsenti neque de futuro, tunc dos dici non pōt. l. fi. C. de dona. ante nupt. ibi, sine nuptijs quidem nulla nos. & l. si pater. la 2. ff. de iur. do. ibi, quia nullū matrimonij oneribus seruiat, dos nulla est. & l. si serua. in l. si. ibi, in castrato dicas dotem non esse. ff. de iure do. & l. 2. ff. de inreiu.

30 Secundus casus est, quando nullum matrimonium verum vel putatiuum intercessit, nec sunt sponsalia de futuro, vt hic per doct. & Bal. Nouel. in tract. do. in 1. par. col. 4. vt puta, si pater legasset dotem pro filia nondum nupta, etiā si esset pupilla, tunc dicunt isto casu latissimā dotem esse, quasi sit pro futuro matrimonio destinata, vt per Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero ff. de con. et. & dem onst. & Bar in l. qui pupillum per illum tex. ff. de adult. & in l. non est. ff. de ritu nupt. ibi, nec desponsatam a patre, neque testamento destinatam iuncta l. qui filium. ff. bi pup. edu. deb. ibi, filiæ dotis nomine cum in familia nupsisset, & l. cum vnus. §. fi. ff. de ali. & c. b. lega. ibi, pro modo legate dotis, quam solam pater exhæredate filiæ nubenti dari voluit. & sic pater quod denotat dotem futuram.

31 † Tertius casus est, ante matrimonium contractum post sponsalia de futuro, tunc dicitur quasi dos, & tunc largius l. 1. & Iulia ff. de fund. do. ta. tex. cum gl. in l. 2. in fi. ss. seruit. sponsa. ff. de priuilegiis cred. & l. si sponsa. ff. de iure do. & licet isto casu actio de dote nō cōpetat, tū competit p̄ bisho ob causam, si tunc dos data esset

32 sponso, vt statum fieret dominus, † id autem in dubio præsumēdum actum. l. sotis fructus. in fi. cum seq. ff. de iur. do & l. 1. § 1. ff. pro do. & qd cōpetit cōditio ob causam, est gl. in l 2. §. fi. ff. de priuil. cred. in ver. con. licet & l. si sponsa & ibi gl. ff. de iure do. & l. qui se debere § fin. & l. se. ff. de condi. ob cau. & l... C. de cōdi. ob cau. vel et sine causa l. auunculo. ff. de pdi. sine causa, vt est d. glo. qua a l as daretur rei vendicatio. d. l. dotis

33 fructus cum l. seq. & quomodo hæc sint, nunc nō declaro. † & priuilegia quæ competunt doti, competunt & isti doti, vbi sponsa præcesserunt. d. l. 2. in fi. cū seq. ff. de priui. cred. l. lex Iulia. ff. de fun. dota. gl. in l. si. C. qui po. in pig. habe. & in l. si sponsa.

34 ff. de iure do. † Quartus casus, quando contrahitur matrimonium inualidum inter ignorantes, tunc dicitur quasi dos l. si cum dotem. §. fi. j. eo. facit tex. in c. de prudentia extra de don. inter vir. & vxor. & etiam isto casu competunt priuilegia dotium vt per glossam d. § fin. & isto casu dicunt doc. largius dotem esse, alias stricte dos non esset l. si serua. §. fi. ff. de iure do. ibi, dicas dotē non esse & l. 1. in fi. ff. pro dot. & l. 1. C. de cōdi. ob

35 cau. † Quintus casus, quando contrahitur matrimonium validum tunc proprie dicitur dos l. fin. C. de dona. ante nupt. & l. si pater. in fin. de iure do. & l. si serua. in fin. ibi, quia est matrimo-

36 nium, & dotem, & dotis exactionem esse. † Sextus casus sol. matri. vt in titulo nostro, tunc dos large dicitur seu late, vt per Decium præceptorem in cons. 324 incip. consului in 2. volu. & sic intelligitur titulus noster, & omnia priuilegia quæ competunt dotibus, competunt isto casu. imò vt plurimum incipiunt locum habere, vt per Bald. nouel. in trac. dotium 8. parte in 3 & 4. col. vt ibi per eum. & ex infra dicendis magis veritas

37 apparebit. † Vn̄ pro pleniori declaratione istius difficultatis quæro, nunquid verum sit, quod soluto matrimonio dos large dicitur, & per consequens improprie secundum doctores. Et in primis videtur dicendum eam impropriam esse cum nō dicatur dos, vt per Anch. in cōs. 150. incip. in quęstione. col. 2. & tollitur titulus dotis, vt ibi. & nomen dotis, vt per Anchar. in cōsi. 93. incip. verba testamenti, ergo dos dic. non pōt proprie loquendo, sed ad istud habebis responsionem ex infra dicēdis. Secundo facit secundum Bald. nouel. in trac. dotium 1. parte

38 col. 3. † quia matrimonium & eius onera sunt causæ, vt dos sit proprie l. si C. de dona. ante nup. & l. pro oneribus. C. de iur. do. & l. si pater. in fi. & l. si serua in fi. ff. de iur. do. sed finito matrimo-

39 nio onera cessant, † & ideo succedit regula, cessante causa cessat effectus l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patro §. pauertas. quoque. insti. de rerum diui. & c. cū cessante. de appel. & sic dos nō erit nisi per modum improprium. Ad istud autem pluribus modis potest responderi tale argumentū non procedere, qn̄ adhuc effectus duraret, licet causa cessaret, vt per Bal. in l quoniam præterite. C. de secun. nupti. §. 1. insti. de nupti. ibi, in tantum vt etiam dissoluta adoptione idem ius remanet l. patre furioso ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. sed hic in casu nostro licet cesset causa, tamen effectus remanet l. dos vt patet in rub. nostra. & in l. 2. j. eo. & l. 3. ff. de fun. dota. ibi quoties ergo erit proprie dos. Vel & secundo potest dici, q̄ tale argumentū nō procedit, quando causa requiritur certo tempore determinata, tūc satis est quod in illo tempore adsit. & licet postea causa cesset, nihilominus effectus remanet. d. l. patre furioso, & Bal. in l generaliter. dū declarat dicta Petri. & Cy. C. de epi. & cle.

40 ibi dum allegat l. quecunq; §. fi. ff. de publ. † facit, quod voluit Io. And. in c. decet. de reg. iur. in 6 vbi voluit, q̄ si pater propter filiorum numerum consequatur immunitatem, quamuis numerus filiorum deficiat, ex hoc priuilegium immunitatis non extinguitur, & ita Decius præceptor in cons. 22. col. 2. in primo volu. satis probat tex. in l. sciendum. §. in fi. q̄ ætatis. q. & hoc idem volu. l Pau. de cast. in l. si cum dotem. §. si maritus. infra tit. nostro sed hic in casu nostro requiritur causam adesse certo tempore determinato, s. tempus matrimonii, vt dos dicatur l. si. C. de dona. ante nupti. l. si pater. in fin. ff. de iure do. & ideo licet matrimonium cesset, & sic causa dotis, tamē adhuc

41 dos durat. † Tertio modo potest dici illam regulam, cessante causa & c. non procedere, quando ius esset quæsitum alteri, & effectus esset consumatus, licet tunc cesset causa effectus tamē non cessabit, vt per Barto in l. 2. § fin. ff. de dona. Barto. in l. Titium. §. imperatores. col. 4. ff. de leg. 2. & l. si ff. quando ac. de pecu. est annal. & l. sciendum. § fi. ff. qui satisda. cog. sed hic ius est iam quæsitum alteri, & effectus est cōsumatus, quia matrimonium cōsumatum est, propter quod dos est, & per consequēs dos proprie. Quarto potest dici, ex quo effectus est perfectus, tunc licet causa cesset, tamen effectus non cessabit. vt per Bartol. in l. 2. §. fin. ff. de dona. & allegat l. si. C. vnde liber. sed vt vides effectus est perfectus, quia dos & omnia priuilegia competit, ideo licet causa, s. matrimonium cesset, dos nō cessabit,

& ita

42 & ita erit proprie dos. † Quinto dici potest regulam, cessante
causa, non procedere, quando vestigia præcedentis qualitatis
remanerent quia tunc licet causa cesset, effectus non cessa-
bit, vt per Bartol. in d. l. 2. §. fi. col. fi. & l. 2. ff. rerum amo. & l. ex
duobus. ff. de vulga. & pupil. §. præterea. insti. quibus mod. ius
pa. po. sol. iuncto. §. minima. inst. de cap. dimi. sed hic remanēt
reliquiæ præcedētis qualitatis. s. dos l. 3. J. eo. erit ergo dos pro
43 prie. † Sexto potest dici. ex quo in vidua dicitur matrimonium
durare l. filij. §. vidua. & ibi gloss. ff. ad Muni. §. non tantum in
auth. de nupti. & sic causa in totum non cessat, & ideo dos du-
rat. Sed istud non concludit, cum solum locum haberet in vi-
dua, & non quando matrimonium esset solutum diuortio, qđ
est falsum l. cum quærebatur. ff. de verbo. sign. fi. & l. diuortio.
infra eo. Præterea ꝙ non concludat, apparet, quia sequeretur,
quòd dote recuperata adhuc diceretur dos, si verum esset isto
respectu matrimonium durare, ꝙ falsum est, & omnes doc. ne
gant postquam est recuperata dotem dici, & nomen retineri,
facit quod voluit Areti. in l. Pomponius. §. in dotem. col. 3. ff.
de acquiren. hæredita. & per Bald. in l. 1. C. sine cen. vel reliqui.
Præterea quòd in d. §. vidua dicatur matrimonium durare in
vidua, illud est quo ad retinendum priuilegia mariti & sumus
in his quæ iuris sunt, tunc in illo casu lex vere disponit. vt per
Barto. in l. si maritus. §. legis Iuliæ. ff. ad leg. Iul. de adulter. sed
dos fit dos vere durante viduitate. idem sequitur, quia si est re-
44 cuperata non est dos vt dictum est & sic nihil facit. † Secun-
do facit text. in l. etiam. ff. de fund. dotal. in verbo (intelligi-
tur) quod verbum denotat fictionem l. si tibi homo. §. cum
seruus. ff. de legatis primo. & Barto. in l. si is qui pro emptore.
ff. de vsucap. ergo non erit proprie dos. Sed Soci. hic respon-
det quia ibi est verbum, esse, iuncto verbo intelligitur, tūc pro-
45 prietatem adnotat, † quia quando verbum proprium adiungi-
tur cum improprio, tūc natura improprij alteratur, & assumit
naturam proprij. Bartol. in l. si maritus. §. legis Iuliç. ff. de adul
te. & not. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. et ibi alias la
te dixi. sed in d. l. etiam sunt verba expressiua veritatis et fictio-
nis. dicamus ergo illud verbum fictum assumere naturam pro
46 prij. † cum sum es est sit veritatis expressiuum. glo. in l. mercis
appellatione. ff. de verborum significa. per Tind. in trac. com-
pensati. colum. 24. in fine. per. d. Anto. in cap. ex parte. de de-
spons. et per Bart. in dicta l. si is qui pro emptore. et sic vere et
47 proprie erit dos. † immo ꝙ plus est aliquando verbum, intelli-
gitur, de se est expressiuum veritatis l. fi. in princip. ibi, sine nu-
ptijs quidem nulla dos intelligitur. C. de secund. nupr. quem
text. ad istud propositum ponderat insignis præceptor Decius
in lege prima columna quinta. C. vnde vir & vxor. Pro quo
considero text. in §. si Titius. instit. de rerum diuisione. iuncta.
l. adeo. §. fin. ff. de acqui. rerum domi. vbi est expressiuum veri-
tatis. § pen. insti. de nupt. & istud venit ex natura rei super qua
interponitur. vt per Tindarum. in d. trac. cōpensatio. col. 24. &
ideo facilius trahitur ad verbum proprium, vt sit expressiuum
veritatis, quia talis transitus admittitur, vt constat ex deductis.
facit in simili tex. in l. pater Seuerinam. §. conditionum. ff. de
condi. & demon. argumento l. in delictis. §. si extraneus. ff. de
noxal. Ex his apparet, quod nouissi. Bonoñ. non bene dixerūt
inquantum voluerunt, quod verbum (intelligitur) trahitur ad
proprium, quando eque principaliter adiungitur cum verbo
proprio, vt puta si dicatur, intelligitur & sit. & ad hoc allegant
Bald. in proœ. ff. in colum. 3. per tex. in l. 1. in fi. ibi, quoniam pro
nullo hoc habetur, nec est vlla sententia. ff. quod quisque iuris,
quod non est, quando eque principaliter non ponuntur. vt qa
lex dicit, videtur esse. vt per Iaso. in l. siquis filium. colum. 3. ff.
de acqui. hæredi. sed in l. etiam. verbum intelligitur non est
principaliter, ergo improprie stat, & ideo dos erit improprie.
Sed Bald. in d. proœ. non facit talem differentiam. sed solum di-
cit, si simul iunguntur, habeatur & sit, dicit significare proprie
tatem, si possunt. per d. l. 1. in fi. quod quisq; iur. quod autē prin
cipaliter vel in consequentiam, non dicit. ideo &c. Præterea
48 considera quod isti nouissi. male loquuntur, † nam appellatio
ne nepotis pronepos ex proprietate continetur vt per Bar. in l.
Gallus. §. instituens. col. 2. & alij sequuntur. ff. de liber. & post.
& tamen tex. in §. admonendi. insti. quib. mo. ius pa. po. sol. di-
cit, eadē de nepote, & pronepote dicta esse intelligantur, & tū
ibi non principaliter & proprietatem denotamus. faciunt quę
dicta sunt supra. Præterea considera, quia communis regula
est etiam in accessorio, quando diceretur, esse intelligatur, vt
constat ex his quæ habentur per doc. in l. si is qui pro emptore.
ff. de vsucapi. & Bart. in l. si maritus. §. legis Iuliç. ff. de adult. vt
49 etiam constat in iuribus supra allegatis. † Præterea verbum
intelligitur potest importare iuris præsumptionem l. nec em-
ptio. §. 1. ff. de contrahen. empti. gl. in l. 1. §. 1. C. de rei vxo. acti.
& si intelligatur secundum presumptionem iuris, erit proprie
argu. l. filium diffinimus. cum ibi not. ff. de his qui sunt sui vel
alie. iur. quia in his quæ sunt iuris, est expressiuum veritatis, vt
per Decium in l. 1. colu. 4. C. vnde vir & vxor. & allegat doctri.
Bald. in c. bone de appella. & idem Decius allegat. l. fi. C. de do
na. ante nupti. sed dos est iuris, vt constat ex diffinitione dotis,
de qua infra. & sic in materia dotis verbum intelligitur erit
50 veritatis expressiuum. † Ex his apparet, non obstare, si diceres,
licet verbum, est, sit veritatis expressiuum, illud esset verum,
quando de per se poneretur, sed hic venit ad determinatio-
nem verbi, intelligitur, ergo improprie debet determinare ex
natura verbi, intelligitur, vt videmus in simili in l. ex facto in
princip. ff. ad Trebel. vbi verba directa obliquantur per verba
obliqua illis adiuncta, & ita dicamus in casu nostro &c. Sed ad
istud potest responderi alio modo & maxime ad tex. in d. l. ex
facto. in princ. quia id verum esset, quando verba directa profe
runtur a testatore circa personam institutam ab alio quod nō
esset circa personam institutam, vt per Bartol. in l. centurio in
quinta quæstione principa. ff. de vulg. & pupil. & Alexand. in
51 d. l. ex facto. † Præterea considera quod verbum expressiuum
veritatis iunctum cum verbo improprio facit proprietatem,
quando potest, alias non vt per Bald. in proœ. ff. in princi. colu.
3. vt quando ponitur super his, quæ possunt esse vera. vt per
Tinda. in tracta. compens. colum. 24. alias secus, sed in casu di-
ctæ l. ex facto. illa verba directa ponuntur super eo, quod non
potest esse directum, sed obliquum. & ideo nimirum si pro-
pter obliquum verbum directa obliquantur. argu. l. Scæuola.
52 ff. ad Trebellia. † Præterea in casu. l. etiam est dictio, etiam, quę
est implicatiua l. etiam. C. si tuto. vel cura. interue. & l. etiam.
ff. de peti. hæredi. & implicat casum vbi erat maior dubitatio
vt per Mod. in l. qui se patris. C. vnde libe. & sic implicat solu-
to matrimonio prædium esse dotale, & dicitur dos, prout erat
constante matrimonio. & propterea Bartol. in consi. 85. dixit,
soluto matrimonio dicitur fundus dotalis, & vt dotalis possi-
detur l. etiā & l. dotalis. ff. de fundo dotali. Præterea conside-
ra, quod text. in d. l. etiam. venit saltem ampliatiue ad præce-
dentem legem, quæ est in l. quod si fundus. vbi si fundus æsti-
matus esset datus in dotem, vt electio esset mulieris, dicit tex.
alienari non potest. postea sequitur l. etiam quæ dicit, intelligi
tur esse dotale, cum ipsa mulier habeat electionē. & sic respe-
ctu istius iuris proprie erit dotalis, vt J. videbis de isto iure &c.
53 † Tertio facit text. in l. 1. §. fin. ff. pro dot. vbi dicit constante
mat. vsucapio pro dote locum habet, inter quos matrimoniū
cōtractum est. cæterū si cessat matrimonium, Cassius ait ces-
sare vsucapionem, qa dos nulla sit. & sic ille tex. expresse ꝓbat
dotem non esse soluto mat. quem tex. ad istud propositū pon-
derauit Deci. in l. 1. colu. 4. C. vnde vir & vxor. & idem Deci. in
consi. 124. incipien. consulunt. colum. fi. in 2. volu. Sed ad istud
possum dicere. illud verum fore, quando cessabat cū effectu,
quia dos fuit resti tuta, tūc dos dicitur cum effectu cessare. l. 4.
ff. de fun. dot. l. 2. J. tit. no. pro. in ne. l. fi. C. cōmunia vtri. iudi. &
Bal. in l. 1. C. sine cen. vel reliqui. & ideo nimirum si nō est dos
& sic ille tex. nō ꝓbat. Nec obstat si diceres, imò improprie est
dos sol. m. & hoc apparet. in d. l. 1. ff. pro dote. in exordio & in
eius ordine, a quo argumentū tenet, vt ꝑ Bal. in l. 3. ff. de iust. &
54 iu. & text. in d. l. 1. ponit plures casus. primus ante nuptias, alius
quando post nuptias dos est data, an & qñ habeat locum vsu-
capio pro dote, si sponsa spōso rē in dotē dedisset, & si noluis-
set, ante ꝗ nuptię sequerent, eius fieri, cessabit vsucapio. & si nō
apparet quod actū sit, tunc dicitur actum, vt statim ejus fieret,
& si alienę sint, vsucapi possunt nō pro dote, sed pro suo. & iste
est primus casus, secundus quādo matrimoniū tenet, locū ha-
bet vsucapio pro dote, & inquantū dicit, cęterum si cessat ma-
trimoniū, Cassius ait cessare vsucapionē, qa dos nulla. vnde cō-
sidera, ꝙ verbū cessare de quo in d. l. 1. in fi. præsupponit matri-
monium fuisse. c. cū cessante. extra de appel. l. qui res. §. areā. ff.
de sol. aliter ille tex. dubitationē non haberet. & sic cessat in to
55 tū, qa dos fuit recuperata, & sic cessabat cū effectu, † cū verba
intelligi debeāt cū effectu. l. si per aliū. §. docere ff. ne quis eū q
in ius vo. cū vi eximat. cum tūc nō remaneant aliquę reliquię.
vt per Bart. in l. 2. §. fi. col. fi. ff. de dona. & in l. fi. C. vnde lib. & l.
generaliter. C. de epi. & cle. cū isto casu ꝑdat nomen ius & pri
uilegia dotis. vt per Bald. in l. 1. C. sine cens. vel reliqui. Nec ob-
stat, si diceres, istud non haberet dubitationem. esto quia sit,
istud plerūq; est in lege. l. 1. in fi. C. qñ non pe. par. & l. libertos.
C. de obsequi. pat. præstan. & ideo illud fecit, vt perfecta esset
56 diuisio. † Vel pōt dici, ꝙ ille casus haberet dubitationē. Quia
dos recuperata dicitur cum sua causa esse recuperata. l. si soci'
pro filia. ff. ꝓ soci. auth. sed quis. C. de rei vx. actio. & sic videtur
eā esse recuperatā cū sua causa. sic vt vsucapi possit, & tū ibi in d.
l. 1. in fi. determinatur contrariū & sic habet maximā dubitatio
57 nem. † Alio modo pōt respōderi, ꝙ in casu. d. l. 1. in ver. cete-
rum. non erat aliquo modo matrimonium contractū, qa si ali
ter intelligeretur, vsucapio non continuaretur, vbi daret resο-
lutio cōtractus. ꝙ esset contra tex. in l. Pōponius. §. in dotem.
ff. de acq. pos. & propterea tex. in d. ver. cęterū. debet intelligi,
ꝙ ibi nō fuit mřimoniū, & ideo eo cessāte vsucapio ꝓ dote ces
sat, & sic vbi cessat, ea nullū vsucapio ꝓ dote locū nō hēt, & sit

rō, q͞a nullū fuit ſ͞oū matrimoniū, vt ī primo caſu. d. l. 1. & hic
58 ꝯſtat. † Quia dictio, cæterū, eſt aduerſatiua. l. 2. C. de edifi. priua.
& l. in cauſa vbi no. ff. de procura. & l. quæ omnia eo. tit. & l. ſi ꝓ
curatorem. §. mādati actio. ff. mand. & ideo vt aduerſetur dica
mus aduerſari matrimonio cōtracto. & ſic in dicto verſi. cæte-
rum, nullū matrimonium fuit contractū, & vt ſit bona aduer-
ſatio, dictus verſi. cæterū. debet intelligi, quando nullū matri-
moniū fuit contractum, cū hoc poſſit importare. d. l. 1. in prin.
ibi. ceſſabit, & hoc etiā probatur in iuribus. ſ. alleg. & ideo tex.
in d. l. 1. ibi, ceſſabit, dixit quod vſucapio pro dote ceſſabit, quan
do nullum eſt contractum matrimoniū, & tamē non damus
illud matrimonium cæpiſſe. & ita intelligatur. d. verſi. cæterū.
pro quo facit tex. cum glo. in l. ergo. §. ſi bona. ff. de fideicōmiſ.
liber. & hoc magis videtur verū per tex. in d. l. 1. in fi. qui text.
loquiẗ de matrimonio putatiuo, & dicit idem, quia nulla dos
eſt. Ex his apparet, quod nouiſſi. Bonoñ. male dicunt, inquan-
tum volunt ita intelligi non debere nec poſſe text. in dicta. l. 1.
59 † Alio modo poteſt dici, quod tex. in d. l. 1. ff. pro dote in dicto
verſ. cæterū. poteſt intelligi de reſolutione cauſæ ad vſucapio-
nem inducendam. cum reſolutio non tribuat titulum, vt per
Angel. in l. nec vllam. §. apud Marcellum. ff. de petitio. hære.
& eſt de mente Iaſo. in l. Pomponius. § præterea. ff. de acquir.
poſſeſſio. & hoc apparet in d. l. 1. quia ibi de hoc ſolum tracta-
tur. ſ. de vſucapione, & ſic in caſu reſolutionis contractus ceſſa
bit vſucapio inchoanda, patet, quia dicit cum nulla dos ſit ex
quo peruenit ad eum caſum a quo incipere nō poteſt argum.
l. Iulianus. & l. ſi pater la. 2. ff. de iur. dot. & iſto reſpectu loqua-
tur text. in d. l. 1. Ex præmiſſis apparet, quod nouiſſi. Bonoñ. ma
le declarant tex. in dicta. l. prima. inquantum volunt, quod dos
non dicatur dos, & nomen dotis admittit, vbi æquitas ſuadet,
ſed æquitas hoc ſuadet quod in caſu dict. l. primæ non retineat
nomen dotis cum vſucapio ſit iniqua. §. habent. in authenti.
vt eccleſi. Roma. ſed bene retinet, vbi æquitas id ſuadet, vt in
iuribus pro communi, & ideo reſpectu vxoris retinet primū
nomen & proprie, quia æquitas id dicatur. ſed nō reſpectu viri
volentis vſucapere, quia id iniquum. argumento legis finalis.
ff. quando actio de peculio eſt annalis. Sed ad iſtud dici poteſt,
quod ratio æquitatis ibi ſit in conſideratione, & ideo dos non
dicitur, falſum eſt, cum talis æquitas & iniquitas non ſit ibi de
intentione iuriſconſul. ſed alia, vt patet in diſcurſu. d. l. 1. Præ-
terea in caſu. d. l. primæ ſi daretur, quod ſit reſolutio contra-
ctus, eſſet fauor mulieris, & æquitas deberet locum habere ad
fauorem mulieris. hoc tamen ibi negaẗ. arg. l. quoties. ff. de iur.
dot. & l. has. ff. de capi dimi. vt videbimus quod poſt recupera-
tionem aliquod ius durat ad fauorem mulieris. auth. ſecundū
quamuis. C. de rei vx. act. Præterea iſti nouiſſi. præſupponunt
vnū quod eſt cōtra illum tex. in alio caſu. l. quod reſpectu viri
60 non procederet vſucapio, quod eſt falſum, vt ibi in tex. † Pre-
terea quod vſucapio ſit iniqua, iſtud non admitterem imo eſt
æqua, vt alias dixi in Rubri. ff. de vſucapio. ſub nu. 60. & pater
eam ob bonum publicum eſſe, ideo æqua. Bal. in l. ſi quis ſer-
uos. colum. 3. C. de fur. per Decium in c. quoniam contra. col.
3. de probatio. Item eam eſſe inuentā ne rerum dominia ſint
incerta. dixi inſtitu. de vſucapio. in prin. quod æquum eſt. Item
vt lites dirimantur. l. fi. ff. pro ſuo ꝙ æquū eſt. l. æquiſſimum. ff.
de vſufruc. & vide quæ dixi in dicta Rub. ff. de vſuc. ex quo eſt
impreſſa, licet aliqualiter deprauata ob incuriam ſcriptoris &
eius negligentiam. Præterea conſidera quia omnino in caſu. d.
l. 1. ſolum agitur de fauore mulieris, & ob mulierem inducta
61 ſunt priuilegia, vt cōſtat ex no. in l. 1. J. eo. † Quarto facit, nam
dominium rei dotalis hodie tranſit in mulierē. l. in reb. C. de
iur. dot. quod dominiū facit rem dotalem eſſe. l. dotale prædiū.
ff. de fundo dota. ibi, dotale prædium ſic accipimus cum domi
nium marito quæſitū ſit & ſic ex quo dominiū tranſit in mu-
lierem, tunc tranſit illud ꝙ facit rem dotalem eſſe. ergo erit
62 omnino dos improprie. † quia videmus poſtquam hæreditas
eſt acquiſita, & ante apprehenſam poſſeſſionē dicitur hæredi-
tas improprie, vt per Bart. in l. 1. ff. de acqui. hære. & per Alex.
in l. 1. §. veteres. col. 4. ff. de acqui. poſ. & ibi gl. Sed ad iſtud pōt
reſponderi, ſolum locum habere in caſu, quo res eſſet data in
dotem, & nō quātitas, quia tunc propria authoritate apprehē-
dere non poſſet rem, quæ eſſet mariti. l. dotis actio. C. ſo. ma.
63 † Vel poteſt dici, licet dominium tranſeat, tamen reſpectu
illius iuris ad huc dos diceretur & proprie. Præterea ille tex. in
d. l. in rebus. ſolum loquitur de dominio naturali, & non de ci-
uili, ꝙ eſt mariti, vt ibi dicit tex. & illo reſpectu mulier poteſt
agere rei vendicatione vel hypothecaria ex priuilegio illius le
gis, & tamen non ſequitur, ꝙ nō ſit dos & quidem proprie, cū
ad huc poſſeſſio & dominum ciuile ſit penes maritū. l. de di-
uiſione. J. tit noſtro. ibi, ſed quo primum dotale prædium cōſti
tutum eſt id eſt, tradita poſſeſſione, & ſic dicitur dotale quo ad
dominiū & quo ad poſſeſſionem. d. l. in rebus. cum actio dire
64 cta competat. † & idē erit dicendum in hæreditate. quia poſtq̄
eſt addita dominium quæritur hęredi. l. cum hæredes. ff. de ac-
quiren. poſ. & iſto reſpectu amplius nō dicitur hæreditas poſſeſ-
ſio autem non acquiritur niſi apprehendatur. d. l. cum hęredes
& iſto reſpectu dicitur hæreditas, & proprie. l. regulariter. ff. de
pe. hęr. cum ibi adſit verbum (eſt) quod eſt expreſſiuū veritatis:
gl. in l. mercis. ff. de verb. ſigni. & eſt lex Vlpiani, qui veriſimili-
ter loquitur proprie, cum reprehēdet alios de improprietate
l. quis ſit fugitiuus. §. erronem. ff. de ædil. edic. & ideo videmus
ad huc res hæreditarias dici. licet hęreditas ſit appræhenſa per
hęredem, quo ad perſonas quibus erat ius quæſitū. §. 1. J. inſti.
quibus ex cau. ma. non licet. ibi, creditores res hæreditarias ſer
ui nomine vēdant, iunc. l. fi. & ibi Pau. de Ca. ff. quando act. de
pecu. eſt anna. vbi per illum tex. dixit licet res talis eſſe deſinat,
tamen non quo ad perſonas quibus ius eſſet quæſitum. Quin-
to facit tex. in l. diuortio. §. ob donationes. cum glo. infra. tit.
noſtro. in verſi. percepti. l. ex fundo quondam dotali, & tamen
loquitur de fundo ſolu. matri. & ſic nō dicitur dotalis niſi quō
dam. & ideo iura quæ dicunt dotem ſoluto matr. intelligamus
quondam. facit in ſimili tex. cum gl. in l. naturalis. §. 1. in verſi.
meum. ff. de præſcrip. verſic. Sed ad iſtud dici poteſt, quod illa
gl. in d. §. ob donationes. eſt falſa, vt conſtat ex his quæ dicta
ſunt ſupra. Vel poteſt dici, ꝙ loquitur, quādo fundus dotalis
reſtitutus fuerat ſed quæſtio ibi agebatur quo ad fructus per-
ceptos poſt diuortiū & ante dotem reſtitutā. vel agebaẗ quo
ad fructus perceptos per maritū per totum tempus anni. Quia
ante annum matrimonium fuit ſolutum. d. l. diuortio. in prin.
alias gl. non diceret verum. Vel poteſt dici, quondam dotali,
eo reſpectu de quo ibi. ſ. quo ad fructus, ex quo amplius non in
ſeruiebat oneribus matrimonij. d. l. diuortio. in prin. in verſicu.
contrario, & in verſi, quo dotale prædium fuit. Sexto facit tex.
in d. l. diuortio. in prin. verſi. econtrario. infra. eo. ibi, ſed pro
modo temporis dominiū mēſium, quo dotale prædiū fuit, ex
mercede q̄ debebatur, portionē retinebit, & ſic ille tex. loqui
65 tur de prædio dotali ſol. matri. & dicit. dotale fuit, † & ſic appa-
ret manifeſte ſol. ma. dotem proprie nō eſſe & ideo ſi reperiun
tur iura quæ dicant dotem, intelligi debēt olim dotem ex quo
aliquādo habuit illā qualitatem. facit tex. in §. aliquādo. inſtit.
de vſuca. vbi res furtiua dicitur purgato vitio. facit tex. cum gl.
in l. naturalis. §. 1. in verſi. meum. ff. de preſcri. verb. §. cūq; hoc.
ſecundū vnam lecturā Ioā. ibi in procę. inſti. & ita alias allega-
bam illū tex. in circulis hic Bonoñ. nunquam potui habere bo-
num reſponſum, imo aliqui negabant illum text. alij id verum
66 eſſe fatebantur. Sed † ad iſtud poteſt reſponderi, licet text. di-
cat fuit, propter hoc non negat de pręſenti. tex. cum glo. in §. 1.
inſti. de atil. tu. ibi, dari poterat, quę exponit, & hodie dari po-
teſt. & ſic in præſenti. & ita in caſu. d. ver. ecōtrario. hoc ſatis ꝓ-
batur in l. verbum erit. ff. de verb. ſign. Vel & ſecundo poteſt
dici, id ibi fuiſſe quo ad effectum de quo ibi, hoc eſt quo ad fru-
ctus, qui veniūt reſtituendi, ſi percepti ſint poſt ſolutum matri
monium, quādo marito nō debētur d. l. diuortio. et l. pro one-
ribus. C. de iur. do. et non reſpectu dotis licet actio de dote con-
petat, vt acceſſionis dotis tamen non eſt dos. text. cum gl. in l. ſi
marito. §. fi. J. eo. Vel poteſt dici ad illum tex. fuit, intelliga-
mus quo ad maritum, non autem quo ad mulierem. quia quo
ad ipſam adhuc eſt dos & proprie. argu. l. fi. cum ibi no. ff. quan
67 do actio. de pecul. eſt annal. Septimo † facit text. in l. poſt di-
uortiū. ff. de iur. do. qui tex. loquiẗ in caſu quo cum matrimo-
nium fuiſſet ſolutū diuortio, rurſus eadē idem viro nupſiſſet.
tex. dicit, tacite dos reintegratur. et ſic ibi eſt tex. q͞a expreſſe ꝓ
bat ſolu. matrimo. dotē propriam non eſſe, ex quo dicit, dos re-
integratur. et ita quidam ſubtilis ſcholaris Bonoñ. mihi alle-
gabat illum tex. Sed ad iſtud reſpondebam, dos tacite reinte-
gratur in caſu. d. l. poſt diuortium. ex eo, quia amplius repeti
non poteſt per mulierem. et actio de dote, quę erat nata ſolut.
matri. l. 2. et no. in l. ſi cōſtante. §. 1. J. titu. noſtro. reintegraẗ cū
dote, ita ꝙ amplius exerceri non poſſit. vt ſatis probat tex. in
l. ſi mulier. ff. de iur. dot. vel reintegratur dos, ex quo dos erat
penes maritum adhuc ſolu. matri. reintegratur ſequuta recon
ciliatione de qua ibi in d. l. poſt diuortium. et ita Salyce. ibi. et
non eſt opus noua conſtitutione dotis quo ad ipſum mari-
tum. quia eandem dotem dicitur dediſſe viro, quam prius ha-
buit argumēto. l. dotem. ff. de iure dot. Vel poteſt dici reinte-
gratur, quia quo ad maritum non erat dos, ſed bene quo ad
68 mulierem vt dictum eſt. ſ. † Octauo facit tex. in l. Iulianus. ff.
de iur. dot. ibi, quidam fuerat ſtipulatus dotem ſibi dari ſolut.
matrimo. dicit huiuſmodi ſtipulationem non valere, quia ab-
initio in id tempus ſtipulatur quo matrimoniū futurū nō ſit, et
ſic ſol. matrim. nō erit dos. cum matrimoniū ſit illud quod cō
ſideratur, vt dos dicatur. et ita ille tex. fuit mihi allegatus in ſtri-
cta diſputatione hic Bonoñ. per excellentiſſimū doc. D. Guar. ū
Maciolū de Regio. Sed ad iſtud reſpondebam, quia in caſu. d.
2 bene respondere secundum eundem doc. vt ĩ. dicetur. † Tertio quia illud dicitur esse ius vniuersale, quod est aptum comprehendere vniuersalitatem iurium actiue & passiue, vt hereditas, peculium l. pecuniæ. §. 1. ff. de verbo. signifi. l. peculium. ff. de pecu. legat. & habet incrementa & decrementa, vt dictis iuribus. Nec dixerit aliquis, quòd dando aliquam certam rem vel certam pecuniam, hic dicatur esse aliquid vniuersalitatis respectu iurium actiue & passiue secundum præfa. doc. subdentem, quòd licet dos possit extrinsece aliqua incremẽta recipere, hoc nõ procedit ratione vniuersalitatis, vt ĩ. etiam dicetur. Sed ad hoc potest responderi, quod dos est apta continere iura actiue & passiue, vt si hereditas vel peculiũ sit in dote, vel quid simile. nam nec de necessitate hereditas vel peculiũ continet iura passiua. Posset enim esse, quòd nullũ subesset æs alienum. Item dos patitur incremẽta & decrementa in l. quod dicitur. inf. de impensis. Quarto arguit præfatus doc. quia ibi dicimus esse ius vniuersale, quòd licet omnia eius corpora sint extincta tamen adhuc durat ipsum ius allegat d. l. peculium. §. 1. sed si domus in dotem data penitus sit combusta, vel fundus dotalis chasmate perierit, dos dicitur perijsse, & mulier remansisse indotata l. 1. C. de iure do. puerile enim esset dicere eo casu remanere ius vniuersale dotis, facit secundum eum l. plerũque. ff. de iu-
3 re do. & idem in effectu dicit hic. d. Pau. de Cast. † Quinto quia mulier in dote soluto matrimonio dicitur esse successor particularis, & non vniuersalis, vt habetur per glo. no. in l. diuortio. in prin. inf. eo. & in l. filio. §. fi. eo. tit. Sed huic argu. respondet Alex. hic. Sexto mouetur præfatus doc. quia dos vendicatur l. in rebus. C. de iure do. & tamẽ incorporalia non vendicantur l. 1. & l. vendicatio. ff. de rei ven. sed ad hoc respondet Bart. hic. Septimo probatur in l. etiam. C. de iure do. vbi non fit differentia inter ipsam dotem & rem datam in dotem cuius contrarium est in corporalibus. insti. de re. cor. & incor. §. 1. sm eundẽ doc. Sed ad hoc potest responderi, quod immo illa lex probat intentionẽ Bar. nam ex quo ibi fit comparatio inter dotẽ & data in dotem, dicendo quòd vtroq; casu venit additamentũ dotis, datur intelligi, quòd illa comparata nõ sunt eadem l. quòd Nerua §. depo. Octauo arguit præceptor meus Aret. hic, quia si dos esset ius vniuersale, tunc de iure cõmuni & non de iure speciali valeret promissio dotis incerta. sicut gregis, vel peculij, vel hereditatis l. si grege. cum materia ibi de leg. 1. quod est falsum, & cõtra l. 1. cum ibi not. C. de do. promis. secundum communem intellectum ibi. & in l. prima infra eodem. Sed ipse respondet, quòd dos est ius vniuersale postquam est data, & sic vt recipiat incrementa in fauorem mulieris, non autem est ius vniuersale ante datam dotem & sic in fauorem mariti secundum ipsum. Sed potest negari quòd valeat promissio hæreditatis vel peculij per not. in l. legato generaliter infra de leg. primo. Item per l. hæreditas. C. de pac. conuen. quantum ad hæreditatem, & specialitas in dote est vt intelligatur facta promissio arbitrio boni viri. vt dicetur in l. 1. inf. eo. Et dicit do. Bal. in dicto suo tractatu de dote quòd nisi esset l. quòd dicitur inf. de impẽsis allata per Bart. nullus
4 fuisset ausus tenere talem op. d. Bart. † Nono loco vltra doctores ego induco d. l. quod dicitur, vbi est fundamentũ Bart. pro hac parte multipliciter. Et primo dicebatur in l. 1. ĩ. de impen. quòd necessariæ impensæ diminuunt dotem. Subiungitur postea in l. quod dicitur quæ venit declaratiue ad d. l. 1. vt ex ea patet, quòd illud quòd dicitur, impensas dotem minuere, nõ est intelligendũ quòd ipsa corpora diminuãtur. Tunc sic, nisi ipsa corpora tradita dicerentur dos, non erat opus declaratione iurisconsul. vanaque fuisset talis interpretatio. Verum quia res ipsæ traditæ sunt dos, ideo causabatur difficultas quomodo & qualiter talis diminutio fieret. & eodem potest induci. l. prima, versicul. sed quod diximus infra de dot. præleg. quæ in effectu idem dicit quod dict. l. quod dicitur. Secundo inducitur hoc modo, nisi esset absurdum quod pecunia diminuat corpora idest si pecunia esset potens ipsa corpora diminuere, expensæ necessariæ quæ diminuunt dotem, diminuerent ipsa corpora in dotem data. ergo corpora ipsa seu res ipsæ sunt dos. primum probatur per. d. l. quod dicitur ibi etenim absurdum &c. cõsequentia probatur, quia talis diminutio fieret vigore legis loquentis de dote.

Tertio

Tertio inducitur, quia iurisconsul. ibi faciendo differentiam an in dote sit pecunia an species. d. quod propter expensas pecunia diminuit, sed si pecunia diminuit, ergo pecunia est dos, quoniam dos est illa quę propter expensas diminuitur. dicta l. prima. eodem titu. Item si dos diceretur quid diuersum ab eo, quod datur in dotem, nulla esset differentia inter pecuniam & species. declaratur hoc, nam si dos est quid diuersum ab eo, quod in dotem datum est, equaliter ac semper fieret diminutio ipsius dotis, nec magis de pecunia quam de corpore cuius contrarium præsupponit ille text. Quarto inducitur. d. l. quod dicitur. inquantum ibi præsupponitur a contrario sensu, quod si data esset in dotem species, per refectionem expensarum dos non augeretur, ergo ibi probatur quod non erat dos vere neque ipso iure diminuta, quæ dos consistebat in specie. & sic quod illa species est dos, non autem est dos ius aliquod diuersum ab ipsa re data in dotem. Quinto facit contra Bart. quia si dos, prout dicit Bar. esset diminuta. i. ipsum ius dotis vniuersale de necessitate res desineret esse dotales pro parte, nam diminuto iure vnde nominatur, ipsas res diminui necesse est. contra tex. in d. l. quod dicitur. & in l. si is qui Stichum. in §. 1. ff. de iure do. & in l. 1. Decimo principaliter facit contra Bar. d. l. si is qui. §. fin. de iure do. vbi dicitur per expensas factas diminui dotem pecuniarum, & sic intendit ipsas pecunias esse in dotem. Vndecimo adducuntur omnes leges dicentes impensas factas in dote dotem minuere. probant enim impensas factas in rebus datis in dotem dici factas in dote. nam in iure vniuersali prout intelligit Bart. non cadit expensa. & ita probant. l. 1. §. 1. de impensis. & l. quod dicitur. versi. proinde. eod. tit. cum
5 sim. † Duodecimo quod dos non sit quoddam ius vniuersale, probatur, de natura iuris vniuersalis est, vt contineat iura actiua & passiua aptitudine saltem, ita quod prædictum ius non dicatur diminui a iuribus passiuis, sed ampliatur, non dico in valore, sed contentiue, quoniam dicitur tanto plura continere. & vt clarius loquamur, vbi sunt prędicta iura passiua seu æs alienum, illud ęs alienum est pars contentorum sub iure vniuersali. sed ęs alienum respectu dotis habet se diminutiue ad ipsam dotem, nedum enim non est pars dotis, sed dicitur diminuere ipsam dotem. dicta l. quod dicitur. cum simil. ergo dos non est ius vniuersale. maior probatur per. l. hæreditas. & l. pecunię. §. 1. ff. de verbo. significatio. minor probatur per dictam l. quod dicitur. & l. 1. §. quod si impensę. infra de dot. præleg. Decimotertio, illud non potest dici esse ius vniuersale, quod nihil per se est, nec est alicuius rei repræsentatiuum, vel significatiuum. Sed si dicimus, quod dos non dicantur ipsę res in dotem datę, dos nihil significat. dicere enim quod est ius continens ipsas res, est falsum. quia illud ius nihil est. continens enim debet esse quid diuersum & considerabile ab ipso contento. insti. de. reb. cor. & incor. §. 1. Sed quęro a te, tollas res datas in dotem, vbi est ius istud. Item ante res datas pro dote vbi erat vel quid erat istud ius, numquid deducibile in iudiciũ in legabile vel vendibile vel aliquid contractabile in. certe nõ, non sic in hæreditate quę est ius repræsentans personam defuncti. l. nihil. infra. de verbo. sign. & l. hæreditas. infra de re. iur. & sic etiam vbi nullę res sunt, est cõsiderabile. & idem in alijs
6 iuribus de quibus in d. §. 1. insti. de re. cor. & incor. † Decimoquarto probatur, ęquiparando dotem peculio, prout faciunt Bar. glo. & omnes doct. nam sicut res, quæ sunt concessę in peculium dicuntur peculium, vt patet ex diffinitione peculij, quam ponit iuriscon. in l. de posit. §. si. supra de pecu. vbi post Tuberonem iuriscon. diffinit peculium esse quod seruus permissu domini separatum a rationibus dominicis habet, deducto tamen si quid domino debet. & sic ibi probatur, quod peculiũ non est ius, sed ipsa res. ergo eodem modo in dote. quod etiam confirmatur, quia in diffinitione eorũ quę sunt iuris, semper ponitur terminus iuris in diffinitione, vt patet in obligatione, actione. vsufru. & simi. Et probat insti. de re. cor. & incor §. 1. & ex his videtur non esse verum res datas in dotem differre a dote. Non obstat primo l. quod dicitur. de impen. ſ. alleg. per Barto. quia ad illam respondetur primo vt per Moder. in d. tract. de dote dicentes, quod intentio illius tex. est quod prout colligitur ex l. si is qui. §. 1. ſ. de iure dot. quod expensę non diminuunt res dotales ad instar legis Falcidię. i. quod defalcentur seu diminuantur res dotales proportionabiliter propter expensas, sed diminuitur ipsa dos. i. actio seu ipsum iudicium de dote. & eo modo respondẽt ad l. 1. §. sed quod dicimus. infra de dote præleg. sed ista responsio ita prout sonãt verba sua intellecta, non videtur bona. Primo, quia nõ est verum, quod ipsa actio de dote diminuatur ipso iure, ita quod agi non possit. est enim cõtra tex. in d. l. quod dicitur. & in d. l. si is qui. §. 1. ſ. de iure dot. vbi iure retentionis subuenitur, non autem per denegationem vel diminutionem actionis. Secũdo quia eadem ratione qua actio, diminueretur etiam ipsum ius dotale. Ius enim ipse intelligit esse dotem, licet nõ vniuersale. vt inf. dicimus quod videtur esse cõtra prędicta iura, in quibus probat res ipsas integre remanere dotales, ergo ipsum ius dotale nõ est diminutũ. quia eius diminutione res ipsas dotales diminui & amittere non dotis necesse esset, quod prædicta iura. & ideo isto videtur etiam dans a. put videtur etiam de intẽtione gl. in d. quod dicitur. videlicet quod diminutio fiat de dote respectu valoris, vtilitatis, seu effectus, licet. n. corpora ipsa dotalia remaneãt. tamẽ habito respectu ad expensas, quæ sunt reficiendæ ratione quarũ fit retẽtatio rerum dotalium, dicitur minus esse in dotẽ. Et quod diminutio dicatur fieri propter retentionem probat tex. in d. l. quod dicitur. ibi. manebat igitur maritus in rerum detentione. iunctis verbis quę sequuntur ibi. nõ enim ipso iure corporũ sed dotis fit diminutio. Sed istud clarius omnibus probat tex. in d. l. si is qui. §. quod dicitur. ſ. de iure do. cuius verba sunt ista. Quod dicitur necessarias impensas ipso iure dotem minuere, non eo pertinet, vt si forte fundus in dotem sit. desinat aliqua ex parte dotalis esse, sed nisi impensa reddatur, aut pars fundi, aut totus teneatur. Et hoc modo intelligo text. in d. l. 1. §. sed quod diximus, quando dicit non corpora sed vniuersitatem diminui, quæ licet per diuersa verba loquatur a d. l. quod dicitur. idem tamen credendum est voluisse. cum ambę sint. ll. Vlpia. Confirmatur prædicta intelligentia per tex. in l. si fideicommissum. §. tractatum. ſ. de iudi. vbi iuriscõ. dicit, quod æs alienum diminuit patrimonium seu vniuersas facultates, non autem facultates loci quæ tamẽ diminutio non operatur circa dñium seu circa aliquod ius. Sed hoc facit, quia minus patrimonium dicetur habere, sic & in casu nostro expẽsę factę in fundo nõ operantur quin illa & ista res sint dotales, sed quod licet sint dotales & in dote, tamẽ ista dos est minoris prætij & vtilitatis. Et ratione expensarũ dicitur exinanita, quatenus retẽtio expensarũ impedit exactionem ipsius, nõ tamen est, quin bona sint dotalia, & quin cõpetat actio de dote. Sicut ergo omnia bona mea non differunt patrimonio meo, ita bona ipsa in dotẽ data non differunt a dote, quoniã ipsa dos sunt. & secundum istã intelligentiã quæ est glo. in d. l. quod dicitur, non infertur, quod dos sit quoddã ius vniuersale, licet gl. ibi dicat, quod dos, patrimoniũ, & peculium sint nomina iuris. & respectu illius iuris dicatur fieri diminutio. & idẽ velit ibi Bar. dices quod nominũ iuris quędã sunt particularia, vt obligatio, seruitus, & similes. insti. de re. cor. & incor. & in l. 1. in fi. ſ. de rerũ di. Quedã cõtinentia vniuersitatẽ personarum vt populus collegiũ & similes. l. proponebatur. de iudi. l. mortuo. de fideiuſ. Quędã nomina vniuersitas rerum & iurium, vt hæreditas, dos, peculium, patrimonium, & similia, vt ibi per eum. sed ista dicta non videtur vera, vt ex supradictis apparet, & infra etiã dicẽ. & forte quod etiam gl. nõ intellexit dicere, quod dos, & peculiũ, & patrimoniũ sunt ius. sed quod sunt nomina iuris. i. inducta a iure, vt etiã dicit ibi Bar. possit vno modo intelligi glo. hæreditatem aũt esse nedum nomen iuris, verũ etiam ius, non est ambigendum. Non ob. etiam quod dos recipiat augmenta, vt dicebat Bar. quia illa veniunt ratione specialitatis attributę doti, non ratione alicuius iuris vniuersalis, vt dicebat Ang. quod prosequeretur vt per præfa. doc. in d. suo trac. de dote in 5. char. pro qua ratione adde tex. l. etiam. C. de iure dot. vbi stipulando rem datam in dotem venit augmentam, & tamen
7 illa res non erat ius vniuersale, vt dicit ipsemet Bar. † Non ob. etiã quod in dote pretiũ succedat loco rei sicut in vniuersalibus, vt dicebat Bar. quia ad hoc vide vt per præfa. doc. in loco. sup. alleg. cui adde vnam rationem per quã in dote potest de facili pretium succedere loco rei accedentibus inde requisitis in l. etiam si cõstante. & in l. res quæ. ſ. de iure do. quia cũ dos sit capax omniũ quæ possunt deseruire oneribus matrimonij, siue sit pretium, siue res cuiuscunq; generis, hinc est quod si pro vna re subrogatur per coniuges alia res vel pretiũ, erit omnino dos, quia titulo & naturę dotis cõuenit. Idem videmus in vniuersalibus nam hæreditas non alteratur ex mutatione rerum in hæreditate existentiũ. l. si rem & pretiũ. de peti. hære. Est enim capax equaliter pretij, & omniũ corporaliũ & incorporaliũ. l. hæreditas. & l. pecunię. §. 1. de ver. sig. Idem in vniuersitatibus facit, prout in taber. nis quæstuaria, & similibus. nam merces quæ de nouo cõparantur, subrogantur loco distractarũ. l. cum tabernam. ff. de pig. l. proponebatur. sup. de iudi. cum si. non sic in alijs, nam res non potest esse pretium nec pretium res. & hãc rationẽ quare in dote & in vniuersalibus pretiũ succedat loco rei, bene nota, quia videtur vera. Non obstat etiam inducta per Bart. quem supra. quia ad illũ tex. respondetur, quod imo ille tex. probat oppositũ, vt supra fuit inductus in 7. arg. & hoc maxime patet. cum habeat locum vtroq; casu augmentũ, quod non haberet, nisi res esset dos. Nec obst. inductio supra facta. quia ratio dubitandi in illo tex. non erat cum stipulando rem videatur quis dotem stipulari. neq; quoad hunc effectum ponderabatur an dotem, an rem datam in dotem mulier illa fuerit stipulata, sed quia indefinite stipulando dotem, videbatur stipulata etiam augmentum ipsius dotis postea sequutũ. l. si seruus. ſ. de ser. vrba. præd. At stipulando rem datam in dotem, quamuis res illa sit dos, tamen videbatur quod esset stipulatio limitata respectu dotis præsentis, non autem extenderetur ad dotis additamentum

quam rationem nota ad intellectum illius text. Nec prædictæ
legi ob. l. si peculium seruo. inf. de pec. leg. vbi aliud est legare
peculium, aliud res existentes in peculio, quia illa loquitur ad
8 alium effectum quàm loquatur. d. l. etiam. † Sed pro Bar. quòd
immo res data in dotem non sit dos, arguitur primo l. præsup-
posito casu data esse duas res in dotem, domum. s. & fundum,
Certum est enim vnam esse dotem, non plures, & sic nec fun-
dum esse dotem, sed partem dotis & idem in domo, quo præ-
supposito arguo sic. Domus ista est pars dotis, & tamen nemo
dicet, quod sit pars fundi, ergo de necessitate dos est quid diuersum
ab ipso fundo. Ista consequentia probatur, quia si fundus ipse
esset dos, vel eius pars, domus esset pars fundi, & fundus pars
domus, quod est impossibile. Secundo, certum est quod dato fun-
do in dotem fructus ex eo percepti etiam soluto matr. augent
dotem. l. si marito. §. fi. inf. eo. tit. Tunc sic, aut dicimus auctum
fuisse ipsum fundum datum in dotem, & hoc est falsum, quia
ipse fundus nõ põt augeri a fructibus, aut ipsam dotem prout
est ius quoddam vniuersale distinctum ab ipso fundo, & tunc
Bart. habet suum propositũ. Vnde pro intelligentia huius arti-
culi est sciendum, quod præfati Perusini in d. tract. dixerũt, quod licet
dos non sit ius vniuersale contra Bart. tamen est quoddam ius
diuisum ab ipsa re data in dotem, nam ex ipso iure dato in dotẽ
causatur obligatio & actio ipsi mulieri, non autem ex ipso cor
pore dato. Sic etiam possumus dicere, quod cõmodatum, deposi-
tum, vel pignus seu hypotheca est ius quoddam separate sum-
ptum in abstracto ab ipsa re commodata, deposita, vel pigno-
rata, cũ ex ipsa re non oriatur obligatio & actio, sed ex ipso cõ-
modato, deposito, & hypotheca. facit tex. secundum eos in l. 1. ad fi. ff.
de re. di. Et ita dicunt debere intelligi tex. in d. l. quod dicitur.
& in d. §. sed quod diximus, dum facit differentiam inter ipsam
dotem, & corpus datum in dotẽ, & dũ tex. dicit de vniuersita-
te dotis, debet intelligi. i. de totalitate dotis, vel de vniuerso iu-
re quod competit mulieri ad ipsam rem datam in dotẽ, ita di-
cunt formaliter præfati vbi s. Sed ista dicta non videntur vera,
nam bene fateor quod contractus dotis differt a re data in dotem,
& ab ipsa dote. Et idem in contractu depositi, commodati &c.
differunt enim ab ipsis rebus. Et ex eo cõtractu oritur obligatio. l.
licet. §. ea obligatio. s. de procu. Sed nos non loquimur de dote
prout de contractu, sed prout est proprie dos, quo casu dico, quod
non differt ab ipsa re in dotem data. & ideo dico ad eiusdẽ rei
similitudinem, quod res deposita depositũ est, & res cõmodata cõ-
modatum est, sicut res in dotem data dos est, casus est in l. 1. in
princ. s. depo. vbi text dicit, quod depositum est, quod custodien-
9 dum alicui datũ est. † Et ideo pro veritate credo esse dicendũ,
quod dos est nomẽ significatiuũ omniũ rerũ quæ sunt date in do-
tem, seu habite pro datis. Siue sit vna siue duæ siue decẽ. Et propter
hoc quia est aptum comprehendere plura, potest dici genera-
le seu collectiuũ, non dico quòd dos significet aliquod ius vni-
uersale comprehendens res datas in dotem, prout dicit Barto.
sed dico, quòd signant ipsas res, non autẽ aliquod ius differens
ab ipsis rebus, est tamen nomen aptum plura cõtinere, seu est
quoddam nomẽ significatiuum vnius rei vel plurium ad vnũ
effectum coniunctarum, quod enim plura sit aptum compre-
hendere, & quod comprehẽdantur ipsa dos, patet ex his quæ latius.
10 s. dicta sunt. & probatur ad similitudinem peculij. † Est enim
peculiũ, vt inquit Tubero, quod seruus permissum dñi sepa-
ratum a rationibus dñicis habet &c. l. depositi. §. fi. s. de pecu.
& sic peculium est idem quod ipse res. licet Bar & doc. com-
muniter aliter dicant, sed male. vt patet ex prædicta diffinitio-
ne. ad quod etiam facit tex. in dicta l. depositi in §. peculium.
vbi dicit, quod peculium est dictum quasi pusilla pecunia. Pro
quo etiam bene facit. l. grege. infra de legat. 2. vbi fit compa-
ratio de peculio & grege. & text. in l. peculiũ. codẽ titulo. vbi
æquiparatur familiæ, quę tamen non sunt nomina iuris, & hoc
idem forte sensit Barto. in l. prima in princip. ff. de eden. vbi fa-
ciens differentiam inter hæreditatem & peculium, appellat
11 peculium vniuersitatem facti. † Et idem quod in peculio dico
in patrimonio, nã non differt ab ipsis bonis seu facultatibus,
vt probatur in dicta l. si fidicommissum. §. tractatum. sup. de iu
dic. & probatur in dicta l. depositi. inquantum dicit peculium
dici quasi patrimonium pusillum, & idem quod in huiusmodi
dicerem in taberna quæstuaria, mensa, seu negotiatione, vt nõ
dicantur nomina iuris esse, sed bene denotantia vniuersitatis
nomina. l. cum tabernam. sup. de pignor. l. cum pater. §. mense.
inf. de legat. 2. l. tabernæ inf. de fund. instruct. Et idem de nomi
ne gregis & nomine populi. differunt tamen, quia ista nomi-
na grex & populus non possunt denotare nisi res corporales,
& plures, dos vero & peculium etiam iura, quando in dote vel
in peculio iura sunt. Item etiam vnam rem tantum, quod non
est in dictis nominibus. l. oues. inf. de abigeis. cum ibi nota. Ad
prędicta, vel pro supradictorum confirmatione bene facit tex.
l. si peculium. in princip. ff. de pecu. lega. inquantum dicit, si pe-
culium sit in corporibus &c. Et sic denotat peculium ex ipsis
12 corporibus constare. † Nec prædictis obstat. l. si peculium ser-
uo. eod. titu. vbi fit differentia, an legetur peculium, an res exi-
stentes in peculio, quia illud est ad effectum, ne detrahatur æs
alienum debitum domino, nam nomen peculij denotat detra
hendum æs alienum, quod domino debetur. d. l. depositi. §. fi.
quod non importatur, quando simpliciter res legantur, cum
enim non legentur sub ratione peculij, sed sub nomine rerũ,
res ipse prout sunt præstandę sunt sine diminutione eris alieni.
arg. in simili in l. si prior. ∫. hoc eo. tit. Item etiam nõ ob. si quis
allegaret. l. vendicatio. s. de rei ven. vbi dicitur, quod quamuis grex
possit vendicari, non tamen peculium. ergo peculiũ non sunt
res quæ sunt in peculio, quia illæ possent vendicari. d. l. si pecu-
lium. in princ. ∫. de pecu. leg. Quia ad hoc respondetur, cum de
natura peculij sit continere in se iura. l. quod Tuberonis. §. fin. s. de
pecul. quæ iura non vendicantur, ideo non potest vendicari. vt
dicit gl. in d. l. vendicatio. Ad argumenta, s. in contrarium facta
respondetur. Et primo ad primum dicitur, quod esse fundũ & do-
mum partes dotis importat quod ambo continentur sub vno no-
mine quod appellatur dos, non autẽ quod sint partes alicuius rei.
Et eodem modo respondetur ad secundum, nam ibi fundus
tm̃ a principio erat in dote, idest veniebat sub nomine dotis, &
sic nomen dotis continebat tm̃ fundum, nunc conuersis fru-
ctibus ex dispositione legis in dotẽ, augetur dos. i. quia vbi pri-
mo dos consistebat in vna re, nunc cõsistit in duabus, est. n. dos
nomen aptum plura cõprehendere, & ex suprascriptis sumun
13 tur infrascriptę conclusiones. † Prima dos non est de necessita
te ius nec vniuersale nec particulare contra Bar. & doc. cõmu-
niter, quam conclusionem cõtra Bar. secuti sunt etiam Bal. & Sali.
in l. fi. C. de sent. quæ sine certa quantit. & in alijs locis hic per
Alex. allegatis. De necessitate aũt dixi, quia cõtingenter posset
esse, videlicet qñ in dote essent iura. l. dotis fructus. §. si vsufr. s.
de iur. dot. Secunda conclusio. Dos est illud quod est datũ &c.
iuxta diffinitionem Azonis, & duæ similes cõclusiones cõtra Bar.
14 sumuntur de peculio. † Et ex his infertur. d. quæstionẽ, de qua
hic per Bar. nunquid. s. in dote procedant generalis libellus &
sententia Super quo Bar. vbique tenuit quod sic, motus, quia dos
est quoddam ius vniuersale. Bald. vero & alij in d. l. fi. & in lo-
cis allegatis per Moder. tenebant cõtra Barto. cõtra quem etiam non hic
dñs Pau. de Cast. ponens differentiam inter hæreditatem & dotẽ cõ-
uenientẽ his quæ s. per nos dicta sunt. Quam rationẽ differentiæ rep re-
hendit hic præceptor meus Franc. Areti. & quia non bene re-
fert dicta D. Pau. de Cast. ideo ipsum non refero. Inquãtum tñ
allegat cõtra eum. l. quæsitum. ff. de pecu. Dico quod illa lex non vr fa-
cere ad propositum, quia loquitur, quãdo agebatur actione de
peculio, non autẽ quando ad peculium, prout est materia no-
stra. D. Rapha. Cuma. hoc dicit in hic articulo solum esse con-
siderandum, an dubitetur dotem datam, vel quantam. Et non
valet sententia incerta. d. l. fi. sed vbi constaret de dote & de quã-
titate vel re. sed dubitaretur de restitutione, tũc procederet sen
tentia & libellus, vt probatur in l. ait prætor. in prin. & §. primo
∫. de re iudicata. Attendendum est ergo secundũ eum, an snĩa
& libellus contineant incertitudinem respectu eius quod agitur.
Et secundum ista sua dicta posset forte inferri: Primo quod si filia
peteret, quòd pater eã dotaret implorãdo officiũ iudicis iuxta
l. obligamur. §. lege. cum ibi notatis. ∫. de actio. & oblig. & in l.
qui liberos. s. de ritu nuptia. Cum pater negaret se obligatum
ad hoc, quia hic non dubitatur, neq; fit quæstio de quantitate,
sed tm̃ an pater teneatur, procedet iudicium & sentẽtia incer-
ta. Secundo, quòd si agatur cõtra illum qui promisit de rẽ incertã.
iuxta. l. cum post. §. gener. s. de iur. dot. & nota. in l. i. ∫. eo. & con
uẽtus recuset se obligatum, valebit libellus & sentẽtia incerta
respectu quãtitatis, quia satis est quòd sit certa respectu eius quod
erat in lite & controuersia. Circa quæ cogita, quia contra hoc
vltimum vr facere quòd statim dicemus, sed pro veritate hu-
ius articuli est sciendum, quia vt dicit Bart. in l. 1. in princ. ff. de
edend. etiam in iudicio vniuersali sententia debet esse certa re-
spectu eius quòd principaliter deducitur iure actionis, licet se-
cus respectu eorum quæ veniunt per officium iudicis. Et ideo
quia agens petitione hæreditatis petit iure actionis se declara-
ri hæredem. l. licet. sup. de pet. hæredita. hoc debet deduci cla-
re, ac super eo ferri clara sententia, respectu autem contento-
rum in hæreditate satis est quod petantur in genere etiã rebus
non specificatis quoniam cum illa veniant restituenda per of-
ficium iudicis satis erit, quod liquidentur in executione sentẽ-
tię. Et idem dicit Are. in peculio, quia satis erit declarare, pecu-
lium quod est penes reum conuentum, ad agẽtem pertinere.
Ex quo infertur, quòd cum res date in dotem petantur actio-
ne de dote. l. si marito. §. fi. inf. eo. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo.
act. & per totam illam legem, quod sententia erit ferenda certa su
per dote. & ita in veritate probat tex. in d. l. fin. cui non bene re-
spondet Barto. vt bene demonstrant Perusini in loco. sup. alle
gato, & etiam Aret. hic. & licet Alex. conetur etiam ipse respõ
dere ad illum text per Barto. tamen ipse videtur illum text. de-
struere. Subdit hic Areti. quod illud iudiciũ de dote est magis
simile iudicio generali, quam vli, & ideo procedet quidam li-
bellus

bellus generalis, vt dicit Barto. in dicta l. 1. de eden. Simile dicit in petitione interesse, in quo debet ferri certa sententia, licet admittatur libellus incertus §. curare. insti. de ac. & per Bartol. in l. stipulationes non diuiduntur de verb. ob. ff. de dote videtur probari in d. l. fi. vt etiam dicit hic Bart. Dicit tamen Aret. esse
15 cogitandum. † Sed ego puto, quod iudicium de dote nedum non dicatur iudicium vniuersale, quale est petitio hereditatis, verũ nec iudicium generale, quale est iudicij tutele, actionis negociorum gest. & huiusmodi; nam quãuis dos sit nomẽ aptum comprehendere plures res, vbi plures res sint date in dotẽ vt s. est dictum, non tamen ex hoc dicitur iudicium generale, quia iudicium generale habet in se data & accepta, & iura actiue & passiue, & redditionem rationis administrationis, quæ naturaliter non solent venire in dotem. Vnde sicut quamuis appellatione depositi multa possint venire, quæ sint data in depositũ, non tamen dicitur iudicium generale, sed particulare. Et ideo particulariter denotanda sunt, quæ petuntur l. 1. §. si. quis argentum s. depo. Non enim procederet libellus, peto quæ deposui, si contra ipsum fuerit oppositum, eodem modo nõ debet procedere iudicium peto dotem, seu quæ dedi in dotem nam pluralitas specierum per se distinctarum datarum in dotem non facit quin sit iudicium particulare. Bene fateor, quod si contingeret quod in dote esset data hęreditas, vel aliqua taberna seu negociatio questuaria, vel quid simile, satis esset petere exprimendo eam consistere in dictis vniuersitatibus, aliter bonis non specificatis &c. satis est enim quod petitio & sententia sint certę respectu vniuersitatis petitę. vt hic dicit Barto. & glo. in d. l. 1. in princ. de eden. quæ dicit, quod in iudicio vniuersali res debet vniuersaliter designari. & ita contingit in petente redditionem administrationis bonorum ratione tutele, negociorum gest. Sed quando simpliciter peto dotem reddi, vel condemnatio fit ad dotis restitutionem, dico quod hoc & in generem in specie dicitur esse incertitudo, licet sit certa causa ex qua peto, scilicet causa dotis, non enim constat quid peto et in genere. & quod ista sint vera, probatur ex d. l. fina. vbi sententia incerta super dote non valet etiam expresso nomine dotis, secundum quod aperte ibi probatur in versi. præsertim cũ ipse &c. licet Bar. aliter dicat. cuius contrariũ esset verum si diceretur esse iudicium generale. nam sicut super iudicio vniuersali prout petitio hereditatis valet sententia generalis & incerta respectu particularium, vt per Bart. vbi s. ita & in iudicio generali s̃m Bal. Angel. Fulgo. & Mod. in dicta l. 1. ff. de eden. & Sali. in l. edita C. eodem titu. & Barto. in l. secunda. C. de sen. quę sine cer. quanti. licet dixerit in dicta l. prima. Pro qua opin. facit, quia vt dictum est s. satis est quod libellus & condemnatio sint certę eius quod vniuersaliter seu generaliter deducitur in actionem, & de quo principaliter fit questio. Ex qua cõdemnatione infertur decisio ad ea quę liquidabuntur in executione, & ideo bene videtur ex prædictis dicere hic domi. Paul. de Castro, quod agens ad dotis restitutionem habeat exprimere quantitatem, domũ, vel fundum data in dotem, cum hæc possint de facili fieri, sed quantũ ad fructus cum nõ possint de facili specificari, satis erit dicere, peto fundum cũ fructibus perceptis ante matrimoniũ, vel post ipsum solutũ, secundũ eum.
16 † Quantum autẽ ad peculium, quia de eius natura est, vt contineat debita & credita, seu iura actiue & passiue, administrationes negociorum, lucra & damna, hereditates & legata vt in l. quã Tuberonis. §. fin. s. de pecu. & in l. vendicatio. per gl. s. de rei vendicatio. Crederem in eo procedere quę dicuntur de iudicijs generalibus. Inquantum tñ Aret. dicit, quod in peculio satis est declarare peculium ad agentẽ pertinere ad sim litudinẽ iudicij petitionis hereditatis, salua semper tñ tanti viri authoritate nõ credo hoc esse bene dictum, quia in actione mere personali, prout est quando agitur ad peculium, vt hic declarat Bar. cõdemnatio venit iure actionis, nõ declarato quod res ad actorem pertineat, vt per Bartol. in dicta l. prima. de edendo Declaratio autem illa bene conuenit actioni mixtæ prout petitioni hereditatis, quia agens habet ius hereditarium, & ita petit iure actionis hoc declarari l. licet de petitio. hered. Item conuenit actioni reali, in qua præsupponitur agens habere dominium, & ita petit declarari. l. ex diuersis. §. primo. supra de rei vendica. l. Pomponius. §. primo. §. de procu. not. per Barto. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. pos. in 5. lec. sed agens ad peculium non agit ratione iuris quod habeat in re, sed ratione iuris quod habeat ad peculium, vt hic per
17 Bartol. in versic. quare dic quod quędam &c. † Et adde circa libellum generalem & incertum, quod licet procedat etiam in particularibus, si non fuerit oppositum, per l. fi. C. de anna. excep. tamen est necesse, quod omnino declaretur pendente iudicio, alias super eo non posset ferri sententia, s̃m Bartol. l. si mater. s. de rei ven. & Al. b. in c. 1. extra de libel. obla. quod semper te-
18 ne menti. † Sed redeundo ad diffinitionem dotis, vnde ad supradicta digressi fuimus, Ange. hic & plenius in suo cons. 180. cum decimo pir. præmisso ad euidentiam, reprehendit vtranque diffinitionem tam Azo. quàm Bart. mouetur principaliter, in quantũ in vtraque diffinitione dicitur, dotem dari ad onera matrimonij sustinenda, nam reperitur casus in quo hoc non verificatur. Exemplum, si mulier det dotem cum pacto, quod ipsa susti neat onera matrimonij, & fructus augeant dotem l. 4. in fi. supra de pac. do. l. si in pri. ff. de do. excep. l. si quis pro vxore. in fi. s. de don. inter vir. & vxo. Secũdo, quia dictę diffinitiones non comprehẽdunt dotem promissam & non traditam, quę tamẽ dos dicitur, vt patet in rub. & in nigro. C. de do. promi. & in l. mulier ita s. de iure do. & in l. 1. versic. & si tantũ promissa s. de col. do. cum si. Nec satis est quod Bartol. in sua diffinitione dicat, vel pro tradito habitum, quia dos promissa non habetur pro tradita. nam si haberetur pro tradita, peti non posset contra l. ad exactionẽ. C. de do. promi. & l. vnicam. §. & vt plenius. C. de rei vxo. act. Et ideo Ange. in d. consi. aliter diffinit dotem dicens, Dos est quoddam ius in se continens datum traditum vel promissum a muliere vel eius patre viro vel eius patri ob causam matrimonii vt fit dos, sed supra dicta motiua Ang. nõ obstant diffinitioni Azo. vel Barto. Et ad primum omissis re-
19 sponsionibus Io. de Imo. hic dicendum est quod † vbi esset appositum pactum, per quod dos non deseruiret oneribus matrimonii, non valeret tanquàm contra substantialia dotis l. cũ prę cario. ff. de prec. l. vbi ita donatus ff. de do. causa mor. l. si peculium. §. 1. ff. de pecu. leg. Est autem de esse & de substãtia dotis, quod deseruiat oneribus matrimonij l. pro oneribus. C. de iure do. l. dotis fructus. & l. si is qui. §. 1. s. de iure do. l. si pater mulieris. §. fi. eod. titul. Non obst. l. per Ange. allegatę, quia vt dicit hic Aret. satis in dictis. dicitur maritus sustinere onera matrimonij. cum fructus rei augeant dotem, qui alias fuissent sui. & vbi alias si maritus sustinuisset onera matrimonij, potuisset petere vsuras dotis non solute, & quia non sustinuit, eas non potest petere, sed compensantur cum expensis factis per vxorem, vt patet in d. l. si in princ. de do. excep. & in d. l. si quis pro vxore. §. si si quis eis recte consideret. & ita tenet hic Lo. & Are. & etiam Alexan. col. 1. dicens, quod dictum pactum alias non valeret, quia saperet donationem, quæ est prohibita inter coniuges, allega. Bald. l. pactum. in f. C. de col. & Inno. in l. si socer. in §. Lucius infra eo. Et ista opi. magis mihi placet quàm illud quod dicunt Perusini in eorum tractatu de dote char. 8. Ad secundum motiuũ Ange. Alex. & Are. hic laborant pro responsione, & licet conentur saluare aliquo modo Bar. tamen cõcludunt quod in d. diffinitione debeat apponi verbum, promissum, prout in d. diffinitione Ang. sed opinio Ang. quantum ad diffinitionem ipsius dotis videtur mihi ridicula, & nõ digna dubita-
20 tione tãtorum doct. Et ideo dicerem, † quod aut quærimus, an promissio de dando dotem sit dos, & concludo quod nedũ non est dos, sed nec contractus dotis, sicut nec pactum de donando est donatio, nec pactum de vendendo est venditio l. in bonæ fidei. s. de eo quod cer. lo. & no. per Franc. de ramp. in l. fi. s. de condi. ob caus. & per Math. de mat. not. 47. Est enim contractus dotis contractus qui celebratur, vt no. per Bartol. in l. legitima. & in l. iur. gen. in princ. sup. a de pac. promissio ergo de dando dotem est pactum seu stipulatio, non autem dos vel contractus dotis. Aut quęrimus, nunquid illud quod promittitur, sit dos, seu significat dotem, & dicendum est hoc vere & proprie, quod probatur, quia ille qui promittit dotem, promittit aliquã rem quæ habeat deseruire oneribus matrimonij, sed talis res est dos, quia ei conuenit diffinitio dotis l. 1. §. dolum supra de do. ergo quod est promissum, est dos, seu significat aliquod quod est dos. Nec ob. quod illa res quæ promittitur, non sit de præsenti dos quia illud nihil est dicere, sicut si promitto tibi facere vnã domũ, nemo diceret quin illud quod ego promitto tibi significat vinũ venturũ ex tali fundo, vel, est enim quod ego promitti tibi vinum proprie & vere, licet adhuc nõ sit in rerum natura. Dicendum est ergo, quod res promissa pro dote cadat & comprehẽditur sub diffinitione dotis posite per Azo. Nunquid autem stipulatio vel statuta sequẽtia de facto dotis, habeant locũ in dote nondum soluta, sed promissa, vide in locis hic per Aret. allegatis, satis est enim ostendisse quo ad materiam nostram, quod diffinitio Azo. comprehendat etc. s. rẽ promissam dari pro dote,
21 † Diffinitio autem quam ponit Ang. non est bona, cum dicit, quod dos est illud quod est datum ob causam matrimonij, vt fit dos, nam sequeretur, quod egausa factum alicui vt contrahat matrimonium cũ aliqua certa persona, esset dos, quod est falsũ in l. 1. & 2. C. de insti. & subst. cum si. Nec ob. q. Ang. subiungat illa verbã
22 vt sit dos, † nam cum diffinitionis officium sit declarare nobis quidd tatẽ & essentiam rei, teste Boetio dicente, diffinitio est oratio substantiam cuiusq; rei significans, vt refert gl. in regula. omnis diffinitio, de reg. iur. debet concipi per terminos nobis magis notos, quam sit ipsa res quæ diffinitur, & cõsequenter per terminos diuersos ab ipsa re diffinita, vt patet in d. l. 1. §. dolum supra de do. & in l. 1. s. de testa. & in omnibus diffinitionibus positis per iurisconsultos sparsim per totum corpus iuris, quod non facit Ang. Quid enim stultius, quam si te interrogo, quid sit dos,

dos, tu respondeas. Dos est illud quod traditur vt sit dos, declaras etiam idē per idem, sicuti in simili dicimus in teste interrogato in causa scientiæ respondit, scio quia scio. Rapha. etiam Cumanus hic reprehendit vtranque diffinitionē tam Azo. quàm Barto. Mouetur, quia data consumptione vel diminutione rerum dotalium, diffinitiones prædictæ redderentur falsæ quoniam nec res in dotem data erunt dos, vt dicit

23 Azo. nec ius dotis illas res continebit, vt dicit Bar. † Et ideo ipse aliter diffinit dicens, Dos est id quod debetur, siue est ius vel obligatio continens id quod debetur propter id quod est datum vel traditum &c. & secundum istam diffinitionem non errabitur dicit ipse, quia sæpe vna res data est, & multis ex causis definit esse dos. & pro hoc adducit tex. in l. secunda. §. quòd si in patris intra cod. titu. nisi glo. destrueret illum text. Sed contra hanc diffinitionē plura faciunt, & primo in quantum dicitur quòd dos est ius vel obligatio cōtinens &c. nam immo nec est ius, nec obligatio cōtinens, vt patet ex his quæ supra late dicta fuere. Secundo, quia dicere dos est quod debetur propter id quod datum est, de necessitate importat id quod debetur differre ab eo quod est datum, cum causatum differat a sua causa. argum. l. hæres per seruum. ff. de acquiren. hær. sed demus quòd id quod est datū, sit integrum, tunc falsum est dicere, dotem esse id quòd debetur propter id quod datum est, cum sint vnū & idem. Tertio pone, quod mulier dedit fundum in dotem, & deinde permutare cōuenit cum domo, & ita domum dedit, est autem verum dicere domum esse dotem, non autem fundū, & tamen fundus debetur mulieri propter id quod est datum. Quarto pone, quod ex pacto dos data ab extraneo debet remanere apud virū in casu in quo hoc pactum valet, certe nō potest dici, quod dos sit id quod debetur, & sic diffinitio Rapha. non videtur bona. Contra tamen diffinitionem Azo. videtur facere, quia non videtur comprehēdere fructus & alia accessoria ad rem datam in dotem, maxime quæ fuerunt accepta per maritum soluto matrimonio, quæ tamen videntur esse dos, vt dicit tex. in l. si marito. §. si autem eo & tamē non possunt dici tradita vel habita pro tradita a muliere vel eius patre ad sustinendum onera matrimonij, vnde vel est dicēdum, quod dicta augmenta non sint proprie dos, vt multi tenuerunt in d. §. fi. vel quod dicta diffinitio sit imperfecta, & quamuis omnis diffinitio in iure sit periculosa, vt dicit [illegible]

24 la omnis diffinitio. † Tamen posset fortasse diffiniri hoc modo. Dos est res cum suis legitimis augmētis a marito vel eius patre recepta propter sustinenda onera matrimonij quæ sol. matrim. mulieri vel eius patri nulla alia conuentione interueniente venit restituenda, & per hāc diffinitionem si recte aduertes, cessabit etiam obiectio quam supra faciebat Rapha.

25 Sed pertinenter ad supradicta quæritur, nunquid appellatione dotis veniat dos soluto matrimonio. Ita quod statutum faciens mentionem de dote, verificetur in dote post solutū matrimo. & videtur primo quod sic, quia ei competit diffinitio. Cum fuerit res data, & sit ad supportanda onera matrimonij. Assumit enim dos nomen & esse ab vno instanti. Secundo quia ita in iure appellatur, vt patet hic in ista Rubr. In contrarium facit, quia dos sine matrimonio esse non potest. l. 3. sup. de iure dot. l. fin. C. de don. ante nupt. nec sufficit, quod supportauerit onera matrimonij, sed requiritur quòd etiam sit apta de præsenti supportare, quod esse non potest, cum matrimonium illud, cuius respectu dicebatur dos, sit dissolutum, alias sequeretur, quòd permutata re dotali vel vēdita solemniter. &c. semper illa res diceretur dos, quod est falsum, Do. Pau. de Cast. hic dicit, quod si nunquam fuisset matrimoniū, non posset dici dos. sed si fuit licet sit dissolutum, non desinit esse dos, donec fuerit exacta. alleg. l. etiam. ff. de fun. dota. & l. 1. in fi. eodem titu. vbi si fundus dotalis non potest alienari etiā solu. matrim. vbi vero fuerat exacta & incorporata, tunc secus.

26 alleg. l. fin. C. communia vtriusq. iu. † & ex hoc decidit [illegible] Senense dictans quod mulier habens liberos non possessa [illegible] de quarta parte sua dotis, vel quas [illegible] teneatur seruare liberis, an habebit locum in vidua. & concludit quod ante exactionem indubitanter habebit locum per supradicta. Quinimò dicit quod ex mēte statuentium idē erit dicendū postq fuit exacta. & sic desierit esse dos, quasi videatur loqui de dote quæ de præterito vel olim fuit, quia sic est communis vsus loquendi. alle. Bal. ita expresse determinantē in l. 1. cir. fi. C. vnde vir & vxor. vbi quærit, stante statuto Mutinæ quod mulier teneat relinquere pariter dotem suam liberis vtriusq; matrimonij, an habebit locū in ea quæ tpe mortis suæ erat vidua, & refert Nic. de Mat. determinantē quod non, quia non poterat dici dos, ex quo nō erat matrimoniū. Ipse tamen Bal. concludit oppositum, & ita videtur sequi eum ibi Sali. Pau. de Cas. & Ludo. & Alex. hic. Sed Are. hic tenet quod si dos amisit nomen dotis, statutum nō verificet in vidua, vt tenebat Nic. de Mat. quia cum vetet relinqui vel donari dotē, oportet quod tpe quo relinquitur

27 sit dos, quia † qualitas iuncta verbo debet verificari s'm tēpus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. cū si. pro qua opin. adducit gl. & ibi Bald. in l. 2. ff. de fideicō. hær. peti. vbi glo. dicit, quod postq res hæreditaria fuit apprehensa per hæredē extinguitur illa qualitas, & per quod non potest amplius agi petitione hæreditatis, & sic priuilegium cessat extincta qualitate, & ideo dicebat ne. Bald. in l. 1. C. sine cen. vel reli. quod postquā res dotalis est restituta mulieri, nō habet locum priuilegium legis Iuliæ de fun. dota. ex quo desinit esse dos, quo ad statuta tamē supradicta putat esse considerandum, an ratio sit descripta in sta

28 tutis vt hic per eum. † Posset forte in hoc articulo distingui, quod aut sumus ante exactam dotem, aut post, primo casu retinet nomē & priuilegia dotis, & statuta de dote loquentia in ea verificabuntur. d. l. etiam. de fun. dot. & idem tenet Barto. in l. si marito. §. 1. ff. eo. & in l. filię dotem. ff. de col. do. & D. Pau. & cōmuniter mod. hic. Secundo casu videlicet quando sumus post exactā dotē, dicas, quod si quidem statutū loquitur respectu alicuius priuilegij vel effectus respicientis ipsam dotem, & dicendum est quod regulariter non verificabitur in ista. Verbi gratia, si loquitur de modo & forma agendi ad dotē, nam non habebit locum in muliere agente ad fundum olim dotalem possessum per aliquem, postquam iam mulier recuperauerat ipsum ab hæredibus viri. Si vero statutū loquitur ad alium effectum extraneū a materia dotis, verbi gratia, in materia collationis vel successionis, & dicendum est quod sic, tunc enim appellatur dos ab eo quod fuit, & sic demonstratur res seu quantitas per nomen quod iam sibi merat. Et ideo in statutis D. Pau. de Cast. & Bal. sto cū eorum decisione Non obstant all. per Are. de. §. si detracta. quia hic verbum, dos, stat demonstratiue, non qualificatiue, & ideo non requiritur quod verificetur s'm tempus verbi, vt no. declarat Bar. in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. Nec obstat illud quod allegat de pet. hær. quia petitio hæreditatis nō adaptatur nisi respectu rei hæreditariæ, & sic sumus in materia, in qua pōderamus materiam s'm hæreditariā iuxta distinctionē s. tactā secus vbi aliqua res denominaretur hæreditaria demonstratiue ad aliquē effectum extraneū. Expedita de diffinitione dotis, & his quæ ad cognitionem [illegible] necessaria, procedamus ad

29 de [illegible] Mo. l. hic. † Et primo inquantum Mo. [illegible] quærunt, an concessis [illegible] contra aliquam ciuitatem [illegible] capi [illegible] alibi tamen habens domicilium, & concludunt [illegible] decision. Bar. in tractat. re[illegible] in 2. quæstio 7. q. princip. quod si per se vel alium [illegible] capi poterit alias non, vt ibi per eum. Adde vltra ea quæ dicit hic Alexan. quod contra dictam decisionem videntur facere no. per Barto. in l. assumptio. §. 1. infra ad Mun. vbi dicit, quod qui non potest se eximere etiam renunciando, quin teneatur [illegible] munera in patria, ergo semper erit verum dicere quòd pro represaliis capi possit tanquam obnoxius muneribus dictis. Et ideo pro defensione Bartol. & etiam pro declaratione [illegible] possumus dicere suam opinionem procedere attenta consuetudine vel statutis Italiæ, quæ est, quòd cuiuslibet ciuitatis territorium sit ita distinctum ab alio, vt nedum habeatur pro prouincia, vt dicit glo. in l. fina. C. de præscript. long. temp. [illegible] etiam ibi conueniri non possit et à ratione domicilij postea [illegible] pro his quæ [illegible] gesta erant [illegible]. Et ideo quantum ad conueniendum vel grauandum hunc talem frustratoria redditur dispositio iuris volentis non posse [illegible], & eius ratione [illegible] conueniri ad honores & munera, vt no. Ba. in d. l. assumptio. in princip. & plenius in §. 1. ad Munic. nam in loco territorij vbi de nouo contraxit domicilium non potest [illegible] ad subeunda [illegible] munera in patria, & sic licet sit obligatus subire, tamen cum se contulerit ad locū vbi conueniri non potest, habetur quasi pro exempto & liberato, & saltem de facto, ita vt non iudicetur amplius ciuis illius ciuitatis, secus vbi contraxisset domicilium in loco, vbi adhuc conueniri possit, vt quia esset ciuitas subiecta [illegible] sua originalis patria. Tūc enim habebatur pro ciue, ita vt adhuc habeatur pro ciue, & possit capi, & illud est not. quia est elegās declaratio ad mentē Bar. in d. locis, & conferre potest ad mul

30 ta, & inter cætera ad q. in qua alias [illegible], † nunquid scilicet, statutum Florentiæ disponens [illegible] beneficium ciuiū habebit locū in eo qui erat Florentinus origine paterna, licet origine propria & domicilio proprio esset Bononiensis, & cōsultum vidi quod sic, quasi potentialiter & [illegible] dicatur conueniblis & obligatus ad munera patriæ per [illegible] ergo etiam beneficia. Sed in contrarium facit, quia [illegible] detur conuenibilis ad munera patriæ, qui in loco domicilij contraxerit vbi conueniri non potest. Contra [illegible] videntur [illegible] mutari omnia dicta Barto. in dict. l. assumptio. [illegible] procedant quando erat ille in loco cōueniri [illegible] poterat cōueniri. Sed aduerte, quia contra supradictam consi[illegible] facere decisio Io. And. in rub. de don. no. dato. [illegible] hic referunt Moder. vbi dicit, quod Bononiensis qui [illegible]

[illegible]

micilium Perusij non potest capi pro represalijs concessis Bononię cõtra Perusinos. Sed dic ꝙ sua decisio procedit de iure communi vel dic ꝙ respectu ciuitatis originis cõcedentis represalias est alia ratio, qa non videtur aliquo modo sensisse cõprehendere suos ciues, licet in loco originis nõ ꝯferant. Bart. autem loquitur respectu tertię ciuitatis concedentis represa-
31 lias vnde iterum cogita.† Secundo pertinenter ad dicta Ang. & Mode. huc quarto, vtrum immunitas concessa Florentię aliquibus debitoribus contra creditores Pisanos habeát locum contra creditorẽ origine Florentinũ, Pisis tamẽ domicilium habẽtem. Pe. de An. in cons. 36. quod inci. in Christi nomine contra Ioan. & Mariani. concludit quod non. Primo qa cum in eo concurrat duplex ius. vnum fauorabile & quod prodest, s. qu a est Florentinus origine aliud nocẽs, qa rõne domicilij est Pisanus. & immunitas ista sit ꝯ ius commune, debet attendi qualitas quæ prodest. Secundo qa iste est casus mixtus. Tertio qa causa originalis est fortior &c. vt hæc omnia latius vide ibi per eum & habentur. Pro qua decisione facit decisi. Ioan.
32 And. rubri. de dam. da. s. allega.† Tertio quæritur, vtrum appellatione Genuensium veniant illi qui se submiserunt cõmuni Genuẽsi certis pactis & modis. vide Pet. de Anc. cons. 438. quod inci. in Christi nomine amen. Ista sententia &c. vbi cõcludit quòd non, quia talis ciuitas quo ad omnia habetur pro libera & nõ subiecta, & pro habente separatum territoriũ, & non regulata legibus illius ciuitatis, excepto ꝙ quo ad illa pacta, vt probatur in l. non dubito ff. de capti. secundũ ipsum, vbi tu vide Bart. qui hoc determinat expresse. & in l. hostes. de capti. & in cõsi. qđ incip. cõmune Spoleti Et ita etiam tenet hic præceptor meus Aret. dicens, ꝙ illi qui non sunt simpliciter subditi sed secundũ qd, prout sunt recommẽdati, de quibus per Bartol. in d. l. non dubito. non dicuntur proprie de terra cui sunt recommendati. glo. dicit esse notabilem, quã ibi ponderat do. Abb. ad hoc in c. 1. extra de postu. prela. & idem dicit in illis qui non sunt de comitatu dictę ciuitatis, sed districtu, quia sunt imperio eius, reguntur tamen proprijs legibus, nec conuocantur ad honores dicte ciuitatis, vt hic per eum. Ex quibus infertur, quòd supradicti non poterunt capi vigore represaliarum concessarum contra ciuitatem superiorem.
C. de incol. 10 li. ergo potius est cõsideranda, quam locus do-
38 micilij. dicta. l. legatis. §. si vni. preterea & secundo † vbi cõcur-
runt in eadem persona duę qualitates, naturalis & accidenta-
lis, præfertur qualitas naturalis. l. qui habet. ff. de tute. maxime
cum qualitas naturalis sit illa, quæ obsit, & naturalis illa quæ
prosit, per regulam traditam in l. si quis in grauι. §. eleganter.
ff. ad Syllan. & Bartolus notat. in l. secũda §. si a pupillo. ff. de
vsucapio. pro empto l. cum pater. §. nemo. ff. de legatis 2. Non
obstat primo, quod represaliæ concedantur propter delictum
populi, vt sunt ciues, & sic contra præsentes, nam idem est, qa
ciuis originarius q alibi transtulit domicilium, non desinit
esse eius patriæ, quinimo effectualiter remanet ciuis, adeo
quod ipsi imponi possunt collectæ quæ imponuntur personis
pro rebus, quas possidebat. l. rescripto. § finali ff. de muner. &
honor. ita tenet Oldradus in consilio 169. incipiente. quidam
homines domini Raynald. Ioann. An. in addi. ad Speculum.
§. nunc dicendum. versiculo sed pone. Non obstat, quod di-
cebatur, quod qualitas fauorabilior debet attendi, quia illud
non procedit, quando altera qualitas est naturalis, tunc enim
illa consideranda, & præfertur alteri qualitati. Non obstat ter-
tia ratio, quæ fuit Socini, quia negatur, quod qualitas domi-
cilij sit potentior, quam sit locus originis. dicta. l. libertus. §.
39 prę scriptio. ff. ad Municip. & ita alias dicebam. † sed nunc ma-
turius considerans ista limitatio potest teneri, eo quia qualitas
domicilij potius attenditur, licet sit accidentalis, quam quali-
tas originis, cum dicta qualitas sit fauorabilior, pro hoc addu-
co text. a me solo ponderatum in l. hæreditatem in princip. ff.
40 de castrẽsi pecu. † Preterea, regulariter & potius attẽditur lo-
cus domicilij quam locus originis, de hoc est gloss. notabilis
in capitu. statutum. in §. cum vero. in verbo, vnam dietam. de
rescrip. in sexto. & idem in pulchra questione vult Salice. in
l. cũctos populos. C. de sum. tri. & fide catho. vbi dicitur, quod

si in

fi in loco originis mulieris statuta disponunt, quod maritus lu
cretur dimidiam dotis vxore præmoriente, licet in ciuitate ma
riti statutum solum disponat de tertia parte, vel nihil, certe at-
tendi debet statutum ciuitatis mariti, secundum Bart. in l. exi-
gere dotem. ff. de iudic. subdit Salic. hoc esse verum, nisi po-
stea maritus alibi constituisset domicilium, quia tunc statutū
huius domicilij, non originis esset considerandum, prout vult
Alex. in consil. 101. incip. ex inspectione. col. 2. volu. 3. cuius di-
cta per duas colum. refert Iason in l. si arrogator. in tertia char
ta. ff. de adopt. Non obstat. l. libertus. §. præscriptio. & similia
iura, nam ideo ibi præfertur locus originis loco domicilij, quia
obligatio ad operas seu ad munera personalia subeunda fuit
prius cōtracta apud locum originis, merito ergo ille locus præ-
ferri debet loco domicilij postea acquisiti. l. in operis. ff. loca.
& ita singulariter declarauit Bald. in dicta l. prima, C. de muni-
cip. & origi. libro decimo. Alexand. in dicto consil. 101. penul-
41 tima columna, volumine tertio. confirmatur, nam † quis quo-
dammodo nascitur hypothecatus patriæ. l. postliminium. §. fi-
lius. ff. de cap. & postlimi. reuer. Bald. in l. in adopt. C. de adopt.
Sed in hypotheca qui prior est tempore, potior est in iure. cap.
42 qui prior. de regulis iuris. in 6. † Tertia conclusio est. Perusinus
alibi habitans nec in loco originis subiens onera, non includi-
tur in represalijs contra Perusinos concessis, secundum Bart.
in l. prouinciales. ff. de verborum significatio. Imo. hic. Bald. in
capitulo primo de forma fidelitatis in vsibus feudo, & hoc se-
quuntur communiter scribentes Moderni. Alexand. tamen in
puncto iuris tenet contrarium, quia licet non subeundo mu-
nera non dicatur municeps, per hoc tamen non desinit esse ci-
uis. l. prima. ff. ad Municip. quem ibi nota. Barto. in vlt. colum.
ergo remanens ciuis includetur in represalijs concessis contra
ciues Perusinos. Socinus defendendo communem cōclusio-
nem soluit hoc argumentum dicens, quod licet dicatur ciuis,
non tamen proprie dicitur ciuis, quia is ciuis est, qui munera
subit, secundum Bal. in l. quod fauore. C. de legibus. item quā-
uis habeat nudum nomen ciuis, quia onera non subit, & non
habet effectum ipsius nō habetur cōsideratio. l. 2. §. sed si sunt
sui. ff. ad Tertulia. l. & si ex modica. §. si filius. ff. de bon. liber.
sed defendi potest opinio Alexand. eo quia quis proprie dici-
tur ciuis, licet munera non subeat, licet proprie non dicatur
municeps, secundum Barto in l. prima. colum. fin. ff. ad Muni-
cip. & sic tollitur prima ratio Alexand. Secundo respondetur,
quod licet ciuis alibi habitet, nec in ciuitate munera subeat, est
tamen habilis ad illa subeunda, quia si propter necessitatē im-
minentem reipublicæ imponatur collecta ciuibus, & ipse pos-
sideat aliqua bona in ciuitate, onus collectæ cogitur subire, se-
cundum Oldrad. in consilio superius allegato, & iste habitus
seu potentia habetur in consideratione, prout considerat Pau.
de Castro in consil. 95. incipien. posset quis dicere, quod statu-
tum. in versic. tertio posset dici. vel aliter respondeo, quod non
est vanum nomē ciuis, etiam si nihil possideret, cum possit co-
gi, vt subeat onera personalia in patria, licet alibi habitet, vt di-
43 xi. † Quarta conclusio, represaliæ concessæ contra ciues Peru-
sinos comprehendunt etiam ciuem creatum, vt quia aliquis
propter sua benemerita donatus fuit ciuitate, ita nota. Barto.
in tracta. represal. in 3. quæstio. per textum. in l. ciues. C. de in-
colis. libro decimo, sed huic opinioni contradicit Bal. in authen.
omnimodo. C. ne vxor pro mar. & in l. ciues. C. de appellat. eo
quia sicut appellatione filiorum non veniunt filij adoptiui, &
sic ciuiles. l. fideicommissum. ff. de conditio. & demonstratio.
l. si ita scriptum. §. fina. ff. de legat. secundo. ita appellatione ci-
uium non debent comprehendi illi, qui creati sunt ciues, & sic
origine non sunt ciues. Aretinus in l. 2. in princip. colum. pe-
nultima. ff. de verborum obligatio. approbat opin. Bart. & re-
spondet ad iura allegata per Bald. quia ideo appellatio filij re-
stringitur ad filios naturales non autem ciuiles, quia filius est
nomen naturale. l. tutelas. ff. de capit. diminut. ideo facilius re-
stringitur ex mente disponentis, quam nomen ciuis. Opinio ta
44 men Bald. alia ratione potest teneri. † nam verba prolata in di-
spositione etiam fauorabili in dubio intelligantur naturaliter,
non autem ciuiliter. l. Statius. §. Cornelio felici. ff. de iure fisc. l.
fi. C. de his qui ve. æta. impe. ideo dicit Petr. de Ancha. in capit.
primo, de constitutio. folio 46. ego habui hoc etiam de facto,
quod si testator iussit post obitum quorundam hæredū, quod
hæreditas deuoluatur ad maiorem de certa domo, non intel-
liguntur ista verba de maiore scientia, dignitate, seu diuitijs,
sed de ætate, per textum, in dicta l. fina. sequitur Alexander in
dicto consil. 4. incipien. ponderatis verbis testamenti. volumi-
ne quinto. Præterea contrariorum eadem est disciplina. l. is
qui contra. ff. de vulga. & pupill. l. fina. in princip. ff. de lega. ter
tio. sed ciuis Perusinus ex priuilegio nō consequitur commo-
dum concessum ciuibus Perusinis ab alia ciuitate, dictum est
Barto. in l. si maritus. §. legis Iuliæ. ff. de adulte. ergo non debet
consequi incommodum represaliarum, quæ sunt concessæ
contra Perusinos ciues. † Quinta conclusio. præsupposita opi-
nio. Barto. pro bona, de qua in præcedenti conclusione, repre-
saliæ concessæ contra ciues alicuius ciuitatis non comprehen-
dent filios eorum, qui ex lege vel statuto ciues facti sunt, quia
huic ciuilitati poterit includi ex lege vel statuto, quod ei filij
possint renunciare, & ita tenet Angel. per illum tex. in l. fin. C.
de his qui sponte munera suscep. vel recep. libro decimo, sed
in contrarium est decisio Bar. in l. libertus. §. patris. ff. ad Muni-
cip. vbi voluit, quod ciuilitas acquisita ex conuentione transit
ad filios, cum non possunt renunciare, quia ex ea obligantur filij
46 hæredes patris, sicut obligantur ex alijs contractibus. † Vltima
conclusio, represaliæ concessæ Bononiensibus contra ciues Pe
rusinos non comprehendent Bononiensem habitantem Pe-
rusij, ita determinauit Ioan. Andr. in rubr. de iniur. & dam. da-
to in addit. ad Specu. vbi dicitur, quod cum hoc de facto colle-
gisset contra Genuenses, fuit determinatum, quod Bononien-
sis habitans Genuæ capi non possit pro represalijs concessis
contra Genuenses, nam secundum Bald. in l. meliore. C. de mi
lit. testa. statutum ciuitatis debet interpretari contra alios, non
contra proprios ciues statuentium. l. si peculium. §. sicut in ar-
gumento. ff. de pecul. lega. facit etiam quod voluit Bald. in l. [illegible]
citatio. §. fiscus. ff. de publica. prædictis additur, quod not. Petr.
de Ancha, in consil. 36. incip. contra Ioannem, qui dicit, quod
priuilegium immunitatis concessum debitoribus contra cre-
ditores Pisanos non habet locum contra creditorem Floren-
47 tinum, qui Pisis contraxit domicilium, † quia potius conside-
randa est qualitas originis, quam qualitas domicilij contracta,
quia illa est fauorabilior, cum per eam reducamur ad ius com-
mune, ergo considerand. l. si pupillus. §. 1. ff. ad l. Falc. pro qua
ratione facit notabilis decisio Bald. in l. si quis decurio. infra de
fal. vbi dicitur, si vnum statutum dicit, quod contra doctorem
non possit inquiri, alio statuto cauetur, quod contra militem
possit inquiri, quidam existens miles & doctor commisit deli-
ctum contra ipsum poterit inquiri. decidit Bal. quod in isto ca-
su attēdi debet qualitas, quæ rem reducit ad ius cōmune, ideo
si delictum cōmissum est tale, pro quo de iure cōi pōt inquiri,
de quo per Bart. in l. 2. §. si publico. ff. de adulte. considerabitur
qualitas militis, non autem doctoris, alias secus, & idem tenet
Pet. de Anch. in c. canonum statuta. in ver. ecce alia qō. Areti-
nus in d. l. 2. in princ. ff. de verb. oblig. pro hoc adducentes tex.
in l. nam si milites. ff. de iniust. rup. ir. que testamen. pro cuius
inductione præmittas ter. cum ibi not. in l. 2. §. fi. in fi. de libe. &
posth. ego autem soleo allegare text. contra. quē solus ad hoc
pondero in c. super quæstionum. §. si vero. de offi. deleg. Sequē
do ordinem Bar. & omissis prima & secunda oppo. capio ter-
tiam oppo. & in quantum super ea dicitur, quod dos data pro
matrimonio nullo repetitur condictione ob causam, demū se
remittit ad no. in l. qui cōtra. C. de incest. nup. & sic Bar. nō di-
scutit, an & quando dos data pro matrimonio nullo & illicito
possit repeti, ego autem vt perfecta habeatur cognitio istius
48 materiæ, in ea pono aliquas conclusiones. † Prima sit conclu-
sio, dos data pro matrimonio contrahendo, quod non poterit
contrahi propter impedimentum iuris, repeti potest nuptijs
non sequutis, vt quia mortuus fuit sponsus, vel sponsa ante ma
trimonium contractum, & hoc siue scienter, siue ignoranter cō
traxerint prædicta sponsalia, ita no. Ang. Bart. Paul. & scriben.
in l. si. ff. de condi. ob causam per illum tex. hoc probantē dum
dicitur, quod mulier nupsit auunculo, ergo præsumitur scire
illum esse consanguineum suum. l. octaui. ff. vnde cog. & sic
sciebat factum, quod autem sciret prohibitionem iuris, proba-
tur ex tex. dum dr, quod mulier versata fuit in turpitudine, &
in dolo, qui dolus cessat, vbi adest ignorantia iuris. l. igitur. §. 1.
ff. de hoc. causa gl. in l. 1. in fi. ff. de abig. & pro ista conclusione
potest adduci in simili gl. notabilis in Clem. 1. de consan. & af-
fi. super verbo, contrahere. vbi vult, quod pena in illo tex. quæ impo
nitur cōtrahenti incestas nuptias, nō habeat locum in contra-
hente spōsalia, & sic cessat dispositio. l. oratio. ff. de spōsalibus.
49 † Secunda est conclusio, qn̄ matrimonium illicite fuit contra
ctum per verba de præsenti, & dissolutum per mortē alterius
contrahentis, aut per sicam prius q̄ sit carnali copula consum-
matum, & tunc idem est dicendū, qd̄ in proxima cōclusione,
& sic nō incurrit pena cōfiscationis, de qua ī auth. incestas nu-
ptias. C. de incest. nupt. & hoc modo intelligi pōt tex. in l. 1. C.
de cdi. ob cām, put illū tex. vt intellexisse Bal. ibi. & ita expres-
se tenet Bal. iunior in tractatu de dote. in 11. par. in 9. col. [illegible]
50 conclusio probatur optima ratione, nam vbi † a lege imponit
pena ipso iure. non sufficit delictum esse initiatum ad incurrē-
dum dictā penam, sed oportet qd̄ sit consumatum. c. cū in cun
ctis. §. pena. de electio. iuncto. ca. perpet. e. eo. tit. in 6. vbi Ioan.
And. & Dominicus expresse hoc firmant. idē Io. An. in c. in pe-
nis. de reg. iur. in mercurialibus. Abb. in d. ca. cum in cunctis. §.
pen. in 1. col. & in cap. 1. de eo qui mittitur in poss. causa rei [illegible]
tuen. Bald. in l. si quis non dicam rapere. in 3. col. C. de episc. [illegible]
cler. sed pena, de qua in d. authē. incestas, imponitur ipso iure,
vt ibi habetur, ergo necesse est quod matrimonium fuerit co[illegible]

sumatum, & idem in hac quæstione determinant Ant. de but.
& Abb. in c. & si necess. de dona. inter vir & vxo. pro qua etiam
adduci potest text. in l. cum hic status. §. si. ff. de dona. inter vir.
& vxor. vbi text. exigit, quod quis non ducat vxorem cum qua
prohibetur contrahere matrimonium, & donatio ei facta tan-
quam indigno ablata, fisco applicatur, idem etiam probatur
in l. 2. §. si quis. ff. de his quibus vt ind. hæc conclusio videtur
51 etiam dubia. † Quia inter matrimonium per verba de præsen-
ti contractum, & inter matrimonium carnali copula consu-
matum nulla videtur esse differētia nisi in hoc, quia difficilius
soluitur matrimonium consumatum, quam nōdum consuma
tum c. ex publico. de cōuer. cōiug. ideo si quis contraxerit ma-
trimonium illicitum per verba de præsenti, ne dum dicitur in-
choasse delictum, sed illud perfecisse, facit tex. in l. cui fuerit. ff.
de condi. & demon. vbi dicitur, qđ legatarius, cui fuerit relictū
legatum sub conditione, si contraxerit matrimonium, illud cō
sequitur contracto matrimonio per verba de p̄senti, licet non
dum sit sequuta copula, & tamen non admittitur ad legatum
nisi perfecta, & in totum adimpleta conditione l. qui hæredi. §.
fi. & l. cui fundus de cōdi. & demon. pro hoc facit etiam l. pe. §.
1. ff. de dona. inter vir. & vxo. & gl. in c. discretione de eo qui co
gnouit consanguineam vxoris suę, vbi adulter. si dicit cōmit-
ti, quando quis cognoscit sponsam alicuius de præsenti, ad idē
pōt adduci tex. in l. Deo nobis. C. de epis. & cle. Ad l. cū hic sta-
tus. §. pen. respondeo, quod loquitur in casu, in quo matrimo-
nium est interdictum per legem ob causam, quæ tamen nō so
nat in turpitudinem, ita isto casu vt sit locus penæ, de qua ibi,
est necesse, quod matrimonium fuerit consummatū, sed secus
est in casu isto, in quo matrimonium prohibetur ob turpitudi-
nem, istam distinctionem in simili facit Bald. in l. 1. C. de con-
52 di. ob causam. † Tertius casus est, quando contrahitur matri-
monium prohibitum ex causa turpi, vt puta inter coniunctos
& affines contrahentes, & sciunt hoc impedimentum, isto ca-
sus dos data pro isto matrimonio non repetitur, sed ad fiscum
pertinet l. qui contra, & auth. incestas. C. de incest. nup. & hoc
53 nō habet dubitationem. † Quartus casus est, quādo contrahē-
tes nolunt factum, vt qa sciunt se esse cōsanguineos in secundo
aut tertio, aut quarto gradu, ignorant tñ iuris ꝓhibitionem, de
qua in c. nō debet de consang. & affi. & isto casu dos nō amitti
tur, sed repeti potest per mulierem, ita vult Barto. quem ibi se-
quitur Pau. de Cast. in l. fi. ff. de cond. sine causa. Sed contra-
rium tenet Io. And. in c. & si necesse. de dona. inter vir. & vxor.
sequitur opinionem Io. glo. cuius opinionem sequuntur do-
cto. cōmuniter prout allegat Abb. & ibi pro hac opin. stringit
tex. in d. l. qui contra legum. quod contrahentes matrimoniū
a iure prohibitum ita demum excusantur penis de quibus ibi,
si iustissimus error interuenit. Sed iuris ignorantia non est er-
ror iustus l. latę culpę. ff. de verbo. signi. etiam in muliere l. ne
passim. C. de iur. & fac. ign. ergo igitur &c sequor opinionē Barto.
Pro qua adduco tex. in l. præfectus. in fi. ff. de ritu nupt. præsup-
ponendo quod mulier sciebat hominem, cum quo contrahe-
bat matrimonium exercere officium, cum illud communiter
sciunt, iuxta no. per gl. in l. si tutor. C. de per. tuto. & no. Bart. er-
go errauit in iure mulier existimans quod ei liceret contrahere
matrimonium cum illo, & tamen dicitur, quod dos est ei resti-
tuenda. Secundo probatur idem in c. 2. extra de dona. inter vir.
& vxo. præsupponendo, quod illi sciebant factum, scilicet corū
consanguinitatem in gradu tamen propinquo. l. octaui. ff. vnde
54 cogn. & in l. si filium. C. de libe. causa. Præterea & tertio † error
iuris excusat a pena incestus l. si adulterium cū incestu. in prin-
cip. ff. de adulte. in versicu. quia mulier, ergo excusari debet ab
amissione dotis, quæ imponitur propter incestum, qui com-
mittitur contrahendo matrimonium prohibitum ratione cō-
55 sanguinitatis vel affinitatis. † Quarto & vltimo adduco text. in
authent. incestas nuptias. C. de incest. nupt. in verbo scienter.
sumpto argumento a contrario sensu, sed secus si ignoranter
incestę nuptię contractę fuerint, & sic siue sit ignorantia iuris,
siue ignorantia facti, argumen. text. in capit. sollicitatus de re-
script. induco eundem text. aliosmodo & præmitto pro indu-
ctione, quod contrahentes incestas nuptias inter cœteras pę-
nas priuantur dignitate, & sunt infames, dicta authenti. incæ-
56 stas. † tunc sic arguitur, pœna infamię non irrogatur ob deli-
ctum, nisi illud dolo fuerit commissum, ita quod lata culpa
non sufficit. gloss. in §. suspectus institut. de suspect. tutor. & in
capit. si in actionibus in principio. ff. de in lit. iuran. sed iuris
ignorantia excusat absquē a dolo. l. igitur. §. primo. ff. de libera.
causa. glos. in l. prima in fine. ff. de abigeis. sicut ergo iuris igno
rantia prodest, ne ibi contrahatur infamia per contrahentem
incæstas nuptias, sic etiam prodest quo ad euitandas alias pę-
nas. de quibus in illo text. quia omnium illarum pęnarum vni-
formis debet esse determinatio, per regulam traditam in l. quā
uis. C. de impub. & aliis sub. & in l. iam hoc iure. ff. de vulga. Ad
tex. in l. qui contra, respondetur, quod debet referri ad proxi-
miora, & sic in ipso loquitur de lucro dotis, vel donatione pro-
pter nuptias, iuxta no. per glo. in l. si idem cum eodem. §. fin. ff.
de re iudi. præterea, clausula in fine posita non debet referri ad
præcedentia omnia, quando ex hoc insurgeret aliquid exorbi-
tans a iure glo. in l. talis scriptura. in princip. de leg. 1. & est text.
57 quem ibi not. cano. in c. ecclesia. de elec. quę omnia not. † Sed
adhuc iuxta pręmissa moueo quandam difficultatem, quam
nullus in istis terminis mouet, nam diuersimode prohibetur
matrimonium de iure cano. & de iure ciuili. §. duorum. institu.
de nup. iunct. c. non debet de consan. & affi. & sic de iure ciuili
fi ę duorum fratrum si contrahunt matrimonium ad inuicem
non dicuntur contrahere incęstas nuptias, sed de iure canoni-
co sic, qđ est attendēdum in causa matrimoniali. Dubitatur er
go, nunquid pęna amissionis dotis, de qua in l. qui contra. & in
authen. incęstas. C. de incest. nup. locum habeat de iure canoni
co in casu præmisso: in difficultate præmissa videtur dicēdum,
quod pęna prædicta locum habeat, quia ius canonicum dispo-
nens super delicto illud damnans, in consequentiā videtur di-
sponere super pęna, licet expressim de pęna nulla fiat mentio,
pęna enim est sequela delicti. l. 1. §. 1. ff. ad Turpill. l. sancimus.
C. de pęn. ex quo lex canonica damnat incęstas nuptias vsq; ad
quartum gradum inclusiue, succedit sequela in pęna imposita
a iure ciuili contrahēti incęstas nuptias calumnę §. Scia. de ali-
men. leg. l. quicunque. §. itē fideiusso. ff. de instit. act. Præterea,
ex quo ius canonicum cōstituit illas nuptias illicitas, ergo omnis
lex loquens de nuptiis illicitis illas comprehendit l. lege. & l in
primis. C. de leg. hęre. l. omnes cum ibi no. C. de quad. præscrip.
faciunt no. in c. cum dilectus. & in c. cū ad audientiam maxime
per Ioan. de Imo. de cler. non resid. & per Bar. in l. omnes po-
puli. in 6. q. principali. ff. de iustit. & iur. lex ergo ciuilis puniens
contrahentes incęstas nuptias habebit locum hoc casu, & ita
consuluit dominus Signorolus de Homodeis doctor Medio-
lanensis in consi. 45. incip. factum sic proponitur. Vltimo com
probatur ista conclusio hac ratione: Nam sicut lex non prohi-
bita per canones habet vim canonis, ita canon non prohibitus,
per ll. habet vim legis c. leges. 10. distinc. c. 2. de causa poss. &
proprie, sicut ergo si nouus gradus prohibitionis induceretur
de iure ciuili locum haberent illę ll. cum loquantur generali-
ter, sic etiam dicendum est idem in gradibus de iure canonico
prohibitis, & per istam rationem idē concludit dominus Car-
dinalis Florentinus in c. si necesse. de donat. inter vir. & vxor.
cuius opinionē amplectūtur Cardinalis Alexandrinus, & Abb.
58 ibi circa finē. † Sed istis nō obstantibus licet magna sit authori-
tas tenentiū partē istam, cōtrariū tamen puto verius, moueor
in primis, quia pęna non imponitur nisi in casibus iure expres-
sis c. is qui. de sent. excom. & in l. at si quis. §. diuus. ff. de re-
lig. & sumpt. funer. § cum igitur in authen. de non eligend. se
cundo nuben. ibi, nō est ex aliquid tale dicens gl. in c. cum vos
in g. o. magna. de offi. ord. cum suis concordātibus, sed ista pę-
na non reperitur imposita de iure ciuili, quia illud nō damnat
tales nuptias, nec illas facit illicitas, non reperitur etiam im-
posita de iure canonico, igitur &c. Et si diceres, imò de iure ca
nonico hæc pęna reperitur imposita, videlicet in cle. 1. in fi. de
ꝯsangui. & affi. dū ibi dicitur, iuribus quę sic ꝯtrahentibus alias
pęnas imponunt, nullo modo volumus derogari. Ad hoc re-
spondeo fatendo, quod ibi summus Pontifex approbat & con
firmat pęnas impositas de iure ciuili contrahentibus incæstas
nuptias, sed per hoc non est dicendum. quod videatur impo-
nere illas pęnas in gradu non prohibito a iure ciuili, quia natu
ra cōfirmationis est, non extendere vires dispositionis quæ cō-
firmatur, licet illi det maius robur, de hoc est casus notabilis
in l. Aurelius. §. testamento. ff. de libe. lega. quem ad hoc con-
siderat Bald. in l. 2. C. si aduer. rem iudi. vbi Pau. de Cast. dicit
Bal. bene considerasse illum text. commendans illius ingeniū
& idem vult Pau. de Cast. in consi. 114. incipien. notandum est
in 1. colum. Pręterea & secundo, pęna de qua in d. l. qui cōtra,
& in d. authen. incæstas imponitur contrahentibus contra ip-
sam legem. §. si aduersus instit. de nuptiis & d. l. qui contra. Sed
iste qui contrahit in casu permisso a iure ciuili, non contrahit
contra legem, sed facit actum lege permittente, igitur pœnam
nō meretur l. Gracchus. C. de adult. l. qui seruum. ff. de verbo-
rum obligatio. Tertio facit, licet ius ciuile imponat simplici-
ter pœnam contrahenti incæstas nuptias, intelligi tamen de-
bet de contrahente incęstas nuptias etiam prohibitas de iure
ciuili, non de contrahente incæstas nuptias prohibitas a iure
canonico, cum talis sic contrahens nō delinquat per regulam
iuris ciuilis, pro hoc est tex. in c. si compromissarius. circa fi. de
electio. in 6. iuncto. c. cum in cunctis. §. fi. eodem titu. in anti-
quis. Quarto facit, licet ius canonum ampliet prohibitionem
iuris ciuilis circa facultatem matrimonium contrahendi, non
tamen cēsetur ampliare respectu pęnę, per ea quæ ponit Ioan.
And. in c. dispendia. & ibi Dominicus in 3. colum. in princ. de
rescrip. in 6. Io. And. & Dominicus in c. si forte in 2. colum. de
elec. in 6. Ioan. de Imo. in c. fi. in 4. colu. de rescrip. qui dicunt,
quod dispositio quæ extenditur in eo quod principaliter dispo
nitur

nitur, non debet extendi respectu pœnæ, & præsertim quando
illa dispositio extenditur aduersus legislatorem secundũ tem
in l.fi.ff.de in ius vocando. Et inuenio, quod istam opinionem
tenet per alia fundamenta Io. Calde. in cons. 2. posito in tit. de
consan. & affi. & licet plures doctores teneant partem contra
riam, & sic illa sit communis omnibus, etiã iudicando & con
sulendo illi inhęrerem, quoniam communis opin. reijci potest
etiam in iudicando, si conuincatur probabili ratione. c. capella
nus. de ferijs. vbi Abb. & Io. And. in c. 1. de consti. Non obstant
adducta in contrarium, nam ad primum respõdetur, quod lex
damnans delictum, videtur disponere super pęna, quando illa
reperitur imposita a lege, sed cum in casu non reperitur impo
sita, de ea non videtur dispositum, quia nõ entis nullæ sunt par
tes. l. eius qui in prouinciam. ff. si cer. pet. facit. l. in testamento.
59 ff. de condi. & demon. † Non obstat secũdo dum dicitur, quod
pœna est sequela delicti, quia verum est, si illa pęna reperiatur
imposita, alias si non reperiatur imposita, dici nõ potest, quod
sit sequela. c. is qui. de senten. excom. in 6. maxime cum ius ca
nonicum imponat pęnam excommunicationis, si contrahãt
qua nulla maior esse reputatur in ecclesia, vt dicit tex. in c. cor
ripiantur. 24. q. 1. & sic delictum non remanet impunitũ. Cle-
men. 1. de consang. & affinit. Tertio fundamento respõdetur,
quod ius canonicum faciens illicitas nuptias licet recipiat in-
terpretationem passiuam a iure ciuili, tamen intelligi debet se
60 cundum terminos iuris ciuilis, † quia lex interpretans intelligi
debet secundum terminos legis interpretatę. c. constitutio. de
elect. in 6. Bart. in l. nihil. ff. de coniungen. cum emancip. liber.
ergo ius ciuile solummodo imponit pęnam contrahentibus,
contra præcepta vel interdicta, constitutionesq; principũ. d. l.
qui contra. ius canonicum sumit interpretationem secũdum
terminos illius legis, & sic cessabit pęna prædicta in contrahē-
te matrimonium in casu permisso a iure ciuili, licet prohibito
a iure canonico, vel aliter potest responderi, quod illud quod
dicitur, quod ius nouum recipit interpretationem a iure anti-
quiori non procedit, quando ius nouum est correctorium iu-
ris antiqui, illud colligo ex dictis Bal. in l. maximum vitium. C.
de libe præte. circa pen. colu. vbi dicit, quod si statutum dicat,
quod pater debeat relinquere quintam partem bonorum suo
rum filijs pro legitima, nisi dicat expresse, quod debeat relin-
qui legitima iure institutionis sufficit quod relinquat quo-
quo relicti titulo, quia statutum vult derogare iuri communi
non tantum in quantitate, sed etiam in modo relinquendi, &
idem vult Paul. de Castr. in authen. nouissima. C. de inoffic. te-
stamen. dicens, tene menti pro statuto Triuisino. Vltimo fun-
damento respondetur, quod ll. imponentes pęnam contrahē-
ti incestas nuptias nõ loquuntur generaliter, sed limitatur de
contrahentibus in gradu prohibito ab ipso iure ciuili. d. l. qui
contra & d. §. si aduersus. institut. de nupt. limitatio ergo de-
bet esse eorum effectus. l. quod dictum. ff. de pac. l. cancellaue-
rat. ff. de his quæ in test. delen. & ex his habetis hanc difficulta-
tem plenius excussam. Quarto opponit Barto. contra hanc ru-
bricam dicentem quemadmodum dos petatur, quia debuit
concipi per verbum repetatur, & soluit, vt hic per eum, in hoc
tradendo notabilem doctrinam. In qua in primis aduerten-
dum est, inquantum quærit an maritus possit constituere do-
tem pro vxore, & se remittit ad no. in l. si voluntate. C. de dot.
61 promis. Nota circa hoc, † quod quando contrahitur matrimo
nium inter personas inæquales, vt quia ignobilis accipit vxorē
nobilem, vel senex iuuenculam, potest ei dotem cõstituere, &
sic donare videtur constante matrimonio, quia censetur quę-
dam donatio remuneratoria, quæ etiam inter coniuges per-
missa est. l. cum autem. §. si vir. ff. de don. inter vir. & vxor. & ita
tenet Barto. in l. si voluntate. & in l. si diuortio. ff. de verborum
obligatio. Ioan. de Imol. hic. Abbas in cap. super eo. de test. h.
& in c. gemma de sponsa. cum concor. de quibus per Moder.
in d. l. diuortio. in 5. colum. hanc etiam opinio. tenuit Bald. No
uellus in tractatu dotis in 10. parte colum. 5. vbi dicit, quod de-
62 fendi potest hæc opinio Bart. sed alia ratione [illegible]
mulier nobilis nubendo ignobili dicitur perdere suã nobilita-
tem. l. mulieres. C. de dig. li. 12. & melius probat tex. in l. fæ[illegible]
ff. de senato. vbi filiæ senatorum tãdiu appellantur clarissimæ,
quãdiu plebeis nõ nupserint. & mulier cõ[illegible] famula [illegible]
mant. c. hæc imago. 33. q. 5. & ex hoc videtur fieri pauperior, ideo
in recompensationē istius incõmodi, qd non est paruum, vide
tur dicendũ, quod valeat donatio eidem facta, sed cõ[illegible] ista in con
clusionem arguit idem doctor. d. l. 1. §. videamus. ff. de donat.
inter vir. & vxor. vbi vult iurisçon. valere donationem factam
inter libertinũ & filiã senatoris, quia nullũ erat matrimoniũ,
ergo si tenuisset matrimoniũ, irrita fuisset illa donatio, & cũ
erat facta inter personas inæquales. Ad idē pro cõclusione est
tex. in l. & ideo. ff. eo. vbi dr̃, qd nulla est donatio facta inter pa-
tronum & libertam cõstante matrimonio. cũ quia patronus cõ-
xit matrimonium, & tamen inter eos est magna inæqualitas.
Iason in d. l. si diuortio. conatur totis viribus defendere opinio-
nem Bar. & respondet ad pręallegata iura, & primo ad l. 3. §. 1.
rñdet, quod ibi non apparet, quod libertinus fuerit ille, qui do
nauerit filię senatoris, imò ecõtra dicendum est, q̃ filia senato
ris fuerit illa, quæ donauerit liberto, & hoc est verisimilius, qa
officium nobiliũ est donare, & fungi munere donandi. c. 1. de
dona. l. sed si susceperit. in prin. de iudi. & ita confirmat eius so
lutio, quæ tamē nihil est, & impugnatur duplici ratione, primo
verisimilius est, quod vir donauerit mulieri, quam econtra, cũ
in muliere difficulter præsumatur donatio. l. si stipulata. in princ.
ff. de dona. inter vir. & vxo. Præterea ille tex. simpliciter loquit
in casu, in quo facta fuit donatio inter contrahentes matrimo
niũ cõtra mandata legis, verificari ergo poterit tam in mulie-
re donante liberto, quam ecõtra. Ad tex. in d. l. & ideo. §. fi. re-
spondet, qd ille text. probat oppositum, & sic opinionem Bar.
dum ibi exprimitur ratio, quare vitiatur donatio facta inter pa
tronum & libertam, & dicit, qa diuortiũ intercesserit, ergo si
diuortium nõ intercessisset, nõ valuisset illa donatio, licet es-
sent inequales, ista solutio est peior prima, eo qa ibi ɔsideratur
diuortiũ ad impediendũ ɔfirmationē donationis factę inter vi
rum & vxorem, quę licet morte donantis soleat confirmari. l.
donationes quas parentes. C. de dona. inter vir. & vxor. nõ tñ
confirmatur, qñ sequutum fuit diuortium. l. sed si interim. §.
maritus. ff. de dona. inter vir. & vxo. Per iura ergo prædicta, q-
bus non datur bona responsio puto opinionem contra Bart.
& cõmunem esse veriorem, & tenendo istam opinionē cõtra
cõmunē. Nõ obst. tex. ĩ d. l. qd autem. §. si vir. qa loquitur quãdo
fit donatio remuneratoria ex causa, quę attulit aliquod cõmo
dum pecuniarium, alterius vero cõmodi nõ habetur conside-
ratio. l. plene. §. si. ff. de lega. 1. l. qd adipiscendę. ff. de dona. inter
63 vir. & vxo. Præterea, † maritus nõ cõsequitur nobilitatem ex
psona vxoris, licet ecõtra sic l. fęminę. ff. de senat. & l. mulieres.
C. de dignitat. lib. 12. Non obstat. qd mulier fiat quodãmodo
famula mariti, quia illud incõmodum non est etiã ęstimabile,
nec pecuniarium, ideo ibi nõ habetur cõsideratio. arg. tex.
in l. 1. §. sanus. ff. si quis in fraud. patr. & glo. in l. fiduciũ. ff. de pac.
& in l. 3. §. fina. ff. de dic. solut. Præterea, si illa ratio esset vera, se
queretur, qd semper & in omni casu valeret donatio facta con
stante matrimonio a viro vxori, qd non est dicendũ. Successi-
ue in quãtum Bart. post glo. exponit petatur, i. repetatur, ista expo-
sitio aliquo casu non est necessaria. vt licet qn dos cõsisteret
in rebus, q̃ consistunt pondere numero vel mensura, quo casu
non eadem res restituitur, sed alia eiusdem qualitatis l. res in
dotem datur. ff. de iure dot. iuncta doctrina Barto. in rubrica. ff.
si cert. pet. vel in casu in quo species traderetur in dotem, sed
ęstimata, quo casu ęstimatio facit emptionē l. plerũq. in prin-
ci. ff. de iure dot. & sic maritus tenetur ad restitutionem pecu-
nię, quæ nunquam fuit mulieris. Tertio inquantum Barto. di-
cit, quod verbum peto, si capiatur in genere comprehendit re
petitionem, illud non probant iura adducta per eum, vt hic di
cit Iason, qui probat alia ratione, de qua hic per eum, cuius ra-
tio põt comprobari per text. in l. tutores. §. 1. ff. de admini. tut.
64 † Vltimo ex dictis Bar. in hac oppo. notan. est, qa vbi reperitur
aliquod verbum quod põt capi vt genus & põt etiam capi vt
species, tũc in genere cõtinet species ex ppria significatione
non autem ex interpretatione, illud pbatur ex l. semper. ff. de
regulis iuris. vbi dicit, semp in generali ius specialia insunt, er-
go ex ppria significatione, & ex hoc iterũ potest, verã esse opi
nionem Ange. in q. statuti disponentis, q̃ petens aliquid ab ali
quo per libellum soluere teneatur certam gabellam, quem tñ
impugnat hic Imo. cuius opinionē impugnat Alex. duabus ra-
tionibus. de quibus hic per eum, nam ex quo verbum peto, ex
sui propria significatione comprehendere potest repetentē,
non debemus restringere dispositionem etiam strictē inter-
pretando, vt non comprehendat casum, quem comprehende-
re potest ex sui propria significatione. casus est in l. si lege. ff.
de testa. quem ibi not. Ang. & in c. ex parte. el tertio, & ibi no.
Abbas. extra de decimis. Non obstat fundamentum Ioan. de
Imo. quia statutum non loquitur indefinite, sed per verbum,
quod capitur vt genus, ideo cõprehendit omnes casus, licet in
eis sit diuersa ratio. l. in fraudem. §. si si. ff. de mil. testa. l. obligari.
in prin. ff. de autho. tuto. tenendo tamen opinionem Ioan. de
Imo. ad hanc rationem potest responderi, quod illa procedit, quãdo
est aliquod nomen generis, tamē ita qd non importat speciē,
prout est animal, qd est nomē generis. & species contentæ sub
eo habent sua nomina, secus in nomine, quod potest capi tanq̃
genus, item tanq̃ species, prout est adoptio, & arrogatio, & isto
casu in materia restringibili verbum quod potest capi tanquã
genus, item tanquã species, in dubio capitur tanquam species.
c. Rodulphus. de resc. & ibi Abb. & istud est de mēte Bar. in l.
hoc legatum. ff. de leg. 2. dum vult, quod in dubio censetur per
actionem intentatam actio specialis, nõ generalis & hoc mo-
do limitatur regula tradita in d. l. cum lege. & in c. ex parte. De
mum quærit Bar. quomodo diffiniatur dos, & refert diffinitio-
nem Azo. quam impugnat nonnullis rationibus, de quibus hic

per eum. & inquantum respondet obiectioni per ipsum factę
de l. promittendo. §. 1. ff. de iur. dot. dicit, quod alio modo re-
spondere potest, nā qñ mulier liberat maritū suum debitorem
licet nullum corpus interueniat, tamen censetur dare l. in ędi-
bus in prin. ff. de dona. ideo dicit gl. in l. si quis in obligatione.
ff. de reg. iur. quam no. Bal. in l. Modestinus. ff. de dona. quod
sicut donatio excedēs summam quingentorum aureorum exi
git insinuationem l. sancimus in princ. C. de dona. Ita libera-
tio quę fit a debitore excedens prędictam summā expostit pro
65 sui validitate insinuationem, vt ibi per eum. † Successiue ex di-
ctis Bar. no. quod dos dicitur esse quoddam ius vniuersale, quę
conclusio cōmuniter approbatur, cum enim approbant Ale-
xan. Aret. & Socinus, sed contrariam opinionem Pau. de Cast.
hic. Bal. & Ange. in l. sed si possessori. §. fi. ff. de iureiur. & hanc
opin. late prosequitur Bald. nouellus in suo tractatu de doti-
bus in 2. parte, vbi multipliciter arguit, & referam hic solum
eius fundamenta potiora, quæ defensabo a responsionibus ad
66 illa traditis per Socin. hic in rubrica nostra. † Primo sic arguit,
id dicitur ius vniuersale, quod continet vel est aptum contine-
re iura actiua & passiua, prout est hæreditas, peculium, & hu-
iusmodi l. peculium. ff. de pecul. leg. l. pecunię §. fi. de verbo. si-
gni. sed quando datur certum corpus in dote, vt puta dotalis
fundus, aut quantitas, illa enim non recipit aliquod augmen-
tum ex natura alicuius vniuersalis, sed magis ex quadam ęqui-
tate l. quoties. ff. de iure dot. ergo dici non potest ius vniuersa-
le. Socinus soluens hoc argumentum dicit, illud præsuppone-
re vnum, quod est falsum, videlicet qđ fundus datus in dotē sit
dos, & licet vna res sit tantū in dote, tñ adhuc dicit qđ vniuersa-
le, vt dicimus in hæreditate, quę tñ dicit hæreditas, etiam si ni-
hil sit in ea, vel vna res tantū l. hæreditas & l. licet minimā. ff. de
pe. hęr. sed hęc rńsio nihil est, eo qa licet vna re tñ existēte vel
minus dicat hęreditas, tñ hęreditas est apta pducere augmen-
tū ex sui natura. d. l. pecunię. § 1. licet secus sit in dote, præterea
simile Socini non est verum, quia etiam si nihil sit in hæredita-
te, aut peculio, nihilominus dicitur hæreditas d. l. hæreditas.
quod non potest dici in dote. l. 1. C. de iure dot. & statim dice-
67 tur. † Secundo sic arguit, peremptis omnibus corporibus ad-
huc dicitur ius vniuersale. d. l. hęreditas, sed perempta re tra-
dita in dotem non amplius dicitur dos l. 1. C. de iur. dot. ergo
68 dos non est ius vniuersale, respondet. † Socinus distinguen-
do, dicitur enim ius vniuersale, quod refertur ad intellectum
iuris & illud durat peremptis corporibus d. l. hæreditas, ius au-
tem si non potest ad esse produci sine aliqua re corporali, &
tunc peremptis corporibus extinguitur ipsum ius vniuersale.
l. sicut in princip. ff. quod cuiusque vniuersi. nomi. l. grege. de
lega. 1. ista solutio etiam non tollit argumentum. nam ideo in
iuribus prę allegatis perēptis corporibus perit vniuersum, qa
illa sunt vniuersitas corporis, sed secus est in vniuersitate cor-
porum & iurium, prout est hæreditas & peculiū, hæc. n. inter se
differunt, vt infetius dicit Bar. ex separatis ergo nō infertur l.
69 inter stipulantem. §. sacram de verborum obligatio. † Tertio
sic arguitur, successor vniuersalis cogitur stare locationi l. viā
veritatis. C. locati. sed mulier non tenetur stare locationi factę
per maritum l. 2. §. fina. ff. de dote prælega. l. si filiæ. §. fina. ff. so-
lut. matrimo. ergo dos non est ius vniuersale. Alexand. & So-
cinus respondent, quod illa regula procedit in vniuersali suc-
cessore representante defunctum prout est hæres, vt est text. in
auth. de iureiu. a moriente prestit. in prin. mulier autem nō est
huiusmodi, qa solum succedit in dote sua, & in nullo alio, igiť
& ista solutio non tollit argumentum, eo quia successor vni-
uersalis. qui non representat defunctū, tenetur stare locationi,
patet in prælato ecclesię, qui cogitur stare locationi. iuxta glo.
in c. fi. ne prelat. vices suas quam gloss. sequitur Sali. in l. Iube-
mus. C. de sac. san. eccl. Bald. in l. si filiæ. §. fin. J. eod. de quo per
Pet. de Anc. in consi. 115. & tamen iste prælatus quoquo mo-
do dicitur successor vniuersalis ca. 1. de solu. Alia fundamenta
videte per præfatum doctorē, quædam alia fundamenta addu-
70 cuntur per Bulgarinum doct. Senens. † Sed vltra dicta. sic ar-
guitur, si diceretur ius vniuersale, sequeretur quod si mulier
tradidisset plures res in dotē, aliquibus euictis non esset locus
euictioni l. 2. in prin. de hære. vel actio. vend. sed istud est falsum
l. 1. C. de iu. dot. igitur &c. Secūdo sic arguitur, si dos esset quid
vniuersale, sequereť, qđ si testator legaret fundū, quem habuit
in dotem, itē & legaret dotem, qđ dictum legatū hic deberetur
l. si alij. §. rerū. ff. de vsuf. lega. vbi si testator legauit fundum ali-
cui, deinde legauerit eidem estimationē vsusfructus rerū suarū
ipse debebiť non solū vsusfructus fundi legati, sed etiam ęsti-
matio ipsius vsusfructus, eo quia aliud est vniuersitas, aliud res
71 contenta sub vniuersitate. † Tertio & vltimo adduco text. in l.
is qui. §. f. ff. de iur. dot. vbi fundus desinit esse dotalis, quando
impensa in eo facta ęquiualet æstimationi ipsius fundi. vltimo
circa l. qđ dicit aduertēdū est, qa doctores male intelligūt illā
legem, nā nō ideo impensa ibi nō minuit corpus dotale, qa dos
est ius vniuersale, qa & corpora cōsistētia in iure vniuersali mi-
nuuntur per totā l. si peculiū in prin. ff. de pecul. lega. sed ratio
est, qa si minuereť impensa. fundi dotales desinerent esse dota-
les, & per cōsequens sequi posset alienatio, & istud est, qđ dicit
iurisc ōsult. dū dicit cęterū hæc res faceret desinere fundū esse
dotalē, vel eius partē. & iste intellectus suadetur ex versi. male.
dum dicť, qđ quando corpora ęstimata in dotē data sunt tunc
fit diminutio ipso iure, & ratio est, qa æstimatio facit emptionē
l. plenius in prin. ff. de iu. do. & si fundus nō est dotalis, per cōse-
quēs cessat timor, qđ desinet eē dotalis, & licet tex. dicat, qđ ma-
rito existente in detentione rerū, donec sibi satisfiat, nō fiat di-
minutio corporū ipso iure, sed dotis, per hoc nō sequiť, qđ dos
sit ius vniuersale, licet fateor, qđ dos est quid vniuersale, prout est
nomē gregis, & illa verba nō enim diminutio corporū, alium
habent sensum, videlicet qđ ex quo maritus remanet in posses-
sione fundi dotalis, & ex eo fructus percipiēdo mulier maiorē
dotē dicit hře. l. quęris. ff. de pac. dot. nam alias fructus percepti
post dissolutū matrimoniū auxissent dotē l. sicut dotē. §. fi. J. e.
ex hoc ergo mulier dicit habere minorē dotem, facit text. in §.
plus. insti. de actio. super quo cogitabis. Teneo tñ opinionem
Bar. cuius fundamētis rńdent Bal. iunior, & Bulga. in locis prę
allegatis, & ex ea inferunt plura. Primo, in vniuersalibus pretiū
succedit loco rei, & ecōtra l. Imperator. §. fi. ff. de leg. 3. l. si rem
72 & pretium. ff. de pe. hære. itaque. † Si maritus ex pecunia dota-
li fundū emerit, ille fundus efficiť dotalis, & mulier poterit eū
consequi, etiam si maritus sit soluēdo, & ita alias attentaui cō-
sulendo in qōne facti. Adduxi in primis text. in l. res ex pecu-
nia. ff. de iure dot. vbi simpliciter dicitur, qđ res empta ex pecu-
nia dotali dicatur dotalis. Secundo arguebam sic, plura priui-
legia concessa sunt verę doti, quam doti putatiuę, istud patet ex
not. per Bal. in d. tractatu in sexta parte. qui tenet, quod res em-
pta ex pecunia quasi dotali efficiť quasi dotalis, & illa peti po-
test l. si cū dotē. § fi. inf. eo. ergo idem & multo magis erit dicē-
73 dū in dote vera. † Tertio adducebā, nā maius priuilegium ha-
bet vxor in dote, quam pupillus in bonis suis, sed res empta ex
pecunia pupilli indifferenter eius efficitur l. si curator. C. arbit.
tute. Bartol. in l. Titius aut Męuius. § alteri. ff. de admi. tut. er-
go idem & fortius dicēdum est in muliere, assumptum proba-
tur, nam mulieri in dote cōpetit priuilegiū tacitę hypothecę,
in qua pręfertur cęteris creditoribus mariti, licet priuilegio tē-
poris sint aliās. l. assiduis. C. qui pot. in pig. habe. qđ non inue-
nitur concessum pupillo nisi aduersus tutores, nō autē aduer-
sus alios creditores. l. pro officio. C. de admi. tutorū. Adducebam
etiā gl. in c. 1. § hoc autē notandū, in verbo non mariti, q feu.
da po. Sed huic conclusioni obstare videtur tex. in l. ex pecu-
nia. C. de iure dot. cui textui respondebam, quod ideo ibi res
empta ex pecunia dotali non est dotalis, eo quia maritus de-
cesserat nondum facta traditione rei sibi venditę, & sic adhuc
non habebat ius reale ipse maritus l. si ager. ff. de rei vendi. qđ
probatur in illo tex. inquantū dicit, qđ non potuit acqrere actio
nem ex empto ipsi mulieri. & sic præsupponit, quod adhuc du-
rat actio ex empto, sed si fuisset res tradita, illa actio fuisset pe-
nitus extincta glos. est in auth. sacramēta puberum. C. si aduer.
vend. & in l. ab emptione. ff. de pac. Secundo infero, nam mari
tus in re dotali quæ extat, eamq; possidet, non habet priuile-
gium de quo in l. maritus. § fina. inf. eodem. secundum. Ioan.
fab. Aretinum & alios in §. fina. insti. de actio. nam idem erit
dicendum, quando res data in dotem non extaret, sed extaret
alia res acquisita ex re dotali secundum præfatos doctor. in d.
§. fi. adducentes text. in l. vxor marito ff. de donat. inter vir. &
74 vxo. pro quo etiam facit l. si cum dotem. §. fi. inf. eod. † Tertio
infero, nam cum fructus petantur actione de dote l. si marito.
§. fin. inf. eodem si fructus non fuerint petiti in iudicio, in quo
dos fuit petita, poterunt nihilominus peti in alio iudicio, quod
secus est in actione particulari, in qua fructus petuntur iudicis
officio mercenario l. cui. C. de bon. pos. faciunt in simili no. per
gloss. in l. 3. §. si rem. ff. de lega. 1. & in l. non solut. ff. de rei ven.
quæ voluit, quod maximus est effectus, quod expensę possunt
75 peti mediante actione, & non mediante iudicis officio. † Sed
aduerte circa intellectum text. in dict. l. si marito. § fin. quia
quicquid dicant Bar. & docto. ibi fructus petuntur actione de
dote, non quia dos sit ius vniuersale, nec ex eo, quod ibi indu-
catur ratione alicuius specialitatis attributę ipsi doti, sed quia
illi fructus sunt augmentum dotis, vt ibi dicit tex. eadem ergo
76 actione peti possunt, qua peti potest ipsa dos, † quia augmen-
tum regulatur secundum naturam principalis dispositionis l.
si ex toto. in prin. ff. de leg. 1. l. si inter socerum. §. cū inter. ff. de
pac. dot. l. si conuenerit. §. si nude. & ibi Barto. ff. de pig. actio. &
in l. 1. in 3. col. C. quæ sit long. consue. vbi dicitur, quod castra
comitatus ciuitatis recipiunt eius consuetudine, quia quod iu-
ris est in principali, debet esse in eius adiuncto. l. liber homo. §.
Titius. ff. de hære. insti. l. Papinianus. ff. ad Treb. & istam solu-
tionem licet non ita perfecte tradit Bald. nouellus in suo tra-
77 ctatu de do. in secunda parte. † ego autem vltra docto. do ad il-
lum tex. alium intellectum, quem verissimum puto, & pręmit-
to quod

to quod contractus dotis est bonæfidei saltem ex parte mulie-
ris,& sic actio de dote est bonæfidei tam de iure antiquo quam
nouo l. vnica. §. sed & si non ignoramus. C. de rei vxor. actio. §.
fu rat. institu. de actioni Bald. iunior in dicto tractatu in. 3. par-
te colum. 1. item præmitto, quod in actione bonæfidei, vel in
ea quæ habet eius instar, si res traditur & non perfecte, adhuc
illa res peti potest in totum,& eadem actione, ac si nõ esset tra-
dita. l. huiusmodi. §. ædes, vbi Barto. ff. de lega. 1. Barto. & du-
ctio in l. Iulianus. §. qui fundum. ff. de verborum obligatio. l. 1.
§. rel. cta. ff. commod. gloss. in l. etiam. ff. de solu. dico ergo, q.
ibi mulier agit de dote ne dum ad fructus, sed etiam ad fundũ
dotalem, licet illũ recepisse, quia restituto sibi fundo sine fru-
ctibus res non fuit sibi tradita perfecte, ideo agitur ibi ad fru-
ctum, cum actio sit bonæfidei. d. §. ædes. & illud est quod voluit
iureconsultus ibi dum dicit, nihilominus de dote agere po-
78 test, quia minorem dotẽ recepisset. † Infertur & vltimo, quod
libellus incertus, & sententia qua fuit pronunciatum dotem
fore restituendam nulla expressa quantitate, viribus subsistunt
quia dispositum est in iudicio vniuersali secundum gloss. &
Bartol. in l. 1. in princi. ff. de eden. sed huic illationi obstat text.
in l. fin. C. de senten. quæ sine cer. quantita. profer. vbi senten-
tia lata in iudicio dotis vitiatur ob incertitudinẽ, sed ad illum
text. respondet. Bartol. hic, quod ibi sñia fuit incerta etiam re-
spectu vniuersi, quia iudex nõ iussit, solue dotem, sed dixit sol-
ue quod bona fide accepisti, istam solut. damnat Bald. in dicto
tractatu in secũda parte col. 3. eo quia satis videtur habita mẽ-
tio de dote in sententia, ex quo in libello dos fuit petita, & sic
ex causa dotis petitio fuit facta, quod ostenditur ex verbis il-
lius tex. dum dicit, dotem quæ peteretur non esse liquidam, nã
sñia in dubio refertur ad acta, & secundum illa declaratur. gloss. not.
in l. hæc enim causa. ff. de suspec. tut. & in l. si quis ad exhibendũ
ff. de excep. rei iudi. vbi Barto. not. & glo. pulchra in c. si confir-
mat onem. in fi. de elec. in 6. & si diceres, illa dos fuit petita
non expressa certa quantitate, & per consequẽs valuit libellus
incertus, & dicta sñia ideo fuit nulla quia non fuit probatum, quid &
quantũ peteret, rñdeo secundum p̃latum doctorẽ, quod si libellus incertus
fuisset validus, valuisset sñia, licet non fuisset probatum quid &
quantum fuisset datum in dotem, quia talis sñia dr̃ lata cõtra ius liti-
gatoris, non cõtra ius constitutionis, & nisi appelletẽ, transit in rem
iudicatã c. cũ inter vos, & c. cum ad cõsultationem de re iudic.
79 † Confirmatur ista solutio, nam probationes non sunt de sub-
stantia iudicii, prout no. Barto. in l. p latam in fi. C. de sent. & in-
terlo. om. iud. Alexã. in consi. 10 c. incipien. ponderatis libro. 6.
Ange. in l. nulli. C. de iudiciis in secundo no. Abba. in c. afferte
mihi gladiũ in secunda col. de p̃sum. per illũ text. dicit. n. iudex
põt moueri ad iudicandum ex p̃sumptionibus, quas elicuit ex
iudicio intellectus sui, & pro iudice est presumẽdum l. 2. C. de
offi. ciuil. iud. ideo imputandum est parti non appellanti. Soci-
nus hic volens defendere opi. Bartol. respondet, quod ibi sñia
fuit nulla ex ratione tradita per Bar. hic, nõ obstat, quod dicitur, si
libellus fuit validus, ergo sententia debuit valere, licet esset in-
certa respectu vniuersi, cũ possit certificari per relationem fa-
ctam ad libellum, in quo dos petebatur l. in summa. & l. ait præ-
tor. §. 1. ff. de re iudi. nam respondet præfatus doctor, quod si fit tñ
relatio, tunc sententia non potest certificari, nisi fiat relat. ad
acta probatoria, secundum Bar. in l. ait prætor. §. 1. ff. de re iud. ideo cũ
non esset probatum quid & quantũ esset in dote tradita, vt pro-
bat ille text. dum dicit dotem non esse liquidam, ad prædicta
acta non potest referri sententia, quia non entis nullæ sunt par-
80 tes l. eius qui in prouincia. ff. si cer. pet. † præterea, quod libel-
lus esset validus nõ obstante incertitudine probat ipse, nam si
fuisset nullus, nulla quoq; fuisset sententia secuta, cuius cõtrariũ
dicitur in d. l. fi. in fi. assumptum probatur in c. cum dilecti. de
emp. & vẽd. gl. in l. si. de obli. in princ. Sed istis non obstantibus
teneo cõtra Bar. sequutus opinionem Pauli qui dicit, quod ille li-
bellus, peto dotẽ, nõ procedit, & probatur ista cõclusio quia si va-
luisset libellus, valida quoq; fuisset sententia facta relatione ad
libellum. Non obstat doctr. Bartol. in d. §. si iudex quia procedit,
quando sententia potuit referri ad acta probatoria, quia aliquid
fuisset probatum, sed quando nihil fuisset probatũ, tunc de ne-
cessitate sententia ad acta assertoria referri potest, argumento
tex. in l. 2. ff. de libe. & posth. & l. fundus qui locatus. ff. de fund.
instr. maxime vt actus potius valeret, quam periret l. quoties.
ff. de reg. iur. c. Abbate. de ver. sig. Præterea, non ostenditur
ex verbis tex. quod nihil fuisset probatum, licet dicatur in eo l. iudi-
cem fuisse interloquutum, dotem quæ petebatur, non esse li-
quidam, quia potuit probari dos, licet non eius quantitas. aduer.
te, quia superfluis verbis cum iudex interloquutus sit, fieri, nõ
potest fundamentum propter dictionem, præsertim, cum ad im-
plicandum casum l. qui se patris. C. vñ libe. in verbo, maxime
etiam ponitur in l. rogasti in princip. ff. si cert. petat. Non obstat
alia ratio Soci. quia in illo text. non apparet, quod secũda senten-
tia fuit data per iudicem appellationis, immo potius fuit alius
iudex, quia videns mulier sententiam latam in eius fauorẽ esse
nullam ob incertitudinem nouum inchoauit iudicium peten
do dotem expressa quantitate, in quo fuit lata sententia con-
tra eam & certa, quam confirmauit tacite non appellando ab
81 e. l. ab eo. C. quomodo & quando iud. x. capitu. c. nodum con-
sultationem. de re iudi. † Pone ergo hoc, quod libellus incer-
tus sit iustus in iudicio dotis, sequitur quod dos non est quid
vniuersale, & illud puto verius, quicquid dicat Barto. & alii. &
si dicatur. si dos est quid particulare & non vniuersale, ex hoc
sequitur vnum absonum, videlicet quod si plures res dentur
in dotem, tot erunt dotes quot erunt res. l. scire debemus. ff.
82 de verborum obligatio. Ad hoc respondeo, † quod licet plu-
res res dentur in dotem, vna tamen erit dos, quia quando plu-
res res copulantur in dispositione respectu vnius effectus, vna
est tantum dispositio, doctrina est Barto. in dicta l. scire debe-
mus, colum. prima, sed hic plures res dantur in dotem respe-
ctu vnius effectus, videlicet vt maritus sustineat onera matri-
monii. l. pro oneribus. ff. de iure dot. l. dotis fructus. in princip.
ff. eodem titu. & c. vel aliter responden, quod dos ex par
te mariti continet contractum onerosum non lucratiuũ. l. ex pro-
missione. ff. de actio. & obligatio. Barto. in l. Mauia. §. primo, in-
fra eodem in l. fi. §. a socero ff. de his quæ in fraud. cred. vbi de-
cidit pulchrũ casum, si ergo plures res dentur, vnica erit dos. l.
duos. ff. de contrahen. emptio. nisi dicas, quod illa lex proce-
83 dit in contractu oneroso. Demum † Barto. reprobata diffini-
tione Azo. ponit aliam diffinitionẽ de qua hic per eum, quã
impugnat hic Angel. & in l. si prædiorum. C. ad l. Falcid. & in
consil. 160. incipiente, præmitto ad euidentiam, & mouetur
duabus rationibus. Prima est, quia non semper datur dos pro-
84 pter onera matrimo. supportanda † cum valeat pactum, quod
vxor se suosque alat. l. 4. in prin. ff. de pact. dot. l. si quis pro vxo-
re. §. fina. ff. de donatio. inter virum & vxorem. Præterea ista
diffinitio est defectiua, cum non comprehendat dotem pro-
missam, vt in rubr. C. de dotis promiss. & in l. 1. in princip. ff. de
collat. dot. in verbo, & si tantum promissa sit. Defendi potest
diffinitio Bar. ab obiectionibus præmissis, & primo respondetur,
quod immo est de substantia dotis, vt sustineat onera matrimonij,
nec valet pactum factum in contrarium. l. 3. in princ. ff. de pac.
dot. nunquam fit cõtra substantiam dot. & l. cum præcario. ff. de præ
ca. Nõ ob. iura adducta p. Ang. quia vltra rñsiones Io. de Imo.
rñdetur, quod maritus debet sustinere onera matrimonii, ex eo quod
fructus augent dotẽ, quia alias essent eius propter onera matri
monii. l. pro oneribus. C. de iure do. & illud est quod vult iuris. cõ-
sultus in d. l. si quis pro vxore. §. fin. dum dicit, quasi donatũ quod
cõpensatũ est, ideo si fieret pactum, quod mulier se suosq; aleret,
si non fieret pactũ quod fructus dotis augerent ipsam dotẽ, nõ va-
leret, quia contineret quandã donationẽ quæ inter virũ & vxo. est
prohibita secundum Bal. in l. pactũ. in fi. C. de col. Imo. in l. si fecer. §.
Lucius. ff. eo. Alex. hic in vlt. col. p quo bene facit tex. in l. or-
nis. ff. de preca. vbi ponitur casus econuerso in marito. & dicit
quod non valet, quia continet merã donationem. Alteri obiectio
ni responden, quod dos verificatur etiam in dote promissa. l.
85 ex morte in fi. ff. de pac. conuen. quem alleg. Aret. in 5. colum.
Sed iuxta præmissa operæpretium est discutere illam difficul-
tatem, an statutum disponens de lucro dotis deferendo mari-
to soluto matrimonio morte vxoris procedit in dote promis-
sa, & non dum tradita, in quo articulo aliqui casus possunt cõ-
siderari. Primus casus est quando statutum simpliciter defert
lucrum dotis marito, & tunc procedit in dote promissa tan-
tum. l. 1. in princ. ff. de collatio. dot. vbi dos promissa tantum
dicitur dos, & ita volunt Pau. Alexand. & omnes Moder. in l. li
cet matrimonium. ff. de condi. ob causam per gl. in l. quæritur, quod pa
ctum de lucranda dote verificatur etiam in dote promissa, ce-
go statutum in statuto arguendo de lucro ad lud. l. fin. C. de fide-
iuss. gl. in rubr. C. de decre. decur. lib. 10. facit tex. in l. ex morte.
in fin. C. de pac. conuen. Secundus casus est, quando statutum
disponit de dote data lucranda, & tunc non verificatur de do-
te promissa secundum Bar. & Pau. in l. iubemus. §. sane. C. de sa
crosan. eccl. quod fallit, quando mulier vel alius a quo dos fue-
rit promissa, fuerit in mora, nam tunc statutum verificabitur
in dote promissa, ne quis ex suo delicto cõmodum consequa-
tur. l. relegatorum. §. fi. ff. de interdi. & releg. l. itaque. in princ.
ff. de fur. & c. ne in melioris condit. ... in si sacerdo,
onam is qui solutu. & ita volt Ang. in consil. 7. inc. p. præmitto
Pau. & Alexan. in d. l. si donaturus. Alexan. consil. 62. incip. fi-
tõibus his in fi. in 4. vol. idem vult Pau. in d. §. sane. subdẽs, quod
hoc casu mora non contrahitur nisi per interpellationem fa-
ctam per maritum, licet cum ad vsuras & fructus dotis necessa-
ria non sit interpellatio secundum gloss. & Barto. in l. de diui-
86 sione. in princip. infra eodem. † Tertius casus est in statuto di-
sponente quod mortua vxore sine liberis maritus non tenea-
tur restituere dimidiam dotis, nam hoc statutum locum non
habet in dote promissa, quia verbum restituere, præsupponit
actualiter dotem datam. hæc est decisio Saly. in l. si constante.
C. de dona. ante nupt. Ang. in consil. 152. incip. quidam Petrus

87 nomine. † probatur ista cõclusio pulchra doctrina, quam tra-
dit glo. in l. Mancipia. in verbo. aduocandum. C. de ser. fug. de
qua hic meminit Alexand. in rub. ad aliud tamen propositum
& quam etiam not. Roma. in sing. 479. dicens se per eam con-
suluisse in vrbe Romana in qua erat constitutio, quod quicun-
que non exequitur volũtatem defuncti, priuetur omnibus be-
neficijs, & excõmunicatus statim teneatur restituere bona te-
statoris: modo quidam exequutor testamentarius nunquã ha-
buit bona testatoris penes se, quia illa erãt penes hæredẽ, & nõ
fuerat exequutus intra annũ, nõ incurrit prædictas penas, cum
præsuppositum statuti non verificetur in eo, qui nõ habuit bo-
na penes se. Præterea, verba statuti non cõueniunt casui in quo
dos non fuit soluta, ergo cessabit eius dispositio l. quod & con-
stitutum. ff. de mil. testa. l. 4. §. toties. ff. de damn. infec. facit pul-
chra decisio Bal. in l. seruum in princip. in 7. q. C. de in offic. te-
88 sta. † idem tamen Ange. in consi. 160. tenet contrarium, quia sa-
tis dicitur fieri restitutio dotis non datæ per acceptilationem
aut pactum, vt dicimus in illo, cui liberatio fuit legata, agit. n.
vt liberetur, & hoc modo restituit ei promissum l. si quis ac-
cepto. ff. de condi. ob causam. Prior opinio mihi magis placet,
eo quia quando dos fuit soluta marito, maius incommodum
esset ei illam restituere, quam in casu, in quo dos nondum fuit
89 soluta l. vnum ex fundis. §. si rem. ff. de leg. 2. † Vltimus casus
est, quando socer fecit pactum cum genero, quod non tenea-
tur soluere dotem vsq; ad quinquẽnium, si enim interim vxor
moriatur, locum non habebit statutum de dote lucranda, cum
socer non fuerit in mora, ita tenet Iaso. in d. l. si donaturus ad-
ducens consilium Ange. ſm ordinẽ meũ. 152. quem nõ inue-
nio hoc dicere, sed an vera sit cõclusio ista, dico ꝙ sic cũ qua-
dã distinctione, videlicet considerando duos casus. Primus est,
si statutum loquatur de dote data, & tunc vera sit ista cõclusio
per ea quæ dicta sunt in prima cõclusione. Scđs casus est, quan
do statutum disponit de lucro dotis, & tunc statutum habebit
locũ, quia non repugnat verbum statuti, cum nomen dotis ve-
rificetur in dote promissa sicut in data, vt dictum est, nec etiã
repugnat mens statuti, qđ ideo detulit lucrũ dotis marito in re
cõpensationẽ onerũ matrimonij, quæ maxima sunt l. pro one-
ribus. C. de iure dot. & l. dotis in prin. ff. eo. quę ratio cõpetit do-
ti ꝓmissæ, in qua soluẽda socer habuit dilationem, sicut doti da
te, imò plus, cum maritus, cui dos non fuerat soluta, inueniat se
magis grauatum, quam si ei dos fuisset soluta, vt inquit Ange.
in simili proposito in consi. 180. & ex istis expedita ista rubric.
videtur, & subtiliter vt puto, per Ioannem Crotum de Monte-
ferrato in almo gymnasio Bononiensi. Finis.

REPETITIO

Camilli Visitarini Laudensis Iurisconsul. super Rubr. ff soluto matrimonio in felici gymnasio Ferrarien. edita. Anno Natiuitatis Domini 1518.

SVMMARIVM.

1 *Partium integralium vna subducta impossibile remanere effectũ alterius.*
2 *Indiuiduum censeri quod non nisi per partes integrales potest diuidi.*
3 *Ablatiui absoluti in rubri. ff. soluto matrimo. quomodo accipiantur.*
4 *Conditionis effectum non committi nisi sit adimpleta.*
5 *Dos possit ne consistere sine matrimonio. & nu. sequen.*
6 *Negatiuam præpositam verbo, potest, excludere omnem potentiam.*
8 *Priuilegia, quæ veræ doti competunt, non competere putatiuæ.*
9 *Dos data sponso an dicatur dos & dotis priuilegia habeat non secuto matrimonio. & nu. seq. & 12.*
11 *Dispositũ in vno cẽsetur dispositũ in altero ex æquiparatis ꝑ modũ regulæ.*
13 *Statutum excludens filias dotatas a successione extantibus masculis an cõprehendat filiam nondum nuptam cui pater dotem testamento reliquit. & nu. seq. & 16.*
15 *Dispositionem correctoriam non comprehendere casum nisi expressum.*
17 *Dotem dici proprie etiam post solutum matrimonium, cuius contrarium vide. nu. 19. & 21. & 23.*
18 *Mulierem censeri nuptam etiam soluto matrimonio.*
20 *Dotalem rem non ob id continuo alienari posse, quod præscribi possit.*
22 *Hæreditatem aditam non amplius dici hæreditatem, licet nondum sit apprehensa. & nu. 25.*
24 *Accessorium quando possit subsistere non subsistente principali.*
26 *Dos recuperata an dicatur dos.*
27 *Autem, particula est repetitiua qualitatum præcedentium.*
28 *Statutum Senense sup dote liberis æqualiter relinquenda an habeat locum in dote recuperata. & nu. 30. & quid in statuto Mutinensi. num. 31.*
29 *Rationem in lege vel statuto haberi pro expressa, quando vnica reddi potest.*
32 *Extensionem in correctorijs non esse faciendam nisi cum sit eadem immo maior ratio.*
33 *Continuatio rubricæ an possit fieri ad remota.*
34 *Volumina duo, quorum vnum duntaxat habet titulum, reputari pro vno volumine, si sermo vnius continuatur alteri.*
35 *Adiectiua nomina qualitatem aliquam demonstrare.*
36 *Notario liceat nec ne signum suum mutare. & nu. 39.*
37 *Signum non esse necessario in instrumentis apponendum.*
38 *Notariatum non esse dignitatem.*
40 *Represalijs contra Perusinos concessis, non censentur concessæ contra eum, qui solo nomine Perusinus est.*
41 *Paria sint nec ne esse Perusinum & esse de Perusio. & num. sequen. & 45.*
43 *Ciuis alicuius municipij quis dicatur, & an ratione domicilij quis dicatur ciuis. nu. seq.*
46 *Represaliæ contra municipes aliquos concessæ an exerceri possint contra eũ qui est ex eo municipio, alibi tamen habitat, & an contra eum qui in eo quidem municipio habitat, sed originem ducit a loco concedente dictas represalias. & nu 48 & 53. & 55. & 60.*
47 *Causam naturalem iudicari potentiorem accidentali.*
49 *Represaliæ ob quam causam soleant induci.*
50 *Qualitas adiecta vel sub intellecta ampliat & restringit intentionem disponentis.*
51 *Populi appellatione quid contineatur.*
52 *Originarium non posse conueniri in loco originis nisi ibi reperiatur.*
54 *Qualitatem iunctam verbo, debere, intelligi secundum tempus verbi.*
56 *Cognatis relictum debetur proximioribus.*
57 *Represalijs contra Perusinos per Bononienses concessis, an comprehendatur Perusinus Bononiæ habitans, & num. seq. & 59.*
61 *Priuilegium concessum ciuibus an trahatur ad comitatenses, atque inibi quid ciuitatis, quid item Romæ appellatione veniat. & nu. sequen.*
63 *Principium cuiusq; rei esse potissimam partem, an & quatenus verum sit.*
64 *Verbum, peto, sit ne genus, vt repetitionem sub se proprie comprehendat.*
65 *Statutum disponens, quod pro petitione certę quantitatis soluatur gabella, an habeat locum in repetitione. & nu. 69.*
66 *Indefinita oratio quæ dicatur.*
67 *Specialia inesse generalibus, quatenus verum sit.*
68 *Genere posito species aliqua necessario comprehenditur, non tamen est necesse omnes species comprehendi.*
70 *Dotis diffinitio per Bar. tradita perpenditur. & nu. 73.*
71 *Pactum, quod mulier se alat, & nihilominus fructus dotis pertineant ad maritum, an valeat. & nu. sequen.*
74 *Dos promissa an dicatur dos.*
75 *Dos sit ne ius vniuersale diuersum ab ipsis corporibus dotalibus, & num. 80. 82. 89. 92. 94. 98. & 105. 109. & 110. & 118. & 119.*
76 *Impensæ an minuant dotem ipso iure, an corpora dotalia. & num. 78. 83. & 91. & 106. 107 & 112. 114. & 115.*
77 *Patrimoniũ sit ne quiddam diuersum a corporibus quæ sunt in patrimonio.*
79 *Vniuersitatem dupliciter considerari.*
81 *Intellectus ad l. si is qui. §. quod dicitur. ff. de iur. dot. iuncta l. quod dicitur. ff. de impens. in reb. dotal. fac.*
84 *Fructus augeant nec ne dotem. & nu. seq. & 120.*
86 *Pretium rei dotalis an succedat loco rei.*
87 *Pretium succedere loco rei in vniuersalibus an sit perpetuo verum.*
88 *Sententia incerta an valeat in causa dotis.*
90 *Impensa facta in vnam rem an possit deduci ex alia.*
93 *Legatum dotis factum a patre filiæ, cui prius fundum in dotem dederat, cuius sit effectus.*
95 *Mulier teneatur nec ne stare colono a marito constituto in prædio dotali. & num. 97.*
96 *Emptor hæreditatis an censeatur successor vniuersalis.*
99 *Maritus an teneatur restituere mulieri penam quam consecutus est ob rem dotalem furto sibi ablatam, an vero eam lucretur tanquàm fructũ dotis. & nu. sequen.*
101 *Dotem etiam in re vnica consistentem posse habere iura actiue & passiue.*
102 *Dos an duret extinctis corporibus, & quid in hæreditate, quid item in peculio. & nu. seq. & nu. 110.*
104 *Dos an & quomodo dicatur dari, cum sit ius vniuersale.*
111 *Peculium ius esse, nec vendicari posse, licet singula eius corpora possint vendicari*
113 *Intellectus ad l. quod dicitur. ff. de impens. in rebus dotali. factis.*
117 *Estimari an possit res omnis per pecuniam.*
121 *Iura personalia possint nec ne vendicari.*
122 *Fructus in restitutione dotis an veniant ex natura actionis, an officio iudicis*
123 *Dotis contractus sit ne de iuregentium, an de iure ciuili.*
124 *Actum in quo concurrunt duæ qualitates, attribui qualitati potentiori.*
125 *Stipulatio faciat ne semper contractum, cui apponitur, transire in aliam speciem contractus. & nu. sequen.*
127 *Obligatio posterior plus continens quam prior nouat priorem.*

ISta Rubr. secundum Roma. & Mod. diuiditur in duas partes, in prima secundum eos ponit conditionem, in secunda dispositionem, sed talis diuisio non placet, quia cum fiat per partes ex se nihil

se nihil importantes ad sensum qui comcipiebatur, est diuisio
quæ dicitur fieri per partes integrales, de quarum natura est, vt
per se nihil importent, vt declarat Barto. in l. qui vsum fructum
1 ff. de ver. ob. & † vna subducta impossibile est remanere effe-
ctum alterius, vt dicit Bartol. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff.
de pact. & Alexand. in l. fi. col. 2. de condi. ob causam, illud au-
2 tem † quod est diuisibile tantũmodo per partes integrales, di-
cisse indiuiduum l. si is qui vbi declarat Bald. ff. de testa. & po-
nit mod. Senen. in rub. ff. de leg. 1. est enim indiuiduum qđ nõ
affert tantam vtilitatem respectu partis, quantam totum respe-
ctu totius, vt no. in l. stipulationes non diuid. de ver. ob. vnde q̃a
in proposito partes, de quibus per Roma. & mod. per se nihil
ad sensum important, merito debet hęc rub. indiuidua censeri
& ita reperio Bal. in rep. l. petens. col. 1. C. de pac. dicentẽ, qđ le-
gem vno structu verborum singula complectentem diuidere
est potius in frustra secare, quam diuidere, & ad ista vide Alex.
3 in rub. ff. de oper. no. nunc. & quæ ibi habentur. † Successiue
sequendo ordinem literę huius rub. contra eam opponit Iaso.
nam ponũtur hic ablatiui absoluti, de quorum natura est, im-
portare conditionem l. a testatore. de condi. & de. hic autẽ eã
non important, q̃a conditio respicit futura l. cum ad præsens, ff.
cer. pet. vt hic late per eum dicentem, qđ hęc rub. stringit ineui
tabiliter. Sed dicas, quod ipse decipitur, q̃a ista verba, de quibus
hic, dñt intelligi respicere actum futurũ, vt ꝓbatur in l. cũ quæ
rebatur. de ver. sig. vbi queritur, an stipulatio soluti matrimo-
nij comprehendat casum, qñ esset solutum morte vel diuortio
& tñ clatum est qđ ipsa stipulatio respicit futurum, qñ interpo
nitur. & probatur clare in l. si quis. ꝯ. eo. vbi ponuntur proprie
verba soluti matrimonij respicientia proprie futurum, si quo
casu Titia nupta tibi esse desierit. sensus ergo est soluto matri-
monio. i. si solutum fuerit matrimonium, vt etiã declarat glo.
hic in rub. nec ob. qđ non possit reddi dos nisi soluto matrimo
4 nio, † q̃a istud est proprie de natura conditionis, quę licet respi
ciat futura, effectus tñ eius non cõmittitur, nisi sit adimpleta,
& debet adimpleri antequã dispositio sortiatur effectũ l. lega-
ta. de condi. & de. & declarat Bart. in l. quibus diebus. §. termi-
nus. eo. tit. nec etiam ob. qđ sit omnino extitura conditio, q̃a ad
hoc respondet Bar. in l. si cõstante. §. 1. col. 2. ꝯ. eod. Secũdo cõ
tra hanc rub. opponit Pau. de Cast. & ante eum fuit oppositio
Barto. in l. si marito. §. 1. inf. eo. vt etiam dicunt mod. hic, q̃a dos
5 † non potest cõsistere sine matrimonio l. 3. ff. de iure do. vt la-
tius per eum soluẽtem vt hic per ipsum. circa quod Soc. hic la-
tius rem expediendo cõsiderat, qđ aut matrimonium fuit cõ-
tractum nulliter, aut non fuit contractum, intellige tñ qđ spon-
salia precesserunt, & primo casu dicitur large dos, & priuilegia
cõcessa doti verę, competunt etiã putatiuę, quod patet ratio-
ne, quia si est dos largo modo, sequitur qđ dispositio loquens
in vno casu cõprehendit alium casum, qui sub lata significatio
ne comprehenditur vt no. Alex. plene in l. 2. ff. de lega. 1. & in l.
peregre. §. quibus de acqui. pol. & Decius in c. 1. de consti. col.
6 4. † Sed tamen opi. Soci. non placet inquantum vult, quod lato
sumptio vocabulo dos dicatur, nam sine matrimonio dos non
est, vt dicit tex. in d. l. 3. vbi proprie dicitur, quod dotis app ella-
tio non refertur ad ea matrimonia, quę consistere non possunt
&c. si ergo cõsiderat Soc. nullum matrimonium contractũ er-
go nec dici potest dos. & qđ sit nullũ matrimonium, ꝓbat text.
in §. ascriptitio. vbi dicit, ꝙ neq; nuptię sunt, neq; dos, & in §.
si vero ab initio. in authen. de nup. & idem dicit tex. in l. 3. §. 1.
de do. inter vi. & vxo. vbi dicitur, qđ si leges prohibeant, non est
omnino matrimonium, pondera dictionem. omnino. quæ de-
notat nullo modo, vt no. Fely. in c. de regularibus. de simo. &
Barba. consi. 45. col. 4. 1. volu. Fely. in c. ex parte. de offi. deleg.
& Iaso. in l. 2. colum. 31. C. de iure emphy. & Imo. in l. si qnæra-
tur. ff. de testa. Ad idem facit tex. in l. si serua. §. Spadoni. ff. de
iure do. vbi dicitur distinguendum esse, si nubat mulier spado-
ni, an sit castratus nec ne, vt in castrato dicas dotem non esse,
q̃a matrimonium non est, ponderanda est dictio, quia, apposita
in lege quę censetur apposita per modum causę finalis vt not.
Bal. in l. 1. ff. de ferijs. vnde patet matrimonium considerari ad
dotem, si ergo nullum est matrimonium, ergo nec dos, proba-
tur in alle. l. 3. dum dicitur, quod sine matrimonio dos esse non
7 potest, † nam negatiua præponitur ibi verbo, post, quæ exclu-
dit omnem potentiam secũdum Bal. in l. 1. C. qui admit. Bar. in
l. cũ lex. inf. de fideiuf. & Alex. in l. stipulatio ista. §. alteri. de ver.
ob. Ideo arguit tex in l. 1. C. de condi. ob causam vbi dicitur, qđ
si matrimonium quocunque modo impeditur, nulla de dote
oritur actio. ad idem l. insulam. §. fructus inf. eo. ibi, fructus qui
in dotem dari videbantur ponderando verbum, videbantur, &
idem probatur in l. a diuo Pio. supra de ritu nup. dum dicitur,
quod ex dote nullum lucrum habet, quæ nulla est. Vis videre,
8 † qđ hoc sit verum regulariter. priuilegia quæ doti verę cõpe-
tunt nõ competunt putatiuę, vt probatur in l. maritũ inf. eo. &
c. 1 de do inter vi. & vxo. est enim fauor mulieris, quod vir non
possit conueniri, nisi quãtum facere possunt, quia ex hoc faci-
lius viros inuenit, qui hoc cognoscunt. Non obstat text. in l. si
eum dotem nam ibi tex. potius facit pro alias ꝓ. dum dicit, cõ-
cedi oporteret enim a iure hoc permitteretur, frustra conces-
sio expectaretur l. prima de thesau. libro. 11. l. 1. in fin. infra ad
Municip. & probatur dum text. dicit, quasi dotales, hoc est ad
similitudinem dotalis nullum autem simile est idem l. quod
Nerua. ff. depo. ex hoc infertur male loqui Alexand. in d. l.
l. si cum dotem. dum vult, quod si instrumenta dotalia habent
paratam executionem, illam habebunt confecta super dote
nullo matrimonio contracto, nam licet esset eadem ratio, ex
quo tamen largo sumpto vocabulo non dicitur dos, non ha-
bebit locum statutum, cum sit correctorium iuris communis,
quo instrumenta non habent executionem paratam in l. mi-
nor. 25. annis cum fide commiss. de minor. iuxta ea quę habentur
9 tur, in authenti. quas actiones. C. de sacrosanc. eccles. † Secun-
dus casus est in sponso, in quo dicendum est idem, ex quo ma-
trimonium non est. Et hoc probatur in l. prima. §. primo iuncto.
§. fina. ff. pro dote. vbi res datas in dotem sponsus non vsucapit
pro dote, sed pro suo. idem etiam probatur in. ll. allega per So-
ci. nam probat hoc text. in l. lex Iulia. dum dicit quod plenius
interpretanda est, fuit ergo extẽsio ad putatiuam dotem. nam
ista dicitur etiam interpretatio, secundum Barto. in l. primam.
§. qui operas ff. ad Tertul. & in l. omnes populi. 6. quęstio. prin-
cipali. de iusti. & iu. & in l. Cęsar. de publi. & illud quod fit ex
interpretatione, dicitur fieri ex subaudito intellectu. in capitu.
cupientes. §. quod si per 20. de elec. in sexto & tradit Soci. con-
si. 30. 9. volu. sed si ex significatione etiam lata comprehende-
retur, non fieret ex interpretatione, sed ex comprehensione, vt
dicit Bald. in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. & in l. illud. C. de
sacrosanct. eccles. hoc idem probat text. in l. si sponsa. dum di-
cit, exemplo dotis. & sic ad similitudinem, ergo non est idem,
similiter dum dicit fauoris ratione, & sic ex extensione, & non
ex comprehensione, & probatur etiam illa ratione, quia cum
non sit matrimonium, non est dos, vt etiam proprie dicit text.
10 in l. secunda. in fin. de priuil. cred. dum dicit, ęquum esse. † Sed
tamen hoc casu teneo quod omnia priuilegia competentia do
ti, competant etiam ei, quod datur a sponsa spõso nomine do-
tis, non ea ratione quod dicatur dos largo modo, sed quia ęqui-
parata sunt ex legis dispositione sponsalia nuptijs l. oratio. de
sponsal. vnde sicut dispositio principalis regulatur conformiter
ita & accessorium suum dos, & proprie hoc declarat Ioan. An-
dre. in regul. accessorium de regul. iur. libr. sexto. & ideo dispo-
situm in vno censetur in alio dispositum ex extensione passiua
vt notat. Bartol in l. prima. §. lex falcidia. ad legem Falcid. & in
11 d. l. omnes populi. sexta questio. principa. & facit, † quia quo-
ties duo æquiparantur per modum regulę, dispositum in vno
censetur dispositum in alio. in l. si quis tertio. C. de furt. no. Bar-
to. in l. inter accusatorem. colum. 2. de publ. iudic. & Aretin.
in rubric. inf. de acquiren. pos. colum. 3. Ex quibus dictis infer-
tur ad plurima decis. docto. hic & Alexand. in d. l. si cum dotẽ
& ad ea quæ ponit Brunus, in tracta. statu. exclu. femi. sexto ar-
tic. q. septima & q. 9. quarti membri. in quibus breuiter vide-
tur, quod quando nullum est matrimonium contractum, aut
sumus in dispositione correctoria, & tunc non fiat extensio, vt
in casu statuti quod instrumenta habeant executionem &c. &
ita etiam tenent Baldus, & Salice. in l. prima de condi. ob cau-
sa. vel secus sit si essemus in dote data sponso, per prædicta, aut
sumus in materia fauorabili, & fit extensio ex identitate ratio
nis & hoc habet locum vtroque casu, vt probat text. in allega-
ta l. cum dotem in fine. Si vero non est eadem ratio, non fit ex-
tensio, cum nullum est matrimonium probatur in d. l. insulam
§. fructus. nam ratio quare fauetur dotibus, est propter mulie-
rem, vt dicit tex. in l. 3. de re iu. leg. credito. vbi ergo cessat ra-
tio, non extensio. vnde etiam si maritus lucraretur fructus pro-
pter onera matrimonij, non lucratur, quia hoc non esset fauo
rabile mulieri. & similiter maritus qui alias non conuenitur,
nisi inquantum facere potest, non habet hoc priuilegium quã-
do matrimonium est putatiuum. dicto. c. primo de do. ratio. in-
ter virum & vxorem, quia non respicit personam mulieris, &
12 cessat ratio, † secus tamen esset dicendum in sponso propter
æquiparationem per modum regulę, de qua in dicta l. oratio.
& probatur hec opi. in dicta l. 1. ff. pro dote, dum dicitur quòd
pro suo vsucapit, & in effectu habet priuilegiũ dotis, licet non
possit dici dos. Et per hæc colligitur ratio, quare in dote da-
ta sponso sit idem quod in data marito. nam non est illa, quam
dicit Socin. sed ea quam dixi supra propter æquiparationem
factam a iure. ex quibus etiam apparet non procedere corre-
larium, quod ipse infert, dum ęquiparat casum dotis nullę,
nullo matrimonio contracto. & quando præcesserunt sponsa-
lia, quia illa duo manifeste diuersificantur, vt patet ex prædi-
ctis & ijs quæ not. Bartol. in consilio 2. incipien. cũ Io. Tertia
cõclusio est, quando nullum est contractum matrimonium &
tunc sine dubio nõ põt considerari dos. sed stante hac ꝯclusio-
ne infertur ad q. Bar. in l. Titio centũ. §. Titio genero. de cond.

13 & demonst. an stante statuto, † q stantibus mascu'is filia dota-
ta non succedat, idem sit, si pr ei dotem reliquisset. & Bart. ibi
tenet q sic. primo per l. qui pupillam. de adult. & quia ex quo
non pot de iure impleri sufficit q de facto impleatur Soci. sit
hic ad d. l. qui pupillã, tñ. q ibi agitur de euitatione pœnæ. hic
de inducenda exclusione odiosa, sed certe hoc non placet, qa
statutũ exclusiuũ mulierũ fauorabile reputatur principaliter
rõne agnationis conseruandæ vt no. Io. And. in addit. Spec. in
rubr. de success. ab inte. Bar. in l. liberorum. de ver. sign. Bald. in
l. quod vero de legi. & Pet. de Anch. in repe. ca. 1. 14 q. de con-
sti. sed nec placet eiusdem Soci. responsio ad aliud argumen-
tum, dũ dicit, quòd in casu isto poterat ex post facto valere, qa
est contra terminos iuris, quod non considerat in dispõne te-
statoris id, quod ab initio valere non potest, posse ex post facto
valere, vt in regula Catoni. de qua in l. 1. inf. de regu. Cato. &
non considerat quod contingere possit in futurũ, vt dicit text.
in l. quia rõ. inf. de condi. insti. vbi non valet institutio serui sui
nisi cũ libertate, licet alijs eã dare possit, si ergo testator ab ini-
tio facit qd potuit, nec implere de iure potuit, satis vr dotata
quo ad ipsum. Et pro hac opin. Bart. facit quod ipsemet tradi-
dit in auth. res quæ. C. de cõ. de leg. in quantũ vult, q bona su-
biecta fideicõ. possint alienari in cãm dotis, dicit ipse suffice-
re, quòd constituatur in testõ patris. Et quod no. Bar. in l. quid
ergo. §. cum autem. ff. de his qui no. infa. vbi vult, quòd si fiat
mentio de nuptijs casu quo de iure consistere non pñt, intelli-
gitur de his quæ de facto contractæ sunt. Et ad idẽ quod not.
Alex. & Aret. in l. 4. ff. de acquir. here. de clerico declinante iu-
risdictionem &c. Saluant tamen Moder. opin. Bart. in duobus
casibus, quia vbi est eadem ratio etiam in materia exorbitanti
fit extensio de casu ad casum. l. quid si nepotes de testa. tu. sed
hæc saluatio non placet, tunc quia istud statutum est correcto-
rium, vt Alex. dicit in l. illam. C. de colla. & naturæ accusatiuũ.
l. maximum vitium. C. de lib. præte. vnde videtur stricte inter-
pretandum. l. quod vero contra. de legi. l. 2. C. de noxa. vñ non
vr ex identitate rationis fieri debere extensionem immo nec
ex maioritate. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. & no.
Bar. & alij. in l. si quis maior. C. de transactionib. Nellus in tra-
cta. bannitorum 2. parte secundi temporis. q. 55. præsertim cũ
non comprehendatur sub lata significatione vocabuli, vt sup.
dixi. tũ quia illa nõ est considerabilis, ex quo non est expressa,
vt concludit Bar. in l. liberorũ. col. 5. de verb. sign. Bal. in l. si de-
functus C. de leg. hæred. & Alex. consi. 55. 1. vol. & cons. 1 1 1.
3. vol. præterea ista saluatio non est de mente Bar. in d. §. Titio
genero, qui format simpliciter q. in statuto, quod filia dotata
non succedat, quo casu statutum videtur cõsiderasse dotatio-
nem, non fauorem agnatorum, vt no. Pau. de Cast. ibi Secũda
etiam saluatio eorũ minus placet, nã licet statuta recipiant in-
terpretationẽ a cõi vsu loquendi, tñ ita difficile est cũ probare,
vt ferme sit impossibile, debet enim probari cõis vsus loquen.
qui fuit tpe conditi statuti, nec probatio tanti tpis cuius initij
memoria nõ esset, sufficeret, vt concludit Ful. cons. 195. & Soci.
in l. Gallus. §. si eius. de lib. & post. h. licet male alleget consiliũ
eius, & idem tenet Alex. in l. 5. in prin. de verb. obli. & Curtius
14 iunior in cons. 5. Quid ergo dicendum, † teneo cõtra Bar. quia
si verba statuti non habent locum, ergo nec dispositio. l. 4. §. to
ties. de dam. infec. & Fely. in c. in præsentia. col. 28. de prob. vbi
plus addit, quod si verba conueniunt, extẽditur dispositio vl-
tra mentẽ disponentis, si ergo non conueniunt, nec dispositio
extenditur etiã ex mente disponentis, nã vbi verba statuti non
aptãtur, nec dispositio locum habet. l. si. C. de præd. cur. lib. 10.
glo. in c. quoniã. de vi. & ho. cler. c. maiores. & c. debitũ. de ba-
15 ptis. & dispositio † correctoria non cõprehendit casum nisi ex-
pressum. glo. in c. licet canon. de elect. in 6. & probatur ratione
efficaci, nam illud quod venit ex interpretatione, venit tacite,
vt not. gl. in c. cupientes. §. qd si per. 20. eo. tit. in 6. sed per taci-
tos intellectus non inducitur correctio. ll. vt ibi no. & similiter
expressum facit cessare tacitum. l. continuus. §. cũ ita. de verb.
oblig. l. precibus. C. de impube. ergo ius ciuile expresse dispo-
nens facit cessare tacitã dispositionem iuris municipalis. Se-
16 cundo, † istud probatur ex doctri. Bal. post Cyn. & Rayn. in l.
non fine. C. de bo. quæ lib. vbi cõcludunt, q statutum excludẽs
nuptam nõ excludit desponsatam, & eos sequitur Maria. cõs.
30. & 31. licet large sponsa vxor dicatur. l. lege Iulia. de fun. do.
fortius ergo in proposito, quia est minor ratio inferẽdi ad hos
casus, per ea quæ sup. dicta sunt. Tertio in casu Bar. res videtur
clara, quando consideratur dotatio sola, prout est. q. quam for
mat & considerat Paul. de Cast. ibi, non autem ratio agnatio-
nis, vt ibi per eum, vltra quod cum ratio illa agnationis non sit
scripta, periculosum est eam adducere, vt s. dixi. præterea statu
tum hoc debet restringi, ne filia damnũ patiatur indebite, iux-
ta not. in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliber. Et pro ista
opin. videtur casus in l. 1. §. si sub conditione. ff. de colla. do. vbi
patet mulierem incipere esse dotatam, quando habuit dotem,
non quando est sibi promissa, si ergo verba non conueniunt,
licet esset eadem ratio, non deberet fieri extensio in hoc casu
correctorio. Præterea cum pater non solum teneatur ad dotã-
dum sed ẽt ad maritandum, vt no. doc. in l. 1. j. eo. non dr adim-
pleta conditio dotando solum, quia statutum debet intelligi
de dote propria, qñ est matrimonium, & sic ex sola dotatione
non satisfit dispositioni statuti, vnde non obstat, quod sufficiat
impleri conditionẽ de facto, quia hoc ẽt non est implementũ
facti, ex quo dos sine nuptiis non est, nec de facto nuptiæ præ-
cesserunt. Præterea ẽt legatum dotis est conditionale, sm Bar.
in d. §. Titio genero, vnde eius effectus est, vt si moriatur ante
matrimoniũ cõctum, non transmittat, ergo non dr dotata quæ
non nupsit, & hanc opin. ẽt tenet And. de Iser. in c. 1. de natura.
suc. in feu. Cætera de hac q. vide per Brunum in allega. tract. de
stat. excl. fe. 6. art. q. 7 & q. 3. quarti membri. 12. q. 18. eiusdem
17 membri. † Alia est conclusio, quòd soluto matrimonio dr pro-
prie dos, quæ probatur per tex. in d. l. etiam. de fun. do. & in l. 1.
eo. tit. & ita tenet Pau. de Cast. Are. Alexan. & Mod. hic. & pro
ista opi. vltra doct. est optimus tex. in d. §. Titio genero. s. alien.
vbi si fuerit legatum filiæ nomine dotis & post diuortium so-
lutum sit legatũ, dr pecuniam in dotem conuerti, & plus pro-
bat ille tex. q pecunia quæ nunquam fuit dotalis efficitur dota-
lis, quia debebatur ab initio ex causa dotis. Confirmatur ratio-
18 ne, nam mulier † dicitur nupta etiã soluto matrimonio, vt not.
glo. in l. 1. §. extraneũ. C. de rei vxo. act. & probatur in l. fin. C. de
bo. mater. vbi dr, patrem in priori matrimonio permanere, qñ
secundam vxorem non induxit. & no. Pau. de Cast. in l. sororẽ.
C. de his quibus vt indi. & Cano. in c. cum haberet. de eo qui du
xit in matri. quam pollu. per ad. probatur ẽt in l. fi. §. idẽ rescri-
pserunt. iuncta. l. filius. §. vidua. ad Munic. nam in §. idem refer.
dr, quod quamdiu mulier nupta est, domicilium viri retinet. in
§. vidua. dr. quod vidua retinet domicilium viri, ergo vidua dr
nupta. pro hac opin. etiam videtur esse tex. in l. si marito. §. fi. j.
eod. & probatur etiam in l. 2. in princ. inf. eo. vbi dr solu. matri.
dotem solui debere mulieri. & facit, quod videmus in simili,
quod debitum si sit debitum rẽ, ore constituti, durat licet non
sit postea debitum l. item illa. §. quod adijcitur. de consti. pe. &
quod no. Rom. in cons. 195. cum isti Fratres. Præterea sicut vbi
non est vera dos, non oritur actio de dote. l. 1. C. de cõd. ob cau.
ita est õ vbi oritur actio de dote, est signum quod est vera dos.
vt id. in operetur propositum in proposito, quod oppositũ in
opposito. l. & si õ. de vulgo. & pup. sed soluto matrimonio vera
de dote actio oritur. l. si constante. §. 1. vbi hoc no. Bar. inf. ec. er-
19 go tunc est vera dos. † si tamen velles contrariam opin. tenere,
posses eam pluribus modis comprobare; & primo matrimo-
nium est cã dotis. l. 3. §. 1. de do. inter vi. & vxo. quia dos sine eo
esse non potest. l. 1. de iure do. cessante ergo causa, debet cessare
effectus. l. adigere. §. quãuis. de iure patro. si ergo soluitur ma-
trimonium, solui etiã debet dos ipsa. Secundo dos est accesso-
ria ad matrimoniũ. d. l. 3. de iure do. non subsistente ergo prin-
cipali, non debet subsistere accessoriũ. reg. accessoriũ de regu.
iu. in 6. vbi proprie Io. Andr. vtitur in materia hoc argumento
& exemplo. Tertio probatur per text. in d. l. etiam. nam ibi dr
quod dotale prædium etiam intelligitur &c. Et sic apponitur
dictio denotãs improprietatem, & licet Soci. dicat. quod adest
verbum (esse) quod notat proprietatẽ, tñ. q importat veritatẽ
qñ a iure profertur, vt late Iaso. in l. si filium. §. in omni. de acq.
hær. tamen istud non procedit quãdo iungeretur dictioni im-
portãti improprietatem, vt in l. cum quid. & ibi etiam ipse no.
ff. si cer. pe. pro ista opi. addit Iat. q soluto matrimonio res dota
lis potest præscribi, & ratio est sm eum, quia potest alienari. l. 3.
20 de fun. do. † Sed in hoc grauiter errat, dum considerat præ-
scriptionem fundi dotalis inductam esse in cũ casum, quo po-
test alienari, quia statim quod mulier agere potest, res põt præ-
scribi, vt est text. in l. in rebus. §. omnis. C. de iure do. & tamen
non põt alienari, quia quousq; actio mulieri competit, nõ po-
test alienari. d. l. 3. de fund. dot. præscribitur tamen contra mu-
lierem, ex quo ipsa agere potest. d. l. cum notissimi. §. si ad. de
præscript. 30. anno. vnde non valet argumentum, non põt alie-
nari, ergo nec præscribi, & est ratio in primo casu, quia mulier
non põt agere, ex quo maritus est dominus. Ideo non valenti
agere non currit præscriptio. l. 1. in fi. C. de ann. except. secus est
mortuo viro, ideo præscribi põt, sed per hoc nõ sequitur quod
alienari possit, vt etiam probatur in l. dotale. §. dotale. de fund.
do. vbi dr hæredi mulieris idem beneficium competere quod
mulieri. s. vt alienari non possit, & tamen necessario est dicere,
q ibi mulier esset mortua, & per consequens solutũ matrimo-
nium, quia hæres non est viuentis. l. qui superstites. de acq. hær.
21 † Secundo pro ista opi. adduci potest tex. in l. ... §. certum. ff. pro
dote, vbi maritus non vsucapit quia dicit tex. nulla dos est solu-
to matrimonio, nec potes dicere, q tex. loquatur, quando nul-
lum fuisset matrimoniũ, tum quia hoc modo non haberet du
bium, tum quia ex ordine literæ illud ostenditur, quia primo di
xerat, quando constabat matrimonium, deinde sequitur qñ
cessat, præterea vr hoc verbo, cessat, quod denotat prius fuis-

se. l. nam & si sub cõditione. §. rumpendo. de iniu. testa. Cõfir matur ratione, quia si sol. mat. rei dotalis dominiũ ipso iure trãsit in vxorem. l. in rebus. C. de iure do. & vritur eius patrimo-
22 nio, ergo non potest dici dos. sicut dicim† q̃d hereditate adita licet non apprehensa cum dominium trãseat in hæredem. l. cum heredes. de acqui pos. non potest dici amplius hæreditas. l. sed si plures. §. filio. de vul. & pu. l. si. in fi. de inof. tes. not. Bar. in rub. ff. de acqui her. Alex. & alii in l. 1. §. veteres. de acq. pos. vbi inducunt ad q. statuti excludentis filiam a successione patris, vt nõ excludat eam a successione fratris qui adierat hæreditatẽ patris, licet non apprehẽdisset bonorum possessionem. nec ob gl. in l. 2. de fid. hære. pet. & quod ibi Bart. quia illud procedit respectu petitionis hæreditatis, vt amplius intentari non possit, vt no. Alex. consi. 173. & 175. 5. vol. & consi. 89. in 2. vol. hanc opi. etiã tenet gl. in l. diuortio, §. ob donationes, in verbo. percepti. inf. eod. vbi fundus erat penes maritũ, & tamẽ gl. ibi dicit, q̃ non dicitur dotalis. & glo. in authen. de testi §. si vero & ipsa. in verbo dare. & hanc opi. etiã tenet Pet. de Anch. con
23 si. cl. in q. quæ vertitur. & consi. 93. verba testamenti. † Et tenendo hanc partẽ nõ ob. quæ in cõtrarium adducuntur. nam ad id q̃d dicit Iason. de hypothecaria, illud est quia nõ tollitur obligatio tẽpore, licet inefficax reddatur, vt no. glo. in l. cũ notissimi. §. alie. & similiter quia obligatio accessoria potest esse naturalis tantũ. l. Marcellus. de fideius. similiter ad id q̃d dicit de naturali extincta, rñ. quod non erat in totũ res extincta, prout hic: ideo nimirum si durat obligatio, ad aliud autem respond. quod cũ sit sublatũ principale merito accessoriũ tollitur, quod dependebat a principali. ibi aũt de ipsa re principali subsistente tractatur. Non obstat. l. etiam de fun. do. quia respõ. quod potius facit: quia vtitur verbo importante impropriẽtatẽ: vt s. dixi. & ita ponderat Sali. in l. in rebus. in prin. C. de iure do. & Mod. in l. cũ q̃d. si cert. pet. s. alleg. nõ obstat. l. si marito. alleg. p Soci. quia ibi erat iam recuperata dos, & tamen appellatur dos ergo largo modo est dos. vt. j. videbis. similiter in casu. l. si pater ignorãs. erat pecunia penes illum, penes quem remanfura est ergo improprie dos est. Ad tex. in §. Titio geneto. sup. alle. respon. q̃d illud est improprie. nam ibi iam erat solutũ matrimonium, neq. res erat quæ fuisset vnquam dotalis. non ob. t dictum Pau. de Ca. in d. l. sororem. quia Alexan. ibi tenet contrarium. non obstat tex. in §. idem recipserũt. quia ibi argumẽtum sumitur a contrario sensu, qui non est sumendus, quando resultat absonus intellectus. l. 2. C. de cõdi. infer. nõ obstat quod actio de dote cõpetat solu. mat. quia illud est eo, quia dos fuit, non quia dos sit vt Bal. no. in l. dotalem. j. eo. sicut petitio hæreditatis datur, quia olim fuit, non quia sit. nec inconuenit, q̃d si iura appellent dotem solu. mat. illud improprie dicatur, sicut in hæreditate post aditionem dicit Alexan. in d. §. veteres. & sicut iura appellant maritum post solutum matrimoniũ. l. maritum. inf. eo & facit. l. insulã. de acquiren. re. do. Et quod dos improprie appellatur quandoq; dos, est casus in l. si cũ dotem. §. fin. cum l. seq. inf. eo. vbi inter seruum & liberã dicit dos, & tamẽ clarũ est, quod est improprie dos. & sic vt vides, ista opi. defendi potest a contrariis. non nego tamen, quin articulus sit disputabilis. quoniã etiã ad ea quę sup. adduxi pro ista parte respõderi posset, & ad primũ dici posset, q̃ illud est verum, nisi effectus esset iam consumatus, quia tunc nõ cessat cessante causa, vt no. t. in l. generaliter. C. de epis. & cle. ad secũdũ respõderi potest,
24 † quod non habet locũ, quando accessorium habet subsistentiam a se, vt not. Imo. in c. si. de excep. Georg. nat. in cle. sepe. de verb. sig. vel quãdo est diuersa ratio, vt not. Alexan. in l. 1. §. si vir. de acqui. poss. prout hic cõtingit quia reipublicę interest, q̃d sit priuilegiata vt facilius possit nubere. l. 3. de priui. cred. ad tertium dicitur q̃d imò verbum (esse) importat veritatem, vt not. Ias. in d. l. si filium. §. in omni. non obstat tex. in d. l. cum quid. quia ibi sunt due improprietates quę plus operãtur quam vna, iuxta not. in l. cum scimus. C. de agric. & censi. lib. 11. in auth. itaq; C. cõ. de luc. ad tex. in §. cæterũ. ... quod nulla est dos respectu inchoandi aliquid & introducendi ... cõsiderãs respectu effectuum iam introductorũ, durat dos ... dicit quod primis in § prece. dixerat iurisconsultus q̃ vtriq; & viro & vxori cum perit vsucapio pro dote. & cum repetat qualitates dictio (cæterum) aduersatiua, vsucapio non datur viro, cuius nõ est amplius dos. sed non negat dotem esse quo ad ipsam vxorẽ etiã post solutum matrimonium. Ad vltimum dici potest, q̃ illud nõ transit absq; difficultate, an desinat esse hæreditas ante apprehensionem vel post. Præterea dominium non est causa vt cesset actio de dote, quia illud dominiũ potest dici durasse pe-
25 nes mulierem, vt dicit tex. in l. in rebus. C. de iure do. † Vel dicamus, quod licet dominii translatio in hęreditate sit causa, quare non dicatur amplius hæreditas, illud est quia hereditas dicitur ab hæres q̃ est dominus. l. item mela. §. legis. ff. ad legem Aquil. vnde deficiente dominio definit esse hęreditas quia negatiue ab allusione vocabuli valet arg. l. 2. §. appellata. per doct. si cert. pet. & ideo cũ hæreditas quousq; non est adita dicatur

domina. l. 1. ff. si quis testa. lib. esse ius. fuer. & facta aditione dominium in hæredem trãsferatur, merito desinit tũc esse hereditas. sed hæc ratio nõ impedit, quominus de dote agatur, vt
26 patet in fundo inæstimato, in quo domin ũ penes mulierẽ est, & tamen de dote agitur. d. l. in rebus. C. de iure do. † Quarta est conclusio, q̃d dos recuperata non dicitur amplius dos. alleg. tex. in l. si. C. com. vtr. iudi. sed ille tex. videtur probare contrarium. nam ibi patet, q̃d sortiuntur eãdem naturam, quam sortitur dos & donatio propter nuptias, si tractatur de eis conferendis. cum ergo habeãt eff ctum, non debent nomine carere. l. 1. C. de naui. in quin. tol. & ita q̃d ille tex. probet contrariũ, alleg. Bal. in l. si. C. vnde vir & vxor. Secundo ista opi. cõfirmatur, quia si dos nondum recuperata dicitur dos, vt concludunt omnes hic. ergo idem dicendum est, quãdo est recuperata, quia recuperatio nihil facit. nã per recuperationem non acquiritur dominium, q̃d ipso iure quæritur a die mortis. d. l. in rebus. licet faciat cessare actionem de dote. vt in petitione hæreditatis diximus. Tertio probatur per text. in l. si socius pro filia. ff. pro socio. vbi post recuperationem dos recuperata appellatur dos. & idem probatur in l. filiæ dotem. C. de colla. Quarto facit text. in d. l. etiam. de fun. do. vbi indistincte dicitur, q̃d soluto matrimonio fundus dotalis intelligitur, ergo debet indistincte intelligi etiam quãdo est recuperatus. Quinto, quia sicut matrimonium large dicitur, etiam postquam est solutum, vt not. Alexan. in l. post dotem. j. eo. ita etiã dos dici debet postquam est soluta. Non obstat. l. fundus dotalis. alleg. per Socin. imò potius probat contrarium. quia licet dicat, quod non possit alienari fundus, nisi quousq; actio est competitura, nõ tamen negat, quominus sit fundus dotalis. Imò probatur, quod dica-
27 tur fundus dotalis ex illo text. † Nam ibi ponitur dictio (autem) quæ est repetitiua qualitatũ præcedentium. secundũ gl. in §. item lapilli. insti. de re. di. Bald. in l. omnes populi. de iu. stit. & iu. Alex. in l. 1. §. si ius a patre. de libe. & po. repetit ergo illam qualitatem quod dicatur fundus dotalis. Præterea licet dicatur ibi quod est fundus dotalis quãdo competit actio, nõ tamen negatur q̃ od si non cõpetit actio, non sit dotalis & sic argumentũ ibi non sumi debet cõtra dictorie. prout in simili
28 no. Aret. in rub. inf. de acqui. poss. col. 3. Ex † supradictis decidit quæstio statuti Seneñ. de quo hic per Paul. de Cast. qui concludit statutum habere locũ, etiam in dote recuperata, per not. per Bal. in l. 1. C. vnde vir & vxor. Aret. autem videtur tenere contrarium, vt hic per Soci. qui subdit, q̃d statutum de quo per Bal. in d. l. 1. videtur considerasse equalitatẽ, vt latius per eum. Sed certe ista ratio non placet aliquo modo. quia cum secundum cõmunes conclusiones dos recuperata nõ dicatur dos, si non habent locum verba statuti non debet habere locum dispositio. l. 4. §. toties. de dam. infe. nec sufficit alias hoc dictum, sed requiritur quod tempore dispositionis cõtingat, vt no. Aret. hic. & probatur ex no. per Alexan. cõs. 1. col. 5. i. vo lu. vbi vult, quod l. quãdiu. j. de acqui. her. non habeat locum, quando testator habuit cõsiderationem, quod ille esset hæres tempore mortis. Secundo pro hac opi. f. cit. quia ista ratio non reperitur expressa, ergo per eam nõ est fienda extensio de casu ad casum. vt inquit Bar. in l. liberorum. de verb. sig. Bald. in l. si defunctus. C. de leg. hære. Ale. cõs. 55. in princ. & cons. 111.
29 in tertio volum. nec dicatur. † q̃ quãdo vna ratio redditur potest habetur pro expressa quo ad vim extensionis in quacunq; materia, vt est glo. not. in l. quibus. C. de fideicom. quam pro nobi. alle. Bal. in l. milites agrum. ff. de re milit. Alexan. consi. 52. & consi. 85. 4. volu. quia non est verum, q̃ ratio statuti huius fuerit propter equalitatem seruandam, quia si illa ratio fuisset attenta, statutum non considerasset solum dotem, sed omnia ... bona quę potest habere mulier vltra dotem, iuxta not. per Bar. in ... mulier habens amplum patrimonium,
30 Tertio † facit, quia verba statuti ... ... recuperata non est proprie dos, ... ergo &c. per hoc videtur decisio Raph. quę Alexan. ibi & alii ... in l. 1. §. veteres de acqui. pos. vbi vult, quod statutum ... filiam ... extra territoriũ cum hæreditate patris, non comprehendit filiã ... quæ iam adierat hæreditatem patris quia hæreditas postquam est adita, nõ est amplius hæreditas, & est tamen vtilitas subditorũ propter quã tale statutum videtur factum, vt no. Bar. in l. si quis pro eo. in decimo mẽbro. j. de fideiu. ita militat quando hæreditas est adita sicut quando nõ est adita, ergo pariter dicamus in proposito, q̃ debet statutum in dote propria intelligi, etiam si ratio in dote impropria militaret. Quarto facit, q̃ not. Bar. in l. apud Iuliã. §. fi. ff. iud. ex cau. in potest. vbi vult, quod statutum prohibens mulierem cõtrahere nõ censeatur prohibere quasi cõtrahere, & tamen subest eadẽ ratio. & idem no. Alex. & Are. in l. 5. in prin. de verb. obli. Quinto facit quod no. Pe. de Anch. consi. 152. plura sunt dubia. iunctis no. per Are. in d. l. s. in prin. vbi concludunt, q̃d statutum prohibens liberã facultatem disponendi de rebus suis, est odiosum, sed in odiosis nõ fit extensio de

ri sine licentia regis, sicut dicitur in d. cap. imperialem, in vers.
sine permissione, & non tenetur soluere pœnam diffidationis,
ex his quæ dicta sunt. Aut quod nullus possit diffidere, sub pœ-
na, & tunc diffidans salua licentia regis, est diffidare, ergo inci-
dit in pœnam. Tanto magis si princeps non sit solitus hanc li-
28 centiam impartiri, quia tunc dicitur impossibilis † non quia
dependeat a voluntate vnius solius sicut falso dicebat Ias. in l.
29 apud Iulianum † §. 1. colum. 3. de leg. 1. Sed quia insimul prin
ceps non sit solitus concedere, Et ad hoc pondero d. §. fin. in
versic. quod commercium nisi iussu principis non sit & po-
stea subdit. Item cum distrahi non solet. ut igitur actus sit im-
possibilis duo requiruntur, & quòd dependeat a voluntate v-
nius, & quòd de facili non concedatur, ita dicit tex. in § nō so-
lum, instit. de leg. in ver. commercium non est, nec adipisci po-
test. Nam vox illa minime, potentiam naturæ ostendit, quia
secundum

secundum naturam bene adipisci potest, sed impotentiam o-
stendit causatam a difficultate sicut in l. 2. §. ex his de verbor.
oblig. Et in dubio semper quis debet se pro excommunica-
30 to † habere, & ab ecclesiæ Sacramentis abstinere, & hanc te-
net Host. in summa tit. de senten. excomm. §. qualiter proferatur, uer. vnde in dubio, quia hæc est uia tutior animarum, & eli
genda, cap. iuuenis de sponsal. bus cap. significasti. in 2. de ho-
micid. & capitulo penult. & capitulo ad audientiam. Propter
31 quam etiam rationē existens in dubitatione absolutionis † de-
bet potius iudicare, absolutionem non valere Soc. in cap. per-
pendimus, nu. 227. de sent. excomm. & in cap. venerabilis eod.
tit. & scripsi latè in meo tract. de excōmunicatione c. 8. nu. 27.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quòd filia dotata non succedat extantibus masculis comprehendit illam cui dos est relicta, secundùm communem opinionem.*
2 *Et casus decisos in diuersis tribunalibus.*
3 *Dos destinata, & tradita, quando habeant eandem rationem, & nume. 4.*
5 *Factum in tempore inopportuno, habetur pro vero, quando potest haberi effectum in tempore opportuno.*
6 *Pater qui tenetur dotare filiam, non tenetur ad impossibile.*
7 *Dos destinata dicitur vera dos ex communi vsu loquendi.*
8 *Statuti verba quando extendantur de stricta ad latam significationem.*
9 *Vtilitas publica concernit ius agnationis.*
10 *Dos vera est illa quæ sic interpretatur in præiuditium aliorum.*
11 *Barto. in. §. Titio genero. quando sibi contradicat.*
12 *Legatum dotis debetur, quando nupserit.*
13 *Dotis promissio, stipulatio, & quælibet dispositio est conditionalis.*
14 *Legatum quando dicatur conditionale.*
15 *L. Titio centum in §. Titio genero. ff. de condit. & demonstr. intelligentia.*
16 *Legum contradictio vt euitetur licitum est supplere ad textus.*
17 *Legatum dotis ante nuptias non transmittitur ad hæredes.*
18 *Statutum excludens filiam, & mandans eam dotari tunc illa dos non habetur loco legitimæ.*
19 *Dos ordinata à statuto confertur in tempus nuptiarum.*
20 *Statutum quòd filia debeat dotari intelligitur, si maritabitur.*
21 *Dos succedit loco legitimæ, stante statuto quòd filia dotata non succedat.*
22 *Dos quando succedit loco legitimæ transmittitur ad hæredes.*
23 *Filia dotata vigore statuti quando facit partem computatione legitimæ.*
24 *Dos an sit id, quod est peruenturum in dotem.*
25 *Dotem in quo casu dicatur habere virgo.*
26 *Pronomen, hoc, est ad oculos demonstratiuum.*
27 *Pronomen, aliqua, restringitur, & limitatur in minima.*
28 *Dos destinata dicitur quasi dos.*
29 *Dotis legatum, vt differat à legato alicuius rei pro dote.*
30 *Filia cui relictum est aliquid pro dote, an possit dicere quod nō vult dotari.*
31 *Regula, qui paratus est soluere, similis est soluenti, quomodo intelligatur.*
32 *Statuti verba sunt propriè, & strictè intelligenda.*
33 *Dos non est vbi non competit actio pro dote.*
34 *Pater in dotādo in actu mortis an faciat ad fraudandum illam.*
35 *Destinatum, & factum, an habeant eandem rationem, & num. 37. & 40.*
36 *Et an idem operentur.*
38 *Dos destinata differt ab actualiter data.*
39 *Vsum allegans quando probare debeat.*
40 *Doctori attestanti de consuetudine non est credendum.*
41 *Consuetudo, & vsus quomodo probētur.*
42 *Statuta quando sunt intelligenda, etiam secundum impropriam significationem.*
43 *Statutum excludens fœminas propter masculos an sit fauorabile, vel odiosum.*
44 *Statutum, per quod non conseruatur agnatio est odiosum.*
45 *Statutū, quod requirit actum de præsenti, nō sufficit adimplere in futurū.*
46 *Dotatio est duplex verbalis, & realis.*
47 *L. Theopompus. ff. de dote prælegata intelligētia.*
48 *Verbum dotata, in statuto à numeratione exauditur.*
49 *Dos destinata an ex vi comprehensionis, vel extensionis dicatur dos.*

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum statutū quòd filia dotata non succedat extantibus masculis comprehendat filiam, cui dos est legata.

EX verbis nostræ rubricæ, doctores quęrunt, vtrū
dos sit soluto matrimonio. Et pro resolutione
quæstionis, Doctores considerāt tria tempora,
s. ante mrimoniū, cōstāte mrimonio, & soluto
mrimonio Quę diuisio eorū more, est extra p-
positū, nā istę partes ante matrimoniū, & cō-
stāte ipso, nō cadūt sub hoc tit. s. soluto mrimonio an sit dos,
ergo non est bona diuisio, quia diuisio est actualis, vel intelle-
ctualis partium separatio ab ipso toto, vel vniuersali, vel gene-
rali, vel speciali. & ideo est vnioni contraria, Sed istæ partes so-
luto matrimonio, item constante matrimonio; neque actua-
liter, neque intellectualiter, cadere possunt sub hoc tit. soluto
matrimonio ergo. Sed quia nostrum propositum est quęstio-
nes antiquioribus nobis factas declarare, faciliori qua possimus,
methodo; Ideo totam hanc doctorum nō iustam diuisionem,
in tres quæstiones restringamus. In primis igitur scire debe-
mus, vtrum dos sit ante matrimonium; Ideo titulus quęstionis
erit, vtrum statutum, quòd filia dotata nō succedit, extantibus
masculis comprehēdat illam, cui dos est relicta quomodoli-
bet ante matrimonium, vel sponsalia. Secunda erit vtrum sta-
tutum, quòd mortua vxore, maritus lucretur aliquam partē
dotis, habeat locum in vxore desponsata, nōdum cognita, ne-
que traducta ad domum viri, sic enim videbimus si in illo ca-
su cōstāte matrimonio dicatur dos. Tertia erit pro interpreta-
tione rubricæ nostrę. Vtrum soluto matrimonio dicatur dos.
1 Circa primam, communis opinio est, † quòd in statuto, quòd
filia dotata non succedat, extantibus masculis, comprehēditur
illa, cui dos relicta quomodolibet ante matrimonium, vel an-
te sponsalia, de hac communi testatur Socin. Iun. num. 30. qui
dicit, quòd ista communiter vidit seruari Senis, testatur Bal. in
l. nō fine C. de bonis quæ liber. qui dicit quod ita communiter
seruatur Perusij, Rolan. de lucro dot. q. 5. num. 14. dicit com-
munē. Saluiola. hic num. 45. Niconi. num. 147. Io. Han. nume.
141. Visitarin. n. 13. qui omnes dicūt cōmunē. Monter. etiā hic.
2 nu. 12. Et secundum hanc cōem † est casus decisus, vt per Ioseph. Lu-
douic. in decisio. Perusin. 21. in toto. i. dubio Rota Auen. dec.
56. n. 10. & 23. ad finē, Et auctor huius cōmunis est Bar. in l. Ti
tio centum, §. Titio genero nume. 5. versic. quæro statutum ff.
de condit. & demonstr. quem sequitur Bald. in l. non fine, C.
de bonis quæ liber. & in l. si pater. & in l. fin. C. de sponsalibus.
Bald. nouel. de dote part. 1. colu. penul. & infra probat com-
munem. Fundatur autem ista communis opinio, istis ratio-
nibus, & fundamentis. Quæ habent eandem rationem, habēt
3 eandem iuris dispositionem, sed dos destinata † & tradita, ha-
bent eandem rationem, ergo habent eandem iuris dispositio-
nem. Maior probatur per text. in l. si postulauerit. §. ratio. ff. de
adult. & l. quædam §. nummulariorum. ff. de edendo. cap. deb
tum, de bigamis. Minor probatur, quia destinatum, & factum
habent eadem rationem l. si pupillum. ff. de adult. l. nō est ma-
trimonium, ff. de ritu nupt. vbi habetur, quod stante prohibi-
tione de contrahendo matrimonio, inter pupillum, & tuto-
rem, si tamē est destinatum a testatore valet, vt si esset factum
absque legis prohibitione. Idem habetur in l. qui puellam ff.
de adult. Secundo quod factum est in tempore inoportuno,
si retrotrahi potest ad tempus opportunum valet vt verum fa
4 ctum, sed dos destinata † a patre morte præuento, & sic in tē-
pore inoportuno trahitur ad tempus opportunum, quādo fi-
lia nubit, ergo dos destinata a patre valebit, vt vera dos. Maior
5 probatur † per duo iura, quæ allegat Bart. in d. §. Titio gener.
nume. 5. in fin. secundo per tex. in l. mulier §. penult. ff. de con-
dit. & instit. vbi si iubeo tibi per hæc verba, hæreditarium ser-
uum manumittas, & hæres esto, si tu antequam adeas, manu-
mittis, nihil facis, sed cum postea adis, seruus remanet liber, quia
factum in tempore inoportuno, potest trahi ad tempus op
portunum. Idem probat per tex. in l. Stichus si hæredi ff. de sta
tu lib. Ego allego tex. in l. hæreditariæ, §. pater ff. de castren. pe
culio. vbi factum in tempore inoportuno, quasi iure postlimi
nij, trahitur ad tempus opportunum, idem habetur in l. pro-
ponebatur. ff. eod. tit. & pro eo facit l. seruus §. fin ff. de acqui-
rendo rerum domin. & vide l. liber homo §. Titius ex semissè
in ver. in pendenti. ff. de hæred. instit. Minor confirmatur, quia
6 dum lex obligat ad dotādā filiā † l. qui liberos ff. de ritu nupt.
l. fin. C. de dot. promiss. non vult impossibile, l. impossibilium,
ff. de reg. iu. Sed impossibile est patrem mortuum dotare pos-
se ergo sufficit, quod dotet tempore quo potest. l. cum mor-
te præuentus destinat dotem. Ergo dos destinata, & quomo-
dolibet relicta a patre ante matrimonium dicitur vera dos.
7 Tertio quandoque interpretatur † ex communi vsu loquen-
di, dicitur verè tale, sed dos destinata, & quomodolibet relicta
interpretatur vera dos, secundum communem vsum loquen
di, ergo dos destinata, & quomodolibet relicta, dicitur vera dos.
Hoc est argumentum Socin. hic nume. 36. & ita etiam arguit
Bald. nouel. in l. 1. nume. 35. infra eodem. Maior probatur per
text. in l. librorum, §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. & l. nec
auus C. de emancip. lib. Item quod in statutis communis vsus
loquendi attendatur, dixit Fulgos. in cōs. 119. in fi. Curt. iun. a. 146.
Socin. Sen. consil. 102. col. 3. vol. 3. Minor probatur per Bartol.
in d. §. Titio genero num. 3. in fi. l. Laurus de palatijs in trac. de
statutis excludentibus fœminas propter masculos nume. 217.
Couar. in cap. vos quidem, nume. 11. versi. quarto infertur, de
testam. Menoch. in cons. 251. nume. 27. not. 3. & de præsumpt.
8 præsumpt. 146 nume. 23. Quarto. In statutis † fauorab. lib. ob
publicam vtilitatem, verba extenduntur de stricta, ad latam si-
gnificationem, sed statutum hoc, de quo agitur, est fauorabi-
le, inductum ob publicam vtilitatem, ad agnatorum fauorē,
ergo

ergo dos de stricta significatione debet extendi ad dotem de-
stinatam. Maior probatur per Bar. in l. quemadmodum C. de
agric. & censit. lib. 1. & ibi latè addentes. Ias. in l. qui seruus nu
me. 2. & 3 ff. de condit. caus. data & in l. 1. nu. 15. C. de transact.
Bart. in l. si constante in 9. quæst. infra eodem. Et in l. 2. §. exer-
citus per illum tex. ff. de his qui not. infam. notat Io. Andr. su-
per cap. ex tenore, qui fil. sint leg. & ita consuluit Dec. in cons.
352. col. 2. & in cons. 10. nume. 2. Et ita est casus decisus Neap.
vt per Capyc. decis. 155. nume. 23. & 24. Minor probatur quia
9 hoc statutum respicit ius † agnationis, in quo publica vtilitas
sita est l. 1. §. pen. ff. de ventr. inspicien. l. pronuntiatio ff. de ver-
10 bor. signifi. Quinto, Illa dicitur verè dos, † quæ vt vera inter-
pretatur in præiuditium aliorum. Sed dos quomodolibet ha-
bita ante matrimonium, dicitur dos in præiudicium aliorum,
ergo dos destinata, & quomodolibet habita, dicitur vera dos
in præiudicium aliorum. Minor probatur, primo per text. in l.
2. § fi. ff. de priuileg. credit vbi dicitur dos in præiudicium cre-
ditorum, etiam quod nullum matrimonium contractum sit.
Item probatur per text. in l. Theopompus. ff. de dot. præleg.
quem allegat Ripa in d. l. 2. §. fi. nume. 6. ff de priuileg. credito
rum, vbi dicitur filia dotata in præiuditium fratrum, cui relicta
est dos arbitrio amici, ideo non potest succedere. Sed ista com
muni non potest stare. Et primo Auriga huius opinionis Bar
11 tol. † in eod. §. Titio genero, sibi contradicit, nam supra nu. 1.
& 2. per plures rationes firmat hoc legatum dotis esse condi-
tionale ad intellectum d. §. Titio genero postea nume. 5. dicit,
quòd stante statuto, quod filia dotata non succedat, nec pos-
sit aliqd dicere cōtra testamētū patris, illa cui relicta est dos a
tre dr̄ dotata, ergo purè dotata de qua cōtradictione testificat̄
et Cast. in d. §. Titio genero n. 8. vers. aduerte tu diligenter. Et
contra Barto. obstat, quia institutus sub conditione, non dicitur
institutus, sed tanquam præteritus dicit testamentum nullum
l. suus quoque ff. de hæred. instit. ergo nec dotata sub conditio-
ne, dicitur dotata. Valet consequētia, quia ratio antecedētis est
necessaria, quia conditio suspēdit actum vt non dicatur actus
quousque verificetur cōditio. Scdò. Conditio est futurus euē-
12 tus per quem actus suspēditur, sed hoc relictum filiæ † pro do-
te suspēditur in euētum in quem vel ipsa nupserit, vel erit nu-
bilis ętatis ergo hoc relictum dotis est cōditionale. & nō purū.
Minor probatur dupliciter; primo promissio, & stipulatio do-
13 tis † est cōditionalis l. promittendo l. stipulationem ff. de iure
dotium l. a Titio ff. de verbor. oblig. l. cum his. §. si mulier ff. de
condit. indeb. ergo & quomodolibet relictum dotis est cōdi-
tionale. Valet cōsequētia duplici ratione. prima ex loco Fue-
tardi in cōtractibus ad vltimas voluntates. Secundò quia Iusti-
nianus ipse vtitur hoc argumento in §. sed & hoc præsenti de
santiss. episcop. relatus in auth. nisi rogati C. ad Trebel. vbi Im-
perator æquiparat dotis dationem, Item donationem propter
nuptias, & relictum illorum, vt omnia intelligātur sub condi-
tione data, vel relicta, Ideo Bart. in d. §. Titio genero, ante nu.
2. dicit hūc esse textum expressum ad hoc, item probatur. Il-
14 lud est legatum † conditionale quotiescunque deficiēte cōdi-
tione, deficit legatum, sed facto legato dotis, & moriēte altero
ex coniugibus ante matrimonium, legatum nō transmittitur
ad hęredes legatarij, sed deficit cōditio, ergo legatum dotis est
cōditionale, si nuptiæ sequantur. Maior probatur per text. in l.
in testam. ff. de cōdit. & demōstr. vbi glo. est magistralis ad hoc,
quam citat Castren. in d. §. Titio genero num. 7. vers. circa pri-
15 mum. Minor probatur per text. in d. §. Titio genero † ver. ante
nuptias vbi dicitur ante nuptias verò, Titio, vel muliere defun-
ctis, legatum apud hæredem manet. s. apud hæredem legātis.
ergo non trāsmittitur ad hæredes legatarij. Cōsidera verbum,
manet, quod verè significat, nō esse adhuc solutum, ergo nec
debitum; Et si diceretur quòd in d. §. Titio genero loquatur
de legato puro, vt in vpr. sed cùm ante nupt. quia purum lega-
tum est, peti potest. Replicatur quod ducere inconueniens, nō
est respondere. Item lectura Bart. est, quod ibi muretur casus.
nam cum in ver. ante nupt. allegato in argumēto, loquatur de
legato cōditionali. Postea in ver. sed cum ante nupt. loquitur
de legato puro. Et hanc lecturam Bar. sequitur, & dicit ita cō-
muniter teneri Castren. in d. §. Titio genero. num. 7. vers. stam
lecturam Bar. Et si diceretur quod d. ver. Ante nuptias loqui-
tur de legato sub modo. Cōtra quia modus, & cōditio æquipa-
rantur. Andr. in cap. 1. in fine quid sit inuestit. In secundo casu
est parum, quia fuit promissa dos contractis iam spo nsalibus
ex præsumpta patris voluntate, qui credebat citè matrimonū
subsecuturum. & ita voluisse generum siue filium, citò dotem
petere, licet postea in conditionem resoluatur, quia cautio per
sponsum mulieri præstanda, est de pecunia reddenda, si nuptiæ
non sequantur, vt per Bart. & Imol. ibidem, Bald. in l. si plures
nu. 25. C. de condit. insertis. Et si dicatur quis reuelauit Bar. in
secūdo casu facta fuisse sponsalia. Respondetur coniecturis ap-
parere, patrem voluisse reddere legatum. Nealioqui pugnātia
16 † sit, sicut regulariter permittitur subaudire ne correctio in-
ducatur l. cum falsa, vbi Bart. Bald. Castren. Ias. nume. 4. C. de
iuris, & facti ignor. Bald. in §. quibus in 1. constit. Cod. & pro-
bat tex. in cap. inter dilectos §. cæterum de fid. instrum. in vers.
vt autem, intelligitur eo modo, quò magis possit valere, vide-
batur distinguēdum. Aymo in consil. 70. nume. 5. & 15. & 16.
Tertiò legatum conditionale non transmittitur ad hæredes.
17 Sed † legatum dotis relictæ filiæ à patre suo, si decesserit ante
nuptias nō transmittitur ad hæredes, ergo legatum huiusmo-
di, est cōditionale. Maior probatur text. in l. inter dicit. ff de cō-
dit. & demonstr. l. vnica § sin autem aliquid sub conditione C.
de caduc. toll. gloss. in l. si. in personam, in versic. vtiliter C. de
fideicommiss. cum simili. Minor probatur, quia quando statu-
18 tum † excludit filiam, & mandat eam dotari, vt quia statutum
dicat existente masculo, filia non succedat, sed dotetur. tunc il-
la dos non habetur loco legitimæ, sed dicitur conditionaliter
sibi relicta si nubat, ita dicit Alex. in consil. 179. nume. 5. vol. 5.
quod vbi statutum mandat filiam dotari, nūquam de dote iu-
dicatur idem, quod de legitima, quia nō succedit eius loco. al-
legat Cyn Bart. Castren & alios. Et non potest dici dos subro-
gata loco legitimę, quia hęc debetur purè in die mortis patris.
19 dos † autem ordinata a statuto confertur in tempus nuptia-
rum. Quia relictum dotis habet tacitam cōditionē, si sequan-
tur nuptiæ per tex. in d. l. stipulationem, & l. promittēdo. ff. de
iure dot. idem consuluit Socin. in consi. 88. num. 2. 7. vol. & in
cōsi. 75. num. 11. vol. 3. Ruyn. in cōs. 321. nume. 6. vbi. 5. Paris. in
cōsil. 57. nu. 75. vol. 3. & hāc partem dicit magis communem.
Boss. in tit. de publicatione bon. num. 2. in fi. Imol. in consi. 13.
num. 14. vbi allegat Alex. Alber. Aret. & alios. Item Gabriel in
consil. 11. num. 4. uolu. 1. Crassus in §. legitima qō. 7. nu. 4. vers.
quid dicēdū, vbi dicit quod in tali casu, filia habetur pro mor-
tua, & nec habetur in cōsideratione, quādo habetur legitima.
Et hanc eandē opinionē ter. & Cast. in d. §. Titio genero num.
8. circa finem. cum hac distinctione, cum qua poteris respōde-
re argumēto huic. Aut statutum dicit quod extante masculo,
20 filia non succedat, sed quod debeat † dotari, & hoc casu filia
excluditur a masculo, & cum subijcit debeat dotari intelligi-
tur si maritabitur, quo casu filiæ non debetur legitima, nec ista
dos succedit loco legitimæ, ergo nō debetur purè sed cum ma
ritabitur, ita concludit Menoch. in consil. 251. num. 44. Castr.
in cons. 9. & cons. 19 uol. 1. Paris. in cōs. 35. nu. 5. vol. 3. Cephal.
21 in cons. 145. nu. 19. & 20. vol. 1. Aut dicit quod filia dotata † nō
succedat cum masculo, tunc si pater relinquit dotem, illud le-
gatum est purum, quia statutum incipit a dotatione, vt exclu-
datur, & ita declarat Castren in cons. 25. nu. 11. & num. 3. vol. 3.
Item actus l. si quis sub cōditione ff. si quis omiss. caus. testam.
Sed si ista dos relicta deberetur tempore nuptiarum, esset sub
conditione, Ergo nō diceretur dotata, & per cōsequens, ne-
que exclusa, sed omnes concludunt hoc casu esse exclusam, vt
diffuse per Surd. in trac. de aliment. tit. 3. q. 1. num. 40. & 41. &
Menoch. pręsumpt. 146. num. 43. ergo dos ista relicta intelligi-
22 tur pure, & non sub conditione Quo casu † cum dos succedat
legitimę, si filia succedat ante nuptias trāsmittit ad hęredes Ca
strē. in cons. 370. nu. 2. volu. 1. & talis dos nullum recipit graua-
men, Et reijcit pactum oppositum, quòd filia decedēte sine li-
beris, dos reuertatur ad dotātem, etiam si frater nuptui tradi-
disset, & cum dicta sua legitima auxisset dotē, prout est casus
23 decisus Neapoli, vt testatur Franch. decis. 196. Et ista filia † fa-
cit partē in computatione legitimæ, prout de communi Boss.
in tit. de publicatione bonorū num. 2. in fi. Crass. in §. legitima
quæst. 7. nu. 4. vers. aut verò statutū, vbi quòd ista filia amplat,
& impinguat portiones aliorū. Hæc igitur distinctio Castren.
vr̄ satis iusta, vt possit sm̄ ipsam iudicari iuxta qualitatē verbo-
24 rū. Quartò, quod est peruenturum in dotē nō est dos, † sed res
destinata filiæ a patre testante, est peruentum in dotem, ergo
nō est dos. Maior probat̄ primo per l. quod seruus ff. de cōdit.
caus. data. vbi dr̄, qđ est datū, ꝯtractis spōsalibus, occasione futura-
rū nuptiarū, datur quod in dotē perueniat ergo nō est dos. Itē
ꝓbatur per l. pe. ff. de iure dot. vbi dos promissa vocatur futura
dos, quia in ea nō subest causa de præsenti, quia non est matri-
monium. Item per l. ligni §. si lignum de leg. 3. vbi lignum de-
stinatum pro coquendis carbonibus, non appellatur lignum.
Sed tamē nō dicuntur carbones. Ita licet res designata pro do-
te desinat habere nomē successionis paternę, quia destinatur
ad dotem, non tamē dicitur dos, ergo neque habet effectum, à
statuto consideratum. Item per alia similia, nam l. fundi §. itē
insulæ ff. de act. empt. vbi, qđ domus causa paratum est, si do-
mus perfecta non est, non dicitur domus quamuis in ędificio
positum sit. Itē l. si nōdum C. de furt. vbi. quod destinatū est ad
templi edificationem, non dicitur templum Quintò exceptio
firmat regulam in non exceptis l. quæsitum §. denique, & ibi
25 glo. ff de fundo instruct. cum simili. Sed virgo † in solo casu,
in quo traducitur ad domum viri, dicitur habere dotem, & de
dote actionem, ergo in alijs casibus non habet, ergo puella, cui
res est

res est destinata pro dote, non dicitur habere dotem, neque de
dote actionem. Minor probatur per tex. in l. ideoque, ff. de ritu
nupt. cuius verba. Ideoque in hoc casu, aliqua virgo habet do-
tem, & de dote actionem. Casus autem relatus erat in ll. præce-
dentibus, scilicet in l. mulierem, & l. denique, vbi virgo erat tra
ducta ad domum viri. postea subdit. Ideoque &c. Considera
26 pronomen, hoc, † iunctum nomini casu, quod pronomen est
ad oculum demonstratiuum, vt notant Bart. & scrib. in l. 1. ff.
noui op. nuntiat. in l. 1. ff. si certum petat. in l. 1. ff. de pecul. Itē
27 considera pronomen aliqua † quod restringitur, & limitatur
in minima glo. in Clem. 1. in vers. purè, de foro compet. Rimi-
nald. Sen. in cons. 210. num. 7. Hyppol. Riminal. in cons. 82. nu.
64. ergo non omnis virgo habet dotem, & actionem dotis, sed
ea sola, quæ traducta est ad domum viri. Sextò dos destinata
28 † dicitur quasi dos, ergo non vera dos; hoc est argumentum
Bal. in cons. 237. inc. Titius in testam. col. 2. vol. 1. antecedens
probatur per text. in l. cum quis §. & si non dos, ff. de dot. præ-
29 leg. Vbi fit differentia † vtrum legeretur dos, vel aliquid pro
dote: quia relictum vt dos denotat substantiam, & proprieta-
tem, vt notant Bart. & scrib. in rubr. C. de edendo, quod vero
relinquitur pro dote denotat quandam qualitatem, vt dicatur
relictum occasione dotis, & sic ex causa remota l. si mulier. ff.
de act. rerum amot. & illud legatum denotat causam impulsi-
uam, vel quandam demōstrationem, & paternum consilium.
Septimò, illa mulier non dicitur habere dotem, quæ non vult
30 dotari, sed filia † cui relictum est aliquid pro dote, vt succedat
simul cum fratre, potest dicere. quod non vult dotari, ergo in
casu isto, filia non dicitur habere dotem per destinationem
sibi factam à patre. Minor probatur dupliciter, primo quod
lex dat priuatis, nullus potest auferre cōtra suam voluntatem
l. ius nostrum, ff. de reg. iur. §. quoniam, in auth. de nupt. Sed
spes succedendi datur à lege ad fauorem filię. ergo non potest
auferri à patre per donationem contra voluntatem ipsius fi-
liæ. Et si dicatur, quod nō auferatur à patre, sed à statuto, con-
tra, quia statutum hoc non dicit expressè, ergo debet intelligi
secundum ius commune. Item probatur, quia inuito nihil po
test quæri l. nec emere. C. de iure delib. l. hoc iure §. non potest
ff. de donat. l. inuito, ff. de reg. iur. ergo filiæ, quæ non vult do-
tari, non potest quæri relictum pro dote, ergo dote destinata,
filia non includitur in statuto de quo agitur. Et hoc est argu-
mentum And. de Iser. in c. 1. nu. 23. de natura successionis feu
di, quod habet pro veritate, cuius sola authoritas sufficeret.
Octauò, quod est simile non est idem l. quod Nerua, ff. depo-
siti, sed filia, cui relictum, & oblatum est aliquid pro dote simi
lis est ei, quæ habet dotem, ergo non dicitur dotata. Minor
probatur, primo, quia si mulier non vult dotem, non dicitur
dotata, vt priuetur successione spe, vt dictum est. Item proba-
31 tur, quia regula qui paratus est † soluere, similis est soluenti,
de qua in §. illud in auth. vt exactione instante dotis, & l. pi-
gnori. ff. de hæredib. instit. & l. item liberatur, §. qui paratus, ff.
quib. mod. pig. vel hypot. sol. & notatur plenè in l. pen. ff. de
milit. test. l. prætor. §. qui paratus, ff. de noui op. nuntiat. l. vlt. ff.
de iudic. intelligitur quod liberet offerentem ita quod non
teneatur postea si pereat, quod offert, dummodo offerat, &
deponat, vt dicitur in l. acceptam, C. de vsur. Item vt non sit in
mora, & cursus vsurarum impediatur. Et ideo in d. §. illud di-
citur paratus soluere proximus est danti, quantum ad prædi-
cta, quibus exoneratur. Ergo si pater relinquat, non dicitur li-
berari nisi deponat, Neque dicitur verè soluere. Nonò Do-
ctores dicunt, & communiter concludunt, quod stante statu-
to, quòd filia dotata non succedat ab intestato extantibus ma-
sculis, filia cui relicta est dos potest succedere impuberi, qui
dicitur succedere intestatus, ergo stante statuto, quòd filia do-
tata non succedat extantibus masculis, filia cui relicta est dos
potest succedere. Consequentia probatur, quia non est ma-
ior ratio de vno, quam de altero, & regula est, vbi militat ea-
dem ratio &c. Antecedens probatur per Bald. qui ita consu-
luit, & dicit ita fuisse consultum per collegium Perusinum,
vt testatur Ang. in l. in testamentō nu. 1. C. de testam. militis,
& est magis communis opinio, vt per Alex. in l. generaliter
nu. 3. & 4. C. de instit. & substitut. Et pupillus seu impubes lar-
go modo dicitur intestatus inst. de hæred. quæ ab intest. def. in
principio, & in l. testam. C. de militis testam. Decimò, verba
statuti sunt propriè, & strictè intelligenda, sed dos relicta non
est proprè & strictè dos, ergo dos relicta non comprehendi-
tur sub statuto. Maior probatur † per Bart. in l. 1. §. hoc inter-
dictum. ff. de fonte l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. gest. & in l. quic-
quid astringendæ, ff. de verb. obl. l. si pater, ff. de lib. & posth.
Minor probatur illud est propriè, & strictè tale cui competit
definitio talis, sed doti relictæ non competit definitio dotis,
ergo non est propriè tale. Maior probatur per Bar. in l. omnes
populi in 6. quæstio. princip. facit text. in l. si quis fugitiuus §. er
rorem, ff. de ædilic. ed. &c. Minor probatur, quia dotis defini
tio est pp onera matrimonij, vt cōiter Doc. in rub. quia dos si-
ne matrimonio esse non pōt l. incestæ, ff. de ritu nupt. l. 3. ff. de
iure dot. l. cū it. l. gaii, §. eidem, ff. de cond. & demonstr. §.
sed hoc præsenti in auth. de Sactiss. Episcop. Auth. nisi rogati
C. ad Trebell. l. fin. C. de donat. ante nupt. Item probatur, qd
dos rei ctæ nō est ppriè dos p l. 1. pro §. 1. ff. p dot. vbi vsucapio
pro dote nō habet locū pro dote ante nuptias contractas, ergo
non est vera dos. Item probatur, quia cum verba legis loquan-
tur de eo quod est in facto, non extenduntur ad ea, quæ sunt in
fieri l. granaria ff. de act. empt. cum similibus. Vndecimò, cui
33 nō cōpetit actio dotis, nō est dos † sed pro relicto pro dote nō
competit actio dotis, sed actio legati, ergo non est dos. Minor
probatur per locum scriptum §. si. ff. de dote præleg. in vers. his
verbis non dos ipsa, sed pecunia pro dote legata videtur, & sic
nō est dos, sed pro dote relictum, & pro tali legato, actio lega-
ti competit l. vxori ff. de dote præleg. Item si esset dos, daretur
actio de dote l. 1. C. de cond. ob caus. cum ibi not. l. si seruo §. si.
ff. de iure dot. Item considera, quod dicta l. cum scriptum, est
situata sub tit. de dote præleg. & datur actio legat. Duodeci-
mò, quæ fiunt in actu mortis in præiudicium alicuius, dicitur
34 fieri in fraudem, & non valet, sed pater qui tenetur † dotare fi-
liam, si in actu mortis illi relinquit aliqd pro dote, dicitur frau-
dare filiam, vt illam priuet successione, ergo tale relictum in
se nō valet. Totum argumētum probatur in l. filiæ meæ emā-
cipatę, & ægræ inf. eod. vbi pater dedit dotem filiæ emanci-
patę, stipulatus est quod si ea moreretur in matrimonio, dos
reuerteretur ad patrem, tamen quia maritus illi ægræ dedit li-
bellum repudij, & sic factum diuortium propè mortē, ideo
dicitur in præiudicium patris, & in fraudem ipsius, & non va-
let, & secūdum istum tex. in multis casibus cōsuluerūt Ruyn.
in consi. 163. num. 4. vol. 3. Ceph. in cons. 276. nu. 3. volu. 2. Me-
noch. in cons. 108. nu. 16. vol. 2. Anna allegat. 55. nume. 8. Non
obstant contraria. Ad primum respondet Socin. Sen. hic du-
pliciter, quas duas solutiones inducit Soc. Iunior. nu. 31. Prima
est, quòd non est eadem rō de euitatione pœnæ, & exclusione
filię à successione, nam in euitatione pœnæ sumus in fauora-
35 bilibus, in quibus licet non esset certum, quod destinatū † ha-
beatur pro facto, tamen in dubio semper benigniorem partē
interpretamur. l. fauorabiliores ff. de reg. iur. & capiēda est il-
la interpretatio, quæ excludit pœnam l. si. C. de inter dicto ma-
trimonio l. si prætes, & l. penult. ff. de pœn. Sed exclusio de qua
in quęst. est odiosa l. maximum vitium C. de lib. pręter. l. cum
quidam ff. de lib. & posthum. Sed an hoc statutum sit fauo-
rabile, vel odiosum in resolutione ad 3. dictum. Secundo re-
36 spon. aut loquimur de actu † qui fit in præiudicium patris tā-
tum, aut de eo qui fit in præiudicium filiæ. primo casu tantum
operatur destinatum quantum factum, nam in cōtrarijs, ideo
punitur tutor contrahens cum pupilla, quia requiritur cōsen-
sus patris l. cum post § nuptijs ff. de iure dot. & ideo tantū ope-
ratur, si pater consentiat, dum fiunt nuptię quantum si pater
destinet debere fieri nuptias. Sed secūdo casu tractatur de prę-
iudicio filiæ, vt excludatur, & ideo non tantum operatur dos
destinata, quātum data ex dictis supra. Tertiò ego respon. aut
37 loquimur de regulanda voluntate † testatoris, aut de regulāda
dispōne legis. primo casu tm̄ est destinatū quātum factū quo-
ad iuris effectū, quia destinatū in testō debet fieri l. non o pōt
de leg. 1. l. in cōditionibus ff. de cōdit. & demonstr. Secūdo ca-
su destinatio non sufficit l. si nōdum C. de furt. l. proponeba-
tur ff. de Cast. pecul. Ad secundum respondetur dupliciter pri-
mo, aut loquimur quò ad effectum regulandę voluntatis te-
statoris, aut quò ad effectum regulandę dispositionis legalis.
primo modo procedunt contraria, vt dixi nuper, secundo mo-
do destinatio nō sufficit, quia pater aliquid relinquēdo pro do
te, dicitur facere contra statuti intentionem si intenderet ex-
38 cludere filiam. Nam potest esse differētia † quādo pater in te-
stamento assignat dotem, ab eo, quando actualiter est dotata,
tempore contracti matrimonij, aut in limine. Primo casu filia
in terminis statuti nostri per interpretationem passiuam, est
exhæredata Ruyn. in l. gallus § & quid si tātum nume. 140. Et
tunc succedit regula, quòd frater succedēs in bonis patris te-
neatur dotare sororem, & sic filiam a patre exhæredatam, li-
cet nō iure hæreditario, vel saltem teneatur augere dotem, &
probat in l. cum plures §. cū tutor ff. de admin. st. tutel. & ibi
gl. in ver. alio patre, & in vers. vel pater assignasset in testamē-
to, & ita firmat Bald. nouell. de dot. parte 6. priuileg. 16. co. u. 7.
vers. imò si pater filiam. Sed secundo casu quando filia actua-
liter dotatur a patre cessant omne istę difficultates, quia non
solum si ia sit dotata, sed etiam nupta. nec subest timor, quòd
maritum non inueniat, cui nubere possit. Secundo respende-
tur, aut loquimur in actu, vbi sola voluntas † desideratur, aut
vbi voluntas & factum; primo modo procedunt contraria, &
secūdo modo non; de quo etiam in l. 1. versic. non tantum, ff.
ad Syllan. Vnde Fely. in tract. de indulg. num. 15. dicit, quòd is
tantum consequitur indulgentias, qui complet voluntatem
cum facto, & sequitur Curt. in l. idē functo num. 20. & ibi Se-
bast.

bast. Tapia nume. 13. ff. de offic. assess. Tertio respondetur, aut loquimur de essentialibus actus, aut de accidentalibus, nam vbi est filiæ relictum aliquid pro dote in testamento, testamentum valet, etiam quod sit præterita in institutione. Ruy. in d. §. & quid si tantum num. 140. Sed quoad accidentalia actus, sed ad excludendum filiam vigore statuti, non valet destinatio. Ad tertium respondetur, quod vsus † est quid facti, & facta sunt variabilia, tum ratione locorum, tum temporum, quia aliquando, & alibi obseruatur, & alibi non, ideo qui allegat vsum debet probare Io. de Anan. in cap. 1. de sagitt. Alex. in l. 5. in prin. ff. de verb.
40 oblig. & in consil. 2. col. 8. vol. 1. & ideo Doctori † attestanti de vsu, vel consuetudine non est credendum, vt probat Dec. in consil. 402. nume. 13. Testis enim qui vult deponere de vsu debet
41 deponere de vsu actus cuius vsus † allegatur, & de actuum frequentia, & diuturnitate, & tales actus ita fuisse factos ita, & taliter, quod appareat de populi consensu, vel maioris partis Cyn. in l. 1. col. 12. vers. sed quæro C. quæ sit longa consuetudo. Bal. in l. de quibus, vers. postremo, qualiter consuetudo probat. C. de leg. Alex. in cons. 45. vol. 1. Aret. in §. ex non scripto. instit. de iure naturali gen. vel ciuil. col. pen. versic. quæro an testis, & ibi ponit practicam de hoc. Aymo in consil. 134. nume. 6. & est casus decisus, vt per Franc. Marcum. decis. 255. Si verò probaretur in loco, sic esse consuetudinem interpretandi dotem destinatã, pro dote data, & hanc consuetudinem probarent testes cum dicta practica, tunc forte procederet argumentum, vt dicam infra in distinctionibus. Ad quartum respõd. doctrinã Bar. non esse veram in l. quemadmodum, nam materia testamentorum est fauorabilis, & latè interpretanda l. in testamentis ff. de reg. & tamen si nõ constat de mente, nec extendimus, nec recedimus a proprietate verborũ l. non aliter de legatis 3. Ideo distingue, quòd in materia fauorabili, vbi statuta habent propriam, & impropriam signif. tunc sunt intelligẽda in propriam,
42 nisi quando ratio † quæ limitat in propria, militaret in impropria & tunc succedit regula, quòd in materia de stricta significatione ad latam ex identitate rationis, licita est extensio, Gloss. est ad hoc in Auth. si qui obli. proh. in versicu. ad curationem, & in Clem. 1. vers. eligantur. de elect. Et hoc est, quod voluit dicere text. in d. l. non aliter. de leg. 3. quando est eadem ratio dicitur cõstare de mente l. nominis & rei §. verbum ff. de verb. signif. Soc. in l. ex ambiguo col. fi. ff. de rebus dubiis. Secundo respon. aduertendo, quod hic cadit illa quæstio. Vtrum hoc statutum sit similiter odiosum, & principaliter; An verò fauorabile.
43 † Quod sit odiosum, tenuerunt multi relati per Modernos in l. 2. C. de in ius vocand. Socin. in consil. 1. num. 46. volumi. 1. vbi in versic. secunda opinio, dicit hanc esse magis communem. Sed Curt. Iun. in l. qui se patris sub nu. 75. dicit se putare; quòd sit fauorabile, esse magis cõmunem opinionẽ, item dicit Paris. in cõs. 85. nu. 28 volu. 2. Sed ego teneo, quòd sit odiosum, & propterea est respõsum ad argumentũ. Et probo noua ratione. Illud est odiosum per quod tollit, & nõ cõseruat agnatio. Sed hoc est huiusmodi ergo breuiter probatur. Ex ratione dicentiũ esse fauorabile Quia respicit ius publicum agnationis, & hoc non habet dubium; ergo statutum quod non fauet
44 agnationi, est odiosum. Sed quod propter illud † statutum tollatur agnatio sic probo filia exclusa a statuto desinit esse sua. Bar. in l. 1. §. sciendum. ff. de suis & legit. Soc. in consil. 180 col. 2. vol. 1. Soc. iun. in consil. ... nu. 5. vol. 3. Ergo desinit esse agnata. Et quòd sit odiosum tenet Andr. in c. 1. §. hoc autem col. 1. de his qui feud. dare poss. not. in l. maximum vitium, C. de lib. præter. in l. cum quidam, ff. de lib. & posth. Ad quintum respondetur, quòd aut loquimur, quando qualitas respicit tempus de præsenti, aut quando qualitas respicit tempus de futuro, primo modo loquitur statutum, secundo modo loquitur tex. in d. l. 2. §. si sponsa. Vbi pater voluit tradi eandem quãtitatem dotis, quæ fuit tradita filiæ primo nuptæ. Ista igitur qualitas respicit tempus futurũ, sed statutum de quo agitur respicit tem-
45 pus de præsenti, & rem perfectam, & vbi lex requirit † actum perfectum, & de præsenti completum non sufficit. si in futurum impleatur l. si quis id quod, ff. de iurisd. om. iud. Nec obstat, quod ibi dos appelletur, nam potius ibi fit demonstrationis causa, quam quod verè sit dos Secundò respon. aut loqui-
46 mur de dotatione † verbali, aut reali. primo modo loquitur dictus §. si sponsa. sed statutum loquitur de reali, quia effectus fuit consideratus, non verba l. si vno, ff. locati, l. 2. C. communia de leg. Dec. in cons. 306. nu. 1. Paris. in cons. 32 nu. 43. vol. 1. Facit quod in statutis effectus non figura literarum attenditur l. non figura, ff. de act. & oblig. l. Cornelius, ff. de hæred.
47 instit. Paris. in cons. 20. num. 3. vol. 4. Ad l. Theopompus † respondetur distinguendo, quod in patre concurrit duplex votum collocandi filiam in matrimonium. Vnum generale, vt filia sibi succedat, sicut dicimus filios in bonis parentum dominium habere l. in suis, ff. de lib. & posth. & hoc votum est iuris naturalis l. coniuratio, ff. de bonis damnat. & in l. si scripto, ff. de ho. Aliud votum est speciale per quod in vita sua pater

optat filias suas dotare l. mulier, §. pen. & ibi Gloss. in vers. congruebat, ff. ad Trebell. & de hoc est tex. not. hi in l. falsus, §. fin. ff. quod cum falso tut. in vers. voluit enim affectu propensiore. Tunc dico, quod in d. l. Theopompus, pater expleuit illud votum speciale, vt patet in illis verbis, quam vellem tradere, imò in d. l. Theopompus constat filium arbitratum esse secũdum voluntatem testatoris, quia testator dixerat legitimis portionibus sicut alia soror, prout Bart. ibi, & in cons. 168. quidam habens, & vide Afflict. in decis. 371. nu. 4. nihil mirum si videatur satisfactum statuto, sed quando pater solum dotem destinauit absque illis qualitatibus, de quibus in d. l. Theopompus, tunc dicitur solum adimpletum esse votum generale, & sic non est satisfactum dispositioni statuti, licet sit satisfactum voluntati patris, vt dixi supra in 1. dist. ad primum. Dices, quòd in d. l. Theopompus non constat de voluntate patris, qui voluerit filiam suam tradi: Dico quòd hoc est probabile ex prima figura, quia pater priorem filiam viro coniunxit, ex qua prima figura, in futurum coniectur l. si. in vers. sed prin a figura C. de ædil. ed. l. precibus C. de probatio. l ab eo. ff. eod. tit. vltimus enim status attenditur c. de constitutionibus de iure patron. cum similibus congestis per Dec. in cons. 126. per Alex. in l. si ab hostibus num. 3. in fine infra eodem. Denique in ista quæst. consideremus aliquas distinctiones generales, quibus vtraque opinio possit defendi. Prima distinctio aut loquimur de dote similiter relicta, in qua non est processum vlterius, sed illa stat in puris terminis destinationis, & sic antequam tradatur, & sic est vera opinio, quam firmauimus contra communem. & sic intellige dicta Bar. in l. de diuisione. in fine inf. eod. vers. soluto. aut traditio non processit, & maximè, cum illud verbum
48 dotata † in statuto debet intelligi cum effectu, qui effectus a numeratione exauditur. Aut loquimur de dote, quæ non remanet in finibus destinationis, sed in ea, quæ effectum habet à traditione media, vel quæ parata est solutioni, & tunc vera est communis sententia, dummodo parata sit cum forma l. acceptam, C. de vsur. vt dixi supra, Et pro hac concordia vide Alex. in l. a diuo Pio §. sic quoque nu. 8. in fi. ff. de re iud. Bart. & cæteras in l. cætera §. sed & si de leg. 1. Secunda distinctio, aut loquimur ex vi comprehensionis, aut ex vi extensionis. primo
49 modo illa cui destinata est dos † dicitur impropriè dotata ex dictis supra. & impropriè dotata, ex vi cõprehensionis, & non potest contineri in statuto loquente de muliere dotata, quoniam fictè dicitur dotata, & verba statuti loquuntur in casu vero l. fi. C. de his qui ven. æt. impetr. & non in casu ficto l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. gest. Secundo modo ex vi extensionis, filia dotata impropriè comprehenditur in statuto excludente, dotatas a successione patris, quia etiam quod sit odiosum, & correctorium iuris communis secundum Dec. tamen licita est extensio, etiam in correctoriis, & exorbitantibus ex identitate rationis ad casum contentum lato sumpto vocabulo glo in Clem. 1. vers. eligatur de elect. Et semper videtur eadem ratio, quia habet dotem suam sicut si esset nupta, & pater exercuit officium dotandi in ea, in quantũ potuit. Et de plano procedunt, si constabit eandem rationem militare in vtroque casu. Verum si non bene constabit, puta quia poterant esse plures rationes, & non est eadem ratio in filia, quæ habet actionem, & in illa, quæ habuit iam dotem, tunc in dubio dicetur non militare eandem rationem, & facilius nuberet, si pecuniam præ manibus haberet. Et hæc limitatio est Bolognet. hic in rub. num. 138.

SVMMARIVM.

Statutum

21 *Statutum quod vxor lucretur tertiariam habet locum in vxore desponsata.*
22 *Dos, & donatio propter nuptias in pari dispositione dicuntur procedere.*
23 *Titulus C. vnde vir, & vxor, habet locum etiam in sponsa de præsenti.*
24 *Mater contrahens sponsalia de præsenti desinit esse tutrix filiorum.*
21 *Maritus quod lucratur per mortem vxoris, dicitur lucrari, etiam si fieret monialis.*
26 *Matrimonium non esse ante traductionem vel copulam, qui teneant.*
27 *Statuta de lucro dotis, an id faciant propter onera.*
29 *Maritus potest substinuisse onera matrimonii absque traductione ad domũ.*
30 *Verba statuti intelligenda sunt proprio significatu.*
31 *Matrimonium initiatur per sponsalia, sed confirmatur per copulam.*
32 *Vsus communis loquendi attenditur in statutis.*
33 *Matrimonium contractum per verba de præsenti venit in proprium significatum ipsius.*
34 *Viri appellatione venit qui cognouit carnaliter vxorem.*
35 *Matrimonium quo ad essentiam non requirit copulam.*
36 *Matrimonium quando fuerit institutum a Deo.*
37 *Matrimonium per verba de præsenti contractum præfertur alteri cum copula.*
38 *Matrimonium contractum sed non consumatum Papa an possit dissoluere.*
39 *Matrimonium quando sit indiuiduum.*
40 *Matrimonium consumatum per copulam non reperitur a Deo dispensatũ.*
41 *Matrimonium consumatum, & non consumatum, vt differant.*
42 *Matrimonium non consumatum per carnis copulam posse dissolui per Ecclesiam.*
43 *Copula in matrimonio an requiratur ad sobolem procreandam.*
44 *Statutum de lucro dotis an eos tantum comprehendat qui possunt generare filios.*
45 *Statutum de lucro dotis an habeat locum quando vxor à principio esset senex.*
46 *Gloss. in l. precibus C. de impub. substit. est communiter reprobata.*
47 *Conditio si sine liberis decesserit, verificatur etiam in eo qui non potuit habere liberos.*
48 *Statuto satisfit per matrimonium contractum per verba de præsenti.*
49 *Uxor, & concubina quomodo conueniant.*
50 *Statutum quod vxor lucretur tertiariam non habet locum in sponsata.*
51 *Statutum de lucro dotis, & de donatione propter nuptias, quomodo conueniant.*
52 *Statutum loquens de marito habet locum in vxore.*
53 *Copula carnalis, & traductio non mouerunt statuentes de lucro dotis.*
54 *Maritus an lucretur de dote pro ea quantitate, quam expendit.*
55 *Auth. dos data C. de donat. ante nupt. quomodo procedat.*
56 *Mulier lucratur totam donationem propter nuptias si nihil promisit, sed si promisit, lucratur pro quantitate tradita.*
57 *Expensæ mariti non intelliguntur factæ relatiue ad dotem.*
58 *Onera matrimonij habent relationem ad fructus.*
59 *Maritus non lucratur dotem quando non traduxit vxorem culpa mariti.*
60 *Vxor parata ad obsequium matrimoniale lucratur dotem, etiam non sequuto.*
61 *Vxor nil lucratur quando non fuit carnaliter cognita eius culpa.*
62 *Vxor potest recusare pati maritum infirmum.*
63 *Vxor quæ habet arctum instrumentum naturæ non lucratur vigore statuti.*
64 *Vxor quæ sponte iuit ad domum mariti infirmi, an lucretur ex statuto.*

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum statutum quòd mortua vxore sine filiis, maritus lucretur dotem habeat locum in vxore desponsata non cognita carnaliter, neque traducta.

SVccedit altera quæstio. Vtrum statutum quod
mortua vxore, maritus lucretur certam partẽ
dotis, habeat locũ in vxore desponsata nondũ
cognita, neque traducta ad domũ, Ex cuius re
solutione apparebit, vtrũ dos vere dicatur cõ
stante matrimonio, sed non cõsumato. Quam
quæstionem mouet hic Soc. vester nu. 23. versi. Circa sin, &
latius Ripa n. 68. & 69. Accursius est auctor magis cõis opinio-
1 nis in authent. de nuptiis §. nuptias, in versi. affectus, vbi † quòd
si interueniunt verba de præsenti, est matrimonium, & dos.
Si verò verba de futuro, tunc erit matrimonium, quando tra-
ducetur ad domum viri; Sed ipse non format quæstionem de
statuto. Barto. verò in l. nihil ff. de act. rerum amot. non aliter
2 allegando gloss. dicit, quòd hoc statutum † habet locum, etiã
si cum vxore non habitauerit, si per verba de præsenti ma-
trimonium sit contractum. Hanc opinionem sequitur Cyn.
Bal. Fulg. Castrẽs. in l. nõ sine C. de bonis q. lib. Bal. & Ang. in l.
solet §. quæ virum ff. de his qui not. infam. Bald. in l. Deo nobis
col. 2. versi. sed iuxtà hoc pone C. de episc. & cler. & ibi Castrẽs.
in fi. & Fulg. dicit se ita consuluisse Bald. in l. sancimus C. de
nupt. Cuman. in l. si cum dotem §. transgrediamur ff. soluto
matr. Castrens. in l. si donaturus §. 1. & ibi Ias. col. fin. ff. de con-
dit. ob caus. Castrens. in l. sed hoc ita §. 1. ff. de re iudic. & in l. si
antequã legit simul. cum l. de diuisione col. fi. infra eodem, &
in l. si marito §. 1. infra eodem, & in l. cùm fuerit ff. de cond. &
dem. & ibi et Soc. Rom. in l. 1. C. vñ vir, & vxor. Aret. in §. nupti
aũt insti. de patria põt. Et pro hac opinione cõsuluerunt Bal. in
cõs. 110. incipit consuetudo vallar. vol. 2. Et cõs. 210 quòd vir nõ
lucretur vol. 1. & cons. 228. ad euidentiam, prope finem vol. 3.
& semper allegat Bart. in d. l. nihil. & seipsum in d. l. Deo nobis
& in consi. 467. factum tale dignoscitur volum. 4. Castrens. in
col. 152. super primo quęsito vol. 1. & consi. 413. visis scripturis
in 2. dub. vol. 1. Corn. in cons. 149. licet meo iudicio vol. 1. Soc. in
consi. 223. volum. 2. & cons. 8. viso eleganti cons. volu. 3. Ruyn.
in cons. 58. num. 4. volu. 3. Dec. in cons. 260. quæritur breuiter
nume. 3. Rub. in toto cons. 19. firmat hanc opinionem, & eam
appellat magis communem, & magis veram; Bald. nouell. in
tract. dot. parte 6. priuil. 37. Campeg. in tract. dotium 5. parte
colum. 7. vers. statutum de lucranda dote. Mathesilan. singu-
lar. 74. incipit. Nota quòd statutũ disponens. Couar. ad 1. lib. de-
cret. parte 2. c. 1. nu. 4. Et quod Ripa nu. 68. dicit cõmunem, omnes
repetentes dicunt magis communem. Et secundum istam opi-
nionẽm magis communem est casus decisus per Afflict. in de-
cis. 61. num. 4. & 5. Pro hac communi multas induco rationes.
3 Prima ratio hoc statutum † est lucratiuum, ergo debetur ma-
rito, etiam antequam traducat vxorem ad domum. Conse-
quentia probatur, aliter esset onerosum, & deberetur marito
propter onera, & maritus dicitur per solũ consensum de prę-
senti d. §. nuptias in authent. de nupt. Antecedens probatur per
4 text. in l. si ab hostibus §. fi. in ver. lucri facere infra eodem in l.
quoniam §. ad hæc in vers. lucra C. de secundis nupt. in l. sed si
alia lege in princip. in ver. dotem mariti lucro cedere ff. de bo-
nis damnat. in l. cum vir ff. de vsucap. in vers. si tota dos mariti
lucro cessit in l. Neratius §. maritus de relig. & sumpt. funer. in
vers. si maritus lucratur dotem, & in l. sic pro rata §. fin. ff. eo. in
vers. id enim lucrari videtur, & in l. si mulier ff. eod. in ver. licet
lucri dotem faciat, & in l. Titia ff. de iure dot. in vers. contentus
in retentionem lucri dotis cęteris rebus, & in l. fundum ff. de
fundo dotal. in vers. & dos lucro mariti cesserit, & in l. cum
qui vxor. ff. de dote prælegata in vers. dotem fuerit lucratus,
& in l. ex morte C. de pact. conuent. in vers. lucrari, & in l. 1. §.
illo procul dubio C. de rei vxor. act. in l. fin. §. simili in tribus
versiculis C. de iure dot. & in l. pe §. fi. in fine ff. quod falso tut.
& in l. 1. §. si verò C. de imponẽda. lucrat. descr. lib. 10. & §. 1.
vers. prospeximus in auth. de non eligendo secundo nub. & §.
1. vers. duo igitur, & §. sed etiam. vers. si verò incertum, & §. si
minores vers. si igitur in fine, & §. has itaque. & §. deinceps, &
§. soluto, & §. si verò soboles, & alibi sæpissime in tit. auth. de
nuptijs, & §. quia verò plurimas in auth. vt liceat matri. & auię,
& §. quia verò quædam, in auth. eod. tit. & §. 1. in auth. de ęqua-
lit. dot. & c. fin. de donat. inter virum, & vxor. qui omnes textus
quod maritus lucratur post mortem vxoris, siue ex pacto, si-
ue ex statuto, lucrum appellant. & apparet ex verbis ipsius sta-
tuti. quòd mortua vxore, maritus lucretur, &c. Item probatur
ex locis doctorum. Nam Angel. in §. scripto in fine in auth. de
5 nupt. dicit, quod lucratur maritus † ex dote, dicitur habere titu
lo lucratiuo, quia fructus dotis habet propter onera matrimo-
nij l. pen. in fi. ff. quod falso tut. Idem voluit Io. a Monte Spe-
rello in auth. ex testamento C. de collat. Soc. in cons. 223. circa
præsentem in fi. vol. 2. Ias. in cons. 58. in vers. Nec prædictis vol.
1. & in consi. 215. in quæstione, quæ vertitur colu. 2. vers. Nec
obstat vol. 1. Bal. sibi contrarius in hoc in cons. 276. verba statu
torũ col. 1 vol. 3. licet cõtrariũ teneat in cons. 184. si qua mulier
6 vol. 1. Ideo plerique voluerunt, pactum † de lucranda dote, qđ
idẽ est, quod statutũ requireret insinuationẽ, sicut requirit q-
libet mera simplex donatio. Azo. Cyn. & Bal. in l. fi. C. de iure
dotis Anton. de Canario in tract. de insinuatione q. 39. & seq.
Sed ad iura allegata in contrarium potest responderi, prout re
spõdit Roman. in l. si donaturus ff. de condit. ob caus. quod ibi
7 impropriè dicitur lucrũ: Nã & aliquãdo fructus dotis † dicun-
tur cedere lucro mariti l. pro oneribus C. de iure dot. l. 1. §. cũ-
que ex stipulatu. vers. fœtus C. de rei vxor. act. Et tñ non est du-
bium eos deseruire propter onera matrimonij. Aliter. Respon
det Iason. ibi, quòd dicitur lucrum habito respectu ad tem-
pus quo defertur. i. ad mortem vxoris, quia cum defertur, ces-
sant onera, sed si respiciamus ad onera præterita, non dicitur
lucrũ, sed onus. Contra has responsiones, sic replicari põt. Cau
8 sa † in dubio demonstrat proximam, & immediatam, sed ipse
maritus, & matrimonium dicuntur causa huius lucri, ergo
sunt causa proxima, & immediata ipsius, ergo non onera, &
ita est lucratiuum, & non onerosum: Hoc est argumentum
Decij in l. in eo quod vel is, vbi tenet hanc opinionem ff. de
reg. iur. Maior probatur in l. socium qui in eo §. fi. ff. pro soc. &
l. seq. & l. lege Cẽsoria ff. de verb. signific. & hęc iura, in casu no
stro loquendo inducit Aret. in l. si ante colum. fin. infra codẽ.
Minor probatur. s. quod ipse vir, † & matrimonium sunt cau-
sa huius lucri, vt notat Bald. in authent. ex testamento ver. 13.
capitulum C. de collat. & pro hoc est textus in l. cum eius

§.1.ff.de dote præleg vbi dicitur, quod matrimonij causa id lu-
cratus est, & ita per illum textum voluit Bal. Nouell. de dote,
parte 6.priuileg 37.& Soci.in d.consil.223.col. pen. in versicu.
10 confirmatur vol.2. Et semper attenditur causa † proxima Bal.
de hoc casu loquens in l.2.ff.famil hercisců. per iura, quæ alle-
gat, & in d.auth.ex testamento per l. sed & si plures. §. in arro-
11 gato.ff.de vulg.& pupill. Confirmatur, quia lucrum † dotis de-
betur, etiam si momento matrimonium durauerit Bal. per il-
lum textum in l.non tantum. C.de legat. breuitas ergo tempo-
ris nõ impedit lucrum cedere marito, vt est communis opinio
de qua testatur Ias.ibi, ergo non cõsiderantur onera matrimo-
nij pro causa, quia onera nõ feruntur momento temporis. Itẽ
12 confirmatur, quia lucrum † hoc dotis dicitur venire ex mera
legis voluntate, & prouisione, pro quo induco textum in l.3.ff.
de interdict.& relega. sed lex istius operatur l.cum ad præsens.
ff.si certum petat. Crot.in repetit.l.si is qui pro emptore num.
60.ff.de vsucapio. Item confirmatur, quia aduentitium non di
13 citur ex causa onerosa.sed hoc † lucrum dotis dicitur aduenti-
tium, vt notat Bart.& Cuman.in l.cum dotem. §. transgredia-
mur in fi.infra eodem. Ad hoc est tex.in l.1. C.de bon. quæ lib.
vbi Barto & Bald. Idem Bal.in l.si donaturus.§.1.in princ.ff.de
condit.ob caus. & in d.l.2. vbi etiam Salic. C.famil.herciscun.
Aret.in l.1.C.de inoffic testa. Dec. in cons.66.in princ. & con-
sil.460.& allegatur pro hoc l.dotem.ff.de Castrens.pecul.glo.
in l.scitis in vers.dotem.C de bon.quæ lib. Denique confirma
14 tur, quia maritus † potest illud lucrum vxori remittere, velut
existens meum lucrum Alex. in l.si socer. § Lucius infra eod.
Soci.in cons.114.vers.ad 2.rationem vol.1.Dec.in l.in eo.ff.de
reg.iur & in l.1.C.de secun.nupt.& in l.reprehendenda. C. de
instit.& substit.& in consil.67.& 266.& cons.577.latissimè. Et
15 dicit Bald Nouell.in 6 parte.priuileg.58.† quòd principalis rõ
ipsius statuti nõ est compensatio onerum matrimonij, sed alia
potest adduci ratio, vt deferatur tale lucrum marito in solatiũ
amissæ dilectæ coniugis, sicut in solatium amissi filij senatuscõ
sultum Tertullianum, & successionem matri instit. ad Tertul.
in princ Secunda ratio principalis. Illud est matrimonium le-
gitimum, quod consequitur priuilegium sibi a iure cõcessum,
16 sed matrimonium † absque traductione ad domum dicitur le
gitimum, ergo matrimonium absque traductione cõsequitur
priuilegium a iure concessum: Maior probatur per textum in
l.1.in princ.ff.vnde vir, & vxor, vbi ad hoc vt maritus consequa
tur beneficium illius bonorum possessionis a prætore introdu
ctum, necesse est, quòd legitimum sit matrimonium, & quod
legitimo consensu contrahatur, aliàs si iniustum fuerit, & non
legitimum, nequaquam peti poterit: Et rationẽ subdit ibi text.
nihil enim capi propter iniustum matrimonium potest, suffi-
cit igitur, vt consequatur illud beneficium a lege concessum,
quod matrimonium sit iustum. Minor probatur per textum
17 c.cum initiatur 27.q.2. vbi dessoratio † matrimonium non fa-
cit, sed coniugalis pactio, & ipsa traductio, actus quidam extrin
secus est, vt concludit Abb.in c.ex parte nu.26.de restit. spolia.
18 & Aret.in consi.142. Tertia ratio, statutum † de lucranda dote,
habet locum in dote præsumpta, sed is qui cõtrahit per verba
de præsenti, & non traduxit, est maritus præsumptus, ergo ma-
trimonium præsumptum comprehenditur sub hoc statuto.
Maior probatur per textum in l.dotem quæ,& l. diuus.ff.de iu
re dot.& consuluit Cuman.in consil.109.& Paris. in consil.34.
nu.1.vol.3.quia præsumptio innititur veritati l.si ff.de eo quod
met.cau. Minor probatur per text in l.pen. ff. de dona.inter vi-
rum, & vxorem, in l.cum fuerit ff.de condit.& demon. in l.nu-
ptias.ff.de reg. iur. Nec valet dicere quòd maior loquitur, de
dote, & minor de marito, quia replicatur, quod licitum est ar-
19 guere † de rebus ad personas. l. qui plures liberos. ff. de vulga.
Barto.in l.miles ita.§.1.ff.de milit.testam.Ias.in l.si ex toto.§ si
ita scriptum num.6.de leg.1 & in l.vnum.ff.si cert.pet. Et pro
20 hac opinione facit, quia etiam ante copulã,† & ante traductio-
nem dicitur proprie dos, & proprie matrimonium l. denique,
& l.seq ff.de ritu nupt.l.nuptias.ff de reg.iur. Castrens.& Ias in
l.si donaturus.§ 1. ff. de condit.ob caus. Roman.in l.1 C.vnde
vir, & vxor Aret.in d.†.fuerat, & ibi diffuse Ias.inst.de act. Quar
ta ratio principalis. Statutum quòd vxor præmoriente viro lu-
cretur tertiariam, siue antefatum habet locum in vxore despõ
sata per verba de præsenti, sed non traducta ad domum, neque
21 carnaliter † cognita, vt præmoriente marito, vxor illam lucre-
tur, ergo statutum quòd maritus lucretur dotem præmorien-
te vxore habet locum in vxore desponsata, sed nondum tradu-
cta, neque cognita: consequentia est necessaria, quia quæ dispo
22 nuntur de dote, † disponuntur de donatione propter nuptias l.
vbi adhuc C.de iure dot.auth.dos data.C.de donat.ante nupt.
Et etiam ex natura correlatiuorum l.1.C.de cupress.lib.10. An-
tecedens probatur in specie per Grammat.decis.103. num.89.
& per addentes ad consuetud Neapolit. quæ incipit Quartam,
super verbo a quondam viro suo, in additione quæ incipit hoc
pro veritate fol.255. Et quòd valeat talis donatio, tenet Azo in
summa.C.de donat.ante nupt. in fine, etiam si facta sit sponsæ
per verba de præsenti nondum traductæ ad domum, neque co
gnitæ, & sequitur Imola in l.si socer.§ Lucius.inf.eodem. Præ
23 terea titulus † vnde vir, & vxor habet locum nõ solum in vxo-
re traducta, & cognita, sed etiam in sponsa sola de præsenti, vt
per Bald.in l.1.C.vnde vir, & vxor colum.fin.& Curt. iun.ibi-
dem, colum.2.dicit hanc esse communem opinionem. Idem
Curt.in authen.præterea colum.1.eod.tit.& est ratio Rolandi
in tract.de lucro dot. quæstio.106. num.6. Confirmatur, quia
24 sicut mater † mortuo marito nõ potest esse tutrix filiorum cũ
pertransit ad secundas nuptias l.omnem. ff.ad Tertull. ita etiã
quando contraxit sponsalia de præsenti, doctrina est Specul. in
tit.de tutore.§.nunc dicendum.vers.Item excipitur. Item con
tracto matrimonio per verba de præsenti, statim mulier effici-
tur de foro viri, etiam antequam traducatur ad eius domum
gl.no.in l.ea quæ in 2.ff.ad Municip.& in l.cum te.C.de dona.
ante nupt. Alexan. in l.cum quædam puella. ff. de iurisd.omn.
iud. Ruyn.in cons 58.col.2.vol.3. Et pro hac opinione est tex-
tus in terminis.in l. Deo nobis.C.de episc & cle.in vers.& hoc
25 tantũmodo lucri nomine, vbi illud quod maritus † lucraretur
per mortem vxoris, lucratur etiam si ipsa ingrediatur mona-
sterium, & sic antequam carnis copula præcesserit, ergo ibi est
casus, quòd ad lucrandam dotem non requiritur copula, vt di-
cit ibi Bald. quia ille vers. remanet incorrectus ante copulam
carnalem, quia post copulam non posset separari coniugium,
neque essentialiter, neque quo ad seruitium altero ex eis relu-
ctante. Et retenta hac opinione affirmatiua, remanet, quòd cõtracto
matrimonio per verba de præsenti, etiam antequam vxor du-
catur ad domum viri, vel carnaliter cognoscatur, dicitur verè
dos, & verè matrimonium, prout dicit textus in l.denique & l.
seq.ff.de ritu nupt.& §.nuptias in auth.de nupt.& satis est pro-
batum. Contrariam verò partem.l.non aliter esse dotem, neq;
26 matrimonium † nisi vxor traducatur ad domum viri, vel car-
naliter cognoscatur, tenent Salic.in l.cum te.C.de donat.ante
nup. Soci.sen.in l.cui fuerit ff.de cond & dem. Cuman.in l.de
diuisione, & in l.si cum dotem.§.transgrediamur inf.eo. Mars.
in l.1.in prin.ff.de sicariis. Abb.in c.tertio loco de præsump.&
in c.ex publico de conuers.coniuga & in cons.1. per totũ. Felv.
in rubr.de sponsa.col.2 qui dicit esse communem opinionem
Anch.in c.1.de sponsal.& consuluerunt pro hac opinione Cor
neus sibi cõtrius in cons.248 col.4.vol.2.Dec.in cons 67.col. fin.
& cons.560 col. fi. vbi testificatur cõ Bartoli esse commũnẽ,
& in cons 577.col.1. Et hanc sententiam tanquam magis com
munem & magis obseruatam, & consuetudine roboratam te
net Paris.in cons.62 col.4.vol.4.& eam quoque magis cõmu-
nem dicit Brun.in tract.de sponsal.conclus.1.col.7. & Practica
Papiẽ.in forma libelli, quo vxor agit ad dotem vers. vxor quõ-
dam. Huius opinionis rationes sunt istæ. Prima ratio. Statuta
27 † differentia lucrum viro post mortẽ vxoris, id quidem faciũt
propter onera matrimonij, sed maritus, qui non adhuc tradu-
xit vxorem ad domum suam, non sustinet onera matrimonij,
ergo maritus, qui non adhuc traduxit vxorem ad domum suã,
non comprehenditur sub statuto. Maior probatur his locis do-
ctorum. Bart.in tract.de duobus fratribus.in q.5. Bald. in l.non
siue, & ibi Fulgos.in fine C.de bon.s quæ lib. Bald.in l.2. C.fa-
mil hercisc.& in l.si cum dotem. §. si pater prope finem, infra
eodem in cap.super literis.versic. & quid dices. de rescript. Et
in margarita Innoc.in ver.dos.in 2. vers. dos data filiæ Sal.in l.
cum te.C.de don.ante nup. Franc. de Aret. qui dicit hanc esse
communem in l.si ante nuptias col.fi inf eod. Soci.in l.de diui
sione col.1.inf.eo. Crement.singul.154.statuto cauetur. Et ita
consuluerunt Bal.in cons.79.casus talis est. Zeno.col.fi.vol.1.
& cons.327.factum sic proponitur.vol.4. & cons.53. quædam
domina Richabella vol.5. Angel.in cons.180. præmitto ad eui
dentiam col.2. Abb.in cons.79.stante statuto quo cauetur.vol.
2. Roman in consil.471.lucrum autem ex dote. Cuman.in cõ-
sil.48.statutum Florentiæ Castrens.in cons.59.pro pleniori re-
sponsione col.1.vers.secundo videndum. vol.1. Cepolla in cõ-
sil.ciuili 7.vers.tertio præmitto. Soci.in cons.114.viso testamẽ-
to col.2.vers.his non obstantibus vol.1. Corn. in cons.1. col.1.
vol.4.Dec.in d.cons.67.& d.cons.402. Ias.in cons.35 statuto ci-
uitatis vol.2. Respondetur huic rationi, nõ esse veram maiorẽ,
& patere ex his quæ dicta sunt supra in prima ratione pro alte-
28 ra opinione, vbi quòd onera † matrimonij non sunt causa istius sta
tuti, sed maritus est causa proxima, & immediata statuti, vt ma
gis inuitentur homines ad cõtrahendum matrimonium, & mulie
res facilius reperiant maritos, vt per Castr.in cons.155.vol.1.&
cons.149.col.1.in fine. Repa hic nu.69.ver.secundũ fundamen-
29 tum. Neque esse veram minorẽ quia aliquando maritus † po-
test substinuisse onera matrimonij absque traductione ad do-
mum, puta in faciendo vestes, & emendo alia ornamenta mu
liebria alicuius valoris Aret.in §.fuerat.instit.de act. arg.l. cre-
ditor. §. inter maritum. ff. mandati, sic etiam potest accidere
ecõtra vt fructus dotis, & ipsa dos non sufficiat ad onera matri-
monij

monii inchoandi, seu inchoati, & carnali copula consumati,
ergo onera non sunt causa proxima, & immediata illius statu-
ti, quia tunc desinente causa non desineret dispositio, l. quia re-
c. cessante. Et hanc doctrinam Ang. sequũtur Campeg. de do-
te par. 5. q. 13. Cuman. in d. l. si cum dotem. §. transgressiõne
inf. eo. Alex. in cons. 129. col. 1. in fi. vol. 7. Secunda ratio verba
30 † statuti intelligenda sunt in proprio significatu l. 3. §. hæc ver-
ba ff. de neg. gest. sed matrimonium quod est consumatũ per
copulam carnalem dicitur vere, & proprie matrimonium, er-
go matrimonium consumatum per copulam carnalem est il-
lud quod comprehẽditur sub statuto. Minor probatur per tex-
tum in c. ex publico, vbi Abbas col. 2. de conuers. coniug. & in
cons. 1. col. 2. vol. 1. Felyn. in d. c. tertio loco de præsumpt. & in
rubr. de spons. quia ante talem carnalem copulam iura appel-
lant sponsum, & sponsam, & non maritum, & vxorem Anch.
in cons. 21. col. 3. Item quia initiatur matrimonium per spon-
31 salia, † sed per carnis copulam confirmatur c. statutum. §. scien-
dum. 27. q. 2. Dec. in l. nuptias de reg. iur. & in consil. 546. col. 2.
32 Item probatur, quia ex communi vsu † loquẽdi, qui vt dictum
supra attenditur in statutis, maritus, & vxor intelliguntur con-
sumato matrimonio per copulam carnalem Abb. in rubric. de
sponsal. & in d. c. si ex publico. & in c. si inter, & in c. fi. de sponsa
duorum. Fel. in d. rubr. de sponsalib. & in dic tertio loco. Con-
33 firmatur, qa in proprio † significatu matrimonij nõ venit ma-
trimoniũ cõtractũ per verba de præsenti gl. in c. cũ initiatur 27.
27. q. 2. Et ideo dicũt Theologi inter Gloriosissimã Virginem
Mariam, & Ioseph fuisse matrimoniũ quantũ ad sanctificatio
nem, nõ autẽ quantum ad significationẽ matrimonij. Confir-
matur etiam de iure ciuili per textum in l. vxores, & l. seq. & l.
liberorum ff. de his qui not. infam. vbi appellatione viri, † vel
34 mariti viri, † vel mariti videtur comprehendi ille qui cognouit
eius vxorem carnaliter, de cuius seminis perturbatione dubi-
tatur, quia ante annum maritari non potest, illa verò, quę non fuit
cognita statim potest remaritari, quia ratio perturbationis se-
minis tunc cessat, & sic nõ propriè dicitur maritus, qui nõ co-
gnouit carnaliter. Confirmatur per textũ in §. si vxor in fine in-
stit. de nupt. vbi sponsa patris mei non dum cognita carnaliter
nõ dicitur nouerca mihi, neque sponsa filii mei nõ dũ cognita
dicitur nurus mea. Sed respõdetur quod quo ad essentiam, &
35 perfectionẽ matrimonij † nõ requiritur copula, vt dicit gl. in d.
c. cũ initiatur 27. qõ 2. sed copula defertur ad significationem
matrimonij, est igitur verũ matrimoniũ absque copula, vt pro
36 batur in c. 1. de voto lib. 6. quia matrimonium † fuit institutum
a Deo in paradiso terrestri in statu innocentiæ, & sic tempore
institutionis consumatum non fuit, & si requireretur copula,
inter Gloriosissimã Virginẽ Mariã, & Ioseph non fuisset verũ
matrimoniũ, cuius cõtrarium probat summa Angelica in ver. ma
37 trimoniũ 2. §. 23. Item primũ matrimoniũ † per verba de præ-
senti cõtractum pfertur matrimonio secundo loco cõtracto in quo se-
38 quuta sit copula carnalis c. fi. de spõsa duorũ. Itẽ quia matrimo
niũ † cõtractum, licet non consumatũ, Papa non potest dissoluere,
neque in eo dispẽsare, vt notat Abb. in d. c. ex publico in fine de
cõuers. coniug. & firmat Io. Lup. in tract. de matrim. & leg. &
probat Iacob. Almain. in lib. 4. sent. dist. 30. qõ. 2. & adden-
tes ad Dec. in l. nuptias ff. de reg. iur. in additione quæ incipit
consumato, probant vanam esse illam differentiã de matrimo
nio cõsumato, & non consumato, quia etiam ante cõgressum
est perfectum, & legitimum matrimonium. Item c. fi. de frigid.
& malefic. & in c. 1. & c. 2. de matrimonio cõtracto contra in-
terdict. eccles. & in c. per tuas qui filij sint legit. expresse probatur
dici matrimonium copulatum sine coitu. Item in iure ci-
uili probatur idem in l. si extraneus ff. de cond. ob caus. in ver.
matrimonio copulato, vbi constat ea verba significare matri-
monium cõtractum, & adhoc allegat illum textum post alios
Corn. in d. l. non sine in fine C. de bonis quæ lib. & Tiraquell. in
ver. donatione largitus num. 224. C. de reuoc. donat. Et si dice-
39 retur quod matrimonium † de iure diuino est indiuiduum, quan-
do per copulam est consumatum potius quam vbi solo con-
sensu est cõtractum, quia per copulam fiunt duo in carne vna,
quę est potissima causa reddens matrimonium indiuiduum c.
verum de conuers. coniugat. Et habet tunc suum complemen-
tum. s. ad procreandam sobolem, & euitandum fornicationẽ,
quæ in copula cõsistit. Imò non reperitur à Deo dispensatum
40 † in matrimonio copulato, sicut reperitur dispensatum in ma-
trimonio simpliciter contracto. d. c. verum, & d. c. ex publico
de conuers. coniug. Et sancta mater Ecclesia facit differẽtiam
41 inter matrimonium † contractum per copulam, & matrimo-
nium simpliciter contractũ, vt ibi Præposit. Soc. in cõs. 28. vol.
1. Rip. in lib. 1. responsorum cap. 1 & 2. Cagnol. in d. l. nuptias
nu. 6. ff. de reg. iur. Respondetur Ecclesiã declarasse matrimo-
42 niũ consumatũ per carnis copulã posse dissolui per ingressum
religionis, & in hoc solo Papam posse dispensare, in cæteris
verò nequaquam, vt probat Abb. in d. c. ex publico num. 16. de
conuers. coniug. Ideo potest dici regulariter non esse differen-
tiam inter matrimonium simpliciter contractum, & carnali
copula cõsumatum, sed hunc esse casum specialem propter ho-
norem religionis, vt ibi dicit Abb. de cuius solutionis veritate,
late scribo in tract. de iurisdictione. Nec videtur vera rõ quod
43 copula † requiritur ad sobolem procreandam, quia siquis po-
test tenere virgam rectam, licet non emittat semen, quia tamẽ
satisfacit mulieri quo ad hanc perfectionem copulæ carnalis
sufficit, ita probãt gl. finalis in c. hi, qui matrimonium 32. qõ.
7. & facit c. tantum valent eadẽ causa, & quęst. & c. 2. vbi Doct.
de frigid. & malefic. Et ideo dicit canõ quod carnalis coniun-
ctio requiritur c. quod autem 27. q. 2. Et alib. opera nuptiarum
est carnalis coniunctio c. lex continentiæ dist. 31. Non igitur ad
sobolem procreandam, sed ad satisfaciendum mulieri, sed hoc
intelligas quod sufficit; sufficit enim si non euitat prolem, &
non semper coniuges procreant filios. Tertia ratio principa-
44 lis, hoc statutũ † eos tantũ cõprehendit, qui possunt generare
filios, sed maritus qui non cognoscit carnaliter non potest ge-
nere filios, ergo &c. maior probatur per Bal. in cons. 290. vol. 1.
vbi dicit similem cõsiderationem facere gl. in l. præcibus C. de
impub. subst. idem dixit Abb. in d. consil. 1. colum. 3. volum.
1. Corn. in d. colu. 248. col. 4. vol. 2. Dec. in cons. 577. in princip.
Paris. in cons. 62. col. 3. volum. 4. Et hoc argumentum inducũt
omnes repetentes hic pro ista opinione. Confirmatur, quia Ia-
45 so. in cons. 115. vol. 1. consuluit quòd hoc statutum † non habet
locum, etiam si mulier esset traducta, quæ tamen esset senex,
& vetula, & quæ non posset sobolem producere tempore quo
traducitur, iuxta l. si maior ff. de legit. hæred. Sed respondetur,
46 quòd gloss. † in l. præcibus C. de impub. substit. est communi-
ter reprobata, vt dicit Iaso. in consi. 115. col. fin. volum. 1. quia
est contra textum in c. si pater de testam. lib. 6. & contra textũ
in l. centurio ff. de vulg. & pupill. vbi Barto. nume. 28. reprobat
47 illam cum concordantibus, vt ibi. Et quod cond. † si sine
liberis decesserit verificetur in eo etiam qui liberos habere
non potuit probat Roland. in tract. de lucro dot. quæst. 104. nu-
me. 21. vbi hic formaliter respondet. Secundo respondetur quod
48 satisfactum dicitur statuto, si matrimonium † actu contraha-
tur per verba de præsenti ad effectum consequendi lucrũ nu-
ptiarum per textũ in l. Gnerinus C. de nupt. semper enim cen-
setur cogitatum de filijs, vt l. 1. infra eodem Ripa in l. si vt quã
num. 48. & 49. C. de reuoc. donat. & ideo consilium Iaso. non
valet. & in specie propter hanc rationem fuit reprobatum a
Rolando in tota d. quęst. 105. Item l. item legato ff. de leg. 3. vbi
49 nulla est differentia † inter vxorem, & concubinam, nisi quia
vxor est nobilior, sed concubina non est, nisi quę in domo reti-
netur, ergo & vxor non est, nisi quæ ad domum traducatur.
Minor probatur per Bald. in l. 1. ff. de concub. & in l. eam quã
vers. decimo dubitatur C. de fideicommiss. vbi declarat quid
sit concubina. Sed ista non est differentia essentialis. Denique
50 statutum, quòd vxor † decedente marito lucretur tertiariam,
siue antefatum, siue donationem propter nuptias non habet
locum si vxore desponsata etiam osculata, sed non cognita car
naliter, ergo statutum quòd maritus lucretur certam partem
dotis non habet locum, nisi vxore cognita carnaliter. Antece-
dens probatur per l. si à sponso C. de donat. ante nupt. vbi stan-
te nupt. vbi stante hoc casu vxor lucratur tantum medietatem
donationis propter nuptias, & ita est casus decisus per Afflict.
in decis. 315. in 3. dub. & in 4. dub. Franch. decis. 503. qui loquitũ
stãt: Consuetudine Neapolitana. Cõsequentia probatur, quia
51 vtrũque statutũ † tractat de lucro dotis, & donationis, & quæ
dicũtur de dote sunt etiam vera in donatione propter nuptias,
& e contra l. vbi adhuc C. de iure dot. Item vtrumque statu-
tum tractat quãdo moritur alteruter antequam matrimoniũ
consumetur carnaliter. Item in vtroque statuto militat eadem
ratio, quia maritus est proxima, & immediata causa lucri dotis
ex statuto, vt diffuse probaui supra in altera opinionè in prima
ratione principali, & per eãdem rationem vxor est proxima, &
immediata causa ipsius donationis, siue antefati, vel tertiariæ.
52 Præterea probatur consequentia, quia statutum † loquens de
marito habet locum in vxore. Et e contra Iaso. latissime in l. si
nu. 14 & seq. C. de in dicta viduitate toll. vbi cõgerit omnes. Idẽ
Ias. in l. non tãtũ ff. de re iudic. Ego arbitror primam opinionẽ
esse veram, & secundũ eam semper iudicarem, quia in verita-
53 te traductio, † & copula carnis non mouerant statuentes ad id
statuendum, sed vt ipsæ mulieres facilius inuenirent maritos,
Castrens. in d. consil. 155. vol. 1. & dixi supra. Et velocius moue-
ret ad hanc sentẽtiam, si maritus fecisset aliquas impensas pro
traducendo vxorem ad domum suam, & antequam traduce-
retur mortuus est, hæc enim pauca onera de æquitate fortius
54 mouerent. Nec me mouet, quòd deberet lucrari de dote † pro
ea quantitate, pro qua expendit, argumento eorum, quæ di-
cuntur de vxore, quæ promisit dotem, & sibi facta est donatio
propter nuptias de eadem quantitate, vel iuxta formam statu-
ti, Et tunc si dedit partem dotis, debet consequi partem do-
nationis propter nuptias, & adhoc est textus in authen. dos da-

ta & ibi Bald. col. 1. C. de donat. ante nupt. & in §. illud in auth.
de non elig. secundo nub. & ibi Angel. & l. ex morte C. de pact.
55 dotal. Quia dico hæc procedere quando vxor † promisit do-
56 tem ex pacto, vel dedit dotem, sed si mulier † nullam dedit do
tē, neque promisit & sibi constitutum est antefatum, tunc lu-
cratur totum antefatum, siue tertiariam, vel donationem, vt li-
bet vocare, ita ita dicit gl. notab. in l. lege Leonis C. de pact. do-
tal. in ver. quid si in dotem nihil pactus est, & ita est casus deci-
sus per Afflict. decis. 242 & tetigit etiam in decis. 333. licet etiā
in multis casibus dote promissa, & nō soluta mulier lucrāt to-
tam donationem propter nuptias, quos casus recenset Afflict.
in constit. regni quæ incipit Mulier quæ dotarim, & in ca. §.
donare qualiter ol. feud. alen. pot. & in cap. 1. nume. 79. donat.
57 success. feud. Ergo licet expensæ † mariti essent paucæ adhuc
debet lucrari dotem integram cum non sint factæ relatiuè ad
dotem, sicut donatio propter nuptias fit relatiuè ad dotem d.
auth. dos data, & ideo hæc est ratio æquitatis, quæ fortius mo-
uere debet. Forsan hoc dictū de parte procederet in fructibus
58 dotis, ad quos habent relationem onera † matrimonij, non in
ipsa dotate, Angel. in §. adscripto, in auth. de nupt. & dixi supra.
Limitarem tamen istam conclusionem, quando, mulier non
59 esset ducta ad domū mariti, culpa ipsius mariti, † nam tunc pa
paria sunt nolle sine causa recipere, vel receptam sine causa re
pudiare l. iubemus C. de repud. sicut si repudiasset nō lucraret
dotem, ita si absque causa recipere noluisset, pro quo faciunt,
quę dicit Napodanus, in d. Consuetud. Neapolit. incip. Quartā
in vers. a quondam viro suo colum. 7. in fi. & ita tenet Bald. in
cons. 110. consueuit volum. 2. Nam qui recusat onera matrimo
nij substinere nō potest dotem consequi l. fin. §. vtrumque C.
de dot. promis. & vide addentes ad Mathesilan. in singulari 64.
Sed quid si fuisset ducta ad domū viri, & in ipsius obsequio pa
60 rata † ad actum matrimonialem, sed non fuit carnaliter cogni-
ta. Dico quòd si moritur maritus, ipsa consequitur antefatum
siue tertiariam ex statuto. Napodanus in d. Consuetud. Quar-
tam in gloss. à quondam viro suo. colum. 7. Salic. in l. cum te C.
de donat. ante nupt. vers. vnum tamen non omitto. Dec. in cōs.
140. quæritur in effectu in fine. Hoc tamen limitatur ab om-
61 nibus, quando non fuit carnaliter cognita culpa † mulieris, qa
noluit permittere se cognosci, tunc enim quartam non con-
sequitur, ex quo non dedit operam proli, vt debuit cap. solet
quæri. 32. q. 2. & ita tenet Napodan. vbi supra. Intelligitur ista
62 limitatio, nisi ex aliqua iusta † causa mulier noluisset pati se car
naliter cognosci, puta, si fuisset infirmus, vel ipsa mulier fuis-
set infirma, quia propter infirmitatem non tenetur alter alteri
reddere debitum, vt notat Abb. in c. 2. de coniug. leprosorum.
Et Syluest. in summa in vers. debitum coniugale, & alij Sum-
mistæ. Et quia senex semper ægrotat, Ideo si nupsisset seni
videtur, quòd semper posset negare debitum, quod non credo
verum in primis furijs sentibus, licet sic postea, sed in hoc non
haberet multas replicationes, sicut accidit studiosis. Secundò
63 limita, quando non fuisset carnaliter † cognita, quia habebat ar
ctum instrumentum naturæ, tunc enim licet traducta non lu-
craretur antefatum, quia potius habuit eam in sororem, quam
in vxorem c. laudabilem. & c. fraternitatis de frigid. & malefic.
Cyn. in l. pe. C. de repud. & probatur in l. cū serua §. si. & ibi no.
ff. de iure dot. Sed in hac limitatione est magna difficultas pro
pter incertitudinem cuius culpa vulua non potest reserari, an
propter arctitudinem vxoris, an propter impotentiam mariti,
64 de quo dicam in l. 1. Et quid † si vxor iuit ad domum mariti in-
firmi ex se ipsa sponte an lucretur dotē, quòd non ex regula l.
filiæ infra eod. Et ita tenet Napodan. in d. verbo à quondam vi-
ro suo nu. 34. & vide Franch. do decis. 503.

SVMMARIVM.

1 *Dos dicitur proprie, soluto matrimonio secundum communem.*
2 *Fundus dotalis non potest alienari soluto matrimonio.*
3 *Dotis actio datur soluto matrimonio.*
4 *Locutio propria est illa, quam faciunt iurisconsulti eorum more.*
5 *Fundus dotalis soluto matrimonio an desinat esse dotalis.*
6 *L. 1. §. pen. in vers. cæterum. ff. de vsucap. pro dote intelligentia.*
7 *Verbum cessare quando denotat suspensionem in actu.*
8 *Dos vt sit proprium patrimonium mulieris.*
9 *Dotis dominium soluto matrimonio ipso iure reuertitur ad mulierem.*
10 *Dos dicitur respectu mariti soluto matrimonio.*
11 *Dotis stipulatio non confertur in tempus soluto matrimonio.*
12 *L. etiam ff. de fundo dotali intelligentia.*
13 *Verbum intelligitur denotat fictionem, & quando fallit.*
14 *Verbum proprium, quando adiungitur cum improprio, tunc natura impro-
prij alterant.*
15 *Verbum esse est expressiuum veritatis.*
16 *Pronepos non venit appellatione nepotis.*
17 *Verbum intelligitur cum verbo esse, vbi non denotet veritatem, & nu. 19.*
18 *Verbum sit, est expressiuum veritatis, quando de per se ponitur.*
20 *Dos soluto matrimonio non deseruit pro oneribus matrimonij.*
21 *Regula cessante causa cessat effectus, quomodo intelligatur.*
22 *Matrimonium dicitur durare in vidua.*
23 *Matrimonium quando non dicatur amplius causa dotis.*
24 *Dos quomodo dicatur reintegrari.*
25 *Proprie, & improprie quot modis dici possit.*
26 *Matrimonium dupliciter dicitur in iure.*
27 *Dos restituta improprie dicitur.*
28 *Dotis accidentia ipsam non alterant.*
29 *Actio de dote datur, ergo est proprie dos an valeat consequentia.*
30 *L. si marito §. 1. ff. solut. matrim. intelligentia.*
31 *Actio de dote quando nascitur, & an detur actio vtilis pro dote.*

QVAESTIO QVINTA.

Soluto matrimonio vtrum dicatur proprie dos.

MOdo deueniamus ad quæstionem, quæ est pro-
pria istius rubricæ, vtrum soluto matrimonio
dicatur proprie dos, quam quæstionem expli-
cat hic Socin. nume. 55. & 60. & 71. Iaso. num.
9. & seq. in 1. lect. & in 2. vsque ad num. 10. Rip.
numer. 70. In hac quæstione secundum om-
nes possunt considerari duo casus. s. vel antequam dos sit resti-
tuta, vel postquam est restituta. Nos quærimus de primo casu,
1 an sit proprie dos. Communis est opinio, quòd dicatur pro-
prie dos, † non autem improprie, vt testatur Soci. num. 56. Bo-
lognet. num. 148. Ripa num. 71. vers. Nam contraria commu-
nis opinio Ruyn. nume. 11. Socin. Sen. num. 10. dicit esse pro-
prie dotem, & dicit idem tenere Paul. de Castr. sed non dicit
verum, quia Castrens. non dicit proprie, vel improprie. Ias. hic
dicit esse proprie dotem, & idem tenere Bart. in cons. 85. incip.
Ioānes Para. per textum in l. et ff. de fundo dotali, sed Bart. ibi
simpliciter loquitur, sed omissis locis doctorum deueniamus
ad rationes. Prima igitur ratio pro communi est. Dos propria
2 constante matrimonio alienari † nō potest, sed fundus dotalis
soluto matrimonio alienari non potest, ergo fundus dotalis so
luto matrimonio est ꝓprie dotalis. Maior ꝓbatur in §. 1. instit.
quibus alien. lic. et vel non. l. etiam. ff. de fundo dotal. l. 3. §. to-
ties. ff. de iure dot. Minor probatur per l. 1. in fin. ff. de iure dot.
vbi transit ad hæredes mariti fundus dotalis cum onere, vt nō
3 possit alienari. Secunda ratio, illa est proprie dos † vbi est actio
dotis, sed soluto matrimonio est dotis actio, ergo &c. minorē
probant per textum in l. si pater ignorans infra eodem, vbi si
pater numerauit dotem, soluto matrimonio potest eam repe-
tere actione de dote. Item rubrica nostra. & l. 2. inf. eodem, vbi
soluto matrimonio dos petitur. Item per l. 3. ff. de fundo dota-
li in vers. quoties mulieri competit actio de dote, aut omnino
est competitura. Et ibi actio de dote respicit tempus soluti ma
trimonij, quando proprie competit, sed vers. competitura re-
spicit tempus præsens. s. constantis matrimonii, quando non
adhuc competit: Et sic formo argumentum. Vna determina-
tio respiciens plura determinabilia pariformiter determinat,
l. nam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. sed ista dispositio. d. l. 3. di-
cit actionem de dote competere, & competituram esse soluto
matrimonio, ergo soluto matrimonio est proprie dos. Confir
matur per textum in l. si serua in fi. ff. de iure dot. in versic. quia
est matrimonium, & dos, ac dotis actio est, & sic per verbum
est, quod est expressiuum veritatis. gl. in l. mercis appellatione.
ff. de verb. signific. Item confirmatur per textum in l. si marito
§. fin. infra eodem, vbi fructus augent dotem, qui sunt percepti
soluto matrimonio, & petuntur actione de dote. Item per l. iu-
rigentium. §. quinimo. vers. vt puta. ff. de pact. vbi soluto ma-
trimonio datur actio de dote, vnde si non esset vera dos, soluto
matrimonio daretur actio pro rebus in dotem datis. & nō pro
dote, quia l. 1. ff. de dote prælegata ibi est vera dos, vbi est actio
4 de dote. Tertia ratio, illa est proprie dos, † quam iurisconsulti
de consuetudine faciunt, sed soluto matrimonio omnes iuris-
consulti vocant dotē, ergo est vera, & proprie dos. Maior pro-
batur in l. nec auus. C. de emancip. lib. in vers. moris nostri non
est & in l. librorum. § quod tamen Cassius de leg. 3. & late per
Bar. in l. omnes populi in 6. quæst. princip. cum vt sunt propriā
significationem deiunia iuribus. Minor probatur, quia Vlpia
nus, qui alios de improprietate reprehendit in l. quis sit fugiti-
uus. §. errorem. ff. de ædil. ed. edict. loquitur soluto matrimonio
per verbum dotis in l. 2. infra eodem. Ergo est proprie dos, &
in l. si serua. §. fin. ff. de iure dot. quæ est lex Vlpiani, & dicit est
dos, & sic per veritatis expressiuum, vt dictum est. Item l. filius-
familias. §. si post diuortium inf. eod. & in vers. si post diuortiū
res dotales effectę sunt. Item in l. post diuortium inf. eo. in vers.
de restituenda dote. Item l. si pater. ff. de iure dotium in vers. e.
de dote actione, & loquitur soluto matrimonio. Quarta ratio,
exceptio firmat regulam in nō exceptis, sed in casu l. quod dic. tur
5 ff. de impens. iure dot. fact. fundus † desinit esse dotalis. ergo in
cæteris

cæteris soluto matrimonio remanet propriè dotalis casus. n.
dict. l. qui dicit est si constiterit impensas factas in fundo fuis-
se tanti, quanti valet fundus desinit esse dotalis, & idem habe-
tur in l. si is qui Stichum §. fi. in versi. si desinit esse dotalis po-
terit alienari ff. de iure do. Sed veriorem opinionem tenet Ri-
pa hic nume. 70. & seq. & Ruyn. nume. 11. quòd soluto matri-
monio non est propriè dos, sed impropriè. Ancli. in consi. 91.
& in consi. 149. Et ad hoc sunt iura expressa, quæ cauillari non
6 possunt l. 1. † §. pen. versicu. cæterum ff. de vsucapi. pro dote,
vbi textus dicit soluto matrimonio nulla dos est, & sunt ver-
ba textus. Constante matrimonio, pro dote vsucapio inter eos
locum habet, inter quos est matrimonium, cæterum si cessat
matrimoniũ, Cassius ait cessare vsucapionem, quia nulla dos
est. Sed Bolognet. hic nume. 149. respondet, interpretando
nulla sit dos, idest nullus sit amplius titulus dotis penes mari-
tũ, vt possit vsucapere, & siquis alius titulus remanet dotis est
solummodo in restituẽda ipsa. Deinde dat aliam responsionẽ,
quòd ibi nunquã fuit contractum matrimonium, Nam textus
vtitur his verbis in prima parte, si cõtractum est matrimoniũ,
deinde dicit, si cessat. i. si non fuit contractum, nam si fuisset
contractum, dixisset solutum. Confirmat, quia verbum cessa-
7 re † non denotat extinctionem totalem, sed potius quandam
suspensionem in actu, vt probatur in l. qui res §. aream ff. de so-
lut. vnde verbum cessare capitur dupliciter, vel vt denotat
actum suspensiuum alterius rei, quæ præcessit, vel vt denotet
actum nullum præcessisse, prout in d. vers. cæterum denotatur
matrimonium non præcessisse. Ruynus autem replicat contra
hãc solutionẽ nu. 11. Nã in d. §. pe. considerantur quatuor ca-
sus, vel de tempore sponsalium, vel de tempore durantis ma-
trimonii, vel de tempore soluti matrimonij secundum ipsum
vel de tempore matrimonij putatiui, in quibus potest esse du-
bitatio, vtrum procedat vsucapio pro dote, sed in tempore quo
nullum factum est matrimonium, non cadit dubitatio, vtrum
vsucapio pro dote procedat, alias textus esset de indubitabili.
Contra l. quod Labeo ff. ad Carbon. Confirmatur, quia Ac-
curs. ibi in ver. si cesset hoc modo interpretatur, Nam dicit si
cesset, vt differat a sequenti responso, vbi tractauit de putatiuo
quod erat nullum, & allegat textum in l. 3. ff. de iure do. vbi sit
nomen matrimonij non est, nec est dos, sic si matrimoniũ non
præcessit, quomodo vult esse dos, vel vsucapio pro dote, Et
quod Accurs. sic intellexerit probari potest alijs locis eius-
dem: Nam in l. diuortio §. ob donationes infra eod. in ver. fru-
ctus, dicit ex fundo quondam dotali, ergo soluto matrimonio
non dicuntur amplius res dotales, sed sic fuisse. Item glo. in au-
then. de resti §. si vero, & ipsam in 1. ver. dotem, dicit matrimo
nio soluto desinit esse dos. Secunda ratio. Quod est proprium
8 † patrimonium mulieris non est vera dos, sed soluto matrimo
nio dos efficitur proprium patrimonium mulieris, ergo solu-
to matrimonio non est vera dos. Maior probatur, quia omnes
communiter tenent, ꝙ quando dos est repetita nõ est amplius
dos quia commixtione factum est proprium patrimoniũ mu-
lieris, vt per Ias. hic nu... Ruyn. nu. 13. Castrens. in l. fi. C. com-
munia vtriusque iud. Minor probatur illa res efficitur propriũ
patrimonium alicuius, cuius dominiũ ipso iure reuertitur ad il
9 lum, sed soluto matrimonio dotis dominium † ipso iure reuer
titur ad mulierem, ergo soluto matrimonio dos efficitur pro-
prium patrimonium mulieris. Probatur hoc argumentũ. Quia
hæreditas adita non dicitur amplius hæreditas, sed proprium
patrimonium hæredis l. cum hæredes ff. de acquiren. possess. l.
cum hæredi, & ibi nota. Bart. C. depositi. Alexan. diffuse in l. 1.
§. veteres. ff. de acquiren. possess. Et licet multi dicant, quòd hę
reditas subiecta restitutioni, licet sit adita, adhuc dicitur hære-
ditas, & totum allegant titulum ad Trebel. Tamen est casus le
gis in contrarium, in l. cum fideicommissaria in prin. ff. ad Tre
bel. & ibi dicit glo. 2. in princip. quòd in restitutione hæredita-
tis non veniunt fructus, quia non percipiuntur ex hæreditate,
cum per aditionem desinat esse hæreditas. Et licet ante appre-
hensionem competat petitio hæreditatis, hoc tamen nomen
est improprium hæreditatis, vt dicit Alex. in d. l. 1. §. veteres. ff.
de acquir. hæred. Et quòd in dote dominium ipso iure soluto
matrimonio transeat ad mulierem est tex. in l. in rebus. C. de iu
re dot. Tertia ratio. Illa est impropria locutio, quando applica-
tur cui non conuenit, sed soluto matrimonio, non conuenit
20 propriè viro † dos, & tamen iura dicunt maritum posse vindi-
care dotem, ergo soluto matrimonio dos est impropriè dicta,
Minor probatur per tex. in auth. sed nouo iure C. de repud. in
vers. virum etiam, vbi dicitur facto repudio, ex illa causa, & sic
soluto matrimonio maritum posse vindicare dotem, nã si cũ
dos est remansura penes virum, tunc non est amplius dos, sed
efficitur propriũ viri patrimonium vt est cõmunis opinio, de
qua per Socin hic nu. 61. dum dicitur vindicare dotem, impro
prie est locutio, & in l. Titia. ff. de iure dot. dicitur Modestinus
respondit, Nihil proponi, cur marito dos auferenda sit. Quarta
rõ per text expressum in l. Iulianus ff. de iure dot. vbi cũ quidã
stipulatus esset dotẽ sibi dari soluto matrimonio dicitur huius-
modi stipulationẽ nõ valere, qa ab initio in id tẽpus stipulatur,
quo matrimoniũ futurũ non sit. & sic soluto matrimonio nõ
est dos, quia matrimoniũ est illud, propter qd dos dicitur. Re-
11 spondetur, ꝙ aut loquimur de exactione dotis, † quæ potest cõ
ferri in tẽpus mortis vxoris. vt ibi per textum, aut de constitu-
tione dotis, quæ non potest constitui post mortem, quia ces-
sat causa. s. onera matrimonij, vt dicit ibi Accurs. l. si pater in 2.
ff. de iure dot. Sed replicatur, vt in tertia. Illa est impropria lo-
cutio, quę attribuit aliquid quòd non conuenit, sed soluto ma
trimonio per mortẽ vxoris, si valet stipulatio quo ad exactio-
nẽ dotis promissæ exigendam per virũ est impropria locutio,
quia viro non cõpetit dos, ergo soluto matrimonio est impro-
12 pria dos. Quinta ratio, per textum in l. † etiam ff. de fundo dot.
Qui primo modo inducitur pro communi. Nam textus ver-
ba sunt hæc. Etiam dirempto matrimonio dotale prędium in-
telligitur, ergo soluto matrimonio est dos. Sed contra cõmu-
13 nẽ inducitur hoc modo. Verbum † intelligitur denotat fictio-
nem l. si tibi homo §. cũ seruus de leg. 1. & est significatiuum
improprietatis l. vnic. circa princip. C. de rei vxor. act. l. cum qd
in fine ff. si cert pet. Ias. in l. 1. C. vnde vir, & vxor. gloss. in vers.
intellige in cap. ex studijs de pręsumpt. vbi intelligere est præ-
sumere. Barto. in l. si is qui pro emptore ff. de vsucap. sed textus
dicit dotale prędium intelligitur, ergo soluto matrimonio est
impropria dos. Sed Soc pro communi respondet quod quan-
14 do verbum † proprium adiungitur cum improprio, tunc na-
tura improprij alteratur, & sumit naturam proprij Barto. in l. si
maritus §. legis ff. de adult. & not. in l. si is qui pro emptore,
sed in d. l. etiam sunt verba expressiua veritatis, & fictionis, er-
go verba expressiuę fictionis, assũmũt naturam verborum ve-
15 ritatis. Probatur, quia ibi dicitur, esse intelligitur, & verbũ † es-
se est veritatis expressiuum glos. in l. mercis appellatione ff. de
ver. signifi. Anchar. in c. ex parte de spõsal. & sic verè, & ꝓpriè
erit dos. Imò aliquando verbum intelligitur de se est expressi-
uum veritatis, vt in l. fi. in princip. C. de secund. nupt. in versi. si-
ne nuptiis quidem dos nulla intelligitur quem citat Dec. in l. 1.
C. vnde vir, & vxor. Replicatur per textum in §. admonendi
inst. quibus mod. ius patr. potest sol. vbi dicitur eadem de ne-
pote, & pro nepote dicta esse intelligantur. Et tamen ibi secun
16 dum proprietatem sermonis pronepos † non venit appellatio
ne nepotis, & textus vtitur verbo esse, & verbo intelligantur.
Item l. 1. in princip. C. de rei vxor. action. ibi, vt intelligatur re
ipsa stipulatio esse subsecuta, vbi verbum intelligitur stat cum
17 verbo † esse, & tamen nõ denotat veritatem, sed iuris pręsum-
ptionem secundum communiter scribentes ibi & Accurs. in
d. l. 1. §. 1. in verbo intelliguntur. dum textus dicit inesse dotibus
intelliguntur, exponit ipso iure, non ergo secundum veritatẽ.
Item in l. nec emptio. ff. de contrah. empt. in vers. facta intelli-
gatur, vbi verbum facta est expressiuum veritatis, & tamen iũ-
ctum verbo intelligitur facit præsumptionem tantum, non au
tem inducit veritatem. Ex quibus apparet quod licet verbum
18 sit. † est expressiuum veritatis, hoc est, quando de per se poni-
tur, sed quando vnitur cum verbo intelligitur, tunc habet de-
notare improprietatem, quod probatur quia in l. ex facto in
princip. ff. ad Trebell. verba directa impropriantur propter ver
ba obliqua. Confirmatur per textum in l. adoptiuis. §. fin. ff. de
19 ritu nupt. vbi verbum † intelligitur est iunctum verbo esse, &
tamen intelligitur impropriè. Nam dicit text. Socrus appella-
tione, non tantum vxoris meę mater, sed & auia, & proauia in-
telligitur. Et parum infra dicit. fuisse enim eam socrũ. Accurs.
interpretatur ver. fuisse, scilicet impropriè, & sic etiam ex ver-
bo sum, es, est, denotatur improprietas. Sexta ratio. l. diuortio.
in princip. in versic. econtrario in eodem vers. sed per modum
temporis omnium mensiũ, quo dotale prædium fuit, ex mer-
cede quæ debebatur portionem retinebit. Et sic ille textus di-
cit quod sol. matr. prædium dotale fuit. Et ideo nõ est propriè.
ergo iura quæ dicunt dotem sol. matr. debent intelligi olim do
tem, quia aliquando habuit illam qualitatem. Confirmatur,
quia §. aliquando inst. de vsucap. res furtiua dicitur purgato vi-
tio, licet impropriè. Item l. naturalis. §. 1. in versic. non recipere
velim. ff. de præscr. verb. vbi meum erat datum ex causa muta-
tionis, & tamen meum adhuc dicitur, licet impropriè. Cæterũ
contra communẽ etiam Ripa inducit aliqua argumenta. Pri-
20 mo modo, quia soluto matrimonio, † non verificatur vnum
substantiale dotis. s. quod deseruiat pro oneribus matrimo-
nii, quia filii sunt alendi de hæreditate patris, & nõ de dote mu
lieris, ergo soluto matrimonio non est vera dos. Et est argũ a
cessante causa quia matrimonium, & eius onera sunt causa, vt
dos dicatur l. fi. C. de dona. ante nupt. l. pro oneribus. C. de iure
dot. l. si pr in fi. & l. si serua. ff. de iure dot. Sed finito matrimo-
nio, iura cessant, & ideo succedit regula cessante causa. l. adige
re. § quamuis. ff. de iure patr. Sed respondetur multipliciter. Pri-
mo negatur ꝙ deseruire pro oneribus matrimonij est substan-
tiale dotis. quia est accidentale, quia est proprietas ipsius, & in

multis alijs casibus non posset deseruire. Satis dicitur deseruire pro oneribus, quia maritus intra annum habet fructus dotis l. 1. §. cũque. C. de rei vxor. act. Item respõdetur, quòd quan
21 do cessante † causa idem ius manet, non est vera regula. nam §. 1. instit. de nupt. in vers. in tãtũ, vt etiã dissoluta adoptione idẽ ius manet l. patre furioso ff. de his qui sunt sui, vel al. iur. sicut est in casu nostro. Nam licet cesset causa, tamen idem ius remanet, vt per rubric. & l. 2. inf. eod. & dixi nuper in 3. solutione. Item respondetur, quod argumentum non procedit, quãdo causa requiritur certo tempore determinato, tunc semper effectus remanet licet causa cesset d. l. patre furioso. Et per hoc facit, quòd voluit Io. And. in c. decet de reg. iur. l. b. 6. vbi hr̃ qđ si pater propter numerum filiorum cõsequitur immunitatẽ, licet cessent filij, tamen adhuc consequitur priuilegium. quia illa causa requiritur certo tempore determinato, non omni tempore, vt consuluit Dec. in cons. 24. & probat tex. in l. sciendũ ff. qui satisd. cog. sic in casu nostro requiritur causam adesse certo tpe. s. matrimonij, vt dos dicat l. 6. C. de don. ante nup. Itẽ r̃ndetur regulã cessante cã non procedere, qñ ius est quæsitum alteri, & effectus est consumatus Bar. in l. 2. §. 1. ff. de dona. sed hic ius est q̃situ alteri, & effectus cõsumatus. Itẽ r̃ndetur q argũm non procedit, quia remanent vestigia præcedentis qualitatis, vt per Bar. in d. l. 2. §. fi. col. fi. ff. de don. & in l. 3. ff. rerum amot. & in l. ex duob. ff. de vulg & pup. §. p̃terea insti. quib. mo. solu. ius patriæ potest. §. minima insti. de capitis dimin. sed hic remanent reliquiæ p̃cedentis, qualitatis. s. dos. Item r̃ndetur q
22 ẽt in vidua dr̃ † matrimonium durare l. filijs vidua, & ibi glo. ff. ad Munic. § non tñ in auth. de nupt. & sic cã in totũ non cessat, sed adhuc durat. Item r̃ndetur, q matrimonium † non dr̃
23 amplius esse cã dotis, sed fuisse, post q̃ ɔ̃clum est matrimoniũ, sicut pater non est amplius cã, & de substantia filij nati. Et qñ res deuenit ad casum, a quo incipere non põt, non extinguit, si actus est perfectus l. plurib. §. & si placeat. ff. de verb. obli. Secundo principaliter põt adduci l. post diuortiũ. ff. de iure dot. q̃ loquitur in casu, quo matrimoniũ fuit solutũ diuortio, & iterũ eadẽ mulier cũ eodẽ viro nupserit, dicit tex. tacitã dotẽ reintegrari, ergo tex. probat sol. matrimonio dotẽ non esse, quia rein
24 tegratur. R̃ndet Sal. ibi reintegratur, † quia actio de dote quæ erat nata sol. matr. l. 2. & l. si cõstante. §. 1. J. eo. nõ põt amplius exerceri, l. si mulier. ff. de iure dot. vel reintegrat dos. quia erat penes maritũ. respectu cuius non est opus noua constitutione, vel reintegratur, quia quo ad maritũ nõ erat dos, sed bene quo ad mulierem. Ergo arbitror cõem opinionẽ nullo modo esse verã, quia oĩa iura, q̃ pro ipsa allegantur dicunt dotem esse, sed non dicunt proprie, de quo est nostra qõ. Et iura quæ allegant ɔ̃ cõem, satis improprie ãt ipsam dotẽ soluto matrimonio. Nec põt trahi ad dotẽ proprie dictam. Et ideo distinguo aliquod di
25 ci ꝓprie, † vel improprie fiat dupliciter, vno modo verbaliter, alio mõ substantialiter, tunc dico, q primo modo soluto matrimonio dos proprie dr̃ verbaliter, i. retinet nomen dotis, qa Iurisconsulti sic appellant, quousq; recuperet ab ipsa vxore, & ita dicit Aret. hic & Bar. in l. si cũ dotẽ. §. 1. inf. e. dixit, constante matrimonio, & soluto matrimonio a pari ambulant, sed nõ di
26 xit, q sit proprie dos. Præterea non ne in iure matrimoniũ † dupliciter dr̃ proprie, & improprie, nã improprie dr̃, qñ post mortem mariti lex fingit illud durare in vidua, de quo in l. filij. §. vidua. ff. ad Munic. & l. 1. C. de incolis. & l. exigere. ff. de iudic. in auth. de nupt. §. non tñ, sic & dos ẽt improprie dicitur soluto matrimonio in vidua q̃ improprie dr̃ prius matrimoniũ perse
27 uerare. Sicut ẽt dicimus dotẽ † restitutã improprie dici dotẽ, vt est totus titulus. C. de colla. dotis, qui loquitur in restituta, & improprie dicit. Ideo nõ obstant rõnes inductæ pro cõi opinione. Ad primam r̃ndetur. Non valet cõsequentia, transit cũ sua qualitate, ergo est proprie dotalis, fateor ĩ genere, nego in ſpẽ, q sit proprie dotalis, qualitas prohibitionis alienationis, est ac
28 cidens dotis, † & accidentia põt adesse, & abesse, neq; cñt alterare substantiã, ideo ex eis non infertur de genere ad ſpẽm, vel de vna ſpẽ ad alterã. Ad alia r̃ndetur, q non sequitur dat actio
29 † de dote, ergo est proprie dos, qa petitio hæreditatis dat post q̃ est adita, licet non apprehensã, & tñ hæreditas adita est improprie hæreditas, vt p Alex. in l. 1. §. veteres. ff. de acq. hær. Et verbũ actio de dote accipit large, & improprie, sicut petitio hære
30 ditatis, vt per Ruyn. hic nu. 14. in fi. Non ob. l. † si marito. §. 1. J. eod. quia est impossibile, q ille textus loquatur proprie, ſm q intelligit Bart. s. quod ibi fuerit appositum pactum de dote lucranda: nam si maritus exegit dotem, ita quòd apud eum remaneret, est impossibile quòd sit dos proprie, quia efficit proprium ipsius patrimonium, ergo oportet dicere, quòd soluto matrimonio dicatur dos improprie. Sed replicari potest, q si esset improprie dos, tunc daretur vtilis actio de dote, & nõ directa, argumento eorum quæ dicimus in bonorum possessione, quæ est improprie hæreditas, & tunc datur vtilis, & non directa Barto. in l. 2. ff. de bonorum possess. in l. ex asse. ff. ad Trebell. & sic nunquam daretur directa. Respondetur, quòd actio
31 † de dote regulariter nascitur soluto matrimonio, vt notant communiter in l. si constante in princip. infra eodem, & vtilis actio de dote nõ reperitur, sicut in bonorum possessione, ideo non procedit.

SVMMARIVM.

1 *Mulier habens magnum patrimonium, quod promittit administrari à marito suo an censeatur dedisse in dotem, & nu. 28.*
2 *Maritus nihil lucratur de dote, quæ sibi constituta non est.*
3 *Mulier simpliciter nubendo non videtur dedisse omnia bona sua in dotem.*
4 *Mulier quotuplex patrimonium habeat.*
5 *Corredum in quibus consistat, & quomodo differat a quarta.*
6 *Differentia quæ sit, vtrum bona sint data in dotem, vel in corredum.*
7 *Patrimonium ab hæc respectu mulieris quale sit.*
8 *Mulieris bona in dubio non censentur esse data in dotem.*
9 *Statutum Bononiæ, vt omnia bona mulieris censeantur esse data in dotem.*
10 *Dotem esse datam, probatur per præsumptiones, & coniecturas.*
11 *Maritus præsumitur possidere bona vxoris iure familiaritatis.*
12 *Maritus non potest se intromittere de bonis vxoris, ipsa contradicente.*
13 *Fructus naturales bonorum vxoris spectant ad vxorem.*
14 *Fructus percepti a marito de bonis vxoris, an debeant restitui vxori.*
15 *Affictus, & pensiones dicuntur fructus industriales.*
16 *Maritus tenetur reddere rationem de fructibus perceptis de bonis vxoris.*
17 *Statutum de lucranda dote, habet locum quando nulla constituta dote, promittit bona sua administrari.*
18 *Maritus quando lucratur de dote, vigore statuti, ad arbitrium boni viri.*
19 *Baldus sibi contrarius in quæstione de lucranda dote non constituta.*
20 *Contrahentes matrimonium censentur se conformare consuetudini locorum, & statuti.*
21 *Mulier nubens censetur se conformare cum dispositione statuti, vel consuetudinis.*
22 *Statutum de dote data, quomodo intelligitur de bonis quæ verisimiliter sunt data.*
23 *Verisimile semper censetur dispositum.*
24 *Argumentum a communiter accidentibus est validum.*
25 *Statutum loquens de casu frequentiori expresso, non excludit casum minus frequentem.*
26 *Glos. in l. mulier bona. ff. de iure dot. est communiter reprobata.*
27 *Statutum de lucranda dote per maritum habet etiam locum in dote præsumpta.*
29 *Administratio bonorum, quomodo faciat præsumi bona esse data in dot.*
30 *Dos potest constitui arbitrio boni viri.*
31 *Dos ad arbitrium boni viri quomodo constitui debet.*
32 *Arbitrium circa dotem, sex requisita debet habere.*
33 *Dos quomodo debeat arbitrari vltra legitimam.*
34 *Filia dotata a patre minus, quàm legitima, non potest postea petere supplementum legitimæ.*
35 *Filia qua actione agat pro paragio dotis, siue legitima.*
36 *Mulier censetur dedisse eandem dotem secundo viro, quam dedit primo.*
37 *Pater si secundo collocauit filiam in matrimonium, non facta mentione primæ dotis, an teneatur dare dotem diuersam.*
38 *Dos in sequens matrimonium quando non censeatur repetita.*
39 *Statutum quòd maritus lucretur totam dotem exclusis filijs primi matrimonij valet.*

QVAESTIO SEXTA.

Vtrum stante statuto de lucranda dote per maritum si ipsi nulla facta est dotis constitutio, sed solum bona vxoris administrari permissum est, post mortem vxoris, aliquid lucretur.

SOcin. noster in quæst. præcedente de marito lucrante dotem ex forma statuti procedit distinguendo. Aut loquimur de dote promissa, & tradita, & procedũt quæ dicta sunt in illa quæstione, aut loquimur in dote nõ promissa, nec cõstituta, sed tñ ipsa mulier permisit viro administrare bona sua, & erit quæstio præsens, vtrum maritus lucretur aliquid de istis bonis. Aut loquimur in dote promissa tãtum, sed non tradita, & erit quæstio sequens. Loquendo de dote non promissa, nec constituta. Ista quæstio habet duas partes, vnam, si mulier non adhuc nupserit, aliam, si secũdo nupserit.
1 Circa primam si mulier † non adhuc nupta habens magnum patrimonium, nubit Titio, cui non constituit dotem, sed permittit bona dicti sui patrimonij administrare, & tandem decedit, nullis relictis filiis, vtrum stante statuto, quòd lucretur certam partem dotis, possit lucrari de toto dicto patrimonio, quã quæstionem diffuse tractat Bar. ad partes in 7. q. quæ incipit mulier habens magnum patrimonium. Soci hic nu. 47. Ias. nu. 21.
2 & relati per istos. Communis opinio est, quod maritus † nihil lucratur, & de hac cõi testatur Curt. iun. in cons. 168. num. 4. & huius opinionis auctor fuit Bal. in l. nulla vero nu. 9. C. de iure dot. in l. fi. nu. 5. C. de sent. q̃ sine certa quant. & in auth. res quæ C. commu-

C. communia de leg. col. 3. vers. Quæro nunquid mulier. Sali.
in l. fi. C. de repud. Imol. in l. 1. col. 8. 3. co Castrens. in auth. præ-
terea C. vnde vir, & vxo. Pro qua opinioue inducũtur illę ratio
nis. Prima ratio, matrimoniũ † põt esse sine dote, ergo mulier
simpliciter nubendo nõ videtur dedisse omnia bona sua in do-
tẽ. Antecedens probaĩ per l. fi. C. de don. ante nupt. l. fi. C. de re
pud. auth. præterea C. vñ vir, & vxor. Cõsequens ẽt est verissi-
mũ, qd probat Bar. in d. disput. 7. Alex. in ꝯs. 144. circa primum
col. 1. vol. 5. & hoc ẽt procedit si maritus esset dignus tanta do-
te, vt per Alex. in d. ꝯs. 144. col. 1. & Curt. Iun. in d. cons. 168. nu.
4 4. Consequentia probatur, quia mulier habet † multiplex pa-
trimonium, videlicet sponsalitiam largitatem auth. eo decur-
sum C. de dona. ante nup. & in auth. vt sponsalitia largitas. Itẽ
habet donationem ante nuptias, quę dicitur antiphernal. cum
mulier in princip. C. de donat. ante nupt. Item habet donatio-
nes paraphernas, quæ dantur ab amicis post nuptias post ali-
quos dies secundum mores locorum, dicitur autem a para, qđ
est iuxta, & ferna, quod est dos. Ita dicit Hugo in suo repert. in
ver. dos. Item habet alia paraphernalia, quæcunque sunt extra
dotem, & hoc vocant galli peculium, vt notatur in l. hac lege
C. de pact. conuentis, & l. si ego §. dotis autem ff. de iure do. Itẽ
habet bona ad libellum quæ cum transducit ad domum viri
scribi facit in quodam libello, seu instrumento, vt tempore se-
parationis differãtur d. §. dotis autẽ. Item habet quartam post
mortem viri, vel de iure communi auth. præterea C. vnde vir.
& vxor, vel de iure statutorum, vt Neapoli, in consuetudine
incip. Quartam. Item habet dotem, & corredum, quę in aliquo
5 sunt diuersa. Corredum † enim consistit in rebus mobilibus
& ideo dicitur corredum a corredo, quod est recolligere l. ita
autem in princip. ff. de administr. tut. vel dicitur a corrado cor-
radis, quod est abradere, seu per vsum consumere l. in fundo ff.
de rei vendic. Nam debet reddi sicut extat corrasum, seu di-
minutum l. quicunque ff. de fals. vbi corrasum ponitur pro di-
minutum. Dantur autem huiusmodi bona mobilia pro cor-
redo, vt insimul maritus, & vxor corrodant. i. vtãtur simul ip-
sis, & ideo restituuntur, prout inueterata inueniuntur. Est au-
6 tem differentia, vtrum sint data in dotem, † vel in corredum,
quia si in dotem, res sunt periculo viri l. res in dotem ff. de iure
dot. Sed si vt corredum, non sunt periculo viri, quia simul rodi
7 debent. Item mulier habet patrimoniũ arrhæ † l. mulier. C. de
sponsal. Item habet aliud patrimonium, quando datur extra
dotis causam ad sustentandũ eam l. cum te C. ne vxor pro ma-
rito. Quę bonorũ genera posuit Napodan. in consuetud. Nea-
pol. quæ incipit Si constante in gl. in ver. diminuitur. Tunc de-
ducitur consequentia, mulier habet bona multiplicis generis,
sed nõ cẽsetur dedisse vnũ genus bonorũ, ergo neque alterum
quia nõ est maior rõ de vno, quã de altero genere, cũ matrimo
8 niũ possit esse sine dote, vt dictũ est. Et quod bona † mulieris in
dubio non censeãtur esse data in dotem, habes textũ in auth.
preterea C. vnde vir, & vxor, vbi matrimoniũ fuit sine dote, &
vxor erat diues, verba sunt textus, ergo diuitiæ vxoris non prę-
sumantur datæ in dotem, idem habes in §. si quis. n. & §. seq. in
auth. de nupt. & in l. fi. C. de repud. Alex. ĩ ꝯs. 142. vol. 7. Castrẽs.
in cons. 60. vol. 2. Dec. in cons. 521. nu. 11. Roman. in cons. 44. in-
cip. Ex supra narrato themate Vrsilli ad decis. Afflict. 44. sub
nume. 4. qui multa allegat, quæ inuenire non potui. Imò etiam
si maritus teneret, & possideret bona mulieris, & fructus per-
cepisset etiam per decennium sciente, & patiente muliere, nõ
videtur dedisse in dotẽ, quia agitur de magno pręiudicio mu-
lieris, saltem in casu statuti, vt muliere pręde cedente, maritus
lucretur partem dotis, vt concludit Bart. in d. sua disputatione,
& ista est doctrina Alexand. in cons. 122. num. 12. vol. 7. & in d.
consi. 142. eodem volum. Quę non est vera si extaret statutum
9 in loco, vt omnia bona mulieris censeantur esse data † in do-
tem, prout est Bononiæ, de quo per Marsil. singul. 588. Vel vbi
mulier promitteret marito disponere de omnibus dictis eius
bonis, tunc præsumeretur dedisse in dotem, vt consuluit Go-
10 zadin num. 35. circa primum. num. 20. quia dos † probatur per
præsumptiones, & coniecturas, prout est gloss. notabilis in l. cũ
cita in versi. probanti. C. de iure dot. & ibi Bald. quam extol-
lit Marsil. in singulari 442. nume. 2. Licet si dedisset in dotem
omnia bona sua marito indigno, põt restitui, vt docet Cagnol.
in l. 2. nu. 62. C. de rescind. vendit. Secundò principaliter, quia
11 maritus † pręsumitur possidere bona vxoris iure familiaritatis,
ergo in dubio non præsumuntur data in dotem, consequen-
tia tenet, quia isti sunt tituli cõtrarij, vt quis possideat nomine
proprio, & sic titulo dotis, & nomine alieno. Antecedens pro-
batur per textum in l. qui iure familiaritatis ff. de acqui. possess.
vbi inter matrem, & filium, & alios cõsanguineos præsumitur
possessio potius iure familiaritatis, & sic nomine alieno, non
proprio, & ibi Alex. & Castrens. in terminis de possessione vxo-
ris, & mariti bonorum iure familiaritatis. Et in terminis consul
uit Soc. in cons. 131. vol. 1. Tertiò principaliter. Quia talia bona
sunt in dominio mulieris, ergo maritus non potest se de eis in
tromittere vxore cõtradicente. Nam etiam si essent parapher-
nalia, seu loco paraphernalium sunt in dominio mulieris l. si
ego §. dotis ff. de iure dotium l. fi. C. de pac. conuentis. Et mari-
12 tus † põt de illis se intromittere vxore contradicente l. hac lege
C. de pact. conuent. Item potest vxor illa bona vendicare apud
quemcunque sint, etiam constante matrimonio, etiam si ma-
ritus non vergat ad inopiam Bal. in l. vbi adhuc nu. . . . C. de iu-
13 re do. Item fructus naturales † qui percipiuntur ex talibus bo-
nis spectant ad vxorem, saltem quando vxor non vult virũ frui
illis bonis, vt notat gl. in d. l. vbi adhuc in ver. ad sustentationem
& ibi Doct. C. de iure dot. & in d. l. fi. in ver. circa C. de pact. cõ-
uent. & not. in l. pen. in princip. secundum vnum intellectum,
quẽ ibi ponit Bar. ff. ad l. Falc. & no. Bal. in l. si viua matre C. de
14 bo. matern. Et in isto casu in materia fructuũ † perceptorũ no
ta, aut isti fructus pcepti sunt à marito ꝯ voluntatẽ vxoris, aut cũ
eius volũtate. Primo casu debentur ẽt si sunt consumpti, vt di-
cit Bar. in d. l. penult. in prin. ff. ad l. Falcid. per textũ in l. de his
C. de donat. inter virũ, & vxor. Si verò de voluntate mulieris,
aut sunt fructus industriales, & spectant ad virũ, vt d. l. fin. & ibi
gl. C. de pac. ꝯuẽt. Aut sunt fructus naturales, & tũc aut magni
& consumpti sunt, & tenetur maritus l. quatenus locupletior
effectus est §. primo. ff. de donatio. inter virum, & vxor. Aut
sunt parui, & non tenetur l. si id quod §. 1. & l. verum eod. tit. Et
quod dicitur de fructibus naturalibus magni valoris, idem est
15 de affictibus, & † pensionibus, qui sunt fructus industriales Bal.
in d. l. vbi adhuc C. de iure dot. Alexand. in d. cons. 144. num. 7.
vol. 5. Et in materia istorum fructuum est decisio Afflict. 44.
quam vide, & Iaso. in consilio 197. volum. 2. Et quod de istis
16 fructibus † ipse maritus tenetur reddere rationem administra-
tionis, vt negotiorum gestor. Bald. in l. assiduis num. 17. C. qui
pot. in pig. hab. Contraria opinio reputatur verior, s. quod statu
17 tũ † de lucranda dote per maritũ post mortem vxoris sine filijs
habeat locum in casu quo mulier, quę primo loco nupsit, nul-
lam constituisset dotem, sed promisit bona sua administra-
ri a viro. Verum ista dispositio, non intelligitur simpliciter de
toto patrimonio ipsius mulieris, sed arbitrio boni viri, vnde
18 constituta † dote arbitrio boni viri, ipse maritus de dote sic cõ-
stituta lucretur partẽ, prout in statuto. Hãc opinionẽ sic firma
uit Bal. in consulendo, in cõs. 98. vol. 2. secundum veterem im-
pressionẽ, vel in cons. 102. vol. 4. secundum nouam impressio-
nẽ, q̃ cõsilium incipit. Mulierem, licet sit sibi cõtrarius † in le-
19 cturis, vt allegaui pro altera opinione. Hanc opinionẽ Bald. se-
quutus est Alex. in ꝯs. 144. vol. 5. & d. cõs. 122. & 142. vol. 7. Soc.
Iun. consuluit in cons. 8. vol. 2. Iat. hic nu. 31. Et secundum hãc
opinionem fuit iudicatum, vt testatur Iacobin. de Santo Geor-
gio in l. mulier bona ff. de iure do. Cuius opinionis ista possunt
esse fundamenta. Primò vbi viget statutum de lucranda da-
te, in illo loco præsupponitur esse consuetudo nubendi cum
dote, sed vbi viget talis consuetudo contrahentes censentur
20 † se conformare consuetudini, late Curt. Iun. in consil. 171.
nume. 2. ergo vbi viget talis consuetudo contrahentes intelli-
guntur contraxisse cum dote. Hoc argumentum dicitur coa
ceruatio, vt dixi in methodo, & quia constat ex propositioni-
bus necessarijs, est necessarium, & vtitur Gloss. Parisiens. in cõ-
suetud. Paris. §. 135. & Bald. in d. consilio 102. licet sub diuersa
21 forma. Confirmatur, quia mulier † nubens, censetur se con-
formare cum dispositione statuti, & consuetudinis loci. Ber-
trand. in l. hac edictali nu. 20 & 21. C. de sec. nup. & facit quę
scribit Dec. in cons. 195. nu. 2. Secundò statutum hoc loquitur
22 in dote, ergo loquitur de bonis † quę verisimiliter sunt in dotẽ
data. Probatur consequens. Primo quia militat eadẽ ratio tam
in dote constituta, quã in bonis vxoris nullam dotem consti-
tuentis, quorum bonorum administrationem dederit marito
scilicet propter onera matrimonij. Nam si fructus dotis deser-
uiunt propter onera matrimonij, l. dotis fructus ff. de iure dot.
vt dixi supra & administratio permittitur pro ipsis fructibus, er
go semper habeĩ respectus ad onera matrimonij. Itẽ si ista ra-
tio identitatis rationis nõ esset vera, saltem esset verisimilis, &
23 stante quacunque verisimilitudine † semper censeri debet di-
spositum, glo. est ad hoc singularis, & communiter approba-
ta in l. tale pactum § fin. & ibi tradunt omnes ff. de pact. Tertiũ
24 argumẽtum † potest deduci a communiter accidentibus l. cer-
ti conditio §. si nũmos cũ ibi traditis per Bar. ff. si cert. pet. gl. in
c. literas de despõsat. impub. cum similibus, sed in matrimonijs
communiter solent constitui dotes, ergo statutum de dote cõ
prehendit, quæ communiter fiunt. Et hic aduertite, quia si sta-
tutum loquitur de dote simpliciter dicta argumenta fortius
stringunt, quia sic loquitur in genere, sub quo genere com-
prehendi debet tam species expressa, quam species ad quam
se contrahentes conformauerint de cõsuetudine, vt dixi, & sic
ex ui comprehensionis, vt dixi in l. 1. ff. de verb. obl. in princip.
25 si verò loqueretur de dote constituta verbis expressis, † sic de
casu frequentiori, non per hoc adiecto statuto excluderet ca-
sus minus frequens in quo militet eadem ratio saltem verisi-

milis. glo. est singularis in clem. 1. de rescript. in ver. præsidentes in fine, & ibi notant Doct. & hoc argumento vtitur Alexã. in cons. 65. prope finem lib. 6. & sic ex vi extensionis ad [illegible] habentẽ eandẽ rationem. Et hãc opinionem sequitur Alex. in
26 cons. 46. nu. [illegible] vol. 1. per glo. in l. mulier † bona ff. de iure dot. quã omnes communiter reprobant, sed est mirabile, quia illa glo. in libro meo loqtur authoritate Ciceronis, & Bart. in d. q. 7. nu. 15. dicit eã loqui authoritate Aristotelis, & tota Doctorũ caterua dicũt auctoritate Aristotelis. Et forte aut nullus vidit, aut est falsus codex meus, esse igitur communiter reprobatã dicit Alex. in d. cons. 142. nu. 2. vol. 7. Curt. Iun. in d. cons. 168. nu. 4. & Dec. ibid.
27 & in l. si constante ins. eo. Et quod statutum † de lucranda dote per maritum habeat locum non solum in dote data, sed etiam in dote præsumpta, vt in casu quo permitterentur bona vxoris administrari a marito scribit Avmo in tract. de antiquit. part. 4. § videmus nu. 42. vsque ad 45. qui miratur quomodo Io. Cornens. in cons. 254. volum. 1. & [illegible] in cons. 50. volum. 1. teneant [illegible], sed ipse dicit dicta consilia loqui in dote putatiua, & eorum rationibus posse responderi per fundamenta
28 Soci. Iunioris in d. cons. 8. volum. 2. Sed Bart. † in d. quæst. 7. nume. 15. versicu. secundo casu quando nunquam fuerunt in dotem data, &c. tenet quod non præsumantur data in dotem, ideo resoluenda sunt eius fundamẽta. Allegat l. si. C. de donat. & §. si quis enim ver. & si mulier. Vbi si mulier fuit accepta simpliciter non conscriptis dotalibus instrumentis, & habebat propria bona, ea non censentur dotalia, sed forte volebat allegare tit. C. de repudijs, quia non est in ti. C. de diuortijs. Sed ista
29 non obstant, quia administratio † est quid facti, de qua cum [illegible] dicatur in d. [illegible] non præsumitur, quia facta nõ præsumuntur l. in bello § factæ ff. de capt. At in casu nostro presupponitur bonorum vxoris administrationem esse datam viro, & ideo vltra contractum matrimonij processum est vlterius, propterea ex hoc facto, presertim in locis vbi matrimonia non contrahuntur sine dotibus, [illegible] pro dotis cõstitutæ. Sed in quantum dicebam pro ista [illegible] opinione, quod
30 potest † [illegible] bonis viri ob [illegible] dotem promittere secundum [illegible] lectum [illegible] quod dos non potest [illegible] vir. Qui [illegible] quod textus hoc non dicit, sed iste intellectus [illegible] textu. Immo [illegible] post § gener. ff. de iure dot. dicit [illegible] arbitrio boni viri. Sed tenendo quod [illegible] non perficitur [illegible] arbitrium. Dist. [illegible] est secundum Azonẽ in d. [illegible] dotem certe [illegible] contra. Aut [illegible] alieno arbitrio [illegible] per pactum [illegible] primo modo non valet, cum duo spe[illegible] non concurrunt. [illegible] ex pacto [illegible] arbitrio alterius, & ita procedit [illegible] promissio [illegible] stipulatio. Secundo modo valet, quia interueniente stipulatione [illegible] dote [illegible] & [illegible] ipse [illegible] sicut in d. § [illegible] stipulatus [illegible]. Item [illegible] quod in casu nostro interuenerit [illegible] donationem [illegible] marito, [illegible] quatenus non vestiretur [illegible] traditione. Et in quantũ
31 dicimus dotem † posse [illegible] non viri. Aduertendum [illegible] fit consideratis facultatibus, & dignitatibus [illegible] ff. de iure dot. l. cum post [illegible] ff. eod. & [illegible] considerari [illegible] l. filiæ. de leg. [illegible] arbitrarium, [illegible]. Alliat. in consil. in aliquibus num. 52. [illegible] ad congruam [illegible] arbitrandam [illegible] requisita, scilicet, facultates [illegible] dignitatem parentis, [illegible] & [illegible] patriæ consuetudinem. Et licet si non reperiret virum condignum, dos † debet ascendere [illegible] legitimam, & ita est casus decisus per Afflict. [illegible] non obstante [illegible] 22. Dec. quem vide, & pro hoc [illegible] dotem [illegible] ita legum [illegible] siue quantum ad [illegible] videte [illegible] dentes ad cõsuetudinem Neapolit. [illegible] verbo Paragium [illegible] paragium [illegible] & [illegible]
32
33
34 [illegible] quid si pater † dotem dederit minus [illegible] non possit plus petere [illegible] modo [illegible]
35 [illegible] addentes latissime [illegible] actione [illegible] agat pro paragio [illegible] dote [illegible] Afflict. ad d. [illegible] quas [illegible] nõ pertinet [illegible] vera, quod mulier quæ nubit primo [illegible] donationem [illegible] administrari [illegible] dedisse illi dote in arbitrio boni viri, de [illegible] maritus lucratur partem vigore statuti. Ampliatur
36 tanto [illegible] procedere, si eadem mulier † secundo nuberet, quia tunc præsumptione iuris censetur dedisse eandem dotem secũdo viro quã dedit primo, casus est in l. dotẽ ff. de iure do. quem pro singulari notat Petr. de Rauenn. in singular. 128. [illegible] de eodẽ sit textus in l. cum [illegible] ff. de iure dot. quẽ [illegible]

ponderat Marsil. singular. 588. Et ita tenet Cyn. in authen. sed quamuis. q. 3. C. de rei vxor. act. per illum textum, quod intellige tam in muliere vidua promittente dotem per d. l. dotẽ in 1. ff. de iure dot. quã in extraneo l. cũ maritus §. Titius ff. de pact. dotal. Glo. in d. l. dotẽ tenet idem in dictis casibus, & ibi Bal. & Iacob. de Santo Georgio. Salic. in d. auth. quamuis. q. 3. C. de rei vxor. act. Castrens. in l. si mulier diuerterit infra eodem in versi. reintegrato. & versi. sed quæro. Omnes allegant Barto. in d. quęst. 7. nu. 15. vers. primo casu. Et pro hac parte consuluit Soc. Sen. in cons. 70. vol. 4. Et est casus decisus per Boer. in decis.
37 137. vbi etiam quid si pater † in secundis nuptijs promisit mille non facta mentione primæ dotis, an ipsa filia secundo nubẽs debeat habere tam primam dotem, quæ ex lege sibi debetur, ac etiam alia mille per patrem promissæ, qui casus tangitur a Guidone Papa decis. 375. sed dicit partes concordasse, & non fuisse decisum, sed Boerius dicit fuisse decisum contra filiam, quia semper prima dos minor censetur comprehensa sub secunda per d. l. dotem, & d. authen. sed quamuis. Limitatur ista ampliatio, vt non procedat, quando ex primo matrimonio ex-
38 tarent filij, quia tunc dos † in sequens matrimonium non videtur repetita simpliciter, sed ita demum, vt vir non lucretur, nisi quãtum lucrari potest vnus ex filijs primi matrimonij, vt l. hac edictali C. de secund. nupt. Est opinio Bartol. in d. quæstio. 7. nu. 15. vers. aut ex primo matrimonio, & est magis cõmunis, vt testatur Caccher. in decis. 21. nu. 22. & ij sum sequuntur Campeg. in trac. de dote parte 1. q. 39. Alex. in d. cons. 144. n. 4. vol. 5. & d. cons. 122. num. 9. vol. 7. Aret. in §. fuerat. col. 16. inst. it. de act. Curt. Sen. in consil. 79. colum. 3. Soci. in consil. 35. num. 4. volum. 4. alios Doct. cumulat Dec. in authen. preterea num. 7. C. vnde vir, & vxor. Vbi quod ista non procederent quando statutũ loqueretur cum derogatione d. l. hac edictali, sicut extat
39 statutum Florentiæ, quod maritus † lucretur totam dotem exclusis filij primi matrimonij, quia tale statutum valet, vt dicit Bald. & Salic. in d. l. hac edictali, & Castrens. dicit fuisse factũ, vt viduæ inuenirent maritos, & de hac quæstione vide ibi

SVMMARIVM.

1 *In stipulatione idem est promittere, & dare.*
2 *In penalibus idem est dare, & promittere.*
3 *Statutum de dote data locum habet in promissa.*
4 *Soluere, & promittere paria sunt.*
5 *Dos promissa, an dicatur dos vera.*
6 *Filia veniens ad successionem debet conferre etiam dotem promissam.*
7 *Dos dicitur etiam sine traditione.*
8 *Mulier dicitur habere veram dotem, si habuit illius promissionem.*
9 *Argumentum de pacto ad statutum est validum.*
10 *Pactum de lucranda dote habet locum in dote promissa, & nu. 55.*
11 *Stipulatio de dote data, habet locum in promissa.*
12 *Dos data, & promissa habent eandem rationem.*
13 *Statuti ratio de lucro dotis est propter onera matrimonij secundum communem.*
14 *Statutum de dote data locum habet in promissa,*
15 *Mulier excluditur a successione feudi si habuit promissionem dotis.*
16 *Statutum de dote data, non habere locum in promissa, qui teneant.*
17 *Statutum de dote data non habet locum in dote confessata.*
18 *Mulier tantam debet habere donationem propter nuptias, quantam dotem dedit.*
19 *Dos data, & promissa quomodo differant.*
20 *Dispositio loquens de marito habet locum in vxore, & econtra.*
21 *Statuta odiosa, & correctoria iuris communis, non recipiunt interpretationem de iure communi.*
22 *Statutum de lucranda dote est exorbitans, & contra ius commune.*
23 *Statutum contra ius commune satis est, vt verificetur in vno.*
24 *Extensio non est licita in correctoriis, etiam ex eadem ratione.*
25 *§. fin. in auth. de non elig. 2. nub. quomodo inducatur.*
26 *Principium est illud quod nihil habet ante se.*
27 *Dotis principium est, quando est numerata.*
28 *Dos data, & promissa, vt habent diuersam rationem.*
29 *Dotis datæ fructus spectant ad maritum, promissæ autem ad vxorem.*
30 *Maritus potest donare vxori fructus dotis promissæ.*
31 *Dos iure ff. an incipiebat a traditione.*
32 *Dotis contractus quomodo traditione perficiatur.*
33 *Contractus dotis perficitur solo consensu, & promissione.*
34 *Mulier consequitur donationem propter nuptias iuxta dotem datam.*
35 *Mulier lucratur totam donationem propter nuptias sibi promissam si non promiserit dotem.*
36 *Dos data, & dos promissa, vt species comprehenduntur sub dote simpliciter, vt suo genere.*
37 *Promissio dotis ordinatur ad traditionem, ideo est vera dos.*
38 *Datio que respicit factum, vt non differat ab eo.*
39 *Dos promissa quando dicatur vera dos.*
40 *Promissio quando habetur pro solutione.*
41 *Dos debet haberi pro soluta ad damnum morosi.*

Vxor

42 Vxor quando lucretur donationem propter nuptias, etiam dote non exacta per maritum.
43 Mulier debet imputari. si fecit tamen suum posse maritus, & non potuit exigere dotem.
44 Dos habetur pro tradita, quando datum est nomen insolutum.
45 Statutum de lucro dotis datæ, quo casu habeat locũ etiã quòd nõ sit soluta.
46 Dos promissa vbi est de consuetudine est vera dos.
47 Statutum debet intelligi secundum communem vsum loquendi.
48 Vsus loquendi communis debet vigere tempore statuti.
49 Usus qui est hodie non præsumitur fuisse olim.
50 Promissum, & datum cur non sit idem in dote.
51 Dos promissa dicitur impropriè, & numero 53.
52 Donatio incipiens a promissione dicitur pactum de donando.
54 L. cum post. §. sed his ff. de administ. tut. intelligentia.
56 L. si ex morte C. de pact. conuent. intelligentia.
57 Argumentum de dote data ad dotem promissam quomodo valeat.
58 Dotis data, & promissa an sit eadem ratio.

QVAESTIO SEPTIMA.

Statutum de lucranda dote data, an habeat locum in promissa.

SVccedit altera quęstio, vtrum statutum de lucranda dote data habeat locum in dote promissa, sed non tradita. Socin. hic nume. 48. & 49. declarata quãdo statutum simpliciter loquitur de dote, deinde num. 51. ad 55. scribit, quando loqueretur de dote data. Nos mouemus quæstionem super statuto de lucrãda dote data, an habeat locum in promissa, ex qua apparebit resolutio, quando loquatur simpliciter de dote. In hac quæstione disputatur primo quę sit communis opinio, quia gl. in l. 1. §. accedit in ver. fecerit C. de rei vxor. act. tenet quòd in stipula-
1 tione, † vbi sit stricta interpretatio, idem est promittere, & dare dotem, propterea idem dicendum sit in statuto, vbi sit stricta interpretatio, & hanc glossam sequuntur ibi communiter scribentes Barto. & cæteri. Et Alex. in consil. 63. num. 26. vol. 4. dicit hanc opinionem esse magis veram. Gabriel Sara in addit. ad sing. 73. Mathesil. nu. 3. versic. & ita contra Bart. tenẽt communiter Doct. Caccher. decis. 21. num. 5. in fine dicit esse communem. Sed Roland. in tract. de dote, q. 6. nume. 3. dicit, quòd altera pars est cõmunis, s. quod statutum loquens de dote data, non habeat locum in dote promissa, loquamur primo de communi affirmatiua, scilicet quod habeat locum. Cuius fundamẽta sunt ista. Primò text. in l. iubemus il 2. §. sane C. de sacros. eccl. vbi emens rem ecclesiasticam ꝯtra legem, restituit
2 rem cum fructibus, † & perdit prætium datum, & licet text. ibi loquatur de pretio dato, Accurs. ibi dicit, idem est de pretio promisso, & nõ soluto; ergo idem videtur dicendum in casu nostro, vt statutum loquẽs de dote data, habeat locum in promissa. Secundo tex. in l. fin. & ibi gl. in verbo dederit. C. de dot. promiss. vbi textus dicit dederit, glossa exponit. i. dare promi-
3 serit, vbi Bal. notat illam glossam facere † ad statutum loquẽs de dote data, vt habeat locum in dote promissa. Tertio quia
4 paria sunt promittere, & soluere † l. fi. C. ad l. Falcid. l. si patronus ff. de donat. Alex. in l. si filius in fine ff. si cert. pet. & in cõsi. 220. colum. 3. volum. 2. & quando quis promittit aliquid facere tenetur eius hæres adimplere, Alexan. in cõs. 106. col. 9. vol. 3. Quarto. Dos vera est illa quæ comprehenditur sub statuto
5 loquẽte de lucro dotis, sed dos promissa, † licet non adhuc soluta est dos vera, ergo dos promissa licet non adhuc soluta cõprehẽditur sub statuto de dote. Minor probatur per textum in l. 1. 2. & 3. C. de dot. promiss. vbi dos dicitur etiam illa, quæ promissa, vel pollicita est. Idem habetur in l. 1. ff. de collatione dotis. & in l. filię dotem, & in auth. quod locum C. de collat. Vbi
6 filia † ad successionem veniẽs vna cum fratribus ex dispositione iuris, debet conferre dotem non solum datam, sed etiam promissam, & per hæc iura ita tenet Angel. in cons. 170. col. 1.
7 & 2. Item per text. in l. de diuisione inf. eod. vbi dos † sine traditione dicitur dos, quem textum ꝑ̃õderat ibi Soc. pro ista par-
8 te. Itẽ l. cum post §. sed his ff. de admin. tu. tut. vbi mulier † dicitur habere dotem veram, si eius maritus habuit promissionem dotis. Et hunc textum pro hac parte allegat Salic. in l. si constante col. 2. C. de donat. ante nupt. Quinto valet argumẽ-
9 tũ † de pacto ad statutum. gl. in rubr. C. de decret. decur. lib. 10. & l. 2 C. quæ sit lõga cõsuetud. Bart. in l. non impossibile ff. de
10 pact. Loffred. in cons. 38 nu. 31. Sed pactum † de lucranda dote, habet locum in dote promissa l. si mulier, & ibi gloss. ff. de condit. instit. & ibi notant ad hoc Bald. Angel. & Castrens. ergo statutum de lucranda dote habet locum in dote promissa non adhuc soluta. Confirmatur, & in hoc pondero contrarietatem Socini vestri, quia hic nume. 52. facit differentiam si statutum loquatur simpliciter de dote, an verò loquatur de dote data, sed in cons. 35. num. 16. vol. 1. dicit quæ dicuntur a statuto simpliciter loquente de dote eadem sunt, si loquatur de dote data, Vnde infert, quod quæ dicuntur de dote data habent locum in dote promissa ibid. num. 5. ver. sed tamen hoc non obstante. vsque ad 17. Item confirmatur per textum in l. ex mor-
11 te in fine, C. de pact. conuent. vbi † stipulatio de dote data habet locum in promissa, in ver. oblationis, id est dationis, vt in gl. vel promissionis. Sextò, vbi viget eadem ratio, &c. sed ea-
12 dem ratio † statuti militat tam in dote data, quam in promissa, ergo statutum loquens de dote data habet locum in promissa. Minor probatur nam ratio huius statuti de lucro dotis ad beneficium mariti, est propter onera matrimonij, secundũ
13 magis † communem opinionem de qua testatur Soc. vester hic nu. 52. Sed maiora onera sustinet maritus cui fuit promissa dos, sed non soluta, ergo non solum ab eadem, sed etiam a maioritate rationis licita est extensio. clem. 1. cum gl. de elect. tex. in l. filium habeo, ff. ad Macedon. Et hoc est argumentum Castrens. in l. si donaturus, §. fin. ff. de don. ob caus. Socin. hic nu. 52. Ruyn. hic nu. 97. Et hanc opinionem sequuntur Ruyn. in cons. 223. num. 7. vol. 1. qui allegat Bart. ita consuluisse, vbi
14 statutum † loquens de dote data, locum sibi vendicat in promissa, & in cons. 224. nu. 5. vol. 7. & cons. 151. vol. 6. & 61. vol. 2. & 132. vol. 2. Angel. in cons. 180. Calcan. in cons. 31. nu. 17. & 29. Cuman. in cons. 106. Abb. in cons. 47. venio ad secundum vol. 1. quos refert, & sequitur Curt. iun. in cons. 4. nu. 17. Soc. in cons. 80. nu. 27. vol. 4. Paris. in consil. 24. nu. 1. vol. 3. Eandem sequitur Salyc. in l. si constante num. 4. C. de donat. ante nupt. Carolus de Tocco glossator in Longobarda, de ea quæ sine auctoritate mundualdi ad virum ambulauerit l. fi. Andr. in c.
15 1. de nat. success. feud. quod ita excluditur mulier † a successione feudi si habuit a fratre promissionem dotis non solutæ sicut si fuisset dotata, & ibi Affl. c. nu. 79. Idem Afflict. in constitutione Regni. Licentiam nu. 6. Tiraquell. de retract. conuent. in ver. fin. nu. 31. & plur. seq. & in l. si vnquam in ver. donatione largitus nu. 170. C. de reuoc. donat. & in legibus connub. in ver. contrecter in glos. 3. nu. 55. Contrariam verò par-
16 tem, scilicet, quod statutum † loquens de dote data, non habeat locũ in dote promissa tenet Bart. in l. iubemus §. sanè, C. de sacros. eccl. Quã opinionẽ sequuntur ibi Castr. in l. si mariti §. 1. inf. eod. & in l. fi. C. ad l. Falcid. & in l. si mulier in princ. ff. de condit. instit. Aret. in rubrica nostra col. pen. Bald. in l. fin. col. 2. ver. ego consului C. de dot. promiss. Ruy. in rubr. nostra num. 98. Socin. in l. de diuisione num. 1. inf. eod. Cagnol. in l. 2. num. 20. C. de pact. inter emp. & vẽdit. Consuluerunt pro hac opinione Bald. in cons. 324. vol. 4. vbi dicit, quòd soluto matrimonio vir lucretur quartam partem dotis vxori suæ a quocũ-
17 que fuerit data, tale statutum non habet it † locũ in dote confessata, quia aliud est dos data, aliud est confessata, vt not. in simili in l. assiduis C. qui pot. in pig. hab. & in cõs. 477. in fine vol. 4. Ruyn. in cõs. 197. num. 5. & 9. dicens Bartolum communiter reprobari. & cõsil. 225. nume. 1. & 2. vol. 1. & cõsi. 56. nume. 2. volum. 5. & ita sibi ꝯtrarius. Tiraquell. etiam sibi cõtrarius de retract. conuent a nume. 41. vsque ad 60. Et secundum istam opinionem fuit decisum pluries in diuersis tribunalibus. Guido Papa decis. 274. num. 2. qui se remittit ad Barto. in d. l. iubemus Boer. decis. 22. colu. 5. Capyc. decis. 179 Hanc opinionem testatur Alex. in l. si donaturus §. 1. ff. de condit. caus. data, Roland. in d. q. 5. num. 4. dicit magis comunem, sed in veritate numerando doctores sunt multò plures pro illa opinione, & Alexandr. qui dicit communem, tamen in cons. 63. nume. 26. vol. 4. dicit illam primam esse magis veram, & ideo debet numerari in illa parte. Nos autem, quia hanc negatiuam insectamur, pro ea sic argumentamur. Prima ratio est Bartoli in d. l. iubemus §. sanè, & in cons. 132. num. 1. in fine volum. 1. Nam
18 de iure communi mulier † tantam debet habere donationẽ propter nuptias quãtam dotem dedit, auth. dos data C. de donat. propter nuptias, vnde si plus promisit, & minus dedit, largitatem ipsam cõsequi debet iuxta data, & non iuxta promissa §. fi. & ibi glos. in ver. professa in auth. de non elig. 2. nub. Ergo statutum de lucro dotis faciendo per maritum post mortẽ vxoris de dote promissa, potest probari consequentia quia statuta recipiunt interpretationem de iure communi l. si seruus vestri C. de noxal. & ibi Bald. & gloss. in §. in computatione in gl. fi. C. de iure delib. vbi Bald. & cæteri. Et si diceretur quòd d. §. fi. loquitur de muliere lucratura, nos autem de marito lucra-
19 turo, Replicari potest, quòd quælibet dispositio † loquens de marito habet locum in vxore, & econtra, prout diffuse tractat hunc articulum Ias. in l. si a num. 14. infra. C. de indict. vid. toll. Sed hoc argumẽtum Bartoli nõ me mouet, vt nos debeamus sequi eius opinionem. Nam ille textus procedit de iure communi, secus est in statuto odioso, Nam statuta † odiosa, & correctoria iuris communis, non aliter recipiunt interpretationẽ de iure communi. Bal. in l. maximum vitium num. 14. vers. vlterius quęritur C. de lib. præterit. Alex. in cons. 227. vol. 6. Soci. in cons. 89. num. 19. vol. 4. Dec. in l. 1. in 2. lect. nume. 14. C. qui admitti.

admitti. Cotta in suis memorial. in ver. statutum. Neuizan. in
cons. 95. nu. 18. Gozadin. in consil. 19. nu. 19 & cons. 59. nu. 20.
Socin. iun. in consil. 73. in fine vol. 3. Menoch. in consil. 65. nu.
57. & consil. 88. nu. 30. vol. 1. qui dicit esse magis communem
22 opinionem. Quod autem hoc statutum † de lucranda dote sit
contra ius commune, & exorbitans probatur. Quia est contra
l. hac edict. C. de sec. nupt. Item quia ex ea tollitur mulieri li-
bera facultas disponendi, de rebus suis, contra text. in l. in re
mandata, C. mandati, §. disponat in auth. de nupt. licet Alex.
in consil. 101. nu. 15. & 16. vol. 3. aliter sentiat hanc rationem.
Item quia priuantur succedentes ab intestato ipsi mulieri l. 1.
C. vnde vir, & vxor. Alex. in cons. 112. nu. 9. vol. 7. Curt. in cons.
70. col. 6. Paris. in cons. 13. nu. 4. vol. 3. Et ideo dicebat Roman.
in cons. 199. col. 2. vers. Nunc considerata constitutione, sat est
23 si statutum † duo operari potest contra ius commune in alte-
ro sortiatur effectum, vt minus lædat ius commune. & sequi-
tur Grat. responso 46 nu. 6. & 7. vol. 1. Et pro hoc est text. in l.
quod verò contra, & l. seq. ff. de leg. vbi recepta contra ratio-
nem iuris non sunt producenda in consequentiam. Et in cor-
24 rectorijs † ex eadem ratione non est licita extensio l. præcipi-
mus, C. de appellat. l. si verò, §. de viro infra eo. Per quæ respon
detur ad doctrinam Ias. in d. l. 1. C. de indict. vid. toll. quod lo-
quatur de dispositione fauorabili non autem odiosa. Bart. in-
25 ducit textum in d. §. fi. alio modo scilicet, † quòd si mulier do
tem promiserit marito, & non soluerit, maritus autem dona-
tionem propter nuptias promisit vxori, & tradidit, facto pa-
cto hinc inde de dote, & donatione propter nuptias lucranda
per mortem alterius, hoc casu soluto matrimonio per mor-
tem viri, vxor non lucratur donationem propter nuptias vigo
re pacti, hac ratione, quia si ipsa fuisset præmortua, maritus
non potuisset lucrari dotem promissam, quia soluta non erat
propter æqualitatem. Nam textus ibi dixit, hoc esse introdu-
ctum propter æqualitatem seruandam, quod quidem nihil
aliud significat, nisi, quia maritus non potuisset lucrari dotem
promissam, ea præmortua, ergo nec ipsa mulier moriente vi-
ro potuisset donationem propter nuptias lucrari Bar. in d. l. iu
bemus in 2. §. sane. C. de sacros. eccles. dicit quòd in d. §. fi. erat
factum pactum de lucranda dote data, sed hoc est diuinare,
quia textus simpliciter loquitur de lucranda dote, & propter
nuptias donatione, vnde addere verbum data, est facere pro-
phetam, & non iurisconsultum. Ego autem moueor ad sic te-
26 nendum per alias rationes. Secunda ratio principium † est il-
lud, quod nihil habet ante se, Bal. in rubr. C. de ser. fugit. notat
Bart. in l. qui duos per illum textum ff. de reb. dub. sed mulier
27 cum habet dotem numeratam, tunc incipit † esse dotata l. Ti-
tio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonstr. in vers.
constante, ergo mulier antequam habeat dotem numeratam
non erat dotata, Confirmatur argumentum per d. §. Titio ge-
nero in vers. si post. &c. quoniam in dotem solutio conueni-
tur, &c. ergo ante solutionem non erat dos. Confirmatur per
textum in l. pen. ff. de iure dot. in vers. Spe futuræ dotis, quem
vers. notant Doct. de dote promissa, Ergo non est adhuc dos,
quia conditio nihil ponit in esse. Nec valet solutio distinguen
tium, aut loquimur quò ad effectum constitutionis, & proce-
dit conclusio, aut quò ad effectum repetitionis, & procedit ar
gumentum. Quia tunc posset dari casus in quo dos esset con-
stituta, & non posset repeti. Item si procedit quo ad repetitio-
nem, ergo dos erat constituta, ergo non opus erat verbo inci-
pit, nec verbo spe futuræ dotis. Tertiò statutum loquens de
vno casu non comprehendit, neque extenditur ad alterum
quotiescunque est diuersa ratio substantialis inter vtrunque,
28 sed inter dotem † datam, & dotem promissam est diuersa ra-
tio substantialis, ergo statutum loquens in dote data non ex-
tenditur, neque comprehēdit dotem promissam. Minor pro-
29 batur, nam si dos est data † fructus pertinent ad maritum l. de
diuisione infra eo. & si mulier percipiat ipsos maritus dicitur
donare, quo casu actus prohibetur toto tit. ff. de donat. inter
virum, & vxor. & probatur in l. pro oneribus in fine C. de iure
dot. Sed si dos est tantum promissa fructus non sunt mariti d.
30 l. de diuisione, & si maritus conuenit, vt fructus † sint vxoris
non est prohibita donatio l. Iulianus, ff. de iure dot. ergo est di
uersa ratio. In vers. qd pacisci soleat, ne a viua exhibeatur, &c.
ideo ante dotem datam potest pacisci, vt mulier percipiat fru-
ctus, & post eius mortem exhibeat, idest det dotem. Confir-
matur per omnes rationes, quas dixi supra, quòd dos destina-
ta non est proprie dos, sed improprie, secundum communem
opinionem, de qua, vt ibi. Confirmatur per textum in l. si is
qui St chū, & in l. si pater mulieris, ff. de iure dot. vbi dos pro-
missa, quæ nondum tradita est, dos dici non potest, quia non
seruit pro oneribus matrimonij. Nec valet quod dicit Ioan.
Campeg. de dote q. 2. num. 3. quòd hæc procedunt iure ff. quo
31 iure propriè dos dicebatur incipere † a traditione, nec ante iu-
ra ff. dicebatur dos nisi esset tradita, quòd patet, quia ante l. ad
exactionem, C. de dot. promiss. non poterat agi ex sola stipula-
tione dotis. Quia replicatur quod non poterat agi, quia illa
erat simplex promissio, & sic per pactum nudum, quo iure
non agebatur, secus si stipulatio interueniebat, vt dicit glos.
magna prope finem in d. l. 1. C. de dot. prom. ff. vnde interue-
niente stipulatione agebatur ad dotē promissam. Item quan-
tum sit iniqua illa responsio procedit de iure digestorū secus
de iure Codicis, diffuse demonstrat Plautius de notis Crauettæ
lib. 4. cap. 10. Quarto per doctrinam Bartoli in l. iurisgentium
in princip. C. de pact. vbi dicit quod contractus, qui suapte na-
tura traditionem exposcit, nō verificatur in sola promissione,
32 sed cōtractus † dotis traditione perficitur, ergo nō promissio
ne, & doctrina Barto. probatur per textum in l. quod si nolit §.
illud sciendum ff. de ædil. edict. in vers. conuenire ergo de red-
hibendo. Sed in hoc Bartolus non bene intelligitur ab aliqui-
bus, quia idem Barto. in l. singularia colum. 4. ff. si cert. pet. di-
xit, quòd dos differt a mutuo in hoc, quia mutuum nō potest
fieri, nisi in rebus cōsistentibus in pōdere numero, & mēsura,
dos autē potest fieri cū interuētu omniū rerū, etiam nominis
33 debitoris, vt obligatio ipsa sit res dotalis. Quare † dicetur con-
trahi solo cōsensu eo mō quo dicent cōtrahi alij cōtus, qui solo cō-
sensu cōtrahuntur & satis dicitū interuenire res, seu traditio rei, vbi-
cūque interuenit promissio, seu illud ius agēdi l. debitor mulie
ris, & l. empt. [illegible] & l. si spōsalib. ff. de iure dot. Quinto si statu-
tū de lucranda dote data haberet locū in pmissa, tūc plus ope-
raretur promissio dotis, quàm si dos nō esset promissa, sed cō-
sequēs est falsum, ergo & antecedēs. Probatur falsitas conse-
34 quentis, quia si mulier † promittit dotē & maritus donationē
propter nuptias, tunc si soluit dotem, consequetur donationē
si partem soluit, partem donationis cōsequetur gloss. in auth.
dos data in versic. meretur C. de donat. ante nupt. quæ est cō-
muniter approbata, & videtur textus in l. si intra illum diem, &
ibi Barto. ff. de pact. Angel. in auth. de æqualitate dot. in princ.
textus in §. fin. in auth. de non elig. sec. nub. Sed si nulla fuit dos
35 † promissa, nec data, & fuit promissa donatio propter nuptias
tunc vxor lucratur dictam donationem propter nuptias gl. est
in l. lege leonis C. de pact. conuental. in ver. quod si in dotem nihil
pactus est. Et ita est casus decisus per Afflict. decis. 242. Et sic
notoria est falsitas consequentis. Et si diceretur esse rationem
diuersitatis, quia si nulla constituatur dos, & promittatur do-
natio propter nuptias, tunc contemplatur persona mulieris,
cui semper debetur. sed si promittatur dos ab vxore, & do-
natio propter nuptias promittatur à marito. tunc promissio
donationis propter nuptias est respectiue ad promissionē do-
tis, d. auth. dos data C. de donat. ante nupt. ergo si deficit pro-
missio dotis, debet deficere promissio donationis d. §. fi. in au-
th. de non elig. 2. nub. Hoc tamen non est respondere ad argu-
mētum, sed est dare rationem diuersitatis inter ipsos duos ca-
sus, sed nō euacuatur, quin maius sit nullam promittere dotē
quā promittere, quod vobis deseruiet, vt acuatis mentem ad
respondēdum ad formam argumēti, nō autem ad fundamēta
cōclusionis, sicut faciunt semper illi amici nostri. Pro resolu-
tione sunt notandæ aliquæ distinctiones. Prima distinctio. Aut
statutum loquitur simpliciter de dote, & sic cum genere. Aut
loquitū de dote data. Primo casu, genus cōprehēdit omnes suas
36 species & quia species † dotis sunt dos data, & dos promissa,
idcirco si simpliciter loquatū cōplectitur vtrāque, quia quælibet
species cōtinetur sub genere l. si quid certum §. inter eam [illegible]
de leg. 3. Sic distinguit, & tenet Castren. & Angel. in d. l. si dona
turus ff. de cond. ob caus. Ias. hic num. 23. & 24. Socin. num. 48.
Ruyn. nume. 99. Crot. nu. 37. & 38. Caccher. in d. decis. 20. nu.
25. Et hæc distinctio desumitur ex rubrica C. de dote cauta nō
num. & procedunt omnia iura inducta ad probandum, quod
37 dos promissa sit vera dos, quia cum promissio † ordinetur ad
traditionem, inspecto fine, illa debet censeri vera dos. Si vero
loqueretur de dote data, & sic respiceret traditionem, tūc pro-
38 cederet opinio cōtra communem. Quia datio † quæ respicit
factum, & ad ipsum ordinatur non differt largo sumpto vo-
cabulo ab ipso facto, gl. 1. in l. in facto ff. de cond. [illegible] & dem. ōstr.
licet si considerētur vt species distinctæ proprijssime differūt
l. 2. in princi. ff. de verb. obl. Et hæc distinctio respicit originem
quæstionis, vt dixi in principio. Secunda distinctio, & hæc resp-
cit ipsam quæstionē loquēdo de dote promissa tantum, prout
39 est species distincta a dote data, aut fuit habita † fides de ipsa
dote, vt continuit Dec. in cons. 46. nume. 4. Vel etiam non ac-
cedentibus fideiussoribus, dummodo promissio fuerit solem-
niter, & habita fides promittenti de soluendo infra tempus. Et
40 tunc hæc promissio † habetur pro solutione, argumēto § vē-
ditæ instit. de rerum diuis. & l. vēdidi ff. de cōtrah. empt. Et se-
cundum hunc sensum intelliguntur quæ fuerunt decisa. parē
vim habet dotis promissio, & constitutio. Boer. decis. 183. nu.
13. Afflict. decis. 61. nume. 1. & 2 & ibi Vrsil. Grammat. decis.
103. num. 8. Aut fuit simplex promissio tantum, & tunc subdi-
stingue, aut est facta ab vxore, aut ab alio promittēte dotē pro
vxore; Si est facta simpliciter ab vxore, & non soluta, aut tra-
ctatur

ctatur de lucro dotis post mortem vxoris, & procedunt quæ
dicta sunt contra cōmunem, aut tractatur de lucro donationis
propter nuptias, & procedunt quæ dicta sunt in quinta ratione
contra eādem, vt ipsa vxor quæ promisit, & nihil dedit, nihil de-
beat lucrari, aut vero lucretur tantum quātum dedit. ex decis.
Affl. 241. Aut est facta pmissio ab alio in pecunia numerata.
41 Et ad damnum morosi † dos debet haberi pro soluta l. Labeo
scribit si bibliothecam. ff. de cōtrah. empt. l. in executione §. fi.
ff. de verb. obli. Bart. in cons. 125. in fi. vol. 1. Guido Papa decis.
565. num. 5. Ne mora debitoris noceat creditori arg. l. inquisiti-
mum ff. de iur. & fact. ignor. Bald. in l. si pater C. de dot. promis.
42 Et hoc casu, aut tractatur † de lucranda donatione propter nu-
ptias, & vxor debet lucrari, quia si maritus non recollegit sibi
debet imputari. Vxori enim nō debet imputari, iuxta regulam
quod per me non stetit mihi imputari non debet. Aut tracta-
tur de lucranda dote per maritum, & idem est, quia ista dos
promissa habetur pro soluta. Et si ad maritum qui non exegit
spectat incommodum soluēdi etiam donationem propter nu-
ptias stāte statuto ad fauorem vxoris in casu isto, Ergo ad eun-
dem debet spectare commodū stante statuto ad fauorem ma-
riti, s. præmoriente vxore. Et procedunt, q̄ dicit tex in l. consen-
su §. virum C. de repud. in ver. habebit, vel vindicabit, vt etiam
post mortem vxoris vindicare possit. Sed hanc promissionem
doris factam ab alio, quam vxore intelligas cum alia distinctio-
43 ne, quia aut maritus † instetit sibi solui, & fecit totū suum pos-
se, & tunc si non potuit obtinere solutionem mulieri imputa-
ri debet, quo casu post mortem mariti, vxor nō lucrabitur do-
nationem propter nuptias, Bald. in d. auth. dos data col. 2. vers.
Nisi possit imputari mulieri, sed hoc intellige sicut dicam in
sequenti distinctione. Aut tractatur lucro dotis faciēdo per ma
ritum. Et frustra quæritur de lucro à re sterili c. odoardus de
solut. Tertia distinctio. Aut est promissa dos, & pro ea datum
44 est nomen in solutum, † & tunc etiam quòd maritus non
exigat, & sic non soluatur dos, habetur pro tradita, & pro solu-
ta, quia maritus accipit illud creditum loco pecuniæ, & tanti
dicitur illud æstimasse l. pretii C. de rescind. vendit. Et periculū
eius crediti pertinet ad ipsum maritum, ita quod siue exigat il-
lud creditum, siue non, cum venit tempus illud restituendi, te-
netur restituere in pecunia numerata, & non potest cedendo
illud liberari, ita consuluit Curt. in consi. 52. lib. 3. & consi. 151.
vol. 2. Alex. in cōs. 26 vol. 2. Castrens. in l. si socer §. Lucius. ins.
eod. l. penult. §. si vir. vbi Barto. Castren. & alij in si. eod. & ita est
casus decisus per Franch. in decis. 108. & latè tractat hunc arti-
culum Phanucius in tract. de dote §. restituenda num. 43. Quo
45 casu locum habebit statutum de lucro dotis datæ, † etiam qd
non sit soluta. & maritus ad huc vendicare poterit a debitore,
sicut habebit locū in statutum de donatione propter nuptias
lucranda. Bar. in cons. 123. statuto ciuitatis Eugulii, Boer. decis.
22. Nam sufficit viro fuisse satisfactum de dote, quomodocun-
que sibi satisfiat, & omnis satisfactio creditore volēte, opera-
tur idem quod solutio, & statutum hoc de dote data, non cu-
rauit de modo satisfaciendi. vt fuit decisum in Rota Vrbis, vt
per Achill. de Grass. in decis. 119. incip. dote promissa Quarta di-
stinctio. Aut dos promittitur in loco, vbi est de consuetudi-
46 ne † vocandi promissionem dotis pro dote data, aut nō est cō-
suetudo. Primo modo procedit opinio communis. Secundo
modo contra communem. Vnde Bar. in l. stipulatio ista §. hoc
47 quoque ff. de verb. oblig. dicit, quod si in statuto † est appositū
aliquod verbum quod habet duas significationes, vnam secun
dum propriam proprietatem vocabuli, alteram secundum cō
munem vsum loquendi, debet intelligi secundum communē
48 vsum loquend. Sed iste communis vsus loquendi † debet vige
re tempore statuti, non autem postea, vt per Soc. in l. Gallus §.
si eius ff de lib. & posthum. sicut in simili dicimus de interpre-
tanda volūtate testatoris per vsum, vt is vsus probandus sit, qui
49 vigebat tempore testamenti. Quia vsus est † variabilis, & vsus
qui est hodie, nō præsumitur fuisse olim Bar. in l. Labeo ff. de su
pell. leg. Et quod statuta recipiant interpretationem a cōmuni
vsu loquendi vigente tēpore statuti scribit latè Curt. in consi.
176. col. 2. Et pro corroboratione huius quæstionis contra com
munem, magis particulariter respondendo ad rationes indu-
ctas pro communi. Ad primum respondetur Bart. in d. §. sanè.
Non obstare illam glo. extendentem pretium datum ad pretiū
solutum, quia licet esset verum in casu alienationis rei ecclesiæ
50 tamen in casu dotis aliter † disponitur per aliam legem, vt d. §.
fi. in auth. de non elig. 2. nub. Nos autem dicimus esse aliter di-
spositū per alia iura, quæ allegauimus contra communem. Ad
51 secundum respondetur, quòd dos promissa dicitur † impro-
priè dos, & sic interpretantur iura decentia dotem promissam
52 esse dotem scilicet impropriè. sicut dicimus donationem † in-
cipientē a promissione non esse propriè donationem, sed pa-
ctum de donando, prout interpretatur Bart. in l. legitima, & in
l. iurisgentium in prin. ff. de pact. & in l. fi. ff. de condit. ob caus.
ergo dos promissa est pactū de dotando, & sic impropriè dos.

Ad tertium respondetur, quòd promittere, & soluere esse pa-
ria intelligitur dupliciter, vel ad denotandum obedientiā, vel
quo ad effectum. primo modo loquitur d. l. fi. C. ad l. Falc. Nā
si testator legauit, & hæres promisit soluere legata dicitur obe
disse testatori sicut si soluisset. sed non est sic quo ad effectum,
quia per promissionem non extinguitur obligatio, sicut per so
lutionē instit. Ad quartum negatur, quod dos promissa sit dos
vera, Ad probationem respondetur ad l. 1. & 2. C. de dot. pro-
53 miss. licet dicatur dos, tū impropriè, † Ad iura de collatione do
tis & promissæ pceduntur, quia ipsa filia quæ succedit cum fra
tribus æqualiter, non debet etiā petere, quòd sibi promissum
est, sed dotem siue datam, siue promissam confert, sicut dixi-
mus in præcedenti quæstio. de filia quam pater secundo loco
collocat, & promittit dotem, vt intelligatur promisisse primā
54 ne habeat plus quàm debet. Ad l. cum post † §. sed his, ff. de
administr. tut. Respondetur, quòd ibi non fuit pura promissio
dotis per tutorem facta, sed etiam promiserat, vt patruus, &
sic nomine proprio, vt probat vers. ille patruus, & curator sti-
pulante spopondit, & vers. cum officium suum egressus spon
te se obligauerit. & tunc talis promissio habetur pro vera so-
lutione, vt dixi in 2. dist. Ad quintum respondetur, quòd pactū
55 de lucranda dote habet locum in dote promissa, † quia ibi ma
ritus agebat ad dotem sol. mat. Sed iura non declarant quo-
modo erat conceptum hoc pactum, vel de dote promissa, vel
de dote data, & potest interpretari, quòd erat conceptum pa-
ctum de dote promissa lucranda. Et hoc dicit text. in auth. Do
tes C. de nupt. vbi scriptura debet attendi, quia dos debet at-
tendi secundum tenorem pacti. Ad secundam confirmatio-
56 nem in l. si ex morte † C. de pact. conuent. Respondet Socin.
hic, quòd ibi loquitur quando dos incępit a promissione, sed
fuit data, & sic est differentia inter primum. & secundum ca-
sum illius legis. Quia in primo casu dos incępit a traditione, &
sic fuit tradita, sed in secundo dos incępit a promissione. & po
stea constante matrimonio fuit soluta, & sic vtroque casu ha-
bet locum dispositio in dote data. Et pro ista interpretatione
est textus cum gl. in l. fi. C. eod. tit. Melius respondetur secun-
dum Ruyn. hic nu. 101. præsupponendo, quòd pactum de lu-
cranda dote, & ante nuptias donatione debet esse æquale ex
parte vtriusque, alias non valeret, & idem est dicit textus, quan
do per patrem, vel extraneum dos fuit promissa: ergo vult di-
cere, quòd si esset factum pactum de lucranda dote, vel ante
nuptias donatione promissa habebit locum perinde ac si es-
set factum pactum de lucranda dote, vel ante nuptias promis-
sione data, siue enim pactum concipiatur de dote data, siue de
dote lucranda, semper æqualitas debet seruari d. auth. dos da-
ta C. de donat. ante nupt. Non autem valet argumentum de do
57 te † data ad dotem promissam, nisi secundum similitudinem
in genere sub quo conueniunt, scilicet, vt seruetur æqualitas.
Ad sextum negatur statutum hoc fuisse factum propter one-
ra matrimonii, quia satis late probaui supra in præcedenti
quæst. rationem finalem esse pertinentem mariti cōtemplatam,
vt mulieres inueniant maritos, & onera matrimonij sustên-
tantur cū fructibus dotis l. dotis fructus, ff de iure dot. Secūdo
58 respondetur, q̄ non est eadem ratio, quia quando dos † est da
ta maritus retinet, & vtitur iure retentionis, sed quando dos
est promissa, maritus repetit, & agit, & facilius datur retētio,
quasi fauorabilior, quam repetitio l. Paulus, ff. de dol. except. l.
si in area in fi. ff. de cōd. indeb. Replicatur. Quia hoc statutū de
lucrāda dote se refert ad tps soluti matrimonij, vt mortua vxo
re, maritus lucretur. Sed mortua vxore maritus non agit ad lu-
crum dotis promissæ. sed agit ad dotem promissam, ergo dos
promissa est vera dos, quia si non esset vera non competeret
actio de dote. Confirmatur, quia tex. in l. si marito. §. 1. ff. de
fund. dot. vbi glo. non allegat aliam rationem, nisi quia mari-
tus agit non ex pacto de lucrando sed ex promissione dotis, &
tūc pecunia dotalis exacta dos efficitur, & cum verba pacti de
lucrando succedunt, succedunt etiam statuti verba.

SVMMARIVM.

1 *Dos profectitia redit ad patrem non obstantibus filiis secundum commu-
nem opinionem.*
2 *Hanc opinionem qui teneant.*
3 *Dos data, & promissa parificantur.*
4 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
5 *Parentes cur possint retrahi a dotandis filiabus.*
6 *Dotem saluam esse semper cur intersit patris. & nu. 33.*
7 *Dos cur ad patrem reuerti debeat.*
8 *Actio ad repetendum dotem illa datur patri, quæ datur extraneo.*
9 *l. 1. in §. sileat. C. de rei vxor. actione inductio, & intelligentia. nu. 39.*
10 *Pater in vita sua non tenetur bona dare filijs.*
11 *Pater cur teneatur dotare.*
12 *Dotem profectitiam esse restituendam filiis, & non patri, qui teneant.*
13 *Consuetudo Martini hodie obseruatur per totum mundum.*

Ius for-

14 *Ius formatum est transmissibile ad suos hæredes,*
15 *Filius familias hodie habet hæredem.*
16 *Mater ad quid teneatur in filios in subsidium.*
17 *Patrimonium filiæ dotatæ quotuplex sit,*
18 *Pater non habet beneficium restitutionis integrum pro dote filię.*
19 *Nepotes ex filia quando teneantur conferre dotem maternam.*
20 *L. illam C. de collationibus, an loquatur de filia emancipata.*
21 *Patria potestas præsumitur apparente paternitate,*
22 *Creditor tenetur probare suum debitorem esse filiumfamilias,*
23 *L. fin. §. 1. C. vt legat. nom. cau. vera indictio.*
24 *L. inter socerum §. cum inter ff. de pact. dotalib. ratio.*
25 *Pacta secundum dispositionem iuris communis nihil operantur.*
26 *L. cum pater ff. de pact. dotal. intelligentia.*
30 *Filia dotata non potest petere supplementum legitimæ.*
31 *Pater non succedit ad dotem profectitiam, quando filia non potest aliud petere à patre,*
32 *Debitum legale non suscipit onus,*
34 *Actio de dote competit patri de voluntate filiæ.*
35 *L. post dotem ff. solut. matrim. quot intellectus habeat.*
36 *Martini opinio de dote, non est iuris correctoria, sed iuris interpretatiua. & numero 38.*
37 *Ius commune fit per consuetudinem interpretatiuam.*
40 *Dos à patre profecta redit ad patrem exclusis filijs, quando prius moritur maritus, deinde vxor.*
41 *Renuntiatio matris non nocet filijs,*

QVAESTIO OCTAVA.

Vtrum exactio dotis profectitiæ promissę spectet ad filios.

POstquam in precedenti quæstione disputauimus de
dote promissa, Socin hic nu. 50. infert ad quęstio-
nem, Si pater promiserit dotem filiæ, & non soluе-
rit, si post mortem filiæ supersint filij, an ipsi nepo-
tes petant dotem promissam ab auo: Ista quæstio dependet ab
altera, vtrum mortua filia dotata à patre, dos ipsa reuertatur
ad patrem, an verò ad filios nuptę. Communis opinio est quòd
1 dos † profectitia redeat ad patrē, & non aliter spectet ad filios,
vt testatur Barto. in l. post dotem num. 28. versic. teneo com-
munem nostrorum maiorum. Bolognet. in l. post dotem nu.
218. dicit communem, Aymo in consil. 84. num. 3. Curt. Iun.
in consil. 152. Capyc. decis. 170. in princip. dicit communem,
& secundum eam esse iudicandum. Et licet multi ex doctori-
bus distinguant, an liberi extent, vel non, Nihilominus quòd
liberis extantibus adhuc debeat reuerti ad patrem, & sic pro-
missa ab ea non possit exigi à filijs superstitibus tenuit Bulga-
2 rus † antiquus glossator, vt qui emet, quamuis ex sua vxore libe
ros suscepisset, tamen illa mortua, integram dotem restituerit
socero, & sequuti sunt Azo. Accursius. Iacobus de Rauenna,
Dynus, Pileus q. 89. Cyn. in l. dos a patre C. de soluto matr.
dicit hāc opinionem verā sicut euangelium. Idem dicit An-
gel. in l. pater filiæ ff. ad l. Falcid. Alberic. ī d. l. dos a patre. Caro
nistæ hanc etiam sequuntur in c. fin. de donat. inter virum, &
vxorem Io. Andr ad Specul. de donat. inter virum, & vxorem
§. fi. Alexan. in d. l. post dotem num. 17. Seysell. num. 25. Dec. in
l. illam nu. 19. C. de collat. Rip. in l. 1. §. quod si in patris nume.
6. inf. eod. Aret in §. fuerat num. 31. instit. de act. Alex. in cōsil.
114. num. 1. & in cōsil. 67. volum. 7. Corn. in cōsil. 66. num. 6.
volum. 4. & cōsil. 224. nume. 7. vol. 3. Anch. in cōsil. 50. Ruyn.
in cōsil. 56. in fine vol. 5. & 187. vol. 2. Socin. in cōsi. 9. vol. 1. vbi
per 20. fundamenta tenet contra Martinum Soci. Iun. in cōsi.
114. volum. 3. Curt. Iun. in cōsil. 93. nume. 9. Aymo in cōsi. 84.
num. 5. Hieronym. Gabriel. in cōsil. 16. num. 6. & cōsil. 58. De-
cian in cōsil. 55. in princip. volum. 2. Menoch. in cōsil. 238. nu.
30. Ceph. in cōsil. 706 vol. 5. in princip. Rip. lib. 5. resp. cōs. cap. 10.
Fanucc. in tract. de dote gl. 11. num. 3. Campeg. de dote q. 152.
parte 3. Benedict. in c. Raynutius in versic. duas habens filias
nume. 167. Tiraquell. de retract. conuent. nume. 58. cap. 60.
Capyc. d. decis. 176. Thessaur. in decis. Pedemontana 138. &
decis. 590. Et quia altera communis erat, quòd quæ dicun-
3 tur de dote data, † dicantur etiam de dote promissa, vt dixi in
pręcedenti quæstione, Ideo dicendum est in quęstione propo-
sita idem esse in dote profectitia promissa, vt remaneat penes
patrem, quia facilius permittitur retentio, quàm concedatur
actio l. 2. §. fi. ff. de orig. iur. l. 1. §. proinde ff. de var. & extraordi.
cognit. Dec. in l. idem functo num. 15. ff. de offi. assessor. & in l.
diuus nu. 5. ff. de reg. iur. Prima igitur ratio pro ista communi,
4 Vbi lex † nō distinguit, nec nos distinguere debemus l. de pre-
tio ff. de public. in rem act. sed inducendo omnes leges iuris ci-
uilis loquentes de ista materia, semper repetitur dotem à patre
datam ad patrē debere reuerti, neque fit distinctio an extent,
vel non extent filij, ergo simpliciter loquendo, etiam extanti-
bus filijs ad patrem debet reuerti. Minor probatur, inducendo
leges, quæ de hac materia loquuntur l. dos a patre C. de soluto
matrim. l. 2. C. de bon quæ lib. vbi lex loquens de lucris nuptia-
libus non acquirēdis patri quantum ad proprietatem, non ha-
5 bet locum in dote data a patre, ne retrahantur † parentes à do-
tādis filiabus, si dos ad eos nō reuerteretur, ergo filij non suc-
cedunt ad illam dotem. Item l. fi. in fine. ff. rem rat. hab. vbi dos
semper debet esse salua patri, etiam mortua filia, ergo reuerti-
tur ad patrem, Neque potest dici, quòd sit ibi apposita stipula-
tio, quia præsupponit ibi textus actionem esse communē pa-
tri, & filię, cum præstet cautionem de rato, quando agitur, Itē
6 l. pater ff. de euict. in versi. interest enim patris † semper dotem
saluam esse propter spem, quandoque recipiendi. & subdit po-
stea, quòd in emancipata vno casu tantum poterit regredi dos
mortua filia in matrimonio. Item l. si ab hostibus inf. eod. dos
ad patrem reuerti debet. Itē l. quod in vxorem C. de neg. gest.
in versi. conuenire posse debes ad quem dos reuerti debet. Itē
l. filius familias in id in fine ff. ad senatusconsultum Macedon.
in versic. ipsi enim mortua in matrimonio filia repetitio datur
Item l. & ideo in fine, & l. seq ff. de in rem versicu. cum simil.
7 Item l. † iure succursum ff. de iure dot. vbi assignatur ratio cur
ad patrē reuertitur dos. Itē l. 1. ff de dote prælegata. Sed aduer-
tatis, quòd in his iuribus nunquam iurisconsulti loquuntur in
8 casu, quo extarent filij. Secunda ratio. Illa actio † datur patri cū
communione filiæ ad repetendum dotem, quæ datur extra-
neo, l. 2. § 1. infra eod. sed extraneus potest repetere etiam ex-
tantibus liberis l. si extraneus ff. de cōdit. ob caus. l. 1. C. de pact.
cōuent. Ergo & pater. Hoc est argumentum Accursij in d. l.
dos à patre. Tertia ratio, si filij succederent excluso auo dotā-
te, tunc lex esset de indubitabili, cōtra l. quod Labeo ff. de Car-
bon. edict. Consequentia probatur, quia l. inter socerum §. cū
inter ff. de pact. dotal. disponit in vno solo casu in quo filij ve-
niunt in casu renuntiationis, & donationis factæ stipulādo per
l. si cum dotem infra eod. ergo in ceteris non est determinatū,
& si hic casus esset cum illis cæteris, lex esset de indubitabili.
Quarta ratio, quam inducit Bar. in in d. l. post dotem in quæst.
9 5. nu. 28. per textum in l. 1. §. sileat † C. de rei vxor. act. qui ex-
presse dicit, sileat ob liberos retentio &c qa naturalis stimulus
parētes ad liberorū procreationē adhortatur. Quę rō sic decla
10 rat. qa pater † in vita sua nō tenet bona dare filijs, qa satisfit le-
gi, si pater viuens minimum eis alimenta prestitit Bald. in l. po-
test ff. de adopt. & etiam si ludendo dissiparet bona sua, non
cogeretur assignare certa bona, ex quorū fructibus filij se ale-
rent, vt per lat in §. si quis in fraudem instit. de act. & ratio na-
turalis in vita solum cogit patrem ad dandum alimēta, & post
mortem suam dare successionem. sed propter fauorem publi
cum, vt mulieres nubant, & ciuitas repleatur liberis homini-
11 bus, inductum est, vt pater † in vita sua teneatur dare certam
rem, vel quantitatem pro dote, ex cuius fructibus se possit ale
re, & cum filia soluto matrimonio reuertatur ad patrē vt eam
alat, æquum etiam fuit, vt reuertatur dos. Item quia si filia mo
ritur, non tenetur amplius alimenta præstare, neque post mor
tem suam aliquid relinquere, cessat causa propter quam dos
est data, ergo in illis casibus reuerti debet ad patrem. Cōtrariam
12 opinionem † in hoc casu, quando extant liberi, tenuit Marti-
nus antiquus glossator, quem refert Azo. in d. l. dos a patre. Et
in sua summa C. de rei vxor. act. nu. 10. in fine. Et hanc opinio-
nem sequuti sunt Raynerius de Foroliuio, Petr. de Bellaper-
tica, Roffredus, Placentinus, Odofredus Hanc etiam opinio-
nem multis iuribus, & rationibus defendit Calderinus in con-
sil. 1. sub tit. de donat. inter virum, & vxorem, vbi respōdet om
nibus contrarijs. Salic. in d. l. dos a patre. Socin in consil. 25 vol.
1. Ruyn. in consil. 225 vol. 1. Pract. Papient. in forma libell. quo
vxor agit ad dotem in ver. dictæ dominæ num. 1. in fine. Qui
voluerunt id etiam procedere in dote promissa Roland. de lu-
13 cro dot. q. 5. nu. 8. & 9. Et hæc consuetudo † Martini, vt omnes
testantur hodie obseruatur per totum orbem terrarum. Gui-
do Pap. in cons. 12. num. 8. vbi probat Martini opinionem esse
veriorem. Habet. & ista opinio suas rationes. Prima ratio pro
14 opinione Martini. Omne ius † formatum est transmissibile ad
hæredes suos, sed filia in dote habet ius formatum, ergo trans
mittit illam ad suos hæredes. Minor probatur, quia dos dici-
tur proprium patrimonium filiæ l. 3. § vtrum in fine, ff. de mi-
nor. ergo videtur quòd debet esse perpetuum patrimonium,
& transmissibile ad hæredes l. fi. C. communia vtriusque iudic.
auth. sed quamuis C. de rei vxor. act. Item quia filiusfamilias
15 † hodie habet hæredem l. sancimus, C. communia de success.
l. 2. C. de bon quæ lib. & auth. de hæredit. quæ ab intest. defer.
16 §. 1. Et pro hac ratione facit, quia mater † tenetur alere filios
egenos l. si quis a liberis, ff. de lib. agnosc. & habetur in C. de
alim. præstand. glo. in l. si competenti, C. de alend. lib. à parent.
Et tenetur dotare filiam in subsidium, quando desunt patris
bona l. fi. C. de dot. promiss. l. auia, C. de iure dot. gl. in auth. res
quę C. comm. de leg. Respondet Cyn. in d. l. dos a patre, quòd
17 patrimonium † est duplex, quoddā proprium, & absolutum,
quoddam patrimonium commune cum alijs, tūc dicit quòd
filia

filia non habet patrimonium proprium, & absolutũ, sed dos est patrimonium filiæ commune cum patre, l. 2. §. 1. insi. a eod. Replicatur, quòd Cyn. non persistit in dictis suis, sed vacillat, Nam idem inducendo rationem contra Martinum, dicebat, quod actio de dote incipit competere post mortem l. 2. ff. de dote præleg. Ergo dum ipsa viuit, nullam communionem habet cum patre. Item replicat Salic. in d. l. dos a patre, quòd d. l. 3. §. verum, ff. de minor. loquitur de beneficio restitutionis in
18 integrum, quod patri † denegatur, & ideo nulla potest esse communio cum patre in d. patrimonio. Nec ibi loquitur de dote, quia illa est in dominio mariti l. dote ancillam, C. de rei vẽdic. sed de dote prout est quoddam vniuersum, vt l. quod di-
19 citur, ff. de impens. in rebus dotal. fact. Secunda ratio Martini. Nepotes † ex filia tenentur conferre dotem maternam si volunt succedere auo l. illam, C. de collat. ergo moriente filia, eorum matre, ipsi succedunt ad dotem, Consequentia proba tur, quia si ipsi non succederent, frustra tractaretur de collatione l. 1. §. si in stipulatione vers. quod si alij. ff. de collat. bon.
20 Respondet Accursius, quòd in d. l. illam † filia fuerat emancipata, & potest speculari, quòd ibi coniungit patrem, & matrẽ, quæ tamen non est in potestate aui. Replicat Martinus, quod intelligere de emancipata d. l. illam, est diuinare. Et ad speculationem respondetur, quòd ideo commiscet patrem, & matrem, quia loquitur de nepotibus ex filio, & filia, & est violatio literæ, intelligere de filia sui iuris. Item replicatur, quòd dum ibi tractatur de hæreditate patris, præsumitur habuisse filios in potestate, tam masculos, quàm fœminas, & in successione nepotes suis patribus, vel matribus in potestate existẽtibus. Confirmatur, quia textus dicit patrem, & matrem teneri conferre, ergo præsumuntur in potestate, & præsupponitur, quòd ille, de cuius hæreditate agitur superuixerit, & sui filij, tempore mortis essent in potestate sua. Item replicatur quia apparente
21 † paternitate, statim præsumitur filiusfamilias l. filium quem diffinimus, ff. de his qui sui sunt, vel al. iur. Et paternitas præsumitur, quia nemo est sine patre, nisi contrarium probetur l. si quis patrem, ff. ad Macedo. Sed in d. l. illam tractatur de successione patris, ergo &c. Et obiter nota, quòd ista præsumptio, quod quis præsumatur filiusfamilias est tã naturalis, vt etiam
22 creditor † negotians cum aliquo, præsumatur scire illum esse, filiumfamilias, non obstante, quòd contraxerit cum eo, tanquam cum patrefamilias l. 1. & l. 4. & l. pen. C. ad Macedon. Ex quo sciuit, vel scire debuit eum esse filium familias, & sibi imputet, si non intelligauit, & ideo onus probandi illum esse filium emãcipatum incumbit creditori, vt est casus decisus per Grammat. in decis. 13. vbi vide num. 19. & seq. Tertia ratio ex
23 l. fi. § 1. C. vt legat. nom. cau. vbi mater fecerat testamentum instituendo patrem, & omnia quæ non sunt de dote, debent restitui hæredi, & dos ipsa remanet penes maritum suum propter filios, quamuis ipsa mater fuisset in potestate sui patris. Respondet ibi Accurs. quòd ibi erat pactum, vel fuerat emancipata, quia aliter non potuisset testari. Replicatur contra Accurs. per supradictas proximas replicationes. Sed ego arbitror et alia ratione illam legem non facere pro opinione Martini, quam tetigit Bolognet. in d. l. post dotem nu. 220. quòd ibi illa filia nunquam fuerat in potestate patris, quia erat nata in seruitute, & postea manumissa simul cum patre, & patria potestas non contingit natis in seruitute l. seruitutem, & l. qui in seruitute, ff. de reg. iur. Quarta ratio Martini per textum in l.
24 † inter soceros, §. cum inter, ff. de pact. dotal. Sic inducendo, Si pater conuenit, vt si filia moreretur sine liberis dos ei restituatur, dicitur actum, vt si cum liberis, ei non restituatur, sed hoc esse actum non potest euenire, nisi quia casus omissus relinquitur in dispositione iuris communis l. si extra, ff. de condic. ob caus. & non quia in casu omisso videtur iuri suo renunciasse, quia talis renunciatio haberet vim iactationis, & nemo præsumitur iactare suum l. cum de indebito, §. fi. ff. de probat. Quinta ratio. Multa sunt iura loquentia de pactis in restituendo dotem patri post mortem filię cum filijs, ergo si non essent facta dicta pacta succederent filij, & non pater. Consequentia
25 probatur, quia pacta facta † secundum dispositionẽ iuris communis nihil operantur, Ias. in l. si donaturus num. 3. per illum textum, ff. de condit. causa data, antecedens probatur per textum in l. pater cum filiæ, ff. de pact. dot. vbi pater volẽs sibi prouidere, stipulatus est partem dotis sibi restitui liberis extanti-
26 bus. Confirmatur argumento Salyc. in l. cum † pater dotem, ff. de pact. dotal. vbi si maritus conuenit cum socero non petere dotem eo viuo, & postea moriatur filia in matrimonio viuente patre, non potest maritus dotem petere propter pactũ, ergo si pactum non interuenisset, maritus petere posset: tunc sic hoc non potest interuenire, nisi propter existentiam liberorum, quod probatur, quia aliter diceret pater genero, dolo facis petere, quod mihi es restiturus, sed gener replicaret, verum esse, si teneretur statim restituere l. fi. §. 1 ff. vt legat. nom. cau. Pater autem duplicaret, hoc verum esse, si ad restituendum haberet dilationem ab homine, sed maritus dicitur habere dilationem a lege miserationis gratia d. l. si donaturus in fine, ff. de condit. caus. dat. ergo non est alia ratio, quàm existentia liberorum, quibus non extantibus, debet patri restitui. Item confirmatur, quia si pater non stipulatur dotem sibi sed dũ perdit illam si matrimonium dissoluitur culpa mulieris l. consensu, C. de repud. l. si dotem, C. de iure dot. l. cum pater dotem, ff. de pact. dotal. & cum amittitur, restituitur hæredibus §. quia verò in auth. vt liceat matri, & auiæ. Sexta ratio fi-
27 lius † trãsmittit legitimam ad suos filios post eius mortem, sed dos succedit loco legitimæ, quomodolibet a patre sit data, ergo dos transit tãquam debita ad liberos. Maior probatur, quia
28 in legitima † nullum potest imponi onus, & debet esse libera l. omni modo l. quoniam in prioribus l. scimus §. repletionem C. de inoffi. testa. Et debetur libera, absque dilatione Franch. decis. 16. nu. 12. & 13. Et quod in dote data loco legitimæ, non possit fieri pactum ad beneficium fratris, vide Franch. decis. 196. Minor probatur per d. l. scimus. & l. sancimus, C. de nupt. & l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonstra. Respondet Bolognet. in d. l. post dotem nu. 220. ff. solut. matr. in vers. vndecimo, quòd legitima † non debetur filiæ viuente patre, neque peti potest l. 1. §. si impuberi, ff. de collat. bon. ideo non potest deberi liberis filiæ, quod ipsi filiæ non est adhuc quæsitum, & quod quæsitum non est, ad hæredes transmitti non potest. Replicatur, Nam si ista dos, quæ datur filiæ non appropriaretur ipsi, sequeretur, quòd filia dotata a patre in minori quantitate, quàm sit legitima, superuiuens patri, pos-
30 set petere supplementum legitimæ, sed consequens † est falsum, ergo & antecedens. Falsitas probat, quia filia si dotata est à patre, non est mouenda quæstio an incompetẽter sit dotata, cum ipse melius quam alius sciat pro filia capere consilium l. nec in ea ff. de adulter. Dec. in cons. 26. Alex in cõs. 29. vbi notatur sic esse iudicatum vol. 2. quo casu, etiam si non potest petere supplementum legitimæ, prout est casus plures decisus Grammat. decis. 57. & decis. 101. Afflict. in const. regni incip. fratribus num. 13. Et non obstante renunciatione sic fuisse plures decisum Neap. iunctis dominis cõsiliarijs quarum auctorũ testificantur addẽtes ad Consuetud. Neapolit. quæ incip. si cas autem, in additione quę incipit paragium col. 2. fol. mihi 96. & vide Marãt. in decima disputatione num. 23. Consequẽter deducitur, quia legitima debetur filijs post mortem, & dos succedit loco legitimæ, vt dictum est. & si nõ datur dos, debetur legitima. Confirmatur, quia communiter omnes scribentes, dicentes opinionem Io. & aliorum glossatorum volentium
31 patrem † succedere ad dotem profectitiam exclusis filijs, dicũt de iure non habere locum, quàdo si excluderetur a successione patris, de qua communi testatur Capyc. in d. decis. 176. nu. 6. & 7. per rationes, vt ibi allegat Barto. & alios, sed filia dotata a patre nihil aliud potest consequi, vt dictum, ergo dotem dicitur sibi appropriare, quo casu transmittit ad hæredes Item
32 confirmatur, quia in debito † legali nullum potest opponi onus, Franch. d. decis. 16 & d. decis. 196. sed pater tenetur dotare filiam ex dispositione legali l. fi. C. de dot. promiss. cum similibus, ergo nõ potest imponere aliquod onus, vt ad se reuertatur: Et si hoc faceret ex pacto, vt d. l. pater cũ filiæ ff. de pact. dotal. toleratur ibi in parte, non in toto, ibi enim stipulatus est moriẽte filia cum liberis sibi reddi tertiam partem dotis, quia dos fuerat magna, sed regulariter totam dotem sibi reddi stipulari nõ potest, quia tunc in debito legali posset apponi onus. Nec obstat, quòd valet stipulatio, in qua pater stipuletur sibi dotem reddi, vt l. post dotem infra eod. Quia hoc beneficium
33 † quod datur patri ad repetendum, datur de æquitate, vt dicit gl. in l. dedit ff. de collat. dot. ergo non debet esse cum iactura liberorum, nec mariti, à quo sunt alendi l. si cum dotem §. si vero infra eodem, & ipsi filij sunt pars onerum matrimonij, per quæ dos datur l. 1. infra eod. & mortua filia adhuc dicitur durare l. fi. C. de bon. matern. Aequitas autem cõsistit, quia cum pater teneatur dotare filiam, si dos cõmmeretur, ipse cogeretur sæpius dotare, vt considerat Accurs. in d. l. 2. §. 1. in glos. dos est. infra eod. ideo disponitur, vt dos sit etiam patris, actio de dote, ad repetendum illam pro filia. Itẽ potest cõsiderari præiudicium patris respectu vsusfructus, quem habet pater in bonis filiæ, quia cõmunis est opinio, quòd pater nõ habet vsumfructum in dote aduentitia filiæ, vt notãt Doct. in d. l. 1. §. quod si in patris infra eodem ibi Socin. 2. not. Bald. Nouell. in tract. de dote parte 6. priuileg. 13. & de communi Aymo in cõs. 84. num. 7. Item confirmatur, quia pater nõ potest petere dotem profectitiam nisi de voluntate filiæ, vel eius filiorum d. l. post dotem infra eod. & l. an a C. de iure dot. & ibi gloss. in versicu. est, & tertia ratio. Et ex hoc deducitur septima ratio Septima ratio, si dos profectitia soluto matrimonio per mortem filiæ cum filij rediret ad patrem dotantem, tunc sequeretur, quòd pater post mortem filiæ posset agere ad recuperandum dictam
34 dotem, sed consequens est falsum, ergo & antecedens, Consequentia

ſequentia clarè deducitur, quia actio eſt ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur §.1.inſtit. de act. Falſitas conſequentis probatur per d. l. poſt dotem, vbi pater agit de voluntate filiæ d. l. auth. & ibi gl. Nec valet quòd d. l. poſt dotem † habeat vnde-
35 viginti intellectus, quos omnes recenſet Bolognet. ibi, & ſic nō valeat allegari. gl. in ver. certas in §. quibus in 1. conſtit. Codicis. Barto. l. qui Romæ §. duo fratres colum. 3. & ibi Ripa ff. de verb. oblig. Alexād. in cōſ. 1. num. 9. vol. 2. Quia hoc intelligitur quando lex nō habet communem intellectum, vt per Ruyn. in l. 1. colum. 2. infra eod. modo ſi ventiles omnes dictos intellectus ſemper inuenies in quolibet patre non poſſe agere
36 niſi de voluntate filiæ. Octaua ratio, quia illa opinio † Martini nō eſt iuris correctoria, ſed iuris interpretatiua, & habetur ipſa pro iure conſuetudinario Alex. in d. l. poſt dotem nume. 25. & Seyſell. per l. ſi de interpretatione ff. de leg. Et quod opinio Martini nō dicatur propriè cōſuetudo, tenet Curt. Iun. in addit. ad Alex. in d. num. 15. in d. l. poſt dotem poſt Bal. in l. 1. in fi. C. de bon. quæ lib. Hieronym. Torus in d. l. poſt dotem in 4. qō. Barto. & ibi Iaſ. num. 101. poſt Alex. Nec mirum, quia iſta conſuetudo approbata fuit a Doctoribus viuentibus, & a iudicibus, qui pro ea iudicarunt, quorum longe maior fuit numerus, quàm eorum, qui pro Bulgaro ſcripſerunt, ita vt verè dici poſſit, quòd opinio iudicum iudicantium præualet diſputationibus Doctorum. Item quia conſuetudo Doctorum, & iudicum videtur potius eſſe iuris, quàm facti, & ſic inducit ius interpretatiuum, cum omnes qui eam ſequuntur ſint Doctores, & iuriſperiti, & non in facto, neque in arbitrio, ſed in iure ſcripto iudicia ſua fundentur, ergo habetur pro lege ſcripta, & ab ea non eſt recedēdum per not. in c. ne innitaris de cōſtit. Quare cum opinio Martini per conſuetudinem interpretati-
37 uam approbata fecerit † ius commune pro lege habenda erit, & cum in æquitate ſe fundet, ampliſſimè interpretanda erit, Ita vt procedat etiā in dote promiſſa, quæ ab Auo promittēte, mortua filia, eius filijs ſolui debet ſicut ad illos ſpectaret ſi fuiſſet ſoluta, & quod ſecundum hanc opinionem fuiſſet iudicatum, & paſſim iudicetur, vide Antoninum Theſaurum in d. deciſ. 190 nu. 5. verſ. quibus ſtantibus. Ideo nō obſtant rationes eorum, qui probant opinionem Martini eſſe iuris cōſue-
38 tudinariam, † & ſic ſtrictè interpretandam, tanquam exorbitans à iure, cum iam ſit probatum eſſe iuris interpretatiuum, & ſic haberi pro lege, non autem conſuetudinariam. Minus obſtant rationes, & leges, quòd dos debeat reuerti ad patrem, quia etiam ſi pater ſtipulatus eſſet ſibi dotem reddi ſecūdum formam iuris communis debemus intelligere non extātibus liberis, cum Martini conſuetudo faciat ius interpretatiuum. Præpoſit. in c. fi. §. ſi. colum. pen. verſic. immò ſi maritus de donat. inter virum, & vxorem. Bald. in l. 2. C. de bon. quæ lib. & in rubrica extra poſt. de arbitris. colum. 6. Alex. in d. l. poſt dotem num. 25. Et quod hoc tanto magis procedat in dote promiſſa, nō dum ſoluta filiæ ſi pater ſtipulatus eſſet dotem reddi filiæ, videndus Barto. in d. l. poſt dotem in 4. q. & ibi communiter Doct. prætertim ſi illa, propter cauſam illius dotis, renunciaſſet omnibus bonis paternis Aymo in d. conſilio 84. nume. 5.
39 Nec obſtat text. in l. vnic. † §. ſileat C. de rei vxor. act. vbi dicitur ſileat ob liberos retētio, cuia ipſe naturalis ſtimulus, parētes ad liberorū ſuorū educationē hortatur, &c. q textus apparēter videtur concludere contra iam determinata, pro vt Hieronym. Elē. Diatrib. lib. 2. cap. 14. conabatur inducere Quia reſpondetur, quòd ille textus loquitur, quando dos eſt reſtituēda vxori, poſt diuortiū factum & ſic vxore ſuperſtite, nos autē loquimur, quid iuris ſit in reſtitutione dotis poſt mortem vxoris. Et ſic exponit ibi Accurſ. Nam illo iure, ſi fiebat diuortiū culpa mulieris propter malos mores, fiebat retētio per ipſum maritum de parte dotis, apparet hoc quia Iuſtin. ibid. facit mētionem de moribus, & dicit, ne varium genus exſpandi inueniat, itaque apparet loqui de retētione, quæ fiebat propter malos mores, & tunc quando matrimonium erat diſſolutum culpa mulieris, vel eius patris, competebat retentio ob liberos, vt pro ſingulis liberis retinerentur ſingulæ ſextæ, vt tamen non excederet tres ſextas, & ſi fiebat diuortium propter malos mores maiores fiebat retentio alterius ſextæ, ſed ſi erat malorum morum minorum fiebat retētio alterius ſextæ, ſed ſi erat malorum morum minorum fiebat retētio octauæ partis, & mali mores mariti puniebantur in reſtitutione dotis citeriori die, vt deſumitur ex textu Vlpiani in §. mortua. in tit. de dotibus in ſuis fragmentis, ergo d. §. ſileat loquitur de iſtis ſextis, & remanet verus intellectus, vt illæ partes, quæ vocabantur quintæ deberent ei filijs, quando ſoluebatur matrimonium per mortem mulieris, vt liberi haberent quandam ſucceſſionem, ſed in eadem l. in §. taceat, loquitur, quando viua filia repetit dotem. Limitatur tamen iſta concluſio, vt nō procedat, quando prius moritur maritus, & deinde moritur vxor, tūc enim dos
40 † a patre profecta redit ad patrem excluſis filiis, nec habet locum opinio Martini, eſt doctrina Barto. in l. 1. num. 2. ff. de dote prælег. & in d. l. poſt dotem, vbi etiam Caſtrenſ. & ſequuntur communiter omnes ibi, vt teſtatur Iaſ. num. 102. & Alex d. num. 25. & in cōſil. 155. vol. 1. & hanc limitationem eſſe notabilem in practica dicit Aret. in d. §. fuerat num. 22. inſtit. de act. Neuizan. in Sylua nupt. lib. 2. nume. 79. Phanucc. de lucro dot. gloſſ. 11. nume. 2. qui dicit ſecundum hanc limitationem fuiſſe iudicatum in Rota Lucenſi, & ita etiam iudicauit Senatus Pedemontanus, vt per Theſaur. in deciſ. 138. Sed Iaſ. in d. num. 120. & ſeq. per multas rationes tenuit limitationem non eſſe veram. Nihilominus quādo vera eſſet, illi nepotes poſſent petere portionem in bonis aui, quæ ſpectabat ad eorum ma-
41 trem, & hoc procedit, etiam ſi dicta eorum mater † renūtiaſſet bonis paternis, quia illa renuntiatio quantumuis ampliſſima non nocet filijs renuntiantis, prout eſt communis, & vera concluſio, de qua teſtificatur Franch. in deciſ. Neapolit. 67. in princip. per textum in l. qui ſuperſtitis ff. de acquirenda hæreditate, diffuſe Dec. in l. pactum quod dotali C. de collat. Tiraquell. de iure primogenit. in 12. quæſt. & in quæſt. 40. nu. 111. & num. 16. Couar. in repet. cap. panuis in 3. parte relect. §. 2. incip. decima col. 4. verſic. non me latet, cum alijs cumulatis per Franch. in deciſ. 67.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod mulier habēs liberos non poſſit diſponere niſi de certa parte dotis, habet locum in vidua ſecundum communem.*
2 *Dos quomodo dicatur recuperari cum ſua cauſa.*
3 *Dos vera quæ ſit, & nume. 12.*
4 *Actio de peculio durat anno poſt mortem filij, vel ſerui.*
5 *Dotis qualitas præcedens conſideratur.*
6 *Aduocatus qui ſemel fuit, ſemper retinet illam qualitatem, licet non ſit.*
7 *Dos reſtituta dicitur dos quò ad effectum reſultantem de iure communi.*
8 *Ratio vnica vbi reddi poteſt, licet non ſit expreſſa, tamen habetur pro expreſſa.*
9 *Extenſio quando licita eſt in ſtatutis.*
10 *Fragilitas mulieris cuius ſit cauſa.*
11 *Dos recuperata ſecundum communem vſum loquendi dicitur dos.*
13 *Vidua adhuc dicitur eſſe in matrimonio.*
14 *Filij quæ bona dicantur habere ex prouidentia legis.*
15 *Filij reſpectu bonorū prohibitorū alienari dicuntur ſuccedere ab inteſtato.*
16 *Filij vt vniuerſales ſucceſſores matris tenentur ſatisfacere eius creditoribus.*
17 *Filij debent detrahere falcidiam ab ea parte in qua ſunt inſtituti hæredes, etiam ſi ad alias partes ſuccedunt ex legis prouidentia.*
18 *Mulier nihil poteſt legare ad pias cauſas de bonis, de quibus prohibita eſt diſponere per ſtatutum.*
19 *Legitima filiorum quando augeatur per ſtatutum.*
20 *Mulier quando poſſit diſponere non obſtante prohibitione ſtatuti.*
21 *Filij non poſſunt exhæredari etiam cum cauſa de bonis ſibi prouenientibus vigore ſtatuti.*
22 *Vidua poteſt ad ſui libitum diſponere.*
23 *Qualitas adiecta verbo debet ſecundum tempus verbi.*
24 *Dos recuperata amittit nomen dotis.*
25 *Verbum quando ſtat demonſtratiue, tunc ſufficit ſemel fuiſſe illam qualitatem.*
26 *Dotis qualitas, quando non deſinat, ſi eſt reſtituta.*
27 *Argumentum de hæreditate ad dotem an valeat, & nume. 30.*
28 *Hæreditas etiam poſt aditionem retinet nomen hæreditatis.*
29 *Dos recuperata adhuc retinet nomen dotis.*
31 *Dos non dicitur reſpectu illorum, reſpectu quorum non habet priuilegia.*
32 *Dos quando recuperatur ius eſt quæſitum filijs vigore ſtatuti.*
33 *L. cum qui ædes ff. de vſucap. intelligentia.*
34 *Mulier in quibus caſibus poſſit dotes ſuas alienare. & 36.*
35 *Alienatio prohibita non intelligitur ex cauſa [illegible].*
37 *Bona mulieris prohibita alienari ſubſunt debitis in ſubſidium.*
38 *Mulier alienans in caſibus a iure permiſſis an debeat recurrere ad iudicem.*
39 *Decretum alienationis debet præcedere, non ſequi.*
40 *Mulierem prohibitam diſponere cauſa mortis, qui teneant poſſe alienare in vita.*
41 *Statutum prohibens mulierem alienari de certa parte odioſum.*
42 *Mulier prohibita alienari poteſt donare [illegible].*
43 *Inſinuatio non requiritur in donatione [illegible].*
44 *Libertus poteſt donare [illegible].*
45 *Donatarij merita debeat probari per teſtes, vel inſtrumenta.*
46 *Dos recuperata conſiſtens in pecunia, vt [illegible] in ſtabilibus.*
47 *Dotem dici recuperatam cum ſua cauſa [illegible] ligatur.*
48 *Statutum contra ius commune non recipit interpretationem de iure communi.*
49 *Fragilitas mulieris an fuerit cauſa, cur prohibita fuerit diſponere de dote.*
50 *Narrata in ſtatuto denotant cauſam finalem.*
50 *Mulier nupta aliquando non habet vſum rectæ rationis.*
52 *Ratio vnica non poteſt dici, quando plures poſſunt aſſignari.*
53 *Rationum pluralitas non præſumitur.*
55 *Vſus communis loquendi eſt quid facti, & debet probari.*

QVAE.

QVAESTIO NONA.

Mulier, quæ ex statuto non potest disponere, nisi de certa parte, si est vidua an comprehendatur sub statuto.

CVm supra conclusum fuerit soluto matrimonio non dici proprie dotem, Infert Socin. vester hic num.74. ad quæstionem de statuto Senensi, vbi disponitur, quòd mulier habens liberos non possit disponere, nisi de quarta parte dotis suæ, & reliquas tres quartas debeat relinquere liberis, vtrum hoc procedat etiam in vidua, quam quæstionem tractat etiam hic Rip. nu.27. Bologner. num.154. & cæteri moderniores. Communis opinio est, quod hoc statu-
1 tum † habet locum etiam in vidua, & de hac communi testatur Ias. in l.1. num.9. C. vnde vir, & vxor, hanc esse communē testantur Ripa hic num.72. Crot. num.13. & 14. Salutolus nu.25. Hannibal de Canonicis hic nu.114. Hanc opinionem tenuit originaliter Bald. in d.l.1. in fin. C. vnde vir, & vxor, & ibi Dec. Castrens. hic in princip. & in l.fi.ff. quando act. de pecul. est annal. Alex. in consil.102. super eo quod queritur. volu.2. Bru. in tract. de stat. excludēte fœminas propter masculos art. 11. Cuius opinionis cōmunis rationes sunt istę. Prima ratio per textum in l. si socius pro filia ff. pro soc. in ver. salua societate diuortio matrimonium solutum foret, cum sua causa do-
2 tē † recuperari, scilicet vt ea, vel alij marito dari possit. Ex quo textu formatur argumētum. Dos recuperatur cum sua causa, ergo cum sua obligatione, consequētia probatur, quia causa, & obligatio sunt idem, instit. de oblig. in princ. Et pro hoc facit tex. in auth. sed quamuis C. de rei vxor. act. & §. quia vero in auth. de æqualit. dot. ergo dos dicetur recuperata cum obligatione, & qualitate statuti illius loci, vbi recuperata est. Item potest induci ille versicu. cum sua causa, idest cum sua datione, & facto, prout interpretatur gl. in l. iurisgentium in princip. & §. sed cum nulla ff. de pact. & sic vt debeat alijs dare cum eodem facto, vt omnino teneatur ex ipso statuto. Secū-
3 da ratio illa est vera dos, † quæ retinet proprium nomen, propriam naturam, & producit proprium effectum dotis, sed dos recuperata a vidua retinet proprium nomen propriam naturam, & producit proprium effectum dotis, ergo dos recuperata a vidua dicitur vere dos, & per consequens statutum Senense dicitur habere locum in ea. Minor probatur primo per textum in l.fi.ff. quando act. de pecul. est annal. vbi præsuppo-
4 nitur quòd peculiū finiatur morte filij, † vel serui, & tamē etiā post mortem datur actio de peculio cōtra patrem, vel dominum infra annum, ergo retinet nomen peculij, & diffinitionem in beneficium creditorum, quibus est ius quæsitum, vt terminari possint eorū credita. Et pro hoc facit, quia ex diffinitione proprietas rei habetur, l. quis sit fugitiuus §. erronem ff. de ædil. edicto sicut igitur morte soluto peculio habet nomē, & diffinitionem peculij in beneficium illorum, quibus debeat portio dotis relinqui vigore statuti. Item probatur, quòd habeat eundem effectum. nam in d.l. si socius, & in d. auth. sed quamuis, & in d. §. quia vero, præcedēs qualitas
5 dotis † ponderatur, quia producit eundem effectum, ac si illa qualitas adesset de presenti. Confirmatur quia l.fi.ff. de decur. vbi decurio, qui desiit esse decurio nō torquetur, & tamē ibi agitur cōtra publicam vtilitatem, ne de eo habeatur quæstio, vers. & C. de quæstion. & possunt cumulari multa similia, vt gloss. in §. fi. instit. de tutel. & l.1. C. de comitibus, qui prouin-
6 tias regunt. lib.12. Et † qui semel fuit aduocatus licet non sit, retinet illam priorem qualitatem Bald. in l.1. C. de aduocat. diuers. iudic. Item effectus præcedentis qualitatis ex voluntate alterari nō potest, quia est affixa rei, l. vnius. facinoris §. seruus ff. de quæst. itē probatur per textum in l. Pomponius §. in dotem ff. de acquir. possess. quem textum ponderat ibi Aret. pro
7 statuto loquēte de dote, quia dote restituta, dicitur dos † quo ad effectum resultantem ex titulo de iure communi, vel municipali, quia dos restituta ex causa dotis cōtinetur sub appellatione dotis, licet non habeat eadem priuilegia l. etiam, & l.3. ff. de fundo dot. sed in casu dicti statuti consideratur dos solum respectu tituli, ita ꝙ loquitur de dote, & nō de alio patrimonio. & ita intelligitur d. auth. sed quamuis, & d.l. si socius.
8 Tertia ratio, vbi in duplici casu vnica ratio † statuti reddi potest, tunc ea licet non sit expressa, habetur pro expressa, sed tā in dote constāte matrimonio, quàm in dote recuperata in dicto statuto Senensi vnica ratio reddi potest, scilicet ne fragilitas matris lædat filios, ergo quæ dicuntur de dote habēt locum etiam in recuperata. Maior probatur per Bald. l. maximum vitium C. de lib. præterit. vbi dicit, quando statutum nō est odiosum seu pœnale, nec correctorium, sed tantum exor-
9 bitans licita est extensio † ex identitate rationis. etiam non expressę, nec vnicæ. idem dicit Alex. in l. si constante in princ. insi. eodem Imol. in l. fina. ff. de hæred. instit. arg. l.2. ff. de lib. & posthum. in versicu. si nomen eius expressum non sit, si modò vnicum sit, & isto casu est licita extensio. Barto. in l. omnes populi in 4. quęst. sextę quęstionis principalis ff. de iusti. & iur. Notatur in l. si verò §. de viro inf. eod. Ias. in auth. quas actiones C. de sacros. eccles. Minor probatur argumēto c. forus de
10 verb. signifi. vbi notatur fragilitas † mulieris, & l. fi. C. de pact. conuent. Nam si posset recuperatam dotem ad sui libitum disponere, tunc posset dolum committere l.1. §. fi. ff. de except. doli. & sic ex aliqua leui, & fragili causa priuare filios. Quarta
11 ratio. quia dos † recuperata secūdum communem vsum loquendi dicitur dos, vt communiter testantur omnes doctores, qui communis vsus loquendi attenditur in statutis l. cum de lanionis §. asinā ff. de fundo instructo l. Labeo ff. de supell.
12 leg. & late dixi supra. Quinta ratio. Illa est vera dos, † quæ sic a iure interpretatur in alterius præiuditium, sed dos recuperata interpretatur vera dos in alterius præiuditium, ergo est vera dos. Minor probatur per textum in l. filiæ cum ibi not. C. de collat. vbi volunt illum textum qui loquitur de dote, quæ debet conferri, locum habere in dote recuperata, quia eadem ratio militat, scilicet æqualitatis seruandæ l. fina. C. communia vtriusque iudic. l. illud, & l. vt liberis C. de collat. Sexta ratio statutū hoc loquitur de dote illius, qui est in matrimonio, ergo loquitur de dote ipsius viduæ. Minor probatur per textū
13 in l. fi. C. de bo. mater. † vbi vidua adhuc dicitur stare in priori matrimonio, tanto magis si habet filios, vt Bald. in d.l. fi. notat. vnde cum hoc statutum sit inductum, vt consulatur liberis: quos vidua dicitur habere propterea comprehendit viduam, quę dotem recuperauit Et retenta hac communi opinione declara ipsam. Primo quòd ipsi filij illas tres quartas
14 † dicuntur habere ex prouidentia legis, & non ex iudicio matris, & adhoc allego textū in l. si arrogator in fine ff. de adopt. Ex qua declaratione inferas primo, quod si ipsi filij instituātur hæredes in omnibus dotibus a matre, quòd possunt dicere se
15 esse hæredes solum in vna quarta, sed respectu trium † quartarum ipsi dicuntur succedere ab intestato, & sic ex prouidētia legis, ergo in ipsis non sunt hæredes matris. & ita consuluit Castrens. in consil.341. vol.1. Dec. in cōl.386. Licet vt vniuer-
16 sales successores † vigore statuti, tenētur satisfacere omnibus creditoribus matris Aymo in tract. de antiquitate parte 4. nu.141. & huc pertinent quæ scribit Afflict. in decis.37. & decis.314. licet ibi Vrsill. in additionibus dicat sæpius in sacro cōsil. Neapolitano fuisse decisum contra Afflictum, & ita etiam testificatur Camillus Salernus in additionibus ad consuetud. Neapol. c. quæ incipit ex hac consuetudine. Secundo inferas
17 † quod si hæreditas matris, quæ consistit in dicta quarta parte dotis exhausta esset legatis, quod nihilominus in eadē quarta parte ipsis filiis debetur legitima, iste est casus decisus per Boer. decis.189. Secundo declara, quòd cum in dictis tribus
18 quartis ipsa mater necessitate † statuti debeat decedere intestata ꝙ neque super eis poterit condere testamētum ad pias causas vt consuluit Anch. consi.25. Socin. in cōs.48. nume.1. vers. nec obstare videtur ea sola ratione, quia per dictum sta-
19 tutum dicitur esse aucta † legitima filiorum, vt consuluit Feder. c. de Sen. in cōsil.18. quem sequitur Geminian. in c. fin. col. vlt. de rerum permut lib.6. & vide Socin. ibi Capic. decis.98. gloss. in §. si vero, & ipsam in versic. excipimus in auth. de testib. & De Bottis in addit. ad dictam consuetudinem Si qua moriens in additione quæ incipit si mulier in testamēto. Tertio declara, vt ipsa communis conclusio non possit procedere, quando filij consignant dotes matri soluto matrimonio per mortem patris, in instrumento dicerent ad habendum
20 † alienandum &c. prout est de stylo notariorum, quia talis potestas operatur, vt ipsa mulier libere possit disponere, & alienare Aymo in consi.24 num.8. Dec. in l.fi. nume.5. C. de pact. Et si est data hæc potestas alienandi an detrahantur ipsæ nouem partes, vide Caccher. in decis. Pedemont. 112. nume.17.
21 Quarto declara, quòd in istis tribus † quartis non possent illi filij exhæredari cum causa, quia in eis ipsa mater dicitur decedere intestata, & de eis disponere non potest, sicut est in debita iure naturæ filijs competente, vt in auth. de triente, & semisse, & sic æquiparatur illa tertia, & illæ tres quartæ Sed contrariam sententiam arbitror de iure veriorem, scilicet quod statutum prædictum non comprehendat dotem iam
22 restitutam, & ideo vidua † possit ad sui libitum disponere, & auctor huius opinionis fuit Nicolaus de Matarellis in d.l.1. C. vnde vir, & vxor, eamq; secutus fuit Aret. hic in princip. sed per rationes satis friuolas. Prima ratio Aretini est. Qualitas
23 † adiecta verbo statuti debet intelligi secundum tempus verbi, vt statutum habeat locum, sed in dote recuperata a vidua non adest qualitas adiecta verbo, nec secundum eam potest intelligi, ergo in dote recuperata à vidua non potest habere locum statutum prædictum. Maior probatur per textum in l. in delictis §. si extraneus ff. de noxal. l. Titia, & ibi Bar. ff. de testam. milit. Bar. in l. ex facto in prin. col.2. ff. de vulg. & pupill.

Minor

24 Minor probatur, quia post quam dos † est recuperata amittit
nomen dotis, nec est amplius dos. l. 3. ff. de fundo dotal. & l. 1.
in fi. ff. de vsucap. pro dote, quia fuit vnita cũ reliquo patrimo-
nio mulieris, ideo non dr̃ amplius dos, & sic non adest qualitas
requisita a statuto, ergo non habet locum, arg. l. habebat. ff. de
25 institor. Respondetur, ꝙ quando verbum † stat demõstratiuè,
tunc sufficit semel fuisse illam qualitatem doctrina est Bart. in
d. l. ex facto, sed hic verbum stat demõstratiue, quia mulier põt
habere multiplex patrimonium, vt l. si quidẽ. C. solu. matrim.
l. fi. C. de dot. promiss. Bal. in l. 2. C. sine cens. vel reliq. ideo so-
lum demonstrat de dote, vt de ea possit testari sm formam sta
tuti. Secundo respondetur negando, ꝙ in dote recuperata nõ
26 adsit † qualitas, quia in præiudicium illorum quibus erat acqui
situm ius super dote, non potest desinere illa qualitas. l. fi. ff. qñ
act. de pecul. est annalis, & sic in præiudicium filiorum, quibus
erat ius quæsitum, vt de dote ante recuperationem nõ potuis-
set testari, nisi de quarta parte, non desinit esse dos. Tertio re-
spondetur, ꝙ cum titulus dotis solum consideretur in statuto
isto respectu, etiam dos recuperata dr̃ dos. vt tenet idem Aret.
in l. Pomponius. §. in dotem. ff. de acq. possess. Secundò princi-
27 paliter argumentatur Aretin. quod sicut hæreditas † apprehen
sa non dr̃ vlterius hæreditas, quia efficitur proprium patrimo-
nium hæredis, vt no. per gl. in l. 2 ff. de fideicõ. hære. petit. Ias. in
l. 1 §. veteres col. 3. ff. de acq. poss. tex. in §. 1. instit. de hered. qua-
lit. & different. & hic Ias. eodẽ modo dos apprehensa non de-
bet dici amplius dos, ex quo eodem modo efficitur proprium
patrimonium ipsius mulieris, vt dictum est. Respondetur ꝙ
aut hæreditas apprehenditur per hæredem libere, aut cum ali-
quo onere. Primo modo efficitur verum patrimonium hære-
28 dis. Secundo modo non, quia etiam post aditionẽ † retinet no-
men hæreditatis, vt probat text. in §. 1. institu. quib. ex caus. ma-
num. non licet, & per totum titu. ff. ad Trebell. & hic Ias. facit
tex. in § restituta inst. de fideicom. libert. Ita est in dote, quæ si
recuperetur cum aliquo onere, puta, vt mulier de ea non pos-
sit testari nisi de certa parte, tunc transit cum eodem onere, &
29 adhuc recuperata † retinet nomen dotis. l. si socius pro filia. ff.
pro soc. & auth. sed quamuis. C. de rei vxor. act. l. filiæ dotẽ. C.
de collat. Dec. in d. l. 1. C. vnde vir, & vxor. Alex. in cons. 55. vol.
30 1. Et nota ꝙ non militat † eadem ratio in dote, quæ in hæredita
te, qñ hæreditas est delata, & non adita, tunc agitur de lucro l. 1.
C. de imposit. lucr. lib. 11. & ideo ꝙ excludatur nõ tractatur de
damno, sed qñ hæreditas est adita, tunc tractatur de omittẽdo
lucro cum suo damno gl. in l. 1. §. si quis autem in ver. per inte-
grum. ff. de itinere actuq; priuato. Sed in casu dotis, semper tra
ctatur de damno, quia semper est sua dos, siue exacta, siue nõ,
& ideo est diuersa ratio inter hæreditatem, & dotem, & habet
locum regula. l. Papinianus. ff. de minorib. ex quibus apparet
quod rõnes Aretini non concludunt hãc opinionem ꝯ cõem.
Ego autem moueor ad tenẽdum ꝯ cõem istam per oẽs ratio-
nes quas induxi s. in 5. q. ꝯ communem, vbi probaui, soluto ma
trimonio non esse verè dotem & propriè, sed impropriè, quas
hic volo haberi pro repetitis, & sunt satis vrgentes, etiam circa
31 præsentem quæstionem. Præterea illa non dr̃ dos † respectu fi-
liorum, quæ respectu eorum nõ habet priuilegia dotis, sed dos
recuperata non habet priuilegia dotis respectu filiorum, ergo
dos recuperata non dr̃ dos respectu filiorum. Minor probatur,
quia si mulier moriatur ante exactam dotem, filij recuperabũt
eam cum suis priuilegijs. Bar. in l. post dotem inf. eo & dicã la-
tè in l. 1. inf. eod. sed qñ est recuperata a muliere, dr̃ vnicũ eius
patrimonium. l. fi. cum ibi not. C. cõia vtriusque iud. nec habet
priuilegia dotis. & quia mulier habet duplex patrimonium, vt
dixi, sicut statutum non astringit mulierẽ in reliquo patrimo-
nio, ꝙ non habet eadem priuilegia, ita neque in dote recupera-
ta, quæ effecta est patrimonium illius, & nõ habet amplius pri-
uilegia dotis. ergo tale statutum locum habebit solum ante re-
cuperationem, non autem post. alias esset ꝯ textum in l. cũ qui
ædes. ff. de vsucap. Respondet huic argumento Hãnibal de Ca
32 nonicis hic nu. 172. qñ ipsa dos † recuperatur, ius tamẽ est quæ-
situm filijs d. l. fi. ff. qñ actio de pecul. est annalis. & ideo adhuc
nomen, & effectus dotis durat d. l. filiæ cum ibi no. C. de colla.
Et cum dicitur, est vnum patrimonium mulieris. Respondet
intelligitur quò ad alios, non autem quò ad filios. Et cum alle-
33 tur d. l. † eum qui ædes. ff. de vsucap. vbi vnum patrimoniũ non
debet diuerso iure censeri. Respondet, quòd procedit quando
actus non potest cõsiderari, nisi, vt vnicus, & vt vnum corpus,
sed contrarium est in casu nostro, cum statutum loquatur de
dote demonstratiue ad designandum differentiam alterius pa
trimonij ipsius mulieris, de quo potest testari ad sui libitũ. Itẽ
ad d. l. eum qui ædes, dic quod loquitur quando in diuersa con
sideratione caderet repugnantia, puta esse quid mobile, & im-
mobile est repugnantia, quòd non põt esse. sed respectu vnius
rei immobilis non potest cadere repugnantia, considerando
diuersa iura, quod probo, quia quis potest habere vnam rem
partim iure hæreditario, & partim iure prælegati l. miles. §. pro
parte. ff. de leg. 2. l. eum qui. §. pro parte. ff. de his quibus. vt in-
dign. l. in quartam cum ibi nota. ff. ad l. Falcid. & probatur in l.
prima. §. si quis ex morte. ff. quorum legat. & in l. in fideicom-
missaria. §. fin. ad Trebellia. Item frater dicitur habere vnicum
patrimonium copulatum de bonis maternis & paternis, pone
quòd moriatur, & habeat duos fratres vnum vterinum, alterũ
patruelem, vtique patruelis succedet ad bona paterna. & frater
vterinus ad bona materna authent. post fratres C. de legit. hæ-
redib. l. de emancipatis § exceptis C. de legit. heredib. auth. ita-
que C. communia de success. ergo vnicum patrimonium di-
uerso iure censetur. Et sic intelligas d. l. eum qui ędes. Ista so-
lutio non valet, quia si ius esset quæsitum filiis super dote re-
cuperata vigore dicti statuti tunc sequeretur quòd ipsa mulier
postquã recuperauerit non posset vendere dictas dotes suas, ne
que alienare, quia dolose diceretur facere in præiudicium fi-
liorum ad eos fraudandum, prout titulus ff. de his quę in fraud.
34 credit. Sed ipsa mulier † põt dotes recuperatas vendere, & alie
nare. Et valet alienatio, nec potest per filios reuocari. ergo ipsis
non adhuc est quęsitũ ius super dote recuperata. Itẽ infero, er-
go statutum non loquitur de dote recuperata. Et hic est tota
vis istius veritatis. Quod autem mulier dotem recuperatam,
quã prohibetur in totum relinquere ad libitum per statutum
possit alienare inter viuos, probatur sic. Primo quia dispositio
c. quanquam de vsur. l. 6. quæ loquitur in vltima volũtate nõ
habet locum in contractu inter viuos, & etiam in donatione
causa mortis si fuerit stipulatione vallata, etiam si in testamen-
to fuerit facta dummodo mediante stipulatione. Dec. in cons.
195. in fine. & ibid. nu. 3. dicit esse communem opinionem. Se-
cundo casus est in auth. contra cum rogatus C. ad Trebell. vbi
rogatus, vt restituat quicquid superest de hæreditate tenetur
ad minus quartam conseruare fideicommissario, nisi alienet
35 † pro necessitate sui victus, & sic simpliciter cõcedit alienatio-
nẽ ex causa victus, ergo statutũ hoc nõ habet locũ in alienatio
ne quę fieret inter viuos ex necessitate ipsius alienantis. Cõfir-
36 matur quia mulier † põt alienare quęlibet bona dotalia etiã in
præiudiciũ aliorũ vt viuat l. fructus §. mariẽ ff. de iure dot. l. cũ
dotẽ § si autem ꝯ. eod. quia æquius est alimenta dare, quã ne-
gare ei, qui aliquo casu dominus bonorum futurus est l. 1. §. sed
si incertũ ff. de ventr. in poss. mittend. quãtò magis debet ali
mulier de bonis suis, cũ ipsa sit domina, & filij contradicentes
dicerentur ipsam necare l. vel necare ff. de alimen. lege quo ca
su possent rationabiliter exhęredari, quasi vitę eius insidian-
tes auth. vt cũ de ap pell. cognosc. §. his a parentibus. & pro hoc
est decisio, Franch. 435. in primo dubio. Itẽ põt mulier aliena-
re ẽt in prędiciũ aliorum, vt sana viuat l. si cum dotem §. sin
autem ꝯ. eodem, nec possent filij contradicere, alias ex d. ratio-
ne possent exheredari d. authent. vt cum de appell. §. si quis au-
tem de predictis. Item potest alienare, vt libera viuat, puta, vt li-
37 beret se debito † ad quod est efficaciter, & necessario obligata
si aliunde solui nõ potest sicut diximus in minore l. lex quę C.
de administr. tut. l. ob ęs alienũ ff. de præd. minor. l. magis puto
§. nã passim ff. de reb. eorũ. & pro hoc est casus decisus per Ca-
pyc. decis. 70. in fine, & in eius in decis. 195. vbi etiã qd si non suf-
ficit illa portio de qua poterat disponere, in subsidiũ deuenitur
ad alias portiones quibus aliis forte erat ius quæsitum sibi ipse,
similiter si fuisset capta ab hostibus, & liberata ab aliquo tunc
ipsa esset pignori obligata ad reddendam illam pecuniam l. ab
hostibus C. de captiu. Item potest alienare in præiudicium fi-
liorum, vt nupta viuat. Nam pone quòd non inueniat virum
idoneum, nisi cum dote in pecunia numerata. Vel contraxit
matrimonium cum secundo viro, promissa sibi dote de para-
gio in pecunia numerata certe satis videtur iusta causa, vt pos-
sit alienare bona stabilia pro dotanda se, quia dotis causa sem-
per, & vbique est pręcipua. Sed hic cõsiderare debetis, ꝙ Abb.
38 in cons. 17. vol. 1. consuluit in mã istius statuti, ꝙ mulier † pro-
pter necessitatẽ sam. s alenans nõ debet requirere iudicem. Nõ
bene dicit, textus est in cõtrarium in d. l. ob ęs alienũ ff. de pręd.
minor. textus est expressus in l. 1. C. de prædiis et al. lib. 10. & l. ẽt
§. 1. ff. de manumiss. vendict. & l. lex q̃ tutores C. de administr.
39 tut. Quod decretum † debet præcedere, non sequi. Innoc. in c.
dudum circa medium de reb. eccles. non alien. Idis. Felic causa
debet ppeni & alligari iusta, & vera l. cũ hi §. in causæ & § præ
tor ff. de transact. l. oẽs ff. de in integr. restit. l. in testan ẽto ff. de
excusat. tut. l. iusta, & l. ẽt, & l. illud ff. de manumiss. vindict. §. ea
dem instit. ex quib. caus. manumit. nõ lic. & ita est casus decisus
per Caccher. decis. Pedemont. 167. Denique, quod in casu d. dicti
40 statuti mulier † phibita disponere causa mortis, qd possit alie-
nare in vita, cõsuluerunt Dec. in cons. 106. Alexan. in cons. 116.
an ma diuersis statutis. nu. 8 & 9. vol. 2 & in l. a ff. de leg. 1. vbi ꝙ
statutum loquens in casu simplici, non extendatur ad mixtũ, &
41 quod statutum † hoc sit odiosum Abb. in d. cons. 17. num. 1.
vers. sed in casu nostro vol. 1 & ideo non est extendendum de
vltima voluntate ad contractus inter viuos. Dec. latissim e in d.
ꝯs. 196. & vide Io. Dilect. de arte testandi tit. 1. caut. 13. qui mul-
ta cu-

... cumulat ad ho... statuti nostri, quod mulier
42 † possit donare benemerito propter grata, & accepta seruitia,
& quod non possit contradici per filios, tenet Napodan. in consue
tud. Neapolit. incipiente, & si mulier in vers. iustam nume. 10.
quia non est simplex donatio, sed remuneratio l. Attilius regu
lus l. hoc iure §. La... l. si pater §. 1. ff. de dona. ad quã necessi-
tatem astringimur, ... lege §. consuluit ff. de pet. hæred. &
sic videtur iusta, & necessaria causa, & ideo non requiritur in-
43 sinuatio † d. l. Attilius regulus, & ibi not. super verbo merã, &
cõsuluit Dec. in cõs. 665. prope finem Rip. in l. si vnquam nu. 32.
C. de reuoc. donat. Tiraq. ibid. & in tract. de constitut. parte 3.
limit. 30. nu. 53. & vide Afflict. decis. 27. Et confirmatur, quia
44 libertus non potest alienare, † & tamen potest donare bene-
merito l. mutus ff. si quid in fraud. patron. sic & prælatus l. iu-
bemus circa princip. C. de sacros. eccles. & in auth. de alienat.
& emphyt. in princip. in gloss. in ver. tenaciter. Innoc. in c. cum
in officio in princ. de testib. & licet non sit causa necessaria, est
tamen iusta, vt not. in d. l. sed si lege §. consuluit ff. de petit. hę-
redit. Quod est verum si in causæ cognitione probentur meri-
45 ta per testes, † vel per instrumenta, secus per confessionem suã
factam in instrumento, quia tũc esset beneficium coloratum,
vt d. l. iubemus §. 1. argumẽto l. sed Iulianus in princ. ff. ad Ma-
cedon. & ita tenet Innoc. in d. c. cũ in officijs. Posset vtraq; opi-
nio fœdere distinctionis concordari, quod aut loquimur de dote
46 consistente in pecunia † numerata, & tunc quando mulier eã
recuperauit, ipsa est domina, & potest de ea disponere ad sui li-
bitum, aut de dote cõsistente in stabilibus, & tunc nõ possit di-
sponere in pręiudiciũ filiorum vigore dicti statuti, quæ distinc-
tio est Frecciæ in addit. ad consuetud. Neapolit. incipiẽtem Si
qua moriens, in additione, quę incipit, ergo mulier non potest
donare. fol. 198. sed ista distinctio est vera, quando procederet
communis opinio, & est bona in disputationibus, secus in tri-
bunalibus, quia contra eã obstant omnes prædictę rationes. Et
tenendo hanc vltimã opinionẽ cõtra cõmunem, ad rationes in
oppositũ põt responderi. Ad primã respondetur, quod dotem dici
47 recuperatam † cũ ista causã stat dupliciter, vel vt nubendo pos-
sit dare alteri marito, vel, vt cõcernat aliam obligationem, tũc
dicatis, quod d. l. si socius pro filia, & auth. sed quamuis, & §. qa ve-
rò loquũtur primo modo, scilicet vt mulier quo ad eius fauorẽ
dicatur habere dotem, vt possit nubere, non autẽ secundo mo-
do, vt super ea dote insit aliquod aliorum ius, & dos remaneat
obligata, hoc illa iura non dicunt, & supradictæ rationes dum
demonstrant posse disponere inter viuos, probant contrariũ.
48 Ad secundam respondetur, quod cum hoc statutum † sit exorbi-
tans cõtra ius cõmune, quia prohibetur quis disponere de re sua ad
eius arbitriũ l. in re mandata C. mandati propterea non recipit
interpretationẽ passiuã de iure cõmuni, vt dixi diffuse supra in
7. quęst. in resolutione primæ rationis Bar. in rationibus pro ve
ritate cõtra cõmunem, & ita respõdeatis ẽt ad confirmationes.
Ad tertiam respondetur negando, quod sit eadem ratio tam
in nupta, quam in vidua, & dum dicitur quod est ratio fragili-
49 tatis, † Negatur hoc esse verum, quia alia ratio assignari potest,
& si statutum fuisset factum propter fragilitatẽ, tunc idem sta-
tuissent quo ad reliquum patrimonium quod non fuit factum
ergo non est ratio fragilitatis. Primò potest assignari ratio, sci-
50 licet fauor filiorũ, vt dicit Ias. hic quod probatur, quia narrata † in
statuto denotant causam finalem l. fi. ff. de hęred. instit. Et sta-
tutum dicit, quòd mulier possit de tertia parte suę dotis testari,
reliquas verò partes teneatur relinquere liberis, seu filijs, vnde
cum liberi seu filij sint considerati, ergo eorum fauore factum
est statutum. Secundo potest assignari alia ratio, quia plerun-
que mulieres odio mariti auferunt bona filijs l. si quis in suo C.
de inoffic. testam. ideo, vt statuentes prouidissent huic incon-
uenienti, sic disposuerunt. Tertiò potest assignari alia ratio, qa
51 mulier nupta † quandoque non habet vsum reiterationis, vel
propter amorem, vel propter reuerentiam, seu metum mariti
arg. l. 1. ff. de donat. inter virum, & vxorem l. cum mulier C. de
donat. ante nupt. l. interpositas cum ibi not. C. de transact. l. 1.
§. quæ onerandæ ff. quarum rerum act. non datur l. hac edicta-
li in princip. C. de sec. nupt. cum simil. Ideo statuentes volue-
runt prouidere circa dispositionem ipsius mulieris nuptæ, nõ
52 autem viduę. Ergo nõ potest dici ratio † vnica cum plures pos-
sint assignari Bar. in l. liberorũ ff. de verbor signific. Et licet plu
53 ralitas rationũ nõ præsumatur, † vt est cõmunis opinio de qua
per Ias. in auth. quas actiones C. de sacros. eccl. hoc tñ procedit
quãdo vnica tñ reddi põt, non aũt plures, vt dixi. Ad quartã respõ-
54 det Aret. hic in princip. quod hic communis † vsus loquẽdi est
quid fact. & debet probari. l. in bello §. facta ff. de capt. & do-
ctores nõ possunt testificari de omni loco. Ad quintã respon-
detur, prout ad primã. Ad sextã respondetur, prout ad secundã.

SVMMARIVM.

1 Mater non potest relinquere plus filijs secundi matrimonij, quam primi, nec econtra.
2 Parentum partialitas in filios vbi damnetur.
3 Baldi opinio est communiter reprobata.
4 Statutum loquens de muliere, quæ non possit relinquere inæqualiter filijs habet locum in vidua.
5 Statutum quando recipiat interpretationem de iure communi.
6 Dispositio cessat ratione cessante.
7 Statutum prohibens mulierem disponere qua ratione factum.
8 §. illud in auth. de nupt. intelligentia, & nu. 22.
9 L. edictali. C. de secund. nupt. an permittat patri relinquere plus vni, quã alteri, nu. 11. & nu. 14. & nu. 16. & nu. 17. & nu. 20.
10 Parentes possunt disponere de toto ad eorum libitum, relicta filijs legitima.
11 Legitima relicta non dicitur spretum consilium legis.
13 Mater prohibita per l. hac edictali an possint disponere si non interuenit persona patris.
15 Mater non potest donare filio in potestate mariti stante legis prohibitione.
18 Mater prohibita per l. hac edictali potest donare vni filiorum, cum pacto ne patri quæratur vsusfructus.
19 Nepoti ex filio spurio potest donari, vel relinqui.
21 Matris tutela quando expiret per transitum ad secunda vota.
23 Lex bertatiua quando subsistit.

QVAESTIO DECIMA.

Statutum loquens de muliere, quæ non possit relinquere de dote inæqualiter filijs habet locum in vidua.

ALteram quęstionem mouet hic Soc. nu. 75. de sta-
tuto Mutinensi, similem proximæ præcedenti,
quo statuto cauetur, quod mulier non possit de
dote sua relinquere plus filijs secundi matrimo-
nij, quam filijs primi matrimonij, sed debeat eã
ęqualiter omnibus relinquere, Vtrum si mulier sit vidua ex
secũdo matrimonio cõprehendatur in statuto. Cõmunis sen-
1 tentia omnium doctorũ est quod mater † nõ possit relinque-
re filijs secũdi matrimonij plusq̃ filijs primi, & oẽs loquũtur in
matre, q̃ cõprehendit tã nuptã cũ secundo viro, q̃ viduã, Hanc
opinionẽ tenet Odofred. in l. hac ędictali. col. 1. ver. nõ possit
C. de sec. nupt. licet Castr. in auth. vnde si parens alleget Odo-
fred. pro cõtra parte, tñ male allegat, vt videbitis ipsum pro ista
communi. Eandẽ opinionem sequitur Florian. de Sancto Pe-
tro. in sua disputatione quæ incipit Mulier primo vidua in ter-
tio dubio quã ad verbũ refert Bertrand. in d. l. hac ędictali. n. 14.
Hanc opinionem tenuit Baldus sibi cõtrarius in cons. 161. vol.
1. vbi dicit ita tenuisse Francisc. de Albergottus inter consi... a
Riccard. de Salic. se subscripsit cum alio cons. 264. inter consi-
lia Castrens. vol. 1. Et subdit Bald. quod ita fuit obseruatum, &
iudicatum, licet ipse conetur defendere cõtrarium. Hanc opi-
nionẽ tenet Alex. in addit. ad Bart. in d. l. hac ędictali Gabriel in
tit. de secund. nupt. conclus. 4. nu. 45. Aymo in cons. 40. in fine.
clarius firmat idẽ Castrens. in cons. 149. & cons. 150. vol. 2. vbi
dicit hanc esse vulgarem doctrinam quę colligitur ex d. l. hac
edictali. Et pro hac opinione est casus in §. fi. in auth. de nupt.
2 vbi Iustinianus multum damnat † partialitatem parentũ non
obseruantium ęqualitatem in relinquendo filijs tã primi, quã
secundi matrimonij. Et hic est textus magistralis pro hac opinio
ne. Pro hac opinione consuluit Ruy. in cons. 112. vol. 1. vbi nu.
3 7. dicit quod opinio † quam tenet Bal. in l. 1. C. de rei vxor. act. dot.
est communiter reprobata Iaso. in auth. vnde si parens nume.
4. dicit hanc esse opinionem veriorem, & ita tenere Salic. in d.
l. hac edictali quæst. 8. Sed Salic. ibi arguit ad partes, & non cõ-
cludit quam opinionem sequatur. Pro hac opinione consuluit
Corn. in cons. 82 nu. 1. vol. 3 Hyppolit Riminald. in cons. 241.
nu. 38. vbi diffusè scribit, & in cons. 243. nu. 26. & in cons. 428.
vbi dicit esse communem opinionem. Gloss. Parisiens. in ad-
dit. ad Dec. in consi. 246. Vos studentes admonitos velim ali-
quos ex iam citatis doctoribus loqui de filijs mariti, ex prima
vxore, vt Floran. Gabriel. tñ rationes quas allegant sunt illę ea-
dẽ q̃ sunt pro filijs eiusdẽ vxoris ex primo matrimonio. Et in
istam opinionẽ fuit pluries decisum in diuersis tribunalibus,
Boer. decis. 201. col. 5. ver. & sm Antonin. Thesaur. in decis. Pe
demont. 170. vbi disputat articulũ ad partes. Franch. decis. 435.
vbi habebitis allegationes satis copiosas. Ex quibus infertur cõ-
4 cludi quod statutum † loquens de muliere, quæ non possit re-
linquere filijs secundi matrimonij plusquam filijs primi, locũ
habet in vidua, quæ iam recuperauit dotem, sic deducendo ar-
5 gumentum. Statutum quod † non est correctorum iuris com
munis recipit interpretationem passiuam de iure communi l.
1. §. lex Falcidia ff. ad l. Falci. vbi Bart. & Doct. Oldrad. in cons.
224. col. 7. in fine. Dec. cons. 35. & cons. 258. Aymo. de antiqui-
tate parte 4. §. videamus nume. 48. sed de iure communi ma-
ter non potest relinquere plus vni filiorum, quam alteri, vt su-
pra probatũ est, quod est verũ tam antequã moriatur secũdus

vir, quam postquam mortuus est, & restituta est dos. ergo statutum hoc habet locum in vidua, quæ dotē recuperauit. Et ꝙ hæc sit opinio communis sic stricte loquendo in materia prædicti statuti dicit Socinus vester hic num. 78. vers. his non obstantibus ego teneo communem. Sed pro dilucidatione prædictæ communis, sic argumentari potest pro parte cōtraria, scilicet quod non habeat locum in vidua secundi viri, quæ re-
6 cuperauit dotem. Primo cessante ratione † dispositionis, cessat dispositio l. adigere §. quāuis, ff. de iure patronatus. Sed hoc
7 statutum fuit factū ne † mulier seducatur a secundo viro, quia plus diligit secundum virum præsentem, quam primum iam mortuum l. lex quæ tutores §. lex C. de administrat. tut. arg. l. non est consentiendum ff. de inoffi. testam. arg. l. 1 ff. de donat. inter virum, & vxor. l. cum multę C. de donatio ante nupt. & l. interpositas cum ibi not. C. de transact. & ideo statutum timet ne odio primi mariti sponsi, & eius filios l. si quis in suo §. fin. C. de inoffic. test. Sed sol. matr. cessat ista ratio statuti, ergo dēt cessare eius dispositio. Tanto magis si habitaret seorsum a liberis secundi matrimonij, & dos esset recuperata. Secūdo, qa si statutum hoc recipit interpretationē passiuam de iure communi, textus est ineuitabilis, qui dicit expresse contra commu
8 nem in §. † illud siue fin. in auth. de nupt. qui licet a principio videatur facere pro dispositione matris æqualiter facienda inter liberos, tamen illud non est dispositiue, sed hortatiue, & ideo in fine Imperator dicit contrarium, videlicet sufficere, ꝙ relinquatur legitima, & ita illum textum ponderat Bal. in cōs. 164. in prin. vol. 1. inter cōsilia Castrens. Bertrand. in cōs. 186. nu. 2. vol. 3. Tertio, quia aliter dicendo filij secundi matrimonij essent deterioris conditionis, quam quilibet extraneus, cui excepta legitima potest omnia relinquere. Aymo in cōs. 241. vol. 1. Roland. in cons. 62. nu. 25. vol. 1. & idem inter filios secūdi matrimonij Alex. in cons. 227. nu. 2. vol. 6. Quartò, quia si pa
9 tri † promissum est relinquere plus secundis, quam primis, vt videtur probare tex. in d. l. hac edictali, vbi Cyn. Iacob. Butr. & Bal. nu. 6. 7. & 12. & cons. 328. nu. 1. vol. 3. Bertrand. d. cons. 186. Roland. d. cons. 62. nu. 29. ideo non est denegandum matri, ex regula correlatiuorum. Et tenendo hanc opinionem contra communē posset responderi ad omnes Doctores præcitatos qui fundantur super dispositione d. l. hac edictali, & tamen illa lex prohibet secundo nubentes habentes filios ex primo matrimonio plus donare, siue relinquere secundo viro, siue secūdæ coniugi, quam sit donatum, vel relictum vni ex filijs primi matrimonij. Nos autem agimus si donetur, vel relinquatur filijs secundi matrimonij, in quo casu habemus iura particularia illa permittentia, relicta alijs filijs legitima l. si parens, & l. si tota l. si donantibus C. de inoffic. donat. & §. vnic. de immens. donat ponderando generalitatē illius verborum in aliquē, aut aliquos filiorum, & illorum circa omnem prolē, vt in auth. vnde si parens C. de inoff. test. vbi generalia verba in quēdam, vel quosdā liberos ponuntur, iuncta declaratione Odofredi, Baldi, Castrens. & Ferd. Vasqu. in repet. illius l. nu. 12. intelligentium illa verba primi, vel secundi matrimonij, quæ iuxta loquuntur de donatione. Idem est quoad dispositionē fa-
10 ctam in vltima voluntate, vt parētes † possint beneficiū vnius, vel plurium ex liberis disponere de toto, relicta cæteris legitima l. parentibus C. de inoffic. testam. §. hi in auth. de triente, & semisse l. cum filijs iuncta gloss. in ver. vt a matre C. de sec.
11 nupt. & d. §. illud ī auth. de nupt. Imò d. l. hac edictali † & optime alias consulendo inducebam pro ista opinione, dum præsupponit satis esse, quod filijs ex primo matrimonio legitima detur, vel relinquatur, in vers. Ita tamē, vt quarta pars, quæ eis ex legibus debetur nullo modo minuatur, remanente libera facultate in residuo disponendi in extraneos, vel alios filios, ēt secundi matrimonij, non tamen in beneficiū secundi viri, vel secundæ coniugis, vt declarat Napodan. in consuetud. Neapolit. incipiēte Si constante in ver. diminuitur in fin. Bertrand. in d. l. hac edictali in §. ita tamen nu. 15. 16. & 17. Capra in consil. 51. Quare rectius censuerunt alij qui existimauerunt, donationem siue legata facta filijs secundi matrimonij in dubio non comprehendi in prohibitione legis hac edictali, quia in illis nō possit considerari fraus, ex quo sunt personæ in quibus naturalis cedit affectio l. si scripto ff. vnde lib. Inter quos Bald. tam in lecturis, videlicet in d. l. hac edictali nu. 19. & in l. 1. nume. 4. C. de inoffi. dot. & in d. auth. vnde si parens nu. 2. quā in consilijs, videlicet in cons. 11. nu. 2. vol. 3. & cons. 22. nū. 1. vol. 5. & in cons. 262. & 264. inter prædicta consilia Castrens. vol. 1. Ang. in cons. 285. nu. 2. Abb. in cons. 117. nu. 1. & 2. vol. 2. Napodan. in consuetud. Neapolit. incip. si qua moriēs. in ver. relinquere, & in ver. posset. Dec. in auth. præterea nu. 6. vers. alia est cautela C. vnde vir, & vxor. & cons. 246. nu. 1. & 2. Durand. de arte testād. ti. de leg. cautela 65. nu. 2. Capra d. cōs. 51. Ruyn. in cōs. 56. nu. 9. vol. 2. Paris. in cōs. 92. col. pen in 3. vol. Cassan. in consuet. Burgūd. rubr. 6. §. 1. in fi. Aymo in cōs. 193. nu. 2. vers. putarē tñ. Roland. in cons. 62. nu. 29. Caualcan. de vsufruct. mulier relict. & nu. 39. Francisc. Marc. q. 27. lib. 2. Bertrand. in cōs. 61. vol. 1. cons. 117. vbi dicit hanc opinionē esse veriorē, & magis communem. Et nouissime Federic. Vasquius in d. auth. vnde si parens nu. 12. C. de inoff. testam. Itē respondetur, quod quando opinio Francisci de Albergot. & aliorum suprascitatorum verior, & magis communis esset, prout nō est, limitatur nō pro-
12 cedere, quando expresse fuit relicta legitima. † & sic non est spretū consiliū legis in d. l. hac edictali, & in d. §. illud. nam tūc valida est dispositio. ita declarat Sal. in d. l. hac edictali in vers. 2. diffuse declarat, & sequitur Bertrand. in loco proxime citato. in §. ita tamen nu. 15. late etiam Beer. in d. decis. 200. num. 5. vers. ego tamen. vbi dicit hanc declarationem communē esse, & consuluit Aymo in d. cons. 193. nu. 11. Decian. in consil. 35. & 36. vol. 1. Item respondetur, quod opinio Doctorum in cōtrarium allegatorum procedit quando in pacto donationis in-
13 teruenit † persona patris stipulantis pro filijs, quia tunc lex suspicatur de fraude, & interuentu personæ patris, & de acquisitione in persona illius, cui est prohibitum donari, vel relinqui, ita enim loquuntur Franc. de Alberg. & omnes Doct. in contrarium citati, secus est dicendum, quando non interuenit persona secūdi viri, sed persona notarij stipulantis pro filijs, ita cōcordando opiniones distinguit Aymo in consil. 40. in fin. Bertrand. in cons. 185. vol. 3. Ruyn. qui pro contraria parte adducit in d. cons. 112. nu. 8. Denique respondetur, ꝙ conclusio Doct. in contrarium allegatorum procedit quando facta est donatio siue legatum a matre, & in hoc casu loquuntur. Secus est
14 quando fit à patre, † & hæc distinctio probatur iuribus, rationibus, & auctoritatibus. Iuribus, nam stante legis prohibitione, quod maritus vxori, nec e conuerso donare possit l. 1. & to-
15 to tit. ff. & C. de donat. inter virum, & vxorem, mater † non potest donare filio in potestate mariti existenti, quia patri acquireretur donatum l. 3. §. videamus in vers. secundum hæc ff. eodem titu. Pater tamen donare potest filijs, quia matri non acquiritur dicta l. si totas, & l. si pater C. de inoffic. donat. & proinde etiam mater filio donare potest, quando est causa Castrensis peculij, vel est actum, quod patri non acquiratur d. l. 3. §. 1. & l. Sulpitius, alias mulier ff. eod. tit. & l. si constante, vbi Bald. notat hanc differentiam inter patrem, & matrem, C. eo. tit. Rationibus, si quidē omnes infrascriptæ tres rationes, quibus moti sunt Doct. tenētes donationē, siue legatū factū a ma-
16 tre filijs ex secūdo matrimonio non valere cessant, † imò ꝯtriæ militant in donatione facta a patre, Prima rō, qua moti fuerūt oēs Doct. loquētes in matre donāte, vel relinquēte, illa est, vel quia in totū patri quærat, præsupponēdo illud profectitiū, vel saltē vsusfructus si esset aduētitiū, & sub ista rōne clauduntur oīa adducta per Frāc. de Alberg. & alios in ꝯtrariū citatos pro fundāda eorū opinione. Secūda, quia contra mulieres secūdo nubentes præsumptio est, quod nouis maritis non solū res filiorū, sed etiam vitā addicant, vt dicit Imperator in d. l. lex quę tutores C. de administ. tut. & ita considerat Napodan. in d. cōsuetudine Si constante in ver. diminuitur, circa fin. Bertrād. in d. l. hac edictali nu. 19. Tertia, quia nō est eadē auctoritas vxoris in maritū, quę est mariti in vxorem, & istas duas vltimas rōnes cōsiderat Thessaur. in d. decis. 170. nu. 13. reddēdo rationē diuersitatis inter vnum, & alium casum. Auctoritatibus. Hāc enim distinctionē faciunt Aymo in cōs. 40 qui in hac opinio-
17 ne residet patre † donante, licet matre donante, distinguat vt supra in 3 responsione Bertrand. in d. cons. 186. vol. 1. fundantes hanc distinctionē super acquisitione, q̄ fit patri, matre donante, vel relinquēte, & ꝯsiliū Aym. sequit Rol. in cōs. 62. nu. 29. & eiusdē sniæ videt esse Thessaur. in d. decis. 170. nu. 13. in 2. respōsione, vbi prædictas rōnes diuersitatis reddit, & nemo ex doctoribus in contrarium citatis, nec alius quem viderim,
18 in patre dicit contrarium. Imò multi doctores de matre † loquentes tenuerunt proculdubio donationē, vel legatum valere, quādo fuit actū, quod vsufructus patri non quæratur, vt inter cęteros Durand. de arte testandi tit. de legat. caut. 65. Frāc. Marc. d. q. 27. lib. 2. Bertr. cōs. 19. nu. 4. vol. 3. Castr. in cons. 150. ver. aut cōstat. vol. 2. Denique pro cōprobatione istius distinctionis facit cōmunis, & recepta Doctorū snīa, quod licet filio
19 † spurio, nec donari, nec relinqui possit, tamē potest donari, vel relinqui nepoti, ex filio spurio, quando est cautum, quod patri spurio, non quæratur, ita Bart. in l. Gallus §. quod si is nu. 1. & 2. ff. de lib. & posthum. Castrens. ibid. nu. 6 Ias. nu. 24. qui alios cumulat, & communē testatur Aymo in cōs. 184. qui dicit hoc non habere dubium in matre spuria, quia sibi non quæritur. & est casus decisus, vt per Franch. decis. 77. Nec obstat, quod tex.
20 in dicta leg. hac edictali, † & §. optime loquantur tā in matre, quam in patre, & in vtroque remouentes omnem circumscriptionem per interpositam personam, vnde quemadmodum matre donante, siue relinquente filijs secundi matrimonij, persona illorum videtur interposita, eodem modo videatur interposita patre donante, vel relinquente, arguendo à correlatiuis. Quia respondetur, quòd licet verum sit,

quod

quod loquatur tam in patre, quam in matre, & in vtroque cõsiderent circumscriptionem. & sic quãdo constat, quod dictis secundo nubentibus siue matre, siue patre in effectu donatur, vel relinquitur secundo viro, vel secundæ vxori per interpositam personam, siue extranei, siue etiam filiorum, & tunc proculdubio procedit prohibitio, tñ qñ hoc nõ constat, & sumus in dubio, & fit donatio filijs, tunc interest, an fiat a matre, & forte præsumatur fraus per interpositã personã fil orum ex acquisitione, quæ fit patri, vt tenent Doct. supra citati, aut fiat a patre & tunc cessante rõne acquisitionis, cessat præsumptio fraudis per interpositam personã filiorũ, & sic stante diuersitatis rõne non valet argumentũ ab vno ex correlatiuis ad alterũ. Sed ga tenendo hanc opinionẽ factum consiliũ Neapolitanũ, iudicauit ꝯ ipsam, & consiliũ meũ pro hac opinione, qđ est in volumine primo consiliorũ meorũ dedit occasionẽ, vt fieret dicta decisio. 455. Franchi. in qua asserit oẽs Dominos tenuisse, ꝙ dispositio d. l. hac edictali, procedit ẽt qñ dispositio fit in filios nascituros secundi matrimonij. Propterea insequendo opinionẽ tantorũ patrũ, & dominorũ meorũ rñdeamus ad contraria algata pro altera parte. Ad primum respondetur, quòd licet cesset causa, quia maritus est mortuus, tamẽ supersunt filij ex isto secundo matrimonio propter quos potest durare ista sinistra suspitio, ne ab illis subducatur. Cõprobatur solutio. Nam ma-
21 tris † tutela expirat per transitum ad secunda vota, & non admittitur, etiam si iste secundus maritus esset mortuus re integra si liberos haberet ex isto secundo matrimonio. Et licet haberet seorsum à filiis, tñ non cessat sinistra suspitio quia transitus ad secundas nuptias facit semper eã suspectam, vt per Bal. & Salic. in auth. sacramentum. C. quãdo mul. offic. tutel. fung. Cõfirmatur, quia si data separatione posset disponere, tũc statutum redderetur elusorium, quia separaretur a filijs, vt de sua dote ad sui libitum posset testari, & ita statutum rarò, vel nunquam haberet locum gl. in c. quãquam de vsur. lib. 6. not. in l. 2. de leg. 1. Nec via fraudibus est aperienda l. fi. C. de sec. nupt. §. fi. instit. de suspect. tut. Ad 2m respondet Castrens. in d. cons. 150. col. 3. vers. breuiter, & Ruyn. in d. cons. 112. num. 7. vol. 1. quod
22 tex. in d. † §. illud loquitur quando cessat causa suspitionis, quia mortuus erat secundus vir, & hoc est verisimile, quia de ipso secundo viro, nullam mẽtionem facit ibi Iustinian. sed viro viuente militabit ratio d. l. hac edictali. Et eod. modo posset responderi ad d. l. cũ alijs. C. de secund. nupt. Secundo respondetur, ꝙ tex. in d. §. illud, q est ĩ sui forma singularissimus ex quo constituit legẽ exhortatiuã, & nõ preceptiuã, ꝯ formam aliarũ legũ, quæ debẽt precipere, & nõ exhortari c. lex dist. 2. vt aduertit Thessaur. respõdendo in d. decis. 170. nu. 12. Quãuis videatur solũ hortari tñ in suis rationibus, & in proœmio apponit causas quare mater seruare debeat inter filios equalitatẽ, ita vt nõ stet in meris terminis consilij, vnde male faciet illa mater, quæ cũ consilio Imperatoris non disponit, & equalitatẽ non seruat inter liberos, vt notat Castrẽs. in d. cons. 150. col. 1. Confirmatur,
23 quia talis adhortatiua † lex subsistit, vt dicit Bald. in quodã cõsilio, qđ legitur in rubrica tituli C. si quis aliquẽ testari prohibuerit. col. 2. ver. super quo ẽt. Et in simili dicitur in testamẽto, ꝙ hoc verbũ rogo importet fideicõmissum. Ad tertiũ respondetur, quòd hoc absurdum nõ sequitur, imò fuit inductũ optima rõne, idest ne mater, blanditijs secũdi viri, quem lex oderat induceretur ad relinquẽdum secundis, & excludendũ primos, quã rõnem cõsiderauit d. l. hac edictali. exorbarẽt. n. mulieres proprios filios primi matrimonij, vt secundo viro cõplacerent. Ad quartũ respondetur, ꝙ est differẽtia si relinquat pater, vel mater, vt diffuse probaui supra in distinctione. Quare non recedatis ab hac opinione, quæ est pro equalitate filiorũ, quę est equior. & humanior. Et ita credit Thessaur. in decis. 170. n. 24. semper senatũ fuisse iudicaturũ, & ita iudicatũ est Neapoli, vt d. decis. 455. Franchi, licet fortè in circulis disputationis stricto iure, posset defendi ꝯria, quam ego cogitabam veram, vt dixi.

SVMMARIVM.

1 *Dos putatiua an habeat priuilegia veræ dotis.*
2 *Dos putatiua non est vere dos secundum communem opinionem.*
3 *Dos vera vera qua actione petatur.*
4 *Maritus quando condemnetur in solidum, & quando in quantum facere possit.*
5 *L. maritum ff. solut. matrim. ratio, & an habeat locum in putatiuo, & num. 30. & num. 49.*
6 *Verbum totum importat sine diminutione.*
7 *Actio de dote non competit ex matrimonio nulliter contracto.*
8 *Pater solus agit ad dotem matrimonio nulliter contracto.*
9 *Dos putatiua an debeat applicari fisco.*
10 *Dotis restitutio debet fieri in fine annum per maritum verum, secus per putatiuum.*
11 *In dote putatiua non verificantur permissiones, & prohibitiones legum.*
12 *Retentio propter impensas vtiles factas in re dotali prohibetur.*
13 *Maritus non facit suos fructus dotis putatiuæ.*
14 *Fructus vltimi anni nõ sunt diuidendi pro rata temporis in dote putatiua.*
15 *Maritus putatiuus deducit omnes expensas quas fecit.*
16 *Vir putatiuus assimilatur bonæ fidei possessori.*
17 *Maritus putatiuus non lucratur dotem ex adulterio.*
18 *L. in rebus C. de iure dot. non habet locum in matrimonio putatiuo.*
19 *Donatio inter coniuges putatiuos permittitur de æquitate.*
20 *Successio per vnde vir, & vxor non habet locum in matrimonio putatiuo.*
22 *Filij ex matrimonio putatiuo sunt legitimi, & nu. 38.*
22 *Fiscus succedit coniugi putatiuo, altero excluso.*
23 *Auth. præterea C. vnde vir, & vxor non habet locum in matrimonio putatiuo, & nu. 35.*
24 *Præscriptio an procedat contra vxorem in matrimonio vero, vel putatiuo.*
25 *Statuta de lucro dotis non habent locum in matrimonio putatiuo.*
26 *Pactum de lucrando dotem non habet locum in dote putatiua.*
27 *Dictio quasi impropriectatem denotat.*
28 *L. Proculus ff. de iure dot. intelligentia, & nu. 56. & nu. 79.*
29 *Dotem putatiuam esse proprie dotem secũdum veram opinionẽ, & nu. 58.*
31 *Argumentum de ciuilibus ad criminalia est validum.*
32 *Honoris præteriti ratio quando habeatur.*
33 *Gesta per eum qui non habuit titulum legitimum quando valent.*
34 *Dispensatio non præsumitur.*
35 *Priuilegium dotis an sit inductum fauore publico.*
36 *Causa noniter superueniens priuilegium extinguit, & nu. 41.*
37 *Priuilegij generalitas non concludit casum contrarium publicæ vtilitati.*
39 *Habilitatio iuris ad personam fit ex dispensatione.*
40 *Societas an sit inter coniuges.*
42 *Societas quæ durat post matrimonium quæ sit.*
43 *Succurritur magis ei, qui tractat de damno vitando, quam ei qui de lucro.*
44 *Maritus habet actionem propter onera matrimonij, quam alias non haberet.*
45 *Maritus lucratur dotem ex statuto si onera sustulit.*
46 *Vxor debet infortunium viri sustinere.*
47 *Argumentum de toto ad partem quando non valeat.*
48 *Creditores posteriores præferuntur lasciuæ, & pomposæ mulieri.*
50 *Mulier in dote promissa habet priuilegium ne conueniatur vltra quam facere possit.*
51 *Dotis veræ priuilegia sunt concessa doti putatiuæ.*
52 *Dos putatiua habet priuilegium in personali, & etiam tacita hypotheca.*
53 *Statutum contra ius commune habet locum in dote putatiua.*
54 *Dotalis efficitur res empta ex pecunia dotali, & quomodo intelligatur.*
55 *Dotis titulus tam veræ, quam putatiuæ est habilis ad causandum vsucapionem.*
57 *C. 2. de donat. inter virum, & vxorem intelligentia.*
59 *Maritus verus, & putatiuus quomodo differant.*
60 *Dos nulla est quo ad nomen detecta inualiditate matrimonij, & nu. 77.*
61 *Dos est improprie dicta quo ad effectum ipsius, detecto errore matrimonij.*
62 *C. 1. de donat. inter virum, & vxorem intelligentia.*
63 *Maritus putatiuus quid intelligatur promisisse secundo marito vero.*
64 *Dos tota quomodo dicatur restitui per maritum inopem.*
65 *L. si concubina ff. de act. rerum amot. intelligentia.*
66 *Contrahentes scienter matrimonium in gradu prohibito censentur excommunicati.*
67 *Clausula generalis restringitur ad specificata.*
68 *Actio pro dote est ex stipulatu, & potest etiam dari condictio ob causam.*
69 *Actio de dote non datur, ergo non est dos, non valet argumentum.*
70 *Condictio ob causam, quomodo subrogata sit in locum actionis de dote.*
71 *Beneficium exigendi dotem competit quocunque contractu, & causa, qua maritus pulsatur.*
72 *Dilatio anni ad soluendum dotem conceditur marito miserationis causa.*
73 *Lex ciuilis fauorabilior se habet circa id quod est minus in re, quam circa id quod est minus.*
74 *Temporis dilatio, quomodo lucrum afferat.*
75 *Marito putatiuo cur non concedatur dilatio annua.*
79 *L. omnimodo C. de inoffic. testam. inductio vera.*
78 *Argumentum de pacto ad statutum in lucro dotis, vt valeat.*

QVAESTIO VNDECIMA.

Vtrum dos putatiua habeat priuilegia veræ dotis.

DOctores super ista rubrica faciunt hãc distinctionem principalem. Aut matrimonium fuit validum, & procedũt supradictæ questiones. Aut non fuit validum. Et tunc faciunt aliam diuisionẽ. Aut fuit cõtractum matrimoniũ inter eos, inter quos ipsi sciebant non posse cõtrahi. Aut ignoranter. & per errorem fuit cõtrũ. Primo casu nõ est dos, neque priuilegia dotis cõpetũt, casus est in §. si aduersus instit. de nupt. Et satis dubitatur an sit locus exactionis dotis, & qua actione. & an applicetur fisco. Secundo casu, qñ partes credidere matrimonium valere, & ita cõiter reputabatur, & hoc dicitur matrimoniũ putatiuũ. & dos putatiua, & filij putatiui, Et notate

ꝙ verbũ putatiuũ habet reſpectum ad tẽpus poſterius, ſcilicet
qñ apparet, quòd matrimoniũ non poterat contrahi, ſed quia
putabatur communiter potuiſſe contrahi, ideo tũc incipit ha-
bere nomen putatiui, & non matrimonio conſtante. Quærũt
1 igitur vtrum dos † putatiua habeat priuilegia veræ dotis. Soc.
hic nu. 79. & infra. Ripa nu. 61. quam quæſtionem tractat glo.
& Alex in l. ſi cum dotem §. fi. infra eodem Bal. nouell. in tra-
cta. de dote. parte 9. † hactenus expeditum eſt ſecundum mẽ-
brum & Campeg. in tract. de dote, q. 97. Et aliqui moderni re-
petẽtes hic. Communis opinio eſt, quod dos putatiua non ſit
2 propriè † dos de qua communi teſtificatur Soc. vel ter hic nu.
84. verſ. ſed aduertendũ eſt. Et vtilitas quæ reſultat ex iſta quæ-
3 ſtione eſt, quia ſi apparebit vera iſta communis † quod non ſit
vere dos, tunc poterit repeti actione condictionis ſine cauſa l.
fina. ff. de condictio. ſine cauſ. & l. fina. C. de conditio. ob cauſ.
Sed ſi erit verè dos, vt nos docebimus poterit repeti per actio
4 nem ex ſtipulatu l. 1. C. de rei vxor. act. itẽ ſi erit vere dos † ma
ritus non poterit condemnari, niſi in quantum facere poteſt l.
maritum infra eodem. Sed ſi erit dos impropria, maritus cõ-
uentus actione cõdictionis ſine cauſa tenebitur inſolidũ, quia
non gaudebit priuilegio d. l. maritum. Fundamenta autẽ pro
communi ſunt iſta. Prima ratio maritus, diſſoluto matrimo-
nio putatiuo tenetur reſtituere totam dotem, ergo non eſt ve-
ra dos, valet conſequentia, quia dotẽ veram non tenetur reſti-
tuere, niſi in quantum facere poteſt l. maritum infra eodem.
Antecedens probatur per textum in c. 1. & in cap. de pruden-
ti de donat. inter virum, & vxor. Confirmatur iſta ratio, quia ta
5 le priuilegium d. l. maritum † fuit conceſſum viro propter re-
uerentiam maritalem, quæ durat etiam ſoluto matrimonio,
propter reliquias, quas vocant matrimonii, ex eo quia, vir, &
vxor dicuntur fuiſſe ſocij diuinæ & humanæ domus l. aduer-
ſus C. de crim. expil. hæredit. item quia cenſentur fuiſſe vna ca
ro, c. debitũ de bigamis, quæ rõ ceſſat quando non fuit inter
eos verum, & legitimum matrimonium, licet reputaretur ve-
rum, & de hoc eſt caſus in dicto capitu. 1. vnde Papa mandat
reddi mulieri totam dotem, quando matrimonium diſſolui-
tur ex aliqua cauſa legitima, & ſic ſine diminutione. Et quòd
6 verbum † totum, importet ſine diminutione, eſt glo. in l. decẽ
ff. de fideicommiſſ. libert. quam in ſimili allegat Bald. in auth.
ſed cum teſtator C. ad l. Falc. quòd ſi teſtator mandet reſtitui
totam hæreditatem, videtur ex tunc prohibuiſſe Falcidiã. Se-
cunda ratio, vbi non competit actio de dote, ibi non eſt vera
dos, ſed matrimonio nulliter contracto, & propterea diſſolu-
7 to non competit actio † quæ pro dote datur, ergo non eſt ve-
ra dos. Maior probatur ex his quæ diximus ſupra in 5. quæſtio.
pro communi opinione quòd vbi competit actio de dote ibi
eſt vera dos & eſt lata doctrina Sal. de hoc in l. 1. C. condit. ob
cauſ. Minor probatur, primo ꝑ textũ in l. ſi cõcubina ff. de act.
rerum amot. vbi actio rerum amotarum, quæ non datur niſi
vbi fuit contractum matrimonium, non datur vbi matrimo-
nium fuit nulliter contractum, vnde ibi gloſſ. ſumit argumẽ-
tum, quod mulieri putatiuæ non debetur ille honor qui debe-
tur mulieri vxori veræ. Item probatur, quia pro dote vera re-
ſtituenda datur actio ex ſtipulatu §. fuerat inſtit. de actio. l. 1. in
princip. C. de rei vxor. act. ſed pro dote putatiua reſtituẽda pro
matrimonio inualido, datur ſolũ condictio ob cauſam, & con
dictio ſine cauſa l. 1. C. de condict. ob cauſ. l. fin. ff. de conditio.
ſine cauſa not. in l. ſi cum dotem §. fi. infra eod. Item probatur
quia regulariter pro dote profectitia reſtituenda actio eſt cõ-
munis patri, & filiæ l. 2. §. 1. infra eodem, cũ declaratione, quã
8 dixi ſupra in 8. q. ſed in dote putatiua † cõdictio ob cauſam quę
datur pro repetenda dote, non eſt communis patri, & filiæ, ſed
eſt præcipua patris. Nam condictio ob cauſam oritur ex geſto
negotio inter accipientem, & repetentem, prout eſt de natu-
ra condictionis indebiti, & multo magis in condictione ob cau
ſam, quia requirit factum explicandum ab homine Bart. in l.
is cui hæred. tas ff. de condict. indebit. Sed nullum negotium
geſtum eſt inter maritum, & filiam dotantis, quia nullum eſt
matrimonium, ergo nulla poteſt eſſe communis inter patrẽ,
& filiã de dote iſta putatiua repetẽda. Confirmatur iſta pro-
9 batio. Nam in quæſtione vtrum iſta dos † putatiua debeat ap-
plicari fiſco iuxta textum in l. qui contra, & auth. inceſtas C. de
inceſt. nupt. & l. inceſtæ, & l. dote per illicitum ff. de ritu nupt.
vel reſtitui mulieri Doct. communiter diſtinguũt, quando pa
ter ſciens impedimentum copulauit. Aut tale matrimonium
diſſoluitur per iudicium eccleſiæ, & ſi dos applicaretur fiſco,
mulier remaneret indotata, forte quia pater, vel eius hæredes
non eſſent potentes ad redotandum propter eorum inopiam,
& tunc talis ſciẽtia patris filiæ non debet nocere argum. l. libe-
rorum §. fin. & l. ſeq. ff. de his qui not. infam. ſicut etiam deli-
ctum filii circa perditionem dotis non debet nocere patri, vt
per gl. in l. conſenſu C. de repud. & in l. ſi dotẽ C. de iure dot.
quia pater tenetur redotare filiã quomodocũque ſolut. matr.
l. ſi ſocius pro filia ff. pro ſocio, & auth. ſed quamuis C. de rei
vxor. act. vnde ſi nõ poſſet, quia fiſcus auferret, dẽt ſuccurri mu-
lieri in ſubſidium. Aut pater vel eius hæredes ſunt ſoluendo,
& poſſunt redotare & tunc dos applicatur fiſco, præſertim cũ
nulla actio poſſit dici nata iuſſi mulieri pro dicta dote putati-
ua, cum nulla fuerit dos, ex quo nullum fuit matrimonium l.
fi. C. de donat. ante nupt. Vnde ſi ad patrẽ ſolum pertinet hoc
onus perdẽdi dotẽ iſtã putatiuã in iſto ſecundo membro diuiſio
nis, ad eundẽ dẽt pertinere commodum repetitionis, cũ poſt
repetitionẽ teneatur iterũ redotare, vt dictum eſt. Tertia rõ,
Accurſ. in l. vnic. § exactio C. de rei vxor. act. in ver. reſtituen-
10 dis in prin. quod hæc priuilegiũ † reſtituẽdi dotẽ infra annum
quod conceditur marito ſoluto matrimonio per mòrtẽ vxo-
ris, non conceditur marito ſoluto matrimonio ꝑ conſangui-
nitatẽ, ſed dẽt reſtituere ſtatim, quia matrimoniũ nullũ fuit, ne-
que dos. Et hanc gloſam eſſe communiter approbatam, dicit
Coraſ. in l. qui liberos nu. 59. ff. de ritu nupt. in textualibus. Ti-
raquell. in ll. connub. gl. 8 nu. 239. licet nu. 266. alleget multos,
qui de veritate prædictæ gloſæ ſatis dubitent. Confirmatur ea
gloſ. per tex. in l. ſi pater §. 1 ff. de pact. dotal. vbi dicit, qualitatẽ
hanc, quãdo dos repetatur ad ius pertinere, ergo cõcludit ma
ritũ putatiuũ nõ poſſe gaudere tali dilatione. arg. l. 1. ff. vnde vir
& vxor. vbi niſi iuſtum fuerit matrimoniũ beneficium legis
non competit. Quarta rõ Illa non eſt vere dos, in qua non ve-
rificantur permiſſiones, & prohibitiones, quæ fiunt in iure ci-
11 uili pro conſeruatione dotis, ſed in dote † putatiua non verifi-
cantur dictæ prohibitiones, ergo dos putatiua nõ eſt vere dos.
12 Minor probat, quia in dote vera prohibetur retẽtio † ꝓp im-
penſas vtiles, ẽt ad perpetuã vtilitatẽ factas in ipſa re dotali, ſed
tunc opus eſt viro agere negotiorũ geſtorum pro earũ repeti-
tione, l. 1. §. ſed nec impẽſas C. de rei vxor. act. ſecus eſt in dote
putatiua, quia nõ põt retineri pro dictis expẽſis, prout eſt text.
in d. l. ſi cũ dotẽ §. fi. inf. eo. Item licet fructus dotis veræ vir fa-
13 ciat ſuos, etiam excedẽtes onera matrimonij, tamen dotis † pu
tatiuæ non facit fructus ſuos, quatenus excedãt onera matri-
monij inducẽdo a contrario ſenſu l. in inſulã §. fructus inf. eo.
& ita voluit ibi Bart. Itẽ licet in dote vera ſoluto matrimonio
fructus vltimi anni veniant diuidẽdi inter virum, & vxorẽ, vel
eius hæredes pro rata tẽporis quo vir ſubſtinuit onera matri-
monij, ex reg. l. diuortio inf. eo. & l. 1. §. ſed nouiſſimi C. de rei
14 vxor. act. Tamen non ſic eſt † pro dote putatiua data pro ma-
trimonio, quod poſtea repertũ eſt non valuiſſe. Quia vir puta-
tiuus nõ facit fructus ſuos ratione putatiui matrimonij, & eius
onerum, ſed ratione bonæ fidei, & adeo ceſſat cõſideratio cir-
ca fructus vltimi anni, de qua in d. l. diuortio, vnde quomodo
libet ſoluto matrimonio fructus ſunt mulieris. Confirmatur
15 hoc, quia omnes expẽſas quas fecit maritus † putatiuus in do
te putatiua etiam ad perpetuam vtilitatẽ deducere dẽt de di-
ctis fructibus, ſicut deducit quilibet bonę fidei poſſeſſor etiam
ſi tantundẽ onerum ſuſcepiſſet in perſona vxoris putatiuæ, vt
eſt caſus ſingularis in d. l. in inſulã §. fructus inf. eod. in verſ. ſum-
ptus vero. Et ita voluit ibi glo. in ver. compenſatis. & gl. notab.
in l. diuortio § impẽdia in gl. fin. infra eodẽ, quæ aſſimilat talẽ
16 virum † putatiuum bonæ fidei poſſeſſori qui licet fructus per
ceptos faciat ſuos, tamẽ ſi fecit aliquas expẽſas neceſſarias, vel
vtiles in re ipſa nõ recuperat, quatenus aſcẽdunt ad ſummam
fructum perceptorum, ſed ſolum quatenus excedant l. ſum-
ptus. & l. emptor in princ. ff. de rei vẽdic. & l. ſuper C. de euict.
17 Itẽ maritus putatiuus † nõ lucratur dotẽ ex adulterio putati-
uæ vxoris, ſicut lucraretur ex adulterio veræ, vt notat gl. in l. con
ſenſu †. vir quoque C. de repud. & Alex. in d. l. ſi cũ dotẽ §. fin.
allegat etiam ad hoc gloſſ. in fi. in c. pleruinque de donat. inter
virum, & vxorem, vbi hoc notant canoniſtæ. Item in matri-
18 monio † putatiuo non habet locum diſpoſitio l. in rebus C. de
iure dot. quæ eſt ſingularis, vt concludunt omnes in l. ſi cum
dotem §. fina. infra eodem Bald. nouell. parte 11. num. 33. Item
inter coniuges veros prohibita eſt donatio, ſiue de rigore iu-
ris, ſiue de æquitate loquẽdo, ſed inter coniuges putatiuos eſt
18 prohibita tantum donatio de rigore iuris, ſed permittitur † de
æquitate l. 3. § videamus ff. de dona. inter virum, & vxorem,
& l. ſi voluntate C. eodem titu. & ibi eſt gloſſ. & probatur in l.
cum hic ſtatus §. penul. in fin. ff. eodem titulo quem allegauit
Bald. ad hoc in l. cum quæ n colum. 2. ver. modo quæro nun-
quid iſta lex habeat locum in cõtractibus C. de fideicommiſſ.
dicens, quod hæc donatio in matrimonio putatiuo non con-
firmatur morte. Item deficientibus agnatis, & cognatis vir
ſuccedit vxori, & e contra, vt tit. C. vnde vir & vxor, etiam ex-
20 cluſo fiſco l. 1. ff. & C. eodem titulo, ſecus † eſt in coniuge pu-
tatiua l. 1. ff. eodem titu. Et licet filij iſtorum coniugum putati-
21 uorum ex iuris diſpenſatione † efficiantur legitimi, vt eſt ca-
ſus ſingularis in l. qui in prouincia §. Diuus ff de ritu nupt. quę
diſpoſitio eſt approbata de æquitate canonica. Innocẽ. & Io.
And. in capitulo penultimo qui fi. ſint legit. & gloſſ. in cap fin.
eodem tit. quæ allegat illum textum. Tamen ſi aliter iſtorum
coniugum putatiuorum decederet ab inteſtato ſuccederet fi-
ſcus,

22 scus,† excluso coniuge superstite, Imò fiscus etiam post mor-
tem admitteretur ad probandum matrimonium fuisse puta-
tiuũ Bal. nouel. de dote parte xi nu. 49. Itẽ dispositio auth. præ-
23 terea † C. vnde vir. & vxor non habet locum in vxore putatiua
ẽt superstitibus filijs. qui vt dictũ dispositione iuris habentur le-
gitimi. Bal. nouell. ibid. Item maritus verus, qui rem alienã ac-
cepit ab vxore titulo dotis præscribit eam ad commodũ mu-
lieris, vt soluto matrimonio teneatur illam mulieri, vel eius hę
redibus restituere l. Pomponius §. in dote ff. de acquir. possess.
Secus est in dote putatiua mulieris seruilis cõditionis, vt est ca-
sus in l. Proculus ff. de iure do. Itẽ q̃a cõstante matrimonio ve-
24 ro nõ põt præscribi † ꝯ dotẽ in præiudicium mulieris, nisi esset
ante matrimoniũ cępta prescriptio, vt not. in l. si fundum ff. de
fundo dot. l. in rebus §. oẽs C. de iure dot. Secus est in matrimo
nio putatiuo. Et est rõ quia cõstante matrimonio vero mulier
non potest agere pro iure suo, quia omne ius est trãslatum in
maritũ l. doce ancillã C. de rei vend. c. Et sic succedit regula, ꝙ
impedito agere impedimẽto iuris nõn currit prescriptio l. 1. in
fine C. de annal. except. sed quando matrimonium non valuit,
mulier nihil transtulit domini, ergo potest agere tanquam nõ
impedita a marito. Ex q̃bus concludatis rõnem, ꝙ si quæ per-
mittuntur, & prohibẽtur pro dotibus non verificantur in do-
te putatiua, ꝙ ipsa nullo modo sit dicenda vera dos. Quinta ra-
25 tio, quia statuta † de lucro dotis non habent locum in dote pu-
tatiua, ergo non est vera dos: antecedens probatur, quia in ma-
teria dotis, valet argumentum a pacto ad statutum, vt dixi su-
pra c. si. de donat. inter virum, & vxor. no. in rubr. C. de decret.
26 decur. lib. 10. Sed pactũ † de lucrando dotem, vel eius partem
non prodest in dote putatiua Bal. in l. 1. C. de cõdit. ob caus. per
illum textum, & ibi Ang. & Salic. Bal. in l. pen. ff. quod fals. tut.
Alexand. in d. l. si cum dotem §. fi. infra eodem, qui allegat §.
ascriptitio in auth. de nupt. Et pro hoc est text. in §. ascr. ptitio
in auth. de nupt. ergo idem dicendum est in statuto de lucro
dotis, & per hoc solum argumẽtum, ita concludit Roland. de
lucro dot. q. 43. Sexta ratio desumitur ex d. l. si cum dotẽ §. fin.
ver. quasi & hę dotalis &c. vnde si dicitur quasi dos, non est ve
27 ra dos, quia dictio quasi † improprietatem denotat g. ost. in l. in
psona §. 1. in ver. quasi fideiussit ff. de pact. Bal. in l. edita nu. 12.
C. de edendo. Item sic inducas d. §. fin. in vers. quasi priuilegiũ,
quia vbi non est verum matrimonium nec vera dos, ibi non
competit verum priuilegium dotis arg. l. si serua §. fin. ff. de
iure dot. sed in d. l. si cum dotem §. fi. dicitur oportere dari qua-
si priuilegium, ergo non verum priuilegium ergo non vera
dos, faciũt quę scribit Innoc. de actione quasi populari in c. du-
dũ eccles. nu. 1. de elect. & Angel. in rub. ff. de popular. act. Alex.
in l. fi. num. 32. in fine ff. de re iudic. Tiraquell. in tract. res inter
alios acta limit. 26. Et ex his interpretare l. 3. ff. de iure dot. &
ibi nota casum in quo magis attenditur nomẽ, quam effectus
28 pro quo d. l. si serua. Denique pro hac cõ. facit l. Proculus † ff.
de iure dot. Vbi dos nulla est si serua nubat libero, & sic in ma-
trimonio putatiuo, & siue scienter, siue ignoranter nupsisset,
pecunia est restituenda domino. Deinde quærit, quid si anteq̃
matrimonium esse inciperet. i. ante manumissionem seruæ,
maritus eluceperit pro suo, an lucri fecerit & sic præsupponit,
neque matrimonium incepisse ante manumissionem. Con-
trariam opinionem arbitror veriorem, scilicet dotem putati-
29 uam † esse vere & proprie dotem eamq; habere omnia priui-
legia verę dotis, quam opinionem tenet Soci. vester hic nu. 84.
Crot. num. 7. Hannibal de Canonic. hic num. 492. Monterius
hic num. 41. in 1. parte rubricæ, & num. 106. in 2. parte rubricæ.
Ioan. Campeg. in trac. de dote quæst. 97. Habet illa vera opinio
sua fundamenta. Primum fundamentum deducitur ex dictis
30 Soc. vestri hic num. 85. Nam ratio d. l. maritum † infra eodem
militat in putatiuo, ergo & eius dispositio l. a Titio ff. de verb.
obligatio. quæ ratio est honos & memoria bene transacti ma-
trimonij, vt ipse dicit. Sed rõ Soc. nõ valet, nec est digna teclis,
quia in putatiuo matrimonio non habetur ratio matrimonij
31 preteriti, vt sic manifesto. Primo valet argumentum † de cri-
minalibus ad ciuilia labentem, s big. ot. ff. de pæ. text. in l. inter
stipulantem §. per. ff. de verb. obligat. vbi arguitur de furto ad
motorum. Tunc sic qui occasione criminis conuenitur perdit
priuilegio fori l. 1. C. vbi Senator. quod priuilegium cum ho-
nos exhibeatur, ita dicit ille text. in vers. omnem enim honorẽ
huius in l. reatus excludit. Ergo in matrimonio putatiuo illo
honore maritus non gaudet ex priuilegio l. maritum, ex quo
reatus, quia contra leges est, id excludit. Item tunc habetur ra-
32 tio præteriti honoris, † & reuerentiæ quando talis honoris le-
gitimum finem est assequutus, l. si. cum gloss. si. ff. de decur. sed
illud matrimonium nõ est assequutus legitimum finem, quia
a lege improbatum, ergo talis honos, seu talis obedientia in
præmisso casu non attenditur. Et pro hoc argumento videte
Ias. in l. qui romæ §. Grisogonus nu. 27 ff. de verb. obli. Fel. in c.
quæ in ecclesiarum num. 15. de constit. Roman. in l. si vero §.
de viro. in 3. fallent. infra eodem vers. vltimo probatur. Item
contra Socin. inducitur l. barbarius ff. de offic. prætor. vbi secũ-
33 dum communem opinionem gesta † per eum, qui nõ habuit
titulum legitimum, detecto errore valet, licet fuerit gestor
putatiuus, de qua communi testatur ibi Ias. in princip. concur-
rentibus tribus videlicet. Vtilitate publica Ias. nu. 70. vers. textu
limita. Item cõfirmatione superioris, quæ dispensatio dicitur.
Ias. nu. 66. Item quod causa sit temporalis, secus si sit spiritualis
Ias. ibid. nume. 69. Sed istæ qualitates cessant in matrimonio
putatiuo. Primo, quia vtilitas publica stat in hoc, ut matrimo-
nia secundum leges contrahantur, vt dicemus inf. in l. 1. adde
l. in bello §. medio. in vers. nec mirum ff. de capt. Item dispẽ-
34 satio † nõ præsumitur, nisi probetur cum sit facti. & contra re-
gulas iuris l. in bello §. factæ ff. de captiuis. tanto magis, quia di-
spensatio pendet a voluntate principis quę reputatur impossi-
bilis l. qui cum maiore in princip. ff. de ben. libert. l. 2. §. tractari
ff. de verb. oblig. Item non est causa temporalis, sed spiritualis,
quia sacramentum ecclesiæ c. debitum, & ibi gl. de bigam. c. in
Christo. de consec. dist. 2. Ergo cum ista non concurrant, con-
cludendum est, quod ille honor dissoluto matrimonio nõ de-
35 betur. Item l. 1. † in fine principij ff. vnde vir. & vxor. in ver. nihil
enim &c. Vbi nihil capi põt pp iniustũ matrimoniũ, ergo ne-
que etiam honos. Probatur consequentia, quia honos respe-
ctu rei, illi defertur qui participat de re l. sancimus §. sin autem
ampliores C. de donat. vbi defertur optio ei, qui in re donata
ampliorem summã habet. Et pro hoc argumento videte Zuc-
chard. in rub. ff. si cert. pet. nu. 45. sed iste maritus putatiuus nihil
participat de re. quia cum matrimonium sit nullum in eo non
cadit participatio, ergo. Secundum fundamentũ principale, quo
mouebatur Soc. n. vester contra cõmunem hic nu. 86. est hoc.
36 Nam illud priuilegium † fuit inductum fauore publico, ergo
plene debet interpretari. Respõdetur negãdo assumptũ. Imò
iste casus est cõtra vtilitatem publicam l. 3. ff. de priuileg. cred.
l. 2 ff. de iure dot. Item quando iura concedunt aliquod priui-
legiũ pp aliquod munus, non extenditur tale priuilegium ad
illos, qui non exercent tale munus l. vniuersi C. de legat. lib. 10. per
textum ita dixit Roman. in d. l. si vero §. de viro fallent. 36. nu.
189. Et quod dicitur hoc priuilegium dotis inductum esse fa-
uore publico, Respondetur quod hoc intelligitur respectu ve-
ri & legitimi matrimonij, non autem putatiui, cum enim de
vno disputatur, omnia præsupponuntur habilia l. qui testamẽ-
to ff. de testamẽtis. Et in casu isto, quod ille maritus sit puta-
tiuus, hæc est noua causa in persona concedens, quo casu, tan-
tum abest, vt priuilegium competat quinimo extinguitur, ex
regula, qua dicitur causa nouiter † superueniens, priuilegium
extinguit cap. suggestum c. dilecti filij de decim. Et habetur
per Oldrad. in consil. 247. Item respondetur, quod generalitas
37 † priuilegij non includit casum cõtrarium publicę vtilitati, vt
per Bal. in l. iubemus in prin. per illum textum C. de sacrõs. ec-
cle. multa congerit Roman. in d. §. de vno in decima fall. Ter-
tium fundamentum Socini contra communem est per textũ
38 in l. † qui contra C. de incest. nupt. vbi filij nati ex matrimonio
putatiuo fiunt legitimi. Respondetur quod hoc ideo cautum
est, quia lege expressa dispẽsatum est cum incapaci. & dispen-
satio intelligitur concessa ex iusta causa, ex quo personarum
qualitas id expostit, scilicet quia illas proles, vt late sic scribit Pa-
ris. cõs. 68. nu. 131. & seq. volu. 2. Dispensatio igitur fit propter
publicã vtilitatem quia interest publici, vt legitimi nascantur,
quia spurij, & naturales tantum non faciunt rempublicam l.
generaliter §. sunt ff. de decur. Bald. in d. c. ex tenore, & ideo
succedunt, vt notatur in d. l. Barbarius Ias. num. 10. & cõmuni-
ter omnes Doct. ibi volunt ex tali legis dispensatione ipsos ha-
beri in omnibus pro legitimis. Bal. in l. generali num. 3. C. de ta
bularijs lib. 10. Sed hæc lex cum non dispensat in parentibus
putatiuis, & ideo neque nos debemus extendere. Adde quod
idem Soc. in alias respondebat ad textum in d. l. qui cõtra C. de
incest. nupt. procedere fauore prolis. in cõs. 30. num. 8. vol. 3. &
Dec. in cons. 152. sed fauor non est trahendus ad cõsequẽtiam
l. quod vero ff. de legibus. Quartum fundamentum Socini est,
quia si dos peteretur ab istis filijs, tanquam hæredibus patris,
ex quo sunt legitimi, non est dubium eos habere illud priuile-
gium l. etiam inf. eod. & tamen sunt ex matrimonio putatiuo,
39 & dos putatiua est. Respondetur, quod ex dispensatione † fit
habilitatio iuris ad personã vt probat Paris. in consil. 7. nume.
19. volu. 2. Et ideo veniunt omnia quæ tacite exprimuntur, &
quæ colliguntur ex antecedẽtibus, & subsequentibus, & ve-
niunt omnia accessoria, vt notatur in §. & quid si tantum, &
ideo isti filij gaudent hoc priuilegio, quod venit in consequen-
tiam d. l. etiam qui effectus in personis parentum non resul-
40 tat, Quintum fundamẽtum Socini contra communem † per
textum in l. si rerum amotarum ff. de re iudicata in versicu-
lo iure præcedentis societatis, nam tale priuilegium conces-
sum est propter societatem, & alias socio conceditur l. e ve-
rum ff. pro socio. Sed hęc societas fuit in præsenti casu er-
go, &c. Respondetur negando ex dicta lege si rerũ fuisse socie-

tatem inter istos coniuges putatiuos, quia ex eo quòd figura-
liter agitur nullum ius trãsfertur, vt probat Curt. sen. in l. cum
ea nu. 1. C. de transac. Item quatenus esset societas inter dictos
coniuges putatiuos, illa fuisset tempore contracti matrimonij,
non autem post detectionem inefficaciæ, nam cum post d. de-
40 ctionem noua † inducat causa, extinguitur societas illa, & ideo
etiam priuilegium gl. est ad hoc no. in l. sed hoc ita in ver. suc-
currendum. ff. de re iudi. quam Ias. dicit singularem in d. l. sed
hoc ita, quam legit cum l. sicut aut minus. Et quòd ista socie-
tas sit extincta, est textus in d. l. qui contra C. de incest. nupt. er-
go non est mirum si nihil trãsmittitur ad tempus soluti matri-
monij. Item responderetur, quòd societas quæ durat post matri-
41 monium venit ex dispositione legis, quæ propter tẽporis mu-
tationem noua existimatur arg. c. fi. de consang. & affin. Et de-
clarat Dec. in rubr. C. qui admitti nu. 24. Item ex alio ista socie-
tas censẽ esse noua societas, quia soluto matrimonio per mor
tem vnius, lex fingit continuari eandem societatem in eodem
matrimonio quousque alteri copulẽtur l. fi. C. de bon. matern.
sed hæc fictio iuris, vel iste assensus legis, quousque alteri copu
letur durandi societatem, operatur nouam societatem doctri-
na est Bart. in l. 3. in princ. ff. de acquir. possess. in l. gerit in 5. quę
stio. principali versic. iuxta prædicta quæro. ff. de acquir. hæred.
quam doctrinam sequitur Dec. in d. rubr. C. qui admit. nu. 76.
Tunc argumentor sic. Ista societas non potest considerari in
eo casu, quo ex dispositione legis illa esset distracta, quia cum
sit ad terminos priuationis reducta, nihil ponit in esse doctrina
est Bartoli in l. 1. ff. de acquiren. hæred. in illa quæstio. Cur par-
tis repudiatio nõ trahitur ad totam, sicut partis aditio trahitur
ad totam, & ibi Ias. num. 25. dicit Doct. communiter sequi, er-
go talis societas non potest considerari ad effectum conceden
di tale beneficium. Sunt, & aliæ rationes contra communem,
& magis efficaces. Prima ratio substinens onera matrimonij
debet gaudere priuilegio d. l. maritum, sed maritus putatiuus
substinuit onera mrĩmonij, ergo maritus putatiuus debet gau
dere priuilegio d. l. maritum. Maior probatur per textum in l. si
prior. inf. eo. vbi Doct. colligunt, præsertim Castren. quod maritus
vtitur exceptione ne conueniatur nisi inquantũ facere potest,
etiam contra eum, qui delegatus est per mulierem ex causa q̃-
43 tumuis onerosa. Tunc argumentor sic. magis succurritur † ei
qui tractat de damno vitando, quam ei qui tractat de lucro ca-
ptando, vt per Castrens. latè ibid. in princip. sed si maritus non
gauderet ista exceptione propter onera, tunc magis succurre-
retur ei, qui in lucro est, quam ei qui tractat de dãno vitando,
vt igitur legitima exceptio dicatur afferendum est marito ex-
ceptionem cõcedi propter onera matrimonij. Itẽ probatur, quia
44 si maritus ꝓpter onera † matrimonij effectus sit pauperior lex
dat sibi actionem, vbi danda nõ est l. pro onerib. C. de iure dot.
sed facilius permittitur exceptio quam actio l. 2. C. de condit.
indebiti. Ergo exceptione conueniatur nisi inquantum facere
possit permittitur propter onera matrimonij. Item probatur
45 ex magis † communi opinione Doct. volentium maritum ex
statuto dotem lucrari, quoniam onera tulit matrimonij, vt per
Roland. de lucro dot. q. 4. & ex supra in quæst. 7. Itẽ probatur
per textum in d. l. si cum dotem §. si maritus infra. eodem vers.
46 quid enim tam humanum est, vbi mulier † debet infortuniũ
viri substinere, quod non tantum procedit in casu furoris, de
quo ibi, sed etiam quando maritus propter ingens infortuniũ
ad paupertatem, & infelicem statum deuenerit, tunc enim ipsa
sa vxor mariti infortunij sit particeps, & non poterit a marito
eandem dotem recuperare, vt tenet Iacob. de Aren. in l. vbi ad-
huc C. de iure dot. Et licet Castrens. in d. §. si maritus tenet cõ-
tra Iacob. de Arena, dicens communem opinionem esse con-
tra illum, Vos intelligatis veram esse illam communem opi-
nionem in tota dote, secus est in parte dotis. Nec in hoc ca-
47 su valet argumentum de toto † ad partẽ, Quia, lex prohibet in
toto ne mulier omnino remaneat indotata, sed in parte per-
mittit priuilegium marito, vt d. l. maritum. Item confirmatur
per doctrinã Io. Andr. in c. ex parte de confirm. vtil. vbi dixit cre-
48 ditores † posteriores præferẽdos esse laicinæ, & pompolæ vxo-
ri, cuius causa maritus coactus fuit cedere foro, quem refert
Ripa ff. de priuileg. credit. l. priuilegia num. 14. si ergo in prędi-
cto casu, vbi vertitur præiudiciũ amissionis totius dotis, credi-
tores preferũtur mulieri, & hoc est propter onera quę maritus
substulit, ergo a fortiori in parte ipsius dotis idem maritus isto
potietur beneficio propter onera matrimonij. Et quòd onera
49 † matrimonij sint causa priuilegij d. l. maritum videte Bald.
in l. quod nom ne, in vers. in contrarium ff. de condit. indeb. Et
licet communiter teneant, quod rõ d. priuilegij d. l. maritũ sit
propter memoriã transacti matrimonij, & allegãt l. 2. ff. de act.
rerũ amot. & potest allegari l. vtrũ ex familia §. fi. de leg. 2. Ta-
men ista rõ concernit ordinẽ iudicij, sed rõ onerũ matrimonij
concernit iustitiã causæ, & ideo vtraque substitit. Præterea.
50 Mulier † in dote promissa hoc priuilegiũ ne conueniatur, nisi
in quantum facere potest l. non, tamẽ ff. de re iud. referendo fi-
nem ad principium. Et hoc tenet Bart. in l. ex diuerso §. 1. insr.
eo. qđ priuilegiũ conseruatur mulieri etiam in eius dote d. l.
si cũ dotẽ § si inf. eo. Ergo idẽ debet dici in marito vt ẽt in do-
te putatiua conueniatur solũ in quantũ facere possit, ita dicit tex.
in d. l. nõ tantũ ff. de re iud. & quia sunt correlatiua, dispositũ in
vno, cẽsetur dispositũ in altero l. fi. C. de indict. vid. toll. l. 1. C. de
51 cupress. lib. 10. Secunda ratio principalis. Dos putatiua † habet
omnia priuilegia, quę habet dos vera, ergo dos putatiua est ve-
ra dos, antecedens probatur, quia multa priuilegia sunt cõces-
sa doti verę, vt mulier possit secundus nubere in futurum l. 2. §. fi.
ff. de priuileg. credit. sed hæc ratio militat etiam in dote putati-
ua ergo. Item Specul. in ti. de donat. inter virum, & vxor. § for
matis vero. sed matrimonium, tenet, quod omnia priuilegia
dotis veræ sunt concessa etiam doti putatiuæ. Bart. in l. si cum
52 dotem §. si mulier inf. eo. tenet, quòd dos † putatiua habet pri-
uilegium in personali l. si a sponsa ff. de priuileg. credit. l. si spõ-
sa ff. de iure dot. vbi etiam si non esset factum matrimoniũ ha-
bent locum tanto magis in putatiuo. Cyn. in l. fi. in 7. q. C. qui
pot. in pig. hab. tenet, quòd dos putatiua habet priuilegium in
tacita hypotheca. & ita tenet glo. in d. l. cum dotem §. fi. infra
eod. & gloss. in l. 2. ff. de priuileg. credit. & ibi Bar. dicit, quod
ita tenent omnes gl. in l. eos C. qui pot. in pignor. hab. & in l.
sponsam ff. de iure dot. Et hanc opinionem dicit esse veriorem
in puncto iuris. Bal. nouell. de dote parte 9. § hactenus nu. 6. &
ibi diffuse probatur. glo. in l. dotale §. dotale ff. de fundo dotali
tenet quòd dos putatiua habet priuilegium, quòd alienari non
possit sicut dos vera, licet fallat in priuilegio, de quo in l. 1. §.
sed nec impensas C. de rei vxor. act. quia illud non habet dos
putatiua, vt per Barto. in d. l. si cum dotem §. si mulier inf. eod.
Item statuta correctoria iuris communis non extendũtur de
casu ad casum, vt latè deduxi supra, sed si ex forma statuti in-
strumenta habent executionem paratam, quòd est contra ius
53 commune, † hoc statutum habebit locum etiam in dote puta-
tiua vt dicunt Bald. & Salic. in l. 1. C. de cond. ob caus. ergo dos
putatiua est vera dos, aliter fieret extensio de dote vera ad pu-
tatiuam, quod non permittitur in correctoriis. Sed qui dicũt
licitam esse hanc extensionem etiam in correctoriis in mate-
ria fauorabili, sicut est dos, ex idenditate rationis, de quo dif-
fuse per Ias. in auth quas actiones nu. 17. 22. & 26. C. de sacros.
eccles. aut hic dicunt esse paritatem rationis, & in d. l. maritum
54 negant? Item res empta ex pecunia † dotali efficitur dotalis l.
si ex pecunia C. de iure dot. ita res empta ex pecunia quasi do-
tali efficitur quasi dotalis d. l. si cum dotem § fi. & l. seq. vt vxor
putatiua in tali re præferatur cæteris creditoribus Bal. nouell.
in d. § hactenus nu. 8. declarat procedere duobus concurren-
tibus, scilicet consensu mulieris, & qđ vertatur in eius vtilitatẽ
de quo in l. ita si cõstante ff. de iure dot. & nos dicemus. ĩ. in 15.
55 q. an pretiũ succedat loco rei. Item sicut titulus † verę dotis est
habilis ad causandum vsucapionem, si res aliena datur in do-
tem l. Pomponius §. in dote ff. de acquir. possess. & toto tit. ff.
de vsucap. pro dote, sic etiam titulus dotis putatiuæ, de quo est
56 text. notab. in l. Proculus † ff. de iure do. Nam ibi fuit factũ ma
trimonium inter seruam, & liberum hominem, ideo erat nul-
lum, & nõ erat vera dos sed quasi dos l. si serua ff. de ritu nupt.
ita videbatur dicendum de titulo dotis nullæ, & tamen deci-
ditur contrarium, vt ibi pro intellectu cuius l. Proculus videre
Bald. nouell. ibid. nu. 18. Item stante statuto, quòd acquisita per
coniuges efficiantur communia, & veniant diuidenda soluto
matrimonio id vendicat sibi locum in matrimonio putatiuo,
57 vt probatur in c. 2. † de donat. inter virum, & vxor. & ita intel-
ligit illum textum gl. ibi in vers. nõ est aliud, quod obstat, decla
rando, puta pactum, vel consuetudo, & hunc intellectum se-
quitur Abb. ibi. nu. 3. & ita consuluit Ancar. in q. 101. Et de hoc
et à dicam in solutione ad quintã rationẽ pro communi. Pro
resolutione. Nos debemus hærere illis vltimis rationibus, quia
58 sic suadet † equitas naturalis, vt maritus qui bona fide contra-
xit matrimoniũ credens fuisse canonice factũ, & tenere. & pro
pterea eius filij sunt legitimi omni iure ciuili, & canonico, &
cõsequũtur omnia priuilegia, & actiones, quæ vtroque iure le
gitimis filijs ꝯceduntur. Itẽ quia maritus substinuit omnia one
ra matrimonij, vt gaudeat priuilegio d. l. maritum. & ipsa quasi
dos gaudeat omnibus iisdem priuilegijs, & dicatur vera dos. Et
quia aliquãdo aliter possunt euenire casus, Ideo multipliciter
distinguẽdũ est generaliter pro concordia opinionũ. Primo di,
stinctio aut maritus substinuit onera matrimonij & tunc pro-
cedunt omnia, quę nuper dicta sunt. Aut maritus non substi-
nuit onera matrimonij V. g. si pacto sit conuentum, quod dos
sit penes maritum, & fructus cedant lucro vxoris, quæ debeat
substinere onera matrimonij, iuxtà textum in l. si conuenerit ff.
pact. dotal. & dicam infra in 13. quæstio. Et tunc procedet opi-
59 nio communis. Et hæc sit differentia inter maritum † verum,
& putatiuum, quia putatiuus non gaudebit beneficio illius l.
maritum, nisi onera substinuerit, sed maritus verus gaudebit,
etiam sine oneribus. Et ratio differentiæ est, quia in putatiuo
non

non concurrit reuerentia præcedentis matrimonii, quod nul-
lum fuit quæ reperitur in marito vero. Secūda distinctio. Aut
loquimur quo ad nomen dotis, & tunc detecta inualiditate
60 matrimonii dos † nulla est, neque proprie, neque improprie
l. 1. § ceterum ff. pro dote l. aut[illegible]ndo, & l. 1. C. de cō. [illegible] ob caus.
l. incest. c. ff. de ritu nupt. [illegible] si necesse de donat. inter virū, & vxo.
Et pro hoc est gl. not. in l. omnes in ver. non habeant C. de sa-
crot. eccles. per illum textum, vbi falsus denarius, & putatiuus,
denarius non est, quam glo. citat Io. de Plat. in l. 1. C. de ver. nu-
mismat. pōt. lib. 11. & cōmendat Alex. in cons. 104. nu. 10. vol.
1. & singularē prædicat Barbat. in cōs. 41. præclare scribitur nu.
16 vol. 1. Aut loquimur quo ad effectum dotis, nomine subla-
61 to de medio, & tunc detecto errore dos est impropriè † & pri-
uilegia doti competentia, etiam huic doti competunt. & ita
procedit d. l. si cum dotem §. si[illegible] inf. eod. & ita intelliguntur no-
tata per Doct. in d. l. 2. §. fi. ff. de priuileg. credit. Quas distinctio-
nes applicando ad singula argumēta respondeamus particula-
62 riter. Ad primū respondetur interpretando d. cap. † [illegible] in ver. to-
tā dotem per textum in d. c. de prudentia cod. tit. de donat. in-
ter virum, & vxorem in ver. sicut canonicum fuerit, &c. nā vbi
idem tex. in d. c. de prudentia dicit etiam restituendū esse totā
dotē subdit sicut canonicum fuerit, cōsidera verbū fuerit tem-
poris futuri, & respicere ipsum factum, puta si à marito oppo-
neretur aliqua exceptio facti de qua canonice cognoscēdū est,
& hoc interpretatur ibi gloss. & Canonistæ, si totam reddere
potest, alias in quantum facere potest, iuxta textum in l. vnic. §.
cum autem C. de rei vxor. act. & hoc esse canonicum, quòd ci-
uili iure dispositū est, & per ius canonicū non est abrogatū c. 1.
de noui operis nuntiat. hāc expositionē tenet gl. in d. c. 1. in ver.
totam gl. in d. c. de prudentia in ver. sicut canonicum, & sequū-
tur ibi cōmuniter oēs Canonistæ. Ista ēt interpretatio cōfirma-
tur de iure ciuili. Nam gl. in l. si prior. inf. eo. in ver. possit vbi gl.
63 dicit, quod si maritus † putatiuus, dissoluto hoc matrimonio
promiserit secūdo marito illius mulieris, illud quòd eidē mu-
lieri debet, solum videtur promittere illud quòd effectualiter
debet, & quòd ab eo exigi poterat. quia non dicimur debere
illud ad quod mero iure tenemur si aliqua exceptione tuti su-
mus l. si dari ff. de verb. oblig. Item respondetur interpretādo
64 totā dotē restituere debet, i. est † totū illud quod mulieri debe-
tur pro dote. Hoc autem est duplex ius, vnū inspecto præsenti
tempore, alterum inspecto futuro. primum est clarum, quia
maritus debet restituere quòd superest, quod verò est de fu-
turo, quia si maritus non potest facere totum, tenetur cū per-
uenerit ad pinguiorem fortunā ergo dicetur tota inspecta du-
plici parte, scilicet iuris de præsenti, & iuris de futuro, & qa hoc
ius de futuro adhuc est in habitu, & nō in actu, & ideo non cō-
sideratur cum non subsit causa de præsenti l. 2. ff. de statu lib.
Barto. in l. qui Romæ §. duo fratres in 6. quæst. ff. de verb. obli.
Imo potest dici, quòd restituendo quod habet causam de præ-
senti cum hac exceptione, quia non potest in plus facere. intel-
ligitur restituere cum obligatione de futuro, scilicet se supple-
turum cum ad pinguiorem fortunam peruenerit, qa exceptio
in quantū facere pōt, hanc habet clausulam in corpore de sup-
plendo cū ad pinguiorem fortunā peruenerit. Ad secūdam ra-
tionē respondetur, prout dixi supra in 2. distinctione principa-
li. Ad probationes respōdetur. Ad d. l. si cōcubina ff. de act. rerū
amot. Respondet Crot. hic num. 8 confutata respōsione Alex.
65 & nos Crotum hic sequimur, & declaramus. Quòd d. l. † si
concubina in omni casu loquitur, quādo matrimonium cōtra-
hitur contra ll. quo casu dolus contrahentium præsumitur l. 1.
C. de interdict. matrim. & ideo nil mirum si cesset actio rerū
amotarū. Et pro hoc allego casum in c. & si necesse de donat.
inter virum, & vxorem, secus esset si bona fide, & ignoranter
fuisset contractum matrimonium puta ignorando in facto, &
pro hoc allego textum iuncta glo. in ver. [illegible] c. [illegible] de
66 consang. & affinit. vbi tex. voluit contrahentes † scienter matri-
moniū in gradu prohibito excommunicatos esse ipso iure, gl.
ibi in ver. sciēter, limitat textum in ignorantibus factum, quam
gl. sequuntur Ias. in l. clā possidere. num. [illegible] ff. de acquir. possess.
Dec. in cōs. 153. & 154. Soc. Iun. in cons. 39 per tot. [illegible] vol. 3.
Confirmatur intellectus, quia inc[illegible] tex. a persona infa-
mi, scilicet concubina contra quam [illegible] actio furti, scitur
idem esse vbicunque cessat matrimoniū, & licet dictio vbicun-
67 que † generalis sit, tamen restringitur ad specificata, l. si de cer-
ta C. de transact. glo. in l. si fugitiui in ver. qualibet alia pœna C.
de ser. fugit. late Fely. in c. sedes in 4. declaratione ver. sed con-
tra istam declarationē de rescript. specificauit autē ibi Vlpian.
eum quæ tutori nupsit, quòd est matrimonium interdictum l.
si patris C. de interdict. matrim. Item si contra mandata expo-
nit Accurs. idest si contra leges l. si contra C. de incest. nupt.
subdit Vlpian. & sicuti alibi cessat matrimonium, &c. quę si est
generalis, non pōt intelligi nisi de similibus, vt per scribentes
cōmuniter, quos allegat Surdus in casu deciso. decis. 326. n. 52.
quare semper ille text. loqtur in matrimonio cōtra leges cōtracto.

Ad secundam probationem, quòd pro dote competit actio
68 † ex[illegible] [illegible] matrimoniū est putatiuū [illegible] cōdi-
ctio [illegible] textus [illegible]
ex [illegible] cōueniri [illegible] cau-
sam. Et [illegible] referri quomodo [illegible] maritus [illegible], cum odo
habeamus [illegible] C. de [illegible] & [illegible]. Itē nō [illegible] da-
69 tur † actio de dote, ergo nō est dos l. 2. & seq. ff. de priuil. cred.
& d. l. si cū dotē §. fi. [illegible] eo. Quia [illegible] de dote regulariter nō na-
scitur nisi soluto matrimonio, l. si cōstāt. §. 1 inf. eo. vbi Bar. &
alij cōmuniter. sed hic nō [illegible] matrimoniū solutū, ergo non
datur actio de dote, licet sit dos ex quo matrimoniū nō habuit
effectū. Secundo respōdetur ad maiorē propositionē, quæ di-
cit vbi nō cōpetit actio de dote nō est dos, ista n. propositio est
70 vera affirmatiue nō negatiue. quia cōdictio ob causam † videtur
subrogata in locū actionis de dote, sicut stipulatio in locum
actionis rei vxoriæ § fuerat instit. de act. Et ad hoc est text. in l.
rerū quidē amotarū iudiciū §. fi. ff. de act. rerum amot. vbi vxor
cōstans res viri constante matrimonio non conuenitur actione
rerū amotarū, sed competit condictio, quæ in effectu eadē est.
Item l. contra iuris [illegible] §. sed morte in vers. Aristo. ff. de act. re-
rum amot. Vbi soluto matrimonio morte viri hæredib. com-
petit petitio hæreditatis aut actio ad exhibēdum ad prosequē-
dū res cōtractas ab vxore, subdit textus in ver. Aristo, quod ēt
datur condictio, quæ ex iniusta causa possidet vir, Ita ēt dicamus
in casu nostro, dari condictionem ex causa, quia vir ex iniusta
causa possideat illas res dotales, sed illa exactio nō fit sine pri-
uilegio marito competenti, quoniam illa iniustitia possessio-
nis purgatur ab ignorantia viri, & mulieris, ideo illa condictio
non debet ad imparia iudicari. Itē probatur in l. non tantū ff. de
71 re iudic. vbi beneficium † hoc exigendi dotē competit ex quo-
cunque contractu, & causa, ex qua maritus in iudicio pulsatur,
ergo & ex ista condictione: Et pro ista solutione est gloss. in
terminis in d. l. non tantum in ver. condemnandus in ver. quia
imitatur naturā ff. de re iudic. & ibi Alex. nu. 8. in fine, & vide
eundē nu. 11. in fine. Ad tertiā probationē. quòd ista actio cōpetit
soli patri. Respondetur quod ex eo nō infertur cōclusionē,
quia etiam pater agens, maritus habet beneficium d. l. maritū,
& in quantum ista actio non cōpetit filiæ, Respōdetur qd suf-
ficit qd pater teneatur iterum dotare filiam, vt dictum est. Ad
72 tertiam respondetur, quòd annua dilatio † conceditur ex æqui-
tate, & miserationis causa. Bartol. in l. ita stipulatus in magna.
num. 15. ff. de verb. obl. & ibi Doct. cōmuniter Socin. nume.
229. Alex. in l. semel mora nu. 11. inf. eod. sed in matrimonio putati-
uo ista æquitas dilationis concedēdæ cessare debet, quia matri-
moniū est contra leges, & ideo non potest habere fauorem le-
73 galem. Item respōdetur, quòd lex † [illegible] fauorabilior se habet
circa id quòd est minus in re, quam circa id, quòd est minus in
tempore, vt in casu nostro leges considerauerunt maritum te-
neri in quantū facere potest [illegible] cōsiderauerunt onera matri-
monij quæ passus est vir, & ideo [illegible] de damno vitando,
sed quando [illegible] quod est minus in tempore, con-
siderant de lucro captando. Et [illegible] tēpus nō videatur cō-
cessum [illegible] §. fin. ff. de compēsat.
74 tamen impossibile est quod illud nō afferat aliquam commo-
ditatem, [illegible] extrinsecum, & in-
directum [illegible] sicut &c. C. de
neg. gest. [illegible] §. [illegible] & ibi gl. in ver. com-
modi [illegible] ff. de act. rerū amot. [illegible] dum considerarūt il-
lo [illegible] cūtrahitur [illegible] res possint
[illegible] vel omnino [illegible] do-
[illegible] alij sine
[illegible] §.
[illegible]. Denique respondetur quòd in marito
75 † putatiuo [illegible] disponens de
eo quod est [illegible] debet extendi ad illud quod est mi-
nus in tēpore [illegible] inter ista duo
sit similitudo [illegible] de act. Quod probatur per l. omnimodo &
76 l. quā in prin. C. de inoffic. test. sic in [illegible] in l. [illegible] † erat di-
spositum ne testamentū rumperetur quando minus legitima
esset relictum, sed [illegible] quod legitima suppleatur, sed
quia aliquando dilatio temporis approbabatur in legitima filio
relicta, & ibi nō cadebat supplet. [illegible] remorio. ideo facta fuit
l. quoniā in prioribus per quam supplitur in tēpore, & modo,
ergo si illa lex non prouidisset, non licuisset extendere legem
disponētem de eo quòd est minus in re, ad illud, quod est mi-
nus in tempore. Nec opponatur hoc permittitur in marito ve-
ro & prohibetur in putatiuo. quia in vero permittitur propter
[illegible] prioris matrimonij [illegible], & propter onera matri-
monij, sed in putatiuo nō cadit [illegible], ideo, æquitate ces-
sante, debet stari in restituere. Ad quartā respōdetur aut loqui-
mur antequàm detegatur matrimonium inualidum, aut postea-
quam detectum est, primo modo negantur procedere illa quæ
dicuntur in probationibus minoris, vt dictum est in 2. dist. prin-
cipali. secūdo modo cōceduntur, sed nō obstant, quia cum de-

77 textum † est matrimonium non subsistere, neque etiam do-
tem, remaneat, quod priuilegium vere dotis propter æquitatē
propter onera quæ subitum, vt dixi in prima distinctione. Ad
78 quartū respondetur, quod argumentū de pacto † ad statutū in lu-
cro dotis intelligitur, idest, sicut interpretatur pactum sic & sta
tutū, & si in pacto dotali valet argumentum a contrario sensu,
iuxta dispositionē l. inter socerum §. cum inter, & ibi glo. ff. de
pact. dotal. ergo & hic sensus a contrario valet in statuto, vt per
glos. in rubric. C. de decur. lib. 10. & ita declarat Roland. in d. q.
43. nu. 2. sed pactum, & statutū differunt inter se, quia pactum
est dispositio hominis, in qua [illegible] procedit, quàm in
dispositione legis l. Gallus § & quid si tantū ff. de lib. & posthu.
Ad textum respōdetur, quod in matrimonio putatiuo, aut cō-
sideramus solum nomē dotis, & tūc non est nomen dotis, quia
non est nomen matrimonij l. 3. ff. de iure dot. & sic interpreta-
tur Azo in summa C. de iure dot. nu. 5. Aut consideramus ef-
fectū in dotis, & tunc illa dos putatiua etiam deseruit pro one-
ribus matrimonij, sed hoc intelligitur antequā detegatur esse
matrimoniū inualidum. Et probatur ista distinctio, quod pos-
sit cōsiderari aliquod ad nomē solum, & quo ad effectum so-
lum sine nomine, per textum in l. 1. C. de dot. caut. non num.
Vbi dicitur dotē fieri a numeratione intelligendo quo ad effe-
ctum dotis, & non fit scriptura quo ad effectum, licet quoad
79 nomen fit. Denique ad l. † Proculus ff. de iure dotium, respon-
detur, cum secunda distinctione principali, vt supra.

SVMMARIVM.

QVAESTIO DVODECIMA.

Ad esse dotis an requiratur, quòd deseruiat pro oneribus matrimonij. Et de pacto super fructibus dotis.

1 Bart. in rubrica nostra nu. 21. diffinit dotem hoc
modo. Dos † est quoddam ius [illegible] continens
id quod a muliere, vel eius patre marito, vel
eius patri traditur, vel habetur pro tradito, pro
pter onera matrimonij substinenda. Quę de-
finitio communiter approbatur, & de com-
muni testatur Alexand. hic nume. 25. Iaso. num. 21. Campeg.
in tract. de dote in princip. Bald. nouell. in tract. de dote in prin-
cip. Bulgarinus hic nu. 1. & Soc. vester hic in 3. parte in princip.
& secundum hanc communem, est bona diffinitio, sic inter-
pretando ius, quia secundum eam est ius vniuersale, l. quod
dicitur [illegible] penl. in reb. dot. fact. Item pro tradito, quia dos
[illegible], etiam si non sit tradita, sed tantum promissa, vt
C. de dot. promiss. per totū. Item propter onera matrimonij, quia
2 dos † sine matrimonio nulla est, l. 3. ff. de iure dot. & debet de-
seruire pro oneribus matrimonij. Præterea super ista diffinitio
ne, insurgunt istæ quæstiones. Prima an dos sit ius vniuersale.
Secunda vtrū ficta traditio dotis [illegible] operetur quantū vera tra-
ditio. Tertia vtrū dos deseruiat pro oneribus matrimonij, sed quia
Soc. vester primo disputat istā tertiā, ideo ne fatigemini in illu-
3 dendo. Primò quærimus, vtrum ad esse † dotis requiratur quod
deseruiant pro oneribus matrimonij. Cōis opinio Doctorum
est, quod hoc requisitum dotis sit verissimum de cō. Alex. hic
nu. 25. Et pro hac opinione inducuntur ista. Primo l. pro one-
4 ribus † C. de iur. dot. quā dupliciter induco. Primo fructus do-
tis deseruiūt pro oneribus matrimonij d. l. pro oneribus in pri-
mo resp., ergo requisitum est verum in definitione dotis. ante-
cedēs ēt probatur de iure canonico in c. salubriter de vsuris, &
ibi gl. notabilis in ver. onera. Secundò inducitur. Illud est essen
tiale requisitū dotis, quod ad quascunque manus vadat, sp pōt
peti pp onera matrimonij, sed fructus dotis ēt si a marito do-
nentur vxori, nihilominus pōt repeti a marito valente agere cō
tra vxorem in quantum locupletior facta est, ergo ad esse dotis ne-
cessarium requisitū est, vt fructus deseruiant pro oneribus ma
trimonij. Minor probatur per d. l. pro oneribus in secūdo resp.,
vbi textus est clarus, & nullus cōtrariū. Secundò. Illud est essen-
5 tiale † requisitū dotis, quod ad quascunque manus vadat & ex
legis dispositione ipse retinet eādem naturam. sed dos, siue eius
fructus si vadunt ad manus vxoris constante matrimonio sem
per retinent eandem naturam, vt deseruiant pro oneribus ma-
trimonij, ergo hoc requisitum deseruiendi pro oneribus ma-
trimonij est essentiale requisitū ipsius dotis. Minor probatur
per textum apertum in l. vbi adhuc. C. de iure dot. in l. si cōstan
te inf. eo & vtrobique Bart. magistraliter Bald. & cæteri, vbi si
maritus vergat ad inopiā, vxor pōt petere sibi restitui dotes, &
in cōdictorio creditorum, & de ipsis dotibus vxor tenetur alere
maritum, & liberos, & totam familiā, ergo essentiale est dotis
requisitum, vt de hoc dubitari non possit. Ab hac cōi opinio-
6 ne solus Angelus dissentit hic nu. 5. tenens dotem † aliqñ dari
non pp onera matrimonij, sed vt fiat matrimoniū, & dat exē-
plum, vt si mulier esset turpis, vel senex & affectaret facere ma
trimonium cū aliquo pulchro, vel iuuene vel ignobilis cū no-
bili, & vt succederet matrimonium daret dotem, sed cū pacto,
vt ipsa eadem mulier teneretur alere semetipsam, & filios for-
tè nascituros, tunc in hoc casu dos non datur pp onera matri-
monij, sed datur, vt fiat, & concludatur matrimonium, & opi-
nio ista habet aliquod fundamentum. Primò, quia valet pactū
7 † quod vxor teneatur se alere, & maritus lucretur fructus per
textum in l. si. in princ. ff. de doli except. in l. si quis pro vxore §.
fi. ff. de don. inter vir. & vx. in l. 4. § incipit si cōuenerit. ff. de pact.
8 dotal. Secundo quia dos modica † ēt consistens in vno nummo
dī dos, sm doctrinam Bal. in c. si proponente de rescr. Et tamē
talis dos non pōt substinere onera matrimonij. Item dos vnius
nummi dicitur elusoria, & imaginaria. ff. de reg. iur. & l. si quis
conduxerit vbi Bar. ff. locati. Sed ista non obstant. Et præsuppo
sito quòd prædictum pactum valeat, vt in fine quæstionis pro-
babo, narremus solutiones, quæ a Doctoribus afferuntur. Pri-
ma solutio est Imolæ hic. dicentis, in hoc pacto non venire ve-
9 stimenta † præciosa, & alia ornamenta quæ mulieres ex luxu
apportare solent. per textū in l. vestis. §. muliebria, & in l. argu-
mento, §. ornamenta. ff. de auro, & argen. leg. quæ omnia dicit
Imola pertinere ad onus viri. Alexā. hic nu. 26. reprobat Imol.
quia appellatione alimentorum comprehenduntur etiā vestes
preciosę l. pen. & l. legatis. ff. de alim. & cib. leg. Addit hic Soci.
cō Imol. quia ponamus q fieret hoc pactū etiam de istis vesti
bus præciosis, valeret, & tunc maritus ad nihilum teneretur.
Secūda solutio est Alex. quòd regulariter dotes dātur propter
10 onera, ergo sufficit quòd diffinitio † dotis data sit secūdum re-
gulas iuris communis, ad quod allegatur l. nam ad ea. ff. de leg.
Iat. hic nume. 22. impugnat, quia si diffinitio posset dari a com
muniter accidenti, tunc frustra diceretur in l. omnis diffinitio.
ff. de reg. iur. quòd omnis diffinitio in iure sit periculosa, quia
semper posset dari per accidentia. sed ad Iat. potest responderi
q Alex. non dixit diffinitionem dari secundum accidentia, sed
secundum regulam iuris [illegible], vt deseruiat pro oneri-
bus quæ licet accidentaliter fallat, [illegible] pacti effectu, tamen
non datur secundum fallentiam, sed secūdum regulam, & sic
bene facit d. l. nam ad ea. Iat. resp. ordi. quod nō valet pactum.
Nos probabimus in fine. pactū valere. Rip. hic nu. 57. tenet q
non obstante hoc pacto, adhuc ipse maritus dī substinere one-
11 ra † matrimonij, [illegible] mulieris. sunt. n.
mulieres, vt plurimum malæ, & insupportabiles, vt dicit gl. in
l. ex his. ff. de [illegible] cib. Item est onus reddendi debitū c. gaudemus
de diuort. glō in l. [illegible] non propter. ff. si quis caut. Item onus fa
ciendi quæ ad disciplinam filiorum pertinent. Aret dicit q vir
12 dicitur sustinere onera, quia ad hoc vt pactum † prædictum va-
leat, ipse maritus debet cōuertere fructus dotis in dotem, nec
de fructibus ipse maritus poterit disponere, & hanc solutionē
esse cōiter approbatā, dicit Soci. vester hic nu. 2. Sed est aduer-
tendum, q ista cōis ī iure non fundari, quia prædicti textus ab
Angelo allegati, non aliter loquuntur, q fructus dotis augeāt
dotem, & quòd maritus non possit de eis disponere. Et ad hoc
ponderatur text. in l. fina. in princip. ff. de exceptio. vbi si pater
non tenetur ad vsuras dotis non solutæ in illo casu, propter er-
rorem,

rorem. qui præsumitur ergo regula firma remanet in non ex-
ceptis. Item si maritus teneretur fructibus augere dotem, ni-
hil esset responsum ad exemplum Angeli figurantis venia[illegible]
cõtraxisse cum iuuene cum isto pacto, vt iuuenis haberet do-
tẽ, & nõ teneretur ad onera. Nec esset etiam dubitand. vtrum
hoc pactũ valeret, si fuisset factũ correspectiue. Bologner. hic
13 nu 185. Respondet, quod hoc pactũ † valet, & est pars dotis,
ideo succedit loco dotis. l. fundi partem ff. de contrah. empt.
& si nõ fecisset hoc pactum, vtique dedisset maiorem, & am-
pliorẽ dotẽ, vnde cum sit pars dotis, maritus sustinet onera
matrimonij cõputãdo eã dote maiori. Sed aduertite, quia in
exemplo Angeli põt esse dos, sine oneribus quia illa est dona-
14 tio † remuneratoria, que inter cõiuges nõ est prohibita l. si di-
uort. ff. de verb. obl. dicitur quidẽ remuneratoria, qa ob cau-
sam, & maxima causa est, vt venula nubat iuueni, sic in simili si
ignobilis nubat nobili, de quo per Tiraq in l. si vnq̃ in ver. do-
natione largitus, num. 19 C. de reuoc. donat. Item dicite, q in
casu Angeli etiã dos deseruit pro oneribus quia sicut fructus
15 dotis regulariter compẽsantur cum oneribus, ita dos, † quæ in
casu Angeli traditur compẽsatur cum onere, quod sustinet
vir accipiendo vxorẽ deformẽ, & senem, vt consuluit Alex. in
cõsi. 209. ponderatis his col. 2 & 3. vol. 6. Vbi consuluit defor-
mẽ mulierem nobilẽ tamẽ, & diuitẽ, quę pauperi, & formoso
viro nupsit non videri nupsisse indigno cum debeat nobilitas
mulieris, & diuitiarum copia cum forma viri cõpensari, & ita
in simili notat Bald. Imol, & alij in c super eo. de testib. Et cõ-
uerso forma mulieris nobilis, & pauperis debet compẽsari cũ
diuitijs & ignobilitate viri. Abb. & Imol. in d. c. super eo. Et ex
his cessat absurdum, in casu Angeli obijcientis, dotem in suo
casu nõ deseruire pro oneribus, cum in veritate deseruiat, per
16 dictam nostram respõsionem. Ad secundum, quod dos † cõ-
sistit in vno nummo. Ias hic nu. 25. tenet quod dos non possit
cõsistere in vno nummo. Ego autem respõdeo, quod dos cõ-
sideratur in actu, & in habitu, in actu puta si detur vnus num-
mus, in habitu, quia illa dos in vno nummo cõsistẽs põt auge-
ri, tunc respondetur, quod considerata dos secundo modo, &
sic in habitu potest semper deseruire pro oneribus matrimo-
nij, & sic de substãtia dotis est, vel vt deseruiat actu pro oneri-
bus, vel habitu scilicet quando augetur. Quare de substantia
dotis est, vt in actu, vel habitu pro oneribus deseruiat. Ex his
17 inferatis ad validitatem pacti, † quod valet si fiat, vt fructus do
tis sint mariti, & vxor sustineat onera mrĩmonij. Et hoc cõ-
probatur primo per textum in l. fi. in primo respõso ff. de do.
li except. in l. pen. & l. fi. ff. de in rem verso qui expresse dicunt
patrem dãtem dotem sic pacisci posse, vt ipse teneatur alimẽ-
ta præstare. Specul. in tit. qui fil. sint legit. §. 1. num. 28. in fine.
Item quod vxor ipsa possit sic pacisci, est textus in l. fi. ff. de in
rem verso, & in l. si quis pro vxore § fi. ff. de donat. inter virum
& vxorem. in l. si conuenerit in fi. ff. de pact. dotal. Spec. in d. §.
1. num 28. in prin. Bald. nouell. in tract. de dote. parte. 2. col. 2.
in vers. insuper aduertẽdum est. Campeg. in tract. de dote par-
te 2 q 6. col. 2. vers. aut facit pactum quod aliquid datur. Bald.
18 in l pactum † quod dotali in fine C. de collat. tenet quód hoc
pactum non valet, Vitalis. in tract. de clausulis in tit. an alimẽ-
tis possit renũtiari col. 6. ver. an valeat pactum, tenet, quod hoc
pactum tunc demum valet, quando vxor in recompensationẽ
oneris aliquid recipit, alias nõ valeat, veluti cũ mulier promit-
tit seipsam alere, dũmodo fructus augeant dotem. Et ad hũc
sensum inducit d. l. si conuenerit in fi. ff. de pact. dot. Vnde sic
formetur ratio, donatio inter virum, & vxorem non valet, er-
19 go hoc † pactum non valet, probo consequentiam, quia hoc
pactum dicitur donatio inter virum, & vxorẽ, vt in d. l. si quis
vxori in fine, ff. de donat. inter virũ & vxor, & l. mutus §. ma-
nẽte ff. de iure dot. & probat Vital. in d. col. 6. Vel forma ratio-
nem alio modo, donatio inter virum, & vxorem valet si est re-
ciproca, ergo hoc pactũ valebat si erit reciproce effectũ, scilicet
vt mulier se ipsam alat, & fructus augeãt dotẽ quia ex hoc ipsa
mulier poterit sentire cõmoditatẽ. Antecedẽs probat p Cyn.
& Bal. in l. si pater puellæ C. de inoffic. testã. vbi Salic. Castrẽs.
& Ias. nu. 2. tex. in l. quod autem §. si vir ff. de donat. inter virũ,
& vxorem. Ias. in cõs. 173. nu. 4. & 5. vol. 1. quia hoc casu nõ vi-
detur quicquam donari inter coniuges, sed compensari, vt di-
cit tex. in d. l. si quis vxori in fi. ff. de donat. inter virũ, & vxorẽ
& l. mutus §. manẽte ff. de iure dot. Natta in consil. 547. nu. 11.
Sed ad primam formam argumenti potest responderi, quod
procedit, si fieret constante matrimonio. quia eo tpe prohibi-
20 ta est donatio. † sed quãdo fit ante matrimonium cõtractum,
tũc valet, quia spõsus põt donare spõsæ l. 1. & l. cũ te. C. de do-
nat. ante nupt. l. pen. §. virgini ff. de donat inter virũ, & vxorẽ.
Bal. in l. cũ te spõsæ C. de donat. ante nupt. & ideo eo tpe pos-
sunt cõuenire, q mulier alat se ipsam, & maritus habeat preci-
puos fructus dotis, sicut possent adinuicem donare. Ad secũ-
dam dicitur, quod non quærimus an sit reciproca donatio, sed
an valeat pactũ. Tertia ratio cõtra validitatẽ pacti, quia iuri ali-
21 mentorum † renuntiari non põt. Dec. & Cagnol. in l. iura san-
guinis ff. de regulis iur. [illegible] quod se-
cũdũ eam fieret fraus leg. Et illam glossam esse communiter
approbatam tenet Ias. ib. num. 1[illegible]. Bar. in tract. de alimẽt. num.
33. Practica Papien. in forma libelli quo agitur pro leg. rei sin-
gul. Surdus in tract. de alimentis priuileg. 4[illegible]. num. 19. ergo ip-
sa vxor quæ debet habere, alimenta super dote sua non potest
facere pactum, vt maritus non teneatur ipsam alere. Quarta
ratio, quia substãtiale dotis est vt deseruiat pro oneribus ma-
22 trimonij l. pro oneribus C. de iure dot. sed pacta † contra sub-
stãtiã actus nõ valẽt, l. pacisci ff. de pact. l. pacta pucta, & ibi not.
ff. de contrah. empt. l. vbi ita donatur ff. de donat. causa mort.
Bal. in c. 1. §. & quia de his qui feud. dare poss. & in c. 1. p quos
fiat inuest. Castr. in cõsil. 160. volu. 1 ergo hoc pactum factum
contra substantiam dotis nõ valebit. Quinto quia hoc pactum
videtur contra bonos mores, vt ostendit Socin. vester hic nu.
9. & ideo concludit quod pars maior videtur defendere inua-
liditatem dicti pacti. Ego autem arbitror hoc pactum valere,
23 Primo, quia alendi necessitas: quæ est onus mariti † est de iu-
re positiuo l. dotis fructus ff. de iure dot. Roffred. in quæst. sa-
batina 29. nu 3. sed pacta cõtra ius ciuile, siue positiuum sunt
valida l. 1. ff. de pact. vnde vulgare dictum est, pacta tollunt le-
gem, & vbi adest pactum intelligitur esse recessum a iure cõ-
muni, vt aliquid ipsa pacta operentur vltra ius commune. Itẽ
nulla maior iustitia, quam pacta seruare l. 1. §. si conueniat ff.
depositi, c. 1 §. si id quod. quæ sit prima caus. benefic. amitt.
Bal. in rubr. extra de pct in prin. vbi dicit, q illa verba pacta ser-
uabo processerũt de ore Dei. Itẽ cõtractus ex cõuentione legẽ
accipiunt l. lege ff. de pact. cuent. Itẽ cõtractus possunt de con-
sensu partium alterari l. 1. ff. de constitut. & l. 1. ff. de pact. Pre-
24 terea valet omne pactum † contra naturam contractus, secus
si esset cõtra substantiam, sed hoc pactum vt vxor teneatur se
alere est contra naturam cõntractus dotalis, nõ autem cõtra
substantiam dotis, ergo tale pactum si fiet, valebit. Maior pro-
batur per gloss. Barto. & alios. in l. pacta conuẽta ff. de cõtrah.
empt. Castr. & alij. in l. 2. in prin. vbi Dec ff. si cert. pet. Et ideo
doctores dicunt quod multa nõ veniunt ex natura cõtractus,
quæ veniunt ex pacto. Bal. Ang. & Salic. in l. 1 C. cõmod. vnde
de natura cõtractus locationis est quod ob vim maiorẽ remit
25 tatur pensio, † tamen potest fieri pactum in contrarium l. 1. in
ver. in quo cuncta, & ibi Ias. num. 92. C. de iure emphyt. & ita
sæpius est decisum. Caccheranus in decis. Pedemontana 112.
26 Capyc. in decis. Neapolitana 88. Similiter licet euictio † debea
tur ex natura contractus venditionis l. si in venditione ff. de
euict. vbi Salic. notat quod euictio venit ex natura contractus,
gl. fi. in fine. in l. rem alienam ff. de contrah. empt. tamen va-
let pactum quod non præstetur euictio l. emptorem §. 1. ff. de
act. empt. vbi gl. l. qui libertatis in prin. ff. de euict. Minor pro-
batur, scilicet qd pactum de quo agitur sit contra naturã, non
autem contra substantiam dotis, vel matrimonij. Quia illud
27 dicitur † de substantia contractus, quod si nõ exprimatur a par
tibus annullat contractũ. Dec. in l. cum quid num. 4. ff. si cert.
pet. Sed si non exprimetur hoc pactũ quod maritus alat vxo-
rem non annullatur cõtractus, sed hoc pactum habetur a lege
pro expresso, ergo non est de substantia, sed de natura cõtra-
ctus dotalis. Sed cõsideratã vtramque partem cõclusionis di-
28 stinguo, aut mulier † quæ fecit hoc pactum habet aliunde bo-
na ex quibus possit se alere. & tunc licet dederit dotem, sisa-
ctũ est hoc pactum debet seruari. Aut ipsa mulier non habet
aliunde, vt possit viuere, & tunc indubitanter teneatis pactũ nõ
valere, quia hoc esset contra [illegible] matrimonij ex quo
durare nõ posset matrimonium vxore fame pereunte. Et sic
procedit [illegible] Socin. ad quintã rationẽ contrariæ par-
tis, quod est contra bonos mores, quia inhumanum esset ne-
gare alimenta [illegible] & huma-
næ domus, & tenderet turpitudinem mariti si vxor cogeretur
mẽdicare & ipse maritus diuitijs afflueret, præsertim cum do-
te ipsius vxoris suæ. Et ideo non obstant alia contraria. Ad ter-
tiam rationem respondetur quod præsupponimus hoc pa-
ctũ fuisse factũ ante matrimoniũ quo casu ipse maritus nõ te-
nebatur illum alere, ergo potest fieri pactum, vt ipsa vxor
29 † futura non acquirat hoc ius alimentorum l. si sponsus §. si
maritus. & § si quis rogatus ff. de dõn. inter virũ, & vxor. gl. in
c si. eod. tit. Quia facilius fit remissio, quam donatio. gloss. in
c statutũ § si in ver. remissione de rescript lib 6. not in c. veri-
tas in 1. de testib. Et non est æqua lis ratio non capere lucra, &
quæsita perdere l. si. C. de codicill. Ad quartã rationẽ, quod est
substantiale dotis, vt deseruiat pro oneribus matrimonij. Re-
spondeo, quod est substãtiale matrimonij, & tũc si mulier nõ
haberet aliũde alimẽta pactũ nõ valeret, sed nõ est substãtiale
cõtractus dotalis, Præterea rõ onerũ matrimonij nõ est substãtia-
lis, qa matrimoniũ potest esse sine dote, ergo est contra natu-
ram contractus, & sic valebit pactum. Sicut dicimus in con-
tractu emptionis, & venditionis, quod pretium est substantia-
le ipsius,

le ipsius. instit. de empt. & vendit. in princip. sed dominium
30 † non est de essentia ipsius contractus venditionis. l. si ita §. qui
fundum. ff. de contrah. empt. vbi qui vendit fundum non tene-
tur illum facere emptoris, & res aliena etiam vendi potest. l.
rem alienam ff. eod. tit. Immo dominium venit in executione
obligationis, & sic consequentiae & accessorie ad contractum,
31 ergo potest fieri pactum, † vt non transferatur dominium in
contractu venditionis, etiam emptorem, nisi integraliter solue
rit pretium, casus est in l. procuratoris §. plane ff. de tributor.
act. in l. [illegible] manu lata §. fi. ff. de contrah. empt. & ita tenet Fa-
bian. de Monte in tract. de empt. & vend. quaestio. 5 princip.
nu. [illegible] & est casus decisus vltimo loco in Rota Lucensi, et per
Mazon. [illegible] 31. A [illegible] decis. 118. Franc. decis. 506. & plures
habui in practica contra Bald. in rubr. C. de contrah. empt.

SVMMARIVM.

QVAESTIO DECIMATERTIA.

Vtrum ad esse dotis sufficiat aliquando traditio ficta.

ALtera quaestio est, vtrum ad esse dotis sufficiat ali-
quando traditio ficta, ita quòd dos promissa sit
vera dos & comprehēdatur sub eius definitione,
1 In qua magis communis opinio † Doctorum est
pro affirmatiua, de qua testificatur Socin. hic in 3.
parte rubricae nu. 13. Ias. nu. ... Rip. nu. ... Campeg. de dote
parte 1. q. 2. Angel. in consil. 76. & consil. 180 Ferron. in tit. de
dote §. 15. Fundatur ista communis, quia à veteribus iuriscō-
2 sultis, qui fuerunt obseruantissimi rectae loquutionis dos † pro
missa saepissime appellatur dos. l. Theopompus ff. de dote prę
leg. l. 2. §. fi. ff. de priuileg. credit. l. de diuisione infra eod. tit. no-
stro. l. nuptura l. si mulier ita l. siue generaliter l. cum post §. pa-
3 trono. ff. de iure dot. Item quia dos promissa † venit in colla-
tionem dotis l. 1. ff. de collat. dot. & creditur esse in bonis no-
stris l. cum post §. 1. ff. de administr. tutorum. Et huc perti-
nent, quae diximus supra in 7 quaest. vtrum statutum de lucran
da dote habet locum in promissa, quae omnia hic videas pro
vtraque parte. Nihilominus contrariam partem putat Socin.
esse veriorem, quod dos promissa non sit vera dos, quia dos,
4 vera † non aliter dici potest nisi tàm si nuptiae celebrentur, & sē-
quatur rerum promissarum datio l. dotale §. 1. ff. de iure dot. l.
5 1. C. de dote caut. non numerat. Item si dos promissa † habere-
tur pro tradita, tunc amplius peti non posset, & obstaret mari-
to exceptio dolo facis petere quod intus habes, prout arguit
Alex. hic nu. 27. Item l. si sponsa. ff. de iure dot. dotem a spon-
sa datam, exemplo dotis condici respondit, ergo non est vera
dos. Item l. 4. ff. de fundo dotali vbi Caius extendit legem Iu-
liam, quae de fundo dotali, ne illum liceret alienare, ad spon
sam etiam pertineat, & subdit, quamquam lex de dote pro-
mulgata hunc casum non comprehendat, ergo clare textus
dicit dotem ipsam tantum promissam, vel secutis, vel non se-
cutis nuptiis, dotem vere dici non posse. Praeterea si dos incer-
ta promitteretur, haberetur pro vera, & sic inducerentur duo
6 specialia † contra tex. in l. 1. C. de dot. promiss. antecedens pro-
batur per textum in l. cū post §. gener. ff. de iure dot. vbi potest
promitti ad arbitrium alterius. Item probatur per d. l. 1. C. de
dot. promiss. vbi Imperator dicit frustra existimas actionem ti-
bi competere, quasi dos promissa tibi, nec praestita sit, cum ne-
que species vlla, neque quātitas promissa sit, sed hactenus nu-
ptiali instrumento ascriptum, quòd ea quae nubebat dotem
7 dare promiserit Doctores †, ad intellectum d. l. 1. de dot pro-
miss. dicunt, inibi factam esse dotis promissionem per pactum
nudum non demonstrata re, vel quantitate, & ideo nullas ha-
bet vires illa promissio, sed si dotis promissio incerta facta fu-
erit per stipulationem, erit valida promissio, vt d. l. cum post
§. gener. ff. de iure dot. Sed illa interpretatio non valet, quia in
l. quarto ff. de iure dot. fuit facta simplex dotis promissio, nulla
interposita stipulatione, & valet. Item l. ad exactionem C. de
dot. promiss. generaliter dispositum est, nudam dotis promis-
sionem perinde valere, ac si stipulatio intercessisset. Franc. de
Duaren. lib. 1 [illegible] Anniuers. [illegible], aut incerte dos do
tis incerte [illegible] a [illegible] aut a patre mulieris, pri-
mo casu nulla est dotis promissio, vt in d. l. 1. C. de dot. promiss.
secundo casu valet dotis promissio, vt d. l. cum post §.
gener. ff. de iure dot. Sed contra [illegible] hunc doctorem est
textus in d. l. quaero ff. de iure dot. vbi [illegible] promissio simpli-
citer a muliere facta est, & tamen dos [illegible] promissa a patre
pro modo facultatum, & dignitatis [illegible] intelli
gitur. Nec est verum textum in d. §. gener. tunc habere locum
cum pater, vel filia aliquam quantitatem vel aliquam speciem
promiserint suo arbitratu, vel ad arbitrium alterius. Quia ne-
que in d. l. 1. C. de dot. promiss. neque in d. l. cum post §. gener
ff. de iure dot. de aliqua quantitate, vel specie fit mentio, & si
non piget videre leges, nullam de specie, vel quantitate appa-
ret esse factam mentionem. Quare concludendum est argu-
mentum [illegible] subsistere. Sed [illegible] non pigeat defendere Bar-
tolum in his verbis definitione à caeteris Scolasticis. Verissi-
ma quidem est supradicta communis quod dos promissa,
8 † sit vera dos, siue loquamur de promissione quantitatis, vel
speciei, siue de pacto de dotando, siue per stipulationem, siue
promittatur à muliere, vel a patre vel a quolibet. Promittitur
9 † quidem ab omnibus, vel solemniter, vel cum fideiussoribus,
vel quia habetur fides de promissione iuxta textum nos §. ven-
ditae instit. de rerum diuis. [illegible] hunc sensum intelligo patrem
vim habent dotis promissio, & [illegible], prout receptum est
in tribunalibus. Boer. decis. 8. nu. 1. Afflict. decis. 61. nu. 1. & 2.
Grammat. decis. 103. num. 8. vnde habetur quòd ad damnum
morosi dos debet haberi pro soluta l. Labeo scribit si bibliothe
cam ff. de contrah. empt. l. in executione §. fin. ff. de verb. obli.
Guido pap. decis. 565. nu. 5. Quid si loquamur de simplici pro-
missione dotis, adhuc promissor dotis debitor remanet & in pro-
10 missione † ipsa mulier dicitur habere dotem, quam si non pete
rit consequi integraliter iuxta quantitatem promissam, debi-
toris nomen vendet, quanti reperiri poterit, iuxta regulam in l.
quaerebatur ff. ad l. Falcid. ergo in ipsa promissione dotem ha-
bere dicitur, ideo recte textus in l. cum post mortem §. sed &
his ff. de administr. tut. puellam habentem simplicem dotis
promissionem, dotem habere appellat, tanto magis in loco
sumus, vbi dos promissa, [illegible] appellatur vera dos, Et pro
hac opinione etiam facit, quod dos promissa comprehenditur
sub statuto de lucro dotis faciendo per maritum, vt diximus
supra in d. q. 7. Ideo non obstant contraria Ad primum de l. 1.
11 † C. de dote cauta non nume. Respondetur dotem in genere
habere duas species, scilicet alteram promissam, alteram da-
tam, siue numeratam, & ipsam l. 1. loqui de dote numerata,
siue data, nec excludere dotem promissam, dicit enim dotem
numeratio facit, non scripta instrumenti dotalis, & confessio
facta per maritum de recepta dote non facit dotem, quod in-
telligitur dupliciter, Vel quod non valeat ista confessio in prae
iudicium creditorum prout est casus decisus per Afflict. in de
cis. 402. Vel quia confessio dotis receptae a marito, quam non
recepisset, esset donatio, quę non valet inter coniuges constan-
te matrimonio, nisi morte confirmaretur, vt l. 2. C. eod. titul.
Sed non per hoc excluditur quin dos promissa sit vere dos,
prout ex ipsa rubrica colligitur de dote cauta, l. promissa à mu
liere, & non numerata, non soluta, vt ibi Accurs. in 2. exposi-
tione. Ad argumentum Alexandri nu. 27. Respondetur quod
12 dos † promissa, aut consideratur respectu promittentis debito-
ris, aut respectu creditoris, [illegible] procedit respectu
creditoris, sed dos promissa habetur pro tradita ad damnum
morosi debitoris, vt dictum est. Ad l. si sponsa ff. de iure dot. in
13 versic. exemplo verae dotis condici potest. Respondetur quod
dos non dicitur † propter non secutas nuptias l. dotale §. 1. ff. de
iure dot. & cum ibi nuptiae non secutae essent, condici [illegible] ad
exemplum verę dotis. Ad l. 4. ff. de fundo dotali. Respondetur
quod Caius non dicit, dotem promissam nō esse vere dotem,
sed extendit legem Iuliam de fundo dotali prohibentem alie-
nationem dotis datae etiam ad dotem promissam, propter [illegible]
[illegible] de dote incerta, & quod concur
14 rerent duo † [illegible] Respondetur quod in iure concursus plu-
rium specialium admittitur quandoque, l. [illegible] §. 1. de iure dot. l.
singularia ff. si cert. pet. l. si. C. ad senatusconsultum Vellea-
num, & §. si ab hostibus instit. quibus modis ius patr. po-
15 test. Item Respondetur quod actus † non vitiatur ob incertitu-
dinem, quotiens illius effectus finem, & exitum est consecu
turus l. vbi autem ff. de verb. obl. l. in testamento in fi. ff. de con
16 dit. & demonstr. Nam legatum † alimentorum valet, sine adie-
ctione summae relictum, quia tunc ex eo alimenta statuentur
secundum quod testator praestare solitus erat, vel secundum
facultates, & dignitatem personarum l. si quis annuum siue
annuos leg. l. cum vnus ff. de alim. & cib. leg. l. cum his §. [illegible]
ff. de transact. Item valebit legatum hominis generaliter re-
licti.

licti, quia ex voluntate testantis interpretatur, vt præstetur mediocris. l. legato generaliter. ff. de leg. 1. Item valebit incerta decem amphorarum vini stipulatio, quoniam tot amphoræ boni vini dandæ erunt l. vbi autem. ff. de verb. oblig. Sed si quis vinũ, triticum, aut animal simpliciter stipuletur, nõ valet stipulatio, quia debitor rem minimam, aut nullius pretij dãdo, liberationem consequitur, & ita eliderctur intentiò stipulantis Accurs. §. 1. instit. de verb. oblig. Rip. in l. ita stipulatus. ff. de verb. obl. l.
17 triticum. ff. eod. Eodem modo † dicẽdum est in dote, vt valeat indefinitè, & generaliter promissa, quoniam lege disponente capit certitudinem ex facultatibus promittentis, & dignitate eorum qui matrimonio coniunguntur. l. 3. C. de dot. promiss. l. quæro, & l. cum post †. gener. ff. de iure dot. l. si hlæ. ff. de leg. 3.
18 Ad l. 1. † C. de dot. promiss. arbitror hunc posse dari verum intellectum, vt textus in vltimis verbis dare promiserit, legi debeat, dicere promiserit, & expone dicere, idest solemniter constituere, & comprobari potest, ex l. fin. C. Theodosiani sub tit. de dot. in vers. qualiacunque sufficere verba censemus, & si dictio, vel stipulatio in pollicitatione rerum dotalium minimè fuerit subsecuta. Item in l. fi. C. Theodos. de incest. nupr. dos si
19 qua fortè solemniter, aut data, † aut dicta, aut promissa fuerit, &c. & in fragmentis Vlpiani sub tit. de dotibus, dicitur, dos aut datur, aut dicitur, aut promittitur, quæ dotis dictio hodie non est in vsu: ergo in d. l. 1. mulier nullo modo dotem promisit, sed tantummodo pacto conuento dotem se daturam cauit verbum enim promisit licet ad stipulationẽ referatur. §. si scriptum instit. de inut. l. stipulat. aliquando etiam ad pactum nũ refertur l. lecta. ff. si cert. pet. & non omnis dotis promissio habet suum effectum, sed illa demum quæ dotis constitutionem continet. l. ad exactionem. C. de dotis promiss. & hic est intellectus Antonij Guberti in trac. de dote cap. 4. nu. 7. & satis potest comprobari ex loco Ciceronis in oratione pro Flacco, vbi sic declarat quid sit doti dicere, & quid sit dos dicta, quod explanat etiã Thessaurus linguæ latinæ in ver. doti dicere allegãdo textum in l. si rem aliquã §. fi. ff. de noua. in vers. doti promisit.

S V M M A R I V M.

1 *Dos an sit ius vniuersale.*
2 *Dos ipsa vt recipiat augmentum, & decrementum.*
3 *Hæreditas, quæ est nomen iuris, vt recipit accessiones, & decessiones.*
4 *Dotis vt fiat diminutio propter impensas à marito factas.*
5 *Impensæ ipso iure minuunt dotem.*
6 *Vniuersum tripliciter considerari in iure.*
7 *Deductio non fit de iure.*
8 *Fructus, & accessiones augent res vniuersales, non particulares.*
9 *Hæreditas consideratur vt vniuersitas mixta, & vt vniuersitas iuris.*
10 *Hæreditas remanet extinctis omnibus corporibus hæreditariis.*
11 *Pretium succedit loco rei in vniuersalibus non particularibus.*
12 *L. si rem & pretium, ff. de rei vendic. loquitur de vniuerso mixto.*
13 *Grauatus restituere quod superest, arbitrio boni viri potest alienare.*
14 *In fideicommisso res empta succedit loco rei venditæ.*
15 *Empta de nouo succedunt in locum antiquorum prohibitorum alienari per statutum.*
16 *L. sed si lege, §. 1. ff. de pet. hæred. intelligentia.*
17 *Patrimonium vt sit quid vniuersale.*
18 *Verbum relinquo relatum ad ius vniuersale importat hæredis institutionem.*
19 *Legitima est quota bonorum, non hæreditatis.*
20 *Ius vniuersale dicitur quod continet actiones actiuas, & passiuas.*
21 *Dos non est vlterius extinctis omnibus eius corporibus.*
22 *Feudum non est ius vniuersale, sed vniuersitas iuris, & facti.*
23 *Iura omnia vniuersalia vbi enumerentur.*
24 *Dos assimilatur peculio.*
25 *Peculium an, & quando possit vendicari.*
26 *Dos quomodo possit vendicari.*
27 *Iura qua actione petantur.*
28 *Ius vere transit per cessionem, non per traditionem realem.*
29 *Dotem tradi, restitui, dari, stipulari, vt receptum sit apud iurisconsultos.*
30 *Libellus generalis an sufficiat in dote.*

QVAESTIO DECIMAQVARTA.

Vtrum dos sit ius vniuersale.

1 DEnique circa definitionẽ dotis quæritur vtrum dos † sit ius vniuersale, & quæstionis vtilitas est, vt sciamus conficere libellum, & concludere actionem, quam intentare debemus in dotis iudicio, vltra quod habebitis intelligentiã multorum iurium ab omnibus doctoribus elucubratorum. In hac igitur conclusione communis opinio doctorum est, Dotem esse ius vniuersale, testatur Socin. vetter hic in 3. parte nu. 20. Ripa num. 43. Ias. nu. 28. Bolognet. num. 200. Et passim cæteri repetentes Campeg. de dote parte prima q. 4. Habet quidem ista opinio validiora fundamenta, & vrgentiora iura. Prima ratio. Illud nomen iuris quod recipit accessiones, & decessiones, siue augmentum, & decrementum dicitur
2 ius vniuersale, sed ipsa dos † recipit in seipsa augmẽtum, & decrementum non autem in corporibus hæreditarijs, ergo ipsa dos est ius vniuersale. Maior probatur per textũ in l. nam quod §. fi. & ll. seq. ff. ad Trebell. & l. si fideicommissum. §. 1. ff. de iudic. & l. pecuniæ. ff. de verbor. signific. vbi patrimonium
3 est nomen vniuersale, & hæreditas est nomen iuris, † quæ recipiunt accessiones, & decessiones. Minor probatur primo per l. 3. §. sed vtrum cũ simil. b. ff. de minor. vbi dos est proprium patrimonium mulieris. Item per textum in l. quod dicitur in prima ff. de impens. in reb. dotal. fact. Et in l. 1. §. sed quod diximus, ff. de dote prælegata, & in l. si is qui Stichum, §. quod di-
4 citur, ff. de iure dot. Vbi propter impensas † factas a marito in rebus dotalibus ipsius dotis fit diminutio, non autem corporum datorum in dotem, verum si mulier soluerit ipsi marito dictas impensas, & ipsa dos augeri dicitur, & sic clare videtis quod ipsa dos, quæ est patrimonium mulieris, & nomen iuris recipit augmẽtum, & decrementum. Confirmatur ista ratio,
5 quia in dictis iuribus dicitur quod impensæ † ipso iure minuũt dotem l. 1. †. impensæ, ff. de dote prælegata. impensæ ipso iure minuunt dotem, Idem habetur in l. 1. §. sed nec ob impensas, C. de rei vxor. act. l. si fideicommissum, §. tractatum, ff. de iudi. vbi æs alienum ipso iure minuit patrimonium. Sed omissis cæteris responsionibus Bulgarini, Ias. & aliorum, de quibus per Bolognet. hic nu. 201. & per Soc. nom vetterum num. 20. Ego arbitror iuxta opinionem quam defendam inferius posse sic
6 responderi, vniuersitatem ipsam † tripliciter considerari, quia quædam est iuris tantum, vt hæreditas l. hæreditas, ff. de petit. hæred. quædam est facti tantum, vt populus, legio, grex l. rerum, ff. de vsucap. l. proponebatur, ff. de iudic. l. vendicatio ff. de rei vendic. quædam est mixta, scilicet partim iuris, & partim facti, vt peculium l. peculium nascitur, ff. de pecul. l. si peculium seruo, ff. de pec. l. leg. vt etiam dos l. 1. §. impensa. ff. de dote præleg. tunc interpretor omnes leges in contrarium allegatas procedere de vniuersitate mixta hoc modo de dote fit diminutio, non autem de corporibus, idest non de corporibus particularibus, sed de vniuersitate corporum: & ratio meæ responsionis est desumpta ex l. cogi, §. inde quæritur, ff. ad Trebell. vbi dicitur impossibile est ex iure facere deductionem,
7 † ergo non fit deductio de dote, prout est ius, sed prout est quædam vniuersitas corporum. argumento tex. in l. in tãtum, §. vniuersitatis, ff. de rerum diuis. & l. sed si alia. § qui manumittitur, ff. de in ius voc. Secunda ratio etiam Bartoli pro hac
8 opinione est, fructus, † & accessiones non augent res particulares, sed vniuersales l. item veniunt, §. in fructus. ff. de petit. hæred in vers. fructus omnes augent hæreditatem l. pecuniæ, ff. de verb. signific. in vers. hæreditas, vel maxime est fructibus augetur sed dos augetur ex fructibus, & veniunt in iudicio dotis per eãdem actionem l. si marito, §. fi. infra eodem, vbi fructus petuntur iudicio de dote, l. si proprietati, ff. de iure dot. ergo dos est ius vniuersale. Omissis etiam cæteris responsionibus, dicatis quod fructus augent vniuersitatem mixtam, non au-
9 tem vniuersitatem iuris, Nam hæreditas † considerari potest, vel vt vniuersitas mixta, & sic augetur ex fructibus, ita etiam dos, vel cõsideratur vt vniuersitas iuris, & sic semper est idem ius, nec consideratur aliquod augmentum, quia etiam extin-
10 ctis omnibus corporibus hæreditatis remanet hæreditas † l. hæreditas, ff. de petit. hæred. sed dos extinguitur extinctis rebus dotalibus l. plerumque, ff. de iure dot. l. 1. C. de iure dot.
11 Tertia ratio in vniuersalibus pretium † succedit loco rei l. si rem, & pretium, ff. de petit. hæred. l. Imperator, §. fi. ff. de leg. 2. Et hoc non procedit in particularibus l. qui vas, §. fi. ff. de furt. sed in dote pretium succedit loco rei glos. in l. Labeo, & Sabinus. ff. de verb. signific. text. in l. res datæ, & l. res quæ, & l. ex lapidicinis. in fi. ff. de iure dot. in vers. nũmi percepti ex ea venditione sunt dotis, ergo dos ipsa est ius vniuersale. Sed retenta opinione vestra respondeatis, quòd pretium succedit loco rei in vniuersitatibus mixtis, quæ habent quid facti, non autem in
12 vniuersitatibus iuris, quod probatur ex d. l. † si rem & pretiũ. in vers. in locum hæreditariæ rei venditæ pretium successisse, & quodammodo ipsum hæreditarium factum, & ergo considerat hæreditatem, prout est vniuersitas facti. Item probatur, quia textus in d. l. Imperator. §. fi. de leg. 2. & l. si eo. volunt,
13 quòd grauatus † restituere quod supererit de hæreditate post mortem suã, fideicommissum hanc habeat in se qualitatem, vt ipse grauatus arbitrio boni viri l. Titius rogatus ff. ad Trebell. secundum iura digestorum licet secundum ius Codicis debet facere quod quarta supersit. auth. contra rogatus C. ad Trebell. si inquam iste grauatus vẽdiderit res hæreditarias, & de pretio alias comparauerit, nõ videtur diminuisse hæredita-
14 tem, sed res emptæ † venient fideicommissario restituendæ,

vice

vice quodammodo permutati dominij. Ergo ibi attenditur vniuersitas facti, prout vna res succedit in locum alterius, vt
15 in similistante statuto † quod de bonis antiquis quis nō possit disponere nisi de certa quantitate, si tamen illa bona alienauerit, & de pretio alia emerit, illa de nouo empta, loco permutati dominij succedunt in locum venditorum, prout est casus decisus vt per Capyc. decis. 194. ergo totum hoc est habito respectu ad vniuersitatem facti, siue mixtam. Et licet
16 textus in l. sed si lege † §. 1. ff. de pet. hæredit. voluerit quod si ex pretio hæreditariæ rei venditæ altera sit res empta, quod emptor dicitur hanc fecisse de suo patrimonio, & pretiū solutum venit in hæreditate, tamen Bart. in d. l. imperator distinguit, aut emit nomine proprio aut hæreditario, dic, vt ibi per eum. & semper considerabis vniuersitatem iuris, & facti
17 mixtam. Quarta ratio patrimonium † est quid vniuersale l. peculium in 3. ff. de pecul. l. si fideicommissum §. 1. ff. de iudic. sed dos dicitur patrimonium mulieris l. 1 §. sed vtrum ff. de minor l. satis notum C. quibus mod. pign. vel hypot. contrah. ergo dos est quid vniuersale. Respondetur patrimonium est vniuersitas mixta, sicut peculiū, vt dictum est supra. Quinta
18 ratio, & est Alexandri hic nume. 10. verbum reliqueo † relatum ad legitimam importat institutionem §. aliud quoque, & §. cæterum in auth. vt cum de appellat. cognosc. In ol. in l. 1. §. si ex fundo, & in l. his verbis ff. de hered. instit. & est communis opinio, vt testatur Alex in d. num. 10. sed dos succedit loco legitimæ l. scimus C. de inoffi. testam. ergo relatum ad dotē importat institutionem c. Raynaldus de testam. sed hoc non est in particularibus, ergo dos est vniuersale. Respō-
19 detur legitimā † esse quotam bonorum l. Papinianus §. quarta ff. de inoffic. testam. non autem quota hereditatis, & ideo ipsa legitima est quid vniuersale mixtum, nō autem vniuersitas iuris, sicut dicimus de ipsa dote. Sexta ratio. Illud dicitur
20 ius † vniuersale, quod cōtinet actiones actiuas, & passiuas. Itē iura, & accessiones, sed dos continet omnia ista, ergo est ius vniuersale, maior est vera, quia istę sunt rationes, quare hereditas dicatur ius vniuersale. Minor probatur quia per l. impēsa, & l. præcedenti, & l. seq. ff. de relig. & sumpt. funer. funeralis actio datur contra hæredem vniuersalem l. si quis §. fin. ff. eo. tit. & eadem actio datur contra eos ad quos pertinet dos d. l. impensę, & l. in eum. Item l. 1. § cumque C. de rei vxor. act. vbi stipulatio dotis ex sui natura continet iura, & accessiones. Itē l. etiam C. de iure dot. vbi in ea stipulata erat reddi dotalem fundum, & augmentum ex interuallo factum, quod non veniebat per l. si vnus §. ante omnia ff. de pact. continetur in dicta stipulatione dotalis fundi reddendi, ergo ex his omnibus ipsa dos dicenda est ius vniuersale. Sed ad [illegible] respondere potest, quod re [illegible] vniuersitas mixta iuris, prout
21 est nostra opinio, nam extinctis † omnibus corporibus dotis, non sunt vlterius actiones, & nomen dotis, nec considerantur accessiones, & augmentum sicut considerantur in hæreditate, Nā vt adsint ista iura in dote, facti est quæstio, prout in simili dicit Andreas in c. 1 [illegible] quod licet sub feudo soleant cōtineri iura, facti est ista quæstio, & ideo tenen-
22 dum † ipse nō appellat ius vniuersale, sed quasi vniuersum iuris, & facti. sic etiam non [illegible] in dote, vt per accidens sibi contingat retinere ista iura actiuè & passiuè, vt si seruus dotalis sit institutus hæres, [illegible] iura actiuè & passiuè sicut hæreditas l. etiam §. 1. ff. de iure dot. l. si marito [illegible] eod. hoc enim contingens est doti, non naturale, & natura rei attenditur l. naturalis § pauonum ff. de acqu. rerum dom. &
23 §. pauonum inst. de acq. ideo in §. † si. inst. per quas personas nobis acquiritur, vbi enumerantur omnia iura vniuersalia, per quę nobis vniuersaliter acquiritur, non reperitur enumeratum peculium, neque dos, dicitur enim videamus quibus modis per vniuersitatem nobis acquirantur, sicut [illegible] mus, siue cuius bonorum possessionem petierimus, vel quē arrogauerimus, vel si cuius bona libertatum conseruandarum causa nobis addicta fuerint, eius res omnes [illegible] transferuntur. Itē peculium potest constare ex solis corporibus. Vel mixtim ex
24 corporibus, & iuribus, sed dos † ipsa communiter per Scribētes assimilat peculio, ergo dos ipsa mixtim erit vniuersitas iuris, & facti. Maior probatur per textum in l. si peculium ff. de pecul. leg. vbi iurisconsultus aperte decidit, quod si peculium
25 † cōstat ex corporibus, & gloss. supplet tātum integra corpora vēdicātur. Vos dicatis integra, idest nulla diminutione [illegible] alienatam, vt litera dicit, quod plane dubium non habeat, Vel dicatis integra idest vēdicādo totum peculium, quia ideo & textus & glossa vim faciunt, vt ex corporibus tantum cōstet peculium, adhoc vt integrum vendicari possit. quia etiam si contineret iura, singula corpora vendicari possent, vt notatur in l. vendicatio ff. de rei vendic. Et verba illa, & tota lex essent de indubitabili, contra legem quod Labeo ff. de carbon. ed. Et ergo ex dicta vendicatio appret etiam quod potest costare mixtim ex corporibus, & iuribus, ita dicēmus in dote. Et in hunc
26 sensum intelligatis textum in l. † in rebus C. de iure dot. vbi dotem posse vendicari dicitur, Nam gloss. in l. si peculium ff. de pecul. distinguit, aut peculium continet corpora tātum, aut continet corpora, & iura, & tunc iterum distinguit, aut peculium vēdicatur totum, & tunc etiam quod contineat iura vēdicatio procedit, secundum eum l. l. & per Alex. in d. l. vendicatio, & est casus decisus per Guido Pap. decis. 148. aut vult vendicari aliquod particulare continēs ius sub generali peti-
27 tione peculij, & quia prolata † sunt remedia ordinaria pro illis vt declarat Bal. in l. 1 §. fi. ff. si cert. pet. hoc casu vendicatio nō procedit, prout ad hoc cumulat Iason §. omnium instit. de act. Et sic dicimus in dote (quæ iuris, & facti vniuersitatem continet sicut peculium) vt quando constat ex corporibus illa vendicentur dicta lege si peculium, si vero contineat etiam iura
28 seruentur prędicta. Præterea illud † dicitur vere ius, quod trāsit sine traditione, sed solum mediante simplici cessione, sicut dicimus de hæreditate vēdita, quæ trāsit in emptorem absque traditione corporum, sed solum mediante cessione, vt ff. de hered. vel act. vendita. Sed dos ipsa non transit, nisi ipsa corpora tradantur. Nam iam passimè apud iurisconsultes receptum
29 est dotem dari, † dotem tradi, dotem restitui l. 2. §. fi. ff. de priuileg. credit. l. etiam C. de iure dot. l. dedit dotem ff. de collat. bonorum l. 1. et ff. de iure dot. Neque aliter potest quæri marito, nisi per traditionem l. de diuisione ff. solut. matrim. Ergo ipsa dos non ius, sed quandam vniuersitatem corporum collectorū sub hoc iuris nomine quod dos dicitur ut patet l. quod dicitur ff. de impens. in reb. dot. fact. Et sic vniuersitas iuris in facto appellanda. Et licet communis opinio dotem ipsam vocet ius Bartolus tamen diffinit ius quoddam quasi diminute, quod traditur cum traditione corporis, vt dictum, licet ius dicitur in hæreditate, quod sit successio ad vniuersum ius defuncti. Iustinian. in [illegible] vniuersalū prætermittit dotem, & peculium. Vlpianus qui fuit vigilantissimus de proprietatibus vocabulorum in l. 1. in fine ff. de dote prælег. corporum dotalium vniuersitatem appellat, non autem ius vniuersale. Accursius etiam vniuersitatem d. l. si fideicōmissum §. tractatum ff. de iudic. vbi vniuersitas est mixta nō iuris vniuersalis & ideo a [illegible] rectius appellari vniuersitatem iuris & facti quam ius vniuersale. Denique argui potest ab effectu iudiciali, certum est quod in vniuersalibus libellus generalis admittitur gloss. magna. in l. 1. ff. de edendo,
30 & ibi communiter Doct. sed libellus † generalis non sufficit in dote, ergo dos non est ius vniuersale, minor probatur per l. fi. C. de sent quæ sine cert. quant. sed quia hæc ratio requirit vnā particularem quæstionem, ideo in sequēti illam tractabimus.

SVMMARIVM.

1 Iudicium in quo petitur dos est generale.
2 Vniuersale corpus quid [illegible].
3 Hæreditatis petitio dīcitur esse vniuersalis, licet executio fiat particulariter.
4 Generali non datur [illegible] speciebus.
5 Iudicio generali opus est [illegible].
6 [illegible]
7 [illegible] debet [illegible].
8 [illegible] oppon[illegible].
9 [illegible] nu. 13. & nu. 16.
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible] 26.
14 [illegible] debet specifica[illegible]
15 [illegible] de facili [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
20 [illegible] officio iudicis.
21 [illegible] sententia, vel condemnatoria, vel declaratoria.
22 Actionem [illegible] contentam.
23 [illegible]
24 [illegible] dependet a potestate actoris.
25 [illegible]
27 [illegible] pete a parte.

QVAESTIO DECIMAQVINTA.

Vtrum libellus generalis sufficiat in petitione dotis.

QVia Doctores nostri communiter tenēt dotē esse ius vniuersale, vt dictum est in præcedenti, inferunt ad
1 practicā, quod iudicium † in quo petitur dos est generale & ideo sufficit Libellus generalis, & licet de his terminis diffuse scripserim in lectura Romana super l. edita C. de edendo

edēdo, quia tamē moderniores [illegible] cumulant, ne detur locus querelarum iuniorum propterea sic declarentur. Vniuersale
2 † vocamus in iurisprudētia vnum corpus intellectuale, quod licet contineat sub se diuersa corpora realia tamē est separatū ab illis, sicut est hæreditas, & in hoc iudicio vniuersali, dicendo peto me declarari hæredē insolidū, vel pro ea parte, in qua sum hæres, & ex officio iudicis aduersarium cogi ad restitutionē rei hæreditariæ. Bart. in l. 2. in fine, & in l. licet minimam ff. de petit. hæredit. Bald. in l. 2. in fi. C. eo. tit. Alberic. in l. 1. nu. 1.
3 ff. si pars hæredit. pet. vbi dicit quod petitio † dēt esse vniuersalis de hæreditate, licet executio fiat tantū in re particulari possessa. Ang. in l. 4. ff. de petit. hæredit. & in cons. 161. nu. 1. Abb. in c. 2 nu. 23. de libell. oblat. & ibi cæteri canonistæ. Cur. ien. in repet. l. edita nu. 35. C. de edēdo, & alij cumulati per Iasonem in §. actionum nu. 237. institu. de act. & vide ad hoc casum decisum per Cacchet. in decis. Pedemont. 74. vbi doctè discurrit.
4 Generale † verò est illud quod non habet corpus essentiale, nec visibile, nec inuisibile, sed solum deducitur vnum nomē per imaginationem intellectus colligens multas res per vnam rationem conuenientes sine constitutione alicuius corporis essentialis, & dicitur generalitas, quia genus est quædam idea, quæ nō est in commertio nostro, vt declarat Bar. in l. Meuios §. duorum ff. de leg. 2. & non reperitur extra animam Bald. in l. 1. C. qui admitti, licet logici satis sint in controuersiā de hoc & per vnum nomen generis collectiui significātur plures res collectæ, vt sermo certus de eis fieri possit, vt in iudicio dicitur, peto rationem administrationis, sed quia nullum corpus est in rerum natura, in quo possit consistere iudicium, vel di-
5 spositio, ideo in tali iudicio generali, † oportet quòd ipsæ res deducantur, & probentur singulariter, vt de eis singulariter possit ferri sententia, de quo habes textum in leg. 2. C. de iu-
6 dic. Et differt iudicium † vniuersale à generali, quia in vniuersali semper vniuersaliter loquimur ante sententiā, secus in ipsius executione, sed in generali oportet quod descēdamus ad res particulares, vt super ipsis possit ferri sentētia, vt d. l. 2. C. de iud. particulare verò vocamus quodlibet corpus, vel species,
7 siue quantitas, & in eis libellus † debet esse certus, & particulariter concludere rem petitam cum causa l. si rē ff. de rei vēd. c. 2. de libell. oblat. & iuxta theoricā Accursij in d. l. ff. de eden-
8 do. Verū si esset generalis † posset procedere, ex eo ferri sententia regulariter, secus esset parte opponente, de quo habetis l. fin. C. de annali except. & ibi videte Bartolum, & diffuse scripsi in mea practica ciuili, sunt tamē multi casus, in quibus etiam parte opponente libellus generalis procedit, quos videte à Ias. cumulatos in §. curare instit. de act. dicunt igitur Doctores ipsam dotem esse ius vniuersale nominis collectiui plurium corporum sub hoc dotis nomine contentorum, & ideo in iudicio omnia posse sub eo generali nomine deduci cum li-
9 bello † generali, dicendo per dotem, licet postea ad particularia corpora probanda descendēdum sit, vt sententia certa ferri possit, vt l. fin. C. de sent. quæ sine certa quantitate. Et hanc de libello generali esse communem opinionem firmat Socinus vester hic num. 31. vers. qui hanc. Ripa num. 41. Ruyn. nu. 86. & sequuntur cæteri scribentes, licet sic particulariter de cōmuni non testificentur. Habet & suas rationes ista commu-
10 nis. Prima igitur ratio est. Dos incerta † promitti potest, ergo libellus generalis, & incertus sufficit, antecedēs probatur per l. cum post §. gener ff. de iure dot. & sæpissimè in superioribus fuit deductū, consequentia tenet, quia maritus agendo ad dotem, cum non dependeat ab eius arbitrio, qui fortè inuolutus vxoris molestijs nulla dotis quantitate est moderanda, quare sufficit generaliter, & incertè dotem petere. Secunda ratio.
11 Valet libellus † in quo petitur legitima generaliter non aliter expressa quantitate, neque corpore Bal. in c. quæ[illegible] de officio ordinarii, sed valet argumentum de legitima ad dotem. Bart. in l. Titio centum §. Titio genero ff. de condit. & demōstrat. quia dos succedit loco legitimæ l. scimus C. de inoff. testam. ergo libellus generalis, & incertus valet in dote. Tertia
12 ratio, quam inducit Bart. hic est de l. fi. † C. de sentēt. quæ sine cert. quant. vbi libellus fuerat porrectus mulier, peto dotem, & in hoc omnes cōcordāt, & quòd libellus ibi valeat, patet, quia nullum verbum ponitur de ineptitudine libelli, immo si libellus fuisset nullus, sententia quoque fuisset nulla, intelligendo tam de prima, quam de secunda, vt notatur in c. cum dilecti fu per eo[illegible] reddendo de empt. & vendit. sed ibi secunda sententia fuit valida, ergo & libellus peto dotē fuit validus. Sed certè ista communis sic simpliciter, & absolutè non potest stare. Et
13 sic argumentor, si libellus † generalis procederet in dote, tunc si pars opponeret de specificatione repelleretur a iud[i]cio, sed consequens est falsum, ergo & antecedens, falsitas probatur. Nam ponamus quòd mulier relicta dicat in iudicio peto dotem, & hæredes mariti, fortè extranei, qui habent verisimilē causam ignorantiæ instent pro specificatione, tunc ipsa actrix tenetur declarare, & libellus non procedit sic generaliter, & in certè. Et hoc obseruatur in omnibus tribunalibus, sed hoc est ex natura omnium particularium, l. fi. C. de annali except. vbi Bart. dicit hunc casum, ergo libellus generalis non procedit in
14 dote. Et idem posset esse si mulier † in concursu creditorum peteret dotes suas, iuxta l. vbi adhuc C. de iure do[t]. & l. si cum dotem §. si verò dotem infra eodem, & §. fin. in auth. de æqualitate dot. & c. per vestras de donat. inter virum, & vxorē, quod procedit tā si mulier petierit dotes actione dotis, quā si actione hypothecaria iuxta regulam l. in rebus C. de iure dot. & l. si constante in princ. inf. eo. Et ideo Ruyn. hic nu. 90. distinguit, aut res datæ in dotem de facili possunt declarari, aut non pos-
15 sunt secundo casu procedit libellus incertus, † sicut est in peculio, & in grege, nam difficilè esset specificare omnes res peculiares, & in grege specificare illā ouem albam, illam nigrā, & ideo hoc casu dicit hic Bar. quòd potest intentari actio personalis vniuersaliter, & incertè tam ad gregem, quam ad peculium, sed in primo casu quando specificè declarari possunt de facili, parte instante recedatis a cōmuni opinione. Hæc distinctio plenè probatur per Castrēs. in l. in summa ff. de re iud. & ibi sequitur Alex. & pro hoc allego textum in l. 3. §. armamēta ff. de rei vend. vbi Bart. quod non procedit libellus peto domum cū massaritijs, sed necesse est, quòd singula declarētur, intelligatis quando de facili possunt declarari. Vnde sic potest argumentari. Secunda ratio, libellus incertus nō procedit in dote, sed libellus generalis est incertus, ergo ipse non procedit. Maior probari potest dupliciter, vel ex theorica Baldi in
16 l. † fin. num. 4. C. de sent. quæ sine certa quantitate, vbi dicit esse communem opinionem, quòd libellus generalis non procedit in dote: Ipse autem intelligitur secundum legem, quam explanat, vbi generalitas libelli dotis causabat incertitudinem ex quo sentētia certificari non poterat, item potest probari ex theorica Bartoli in d. l. fin. per quā Doctores dicunt, quod quā-
17 do adest dup[l]ex † incertitudo in libello, vel in sententia, tunc nec libellus, neque sentētia valebunt. Io. Campeg. in tracta. de dote par. 1 quæst. 4. num 9. vers. sed quando est incertum, qui in spec. loquitur de duplici incertitudine. Bolognet. in rubr. nostra nu. 229. vers. nec obstat. Vnde si mulier a[g]et in dotem
18 actionē † iniuriarum dicitur dedisse quid incertum, quia incertum est, quanti illa actio æstimanda sit, & fortè poterit æstimari nihil, ergo si soluto matrimonio vxor petat dotē ab hæredibus viri, dos erit incerta tam penes libellantē, quam penes cōuētos, qui habēt iustam causam ignorantiæ l. verius ff. de probat. Ergo hic libellus incertus non valet. Quòd autem actio iniuriarum possit dari in dotem, etiam ante litis cōtestationē super ea probatur, quia potest vēdi, vt tenet Accurs. in l. si nomē ff. de hered. vel act. vēd. & ratio est, quia actio iniuriarū potest intētari tam per iniuriatum, quam per aliū eius nomine l. sed si vnius §. idē ait & si nepoti ff. de minor. Sed huic argumento
19 poterit respōderi, quòd valet iste libellus incertus † ex quo nō pōt specificè declarari, vt tenet Innoc. in ca. cum dilecti de ordine cognit. & vide Castrēs. & Alex. in d. l. in summa §. 1. ff. de re iudic. Sed aduertite, quia quando non pōt declarari specificè, saltē opus est declarare genericè dicēdo peto dotē cōsistētē in pretio æstimationis iniuriarum, quod semper intelligatis parte instante. Tertio argumētari potest subtili ratione Areti-
20 ni in nostra rubrica, qa in iudicio † vniuersali res particulares non petuntur iure actionis, sed officio iudicis gloss. & Barto. in d. l. 1. ff. de edēdo, sed res particulares dotis cū petūtur actionis l. si marito §. si solut. matrimon. l. 1. §. exactio & per totam legē C. de rei vxor. act. itē quia res dotales vēdicātur, l. in rebus C. de iure dot. ergo videtur quòd nō sit iudicium vniuersale, neque libellus generalis. Respōdetur quòd iudicium vniuer-
21 sale † est duplex alter[um] in quo fertur sententia declinatoria, alterum in quo fertur sentētia condēnatoria, & ratio Aretini procedit secūdum primum mēbrum distinctionis, quia in petitione hæreditatis, quod est iudicium vniuersale, & petuntur res particulares, fertur sententia declinatoria, nā in libello dēt dicere peto me declarari hæredē. l. licet ff. de pet. hæred. l. ex diuerso 3. ff. de rei vēdic. & talē rē a tali possessam mihi restitui, & facta declaratione per iudicē petitur executio ab eodē iudice super tali corpore hæreditario. Exemplum est secundi iudicij in quo sentētia fertur condēnatoria, vt si ab hærede aliquis emit hæreditatē, & postea emptor agit contra vēditorē, & petit hæreditatem, isto casu, actio est vniuersalis, cuia de actione
22 † iudicatur prout de re in actione contēta, vt p Alex. in l. a Diuo Pio §. in vēditione ff. de re iud. l. qui filij, & ibi gloss. in ver. peruenisse ff. de hæred. & act. vēdit. ex quibus patet, quod pōt esse iudiciū vniuersale, & ferri sentētia condēnatoria aliquando, quæ condēnat ad res, ideo requirit petitionē exactione, & hoc modo est in dote, vt in contrariis Aretini, propterea non
23 obstant. Nec desunt qui respondēt, res particulares † dotis petuntur actionibus personalibus competētibus ad vniuersum, vide Annib. de Canonic. hic. num. 721. ideo non obstant con-
24 traria. Ad primum respondetur, aut incertitudo † libelli non depen-

dependet a potestate actori, & tunc toleratur l. 1. ff. quorum legatorum, l. vbi autem §. illud autem ff. de verb. obligat. & vide Barto. in l. stipulationes nō diuiduntur in quæst. 10. ff. de verb. oblig. Aut dependet a potestate actoris, & tunc parte opponēte non toleratur, l. fi. C. de annali except. Modo, quando maritus agit ad dotem incertam, Libellus incertus non pēdet a potestate sua, quia si ipse maritus cui debetur dos in centum vellet declarare quātitatem, forte explicaret mille, ideo toleratur iuxta naturam actionis, quam in Libello intentat. Adsecundum respondetur, quod non omnis dos † succedit loco legitimæ, quia dos a fratre, vel ab extraneo data nō succedit. Item ista opinio est dubia, qa Cyn. in l. sancimus C. de nupt. tenet, quòd dos non succedit loco legitimę. Denique quatenus ista essent vera, tamen legitima est quota bonorum deducto ęre alieno l. Papinianus §. in quarta ff. de inoffic. testam. & ideo iudicium super ea nō est vniuersale, sed particulare. Alexā. latè in l. fi. C. de edict. diui Hadr. toll. Ad vltimū respondetur, quod in d. l. fi.

85

86 † Libellus ab initio erat incertus. Nec obstat quòd secunda sentētia valuit, quia hoc erat, quia libellus fuit certificatus coram iudice appellationis, prout præsumitur l. Herēnius §. Caio ff. de euict. c. in præsentia de renuntiat. Et quod Libellus fuisset incertus, vltra dicta nuper in secunda ratione veritatis, adde quòd altero modo potest considerari duplex incertitudo in Libello d. l. fi. altera respectu dotis incertæ, altera respectu aliorum bonorum, quæ extra dotem petebantur, de quorum speciebus latissime dixi supra, Et cum sententia dixisset, quæ bona fide accepisti solue, non nititur iuris auctoritate; Et confirmatur ista intelligentia ad illum textum, quia lex duas enarrat incertitudines, videlicet incertū est, quid accepisset, intellige pro dote, & dicit quid accepisset, & sic præsupponit dotem datam esse, deinde dicit, quantum accepisset, intellige de bonis datis extra dotem, siue etiam potest intelligi de fructibus, qui augent dotem l. si marito §. fi. infra eodem. Et tenēdo quod Libellus fuisset generalis, inducas d. l. fin. secundum nostram opinionem, & hæc est verior intelligētia, quam vnquā fuerit data, videlicet quòd ex hac lege desumitur, quod libellus generalis non procedit in dote parte opponente, prout communiter obseruatur in iudicijs, Nam cum Libellus esset generalis, iudex interlocutus est non esse liquidam scilicet petitam, ergo præsupponitur fuisse oppositum de Libello generali. Nec obstat, quod hoc esset diuinare, quia quādo opponi-

87 tur † a iudice, dicitur opponi a parte, & factum iudicis reputatur factum partis l. si ob causam C. de euict. vnde cum d. l. fin. dicat iudicem extra ordinem interlocutum esse dotem non esse liquidam, præsupponit fuisse sic oppositum, saltem a iudice, ergo libellus generalis in dote non valet parte opponente, & sententia super libello per decretum declarato inualido non valet.

SVMMARIVM.

1 Contractus dotis an sit de iure gentium, vel ciuili.
2 Contractus dotis in specto omni tempore est nominatus secundum communem opinionem.
3 L. eas ff. de capit. diminut. duplex inductio.
4 Bonum, & æquum quod [illegible] esse possit.
5 Contractus [illegible] sunt de iure gentium.
6 Contractus dotis [illegible] vsucapionem pro dote.
7 Contractus ille est innominatus qui caret proprio nomine actionis.
8 Actio pro dote [illegible] incepit apud populum romanum.
9 Actio ex stipulatu pro dote, est bonæ fidei.
10 Dos iure ff. an [illegible] actionem præscriptis verbis.
11 Actio præscriptis verbis datur vbi nullus est factus contractus specificus.
12 Dotis contractus perficitur traditione.
13 Dotis contractus quomodo fieri possit hodie de iure gentium.
14 Dos semper intelligitur promissa certa.
15 Actio præscriptis verbis an competat pro dote.
16 Pœnitentia [illegible] habet locum in contractu dotis, etiam re integra.
17 Contractus [illegible] recipiunt perfectionem ab actu perficiendi, vel ab actu exequendi.
18 Pactum de dotando differt a promissione dotis.
19 Nouatio non fit ex numeratione propter adimplementum contractus.
20 Dotis contractus, vt est triplicis speciei.

QVAESTIO DECIMASEXTA.

Vtrum contractus dotis sit nominatus, vel innominatus.

VLtimo loco quærit Barto. hic num. 24. vtrum contra-
1 ctus † dotis sit de iure gentium, vel ciuili, & Socin. nume. 38. in 3. parte rubricæ, quærit sub alijs, verbis,
2 vtrum sit nominatus, vel innominatus. Communis † opinio est, quòd inspecto omni tempore sit contractus nominatus de hac communi testatur Socin. d. nume. 38. vers. Ergo teneo Io. Campeg. in tract. de dote parte 1. quęst. 6. Bal. nouel. in tract. de dote parte 3. nu. ... Dec. in l. legem nume. ... C. de pact. Alex. in l. qui Romę §. Flauius ff. de verbor. obligat. Hanc opinionē tenet Barto. hic & in l. iuris gentium in fine princip. ff. de pact. & in l. legitimam ff. eod. tit. Rip. hic nume. 8 . Annib. de Canonic. hic num. 755. Fundatur ista communis per textum in l.

3 † eas ff. de capit. diminut. dupliciter inducendo. Primo in ver. de dote actio, & sic arguendo ex contractu oritur obligatio l. 2. ff. si cert. pet. & ex obligatione actio. l. licet §. ea obligatio ff. de procurat. ergo actio oritur ex contractu mediante obligatione, prout deducitur hæc consequentia a gloss. Aretino, & alijs in §. fi. instit. de obligat. tunc sic arguēdo per capitis diminutionem auferuntur ea quæ sunt ciuilis, vt d. l. eas in 1. respōso, sed actio de dote durat etiam post capitis diminutionem, ergo durat contractus de dote, & sic non est iuris ciuilis, sed gentium. Et hoc modo inductus textus euitari non potest. Li-

4 cet a multis etiam inducatur in vers. ex bono, † & æquo quod dicunt esse iure gentium, ergo & actio, & sic cōtractus, sed ista inductio patitur instantiam, quia bonum, & æquum est etiam de iure prætorio, & ciuili l. 1. ff. de iust. & iure l. bona fides ff. depositi, & sic posset intelligi de bono, & æquo iuris ciuilis, cum actio dicatur de iure ciuili, secūdum magis communem opinionem de qua diximus anno præterito in rubr. ff. de verb.

5 oblig. Præterea ille contractus † dotis non connumeratur inter obligationes ciuiles, vt inst. de iure nat. gent. & ciuili §. ius gentium, & l. ex hoc iure ff. de iust. & iur. ergo non est de iure ciuili, & confirmari potest, quia omnes contractus sunt de iure gentium regulariter d. l. ex hoc iure, & d. §. ius autem gentium, & regulæ semper est standum. Item contractus dotis est nominatus, ergo est de iure gentium, valet consequentia, quia regulariter omnes contractus sunt de iure gentium, præter quatuor, vt dixi nuper. antecedens probatur, quia ex contractu

6 † dotis reperitur specialis, & nominatus titulus vsucapionis pro dote, vt ff. pro dote & C. de vsucap. pro dote, ergo est specialis, & nominatus cōtractus alias induceretur generalis vsucapio pro suo, prout contingit in cōtractibus innominatis, & hoc est argumentum Baldi in d. l. ad exactionem in princi. C.

7 de dot. promiss. Item quia ille est contractus † innominatus, qui caret proprio nomine actionis l. 2. ff. de præscript. verb. sed ipse contractus dotis habet de dote actionem d. l. eas obligationes ff. de capit. diminut. & C. de rei vxor. act. Et §. fuerat instit. de act. ergo est nominatus, & per consequēs iuris gentium Et comprobari potest hæc opinio, inspecta origine actionis

8 pro dote, quæ fuit apud populū romanū, Nam vt testatur Aulus Gellius, ex Seruio lib. 4. cap. 3. & Valerius etiam lib. 2. scribit, Quingentis fere annis post Romam cōditam, nullas rei vxorię, neque actiones, neque cautiones fuisse in Roma, aut in Latio, quia profectò nihil desiderabantur, nullis etiam tunc a matrimonio diuertentibus. Seruius quoque Sulpitius in libro, quem composuit de dotibus, tunc primum cautiones rei vxoriæ necessarias esse visas, scripsit, cū Sp. Carbilius, cui Ruga cognomentum fuit, vir nobilis, diuortium cum vxore fecit, quia liberi ex ea corporis vitio non gignerētur anno vrbis conditæ 523. M. Attilio, P. Valerio consulibus. Nec vero aliter ob dotis conditionē actio ex stipulatu dabatur, nisi stipulationis vinculū interessisset, Quare deinceps, explosis anxias, ac nimis scrupulosis illarum actionū obseruationibus sola ex stipulatu actio remāsit, in quam omnis vis atque facultas actionis [illegible] translata, l. vni-

9 ca C. de rei vxor. act. §. fuerat [illegible] de act. Proinde actio † ex stipulatu ea [illegible] est bonæ fidei [illegible] quondam rei vxoriæ actio fuit [illegible] eandem naturam habeat [illegible] proponitur d. l. vnica [illegible] C. de rei vx. act. Bartol. & Bal. hic, quamquam hæc les [illegible] relationis non habeāt [illegible] C. [illegible] §. fuerat instit. de act. Contra [illegible] tenet Bal. hic, quòd dotis cōtractus de iure digestorum [illegible] nominatus, neque ex iure cō-

10 peteret † actio [illegible] præscriptis verbis, & in l. ad [illegible] C. de dot. promiss. & in l. legem C. de pact. & in rubr. C. [illegible] C. de act. [illegible] & in l. [illegible] ff. de negot. gest. licet si bene [illegible] videtur sibi contradicere Nec [illegible] negare iura, quæ faciunt pro ista parte. Prima ratio pro [illegible] opinione, si iste cōtractus dotis fuisset de iure gentium, [illegible] ex eo data esset actio de dote, sed consequēs est falsum, ergo & antecedēs, falsitas probatur per l. ad exactionem C. dot. promiss. vbi permittitur dotem per pactum nudū promissam peti posse, ergo per prius peti non poterat, cū actio ad dotem exigendam non fuisset, alias lex fuisset de indubitabili, & idem habetur in l. fi. C. ad Velleian. Et potest confirmari per tex. in l. 1. C. de dot. promiss. vbi nulla est de dote actio, quia per pactum nudum erat promissa. Secunda ratio, actio

11 † præscriptis verbis datur, vbi nullus est factus specificus con-

tract. in. l. 1. & 2. ff. de præscript. verb. sed pro dote consequẽda
datur actio præscriptis verbis, ergo dotis contractus specificus
seu nominatus dici non potest, minor probatur per illos Do-
ctores per textũ in l. auia tua C. de iure dot. Item per textũ in l.
1. § accedit C. de rei vxor. act. vbi apparenter cõstat pro dote
cõsequenda dari præscriptis verbis actionẽ. Tertia rõ desumi-
tur ex doctrina Bartoli in l. iuris gẽtiũ in si. principii ff. de pact.
12 qui docet cõtractum † dotis perfici traditione, & sic denomi-
nari ab actu exequẽdi, quia pactum de dando dotem erat nu-
dum, & non producebat actionem. Et hanc doctrinam Barto-
li esse communiter receptã testatur Ripa hic. nu. 75. ergo dos
ipsa nõ erat contractus nominatus de iure gẽtium. Sed in hac
quæstione non recedatis a communi, quia dum iura nostra di-
cunt olim pro dote dari actionem rei vxoriæ, & alibi vocant
actionem pro dote, vt dictum, quid aliud significare voluerũt,
quam gẽtes ipsas antequam introducerẽtur actiones ex stipu-
latu pro dote apud populum romanum vsas fuisse illis actio-
nibus. & sic ex proprio, & nominato cõtractu, Imò tenet Bal.
nouell. in tract. de dote. parte 3. col. 4. vers. Quarta cõclusio qđ
13 si hodie † agatur inter cõiuges, vt per stipulationẽ nõ fiat no-
uatio, ꝯctus dotis remanet mere de iure gentium. Si vero non
agatur, propter tacitam stipulationem subintellectam rema-
net de iure ciuili, tam respectu dotis dandæ, quàm dotis resti-
tuendę, sublata in totum rei vxorię actione l. 1. §. sed vt plenius
C. de rei vxor. act. & d. §. fuerat instit. de act. Item dicitur de iu-
re ciuili, quia quãdo extraneus dotat, & mulier est absens, fin-
gitur a viro stipulatam esse dotem, & hoc quando extraneus
nõ fuit stipulatus dotẽ sibi reddi, vt d. §. accedit. Et licet etiam
inspecta hac stipulatione, dotis contractus remaneat de iure
gẽtium quò ad inuentionem contractuum, d. l. ex hoc iure ff.
de iust. & iur. tamẽ adhuc dicitur de iure ciuili, quoad formã
gl. in l. ius ciuile ff. de leg. Sicut potest dici de iure canonico,
quia tanq̃ mã spiritualis, ius canonicum est in eo obseruandũ.
Ideo non obstant ꝯtraria, Ad primum respondetur, quòd ille
textus loquitur dę promissione dotis certę, quod patet ex ver-
14 bis, q̃ semel pręstari placuit, &c. itaque promisit dare dotẽ † &
intelligo certam. Et si non fuerit dicta certa quãtitas, quia cer-
ta intelligitur habito respectu ad qualitates coniugũ, & quãti-
tatem patrimonij promittentis l. quæro ff. de iure dot. quo ca-
su, ex iam dictis iuribus erat actio de dote, & actio rei vxorię. &
per dictam legem ad exactionem permittitur agi ex stipula-
tu, quæ est actio principalibus constitutionibus introducta, &
cõprobatur quia in fine legis habetur, et si stipulatio in polli-
citatione rerum dotalium minime fuerit subsecuta, sic appa-
ret res dotales esse promissas sine stipulatione, posse tamẽ agi
ex stipulatione, vt d. l. 1. C. de rei vxor. act. idẽ dicit in l. fi. C. de
iure dot. Et addit quod hoc procedit fauore dotis. Ad l. 1. C. de
dot. promiss. est responsum supra in quæst. 13. rubricæ in fine.
Ad secundum respondetur negãdo esse veram inductionem
15 dictorum iurium. quia ibi actio † præscriptis verbis oritur ex
pacto, Nam quęritur, si auia dotet, & faciat pactum de sibi re-
stituendo habebit actionem præscriptis verbis ex dicto pacto,
pater autem habebit actionem ex stipulato, Et ratio est, quia
hoc pactum de sibi restituendo, non informat actionem vete-
rem de dote consolidatam tantum in persona dotatæ respe-
ctu extranei, sed tantum nouam actionem producit, quæ præ-
scriptis verbis vocatur, sed quia in patre specialiter prouisum
est, vt de dote actio communis sit patri, & filię l. 2. §. 1. inf. eod.
ideo pater præscriptis verbis non agit, quia hoc pactum incõ-
tinenti oppositum informabat veterem actionem, & sicut po
terat agere pro dote, sic ex principalibus constitutionibus ex
stipulatu aget. Eodem modo respondetur ad d. l. 1. §. accedit
C. de rei vxor. act. quia ibi etiam extraneus fecerat hoc pactũ
de sibi restituendo dotem, quo casu veterem non informa-
bat, & præscriptis verbis aget. intellectus est Accursii, & Cyni
explicantis in d. l. auia tua in versicu. simplici in fine C. de iure
dotium. Et confirmatur, quia contractus dotis re vera nõ põt
dici innominatus. Nam regula est in contractibus innomina-
tis habet locum pęnitẽtia l. ex placito C. de rerum permut. sed
16 in contractu dotis † re integra non habet locum pœnitentia,
casus est singularis in iure ad hoc in l. si ego §. 1. ff. de iure do-
tium, licet textus ibi dicat hoc esse fauore dotis. Ad vltimum
respondetur, quod ibi Bartol. facit differentiam inter contra-
17 ctus qui recipiunt † perfectionem ab actu paciscendi, & con-
tractus qui recipiunt perfectionem ab actu exequendi, primi
enim, qui ab actu paciscendi, statim habent nomen, & produ-
cunt actionem, vt emptio venditio, locatio conductio &c. Se-
cũdi autẽ, qui ab actu exequendi non habent nomẽ, nisi facta
executione, & isti sunt omnes contractus, qui re contrahun-
tur, vt depositum, commodatum mutuum, &c. vnde si facio
pactum de commodando non est contractus sic de dictis, Sic
dicit esse dotem, sed ex hac theorica nõ infertur, ergo dos nõ
est ꝯctus nominatus, nisi fuerit vere tradita. Nã respõderi põt,
18 aliud esse pactum † de dotando, quod potest fieri etiam ad ar-
bitrium alterius l. cum post §. gener ff. de iure dot. aliud esse
promissionem dotis, quæ habetur pro vera dote, vt cõclusum
est supra. & sicut pactum de commodando non est verus con-
tractus commodati, & tamen contractus commodati est de
iure gentium, ita potest dici secundum theoricam Bartoli pa-
ctum de dotando non esse veram dotem, & tamen data dote
esse ꝯtractũ dotis, id est confirmatũ ꝯtrm dotis, quia iam erat
perfectus contractus per ipsam promissionem, vt dictũ. Et cõ-
19 firmatur, quia quando actus † numerandi sequitur gratia ad-
implendi contractus, tunc non fit nouatio, neque respectu sti-
pulationis, neque respectu cõtractus, textus est in l. cum enim
ff. de nouat. & sic erat contractus primo, sed numeratio facit
ipsum perfectum, & adimpletum. Vnde Bald. in l. fin. ff solut.
matrim. dicit mutuum esse triplex, aliud naturale tãtũ, aliud
ciuile, cui natura cooperatur, aliud ciuile tantum, vt no. in l. a.
20 ff. si cert. pet. Sic ꝯctus † dotis est triplicis speciei, alia est mere
naturalis, scilicet qñ fuit numerata, & a numeratione habuit
perfectionẽ. alia ciuilis, cui natura cooperatur, vt dicũt esse ca-
sum in d. l. cũ enim, & l. præcedenti. ff. de nouat. alia ciuilis tãtũ
abstracta ab omni naturalitate, vt est dos cõfessata, quę nõ ap-
parente alia numeratione dicitur dos ficta, pro qua distinctio-
ne, & pro intellectu d. l. cum enim videndus est Bal. nouell. de
dote in 3. parte. col. 4. licet ista distinctio non placeat Ripæ. hic
nu. 74. quam æstimat potius speculatiuam, quam legitimam.

REPETITIO

Do. Bal. de Bartolinis, composita Pisis, anno 1475. Reformationis vero studij, & sua ibi conductionis, anno secundo, super. l. primam. ff soluto matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Dos quid sit. & an sit ius quoddam vniuersale. & nu. 18.*
2 *Sententiam incertam respectu quãtitatis valere, si relatione ad acta probatoria possit certificari.*
3 *Sententia quando debeat certificari per relationem ad libellum, seu accõmodari ad ipsum libellum.*
4 *Sententiam incertam latam super libello incerto non valet, quamuis ea sententia certificari possit per relationem ad acta probatoria.*
5 *Ius vniuersale quod dicatur. & nu. sequen.*
7 *Mulier succedẽs in dote cẽsetur succedere titulo particulari, nõ vniuersali.*
8 *Intellectus ad l. quod dicitur. ff. de impens. in reb. dot. fact.*
9 *Pretium an & quare succedat loco rei in dote.*
10 *Pretium non succedere loco rei in particularibus.*
11 *Fructus dotis augere ipsam dote quomodo sit intelligendum.*
12 *Intellectus ad l. si marito. §. f. ff solu. matri.*
13 *Fructus in dote venire iure actionis, tametsi in ceteri particularibus veniant officio iudicis. & nu. 17.*
14 *Fructus dotis non esse dotem.*
15 *Fructus ex dote percepti an sint statim restituendi, an dũtaxat post annũ.*
16 *Libellus & sententia an procedant in causa dotis non facta aliqua certificatione quantitatis dotis.*
19 *Diffinitionem non ob id debere destrui, quod aliquo casu rato contingente non conueniat cum suo diffinitio.*
20 *Pactũ quod maritus lucretur dotis fructus nec propter eos teneatur vxorem alere, an valeat.*
Vxorum mores sufferre maritis difficile est.
21 *Pactum non valere. quod vir non teneatur onera obsequialia erga vxorẽ subire, sicut nec econtrario quod vxor nõ teneatur subire ea erga virum.*
22 *Dos in iure quomodo & quot modis sumatur. & nu. 26. & 28. & 31.*
23 *Ius patronatus ecclesiæ cui quæratur.*
24 *Canonicam portionem non posse episcopum detrahere bonis assignatis ecclesiæ pro dote.*
25 *Dotem ecclesiæ assignatam non posse alienari, exemplo dotis datę in matrimonio carnali, an præscribi possit.*
27 *Pater an teneatur aliquid assignare filio ingredienti monasterium quasi in dotem.*
29 *Dotem etiam dici post solutum matrimonium, & nu. 437.*
30 *Dotis appellatio an extendatur ad eam que restituta est soluto matrimonio & nu. 438.*
32 *Dos repetenda ob non secutum matrimonium quibus priuilegiis fulciatur.*
33 *Dotis appellatio an extendatur ad eam que data est pro matrimonio inualide contracto, & an pactum super lucro datis interpositum habeat locum in huiusmodi dote, & quid in statuto.*
34 *Dotis largissime sumptæ appellatione contineri id quod filiæ a patre relictum est, & deti ipsius destinatum.*
35 *Statutum excludens a successione patris filias dotatas comprehendere eam cui dos est destinata pro matrimonio futuro.*
36 *Statutum quo cauetur neminem cogendum ad cõpromittendum in causis dotium an extendatur ad dotes destinatas pro futuris matrimonijs.*
37 *Contractus dotis sit ne iuris gentium, an iuris ciuilis.*

Actiones

38 *Actiones iure ciuili proditas esse.*
39 *Contractus dotis sit ne bonæ fidei an stricti iuris.*
40 *Dos quomodo dicatur habere causam præcipuam, & an censeatur habere causam piam. & nu. 45. & 49.*
41 *Falcidiam detrahi ex alimentis legatis diuiti, aliter atq; ex alimentis legatis pauperi.*
42 *Alimentorum causa quamobrem sit priuilegiata.*
43 *Alimentorum legatum valere tametsi sit incertum.*
44 *Legatum annuum quando censeatur relictum in causam alimentorum.*
46 *Alimenta erogata diuiti non videri in dubio erogata animo donandi, ac proinde posse repeti.*
47 *Redimens aliquem ab hostibus an & quando præsumatur id fecisse animo donandi.*
48 *Impensæ ab aliquo in alterius sepulturam factæ an & quando præsumantur factæ animo donandi, & an concernant causam piam.*
50 *Executores dati in vltima voluntate ad erogandū bona aliqua pauperibus an possint ex illis bonis donare in dotem mulieri pauperi, quæ sine dote nupsit marito locupleti.*
51 *Falcidia an detrahatur ex legato relicto in causam dotis.*
52 *Donationem factam ab extraneo mulieri pauperi in causam dotis non egere insinuatione.*
53 *Donationem factam a patre filiæ etiam locupleti in causam dotis, non reuocari prætextu insinuationis non factæ.*
54 *Iudex ecclesiasticus an & quando possit cognoscere super legato relicto in causam dotis.*
55 *Matrimonium quare potius nomen sortitum sit a matre quam a patre.*
56 *Dotis priuilegia locum habere etiam in muliere sterili, itemq; in augmento dotis facto constante matrimonio.*
57 *Reipub. quamobrem intersit ciuitatem repleri liberis.*
58 *Dotis priuilegia in quibus casibus egrediantur personam mulieris, & in quibus cohæreant personæ ipsius mulieris.*
59 *Statutum destruens venditiones omnes ex certo aliquo tempore factas videtur destruere titulū earum venditionū quas traditio non est subsecuta.*
60 *Ius ad rem facilius tolli quam ius in re.*
62 *Possessio an & quando transferri possit ex conuentione paciscentium citra illam apprehensionem.*
63 *Testes deponentes Titium semper possedisse a triginta annis, an ob id falsi arguendi sint, quod diuersa pars probet Titium per aliqua tempora absentem fuisse.*
64 *Præscriptio an præsumitur interrupta per absentiam eius qui possidet.*
65 *Testes duo affirmantes Titium possedisse cōtinue per decem annos an præferendi sint duobus alijs testibus affirmantibus partem diuersam possedisse aliquo ex illis annis.*
66 *Testis dictum debere potius reduci ad concordiam etiam per modum improprium & fictum, quam vt is dicatur incidisse in crimen falsi.*
67 *Promissio de soluendo vbiq; locorum intelligi debet de loco idoneo.*
68 *Dotis promissionem nudo pacto factam esse aecem olim fuisse ad producendum actionem, hodie autem inducere tacitam stipulationē interuenisse.*
69 *Dotis promissio sit ne contractus nominatus an innominatus.*
76 *Pollicitatio dotis an producat actionem. & nu. 72.*
71 *Pollicitatio quando proprie dicatur.*
73 *Pollicitationis verbum positum in instrumento induxit præsumptionem pacti nudi, quemadmodum promissionis verbum inducit præsumptionem stipulationis.*
74 *Fideiussorē dotis vel dādæ vel etiā restituendæ posse accedere nudo pacto.*
75 *Dotis incertæ promissio vel fideiussio per p[illegible] an valeat.*
76 *Donatio ex causa dotis facta a patre filiæ in p[illegible] an valeat.*
77 *Filia aliunde etiam locuples dotata a patre, intelligatur de bonis ipsius patris dotata.*
78 *Onus dotandi filiam an indistincte spectet ad patrem siue filia sit locuples siue non.*
79 *Mater dans dotem pro filia an & quando præsumatur de suis bonis dedisse, atq; inibi an mater teneatur dotare filiam.*
80 *Administrans bona alicuius mulieris si dotem pro ea dederit, an & quatenus præsumatur donasse. & quid in eo qui dotem dedit, nec administrabat bona mulieris.*
81 *Mater redimens filium ab hostibus præsumitur facere animo donandi nisi contrarium protestetur.*
82 *Mater dans simpliciter in dotem pro filia fundum quem habet communem cum ipsa filia, an & quando præsumatur donare partem suam.*
83 *Limitatio ad §. accedit. l. vnica. C. de rei vxoriæ actio.*
84 *Mater promittens cum marito dotem pro filia communi an sit efficaciter obligata, nec possit iuuari exceptione Velleiani senatuscon.*
85 *Mulierem intercedentem in causa dotis non iuuari beneficio senatusconsulti Velleiani, & nu. 123.*
86 *Patrem teneri ad dotem præstandam pro filia etiam locuplete, quāuis non teneatur alere filium vel filiam locupletem.*
87 *Dos imputatur in legitima aliter atq; alimenta.*
88 *Dotem a patre datam conferri, non etiam donationes simplices vel ob causam a patre filio vel filiæ factas.*
89 *Dotem deperditam sine culpa filiæ, non debere conferri.*
90 *Pater dans dotem filiæ, quæ aliunde bona habet, si dicat se dare eam de bonis suis & filiæ, quam interpretationem admittant ea verba.*
91 *Stipulatio tacita fingatur interposita in promissione dotis [illegible] nulla interuenerit, atq; & si inutiliter interposita sit, fingitur vtiliter interuenisse.*
92 *Præsumptio stipulationis interpositæ an & quando admittat probationem in contrarium.*
93 *Stipulatio tacita seu ficta quando habeat locum.*
94 *Muto vel surdo promittente dotem per nuntium vel epistolam an fingatur stipulatio interuenisse.*
95 *Priuilegium fictæ stipulationis circa dotis promissionem dari non ipsi mulieri, sed ipsi contractui, eam tamen fictionem extraneo non prodesse stipulanti sibi dotem restitui.*
96 *Pactum nudum interpositum ab extraneo dotante mulierem de dote sibi restituēda vestiri per pactum interpositum super dotis promissione per ipsum extraneum facta.*
97 *Instrumento dotis non continente stipulationem, an fingatur stipulatio interuenisse, an præsumatur. & vtrum satius sit inniti fictæ stipulationi, quam præsumptæ.*
98 *Statutum disponens quòd instrumenta publica habeant executionem paratam continere etiam eas conuentiones in quibus lex fingit stipulationem interuenisse.*
99 *Stipulationis fictæ priuilegium cessare vbi promissa esset dos quantitatis vel rei incertæ.*
100 *Fideiussore dotis promissæ accepto circa stipulationem an fingatur interuenisse stipulatio, & an ex tali pacto oriatur actio, & quid in fideiussore dotis restituendæ.*
101 *Statutum disponens quòd instrumentum dotis restituendæ habeat executionem paratam contra virum, an econtrario extendatur, vt instrumentum dotis promissæ habeat executionem paratam in fauorem viri.*
102 *Dotis promissionem muniri tacita hypotheca tam ex parte promittentis dare, quàm ex parte promittentis restituere.*
103 *Priuilegium tacitæ hypothecæ & tacitæ stipulationis paribus passibus ambulare.*
104 *Instrumenta garentigiata quæ ex statuto habent executionem paratam, an possint executioni mandari vigore tacitæ hypothecæ.*
105 *Extraneus cui dos ex pacto debet restitui, habeat ne priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis mariti. & nu. 107.*
106 *Actio de dote extraneo competens aut aduersus extraneum sit ne bonæ fidei an stricti iuris.*
108 *Maritus agens ad id quod sua interest ex mora non solutæ dotis, vt quia interim aluit vxorem de suo, an habeat priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis mulieris vel soceri.*
109 *Priuilegium tacitæ hypothecæ dari mulieri in bonis mariti pro fructibus ex dote perceptis post solutum matrimonium.*
110 *Dotis contractus collatus in arbitriū eius qui dotem promittit, an valeat.*
111 *Intellectus ad §. gener. l. cum post. ff. de iur. dot.*
112 *Arbitratore super contractu dotis accepto non arbitrante receditur ab eius persona, & ad boni viri arbitrium recurritur, & an sic in alijs cōtractibus.*
113 *Legatum alimētorum non ob id esse inutile, quod is qui eorum modum pro arbitrio statuere debebat noluit arbitrari, aut etiam non possit.*
114 *Dotis contractu collato in arbitrium dotantis etiam quātum ad ipsam substantiam contractus, si arbitrator decesserit antequam declararet, vellet an nollet obligari, censebitur moriendo voluisse se obligari.*
115 *Dotis incertæ promissionem valere, cuius limitationem vide. nu. 121.*
116 *Incertitudinem quæ ex causa aliqua admixta ad certitudinem reduci potest, non vitiare actum. & nu. 118. & 122.*
117 *Incertitudo [illegible] alimentorum in persona legatarij diuitis, [illegible]*
119 *Emptionem [illegible], si nulla fiat mentio de pretio, atque [illegible] mentio pretij [illegible] & quando valeat.*
120 *Intellectus ad l. [illegible]*
124 *[illegible] dotem.*
125 *[illegible] pro fideicommisso [illegible] hæredem grauatum [illegible] aut hypothecæ titulo dari [illegible] & donationis pro[illegible]*
126 *Stipulationem [illegible] sponsum & sponsam [illegible] hic causa [illegible]*
127 *Dotis promissionem [illegible] constante matrimonio an valeat [illegible] nu. 129. [illegible]*
128 *Dotem ante matrimonium [illegible] constante matrimonio [illegible]*
130 *Donatio propter nuptias [illegible] vxori constante matrimonio an & quo [illegible]*
132 *[illegible] constante matrimonio non expressa [illegible] an valeat [illegible] operetur.*
133 *Dotis titulo [illegible], si nulla præcessit promissio [illegible] mulieris.*
134 *Patientiam [illegible]*
135 *Patrem posse cogi, vt dum [illegible] pro dote portionem [illegible] sui patrimonij, quemadmodum [illegible] assignare alimenta filiis.*
136 *Filia possit ne consistere in iudicio aduersus patrem petendo ab eo vt dotem sibi assignet.*
137 *Pater an teneatur iterum dotare filiam, si prior dos sine culpa ipsius filiæ sit deperdita.*
138 *Dispositio l. qui liberos. ff. de rit. nup. hēat necne locū in auo sicut in patre.*
139 *Filius teneatur necne dotare matrem transeuntem ad secundas nuptias.*
140 *Pater an cogi possit vt dotem det filiæ naturali.*

Pater

141 Pater dans dotem pro filia naturali quæ aliunde diues est, an in dubio præsumatur eam dotare de suo, an de bonis ipsius filiæ.
142 Mater an & quanto tempore teneatur lactare filium.
143 Mater naturalis an teneatur alere filium inopem ac dotare filiam inopem. & quid econtrario.
144 Filius ex damnato coitu natus teneatur necne matrem inopem alere. & quid econtra.
145 Frater an teneatur dotare sororem.
146 Filiam a patre exhæredatã etiam ex iusta causa an frater teneatur dotare.
147 Patruus an teneatur dotare filiam fratris inopem.
148 Pater an iure possit denegare dotem filiæ, quæ eo inuito vel ignorante nubit. & nu. 150.
149 Alimenta an possint denegari filiæ per patrem ex ea causa quæ est sufficiẽs ad exhæredationem.
151 Filiam nubentem citra consensum patris esse tutã iure canonico ab ijs pœnis quæ iure ciuili aduersus eam inductæ erant.
152 Pater an teneatur dotem constituere filiæ quæ nupsit citra consensum eius, quamque maritus duxit nulla dotis mentione facta.
153 Dos constituta constante matrimonio ab ea quæ nupsit sine dote, an ea priuilegia habeat, quæ pro dotibus inducta sunt.
154 Patrem cogi posse vt assignet donationem propter nuptias filio ducturo vxorem.
155 Pater an cogi possit vt obliget bona sua pro restitutione dotis, quam filius ad vxore sua habuit.
156 Pater an possit officio iudicis cogi, vt dotem assignet filię, etiam filia id nõ postulante.
157 Iudex an & quando possit officium impartiri parte id non petente.
158 Dotis causam magis esse priuilegiatam quam alimentorum. & in quo cõsistit tale priuilegium.
159 Dotalium rerum alienatio an sit indistincte prohibita, siue dos consistat in rebus mobilibus siue in immobilibus. & nu. 164. & 167. 169.
160 Dispositio. l. in rebus. C. de iur. dot habeat necne locum in rebus mobilibus. & nu. 162.
161 Res mobilis dotalis an possit alienari. & nu. 163.
165 Præscriptio an currat contra maritum in re dotali constante matrimonio.
166 Præscriptionem triginta vel quadraginta annorum hodie locum habere in rebus quæ olim alienari non poterant, ac proinde nec præscribi.
168 Contractum ab initio vtiliter esse factum sufficit, vt rescindi non possit.
170 Dotalem fundum non posse alienari etiam soluto matrimonio ante restitutionem dotis.
171 Alienatio fundi dotalis facta a muliere & in tempus soluti matrimonij collata an valeat.
172 Dotalem fundum non posse alienari per mulierem nec si vir consentiat. & nume. 174.
173 Dotis fundi alienationem per virum constante matrimonio factam, confirmari soluto matrimonio, si vir succedat ipsi mulieri in dote.
175 Dotalem fundum a se venditum vir possit nec ne ab emptore repetere vel ex persona sua vel ex persona ipsius mulieris. & nu. 176.
176 Iusiurandum non ligare ipsum iurantem in præiudicium tertij.
178 Marito negligente repetere rem dotalem a se alienatam an mulier possit eam repetere, si vir non vergat ad inopiam, sed habeat bona sufficientia ad dotem.
179 Maritus qui vẽdidit fundum dotalem an eo nomine teneatur de euictione.
180 Maritus qui dotalem fundum vẽdidit, quem deinde mulier euicit, ad quid teneatur emptori euictionis nomine.
181 Marito & vxore vendentibus rem dotalem multum interesse emptoris vtrunq; obligari insolidum.
182 Fundus datus in dotem pro matrimonio putatiuo an non possit alienari, obstante lege Iulia, quæ fundi dotalis alienationem prohibet.
183 Maritus an possit locare fundum dotalem in longum tempus. Alienatione prohibita censeri etiam prohibitam locationem in longum tempus.
184 Maritus an possit vendere vsumfructum fundi dotalis.
185 Dotalis fundus quem mulier communem habet cum alio pro indiuiso possit ne alienari & an maritus possit prouocare consortem ad diuisionem.
186 Seruum dotalem posse manumitti per virum de voluntate vxoris.
187 Alienationẽ rei dotalis posse procedere cum alienatione alicuius vniuersi.
188 Alienatio rei dotalis an firmetur iureiurando.
189 Donatio facta ab vxore viro constante matrimonio vt ea sit loco dotis an valeat.
190 Mulierem habere tacitam hypothecã in bonis mariti pro restitutione dotis, præferriq; alijs creditoribus habentibus anteriorem hypothecam, atq; inibi an præferatur habentibus anteriorem expressam. & num. 192. & 224.
191 Mulierem ex causa dotis præferri in hypotheca ei qui in refectionẽ rei mutuauerit.
193 Fiscum non præferri prioribus creditoribus habentibus tacitam hypothecam.
194 Creditorem, cuius pecunia prædium comparatum est, quiq; specialiter prædium illud pignori accepit, præferri in eo pignore cæteris creditoribus etiam anterioribus.
195 Priuilegium prælationis in hypotheca quod datur dotibus habeat necne locum in ea dote quę duntaxat confessata est non etiam numerata.
196 Dos confessata non etiam numerata an iisdem priuilegiis muniatur quibus dos numerata.
197 Maritus cõfitens se recepisse dotem ac renuntians exceptioni non numeratæ dotis an & quando sibi aut hæredi suo præiudicet. & nu. 199. & 201.
198 Maritus qui iureiurando confessus est se dotem recepisse an non obstante eo iureiurando possit iuuari exceptione non numeratæ dotis, & n. 203.
200 Confessio receptæ dotis facta a viro cõstante matrimonio confirmatur morte ipsius viri prædecedẽtis, sicut qualibet alia donatio ab eo vxo. facta.
202 Confessio facta a marito de recepta dote, quam in veritate non recepit, an potius præsumatur facta sub spe futuræ numerationis quã animo donãdi.
204 Iusiurandum interpositum contractui simulato an illum confirmet.
205 Dos non numerata, quam tamen vir confessus est se recepisse an habeat sua priuilegia contra tertium.
206 Dotis per maritum confessatæ numerationem quibus casibus mulier non teneatur probare volens præferri cæteris creditoribus ratione tacitæ hypothecæ.
207 Dotis receptæ confessio per maritum facta an & quando possit per creditores mariti impugnari tanquã in fraudẽ eorũ facta. & nu. 209. & 214.
208 Confessio iterata an semper excludat exceptionem non numeratæ pecuniæ.
210 Confessio de recepta dote facta per maritum constante matrimonio vbi ante matrimonium præcesserat promissio dotis ex parte mulieris, an censeatur facta in fraudem creditorum, & an ei possit opponi exceptio nõ numeratæ dotis, & nu. 212. & sequen.
211 Exceptio non numeratæ pecuniæ quam ob causam sit a iure introducta.
215 Dotis priuilegium circa prælationem in hypotheca an competat patri mulieris repetenti dotem, aut ei cui mulier cesserit actionem de dote.
216 Hæres mulieris repetens dotem illius an habeat priuilegium prælationis circa hypothecam in bonis mariti.
217 Priuilegium prælationis in hypotheca competat necne marito petenti dotem sibi a muliere vel ab alio eius nomine promissam.
218 Mulierem repetẽtem dotem non præferri in hypoth. filijs ex priori matrimonio procreatis repetentibus dotem matris suæ.
219 Creditor qui in funeris impensam credidit præferatur necne omnibus anterioribus creditoribus atq; ipsi etiam mulieri dotem repetenti.
220 Verba generalia restringi fauore dotium.
221 Mulierem non præferri cæteris creditoribus in hypotheca quando agit de consequenda donatione propter nuptias.
222 Priuilegium prælationis in hypotheca non competere mulieri repetenti cũ dotem quam non est subsecutum matrimonium. & quid si subsecutum est, sed inualidum.
223 Mulier repetens dotem an præferatur in hypotheca ei ex cuius pecunia militia empta est, vel nauis aut domus refecta est.
225 Hypotheca competens mulieri in bonis mariti pro dote recuperanda ex quo tempore incipiat. & nu. sequen.
227 Priuilegium tacitæ hypothecæ quod dotibus concessum est ex quo tempore incipiat competere.
228 Confessionem mariti super receptione dotis, vbi aliter non apparet de solutione, non nocere anterioribus creditoribus ipsius mariti.
229 Hypotheca tacita, quæ contrahitur in bonis defuncti pro legatis in testamento relictis, an in legatis conditionalibus adueniente conditione retrotrahatur ad tempus aditæ hæreditatis.
230 Compensatio possit necne opponi mulieri dotem repetenti. & nu. 233.
231 Compensationis & retentionis non esse eandem rationem.
232 Compensatio quare non admittatur aduersus actionem depositi.
234 Retentio ob impensas in rem dotalem factas an & quatenus locum habere possit.
235 Mulieri agenti pro dote recuperanda magis fauendum quam alteri parti. & nu. 242.
236 Mulier repetens dotem possit ne vti priuilegio prælationis in hypotheca aduersus fiscum. & nu. 238.
237 Fiscum in dubio præsumi priorem esse circa hypothecam.
239 Mulieri dotẽ repetẽti magis fauẽdũ circa prioritatem hypothecæ quã fisco.
240 Priuilegium, quod mulieri agenti ad dotem concessum est, vt in dubio præsumatur prior in hypotheca, an egrediatur personam mulieris vt detur hæredibus, aut etiam marito petenti dotem sibi promissam.
241 Instrumentum prius in ordine scriptum in protocollo notarij censeri in dubio prius tempore.
243 Testes deponentes pro muliere dotem repetente si contrarij sint. testibus partis aduersæ, quibus potius credendum sit.
244 Iudicibus pari numero discordantibus, eorum sententiæ stari, qui pro libertate, vel dote, vel matrimonio pronuntiant.
245 Instrumentis duobus productis sibi inuicem contrarijs præferri illud quod fauorem dotis continet.
246 Stipulationem interpositam ab aliquo nomine alterius sibi coniuncti per lineam maternam valere fauore dotis quæ alias non valet.
247 Pater tametsi teneatur dotare filiam, tamen dotando eam, censetur exercere liberalitatem in ipsam.
248 Extraneus dotans mulierem possit ne citra stipulationem pacisci dotem reddi ipsi mulieri.
249 Mulier dotem pro se dans, si stipuletur eam reddi alteri soluto matrimonio, non acquirit ille actionem.
250 Stipulatio quomodo concipi debeat, p quã alteri q̃ritur actio citra cessionẽ.
251 Procuratorem aut negotiorum gestorem suo nomine stipulantem non quærere alteri actionem citra cessionem, quod tamen fallit fauore dotis.
252 Disiunctiuam positam inter personas honoratas reddere stipulationem inutilem iure digestorum, quod tamen fauore dotis fallit.

253 Disiunctionem positam inter personas honoratas hodie accipi pro coniunctiua.

254 Stipulatus aliquid dari sibi vel alteri, videtur personam alterius adiecisse solutioni non etiam obligationi, fauore tamen dotis mulier adiecta solutioni censetur etiam adiecta obligationi.

255 Dotem dans pro muliere si stipuletur eam sibi reddi, aut cui de iure debetur cui acquirat actionem.

256 Mulieri repetenti dotem quomodo consulatur aduersus eum qui adiectus erat solutioni, cuiq; dos exoluta est.

257 Dotis restituendæ promissionem factam patri & filiæ, intelligi factam secundum iuris ordinem, non solũ iuris cõmunis, sed etiã consuetudinarii.

258 Pater stipulando dotem sibi aut filiæ reddi an censeatur adiecisse personam filiæ solutioni, an obligationi.

259 Stipulatione dotis reddendæ concepta per verbũ impersonale censeri actionem quæsitam ipsi mulieri potius quam ei qui stipulatur.

260 Promissionem per verbum impersonale factam valere fauore dotis.

261 Dotem aduentitiam acquiri ipsi mulieri etiam iure digestorum tametsi in patris potestate sit.

262 Patrem non habere hodie administrationem bonorum dotalium filiæ etiã in potestate ipsius constitutæ.

263 Filiamfa. posse intendere actionem ratione dotis aduentitiæ etiam citra cõsensum patris, atq; inibi an possit agere cõtra patrem ratione eius dotis.

264 Filia cuius dotem aduentitiam pater administrauit, an ratione huiusmodi administrationis habeat bona patris tacite obligata.

265 Filiafa. an & quibus casibus possit in iudicio agere pro dote profectitia sine patre ac sine eius consensu.

266 Filiafa. possit ne habere hæredem ab intestato in dote profectitia aut aduentitia. & nu. seq & 269.

268 Intellectus ad l. 2. ff. de castren. pecul.

270 Dos per filiumfa. pro vxore sua recepta quæritur ipsi filiofa. non eius patri, & an in ea dote pater sit legitimus administrator filii.

271 Donationem vsusfructus aduentitiorum factam a patre filio in potestate valere.

272 Dos recepta a filiofa. qui cum patre habitat, an spectet ad patrem tanquã cæteræ res quæ sunt in peculio profectitio filij, & an pater pro ea restituenda teneatur de peculio.

273 Pater consentiens expresse vel tacite matrimonio filij videtur se obligare insolidum pro restitutione dotis.

274 Filiusfa. stipulatus de patre dotis lucrãdo soluto matrimonio, vtrum acquirat, sibi ne, an patri in cuius potestate est.

275 Dotis lucrum quod ex statuto marito debetur, si is maritus sit in potestate patris, quæratur ne ne ipsi patri, an vero spectet ad ipsum filium.

276 Lucrum quod per statutum filiusfa. percipit ex dote vxoris an censeatur profectitium, an vero aduentitium.

277 Dominium rei dotalis transire in mulierem soluto matrimonio etiam citra traditionem.

278 Dominium rei dotalis an transeat ad hæredes mulieris solo iuris ministerio sine aliqua traditione, & quid in patre mulieris agente ex iure consolidationis in eum factæ.

279 Dominium dotis profectitiæ, cuius actio communis est patri & filiæ, apud quem censeatur esse soluto matrimonio.

280 Priuilegium datum mulieri circa dotem an competat patri ipsius.

281 Intellectus ad l. in rebus, C. de iur. dot.

282 Dominium dotis reconsolidatæ in filiam an transeat ad eam soluto matrimonio sine aliqua traditione, ac si ab initio dos fuisset ipsius filiæ.

283 Dominium rei alienæ in dotem datæ, quam maritus bona fide præscripsit, an soluto matrimonio transeat in mulierem sine aliqua traditione.

284 L. In rebus C. de iur. dot. per quam cõstitutũ est, vt dominium rerum dotalium transeat in mulierem sine aliqua traditione soluto matrimonio, an habeat locum in quasi dominio quod per publicianam quæritur. & num. 286.

285 Publiciana quando transferat dominium sine aliqua traditione.

287 Extensio de casu vero ad fictum quando sit permissa.

288 Dominium vtile quod competit viro in dote ratione vsusfructus vel fundi emphyteutici sibi in dotem dati an transeat in mulierem soluto matrimonio, & an requiratur consensus domini.

289 Emphyteuta an & quatenus possit rem emphyteuticam alij fruendam cõcedere citra consensum domini.

290 Iura personalia quæsita per virũ ex causa dotis an soluto matrimonio trãseant in mulierem citra cessionem.

291 Dos consistens in rebus mobilibus an soluto matrimonio statim transeat in mulierem sine aliqua traditione.

292 Fructus dotis percepti vltimo anno soluti matrimonij, qui pro rata temporis spectant ad mulierem, an transeat ad ipsam mulierem sine vlla traditione, & nu. seq.

294 Marito vergente ad inopiam an dominium rerum dotalium transeat in mulierem citra traditionem. & nu. 297. & seq.

295 Vendicandi verbo actionem hypothecariam significari in l. vbi adhuc. C. de iur. dot.

296 Beneficium a lege vel principe alicui de nouo indultum debet censeri ita concessum, vt alteri non noceatur.

299 Mariti bonis publicatis, dominium rerum dotalium in fiscum statim transire sine aliqua apprehensione, atque inibi quomodo succurratur mulieri aduersus fiscum.

300 Possessio rerum dotalium an soluto matrimonio transferatur in mulierem sine aliqua traditione.

301 Mulier quæ soluto matrimonio ingreditur propria authoritate possessionẽ rei dotalis, an incidat in pœnam l. si quis in tantam. C. vnde vi.

302 Mulier an & quando possit soluto matrimonio bona mariti sibi pro restitutione dotis hypothecæ nomine obligata, propria authoritate apprehendere.

303 Dispositio l. in rebus. C. de iu. do. quot & quales effectus producat.

304 Conditio in vltimis voluntatibus cum extiterit, an retrotrahatur, disputatur aduersus Bartolum.

305 Dispositio legis dotalem ff. solu. matrimo. sit ne correcta per l. in rebus. C. de iur. dot.

306 Dominium rerum donatarum propter nuptias an soluto matrimonio transeat in mulierem solo iuris ministerio absq; aliqua traditione.

307 Dotalem rem etiam æstimatã si vir alienauerit, an & quando & qua actione succurratur mulieri soluto matrimonio aduersus tertium possessorẽ.

308 Hypothecariam actionem & rei vendicationem, quæ regulariter pro eadẽ re nõ competunt, dari mulieri soluto matrimonio pro rebus dotalibus.

309 Actionem ex stipulatu fauore dotis competere ad certum & incertum, tametsi regulariter detur duntaxat ad incertum.

310 Actio ex stipulatu quæ datur in locum rei vxoriæ actionis sint ne bonæfidei an stricti iuris, & quid de actione, ex stipulatu quæ competit marito pro dote sibi promissa.

311 Delegatione seu nouatione interuentu nouæ personæ facta priorem obligationem ipso iure regulariter tolli. fauore tamen dotis seruari mulieri veterem actionem in maritum delegantem vel eius hæredes.

312 Delegationis contractus, cui dolus causam dedit, tametsi regulariter non sit ipso iure nullus, sed sit annullãdus per actionẽ de dolo, tamen speciali fauore dotis est ipso iure nullus.

313 Dolum incidentem in contractum dotis reddere contractum ipso iure nullum fauore mulieris & dotis.

314 Mulieri minori promittenti dotem vltra vires patrimonij aut quæ totum patrimonium absorbeat, quomodo consulatur, quomodo item marito, si id cum curatoris authoritate factum sit.

315 Donationem aliquando præsumi fauore mulieris & dotis etiam aduersus verisimilem intentionem eius qui præsumitur donasse.

316 Mulieri maiori. 25. an., quæ dedit ampliorem dotem quam congrueret vel conditioni suæ, aut viri, aut quantitati sui patrimonij, an & quando & qua ratione consulatur. & nu. sequen.

318 Matrimonium non posse dirimi prætextu doli, quo quis introductus sit ad contrahendum matrimonium.

319 Bona eius qui monasticam vitam professus est dolo monachorum an monasterio debeantur, an vero venientibus ab intestato.

320 Mulier quæ scienter & dolose promisit maiorem dotem quam possit præstare, an vti possit beneficio, ne conueniatur vltra quam facere possit, aut etiam beneficio cessionis.

321 Hæreditatis datio facta a patre in contractu dotis filiæ, quam vnicam habet, an valeat. & nu. 323.

322 Verba nonnunquam improprie accipi, ne irritum fiat quod actum est.

324 Maritus, qui nihil ex dote sibi promissa consequi potest obstante nullitate contractus, an possit vti remedio l. 2. C. de rescinden. vendi.

325 Minor. 25. an. si minorem dotem ab vxore sua habuerit quam vel pro conditione sua, vel pro rõne patrimonij mulieris, an possit restitui. & quid in maiore. 25. an.

326 Dotis promissio a muliere per metum viro facta an sit ipso iure nulla, an vero rescindi debeat per actionem quod metus causa.

327 Maritus, cui mulier dotem promisit metu ab eo coacta, ac proinde talis promissio est nulla, an cogendus sit subire onera matrimonij sine spe dotis habendæ.

328 Pater soluens dotem pro filia genero, matrimonio iam per diuortiũ soluto, quod adhuc constare putabat, qua actione repetit.

329 Maritus an & quando possit soluto per diuortium matrimonio petere a socero dotem sibi ab eo promissam.

330 Intellectus ad l. qui exceptionem. ff. de condict. inde.

331 Indebitum solutum per errorẽ pro dote mulieris nuptæ an possit repeti per condictionem indebiti. & nu. 334.

332 Dotis causam posse dici piam duplici consideratione.

333 Indebitum solutum ob causam piam an repeti possit.

335 Donationem in dubio præsumi fauore dotis.

336 Dotem soluens pro muliere paupere tametsi cõtradicente, si dicat se animo repetendi soluere, an possit repetere.

337 Salarium solutum medico pro curando infirmam tametsi contradicentem an possit repeti.

338 Soluens dotem pro muliere nupta cuius dotis nomine mulier erat obligata viro, an præsumatur in dubio donasse, an potius repetẽdi animo soluisse.

339 Donatio ex causa dotis facta an requirat insinuationem. & nu. 342.

340 Dispositio vel statutum quantumcunq; generaliter loquatur, restringitur fauore dotis. & fauore reipubli.

341 Statutum prohibens mulierem, vel filiumfa. vel minorem contrahere sine consensu certarum personarum non habere locum in his cõtractibus qui fiunt fauore dotis aut reipub.

342 Intellectus ad l. fi. C. de iur. dot.

343 Filia dotata ab extraneo, quam tamen pater dotare debebat, an possit petere vt eam dotet.

Falcidia

344 Falcidia possit necne detrahi ex legato relicto in causam dotis, atque inibi an & quando possit detrahi ex legato alimentorum.

345 Mulier an soluto matrimonio habeat actionem contra virum pro dote a patre mulieris promissa non tamen exoluta.

346 Maritum soluto etiam per diuortium matrimonio habere actionem aduersus hæredem soceri pro dote sibi ab ipso socero promissa.

347 Maritus qui constante matrimonio non exegit dotem a socero an soluto matrimonio teneatur eam exigere, vt restituat vxori an vero liberetur cedendo actionem. & nu. seq.

349 Exceptionem, dolo facis qui petis quod restituturus es, habere locum etiã cum restitutio ex interuallo est facienda, si modo illud interuallum concessum est miserationis causa.

350 Causa apposita contractui non in vim conditionis, sed in vim modi an censeatur impulsiua, an finalis, & quid in contractu dotis.

351 Modus, qui in contractu appositus est, si non obseruetur, an & quando possit a contractu discedi.

352 Donatio quando censeatur contractus nominatus & quando innominatus.

353 Datum ob causam posse condici causa non sequuta re integra, & an idem in eo quod datum est ob causam dotis, aut ob aliam causam piam.

354 Mandatum tametsi regulariter finiatur morte mandantis re integra, hoc tamen fallit fauore dotis.

355 Mandatum factum fauore dotis non reuocari per hæredem mandantis.

356 Seruum liberum effectum teneri ex obligatione tempore seruitutis contracta fauore dotis.

357 Pactum legis commissoriæ quod in pignoribus regulariter in probatur, an & quando valeat fauore dotis.

358 Pactum legis commissoriæ qua ratione sit improbatum in pignoribus.

359 Maritus an lucretur fructus eius fundi qui datus est ei in pignus pro dote.

360 Vsuram nonnunquam permitti ratione interesse.

361 Maritus an & quando possit licite petere summam promissam pro suo interesse pendente termino solutionis dotis, si illa summa excedit onera matrimonij.

362 Vsusfructus fundi datus in dotem viro an extinguatur statim soluto matrimonio per diuortium vel mortem viri, & quid si per mortẽ mulieris.

363 Emphyteuta an possit dare rem emphyteuticam pro dote filiæ aut alterius irrequisito domino, & quid in feudo. & nu. 365.

364 Actus qui non valet prout agitur, valet vt valere potest fauore dotis, etiã quando agitur de obligatione contrahenda, quemadmodum etiam fauore matrimonij aut sponsaliorum.

366 Filiumfamil. qui accepit pecuniam mutuo, vt eam conuerteret in dotem filiæ vel sororis, non iuuari exceptione senatuscon. Macedoniani, quemadmodum nec si accepit studiorum causa.

367 Dotis lucrum quæsitum filiofam. marito propter adulterium vel diuortiũ vxoris an per eum quæratur patri, an vero sit ipsius filij.

368 Filiumfam. maritum posse persequi iniuriam violati vel soluti matrimonij culpa mulieris non expectato consensu patris.

369 Minoris bona posse pro dote obligari etiam citra solemnitatem a iure requisitã.

370 Mulier minor annis xxv. possit necne citra tutoris aut curatoris authoritatem ac decretum iudicis bona sua immobilia in dotem dare, aut pro dote ea hypothecæ supponere.

371 Minoris bona posse alienari pro dote, atque inibi an necessarium sit in eam rem decretum Iudicis.

372 Debitorem etiam inuitum posse per creditorem alteri delegari speciali fauore dotis & mulieris.

373 Facere quod sibi non nocet & alteri prodest an & quando quis teneatur.

374 Seruitus itineris debita per certam partem fundi an possit in aliã partem eius fundi transferri per debitorem citra consensum eius cui debetur.

375 Debitorem in diem aliquando cogi posse ante diem vt satisdet de soluendo die adueniente & maxime fauore dotis & vltimæ voluntatis.

376 Obligatum ad faciendum posse præcise compelli ad ipsum factum fauore dotis, nec liberari soluendo interesse.

377 Mulier possit necne pro debito dotis incarcerari.

378 Cautio si exigatur a lege, statuto, aut testatore, censetur in dubio exigi sine fideiussore, præterquam fauore dotis.

379 Debitor, cui a principe prorogatus est terminus ad satisfaciendum creditoribus, an & quando teneatur satisdare creditoribus.

380 Dotem a patre filiæ datam imputari in legitimam, aliter atque cæteras donationes a patre filiæ inter viuos factas.

381 Dotem conferri, aliter atque cæteras donationes a patre filijs aut filiabus factas.

382 Filia patris furiosi vel mente capti an possit de bonis patris dotem constituere, & de eius lucro pacisci cum viro.

383 Dos prælegata filiæ a patre an veniat in restitutionem fideicommissi vniuersalis.

384 Dote per virum vxori legata quid veniat in legato, & quid in legato dotis per extraneum facto.

385 Tutor possit necne donare de bonis pupilli pro dote mulieris pauperis coniunctæ ipsi pupillo.

386 Tutor an possit de bonis pupilli redimere ab hostibus personam ipsi pupillo coniunctam.

387 Minorem non restitui in ijs in quibus lex vel statutum supplet ætatem.

388 Pactum appositum a patre iuxta contractum dotis per eum pro filia promissæ an vestiatur coherẽtia contractus vt veterem actionem informet & nouam pariat.

389 Pactum tacitum valere fauore dotis & mulieris tametsi surgat ex pacto expresso inualido.

390 Pactum tacitum patris prodesse filiæ absenti citra nuntium vel epistolam fauore dotis. & nu. 392.

391 Intellectus ad l. 2. & ad l. Si creditores. C. de pact.

392 Casum omissum non remanere in dispositione iuris cõmunis vbi fauor mulieris & dotis aliud suadet.

393 Prouisio hominis expressa an & quando cessare faciat prouisionem legis ordinariam.

394 Mulier cui certa prædia a viro pro dote obligata sunt an censeatur renunciasse tacite hypothecæ generali a lege introductæ.

395 Mulier an & quatenus possit renuntiare iuri hypothecæ.

396 Maritus acceptãdo specialem hypothecam in aliquibus bonis mulieris pro dote sibi per eam promissa, videtur renuntiare generali hypothecæ tacite quam habet a lege.

397 Maritus accipiens fideiussorem ab vxore pro dote sibi per eam promissa videtur recessisse a tacita hypotheca quam defert ei in bonis vxoris.

398 Fideiussoris acceptione non videri recessum ab hypotheca conuentionali. Intellectus ad l. pen. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol.

399 Fideiussore pro debito ab vno ex correis debendi dato videri renuntiatum beneficio diuisionis.

400 Mulier recipiens fideiussorem pro dote soluto matrimonio an videatur renuntiasse tacitæ hypothecæ quam habet in bonis viri.

401 Maritus restituens dotem vxori constante matrimonio an sit liberatus, vt soluto quandocunque matrimonio amplius non teneatur.

402 Fructus percepti a muliere ex pignore accepto a marito pro restitutione dotis an minuant ipsam dotem.

403 Hypotheca competens mulieri in bonis viri pro restitutione dotis ex quo tempore incipiat.

404 Mulier quæ pro dote habet hypothecam in bonis viri an teneatur eam hypothecam cedere posteriori creditori offerenti debitum ex causa dotis. & nume. sequen.

406 Malitijs hominum obuiandum & via fraudibus præcludenda.

407 Mulier possit necne agere hypothecaria contra tertios possessores bonorum mariti pro dote sua consequenda non facta discussione bonorum mariti vel eius hæredes.

408 Fiscum posse agere hypothecaria contra tertios possessores bonorum debitoris non facta aliqua discussione bonorum ipsius debitoris.

409 Fiscum ac rempub. posse agere contra fideiussorem nulla facta discussione debitoris principalis.

410 Donationem non præsumi contra fauorem dotis etiam si præcessissent merita eam præsumptionem inducentia. & nu. 413.

411 Intellectus ad §. si mater. l. idemque. ff. manda.

412 Extraneus paciscens sibi dotem reddi quam pro muliere dedit, an & quando censeatur pacisci in suam vtilitatem & quãdo in vtilitatẽ mulieris.

414 Mulier teneatur necne ad seruandum id pactum, per quod in totum vel in parte remaneret indotata, vel dotis conditio aliter deterior efficeretur. & num. 416.

415 Statutũ disponens quòd dos soluto matrimonio deferatur liberis ex eo matrimonio susceptis, quam interpretationem recipiat.

417 Pactum factum contra fauorem dotis & mulieris an valeat, si contingat matrimonium solui diuortio culpa mulieris, atque inibi quid si culpa viri. & nu. 434. & 441.

418 Pactum de lucranda per virum dote, soluto matrimonio per diuortium culpa mulieris, an sit alicuius effectus, & an sit potentius ipsa prouisione legis. & nu. 421.

419 Dotis lucrum, quod ob culpam mulieris defertur viro per legem, quibus ex causis perdatur.

420 Pactum de lucranda dote soluto matrimonio an trahatur ad casum solut matrimonij per ingressum religionis. & nu. 424. & 429.

422 Mulierem hodie perdere dotem ex causa adulterij etiam citra libellum repudij, dũmodo sit petita thori separatio per iudicium ecclesiæ, vel adulterium sit notorium.

423 Hæredem mariti non posse obijcere mulieri culpam adulterij, si maritus dum viueret non obiecit, & quid si mulier a viro discesserat metu adulterij a se commissi, quam tamen vir non accusauerat.

425 Mors ciuilis quando æquiparetur morti naturali.

427 Conditionem, si sine liberis decesserit, deficere, si sub ea conditione grauatus ingrediatur monasterium.

428 Pactum quo maritus lucrari debet dotem soluto matrimonio, an locum habeat si mulier deportata sit.

429 Pactum de dote lucranda a marito cum extraneo, qui dotem dedit pro muliere factum ex interuallo consentiente ad id muliere an noceat ipsi mulieri.

430 Pactum factum a marito cum patre vxoris super lucranda dote soluto matrimonio an valeat. & nu 443.

431 Mulierem posse in se suscipere periculum nominis debitoris in dotem dati, quemadmodum etiam potest suscipere periculum rei dotalis æstimatæ.

432 Debitor mulieris, qui dotem pro muliere promisit, vel cuius nomen in dotem datum est, si efficiatur non soluendo, cuius periculo id contingat, mariti ne, an vxoris.

433 Culpam de futuro posse remitti aliter atque dolum, non quidem latam, sed aut leuissimam aut leuem.

435 *Maritum regulariter non teneri de leuissima culpa vel casu cõtingente circa rem dotalem.*
346 *Pactum de non repetenda dote factum soluto matrimonio an valeat, atq; inibi quid de pacto, vt teneatur maritus vltra quàm facere possit.*
439 *Pactum de dote non repetenda factum constante matrimonio per mulierem an valeat.*
440 *Donatio causa mortis quare valeat inter coniuges.*
442 *Iusiurandum restringi secundum subiectam materiam ipsius actus.*
444 *Patrem dantem dotem pro filia posse ab initio pacisci pro arbitrio super ipsa dote, quatenus verum sit.*
445 *Pactum quòd dos reddatur mulieri ijsdem terminis & dilationibus quibus soluta est viro, an valeat.*
446 *Casum futurum aduersæ fortunæ venire in considerationem fauore dotis.*
447 *Regulam legis, secundum naturam ff. de regul. iur. non habere locum vbi fauor dotis aliud suadet.*
448 *Maritum dissipantem dotem per culpam quæ dolo proxima sit, non habere beneficium ne conueniatur vltra quàm facere possit.*
449 *Sequestrationẽ alias regulariter prohibitam permitti fauore dotis, atque inibi quibus casibus possit peti sequestratio dotis.*
450 *Res empta ex pecunia dotali quibus casibus efficiatur dotalis.*
451 *Mulier an possit petere sibi caueri a viro pro dote, quam ab initio cum dotem daret, sciebat iam labi facultatibus.*
452 *Nomine debitoris in dotem dato transit in maritum actio vtilis aduersus ipsum debitorem citra vllam cessionem.*
453 *Actus, ex quo solet resultare specialitas aliqua aut exorbitantia contra ius commune, nunquàm causat talem specialitatem vbi ipse actus tacite resultaret ex aliqua iuris præsumptione.*
454 *Paria sunt, esse post sententiam, & esse ante sententiam post conclusum tamen in causa.*
455 *Actionem de dote habere anomalam quandam naturam a cæteris actionibus, atque inibi in quibus consistat talis irregularitas.*
ſup. ꝙ met. cauſa. per gl. & doc. & in l. ſiue poſſidetis. C. de pro-
92 ba. vnde cetera quæ dicūt. † quod qñ apparet promiſſio facta in
inſtrumento præſumitur facta cum ſtipulatione, vt habetur
inſtit. de inuti. ſtipula. §. item ſi ſcriptum. & nota. in l. ſciēdum.
de verbo. oblig. non procederent, quando probaretur per te-
ſtes vel aliter quod ſtipulatio non interceſſit. vt dixi in dicta l.
ſciendum. Si autem pro ſtipulatione aſſiſteret præſumptio iu-
ris & de iure, & tunc non admitteretur probatio in contra-
rium, vt poteſt poni exemplum in ſtipulatione præſumpta de
qua in l. cum oſtendimus. §. fina. infra de fideiuſſo. tuto. tamē
hæc præſumptio iuris & de iure, quod fuerit interpoſita ſtipu-
latio differt a ficta ſtipulatione, quia non dicitur inducta con-
tra veritatem, ſed ſolum operatur, vt non poſſit probari con-
trarium, vt per gloſ. nota. in dicta l. finali. Et habetur in l. ſi ſes qui.
de ſpon. & in Clemen. prima, de probatio. bene tamen admit-
teret probationem in contrarium per confeſſionem partis, vt
per gloſſ. ſingularem in auth. de æqualita. dot. in §. illud, & per
Cyn. in auth. ſed iam neceſſe. C. de donatio. ante nupti. & per
93 Barto. in l. Iulianus. ſupra de condic. indeb. † Quæ tamen tacita
ſeu ficta ſtipulatio non habet locum, niſi quando eſſent ex-
trema habilia. vnde ſi mutus & ſurdus qui nō poſſunt veram
& expreſſam ſtipulationem concipere, reciperent dotem, vel
promitterent, nō fingeretur ſtipulatio, niſi quando haberent
ſeruum, quia tunc per ſeruum fingūtur promiſiſſe per ſtipu vel
fuiſſe ſtipulatos, per id quod habetur in l. 1. in prin. inf. de ver-
bo. obl. in eo quod habetur in l. qui ad certum. §. loc. imò. autē
hic dicit indiſtincte, quod etiam ſi non haberent ſeruum, fin-
getur ſtipulatio, vt ſaltem per notarium intelligatur hęc facta
ſtip. per id quod habetur in l. nec ei. ſupra de adop. & l. 2. infra
rem pu. ſal. ſo. Cuius dictum poſſet procedere, quando nota-
rius fuiſſet ibi pręſens tempore dotis promiſſę vel receptę per
mutum & ſurdum. alias non videtur quod tunc ſint extrema
habilia, ſi probaretur ꝙ nullus notarius erat ibi pręſens. & ma-
xime in loco ſeu domo eiuſ illo. Item hæc procedunt in muto
vel ſurdo a natura. ſi autē ex impedimento accidentali, & tūc
forte non impediretur. dicta fictio circa ſtipulationē inductā
ſicut in ſimili dicimus in adoptione, in qua lex procedit per
modum fictionis. & ſic qui non poteſt generare non pōt ado-
ptare. l. adoptio. in. de adop. tamen no habet locum niſi in illo
qui eſt impotens a natura & non ex accidēti. vt habetur in l. 2.
94 §. donis. ſupra de adoptio. † Quia autem ſi per nuncium vel
epiſtolam mutus vel ſurdus promittit dotem. an tūc fingatur
ſtipulatio dubium facit quia non videntur eſſe extrema habi-
lia ad fingendum, & ſi dicas, ꝙ tunc lex fingit illos fuiſſe præ-
ſentes, certe induceretur duplex fictio, ꝯ ea quæ habentur in l.
1. C. de do. promiſ. & ꝙ per Bart. in d. l. ſi is qui pro emptore. de
viuca. vnde licet etiam haberet ſeruum, tamen fictio non ope-
raretur. imo poſſet dubitari etiam in valente loqui, quando
per nūcium vel epiſtolam promitteret dotem, cum ſimiliter
videretur duplex fictio induci. prima, quod illi habeantur pro
pręſentibus, vbi erant abſentes. Secunda. quod inter ipſos ſic
fictione iuris præſentes fingatur interpoſita ſtipulatio per mo
dum congruum, ſcilicet, præcedente interrogatione & illico
95 ſequuta reſponſione. vnde cogita. hoc † autem priuilegium fi
ctę ſtipulationis datur ipſi doti, ſeu ipſi contractui, non autem
ipſi ſoli mulieri. vt patet in d. l. 1. in princ. ibi, vtriq; parti. & ſic
etiam in marito recipiente promiſſionē dotis. vt ibi etiam vo-
luit gl. quod etiam procedit, ſi extraneus promiſit dotem pro
muliere, vt contra eum fingatur ſtipu. in fauorem viri ſicut ēt
fingitur in fauorem mulieris in caſu dotis reſtituendæ. vt eſt
text. nota. in §. accedit. dict. l. 1. vnde quanto amplius eſt dicē-
dum in parte dante dotem, vt ſi, ſoluto matrimonio poſſit ui
ti ex tali ficta ſtipu. pro dote communis filio & filiæ. vt patet in
d. l. 1. §. extraneum. ver. parenti. & ſic eodē modo quando dos
conſolidatur in patrem ſuperſtitem filia prius mortua in matri-
monio, & ſic etiam econtra quando conſolidatur in filiam fa-
ctam ſui iuris. vt probatur ead. l. §. videamus. & §. & hoc ex rei
vxoriæ. fuit de mente glo. in d. §. fuerat in ſtit. de act. licet qui-
dam dicant quod reſpectu patris non fieret reconſolidatio in
tacita hypotheca. de quo infra dicetur. Dicta tamen tacita ſtipu
latio non fingitur in fauorem extranei dotantis & paciſcentis
dotem ſibi reddi ſol. mat. vt probatur nota in d. §. accedit. ibi,
pacto vel ſtipu. quaſi velit hic Imperator, quod tunc nō habet
locum ſtip. niſi expreſſe interponatur. & ſic iſto caſu non tan-
tū fauet extraneo. ad hoc glo. no. & ibi dicet inf. l. 2. in prin. licet
tale pactū de dote ſibi reddenda dicatur veſtiri cohærentia ꝯ-
ctus, vt præambule promiſſionis dotis. vt habetur in d. §. acce-
96 dit & in l. auia. C. de iur. dot. † Et hoc eſt mirabile, quod pactū
nudū factū per extraneū de dote per eum promiſſa ſeu danda
veſtiat aliud pactū ſibi cohærēs & iuxta ſe poſitum. ſ. de dote
ſibi reſtituēda. licet non ſit in patre promittēte dotem. vt ha-
betur in d. l. auia. & l. quoties. inf. eo. & eſt ratio quia illud pri-
mū pactū de dote danda licet non tranſeat in ꝯtractū nominatū

maxime

maximè olim, vt est dictum, sup. in 3. q. Tamen non est simpliciter nudum, sed vestitum legis auxilio contra ipsum promittentem in fauorem mulieris, per id quod habetur in l. ad exactionem, C. de do. promiss. & ideo vestit aliud pactum nudum iuxta se positum contra ipsum virum & mulierem in fauorẽ ipsius extranei, vt probatur in d. §. accedit, intelligendo tex. ibi quod pactum interpositum per extraneum de dote sibi restituenda fuit appositum in ipsa simplici promissione dotis. nã si a principio fuisset dos data, & in ipsa datione interuenisset dictũ pactum, tunc esset magis clarum, quod tale pactum vestiretur rei traditione, vel rei interuentu, & oriretur præscriptis verbis actio prout oritur in illis quatuor speciebus contractuũ innominatorum, vt habetur in l. naturalis in prin. & in §. quin imò sup. de pact. Sed si in promissione dotis interuenisset illud pactum, tunc daretur præscriptis verbis actio generalis informata ex pacto illo præcedenti vestito legis auxilio. & ita debet intelligi tex. in d. §. accedit. dũ loquitur de præscriptis verbis actione, & est hoc not. quod calor vestimenti legis auxilio se extendit etiam ad aliud pactum contra illum seu illam in cuius fauorem primum vestimentum fuit inductũ legis auxilio, quod est not. ad no. in l. legit. sup. de pac. & in l. petẽs. C. eo. tit. Sed cũ hodie in illo pacto dotis dandæ facto per extraneum fingatur tacita stipulatio, posset dubitari, an dicta ficta stipul. vestiat sequens pactum, vt sic ex ea possit agi per ipsum extraneum tanquam informata ex pacto incontinenti apposito, nã solet dubitari, an vestiat pactum contra ipsum stipulantẽ, de quo vide

97 not. in d. l. petẽs. † Quid autem si in instrumento restitutionis dotis vel promissionis dotis non cõtineatur stipulatio scripta per notariũ an tũc fingatur stipulatio dubiũ facit, quia ex quo ante nouam prouisionem, d. l. 1. succurrebat parti ex præsumpta stipulatione per id quod habetur in d. §. item si scriptum, insti. de inut. stip. & in d. l. sciendum inf. de verbo obl. & l. 1. C. de contrahen. & cõ. stip. Ergo non erat opus illo casu prouidere per fictionẽ, ex quo erat prouisum per præsumptam veritatem in dubium, tex. tñ est valde no. in d. l. 1. §. sed vt plenius, ad fi. ibi, quasi omnibus dotalibus instrumentis à prudentissimis viris confectis & c. licet quidam intelligant illum tex. qđ tunc Imperator prouiderit solũ per stipu. præsumptã, & non per fictã & resultet nouus effectus, quia si præsumatur stipu. in dicto casu & non aliter fingeretur, tunc esset probari in contrariũ per dicta supra in proximo alio speciali, & ideo intelligis illum tex. vt loquatur de ficta. cũ hoc sit magis vtile mulieri & etiã viro qđ fingatur stipulatio, & non præsumatur, & sic debet esse cautus ipse agens vt non agat ex stipulatione præsumpta, sed potius

98 ex ficta, imò dixit Bald. in d. l. 1. † quod si statutum disponeret, quod instrumenta publica habeant executionem paratam, & vt non possint contra ipsum opponi nisi certæ exceptiones, vẽdicabit sibi locum etiam in ficta stipulatione resultante ex dicto instrumento, licet de hoc dubitauerit Barto. in l. 1. infra de his quæ in testa. del. de quo per eundem Bald. in l. ad probationes, C. de probat. vbi idẽ tenet. licet aliud videatur voluisse in l. si per te, C. de do. promiss. & in l. ab Anastasio, C. mãd. de quo ẽt per Ang. in fin. in l. reos, §. cum in tabulis, inf. de duo. reis, licet forte non sic esset dicendum, quando quis ageret ex stipulatione præsumpta in instrumento notarij, & aliter ibi non expressa, de quo tamen vide quæ dixi in l. iurisgentium, §. quod

99 si de pactis. † Et prædicta omnia limita, quando dotis promissio esset de re vel quãtitate certa, secus si incerta quia licet speciali fauore dotis valeat promissio incerta, l. cum post, §. gener. sup. de iur. do. & etiam inf. tangetur in hac glos. tamẽ dicto casu nõ fingeretur stipula. si esset promissa pacto nudo, ne concurrant duo specialia circa idem, sicut etiam tunc non admittebatur specialitas, quod pars posset agere ex pacto nudo ad dictam dotem incertam, vt est casus notabi. in l. 1. C. de dot. promiss. quod videtur esse notan. ad limitationem d. l. 1. C. de rei vxor. act. Et ideo tunc si in instrumento esset promissa dos incerta, necessarium foret recurrere ad stipulationem præsumptam. cũ in stipulatione præsumpta nulla subsit specialitas in dote, imò est regulare in omnibus aliis conuentionibus contentis in instrumento publico vel priuata scriptura, vt habetur in d. §. itẽ si scriptũ, & in d. l. 1. C. de contrah. & com. & in l. 1. C. de vsur. Tamẽ tu cogita, quia nõ potest negari, quin sit aliqua specialitas in hoc, cũ dicta stipulatio præsumpta sit tacita extra aliquã expressione verborum, & inducatur specialitas fauore instrumenti, vel scripturæ cum non sit idem quando probaretur conuentio per testes vt habetur in d. l. 1. C. de vsu. & sic videntur concurrere etiã illo casu plura specialia circa idem. & hoc etiam probatur in d. l. 1. C. de do. promis. vbi præsumitur quòd in illo cõtinebatur dicta promissio incerta, vnde cogita. de quo etiam tangetur infra circa promissionẽ dotis incertæ. Adde etiam, quod si ad petitionem vir constante matrimonio vel post promitteret dotẽ alteri se restituturum, & sic per viam delegationis, non posset hoc esse qualiter tacere citra stipulatione non expressam, nec tunc fingeretur stipulatio, nec ex quo actus geritur omnino extra personam mulieris, vt probatur no. in l. proxima, in princ. ibi stipulanti. quod forte non procederet si mulier illum submitteret, vt esse tanquam procurator mulieris, seu ad vtilitatẽ mulieris in ipsa dote promissa, qđ

100 est notandum ad ampliationem, d. l. 1. de rei vxo. actio. † In fideiussore autẽ dotis dandæ fingitur similiter stipulat. nec ex tali forte pacto nudo oritur actio ex quo actus geritur omnino extra personam mulieris, vt sentit gl. singu. in l. fin. C. ad Velleia. & idem dici posset eadem ratione per d. l. fina. in fideiussore dotis restituendæ, vel conseruandæ, qui potest interuenire soluto matrimonio. vt l. si constante, §. quoties, inf. eod. & idem si interuenisset ante matrimonium retenta opin. Dyni, quæ tamen solet reprobari, vt per Barto. in d. §. quoties, vel secundũ opinionem communem in patre, vel aliis coniunctis personis fideiubentibus vt ibi dicetur. Et idẽ si esset consuetudo in loco, vt pro dote restituenda interuenire possit etiam a principio vt tunc fingatur stipula. si interuenit sine alia expressa stipula. licet soleat dubitari, an valeat talis consuetudo, de quo forte dicetur in dicto § quoties, vnde si in fideiussore dotis dandæ fingatur stipulatio. ergo idem & multo magis in fideiussore dotis restituendæ, facit glo. no. in l. exigere dotem, sup. de iud. quæ voluit, quod omnia priuilegia dotis dandæ extendantur ad dotem restituendam, & e contra bene facit text. ad no. in d. l. 1. §. sed vt plenius ibi, ex vtroque latere, quod potest induci ad statuta simpliciter priuilegiantia instrumẽta dotis, puta vt habeant executionem paratam, vel quid simile, vt non solum habeant locum quando dos peteretur dari per virũ a muliere vigore instrumenti, sed etiam quando peteretur restitui per mulierẽ vel eius hæredes ab ipso viro, facit d. l. 1. post prin. iuncta glo. in verbo exigi, & in d. §. tuetur in fin. institut. de act. Quinimo licet in instrumento dotis receptæ per virum nõ aliter promittatur ipsius dotis restitutio in casum soluti matrimonij, tamen quia tacite subintelligitur, ideo etiam prætextu illius taciti prædictum instrumentum habebit executionem paratam ex forma dicti statuti, vt sup. dixi. & per Bal. in d. l. 1. & maxime quia hoc venit de natura contractus, ideo habetur

101 pro expresso, l. cũ quid sup. si cer. pe. cum simi. † Sed vid. dubitatum de facto, si statutum dicit quod instrumentum pro dote restituenda habeat executionem paratam contra virum, an dictũ statutum extendatur, vt versa vice instrumentũ habeat executionem paratã pro dote in eo promissa danda, & sic contra mulierem vel socerum. Et potest dici quod sic per supradicta & ẽt propter naturam correlatiuorum per id quod habetur in l. fi. C. de indic. vid. & quia vir & vxor debẽt iudicari a pari, vt statutum in vno extendatur ad alium per c. gaudemus, de diuor. bene facit quod habetur in c. 2. de mutu. peti. vbi licet rescripta ad lites sint stricte intelligenda c. p. e. & c. super eo. de offic. de eg. & sic non extendantur vltra personam in eis expressam, tamen clausula apposita contra reum in fauorẽ actoris extenditur cõtra actorem in fauorem rei propter naturam correlatiuorum, ideo vidi consilium Antonij de Butrio circa statutum Perusinum disponens quod a sententia lata super executione instrumenti guarentigiati contra debitorem non possit appellari, extenditur versa vice, si pronunciaretur contra actorem petentem executionem instrumenti, & sic in fauorem rei, puta instrumentum non exequendum. non poterit similiter ipse actor appellare, vt seruetur æqualitas inter litigantes, argum. tex. dicti cap. 2. & propter naturam correlatiuorũ, vt supra, & vidi pluries seruari de facto in ciuitate

102 Perusina. In eadem ibi, tacitam hypothecam. ex hac gl. † collige. 8. speciale circa tacitam hypothecam, & intellige tam ex parte viri, quam ex parte mulieris promittentis dotem, vel soceri, vt in d. §. sed vt plenius. vbi pondera verbũ ibi, ex parte mulieris, & sic non dicit simpliciter bona mulieris esse tacite obligata & etiam bona viri, sed magis ample & generaliter loquitur, scilicet, quod talis tacita hypotheca inducitur ex parte mulieris, & etiam ex parte viri, & sic quicunque promittat pro parte mulieris, puta pater, mater, vel alius extraneus. bona sua intelliguntur tacite obligata omnia, & sic similiter erunt obligata bona fideiussoris intercedentis pro dote danda, & sic ẽt idem in fideiussore pro dote restituẽda eo casu quo potest interuenire. Sic etiam potest dici si interuenirret post matrimonium solutum, in terminis d. §. quoties. l. si constante, & vide gloss. nota in d. l. fina. C. ad Velleian. Sic etiam si vir non recipit dotem, sed eius pater, erũt bona patris tacite obligata, imò etiam si solum pater conferit, licet non receperit ipse sed filius dotem, similiter erunt bona patris obligata, per dicta Bart. in l. si cum dotem, §. transgrediamur inf. eod. & ib. tangetur, vnde hoc priuilegium tacitæ hypothecæ transit ad patrem vxoris, & etiam ad patrem viri actiue, & passiue vt est glo. singu. in d. §. fuerãt, licet Bald. in l. 1. C. de priuil. dot. s. illas limitauerit, vt si pater agat ex iure consolidationis in eam factæ, puta per suam stipulationem, secundum quod habetur in l. quoties infra eodem, vel per mortem filiæ, secundum quod habetur in l. dos a

patre,

patre, C.eod.tamen nihil allegat, nec videtur hoc suum dictũ
esse verum,& est contra mentem glo.in d.§.fuerat,indistincte
loquentis,& contra text.in d.§.sed vt plenius.ibi, ex vtraq; par
te, quod etiam voluit hic Bartol. dum dixit, quod hoc priui-
legium tacitæ hypothecæ datur actioni, & non personæ, &
ideo transit ad quamcunque personam, ad quam conuolat
103 ipsa actio,† confert etiam,quia paribus passibus ambulant pri-
uilegium tacitę hypothecæ, & tacitæ stipula. vt sic vbi locum
habet vnum,etiam habet & reliquum,d.§.sed vt plenius. Ergo
cum priuilegium tacitæ stipulationis obtineat in patre reperē-
te dotem etiam ex iure consolidationis in eum factæ, vt supra
dixi in proxima patricula glo.sic etiam dicamus in tacita hypo
104 theca.† Et ex prædictis inferri potest ad practicam statutorum
Italię de quibus,sup.dixi.sc.ꝙ instrumenta cõfessionata vel gua
rentigiata habeant executionem paratam, nam locum habe-
bunt etiã si petatur executio vigore dictæ tacitæ hypothecæ,li-
cet multos viderim tenere contrarium,ne inducantur tot exor
bitantiæ,ne in pluribus offendatur ius commune, per id quod
habetur in d.l.1.C.de dot.promiss. & c. cum dilectus, de con-
sue.primo ꝙ instrumentum habeat executionem paratã,cum
hoc exorbitet a iure cõmuni,per id qđ habetur in l.4.§.ex con
uen.inf.de re iud. Secũdo quod tale priuilegium executiuum
locum habeat in non expressis in ipso instrumẽto,communi-
ter tñ solet teneri cõtrarium,vt sup.dixi in tacita stipula.vt fuit
de mente Bar.in d.l.1.ℑ.de his quæ in testa.del.& Bald.in d.l.1.
post prin.C.de rei vxo.act.& l.ad probationem,C.de proba.vi
di tamen consultum,quod dicta communis opi. procedat, qñ
ageretur via executiua per tacitam hypothecariam contra ip-
sum principalem nominatum in instrumẽto vel eius heredes,
non sic contra tertios possessores, cum illi nec expresse nec ta-
cite censeantur nominati in instrumento,vt etiam fuit hic de
mente Bald.in l.1.C.commu.de leg.& facit not.Bar.in l.1.C.
105 de pigno. vidi etiam dubitatum,† an extraneus habeat dictã
tacitam hypothecam contra bona mariti in dote sibi restituẽ
da ex pacto, nam videtur quòd sicut illa tacite contrahatur
contra ipsum extraneum promittentem,& sic in fauorem vi-
ri,vt sup.dixi.ita etiam econtra habeat locum contra virũ re-
cipientem in fauorem ipsius extranei dotantis, vt sic contra-
hentium æqua sit conditio l.si id quod,§ fi.sup.de rescin. vẽd.
& maxime propter naturam correlatiuorum, per id quod ha-
betur in d.l.fi.C.de indic.vid.& l.fi.ℑ.de acce.p.& facit quod in
simili dixit Bar.in l.de diuisione.inf.eo.contrarium tamen cõ
cludi potest, & potissime ea ratione, quia vt dixi tacita hypo-
theca & tacita stipulatio in dote paribus passibus ambulant,d.
§.sed vt plenius, sed in fauorem extranei dotantis & paciscen-
tis dotem sibi reddi nõ fingitur stipulatio,vt supra dixi. & pro
batur in dicto §.accedit,& tamen contra ipsum extraneũ pro-
mittentem fingitur stipulatio,vt supra dixi.ergo idem fatendũ
videtur in tacita hypotheca. Item quia actio de dote seu ex sti-
pulatu competens extraneo pro dote resti.non est bonæ fidei,
sed stricti iuris,vt voluit glo.no.in l.2.in princip.inf.eod.quam
ibi tenet Bart.Bal.& communiter Doct.& idem ipse Bar.in
l.de diuisione inf.eod.licet ipse Bar.variauerit in l.si constante
in princip.in 7.q.secundæ partis,inf.eo.& tangetur in d.l.2.in
princ. Tertio probatur,nam tunc actio ex stipulatu in dote est
priuilegiata,quando succedit in locum rei vxoriæ actionis an-
tiquæ,quo casu ius semper fingit ipsam stipulationem, & etiã
ipsam tacitam hypothecam,vt patet in d.l.1.in princ. & in d.
§.sed non ignoramus,ergo vbi lex nõ fingit, sed exigit expres-
sam stipulationem,tunc non succedit dicta stipulatio seu pro-
missio dotis restituendæ in locũ rei vxoriæ actionis, quæ erat
bonæfidei,sed remanebat promissio seu stipulatio facta extra-
neo dotãti in sua propria natura,& sic sine aliquo priuilegio.
106 Et sic erit stricti iuris,& nõ bonæfidei,† vnde licet cõtra quẽ-
libet promittentem dotem etiam extraneum sit bonæfidei se
cundum glo.nota.in d.l.de diuisione,tamẽ pro ipso extraneo
paciscente dotem sibi reddi, est stricti iuris. Dicebant tamen
quidam quod respectu extranei promittentis marito actio est
stricti iuris, vt sic ipse maritus non habeat priuilegium con-
tra extraneum ipsum tacitæ stipulationis,& hypothecę, vt sic
seruetur natura correlatiuorum quorum dictum non placet,
quia diuersa est ratio in marito propter dotem constituendã
mulierum,& sic etiam matrimonium celebrandum quam ip
so extraneo post matrimonium solutum imò vr̃ hoc dictũ cõ-
tra tex.in d.§.sed vt plenius,& etiam in prin.illius legis ibi. om
nes dotes &c.iuncto,§.sed nõ ignoramus. Pau. tamẽ de Cast.
in d.l.de diuisione,allegabat casum in l.fi.§.præterea.C.de iur.
dot.ante finem,qui tex. multum videtur vrgere quod actio cõ
petens contra extraneum promittentem dotem sit stricti iu-
ris,& ideo non teneatur ad fructus,nisi post litẽ contestatã nõ
autem a tempore morę factæ per interpellationem hominis,
vt patet in tex.ibi,post lit.contest communiter tamen tenetur
contrarium.& potest multis modis responderi ad illum text.
vt dixi in dicta l.de diuisione. Et per prædicta potest concludi
107 quod priuilegium tacitæ hypothecæ non datur extraneo, cui
ex delegatione facta per mulierem dos fuit promissa per vi-
rum, cum etiam tunc non detur priuilegium tacitę stipula-
tionis,quæ paribus passibus ambulant,vt dixi sup. in proxima
particula glo.per tex.ℑ.l.proxima in prin.& sic priuilegia actio
nis non iræ non transeunt in actionem nouantem per viam de-
delegationis,vt ibi dicetur.tamen posset dici & non improba
biliter,ꝙ si dicta delegatio fuit in ipso actu promissionis dotis
a principio,& sic ante aliquod ius quæsitũ etiam spe ipsi mu-
lieri,& tunc procedat dicta opinio,cũ non videatur dictus ex-
traneus cui facta est dicta promissio,venire ex persona mulie-
ris,secus si ex interuallo,cum tunc videatur venire & succede
re in iure quæsito iam mulieri, vnde cogita, quia posset dici
forte,quod saltem quo ad ipsam speciẽ videtur nouata & trã-
fusa prima actio de persona mulieris in dictum extraneum,et
quando incontinenti,per tex.in l.auia, C.de iure dot.& l.quo-
ties,inf.eod.& faciunt dicta in l.quæ dotis,inf.eodem super gl.
108 † Quid autem si vir agat ad interesse alimentorũ propter mo-
ram non solutę dotis,an pro tali interesse,bona mulieris vel so
ceri sint tacite hypothecata sicut pro ipsa dote,dicas quod nõ
cum etiam econtra ratione alimentorum debitorum mulie-
ri pro dote data,videlicet pro tempore quo vir non subit one-
ra matrimonii, & tamen habuit dotem,non sunt eius bona ta
cite obligata,vt tenuit Bart.in l.Lucius,inf de alimen.legat. li-
cet aliter senserit in l.si cum dotem,§.sin autem inf.eod. tamẽ
in vero ibi se non firmat, sed solum refert opinionẽ Iacob. de
Aret. pro cuius Iaco.opinio.licet faciat text.ad hoc per alios
non ponderatus in d.§.sed vt plenius,dum ibi dicitur, quod si
dos data fuit euicta a marito,quod tunc pro euictione inest ta
cita hypotheca cõtra bona mulieris, tamen posset responderi
quod ille tex.loquaẽ de interesse ratione euictionis, quod eue
nit æque principaliter propter dotem ipsam promissam & da
tã.& postea euictam, & sic agitur actione eodem cõtractu
dotis,prout competebat pro ipsa dote promissa, secus in inte-
resse ratione alimentorũ quod venit extrinsecus ratione mo-
rę,& sic tanquam accessorium,cum non reperiamus iure cau
tum,quod hypotheca quæ competit pro re,vel pro debito per
sonali,se extendant ad ipsa accessoria,puta pro vsuris,vel inte-
resse,vt per Bart.in d.l.Lucius.& ita iam consului apud Vrbi-
num.& sic etiam iam consuluit pro hac parte Domin. Franc.
109 de Alberic.de quo etiam tangetur in dicto.§.sin autem † licet
in fauorem mulieris forte secus quo ad ipsa accessoria, & sic
quo ad fructus perceptos post matrimonium solum, cum illi
censeatur esse dos,& dotis priuilegio funguntur,& eadẽ actio
ne de dote petuntur,in l.si marito,§.fin.inf.eod. & ibi tãgetur,
& in l.diuortio.§.ob donationes inf.eodem. Hæc autem tacita
hypotheca quæ contrahitur pro dote restituenda vel dãda,cõ
trahitur generaliter in omnibus bonis mariti,vxoris, vel soce-
ri,non solum præsentibus,& quæ erant in bonis tempore cõ-
tractæ hypothecæ,sed etiã in futuris,vt est tex.no.in l. hac edi-
110 ctali.§.omnibus.C.de secun.nup.† In ea.ibi,in arbitrium alte-
rius partis,ex hac particula glos. colligitur nouum speciale in
dote,& videtur velle glo. quod sit speciale in dote,vt possit in
distincte remitti dos & eius quantitas in arbitrium alterius cõ
trahentium,imò etiam ipsa substantia contractus,& ita quidã
hic ponderant hanc glo.sic indist nctè loquentem, quod ta-
men non videtur verum, videlicet quando remitteretur tota
substantia obligationis, & non sola quantitas, & sic an quis
sit futurus obligatus puta si promitto tibi dotem pro filia
mea, vel pro alia, si voluero quia tunc non videtur valere,
sicut etiam in aliis contractibus l.in ementis, C.de contrah.
emptio.& l.centesimis.§.fina.de verb.oblig.ℑ quod etiam vi-
detur procedere, si sit expressa quantitas puta, promitto tibi
centum,si volam pro dote.vel ad meum arbitrium,nec refert.
an remittatur in voluntatem vel in arbitriũ promittentis,quia
vtroque casu non valeret,vt probatur in l.hæc venditio sup.de
contrahen.empt.& l.stipulatio non valet,& ibi dixi.inf. de ver
111 borum oblig. † nec obstat.§.gener.l.cum post,hic in glo.alle-
gatus,quia ille dẽt intelligi qñ fuit remissa non substantia ob-
ligationis,sed qualitas dotis,vt proxime dicam,quo casu quã-
do in arbitrium alterius contrahentium remitteretur quanti-
tas dotis,procedit dictus §.gener.& l.3.C.de do.promiss. vt sit
hoc speciale,etiam quando simpliciter in voluntatem remit-
teretur,secundum Cyn.in d.l.3.& Ioan.de Imo.hic, licet regu
riter secus in aliis contractibus,etiam si simpliciter in arbitriũ
remitterentur vt patet in l.sæpe §.1.sup.de contrahend.empt.
& in d.l.stipulatio non valet.& nota.in d.l.in ementis, & non
solum procedit hoc quando in volũtatem eius qui futurus est
obligatus,sed etiã in voluntate eius cui habet obligatio quæ-
ri in dote,puta ipsius mariti, vt est text. not.in d.l.3. licet hoc
vltimo casu idem esset in aliis contractibus,vt not. Bart. & alij
112 in dicta l.centesimis,§.fin. Item ex prædictis infertur.† Ad 10.
speciale ꝙ potest assignari in dote,quod licet in aliis cõtracti-
bus arbitratore non arbitrante non recedatur a persona,vt ha-
betur

tatur in l. si quis arbitratu. de verbo. oblig. & in l. si coita. supra
pro socio. cum sim. tamen non sic in cōtractu dotis. per tex. in
d. §. gener. & in d. l. 3. quare in dote receditur a psona, & recur-
ritur ad arbitrium boni viri: vt sic contractus non dicatur con
ditionaliter initus, videlicet si ille fuerit arbitratus. licet nō sic
in 3̄cōb. l. fi. de contrah. emp. & hoc ne vxor remaneat indota-
ta, si ille non fuerit arbitratus per tex. in d. §. gener. tamen pos-
set dici qđ hoc nō sit specialiter in dote. imo sit regulariter in
oīb. aliis contractib. videlicet quod vbicunq; potest remitti ali
quid in arbitrium vel voluntatem alterius contrahentium, ꝙ
quando fit, patet ex nota in d. l. si quis arbitratu. tunc illo nō ar-
bitrante, receditur a persona. & recurritur ad arbitriū boni viri
& sic remanebit contractus firmus, ne alias sequatur absurdū,
qō sit in illius partis potestate, an contractus perficiatur vel nō
vt not. in d. l. hæc venditio, post principium. & dixi plene in d. l.
si quis arbitratu. imo dicunt quidā, non esse speciale hoc in do
te, l. quod posset remitti in arbitrium alterius contrahentium.
sed illud uenit in sequentiam necessariam ex priuilegio quod
datur in dote, vt valeat promissio incerta, prout de hoc pro-
xime tangetur in proxima particula glo. & dicunt hoc proba-
113 ri per dictū. §. gener. ibi arbitrio quoque detracto. † Et ex hoc
inferunt idem esse dicendum in alio quolibet contractu vel di
spositione, quæ non vitiatur propter incertitudinē. Puta si pro
mitterem tibi alimenta secundum arbitrium Titii. nam Titio
non declarante, vel quia non velit, vel quia non possit, forte
morte præuētus: remanebit nihilominus promissio valida per
d. § gener. cum etiam si aliter non fuisset facta remissio in Ti-
tium, valeret dicta promissio, licet incerta. per id quod habe-
tur in l. si cui annum. inf. de annu. leg. Sed quando incertitudo
vitiaret, tunc si est remissa declaratio in tertium, verum est qđ
illo non arbitrante non receditur a persona, ex eo quia rema-
net contractus omnino incertus, & sic inualidus. quia rōne iura
volunt, qđ talis contractus habet in se tacitam conditionem, s.
si ille arbitrabitur. in dicta l. fi. C. de contrahenda emptio. vnde
illo non arbitrante & sic non impleta conditione remanet cō
tractus nullus & imperfectus, & sic omnino impfectus. & hac
ratione iura volunt non recedi a persona. quia si recederetur,
& sic succederet arbitriū boni viri: tunc conditio non esset im
pleta in forma, prout debet impleri, per id quod habetur in l.
Menius. & l. qui hæredi. inf. de condi. & demonstra. bene facit
quod habetur in l. multa. cod. titul. Et sic ex prædictis conclu-
dunt, qđ in dote nō est speciale, vt recedatur a persona. sed est
speciale. quare ualet promissio incerta sicut in aliis causis piis
seu fauorabilibus, vt proxime dicetur. quę opinio, licet videa-
tur satis vrgere, tamen multum videtur obstare text. in d. §. ge
ner. nam secundum hoc sequeretur qđ in casu d. §. gener. cau-
sarentur duo specialia circa eandem promissionem. primū, qđ
valeret promissio incerta. Secundum, quod ipsa incertitudo
posset remitti in arbitrium alterius contrahentium: contra
id quod habetur in d. l. 1. C. de do. promiss. & quod no. eadem
gloss. in dicto §. gener. & maxime quia in terminis d. l. 1. in pro
missione dotis concurrebat illud spāle priuilegiū videlicet qđ
valeat promissio dotis incerte iō cum eo non habebit concur
rere aliud speciale, qđ possit remitti in alterum contrahentiū,
vnde necessario sequitur, qđ postea valebit cōtractus incertus.
etiam si non remitteretur aliquid concernens subiectum con
tractus. cum non haberet perfici ipse contractus ex arbitrio par
tis postea querendo. cum etiam si non arbitraretur, haberet re
manere promissio valida & utilis. & faciunt quæ dixi in dic. l. si
quis arbitratu. & tunc non absurde admitterentur illa duo spe
cialia, quando vnum uenit per sequelam alterius. vt alias habe
tur in l. singularia §. si certum petat. & l. si vero non remunerā
di. § idem Marcellus. ff. man. ad hoc ter. & ibi no. in cap. quam
tantum. de praben. vel potest dici saluando prædictorum opi.
quod in dote non sit speciale, vt valeat promissio incerta. ut
114 tangetur proxime in gloss. † Adde etiam, quia tenendo quod
speciali fauore dotis possit remitti in arbitrium partis maxime
dotantis etiam ipsa substantia obligationis, vt tenent quidam,
ita not. in so hanc glo. vt sup. quod tunc posset tentari, qđ si iste
promittens dotem moreretur, antequam declaret se velle obli-
gari vel nolle, quod moriendo censeretur tunc velle obli-
gari speciali fauore dotis. & maxime ne mulier remaneat in-
dotata. sicut alias dicimus fauore vltimæ uoluntatis [illegible] no
ta. in l. vxorem. §. fin. inf. de leg. 3. & bene facit tex. in l. [illegible] com
missā. §. si sic. cod. tit. & per Bart. in d. l. [illegible] hoc
etiam confert tex in l. post dotem. secundum [illegible] lecturam singu-
la. gloss. ibi & per Bart. [illegible] vbi fauore dotis & mulieris quādo
restitutio dotis est remissa in uoluntatem filiæ, tunc verifica-
tur, vt moriendo filia cum liberis antequā declaret se uelle vel
nolle videatur tunc velle. de quo tamen [illegible] & etiam in
fra tangetur. & sic resultat ex prædictis. Vndecimum speciale
in dote. In ead. ibi, & quia incerta. Et hac gloss. resultat 12. spe-
115 ciale. s. † qđ in dote valeat promissio incerta puta incertę rei vel
quantitatis. vbi regulariter est contrarium in aliis contractib.

& idem si in vltima voluntate legetur dos: vbi secus regulari-
ter. disponitur enim in vltimis uoluntatibus sicut in contracti-
bus ut in l. ita stipulatus. la [illegible] inf. de verborum obligatio-
nibus. & in l. triticum. eodem titulo & in d. §. gener. & in l. si do
mus. in princ. inf. de leg. 1. & qđ hoc sit speciale in dote, voluit
etiam gloss. in d. l. 1. C. de do. promiss. & in d. §. gener. & com-
muniter tenent Doct. post Bart. hic. dicendo idem esse in aliis
causis, puta in alimentis. vt habetur in l. si cui annuum. infr. de
116 de annu. lega. † licet quidam, quos refert & sequitur Cyn. in d.
l. 1. C. de dot. promissio. teneant contrarium, dicendo, qđ imo
nō sit hoc speciale in dote propter causam piam: imo sit regu-
lare in omni contractu & etiam in vltimis voluntatibus habē
tibus in se admixtam aliquam causam propter quam possit su
mi interpretatio & declaratio ipsius quātitatis uel valoris. quę
oper. in puncto iuris posset sustineri. nam si dico dono vel lego
tibi fundum vel pecuniam, non demonstrato fundo, vel nō de
monstrata quantitate: nulli dubium est, quod hæc promissio
non valeret. ita loquitur. §. gener. & alia iura. sup. allegata. cum
nullam contineat causam, ex qua possit certificari quantitas fū
di vel pecuniæ. sed si dico, dono uel lego fundum vel pecuniā
pro alimentis. tunc licet demonstratio fundi non sit facta, vel
quantitas: tamen tacite inest demonstratio & certitudo secun
dum qualitatem alimentorum cum dicta causa alimentorum
habet in se certitudinem quandam arbitrio boni viri. conside-
rata persona cui legantur vel promittuntur alimenta, & quan-
titate patrimonii legantis secundum quod habetur in l. cum
vnus. §. fina. inf. de alimen. leg. & facit l. cum hi. §. modus. sup. de
transact. & hac ratione iura dicunt valere legatum alimento-
117 rum incertum: vt habetur in dicta l. si cui annuum † nec uide-
tur verum, quod hęc procedant quando legantur alimēta, vel
promittūtur pauperi, & sic in causam piam quia esset hoc mul
tum restringere dicta iura. nam sequeretur, quod si alimen-
ta legantur alicui diuiti, non facta alia declaratione, non valeat
tale legatum. & similiter nec promissio alimentorum facta di
uiti valeret. & esset contra text. d. l. si cui annuum indistincte lo
quentem. nam bene scouisset iurisconsultus ibi hoc declarare,
& restringere si voluisset. argumen. l. 1. §. sin autem ad deficien
tis. C. de cadu. tollen. & cap. ad audientiam. de decimis. nam et
sequeretur quod si dos legaretur vel promitteretur pro mulie
re diuite, non valeret, si esset incerta: ex quo tunc non concer-
neret piam causam. cum dos non dicatur pia causa proprie, ni
si quando cadit in personam pauperem. vt sup. est dictum cir-
ca primum nota. quod esset contra iura indistincte uolentia
valere legatum vel promissionem dotis non obstante incerti-
tudine. vt d. §. gener. & l. 1. [illegible] C. de dot. promiss. & l. si filiæ in
118 fra de legat. 3. cum simil. † Item non video quomodo possit re
spondere ad l. quidam in [illegible] inf. de legat. 2. & dicere. quod
ibi sit speciale in legato facto ad refectionem viæ, vt hic dicit
Bartol. hoc nullo modo deprehenditur ex illo tex. sed ibi iuris-
consultus se fundat ex quadam certitudine surgente iuris in-
terpretatione propter causam adiectam legato, habētem in se
quandam tacitam quantitatem pro modo & quantitate ope-
ris. quid enim si non pro uia reficienda, sed pro reficienda do-
mo Titii amici testatoris legaretur pecunia non expressa quan
titate: certe idem respondisset ibi iurisconsultus. vnde tunc in
arbitriū boni uiri versabitur, quanta pecunia possit erogari pro
refectione talis domus. sicut alias in simili dicitur in l. continuus
§. cum ita & § item si insulam. inf. de verborum oblig. Quid
etiam si legaret testator debere solui per eius hæredem matri
uel uxori testatoris pecuniam pro uestibus uidualibus: uel si le
gat pecuniam pro emēda una domo commoda suæ uxori, uel
alicui suo consanguineo etiam non pauperi, nullus dixerit nō
ualere legatum propter non expressam quantitatem. nec tex.
in d. §. gener. fundat se super aliqua specialitate dotis, sed uult,
quod satis possit dici legatum dotis esse certum uel pactum.
ex quo dos vī habere certam limitationem secundum arbitriū
boni uiri habita consideratione qualitatis personæ dotatę, &
119 etiam patrimonii dotantis. † nec etiam obstare uidetur, qđ di-
cebat hic Barto. confutando: uidelicet qđ si esset uera dicta rō
eadem ratione deberet ualere emptio & locatio, licet certum
precium non sit declaratum, cum possit declarari secundū rei
qualitatem, & sicut item in legato: cum fiat propter merita. l. nec ad
secit. sup. pro socio. Ergo poterit quantitas legati certa censeri
secundum quātitatem & qualitatem meritorum legatarii. qō
esset contra tex. in d. l. gener. & in d. l. ita stipulatus. & insti. de emp. &
uendit. in §. pretium. & §. loca. l. si merces. in prin. nam potest re
spondere, ꝙ si in dictis contractibus non esset facta mentio de
precio & eius quantitate, sine dubio nō ualeret emptio vel
locatio. quia ad esse dicti contractus requiritur ꝙ fiat mentio
de precio: alias peccaret in sui forma, puta si dicerem, uēdo uel
loco tibi talem rem; & si esset facta mentio de precio, tamen
non esset declarata quantitas similiter peccaret in sui forma, ut
non ualeat tanquam emptio [illegible] ualere
tanquam contractus [illegible]

precii, puta si diceretur, vendo seu loco tibi istã domũ pro precio iusto, quia tunc succederet arbitrium boni viri in declarando preciũ ex qualitate rei, per tex. no. insti. locati. §. qua ex causa. per quem text. ita voluit Bald. in l. contractus. C. de fide instrumen. & dixi plene in l. si quis arbitratu. de verb. oblig. & in
120 l. sciendũ † & posset responderi ad l. 1. C. de do. promis. intellectam fm cõmunem opinio. ꝙ ex quo ibi speciale est in dote vt valeat promissio incerta, non debet concurrere aliud speciale, quod valeat cum pacto nudo. nam licet iste intellectus sit cõmunis. tamen pro certo illa non fuit intentio Imperatoris ibi, maxime cum præsupponatur ibi, ꝙ ista promissio fuit facta in instrumento. ergo nõ est ibi speciale in pacto nudo, cum presumatur stipula. per id ꝙ habetur in l. sciendum. inf. de verbo. obliga. vt dixi. s. post princi. huius glos. Præterea videmus, ꝙ in dote possunt cõcurrere plura specialia, & sic circa idem. vt in promissione facta nudo pacto per mulierem fideiubentẽ pro dote. vt tãgetur in proxima particula glo. & potest dici, ꝙ ideo ibi nõ valuit dicta promissio, qa nõ apparet facta in instrumento de præsenti. vnde illud ꝙ habetur in d. l. sciendum. & in d. §. item si scriptum. procedit in promissione facta de presenti & tẽpore scripti instrumenti. secus si in instrumento notarius ex assertione partium scriberet promissionẽ fuisse factam de precio. & sic non insurgit præsentia, qđ est bene notan. ad limitationem dictorum iurium. licet multum videatur obstare text. in l. ea quę. s. de donatio. inter vir. de quo dixi in d. l. sciendum. Docto. tamen cõmuniter transeunt cum ista glo. sed opin. cõtraria quæ fuit Cyn. vt. s. posset bene sustentari per supra d. cta.
121 posset tamẽ limitari, nisi incertitudo versaretur circa aliquod corpus, puta promitto tibi fundum pro dote Titię, nõ adiecto de quo fundo intellexerim, nam tunc etiam in dote nõ valeret talis promissio incerta. licet secus quãdo esset incerta respectu quãtitatis. vt hoc bene colligitur ex tex. in d. §. gener. quia quãtitas potest limitari, & extendi secundum qualitatem personarum, & quantitatem patrimonij, non sic in specie vel corpore
122 incerto. † de æquitate tamen canonica indubitãter esset tenendum etiam in decisiuis valere promissionem incertam etiam citra causam dotis, quãdo propter aliquam causam adiectam vel tacite subintellectam posset certificari secundũ arbitrium boni viri. vt singulariter voluit Archi. in c. nonnulli. 1. q. 1. per illum text. prout etiam refert & clarius tenet Abbas Siculus in c. primo de decimis. In ead. ibi. l. fin. C. ad Vellei. illa lex est
123 multum nota. & singu. † ex qua resultat. 11. speciale in dote, videlicet, quod mulier fideiubens pro dote, non iuuatur Velleiano. immo plus & notanter probat illa lex, qđ possunt concurrere duo specialia circa idem, scilicet, qđ pactum nudum vbi est efficax ad agendum etiam sine obstaculo exceptionis Velleiani alias competentis ipsi mulieri promittenti pro alio. quod videtur esse contra ea quæ habentur in l. 1. C. de dot promissio. Vbi non obstante fauore dotis magno indulto mulieribus a iure, non possunt concurrere duo specialia circa idem. vt cõmuniter intelligunt doct. post glo. dicta l. 1 & s. est proxi-
124 me dictum. nisi dicamus, † qđ in d. l. 1. non possunt concurrere duo specialia simul ad eundem effectum causandum, secus si ad diuersos effectus. vt patet in d. l. fina. nam primum speciale est ibi. quod valeat promissio per pactum nudum. & hoc quo ad vnum effectum causandum. s. ad producendum actionem vel condictionem ex illa. l. non obstante pacto nudo. prout etiam habetur in l. ad exactionem. C. de dot. promissio. Secundum speciale est in ipsa actione iam producta ad causandum alium effectum, vt per exceptionem Velleiani nõ excludatur ipsa actio vel condictio ex lege iam producta. Sic etiam videmus extra causam dotis quod circa diuersos effectus causandos iura inducunt plura & diuersa specialia circa eundem actum, maxime quando vnus effectus sequitur post aliam. vt habetur in l. singularia. supra si certum petatur. & in l. 4. in fin. s. de dona. inter vir. Et adde, quod dispositio d. l. fin. licet loquatur in muliere fideiubente pro dote danda, tamẽ idẽ est dicendũ ex eadẽ ratione fauoris, imò maiori quãdo fideiuberet pro dote restituẽda, eo casu quo potest accedere fideiussor. ad hoc tex. in l. 1. post prin. & in §. sed vt plenius. C. de rei vxo. act. vbi priuilegiũ tacite hypothecę, & tacite stipulationis in dote promittẽda viro & in dote restituenda mulieri procedũt a pari. vt etiam. s. in ead. glo. est dictũ. ergo idem in fideiussore, vt sic effectualiter cesset Velleianũ tã in dote promissa danda viro, quã in dote data restituenda mulieri. & hoc scire est magni effectus. nam vidi de facto dubitatum in matre intercedente, & se obligante pro filio recipiente dotem. nam cum soleat communiter teneri. vt tit. C. ne fide. do. den. locum sibi nõ vendicet in parentibus intercedentibus pro filio recipiente dotẽ. vel econtra. per tex. no. in l. fin. C. de do. cau. nõ numerat. & dicetur post Bart. in l. si constante. §. quoties. j. eodem. imò etiã in aliis coniunctis personis idem solet teneri. vt per Bartol. in dicta. l. si constante. in 8. quæst. pen. partis, ergo dicta mater sic se obligans, pro filio non iuuabitur Velleiano. immo vidiiam de facto obtentum, ꝙ renunciatio tunc facta per matrem iuri hypothecarũ sibi effectualiter noceret, etiã si ipsa mater nõ habere posset regressum cõtra bona mariti aliter. ꝙ est not. ad not. in l. Meum. §. fundũ. j. eodem. Quinimo ẽt concludebãt, ꝙ licet vxor obliget se vna cũ viro pro restitutione dotiũ eoru cõmunis filii, qui vxorẽ accepit, nõ iuuaretur beneficio authen. si qua mulier. C. ad Vellei. ꝙ est notan. nam dicta authen prouidet mulieribus, vt vbi de iure antiquo mulier intercedẽs pro viro iuuabatur exceptione Velleiani, hodie tamen sit ipso iure tuta. ergo cũ etiã de iure antiquo mulier intercedẽs pro viro suo vel alia persona in causam doti dandę vel restituendę non iuuabatur Velleiano, ergo nec hodie iuuaretur beneficio dictę auth. & si dicatr. qđ mulier nõ põt fideiubere pro dote restituenda, per id quod habetur in l. 1. & per totum. C. ne fideiuss. do. dentur. Poterit responderi, qđ cum ipsa dicatur persona coniuncta respectu sui viri. l. cum aliena. C. de lega. immo nulla maior est coniunctio, per id quod habetur institu. de pat. pote. in princip. ergo poterit fideiubere pro viro pro ipsa dote restituenda. vt per Bar. in d. l. si constante. tamen cautum esset quod in eodem instrumento filius ipse qui accepit vxorem & dotem. vel pater pro eo obligetur vna cum patre & matre. quia negari nequit quod respectu ipsius filij mater sit coniuncta persona. & possit pro eo fideiubere per id quod habetur in dicta. l. fina. C. de do cau. hodie tamen cum communiter in instrumentis apponantur iuramenta, nulla esset dubitatio, quin saltem propter vinculum iuramenti talis mulier sic effectualiter obligatur per id quod habetur in c. cum contingat. de iureiuran. & tangetur in dicto. §. fundus. In ead. ibi. authen res
125 quæ. ex illa authen. † colligitur. 12. speciale in dote, vt licet alias regulariter res subiectę restitutioni per fideicommissum seu ex vltima voluntate non possint interim effectualiter alienari vel hypothecę subiici; et ipsum hęredem grauatum, tamen speciali fauore dotis possunt alienari & obligari pro dote ipsius hæredis grauati. s. siue pro dote danda per ipsum hæredem qui erat filia vel neptis testatoris, siue etiam pro filia vel nepte ipsius hæredis grauati, cum legitima ipsius hæredis non erat sufficiens ad ipsam dotem congruam constituendam. & sic est ibi casus singula. ꝙ hæres grauatus potest diminuere de bonis testatoris etiam vltra legitimam sibi de iure naturę debitam etiam inuito testatore. imò glo. si. singu. in auth. de restit. & ea quę parit. §. quam ob rem. vbi sumitur dicta auth. res quę videlicet in gl. quę incipit. nonne. voluit notãter, ꝙ testator nõ posset prohibere in suo testam. nto dictam diminutionẽ, hypothecam, vel alienationem fiendã per hæredẽ pro dote danda vel restituẽda, quando legitima non sufficeret. & sic etiam idẽ dicitur in donatione propter nuptias. si filius grauatus, ad hoc vt haberet competentem sibi dotẽ, oportuit donare mulieri propter nuptias, etiam excedẽdo mensuram suę legitime & idem si pro dote restituenda opportuit diminuere de fideicommissio etiam vltra suam legitimam, si ipsa legitima non sufficeret pro cõgruente dote habita vel habẽda & postea restituenda in casum soluti matrimonij, vt hoc probat tex. in cor. & etiam ibi hoc voluit glo. & in dicta auth. res quæ & cõmuniter doct. sequuntur. quę tamen singu. dispositio solum haberet locum in dote actualiter data vel numerata, non autem in cõfessata, qa talis confessio facta per hæredem grauatũ, de dote per eum habita, non aliter probata solutione, non valeret in præiudicium fideicommissarii, ex quo videretur emanasse in materia suspecta, & sic in fraudẽ fideicõmissa. secundũ Ange. notanter in d. §. quam ob rem. & ita pridie consului apud Florẽtiam. vt bene hoc probatur in d. cor. in §. hec igitur omnia. & facit glo. in l. si. C. qui potio. in pig. habe. in fin. & in l. si quis post hanc. C. de bonis dãna. & text. cum not. Barto. & Bal. in l. per diuersas. C. mand. & quod alias per Barto. in l. cum quis decedens. § codicillis. & §. Titia honestissima fęmina. infra. de lega. 3. & quod habetur in leg. fina. C. de sponsa. & cętera de materia dictę authen. vide plene nota. per doctο. ibi. In eadem ibi. l. quod autem. ex illa. leg. tunc potest 15. speciale in dote.
126 † vt licet alias promissio seu stip. sine causa non valeat saltem ope exceptionis secundum quod habetur in l. 2. §. circa. infra. de except. doli. tamẽ secus in stipula. facta per spontam: sponso quia licet non sit expressa causa, tamen valeat. vt sic intelligatur quod ex causa dotis sit facta. Bart. tamen hic, & cõmuniter doc. tenet illud non esse speciale in dote. immo idem videtur in omni alia promissione, in qua propter subiectam materiam & conditionem personarum potest tacite subintelligi aliqua causa, vt illa tunc de iure presumatur, vt sic non reddatur inutilis ipsa stipula. quod bene nota, & posset poni exemplum, qñ esset facta promissio personę coniunctę, vt tunc in dubio presumatur causa donationis sicut quando simpliciter daret non adiecta causa. per id quod habetur in l. si seruus communis. §. primo. s. de donatio. inter virum. vt alias per Bart. & doctor. in l. cum quid. sup. si certum petatur. & tangetur post Barto. in l. quæ dotis. j. codẽ. vel si probaretur merita precessisse, vt tũc

præsumatur promissio facta ex causa remunerationis per tex.
in l.si vero nō remunerandi.§.item Papinianus.ff.manda &
pe: Bar.in præalleg. aliis locis ad hoc etiam text in l quod autē.
si vir.§. sed donatio inter virum. Quid aut si iam contracto ma-
trimonio, nulla apparente prius facta promissione dotis, vxor
sim, licet promittat viro certam quantitatem vel rem, non
adiiciendo, quod ex causa dotis, vel si ipsa vxor tradit viro ali-
qua bona non aliter expresso quod pro dote, iam vidi de facto
dubitatum, tamen hoc dependet ab alia quæstione. † An pro-
127 missio vel traditio dotis facta ab vxore constante matrimonio
vbi a principio nulla apparet dos constituta, valeat, super quo
iam contendunt, nam Bart.in sua disputatione quæ incipit, mulier
habens amplum patrimonium in effectu voluit quod si non
apparet de aliqua promissione vel traditione facta per mulie-
rem viro, nec de aliqua expressione causæ dotis, licet ipse vir
tenuerit & tractauerit bona mulieris, puta stabilia sciente &
patiente ipsa muliere, quod per hoc non præsumatur titu. do-
tis, licet longo tempore sic tenuerit, & hoc nisi ipse vir dixisset
publice sciente & patiente muliere, quod illa tenet tanquam
dotalia, vt ibi per eum, & respondet ad l. cum de in rem verso.
§. de vsur. & etiam ad dictā l. quod autem, vt intelligatur alte-
ro de duobus modis, vt etiam intellexit ibi glo. 4. videlicet qđ
licet tempore promissionis non fuerit expressa causa dotis, ta-
men probabatur extrinsecus quod ita fuit actum inter partes
videlicet per verba præcedentia vel sequentia, vel qđ loquatur
ibi in stipulatione, quam recepit vxor a viro de quantitate do-
tis reddenda ipsi mulieri soluto matri. merito subintelligi quod
ex causa dotis. Tu aduerte. quia primus intellectus est expresse
diuinatiuus ad illum tex. imò contra mentem si verba. Secun-
dus etiam intellectus non videtur applaudere literæ, nec con-
gruit titulo, in quo tractatur de promissione dotis dande, & nō
de promissione dotis restituendę, de quo tractatur in hoc titu.
argumen. l. cum Imperatores, supra de in diem addict. & iura
super quibus se fundat Barto. ibi, videlicet lex fin. C. de diuor.
& in auth. de nup. §. si quis autem, versic. si mulierem nō pro-
bant, quia loquuntur quando consulte mulier nupsit sine do-
292 de condi. indeb. & etiam inf. tangetur. † Decimo limita dispositionem. d. l. in rebus. nõ procedere in fructibus perceptis in vltimo anno soluti matrimo. qui erant restituẽdi mulieri pro rata temporis quo vir in eodem anno non amplius subiit onera matrimonii, s̃m materiã d. l. diuortio. & l. de diuisione. inf. eo. & in §. sed nouissimi. C. de rei vx. act. Nam vr̃ q̃ ex quo illi fructus vere & proprie nõ sint dos, sed fructus dotis, licet actione de dote peti possint. l. si marito. § fi. inf. eo. ideo nõ haber tpsi. vileg. vni, vt hodie illorum fructuum dominium trãsferatur, sicut & dotis, vt in simili voluit gl. sing. in §. ob dona. d. l. diuor. & ibi dictum est, tamẽ Bal. in l. 1. in princ. C. de rei vxo. act. post hoc d. Arc. hic vr̃ voluisse cõtrarium, dum dicit, q̃ priuilegium tacite hypothecæ subintellectæ a lege circa dotem dandã vel restituendam, extenditur etiam circa fructus & accessoria, & facit q̃ no. Spec. in tit. de dona. inter virum. in §. post matris. vers. sed nunquid bona. dum tenet quòd illa tacita hypotheca extẽditur, vt etiam bona viri sint obligata pro alimentis debitis per virum vxori, & sic etiam eõ bona vxoris vel soceri sint tacite oblig. viro pro alimentis vel interesse nõ solutę dotis, quòd an sit verum, vide quæ dixi post Bar. & alios in l. si cum dotem. §. sin autem. inf. eo nam Bar. var aut ibi ab eo quod ipse dicit in l. Lucius. inf. de alie. le. & ẽt tactum est. sup. super gl. ma. dum po
293 fuit dictum priuil. tacitę hypothecæ, † tamẽ in terminis nostris potest teneri, quòd dominium dictorum fructuum non transferatur in mulierem sic indistincte, & potest dici, quòd aut loquimur in fructibus perceptis per virũ in eo anno soluti matr. tamen postq̃ matrimo. fuit solutum, & tunc eorum dominiũ a principio fuerit vxoris, & non viri, & sic etiam ante restitutionem dotis, quia ex quo ipsa mulier immediate solu. matr. esset effecta domina hodie ipsius rei dotalis, ex qua postea sunt percepti fructus, per d. l. in rebus, consequenter etiam dominium ipsorum fructuum ad eam spectat. l. solum. §. meum. sup. de rei ven. & qđ habetur in l. Herennius la prima. sup. de vsur. & ideo tales fructus non solum possunt peti actione de dote, per id qđ habetur in d. §. exact. sed etiam per actionẽ in rem iure domini. Aut loquimur in fructibus perceptis per maritum ante matrimonium sol. tamen in vltimo anno solu. matrim. & tunc in illis non habet dispositio. d. l. in rebus, locũ, ex quo fuerunt percepti per ipsum maritum tunc dominum, nec potest subesse rõ. d. l. in rebus, quę fundatur ex. in veteri dominio quod habuit mulier in ipsa re dotali, de cuius dominio transferendo tractatur. S. d. in dictis fructibus mulier nũq̃ habuit dominium vere vel interpretatiue, nec obstat, quod priuilegium dotis extendatur ad fructus & accessoria, vt sup. dixi. quia potest responderi, qđ hoc procedit, quando esset eadem ratio in ipsis accessorijs, sed ratio in qua fundatur. d. l. in rebus. nõ subest in ipsis fructibus, vt sup. dixi. præterea licet priuilegium extẽdatur ad accessoria, tamen vbi sumus in correctiuis & exorbitantibus, tũc forte secus, per id quod habetur in auth. quas act. C. de sacrosanc. eccl.
294 cum sim. † Vndecimo limit. non habere locum ante solutum matrim. puta propter vergentiam viri ad inopiam, secundum materiam. l. si constan. in princ. inf. eo. & l. vbi adhuc. C. de iur. do. vt sic non retransferatur ex tunc dominiũ in vxo. & sic non possit intẽtari actio in rem ratione dominii, sed solum ratione hypothecæ, vel actio personalis, vt voluit glo. ad hoc no. in d. l. vbi adhuc. in verbo, vendicare. & in l. doce ancil. ã. C. de rei vendi. & ita multi sequuntur. vt fuit Ang. in d. l. si constante. per illam tex. & in l. rerum dota. inf. de manu. vbi totum se fundat super personali actione, quæ tñ iura nil faciunt, cum loquantur s̃m hæc tempora digestorum, secundum quę nondum erat cognita dispositio. d. l. in rebus. vt sup. est dictum. vnde Bar. in d. l. si constante. in 2. q. 4. partis tenet dominium hodie trãsferri in mulierem propter dictam vergentiam ad inopiam, & ita etiã fuit de mente Cyn. in d. l. vbi adhuc in 9. q. & idem voluit Bal. ibi in tertio nota. & postea ibidem in 4. col. idem tenet in auth. quod locum. C. de colla. & idem post multa sequit Io. de Imo. & Lud. de Ro. in d. l. si constante. & maxime per tex. in d. l. vbi adhuc. dum loquitur per verbum, vendicare, quæ opin. licet videatur communis esse, & de mente gl. in auth. donat. ones, po sita super d. l. vbi adhuc. tamen in puncto iuris vr̃ posse teneri & intrepide sustentari cõtra opin. nam communiter doct. se fun
295 dant propter tex. in d. l. vbi adhuc. dum dicit, vendicare. † & tñ si bene ponderetur ille tex. non habuit respectum ad vendicationẽ ratione dominii, sed ratione hypothecæ, quia largo modo dr̃ vendicari etiam res, quæ aduocatur per hypothecariam, cum ipsa sit actio in rem scripta, vt habetur insti. de act. §. item Seruiana. & C. de pigno. l. pignoris cum si. & ideo dr̃ res vendicari per hypothecariam. l. si fundus. § in vendicatione. sup. de pigno. immo al quando largo modo dr̃ res vẽdicari etiam per actionem personalem. l. si peculium. post prin. iuncta gl. super verbo, vendicatio. inf. de pecu. leg. & facit quod habetur in l. vẽdicatio. sup. de rei vendi. & quod illud verbum vendicare ponatur ibi. i. per hypothecariam, prout ibidem exponit glos. clare ostenditur per tex. illum in prin. ad quem se refert illud verbũ, vendicare, dum loquitur de bonis mariti suppositis pro dote. i. obligatis, quomodo circa dicta bona consulatur mulieri tã aduersus maritum dicta bona tenentem, q̃ etiam aduersus alias personas dictorum bonorum suppositorum pro dote detentores, hoc etiam declaratur per tex. in d. l. in rebus. in fi. ibi hypothecas suas exercere iam nostra lege humanitatis intuitu diffinitum est, vnde non reperio aliquo iure cautum, quod pro bonis do-

tum.l.si ante nup.inf.eo.tamen pro illis fructibus seu eorū æsti matione hypotheca mulieris non se extenderet nisi a tempore matrimonij contracti,& non ante,per dicta.su. Si autem promissio dotis non appareret facta ante matrimonium contractum,sed post matrimonium,& tūc hypotheca traheretur retro a tempore promissionis,& non a tempore contracti matri
227 monii. Si vero † non appareret instrumentum dotale, sicut vt plurimum contingit in comitatensibus, & sic solum tractaretur de tacita hypotheca dotis & non expressa,tūc magis est dubium,an talis tacita hypotheca trahatur retro ad tempus promissionis dotis,si forte de ea probaretur per testes, & sic contracti matrimonii,an autem a tempore solutionis dotis. nam gl.not.in d.l.fin.in verbo, hypothecam.tenent quod talis tacita hypotheca non trahatur retro a tempore cōtracti matrimonii & promissionis dotis,sicut traheretur expressa.quæ glo.nō reperitur alibi sm Bal.ibidem.qui vr̄ cum ea transire,& maxime per iura quæ ibi alleg.gl. Et si hoc esset verum,sequeretur nota.limitatio ad omnia iura sup.alleg.& eandem opin tenuit Spec.tit.de solut.§.ante omnia.ad fi.ver.sed pone contra,dicendo ibi ipse Spec.quod talis tacita hypotheca incipit a die datę dotis,& non a die promissionis,& se fundat per tex in d.l.fi. ibi,si tamen re ipsa.& ēt per tex.in l.1.C.de dote cau.ibi,re ipsa. Et per text.in l.1.C.de dote cau.ibi,re ipsa.& idem sequitur ibi Bal.in suis addit.dicendo quod hoc est not.pro qua opin.fac.t, quia aliter dicendo concurrerent duæ fictiones. Prima, quod hypotheca tacita intelligatur contracta fauore dotis. Secunda, ꝙ retrotrahatur & fingatur a tēpore promissionis dotis & contracti matrimonii.quod vr̄ inconueniens, & ꝯ id quod hr̄ in l.1.C.de do.promis.& in l.ei a quo.inf.& alias per Bar. in l.si is q pro emptore.inf.de vsucapio.& alias per eundem in l.si rē aliquam.inf.de acq.pos.vbi notanter dixit,quod vbi titulus est tacitus,non est ita sufficiens ad translationem possessionis & dominij per modum fictum sicut titulus uerus & expressus. sup quo tamen est cogitandum.quia Bar.in d.l.fi.tenuit contrariū dicēdo idem in hypotheca tacita quod in expressa. vt trahatur retro ad tempus contracti matrimonij, si promissio præcessit matrimonium,& si fuerit sequuta ad tempus promissionis vt ibi per eum.pro cuius opin.facit tex in l.cum oportet §.fin.C. de bo.quæ lib.dum vult,quod tacita hypotheca quæ contrahitur in bonis patris pro bonis maternis alienatis, trahitur retro ad tempus quo cepit administrare ipsa bona aduentitia filii.vñ super hoc est cogitādum.quia authoritas gl.& Spe.est maxima & maxime procedit,quando nō appareret de vera numeratione,sed solum de confessione dotis receptæ,quæ non est tantæ potentiæ maxime in præiudicium aliorum creditorum per dicta supra.& ideo optima est cautela,quod mulieres vel soceri ma
228 riti prouideant per expressam hypothecam. † vidi tamen dubitari,si non appareat aliter de promissione dotis,nec de solutione,sed solum apparet instrumentum restitutionis & cōfessionis dotis factum constante matrimonio per ipsum maritum. nam licet dicatur in instrumento quod maritus fuit confessus se habuisse & recepisse dotem sibi promissam per mulierē vel socerum ante matrimonium contractum,tamen talis assertio non nocet anterioribus creditoribus prætendentibus tacitam,vt sup. dixi,per id quod habetur in l.si ser. pluras.C.qui potio.& in Spe. tit.de solu.§.ante [illegible] pone ecce. Et si aliter maritus non assereret [illegible] promissam ante matrimonium sed simpliciter confiteretur se habuisse & recepisse dotem sibi promissam,tunc præsumeretur promissionem & solutionem sibi factam tempore restitutionis.vt alias per Bart. in l.post dotem.inf.eo.in 1.c.& in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.inf.de verb.oblig.& [illegible] confiteretur dotem habuisse tempore contra[illegible] matrimonii nec aliter appareret,similiter non staretur dictæ assertioni in præiudicium creditorum,per dicta.su. & ideo tūc non esset tractandum de hypotheca bonorum extendenda ante tempus dicti instrumenti restitutionis,quod est notandum, & vtile in practica [illegible] ad quæstionem, super qua hoc anno consului in ciuitate Florentiæ,& plerique
229 aliorum assenserunt.an tacita hypotheca, † quæ contrahitur in bonis defuncti pro legatis factis in testō vel codicillis,vt hr̄ in l.1. C.cōia de leg. Si legatū fuit conditionale,illa trahatur retro purificata cōdōne ad tēpus aditæ hēreditatis, quia hæres interim alienauit aliqua bona hēreditatis vt sic legatarius eueniente cōdōne legati possit agere ꝯ ipsū emptorē hypothecaria.nā dubiū faciebat quia tēpore existentis cōditionis & sic hypothecæ contractæ ipsa bona non reperiuntur in dominio hæredis. [illegible] sic fictio illa translatiua ad tempus aditæ hæreditatis non reperit extrema habilia. nam dicebant quidam aduocati quod dicta hypotheca retrotrahitur etiam in vltimis voluntatibus alleg. tex.no.in d.l.9.qui balneum.in versicu.sed si hæres. & respondebant ad id quod hr̄ in l.1 §.serui.inf ad Sylla.& ad alia iura volētia quod in vltimis voluntatibus conditio legati existens non trahatur retro,non habere locum,quando verteretur non paruum præiudicium legatarii.& alleg.tex.in l.fur.§.si autem sub conditione.C.communia de leg.& hoc etiam vr̄ fuisse de mente Imol. in l.si filius.inf.de verbo.oblig.licet ibi Barto. contrarium voluerit,videlicet quod dispositio d.l.qui balneum.cum simi.nō obtinēt in vltimis voluntatib.nam ibi Imo.dicit,quod ꝯ ipsum est tex.in l.ea.l.qui balneum in d. versicu.sed si hæres. Sed in ꝯtrariam sententiam fuit conclusum,tenendo opinio. Bartol.in d. l.si filius. quam etiā expressis firmauit in l. si is qui pro emptore.inf.de vsuc.& fuit responsum ad d.§.sed si hęres.quia ibi nō erat hypotheca procedens ex vltima voluntate,sed hypotheca conuentionalis,ut etiam ibi respondet Ang.in d.§. & etiā Bar. in quibusdam lec.& fuit responsum ad d.§.sin autem.secundū ꝙ ibi voluit Bar.& quia cum agitur de perditione uel acquisitione hypothecæ,non vertatur magnum interesse,vt hr̄ in l.si. C.quæ res pig.& in l.3.§.pen.inf.de leg.3. Preterea si uera esset opin.glo.in d.l.fi. qui poti.& Spec.ut sup. hypotheca tacita quę contrahitur pro legato non est tantæ potentiæ quantū expressa,ad effectum,vt possit trahi retro. et sic ex illo text.in d.§.sed si hęres.resultat vnum valde notabi. quod hypotheca conuentionalis non sequitur naturam suæ principalis obligationis surgentis ex vltima voluntate,cum illa trahatur retro,sicut est conditio & natura ipsorum contractuum conditionaliū.licet in contrarium facit quod habetur in l.si legati serui. inf. de lega.1.In ea ibi com[illegible] non apponitur.ex hac particula glo.habes
230 xxvi priuilegium fauore dotis, † quod mulieri dotem repetenti non potest opponi compensatio. Sed aduerte quia tex.in §.ta[illegible] allegatus in gl. non loquitur de compensatione,sed de retentione & ideo gl.ibi sentit cōtrarium in sua vlt.opinio.se remittendo ad id quod dixit in l.in qua.C.de compensa.ubi glos. tenet quod capiendo compensationem pro prio modo,scilicet quando fit de quantitate ad quantitatem, potest opponi contra mulierem.& idem voluit glo in l.rei iudicatæ §.1.& in l.diuortio. §.ob donationes.inf.eo.& ita communiter tenetur per illa iura & idem voluit gl.in l.si constante.§.si uxor.& in l.in his.§.1. & in l.si cum dotem.§.1.inf.eod.& omnes illi text.hoc adē probant.gl.tñ in l.si filiotam.in prin.la 1.inf.eo. tenet idem quod gl.hic.& idem Bal.post Guilan.d.l.rei iudicatæ.§.1.& ibi ēt Ludo.de Ro.dicendo ꝙ ille tex [illegible] dum loquitur de retētione,non potest intelligi nisi de compensatione. cū retētio proprie non cadat nisi in re,in qua vel pro qua est facta impensa.vt hr̄ in l.fi.C.commo.& no.in l.si non sortem §.si centum.sup.de condi.inde. vt ergo ille tex.aliquid operetur & aliquid de nouo inducat,debet intelligi de retentione per modum compensationis.tñ non vr̄ recedendum a cōi opi.glosarū quam sequitur Bart.post Dy.& alios in [illegible] Imo & Pan.ā ex quo iura cōiter permittunt com[illegible] ad dotem,ut supra allegaui.nec reperitur [illegible] hoc expresse [illegible] non dēt sic de [illegible] fieri interpretatio [illegible] veniat correctiue ꝯ [illegible] exprimitus.in [illegible] sunt nec [illegible] sic [illegible] tex. nihil de nouo induceret,[illegible] de nouo [illegible] antiqua quę emanauit super actione rei uxoriæ,permittebat fieri tales retentiones de quib. [illegible] iuris regulas.& in fauorem dotium sed [illegible] iuris regul. non prohibent, nunc permittunt fieri retentiones, videlicet quā propter impensas in re petita,secundū [illegible] quod hr̄ in d.l.fi.C.commo.& in d.l.si centum. Imperator [illegible] fauore mulieris & dotis [illegible] habet fieri retētionem propter impensas utiles [illegible] in §.sed nec ob impensas.eadē [illegible] impensę forent necessariæ quia tunc ipso iure minuunt dotem.vt hr̄
231 ibidem & in l.1.inf.tit.1.nec † est vera rō Lud.[illegible] videatur [illegible] compensatione sicut est in retentione. tam immo rō magis urget ꝙ permittatur compensatio ad dotem, ꝙ retentio. quia compensatio ipso iure extinguat debitū per suam [illegible] solutio, cum habeatur loco solutionis [illegible] est opposita.[illegible] non [illegible] habent [illegible] retētio nō extinguit [illegible] sed solum impedit executionem.vt hr̄ in l. l.si in area.sup.de cond.[illegible] nec obstat lex pen.C.depositi. quam allegat Lud.dicēdo,ꝙ si ex speciale fauore ꝯtus depositi,vt non admittatur compensatio, multo magis fauore ꝯtus dotis.cum sit magis priuilegiatus ꝓ infinita [illegible] & maxime fauore rei pub.[illegible] in hac lege,nam potest dici, ꝙ immo imperator in §.in bonæ fidei.insti.de act. excludit [illegible] alios ꝯtus ēt bonæ fidei,de quib.pra dixerat,ponendo [illegible] ꝯtu dotis in precedenti.§.loquendo per dictionem taxat.nam ibi,soli depositi causa excepta.& sic expresse vr̄ permittere compensationem in ꝯtu dotis,de quo [illegible] dixerat.arg.l.1.§.cum [illegible]
232 inf.de alt.leg. † & potest esse rō specialitatis in solo deposito,quia cum propria natura depositi sit,quod fiat in specie, & non in pecunia numerata,& sic non in quantitate,[illegible] quam specie non permittitur compensatio.l.si conuenerit.sup.de pig.act.[illegible] si depositum fiat in numerata [illegible] ꝯtus depositi egreditur proprios fines depositi.ut l.Lucius.& l.d[illegible] sponsaliorum.sup.depo.& ideo non est inconueniens,quod excedens suos terminos, excedatur a non suis terminis.vt habetur in l.fi.de edi.diui. Adr. [illegible] sic ad talem pecuniam numeratam in deposito non admitta-

mittatur compensatio, sicut non admitteretur in proprio deposito, qñ fieret secundum sui naturam, & sic in ipsa specie, & licet hęc opinio sit communior, tñ videtur æquior opin. huius gl. & maxime cum ei assentiant multi doct. non paruę authoritatis. vt sup. & in dubijs amplectenda videtur opi. quæ est pro dote vt in l. in ambiguis. sup. de iure do. prout inf. proxime di-
233 cetur. † Et tenēdo hanc opi. tanq̃ æquiorem posset limitari, nisi cōpensatio opponeretur per viam extenuationis sortis principalis pp fructus perceptos ex re ipsa hypotheca pro dote qñ fructus essent consumpti per text. in d. §. ob dona. & in l. Titia. inf. de solu. prout etiam hoc tenuit Ioā. de Imo. in d. §. 1. perceptorum. Secundo potest limitari, qñ opponeretur ipsi restitutioni dotis, secus si restitutioni fructuum per virum vel eius hęredes post sol. matrim. vel vltimo anno soluti matrimonij pro rata tangente ipsi mulieri, qui fructus essent consumpti, & sic deberetur eorum æstimatio, quia tunc posset opponi compensatio. & sic diuerso iure censerentur fructus ab ipsa dote, licet alio respectu possint peti tanq̃ dos, & actione de dote, per text. no. in d. §. ob donationes. & ibi dixi. & tactū est. sup. circa princ. super articulo diffi. dotis. Tertio limita, vt non habeat locum, quando opponeretur compensatio non ab ipso viro cōtra mulierem, sed econtra a muliere contra virum agētem aduersus mulierem, puta ad res donatas, si essent in pecunia, vel in specie fuissent, tamen essent consumptæ, & sic deberetur æstimatio, vel pro rebus amotis. nam posset mulier conuenta obijcere contra virum vel eius hæredes de eo quòd sibi debetur pro dote. vt est tex. in l. si filiofam. la prima in princ. inf. eo. & ibi per Bart. post Iac. de Are. nam quòd in dote non habet locum cōpensatio, obtinuit in fauorem mulieris, ergo non debet resultare in eius odium. l. quod fauore. C. de legibus cum simi. & per
234 prædicta etiam. Potest † limitari illud speciale, vt fauore dotis non possit fieri retentio. d. § taceat. & §. sed nec ob impēsas. nā illud obtinet, quando allegaretur retentio circa ipsam dotem, secus si circa fructus dotis, prout supr. est dictum in cōpensatione. per text. in d. §. ob donationes, quia tunc non esset prohibita retentio fructuum perceptorum post solu. matr. vel in anno vltimo soluti matr. videlicet propter impensas. quod est not. & dixi in d. § ob donationes. licet ipsi fructus speciali priuilegio dotis censentur dos. & actione de dote peti possunt. l. si marito §. fi. infr. eo. non autem possint retineri ipsi fructus propter res amotas, vel donatas, ex quo tunc esset hoc contra naturam retentionis, quæ fieri potest solum pro debito surgente in re, vel propter rem tantum, vt sup. dixi, per id quod habetur in d. l. fi. C. commoda. & in d. §. si centum. vnde multo minus qñ nō solum esset hoc contra naturam retentionis, sed etiam contra fauorem mulieris & dotis quicquid alii dicāt in d. §. ob donationes. Secunda limitatio surgit ex text. in d. §. sed nec ob impēsas. & in d. l. quod dr̃, quando fieret retentio propter impensas necessarias factas ad perpetuam vtilitatem, quia tunc ipso iure talis impensa minuit dotem quod intellige, vt sup. fuit declaratū circa diffinitionem dotis. Tertia limitatio surgit, vt habeat locum dictum priuilegium, quando retentio opponeretur contra mulierem, secus si mulier vellet retinere contra virum uel eius hæredes. puta res amotas vel donatas, dicendo, quod ipsa vult retinere pro dote sibi debita, siue consistat dos in corporibus siue in pecunia. vt voluit notanter Bar. post Iac. de Aret, in d. l. si filiofam. in princ. dicendo, quod in hoc erit speciale fauore mulieris. vt respectu alterius debiti etiā omnino diuersi petiti a viro, vel eius hæredibus possit ipsa mulier retinere ipsam rem petitam pro dote sibi debita, & donec erit sibi de dote plene satisfactum. Et sic habes ex hoc vigesimumseptimum priuilegium & singulare fauore mulieris & dotis in materia retētionis contra regulam de qua in d. §. si centum. & in d. l. fi. C. cōmoda. Quarto limita, quando vir haberet restituere fundū plenum fructibus mulieri. nam si vir petat sibi caueri de fructibus sibi restituendis per mulierem tempore recollectionis pro rata ultimi anni sibi tangente, & mulier denegaret, haberet locū retentio fundi, donec sibi caueatur. ut est text singul. in l. diuortio. § interdum. inf. eod. Quinto limita, si vir ex alia causa timeret damnum incurrere propter obligationem qua astrictus esset occasione rei dotalis. nam est licita sibi retentio rei dotalis, donec sibi caueatur de indemnitate, per casum not. in l. cū mulier. la secunda. inf. eo. ad hoc etiam text. in l. si filio. la prima. §. fi. inf. eo. Sexto limita habere locum d. §. taceat. & §. sed nec ob impensas. quando mulier ageret actione personali de dote tāquam contra virum uel hæredes viri, secus si tanquam ꝯ simplicem possessorem, ex quo tunc non potest mulier niti fauore dotis ex quo remedium dotis non intentat, per id quod habetur per Bart. & alios in simili. l. si filiofam. la secunda, inf. eo. & not. in l. maritum. inf. & ideo si maritus cōstituisset se precario nomine mulieris possidere fundum dotalem eueniente casu restitutionis dotis, quo casu mulier & eius hæredes possent agere per id quod habetur in l. 3. § si rem. inf. de acq. possess. In ea.
235 ibi. l. in ambiguis. † Ex hac particula gl. surgit vigesimum octa-

uum speciale & priuilegium generalissimum in materia dotium, videlicet quod in dubiis debemus fauere magis ipsi mulieri agenti vel insistenti pro dote, quam alteri parti. hinc Dy. & Barto. & communiter docto. hic per illam. l. in ambiguis. iūcta. l. 1. arguunt, quod si reperiuntur duo instrumenta de codē die cantantia, nec aliter appareat, quod fuerit prius, & quod posterius, præsumatur semper præcessisse instrumentum dotis. & non erat olim vtile in personalibus in quibus præferebatur mulier aliis creditoribus etiam anterioribus non habētibus hypothecam, vt habetur in l. 2. inf. de priui. cre di. Sed hoc est hodie vtile mulieribus. cum hodie habeāt tacitam hypothecam, quę secundum communem opinio, non præfertur anterioribus habentibus expressam. secundum quod habetur in l. fi. C. qui po. & dictum est. s. vnde si reperientur illa duo instrumenta codē die facta præferretur tunc mulier creditori alterius instrumenti etiam habenti expressam. licet mulieris instrumentum non contineat expressam hypothecam. Si autem contineret expressam, & tunc etiam olim ante d. l. fi. præferretur mulier tanquā anterior iuris præsumptione, ex speciali priuilegio dotis. & hęc procedunt etiam si cum muliere concurrat fiscus, secundum
236 Bald. nota. in l. dotis. C. de iure dotium † vnde licet fiscus multa habeat priuilegia. de quibus per Bald. notan. in leg. prima. C. de hæredit. uel action. vendito. tamen non habet tantum priuilegium, vt præferatur priuilegio mulieris. immo cæteris paribus præfertur mulier. Sed aduerte, quia iura videntur velle quod mulier & fiscus iudicātur a pari circa fauores, & paribus passibus ambulant. secundum gloss. in dicta leg. dotis. & habetur in leg. fin. C. de priuileg. fisci. ergo mulier non debet vti priuilegio contra fiscum. & econtra per id quod habetur in auth. quas actiones. C. de sacr. sanc. eccles. & etiam in dicta leg. fi. §. exceptis. & ibi glo. voluit, quod mulier non vtatur priuilegio antelationis contra fiscum. ad hoc etiam text. not. in l. 1. C. de iure fisci lib. 10. vbi fiscus est priuilegiatus cæteris paribus circa prioritatem hypothecę. ad hoc etiam quod habetur in l. fisci q. inf. de iur. fisc. ubi fiscus in quæsitis post suam hypothecam præfertur omnibus aliis creditoribus etiam anterioribus. ergo nō solum in dubiis, sed etiam in certis interpretamur pro fisco, & non contra fiscum. & sic videtur quod mulier non utatur suo priuilegio contra fiscū, vt in dubio præsumatur hypotheca mulieris anterior. & ratio Bal. in d. l. dotis. quod in dubiis contra fiscum est respondendum per. l. non puto. inf. de iure fisc. non videtur esse bona. nec etiam videtur procedere dictum Bar. post Dynum in d. l. non puto. quod si reperiantur duo instrumenta eodem die celebrata unum fisci, & alterum priuati cum hypotheca, præsumendum sit instrumentū fisci posteriori hora confectum. nam immo videtur dicendum contrarium. per supradicta. & per tex. in d. l. si is qui. & in d. l. 1. & etiam cōtra dictum eiusdem Bar. in d. l. si is qui. vbi dixit, ꝙ si fiscus conuenitur hypothecaria tanquam tertius possessor. debet agēs creditor probare suā hypothecā fuisse priorē, & precessisse acquisitionē bonorū debitoris. nisi dicamus, quod illud dictum Bar. in d. l. si is, procedat, nisi apparerent ambo instrumenta eodem die confecta, quia tunc etiam si conuenitur fiscus, ipse habet probare ꝙ suum instrumentum fuerit prius celebratum, & secundum hoc non esset speciale in dote, quando mulier contenderet cum fisco. quia idem esset, an fiscus contenderet cum alio priuato nō priuilegiato. quod videtur mirabile & contra intentionē Bar. in d. l. 1. si is qui. & contra tex. in d. l. 1. & licet Bar. in d. l. 1. reij ō deat esse ibi speciale. quando fiscus agit contra donatarium habentem causam a delatore fisci. & sic contra prætendentē causam lucratiuam, & sic videtur uelle secus esse, quādo ageret ꝯ prætendentem causam onerosam quia tūc haberet locum, d. l. non puto. & idem voluit Ang. in auth. de tien. & tenuit §. illud quoque. tñ Bal. in l. si debitor. C. de priuil. fisci. dicit idem esse. quando fiscus ageret contra emptorem. & sic prętendentē causam onerosam. & idem fuit de mente Ang. in l. si mat. em. ad fi. C. de proba. immo ipse idem Bal. in l. 1. C. de hære. vel act.
237 vend. vbi ponit multa priuilegia quę habet fiscus, † inter alia posuit illud maximum pro generali quodam priuilegio fisci, qđ vbicunque est dubium de prioritate maxime circa hypothecā semper fiscus præfertur. allegando. d. l. 1. & hæc opi. videtur verior, quia tex. in d. l. non facit um in donatione, & sic in causa lucratiua, sed simpliciter respondet consultationi, quo casu nūquam est interpretandum quod responsio principis nitatur super iure dispensatiuo, sed super regula communi. vt per glo. & doct. in c. ex parte. de testib. & c. consultationi. de tem. ord. Si. n. ibi princeps se fundasset propter specialitatem causæ lucratiuę hoc expressisset. arg. c. ad audientiam. de decimis. & posset uideri ad d. l. non puto. vt procedat, quando esset dubitatio super aliquo iuris. nam ibi vult princeps contra fauorem fisci, & consequenter ipsius principis fiat interpretatio. & maxime quando fiscus contenderet circa pęnas sibi applicandas. per id quod habetur in l. si præses. & l. si de interpretatione. inf. de pę. & ita intellexit illum tex. glo. ibi in ult. sua opi. quæ ultimo a opi.

semper videtur esse consentanea glossatori. vt per glo. not. in l.
qui filium. §. Sabinus. inf. ad Trebel. & per Bal. in auth. ex testa
mento. C. de collat. Et quia si iura volunt, quod fiscus in sua hypo-
theca preferatur alijs et anterioribus circa bona postea quæsita
hoc nō nisi propter fauorem fisci cōtra alios priuatos inductū
est. ergo multo magis quando dubitaretur in facto de priorita
te temporis. qua ratione dic. potest, quod in terminis. d. l. si is qui.
si dubitaretur an bona fuerint quęsita post contractam hypo-
thecam fisci vel ante, in dubio præsumendū est quod fiscus preue
nerit, nisi alius creditor probet cōtrarium. per text. in d. ĉta. l. 1.
238 quicquid aliter senserit Bar. in d. l. si is qui. † & per prædicta po
test inferri ad illud dictum Bal. in præallegata lege. dotis. vt nō
sit vsquequaq; verū. & maxime ex quo concurrunt adinuicē
duo priuilegiati qui paribus passibus ambulāt, vt est mulier &
fiscus. vt dicit glo. in dicta. l. dotis. & in l. secunda. C. de priuile.
fisci. Imò aliquādo præfertur fauor fisci, fauori mulieris & do-
tis, etiā quādo mulier esset anterior. vt habet in l. satis notū. C.
in quib. caus. pig. taci. contra. Quid autem si mulier ageret
hypothecaria contra illum, cui vir bona sua alienauit, & ille
negat alienata fuisse in bonis viri tempore hypothecę con-
tractę mulieris. Et qđ per antea fuerunt sibi alienata per virū,
posset dici, quod ex quo mulier ambulat paribus passibus cum fi-
sco circa fauorē hypothecę, & maxime circa præsumēdā prio
ritatem, cum vtroq; casu versetur fauor. pub. vt Bald. hac. l. 1.
dicendum videtur onus probandi incumbere illi conuento,
prout idem dicitur fauore fisci in dicta. l. 1. vbi circunscripto fa
uore dotis contrarium esset dicendum. per id qđ habetur in l.
239 de reb. C. de dona. ante nup. & quod ibi per Bald. post Cy. † immo
maior videtur esse ratio in ipsa muliere, q̄ in fisco. cum ei ma-
gis faueatur circa prioritatem hypothecæ quam fisco. nam fi-
scus non præfertur anterioribus creditoribus in bonis quęsitis
ante suam hypothecam sed solum in quęrēdis. mulier autem
præfertur tam in quæsitis q̄ in quærendis. d. l. assiduis. quod ma
xime procederet, si ille possessor haberet causam a viro lucrati
uam & sic donationis. tenendo opinio. Barto. in dicta lege pri-
ma vt procedat solum quando fiscus agit contra possessorem
habentē causam lucratiuam. vt sic idem sit dicendum in mu-
liere respectu dotis. quod etiā fuit de mente Ludo. de Roma.
in repetitione authen. similiter. C. ad l. Falci. in quinta charta.
& 11. fal'en. vbi dixit idem in qualibet pia causa, & maxime fa-
uore eccle. agentis hypothecaria cōtra tertium habētem cau-
sam lucratiuam a debitore eccle. equiparando fauorē eccle. fa
uori fisci, vel reipublicę. l. fin. C. de sacr. sanctis eccle. & ita dicit
iam consuluisse dominum Franci. de Albergo. vnde videtur
posse similiter hoc trahi ad fauorem dotis, æquiparādo ipsum
fauori fisci, seu reipubli. cum paribus passibus ambulent, vt
s. dixi. & hoc est bene no. & etiam practicabile priuilegium cir
ca ipsam hypothecam mulieris in dote. & hoc sit vigesimum
240 nonum priuilegium mulieris in dote. † Hæc autem duo pri-
uilegia circa pręsumendam prioritatem. vt s. nō videntur pos
se egredi personam mulieris. & ideo nō transferūtur ad eius
herēdes, nisi forte essent filij eiusdem matrimonij per id quod ha
betur in dicta. l. assiduis. & in § fuerat. institu. de actio. Et ideo
huiusmodi priuilegium non extenderetur ad maritum in sua
hypotheca tacita vel expressa in dote sibi soluenda. Dubium
tamen facit. quia tex. in dic. l. in ambiguis. simpliciter indulget
hunc fauorem dotibus. merito videretur militare tam ex par-
te mulieris, quam viri. arg. l. 1. §. sed vt plenius. C. de rei vx. act.
vbi patet quod illud priuilegium datū simpliciter dotib. com-
prehēdat fauorem tam in dote promissa & viro soluenda, quā
etiam in dote soluta restituenda etiam circa hypothecam ta-
citam, vt sic parib. passibus ambulent, & sic iudicentur a pari
vir & vxor. potest tamen teneri contrarium. quia in priuilegio
antelationis non ambulant paribus passibus, vt sup. dictum est
in alia particula glo. circa priuilegium ipsius prælationis in hy
241 potheca. † Adde tamen, quod prædicta non veniacerent sibi lo
cum, quando essent illa duo instrumenta confecta ab eodē no
tario eadem die. cum ex ordine scripturæ sui protocolli possit
apparere quod prius. & quod posterius quia tunc prior contra
ctus in scriptura censetur etiam prior in tempore. arg. l. si quis
ceargentarius. §. si initium. supr. de eden. ad hoc. l. quoties s. de
242 vsufr. & volunt Bald. in d. l. de reb. Sed † quid si non appareant
instrumēta, sed probatur per testes, quia alter creditor probat,
quod tali mense puta ianuarij fuit contractum suum debitum
cū hypotheca, & mulier probat quod dicto eodem mense fuit
contractum matrimonium, & dos data, tamen non recordan-
tur testes de die, potest dici, quod si nō apparet probatio de die
pro aliqua parte, sed solum de mense, & tunc sine dubio pręsu
matur præcessisse contractus mulieris per suprad. ĉta. iuncta d.
l. in ambiguis, sed si alter creditor probaret de mēse & die per
instrumentum vel testes, & mulier solum probaret per testes
de eodem mense & non de die forte succumberet mulier, ex
quo probatio alterius partis est magis specifica & in indiuiduo
& sic non simus in terminis parib. & hoc per singulare dictū
Cyn. & Bald. in dicta. l. de rebus. C. de don. ante nup. Forte ta-
men posset dici, quod si mulier non ageret, sed esset rea conuē
ta per hypothecariam ab alio creditore, tunc ex quo versitur
duplex fauor, videlicet dotis. & etiā quia rea, cui in dubiis pro-
bationibus magis fauetur quam actori. vt no. in c. ex literis. de
proba. facit l. Arrianus. inf. de act. & oblig. quod tunc non hēret
locum illud dictum Cy. & Bal. vnde super hoc cogita. quia es-
243 set hoc non parui effectus. † Et ex prædictis potest inferri ad a-
liud priuilegiū & 30. quod si testes mulieris super dote sua sūt
contrarij testibus alterius partis instantis contra dotem, puta si mu-
lier agit contra hęredes viri ad mille pro restōne suæ dotis, &
hæredes se opponendo dicunt, quod quando vir fuit confessus
de dote recepta, non fuit dictum nisi de quingentis, & ita pro-
bant testes quod solum audierunt de quingentis, & non vltra,
& sic astruendo negatiuam bene coarctatam, videlicet qđ non
potuisset tunc dici de mille, quin ipsi audiuissent, secūdum qđ
habetur in lege prima. §. fi. ff. de itinere actuque priua. per glo.
no. & in auth. de hær. & Fal. §. si vero absunt. & per Bald. in l. a.
C. de bono. posses. secūdum tab. & in l. si præsidi. ad fi. C. de do
nat. ante nup. testes vero mulieris deponunt se tunc audiuisse
de mille. Potest dici debere stari testib. deponentibus pro mu-
liere fauore dotis speciali. arg. d. l. in ambiguis. licet alij testes
deponant pro reo. bene facit quod hr̄ alias in simili de testibus
deponentibus pro libertate in l. pen. ff. de manumis. & per glo.
not. in d. c. ex literis. vbi alias circunscripto dicto fauore cæteris
paribus staretur testibus deponentibus pro reo. vt s. cum fauor
dotis & libertatis æquiparentur. vt est tex. not. in c. fi. de re iud.
& idem qñ deponerent testes pro matrimonio. secundum gl.
not. in d. c. ex literis. vbi glo. etiam not. extendit ad fauorem do
tis, ponendo illos versus: Stat testamentum libertas cōiugium
244 dos. Si sunt æquales qui producuntur vtrinque. † Et sic ex præ
dictis potest etiam inferri ad trigesimumprimum, quod sicut
quando inter pares numero iudices ordinarios est discordia,
tunc statur sententiæ quæ pro libertate pronunciatur, etiam si
esset contra reum, eodem modo debet stari sententiæ quæ fer
tur pro dote. vel etiam pro matrimonio. cum istæ causæ et am
sint fauorabiles, vt hic. & est tex. in dicto cap. fi. & not. in l. inter
pares. inf. de re iud. Potest tamen dubitari, quid si fertur senten
tia pro dote in fauorem viri, puta pro dote sibi danda maxime
per extraneum, potest dici idem esse, cum similiter sit fauora-
bilis, ex quo datur pro matrimonio, & propter dotē magis ha-
bet præseruari ipsum matrimonium. & tex. in dicto c. fin. sim-
pliciter se fundat super fauore dotis, sicut super fauore matri-
monij. nec potest negari, quod si sententia fertur pro viro in fa
uorem matrimonij etiam contra mulierem, quod habeat lo-
cum dispositio. d. c. fin. & facit tex. iuncta glo. in Clemen. dispē
diosam. de iud. dū extendit causam matrimonij ad causam do-
tis. & illa glos. obtinet. siue petatur dos per virum siue per mu-
lierem. & idem potest dici in priuilegio. su. proximo, quando te
stes essent contrarij super promissione dotis facta viro, quia te-
stes viri deponerent de dote promissa tali loco & tempore, &
testes soceri deponerent de negatiua per modum de quo su-
pra. nec obstat quod supra dixi circa priuilegium ambiguitatis
in tempore, quia illud procedit circa prælationem hypothecæ
in qua solum mulier & non alia persona est priuilegiata. vt su-
245 pra dixi. † Et per prædicta potest inferri ad aliud priuilegium
trigesimumsecundum si reperiuntur duo instrumenta inter se
contraria vnum productum ab actore, aliud a reo conuento,
vt præferatur instrumentum concernens fauorem dotis tan-
quam magis dignum, & fauorabile. per id quod habetur. per
gloss. nota in leg. scripturæ. C. de fide instrum. iuncto eo quod
habetur in dicto capitulo fin. dicto capitulo ex literis. & in di-
cta leg. penultim. infra de manumiss. & hactenus expeditam
hanc gloss. notando ex ea. & etiam vltra eam addendo plurima
246 alia priuilegia. & sic Trigesimumtertium. † Extra gloss. datur
aliud priuilegium nota. quod licet de rigore iuris ascendens
per lineam maternam non possit stipulari & obligationem
quærere suo descendenti. l. eg. debitor. in fin. infra ad Trebellia.
vbi econtra idem dicitur, quod non possit dictus descendens
stipulari vel actionem quærere etiam vtilem suo ascendenti.
ad hoc etiam leg. Caius. versiculo, sed dicendum. infra eodem.
licet secus in ascendente per lineam paternam, cum possit quę
rere tamen vtilem suo descendenti etiam emancipato. vt habe
tur in leg. quod dicitur infra de verborum obligatione, & in l.
pactum. C. de pact. conuen. Intellige vtilem, & non directam,
vt ibi not. & sic debet intelligi text. in l. si genero. C. de iure do
tiū tamen speciali fauore mulieris & dotis potest ex æquitate
ascendens per lineam maternam stipulari descendenti, vt est
text. singul. in dicta leg. Caius. in fin. Barto. tamen, quem in ul-
ti sequūtur, ibi inclinat idem esse in quolibet alio extraneo do
tante. cum text. ibi in fine solum se fundet super æquitate indu
cta fauore nuptiarum. & dum subdit ibi de affectione persona
rum, loquitur per uerbum, maxime, & sic implicatiue. ergo et
idem si non caderet dicta coniunctio personarum ad hoc lex il
lud

lud.& ad l. Aqui. & c.spōsam. de sponsa.cū similibus.& in hāc
partē inclināt ibi Ioā.de Imol. Pau.de Cast.& Ludo.de Roma
qui ēt se mouet stāte equitate de qua in lege quoties.C.de do-
natio.quæ sub modo.nam si ibi fauore exercētis liberalitatem
specialiter prouidet̄,vt donans possit quęrere alteri actionē sa
pe re sua. quę non erat duratura sua, licet regulariter secus. l.
propriū.§.cōmunia prędiorū & d.l.pactū.multo magis in ter-
minis nostris, vbi cōcurrit duplex fauor, scilicet exercētis libe-
ralitatē, & ēt fauor dotis. licet enim respectu viri ipsa promis-
sio dotis cōcerńat titu. onerosum.l.ex promissione.ꝭ.de actio.
& obliga.& l.pure.§.penul.ꝭ.de except.doli.tamē inspecta per
sona dotantis,quę principaliter ducitur ad liberalitatē in dotā
da muliere,& etiā inspecta persona mulieris.erga q̄ principaliter
ter habet̄ respectus,ipsa dotatio procedit ex causa lucratiua. &
sic donationis. vt in §. accedit. C. de rei vxo.actio.qd̄ procedit
247 † ēt respectu ipsius patris dotātis. licet enim ad dotandū tenea
tur ex officio paterno, tamē nō posset negari. quin exerceat li-
beralitatē &.donationē in filiā. vt probat̄ in lege secūda. C. de
bonis quæ libe.ibi,paterna munificentia.ad hoc ēt text.cū glo.
& ibi dixi post. Bar.in l.Meuia.§.1.inf.eo.& l fi.§.si a socero.inf.
quę in frau. credi. vnde satis mihi placet hęc opinio. maxime
cōcurrente hodie dicta æquitate.l.quoties. cōfert ēt, quia talis
stipulatio extranei iuuatur suffragio legis , quę fingeret stipu-
lationē, si extraneus nō fuisset dicto modo stipulatus. vt in di-
cto.§. accedit.& sic potest dici,ꝙ dicto casu nō subintelligatur
ficta stipulatio interposita a muliere,de qua in dicto.§.accedit.
ga nunq̄ lex.fingit nisi in subsidiū,& ex magna causa.vt p Bar.
in l.si is qui pro emptore.inf.de vsucap. ꝙ est notādū ad imita
tionē dicti.§.accedit. Et prędicta ēt opin.fuit de mēte Bar.in l.
248 vxorē §.testamēto.inf.de lega.1.† Sed tūc pulchrū esset dubiū
an hoc possit facere extraneus p simplex pactū citra stipulatio
nem.nam si pacisceretur dotē sibi reddi, sine dubio posset. di-
cto. §. accedit. sed qn̄ alteri pacisceret̄ reddi puta mulieri non
posset citra stipulationē per tex.in dicta.l.Caius.ibi.pactū & sti
pulationem.& bene videt̄ probari in dicta l.pactū.C.de pactis
côuen. in secūdo responso. & maxime ēt quia tūc pactū nudū
appositū iuxta cōtractū vestitur coherētia eius. qn̄ apponit̄ in
fauorē ipsorū cōtrahentiū. Secus si pro fauore & interesse ter-
tij p id ꝙ habet̄ in l.petē.C.de pactis. & ibi nota. ꝙ sine dubio
procederet de isto iure.tamē hodie isto casu fingeret forte ta-
cita stipulatio interposita p ipsum extraneum dotantem in fa-
uorē mulieris.per text.in dicta.l.i.§. sed vt plenius.ibi, siue aliæ
pro his personę,& dos aduentitia fuerit.vnde non esset isto ca
su opus fingere stipulationem interpositam per mulierem
ca viro , prout disponitur in d.§.accedit. Potest etiam dici, qd̄
ex speciali equitate dictæ.leg.quoties.quęratur illi alteri etiam
citra stipulationem. vt ibi probatur. quod est notan. in dicta.
l.petens. item aduertendum , quia ex dicta.l.Caius versic. sed
dicendum . satis euidenter colligitur quod singularis dispo-
sitio & æquitas de qua in dicta.leg. quoties.non erat tempore
Digestorum. nisi etiam concurreret fauor dotis. & sic illa est
dispositio noua de iure Codicis inducta per principes. & sic
posset inferri notanter, quod etiam quando per ipsum dotan-
tem etiam extraneum esset factum pactum de reddenda dote
alteri quā mulieri,valeret. & illi quęreretur actio vtilis ex equi
tate dictę. leg. quoties. licet non verletur tunc fauor mulieris
& dotis. vt etiam hoc videtur probari notanter in d. leg. pater
pro filia. C. de pact.conuen. intelligendo, quod ibi ille dotans
fuit pactus dotem reddi nepotibus natis ex illa filia ex primo
matrimonio.licet enim respectu mariti,qui ita promiserit re-
stituere, non sit liberalitas, vt. supra. dixi , tamen inspecta per-
sona dotantis dicitur esse liberalitas etiam in dotando filiam,
vt supra dixi . immo tunc tale pactum , prodesset ipsi tertio
etiam citra stipulationem fauore exercentis liberalitatem.dū-
modo incontinenti fiat,vt supra dixi per text. in d.leg.quoties.
& in d.l.pater.quæ omnia sunt bene notanda ēt a doct. non ta-
249 cta.† Et ex prædictis sequitur , quod si mulier dotans se stipu-
laretur dotem reddi non sibi sed alteri tertio in casu soluti ma
trimonij, tunc illi tertio nulla quæreretur actio. quia tunc ces-
sat æquitas & fauor dotis, de qua in dicta. l. Caius. Item cessat
æquitas.d.l.quoties.ex quo respectu mulieris & viri non est li-
beralitas,immo est causa onerosa.vt supra dixi.ad hoc.l.ex pro
missione. de actio.& obliga,cum similibus. & hoc etiam vol-
uit Bald.no.in dicta.leg. fina. C. communia vtri.iudi.ad fin.al-
legando ad hoc text. not. in l.debitor. ad fin. infra. ad Trebel.
Et per prædicta omnia patet , quod in hoc maior censetur es-
se fauor mulieris in dote , quam sit fauor fisci, & reipubli. cui
per liberam & priuatam personam etiam sibi subditam non
quæritur actio.vt est text.not.in leg.1. infra de iure fisc.& not.
in leg.arbiter.§.certam. supra. de arbitris. Et ex illa. leg. Caius
potest colligi aliud speciale priuilegium & trigesimum quar-
250 tum, † quia in casibus specialibus quibus quæritur actio alteri
sine cessione . de quibus per Bartol. & ibi dixi in dicta. leg. sti-
pulatio ista.§.si stipula.oportet quod saltem verba promissiua
& substātifica obligationis dirigātur ad ipsum stipulantē.alias
si in ipsum tertium absentem,nihil omnino valet.adeo ꝙ etiā
naturalis obligatio impeditur.l.quęcunq; gerimus ꝭ.de actio.
& obliga.& ita cōmuniter tenetur in dicto.§.alteri. & §. si sti-
puler.tamen speciali fauore dotis quæritur vtilis actio mulieri
absenti sine cessione, etiā si verba promissiua essent directa in
eam, & nō in stipulatorē. & ita multi legētes tenent in dicta.l.
Caius.p illum tex.& dicunt fuisse ēt de mente Barto. hic ibi in
noua lectura.& ēt Bald.in dicta.l fin.in penult.colum. Sed ego
tenerem cōtrariū.quia text.in dicta.l.Caius.illud nō bene pro-
bat.& quia quando aliter nō apparet per verba stipulationis ꝙ
ipsa verba promissiua fuerint relata ad personam ipsius tertij
vel stipulatoris ; debet in dubio præsumi stipulatorē voluisse
referre ad personam suā, vt sic actus valeat.ad hoc text.not.in
l.si seruus cōmunis meuij.§.si seruus titij.ꝭ. de stipula. seruo.
Confert ēt , quia aliter dicēdo inducerent̄ hoc casu circa eun-
dem actum & effectū plures exorbitātie & specialitates cōtra
regu.iuris cōmunis.contra id ꝙ habet̄ in l.i.C.de dot. promis.
& l.cum post.§.gener.ꝭ.de iur.do. Prima esset,ꝙ alteri absenti
possit qs stipular. fauore dotis, cōtra regulā vulgarē de qua in
§.alteri. Item ꝙ per liberā personā alteri quærat̄ actio sine ces-
sione,cōtra regulā vulgarem de qua in l.solutū.§.per liberā.ꝭ.
de pignoratitia actione.& in l.possessio §. & si possessio.inf.de
acquirēda possessione. Itē & tertio,ꝙ ex actu nullo modo fun-
dato in persone stipulatoris obligatio & actio nascat,cōtra re-
gulā de qua in dicta.l.quęcunq; & in l.obligationū substā.cod.
titu. & sic inferē, ꝙ si extraneus dotās stipularetur hoc modo,
promittis mulieri absenti istam dotē sibi restituere in casu so
luti matrimonij,quod tūc nihil ageret. Posset tamē dici. quod
hodie ex singulari dispositione legis primę. C.de rei vxo. actio
fingeretur talis, & haberetur talis stipulatio . pro valida . per
text. ibi post princip. ibi. & multo magis si inutilis est validam
eam effici.cuius dispositio obtinet etiam quando alia persona
quæcunque dotem daret pro ipsa muliere,vt sup.dix.per text.
in dicto.§.sed vt plenius.ibi dum dicit , siue aliæ pro his perso-
næ &c. Sed si extraneus pacisceretur in fauorem alterius tertij,
& tunc nō valeret sine dubio etiam quo ad dispositionem ip-
gu.d.l.quoties.si promissio de directo cōferretur in ipsum ter
tium,& non in ipsum dotantem.quod no. Item ex ratione æg
tatis d.l.Caius potest inferri ad aliud priuilegium, & sic trigesi
251 mumquintum.† quod licet per procuratorem vel negociorū
gestorem stipulantes nomine nostro per verba inflexa surgat
vtilis stipulatio,vt hr̄ in l huiusmodi in princ. inf.de leg. 1.in gl.
not.& per Bart.& alios in d.§.si stipuler.nō opus sit cessione.a-
lias non quæreretur actio.dic.§.& si possessionem similiter.tamen
speciali fauore dotis non esset opus cessione.nam si hoc conce
ditur in auo materno imo ēt in quolibet extraneo dotante sti-
pulante nomine proprio & non nomine mulieris , secundum
communē opin.vt supra est dictum in 12.priuilegio,quanto am
plius est hoc dicendum,quādo stipularetur nomine mulieris,
& sic per verba inflexa,quo casu magis vtiliter & firmiter cōci
pitur stip.quod etiam voluit Bal.in d.l.fi.C. communia vtriusque
que iud.in pen charta.& maxime quia etiam si dotans nomi-
ne mulieris puta vt procurator. vel negotiorum gestor aliter
non stipularetur dotem reddi,tamen fingitur tunc tacita stip.
per eum interposita in fauorem mulieris.per tex.in d. §. sed vt
plenius.ibi,siue ipsę principales personæ dotē dederint vel pro
miserint vel susceperint.siue aliæ pro his personę &c. vnde si di
cta stip.quæ fingitur interposita per ipsum procuratorem mu
lieris quæreretur illico ipsi mulieri iuris ministerio, & sic sine
alia cessione,multo magis expressa quæreretur actio.ad cer-
tum ꝭ.locati dices tu.quod immo illo casu potius fingeretur sti-
pul.interposita per mulierem, quam per ipsum promittētem
dotem nomine mulieris.per dictum.§.accedit.sed potest rñde
ri illud esse ideo,quia non erat ibi aliquod aliud extraneum ha
bile ad fingendum stipulatio nisi in persona mulieris absentis
ex quo ille dabat dotem nomine suo , & non tanquam procu-
rator,vel negotiorum gestor mulieris.& hæc vltima inuestiga
tio non est inutilis.quia si mulier ageret tanquam ex stipulatio
252 ne per suam personam interposita,forte inutiliter ageret.† Tri
gesimumsextum priuilegium resultat ex d.l.Caius . quia licet
disiuncta posita inter personas honoratas,quibus potestat quæ
ri,redderet de isto iure Digestorum stipulationem totam ip-
so iure inutilem.l.1.§.si vsufruct. & l.proinde.cum seq.infr. de
stipulatio.tertio.tamē speciali fauore dotis vtilis stipulatio erat
& est vtilis.vt est casus singularis in d.l.Caius. intantum quod
Dynus & Bart.& communiter ibi doct.tenent,quod hodie di
spositio illius legis non est immutata per singularem & nouā
dispositionem l.cum quidam C.de verbor.sign. Ex quo surgit
253 aliud singulare priuilegium.† Trigesimumseptimum quod li
cet hodie dispositio dicti §.si vsufructuarius cum similibus sit
immutata,& correcta per singularem dispositionem d.l. cum
quidam.vt hodie disiuncta posita inter personas honoratas va
leat,& ponatur pro coniuncta ēt ꝯtrib. vt sic ponatur uel pro

&c.& sic cuilibet quæratur hodie pro virili,tamen speciali fauo
re dotis disiuncta non ponitur etiam hodie pro cōiuncta. vt pa
tet in d.l.Caius.quia auus fuit stipulatus dotem reddi illi nepti,
aut sibi,& tamen illi nepti quęritur actio de dote insolidum,et
non pro rata.nec hæredibus aui præmortui aliqua quæritur a-
ctio.vt tenet ibi Bar.& communiter docto.per illum text.in fi.
iuncto princ.ibi,an & cui actio ex hoc facto, & stip.competat,
& utrum hęredi materni aui , an nepti &c.& sic quærendo ibi
Iurisc.cui quæratur actio ex illa stipulatione,& nominatim an
quæratur hæredi mortui aui.& respondendo ibi in fin. quod il
li nepti ex ęquitate fauore nuptiarum detur actio ergo per ex-
pressum videtur negari dari actionem hęredi aui materni.l.cū
prætor.§.de iud.& c.nonne.de præsumptio.cum simil.b.Quia
immo Bart.& communiter doctores ibi tenent,quod si etiam
fuisset viuus auus tempore diuortii facti,illi nō cōpeteret actio
quasi videatur adiectus solutioni,& nō obligationi fauore nu-
ptiarū.& ne mulier remaneret defraudata dote,si ipsi auo cō-
peteret actio & sic eadem ratio æquitatis ibi vigeret in auo,si-
cut in eius hęredibus & idem tenuit Bartol.in dicta.l. vxorem.
§.testamento.& fuit de mente Bald.in dic.l fin. C.communia
vtriusque iud.ante fi.& ita est tenēdum,quicquid aliter volue-
rit Bal.in d.l.Caius.aliter intelligendo illum tex.secundum no
uum intellectum Petri de Bellaperti.Et sic ita tenendo , & in-
telligēdo illum tex.prout cōmuniter intelligitur,resultat aliud
not.speciale fauore dotis & Trigesimumoctauum, quod licet
120 *Statutum valere, quod filius mercatoris teneatur ad debita patris, etiam si non sit eius hæres. & qua ratione filio consuli possit aduersus statutũ.*

LEx prima. Ista l. prima est situata in hoc titulo, ideo veluti prima filia quę ducitur ad nuptias a parentibus, ampliorem dotẽ cęteris. ll. a scribentibus reportet, vt in simili dicit iurisconsultus in l. 1. C. de fer. lig. & licet Moder. super hac lege multa scripserint, multa quoq; omiserint, in quibus alienus labor se potest exercere, multa quoq; postea deerunt quæ indigẽt maiori excussione, & ideo hanc legẽ per modum cuiusdam breuis repetitionis commentabor. Summate hanc legẽ, & in ea pone casum vt per Barto. & docto. iur. † Not. primo ex isto tex. in verbo, semper, iuncta l. in rebus. § omnis. C. de iure dot. quod licet hæc dictio, semper denotet temporis perpetuitatem, per eam tamen non excluditur beneficium præscriptionis. ita hic no. Bal. pro quo facit gl. in l. in cognitione in fi. ad Sylle. quem ad hoc no. Alexand. in l. nemo. col. pen. infra de leg. 1. idem est in dictione, quandocunq; glo. est notan. in c. 1. super verbo, quandocunq; de feu. dat. in vicem. l. commisso. in vsib. feud. † Ex quibus infero ad quæstionem, in qua consului in partibus Germanię in causa quorundam comitum, & semper de facto solet contingere, nam fuerat venditũ castrũ certo præcio cũ pacto, qđ emptor teneatur illud retro vẽdere quãdocunq; ipse, vel eius hæredes præciũ obtulissent, fuit dubitatum an huic pacto possit vllo tẽpore pscribi per emptorẽ. Ange. in consi. 54. incipiẽ. Iulianus. tenet quod huic pacto præscribatur spatio. xxx. anno. & Pet. de Anch. in cons. 332. tenet, quod huic pacto præscribatur spacio. x. annorum. Ego autem consului cõtrarium duplici ratione, prima est, qa † quando verba prolata a disponente sui natura sunt importare infinitatem seu perpetuitatem tunc infinitas toleratur, seu est admittenda l. in annalibus. C. de lega. l. si ita stipulatus fuero a seio. ff. de fideius. no. Bart. in l. quæ bona. § fi. ff. de dam. infec. sed ista verba quandocunq; & similia sunt apta importare perpetuitatem temporis, igitur quãtocunq; tẽpore admittitur vẽditor volẽs retro emere oblato pręcio emptori. Secũdo adducebam, qa dictũ pactũ videtur collatũ in liberã voluntatẽ ipsius vẽditoris, & sic cẽsetur factũ sub cõditione potestatiua, qđ colligitur ex nota. p Bart. in l. si decẽ cum petiero. ff. de verb. obli. in fin. tunc sic. facultati † ad implendi cõditionẽ potestatiuã nullo tẽpore potest præscribi. l. sui quoq; § fi. ff. de de hær. inst. ĩ fi. & l. fi. ĩ fi. de codi. inst. p quæ iura sic dicit Barto. in l. pignoris. ff. de vsuca. & ista fundamenta quidã tacito auctore sibi ascripserunt habita a me copia dicti consilij. Sed aduerte, quia hęc decisio videtur dubia † cum sit, qp per pactum non possit renunciari præscriptioni, prout no. Barto. in l. nemo potest in 2. colum. vbi aliquando dixi. ff. de

Margin numbers in body: 1, 2, 3, 4, 5

ri.ff.de leg. Abba.in rub.de præſcriptio.& ibi Felyn.adducens
quotiſ-er-o per illa verba quandocunque,& ſimilia non vidẽ
tur contrahentes renunciaſſe beneficio præſcriptionis,cum &
per pactum expreſſum ut dictum eſt,renunciari non poſſit.qa
nec talis voluntas diſponentis valuit ad ea, in quibus in ſpecie
diſponere non potuit.c.a nobis.vbi Abb.de ſentent.excomun.
l.Lucius.§.pe.in fi.ad municip.in verbo.cum ad ea quæ man-
dari poſſunt,voluntatem ſuam dediſſe videatur.not. Bart.in l.
ſub conditione.de condi.inſtitu.Bal.in l.fi.§.in computatione.
C.de iur.delibe.& hoc modo tollitur prima ratio adducta pro
hac deciſione.præterea,hæ dictiones ſemper,& quandocunq.
& huiuſmodi,non excludunt beneficium præſcriptionis,ergo
6 & cæter.†Sed his non obſtantibus adhuc adhæreo primo fun-
damento,cui non cadit reſponſum. Nõ obſtat quod fuit dictũ
quod præſcriptioni per pactum non poteſt renunciari, nam il-
lud procedit,quando eſt orta actio, ſed quando ius aliquod fa-
ciendum eſt ſequendæ actioni cõpeliturum,huic iuri non præ
ſcribitur.quia præſcriptio eſt introducta ad extinguendum ali-
quod ius formatum.& in eſſe productum,non ius in eſſe dedu
cendum,hæc eſt doctrina Bart.in d.l.pignori. ff. de vſucap.ſed
venditori competit actio contra emptorem, & ſic ante preciũ
ſolutum non eſt orta actio.l.2.C.de pact.inter empt.& vend.ſe
quitur hinc,quod iuri offerendi pretium nullo tempore poteſt
præſcribi,& ita pertranſeo,ſequẽdo quod alias tenui,quod no-
7 ta,quia ſæpius verſatur iſta queſtio in facto. † Secundo not.qđ
cauſa dotis eſt priuilegiata,& præcipoa,ex quo infert hic Paul.
de Caſt.quod non eſt inepta ſoluto dicere, ſpeciale eſt in dote
cum multa priuilegia ſint ei a iure attributa,de quibus dicetur
in proceſſu materiæ.hinc eſt,quod in dubiis pro dote eſt iudi
candum.l.in ambiguis.ſup.de iure doct.c.fi.de ſenten. & re iu.
8 †Tertio not.quod cauſa dotis eſt priuilegiata fauore publico,
principaliter tamen reſpicit vtilitatem ipſarum mulierum ob
cauſas,de quibus in l.aſſiduis.C.qui pot.in pig. hab. & inferius
hoc vult Bart.hinc eſt,quod tali fauori cum iuramento poteſt
renunciari,cum non ſit principaliter publicum.c.cum contin-
gat.de iureiur. Barto.in l.ſi quis pro eo.in fi. de fideiuſ. Sed hic
aduertendum eſt,nam quando aliquid eſt ſtatutum fauore pu
blico,licet illud principaliter reſpiciat vtilitatem priuatam,tũc
illi ex pacto renunciari non poteſt,ſicut quãdo id quod ſtatuit
lex,principaliter & directo reſpicit vtilitatem publicam, hæc
eſt doct.Bar.in l.ius publicum.ff.de pact.adducit tex. in l.dedit.
ff.de pactio. Sicut ergo quando aliquid principaliter ſtatutum
eſt fauore publico, ei cum iuramento non poteſt renunciari,
vt not.per glo.& ſcribentes in c.ſi diligenti,de foro compe.ſic
ergo renunciare non poteſt cum iuramento in caſu præmiſſo,
& ſic diſpoſitio d.c.cum contingat. non videtur fundari ratio-
ne.Sed poteſt dici ex hoc fundamento, quod alienatio non fir-
metur iuramento,licet iuramentum debeat obſeruari. Ex quo
fit,quod petita abſolutione a tali iuramento res dotalis poterit
peti,quia alienatio nulla eſt,concluditur tamen ibi, quod alie-
natio firmetur iuramento prout ibi aliquando dixi. Et ideo pu
to huic difficultati aliter poſſe reſpõderi,nam ibi alienatio fun
di dotalis firmatur iuramento,quia cauſa quæ mouit legiſlato
rem ad prohibendum alienationem fundi dotalis, non fuit fa-
uor publicus,ſed vtilitas priuata,vt oſtendam, ideo non eſt ma
lum,ſi iuramento firmetur huiuſmodi alienatio, vt per Bart.
loquentem in caſu econuerſo in l.ius publicum.ff. de pact.qđ
autem vtilitas priuata fuerit cauſa huius cõceſſionis, probatur
inſtit.quib.alien.licet vel non.ibi, ne ſexus muliebris fragilitas
9 in perniciem earum ſubſtantiæ conuertatur. †Quarto not. ſe-
cundum caſum hic poſitum per Bart.quod ſi reperiantur duo
inſtrumenta continentia hypothecam eadem die confecta,ita
quod non conſtat de prioritate ipſorum,& vnũ contineat con
tractum dotis,& alterum contractum mutui,præſumitur ſem
per pro cõtractu dotis,& ille præſumitur prius celebratus,quã
contractus mutui.& idem tantum Bart. in l. in ambiguis.ff.de
iur.dot.Bal.in l.dotis.C.eo. Alex.& cæteri Mod.hic. iſtud pro-
cedit etiam in cauſa libertatis.l.inter pares.ff.de re iud.Cy.in l.
in exercendis.in 2.q.C.de fide inſtrum. ex quo infero idem eſ-
ſe in pia cauſa ita tenet Rom.in authen.ſimiliter in 13.ſpecia-
10 li piæ cauſæ.C.ad l. Fal. †procedit enim argumentum de liber-
tate ad pias cauſas ita arguit Bart.in l.ſi vnus. C.de teſti.& in l.
proxime.ff.de his quæ in teſta.delen. Hinc eſt, quod licet lega-
tum reuocatum alienatione voluntaria facta per teſtatorẽ non
recõualeſcit ſequuta acquiſitione.l.cum ſeruus.ff.de alim.leg.
attamen hoc nõ habebit locum, quando legatum fuerit factũ
piæ cauſæ.ſic decidunt Bal.& Imo.in l.3.in prin. de hære.inſti.
Ang.§.ſi rem ſuam.inſti.de leg.adducentes tex.loquentem in
legato libertatis in l.rerum in prin.ff.de ma.teſt. Soleo tamen
cõtra hoc allegare tex.in l.primo gradu.inf.de his quæ in frau.
cred probantem,quod maior fauor debetur legato libertatis.
quam legato alimentorum, quod tamen parum eſt. l. mela.in
princ.ff.de ali.& cib.leg.ergo non videtur bona argumentatio
11 de libertate ad piam cauſam affirmatiue. † ſtãte tamen iſta il-
latione infertur,quod ſi producantur duo teſtamenta eadẽ die
confecta,& in vno ſit inſtituta pia cauſa,& in alio alius, præſu-
mitur pro teſtamento in quo pia cauſa eſt hæres, quod ſit po-
ſterius,& ſic quod reuocat omnia alia teſtamenta, quia illud
eſt vtilius piæ cauſæ ita præſumendo.§ poſtea not. inſtit quibus
mod.teſta.infir.quod eſt no.ad ea quæ no. Bar.in l.1.§.nos aũt.
12 in fi.ff.de bo.pos.ſecundum tab. † Infero & tertio idem eſſe in
fiſco,cum fiſcus & mulier in dote æquiparentur.l.2.ff.de priui.
fiſc.& ſtatim dicetur,ita tenet Barto.in l.1.C.de iure fiſci.libro
decimo.& idem ſentit Salyc.in l.2.C.de priu l.fiſc.in quantum
inter dotem & fiſcum relinquit ſub dubio,ergo vult,quod fiſ-
ſcus præferatur priuato. Dyn. tamen & Bart.tenent contrariũ
per tex.in l.non puto.in fi.de iur.fiſ.Matheſi.in not.72. dic.t.q
d.l.non puto.eſt ſingularis, & intelligitur, ſiue queſtio ſit du-
bia de iure propter doctorũ opiniones,ſiue ſit dubia,quia duo
ordinarii protulerunt ſententias cõtrarias, ſiue ſit dubia in pro
bationibus. Sed contra hoc arguit multipliciter Bald.nouel.in
ſuo tractatu de dote in decima parte in 2.oppo.cuius fundamẽ
ta tacito auctore ſibi aſcribit Soc. Et vt iſte articulus bene ordi-
netur,referam fundamenta doctorum addendo vbi opus erit.
13 †Primo mulier & fiſcus circa fauores a pari iudicantur iuxta.
glo.in l.dotis.C.de iur.dot.& probatur in l.2.C.de iur.fiſc.quæ
bene probat quicquid dicat Bulg.& induco illam legem, nam
fiſcus prior tempore præfertur doti, & ecõtra mulier fiſco,ſed
iſtud non poteſt procedere alia ratione , niſi quia vterque eſt
pariter priuilegiatus , ideo dato concurſu vtrumque ſe mutuo
confundunt eorum priuilegia,ideo locus erit iuri communi.l.
aſſiduis.§.exceptis.C.qui potio.in pign.hab.l.ſed & milites.§.1.
ff.de excu.tut.notatur in auth.quas actiones.C.de ſac.ſan.eccl.
Præterea & ſecundo adducit tex.in l.1.C.de iur.fiſ.lib.x.& li-
cet Bar.dicat eſſe ſpeciale in caſu,in quo fiſcus agit contra do-
natarium habentem cauſam lucratiuam a debitore fiſci, & ſic
contra prætendentem cauſam lucratiuam,tamen Bal.in l.ſi de
bitor.C.de priuileg.fiſc.dic.idem eſſe ,quando fiſcus ageret
contra prætendentem cauſam oneroſam , & hoc idem etiam
eſt de mente Ang. in l.matre.in fi. C.de prob.quorum opinio
ſecundum præfatum doctorem eſt verior, quia ibi imperator
non facit vim in donatione,ſed ſimpliciter reſpondet conſulta
tioni quo caſu non debet fieri interpretatio quod reſponſio le
giſlatoris fundetur ſuper iure diſpenſatiuo,ſed ſuper iure com
muni iuxta not.per glo.in c.ſi vero ex parte.de teſti & in c.con
ſuluit de tempo.ordinan Præterea & tertio, lex fauet fiſco in
caſu,in quo certum eſt ipſum non eſſe priorem tempore . l.ſi
is qui.ff.de iure fiſ.ergo multo magis eſt ei fauendum in caſu,
in quo eſt dubium,an ſit prior tempore,uel ne , vt in text.præ-
miſſo. Quarto arguit hic Bulgarinus, dicendum non eſt.quod
lex ſibi voluerit adinuicem contrariari.l.vbi repugnantia.de re
gu.iur.§.de quibus in 1.conſti.C.ſed priuilegiare fiſcum reſpe
ctu perſonarum priuatarum earundem reſpectu reddit ipſum
deterioris conditionis,hæc repugnant, quia in vno oſtẽdit cau
ſam fiſci eſſe fauorabilem,in altero oſtẽdit illam eſſe odioſam,
14 igitur &c.† Vltimo adducitur authoritas Spe.in tit.de teſtib.§.
poſtquam.ver.quid ſi onus.quem ibi ſequitur Io. And.& Ant.
in c.in noſtra.extra de teſt.vbi dicit,quod qñ probationes ſunt
pares in cã vertente inter fiſcum & priuatum,ſicut fauetur ec
cleſiæ contra priuatum,ſic etiam fauetur fiſco,& per hoc nota
tur,quod in omnib.cauſis in quib.iudicibus diſcordantibus in
prælatione ſententiæ præualet ſententia lata in fauorem vnius
vt in caſu.l.inter pares.ff.de re iu.in eiſdem data paritate teſtiũ
teſtes præferuntur,qui deponunt in fauorẽ dictam in cauſatũ.
& no.in l.lege Iulia.& Papia.ff.de manu. quam ad hoc addu-
cit Bal.in c.pe.§.promptiores.in tit.hic finitur lex Corn.& in l.
magiſtratus.C.quan.proco.non eſt neceſ. Are.in c.a.in noſtra.
de teſti.Sexto vltra doct. ſic arguo cauſa fiſci principaliter re-
ſpicit publicam vtilitatẽ,ſed cã dotis priuatã, vt inferius decla-
rat Bar.tunc ſic,in dubio præſumitur inſtrũm dotis eſſe prius cõ
fectũ ſcđm Bar.& alios hic,ergo multo magis hæc præſumptio
erit capiẽda in fauorẽ fiſci, cuius cã reſpicit publicã vtilitatem,
probatur iſta minor in l.aut ſcđa.ff.ad munic.iuncta.l.Lucius
Titius.ff.de admi.tut.quæ iura ſimul iuncta probant, qđ fauo-
re publico pr̃tacẽs vr̃ fideiubere pro filio,qđ ſecus eſt in mulie
re,cuius vtilitas eſt priuata principaliter , prout eſt in munere
15 tutelæ.Sic arguo†& iſtud eſt meũ nouũ fundamẽtũ , nã aliquo
caſu fiſcus & reſpublica præferũ dotalitatis notũ. C.in qb.cau.
pig.taci.cõtrah.& tñ nullo caſu mulier in dote pferẽ fiſco prio
ri tpe,ergo pactum,qđ cã fiſci eſt fauorabilior cã dotis.ſicut er
go fauore dotis pſumit eſſe prius inſtrũ cõfectũ , ergo multo
16 magis fauore fiſci.& ſequendo hanc opinionẽ. Non obſtat† d.
l.nõ puto.qa ſcđm Iac.de Belui.in l.vnic.§.fi. C. de cad.tolliſ ille
tex.non eſt intelligendus ſimpliciter & indiſtinctè, ſed in caſu
in quo fiſcus prætẽdit cauſam lucratiuam , & iſtum intellectũ
ibi tradit Cumanus,& hic Ang.in l.ſciendum in princ.de app.
recip.& in §.fi.inſti.quib.mo.teſt.infir. quẽ intellectũ ſiccaſ p-
bat Inn.col.9.ſed Alex.impugnat,quia eſt diuinatiuus,ſed po-

test, dici, quod imò ille tex. patitur illũ intellectũ cõsiderata natura tituli in quo illa lex situata est, quæ loquitur in delationibus factis fisco de his qui aliquod delictum cõmiserũt, ratione cuius fiscus vendicat eorum bona. l. imperatorem. ff. de in diem addictio. sed iste intellectus Iacobi alia ratione reprobatur, nam mulier in dote regulariter prætendit causam lucratiuam. l. fi. §. si a socero. vbi Barto. ff. de his quæ in fraud. credi. & in l. Meuius. §. duobus. ff. de leg. 2. in l. Meuio. §. 1. in fi eo. ti. sicut ergo præsumitur pro muliere, licet prætendat causam lucratiuã, sic & multo magis pro fisco, per ea quæ superius dicta sunt. Aliũ intellectũ ad illum text. ponit Bald. in dicto tractatu, in 9. parte dicens illum tex. procedere, quãdo est dubitatio super aliquo articulo iuris. illum intellectum videtur approbare glo. in d. l. non puto. dum vltimo loco ipsum refert. iuxta not. per glos. in l. qui filiũ. §. sabinus. ff. ad trebel. & Bar. in l. bona fides. ff. de bo. pos. & istum intellectum alias dixi esse probabilem, sed nunc nõ placet, quia illa verba in dubijs intelligenda sunt, siue dubitatio referatur in iure, siue in facto. c. licitatus. de rescrip. in fine. Alium intellectum ad illum text. ponit vterq; Senen. qui dicunt, quod lex nõ dicit, quod iudex nõ debeat pronũciare cõtra fiscũ sed dicit, quod iudex non delinquat. & sensus est, quod iudex nõ facit litem suam pronunciando cõtra fiscum, sed iste intelectus nõ potest procedere, quia si iudex tenetur in dubijs quæstionibus proferre sententiam pro fisco. & pronunciet cõtra eũ, sine dubio eius sententia erit iniqua quia vnicuiq; debet fieri iustitia c. nuper de don. inter vir. & vxo. delinquet ergo iudex aliter pronunciando, & sic facit litẽ suam. Ex præmissis ergo patet quod nullus intellectus hactenus a doctoribus ad illũ text. traditus est bonus. Ideo nouissime puto illũ tex. aliter posse intelligi, &

17 præmitto quod † causa fisci dicitur esse causa reipu. l. 2. ff. de iur. fisci & posito fisco, ponitur respubli. sicut posita specie ponitur & genus, ita dicit Bart. in l. 1. C. de iu. fisc. lib. 10 sicut ergo in dubio pronunciandũ est pro testamẽto. c. fi. de testa. quia in hoc versatur fauor publicus in consequẽtiam fi. l. vel negare. ff. queãd. test. ape.

18 sic & multo magis pro fisco, hoc præmisso † dico illũ tex. esse intelligendũ, quando fiscus agit ad illa bona, quæ sibi applicãda sunt ex crimine delinquentium, quod vt dixi suadet ex natura tituli, ex tali enim lucro nõ vult fiscus habere aliqđ priuilegiũ, sed vult vti iure cõi priuatorũ, ita dicit. l. quod placuit. ff. de iure fisc. sed in causis priuatorũ in dubio pronunciandũ est contra actorẽ. & sic in fauorẽ rei l. Arrianus, in fi. de act. & obli. & l. fauorabiliores, in fi. ff. de reg. iur. & c. in nostra, & ibi not. de testa. Secundo modo potest intelligi de iurecõsulto cõsulente in causa fiscali. qui nõ delinquit respondẽdo contra fiscũ ex sui facultate, cũ tunc nõ dicatur esse in dolo respondẽdo quia id proprie ad iurecõsultum spectat, qui consulẽtibus dat responsa, vt inquit tex. in l. 2. in fi. col. ff. de orig. iur. Vt tamẽ perfecte cognoscatur difficultas,

19 primo aliqui casus sunt cõsiderãdi † Primus, quando fiscus agit cõtra prætẽdentẽ causam lucratiuã. & tunc in dubio præsumitur pro fisco, ita dicit l. 1. C. de iure fis. lib. 10. quam ita Barto. vbiq; intelligit, licet in l. & quæ nondũ. §. 1. ff. de pigno. aliter intelli-

20 gat, vt statim dicetur † Secũdus casus est, quando fiscus agit contra prætendẽtem causam onerosam, hoc casu fiscus nõ erit melioris cõditionis, quam quilibet alius priuatus, quia in hoc nõ reperitur priuilegiatus, ita tenet Saly. in l. si debitor. C. de priuile. fis. vbi dicit, quod l. 1. C. de iure fis. lib. 10. nõ debet extẽdi ad eũ qui possidet ex causa onerosa, vt puta ex causa emptionis, duplici ratione, prima est, quia maior fauor debetur tractãti de dãno euitãdo, quam illi qui tractat de lucro amittendo. l. fi. §. licentia. C. de iure delib. l. fi. C. de codicil. secũda rõ est, quia facilius presumitur fraus in possidentibus ex cã lucratiua, quam ex cã onerosa. l. si quis in fraudem. §. si quis mutã. in fi. ff. si quid in fraud. patro. nec hic Bulgarinus, qui de Saly. nullã facit mẽtionẽ. Sed hæc cõclusio habet dubitationẽ quia tex. in d. l. 1. est fundatus super dispositione iuris cõis, nõ super aliquo iure speciali, cũ legislator rñdeat. quod præposite, iõ habebit locũ. si fiscus ageret cõtra possidentẽ tit. oneroso, & ita illum tex. intelligit Bar. in l. & quæ nõdũ. §. 1. ff. de pig. & Bal. in l. si debitor. ff. de priuileg. fis. non est dicendũ quod isto

21 casu pro fisco, præsumatur per rõnes de quibus sup. † Tertius & vltim⁹ casus est quando mulier cõcurreret cũ fisco, & isto casu præsumitur instrumẽtũ dotis prius cõfectũ, quam instrumentũ fisci, ita tenet Bal. in l. dotes. C. de iure dot. & in l. ad exactionem. C. de dot. promis. Nico. de neap. & vterq; Senen. hic pro hoc adducẽ-

22 tes, † quia cũ priuilegiatus concurrit cũ priuilegiato, præferẽtis qui magis est priuilegiatus. l. verũ. §. fi. ff. de minor. & hr. & no. in auth. quas actiones. C. de sac. san. eccl. sed mulier est magis priuilegiata quam fiscus, patet, quia præfertur creditoribus habẽtibus tacitã hypothecã, licet priores sint tẽpore. l. assiduis. C. qui potio

23 in pig. hab. et quibus tamen fiscus nõ præfertur. l. 1. C. rem alie. † Preterea, in dubio est pro dote pronunciandum. c. fi. de re iud. l. in ambiguis ff. de iur. dot. quæ regula non reperitur posita in causa fisci, quia imò statuitur contraria in l. non puto. ff. de iur. fis. Bal. iunior in d. tractatu pñti aperte, tenet quod fiscus & mulier in dote sint adequati. l. 2. C. de priuileg. fis. neuter præfera-

24 tur alteri. Alias in ista difficultate tenui, quod imò etiam in isto casu præsumat pro fisco, quia causa dotis, vt dictũ est, & ideo fiscus tanquam magis priuilegiatus præfertur mulieri. d. l. verũ. §. fi. ff. de min. & sic corruit fundamẽtũ Soci. qui dixit, causam dotis fore magis priuilegiatã quã causam fisci, non obstat, quod mulier præferatur creditoribus prioribus tẽpore, quibus fiscus non præfertur. & sic cessat priuilegium fisci. l. 2. C. de priuileg. fisc. gl. magna in d. l. assiduis. Præterea, licet fiscus non habeat priuilegium prælationis cõpetentis mulieri, habet tamen alia priuilegia, quę mulier etiam nõ cõpetunt, & robant, quia fiscus prefertur creditoribus habẽtibus expressam hypothecã generalẽ in bonis postea acquisitis. l. si is qui. de iure fisc. quibus tamẽ non præfertur mulier. glo. in d. l. assiduis quã ibi sequitur Saly. cũ quadam mod. ficat. de qua inferius dicetur. Et licet alias ita tenuerim, posset tamẽ dici contrariũ, scilicet quod vnus alteri nõ præferatur, vel quod mulier in dote fisco præferatur. Primã partẽ propositiõis probo sic, nã mulier in dote prior tpe fisco præfertur & econtra l. 2. C. de priuile. fis. istud nõ põt cõtingere alia ratione, nisi quia vterq; est pariter priuilegiatus, ideo offenditur ius cõe. d. l. assiduis. §. exceptione. stãte ergo incertitudine circa prioritatẽ, mutuo se ĩpediũt, & sic vnus nõ præfertur alteri l. si duobus. ff. de. adi. leg. & l. si fuerit. ff. de reb. dub. Præterea, licet cã dotis principaliter respiciat cãm priuatã, & publicã secũdario, de ea tñ est iudicãdũ vt de causa publica. l. de dic. ff. de pac. dot. Bar. in l. ius publicũ. ff. de pact. cũ ergo vtraq; causa cẽseatur publica tã fisci quã dotis, vna non præfertur alteri. Secundã partem quod mulier fisco præferatur, sic probo, nã mulier in dote in hoc censetur priuilegiata, vt pro ea in dubio sit pronũciandũ. d. l. in ambiguis. qđ priuilegiũ nõ reperitur cõcessum fisco, imò fiscus in hoc vtitur iure, quod seruatur in causis priuatorum. l. de contractib. ff. de rescis. vend. itẽ veniunt. § in priuatorum. vbi gl. ff. de petit. her. & ibi adducitur l. 1. C. de iure fis. lib. 10. ideo quod illa lex non cõprehendit casum dotis specialiter alere priuilegiatum, ar. eius qđ vult gl. in l. hac consultissima. in verbo. concernit. C. qui test. face. poss. quã ibi sequuntur scribentes. facit l. libertis. §. posthumus. ff. de alim. & cibar. leg. iuncta l. cum his. §. quæ mulier. ff. de condi. inde. Preterea & secũdo. priuilegia cõcessa dotis respiciunt vtilitatẽ omnium & hoc respectu dotationis, afferunt publicam vtilitatẽ. auth. res quę

25 C. com. de le. & inter ius hoc declarat Bar. † & hæc vtilitas præfertur vtilitati & commodo fiscali, de hoc est casus expressus in l. vnica. 6 fi. C. de cadu. tol. vbi dicitur quod cõmuniter omnibus prodest, hoc priuatæ vtilitati præferendum esse censeamus, & nostrum esse proprium subiectorum commodum. & c. Præterea & 3. fiscus reperitur priuilegiatus in genere, mulier aũt in spẽ scilicet cã dotis, & non in alijs bonis, ideo præferẽda est

26 fisco priuilegiato in genere l. fi. ff. ex quib. cau. maio. † Non obstat si adduceretur l. 2. ad mu. iuncta l. Lucius. ff. de admi. tut. quia ad illa iura rñdetur, quod ibi versatur publica vtilitas in communi & particulari, cum decurionatus sit magistratus, sed talis vtilitas præfertur omnibus alijs l. Sancimus. C. de sac. san. ecc. l. impensa ff. de relig. quæ iura ad hoc alle. Bart. inferius in ver. i. est quędam vtilitas. vel aliter & secundo, quod ideo in d. l. 2. pater tacendo vr̃ consentire, quia decurionatus est dignitas. l. spurij in prin. ff. de decur. cũ ergo expediat patri quod filius cõsequatur honorem, lex præsumit illum tacendo contentire l. qui patitur. ff. ad mun. & licet pater in contribuentium pro filio obligetur, illud incommodum non attenditur, sicut econtra commodum veniens in consequentia non consideratur l. 1. ff. de autho. tuto. sed non idem est dicendum in casu d. l. Lucius. quia tutela est principaliter onus, non honor. l. tria onera. ff. de excu. tut. ideo non subest equitas, quod fingatur fide-

27 iussisse pro filio. † ficto aũt non inducitur a lege nisi subsisten te æquitate. l. postliminio. in prin. ff. de cap. & post. Barto. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. pro emp. idem tenet Saly. in l. 2. C. de priu. fisc. & distinguit inter possidentem & nõ possidentem, nam præsumitur pro illo qui possidet. siue fiscus, siue mulier, prò quo faciunt not. per Bart. in l. cui ex liberis. §. testamento. & in l. 1. §. 1. in f. de bo. poss. secundum tabu. & in l. si inter. de reb. dub. facit. c. si a sede. de præb. in 6. & gl. in c. nulli. 10. q. 5. quę vult. quod si dubitetur, an bona per prelatum acquisita fuerint acquisita ex bonis ecclesię, præsumẽdum est pro possessore eorundẽ bonorum, ideo si bona illa prælati sint possessores talium bonorum, sit præsumptio, quod fuerint acquisita ex bonis proprijs prælati, faciũt etiam not. per Pau. de Cast. in consil. 10. aut primo. vbi vult, quod feudum præsumitur esse antiquum, si vassallus asserens compte possidebat. facit l. militis §. veteranus. ff. de milita. testa. Prædicta tamen de muliere

28 limitantur dupliciter, † Primo quando scripturã vxoris esset priuata facta cum duobus testibus recognoscentibus subscriptionẽ iuxta tex. in l. scriptura. C. qui pot. & ins. ẽm priuati cẽt publicũ, cõ stẽ præsumit pro instrumẽto publico. ita hic limitat Soci. dicẽs hoc esse de mente Cyn. satis clare in l. in exercẽdis. in 29. col. de fide instr. hæc limitatio non est simpliciter vera,

ideo

ideo fuit considerand' duo casus. Primus est, quando scriptu-
ra priuata est subscripta a duobus testibus duntaxat, & illo ca-
su respectu actionis personalis probat, ac si esset publica scriptu
ra d.l.scripturas. ideo mulier quæ est munita tali scriptura res-
pectu actionis personalis præfertur alteri, qui habet instrumen
tum publicum. Secundus casus est, quando scriptura priuata
habet subscriptionem trium aut quatuor testium. qui sunt in-
tegræ & vitæ probatæ & tunc habet vim publici instrumenti re
spectu actionis hypothecariæ.d.l. scripturas.in fin.ideo mulier
quæ probat dotem per huiusmodi scripturam, præfertur alij
producenti instrumentum eodem die confectum etiam actio
nis hypothecariæ, quia quo ad effectum paria sunt esse talem,
vel haberi pro tali.l.cum ex oratione. §.fin.ff.de excusat.tutel.
29 †Secundo limitatur in casu, in quo in alio instrumento quædã
adduntur, vel aliam causam priuilegiatam continet, & certum
tempus vt puta decima quarta hora, tunc pro instrumento do
tis non præsumeretur, in quo non fuit apposita hora, ita hic li-
mitat Socin. adducens not. per Bald. & alios in l.de rebus.C.de
don.ante nup. & per Ioan.de Pla. in l.1.C.de iure fisc.lib. x. ista
limitatio dubia videtur, quia non est opus, quòd in instrumen-
to apponatur hora, cum non inueniatur inter solemnitates re-
quisitas in instrumentis, de quibus per glo. in l.generaliter.C.
de tab.libr.10.& in auth. vt præponatur nom. impe.in princ.si
autẽ fuit apposita non auget ius aut effectum eius. l. 1.vbi Bal.
C.de leg.hær. & in c.1.de grad.succes.in feud.vbi dicit, quòd in
feudis non attẽditur ius cognationis, quia in eis soli agnati suc
cedunt, sed vtrinque coniunctus non præfertur fratri consan-
guineo, sed pariter succedunt, quia qualitas cognationis non
consideratur, & in illa materia non auget ius fratris vtrinq; cõ
30 iuncti, & sic limitatur authen.itaque. C.com.de succes.† Præ-
terea dicẽdum totum contrarium, quod posterius, quando in
eo fuit apposita hora. quia per appositionẽ horæ certi sumus
quod instrumentum prius ante dictam horam non fuerit con
fectum, & sic præsumi potest pro altero instrumento, in quo
hora non fuit apposita, nam in incertis nõ autem certis locus
est coniecturis.l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff.de leg.3.l.conti-
31 nuus.§.cum quis.ff.de verborum obligatio.† Nota tamen pro
complemento huius materiæ duo. primum est, quod vbi repe
riuntur duo contractus eadem die celebrati, & nõ constat vter
eorum præcesserit, præsumendum est illud instrumentum es-
se celebratum, quod debebat fieri præambulum, & per quod
vterque contractus validatur, verbi gratia. reperitur filius fecis
se testamentum eadem die, reperitur instrumentum emanci-
pationis, nec constat de prioritate illorum actuum, præsumen
dum est, actum emancipationis præcessisse, quia aliter præsu-
mendo testamentum esset nullum l.3.§.1.ff.de leg. 3.hanc do
cto ponunt Cy.& Bal.in l.cum in testamento per illum text.§.
hæc verba inf.de here.instit. Alex.in consi.85. incip. 4.in 3.col.
in 3.vol. Secũdo notate, quod appellans debet inserere horam
de momento ad momentum ideo est possibile, quod decima
die iam sit inchoata vndecima, & ita tenent Moder.& Ang in
l.1.§.dies.inf.quando appel.sit.& Fely.in c.quod ad consulta-
tionem.col.14.de iud.versic.quarta conclusio. Quinta not. qđ
32 causa dotis est præcipua ex quo ego infero† quod in dispositio
ne generali non cõprehenditur contractus dotis, quando non
esset fauor ipsius dotis, quod comprehẽderetur, nam quæ spã-
li digna nota sunt, nisi exprimantur, censentur omissa.c.quam
uis.de præben.in 6.l.item apud Labeonem.§.hoc edictum.ff.
de iniur.ideo dicit Pau.de Cast.in consi.121.inci.licet domina
Elisabeth.quod est repetitum in consi. 215. quod per genera-
lem quitationem vel liberationem non censetur renunciatum
doti in casu, in quo dos succedit loco legitimæ.l.si quando.§.&
generaliter.C.de inoff.test.dicit etiam Salic. in l.fin. C. de iur.
dot. quod statutum generaliter disponens quod instrumenta
publica non probent, nisi reperiantur registrata in memoriali-
bus, non comprehendit instrumẽtum dotis, licet loquatur ge-
neraliter, & idem tenet Bald. nouellus in suo tractatu de dote
in v.par.priuileg.48.inferens, quod statutum disponens filium
familias non posse obligari sine consensu patris, non procedit,
quando ille pro dote se obligat, pro quo adducit l.fi.C.ad Vel-
33 leia.& l.promittendo in princ.ff.de iure do. †Distinguendum
puto, quod aut statutum loquitur per verba generalia, & tunc
comprehenditur etiam instrumentum dotis, licet eius cã præ-
cipue sit fauorabilis.l.obligari de autho.tut.vbi sermo genera-
lis comprehendit actum primum scilicet libertatis in eius præ-
iudicium.l.1.§.quod autem.ff.de his quæ in frau. credit. & l.1.
§.fina.ff.de milita.testam.in verbo, determinatio Papiniani ge
neralis est.ideo dicit Pau.de Cast.consi.255.incipien.primo vi
dendum in fin. quod confessio generalis facta per mulierem
quæ confitetur se habuisse & recepisse omnia legata & præle-
gata facta in testamento, comprehendit etiam prælegata dotis
quando habet naturam meri & puri prælegati ut ibi per eum.
Fallit hoc quãdo dos specialiter est priuilegiata priuilegio clau
so in corpore iuris ciuilis. illi enim non censeretur derogatum
per statutum speciale, per ea quæ vult glos.in l.2.§.delegatis.ff.
de iudic.& Barto.in authẽ.qua in prouin.C.vbi de crimin.agi
opor cum suis concordantiis. Secundus casus est, quando sta-
tutum loquitur indefinite, & tunc non comprehenditur in eo
causa dotis, cum sit pia, vt statim dicetur, ideo non includitur
in sermone indefinite prolato.l.libertus.§.postliminium.ff.de a-
34 limen.& cib.leg.& hoc probatur ratione. † nam indefinita æ-
quipollet vniuersali ex quadam interpretatione, non ex pro-
prietate verborum.l.si senatus.ff.de ser.vrb.præ.not.l.si plurib.
ff.de leg.2.in fin.interpretatio autem non sumitur in præiudi-
cium piæ causæ, doctrina est Petri de Ancharã.in consi.43.vbi
vult, quod dispositio.l.cum auus.ff. de condit. & demonstr.&
l.cum acutissimi.C.de fideicomm.nõ procedat in casu, in quo
ipsa causa fuit substituta. Vlterius not. quod causa dotis est fa-
35 uorabilis.sed nunquid dicatur † pia? dic te quod sic largo mo
do.l.cum his.§.1.si mulier.ff.de cond.ct.indeb. Bart.in l.si con-
stante.in 7.q.primæ.q.principalis.inf.eod & in l.2.§.fi.ff.de do
nat.& l.si ego.sup.de iure dot. Bal.in l.mandatum.in 4.colum.
mand.& l.sicut.C.de actio.& oblig.& l.qui in alieno.§.quam
quam.sup.de nego.gesto. Bald.in tractatu de dot.in v parte.in
1.& 2.column. ex quo ego infero, quod si vnus dotet sororem
de communibus bonis sciente altero fratre & non contradi-
cente, non potest ille frater aliquid petere tempore diuisionis
ante partem ratione huiusmodi dotis, quia fauore piæ causæ
sciens & non contradicens præsumitur consentire.auth.si ser-
uus & ibi Bald.C.de episcop.& cler.cap.si seruus.54.distin.per
quæ iura hoc voluit Roma.in consi.311.incip.in casu proposi-
tæ consultationis in primo dubio.& idem voluit Ioan.de Imo
la, in suo consi.incip.in casu præmisso. de quo meminit Socin.
in consi.cccxcj.incip.visis.col.6. quod est notabile ad limitatio
nem tex.in l.si socius pro filia.inf.pro socio.per quem tex.com
muniter tenetur, quod etiam socius omnium bonorum non
poterit dotare filium de communi, nisi factum fuerit id inter
eos, prout voluit Pet.de Anch.in consi.cclix.& in consi.32.in-
cip.materia de qua quæritur, quæ non est noua. vide Roma.in
consi.317.incip.quo ad primum. Aret.in consilio 48.incipien.
perspectis li.2.stricto tamen modo & propriè non dicitur cau
sa pia, ideo delegato dotis Falcidia potest detrahi, nisi fuerit re-
36 lictum pauperi, ita dicit Bald. nouellus in dicto suo tractatu. §
Sexto no.quod dispositio concernens commodum publicum
secundario licet principaliter concernat vtilitatem priuatam
fauorabilis est, ideo est late interpretanda.l.hoc modo. in fin.
de cond.& demonst.& ex hoc infero, quod multo magis dice
tur fauorabilis dispositio, quæ principaliter emanauit fauore
37 publico, hinc est † quod lex introducta fauore publico non reci
pit restrictionem de habilitate.l.si quis in graui §.vtrum.ff.ad
syl.ideo dicit Bald.in l.1.C.de prec.impe.offe.quod premium
delatum a statuto bannitum occidenti debetur bannito alterũ
occidenti, hinc est, quod cum in puniendis delictis versetur fa
uor reipublicæ.l.ita vulneratos.ff.ad l. Aquil.lex pœnalis exten
ditur, ne delicta remaneant impunita.glos.& Barto.in l.quem
admodum.C.de agri.& censi.lib.10.& in l.2. §.exercitum.ff.
38 de his qui not.infam.† Septimo not.rationem rationis, cur do-
tis priuilegia sint concessa contra regulas iuris communis, quæ
est, ut ciuitas repleatur liberis hominibus, & sic procreatio so-
bolis videtur fuisse causa finalis legis huiusmodi priuilegiorũ,
ex quo videntur duo posse inferri. Primum est, quod mulieri
sterili non competunt priuilegia dotis, quia in ea cessat causa
ob quam emanauerunt priuilegia doti concessa, ideo priuile-
gium cessare debet.l.sicut.& l.plane.ff.de ope. Secundo vr in-
ferri, quod mulier quæ nupsit non habita dote, non amplius re
tineat priuilegia doti concessa, cum iam maritum inuenerit.
39 vtraque illatio reprobatur per docto. †& circa primam illatio-
nem dicite, quòd immo mulier sterilis habet priuilegium do-
tis, prout concludit Barto.in pen.col.quem doct.communiter
sequuntur, eo quia licet in muliere sterili cesset ratio pro crean
de sobolis, aliæ tamen non cessant, de quibus in d.l.assiduis.C.
qui pot.in pig.hab.ideo succedit gl.de qua in §.affinitatis.insti.
de nupt.& pro hac opinione Barto.in dicta l.assiduis ponderat
illum text.ibi dum dicit, siue liberos habuerit ab initio, siue nõ
qui text.non probat secundum Modern. hic, quia quòd mu-
lier liberos non habeat, hoc potuit contingere ex culpa mariti
vel ex diuersitate complexionum. Fallit, quando mulier esset
sterilis propter impotentiam causatam a natura, ita limitat Bar
to in l.si quis posthumos.in princ.infra eodem & hoc sequun-
tur cõiter scriben. sed in hoc potest dici cõtrarium, quia licet in
hac muliere nõ adsit facultas procreãdæ sobolis propter im-
pedimentum naturale, ex quo tamen cũ ea põt cõtrahi matri
monium, argu.l.cum seruo.§.fi.ff.de iur.do.erit dos.& sic erit
locus priuilegijs concessis doti. vt hic latius declarat Bulgari.
& bene, vt hic dicit Soc. vt hic per eum, qui multa verba effun
dit, declarando quid sit spado. Præterea & in ista muliere nõ
cessant rationes, de quibus in d.l.assiduis.ideo licet cesset ratio
sobolis procreandæ, non tamẽ cessat talis dispositio.d.§. affini-
tatis.

tatis. Preterea & tertio, lex quę cōcessit priuilegia dotibus propter sobolis procreationē non habuit respectum in genere ad naturā mulieris, quæ nata est, vt filios procreet, licet ergo reperiatur mulier, quæ sit impotens ad procreandum, ex hoc non cessabunt priuilegia dotis, istud probatur ex optimo simili, nā pupillus ideo testari non potest, q̃a nōdum stabilem mētem adeptus est. l. fina. C. de testa mil. ista prohibitio nihilominus habet locū in pupillo, qui ante pubertatem stabilem mentem adeptus s̃m doct. ibi. & in l. 2. de testa. probatur in §. sed neque insti. de auto. tuto. & in l. 1. C. qui & aduer. quos. iuncta. l. 1. ff. de mino. quæ optime probat, si recte inducatur. Secunda il-
40 latio reprobatur per Barto. & alios in l. nupta infra eo. † Octauo & vltimo not. ꝙ in procreatione liberorū hominum versatur fauor reipublicę, ideo iurisconsultus in l. cū ratio. §. 1. ff. de bo. dāna. refert Adria. dicere solitū ęquidē ampliari imperium, hominū adiectione potius quam pecunia. & l. 1. §. gñaliter. de ven. in pos. mit. ibi, non tantum &c. & ideo dicit Bald. in l. vt vim. in 9. q. ff. de iusti. & iur. q̃d cui libet est licitum impune occidere aggressorem alicuius, quia talis aggressor infert vim reipublicæ, quam quilibet de populo propulsare potest. & idem tenet Bal. in l. rapt ores. C. de epis. & cleri. Inno. in c. si vere. de sentē. excō. & ex istis sint expedita nota. Capio glo. in verbo, causam. quia varijs modis exponitur dictio, causa, de qua in text. & expediendo dictam eius doctri. ex ea elicio non
41 nullas conclusiones. † Prima sit conclusio, actioni de dote cōcessum est priuilegium tacite hypothecæ. l. 1. §. illud plenius. C. de rei vxo. acti. §. fuerat. insti. de actio. ideo mulier prefertur omnibus creditoribus habentibus actionem personalem, licet sint priores tēpore, & sint priuilegiati in huiusmodi actione. l. eos. vbi glo. C. qui pot. in pig. hab. poterit etiam agere cōtra tertios possessores. l. alienatio. ff. de contrahē. emp. c. ex literis. de pign. contra quos non daretur actio. si ipsi competeret sola actio personalis. l. fi. §. fi. ff. de cōtr. empt. l. eius. ff. de do
42 na. l. 1. §. si hæres. ff. ad trebel. † dubium tamen est, an mulier excludetur spatio 10. annorum in actione hypothecaria quo ad cęteros creditores, prout dicto tēpore excluditur alius creditor. l. 1. & 2. ff. si aduert. credit. quæ iura adhuc non sunt correcta per auth. malęfidei. C. de præscr. trigin. anno. secundum Oldra. in cons. 16. de quo feci mentionem in l. Pomponius. §. cum quis infra de acqu. pos. videatur dicendum, quod illa iura non habeant locum in causa dotis, cum loquātur generaliter. per ea quæ supra dixi in 4. notabili. pro quo facit decisio Bald. in consilijs, quam hic allegat Ias. quæ vult. quod dispositio. l. bene a Zenone. C. de quad. præscr. non procedit in causa dotis. cogita, ista conclusio procedit etiam in casu, quādo vir nō receperit dotem, sed pater eius, nam & bona soceri erunt tacite hypothecata, quia consentit filio dotem recipienti, idem erat dicendum per Barto. & alios in l. si cum dotem. §. trans-
43 grediamur infra eod. † Secundo procedit hęc conclusio in dote putatiua. nam & ei est inductum priuilegium cuiusdam tacitę hypothecæ. iuxta glo. in l. si cum dotem. §. fi. infra eod. vbi Barto. & docto. idem tenent. & glo. in l. dabimus. in princ. inf. de priuileg. credito. & hāc opinionem tenet Cin. in l. assiduis. in 7. q. C. qui potio. in pigne. habean. & communis est hæc cōclusio, Contrarium sentit gl. in d. l. eos. & idem tenent Dyn. & Iacob. de Are. in l. 2. §. fi. infra de priuileg. credito. quorū opinionem dicit etiam veriorem Bal. in d. suo tractatu de dote. in 9. parte. & pro hoc arguit tripliciter. Primo, priuilegium tacitę hypothecæ per iura noua introductum est speciali fauore. d. l. vnice. §. 1. ergo non debet extendi ad quasi dotem, videlicet cum matrimonium nulliter fuit contractum, cum dos nō dicatur, nisi adsit matrimonium legitimum etiam in materia exorbitanti, & dispositio loquens in casu vero nō extenditur ad casum fictum etiam improprie. l. 3. §. hęc verba. ff. de nego. gest. Secundo sic arguit ex tacita hypotheca a iure inducta est actio ex stipulatu, & lege subintellecta. d. l. 1. §. sed vt plenius. circa finem. sed doti putatiuę a iure nō est introducta huiusmodi, prout vult glo. in §. si aduersus. institu. de nup. & patet, quia datur condictio ex causa ad repetendam dotem. l. 1. ff. de condict. ob causam. igitur cessat tacita hypotheca. argu. l. q̃d constitutum. de milita. testa. Tertio arguitur, quia nullibi cautum reperitur, quod doti putatiuę cōcessum fuerit hoc priuilegiū, sed erubescimus, si sine lege loquimur. l. illā. C. de col
44 lati. l. dissentientis. C. de repud. Sed istis nō obstātibus† sequor communem opinionem, pro qua vltra scribentes sic arguo, difficilius conceditur priuilegium prælationis quam tacite hypothecæ, sed priuilegium prælationis competit doti putatiuę in actione personali. l. si cum dotem. §. fi. infra eo. ergo multomagis competit priuilegium tacitę hypothecæ. assumptum probatur ex no. per Barto. inferius dum vult, quod priuilegiū tacitę hypothecæ competat extraneis hæredibus, quibus nō competit priuilegium prælationis, & ex hoc fundamento tollitur prima ratio Bald. nouelli. Secundo arguitur, hoc priuilegium tacite hypothecę respicit fauorem reipublicę, cuius interest, vt mulieres res datas in dotem pro matrimonio nullo repetere possint, vt alijs nubant, ita inquit iurisconsultus in l. 2. §.
45 fin. cum l. seq. inf. de priuil. credi. & † dispositio loquens in casu vero extenditur ad casum fictum, etiam quando dispositio emanauit principaliter, aut secundario in fauorem reipublicæ l. 1. §. bonorum. inf. ad Trebel. iuncta. l. 2. inf. de bono. pos. titu. gene. facit. l. ergo. §. fi. iuncta. l. prætor. §. 1. ff. ex quib. cau. maio. vbi edictum loquens de persona extenditur ad ciuitatem, quæ est persona ficta. l. mortuo. ff. de fideius. Tertio adduco glos. in l. licet. §. fi. ff. de fund. dot. quæ vult. quod fundus in dotem traditus pro matrimonio putatiuo alienari non possit, sicut quādo fuit traditus pro matrimonio vero, & ex præd ctis patet solutio ad primum fundamentum Bald. nouelli. Secundo argumento rñdeo, nam nō procedit, nam pone, quod mulier fuit stipulata expresse dotem sibi reddi, hoc casu non competit sibi tacita stipulatio, quia expressum facit cessare tacitum. l. fin. C. de pact. conuē. l. cum ex filio. §. fi. infra e. & tamen hoc casu competit tacita hypotheca, nam inducta ad augendum nō debent operari diminutionem nec econtra. l. cum tale. §. pactum infra de condi. & demō. l. si quis mancipia. de fun. instr. ista solutio est dubia, ideo reassumo istum articulum, & for-
46 mo quæstionem. † An in expressa stipulatione subintelligatur tacita hypotheca, & videtur quod sic, quia hæc expressa stipulatio subrogatur in locum tacitę, ideo eius etiam naturam sortiri debet. l. si eum. §. iniuriarum. ff. si quis cau. l. si donate. §. 1. supra de dona. inter vir. & vxo. Præterea, hęc expressa stipulatio ex quo tacite in est a lege, nihil operatur. l. 3 ff. de leg. 1. l. nō recte. C. de fideiuss. & per hanc finalem rationē ita tenet Bal. nouellus in prædicto tractatu in 10. parte. q. 10. In contrarium aūt sic arguitur. expressa stipǔlo extinguit tacitam, cum illa sit de iure spāli. l. fi. C. de pac. cōuē. gl. & Bartol. in le. 2. C. de iure emp. ideo priuilegia tacita hypothecæ concessa stipulationi a lege subintellecte non transfunduntur in expressam stipǔlonē, nisi id inter ptes actū fuerit. l. aliā. ff. de noua. s̃m vnū & bonū intellectum quem ibi sequitur Cumanus, & illum sequutus sum in l. ita stipulatus. in fi. de verb. obl. Non ob. prima ratio, quia regula procedit, quando fit subrogatio accumulatiue, secus si fiat æstimatiue, vt in casu isto. l. quod debitore. ff. de do. causa mor. Ang. Ro. & Mod. in le. certi condictio in prin. ff. si cer. pet. Non ob. ratio Bal. quia illa procedit, quando expressio fit sub conditione, secus autē si fiat dispositiue, talis enim expressio multum operatur, istud elicitur ex dictis Barto. in l. diē proferre. §. stati supra de arbi. & hoc eleganter declarat Aret. in d. l. 3. ff. de le. 1. sed iterū considero si dici pōt, ꝙ in eo adhuc habeat locū tacita hypotheca, eo q̃a per expssam stipulationē nō cessat tacita stipulatio, licet fuerit introducta de iure spāli & hoc fauore dotis vt dicit gl. in l. fi. C. de pac. cōuē. quam ibi approbant Cy. & cōiter doc. Bald. in d. suo tractatu de dote in 6. parte priuileg. 68. Non obstat vltima ratio, q̃a licet hæc conclusio nō probetur lege expresse, probatur tamē ex mēte legis
47 quod est idem cum lege. l. mulier. inf. e. Tertio † pcedit hęc cōclusio in donatione ppter nuptias. l. vbi adhuc. C. de iure dot. & quæ dicatur donatio propter nuptias, & qui sint eius effect⁹ videte Abb. in c. fi. de do. inter vir & vxo. Quarto procedit et in bonis postea a marito acquisitis. l. hac edictali. §. oībus. C. de secū. nup. si ergo maritus post dotem sibi datā acquirit aliqua bona, illa censent eē hypothecata. pro quo facit tex. in l. fi. C. q̃ res pig. obli. pos. argu. ab expressa hypothec. ad tacitā. Vltimo procedit in alimētis debitis vxori. Bart. in l. si cū dotē. §. sin autem in seuissimo ff. e. quē sequitur Pau. in consil. 8. sed cōtrarium tenet Bar. in l. Lucius. ff. de alimē. & cib. leg. quē sequitur Roma. in d. §. sin autē in seuissimo. p quo induco tex. in l. Lucius. C. qui pot. in pig. ha. vbi hypotheca cōtracta sup principali extēditur ad vsuras quarū debitū est odiosum, multomagis debet extēdi ad alimēta, ex q̃bus causatur debitū fauorabile. l. Luci⁹. §. 1. ff. de alimē. & cib. leg. iūcta. l. cū quidā. § 1. s. de vsur. nec dicas, ꝙ in casu. d. l. Luci⁹. pdiū esset expresse hypothecatum p vsuris, q̃a ille tex. sic intellect⁹ nullā haberet dubitationem cōtra. l. ancillę. C. de fur. & l. ꝙ Labeo. ff. de carb. edic. & si obijceres de. l. quæro. in prin. s. loc. respōdeo, ꝙ hypotheca q̃n de modico pÿudicio agitur, facili⁹ extēditur q̃ obligatio fideiussoris quæ obligatio augeretur, si ad vsuras extēderet. argumēto. l. fi. C. quæ res pig. oblig. poss. iūcta doct. Bar. in l. si ita de aur. & arg. le. Sed antequā vlterius pcedā, hic colligit diffi-
48 cultas. † An hęc tacita hypotheca contrahatur a tēpore quo dos fuit promissa viro, an a tēpore quo fuit numerata, de hypotheca expressa non est dubiū, q̃a in ea attēditur tēpus promissionis dotis. l. 1. s. qui pot. in pig. hab. sed dubiū est, quid in tacita hypotheca, glo. in l. fi. in verbo hypothecæ tenet, ꝙ contrahatur a tēpore dotis solute, & non prius, idē vult Speculator in tit. de solu. §. ante omnia. ver. sed pone. qui mouetur per l. primā. C. de dote cau. nō nu. adducit etiā text. in d. l. fi. ibi in verbo, re ipsa. & hāc opinionē ibi tenet Bal. in additio. ad Speculat. & pro hac opinione Bald. Nouellus in suo tractatu de

d ote

dote in 10.parte.in 8.charta adducit talem rationē, nā si tacita
hypotheca censeretur esse cōtracta tēpore promissionis, circa
idem concurrerent duo specialia, primum, quia fingeretur cō
tracta hypotheca. secundum quia illa tacita hypotheca trahe-
49 retur retro ad tempus factæ permissionis.† duo autem specia-
lia circa idem concurrere non possunt. iuxta not. in l.1. C.de
dot.promi. Contrariam opinionem tenuit Iac. de Aret. Ray.
& Barto.in d.l.fi.& ibi Saly.qui dicit hanc opinionē in iudican
do esse tenendam,quia in ambiguis dotibus fauendum est,sed
res dicitur ambigua,vbi sunt doctorum opinio. vt notatur in l.
leges.C.de legibus quinimo dicit Socinus in consil. ccxlix.in-
cip.pro inuestigatione cōmuniter tenetur, pro quo facit text.
in l.cum oportet.§.fin.C.de bonis quæ lib. Præterea,tacita hy-
potheca subintelligitur a lege, ac si a cōtrahentibus fuisset ex
pressa l.vnica.§.sed vt plenius.C.de rei vxor.actio.ergo illa taci
ta hypotheca recipit interpretationem passiuam a lege cū ma
teria sit fauorabilis.per ea quæ not. Alexan.in l.1.§.ex Falcidia
col 3.ff.ad leg. Falcid. Non obstat fundamentum Bald.nouelli
quod hic adest vnum speciale, quia quod hypotheca trahatur
ad tempus factæ promissionis, non fuit introductum speciali-
ter fauore dotis,sed ratione fundata a iure communi in d.l.1.in
fin.C.qui po.in pig.hab. Præterea fauore dotis plura priuilegia
circa idem possunt concurrere.l.fin.C.ad Velleia.& l.vnica.§.
50 sed vt plenius.C.de rei vxo.actio. Secundo† ex dictis Barto. eli-
citur alia conclusio, quòd priuilegium tacitę hypothecę con-
cessum actioni de dote transmittitur ad hæredes etiam extra-
neos.d.l.vnica.§.sed plenius.iuncta l.in omnibus.de reg.iur.vi-
de tex.qui facit in contra.in auth.vt immobilia.§.fi.col. v.pro
solutione videas Bald. nouellum in suo tractatu de dote in 12.
parte in fin.tertię col. Pro ista conclusione vltra docto.adduco
vnam vrgentem rationem,†nam tacita hypotheca intelligitur
in tacita stipulatione de sui natura.l.vnica.§.& vt plenius.C.de
rei vxo.actio.sed actio ex stipulatu transit ad hæredes mulieris
cum sua natura.d.l.vnica.§ sed vt plenius.& d.l.fin.§. exceptis.
C.qui potio.in pigno. habe. ergo cum priuilegio tacite hypo-
thecę. Bar.in d.l.post dotem.col.fi.inf.eo.dicit, quòd ad quem
cunque transit dos,transit cum priuilegio, quia eo ipso quod
dos fuit in esse deducta,priuilegia doti concessa habēt exequu
tionem. Et ex hoc infertur,quod hoc priuilegium trāsit in ces
51 sionarium mulieris.† quia quicquid est transmissibile,est cessi-
bile.l.ex pluribus.inf.de admi.tuto.& ita infert Bal.in dicto suo
tractatu de dote in 12.parte q.2. quæ illatio non est bona, quia
aliquid est transmissibile,non tamen cessibile.l.si mulier. §.ex
parte.supr. de iur.dot.iuncta l.cogi.§.item metianus,& l.apud
Iulian.§.vtrum.& §.antistia.& l.postliminio. ad Trebellia.be-
ne tamen sequitur,aliquid non est transmissibile,ergo nec ces-
sibile,& sic loquitur dic.l.ex pluribus.sed affirmatiue prędicta
consequentia non procedit. Sed contra hanc conclusionem
sic arguitur,priuilegia concessa doti respiciunt fauorem mulie
ris.& sic causa proxima immediata huius concessionis fuit fa-
uor mulieris,ergo debent esse personalia, cum proxima causa
sit inspicienda.l.socium qui in eo.in fi.ff.pro socio.glo.in c.de-
terior de homi.& in l.si mulier.inf. rerum amot.faciunt dicta
52 Barto.in hac doctrina in simili priuilegio. Pro solutione. †con
siderandum est, quoddam esse priuilegium concessum doti,
quod nulli alij competit, & tale priuilegium est personale,pro
ut est priuilegium prælationis,de quo in d.l.assiduis,quoddam
aliud est priuilegium concessum doti, quod respicit fauorem
alterius quam mulieris, prout est priuilegium tacite hypothe-
cæ,quod competit nedum mulieri, verum etiā marito aduer-
sus quemcunque promittētem dotem, etiam si fuit ipsa vxor.
præall.l.vnica.§.vt plenius,& isto casu tale priuilegium non cē
setur personale,sed ad hæredes transmittitur, & ista doctrina
40 tur. Et tenendo istam opi. non obstant contraria. † quia dum dicit, dos & fiscus paribus passibus ambulant. quia dico quod verum est respectu priuilegij in genere considerati nō autem specialiter considerando & sic concurrente priuilegio speciali cum generali attenditur speciale. vel secūdo negatur, quod paribus passibus ambulant, quia fiscus non excludit tacitam anteriorem, quod tamen facit dos. l. assiduis. C. qui po. in pig. ha. non obstat, si dicatur, quod quando inuicem concurrunt, paribus passibus ambulant, quia per hoc non sequitur, quod ex quo in hypotheca paribus passibus ambulent, ideo etiam in alijs a pari iudicentur alias sequeretur, quod cum hypotheca fisci & priuati regulariter paribus passibus ambulent. le. si pignus. C. qui po. in pig. ha. quod fiscus & priuatus in alijs dicerentur paribus passibus ambulare simpliciter. licet enim sit priuilegiatus in vna specie priuilegij, per hoc nō sufficit ad excludendum in alios. Bal. in d. authen. quas actiones. Ad leg. 1. C. de iure fisci. non satisfacit responsio Alex. quod illa lex habeat varios intellectus, quia cum communis sit, quod fiscus cēseatur habere hypothecam anteriorem, potest ex eo argui. vt no in le. cum prolatis infra de re iud. vnde dic melius. quod ille text. loquitur contra personam non priuilegiatam, nō cōtra mulierem pro dote agentem. sed obstat, si dicatur saltem per illam l. probatur, quod fiscus habet in spem priuilegium respectu hypothecæ. & sic videtur ipsalius, quam in muliere, quæ habet hoc in genere, quod in dubijs pro ipsa iudicetur. vnde dic, quod ibi text. loquitur in contractu lucratiuo, hic in oneroso, quia mulier agit ad restitutionem dotis suæ. Aliter etiam respondebat Burg. hic. videlicet, quod ibi sumus in casu claro, quod fiscus præfertur, qui nullo modo habebat fundatam intentionem suam ex instrumento, sed debebat probare rem in bonis debitoris fuisse. sed hoc est falsum. quia cum is haberet causam titulo lucratiuo ab ipso debitore, non erat necesse probare dñium, sed erat fundata intentio creditoris contra eum agentis, vt ponunt doct. Cy. Bart. & Bald. in le. de rebus. C. de do. ante nup. præterea ille tex. non considerat, qđ fiscus haberet probare dominium debitoris, sed hypothecā tantum, quæ probabatur ex instrumento, quinimo si hoc est in casu claro, secundum eum fortius esset dicendum in dubio vt ipsemet arguit per. leg. 1. in princi. C. de rei vx. ac. vnde dic,
41 † quod alius est sensus illius tex. quem considerem docto. videlicet quod fiscus agebat reuocatoria contra donatarium, in quem per debitorem erant alienata omnia bona quo casu est præsumptio fraudis. vel etiam maior pars bonorum. l. g. omnes. §. Lucius. quę in frau. cred. nec illi erat necessariū probare rem in bonis debitoris fuisse, quia agebat contra possidentem a debitore vt dixi. vnde fundata intentione fisci, ad hoc vt ille fiscum excludat, debet probare donationem perfectam. nam ex quo possidet titulo lucratiuo. nisi probet donationem. i. traditionem secutam, vt ibi explicat glo. præsumeretur contractus simulatus. l. sicut. § superuacuum. quibus mo. pig. vel hypo. & Bart. in l. post contractum. de dona. vnde ille probando hoc. & etiam probando prius alienata, quam fisci rationibus obligaretur, non reuocatur donatio. non est ergo ibi, quod fisci hypotheca anterior præsumatur, sed quia fiscus etiam probauerat, quod ei erat probandum.
42 † Non ob. tex. in l. si is qui. quia licet fiscus alios anteriores excludat. non tamen excludit priuilegiatos, de quibus ibi nihil dicitur. præterea debilius est ius fisci in excludendo, quam dotis. nam fiscus excludit duntaxat respectu bonorū postea quæsitorum, vt ibi, mulier autem respectu omnium excludit habentem tacitam anteriorem. d. l. assiduis. a quibus fiscus excluditur. d. l. si pignus. Non ob. lex satis notum. quia ille casus specialis est, & non trahendus ad consequentiam. l. ius singulare. de legi. & si vno casu fiscus, alio mulier præfertur. d. l. si pignus

Non ob. l. vtilitas. C. de primipilo lib. 10. quia verum est eo casu quia respicit commodum vniuersale. alias sequeretur, qđ fiscus semper esset potior muliere. contra d. leg. 2. C. de priuileg. fisc. Ex his ergo habes, quod ratione fauoris instrumentum præsumitur prius confectum. Hoc limitant doc. hic, nisi
43 in altero appareat de horę prioritate, † quia tunc instrumentum ratione vnius horę dicitur prius altero. gloss. in leg. si ex pluribus. de solu. de quo plura Felv. no. in c. pastoralis. de re-
44 scrip. & hoc non habet dubium. Sed dubium est, † quando in vno reperitur expresse certa hora, in alio non reperitur vtrum prius præcessisse præsumatur. dic, quod prius præsumitur, in quo vna hora est apposita, vt ponit Sal. in l. debitor. C. de priui. fis. Bal. & alij. in d. l. de reb. de don. ante nup. quod an procedat in beneficijs collatis a Papa & ordinario, late ponūt mod. hic quorum dictis respon. Mod. in d. c. pastoralis. inquantum tamen Soci. hic dicit, quod cum appositio horę non sit necessaria, nō potest imputari, qui nō apposuit. & ideo non deberet ei præiudicare. dic, quod ista ratio bene concludit respectu validitatis, vt instrumentum validum sit. sed circa hanc prælationem non disputatur de validitate, sed de prioritate, quæ melius probari videtur instrumentum, in quo hora reperitur ap-
45 posita. Secundo limita † nisi instrumenta haberent ordinem, nam præcessisse præsumitur quod habitum inducit, quam qđ priuationem. cum priuatio præsupponat habitum. le. decem. de ver. ob. vbi etiam Barto. infert, an qui probat se manumissum, videatur probare se fuisse seruum, & vide Alexan. in l. 1. in princ. col. 2. de ope. no. nun. vbi plura ad hoc similia congerit. & vltra eum. adde Bald. in l. si pro dote. C. de do. promis. qđ per instrumentum, quo quis vsuras promittit, videtur fateri obligationem sortis præcedere. Et nedum illud habet locum si esset necessitas præcisa, sed etiam si causatiua tantum. vt qa pro sebsistentia actus illud esset necessarium, quia & tunc pręcedere intelligitur, vt late no. Iason. in le. is qui hæres. §. neque filij. in tertio no. de acqu. hære. & Bar. in le. cū pater. §. libertis.
46 de lege 2. † Tertio limita, nisi ambo instrumenta essent confecta ab eodem notario, quia illud quod prius in ordine reperitur, præcessisse præsumitur, vt no. Barto. in leg. 2. §. prius. de vulg. & pup. & Bal. in §. quibus. prima consti. cod. & plura ad hunc ordinem scripturę tradunt Car. Alexan. & Decius. in c. Nicolao. de app. Illud tamen intellige procedere, nisi actus redderetur inutilis. quia licet plura instrumenta apparent confecta vnum post alterum, semper præsumeretur pręcessisse id per quod actus redderetur validus. ita Abb. in c. exceptionem de excep. & Barto. in l. quidam consulebat. col. 2. de re iud. & Lanfr. in c. quantum contra in ver. recusationem. de proba. & plura de hoc ordine ponit Felv. in c. cum dilecta. 3. colum. de
47 rescrip. & ratio huius vltima est, quia † coniectura quæ facit actum valere, est fortior & potentior omnibus alijs coniecturis. vt Bal. no. in l. cum in testamento. §. hæc verba. de hære. insti. & Alex. in l. diuortio. infra eo. & consi. 112. super eo dubio. 5. vo. & Decius in c. quantum abbas. de offi. delega. cum cōcor. Quarto limitat Ias. quando priuatus esset in possessione. quia tunc instrumentum eius præsumeretur prius. alleg. in simili tex. in c. si a sede. de præben. in 6. & in c. ex literis. de proba. & not. per Bar. in l. 1. §. non autem. de secundum tab. & per Bal. in c. capitulum. de rescript. vt hic per eum. sed grauiter errat, quia dos est etiam in hoc priuilegiata, vt in dubijs etiam contra possessorem iudicetur. d. c. ex literis. vbi gl. & l. inter pares. vbi Alex. de re iud. & est tex. ad literam. in c. 1. de re iud. arguendo de sententia ad probationes, prout argui potest, per tex. in l. lege. Iulia intra de manumis. quem pro singulari all. Bal. in tit. hic limitur lex. & c. & est ēt pro hoc ꝯ cū tex. l. 1. C. de iure fis. lib. 10. non ob. c. si a sede. quia ille non erat priuilegiatus. nisi vt in pari causa præferatur. dos aūt est priuilegiata etiā ꝯ possessorem. vt patet in iuribus sup. alleg. non ob. no. per Bar. in d. §. non autem. quia loquitur, quando vterque erat pariter priuilegiatus quia vterque veniebat ex testamento. & idem est casus Bal. in d. c. capitulum. ideo illa limitatio in terminis istis non videtur vera. Et ex his quæ dicta sunt in dote infert Bal. hic, quod idē esset in causa studij, quia causa studij & dotis æquiparantur. vt per Bar. hic in fi. & glos. in l. 1. C. de stu. lib. vrb. Ro. ex quo enim est eadem ratio locus est extensioni. iuxta no. in l. si stante infra eo. & no. Alexa. in l. certi conditio. §. si nūmos. si cer. pe. & ī leg. si ita stip. §. Chrysogonus. de ver. ob. vbi proprie declarat hoc etiam procedere in inducto fauore publico. Sed dubium est, quid si causa studij & dotis cōcurrerent. in quo dic, quod cum causa studij non sit nisi in genere priuilegiata, dotis vero cā in specie, causa dotis præferretur. vel ex quo studij causa consequitur hoc priuilegium a causa dotis, contra eam vti non debet, vt supra dixi. In tex. ibi. cum
48 dotatas. † Nota secundum Alex. quod ex publica vtilitate receditur a regulis iuris communis. concor. leg. fi. C. de sac. san. eccle. & idem ipse Alex. tradit in l. 1. col. 23. de offi. eius. & in l. 1. §. & post operis. col. 3. de oper. no. nun. quod amplia. nedū

si prin-

si principaliter vtile sit, sed etiam si secundario, vt patet in hoc
textu iunctis his quæ.inf. dicentur.& probatur hæc conclusio. in
l.si quis ingenuã.§.in ciuilibus.de cap.& declarat Bart.in l am-
bitiosa.col.4.de decr.ab ordi.fa.& Georg.nat.licet de Bar. mẽ-
tionem non faciat,in Clem.sæpe.col.15.de verb.sign & quan-
do ex causa possit recedi a regulis iuris. vide eun dẽ Georg. qui
plura ponit in d.Clem.sæpe.col.17 38.& 61. Feiy.in c 1.col.12.
de constit. Perusi.in cap.ob'atę.de app. Curt. in l. admonendi.
col.67.& seq.de iureiur.doct.in l.1.§.nuntiatio.de oper. no.nũ.
Crottum in l.nemo potest.col.3 de leg.1.cum infinitis concor-
dantibus. Item nota versari publicum fauorem in augenda ci-
uitate liberis hominibus.concor.tex.in l.fi.& ita etiam Bar.no.
infr.de bo.dam.quod inducitur ad statutũ per Bart.in l.si quis
pro eo.in secundo memb.princ. de fideiuss. & sequitur Alexã.
hic,sed considera, quòd illud statutum non videtur factũ pro-
pter publicam vtilitatem,quia ex hoc quod obligatus dare fru
mentum, liberetur dando decem, sequeretur quòd emptor
posset fame perire,& verisimilius est, quòd venditor frumenti
habeat plus, q̃ ille qui vult emere, cum emptio sit inducta ob
res,quibus indiget.l.1.de rerum permu.& si dicatur,ratio proę
mialis censetur esse finalis.l.fi.de hære.institu. l.vt liberis. C.de
coll.no.Bar.& Bal.in l.si patruus.C.cõ. vtr.iud. ad hoc respon-
de,quòd non creditur rationi expresse, quando illa pro solẽni-
tate requiritur.vt no.in l si forte.ff.de castr.pec.no. Alex.in l.si
donatione.C.de coll. Soci.late consil.66. vbi ampliat hoc pro-
cedere etiam in actu iurato. præterea licet tale statutũ concer-
neret fauorem publicum,talis fauor esset secundarius nõ prin-
cipalis, vt hic in dote dicitur quòd est fauorabilis propter sobo
lem procreandam, & tamen iste fauor publicus dicitur secun-
dario non principaliter, vt videbis infra apud oẽs conclusum,
ergo huic fauori cum iuramento debet posse renuntiari. l. Se-
ius & Augerius.ad leg. Fal.& ponit Bar.& in d.l.si quis pro eo.
Nota etiam ibi,nam & reip.interest.quòd concurrit fauor pri-
uatus cum publico,vt patet ex illa implicatiua, &, probatur in
49 l.assiduis.C.qui po.in pig.ha.ex † quo inferunt doct.hic, quòd
etiam si aliquo casu cesset fauor publicus, cum tamen adhuc
habeat locum priuatus, habebunt locum priuilegia de quibus
hic.per reg.l.liberorum.§.notatur.de his qui no.infami.& est
text.in l.si cũ lex ebescentia.de hære.insti. & ponit Alex. in l.1.
col.17.de offic.eius. Sed audi quia ista dicta non videntur vera.
nam dictio,&,in text. isto implicat quidem interesse mulierũ,
sed non infert,quòd interesse earum fuerit consideratũ a iure
ad concedenda ista priuilegia vnde videtur, quòd fauor publi-
cus sit principaliter in dote consideratus, & quòd ratione eius
sit principaliter dos priuilegiata,vt in tex. nostro hic, & proba-
tur,quia si est priuilegiata ea ratione,quia ciuitas augetur libe-
ris,priuilegium cõcessum hac ratione vt ciuitas liberis augeatur,
dicitur cõcernere fauorem publicum principaliter, vt no. Bar.
in d.l.si quis pro eo.in secundo memb.de fideiuss.& in l. fin.de
bo. damn.& probatur hoc ex doct. Bar.in l.ambitiosa. col.3.de
decr.ab ord. fa.vbi vult, q̃ licet aliquid concedatur propter di-
uersos effectus, respicitur tamen ille, qui fuit principalis causa
inducendi illud,vt dicatur principaliter inductum,per quod ẽt
patet responsum, si diceretur, quòd adest vtilitas priuata,quia
cum principaliter fauore publico concedatur,non dicitur con
cessum ratione priuatę vtilitatis, sed fauore publico, hoc etiã
probatur per tex.in l.3.de priuil.cred.& in l.2.de iure dot. & in
50 l.in bello. §.1. de cap.† vnde licet respiciat commodum priua-
tum,pacto tolli non potest etiam iuramento firmato. vt ponit
Bar.in l.ius publicum.de pac.de cuius mente est,quòd pactum
in odium dotis non valeat,dum æquiparat casum.l. de dic.& l.
Atticinus.de pac.do.casui.l.2.de agr. & censi. in qua pactum
non valet etiam iuramento firmatum,vt ibi decidit gl.sed con
tra istam opinio.obstat tex.in c.cum contingat.de iureiur.alle.
hic per Iaf.& tex.in l.vtilitas. C. de primipil. lib.12. & not. per
Bar.in d.l. si quis pro eo. cum quibus Imol. hic transire vide-
tur licet aliqui teneant contrarium. Et tenendo hoc ad rationẽ
s.deductam de statuto concedente priuilegium vt ciuitas au-
geatur &c. posset responderi, quia in casu Bart.illud principa-
liter consideratur,sed in casu isto vtraque vtilitas videtur con-
siderata, vnde licet sit publica vtilitas, ad hoc vt principaliter
ex ea quid inductum dicatur, oportet quòd principaliter fue-
51 rit considerata,vt no. Bar.in d.l.ambitiosa.† Tamen adhuc pla
cet opinio de qua supra,quòd sint inducta fauore publico prin
cipaliter,prout probatur in l.si cum dotem. §. eo autẽ tempo-
re.vbi Alex.inf.eo non ob.cap.cum contingat.quia aut loquē-
tis de pacto interposito constante matrimonio, & nõ respicit
vtilitatem publicam,quia iam mulier est nupta,aut de interpo
sito ante vel post.& non habet locum ille tex.vel dic. quod ius
canonũ non habet hoc pro cõcernente fauorẽ publicũ, sicut
non habet aliquando contra bonos mores illud pactum,quod
de iure ciuili est contra bonos mores,vt not.in l.pactum. C.de
coll.& in cap.quamuis.de pact.lib.6.ad l.vtilitas dic,quòd aut
commodum publicum,& fauor publicus concurrunt,& præ-
feruntur mulieri, aut commodum publicum & fauor mulie-
ris,& concurrunt,vnde tex. non sine misterio dicit, priuatę rũ
52 contractibus non vtilitatibus.† Ex his infertur ad q. de muliere
sterili,an ei competant priuilegia dotis.& Barto. hic cum quo
concord. Pau.de Cast.tenent quòd sic.primo per l. in pra. inf.
eod.Secundo.quia ratione vna cessante dispositio non cessat,
ex quo adsunt aliæ.§.affinitatis.insti. de nupt. Tertio per tex. in
l si quis posthumos.inf.de liber.& posthu. Quarto per tex.no-
strum in verb. maxime quæ dicto de sui natura implicat. l.qui
se patris.C.vnde lib.vnde ita debet intelligi in tex.nostro cum
in dubio a propria significatione non sit recedendũ, & ita tol-
luntur,quæ circa hoc dicit Bulga.hic.Quinto per tex.in l.2. de
iure do. Eundem tenet Bal.in auth.res quæ.C.com.de leg.quia
substãtia matrimonij nõ dependet ex liberis, sed est quid acci-
dentale.l.assiduis.C.qui pot.in pigno.habe quæ lex manifeste
ostendit,subsistentiam filiorum nõ esse causam priuilegij do-
tis,quicquid Soci.dicat. ergo debent competere etiam sterili.
addit Bulg.aliam rationem, quia facilius inuitatur mulier ad
nubendum sciens priuilegium sibi durare. Præterea secundũ
cum priuilegia sunt concessa naturæ muliebri habito respectu
ad genus,non ad speciem,vnde sterilitas vnius non considera-
tur.Ideo secundum eum vbi est matrimonium,ibi dos semper
habet priuilegia sua, secus vbi nõ est matrimonium saltem va-
lidum.alleg.l.si serua seruo.§. Spadonem.de iure do.& l.sed est
quæsitum.de lib.& posthu.& idem etiam tenet Soci. hic qui
etiam plus vult,quòd etiam si matrimonium nõ consistat dos
53 habeat sua priuilegia vt hic per eum.† Quid tenendum? Vide-
tur,quòd mulier sterilis,siue matrimonium constet, siue non
constet,non habeat priuilegium, nam cum principaliter istud
sit inductum fauore liberorum non autem fauore mulierum,
quia eis ius non fauet.l.in multis.sup.de sta.hom. videtur quòd
cessante ratione legis debeat cessare ipsa lex.cap.cum cessante.
de appel.præsertim cum ista ratio sit finalis,quia adest ratio ap-
posita respiciens fauorem publicum,vnde censetur inductum
etiam fauore publico.vt per Barto.in d.l.ius publicum.de pact.
quia fauor publicus videtur principaliter consideratus,vt sup.
dixi per no.per Bart.in d.l.ambitiosa. col.3.merito cum esset
illa ratio,licet aliæ concurrant,non videtur habere locũ dispo-
54 sitio. Cõprobatur,quia † dispositio generalis restringitur per
rationem & intantum vr̃ habere locum inquantũ habet ratio.
l.cum pater.§.dulcissimis.de leg.2.l.regula.§ sed si quis.de iu.
& fac.ign. Vñ licet de substantia matrimonij nõ sit soboles,tñ
cum ratio inductiua priuilegij sit soboles, vt hic,dispositio re-
stringitur pp rationem adiectam,licet nõ necessariam.vt pro-
batur in d.§.dulcissimis,vbi ratio illa adiecta restringit legatũ.
& idem habet in l.Lucius.vbi Barto.no.de alim. leg. & decla-
rat Aret.in l.qui in aliena.§ Celsus.de acquir. hær. & ideo dicit
Aret.in l. Paulus rñ.col.2. eo.tit. q̃ renuntiatio facta per verba
generalia & etiam geminata adiecta causa,intelligitur inquan
55 tum causa se extendit.Cõfirmatur hoc, † quia si mulier nubit
castrato non est dos nec matrimonium d. §.Spadonem, & ta-
men defectus ibi interuenit culpa alterius,sponsi ergo dicen-
dum est, quòd si culpa sua interuenit, non sit dos & per con-
sequens non habeat priuilegia. & tantomagis quia nupta spa-
doni possit saltem illo moriente nubere alteri, vnde interim
deberet dos conseruari cum suis priuilegijs,ex quo in potentia
ratio militat.c.ablate.& ibi Abb.de ver.sig.& tamen hoc non
attento cõtrarium deciditur in d.§.Spadonem,ergo fortius in
casu isto in quo neq; in actu neque in potentia concurrit ratio
sobolis,& quòd cõsideretur,quod mulier possit nubere in fu-
56 turum,probatur in l.3.de priui.cred. Et tenendo † istam partẽ,
non obstant contraria,quia ad l nupta respõ.quòd ideo nuptę
conseruantur priuilegia,ne ipsa retrahatur, antequàm nubat a
nubendo,& sic ne in ipsa soboles non existat.nõ ob. cred sint
due rationes finales, quia negatur, quod sint finales,quinimo
liberorum fauor est principalis,vt proprie dicit text.in d. l. as-
siduis, ibi pro quibus multa sunt inuenta priuilegia. & proba-
tur in text. nostro in quo per modum reddendę rationis pone
57 tur de libertis, ergo liberi sunt causa finalis, † quia ratio legis
in dubio finalis præsumitur,vt no. Ioan. And. in addi. Spec.in
titu.de disp.& allen §.post in addi.incip.actor. non ob.l. si quis
posthumos, quia ibi defectus superueniens non vitiat benefi-
cium inductiuum matrimonij,ad cuius subsistentiam soboles
non erat necessaria,& ideo ille potest exponere actus cõgrues
matrimonij, sed hæc dotis priuilegia introducuntur cum hac
qualitate quæ restringit dispõnem præambulam l. habebat de
insti. & patet hoc, quia cessante ratione nõ cessat effectus iam
consumatus,vt no.in l.generaliter C.de epi.& cler.nõ ob. tex.
noster.quia declaratur per Mod.hic non ob.l.2 quia ibi ideirco
nuptijs fauetur,quia sunt liberorum causa,vt hic in tex.nostro
& vna lex per aliam declaratur l.sciendum.ff.qui satis.cog.iun
cta auth.offeratur.C.de litis contest. nõ ob. argumentum Bal.
de l.assiduis,quia licet illa lex non neget matrimonium posse
sine filijs subsistere, tamen non per hæc vult, quod priuilegia
doti

doti concedantur, ex quo cum illa causa subsistentie liberorũ
conceduntur, qua cessante debet cessare dispositio. non ob. q
58 priuilegia sunt concessa generi mulierum. † quia dispositio ge
neralis per causam restringitur quando est finalis in casu no-
stro, secus si impulsiua l. 1. §. sexum de postu. & ibi no. nõ obst.
§. Spadonem. nã licet sit dos, non tamen habet priuilegia. neq;
enim sequitur est dos, ergo priuilegiata. Nihilominus conclu-
59 dendo. † videtur quod siue matrimonium consistat siue non
consistat in muliere sterili dos habeat sua priuilegia. nam cum
simus in materia fauorabili & respiciente fauorem publicum,
dispositio loquens in vno casu trahitur ad alium. Alc. in l. si ita
stip. §. Chrysogonus de ver. ob. & in l. 1. col. 18. de offic. eius cui
60 mãd. est iuri. † preterea videmus, quod priuilegia competen-
tia doti, competunt etiam quando matrimonium non cõstat
l. si cum dotem §. fi. infr. eod. licet ergo non constet matrimo-
nium, dos tamen habebit sua priuilegia. Secũdo probatur per
d. l. assiduis, quę in narratione facti exponit plurimas causas ita
conuenientes si consistat matrimonium, prout si non consi-
stat. maxime dum adducit etiam fragilitatem. nam fragilitas
ita consideratur in nupta, sicut in non nupta, & ratio expressa
in narratione semper censetur finalis, vt no. Ioan. And & Ge-
mi. in c. fi. de iur. cal. in 6. Quarto probatur, quia si nupte conce-
ditur priuilegium, ne a nubendo retrahatur, pariter debet con
cedi sterili, quia alias induceretur retractatio a nubendo. Quin-
to facit, quia vbi aliquid alicui conceditur ille potest eo iure &
beneficio vti, si adimpleuit vt potest etiam de facto, quando de
iure non potest adimplere l. Stichus si hæredi. de ma. tes. l. mu-
lier. §. 1. de condi. & de. vnde mulier sterilis debet habere priui
legia, ex quo facit qđ in se est nubẽdo. Vltimo quia sterilitas est
vitiũ naturę qđ non debet vitio ascribi l. maximum vitiũ. C. de
61 lib. præte. † Non ob. text. in l. si serua. §. Spadonẽ, quia licet non
sit matrimonium nec dos proprie, non tamen negatur, quin
ei cõpetant priuilegia d. l. si cum dotem. §. fi. prætereà ibi im-
putari potest mulieri, & sic respectu vitij alterius maiori mor-
bo laborat ducendo spadonem, quam si vitium esset ex parte
mulieris ex quo ipsa fecit quod potuit. adimplendo de facto.
& vitium naturę ei ascribi non debet d. l. maximum vitiũ non
ob. l. si quis posthumos iuncta l. sed est quæsitum, quia cum fi-
ctio introducatur super re existente possibili. §. minorem insti.
de adop. nimirum si requiritur possibilitas in genere, sed in do-
te hoc non est necessarium, quia etiam si non cõstat matrimo-
nium, habent locũ priuileg. prętereà ibi tractatur de odio, vide
licet de rũpendo testõ, quo casu non habet locũ quod dicitur
62 de facto impleri posse, vt no. Soc. in rub. sup. eo posset † tamen
dici, q d. l. si cum dotẽ §. fi. habet locum, eo quia poterat nube-
re mulier iterum, & filios suscipere, vnde vt postea liberos pos-
sit suscipere habet priuilegia, qđ non est considerabile, quãdo
est sterilis, & sic etiam matrimonio deficiẽte ex impotentia vi-
ri habet locum ratio sobolis, quia nubere alteri poterit, quod
non est in sterili. non ob. ratio fragilitatis sexus, quę censetur fi-
nalis, ex quo in narratione ponitur, vt sup. dictum est, quia re-
sponderi potest, quod illæ rationes sunt correspectiue ad matri
monium, patet, dum tex. etiam dicit propter obsequia quę ma
ritus præstantur alias si fragilitas sola hoc induceret, sequeretur
quod semper mulier agendo deberet esse priuilegiata. consi-
deratur ergo sexus in causa matrimonij tantum, & ad hoc fa-
cit text. in d. l. 3. de priuil. cred. ex alijs tamen supra deductis in
eadem opinione resideo. Nota etiam ex isto tex. quod non va-
let argumentum de dote ad alios contractus, quia dos semper
est præcipua, vt hic dicitur, verum est, quod valet argumentũ
de dote ad matrimonium, vt est glo. not. in l. si mulier. §. si dos
63 l. eo ratio est, quia fauor dotis pendet a matrimonio. † Et hoc
infert Iaso. hic, quod dispositio generaliter loquens non trahi-
tur ad causam dotis, vt hic per eũ, sed certe ista quæstio est ma-
xime dubia & contrarium tenet Petr. de Ancha. consi. 99. &
Decius consi. 5. & consi. 301. vbi ostendit Sali alleg. per Ias. nõ
loqui in casu isto, & videtur text. in l. fina. C. ad Velleia. nam li-
cet dos sit priuilegiata, hoc intelligitur in eo casu. quo in spe-
cie habet priuilegium, alias secus, vt no. Bald. in l. in fraudem.
§. fina. de testamento milit. Nota etiam quod dotes conserua
64 ri interest reipublicę. vnde infertur, quod alienatio fundi dota-
lis non valet l. 1. §. & cum lex Iulia. C. de rei vxo. actio. & ideo
dixit glo. nota in l. si prædium. C. de iure dot. quod non valida-
tur iuramento de quo dicendum est vt per doct. instit. quibus
alienare non licet in principio. In glo. causa inducitur hæc glo.
65 per Bald. hic ad q. statuti dictantis, † quod omnes venditiones
ab vno mense citra factæ, sunt ipso iure nullæ. si aliquis vendi-
dit fundum, & etiam tradidit intra mensem, an dicta venditio
sit nulla, in tantum quod dominium retransferatur, hæc glo.
præstat argumentum quòd non inquantum vult, quòd duplex
sit causa. s. causa causans. s. venditio. & causa causata, dato ergo
quòd venditio, & sic causa causans tollatur, remanet tamen
translatio dominij, quę fit per traditionem, & ista inductio me
lius satisfacit, quàm illa Machagnani seu Bald. s. quòd duplex
sit causa, causans & causata, & tanquam causa causans sit me-
diata, causata autẽ sit immediata vnde licet tollatur causa me-
diata, remanet tamen causa immediata. & ita etiã refert Alex.
qui ponit ambigue hanc quæstionem. s. an intelligas, quod vẽ-
ditio sit facta ante mensem, an vero quòd vtrunq; sit factum
intra mensem, vnde videtur, quòd ista quæstio esset in duo ca-
pita diuidenda. Circa primum Bald. alle. text. in l. 3. §. subtilius
de condi. ob causam vbi statuliber tradendo pecuniam suam
non transfert, si alienam credit ex vera causa, secus si pecunia
tradatur ex causa reprobata a iure, agitur tamen hoc a traden
te l. si ob turpem de condi. ob tur. cau. & sic consensus, nõ cau-
sa pro qua traditur, videtur esse causa immediata in translatio-
ne dominij, & hoc modo intelligendo nihil facit illa gloss. nec
glo. quam alle. Alexand. in l. 1. C. de inoffi. do. nec potuit hoc
considerasse cum dictum eius intelligendum sit secũdum le-
gem, quam allegat, vt no. Barto. in l. non solum. §. liberationis
verba de lib. leg. nec ibi traditio consideratur, quia vtroq; casu
interuenerat, sed agitur de considerando consensu qui vno ca
su operatur, vt traditio non transferat dominiũ, alio autem in-
ducit, vt transferat, dato quòd vno casu cã esset valida, in alio
autem esset inualida, & sic plus operatur consensus, quàm ti-
tulus, quia si adhibetur titulo inualido, transfert dominium,
quod non facit titulus validus sine consensu. Sed tamen hæc
consideratio non placet in proposito, quia ab initio consensus
ille fuit adhibitus non pure, sed cum hac qualitate & causa vẽ-
ditionis s. vt transferretur dominium ex causa venditionis l. in-
ritgen. in prin. de pac. annullata ergo venditione, consensus etiã
annullatur, quia qualitas remouetur, qua remota non est am-
66 plius consensus. † qualitas enim adiecta facit rem variabilem
l. habebat de instit. l. cum pater. §. dulcissimis de leg. 2. vnde cũ
tollitur qualitas, tollitur etiam consensus, qui non agebat nisi
super illa qualitate, & sic non est aliquid, quod amplius ad trans-
lationem dominij faciat, vnde apparet illa iura non facere ad
rem, quia ibi licet consensus esset improbatus, durabat tamen
qualitas consentientis in illam qualitatem, quam cõsensus po-
stea subsequens facit probabilem, licet alias esset improbata,
sed hic non apparet consensus, ex quo est limitatus in causam
venditionis, quæ postea est improbata. prætereà secundũ hoc
sequeretur, quòd statutum nihil operaretur, quia ex quo rema
neret consensus, qui est causa immediata, illa attendenda esset
l. si mulier rerum amo. & per consensus cum adesset traditio,
deberet dominium durare pœnes eum, nec illi auferri. Quod
autem Bald. dicit de antecedenti destructo. facile posset tolli te
nendo opin. Machag. quod consensus esset causa immediata,
quia non destrueretur antecedens causa immediata, quæ est
67 potentior. † & qualitas potentior debet attendi l. quæritur de
sta. ho. præsertim cum sit qualitas quæ facit actum valere quo
casu dicitur potentior l. quotiens de reb. dub. no. Abb. consi. 93.
2. volum. hæc etiam opin. non placet alio medio. quia cum cõ-
sensus sit quoddam generale necessarium in quolibet contra-
ctu l. 1. in fi. fur ro de pac. sublato eo contractus tollitur, vt pro-
batur per tex. in l. penul. de secundum tab. vbi testamentum il-
lud, qui dedit se ad arrogandum, sola voluntate confirmatur,
requiritur tamen declaratio huiusmodi voluntatis, ergo vo-
luntas illa non durabat, quia si censeretur durare, alia declara-
tione non esset necessarium, & tamen lex & natura nihil operantur frustra l. hæc stipulatio. §. diuus, vt leg. no. ca. sed tunc
obstat, quod ponit Barto. in l. cum quis. C. de iur. & fac. ig. & in
l. 1. de condic. indebi. vbi vult, quòd ex testamento nunquam so-
lum probatur voluntas testatoris, vnde arbitror dicẽdum, quòd
aut ab initio actus capiebat subsistentiam cum qualitate, & tũc
remota qualitate remouetur etiã actus, aut ab initio actus erat
nullus, & tunc ex eo etiam voluntas declaratur, sed huic deter
minationi obstat text. in l. fi. infr. de rebus eorum. vnde dic, vt
sup. dixi, quòd in proposito consensus ab initio fuit limitatus
ex causa venditionis. Alia est consideratio, vt dicas, quòd tradi-
tio est causa immediata translationis dominij l. traditionibus.
C. de pact. & tunc licet tollas causam causantem, & sic vendi-
tionem & titulum, causa causata. s. dominium non tollitur,
& pro hoc Alexand. adducit glo. in d. l. 1. C. de inof. do. ad idẽ,
quia resolutio est eius naturę, cuius constitutio l. & ideo de cõ-
di. fur. & hæc non est materia nostra, sed late ponit Alexand. in
l. si ita quis. §. ea lege de ver. ob. & in l. 1. ff. ad Treb. & in l. non
dubium. C. de leg. & Barto. in l. cum lex. inf. de fideiuss. & istud
probatur ex l. 2. C. quãdo lice. ab emp. disce. arguẽdo de pacto
ad statutum iuxta no. in l. alia. §. eleganter. infr. eod. præsertim
cum tractetur de auferenda re a priuato, quo casu fortius ope-
ratur pactum priuati de sua re, quàm statutum. vt no. Gem. in
68 c. fi. de app. in 6. Limitatur † tamen hoc per Bald. in l. 2. C. com.
de leg. nisi interuenisset pactum legis commissorię, vt refert
Alexand. hic sed Bald. ibi non loquitur in dispositione statuti,
sed tantum quando ab initio interuenit in contractu, quo ca-
su distinguitur, an sit resolutiuum emptionis, & puta sit em-
ptio, vt dicit tex. & ibi gl. in l. 2. §. de in di. ad. & in l. 1. sup. de leg.
commis.

commisso. nam si est conditionale, dominium non transfer-
tur, idcirco resoluta emptione remanet penes tradentem po-
test enim agi in emptione cõditionali, quòd dominium trans-
fertur vel non vt l. dotis de iure do. & no. Pau. de Castr. consi.
84. in causa illorum. Sed si sumus in statuto, maius dubium est
quia licet ex pacto contrahentium sit conditionalis contractus
tamen non resoluitur dominium sub illa conditione de qua
egerunt contrahentes, nec cõditio impedit translationem do-
minij, vt dixi. præterea purificata conditione contractus habe-
tur pro puro. §. sed hæc pñti. in auth. de sanctis. epis. Vnde non
videtur dicendum, quòd resoluto contractu resoluatur domi-
nium, nisi ex causa sub qua dominium resoluendum erat l. in
agris & acquir. re. do. præterea si in contractu id habet locum,
fortius in statuto, vt statim dixi. Secundo limitat Alexand. &
fuit etiam limitatio Bal. in d. l. 2. sed non facit ad casum nostrũ,
sed tantum an post celebratum contractum possit apponi pa-
ctum resolutiuum dominij translati in quo dicas, quòd non,
vt probatur in d. l. 2. C. quando lice. ab emp. disce. Secundo li-
mitat Bolg. quãdo esset dictum, pro infectis habeantur per gl.
in cle. 1. de immu. eccle. quam sequitur Gemin. in c. 1. de consti
tu. in sexto, & Sali. in c. 1. de iud. colum. secunda, sed hæc limi-
tatio non placet per no. hic, quia aliud est causa causans aliud
causa causata. statutum enim solum agit infringere venditio-
nem, sed per hoc non infringitur causa causata, & sic traditio
69 remanet. † præterea licet reuocet aliquid, non tamen respectu
dominij reuocatur secundum gloss. in d. l. 1. de inoffi. do. item
quia licet alias lex declarando contractum nullum & traditio-
nẽ, obstet acquisitioni dominij l. 4. de do. inter vi. & vxo. istud
est ab initio in modo ineundi. sed postquàm est initus contra-
ctus, & sic translatum dominium, lex nõ infringit dominium,
vt Alexand. hic sentit in secunda limit. lex enim potest obstare
ab initio l. si non sortem. §. 1. de condi. indebi. & in l. 1. vbi Bart.
de noua. præterea lex non fingit super dominio, dato quòd fin
gat super contractu, nisi in casibus expressis secundum Bart. in
l. si is qui pro emptore de vsucap. quia ad acquisitionem domi
nij factum est necessarium, & sic traditio. quinimo dico plus,
quod ista verba minus important, quàm si diceretur, ipso iure,
70 † quia quando lex vtitur verbo futuri temporis, vt quando di-
cit, habeantur, nõ importat ipso iure l. in criminali. vbi hoc no.
Barto. C. de iuris. om. iud. & idem Barto. in l. iubemus. §. sane.
C. de sacr. sanc. eccle. nec in proposito ob. glo. in d. cle. 1. quia ibi
sublata constitutione, tollitur eius effectus, vnde non indiget
amplius absolutione, ex quo lex non operatur amplius effe-
ctum suum. Quarto limitat idem Bolg. quando statutum an-
nullaret venditiones, vt ab initio factæ nõ essent, sed nec istud
placet, quia si non posset fieri per pactum, ergo nec per statutũ
nõ ob. no. in §. si vir. quia fateor, quòd ab initio lex potest indu
cere, sed secus puto ex post facto, & contra istam limitationẽ
sentit etiam Alexand. dum loquitur de pacto legis commisso-
riæ. Et si tu opponeres de text. in auth. cui relictum. C. de ind.
vid. tol. vbi patet, quòd legatum quod veniebat mulieri acqui-
rendum sub conditione negatiua, si nuptias non contraxerit,
ipsa contrahente etiam si sit datum aufertur, dic, quòd aut cũ
ista causa ab initio fuit præstitum legatum, & eueniente casu
resoluitur dominium, vt in lege commissoria, & not. glo. in d.
l. ab emptione aut post, & resolui non potest. Secundo no. ex
glo. quòd verbum, causa varijs modis exponitur, & fuit ratio
secundum Barto. quia causa dotis, est matrimonium l. 3. de iu.
do. & sentit glo. hic in secunda parte vnde videbatur, quòd hic
poneretur de matrimonio, cum tamen de dote tractari debe-
ret, propterea gl. opponit varijs modis, & primo mõ. actione,
sed contra hoc oppo. Barto. quia si priuilegia competerent si-
ue actioni, siue doti, siue naturæ, siue contractui, semper tran-
sirent ad hæredes, & sic pondera, quòd id quod gloss. dixerat
conditio. Barto. exponit pro natura, & ita exponit Bald. hic per
text. in l. si vnus. §. pactus de pact. vnde distinguit Barto. vt hic
71 per eum. Ex cuius dictis primo † colligitur, quod priuilegium
hypothecæ non competit personæ, sed actioni pro dote all. §.
fuerat insti. de act. & l. 1. §. & vt plenius C. de rei vxo. ac. In con-
trarium tamen facit text. in d. §. fuerat dum dicit, quòd solius
mulieris prouidẽtia hoc inducitur ad idem text. in d. l. assiduis.
inquantum equiparat priuilegium hypothecæ personali, sed
in personalibus priuilegium est solius mulieris, vt hic per Bar.
ergo &c. Tertio facit text. in §. & vt plenius inquantum tex. il-
le vtitur dictione, quemadmodum, quæ stat similitudinariè l.
3. §. si duobus de adi. leg. l. quemadmodum. C. de agr. & censi.
lib. 11. vult ergo cõpetere actionem de dote, quemadmodum
in rebus pupillaribus hypotheca datur, sed in eis non transit
ad hæredem l. dabimus §. 1. de priuile. credi. Barto. in l. 1. C. de
priuil. do. ergo &c. Quarto facit ratio de qua in tex. nostro, quæ
fuit finalis, ex quo est scripta in lege l. cum tale. §. fi. de condi. &
demon. & sup. dictum est ex quo enim dos est priuilegiata pro-
pter liberos, si cessat ista ratio, debet cessare dispositio l. adige-
re. §. quamuis de iure pa. sed ista ratio non potest in hærede ex-
traneo considerari, ergo non debet habere priuilegia, & cum
mulier sit causa proxima priuilegij, ad hæredem eius transire
non debet, vt no. Bart. in l. quia tale infr. eod. Quinto facit, quia
si mulier sterilis a natura non habet priuilegia dotis, vt om-
nes concludunt post Barto. in l. si quis posthumos inst. de lib. &
posthu. idem & fortius videtur dicendum in extranea in qua
omnes rationes cessant quarum aliquæ militãt in muliere ste-
rili, de quibus in d. l. assiduis. Sexto facit, quia si esset verum, quod
istud priuilegium competeret actioni, sequeretur, quòd tran-
siret ad omnes, ad quos transit ipsa actio l. in omnibus de reg.
iur. & tamen hoc priuilegium hypothecæ non transit ad extra
neos, vt not. hic Alexand. colum. 12. Septimo pro hoc videtur
casus in auth. vt immo ante nup. do. in fin. coll. 5. ibi, omnibus
priuilegijs doti dotis &c. & in auth. vt exact. inst. do. in princ. ibi
non alijs &c. Et tenendo hanc partem non obstant contraria.
nam ad §. fuerat respondeo. quòd ibi loquitur respectu mari-
ti, cui etiam competit hypotheca. §. & vt plenius, & sic aduer-
tatur respectu mariti, non respectu aliorum non obst. §. & vt
plenius, quia non competit viro, vt transeat ex persona mulie-
72 ris, sed ei principaliter datur. † Circa secũdum priuilegium an
transeat ad hæredes, videretur quòd non per prædicta tamen
teneo contrarium per doctri. Barto. in l. post dotem circa fi. in-
fra eod. & in l. quia tale eod. titu. quia cum ius sit introductum
viuente muliere, transit priuilegium ad quemcunque vt dicit
Barto. in d. locis. est verum, quod istud facit contra superiorẽ
conclusionem inquantum Barto. in d. l. post dotem vult, quòd
hypotheca sit introducta viuente muliere, & sic transeat ad
quoscunq; sed illud est falsum, quia actio de dote non compe
tit nisi soluto matri. regulariter, vt ex tub. nostra probatur, &
in l. si constante in prin. inf. eod. vnde si non habet locum actio
principalis, nec etiam sibi locum vendicare potest hypotheca,
quia non potest subsistere sine principali, vt per Barto. in l. fun-
dum inf. de excep. & in l. si iudessor obligari de fideius. & ibi cæ-
73 teri notant. † Tertium est priuilegium prælationis de quo in
text. nostro, quod etiam transit ad hæredes secundum Barto.
hic. sed Soc. tenet contrarium. primo quia in prælationibus cõ
tra regulas iuris priuilegium nõ transit ad hæredes vt hic pro-
bat, sed mulier concurrens cum alio si non esset priuilegiata,
non preferretur l. si fundus. §. si duo de pig. & ponit Salic. in l.
quamuis de priuile. fisc. ergo &c. sed ad hoc respon. quòd argu
mentum non concludit, quia tex. in §. fuerat loquitur in priui-
legio, quod datur mulieri, non autem doti. hoc autem de quo
hic, datur doti d. l. in ambiguis, vnde non resultat priuilegium
prælationis, nisi agat mulier, sed in alio casu præfertur quilibet
quia non dat mulieri sed doti. nec iste venit in vim prælationis
sed ratione illius priuilegij prior præsumitur, & sic præfertur l.
vti iure communi præferretur. Secundo dicit Socin. si priuile-
gium prælationis in personalibus non transit ad hæredes d. l.
assiduis. §. exceptis, ergo nec hoc casu quando concurrunt in
hypothecaria, sed respon. ad hoc quod aut consideras prælatio
nem in casu claro, & tunc sicut non præfertur in personali, ita
nec in hypothecaria. aut in casu dubio, & tunc quia in perso-
nalibus prioritas vel posterioritas non attenditur, nimirum si
non præfertur nisi speciali priuilegio mulierum, quæ in perso-
nalibus etiam præferuntur l. priuilegia de priui. cre. sed in hy-
pothecaria est secus, quia in ea etiam in non priuilegiato attẽ-
ditur prioritas temporis, vt per glo. in d. l. priuilegia. vnde cum
sit dos priuilegiata vt in casu dubio censeatur præcessisse, resul
tat quod iste præferendus est non speciali priuilegio dotis, sed vt
anterior propter præsumptionem a iure introductam. Tertio
confirmat Soc. quia fortius est ius hypothecæ quàm persona-
le, quia in pignore anterior in possessione præfertur l. si debi-
tor de pig. secus in personali l. cum vnus de bo. auth. iu. possi.
74 sed dic quod ipse errat, † quia in personalibus possessor est po-
tior l. si non expedierit. §. 1. eod. titul. de bo. auth. iudi. pos. & l.
qui autem, §. sciendum & l. Pupillus quæ in frau. credi. non ob
l. cum vnus, quia ibi tractatur de pignore prætorio. quo casu
vno misso cæteri missi videntur, & sic non est priuilegiũ præ
lationis, sed licet esset verum, hoc argumentum nõ facit, quia
licet in personalibus non detur prælatio, illud est, quia ista præ-
latio non potest cõpetere nisi priuilegio speciali mulieris, quia
priuilegia metiuntur ex causa. non ex tempore, vt dicit text. in
d. l. priuilegia, & istud ius prælationis competit mulieri tantũ
vnde alii non datur, sed hypothecæ datur anteriori. l. si fundum
qui potiores in pig. ha. & sic prælatio non venit ex vi mulieris, sed
ex priuilegio resultante ex eo, quod prior præsumatur, & per
cõsequẽs preferẽda. Quarto dicit hoc probari in l. assiduis, quæ
vult, quod priuilegiũ sit, quod mulier præferatur creditoribus ante-
rioribus, quia ista dictio, licet implicat, vt etiam sit priuilegiũ quod
preferatur, quando sunt equales. nã in alijs non datur priuilegium, nisi
cõcurrant eodem tẽpore, quia alij etiam preferrẽtur si essent anteriores,
sed in hoc etiam errat, quia in personalibus non attenditur tẽ-
pus d. l. priuilegia, vnde nimirum si ibi illud priuilegium non
competat, quia respectu mulieris datur, & tex. ille de personali-
bus tan-

bus tantum actionibus loquitur, vt proprie postea sequitur dū
dicit, & hoc in personalibus statuebam actionibus, sed hic da-
tur vt dixi quia nō est vi prælationis sed vt priuilegij. d. l. in am-
75 biguis. Circa quartum priuilegium. † Ias. hic allegat tex. quem
dicit formalem in l. 1. §. ille proculdubie. C. de rei vxo. act. sed
tu dic, quod ille tex. potius probat contrarium, quia actio ex sti
pulatu est stricti iuris. vñ ne illa verba superflua sint, secundum
naturam intellige suam, vt sit stricti iuris, quia illa est sua natu-
ra, & istud etiam ratione probatur, quia ius actionis non erat
ante matrimonium solutum. l. si constante. in prin. inf. eo. cum
ergo hoc priuilegium non sit tunc cum ipsa re introductū, nō
debet competere extraneo. Tertio probatur hoc in §. fuerat.
dum dicitur, cuius solius prouidentia hæc induximus, tā cum
loquatur in numero plurali, necesse est vt intelligas saltem de
duobus. l. vbi numerus. de testi. & loquitur tantum de eo, q sit
bonęfidei, item qđ preferatũ, & tantomagis hoc procedit, quia
non dr̃ hoc cōpetere contractui, quòd sit bonęfidei sed actio-
ni. §. actionum. instit. de act. vnde nimirum si stimulatio cens ē
interposita, quia ipsa interuenit in ipso contractu, licet effectū
tunc non operetur. vt not. Bart. in d. l. post dotem. sup. alleg. an
vero sit in ipsa actione, & quia non operatur tunc effectū, non
trahitur ad quoscunque, vt dictum est, vnde actio ex stipulatu
quæ competit extraneo, est stricti iuris, vt per Bart. in l. de diui-
sione. inf. eod. & sic potest non competere actioni priuilegiū,
sed mulieri tantum, vnde non transit ad hæredes, vt per Barto.
hic. vnde videtur, quòd etiam istud priuilegium sit concessum
mulieri, & licet text. noster dicat, dotis cām esse præcipuā &c.
tamen restringitur per rationem, quam ponit. l. regula. §. sed si
quis. sup. alleg. cum sit ratio finalis, ex quo in lege expressa re-
peritur. iuxta no. per Imo. in l. cum tale. §. fin. de condi. & dem.
& sup. dixi. & ideo etiam l. in ambiguis. debet intelligi, quando
mulieri est vtile, quia vna lex per aliam declaratur. l. sciendum,
qui satisd. coga. iuncta authen. offeratur. C. de lite contesta. &
licet aliqua priuilegia transeant ad hæredes, illud est, quia effe-
ctus sunt iam consummati, merito transeunt, vt not. Bart. in l.
quia tale. inf. eod. alias secus, vt ibi per eum. Aduerte etiā dum
76 Bart. dicit † quòd sit priuilegium rei, quòd res dotalis alienari
non possit, quia hoc videtur falsum, quoniam immò videtur
priuilegium mulieris, quia tex. dicit dotes mulieribus conser-
uari sicut idem videmus in re minoris, vt alienari non possit. l.
1. inf. de reb. eo. & in re ecclesiæ. l. iubemus. & auth. hoc ius por
rectum. C. de sacrosan. eccl. in feudo. cap. 1. qualiter olim feu.
pot. al. nec ob. quod hoc priuilegium transeat ad hæredes. l. do
tale. §. 1. de fund. do. & dicta. l. cum vir. per locum a speciali. de
vsucap. quia virtus priuilegij stat in impediendo dominiū trāsferri.
l. lex Iulia. de fund. do. vnde cum tempore alienationis do
minium non transierit. l. nō dubium. C. de leg. ex post facto po-
stea non reconualescit. l. cum vir. de vsucap. vbi apparet mani-
feste, quod non est respectu rei, sed mulieris, quia ille non po-
test venire cōtra factum suum, quod non esset, si esset ratione
77 rei, quia posset rem repetere. Aliud priuilegium † est respectu
instantiæ, vt hic per Bart. & per eundem in l. si constante. in 6.
quæstio. 3. quæst. princip. inf. eod. vbi dicit adeo esse priuilegia-
tam, quod non requiritur libellus, quia cēsetur quasi causa ali-
mentorum, in qua summarie proceditur, tamen concludit cō
trarium, ex quo patet plenum preiudicium vt ibi per eū latius.
Bald. autem hic considerat quadrupliciter dici summariā cau-
sam, vt per eū. & vlt. quod si incidat cum matrimonio, sum-
marie cognoscatur respectu ordinis iudiciarii, si vero principa
liter, tunc ordo iudiciarius seruetur, vnde vides communiter
concludi, quòd quo ad substantialia iudicii dos non sit priuile-
giata, sed quo ad dilationes dumtaxat breuiores statuendas, vt
etiam Alex. hic dicit. per l. si cum dotem. §. eo autem tempore.
inf. eod. & l. 4. de dot. promiss. ibi, more iudi. licet meus text. di-
cat iure iudic. quod placet. Illud tamen de breuiori dilatione
videtur falsum, quia l. 2. alleg. per Alex. loquitur de condemna
tis, quibus quadrimestre tantum tempus indulgetur, vt not. in
l. si debitori. de iudi. & tamen in dote statuitur longius tempus
ad restituendum. l. 1. §. exactio. C. de rei vxo. act. præterea si es-
set priuilegiata respectu breuitatis temporis, ab ea non appel-
laretur, sicut nec in causa alimentorum. l. fin. de ap. recip. & ta-
men appellatur. l. fi. C. de sen. quæ sine cert. quantit. prof. item
in executione non agitur, nisi quantum fieri potest. l. maritum.
inf. eo. ergo est minus priuilegiata quàm alia actio. nec iuuat di
cere, est priuilegiata in vno, ergo in alio. vt no. Bart. in l. si insu-
lam. col. 2. de verb. obl. Inquantum autem Iaso. tenet, quòd in-
stantia eius nunquam finiatur. & fuit opinio. de qua per Peru-
si. in alle. tract. q. 14. 9. partis. primo quia lex generaliter loquēs
non comprehendit causam dotis. secundo quia causa dotis &
78 fisci æquiparatur. † & in æquiparatis exceptio loquens in vno
casu trahitur ad alium. l. 1. vbi glo. & Bal. de condi. indeb. Abb.
in cap. ad audientiam. de cle. non resid. igitur sicut in fisco, ita
& in dote. tertio quia dependet a matrimonio, ergo de ea idē
debet iudicari, quod de matrimonio. Clemen. dispendiosam.
de iudi. Quarto quia causa ecclesiæ non expirat triennio, quia
æquiparatur fisco. Abb. in cap. pen. de iudic. & sic qua ratione
trahitur exceptio ad ecclesiam, eadem & ad dotem debet tra-
79 hi. Nihilominus † contrarium verius videtur, per text. in allega.
l. properandum, quæ lex generaliter loquitur. ideo debet gene-
raliter intelligi. præsertim cum dicatur respicere publicā vtili-
tatem, ne lites fiāt immortales, vt ibi dicitur. vnde pactum vel
adiectio pœnæ non valet. vt no. Bar. in l. Seius & Augerius. ad
l. Fal. & Alex. consil. 32. 2. vol. præterea excipit quosdam casus,
vnde in aliis confirmat regulam. l. in his. de legi. præterea adest
dictio (tantummodo) & sic dictio geminata quia excipitur,
& additur postea dictio tantum. vnde non videtur posse exten
di ad casus similes, quia dispositio geminata trahitur ad oīa. ca.
vt circa. vbi glo. de elect. in 6. not. Anto. de Butr. consil. 19. con-
firmatur, quia alias ista verba nihil operarentur, nisi traheren-
tur ad dotem, & similes casus. vnde ita facienda est interpreta-
tio, ita proprie Soc. vtitur hoc argumento consil. 300 circa pre
dicta. Tertio dos est priuilegiata fauore priuato principaliter
secundum communem opinio. & in consequentiā fauore pu-
blico, sed quando concurrunt fauor publicus principaliter, &
priuatus principaliter sed in consequentiā publicus, præfertur
publicus principaliter. l. vtilitas. C. de prim. lib. 12. ergo videtur,
q expiret instantia. Non ob. contraria, quia primum argumen
tum non procedit. vt declarat Decius consil. 5. sup. alleg. & cō-
trarium tenet Petr. de Anch. consil. 90. & probatur in l. fi. C. ad
Velleia. Præterea dispositio generalis etiam si esset verū quòd
non traheretur ad dotem, ratio esset, quia est priuilegiata, &
sic dispositio generalis non trahitur ad casum priuilegiatum,
vt per Barto. in extrauag. ad repri. in versi. non obstantibus, sed
non reperitur dos priuilegiata contra publicam vtilitatem etiā
secundario resultantem, vt in casu isto saltem resultat, ergo di
spositio trahetur ad illum casum. Bal. in l. in fraudem. §. fi. de te
80 sta. mili. ad secundum dum dicitur, † quòd excepto trahitur ad
casus similes. reperio. quòd hoc etiam dicit Alex. in l. 1. col. 25.
de offic. eius. & consil. 130. in causa strazolorum. 4. vol. vbi con
cludit, quod etiam si adsit dictio taxatiua, de cuius natura est
excludere. l. 3. §. Titio. de adi. leg. tamen dicit non excludere si-
milia, nec ea, quæ ex vigore verborum veniunt, vt habetur in
Cle. exiui de paradiso. de verb. sign. & per glo. in l. si mora. inf.
eo. cum similibus & respon. etiam ad id quod dicebatur. quòd
erat geminata exclusio propter exceptionem iunctam cum di
ctione exclusiua. quia respondet. quòd hæc geminatio non re-
spicit nisi dissimilia, sed certe ista ratio non videtur vera. quia
aliàs ista verba nihil operarentur, & licet per se nil aliud operē-
tur, tamē iuncta cum alio debent fortius operari, sicut dicimus
in pacto nudo geminato de quo habetur in l. legem. C. de pac.
tionem trahere ad intellectum ſibi proficuum, reus autem ad
alium ſenſum, nam in dubio fauendum eſt reo. l. ſi quis inten-
tione ambigua. ff. de iudic. l. in ambiguis orationibus. ff. de reg.
iur. l. veteribus. ff. de pact. l. non intelligitur. §. 1. ff. de iure fiſci,
Idem eſſet ſi iuris quæſtio eſſet ambigua. l. in ambiguo. ff. de
reb. dub. Sed iſte intellectus nõ facit caſum ſpecialem in fiſco,
vt requiritur, ne d. l. nõ puto ſit de indubitabili. Nam vt nemo
condemnetur per præſumptiones, vt etiam in dubio magis fa-
ueatur reo tam de iure, quàm de facto, ſunt regulæ cõmunes,
quæ obſeruantur contra quemlibet, vt ex iuribus allegatis vi-
deri poterit. Nec eſt verum quod quando probationes ſunt pa
res pro fiſco ſit iudicandum ex iis quæ dicta ſunt ſupra in quar
ta ratione pro communi. Menoch. in d. lib. 2. præſumpt. 72. nu-
me. 17. arbitratur ſenſum d. l. non puto eſſe vt ſit in arbitrio iu-
dicis in caſu dubio iudicare contra fiſcum, vel pro eo ſicut iu-
dicari poteſt contra quemlibet priuatum, quaſi ipſe princeps
15 noluit eſſe arctatus de ſua poteſtate, vt ſicut iudices † habent cer
ta arbitria in cauſis priuatorum, ita etiã habeãt eadem in cau-
ſis fiſci & in dubiis quæſtionibus non delinquant, ideſt non er-
rent ſi iudicent contra fiſcum, ſed hunc intellectum ego arbi-
tror verum, addità tamen cauſa ex communi intellectu, ne in-
cidamus in difficultatem l. inter pares ff. de re iudic. Commu-
16 nis igitur intellectus ad d. l. † non puto eſt, illam legem proce-
dere in quacunque cauſa lucratiua, quam fiſcus prætendat, cu-
iuſmodi cauſæ enumerantur à iuriſconſulto in l. 1. ff. de iure fi-
ſci alias enumerat Ripa in l. filiosfamilias §. diui nu. 52. de leg.
1 propter quas bona veniant applicanda fiſco, quo caſu in du-
bio ſit iudicandum pro fiſco, quia nemo debet condemnari,
niſi ex probationibus perſpicuis l. fi. C. de probat. Sed quia pro-
17 bationes † fiunt iudici l. quinquaginta ff. probat. iudex ipſe po-
terit arbitrari rem eſſe vel non eſſe probatam ſicut in cæteris,
ita in fiſco, ſed remotis cauſis lucratiuis, non eſt locus d. l. non
puto, & ratio legis † ſatis æqua fuit, cum magis faueatur illi qui
18 tractat de damno vitando, quam illi qui tractat de lucro captan
do l. fi. ff. de codicill. l. fin. ff. qui pot. in pig. hab. Vnde inquit Al-
ciat hic nu. 5. Modeſtinum auctorem d. l. non puto approbaſſe
Traiani optimi Imperatoris ſententiam, dicentis fiſcum lieni
ſimilem eſſe cuius craſſitudo imbecilliorem reliqui corporis
valetudinem, tenuitas verò valentiorem iudicaret, & ſequitur
Couar. in d. lib. 1. variarum reſolut. cap. 16. ergo fiſci opulentia
malam reipublicæ conſtitutionem arguit. Cum igitur propria
materia illius tituli ſit cauſa lucratiua, vt patet in l. 1. ff. eodem
19 ergo d. l. † non puto intelligenda eſt ſecundum naturam eiuſ-
dẽ tituli, vbi collocatur. l. Imperatores ff. de in diem adiect. &
hanc opinionem ſequuntur communiter ſcribentes. Iacob. de
Beluiſ. & Cuman. relati à Soc. hic nu. 24. Idem Soc. nu. 28. verſ.
tene ergo primam. Alciat. hic num. 6. addentes ad Mateſil. in
d. ſing. 71. Felyn in c. paſtoralis. num. 7. de reſcript. Bolognet.
nu. 17. Crot. hic num. 8. qui multos alios intellectus dat ad illã
l. tamen hunc ſequitur. quinque alios inducit intellectus Soci.
20 & hunc ſequitur. Iaſ. hic nu. 37. alterum intellectum † inducit,
addentes ad Alexã. hic ſub num. 3. alterum intellectum indu-
cunt. Alciat. hic nu. 5. quinque alios intellectus inducit, eoſdẽ
intellectus Alciati impugnat. Marcus Anto. Cuccus in tract.
de moratoria præſcriptione num. 48. ſed omiſſis aliis tene hũc
communem. Doctores etiam in d. l. non puto hunc intellectũ
21 communiter ſequuntur. Nec obſtat, quòd habens tot † varios
intellectus non poſſit allegari, quia hoc procedit, quando non
habet communem intellectum, vt declarat Ruyn. hic num. 9.
verſ. quia iſte textus habet communem intellectum. Quare d.
l. non puto loquitur in cauſa lucratiua, noſtra autem quæſtio
mota eſt in cauſa oneroſa, ſequitur quòd non faciat ad propo-
ſitum pro opinione Bartoli, & Alexandri. Cum igitur nulla ex
legibus pro vtraque parte allegatis videatur poſſe ſubſiſtere,
adhuc dubitatur de certiore opinione, Niſi velimus inſequi
22 communem † ſicut aues, vel ſicut ille Conſiliarius, qui igno-
rans notare per rationes, in votando ſecutus fuit opinionem
Domini (N.) interrogatus a Domino Præſide propter quam
cauſam, reſpondit (purachi è muy amigo di ſu mageſtad) Qua
mobrem inſequamur communem propter hanc rationem,
23 quia inter pares † cauſas pro fiſco eſt iudicandum pro quo al-
24 lego c. fi. † extra de re iudic. vbi in cauſa fauorabili, puta matri-
monio, dote, libertate, & teſtamento pro ipſis eſt iudicandum,
& ibi Felyn. nu. 6. dicit, caſus fauorabiles extendi etiam ad ſimi
les, ſed ipſe Felyn. ſolum propter d. l. non puto arbitrabatur il-
lud cap. fi. non poſſe extendi ad fiſcum, ſed iam eſt demonſtra-
tum illam legem non loqui in caſu noſtro, ſed in cauſa lucrati-
ua. nos autem in pari cauſa oneroſa, ergo habet locum diſpo-
25 ſitio d. c. fi. & l. inter pares ff. de re iudic. quòd autem cauſa † fi-
ſci dicatur eſſe fauorabilis, probatur generaliter quia fiſcus, &
dos circa fauores à pari iudicantur glo. in l. dotis C. de iure dot.
& probatur in l. 2. C. de iure fiſci. Imò cauſa fiſci principaliter
reſpicit publicam vtilitatem l. 2. ff. ad Municip. l. Lucius Titius
26 ff. de adminiſtrat. tut. latè Crot. hic num. 6. Vnde ſicut poſſeſ-
ſio † non releuat priuatum, quando pia cauſa concurrit cum
teſtamento eadem die confecto ad eius fauorem Dec. in l. fin.
colum. fi. C. de edict. diui Adr. toll. & vide Iaſ. qui hæc applicat
ad fauorem fiſci, & Afflict. in deciſ. 387. in fine de pia cauſa, Ita
non releuat priuatum contra fiſcum Peregrin. de iure fiſc. d.
27 lib. 6. tit. 6. nu. 28. Et pro hac opinione † faciunt, quæ dicit And.
in c. 1. §. ſed & res. titu. per quos fiat inueſti. & in c. 1. de duobus
fratribus de nouo benefic. inueſtit. & in conſtitutione regni,
quę incipit. Vt de ſucceſſionibus. col. 6 quòd d. l. nõ puto intel-
ligitur quando eſt dubium de facto, tunc fit interpretatio con-
tra fiſcum, ſed quãdo eſt de iure, tunc interpretatio ſit pro cau-
ſa fauorabili, ſcilicet pro ipſo fiſco, quem ſequitur Afflict. in cõ
ſtitutione regni, quæ incipit Si dubitatio. num. 20. Sed in caſu
noſtro, dubitatio eſt de iure, ſcilicet ꝓbata hypotheca per duo
inſtrumenta eadem die confecta, cuius cauſa ſit potior, ergo
non mirum ſi iſta cõmunis rectè determinat ad fauorem fiſci.

SVMMARIA.

QVAETIONIS SECVNDAE.

1 *Dotem præferri fiſco in dubio ſecundum communem opinionem.*
2 *Priuilegiatorum ille præfertur, qui habet potentius priuilegium.*
3 *l. ſi pignus ff. qui pot. in pignor. hab. vera inductio.*
4 *Verbum accipere, denotat hypothecam expreſſam.*
5 *Dos regulariter eſt priuilegiata, fiſcus autem ſolum in caſibus.*
6 *Lex generaliter loquens an comprehendat cauſam dotis.*
7 *Lex generaliter loquens includit cauſam fiſci.*
8 *Pro dote in dubio eſt iudicandum.*
9 *Dotis priuilegia reſpiciunt vtilitatem omnium.*
10 *Caſum ſpecialem an liceat dicere in cauſis dotalibus.*
11 *Regula. Si vinco vincentem te fortius vinco te, vbi & per quos probetur.*
12 *Mulier præfertur cuicunque creditori mutuanti in refectionem rei hypo thecatæ.*
13 *Prioritas hypothecæ ex quibus poſſit apparere.*
14 *l. ſcripturas C. qui pot. in pig. hab. habet locum in omnibus contractibus.*
15 *Hypotheca conſtituitur ex ſcriptura priuata Florentiæ, & quomodo intel- ligatur.*
16 *L. 2. C. de priuileg. fiſci duplex inductio.*

L.2.C.de

17 *L.2.C.de privileg.fisc.vbi corrigitur.*
18 *Dos,& fiscus in quibus æquiparentur.& nu.28.*
19 *Creditores pares in pignore,æqualiter admittuntur.*
21 *Privilegiatus non vtitur suo privilegio cõtra privilegiatum in pari causa.*
22 *Creditor ille est potior,qui prius pervenit ad sententiam.*
23 *Fiscus si reperitur in possessione,& sumus in dubio,præfertur doti.*
24 *Præsumptio est pro possessore.*
25 *L.3.C.de primipilo lib.12.intelligentia.*
26 *Ratio generalis restringitur ad specificata.*
27 *Ratio generalis non trahitur ad maiora.*
28 *Ratio generalis non comprehendit alios casus,in quibus est diversa ratio.*

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum dos vel fiscus præferatur.

EX prædictis infertur ad quæstionem, Si de prio-
ritate temporis secundum casum Bartoli con-
tendat fiscus,& dos quis eorum præferatur, in
1 hac quæstione † communis opinio est pro do-
te,vt testificatur Alciat.de præsumpt.reg.3.ca.
41.in fine. Covar. lib.1.var.resolut.cap.16.nu.
6.Menoch.de præsumpt.lib.2,præsumpt.72.num.18 cuius cõ-
munis auctor fuit Bald.in l.dotis C. de iure dot. & in l.ad exa-
ctionem C. de dot. promiss. & sequitur Soc.hic num.39. Iaso.
num.37.Rip.num.10.Crot.num.9.Parif.nume.14.Bolognett.
num.18.Negusant.de pignor.in 3.parte princip.in 2.membro
num.109.Prima ratio pro ista communi,quando duo privile-
2 giati concurrũt, ille præfertur qui habet privilegium † poten-
tius, sed dos habet privilegiũ potentius fisco, ergo causa do-
tis præferri debet causæ fisci. Maior probatur per textum in l.
verum in fine ff.de minor. Bartol. & Doct. in auth. quas actio-
nes C. de sacros.eccl. Minor probatur per textum in l.si pignus
3 † ff.qui pot.in pign hab.qui sic inducitur a Docto. quod tacita
hypotheca anterior privati præfertur posteriori hypothecæ ta-
citæ fisci,& tamen in l.assiduis. C. qui pot.in pignore habean-
tur,dispositum est,tacitam favore dotis,licet posteriorem præ
ferri priori hypothecę tacitæ ipsius privati. Sed illam minor
non bene probatur per d.l.si pignus,quia Accurs. ibi interpre-
tatur Si pignus specialiter idest expresse,& sic non loquitur de
tacita,& non valet argumentum,quia expresse regulariter prę
fertur tacitæ, Et confirmatur,quia dicit ibi Vlpianus,Si pignus
4 specialiter respublica acceperit,† cum pignus quis nisi expresse
accipere non possit: Item quia prior erat fisco, tam ex eo quia
habet expressam,quã ex eo, quia accepit pignus, ex regula d.
l.illud §.sicut in verbis. secundus creditor.ff. quib.mod.pign.
vel hypot.solu. sicco aliis modis potest probari d.minor, vel vt
Socin.hic num.38.per l.1.C.rem alienam gerentibus.vbi si tu-
tores,vel curatores,quorum bona sunt tacitè obligata pro ad-
ministratione vendiderint eorum bona fisco, vel privato, eo-
rum bona transeunt cũ dicta tacita hypotheca, & sic anterior
5 fisco. Sed melius probatur, quia dos † regulariter est privile-
giata,vt hic,sed ipse fiscus non est regulariter privilegiatus, ni-
si in casibus a iure expressis,quos casus recẽsent. Francisc. Lu-
can.in tract.de privileg. [illegible] Martin. Lauden.in tract. de Fisco.
Peregrin.in tract.de iure fisci,Afflict. in tit. de duobus fratribus
de novo benefic. invest. Vbi autem non reperitur privilegia
tus æquiparatur privato l.quod placuit ff.de iure fisc. l.1.C. de
conduct. & procur. præd. fisc.lib.11. l.1.C. de petit.hered.glo.
in l.item veniunt §.in privatorum ff.de petit.hęredit. ergo dos
est magis privilegiata quam fiscus, Potest etiam probari quia
6 causa dotis est adeo privilegiata, vt lex † generaliter lo[illegible]
non comprehendat illam,prout est communis opinio [illegible]
per Gabriel.in tit.de legib.& constit.conclus.1.nu.10.q[illegible]
7 nes allegat,sed lex † generaliter loquens includit fiscum. Sar-
dus in decis.Mantuana 13.nu.1.& 2.& seq. Et licet iudicatũ
quod lex generalis comprehendat causam dotis,vt per Frãch.
in decis. Neapolit. 219. & decis. 286. tamen decisiones proce-
dunt quando causa dotis non erat privilegiata in eo,super quo
generalis lex disponit, prout adhoc congerit idem Gabriel. in
dicta conclus. 1.num. 11. sed fiscus ipse semper comprehendi-
tur,vt in d. decis. 13. per Surdum. Vnde sicut pro dote præsu-
mitur cõtra privatum, eodem modo pro dote pręsumendum
8 sit contra fiscum. Secunda ratio. In dubio est pro dote † pronũ
tiandum l.in ambiguis pro dote ff.de iure dot.c. fi. de re iudic.
& hoc procedit semper de regula, sed pro fisco non semper,
nisi secundum intellectum communem, quem dedimus ad l.
non puto ff.de iure fisc.& confirmatur,quia privilegia conces-
9 sa † doti,respiciunt vtilitatem omnium, & hoc respectu dota-
tionis afferentis publicam vtilitatẽ auth.res quæ C.comm.de
leg.quæ vtilitas publica præfertur commodo, & vtilitati fisca-
li,casus est expressus in l.vnica §.fin. C.de caduc. toll. vbi quod
communiter omnibus prodest,hoc privatę nostræ vtilitati prę
ferendum esse censemus,& ibi loquitur de fisco. Et propterea
Castrens.hic infert,quòd licet sit refugium miserorum allega-
10 re,hunc esse casum † specialem,tamen in causa dotis,si nõ ha-
bemus aliam responsionem recte dicimus esse casum specia-
lem, Rip.ad hoc concedit, ad concordiam reducendum leges,
quando leges specialiter de dote loquuntur, vt in d. l.assiduis.
C. qui pot. in pig. hab. Vos dicatis quòd non possumus dicere
speciale esse in dote,nisi vel lex loquatur,vel ex verbis, vel per
extensionem ex identitate rationis.probatur quia in l.in rebus
C. de iure dot. fuit factum vnum speciale in rebus dotalibus,
quod non extenditur ad pecunias dotales,ideo necessariũ fuit,
facere l.assiduis C. qui pot.in pign.hab. Et probabimus quod
cum ille textus non faciat mentionem de hypotheca expressa,
quod non possumus extendere, ergo in dote etiam refugium
est miserorum dicere esse casum specialem sine ratione gloss.
in ver. percept. in l. filium quem habentem C. fam.hercisc.
11 Tertia ratio regula † est, si vinco vincentem te, multo fortius
vinco te, sed creditor qui mutuat pecuniam in refectionẽ do-
mus præfertur quibuscumque creditoribus anterioribus, &
fisco, & mulier præfertur illi creditori in causam refectionis,
ergo multo magis præfertur ipsi fisco: maior probatur in l. de
accessionibus ff. de perpetuis, & temporalibus præscriptioni-
bus.quam regulam dotem explicat Oldrad.in cons.98.& post
eum Fulgos.in l.Claudius ff qui pot. in pig. hab. Minor respe-
ctu creditoris mutuantis in refectionem probatur per l.credi-
torem 1.ff.si cert. pet. & l.interdum ff.qui pot. in pignore hab.
12 Item probatur respectu mulieris † quæ præferatur creditori
mutuanti in refectionem in aut. quo iure C. qui pot. in pign.
hab.& in §.his consequens in auth. de ęqualit. dot. Declaretis
istam magis communem opinionem procedere dummodo
dicta duo instrumenta sint eadem die confecta, & non appa-
13 reat de aliqua prioritate,† quę potest apparere,vel ex ordine na
turæ pot.,quia in vno instrumento esset promissio habitus, in
altero privationis, quia tunc regula est privatio præsupponit
habitum.l.decem ff.de verbo. obligat. l. manumissiones ff. de
iust.& iur. §. 1. instit. de his qui sunt sui,vel alie.iur. Vel quando
vnum instrumentum esset publicum, alterum privatum, iuxta
14 terminos l.† scripturas C.qui pot.in pign.hab. cuius dispositio
habet locum in omnibus casibus in quibus ex scriptura priva-
ta potest fieri fraus habenti instrumentum publicum,pro quo
videte Tiraque.l.de retract.conventional.§.1.glo.7.vers.nunc
autem & Franch..in decis.Neapolit.95.num.4. qui alios con-
15 gerit. Verum illa declaratio non haberet locũ Florentiæ † vbi
habentes scripturam privatam in eorum beneficium, intelli-
guntur habere instrumentum guarentigiatum, propter statu-
tum Florentinum,de quo per Nerviant.in 5.parte.in 2.mem
bro nu.47.[illegible] ideo consuluit Soc. quod
creditores scripti in libro debitoris si sint anteriores præferan
tur aliis creditoribus posterioribus habentibus instrumentum
in [illegible] quod ego intelligo si liber sit scriptus
manu debitoris,vel si de [illegible], alterum esset subscriptus
per debitorem,& liber non [illegible] exceptiones falsitatis. Itẽ
declara, dummodo eadem instrumenta non sint confecta ab
eodem notario, [illegible] scripturæ, & protocolli potest
apparere de prioritate temporis,vt dixi supra, & videte ad hoc
Vivian.in additionibus ad decis. 87. [illegible] & Felyn.in cap.pasto-
ralis.nu.5. de rescriptis. In contrarium, quod in dubio non sit
pronuntiandum pro dote cõtra fiscum sed quod dos, & fiscus
a pari procedant, tenet Bald.nove. in tract.de dote parte 9.pri
vilegio.1.Heren. [illegible] nume.5. Rip. [illegible] nume. [illegible]
de iure [illegible] quæst.17.nu.15. Prima ratio pro ista opinione
16 desumitur ex textu.l.2 † C. de privileg.fisci,dum licet illam in
[illegible]. Vel quod ibi fiscus præfertur dot. sed huic inductio-
ni respondẽt communiter Doctores quod ibi clara est decisio.&
prioritas fisci, ex quo [illegible] erant mariti bona, antequam con-
traxerat matrimonium, Nos autem [illegible] in dubio,& Ac-
17 curtius in d.l.2 † dicit legem illam corrigi per l.fin. C. qui pot.in
pign. hab.& sic d. l.fin. [illegible] quinquaginta [illegible]bus,
vel novis constitutionibus,de quibus in l.1.C. de emendat. Co
dicis Iustin vt hic declarat Soc. nu. 39. Secunda ratio alter in-
18 ducẽdo,quod fiscus,† & dos æquiparentur in privilegiis, sicut
inducit glo.in d.l.2.C. de privileg.fisc.& probat text.in d.§. his
consequens in auth. de æqualit. dot.& l. quod quis ff. de privi-
leg.credit. Nam in d.§.his consequens definitur quod dos prę-
feratur ei qui mutuavit in refectionem,& in d. l. quod quis fi-
scus præfertur etiam ei qui mutuavit in refectionem, Tunc po
test formari argumentum, Causa dotis, & causa fisci paribus
privilegiis ambulant,ergo vna non est alteri præferenda,ante-
cedens est probatum,consequentia valet,quia idem est in pri-
19 vatis,qui si pares † in iure pignoris æqualiter admittuntur l. si
debitor l.si fundus §.si duo ff. de pignor. Sed respondetur, quod
20 ista regula † fiscus,& dos æquiparati procedunt,intelligitur in gene
re privilegii,non in specie,idest,quod sicut fiscus, ita & dos ha-
bet privilegium tacitæ hypothecæ gloss. in l. dotis, C. de iure
dot.quæ ibi est communiter recepta, & probatur in l. assiduis.
C.qui

C.qui pot.in pign. hab. sed vbi duæ scripturę apparent eadem
die confectæ altera in fauorem dotis, altera in fauorem fisci, &
sic in specie magis recepta est senẽtia vt pręualeat ea quæ in fa
uorẽ dotis, vt dictũ est. Itẽ respõdẽt à pari procedũt ꝯ tertiũ, &
sic loquunẽ casus legũ inductãrũ, sed qñ inter eos tractatur, qa
dos reperiẽ regulariter priuilegiata, vt hic, fiscus aũt nõ regula
riter, nisi in certis casibus priuilegiatus, ideo dos præfer̃ fisco.
21 Tertia ratio. priuilegiatus † non vtitur suo priuilegio cõtra pri
uilegiatum in pari causa, vt notat gl. in ver. cessat in d.l.2. C. de
iure fisc. & gl. in l. dotis. C. de iure dot. ergo inter fiscum, & do-
tem est seruandum ius cõmune, sed de iure communi ille est
22 † potior qui prius ad sententiam peruenit. l. is a quo in prima.
ff. de rei vendic. l. siquis a multis. ff. de noxal. Imò videtur quòd
pariter admittatur quilibet pro sua rata, quia hypotheca neu-
trius attenditur inter seipsos, ex quo de prioritate hypothecæ
non apparet, & sic pro rata concurrunt. l. priuilegia. ff. de priui-
leg. credit. & est argumentum. l. si. C. de bon. auth. iudic. possid.
& l. cum vnus. ff. eod. Sed respondetur concedendo maiorem
quando sunt ęqualiter priuilegiati, secus si alter esset magis pri
uilegiatus, quia præfertur. l. verum in fine. ff. de minor. & iam
est probatum dotem ipsam esse magis priuilegiatam fisco, Nõ
23 tamen negamus ꝙ si fiscus † reperitur in possessione, & deten
tione rerum, ꝙ eius conditio sit potior, prout quando agitur
inter duos priuatos, & ista est doctrina Salic. in l.2. C. de priuil.
fisc. Idem dicimus in dote. quia possessionis additamentũ effi-
caciter ampliat iura possidentis. §. commodum instit. de inter-
dict. cap. si a sede de præbend. lib.6. Bart. in l. si fundus. §. si duo.
24 ff. de pignor. nam præsumitur † pro illo qui possidet, siue sit fi-
scus, siue mulier, & pro hoc faciunt notata per Bart. in l. quæ li-
beris. §. testamenta. & in l.1. §.1. ff. de bon. possess. sec. tab. & in
l. si inter. ff. de reb. dub. facit cap. si a sede de præb. lib.6. glo. in c.
nulli. 12. q.2. quo casu non obstaret causam dotis esse potiorẽ,
quia id intelligitur cæteris. Peregrin. de iure fisc. lib.6. tit.6. nu.
25 34. Quarta ratio per tex. in l.3. † C. de primipilo. lib.12. duplici-
ter illam legem inducendo, Primo modo in casu legis, vbi fi-
scus præfertur doti, & est clarum. Secundo modo in ratione le-
gis, quæ generalis est, sic arguendo vtilitas publica præfertur
priuatorum contractibus per illam legem, sed in fisco conside
ratur vtilitas publica, non autem in dote, per illam legem, ergo
generaliter fiscus præfertur doti. Sed respondetur communi-
ter per scribentes ipsam legẽ loqui in casu primipilari, cui spe-
tialiter est concessum ibi, vt præferatur doti, sicut sunt etiã con
cessa alia priuilegia magis ardua, vt filij obligẽtur, licet nõ sint
hæredes patris. l. fi. C. eod. tit. & hanc responsionem dedit pri-
mo loco Cyn. in l. satis notum. C. in quibus caus. pign. vel hy-
poth. tacite contrahatur. qui est cõtextus ad d.l.3. C. de primi-
pil. lib.12. & ibi sequuntur omnes. Alciat. de præsumpt. regu.3.
præsumpt. 41. in fi. Couar. lib.1. var. resolut. cap.16. nu.6. in fine.
Menoch. d. præsumpt. 72. nu.4. Soci. hic. nu.41. Nec obstat ra-
26 tio † generalis, quia restringitur ad express. §. fratris instit. de
nupt. & ibi gl. docet. l. de eo. §. si quis ex auis. ff. ad exhibend. gl.
in l. si fugitiuis in ver. qualibet alia pœna. C. de seruis fugit. latè
Fely. in cap. sedes in 4. declaratione de rescript. & hanc tanquã
communem probat Abb. Siculus in d.c. Sedes nu.149. & plur.
27 seq. Nec potest ratio † generalis trahi ad maiora expressius Syl
uanus in consil.45. nu.41. qui testatur de communi Ias. in l. si is
qui pro emptore. nu.121. ff. de vsucap. Crot. in consi.60. nu.22.
vol.1. Castrens. in consil.467. vol.7. vol.2. Curt. sen. in consil.16.
nu.26. versic. vltimo ista pars. Et ista doctrina sæpius est recepta
in tribunalibus Capitaquens. decis.145. nu.4. par.1. & decisio.
272. nu.3. eadem parte, & decis.100. num.2. par.3. & decis.103.
28 nu.2. Et qñ diuersitatis † ratio allegari potest alios casus nõ cõ-
prehendit. l. talis scriptura. §. fin. de leg.1. Gabriel. in tit. de clau-
sul. conclus.9 nu.3. Surdus in decis. Mantuana.88. num.13. Et
est magna ratio diuersitatis inter fiscum, & dotem in cæteris
casibus, in quibus dos ipsa maiora consequitur priuilegia, vt
abundè probatum est.

SVMMARIA

QVAESTIONIS TERTIAE.

1 *Dotis priuilegium in tacita hypotheca an complectatur expressam, & nume.32.*
2 *Glossæ opinio in decisiuis est tenenda.*
3 *Ius commune potentius est quàm ius priuilegiatum, quod est singulare.*
4 *Ius commune per ius speciale derogatur.*
5 *Actus qui iure communi fieri potest, & iure speciali, tutior est si fiat iure communi.*
6 *Ius priuilegiatum potentius est in concursu iurium.*
7 *Priuilegia in dubio non intelliguntur cum iniuria alterius.*
8 *l. impensa. ff. de relig. & sumpt. funer. intelligentia.*
9 *Creditor pro sumptibus funerum non præfertur creditori anteriori habenti hypothecam expressam.*
10 *Dos præfertur expensis funeris in tacita hypotheca.*
11 *Mulier non præfertur creditoribus in hypotheca expressa, & nu.16.*
12 *Hypotheca tacita non operatur tantum effectum, quantum expressa.*
13 *Prouisio hominis potior est prouisione legis.*
14 *Mulier non habet priuilegium hypothecæ contra habentem ius quæsitũ.*
15 *Clausula antefe. ri facit priores cedere posterioribus.*
17 *Mulier in sua hypotheca præfertur creditori mutuanti in refectionem domus, vel nauis.*
18 *Regula si vinco vincentem te &c. intelligentia.*
19 *Creditor mutuans in refectionem non habet hypothecam, sed solum personalem actionem.*
20 *Prædium emptum ex pecunia mea, quando efficiatur meum.*
21 *l. interdum. ff. qui pot. in pign. hab. intelligentia.*
22 *Comparatiuum non excludit qualitatem positiui.*
23 *§. his consequens in auth. de æqualitate dot. intelligentia, & nu.32.*
24 *Hypotheca tacita in quibus casibus contrahatur.*
25 *Dotem, cæteris paribus, præferri ex priuilegio.*
26 *Legum extensio non est facienda ad correctionem iuris.*
27 *Argumentum de personali actione ad hypothecã expressam non procedit.*
28 *Declaratio nihil de nouo inducit.*
29 *l. assiduis procedit, vbi non inducitur iuris correctio.*
30 *Extensio quando fiat in exorbitantibus.*
33 *Dos est magis priuilegiata quàm fiscus.*
34 *Hypotheca tacita in dote tantum operatur, quantum expressa in priuato.*

QVAESTIO TERTIA.

An mulier pro suis dotibus in concursu creditorum præ-
feratur alijs habentibus non solum tacitam, sed
etiam expressam hypothecam.

TErtio prosequendo ordinem prælationis, quæ-
runt Doctores vtrum priuilegium indultum
1 † mulieribus pro exactione dotis, vt præferatur
alijs creditoribus mariti, de quo in l. assiduis.
C. qui pot. in pig. hab. in §. fuerat instit. de act.
l.2. §. fi. ff. de priuileg. credit. in l. vbi adhuc. C.
de iure dot. in §. aliud in auth. de æqualit. dot. in §. quæ igitur in
authẽ. de priuileg. dot. habeat locum etiam contra creditores
anteriores habentes hypothecam expressam, nã de tacita non
est dubitandum, cum d.l. assiduis clarissimè hoc determinet.
Communis opinio est pro parte negatiua. vt testificantur, So-
cin. sen. hic in fine, iunior nu.105. & no. in fi. Ias. nu.10. in 2. lect.
Bolognet. nu.171. vers. tertia pars. Negusant. in tract. de pigno.
in secunda parte princip. in memb.4. versic. & alij comm uni-
ter. Corn. in consil.182. nu.3. vol.1. in versic. opinio glossæ com
muniter obseruatur. Ruyn. hic nu.4. Crot. nu.28. Ripa hic. nu.
27. & in d.l.2. §. fin. ff. de priuileg. credit. Author istius commu-
nis fuit Accurs. in d.l. assiduis in ver. licet anterioris. versi. tu dic
tertio, & ibi Iacob. Butr. Bal. & Salic. & hoc voluisse etiam Bar.
hic, testatur Soci. iun. d. nu.105. glo. in §. fuerat in ver. credito-
ribus instit. de act. & ibi Ang. nu.12. gl. in c. ex literis extra de pi
gnor. in ver. fauor. & ibi Anto. de Butr. dicit esse communem
opinionem inter Canonistas. Dyn. in reg. qui prior. de reg. iur.
lib.6. & ibi addentes cumulant. Et secundum hanc communẽ
est casus decisus in Cappella Tholos. decis.218. Bart. in d.l. assi-
duis dicit quod consuetudo iudicandi est pro opinione glossæ.
Abb. in d. c. ex literis nu.8. in fine dicit, quòd ipse seruaret opi-
nionem glossæ, si ita esset de consuetudine. Corn. in d. cõs.182.
2 nu.3. dicit ꝙ dicta opinio glo. † in decisiuis est tenenda, tũ quia
ab opinione glossæ non est recedendum per notata a Iac. But.
in l.1. C. qui pro sua iurisdict. multo minus a communi opinio-
ne concurrente cum sententia glossæ, vt notant Doctor. in cap.
ne innitaris extra de constit. & in l. cum prolatis. ff. de re iudic.
Vt igitur ostẽdam vobis hanc opinionem esse verissimam, &
amplectendã esse in tribunalibus, recitemus primo ipsius fun-
damẽta, deinde quot fuerint de ea re opiniones diluamus pro
confirmatione veritatis. Primo igitur inducitur regula gene-
ralis. qui prior est tempore potior est in iure cap. qui prior. de
reg. iur. lib.6. l. potior, & l. qui balneum. ff. qui pot. in pigno. ha-
3 beantur. Secundo, ius † commune potius est iure singulari, qd
vocant priuilegiarium, sed creditores qui expressam hypothe-
cam habent, & qui mulierem tempore antecedunt nituntur
tantum iure communi, mulier autẽ solum speciali fauore do-
tis, ergo potius est ius creditorum anteriorum ipsa dote; ma-
ior probatur per textum in l. eius militis. §. militia missus. ff. de
milit. testam. in l. centurio. ff. de vulgar. & pupill. substit. Sed te-
nentes contrariam partem respondent, quòd ista non proce-
dunt, quando creditores priores tempore nituntur tãtum iu-
re communi, sed posteriores tempore nitũtur iure priuilegia-
rio, l. creditor in 1. C. si cert. pet. l. impensa. ff. de relig. & sumpt.
4 funer. l.3. ff. quod cum eo qui in aliena potestate. Quia ius † cõ-
mune per ius speciale derogatur ex regula generi per speciem
derogatur cap.1. de rescript. cap. generi de regul. iur. l. vxori in.
§. felicis-

§.felicissimo,& l.seruis vrbanis.§.si alii.ff.de leg.3. l.in toto.ff.
de reg. iur. Item ad regulam ius commune potius est iure sin-
gulari, respondetur, quando vtrunque ius in eadem persona
5 concurrant,tunc actus † qui iure cõmuni valere potest, ex pri-
uilegio non sustinetur,quãdiu ius commune locum habebit.
vt d.l.Centurio. Item actus qui de iure communi, & speciali
cõfici potest,tutior est,& minus periculis expositus, si iure cõ-
muni fiat d.l. eius militis §.fi.ff.de milit.testam.,& Crot.ibi no
tat de priuilegio tẽporario agi,cum post annum,quo quis mis-
sus est, militare testamentum reuocetur l. quod dicitur ff. de
milit.testam.sed nos loquimur de priuilegio perpetuo Ripa in
6 l.filiusfamilias §.diui nu 82.de leg.1.Item † in concursu iuriũ,
potius est ius speciale,& priuilegiatum,quam ius commune l.
3.ff.quod cum eo l.ex facto §.fin.ff de pecul. Nam qui in nauẽ
extruendam,vel reficiendam credidit,priuilegium habet,quo
ceteros iure communi venientes superat l.qui nauem ff.de pri
uileg.credit. Sic etiam dicẽdum sit,vt priuilegium quod in cau
sa dotis mulieribus concessum est, potius sit quam priuilegiũ
antiquiorum creditorum,tanquam speciale potius, & valẽtius
generali. Sed istæ responsiones præsupponunt mulierem esse
priuilegiatam pro dote in hypotheca expressa, quod omnino
est falsum, & de hoc disputamus, vnde sic replico, priuilegia,
7 † quæ principalibus constitutionibus tribuuntur, ad alienam
iniuriam porrigi non oportet l.cum auus C.de emancip. lib.l.
impube.ff.de administrat.tut.ergo priuilegium prelationis qđ
principales constitutiones in causa dotis mulieribus indulse-
runt,quod loquitur de hypotheca tacita, ad iniuriam aliorum
creditorum anteriorum in hypotheca expresse trahi non de-
8 bet. Confirmatur,quia in responsione allegatur l.impensa † ff.
de relig.& sumpt. funer. per quam volunt creditorem pro ex-
pensis funeris præferri cuicunque alteri creditori etiam ante-rio
ri,allegant etiam l.Neratius,& l.nec ære alieno l.at si quis §. 1.
ff.eod.tit.& notant Doct.communiter in l.fin. §. in computa-
tione C.de iure delib.per quæ iura ita tenet Alber.in l.2.in prin
cip.C.de priuileg.credit.Bar.in l.1.in 4.opposit.vers.cum quæ-
ritur ff.soluto matrim. Aret.in §.fin.instit. de lege Falcid. Ripa
in tract.de peste in tit.de remed.præseruatiuis nu. 133. Cassan.
in consuetud. Burgund. in tit.de nast.& apparit.rubri 9. §.15.
Alios congerit Petrus Duenas in reg.297.nu. 7. vbi etiam, qđ
expensę funeris preferuntur doti. Soci.Iun.hic num.61. Et ta-
men isti Doctores [illegible] quia dictæ leges in tit. de relig. &
9 sumpt. funer. non habent † locum contra creditorem anterio-
rem habentem hypothecam expressam,vt tenet glo. in d.l. im
pensa funeris quæ est l.pen.ff.de religios.& ibi tenet [illegible] Odof-
red.& latius in d.l.at si quis §.1. Vbi dicit hoc lege non caueri,
& hanc opinionem tenet Petr. de Bellapertic. in l. eos in prin-
cip.vers. vos habuistis C.qui pot.in pign.hab. Angel.in d. l. 2. ff.
de priuileg.credit.vbi Ripa qui dicit hanc esse communem opi-
nionem Bald.Nouell.in tract.de dote.in 10.parte princip.in 9.
10 limit. vbi probat dotem † præferri expẽsis funeris in tacita hy-
potheca,& Negusant.de pignor.in 5.parte princip.in 2.membro
bro nu. 28. Et secundum hanc opinionem est casus decisus in
pluribus tribunalibus,vt testificatur Franch.in decis.51.vbi in-
terpretatur dictas leges allegatas in contrarium ff. de relig. &
sumpt.funer.& fuit etiã decisum in Senatu Mantuano, vt per
Surdũ decis.245.Tertio adducitur l.[illegible] C. de iure dot.
vbi Iustin. ait, marito vergente ad inopiam vxorem posse res
dotales vendicare,[illegible] a creditoribus posterioribus, vel ab his,
11 qui non potiora iura legibus habere noscuntur, [illegible] confiten
dum † est creditoribus tẽpore prioribus in hypotheca expres-
sa mulierem non præferri, [illegible] solum credi-
toribus posterioribus,& alijs qui potiora iura non habent, [illegible]
fertur. Quarto per l.in rebus C.de iure dot.vbi habetur [illegible]
in rebus dotalibus mulier omnibus alijs creditoribus [illegible]
tur,ergo in rebus mariti non præfertur, [illegible]
lus creditores habentes expressam hypothecam anteriorem.
Quinto per l.2. C.de seruo pignori dato,vbi si contraxi cum fi-
sco,quo casu omnia bona mea sunt tacite obligata, si postea de
di libertatem seruo,non impeditur libertas,& ratio illius text.
12 est,quia hypotheca tacita † non tantum operatur, quantũ ex-
pressa specialis,ergo dum mulier est priuilegiata in hypothe-
ca tacita,non facta mentione expresse non est eo vsque exten-
13 denda. Sexto potior † est hominis cautio dispositione legis, l.
& habet §.1.ff.de precar.l.fin.C.de pact.convent. Alci. [illegible]
Bartol.in l.si quis ita ff.de condit.& demonstrat. [illegible] creditores
res priores tempore nituntur sua propria cautione,mulier au-
tem nititur dispositione legis l.vnic.C.de rei vxo.act.ergo cre
ditores priores tempore præferẽtur doti in hypotheca expres-
sa. Denique potest confirmari,quia mulier paciscendo sibi in
hypotheca expressa non potest efficere deteriorem illorũ cre-
14 ditorum conditionem,quibus per hypothecam † anteriorem
est ius quæsitum l.filius C.de pact. l. transactione matris C. de
transact.l.non debet ff.de reg.iur. Item facit,quia in quęstioni-
bus beneficiorum priores tempore, posterioribus anteponũ-
tur c.eum qui de præbend.c.tibi qui de rescript.clem. capitulũ
15 de rescript. Sed si Romanus Pontifex clausulam, † vt vocant
anteferri in diplomate posteriorũ inseruerit,magis est,vt prio-
res posterioribus cędant, quamquam prioribus ius quæsitum
iam esset c.quamuis de rescript.cap. auctoritatem de concess.
præbend.clem.pen.de præbend.sed in quæstione proposita ex
pressam prælationem ab Imperatore decretum non habemus
ergo dici non poterit, ipsam dotem anterioribus creditoribus
16 anteferri, Item † per tex.in d. l. assiduis §.& ideo C. qui pot. in
pign.hab.cui similis est tex.in §.1.in auth.vt exact. instante do-
te,vbi filij prioris vxoris prius consequuntur maternam dotẽ,
& postea secunda vxor consequitur dotem suam,ergo mulier
in dotis exactione nõ præfertur omnibus creditoribus expres-
sam hypothecam habentibus. Sed tenentes contrariam partẽ,
dicunt omnia prædicta procedere attento iure communi, ve-
rum, quia Iustinianus voluit supplere omnes leges antiquas
& hoc nouum priuilegium concedere in d.l.assiduis, propte-
rea videndum est,an hoc priuilegium haberi possit ex d. l. assi-
duis Soc.hic num. 111.& seq.multis modis inducit d. l.assiduis
pro ista opinione affirmatiua, & quia Martinus antiquus glos-
sator fuit auctor huius opinionis. Primo arguit ex Martini fun
damento. Nam creditor mutuans pecuniam in refectionem
domus,vel nauis,licet sit posterior,prefertur cuicunque alteri
etiam anteriorem hypothecam habenti per textum in l. inter
17 dum.& l.seq.ff.qui pot.in pignore hab. sed mulier † in sua hy-
potheca præfertur creditori isti mutuanti in refectionem, er-
go ipsa mulier præfertur illis creditoribus habentibus expres-
18 sam, ex regula † l. de accessionibus ff. de diuers. & temporal.
præscript.vbi si vinco vincẽtem te,multo fortius vinco te.Sed
quia huic argumento respondet Accurs.in d. l. assiduis in glo.
magna in vers. Sed certe, vbi quod ista regula si vinco vincen-
tem te &c.non semper est vera,sed plerumque fallit, vt in ca-
su auth. licet C. de natural. lib. Soc.tamen replicat. Nam præ-
supposito quod concurrant simul creditor mutuans in refe-
ctionem, & ipsa mulier pro suis dotibus,& alij creditores ante
riores in hypotheca expressa, vtique præfertur creditor mu-
tuans in refectionem alteri creditori habenti hypothecam ex-
pressam d.l. interdum,& huic creditori mutuanti in refectio-
nem præfertur mulier pro suis dotibus, prout est casus in d. §.
his consequenter in auth.de æqualit.dot.ergo dos ipsa præfertur
creditori anteriori habenti expressam,cum sit eadem ratio vin
cendi,vt per Bart in d.l.de accessionibus & in l.Claudius ff.qui
pot.in pign hab.Secundo replicat Nam mulier contra credẽ-
tem illum plus iuris habet quam anterior creditor habens etiã
expressam, probat quia ille cedit creditori in refectionem, &
mulier talem credẽtem superat, ergo plus iuris habet. Sed istæ
19 replicationes Soc.presupponunt creditorem † mutuantem in
refectione esse creditorẽ in hypotheca, quod est falsum, quia
ipse est creditor in actione personali,& hoc tenet gl. in l.inter-
dum in ver. credidero in vers. tertium ff. qui pot.in pign. hab.
& glo prima in l qui nauem ff.de priuileg.credit. Et quando
præfertur creditoribus anterioribus per d.l.interdum, hoc est,
quia iste mutuans sibi expresse cauit de hoc ex regula l.licet.C.
20 qui pot.in pign hab. [illegible] si prædium † ematur ex pecunia mea,
non aliter debeo in illo præferri cæteris creditoribus, nisi spe-
cialiter retinuerim hypothecam super illo prędio,& hoc fiat de
consensu vẽditoris,quia in actu acquisitionis ipse venditor [illegible] po-
test creditoribus anterioribus præiudicare Negus. de pignor.
in [illegible] parte nu.24. & seq. & est casus [illegible] Franch. in de-
cis.[illegible] & vide Capyc.decis.194.in 3 difficultate. Sed quia in d.
21 l.interdum † non aderat venditor [illegible] fiebat pactum inter cre-
[illegible] mutuare pecuniam in refectionem,& ip-
[illegible] creditorum anteriorum, & videba-
[illegible] non erat in facultate debitoris facere [illegible] m
[illegible] Vlp. [illegible] quod debitor
bitor specia[illegible] e hoc pactum [illegible] etiam [illegible] mo-
[illegible] aliorum credito[illegible] quæ immediate
subsequuntur [illegible] special [illegible] debitor [illegible] pos-
set hoc facere, & ita intelligo Accurs.in d. l.interdum in vers.
credidero in vers.& tunc speciale est. Et quod in d.l.interdum
sibi expresse cauerit de hypotheca prædicta, probatur, Nã Vl-
pian.dicit interdũ posterior potior est priore,sed dum de prio-
re creditore loquitur, intelligit de eo, qui expressam habuit
hypothecam, ergo & dum de posteriore loquitur,eodem mo
22 do est intelligendum, cum a contrario † nõ excludat qua-
litatem [illegible] Bart.in l.legata inutiliter in princip.de leg.1.
Bald.in l.2.vers. confirmatur etiam hic C.de probat. Nec obstat
modo quod ipsa dos præferatur creditori mutuanti per d. §.
his consequen in auth de equalit.dot.quia nos loquimur vtrũ
hypotheca expressa posterior pro dote præferatur hypothecæ
expressæ anteriori alicuius priuati,sed in d. §.his consequens,
23 † dubitatur, vtrum sicut creditor mutuans in refectionem,qui
licet sit posterior,tamen præfertur anteriori, ita etiam debeat
præferri doti quæ fuerit in hypotheca anterior,& sic sumus in
diuerso

diuerso casu,& quod ibi dos fuerat anterior probatur ex versi.
Quæsitum est igitur si mulier prætendens priuilegium super
antiquam dotem,& augmentum,&c. Secundo inducit d.l.as-
siduis Soc. in vers. Et ab anterioribus creditoribus, quæ verba
ipse dicit esse intelligenda tam de habentibus expressam, quã
tacitam. Sed ista inductio non probatur, & hoc est illud de
quo disputamus. Tertio inducit, quia si ille textus restringe-
retur solum ad habentes tacitas hypothecas, vtique rarissime
procederet,quia pauci sunt creditores,quibus talis hypotheca
tacita concedatur,de quibus in tit.ff.quibus mod.pign.vel hy-
potheca tacitè contrah.contrahitur quidem hypotheca tacita
24 † in rebus illatis per colonum §. item seruiana instit. de act. &
l.item ff.de pact. Item in rebus tutoris erga pupillum l. pro of-
ficio ff.de administr.tut. Item in contractibus fisci l.2.C.in qui
bus caus.vel hypot.tacitè contrah. Et secundum aliquos in do
mo,quæ credita pecunia reficitur l.creditor ff si cert. pet.& d.
l.interdum ff.qui pot.in pign. hab. Vnde cum non sint alij ca-
sus in iure de tacita hypotheca dos ipsa,quæ ex d. l.assiduis ha-
bet etiam tacitæ hypothecæ priuilegium solum in istis paucis
casibus verificaretur, & sic rarissime procederet. quod argu-
mentum etiam facit Iason.hic colum.2.in 2.lect.sed responde
25 tur quod non fuit parum, vt ipsa dos cæteris paribus præferre-
tur, sæpissime enim in iudicijs isti casus occurrunt. & textus in
l.nam ad ea ff.de legibus à contrario sensu, intelligitur, cum
ita rarò eueniant,vt per miraculum potius quam aliter euenis-
se credatur.Bartol. in l. si maior C.de legit.hered. Deci. in l.ea
quæ rarò, vbi Cagnol.ff.de regul.iur.Gomes.in §. item seruia-
na num.27.instit.de act. Alciat.lib.2.dispunct.cap.8.Socin.iun.
in consil.15.num.23.lib.2. Quarto Socin inducit d.l. assiduis,
in vers.oportebat enim maritos disponi,&c. Vbi illa ratio for-
tius vrgere videtur in hypotheca expressa, quam in hypothe-
ca tacita,quia tunc magis videtur maritus creditoribus satisfa
cere velle,quam si lex tacitam hypothecam inducat,& hoc ar
gumentum etiam est Iason.ibidem.num. ... Sed respondetur
26 quod siue sit par ratio, siue maior, non est facienda † legum
extensio ad correctionem iuris per notata in auth. quas actio-
nes C.de sacrosan.eccles.latè Iason.ibi.& in l.Gallus §.1. ff. de
lib.& posthum.præsertim in præiudicium aliorum,vt per Ga-
briel.in tit.de iure quæsito non toll. Quinto inducit in vers. Cũ
enim in personalibus, &c. Nam ibi ad similitudinem perso-
nalium statuitur vxorem præferri in sua hypotheca alijs hypo
thecis anterioribus,sed respectu personalium prælatio fit, licet
sint expressæ,ergo similiter debet intelligi, & de expressis hy-
pothecis. Et hoc est etiam argumentum Iason.pro hac opinio
27 ne. Sed ista argumentatio † de personali actione ad hypothe
cam expressam non procedit,quia d. l. assiduis non introduxit
priuilegium personale pro dote, vt præsupponit Iason. sed de-
clarat illud fuisse per prius introductum,& ita erat l.2.§.fin.&
l.seq.ff.de priuileg.credit.& l.1.C.de priuileg.dot.vnde d.l.assi-
duis in hoc nihil de nouo introduxit contra regulas iuris,quia
28 qui declarat † nihil de nouo facit Felyn.in c. super quæstionũ
in princip.extra de offic.deleg. Sed quo ad priuilegium præla-
tionis respectu tacitæ hypothecæ d. l. assiduis illud de nouo in-
troduxit contra regulas iuris communis de quibus in d. l. po-
tior,& in d.l qui balneum ff.qui pot.in pign.hab & sic proces-
sit respectu tacitæ hypothecæ correctoriè ad ius,ergo non de-
bet extendi ad expressam hypothecam: Cum igitur sit diuersa
ratio inter priuilegium personale,& priuilegium hypothecæ,
non valet argumentum de personalibus ad hypothecas. l. fin.
ff.de calumniatoribus.cum simil.b. Sexto inducit Soc.d.l.assi-
duis in vltimis verbis,dum dicitur curamus,ne mulieres dam-
num patiantur, suisque rebus defraudentur, licet pro lucro
non foueamus. Tunc sic argumentatur,si expressa hypothe-
ca anterior præferretur doti, non satis curasset Imperator de
ipsis mulieribus, quia sæpissimè remanerent indotatæ, & sic
contra intentionem Imperatoris,qui videtur in omni casu, &
aduersus quoslibet creditores (cum generaliter loquatur) vol-
uisse conseruare mulieres in suis dotibus. Sed respondetur, quod
29 hæc generalitas d.l.† assiduis procedit,vbi non inducitur cor-
rectio iuris, Nam ad euitandum correctionem iuris magis est
attendẽda causa prior,quam causa dotis,seu eius fauor c. cum
expediat de elect.lib.6.& d.authent.quas actiones C. de sacros.
30 eccles. Vnde licet in exorbitantibus † fiat extensio ratione piæ
causæ tamen in correctorijs non fit, regulariter loquendo, vt
per Barto.in l.si constante in princip.in 9.q.infra eodem, & ibi
31 Alexand. Septimo Soci.inducit d.§. his consequens † in auth.
de æqualitate dot.duplici modo in vers. Quæsitũ est si mulier &c.
primo,nam dicitur quòd mulier volebat præferri creditoribus
anterioribus,pro vt regulariter poterat,sed veniebat,qui in re-
fectionem crediderat,& eisdem creditoribus,& mulieri vole-
bat præferri, & sic respectu creditorum non fit distinctio, sed
de eisdem loquitur tam respectu mulieris,quam respectu cre-
dentis in refectionem,sed iste qui mutuat in refectionem præ-
fertur etiam habẽtibus expressam,ergo pariter & mulier præ-
fertur habentibus expressam. Secũdo inducit, Nam ille textus
loquitur etiam de eo qui credidit in emptionem agri,qui cum
ratione hypothecæ vellet præponi alijs, præsupponitur habe-
re expressam,quia ille tacitam non habet, iuxta l. licet. C. qui
pot.in pign.hab. sed mulier isti præfertur, ergo habenti hypo-
thecam expressam anteriorem præfertur. Sed ad hoc argu-
mentum iam est responsum,quòd in d.§ his consequens,quæ
situm est,quis præferatur,an dos anterior in hypotheca, an ve
rò mutuans in refectionem, vel creditor ex cuius pecunia em-
tum est prædium licet fuerint posteriores & pro ratione dubi-
tandi erat, quia cum isti præferantur quibuslibet creditoribus
anterioribus in hypotheca,ergo idem videbatur dicendum in
dote, & sic præsupponitur hypothecam dotis esse anteriorem
istis creditoribus in refectionem,& in emptionem, sed contra
rium deciditur in dote,cum ergo loquatur de hypotheca do-
tis anteriore, nos autem in quæstione præsupponamus dotis
hypothecam esse posteriorem, sequitur, quod non procedit
argumentum. Quare resolutis contrarijs,remanet firmata cõ-
32 clusio,quòd dotis expressa † hypotheca posterior non præfer-
tur anteriori expressæ priuati,sed inter dotem, & priuatum,re
manet regula in suo robore, qui prior est tempore,potior est
in iure,sed in tacita,mulier præfertur, etiam si sit posterior tẽ-
33 pore,& in hoc est magis † priuilegiata, quam fiscus, qui si est
posterior non præfertur,vt l.si filius ff.qui potior.in pign. hab.
Aut vnus habet expressam, & alter tacitam, & tunc si mulier
est illa,quæ habet expressam,ipsa præfertur,licet tacita sit prior
tempore,vt d.l.assiduis,sin autem ille habet expressam,& mu
34 lier tacitam,tunc quia tantum operatur † tacita in dote,quan-
tum expressa in priuato,habebit locum regula,qui prior est tẽ
pore,potior est in iure, aut non apparet de anterioritate alicu-
ius,& tunc in dubio pro dote, vt dictum est in figuratione ca-
sus per Barto. & hanc distinctionem plenissime explicatam,
vide à Dyno.in d.regula qui prior est tempore.lib.6.

SVMMARIA

QVAESTIONIS QVARTAE

1 *Causa quotupliciter sumatur.*
2 *Dotis priuilegia concessa actioni,contractui,rei,& conditioni transeunt ad hæredes.*
3 *Priuilegium quando non transit ad hæredes,& nu.7.*
4 *L.1.C.de priuileg.dot.intelligentia,& nu.8.*
5 *Dotis priuilegia quæ transeant ad hæredes.*
6 *Actio ex contractu dotis ex stipulatione semper est bonæfidei.*
9 *Actio dotis ex stipulatione expressa proueniens est bonæfidei.*
10 *L.quoties in §.cæterum ff.solut.matr.intelligentia.*
11 *Actio dotis communis patri,& filiæ,quando consolidatur in filiam.*
12 *Nouatio quando inducitur per stipulationem.*
13 *Stipulationis tacitæ,& expressæ super dote differentiæ ratio.*
14 *Stipulatio super dote quando sit stricti iuris.*
15 *Dotis priuilegium actionis bonæfidei est transmissibile ad hæredes.*
16 *Dotis priuilegium tacitæ hypothecæ est transmissibile ad hæredes, & numero.20.*
17 *Dictio,autem,cuius naturæ sit,& nu.19.*
18 *Dotis priuilegium, quòd mulier præferatur cæteris per tacitam hypothecam non est transmissibile ad hæredes.*
21 *Hypotheca tacita,& ficta stipulatio pari modo conceduntur doti.*
22 *Priuilegium tacitæ hypothecæ an transeat in cessionarium.*
23 *Dotis priuilegium in l.assiduis,an transmittatur ad hæredes.*
24 *Filiorum appellatione an veniant nepotes in priuilegijs.*
25 *Dotis priuilegium competens filiis,transit ad omnes filios de sobole.*
26 *Dotis priuilegium in prælatione actionis personalis an transmittatur ad hæredes.*
27 *Priuilegium dotis in actione personali cur sit concessum mulieribus.*
28 *Vir,& vxor æquiparantur in tacita hypotheca ex stipulatu.*
29 *Priuilegium tacitæ hypothecæ transit ad quoscunque vadit dos.*
30 *Priuilegium prælationis per tacitam hypothecam quomodo sit concessum actioni.*
31 *Actio ex stipulatu pro dote cum sua hypotheca extenditur ad partem mulieris.*
32 *Priuilegium prælationis per tacitam hypothecam in dote,competit etiam patri mulieris.*
33 *Pater tenetur iterum dotare filiam,quæ dotem amisit.*
34 *Cessibile quod non est,neque est transmissibile,& nu.36.*
35 *Priuilegium prælationis dotis per tacitam hypothecam non est cessibile, & num 38.*
37 *Priuilegium prælationis potest cedi per fiscum.*
38 *Stipulatio,dotem extraneo restitui,est stricti iuris.*
40 *Cessionarius quando possit intentare actionem sibi cessam cum suis priuilegijs.*
41 *Auth.vt exact.instant.dot.in.§.1.intelligentia,& nu.44.*
42 *Priuilegium prælationis quando transit in cessionarium.*
43 *Fiscus,& mulier,paribus passibus ambulant in priuilegio prælationis.*

EXPO-

EXPOSITIO GLOSSAE IN VERBO DOTIS CAVSA.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum Dotis priuilegia transeant ad hæredes mulieris.

Primus articulus de priuilegio hypothecæ, & eius prælationis.

EXpeditis quæstionibus, quę applicantur ad casus
figurationem secundum Bart. deuenio ad tex-
tum, qui dicit, Dotis causa semper, & vbiq; est
pręcipua, &c. Accur. interpretatur multiplici-
1 ter verbum causa, † primo, idest actio, vt l. 1. C.
per quas personas nobis acquiritur, & sic dotis
actio est priuilegiata, Item sumitur pro causa causante, & sic
ipsa dos dicitur priuilegiata. Item causa in obliquo, quasi pro-
pter quam, idest matrimonium, Item dotis causa, idest condi-
tio, & aptitudo, & sic comprehendit tam dotem, quam actio-
nem, Item dotis causa, idest titulus, vel contractus dotis est pri
uilegiatus. §. si res institut. de leg. Item causa, idest iudicium, &
instantia, vt citius expediatur, vt l. causas. C. de transact. Deniq;
causa, idest matrimonium, quod est causa dotis, quia sine eo
dos esse non potest. l. 3. ff. de iure dot. Et licet singulæ interpre-
tationes habeant suas obiectiones, Bar. tamen hic num. 1. dicit
quamlibet expositionem in se esse veram, sed diuersis respe-
ctibus, & propterea enumerat sex dotis priuilegia, videlicet.
Aliud est priuilegium tacitæ hypothecæ, Aliud est priuilegiũ.
quod datur doti, idest rei in dotem datæ, Aliud est quod datur
contractui, vt de tacita stipulatione, Aliud est quod datur cau-
sæ seu instantiæ iudicij, Aliud quod datur personæ dumtaxat
mulieris, aliud denique quod datur meræ actioni fauore mu-
lieris, & prædicta omnia priuilegia declarat ex eorum trãsmis-
sione si transeunt, vel non transeunt ad hęredes, propterea Do
ctores nostri, statim mouent hic quæstionem, Vtrum dotis pri
uilegia transeant ad hæredes. Nam tenendo omnes expositio-
2 nes Accursij esse veras, quod priuilegia dantur doti, † actioni, con-
tractui, rei, & conditioni, ergo transeunt ad hæredes, quia pri-
uilegia non respiciunt personam, sed ipsam dotem ex regula l.
in omnibus. ff. de reg. iur. vbi quòd si personæ conditio est cau-
3 sa priuilegij † tunc deficiente persona deficit priuilegium, sed
vbi priuilegium datur actioni, tunc ad quem transit actio, tran-
sit & priuilegium sed actio transit ad hæredes, ergo & priuile-
gium actionis ad hęredes transibit. l. priuilegium ff. de reg. iur.
Item potest dici, sed actio de dote trãsit in hæredem mulieris.
l. 1. §. illo procuidubio. C. de rei vxor. act. ergo priuilegia ipsi do
ti, seu eius actioni attributa transire debent ad eosdem. In hac
quæstione sic generaliter disentienda habemus textũ expres-
4 sum, in l. 1. † C. de priuileg. dot. qui simpliciter, & indistinctè
dicit quòd dotis priuilegia ad hęredes mulieris non transeunt.
Item in l. dabimus. ff. de priuileg. credit. vbi quod priuilegium
concessum doti, intelligitur concessum mulieri, ergo per d. l.
in omnibus ad hęredes non transmittitur, Sunt etiam alia iura,
quæ in suis casibus specialibus decidunt priuilegia illorum ad
hæredes non transmitti. l. fi. §. exceptis. C. qui pot. in pign. hab.
vbi declaratur speciale esse in filijs ipsius mulieris præmortuæ,
vt gaudeant priuilegio. ergo alijs hæredibus dicitur esse dene-
gatum. l. cum prætor. ff. de iudic. Item in §. fuerat. instit. de act.
in vers. cuius solius. i. mulieris prouidentia hoc induximus. Itẽ
in §. 1. in auth. vt exactiones instantis dotis in versic. non enim
alijs dedimus dudum, neque damus hoc priuilegium hæredi-
bus, aut creditoribus, sed solum filijs. Item in §. fi. in auth. vt
immobilia ante nupt. in versic. alijs omnibus præter mulierem
huiusmodi priuilegia, nec ex antiquo dedimus neque damus.
Barto. hic in principio in sua theorica concludit, quod omnia
5 priuilegia † dotis transeunt ad hæredes extraneos etiam, exce-
ptis duobus, alterum, prælationis tacitæ hypothecæ de quo in
d. §. fuerat, & similibus, alterũ prelationis quod habet in actio-
nibus personalibus, de quo in l. assiduis. §. acceptũ. C. qui pot.
in pign. hab. & d. l. dabimus. ff de priuileg. credit cum simil. &
ita intelligi potest. d. l. vnica. C. de priuileg. credit & theorica
Bart. vt loquatur de dictis duobus priuilegijs prælationis, vt sci
licet ad hæredes non transeant. Sed magis specialiter procedẽ-
do, declaremus quæstionem per articulos: Primus igitur sit ar-
ticulus de priuilegio tacitæ hypothecæ, & ipsius hypothecæ
prælationis, In quo ego arbitror sic esse distinguendum, Aut
consideramus priuilegium prælationis, quod datur contractui
dotis. Aut consideramus priuilegium, quod consistit in tacita
hypotheca. Prima consideratio circa contractum habet duo
capita, scilicet tacitam stipulationem, quæ a lege inducitur su-
per contractu dotis, de qua in l. 1. C. de rei vxor. act. & quod actio,
quæ oritur ex hoc contractu dotis, cum tacita stipulatione sit
bonæfidei, vt in §. fuerat. instit. de act. & ista duo capita semper
6 procedunt vnita, quia actio † ex contractu dotis ex ficta stipu-
latione prouenięs semper est bonæfidei, & qualitas bonæfidei
contractui inest. l. 3. C. in quib. caus. restit. in integr. non est ne-
cess. Et in ista consideratione vos habetis resolutionem quæ-
stionis ex casu d. l. in omnibus. ff de reg. iur. & ibidem in d. l. pri-
7 uilegia. Vbi priuilegia, † quæ dantur contractui. & non princi-
paliter personæ, semper transeunt ad quemcunque transeat il-
le contractus. & hanc esse communem opinionem dicit Bald.
nouell. de dote par. 12. nu. 1. in fine. Et pro hoc est textus in l. 1.
§. illo proculdubio C. de rei vxor actio. Vbi dicitur, quòd actio
ex stipulatu, in quam antiqua rei vxoriæ actio est translata, trã-
siuit mortua muliere in matrimonio ad eius hæredes secundũ
naturam, & sic cum sua natura, vt sit bonæfidei, sicut olim erat
ipsa actio rei vxoriæ. idem habetis in d. l. 1. §. sed & si non igno-
remus. C. de rei vxor. & in d. §. fuerat. Et sic poterit responderi
ad iura dicentia priuilegia dotis non transmitti ad hæredes de
8 quibus, in l. 1. † C. de priuileg. dot. & in auth. vt exactiones in-
stantis dotis in princip. & in § fi. in auth. vt immobilia ante nu-
ptias, vt non loquantur de istis duobus priuilegijs, quæ re vera
transmittuntur ad hæredes, sed de alijs, de quibus infra dice-
mus. Ampliatur ista prima consideratio, vt procedat non solũ
in actione ex stipulatu tacita, & ficta a lege, sed etiam in expres-
sa stipulatione, quæ ab omnibus hodie interponitur in restitu-
9 tione dotis, vt sit etiam actio † ex ea proueniens bonæfidei, li-
cet regulariter stipulatio sit stricti iuris, vt probatur in d. l. 1. in
princ. & d. §. illo procul. C. de rei vxor. act. quia ille textus secun
dum communem intellectum loquitur de omni actione ex sti
pulatu, siue sit apposita, siue non sit apposita, vel inutiliter, vt
d. §. 1. & d. § sed si non ignoramus. C. eod. tit. Sed contra am-
10 pliationem obijciens de l. quoties † §. cæterum infra eod quæ
vult, quòd pater sibi soli approprıet actionem per stipulationẽ,
ergo est stricti iuris, aliter dic. l. quoties esset correcta. Item l. si
maritus. C. de procurat. vbi prouisio hominis facit cessare pro-
uisionem legis, & lex non tuum, sed suum tibi deneget auxi-
lium. gl. magna in l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab. etiam essent
correctæ. Respondetur, aut stipulatio expressa fuit apposita sta
tim, prout in quolibet cõtractu notarij illam apponere solent,
illam miscendo cum contractu v. d. cẽdo, dedit pecuniam pro
dote, quam Titius maritus recipiens promisit idem præsenti,
& stipulanti ad interrogationem sibi factam restituere, & tunc
stipulatio expressa videtur sumere naturam contractus dotis
l. duo societatẽ. ff. pro soc. l. si stipulatus ff. de vsur. & tunc actio
11 † ex stipulatu nascens erit bonæfidei, & habebit tacitam hypo-
thecam, & erit communis patri, & filiæ, & consolidabitur in
filiam per emancipationem, siue per mortem patris loquẽdo
pro vt communiter scribentes, & in effectu ista actio habebit
omnes qualitates attributas a Iustiniano in d. l. 1. per totam. C.
12 de rei vxo. act. Aut ista stipulatio † fuit apposita post quam cõ-
tractus erat perfectus, cum clausula animo nouãdi, siue appro-
priandi sibi actionem, vel etiam si dicta clausula nõ fuisset ap-
posita, ipsa tamen stipulatio ex partium voluntate fuit apposi-
ta super cõtractu perfecto, quo casu intelligitur facta nouatio.
l. aliam. ff de nouat. l. 4. §. si ex conuentione ff. de re iudi. & tũc
illa actio erit stricti iuris ex propria natura stipulationis in nul-
lo immutata, quo casu erit solus patris, non autem communis
etiam filię neque consolidabitur in filiam per emancipationẽ,
vel per mortem patris, neque habebit tacitam hypothecã. sed
seruabit naturam regularis stipulationis, quia ita partes volue-
runt, quod secus esset, si partes protestatæ essent, quod non ani
mo nouandi stipulationem interposuerũt, sed cautelam
cautelis addendo, vt l. fi. C de nouat. Et ratio differentiæ stipu-
13 lationis † tacitæ, & expressæ super dote est, quia quando noua-
tio seu transfusio vnius actionis in alteram fit ex legis conien-
tia, tunc nouat cum eadem natura, prout erat prima in cuius fauo
rem fuit facta transfusio, & sic in casu nostro remanet bonæ-
fidei, secus est, si fiat nouatio ab homine, quia tunc perdit
priuilegia primæ actionis, vt in d. l. aliam, & d. l. 4. §. si ex conuẽ-
tione, & pro hoc videte Bal. in d. l. 1. §. sed & si non ignoramus.
C. de rei vxor. act. & est ratio, quia fauorabilius agitur cum le-
ge, quam cum homine arg. l. Celsus. ff. de arbitr. Item intelli-
gas hanc primam considerationem, nõ solum in dote, sed etiã
in augmento dotis. l. etiam. C. de iure dot. Itẽ in fructibus per-
ceptis soluto matrimonio. l. si marito. §. fi. infra eod. Limitatur
14 tamen, vt non procedat, † quando interuenissent sponsalia tã-
tum, siue matrimonium fuerit nullum ex aliquo impedimen-
to cum delicto, vel etiam sine delicto, vt in l. 1. C. de condit. ob
caus. & l. si extraneus. C. de condit. ob caus. & l. si cum dotem.
§. fin infra eod tunc enim cum agatur condictione indebiti, vt
dictis locis, illa est stricti iuris, nec fuit mutata, quia priuilegiũ
fuit concessum solum actioni ex stipulatu pro dote. vt d. §. fue-
rat instit. de act. & d. l. 1. §. sed vt plenius. C. de rei vxor. act. Pro
15 respectu priuilegij † transmissibilis, intelligatis in hac conside-
ratione rectè posse transmitti, quia hoc priuilegium fuit con-
cessum marito, vel eius patri ad exigendum dotem. d. §. sed vt
plenius

plenius in vers. ab vtraque parte. Item cõpetit etiam patri mu-
lieris habentis actionem communem cum filia in dote profe-
ctitia. argu. l. 1. §. videamus, & §. & ex hoc rei. C. de rei vxor. act.
Et ideo hoc priuilegiũ transit in heredem, & in cessionariũ, ad
quemcumque transit dos, vnde Bar. in l. post dotẽ in fine infra
eo. tĩ. dicit, quod hoc priuilegiũ transit etiã ad diabolũ inferna
lẽ, si ad eũ transiret dos. Secunda cõsideratio circa priuilegiũ
in tacita hypotheca, & sic etiam distinguendo, aut loquendo
generaliter, aut specialiter in casu l. assiduis C. qui pot. in pign.
hab. Generaliter loquẽdo de ipsa tacita hypotheca doti a lege
16 concessa an sit transmissibilis ad hæredes. Et respondent † cõ-
muniter scribentes, quod cũ ipsa hypotheca tacita detur actioni
de dote, vel ex stipulatu, ideo transit ad quoscunque trãseat ip
sa actio, ex regula d. l. in omnibus, & d. l. priuilegium ff. de reg.
iur. & rõ est fm Bal. nouell. qui testatur de hac communi, in d.
parte 12. nu. 6. quia lex ipsa producendo hanc actionẽ de dote,
voluit producere cũ natura tacitæ hypothecæ, ergo hoc bene-
ficium iuris non põt eradicari ab ipsa actione, propterea apud
quascunque personas trãsit cũ dicta hypotheca tacita, tanquã
in executionẽ iuris sic illam producentis, & hanc opinionẽ te-
net Alex. in l. si cũ dotẽ §. sin autem ff. solut. matrim. Bald. in l. 1.
§. sed vt plenius. C. de rei vxor. act. Barto. in d. l. post dotem col.
fi. infra eod. Alberic. in d. l. 1. in fine C. de priuileg. dot. Ripa hic
nu. 32. qui testatur de cõi. Soci. Iun. hic nu. 102. qui etiã de cõi.
Et pro hac opinione considerant Ripa d. nu. 32. & Ruyn. hic
17 nu. 19. textum in d. §. fuerat instit. de act. in dictione † autẽ, cu-
ius natura est aduersari in iure, & in facto. l. hoc amplius §. de
his autem ff. de damno infecto, Nam vult dicere ibi Imperator
quod ista actio ad dotem habet duo priuilegia, vnum. l. tacitæ
hypothecæ, alterum quod per tacitã hypothecam præferatur
cęteris creditoribus anterioribus. Et dicit tex. ibi (Sed & tacitã
ei dedimus hypothecam, præferri autem alijs creditoribus in
hypthecis tunc censuimus, cum ipsa mulier de dote sua expe-
riatur, cuius solius prouidentia hoc induximus.) quasi dicat quod
priuilegium, quod præsumatur hypotheca pro actione de do-
te est transitorium ad quemcumque transeat ipsa actio, ex re-
18 gula d. l. in omnibus ff. de reg. iur. Sed quòd † præferatur, non
nisi quãdo ipsa mulier sola agit, & sic pręsupponit, quod prece
dens priuilegium tacitæ hypothecæ doti concessum sit transi-
toriũ ad hæredes. Nec valet consideratio Soc. hic. nu. 101. vers.
ad secundum quod d. §. fuerat in dictione autem habeat respe
ctum ad donationem propter nuptias, in qua etiam habet ta-
citam hypothecam secundum gl. in l. vbi adhuc C. de iure dot.
per illum textum. Quia licet hoc sit verum per d. l. vbi adhuc,
19 nõ tñ de donatione fit mẽtio in d. §. fuerat, & aduersatiua † de-
bet aduersari præcedentibus, non autem remotis d. §. his autẽ
ff. de dam. infect. Iaso. in l. 4. §. si is qui duplam nu. 5. ff. de verb.
20 obligat. Et quod priuilegium † tacitæ hypothecæ competat
omnibus ad quos transit actio pro dote probatur in d. l. 1. §. sed
vt plenius. C. de rei vxor. actione. vbi pondera verbum ex parte
mulieris: nã in verbo ex parte, sic generaliter loquẽdo voluit in
cludere oẽs promittentes ex parte mulieris, & ex parte viri, pu
ta siue sit pater, & mater, siue extraneus, semper eorum bona
sint tacitè hypothecata pro dote, vnde hoc priuilegium tacitę
hypothecæ transit ad patrẽ mulieris, & ad patrẽ viri actiue, &
passiue, vt est glo. quã dicũt singularẽ in d. §. fuerat in verbo cũ
ipsa in fine. Itẽ d. tacita hypotheca transit ẽt in extraneũ. Nam
21 hypotheca † tacita, & ficta stipulatio pari modo conceduntur,
vt d. §. sed vt plenius C. de rei vxor. act. sed priuilegiũ fictę stipu
lationis transit ad oẽs heredes, vt d. l. 1. §. maneat, & §. illo penul.
C. eo. tit. ergo idẽ de priuilegio tacitæ hypothecæ dicendũ est.
22 Ex quo infert qd hoc priuilegiũ † tacitę hypothecæ trãseat ẽt
in cessionarium ex reg. l. ex pluribus ff. de administrat. tut. quia
quicquid est transmissibile, est ẽt cessibile, vt ibi, & vide Bart. in
d. l. post dotẽ in 6. quæst. hoc tñ intelligatis iuxta doctrinã Ca-
strens. cons. 222. vol. 1. in vers. super tertio verò, vbi distinguit,
aut cessio est facta ex causa voluntaria, & tunc [illegible] apud cedentem remansura foret, & tunc non transit priuilegium, aut ex
causa necessaria, puta fideiussori, qui se obligauerat ad dotẽ &
eã restituerat mulieri, & ita sibi debebat fieri cessio l. cum [illegible]
de solut. & tũc cũ cessione trãsit dictũ priuilegium, & ita est ca-
sus decisus per Afflict. in decis. 200. nu. 6. & [illegible] infra. Altera pars
distinctionis est de priuilegio tacitæ hypothecæ de quo in l. as-
siduis C. qui pot. in pig. hab. & circa ipsam Doct. [illegible] lo-
quũtur. Soc. hic nu. 306 & inf. disputat, an d. l. assiduis, quæ ex
presse loquiẽ de hypotheca tacita, locũ habeat in expressa, vt
posterior pro dote pferatur anterior priuato, & de hac nos di-
sputauimus in precedenti, & pbauimus cõmunem s. non habe
re locũ in expressa. Sed Bal. Nouell. in d. 12. parte. nu. 9. quærit,
23 Vtrũ priuilegiũ † tacitæ hypothecæ, de quo in d. l. assidui trãs-
mittatur ad hæredes: Et hũc titulũ quæstionis insequentes. In
hoc articulo cõmunis opinio Doct. est quod hoc priuilegiũ pre
lationis hypothecæ tacitæ. ita competit mulieri, vt nulli alteri
cõpetat, quã suis proprijs filijs, & de hac cõmuni testatur Bald.
Nouell. de dote. parte 12. nu. 9. & hanc tenet gl. in ver. ad hære-
dẽ in l. vnic. C. de priuileg. dot. & est cõmuniter recepta ibi per
Doct. gl. in ver. eis in fine in l. vnic. §. exceptus. C. qui pot. in pig.
hab. quę gl. est ẽt cõiter recepta ibi per illum textũ, & ibi Cyn.
in 9. quæst. & in d. l. vnic. C. de priuileg. dot. Sed istã cõmunem
intelligaris procedere solum in filiis respectu eiusdẽ matrimo-
nii, pro quo fuit data dos, quia licet sit controuersia cõmunio, an
24 appellatione † filiorũ veniant nepotes, super qua cõsuluerunt
Alex. ĩ cõs. 168. vol. 1. & cõs. 54. vol. 3. & cõs. 16. vol. 5. Dec. in cõs. 511.
Aymo. in cõs. 154. col. fin. vol. 1. Soc. Iun. in cons. 30. nu. 35. volu.
3. & cons. 135. vol. 1. & 128. nu. 228. eod. vol. & 54. in princi. vol.
2. & alibi omnes cõsulẽtes, tñ in priuilegiis appellatione filiorũ
non cõprehenduntur nepotes l. sed & si milites in ver. hæc aũt
de excusat. tut. Cõtrarium tamen voluit Bar. in l. si cũ procura
25 tore in fine ff. de re iudic. vbi quod priuilegium † dotis transit
ad omnes filios de sobole, allegat textũ in l. si quid C. qui pot.
in pig. hab. Alex. tñ in l. etiã nu. 3. inf. eod. distinguit, aut priuile
gium est concessum soboli, & tunc veniunt liberi, nepotes, pro
nepotes, & deinceps, vt §. si quis autẽ defunctus in auth. quib.
mod. nat. effic. sui. & probatur in l. 1. C. de infantib. exposit. &
in l. 1. C. de alend. lib. Aut est concessum filijs, & tunc aut habe-
tur consideratio filiorum respectu eiusdem patris, & matris, si
cut in d. §. exceptis in d. l. assiduis, & tunc non aliter extenditur
ad nepotes, secus esset si non haberetur ratio prædicta, & est
distinctio Bar. in l. maximum vitium C. de lib. præterit. & in d.
l. sed & si milites ff. de excusat. tutor. Ampliatur iste articulus,
vt procedat non solum in prælatione tacitæ hypothecæ, sed ẽt
26 in prælatione † actionis personalis, vt scilicet ad filios transmit-
tatur, & hanc tenet gloss. in l. dabimus in ver. non habent ff. de
priuileg. credit. & gl. in l. etiam in ver. etiam filios infra eod. &
ibi Alex. nu. 3. vers. Nam textus. vbi dicit esse glossas notabiles
quia textus in d. §. exceptis loquitur de hypothecæ tacitæ pręla
tione, nõ autem de actionis personalis pręlatione, quę an trans-
mittatur ad filios, nõ est decisum à lege expressa, & an Bart. te-
neat priuilegiũ in psonali transmitti ad filios, Alex. d. n. 3. tenẽt
quod sic, sed Ruyn. hic nu. 43. probat Bartolũ tenere contrarium,
quia dicit literã, Bart. hic nu. 7. dicere hoc priuilegium in perso
nali trãsire ad heredes suos, Ego autem vidi multos Codices,
& nunquam inueni, illud pronomen suos, ideo sequor Alex. in
d. nu. 3. quod Barto. dicat, prout generaliter dicit l. 1. C. de priui
leg. dot. non transire ad hæredes, vnde cum glossæ sic interpre
tentur, & Barto. non præsumitur contradixisse glossis, dicen-
dum est, ipsum tenere etiam hanc opinionem. Et licet contra-
riũ teneant hic Castrens. & Aret. quos refert, & sequitur Ripa
27 nu. 49. Quia hoc priuilegium † est cõcessum mulieri, vt facilius
possit nubere l. 2. ff. de priuileg. credit. quæ causa extinguitur
cum persona mulieris, ideo non transit ad filios. Tamen, respõ
detur, quod hoc priuilegium est concessum mulieri propter fi
lios illius matrimonii, vt in hac l. nostra, & ideo sunt omnia pre
dicta priuilegia cõcessa filiis in cõsequentiã, & hæc est vera rõ
d. l. assiduis in ver. exceptis, imò cũ in d. l. assiduis in princ. loquatur
ẽt de actionibus personalibus, nõ inconuenit dicere d. §. exce-
ptis cõprehẽdere ẽt priuilegiũ in actione personali. Sed vt iste
articulus clarior euadat, examinemus ipsum per cõtra Primo.
28 quia vir, † & vxor ęquiparãtur in tacita hypotheca ex stipulatu
vt d. l. vnic. §. sed vt plenius C. de rei vxor. act. in vers. ex vtroque
latere damus hypothecã siue ex parte mariti pro restitutione
dotis, siue ex parte mulieris pro ipsa dote præstanda, vel rebus
dotalibus euictis, &c. Sed p dispositionẽ d. l. assiduis statutũ est,
vt actio ex stipulatu, cui inest tacita hypotheca sit priuilegiata
ex parte vxoris, ergo censetur idẽ statutũ esse ex parte mariti l.
cui neque §. 1. ff. de reb. eorũ gl. in l. si quis psuaserit C. de surt.
Bar. in auth. sed cũ testator. C. ad l. Falcid. Et cõfirmari põt, vt p
Crot. hic, quia si ex parte mariti, hypotheca habeat priuilegiũ
prælationis versatur cõmodum ipsius mulieris, quia ipsa vxor
melius tractabitur a marito l. si. C. ad Velleia. sed dote nõ exacta,
& marito mortuo, ipsa mulier remanebit indotata, neque faci
lè inueniet alterũ maritũ cũ quo pheret, ergo priuilegiũ prela
tionis hypothecę ẽt marito cõpetere debet. Respõdetur aliud
esse loq. de tacita hypotheca, aliud de priuilegio plationis ccs-
so mulieribus p tacita hypotheca de quo in d. l. assiduis, primo
modo cõcessimus in articulo pcedẽti, q ad quoscunque vadit
29 dos, transit etiam priuilegium † tacitæ hypothecę, sed priuile-
gium prælationis in sua tacita hypotheca est cõcessum mulieri
soli, quod probatur in §. fuerat in vers. solis mulieribus instit. de
act. & in auth. vt exact. instant. dot. in princip. ibi alijs personis,
neq. dedimus, neq. damus, & in auth. vt ĩmobilia ante nupt. §.
30 fi. Et qui dicunt hoc priuilegium esse concessum actioni † hoc
limitatè intelligunt, solum fauore ipsius mulieris, & sic nõ sim
pliciter actioni, vt in d. l. assiduis in ver. hoc mulieri beneficium
damus, & ideo non extẽditur ad hæredem mulieris, multo mi-
nus potest extendi ad aliam personam non repræsentantẽ ip-
sam mulierem. & sic non extẽditur ad virum, & ista est opinio
Accursii in d. l. vnic. §. & vt plenius C. de rei vxor. act. in ver. ex
vtroque

vtroque latere quam insequuntur Cyn. & Bal. ibi, & cæteri cõ muniter, quia conceditur personę mulieris, ergo nõ debet extẽdi ad alias personas. Confirmatio ipsa põt cõcedi, qa presupponit maritũ agere ↄstante matrimonio, & sic inspecta persona mulieris, tanquã legitimus illius administrator, iuxtà l. 2. C. de procurat. & facit glo. in l. præses C. de transact. sed in hoc articulo nos loquimur, an maritus possit obtinere per prælationem tacitæ hypothecæ inspecta persona sui ipsius. Secundo, quia
31 actio † ex stipulatu pro dote cum sua hypotheca extenditur ad patrẽ mulieris, vt est casus in l. 1. §. extraneũ in vers. parẽti C. de rei vxor. act. qui licet loquatur de ficta stipulatione, tamen Doctores communiter extendunt ad tacitam hypothecam, quia hęc duo priuilegia. s. fictæ stipulationis, & tacitę hypothecę a pari procedunt, vt de communi testatur Bald. Nouell. d. parte 12. nu. 1. vers. Item secundo, ergo vbi est locus fictę stipulationi, est etiam locus tacitę hypothecæ, vt d. §. sed vt plenius C. eod. tit. Respondetur eodẽ modo, ꝙ argumentum procedit de tacita hypotheca, quã admisimus apud quemcunque transit dos in præcedẽti articulo, sed hic loquimur de priuilegio prælationis in tacita hypotheca, ꝙ solis mulieribus est ↄcessum per supradicta iura expressa. Et licet glo. in ver. cũ ipsa in fine d. §. fuerat.
32 instit. de act. teneat, ꝙ hoc priuilegium † prelationis tacitæ hypothecę competat etiã patri, quã glossam sequũtur Cy. in l. 1. C. de priuileg. dot. & Dyn. in d. l. post dotẽ infr. eodẽ. Tamẽ dupliciter poteris respondere, vel secundum Dyn. ibidem, aut pater agit viuente filia, & sic versatur etiam fauor ipsius, & tunc habet quidem hoc priuilegium, sed non inspecta patris persona sed filię, cuius administratorio nomine agit, & hoc modo nos non loquimur. Aut verò agit post mortẽ filię, in casu quo sibi dos esset restituenda, & sic loquimur in hoc articulo, & pater non habet tale priuilegiũ, Bar. ẽt in d. l. post dotem nu... dicit, aut pater agit, quando actio de dote est consolidata in eius persona, puta post mortem filiæ, vel post diuortium, vt l. 2. §. 1. infra eodem, & tunc non habet dictum priuilegium, aut verò agit nomine communi, scilicet administratorio nomine, & habet quidã ipsum, sed non inspecta patris persona, sed ipsius filię, cuius administratorio nomine agit. Altera responsio est. Aut pater agit viuente filia, aut post mortẽ, primo casu aut de voluntate filię, vt d. l. post dotẽ infra eod. & quantum habet hoc priuilegium prælationis tacitæ hypothecæ, quia agit ad mixto
33 nomine filiæ, & licet ipse pater † videatur agere, propter suum interesse, quia tenetur redotare, authent. sed quamuis C. de rei vxor. act. & si non recuperaret dotem propter creditores anteriores, & ipse pater effectus esset pauperior, resultaret damnũ ipsius mulieris, tñ iurisprudentia non considerauit damnũ patris, sed contemplata est persona mulieris, cui voluit tale priuilegium concedere, quod sic intelligunt Doct. vt si ipsa viuente agatur, possit obtinere ex dicto priuilegio, quantumuis agat ab alio nomine mulieris, vel communi nomine, sed de voluntate mulieris d. l. post dotẽ, ne ipsa cogatur personaliter comparere in iudicio. Aut vero agit post mortem filię, & tũc nõ gaudebit hoc priuilegio, cum patris persona in eius cõcessione nõ sit cõtemplata, tanto minus si pater per stipulationem conuenit de dote actionem, vt dixi supra per d. l. quoties. infra eod. &
34 l. aiunt tua C. de iure dot. Tertio, quod nõ est cessibile † ad alios, illud nõ est transmissibile ad heredes l. ex pluribus, & ibi Dyn. & Bart. ff. de administrat. tut. l. non solum §. si puella ff. de ritu. nupt. l. si stipulatus fuerim in princip. ff. de verb. oblig. Bal. in rubric. de inno Cod. componẽdo in fine. & in l. fi. C. de hered. vel act. vendit. Sed hoc priuilegium † tacitę hypothecæ, qđ
35 habet mulier quod præferatur ceteris creditoribus, cedi non potest, ergo neque ad alios trãsmitti, argumentũ est Tiraquel. de retractu lignag. § 23. gl. 1. num. 81. Minor probatur, quia si mulier cedat alteri actionem ad repetendam dotem, is nõ habet hoc priuilegiũ Bal. in l. vnic. ver. quærunt Doc. de pulcherrima quæst. C. de priuileg. dot. & sequit. Iaf. in l. ... fundus §. 1. ff si cert. pet. Alberic. hic Imol. in d. l. post dotem col. fin. infra eod. & ita est casus decisus, vt per Afflict. decis. 306. vbi nu. 6. ꝙ priuilegium dotale non transit ad cessionarium ex voluntate, secus ex necessitate, puta ex titulo oneroso, vt ibi declaratur.
36 Respondetur quod regula, quod non est cessibile, † nõ est trãsmissibile ad heredes intelligitur de extraneis, secus est de heredibus suis, ad quos transmittitur, vt per gl. in d. l. ex pluribus in ver. dat per textum. in l. maritũ, & l. seq. & l. etiã infra eo. & d. l. assiduis in d. §. exceptis. C. qui pot. in pign. hab. & l. & si fideiussor, & l. seq. ff. de re iudic. Et licet gl. in d. l. ex pluribus replicet non, pcedere hãc limitationẽ regulę, quia priuilegium est concessum personæ, quo casu non transmittitur ad heredes suos, Tamẽ respõdetur replicationẽ esse veram, qñ heredes sui nõ sunt contẽplati in dicto priuilegio, vt est in casu d. l. ex pluribus sed in casu dotis filij sunt contẽplati in priuilegio dotis, qa priuilegia ↄceduntur mulieribus, ꝓpter filios, vt dictũ est. An autem hoc priuilegiũ cedi possit extraneos, Alberic. in d. l. vnic. nu. 2. C. de priui. dot. argumẽtatur ꝙ sic, qa fiscus, & mulier paribus passibus ambulant l. 2. C. de priuil. fisc. & l. dotis C. de iure dot.
37 sed priuilegiũ ꝑlationis † põt cedi per fiscũ, vt l. fi. C. de priuileg. fisc. & l. si tibi decẽ §. pactus, & l. heredis ff. de pact. ergo & mulier põt illã cedere, Secũdo argumentat, qa cessionarius in rẽ suã agit, & illa actio proficit mulieri, q̃ aliter teneret de euictione iuxta naturã ↄctus. In ↄtrarium quod hoc priuilegium
38 † non possit cedi, vel transmitti in extraneum, quia extraneus solum potest habere actionem ex expressa stipulatione, quãdo expresse sibi cauit, vt l. vnica § in presenti C. de rei vxor. act. qa
39 in dubio, si nõ stipulatur † sibi reddi, videtur donare l. si cũ dotem infra eodem, & illa actio tunc dicitur stricti iuris secundũ propriam naturã actionis ex stipulatu, vt habetur in l. 2. in princip. infra eod. & est cõmunis opinio, vt testatur Ruyn. hic nu. 28. vnde sic formetur argumentũ, priuilegiũ hoc datur actioni pro dote qñ est bonęfidei, sed actio competens extraneo est stricti iuris, ergo tale priuilegiũ nõ transmittitur ad extraneos.
40 Minor probatur vt sup. Pro resolutione. Si cessionarius † intẽtat actionẽ directã nomine cedentis viuo, eo de cuius interesse agitur, & tunc potest intentare eam cum suis priuilegijs, Cyn. Alberic. Bald. & Sali. in d. l. vnic. C. de priuileg. dot. Bald. Imol. & Angel. hic post Dynum, qui ↄcludunt, quod si facta est cessio secundo viro, transit cum priuilegio, quia tendit in vtilitatẽ mulieris, Angel. Aret. in §. fuerat instit. de act. dicit hãc sententiã esse veriorẽ Bal. Nouell. de dote parte 12. nu. 16. Cuman. in auth. si breuiores C. de sent. ex breui. loq. recitand. dicit, ꝙ ab hac sententia non est recedendum in iudicio, Et hanc etiam sequitur Curt. in addit. ad Alex. in d. l. post dotem super nu. 33. infra eod. dicens non obstare iura dicentia, hęc priuilegia non esse cessibilia, quia non negant, quando agetetur ad cedentis
41 vtilitatẽ. Neque obstare text. in auth. † vt exact. instant. dot. §. 1. in ver. aut hæredibus, aut creditoribus, & in d. l. assiduis vers. exceptis, & in d. l. dabimus, quia loquitur in creditoribus mulieris, quibus fuit facta cessio periculo ipsorum cessionariorum, vel ad eorum commodum & incommodum, secus si tractatur de vtilitate mulieris directè, vel per obliquum, nam priuilegium merè personale competens marito, ne cõueniatur, prodest fideiussori, ne per obliquũ inducatur amissio priuilegij, vt declarat. Bar. in l. & si fideiussor ff. de re iudi. & in l. Stichũ §. ꝙ vulgo ff. de solut. & in l. verum ff. pro soc. Imol. in l. cum filius §. 1. in fine ff. de verb. oblig. dicit quod hoc est singulare dictũ,
42 quia licet illud † priuilegium prælationis sit merè personale, non transit etiam ad heredes extraneos tamen ne per obliquũ priuetur suo priuilegio, transibit in cessionarium, & pro hoc vide Bar. in l. facta §. heres in vltima opposit. ff. ad Trebell. qui distinguit quomodo fiat cessio. Et in hoc addunt cõter scribẽtes rationẽ, quia facta cessione ex necessitate, priuilegium fisci
43 transit in cessionarium l. fi. C. de priuileg. fisc. sed fiscus † & mulier paribus passibus ambulant priuilegio prælationis, vt concessum vni intelligatur concessum alteri. glo. in ver. creditoribus in d. §. fuerat. & ibi Aret. instit. de act. & l. 2. C. de priuileg. fisc. ergo facta cessione ex necessitate per mulierẽ, priuilegiũ prælationis transibit in cessionarium. Nec est bona responsio dicere, quod fiscus nũquam moritur, ideo illud priuilegiũ de sui natura est perpetuum, & ideo transit, sed mulier, ergo & eius priuilegium, ideo ex sui natura extinguitur, & non transit. Quia replicant Bald. Nouell. & Curtius in locis citatis, quod hoc priuilegium fisci cum cohereat eius personæ hac ratione non videtur posse cedi, & tamen ceditur, eodem modo dicendum est, si priuilegium prelationis mulieris cedatur ex necessitate, vt dictum, vel ad mulieris commoditatem agatur. Sed Imol. in d. l. post dotem contradicit per textum in §. 1. in auth.
44 † vt exact. instant. dot. vbi illa cessio fiebat ex necessitate, quia fiebat creditoribus, vt patet ibi in vers. aut creditoribus, & tñ non transit priuilegium. Respondẽdum est sin Accurs. ibi. ꝙ mulier nõ cogetur cedere creditoribus, quia poterat aliter satisfacere, ideo cedit hoc facit ex voluntate, nõ ex necessitate.

SVMMARIA

ARTICVLI SECVNDI.

1 *Priuilegium præsumptę anterioritatis pro instrumento dotis an transeat ad heredes.*
2 *Priuilegium præsumptæ anterioritatis cui sit concessum doti.*
3 *Priuilegia quando transeant ad extraneos.*
4 *Priuilegium personale quando egrediatur personam.*
5 *Mulier si non posset transmittere priuilegia, priuaretur aliqua commoditate sibi proueniente ex illa transmissione.*
6 *Priuilegium præsumptę anterioritatis est concessum doti, non autem mulieri, & nu. 13. & nu. 18.*
7 *Priuilegia concessa certis personis quando extendantur ad alios.*
8 *Immunitatis priuilegium concessum vni ex socijs extenditur ad alterum.*
9 *Socius, & coniunctus gaudet priuilegio socij, & coniuncti.*
10 *Priuilegia extenduntur etiam ad seruos.*

Priuile

11 *Priuilegium in dubio præsumitur personale, non autem reale. & quando fallit num. 12.*
14 *Creditores duo concurrentes in eodem tempore simul admittuntur.*
15 *Priuilegium in actione hypothecaria fortius est, quã in actione personali.*
16 *Mulier de iure communi non præfertur pro dotibus.*
17 *Verbum, licet, quomodo intelligitur, & nu. 21.*
19 *Ius commune, & ius tertij minus læditur in dubio, quam in claris.*
20 *L. si fundus §. si duo ff. de pignor. intelligentia.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

De priuilegio præsumptæ anterioritatis pro instrumento dotis.

SVperest modo tractare de alijs priuilegijs, quę secundum Bartolum transeunt ad hæredes extraneos, Et primo loquamur de priuilegio
1 † præsumptæ anterioritatis pro instrumento dotis, an transmittatur ad hæredes, de quo in primis Socin. Senior hic tractauit nume. 30. deinde Iason. in 1. lect. nume. 12. Socin. Iun. nume. 114. & Ripa nume. 39. interpretantes Bartolum sic asserētem num. 4. In hoc igitur articulo communis opinio est secundum opinionem Bartoli, quòd hoc priuilegium transmittitur ad hæredes extraneos de qua testantur Ripa, & Socin. Iun. in dictis locis. Et licet nullus ex doctoribus quos viderim pro hac communi allegat rationes, præter iam dictas, quia hoc est priuilegium concessum doti, ergo debet transire ad quoscunque trãsibit dos, ex regula d. l. in omnibus quę est 68. de reg. iur. & l. in ambiguis ff. de iure dot. Sed Iason. num. 19. vers. Et tenendo
2 dicit quod est concessum † doti propter priuilegium personæ prout in alijs priuilegijs prælationis, ergo sicut cætera priuilegia prælationis non transeunt ad hæredes extraneos, neque istud transire debet. Ripa autem d. nume. 39. rectè respondet, quod aliud est in dubijs fauere doti, aliud est in claris dotē priuilegiare, tunc dicatis quod nos loquimur de priuilegio præsumptæ anterioritatis in hoc articulo, & sic in dubio, quod nō dicitur priuilegium prælationis, sed priuilegium præsumptionis, & in dubijs non ita offenditur ius cõmune, neque ita læditur ius tertij, sicut in claris, ideo facilius est, vt hoc priuilegiũ pręsumptionis transeat ad extraneos, quã cętera dicta priuilegia prælationis, quę omnia mixtim cõfundit Ias. Nihilominus
3 arbitror pro ista cõmuni posse allegari, Nam priuilegia † trãseunt ad extraneos, quotiescunque priuilegiati nō possent cõmode gaudere eorum priuilegio sed si hoc priuilegium præsumptæ anterioritatis restringeretur solum in persona mulieris, & non trãsiret ad extraneos, ipsa mulier non posset cõmode gaudere hoc priuilegio, ergo transit ad hæredes extraneos.
4 Maior probatur, nam regula quod priuilegium † personale non soleat egredi personam priuilegiatam, neque ad aliũ extēdi, de qua in c. sanè de priuile. in c. petistis. 7. q. 1. c. postulasti de concess. prębendę. & c. priuilegium, vbi glo. & Dyn. de reg. iur. lib. 6. fallit, quando si non fieret extensio, priuilegiatus nō posset commode gaudere illo priuilegio. Bald. in auth. habita. C. ne fil. pro patre. Felyn. in c. quam sit in princip. de iudæis. Mi-
5 nor probatur, quia si mulier † non posset transmittere priuaretur aliqua commoditate sibi proueniente ex illa transmissione, & ita illud priuilegium in muliere aliquãdo redderetur elusorium. Item probatur quia in dubio priuilegia extinguũtur cũ personis priuilegiatis, si hoc agitur a concedente, glo. in l. fama in §. quamq̃ ff. de censib. in ver. cum personis, allegat l.
6 etatē in fine ff. eo. tit. sed hoc priuilegium † pręsumptę anterioritatis, non est concessum doti per legem expressam, sed quia ita Doct. cõmuniter interpretantur hanc l. 1. per d. l. in ambiguis ff. de iure dot. & sic sępius decidit Surdus in decis. Mãtuana 298. nu. 5. Et dicunt omnes concessum doti, non aũt mulieri, quia omnes ad hoc allegant d. l. in ambiguis, loquentem de dote, & non de muliere, sed dos, vt probatũ est semper transit cũ suis priuilegijs, ex theorica Bar. in l. post dotem col. fi. ʒ. eod.
7 Item probatur, quia si priuilegia concessa † aliquibus personis extenduntur etiam ad alios, propter cõmoditatem priuilegiatorũ, q̃muis illæ alię personæ fuerint extraneæ, tanto magis debent extendi ad hæredes, licet fuerint extranei, in quibus repręsentatur ipsa mulier defuncta, vt in auth. de iureiur. a moriente præstit. in princip. Antecedens probatur, quia immunita-
8 tis † priuilegiũ concessum vni ex socijs, extēditur ad aliam, gl. in l. fin. C. de muner. & honor. lib. 10. Alex. in consi. 122. col. 4. vol. 4. Barbat. in conf. 36. nu. 18. vol. 2. Ias. in l. 1. col. 2. C. de transact. Natta in consi. 65. & consi. 66. & consi. 1. num. 10. vbi post Bald. in addit. ad Specul. in titu. de magistris in fine dicit, quod socij doctorum gaudent eorum priuilegijs, Et generaliter est
9 verum, quod socius, † & coniunctus gaudet priuilegio socij, & coniuncti Barbat. in consi. 36. nume. 18. volum. 2. Iason. in l. emancipati nume. 3. vsque ad 25. Marsil. singul. 180. Et licet in socio intelligant qñ materia est indiuidua, vt tũc ne priuilegiatus priuetur beneficio priuilegij, permittitur quod socius codē gaudeat priuilegio, vt declarat. Dec. in d. l. emancipati nu. 5. Caghol. nu. 101. & 105. C. qui admitti. & diximus late in §. Ca-
10 to. tũ priuilegia † extenduntur ēt ad tertios, Dec. in d. l. in omnibus ff. de reg. iur. & in ɔl. 121. in casu proposito. Luc. de Pen. in l. prędia. C. de locat. pręd. ciuil. lib. 11. nu. 5. & nu. 18. ergo tãto
11 magis ad hæredes. Pręterea, & si in dubio priuilegium † ɔcessum a principe intelligit personale, & nō reale gl. in c. cũ venissent in verf. probatũ extra de instit. & in c. possessiones 16. q. 1. Bar. in l. 1. ff. de ɔdit. princ. Ioan. And. in reg. priuilegiũ in mercurialibus Cyn. in l. hæredes C. ad Velleia. cũ alijs adductis per Alex. in ɔl. 101. visis instrumētis in fine vol. 1. & cõs. 71 circa hęsitationem vol. 6. Grammat. dec. 47. hoc tamē intelligitur, vbi
12 priuilegium † simpliciter conceditur personæ, secus si cõcedatur loco, vel rei, vel dignitati, vel dignitari, vel causę, vel actioni vel ecclesiæ, vel ciuitati, vel alię personæ, quæ nuñq̃ morit, quia tũc in dubio priuilegiũ interpretatur reale, & non personale, & hoc modo procedit gl. in c. in summa 25. qõ. 2. & in l. de forma §. q̃q̃ in d. verbo cum personis ff. de censib. & ita declarat Imo. in l. quia tale ff. solut. matrim. quem Alex. ibi sequitur, & idem Imo. in d. c. cum venissent de instit. Sed hoc priuilegium
13 † præsumptæ anterioritatis dotis per communē Doct. opinionē doti tributum, vt dictum, ergo est reale, & ad hęredes transitorium. & hãc opinionem inueni etiam tenere Constantium Rogerium in tract. de dote §. 9 nu. 7. Sed prædictis obstãt quatuor rationes Soc Sen. d. nu. 30 quas dicit hic Socin. Iun. Iasonem sibi appropriare hic nu. 18. & seq. Prima quia priuilegiũ, quo mulier præferatur alijs creditoribus, nō trãsit ad hæredes extraneos, sed qñ concurrunt duo instrumenta eadē die cõfecta, & nō apparet de prioritate, mulier nō potest præferri de iure communi Bart. in l. si fundus §. si duo ff. de pignor. sed præfertur ex speciali priuilegio, & sic contra ius commune, ergo hoc priuilegium non transibit ad hæredes extraneos, maiorē probat per textum in d. §. fuerat instit. de action. in sui generalitate. Secundo, quia de iure communi, concurrentibus duo-
14 bus creditoribus, † siue in actione hypothecaria, siue in actione personali, nullus præferatur alteri, sed omnes simul admittũtur, sed mulier in actione personali pręfertur alijs creditoribus l. priuilegia, & l. dabimus in fine ff. de priuileg. credit. & priuilegiũ mulieris in actione personali non transit ad hæredes extraneos, vt in pręcedēti articulo cõclusum est, ergo eadē rõne, neque priuilegiũ in actione hypothecaria transibit ad heredes
15 extraneos. Cõfirmari põt. quia fortius est priuilegiũ † in actione hypothecaria, quã in actione personali, sed priuilegium in actione personali non transmittitur ad hæredes extraneos, vt dictum, ergo maiori ratione priuilegiũ in actione hypothecaria non transmittitur ad hæredes extraneos. Maior probat, quia in actione hypothecaria possessor præfert l. si debitor C. de pignor. sed creditor in actione personali admittitur contra alterum creditorē possessorē l. cũ vnus in prin. C. de bonis author. iudi. possidend. ergo si in personalibus priuilegiũ non transit, in quibus nulla datur prelatio regulariter, multominus debet transire in hypothecaria, in qua prælatio est pro possessore. Deinique mulier præfertur omnibus creditoribus ex priuilegio, siue anterioribus, siue non anterioribus, sed respectu creditorum non anteriorum non dicitur præferri, nisi quando concurrit cum ipsis in eodem tēpore, ergo hoc priuilegium pręferendi creditoribus in eodē tēpore nō trãsmittitur ad hæredes.
16 Maior probatur, quia mulier † de iure communi non præfertur l. si debitor. C. de priuileg. fisci, sed præfert ex priuilegio d. l. assiduis C. qui pot. in pign. hab. in vers. contra omnes creditores, licet, anteriores sint, & c. & sic præsupponuntur creditores
17 etiam nō anteriores, quia verbum, licet, † exponitur, idest quãuis, c. licet de elect. c. licet de offic. vic. c. licet de sent. excomm. c. licet de regul. iur. Archidiac. in c. licet de constit. lib. 6. & aduerbium quamuis stat multiplicatiuē, & augmentatiuē l. quãuis inf. eod. & pro hoc cōgerit Anna in reper. rubricæ de vassallo decrepitę ętatis nu. 61. & nu. 64. in vsibus feudorũ. Sed ista
18 non obstãt. Ad primũ dr, quod hoc priuilegiũ pſumptæ † anterioritatis non est cõcessum mulieri, sed doti, nã ista cõis doctrina desumitur ex lege nostra, in qua de dotis priuilegijs loquit, & in dubio sic intelligit, ex his quæ diximus. s. nu. 6. & nu. 13. ideo ad hæredes transitoriũ. Ad secundum, & tertiũ, dicendum est quòd aliud est loqui de priuilegio prælationis, aliud de priuilegio pręsumptæ anterioritatis, & hæc differunt, quia primum consistit in claris, sed secundum in dubio, & minus læditur ius
19 † commune, & ius tertij in dubio, quam in claris, propterea facilius est faciẽda interpretatio, vt trãseat ad heredes extraneos secundum, quam primum. Nec obstat, quòd in d. l. si fundus
20 † §. si duo ff. de pignor. certè disponatur, vt duo concurrentes creditores simul admittantur, & ita in hac quæstione præsumptæ anterioritatis sumus in claris, vt replicat Soc. Iun. hic d. nu. 114. vers. & si vis cum domino meo. Quia d. §. si duo loquitur

de obligatione facta duobus creditoribus simul, & eodem momento. Nos autem loquimur in dubio, & ita adhuc sumus in dubijs. Ad vltimum respondetur, quòd illa verba, licet anteriores sint, non ampliantur ad creditores, qui nō sunt anteriores, sed ad creditores in actione personali. Nam dicit litera, vt contra omnes penè personales actiones habeant priuilegia, & creditores alios antecedant licet fuerint anteriores, &c. Ita ēt in decisione legis in ver. Cuique etiam tacitam donauimus inesse hypothecam, potiora iura contra omnes habere mariti creditores, licet anterioris sint temporis priuilegio vallati, & subdit rationem. Cum enim in personalibus actionibus secundum quod diximus tali priuilegio vtebatur res vxoria, qua propter non in hypotheca. &c. Et sic semper verbum
21 licet † ampliat de actionibus personalibus ad hypothecarias.

SVMMARIA
ARTICVLI TERTII.

1 *Priuilegium fundi dotalis transit ad heredes, & nu. 8.*
2 *Fundi dotalis prohibitio non extenditur ad mobilia.*
3 *Maritus reuocat alienata immobilia.*
4 *Maritus reuocans alienata per ipsam dotem, an teneatur de euictione, remissiue.*
5 *Alinare prohibitus, etiam si iuret non cōtrauenire, quando possit alienare.*
6 *Dominium dotis alienatæ non transfertur.*
7 *Dotis augmentum, & donatio propter nuptias non possunt alienari, ex prohibitione fundi dotalis.*
9 *Priuilegium l. in rebus C. de iure dot. transmittitur ad quoscunque hæredes.*
10 *Dotis dominium ciuile est penes maritum, naturale autem penes vxorem.*
11 *Dominium rei dotalis alienatæ adhuc remanet penes vxorem. & nu. 13.*
12 *L. in rebus. C. de iure dot. intelligentia.*
14 *Hæredes mulieris an possint reuocare dotem alienatam etiam cum consensu mulieris iurantis, & nu. 18.*
15 *Iuramentum non ligat hæredes & quando fallit, & nu. 17.*
16 *Exceptio quæ afficit personam, non obest cessionario.*
19 *Hæres tenetur obseruare contractum iuratum sui testatoris.*
20 *Cessionarius tenetur obseruare iuramentum, sed non vt possit conueniri coram ecclesiastico.*
21 *Hæres per ecclesiasticum potest compelli satisfacere animæ defuncti.*

ARTICVLVS TERTIVS.

De priuilegio fundi dotalis.

Aliud est dotis priuilegium à Bartolo enumeratum hic nu. 3. vt res in dotem datæ non possint
1 alienari, & hoc priuilegium † transit etiam ad hæredes. Quòd enim res dotalis non possit alienari est totus titulus ff. & C. de fundo dotali, & l. vnica §. & cum lex C. de rei vxor. act. Et
2 quod ista fundi † dotalis prohibitio non extendatur ad mobilia, latissimè probat Bal. Nouell. de dote parte 7. priuileg. 1. col. 1. & 2. Prohibitio ista igitur, quæ est directa contra maritum, vt non possit alienare etiam consentiente vxore d. §. & cum lex transitad hæredes mariti, vt ipsi etiam prohibeantur alienare, vt l. 1. in fine ff. de fundo dot. & sic ad successorem vniuersalem, Idem ad successorem, Nam fiscus, neque poterit alienare, si maritus effectus sit seruus pœnæ l. si maritus ff. de fundo
3 dotal. Et huius priuilegij est, vt sicut alienata † immobilia dotalia cōstante matrimonio idem maritus vendicat, vt est glossa notabilis in §. 1. in vers. alienare instit. quibus alienare licet vel non, quia ipse est dominus dotis l. doce Ancillam C. de rei vendic. l. sciendum ff. qui satisd. cog. seruus dotalis. infra eod. l. si dotis C. de iur. dot. not. in l. diuortium §. si fundum infra eo. & hæc est communis opinio, vt testatur Aret. in d. §. 1. nume. 7.
4 instit. quib. alien. licet vel non, vbi etiam an maritus † reuocans alienationem teneatur de euictione. Ita post mortem mariti alienata reuocabit ipsa mulier, quia penes ipsam resurgit dominium l. in rebus. C. de iure dot. Et hoc priuilegium reuocandi alienata. & vendicandi transit etiam in hæredem mulieris, prout est textus in l. dotale §. hæredi ff. de fundo dotali. Potest esse rō pro marito alienante, reuocante, & vendicante. Nā
5 prohibitus † alienare, etiam si iuret non contrauenire, poterit nihilominus contrauenire si damnum ipsius alienantis nō est separabile à damno tertij, & publico, prout consuluit Roman. in consi. 370. S. d damnū quod prouenit marito alienanti etiā cum iuramento de non contrauenjendo non est separabile à damno vxoris, cuius interest habere dotem, & à damno reipublicæ, cuius interest mulieres esse dotatas, vt liberis hominibus procreandis possint vacare, vt notatur in hac lege per omnes, & videtur casus in c. cū contingat de iureiur. & in c. quāuis de pact. li. 6. ergo maritus ipse vēdicabit. Nā cū res ipsæ dotales sint affectæ hac legis prohibitione, vt alienari non possint do-
6 minium † non transfertur, & ideo ipse alienans vindicabit, sicut dicimus de re affecta vitio litigiosi, quę debet restitui à possessore, tanquam si nō esset alienata, prout est notabilis Doctr. Andr. de Iser. in titu. quę sint regalia in vers. condemnatorum num. 40. Ampliatur ista cōclusio, vt procedat nō solum in do-
7 te, sed etiam in augmento dotis, † per text. in l. etiam C. de iure dot. & sic est casus decisus per Affl. in in decis. 333. nume. 2. & decis. 291. num. 3. Item ampliatur etiam in reb. donatis donatione propter nuptias à marito, vel eius patre, ex causa lucri dotalis de quo in auth. de æqual. dot. in princ. & in authent. vt sponsal. tia largitas per totum, de qua prohibitione est text. in authent. siue à me. C. ad Velleian. In hoc artic. Soc. Iun. num. 111. hic dicit Doct. transire cū Bart. hic, videlicet, vt hoc priui-
8 legiū † transeat ad hæredes. Sed Rip. hic nu. 37. dicit cōmunē opin. esse cū Bar. in l. Nesennius §. si fundus in fi. ff. de re iud. & hāc etiam cōmunem appellat Bal. Nouell. de dote parte 8. priuile. 6. Cū igitur dubitetur quæ sit cōis, veniamus ad rationes. Quæ sunt fortiores pro opinione tenet Barto. hic. f. quod hoc priuilegium transeat ad quoscunq; hęredes, etiam extraneos.
9 Prima igitur sit, quæ rō militat cur mulier per d. l. in reb. † C. de iur. dot. possit vēdicare suas dotes, eadem militat in quibus libet suis hęredib. ergo priuilegium d. l. in reb. transmittitur ad
10 quoscunq; hęredes: Antecedēs pr baī. Nā cū mulier † habeat naturale dominiū suæ dotis, si nubit, & de marito, ipsi ciuiliter acquiritur d. §. inst. quib. alie. licet vel non, & d. l. doce Ancillā C. de rei vēdic. sed soluto matrimonio illud dominiū ciuiliter offuscatū, quasi per ius cōsolidationis reuertitur ad suā originē, & dominiū naturale, ergo origo quare mulier p d. l. in reb. vēdicat est dñium naturale, prout cōiter tenēt ibi oēs Doct. & de cōi testaī ēt hic Bolog. n. 76. sed hoc dñium trāsit ad quoscūq. hæredes, ergo penes quoscūq; trāsibit priuilegiū reuocādi alienata, & vēdicandi vigore d. l. in reb. Et hęc est rō Raph. Cuma. tā hic, q̄ in d. l. Nesennius §. pen. ff. de re iud. Secunda rō, quia
11 dominiū † rei dotalis alienatæ per maritū cōstante matrimonio adhuc remanet penes vxorē, vt d. l. in reb. ergo transmittit ad hæredes. itē q̄a ratio æquitatis qua concessum est dictū priuilegiū ēt militat in quocunque hærede, quia nō est adhuc satisfactū de dote, vt cōsiderat Cuman. vbi supra, sed hæc rō ita militat in hærede sicut in muliere, ergo &c. Sed cō istā conclus.
12 stāt multa. Primo d. l. in rebus † vbi dr̄ hoc priuilegiū cōpetere mulierib. in vers. mulieres in his vendicandis. Sed priuilegium personale nō transmittit, vt dictū est, ergo &c. Respondet, q̄d mulieres ibi cōsiderantur quo ad exercitiū actionis. vt in ver. ea mulierib. ex eo tēpore opponatur, ex quo possint actiones mouere. Secūdo obstat Doct. Barr. in d. l. Nesennius §. pen. ff. de re iud. vbi dicit, q̄ de iure antiquo nō redibat dominiū ad mulierē soluto matrimonio, sed transibat ad hæredes viri, vel remanebat apud ipsum virū, vt l. quędā ff. de acq. rer. do. & l. 1. ff. de fundo dot. & l. sed & si dotis C. de iur. dot. Sed per d. l. in rebus C. de iure do. est immutatū solū in persona mulieris, ergo eius priuilegium nō transibit ad eius hæredes & sic isti nō poterūt vēdicare. Sed certè Bar. loquitur q̄n solutum est matrimoniū per mortē mulieris, quo casu dominiū semp fuit penes virū, & nunq̄ transiuit ad ipsam mulierē per d. l. in rebus, ergo non potuit illud dñū nō acquisitū trāsmitti ad heredes extraneos secus esset dicendū q̄n dñium acquisitū esset ipsi mulieri per mortē viri, ad quā cōuolauerit illud dominiū ciuilis iuris, quia tūc trāsmittitur ad dictos heredes, & sic intelligitur Bar. hic & hanc responsionē sequitur Bolog. hic nu. 77. Sed cō hanc respōsionem duo obstant. Alterum, quia per l. vbi adhuc C. de iure dot. vbi mulier constante matrimonio potest dotem suam vēdicare in casu vergentiæ viri ad inopiam etiam à posterioribus creditoribus dictam suam dotem occupantibus, ergo constan-
13 te matrimonio dominium † rei dotalis remanet penes vxorē saltem illud dominium naturale, quod est origo dictæ vendicationis, cum ciuile dominium per dictam viri inopiam redierit ad vxorem, quę vendicare poterit. Alterum per d. l. dotale §. hæredi ff. de fundo dotal. quæ generaliter dicit hæredē mulieris posse fundum dotalem alienatum vēdicare, propter quā legem Socin. Iun. num. 113. vers. Et ideo arbitratur Bartolum clarè sibi cōtradicere, & habeat locum dictum Aristotelis cōtra Platonem, vt piū sit veritatem in honorem præferre. Denique obijcies, quia ista principalis conclusio videtur falsa, q̄a soluto matrimonio per mortem mulieris, fundus desinit esse dotalis, sed stante conclusione vera non posset alienari, q̄d est falsum. Sed respondetur quod doctrina Bar. intelligitur q̄n alienatio fit viuente vxore, quo casu hoc priuilegiū inualidæ alienationis, quod competebat vxori, transit ad hæredes eius, nā dicit, quòd hæres poterit vendicare, sicut ipsa mulier. Am-
14 plietis hanc solutionem, vt hæredes † mulieris possint vēdicare, etiā si ipsa mulier alienans, seu consentiens alienationi factæ ab eius marito, non posset contrauenire propter iuramentum d.

tum d.capit. cum contingat de iureiurando tamen hæres eius
ad dandum dotem filiæ, quæ nupsit sine eius consensu, secun-
dum glo. in c. hoc sacramentum, & in c. de raptoribus. 36. q. 1.
9 quia de iure canonico potest filia † nubere sine patris consensu
cap. gemma de sponsalibus, & ista est magis cōmunis opinio,
dummodo ipsa nubat viro digno glo. in c. cum causa de rapto.
Bal. in l. si pater. C. de sponsal. Abb. in d. c. cum causa Alexā. in
cons. 97. incip. principalis dubitatio. vol. 1. Nec obstat tex. in au-
10 then † sed si post. C. de inoffic. testa. quem ibi ad hoc notat Ca-
strens. sic inducendo, pater potest exhæredare filiam quę nubit
sine eius consensu ante 25. annum, ergo multo magis non te-
netur eam dotare, quia d. auth. est correcta de iure canonico se-
cundum communiter scribentes, vt testatur Ias. in l. 2. §. quod
si in patris nu. 28. ersa cod. & Abb. in c. 1. de desponsat. impub.
Bal. Nouell. par. 6. priuileg. 16. Soci. hic nu. 228. testatur etiam
11 de communi. Item confirmari potest, † vt licet pater contraxe-
rit societatem omnium bonorum, nihilominus ipse solus filiæ
vel nuptæ, vel nubendæ teneatur dare dotem, & non societas,
quia hoc onus dotandi cohæret personę patris, & eius personā
afficit d. l. fi. C. de dot. promis. & quæ cohærent personæ ad aliū
non transeunt c. fi. de offic. deleg. c. is cui. eo. tit. lib. 6. c. manda-
12 ta de præsumpt. & pro hoc est tex. in l. si socius † pro filia. ff. pro
soc. sm verum eius intellectum, de quo per Petrum de Vbal-
dis in tract. de duobus fratribus par. 6. q. 9. vers. quarto per tex.
vbi d. ff. ipse probat hunc articulum, quem solum attingit Ruy.
hic nu. 72. sed valde dubitat de intellectu d. l. si socius pro filia,
quem in d. q. 9. videbitis, vbi citat alios. Tertia ratio, pater tenet
13 † relinquere legitimam filio etiam ditissimo. l. quoniā in prio-
ribus & l. omnimodo. C. de inoffic. testam. & §. aliud quoque
capitulum in authen. vt cum de appell. cognosc. sed dos succe-
dit loco legitimæ. l. cum scimus vbi Doct. C. eo. tit. Bar. in §. Ti-
tio genero ff. de condi. & demon. l. quā nouella. C. de inoffi. te-
sta. ergo tenetur dotare filiam diuitē, ergo adimplendo pater-
num officiū, censetur de propriis suis bonis dotasse filiā. Con-
trariam opinionem tenet Bart. in d. l. mulier. §. cum propone-
14 retur ff. ad Trebell. quod pater † non teneatur filię diuiti dare
dotem, ergo ipsam dotando, non sit præsumendum dotare de
suo & pōt fundari ista opinio. Primo, quia pater vbi cogit do-
15 tare filiam ad id compellitur officio iudicis, † ergo non præsu-
mitur dotasse de suo: Antecedens probatur per gl. in l. si socer
J. eo. & ibi Castrens. & Alex. Albe. in l. fi. C. de dot. promiss. Af-
flict. in constit. regni in aliquibus nu. 73. Soci. iun. hic nu. 228. &
est communis opinio, vt testatur Benedictus in c. Raynutius in
vers. dotem, quam ei dederat nu. 24 de testam. & Coras. in re-
pet. d. l. qui liberos nu. 95 ff. de ritu nupt. Consequentia proba-
16 tur, quia officium † iudicis competit ex mera æquitate, vbi de-
ficit obligatio Bal. in l. fi. §. sin autem in secunda, in princ. C. de
furtis, si igitur illa filia habebat bona, quæ poterat suo marito
in dotem dare, frustra implorabit officium iudicis, & ideò si pa
ter id fecit, non præsumitur de suo fecisse. Confirmat Bar. in d.
17 §. cum proponeretur, quia pater † non tenetur alere filios diui-
tes, sine habētes vnde se alant, ergo nec tenetur dotare: Ante-
cedens probatur per tex. in l. si quis a liberis. §. sed si filius. ff. de
lib. agnosc. & ibi gl. Bar. & Albe. Surd. in tract. de alimentis. tit.
7. q. 6. in prin. Alex. in cōs. 27. viso themate. vol. 4. & in cons. 48.
18 nu. 2. vol. 3. Consequentia probatur, quia alimenta † sunt debi-
ta iure naturæ. d. l. si quis a liberis, & ibi notant omnes, sed, dos
est debita de iure ciuili. d. l. fi. C. de dot. promiss. & per ius ciuile
successit in locum legitimæ, & alimentorum, Ideo mater tene
tur ad alimenta filiorum. d. l. si quis a liberis. §. 1. sed non tenet
ad præstandum dotem filiæ, l. mater, C. de iur. dot. & dicemus
J. & ita Bar. in d. §. cū proponeretur arguit ab alimentis ad do-
19 tem. Et quod aliment. † sint magis debita a patre, quàm dos, est text. in
l. tutor sm dignitatem. §. 1. ff. de adminis. tut. & l. 1. §. 1. ff de tu-
tel. rationib. distrah. Secūda argumētatio pro hac opinione Bar-
20 toli, est Bulgarini hic, tripliciter inducētis d. l. † fi. C. de dot. pro-
miss. primo in vers. liberalitas maneat puro nomine, & irreuo-
cabilis, &c. sed si pater teneretur filiam diuitem dotare nō cen
21 seretur exercere liberalitatem † l. rem legatam. §. fi. ff de adim.
leg. & l. proximè ff. de ritu nuptiarum, vbi in necessitatibus ne-
mo existit liberalis, & facit gl. no. in l. cognominatus in ver. libe-
ralitatē. C. de hæretic. vbi quod in obligato impropriè dicitur munifi-
centia, vt dicit etiam Castr. in l. constitutiones. C. de bon. quæ lib.
ergo pater ex d. l. fi. non tenetur. Itē quia in d. l. fi. dubitandi fuit
ratio, vtrum pater, qui erat debitor filiæ, videatur dotasse de bo
nis suis, an de bonis filiæ, ergo ex hoc probatur, quod ipse pater nō
tenebatur ad dotandum, arg. tex. in l. quod magis. ff. de sol. Nō
enim poterat ista dubitatio cadere in illo tex. si pater ad præstā
dum dotem fuisset obligatus, quoniam illam dando faceret il-
lud ad quod præcise erat obligatus, & sic præsumeretur dotē
esse datam, prout danda erat, arg. l. fi. C. de alim. pupill. præstan.
22 Et pro ista inductione facit, quia solutio † semper præsumitur
facta in duriorem causam. l. 1. C. de solut. & ibi Salic. per tex. in
l. in his. §. apud Marcellū. ff. de solut. Anna allegat 54. qui alios
adducit, & durior causa est debitum dotis quia est legale debi-
tum, vt late Bal. in cons. 20. vol. 2. quod consilium est canoniza
tum in decis. 168. Capellæ Tholosanæ. Denique contra communem
23 adducitur, quia obligatio † patris ad dotem inducta est ne ex
defectu dotis impediatur matrimonium, vt in auth. de æquali-
tate dotis. §. quia verò, & l. 3. ff. de iure dot. sed si filia est diues,
potest sibi constituere dotem, & inuenire virum, & propterea
cessat ratio in filia diuite, ergo cessare debet eius dispositio l.
adigere. §. quāuis. ff de iure patr. quare cum pater non sit obli-
gatus ad dotandum filiam diuitē, si ipsi dotem dederit, in casu
d. l. fi. C. de dot. promiss. præsumitur illam dedisse de bonis filię.
Ista cōmunis est vera, & ipsam sequamur per d. l. fin. C. de dot.
promiss. sed sub diuersis considerationibus. Primo, quia ipsa
lex dicit, Non enim incognitæ sunt leges, quibus cautum est
omnino paternum esse officium, &c. sed ista dictio omnino
24 † natura sua habet præcisam l. si possessor in princip. ff. de petit.
hæredit. gloss. & Doct. in cap. ex parte. in 1. de offic. deleg. Bald.
in l. fi. col. 1. C. de contrah. empt. notat in c. & si Christus, vbi Bal.
de iureiur. & in cap. qualiter de iud. Dec. in cons. 51. col. 2. & im-
portat generalitatem, & omnem casum comprehendit Ias. in
§. curare nu. 4. instit. de act. glo. in l. si cum exceptione. §. quam-
uis verb. omnimodo. ff. quod met. caus. & propterea aufert fa-
cultatem

25 cultatem† dispensandi in aliquo casu, vt notant Doct. in l. fin.
C. vt intra certum tempus Felyn. in c. qualiter il 2. nu. 8. de ac-
cusationibus, & est casus decisus de vtraque dictione, scilicet
omnino. & omnimodo, vt per Franc. decis. 250. habent enim
vim, & effectum clausulæ derogatoriæ Abb. in c. 2. de rescript.
Crot. in l. stipulatio hoc modo cōcepta nu. 23. ff. de verb. oblig.
gl. fi. in clem vt hi. de ętate, & qualit. quam allegat Iacobin. in l.
properādum §. fin. C. de iudic. Neuizan. in cons. 22. nu. 8. Abb.
in c. non magnopere nu. 5. Ne clerici, vel monaci, ergo in om-
ni casu, siue filia sit diues, siue non pater tenetur illam dotare.
I. Item quia ibi in vers. si forte dixerit in instrumento dotali ex
26 rebus paternis, & maternis, &c. illa copula, & † significat ordi-
nem charitatis, Ias. hic nu. 24. Ruyn. nu. 48. quo casu non diui-
dit, vt per gl. in le. gallus. §. quidā recte. ff. de lib. & posthum. sed
intelligitur iuxta ordinem charitatis, vt primo de bonis pater-
nis cuius est proprium debitum, d. l. qui liberos. ff. de ritu nupt.
le. obligamur §. ea lege ff. de act. & obligat. & in subsidium de
aliis, & ita proprie est casus decisus, vt per Affl. et. d. decis. 179.
ergo ibi illa copula & denotat ordinem, vt in simili habetur in
c. 1. vers. quis etiam. Episcopum, vel Abbatem, & in c. 1. §. filia
vero. de success. feudi. Et propterea non recedatis ab hac com
muni opinione, secundum quam est casus decisus, vt testatur
Aufrer. in additio. ad Cappel. Tholos. decis. 190. in fine, & facit
etiam decisio Lusitanię 55. de qua per Anton. Gaman. & late
scribit Gomez. in le. si tauri. nu. 21. vbi videte. Pro resolutione
igitur cōtrariorum, aduertēdum est circa primum. quod vult
communem opinionem esse patrem cogi posse officio iudicis
ad dandum dotē filię, Nam in primo argumento pro cōmuni
opinione huius articuli, probauimus patrem teneri iure actio-
nis, eamque esse communem, & de vtraque testatur syntagma
comm. opinion. tom. 1. loco 3. cap. 7. col. 1. nec curat eas cōcor
dare, Ideo pro vberiori doctrina distinguamus, Aut filia exce-
dens 25. annum nupsit sine consensu patris digno, vel saltem
27 non indigno, & promisit dotem, † & pater est obligatus ad do-
tandum, quia licet non consenserit pater in tali promissione,
tamen filia per hanc promissionem releuat patrē à debito do-
tandi, & ideo quia dicta promissio vertitur in rem patris, pater
tenebitur actione de in rem verso, ita dicit Bart. in d. l. obliga-
mur §. lege ff. de act. & obl. per text. in simili in l. & ideo §. fi. &
l. filius ff. de in rem verso. dicūt tamen fallere hoc primū mem
brum distinctionis, quando nupserit indigno secundum glos.
in c. de raptoribus 36. qō. 1. declaretis tamen hanc fallentiam,
vt procedat si est indignus turpi dignitate, sicut dicūt Anton.
de Butr. & Imol. in capit. accedens de procurator. secus si est
indignus, idest non paris conditionis, quia tunc per minorem
28 dotem poterit compensare conditionem personæ l. si volunta
te. C. de dot. promiss. vbi dicit Bart. hoc de consuetudine obser
uari, Ita etiā voluerunt Bart. Imol. Cuman. Alexā. & Ias. in l. si
diuortio ff de verb. oblig. Angel. & Ias. in le. si stipulatus fuero
te filli §. si tibi nupsero per illum tex. ff. eo. tit. Bald in l. 1. in fin.
C. de donat. ante nupt & in l. 2. §. final. col. 2. vers. fallit nisi ma-
ritus ff. si cert. pet. qui dicit hanc esse magis compensationem
amissæ nobilitatis. Salic. in l. 2. C. de dote caut. non num. & ita
consuluerunt Anchar. in consi. 219. Mirū, Cumanus cons. 40.
quidam filio col. fi. Fulgo. cons. 109. Item si qua quęstio. col. 3.
vers. nec obstat. Roma. in cons. 445. consultatio colum. 1. vers.
vnde si inæquales Guido pap. cōs. 112. nobilis Guiscardus. col.
2. & est communis opinio, vt testatur Ias. in d. l. si diuortio, qui
respondet cōtrarijs, & pro hoc videte Tiraquell. in ll. cōnubial
lib 6. nu. 27. vbi etiam quod censetur facta compensatio, quan-
do iuuenis pulchra sine dote accepit senem. Aut non promi-
29 sit dotem, † & sic nō tenetur Abb in c. accedens in 1. de despon
sat. impub. & in cap. 1. de adulter. quia ex quo inuenit maritum
sine dote, & maritus tenetur eam alere sicut filiam, auth quib.
mod. nat. effic. legit §. penult. & notat Innoc. in c. per vestras de
donat. inter virum, & vxorem, & si premoriatur, tenetur sibi re
linquere quartā partem bonorum suorum, gl. in d. §. pen. ideo
cessat vtrumque debitum in marito Bart. in d. l. obligamur §.
lege, Bal. hic, & in l. fin. C. de dot. promiss. & sic limitatur supra
dicta opinio, quòd tenetur pater nuptam dotare, etiā si nupta
sit ipso inuito. Sed ista distinctio procedit, quando pater tene-
tur iure actionis, sed non determinat quando teneatur officio
iudicis, ideo firmior illa communis videtur, quę habet, vt iure
actionis teneatur. Nec est generalis quia restringitur ad casum
quando pater tenetur actione de in rem verso. Secunda distin-
30 ctio, Aut loquimur generaliter, & dos† dicitur debitū necessā
rium patris a lege introductum, Bart. & Doct. in l. si cum dotē
§. si pater infra eodem. Campeg. de dote parte 1. quæst. 13. Ias.
in auth. preterea nu. 8. C. vnde vir & vxor. Lup. in reper. rubric.
de donat inter virum, & vxo. §. 22. & ita est casus decisus, vt per
Boer. decis. 130. nu. 4. Caccher. in decis. 167. num. 6. & per totā
31 decis. Aut loquimur circa taxandam dotem, † & sic tenebitur
officio iudicis, Nam si filia dotata excluditur a statuto, eo casu
dos filiæ debet esse competens, & congrua dignitati nataliū, &
facultatibus patris, vel aui dotantis & qualitati mariti cui nube
re conuenit, habita etiam ratione ad numerum liberorū patris
& ad cōsuetudinem aliarum mulierum in ea familia nuptarū,
& regionis vt habetur in l. quęro ff. de iure dot. l. si filię pater. ff.
de leg. 3. Nouel. de dot. parte 5. priuileg. 16. Brun. de stat. exclu
dente fœm. art. 9 qō. 1. nu. 32. quo casu dos debet esse congrua,
& vsq; ad legitimā, de quo late per Menoc. de arbitrarijs casu,
149. Sed si ēt in casu, quo per statutū filia illa dote cōtenta esse
deberet, ēt si dotata esset a pre, quo casu supplemētū legitimæ
petere non pōt, vt disputādo tenui in circulis supra disputatio-
ne 5. quibus adde Menoch. d. casu 149. in 2. casu, pr tenuissimā
32 † dotem constituisset, ita vt constare posset iudici filiā esse gra-
uissime lęsam, tunc officio iudicis aget ad supplementum do-
tis cōgrue, & ita post allegata p Menoch. ibi, est casus p Thes-
saur. decis. 192. vbi nu. 2. in fine sic dicit sępius in eo senatu fuis-
se iudicatum. sed quicquid sit de ista opinione, Adhuc ista di-
stinctio firmat illam communem quæ habet, quod iure actio-
nis pater teneatur filiæ dotē dare, quia officium iudicis in hoc
casu imploratur pro eo necessario debito, quo casu non consi-
33 deratur † causatus sed causans l. 1. §. idem Pomponius ff. deposi
ti, & attendendam esse originem negotij dixi in præcedēti quę
stione, pro quo est regula in l. 1. §. non solum in ver. initium ff.
depositi, & in l. si procuratorem in princip. ff. mandati, cum si-
milibus notatis in gl. in l. vnica vers. & si ad primordium tituli
posterior formatur euentus C. de impon. lucr. descript. lib. 10.
Et sic tenendo recte potest dici, quod iure actionis tenetur pa-
ter ex eo quia debitum est necessarium, vt probatū est, sed offi
34 cio† iudicis venit cognitio an pater sit diues, &c. Et ita proprie
est decisum, vt per Cappel. Tholos. decis. 292. & ita intelligatis
35 tex. in d. l. † qui liberos ff. de ritu nuptiarum quia dicit, patrem
ex constitutionibus principum per iudices cogi ad collocan-
dum, & dotandum, considerando verbum cogi, quod execu-
tionem denotat dotis per ipsos arbitratæ, & in hunc sensum
intelligatis decisionē Boerii 130. sub nu. 4. vbi quod iudex ex
36 officio suo, etiam † filia non petente, potest cogere patrem ne-
gligentem, & mutum ad filiam collocandam, & dotandam,
tanto magis petente vno ex eius consanguineis, semper enim
patris obligatio pręsupponitur. Ad confirmationem huius pri
37 mæ argumentationis respondetur, quod argumentum † ab ali
mentis ad dotem nō procedit quando adest diuersa ratio inter
ea Sord. in tract. de aliment. titul. 1. quæst. 14. nu. 14. vel quando
contrariū est decisum in iure Euerard. in loco a Dote ad alimē
ta nume. 2. & ibi in istis terminis respondet, & Paleott. late in
tract. de notis, & spurijs cap. 49. iure decisum esse patrem tene-
ri dotare filiam diuitem d. l. fi. C. de dot. promiss. sed nō teneri
præstare alimenta filio diuiti, d. l. si quis a liberis §. sed & si fili-
us ff. de lib. agnosc. vbi vide, quia eius responsio magis placet
aliis, quę a Croto hic nu. 33. & a Ruyn. sub num. 52. in fine assi-
gnantur. Ad secundum, respectu primi sensus Bulgarini de d.
38 l. fi. C. de dot. promiss. dicatis, q pater† dicitur exercere liberali
tatem in quantitate, pręsupponēdo enim q ipse teneatur pote
rit dare paruam dotē, nec filia conqueri poterit, vt dixi in d. di-
sput. 5. nec petere supplementū legitimæ, nisi in casu quo fuis-
set enormissime lęsa, vt p Menoch. d. casu 149. nu. 15. vnde ipse
dicetur exercere liberalitatem, dando maiorem dotē, quia in
eo pluris non tenebatur, Doct. autem cōmuniter dicunt, qđ est
39 liberalitas † ex parte recipientis, est autē debitum ex parte pa-
tris dantis auth. sed quāuis C. de rei vxor. act. Item est liberali-
tas ex parte viri recipiētis l. ex promissione ff. de act. & obligat.
& ita respondet Napodan. in Consuetudine Neapolitana quæ
incipit. Eas autē nu. 55. Et ad secundam inductionem respon-
detur, negando istā esse rationem dubitandi, An pater qui erat
debitor filiæ cēseatur dotasse de bonis filiæ, vel suis, sed dubiū
40 erat, quia ille pater erat administrator † bonorū filię. & obstat
l. Nesenius ff. de neg. gest. vt dicit ibi Accurs. & l. cum post §. 1.
ff. de administr. tut. vbi pręsumitur fecisse de bonis administra
ti, & non administratis, tamē contrariū deciditur propter ne-
cessitatem dotandi, quā habet pater de filia, & huc pertinent,
quę in argumentatione dicūtur, quia solutio pręsumitur facta
in duriorem causam. Ad vltimū respondetur, q matrimoniū
41 † poterat impediri ex lite quia filia volebat sibi dari dotē de bo
nis patris, & interim impediebatur, ideo fuit decisum, vt etiam
diuiti filiæ pater teneatur dare dotē, Nec reperitur iure cautū
q filię diuiti non teneatur dotem impartiri. Doct. cōmuniter
42 dicunt, q nō solū tenetur ad dotādum † sed maritandū & ideo
pater cogitur filiā nuptā dotare, vt est dictum, licet Bar. contra
rium teneat in l. obligamur §. actio ff de act. & obligat. qui cō-
muniter reprobatur, vt testatur Ruyn. hic nu. 54. Denique ista
43 cōclusio, q pater † teneatur dotare filiam ampliatur multis mo
dis, quos videte a Baptista de Villalob. in suis cōm. cōclus. 182.
in litera D. & per Viuium in suis communibus in ver. pater. &
limitatur etiam multis modis, quos videte a Petro Dueñas in
2 tomo reg. 133. & a Socino in reg. 250. quas ne sim prolixior
in hac lectione pretermitto.

SVM-

SVMMARIA.

SECVNDVS ARTICVLVS.

Vtrum pater naturalis teneatur dotare filiam spuriam.

1 SVccedit modo videre vtrum pater † naturalis
teneatur dare dotem filiæ spuriæ. [illegible] hic tenet
negatiuam, cuius opinionem dicit communẽ
Socin. hic num. 180. & sequuntur Imol. [illegible] oma.
Alexan. & Aret. Bald. in l. si. col. [illegible] de inum
quid pater C. de do. promiss. & in auth. res quæ
colu. 1. C. comm. de leg. [illegible] liberos ff. de ritu nupt. & in l.
neq; mater C. de iure dot. [illegible] nisi filia esset ad
modum inops, & in c. super literis col. 2. vers. item pone exemplum
de rescript. & in consil. [illegible] ad euidentiam [illegible] col.
2. vers. Item surgit vol. 1. Ange. [illegible] consil. 229. pro decisione in
princ. Aret. in §. sucte [illegible] vers. alterius quæro instit. de act. & Curt.
Iun. in consil. [illegible] diligenter, & consider. [illegible] Tiraquell.
in l. si vnquam in verbo susceperit liberos num. [illegible] C.
de reuoc. donat. Prima & potissima ratio pro hac commun[illegible],
2 per text. in l. † vxorem § pater naturalis de leg. [illegible] Nam si [illegible]
filia ratificasset dotationem, non posset pe[illegible]
sum petere. & hoc tantum valet dicere, quantum qu[illegible]
dotata de bonis proprijs, ergo si pater fuisset obligatus eam [illegible]
tare, præsumeretur dotasse de suo proprio per ea quæ diximus
3 heri in præced. nu. Secunda ratio si pater teneretur dotare † filiam
spuriam, tũc dos ipsi soluta acquireretur sibi, & suis filijs,
& hæredibus, sed hoc consequens est falsum, ergo & [illegible]
dens. probatur falsitas, nam filia mortua dos reuertitur ad patrem
dotantem, & eius hæredes, vt est tex. in l. 1. C. de natural.
lib. per quem ita consuluit Bartol. in consi. [illegible] Dominicus
par. 1. Sed istis non obstantibus alia [illegible] opinio est
4 verior, & primo probatur. Pater tenetur † alere filiam spuriam,
ergo & dotare. Antecedens probatur primo per tex. in l. si quis
a liberis § 2. in sui generalitate ff. de lib. agnosc. Et quod teneatur
dare alimẽta filiæ, ex quolibet reprobato coitu natæ est tex.
5 in c. cum haberet † de eo qui dux. in matrim. quam polluit per
adulter. cui licet contradicat lex ciuilis, auth. ex complexu C.
de incest. nupt. tamen super alimentatione liberorum est seruandum
ius canonicum, etiam in terris imperij. Imol. in l. ex facto
§. si quis rogatus il. primo colu. 6. ff. ad Trebell. per not. per
glos. in c. si. de arbitr. lib. 6. Idem Imol. in l. 1. Titius §. 1. de leg. 1.
Alexan. h. c. & in consilio 74. circa primum, vol. 3. Aret. in consil.
47. reuocatur, & omnes dicunt quia d. cap. cum haberet est
fundatum super iure naturali, cuius dispositio debet seruari et
in terris imperij Afflict. in consti. regni quamq; [illegible] num.
24. & late Ias. in consil. 26. nume. 13. & seq. vol. 1. qui dicit hanc
esse communem opinionem. Dec. in consi. 611. magnificus nume.
5. & in c. ecclesia num. 30. de constit. & in c. clerici. num. 2.
de iudic. Ruyn. in consi. 98. visis dubijs num. 4. vol. 3. Gabriel. in
tit. de alimentis conclu. 1. num. 1. Confirmatur ista probatio ex
alia opinione eorum qui dicunt spurio deberi alimenta etiam
6 de iure ciuili, † & Cæsaris glos. fin. prope fin. in d. c. cum haberet
Bursat. dicit deberi in vtroque foro in consil. 92. post num.
9. volum. 1. vbi dicit communem, & Dec. in c. clerici. num. 4. de
iudic. & in c. in præsentia num. 115. de probation. Hanc etiam dicit
communem Rip. in l. si vnquam nu. 68. C. de reuoc. donat.
& in rubr. ff. de verb. obliga. num. 58. Duenas parte 1. regul. 367.
num. 1. Syntagma comm. opini. tomo 1. loc. 2. cap. 2. col. 2. vers.
alimenta debentur. Anton. de Butr. in d. c. cum haberet col. 2.
dicit, quod eius dispositio debet intelligi etiam in terris imperij
alias non haberet dubium. Abb. ibi col. 1. dicit quod illi inri
statur etiam de iure ciuili, & idem tenere Bart. in d. auth. ex cõplexu.
& in l. si gener. col. 2. ff. de his, quibus ut indig. testatur
Bald. nouell. de dote parte 6. priuile. 16. col. 2. Bald. in d. auth. ex
complexu dicit, quod credit dispositionem d. c. cum haberet,
7 † procedere in natis ex quocunque coitu, & sequitur Nicol. de
Vbald. in tract. de succes. ab intest. par. 1. nu. 46. Couar. in epito.
de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 6. in fine, & ita est casus decisus
in regno Lusitaniæ, vt per Anton. Gaman. in decis. 403. Itẽ pro
8 batur, quia hoc onus alimenta † præstandi filiis spuriis transit
ad hæredes, & successores parentum, vt no. in d. c. cum haberet
Bald. in auth. licet C. de natu. lib. Bertrand. in tract. de publicis
concubinar. fol. 226. num. 52. Abb. in consi. 115. volum. 2. & esse
communem testatur Bursat. in consil. 60. num. 7. vol. 1. & consil.
62. num. 12. & 83. num. 2. & 18. eodem vol. & de hoc habetis
latam decisionem 211. Thesauri. Et quod ista opinio procedit
9 etiam si fiscus † esset hæres scribit Lupus in c. per vestras §.
24. num. 8. & 9. & sic quandocunque bona sunt cõfiscata fiscus
teneatur alere filios spurios. Et pro hac opinione in probatione
[illegible] antecedentis facit, quia pater de iure naturali tenetur
alere [illegible] l. 1. § ius naturale ff. de iust. & iur. quo iure non consi
10 derabatur ista spurietas, & pater † & filius sunt vna caro §. hac
auctoritate dist. 35. propter quem tex. gl. in c. studeat in ver. iu.
dist. 54. & in c. super eo de testibus dicit quod pater, & filius cẽsentur
vna persona, & nulla persona potest negare alimenta sibimet
ipsi & induco vobis glos. not. in c. 4. de pœnit. dist. 3. quæ
vult, quod licet quis non possit ieiunare per alium, vt per text.
11 ibi. tamen poterit † ieiunare per filium, & Castre. in consi. 264.
in præsenti causa col. 3. vol. 2. dicit carnem filij esse carnem patris
auctam, & [illegible] hoc habetis tex. de iure ciuili in l. cum scimus
§. si C. de agric. & censit. lib. 11. per quem Ang. in consi. 26. sta-
12 tuto ciuitatis consuluit, quod non censeatur † abesse a ciuitate,
qui [illegible] filios, quia [illegible] corporis ipsius, & ibi videte
Luc. de Pen. qui multa [illegible] collegit. & in l. fin. C. de impub.
13 subst. vbi omnes scribunt, ergo ista obligatio alendi filios, † licet
spurios est adeo de iure naturæ, vt æstimari debeat prima
charitas in seipsum, cuius pars est suus filius quantumcunque
sit spurius. Consequentia probatur, quia, vt dictum est supra,
14 hoc argumentum † de alimentis ad dotes procedit, quando nõ
reperitur dec[illegible] contraria inter ea, sed in casu proposito
sic argumentatur d. cap. cum haberet in fine, scilicet de alimentis
ad dotem, ergo [illegible] cessatio concludit & ideo dicebat Lup. in
d. c. per vestras §. 24. quod ista extensio de alimentis ad dotem
est ratione publicæ vtilitatis facienda, & recenset Boer. decis.
127. num. 12. in fine. Attendite rogo ad hoc argumentum, ex
quo resultat veritas propositæ quæstionis, quia non semper pa-
15 ter naturalis † tenetur filio spurio præstare alimenta, sed ita demum
si iste filius non habeat, vnde se alat, ita probat tex. in d. l. si
quis a liberis [illegible] filius ff. de lib. agnosc. Abb. in d. c. cum haberet
nu. 10. & Butr. Soc. [illegible] consi. 121. num. 47. vol. 4. Alexan.
in consi. 64. num. [illegible] vol. [illegible] Dec. in consi. 576. col. late Crauett. in
consil. 100. per totum. Duenas [illegible] reg. 367. num. 1. & ita est casus
[illegible], vt per Rot. Bononiens. decis. 22. nume. 5. & seq. &
probat [illegible] ad Capp. [illegible] Thol. decis. 77. [illegible] in fine addendũ
est [illegible] pater esse egens, quia nõ tenetur [illegible] quam fa-
16 cere posit. [illegible] † Bartol. [illegible] & Io. Andreã fuisse bastardos,
vt testatur Rip. in c. inter cæteras num. 2. de rescript cuius probatio
non est plena, sed de Iasone est certissimum, quod natus
est ex quadam serua domi retenta, vt dicit ibid. Rip. & hucusq;
[illegible] successiue per relationem. Non potuissent eorum pa-
tres [illegible] cogi, qui sua excellenti professione decẽ mil-
[illegible] alere potuissent, & quibus declaro vobis illam huius
17 [illegible] rationem, quia habet non cogi † parentes ad alendum
liberos, licet spurios qui ex sua arte ali possint, de qua per
B[illegible] in l. vnic. C. de mendicant. val. d. lib. 11. & Dec. in d. consil.
57[illegible] col. 1. præterea [illegible] dedecas filijs artem quam sciunt
exercere, vt per Bar. in tract. de alimentis, quem sequitur Lup.
in d. c. per vestras §. 23. nu. 7. Couar. in epitom. de sponsal. in 2. p.
cap. 8. §. 6. num. 9. Et ideo retentis istis terminis licet pater non
18 teneatur alimenta, vel dotem † dare filiæ spuriæ, quæ ex arte
sua viuere potest Bald. in l. mater C. de iure dot. Bal. nouel. de
dote par. 6. priuil. 16. col. 2. vers. si tamen talis filia, tamen hoc nõ
procedit si filia ista exercendo artem, id faceret in dedecus, &
cpprebrium

opprobrium suum, & suæ familiæ, in decorum enim esset filiã spuriam ex clarissimo, & locupletissimo patre genitam nubere rustico, & eius manibus sibi victum quærere, ideo consuluit Doc. nouem millium, & quingentorum, aureorum dotem aliquando congruam fuisse, vt consil. 611. & sequitur Paleot. de Nothis, & spurijs cap. 50. nu. 2. Ex ista limitatione volo vos ad-
19 uertere intelligentiam differentiæ huius argumenti † ab alimẽtis ad dotem. Nam pater tenetur præstare vtrumque, si pater diues, & filijs egentibus, sed quia alimenta præstantur per singulos menses, & annos l. pecuniæ ff. de alim. & cib. legat. l. fin. vbi Barto. ff. de lib. agnoscend. infra quæ tempora, possunt ipsi filij bona fortunæ acquirere, & sic pater ab obligatione liberari, quia habenti alimenta non dantur, vt dictum. Cõtrarium est in dote, in qua non est dispositum, quod habenti dotem, non detur, & vnica vice præstari debet, ideo regulariter argumentum nõ procedere dicunt. Quod argũ de alimentis ad dotem in filijs
20 spurijs recte procedere arbitror, quia Doct. per d. c. † cum haberet ex ratione alimentorum, concludunt de dote, Dicat quicquid velit Paleot. de nothis, & spurijs cap. 49. num. 4. quod pater indistincte teneatur dotare filiam spuriam, nulla habita rõne huius argumenti ab alimentis, quia d. c. cum haberet, dicit parentes liberis suis debere pro modo facultatũ necessaria subministrare, &c. sed dos maxime necessaria dicitur, vt per hanc l. nostrã ergo indistincte tenentur dare dotem. Sed certe illa verba necessaria ministrare intelliguntur de alimentis, vt ibi glos. in ver. secundum facultates. & omnes Doct. intelligunt, & ex ratione alimentorum concluditur a Doctoribus etiã super dote. Propterea firmemus cõclusionem verissimam, quod pater
21 † tenetur præstare dotem filiæ spuriæ illam non habenti, & dicamus hanc esse vere cõem opinionem, vt testatur Rip. num. 65. & ita fuisse decisũ sæpe in tribunalibus, vt videbitis per Rot. Bononien. d. decis. 22. & per Capyc. decis. 164. num. 2. & decis. 181. per totam, & per Boer. decis. 127. nu. 7. Et pro hac opinione
22 induco textũ in l. vxorem † §. pater naturalis de leg. 3. inductus pro illa cõi ficta, de qua per Socinum vbi supra in prima ratione, præsupponitur ibi patrem naturalem ex alia causa filiæ debere, quo casu dicit iurisconsultus non esse cogẽdum ei dotem dare, quia ex proprijs bonis, quæ spuriæ a patre debebantur, poterit sibi conficere dotem, arg. d. l. si quis a liberis §. sed si filius ff. de lib. agnoscend. & d. c. cum haberet in fine, ergo restat, vt pater naturalis non aliter teneatur filiæ spuriæ dotem dare, quæ dotem ipsam aliunde habet, contrarium dictum est in patre legitimo per tex. in l. fi. C. de dot. promiss. Ideo non obstat secun-
23 da ratio pro opinione negatiua, quod dos † data filiæ spuriæ debeat reddi ad hęredes patris dotantis, Primo quia Bart. sibi expresse contradicit, nam in l. fi. §. 1. ff. quæ in fraud. credit. dicit, quod
24 si pater dederit † filiæ spuriæ magnam dotem, soluto matrimonio per mortem mariti, subducendum est illud superfluum, & quod ex dote superfluum est, id proximioribus patris applicandum, & ipsi filiæ tñ æquam portionem vnde se alat relinquẽdum, idem dicit in l. Menius §. duobus in 4. quęstione de leg. 2. Abb. in consi. 50. & consi. 117. vol. 2. Item vltra contradictionẽ
25 ego puto rationem falsam, quia lex † 1. C. de donat. lib. quæ videtur obstare, vt pater nihil possit filiis naturalibus donare, nõ habet locum in dote, quæ non est mera donatio, quia potest iudicis officio cogi ad dotandum, vt diximus supra in præcedenti qõne, quæ rectius applicatur in hac dote, quæ ex ratione alimẽ-
26 torum procedit. & quando pater dat dotem † marito, illã vult post viri mortem ad filiam pertinere l. 1. §. videamus C. de rei
27 vxor. act. Ideo crederem esse veram rationem, quando dos † excederet magnam quantitatem, quia tunc præsumeretur fraus, Barto. in l. 1. C. de nat. lib. Durand. de arte testandi titul. 1. caut. 14. nu. 12. Nicol. de Neap. in tract. de success. ab intest. p. 1. nu. 50. Benedict. in c. Raynu. in ver. & vxorẽ, decis. 5. nu. 126. de testa. Boer. d. decis. 127. nu. 7. ergo in eo quod excedit iustam taxã, mortuo viro, etiã locus restituitur omnibus hæredibus patris dotantis. Et ideo debetis ponere quæstionem formatam. Aut pater dat dotem filię sponte sua, aut coactus. Primo casu, aut dat dotem magnã excedentem iustam metam, & tunc soluto matrimonio per mortẽ mariti, nullis superstitib. filijs dicti matrimonij, sed superuiuente ipsa filia dotata, illud excedens erit restituendum patri fin. Paleot. d. c. fin. § 1. ff. quæ in fraud. credit. cum alijs super adductis. Aut
28 supersunt filij, & hoc casu non reuertitur ad heredes dotantis, sed ad filios filiæ † dotatæ, quia licet pater non possit donare filiæ spuriæ, tñ poterit donare filijs ipsius spuriæ, ita consulit Bart. in consi. 118. Oducius p. 1. vbi dicit quod ita fuit iudicatum pro opinione sua, Imol. Alex. Aret. & Ias. in l. Gallus §. quid si his ff. de lib. & posthum. & est communis opinio, vt testatur Ias. in l. hæreditas nu. 8. C. de his, quibus vt indign. & multos ad hoc cu-
29 mulat Duenas in reg. 366. limit. 1. sed dos † data filiæ censetur etiam data contemplatione filiorum ex eo matrimonio, vt no. in l. cũ adhuc. C. de iure dot. ergo non restituetur filijs dotantis, sed remanebit penes filios ipsius dotatæ, & hæc est vera, & æquissima opinio, Licet ad euadẽdum aliquam difficultatem, melius esset, vt pater dans dotem filiæ caueat, vt post eius mortem habeant filij ex eo matrimonio secundum gl. communiter approbatam in l. fin. C. de nat. lib. de qua communi testatur Rip. hic num. 69. & tunc est casus decisus, quod vadit ad filios mulieris, & non ad hęredes patris, vt per Capyc. decis. 181. Aut
30 sponte dedit dotem congruam iuxta eius qualitatẽ, & tunc teneatis indistincte, quod trãseat ad filios dotatæ, quia sunt contẽplati in ipso matrimonio, & quia pater erat ad hoc obligatus, & cogi poterat iudicis officio per dispositionem d. c. cum haberet, etiam in terris imperij. Item quia dos est fauorabilior alimentis Cyn. in l. 1. in 2. q. C. de al. lib. Fulgos. in consi. 228. Antonius col. fi. quia in dote inest fauor alimentorum, & sobolis procreandæ, de quo in l. nostra Tiraquell. de iure primog. q. 62.
31 nu. 5. in fine. Aut pater † per officium iudicis coactus dedit dotem, & tunc Rota Bononient. in d. decis. 22. nu. 6. dicit quod debet reuerti ad hæredes patris, nõ autem filiæ, quod dictum ego sequor, quando tractamus de hęredibus extraneis, quia ipsi nõ sunt cõtemplati in matrimonio, pro quo data est dos, ideo isto casu non existentibus filijs dotatæ, omnino debet reuerti ad hęredes dotantis, non autem ad hæredes extraneos dotatæ, secus
32 si extent filij dicti matrimonij, vt dictũ est. Et quanta † debeat esse illa dos danda filiæ spuriæ, quia volumus his paucis lectionibus expedire legẽ, ideo breuitatis causa remitto vos ad eã quæ dicit Paleot. in tract. de Nothis, & spurijs, capit. 50. & Gomez. in ll. tauri super l. 9. qui citant alios.

SVMMARIA.

1 Auus maternus non tenetur dare dotem nepti, & quando fallit nu. 28.
2 Secus auus paternus.
3 Et per quę iura probetur.
4 Etiam de iure codicis.
5 Auus paternus non tenetur dare dotem nepti, quando filius est diues, secundum communem opinionem.
6 L. profectitia §. si filius in 2. ff. de iure dot. intelligentia.
7 Dotandi necessitas prouenit a propinquitate sanguinis.
8 Alimenta debent dari ab eo, qui est magis coniunctus.
9 Dotis obligatio an proueniat a patria potestate.
10 Neptis in contrahendo matrimonium debet requirere consensum aui.
11 Nepos si nubat cur requiratur consensus patris, & aui, secus si neptis.
12 Dos data nepti ab auo censetur data contemplatione patris.
13 Dos data ab auo nepti debet imputari in legitimam patris.
14 L. dotem dedit ff. de collat. bonorum intelligentia.
15 Mater tenetur dotare filiam in subsidium.
16 L. neque mater C. de iure dot. sensus.
17 Mater tenetur alere filium in subsidium.
18 Argumentum ab alimentis ad dotem an procedat in matre.
19 Mater tenetur dotare filiam dote alimentorum, & cum natura eorum.
20 Filius nõ tenetur dotare matrẽ transeũtem ad secundas nuptias, & nu. 22.
21 Correlatiui vnius dispositio procedit in altero.
23 Mater transeundo ad secundas nuptias videtur facere iniuriam filijs.
24 Secundo nubentibus quot pœnæ applicentur a lege remissiue.
25 Filius tenetur dare dotem matri nubenti de eius consensu.
26 Mater iuuenis, & pulcra pp quã dẽt habere dotẽ a filio, si secundo nubat.
27 Honor comparatur vitæ.
29 Mater hæretica an teneatur dare dotem filiæ orthodoxæ.
30 Crimina læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ sunt æquiparata.
31 L. quisquis C. ad l. Iul. maiest. an habeat locum in filia.
32 Fœminæ plectuntur pœna l. quisquis C. ad l. Iul. maiest.
33 Filiæ committentes crimen læsæ maiestatis habeant solum legitimam in bonis maternis.
34 L. quisquis punit filios tanquam ex infecto sanguine.
35 Mater iudęa an teneatur dare dotem filiæ christianæ.

TERTIVS ARTICVLVS.

Vtrum Auus paternus teneatur dotem dare nepti.

SEquitur videre vtrum Auus teneatur dare dotem nepti, & loquimur de paterno, quia de ma-
1 terno † est communis opinio, quòd non teneatur, de, qua per Rip. num. 81. propter rationes de quib. in sequẽn. articulo. Vtilitas istius quęstionis est, quia si auus tenetur ex psona sua dotare neptem, tunc post mortem patris ista dos ab auo data non cõputabitur filiæ in legitimã, de qua quæstione per Rip. in l. in quartam nume. 202. & plur. sequen. communis opinio est, quod
2 auus † paternus teneatur dotare neptem, de qua testantur. Ias. nu. 26. Bolognet. num. 121. & hanc opinionem tenent Socin. Sen. nu. 47. Iunior num. 191. vers. ego tamen Bald. in consil. 323. materia. vol. 3. Caccialup. in l. frater a frate num. 37. ff. de cond. indeb. cum alijs per eum ibi inductis. Primo adducitur multa
3 iura. tou. sic decidit in l. dedit dotem. 6. ff. de collat. bonorum l. & ideo §. fi. & sequ. ff. de in rem verso, vbi si filius mutuauit pecuniam,

da. Item quòd mater non teneatur istam dotem dare simpli-
citer probat text. in d.l.fina. C. de dot.promiss.vbi quod pater-
20 num,non maternum est officium: Item quia filius† non tene-
tur dotare matrem transeuntem ad secũdas nuptias, ergo ne-
que mater tenetur dotare filiam, consequentia probatur, quia
21 mater,& filia sunt correlatiua,& qđ disponitur † de vno ex cor-
relatiuis, censetur dispositum de altero, Bar.in auth. qui semel
C.quomodo.& quando iudic. Bald.in l.nemo. C.de sacrosan.
eccles.l.fi.ff.de acceptilation.& ibi Barto.& in l.fi. C.de indict.
vid.toll.& in l.1.C.de cupress.lib.xj.gl. & Doct. in Clem. vnic.
de consang.& affinit. Antecedens probatur, quia filius non te
22 netur dotare matrem, secundo nubentem, licet paup. isrẽ † ca-
sus est in l.tutor secundum dignitatem.§.fi.ff.de administ. tut.
vbi nuptiale munus non tenetur dare matri. l.1. §. præterea. ff.
de tut.& ration.distrah.l.3.C. de præscript. longi temporis, &
hanc opinionem tenent Guglielm.de Cun.in l.1.C.de inoffic.
testam. Angel.hic,& Alex.nu.10. Rip. nu.82. qui dicit esse cõ-
munem opinionem, de qua etiam testatur Bolognet. nu.127.
Campeg.de dote parte 1.quæst.21.& ita est casus decisus,vt per
Caccheran.decis. Pedemont.124 nu.4. Et omnes dicunt ratio-
23 nem esse quia mater† transeundo ad secundas nuptias videtur
facere iniuriam filijs,& contristatur anima mar ti. §. prospexi-
mus in auth.de non elig.sec.nub. & §.nos igitur. & §. non au-
tem in auth.de nupt.& hoc tenet etiam Bal.in l.si viceno.C.de
præscript.longi temp.qui dicit tex. in d.l.tutor esse singularem
adhoc,& idem dicit Salic.in l.si filius in id.ff.ad Macedon.& la
tius omnibus hanc materiam pertractat Ioan.Gatonis in trac.
24 de secun.nupt.in cap.de pœnis secundo nubentium, † vbi cu-
mulat quadraginta nouẽ pęnas a lege impositas secundo nu-
benti,ergo propter iniuriam quæ fit filio, cessat argumentum
de a'im nus ad dotem, postquam adest diuersa ratio, vt dicit
Rip.nu.82. Et si esset vera opinio Croti hic nume.41. volentis
25 † filium diuitem teneri dotare matrem pauperẽ secundo nu-
bentem, quando nubit de voluntate filiorum, per glo. in ver.co
pulatur, in auth.de non elig.sec.nub.in princ. quam glo. Ang.
reputat singularem in l.mater. C.ad Tertull. & Bald. in l.1.C.
de secun nupt. Capoll.in cautela 35. Ego declararem hanc li-
26 mitationẽ procedere, quando mater † esset iuuenis,& pulchra,
& subesset suspitio incontinentiæ,& inhonestatis, quo casu, si
de consensu filij nuberet, tunc teneretur ipsi dotẽ dare, vt con-
suleretur communi honoris patris,& matris,c.nerui testiculo-
rum.dist.13.l.ita vulneratus in fi.ff.ad l. Aquil. nam sicut filius
præstando alimenta tenet prospicere vitæ.l.1.& 2.C.de alend.
lib.l.1.§.sed & nõnullas.ff.de tut & rat.distrah.ita multo magis
27 tenetur prospicere honori,†qui comparatur vitę.l.iusta,vbi gl.
ff.de manumiss.vindict.& ita dicit Rip hic. Et totum hoc de-
bet pendere ab arbitrio iudicis argu.l.1.ff.de iure delibe. vt etiã
filius cogatur præstare consensum. Et hoc casu non diceretur
inferri iniuria filijs, ratione grauioris iniuriæ, quæ per cornua
sibi posset inferri,& ita est casus decisus,vt per Boer.decis.129.
in fine,& si casus occurreret,sic iudicarem. Et retenta hac cõ-
muni opinione pro vera, quòd mater diues teneatur dotẽ præ
stare filiæ in subsidium; amphãt illam etiam in auo materno,
28 † filia existente paupere,& patre,& nepte,quia successio etiam
est in auo materno.§.1.in auth.de hæredit.quæ ab intest.defer.
& ita tenetur dare dotem pro legitima; quam ipsa neptis esset
habitura in bonis aui, Bolognet.hic nu.124. Item declarant di-
29 ctam conclusionem procedere quando mater † sit hæretica,
filia verò orthodoxa, vt dicit Accurs. in d.l.neque mater. C. de
iure dot. Sed ista glo.est falsa, quia omnia bona hæreticæ appli-
cantur fisco auth. gazaros. C.de hæretic.cap. vergentis eod. tit
Nec Rip.hic nu.78.versic.contrarium videtur bene dicere, ex
eo quia reseruatur vita per d.cap. vergentis, debent etiam dari
alimenta, sine quibus vita conseruari non potest. l. necare. ff.
30 de liber.agnosc. Quia hodie crimen † læsæ maiestatis diuinæ,
& humanæ sunt æquiparata, glo.in l. Manichęos in ver. subire.
C.de hæretic. Decian.in consi.18.nu.43.vol.1.qui alios citat, sed
in crimine læsæ maiestatis humanæ delinquente, filijs reseruatur
tur sola vita propter commiserationem,& nulla bona possint
accipere, neque ex testamento, neque ab intestato, nec inter vi
uos, sed perpetuò infames, & perpetua egestate sordentes sit
mors ei solatium, & vita supplitium, vt dicit text. in l.quisquis
in §.filij.C.ad l.Iul.maie. Et licet communis opinio vult quod
31 d. l. quisquis † non habet locum in filia de qua per Gigant. in
tract.de crimin.læsæ maiest.lib.2.quæstio 14. Tamen ista com-
munis est falsa, vt late probat Claudius de Seiseli. in l.si quis id
quod ff.de iurisd. omn.iud. vbi per tres columnas a nu.3. infra
disputat articulum,& resoluit Saly. & sequaces in d.l.quisquis
satis errasse,& num.14.exclamat temerarium esse tam in con-
sulendo, quam in iudicando contrarium sentire, quin pęnę d.
l.quisquis non comprehendant etiam filias rebellis. Item quia
per constitutionem Federici contra rebelles statutum est, vt li
beri delinquentis, exheredatione damnentur, ita vt liberorum
appellatione, etiam fœminæ complectantur, Et quod fœminę
32 † plectantur eadem pœna d. l.quisquis est tex. in l.si.C.de bon.
damnat. quæ declarat d.l. quisquis in versic. etiam ad posteros
transmittit, vbi nomen posteros etiam filias cõprehendit cap.
vbicunque de pœnis, lib.6.& hanc opinionem tenet Ioann.de
Terra Rubra in tract. Rebell.art.2.lib.2. quæst.12. & reassumit
Bursat.in consi.216.num.20.vol 2. Nisi dicamus, quod fœmi-
33 nę † sexus miseratione habeant legitimam tãtum in bonis ma
ternis, prout late firmat Igneus in l.1. §. iuxta hoc tamen ff. ad
Syllanian.& per Claudian de Seysell.in d.l.si quis id quod,er-
go tamen dicta contra Ripam procedunt in bonis patris,sed nos
loquimur in bonis matris, in quibus dum reseruatur legitima,
videntur posse dari alimenta, & sic posse defendi Rip. Sed ad-
uertite Domini, quia nec ista sunt vera, quia Igneus, & Clau-
dius loquuntur quando pater commisit crimen lęsę maiesta-
tis, sed nos loquimur, quando mater cõmisit, quo casu Doct.
34 considerant quod pena d.l. † quisquis punit filios, tanquam ex
infecto sanguine patris, vt Salic.aduertit ibi. & probat Decius
in consi.64.num.3.versi.vltimo prædicta conclusio, Restaur.in
tract.de Imperator.q.118. num.13. & num.15.macula enim pa-
tris est in filius, qui non diligunt, quem pater odit,& in quẽ de-
liquit l.diuo Marco. C.de q & considerat Andr. in §. præterea
si Vasallus nu.11.vers.nec videtur hoc sine ratione. Quę sit pri
ma caus. benef. amitt. sed ista ratio militat etiam in fęmina,
quæ prouenit ex infecto sanguine matris hæreticæ, ergo ratio-
ne æquiperationis in crimine læsæ maiestatis diuinæ,& huma-
næ concludendum est, quod istis filiabus fęminis non debet
dari dos in bonis matris hæreticæ. Denique declarant d.l. ne-
que mater, & conclusionem nostram procedere, vbi filia esset
35 effecta Christiana,& mater † esset iudęa, quo casu teneretur ẽt
præstare dotem filiæ suæ per text.in l.cognouimus C.de hære-
tic.de quo articulo remitto vos ad Socin. Iun. hic nu.197. Rip.
nu.77. Ias.in § fuerat. nu.114.& seq.instit.de action Marquard.
in tract.de iudæis,parte 3.cap.4.& videte Borgun.Caualcan.de
cis.67.vbi etiam late de hoc.

SVMMARIA.

1 *Fratres carnales qui sint, & qui patrueles.*
2 *Frater carnalis qui,& quando teneatur dotare sororem.*
3 *Frater quando iterum tenetur dotare sororem.*
4 *Frater qua actione teneatur dotare sororem siue ex dispositione legis, siue hominis.*
5 *Portio accrescens quo iure possideatur.*
6 *Soror pauper habens fratrem, & matrem diuites a quo prius debeat dotari.*
7 *Dotem qui tenetur dare, tenetur etiam maritare.*
8 *Frater non potest maritare, nisi cum consensu matris.*
9 *Fratris appellatione continetur soror in omni casu.*
10 *Dos habet priuilegium tacitæ stipulationis.*
11 *L. vnica C. de rei vxor. action. an loquatur de stipulatione ficta, vel præsumpta.*
12 *Stipulatio præsumpta, & ficta quomodo differant.*
13 *Dos quando habeat priuilegium stipulationis præsumptæ, & quando fictæ.*
14 *Matrimonium potest contrahere mutus.*
15 *Mutus quomodo fingatur esse stipulatus & nu. 18.*
16 *Dos nunquam potest habere duo spetialia.*
17 *Impossibile quotuplex sit.*
19 *Stipulatio quando fingitur inter absentes.*
20 *L.1.C.de rei vxor. actione quando non procedit.*
21 *Statutum de instrumento guarentigiato habet locum etiam in ficta stipulatione pro dote.*

QVINTVS ARTICVLVS.

Vtrum frater teneatur dotare sororem.

1 CVm quærimus an frater teneatur dotare soro-
rem, intelligatis de fratribus carnalibus, † siue
ex eadem matre tantum nati sint, siue ex eodẽ
patre,& matre l.iurisconsultus §.qui cognitio-
nis ff.de gradibus affinit. siue ex parte patris tan
tum, vt §.1. instit.de legit.agnat.success.quia ap-
pellatione fratris intelligitur de fratre carnali Bald & Io. Andr.
in c.licet de offic leg. Abb. & cæteri in c.causam de iudic. Soci.
in consi.1.vol. Alexan.in consi.97.vol.2. Benedict.in ca. Raynut.
in ver.si absque liberis in 2.num.32.& in ver.mortuo itaque te
statore nume.26. Nec veniunt fratres patrueles, seu consobrini
Bart. in l. Lucius §.quæsitum de legat. 3. Alex. in l.si dotali nu.
4.infra eod. Aret.in §.1.col.1. instit de legit.agnat.success.& in
§.quarto gradu instit.de gradibus. In hoc articulo Bart.hic nu.
12.se remittit ad l.cũ plures §. cum tutor ff. de administrat. tut.
2 & ibi dicit quòd frater † carnalis vterinus non tenetur, sed fra-
ter ex parte patris tenetur dotare sororem pauperem,& ista est
communis opinio, de qua testantur Socin. Iun. nu.199. Rip. nu.
83 Ias.

83. Iaſ. nu. 20. & ſequuntur hic Crot. nu. 41. Bolognet. nu. 128.
Bar. in 1. conſtit. ff. col. fi. circa princip. & in l. alimenta C. de neg.
geſt. gl. Dyn. & Doct. omnes in d. l. cum plures §. pen. & fi. ff. de
adminiſtrat. tut. Imol. in l. quamuis infra eod. gl. Bart. & Doct.
in l. non omni C. de adminiſtr. tut. Ang. in l. a filia in princ. ff. ad
Trebell. gl. Bar. Bal. & Angel. in l. qui filium ff. vbi pupill. educ.
deb. Barto. in auth. res quę C. comm. de leg. Bal. in l. fi. C. de do.
promiſſ. & in l. cum acutiſſimi C. de fideicommiſſ. & in auth.
niſi rogati C. ad Trebell. & ſecundum hanc opinionem eſt ca-
ſus deciſus, vt per Guidonem Papam deciſ. 479. in fine. & ſcri-
bunt Theſſaur. deciſ. 192. nu. 7. & Aufrer. ad Cappell. Tholoſ.
in deciſ. 290. nu. 8. Affli ct. in deciſ. 371. num. 3. Et omnes mouē
tur per textus in d. l. cū plures §. cum tutor ff. de adminiſtr. tut.
in d. l. qui filium ff. vbi pupill. educ. deb. in l. non omnium C. de
adminiſtr. tut. & in l. 1. §. 1. ff. de tutel. & rat. diſtrahend. Itē pro
batur concluſio, quia Doct. in illo articulo, an ſoluto matrimo-
nio per mortem viri, ſi eius hæredes ſunt pauperes, & non poſ-
3 ſunt dotem reſtituere fratres iterum † dare dotem teneantur,
communiter diſtinguūt, aut frater tenetur ex diſpoſitione ho-
minis, & non debet iterum dare dotem, aut tenetur ex diſpoſi-
tione iuris ſicut nos quærimus, & iterum tenetur dotare Alex.
in l. ſi cum dotem §. 1. col. 3. infr. eod. Afflict. in Conſtit. Fratrib.
nu. 3. Vincentius de Franch. in addit. ad Conſuetud. Neapolit.
quæ incipit. Si moriatur, in additione quæ incipit an hæc con-
ſuetudo, verſ. & quid ſi ſemel. Item cum hac diſtinctione di-
4 catis † actionem qua teneatur frater, quia ſi tenetur ex diſpoſi-
tione hominis, puta conſuetudinis, quę ſunt pactiones ciuium,
& idem intelligo ſi ex ſtatuto excluſiuo fœminarum dotatarū
propter maſculos, tunc ipſe frater poterit conueniri petitione
hæreditatis, cum ipſe frater portionē ſororis poſſideat pro hæ-
5 rede, Nam portio accreſcens † alicui poſſidetur per eum eodē
iure, ſicut poterat poſſideri per eum, ex cuius perſona ſibi accre
uit, vt notatur in l. 1. C. quando non petent. part. ergo tenetur
petitione hæreditatis l. regulariter ff. de petit. hæred. & ſic ve-
niunt oīa, quæ veniūt in petitione hæreditatis. Aut nulla adeſt
diſpoſitio hominis, & tenetur condictione ex ſupradictis iurib.
Socin. hic num. 200. verſ. ſed vltra alios moueo pulcram quæ-
5 ſtionē, tenet, quod in caſu quo ſoror † eſſet pauper, & haberet
fratrem diuitem, & matrē diuitem, quo caſu ex ſupradictis vter
que tenetur ad dotandum, quod tūc vterq; tenebitur pro dimi
dia, Ego vero indiſtincte teneo matrem inſolidum teneri, quia
iudicium eius in maritando ſororem præfertur iudicio fratris.
Primo quia debitum dotandi dependet a proximitate ſangui-
7 nis, & ipſa mater proximior eſt. Item quia qui tenetur † dotare,
tenetur ēt maritare l. cum multa C. de donat. ante nupt. & ſic
8 debet laborare in inueniendo virum, ſed frater † nō poteſt ma
ritare niſi cum conſenſu matris, & conſanguineorum, adhoc
vt ceſſet omnis præſumptio doli, & culpę per id quod dixit Bal.
in l. Polla in 3. oppoſ. C. de his quib. vt indignis, & probat in ter
minis Afflict. in Conſtitutione Fratribus nu. 4. ergo totū onus,
& debitum eſt matris. Et retēta ſupradicta concluſione, quod
frater diues teneatur dotare ſororem diuitem, nulla habita cō
ſideratione qualitatis clericatus, pro vt doctores hic dilatant
fimbrias, Amplietis illam procedere etiā in ſorore, quia appel-
9 latione fratris † continetur ſoror l. tres fratres ff. de pact. Caſtr.
& Alexā. in l. humanitatis C. de impub. & aliis ſubſtit. qui legē
intellexisse. alio modo secũdum Aquẽ. quando debitor pigno
rasset bona sua tanti, quanti valet. est verisimile quod non re-
dimat, sic non potest vendere. videte text. glo. & Barto. in l. le-
gata. §. fi. ff. de sup. le. Alexand. plene de hoc in l. 1. §. per seruum
corporaliter. de acqui pos. & consi. 208. in 2. & 47. in 3. Bald. in
§. aut si libellario. in titu. quibus mod. feud. amit. Prædicta no.
ad limitandum. l. sciendum supra qui satisda. secundum Bart.
hic. addit Aquẽ. alium casum, quando quis possideret bona,
quæ tantum essent in expensa, puta custodię vel culturę, quan-
tum in reddita. allegat consi. Roma. 8. videte eundem consi-
lio. l. & 510. videte text. vbi Bartol. in l. mediterraneæ de anno.
& tribu. lib. 10. Præposi. in c. de appella. extra de appel. & hoc
dictum defendit ab alio dicto Alexand. in illa. l. sciendum vo-
90 lentus † quod possidens vilissima vel sterilia sit pro non possi-
dente. omnia not. hic per Alexand. ad sciendum quis dicatur
fideiussor idoneus. dicite etiam quod ista omnia versantur in
illa causæ cognitione. de qua loquitur l. in omnibus. ff. de iud.
& Barto. in l. si creditores &c. sic habetis quatuor incommoda
glo. expedita. quintum videte, per quod maritus posset se ex-
cusare, positum per Alexand. supra in tex. dum allegat glo. §.
transgrediamur. In ea. ibi, item nota tangit materiam brocar-
dicam, quando cogatur quis alteri promittere vel generaliter
cogatur alteri facere, quod sibi non nocet. reseruo post duo
contra l. sicut. & l. 1. quæ includuntur in hac materia. In ea. ibi
l. in fundo. ad quid velit glo. hic allegare illum text. videte aliã
gloss. in l. 1. C. de noua. In eadem l. sicut. videtis in contrarium
cum duabus solutionibus. vtraq; approbatur per Bart. nec do-
cto. aliquid addunt excepto Decio qui contra vnum verbum
Barto. opponit declarando Barto. & glo. oppono de contrarie-
tate, quia istę solutiones sunt contrarię. dicere est speciale, po-
stea dicere, ratione præambulæ, secunda tollit primam, quia si
ratio, ergo non speciale. vtraq; solutio est vera. & nulla contra
rietas. habetis diuidere cõtrarium in duo, & sic ad vnũquodq;
pendet sua solutio primum est, videtur quòd maritus non co-
gatur alij permittere, etiam si nullum incommodum per l. si-
cut ad contrarium tendit prima solutio quod sit speciale in
dote. Secundum contrarium est ꝙ non debet cogi promitte-
re etiam mulieri de dote sibi restituenda, quia ita promittere
est contrahere. & mulier debebat sibi prouidere, quãdo dabat
vel promittebat. & tamen tẽxt noster vult, ꝙ mulieri etiam te
netur promittere ex interuallo. & etiam quod text non dicat,
est hoc clarum. ergo ꝯ l. sicut. Ad hoc contrarium venit secun
da solutio, ꝙ illud est ratione contractus præambuli, qui indu-
cit maritum in secundam necessitatem. & Barto. hoc multũ
no. quod cogatur mulieri promittere & dicit verum dummo
do præcessent ꝓmissio vel datio dotis a muliere & in tert Bar.
quod pariter data vel promissa dote ab extraneo, qui sibi non
prouidit, cogetur maritus promittere mulieri. quia videt̃ mu-
lieri donatum. & sic ista secunda solutio tollit pariter contra-
rium de extraneo, quia quis diceret, quomodo potest cogi ma
ritus promittere mulieri, cum qua nihil contraxit, respon. Bar.
obscure, quòd ratione contractus præambuli cum extraneo vi
detur contraxisse cum muliere, quia extraneus videtur donas-
se & mulieri viro. sic intelligitis quomodo veniant solutiones,
& dicta Bar. Bar. approbatur ab omnibus excepto Dec. faciẽte
vnum motiuum contra Barto. cui respondet Aquẽ. addo duo
verba ad Bar. dũ primo secũdam sol. probat per l. si quis seruũ
videte dictũ Bar. in l. fi. col. pe. C. de pac. per illã l. si quis seruum
adde pro Bar. & gl. hic in fortioribus terminis no. gl. quã Bart.
ibi tenet in l. non. ꝯ nf. ret. amo. quod si pono rẽ meam vena-
lem, ex hoc præambulo cogor postea vendere. An tñ illa glo.
sit vera, videte Iaso. in l. nec emere. C de iur. deli. & in l. rogasti.
91 in prin. ff. si cer. pet. Dũ scdo Bar. dicit, † ꝙ ꝯcto matrimo. sine
dote non cogitur postea mulier se dotare. dicite secus in pa-
tre mulieris, quia cogeretur. gl. fi. in l. obligamur. §. fi. de ac. &
obl. licet Bart. aliter ibi dicat. cõis est cũ illa gl. vt per Alex. in l.
1. 8. col. 3. eo. vbi multa ꝯs. retuli pro illa glo. Dum vlti. Bart. di-
cit, quod extraneus dotans & sibi non stipulans videtur mulie
ri donare, videte multos text. ad hoc per Alexand. consi. 71. in
princip. quarti volumi. & quomodo dicatur ista donatio cum
non interueniat præsentia mulieris, nec nuncius, vel epistola,
declarauit Alex. in l. 2. C. de pac. vbi ponit idem in pia causa. In
ea. ibi. l. 1. de nouo. Bar. dicit magis obstare l. nec creditoris. glo.
hic se remittit ad illam l. 1. vbi glo. opponit de illa l. nec credito
ris. & respondet esse speciale in dote Barto. & omnes sequun-
tur reprobato Pe. qui dicebat, quod de equitate cogitur sem-
per quis alij promittere, quando non esset incommodum. ita
loquitur iste tex. secus de rigore. ita loquuntur contraria. Bart.
reprobat vna ratione. Are. dicit, quod est dicere, quod iste tex.
corrigat illa iura non est de intentione Pe. quod dicit Aret. qa
esset dicere, quod lex antiqua corrigat nouam. volebat dicere,
quod æquitas debet præferri rigori. iuxta l. placuit. cum glo. C.
de iudi. pro Pe. allego tex. qui proprie dicit, quod ęquitas præ-
fertur rigori in nostra materia in l. 2. §. item Varus. ver. quãquã
in si. inf. de aqua plu. ar. sed respon. pro Bar. vt inf. quod ibidem
reficiendo &c. opi. Pe. tenet Ro. per auth. hoc nisi cum l. præce
dẽ. C. de solu. cui respon. Aret quod ibi suberat necessitas, quę
cessat in casu nostro propter cessionem. pro Pet. Ro. alle. l. vsu-
ras. C. de solu. Are. respon. proxime. quam responsionem im-
probat Soci. & ideo Soc. & Her. sunt opi. quod opin. Pe. proce
dat subsistente aliqua iusta causa, quia si mihi non nocet pro-
mittere & prodest alij cogor facere. iustę causæ narrantur per
glo. illius. l. vsuras. Item licet non dicant esset arbitrium iudicis
iuxta gloss. l. in omnibus sup. de iudi. eorum opin. videtur pro-
bari etiam per l. si hominem supr. man. per quem plura accu-
mulat Fely. in c. 1. de consti. quod ex iusta causa licet transgre-
di omnia iura in versi. septimo fallit & idem Alexand. in l. & si
contra. §. etiam inf. de vul. quamuis ipsi non referant. ista fuit
opi. Bal. hic quod ex iustissima causa cogatur quis alij promitte
re dat exemplũ si ego creditor sim peregrinaturus possum di
cere debitori quod promittat alij. quia sibi non nocet. ista opi.
etiam fuit Bald. in l. 2. C. de re iudi. dat exemplum de quo per
Alex. in col. si non recedatis ab opi. Bar. & opi. Bald. illa l. 2. im-
92 probat per Alex. & Aquẽ. & cõcludite † quod regulariter nõ
cogor alij promittere, etiam si nullũ commodum patiar. etiã
subsistente causa, nec etiam de æquitate, ratio est euidens vltra
rationem Bar. quod sit ꝯ velle meum, quia est mihi prouisum
via cessionis, quia possum cedere debi. meum. d. l. 1. C. de noua.
cum glo. & remedium ordinarium debet facere cessare extra-
ordinarium, iuribus vul. ad l. vsuras. vbi totum fundamentum.
patet solu. quod illa. l. habet varias lecturas in gl. Est ergo spetia
le in dote, sed moueo difficultatem, quomodo possumus repe
rire spetiale in dote, nam aut mulier vult cogere maritum an-
te ꝯctum matrimonium, tunc potest, etiam si haberet incommo-
dum puta se retrahendo a contractu aut iam contracto matri-
monio, & dote soluta, & tunc maritus semper allegabit incõ-
modum, dicendo, quod nõ liberatur ab vxore. per l. vnicã. C. si
dos cõstan. & quamuis loquatur in solutione, pariter procedit
in promissione, videbimus in §. seq. Here. hic dicit istum text.
debere intelligi in casibus permissis in quibus toleratur restitu
tio constan. matrim. vel in casu, quo mulier fiet locupletior, qa
tunc ex quo permittitur a iure restitutio, permittetur etiã pro-
missio. saluetis sm̃ Alexã. in §. seq. in 1. col. qñ ista mulier vult
promitti illi tertio non animo donandi, declaro, quia vult ꝙ il-
le tertius remaneat sibi mulieri obligatus, vel saluetis, qñ mu-
lier vult promitti illi tertio in casu soluti matrimonij morte ip-
sius mulieris, vt declaraui. s. allegãdo gl. l. si constan. vltimo sal-
uetis sm̃ intellectũ, iam soluto matrimonio, quia maritus non
poterit allegare aliquod incommodũ, ex quo liberabitur pro-
mittẽdo alij, & sic in his tm̃ saluationibus procedit hoc, quod
dicimus est spetiale in dote, quia proxime extendi. l. vnica. C. si
dos cõstan de solutione ad promissionẽ, videte gl. §. seq. in ver-
bo, adempta. facit. l. fi. C. ad l. Fal. quia ẽt reprobaui o. i. Soci. de
iusta causa addite si vultis eã tenere. esse gl. de hoc in terminis
in l. si cum in gl. fi. sup. de serui. est approbata, vt dicam. ꝯ. ꝓ ipso
ẽt est decisio Alexã. hic in fi. & Are. volentium, quod ex cã ne-
cessitatis dñs põt delegare vasallum, & videte, ista opi. est mul-
tum probabilis per l. si hominem. quam alle. iunctis decisioni-
bus Fely. per illum tex. tenendo cõem ꝯ Soci. quæ fundatur so
lum, quia est prouisum via cessionis, ergo vbi cessaret cessio, ꝓ-
supponunt Alex. & oẽs, ꝙ ibi militaret delegatio, & sic stante
statuto de prohibitione cessionis, vt in prima ista, sequeretur ꝙ
prohibitus cedere posset tũc delegare, tñ hoc est absurdũ, quia
inductũ fauore debitoris vt eius nomen non cedatur, redũda-
ret in odiũ, quod cogatur delegari. ergo dicere ꝙ delegatio est
prohibita, quia habeo viam cessionis, non vr̃ tutum fundamẽ-
tum. Cogitetis, quia non est recendum a cõi. Item quia intelle
xistis istam, ꝙ non cogitur quis alij promittere, est speciale in
dote, vt hic, vr̃ ꝙ sit magis odiũ mulieris, & vt hoc est sibi ces-
93 sio, quam delegatio, † quia delegando inducitur nouatio. gl. 1.
approbata in l. 3. statim allegãda. Item maritus totaliter liberat̃,
sed per cessionem mulier haberet adhuc maritũ obligatum,
imò posset post cessionem adhuc exigere, quia retinet dire-
ctas

ctas apud se.sed per delegationem illas perdit.casus est sing.in
l.3.C.de noua.ergo ex delegatione non consequitur commo-
dum.sic non videtur aliquis fauor. Cogitetis, quia non habet
cōmodum, nisi quatenus satisfacit melius illi tertio.cui fit de-
legatio, qui non contentaretur de cessione. aliam fallentiam
94 vltra dotem addit hic Alexand.in debitore operarum,† puta si
quis habeat mihi facere aliquid puta scribere librum, possum
eum delegare. Alexand.tenet oppositum dicens ꝙ Barto.in l.
si non sortem.§.libertus. colum. pen. de condi.inde. loquitur
de cessione,non de delegatione. Aquē. sequitur Alexan. dicit
tamen cōmunem esse contra Alex. cōtra quē teneatis vt hic
per Soc.& Are.& reuera Bar.dicit delegari poterit,& nō cedi.
videte Alex.non in lec.ibi quia tenet idem ꝙ hic sed in apostil.
ibi ad Bart. tenet contrarium eius quod hic. Vltimum casum
addit Alexand. in omnibus obligationibus faciendi conceptis
in personam plurium creditorum,vnus poterit delegare alte-
ri.fuit Ang.per illum tex.in l.stipulatio.§.operarum.dummo-
do omnes creditores consentiant inf.de verb. obliga. Lectura
Alexā.hic est corrupta.quia quandoq; dicit Ang.bene dicere,
quandoq; male. & dicit cōceptis in priuilegium personæ cre-
ditoris.debet dicere vt retuli, cōceptis in personis pluriū.ideo
95 de veritate videte Alexā. in d. c.operarum.† Reassumo nunc
theoricam Bart. & vtilem materiam specialem & generalem
vtrum cogar alteri promittere, meo creditore instante & sic
specialiter & generaliter vtrum cogar alij facere, qđ mihi nō
nocet,& sibi prodest.& sic vna dependet ab alia. Prima cōclu.
Barto.est quod præcedente contractu,cuius natura est, vt faciā
alij qđ mihi nō nocet.tūc cogor facere l.in creditore &c. Bar.
oēs approbāt.obst.aliqua cōtra Bar.in l.si quis seruū,quia præ-
cedē.cōtractu cogor etiam si mihi noceret.ob.secūdo sol.l.sicut
ꝙ ex cōtractu præambulo inducor in necessitatē promittendi
mulieri,etiam si mihi esset incōmodū.obst.cōtra Bart.§.si pi-
gnori alle.in glo.vbi propter ꝯtractum præambulū cogitur quis
ēt si noceret sibi.videtur ēt contra Bar.quia nullū erit speciale
in dote,quia ꝯtractus præambulus dotis erit ille, qui coget mari-
tum hic ad promittendū.& sic nō erit aliqua specialitas.saluā-
do Barto. dicite faciendo tres casus,primo, qñ est talis natura
cōtractus.& hoc verbo,natura,vtitur Barto.scđs est,qñ præce-
dit ꝯtractus,sed de natura illius nō est,quod ego faciā quod mihi
non nocet,tunc talis ꝯtractus præambulus inducit in necessitatē,
vt faciam,etiā si mihi noceat.sed Barto.loquitur,qñ est contra
ctus, cuius natura est, vt faciam tantū ꝙ mihi non nocet.& in
secundo casu loquuntur oīa cōtraria l.si quis seruū.§.si pigno
ri.& secūda sol.l. sicut.qñq. & tertio nō attenditur ꝯtractus præ-
ambulus nec nā.& tūc procedit tex.noster probo.quia dixi vo
bis.s.in ꝯtio l.sicut.quod secunda solu.non potest adaptari,qñ
promissio est fienda tertio. tamen illa secunda solu. loquitur
de contractu præambulo,ergo videtis,quod erit speciale in do
te.quia non attenditur nec contractus præambulus nec natu-
ra.Ex hac conclusione Barto.ponite vnum quod l. Paulus.al-
legata in glo.debet intelligi de natura contractus. aliter obsta-
ret etiam contra Barto.quod creditor cogatur accipere pecu-
niam alterius materię vel formæ si sibi non nocet.oportet di-
cere quod est de natura contractus præambuli. Et illum text.
adde pro Bar.in hac prima conclusi.Secunda conclusio.quod
96 † nullo præcedente contractu non cogor facere alij tractanti
de lucro,etiam si mihi non nocet. Barto. approbant omnes &
pro suo fundamento addo glo.l.cum quid in verbo,nouum.si
cer.pet.dicentem quod dicit Bar.& per iura Bar.fallit secundū
Bart.tripliciter, primo fauore religionis l. si quis sepulchrum.
sup.de relig.omnes transeunt. parcat Barto.quia ista est fallen
tia ad conclusionem.nam ibi cogitur facere, etiam si haberet
incommodum, dummodo non magnum.vt dicit tex.& sic lo
quitur, etiā si facere debenti noceat.Præterea de illo tex. ęqui-
uocat hic Bar.quia loquitur de eo qui tractat de damno euitā-
do,& conclusio loquitur de lucro.ideo Barto.in sequē.cōclu.
de dāno iterū repetit illū tex.De illo tex.videte Fely. in c.quæ
in ecclesiarū.de ꝯsti.in materia,an qs cogaꝰ vēdere fauore pu-
blico.& per Iaso.in l.nec emere.C.de iure delib.& in l.1.§.nū-
ciatio.1.col.inf.de no.ope.vbi extenditur ad libertatem &c.Itē
ille tex.loquitur extra terminos cōclusionis, quæ dicit,an debeā
facere captanti lucrum.ille tex. loquitur de capiente ex causa
onerosa.s.venditionis,quæ est titu.onerosus,& non lucratiuus
l.vnica. vbi Barto. C. de impo.lucr.lib.10.Secunda fallentia in
vltima voluntate per l. quia poterat. rationem fallentiæ vide-
te per text.l.1.§.1.ibi,supremæ defunctorum &c. inf. ad Treb.
dicatis ꝙ est etiam fauor publicus in hac secunda l. vel nega-
re.inf.quemad.testa.aper.& cauete,ꝙ in ista fallentia Bart. ille
cui cogor facere,non semper tractat de lucro,immo procedit
etiam si tractat de dāno captando l.si hæreditatem sup.mādā.
Tertia fallentia Bart.in text.nostro,vt dixi. sup. istud prodesse
magis cōcernit tertium quā mulierem, nisi in quandam cōse
97 quentiam.Tertia conclu. Barto.† non cogor facere alij tractā-
ti de damno euitando,etiam si mihi nocet,vbi agitur de nouo
faciendo,& nullus præcessit contractus.contra Barto.obstant
quæ videbitis in §.glo.vbi ad faciliorem probationem cogitur
debitor facere instrumentum creditori, etiam si nunquā fuit
rogatum,ex quo debitori non nocet,& prodest creditori tra-
ctanti de damno euitando.fallit secundū Bar. sua conclusio fa
uore religionis d.l.si quis sepulchrum.contra Barto. repetatis
omnia.s.dicta de illo text. in preceden. conclusione. cogitetis
contra Barto. quare non repetijt alias duas fallentias, dotis, &
vltimæ voluntatis,quia pro veritate militant etiā in ista.3.con-
clu. quia si fauetur vbi tractatur de lucro, fortius vbi de dāno.
98 Ex ista.3.infert.Bar.† quod non cogor vēdere viam alicui pro
eundo ad fundum suum,etiam si mihi non nocet.per glo. l. Bi-
nas &c.cogitetis,quod loquitur in fortioribus terminis. etiam
si ego prius fuissem venditor illius fundi,ad quem vult me co-
gere vendere viam.istam illationem Barto.limitetis ne.destru
cta via publica,quia tunc cogor vendere. gloss. notab. in l. per
agrum.C.de seruitu.dicit alia glo.in l.si locus.§.fi. in verbo. cū
vi supra quemadmo.serui.amit. quod de consuetudine non te
neor soluere precium de prædictis.vide Fel.in c.omnes.§.vo.
99 versi.sextus casus.1.distin.decret.Quarta & vlti.conclu.Barto.
quod bene cogor reficere si mihi non nocet.& prodest mihi tra
ctanti de damno euitando.§.item varius &c.attendite,qui il-
le tex.loquitur de faciendo refici.vt ibi gloss.in verbo,reporta-
tur.item loquitur de vtili actione. item de æquitate propterea
videbitis ibi Barto.vt intelligatis,quando teneatur reficere, &
quando pati,. & quando de rigore, & quando de æquitate. &
quando directa, quando vtilis. infertur Bartol. ex hac quarta
100 quod † debitor cogitur creditori reficere instrumentum si sit
deperditum.iuribus allegatis per eum.dicite idem,si foret de-
perditum protocollum, a quo nunquam fuit leuatum instru-
mentum. idem dicatis, si instrumentum foret antiquum vel
corrosum,ita quod legi non posset. ista omnia videte per Fel.
in c.accedens.el primo.2.colum.vt lit.non contest. Alexan. in
l.si finita.§.eleganter infra de dam.infec.gloss. no. in authent.
de hæred.& Fal.§.1.in verbo reparari. sic habetis totam theo-
ricam Barto.ad quam ex dictis Aquē.pono vobis vnam gene-
101 ralem fallentiam † quando mihi nocet in modico ita quod nō
posset estimari pecunia.& alij esset magnum commodū,tunc
omni casu cogor facere. dicit fuisse Cęp. in tract. seruitutum
in c.de solo & area. est 39. ca. in tract. vrbanarum seruitutum.
hæc fallentia est vera in iure & in sua materia,sed nō in nostra.
quia in nostra est necesse, quod ego nihil incommodi patiar.
patet in text.nostro in ver.nihil.& in verbo,aliquod. etiā quod
agatur de fauore dotis.& in l.in creditore.in versi.sine dispen-
dio.supra de euict.& in l. Paulus in versic.aliquod.Et ideo ha-
betis scire quod sunt quinq; regulæ. prima est nostra. Quod
mihi non nocet non cogor facere.secūda est,quod magna vti-
litas alterius præfertur modicę vtilitati meæ, immo præfertur
modicę vtilitati publicæ.l.2.§. sunt qui putant infra ne quid in
loco publi.& l.vnica.§.fina. C.de cadu. tollen. Ex ista secunda
resultat tertia,quod possum facere in alieno, quod mihi mul-
tum prodest,& sibi parum nocet. Ex illa secūda resultat quar-
102 ta,† quod non possum facere in meo, quod mihi parum pro-
dest, & vicino multū nocet. & in istis terminis loquitur Cęp.
& est bene no.Et ex illa secūda resultat quinta, quod non pos-
sum facere in meo,quod mihi parum prodest,& multum no
cet vicino,etiam si multum prodesset tertio.quia non ꝯsidera
tur illud prodesse tertij. sic habetis enucleatam theoricā Bart.
de secunda regula.videre Alexand. in l.1. antepenul.colum.§.
eo. Fely.in c.quæ in ecclesiarum.colum.ii.de cōsti.Dec.3.& 5.
videte Ange. post Io. Fab.insti.de leg.fu.ca. De quarta videte
Cęp. vbi.s.ponite tertiam fallentiam generalem,quam capio
ex illa opi.Bal.& Soc.quod subsistente iusta causa,non proce-
deret theorica Bar.est vt in l.si cui.heri allegata quamuis eorū
opi.nō procederet in illo artic.quod cogar promittere.ex quo
ibi militat via cessionis.bene crederem eā militare in ista ma-
teria,vbi nō tractatur de cessione neq; de legatione.& maxime
quia in omnibus fallentijs.s. positis per Barto. & Aquē. vide-
103 tis,ꝙ semper militat aliqua iusta causa.† Et iura limitantia be-
ne possunt extendi.quia in limitatorijs est licita extensio. glo.
in l.vnica.gloss.4. C. de his qui ante aper.quæ causam intestati
extendit ad testati,& econtra.tū illa l.vnica.est limitatoria.§.in
nouissimo.l.vnicę.C.de cadu.tol.cogitabitis,quia esset magna
restrictio ad theoricam Barto. Addo vltimam generalem, ꝙ
sua theorica non procedit in patiendo,quia quod mihi nō no-
cet,cogor pati.glo.no in l.fi.in verbo.nullam.s.de serui. vrba.
prædi. Vidistis duas regulas cum fallentijs,quod non teneor
alteri promittere, quod non teneor alteri facere, quod mihi
nō nocet,alias fallentias ponam in quæstione proxime termi-
104 nanda, † vtrum vasallus vel alias subditus possit compelli ad
præstandum fidelitatem alteri, vel possit in alium transferri
uel alienari inuitus.gloss.tenet quod non in l.inuitus infra de
fideius.lib.iura feudo.uidentur diuersa in.§. præterea ducatus.
de proh.feud. alien.per Fed.& in.§.ex eadem de lege corrad.

breuiter ex dictis Alex.& Are.quos omnes sequuntur,facio regulam cum duabus fallentijs.regula,quod nõ potest, per duas regulas.s̃.positas a Bar.fallit primo ex causa necessitatis. Alex. probat per ar.l.patronus.cum l. seq.de op. libe. quæ parum faciunt in specie.probo istam fallen.per l.alienationes. sup. fam. hercisc.ad quam multa accumulat Roma.cons.107.melius pbatur in l.2.C.de patribus qui filios distra.facit,l.ob ęs. cum gl. C.de prędijs mi.& ex ista fallen.habetis ponere aliam fallen.ad illas duas regulas Bart. quia non procedunt ex causa necessitatis,item ista fallentia Alexan.fortificat illam quam.sup.posui, quod illæ regulæ Bar.non procedunt subsistente causa. imò diceremus quod fallentia Alexã procedit,etiam si esset incommodum alteri fidelitatem facere,vel si sibi noceret,quamuis Alexan.hoc non dicat, ex ista fallentia colligo vnã regulam gene-
105 ralem.quod † ex causa necessitatis recedimus a iure communi.l.1.cum glo.sup.de offic.consul.& l.1.§.huius.vbi gl.in verbo proficiscatur.& ibi Ias.in 5.no.sup.de offic.eius. videte glo. magistram in c.sicuti.47.dis. & ad istam reg.multa accumulat Fely.quæ fortificant fallentiam Alexã.in c.cum accessissem 9. col.extra de constit. Alexan.plura consi.109.in 3.vol.1.colum. Panor.in c.2.vlt.colum.de iudic. & istam fallentiam Alexand. sequitur Iaso.in §.item Seruiana. in gloss.in verbo, de qua. instit.de act.& Roma.consuluit cons.26.Bal.consil. vlt. in 1.vol.
106 Secundo † fallit secundum Alexand. & Are. cum vniuersitate,quia alienando vniuersitatem, puta villam, castrum, vel ciuitatem possunt cogi subditi ad fidelitatẽ alteri, dicatis quòd multa transeunt cum vniuersitate,quæ non transirent per se l. quædam.inf.de acquir.re.do.& l.1.sup.de fun.do.allego gl.magistram in l.in modicis.s̃.de cõtrahen. empt. quæ infert, quod ius patronatus transit in venditione vniuersitatis bonorum, & tãgit Alex.in l.2.C.de in ius voc.Pan.in c. quãdo. extra de iud.
107 Et istã regulam,† quod cum vniuersitate multa transeunt alias prohibita.late explicat Fely.in c.causam. extra de præscri.in 3. col.Bald.cons.32.in 3.vol.Roma.consil.368. & ex ista secunda fallentia ponite aliam ad dictas regulas Barto.quia non procedunt,quando cum vniuersitate venit promissio vel delegatio, vel id quod mihi non nocet,sed aduertite,quia ista secunda fallentia Alex.præsupponit vnum valde dubium, quod dominus possit alienare villam,ciuitatem,seu castrum, tamen Bart, in l. prohibere.§ si.int quod vi aut clam.est in alia opinione,distinguendo. de quo scribentes hic non faciunt mentionem. ideo Aret.dicit,quod Papa faciet cum consensu cardinalium, alius dominus cum cõsensu subditorum, articulus est satis dubius. quem tangit Bal.in prælud.is feud.versi. ex edita diffinitione. & §.in generali.in tit.si de feudo defuncti. Alex.cõs.24.& seq. in 5.vol.videbitis Fely.in c.ad audiẽtiam.in 1.& 2. col. extra de præscrip.vbi tangit,an possit infeudare dominus villam &c. & an possit concedere regalia & iurisdictionem transferre. adde vlt.quod Felyn.in cap.dilecti.versi. hominibus multis. sequens Alex. hic amplat hic dicta ad emphyteusim, vtrum dominus possit emphyteutam transferre. & ibi colligetis tertiam fallentiam, quòd dominus potest pensionẽ vel censum quæ sibi soluitur a subdito,alteri remittere.ibi etiam amplat nota. omnia illa dicta Alex.procedere econtra.vtrum subditus inuito domino possit facere fidelitatem alteri.ibi tangit articulum no.ꝙ ad omnia ad quæ tenetur vasallus erga dominum, ad ea omnia tenetur dominus erga vasallum.de hoc habetis tex. in § fi. in tit. de forma fidelitatis. An hoc dictũ procedat indistincte, discutit Are.cons.14.habetis finem huius quæstionis. Secũda quæstio deciditur per Ias.de Molendino superiori & inferiori, pariter dicatis de pratis existentibus subtus Molendinum. Bar.in l. quominus.12.q.ita determinat Alex.cons.108.in 2.vol. Ias. hic limitat nisi Molendinum inferius esset ecclesiæ per l.si quis sepulchrum. sup. de relig.ita pariter dicatis de pratis. non credo istam limitationem veram, & videtur aliq aliter decipi. quia l.si quis sepulchrum,loquitur de ipsa ecclesia,nõ autem de rebus ecclesiæ.nec credo quod res ecclesiæ gaudeant eisdẽ, quibus gaudet ecclesia.vt patet de confugientibus &c Et illud ius singulare in quo versatur publica vtilitas, vt homines possint ire ad ecclesiam, non debet extendi ad res ecclesiæ, vbi solum versatur priuata vtilitas. si esset vera fallentia Iaso. esset magna ampliatio ad illam l.si quis sepulchrum. Et vlt.quæstio decidĩt per Alex quæ fuit gl. fi.l.si cui simpliciter. de serui. sed cauete, quia imò istę regulæ Bar hic confundunt illam gl.quia ibi cogitur quis facere,quod sibi non nocet.ideo dicite quod solum illa gl. saluatur propter duas fallentias quas posui ad regulas. s. subsistente causa,vel quia ibi agitur de pati & non facere,ita loquitur illa glo.nec aliter posset saluari, quamuis Alexã. hic approbet.& Ang.in d.l.si cui.improbat illam.quia §. pen. in quo se fundat glo. loquitur in casu speciali. non recedatis ab Alexã. & ante eum tenuit Roma. dicens quomodo ille § pen. habet locum in priuato.& ita extendit in l.1.§.fin. & ibi Ias.in vlt.col. sequitur,non faciens mentionem de Alex. hic inf. de no. ope. nuncia.& illud ꝙ decidit Alexã. hic ꝙ potest quis cogi ad vendendum terrenum vt erigantur furcę, non est in proposito regularum Bar.sed in alia regula,quod propter publicam vtilitatem quis cogitur vendere.& Alexan.repetit hoc dictum in l.1. antep.col.sup.eo.& sunt dicta Bar.in l.fin.in princ.sup.de pign. actio. volentis, quod etiam possit capi asinus pauperis, & illud ꝙ Iudei angariauerunt Simonem Cyreneũ.tangitur per Fely. in c.quæ in ecclesiarum de consti.in 11.col. In eadem ibi,item quomodo cogitur aduertite ꝙ differunt gl.& Bar. in tit. quæstionis Glo. quærit quõ cogitur promittere, Bart. quõ cogitur cauere.dicite concordando,ꝙ ista duo pacificantur,vt per Bar. in l.in finita.§.eleganter.vlt.col.de dam.infec.probo per istammet gl.quę.inf.subiungit.sed ad quid cauetur,vel dicite,ꝙ Bar. habet respectum ad dicta in gl.præcedenti,per eum, ꝙ s̃m primum intellectum iste tex.loquitur de nuda cautione,secundũ loquitur de satisdatione, In eadem ibi,per retentionem, est primum remedium cogendi quando dos nõ est adhuc soluta, & hoc remedium omnes sequũtur.In ead.ibi, s̃m primũ casum, vult gl.hoc remedium competere secundum primum intellectum gl.pręcedentis.cauere,quia gl.non potest saluari indistincte.sed solum in expositione quam feci ab initio. i. constante, quia in alia expositione ab initio.i.ante. non cõpeteret mulieri hoc remediũ retentionis, quia haberet fortius remedium.s. se retrahendo a contractu matrimonij.ita oportet saluare istã gl. In eadem ibi,sic causatiue nõ præcise,dicite,ꝙ gl.voluit inferre,ꝙ duplex est coactio,vna causatiua,alia pręcisa,vt declarauit Bar.in l.Gallus.in princ.1.col.inf.de lib.& posthu. Aquen.dicit aliqua.& dr̃ causatiua propter exceptionem.i.retentionem.In eadem ibi, ꝙ esset si iam soluta &c. habetis secũdum remediũ cogendi,quando dos iam est soluta.vult glo.ꝙ competat actio vel officiũ, præsupponit gl. ꝙ ista remedia dicentur præcisa ad differentiam remedij præcedentis. Bar.placet. ꝙ competat officium,ponderando verbum literæ in verbo,cogitur. & verbo, cogi.quæ prolata impersonaliter referũtur ad iudicem. videte gl.fi.l.sicut latam.C.de lib.cau.sed cõ illam & Bar.est tex.in l.si quis ex argentarijs.§.cogentur.sup.de eden. & in l.quædam.§. nihil in verbo,tenebitur.illo eo.tit. quæ proferuntur impersonaliter,tamen datur actio ex illo edicto. ista iura põderantur in alio proposito contra Bar.per Dec.in l.1. C.de eden. in articulo.an edit o fiat officio vel actione,tamen communiter approbatur ibi Bar.per Alex.In eadem ibi,nam tunc mulieri cogitur reddere. Ista gl.approbatur, sed videte,quomodo possit procedere,quum nondum euenerit tempus restituẽdi?quomodo cogetur maritus reddere? imò duplicarentur inducię petendo de præsenti.§.hodie.insti.de except.oportet dicere, quòd suppleatur glo.cogitur reddere.i.de reddendo promittere.probo per l.quam glo.alleg.in omnibus.ff.de iudic.tamen ibi nõ redditur ante diem,sed de reddendo cauetur.de qua.l.adhuc nũc
108 opponam contra glo.† In eadem igitur ibi,vt d. l.in omnibus. licet doct.transeant simpliciter oppono contra gl. quòd nullo modo debet in hac materia compulsionis competere beneficium.l.in omnibus, quia loquitur de remedio cogendi per satisdationem.i.cum fideiussore.vt iam vidistis.sup.sed satisdatio non potest cadere in promissione dotis restituendę, toto tit.C. ne fide.do ideo ad declarationem illius legis & glo. hic dicite, quòd promissio de qua ibi, potest quandoq; esse cum fideiussore,quando petitur propter suspitionem, quandoque potest esse sine fideiussore, sic nuda cautio seu promissio, vt quando petitur ad faciliorem probationẽ, & in his terminis loquitur glo.hic.& isto modo saluatur glo.in l.in omnibus, quæ intelligit sine fideiussore semper.quia põt saluari in isto casu, & non aliter.videte Bart.distinguentem in illo.§.eleganter.in vlt. col. & ibi Alex.etiam.In ead.ibi,§.pe. credo ꝙ gl. allegando illum. §.velit ponere aliud remediũ cogendi, hoc est ꝙ captis pignoribus maritus compelletur,cogitetis si possit adhiberi aliud remedium.glo.sing.in l.sed si per prætorẽ.§.sed si dum decreto. in verbo.decreto.sup.ex quib.cau.ma. ꝙ iudex potest denegare audientiam in omni causa quæ agitaretur per maritum etiã contra quẽcunque. Alex.in l.1.§.in operis.1.col.inf.de no. oper. habet hoc remedium pro singulari,vt pareatur iudici. & videt esse fortius quam captis pignoribus. In eadem ibi, etiam si dicatur.ista gl. non potest procedere in promissione fienda mulieri,quia est indubitatum, quod maritus allegans incommodum non auditur,debet ergo gl.referri ad promissionem fien
109 dam tertio.† ex qua colligo not. limitationem ad illum text. ꝙ maritus non cogitur tertio promittere,quando patitur incommodũ.hoc procedit si sponte promitteret, sed quando patitur coactionem, non auditur in allegatione incommodi, omnes transeũt cum gl.quomodo potest hoc stare, quia si patitur incommodum.ergo debite conqueritur,ergo deberet audiri in allegatione incommodi contra glo.non video quòd possit saluari,nisi dicatis,ꝙ ab initio non habebat incommodum, quando fuit ceptus cogi.ita quod si postea superueniat,non audiretur,& in hoc ista gl.esset bene notan.ad limitationẽ literæ, sed quando fecisset ab initio incommodum, non video quõ possit gl.

sit gl. procedere, q maritus nō audiatur. imò plus quod etiam si ab initio nō fecisset incommodū, sed superuenisset suspitio, adhuc maritus deberet audiri. per l. si rem. §. fi. ff. de pign. ac videte Alex. in l. si mulier. inf. eo. in articulo, quod suspitio superuenens post lit. contest. potest adhuc opponi. licet de iure debet opponi ante. In ea. ibi, nisi dicat pactum factum. quia glo. voluit maritum nō audiri in allegatione incōmodi ꝯ remedia coactiua. hic vult eū audiri in pacto lucrādę dotis. oēs trāseunt cum gl. excepto Deci. post Dy. & Abb. dicē. qđ non audiretur maritus in casu pacti inualidi. dicite quod ista gl. non pōt procedere, nisi in vno casu. nā aut loquimur ſm primum intellectū, videlicet qñ coactio fiebat constante matrimonio, & tunc maritus nullo modo auditur allegando pactum lucrande dotis, quia adhuc ambo viuunt, nec euenit casu lucrāde dotis. & potest esse qđ mulier superuiuet. quo casu. non valebit pactū l. ij. C. de pac. cōuen. licet possit euenire, quod mulier præmoriatur, tamen adhuc non auditur maritus. qa actus pendēs quando pōt se habere vt prohibens & vt permittēs, tūc semp stat ꝓhibens. tex. no. in l. i. §. si pēdeat. ff. ad Maced. ergo vita & mors mulieris pendens stabit prohibitiue, vt pactum non valeat. & sic ſm primū intellectum nullo modo debet maritus audiri. Contra gloss. hic. & de illo. §. si pendeat. videbitis in l. i. C. de pact. Quantum ad secundum intellectum non potest ēe saluari. quia ex quo mulier petit cogi, pręsupponit, q viuat, & q matrimonium sit solutum morte mariti. ergo pactū nō valet. potest ergo solū saluari in hoc, quando ipsa mulier prædecessisset, & eius hęres peteret cogi maritum promittere alteri vel sibi audiretur maritus allegans pactum lucrande dotis. tamen gl. non habuit hanc intentionem. ideo non potest saluari. ista sunt subtilia &c. Vidistis remedia compulsiua & remedia contra compulsionem. Aduertite, qa gl. vult vnum, quod non credo verū, q solum primum remediū competat, vt promittatur mulieri & tertio. Sed alia remedia puta officium &c. solum competant, vt promittatur mulieri. gl. vult q non competant, vt promittatur tertio. cogitabitis. qa non video rationem differentiæ. Item cauete ad aliud contra glo. quia vult, q possit concludi hoc modo, peto cogi maritum ad promittendum mihi. & pariter q ita possit cogi in casu. d. l. in omnibus. est erroneum & subtile in practica. quia solū posset cōcludere peto cogi ad faciendū instrumentū de promissione iā facta. & si peteret cogi de nouo ad promittendū, succumberet. videte Bar. in terminis vbi ponit rationem in l. 3. circa fi. principij. supra de condi. ob causam. In ea. ibi, sed ad quid cauetur. colligite

110 duas regulas. † Prima. q cautionibus frustratorijs non est vtendum, vel superfluis. Et secunda, quòd non debet fieri pactum, quod nō releuat. habetis l. hæc stipul. §. diuus. inf. vt leg. no. ca. videte Barto. in l. 2. secunda oppo. C. de eden. habetis l. ampliorem. §. in refutatorijs. C. de appella. & in practica dicit, q positiones, capitula superflua non admittenda videte text. in l. ad probationē. la prima. C. de proba. qđ nō admittitur ad probandū quod probatum non releuat. videte plura per Ro. consi. 46. in articulo, quod nō est danda absolutio a iuramento quæ data nō releuat probat, et iura canonica & an hoc procedat indistinctæ. quia videmus quandoq; superflua tolerari in iure videte Alex. distinguētem in l. Gallus. §. quidā. inf. de libe. & post. i. col. In ea. ibi, cum habeat. Barto. improbat hic in duobus locis hanc glo. Alex. sequitur, volentē quòd iure isto competeret tacita ex stipulatu. & pariter reprobat glo. l. si filio infr. parcat Bar. quia gl. male improbatur. quærit enim de iure hodierno ad quid erit vtilis cautio. glo. vtitur verbo, cum habeat. dixisset cū haberet. nec est verisimile quòd gl. voluerit quærere de veritate secundum ius ffrorum. sed de hodierno. & etiam male Bart. reprobat glo. l. si filio. quia sunt due ita incipien. & nulla glo. hoc dicit. maxime quia glo. l. ad exactionem. C. de dotis promiss. dicit, qđ hodie est inducta. & ideo dicatis qđ bene cōpetebat ante ius ffrorum. ita intelligatis. §. videamus l. vnice C. de re. vxo. dū refert ius antiquū de iure aūt ffrorū, solū erat actio de dote, quam dicit Alexand. ita baptizatā a iuristis. pro quo est glo. in l. si cum dotem. § transgrediamur. inf. hodie est cōfirmata illa tacita ex stipulatu cum modificatione de qua in illo §. videamus. sic habetis concordiam iurium. In ea. ibi, respondeo, vt habeat instrumentum. istam gl. approbāt omnes ex qua notat. Aquē. quod interesse facilioris probationis est in consideratione. & cogitetis qđ glo. vult. l. in omnibus. habere locum nedum propter suspictionem, sed etiam propter habēdam probationem. & heri dixi. & ista gl. est multum not. secū

111 dum Bar. & omnes, quod † creditor potest cogere debitorē vt faciat sibi instrumentum de debito, etiam ex interuallo. & hoc Bar. tenet ibi. licet hic se remittat. & est communis opi. vt per Alex. in illo. §. eleganter. Ista glo. confundit theoricam Barto. & volentis, quod vbi agitur de nouo faciendo, non cogitur qs alteri facere, quod sibi non nocet. imò videtis quod hoc debitor cogitur, ex quo prodest creditori, qui tractat de damno euitando. Item opus est restringere istam glo. secundum qđ prędixi, quando creditor solum ageret ad faciendū instrumentū secus si peteret ad promittendum de nouo. Ratio. quia tunc noceret debitori per glo. l. qui bis idem. de verbo. obl. hanc conclu. glo. amplietis. etiam si debitor negaret debitum. contra Bald. in l. sicut datā. C. de lib. cau. volentē posse debitorē solū cogi, si fateatur debitum. qa etiā si neget, secundū Are. hoc dum tamen modo probetur per testes. limitetis no. istam gloss. conclusionem stante statuto, quod instrumentum habeat executionem, quia tunc debitor etiā quod constet per testes, non cogeretur, quia sibi noceret propter executionem paratam secundum Iason. post Ange. sed ante fuit Areti. sed non aduertit, quod hoc dictum Ang. non est verum. Alexā. in d. §. eleganter. in antepen. col. improbat. & respōdet tex. per quem mouebatur Ang. cogitetis. qa Alexan. non respondet rationi, quod noceret debitori. & istam materiam, an debitor cogatur, tangit etiam Felyn. in c. accedens. extra vt lite non contest. 2. colum. In ea ad fi. videtis quatuor iura. dicite, quod duo veniunt ad illud, quod tibi non nocet. duo alia secundum glo. veniunt ad aliud, quod suspicio nocumenti habetur in cōsideratione. cauete. qa l. qa poterat. per Barto. deducitur ad illud, qđ tibi non nocet &c. & sic stabit pro vtroq; Gloss. sequens penul. approbatur. not. illam,

112 qa erit vtilis ad multa, † maxime ad contractus, statuta, & vltimas volantates, quod clausula in fine apposita potest referri ad proxima & remota. aliam habetis in l. si idem. §. fi. vbi Iaso. no. limitat. ff. de iurisdi. om. iud. & Barto. ponit in l. tal. s scriptura de le. i. Alexan. in l. i. C. de lib. prete. & consi. 48. in i. volu. & aliam gl. in §. ęque. in verbo ille. de actio. late istam materiā explicat Felyn. in c. causam quę. 3. col. per, ver. clausula. in fi. refertur extra de rescrip. Glo. fin. etiam approbatur. cogitetis vtrū glo. velit excludere alios modos, quibus filia potest fieri sui iuris. glo. semper ponunt hos duos tantū, morte & emancipatione. videbitis in. §. sequen. in verbo, sui iuris. & quod dicit gl. de morte, subaudiatis etiam ciuili. l. insula. inf. eo. vbi gl. ponit rationem. & cogitetis quod iura quæ gl. hic allegat, non videntur concludere ad propositum. tex. loquitur etiam quando ab initio actio dotis fuit insolidum filię. & illa iura loquuntur, quando fuit ab initio communis. licet postea consolidetur in filia.

113 extra glo. Barto. † subtiliter quærit, quomodo formabitur promissio per maritum de dote reddenda. & Bart. intelligit tā de fienda mulieri, quā tertio. respondet, taliter qđ nō teneatur nisi de iure, ac si promissio facta non esset. in hoc verbo taliter, Bar. videtur velle solum formare quęstionem de promissione fienda mulieri. qa ante erat omnino de iure obligatus. & sic videtur differre a tit. quęstionis sua responsio. Bar. subiungit rationem, qa promittendo aliquod nouum, maritus pateretur incōmodū, ista ratio ostendit, quod quæstio loquitur de vtroq; qa in fienda tertio inspicitur incōmodū. sic videtis ambiguitatem, qualiter Bar. voluerit formare quęstionē, an de fienda mulieri tantum, an tertio & mulieri. scriben. approbant dicta Bar. qđ satis est qđ permittatur in genere. vt probant duo iura allegata per Bar. & ponite exemplum in hac prima cū dicitur sic, quā dotē promisit restituere in omnem casum & euentū dotis restituēde ad formā iuris. videntur duo obstare cōtra Bar. sua ratio non vr̄ bona. primo dū dicit, quia maritus pateretur incommodum. nam in promissione fienda mulieri, non attenditur aliquod incommodum. tex. est hic, qui solum cōsiderat incommodum quo ad tertium pręterea est hic gl. in terminis quam vidistis quod maritus cogitur mulieri promittere etiā si dicat sibi incommodum. ergo videtur ratio Bart. non bona item & scdo Bar. vult, qđ maritus etiā si vellet spōte promittere vltra ius, qđ non obligetur. & illud vr̄ satis inconueniens. qa fatetur quod non posset cogi. sed Bart. in suis verbis vult quod etiā nō posset promittere. est magnū quid. & hoc clarius vult in vna illatione statim fienda, dū dicit, nō valere promissionē, qđ siue cū liberis, siue sine soluatur matrimoniū morte mulieris, quod maritus restituat. & sic uidetis qđ Bar. vult non posse etiā sponte promittere cōtra formā iuris. illud est ꝯtra regulā l. sicut. C. de ac. & ob. & cōtra literam istā, quæ vult bene maritū nō cogi, sed non negat spontaneam promissionē, etiā si patiatur incommodū. Cogitetis etiam in hac illatione Bart. qua vult, nō valere cū incommodū hic resultat. dicite qđ resultaret incommodum ab vtraq; parte. primo ex parte mulieris. ex quo promissio fit solū per mortē ipsius. ideo morte mariti nō restitueretur. resultat etiam incommodum ex parte mulieris. ex quo si moriatur sine liberis dos debet restitui. & si moriatur cū liberis, est incommodum mariti, quia perdit vsumfructum. licet ex quo dr̄, siue decedant in pupillari &c. est incōmodum mariti quia priuatur successione. sic habetis declaratam illationem Barto. quare velit talem promissionem nō valere, quia resultaret incommodum ab vtraq; parte. Bar. facit aliam illationem, quod maritus tenetur etiam de leui. vult inferri quod si promitteretur solum de lata, non valeret secundum Iason. pariter dicatis Bar. velle, quod si promitteretur de leuissima, nō valeret. quia resultat incōmodum. vt ergo cessent omnia incōmoda hinc

inde, Bar. mouetur ad dicendum quod promissio fiat generalis ad formam iuris. limitat Barto. suam conclusionem singulariter, nisi esset consuetudo ad oppositum per. §. qui assidua.
114 l. quod si nolit. super de edic. ex qua colligite regulam † quod notarij debent conficere instrumenta secundum consuetudinem patrię vel loci. & debent opponere communes clausulas solitas apponi. imò possent cogi ad oppo. etiam post leuatum instrumentum. imò habentur pro appositis, si non apponat. & Barto. hic sequuntur omnes, maxime Aquē. qui ampliat siue sint substantialia siue solemnia etiam si non esset dictum, dictamine sapientis, contra Bal. quia quādo est positum illud verbum, dictamine sapientis, posset apponere etiam non solitas. Soc. etiam ad Barto. add. t consilium Aret. 11. videte de ista materia tex. meliorem de iure in l. fi. vbi Bald. C. de fideius. & Alex. & Ias. per illum tex. in verbo, quotidie. in l. si certi condictio. §. si nūmos sup. si cer. pe. plura Ias. ad hoc dictum Barto. in l. vt liberis in verbo, fieri assolet de coll. Istam materiam per regulares etiam fallentias ponit Fel. in 4. no. in c. cū. m. de ꝯsti. Alex. cons. 27. 2. vol. vbi ponit, an possit poni iuramentum vel constitutū. est verum quod Aquē. hic dubitat quomodo possit notarius hoc facere, cum debeat solum ponere id quod fuit dictum a partibus, ergo nō solitum debet ponere, sed dictum propter hoc facit in materia tres casus, vt videbitis soluere secundum Bar. in l. cum quid 2. col. sup. si cer. pe. quod omne solitum videtur dictū ab ambabus partibus. per. d. §. qui assidua. quem alleg. plura videte per Iaso. in l. singularia in pen. & vlti. col. sup. si cer. peta. quod notarius conficiens secundum consuetudinem excusatur semper a falso. & ibi ponit de illa clausula, dictamine sapientis, quæ est Bar. in l. illa institutio. de hęredibus insti. Vnum verbum in materia tangit Alexand. in l. 1. C. de eden. & in l. Gallus. §. idem credendum, in articulo, quomodo debeat extendi dictio &c. adde, quod ista decisio Bar. adeo est vera quod ēt teneretur notarius s̄m consuetudinē facere, stante statuto, qđ ad formam iuris tantū faciat. & dictio taxatiua nunquam excludit consuet. & solita. est tex. fin. & ibi. Bar. in specie. in l. viros. C. de diuer. offi. li. 12. no. Iaso. in l. si mora. in no. inf. co. addi. consi. Ro. 114. in secundo dubio. & 94. consuluit quod mandatum cum taxatiua, non excludit solita. & mandatarius potest excedere. Bar. postquam intellexistis qđ consuetudo inspicit̄, quęrit, quid si sint diuersę consuetudines vel cōtrarię in loco vel patria, dicit esse redeundum ad ius commune approbatur per. l. nemo. §. temporales inf. de regu. iur. Soc. allegat cons. Aret. Iaso. dicit, qđ videtur attendenda rationabilior. Alexand. attendit præscriptam, dicens no. post Bal. quod præscripta tollitur vno actu contrario in iudicio possessorio. Alexand. consi. 5. in 5. vol. & 22. in eo. tenet simpliciter Barto. vtrum hęc dicta Barto. Alex. & Iaso. sint vera, reassumit Fel. in c. cum accessissent. de consti. in antepe. col. pro veritate videt̄ quod sit attendenda vltima cōsuetudo. tex. est in l. Mella §. sed & si alimenta inf. de ali. leg. & no. Dec. in l. pacta nouissima. C. de pact. propter illū tex. Bal. aliter distinguit quam Bart. hic. in §. fi. 1. col. in ti. qui feu. da pol. Fely. per illum tex tenet indistincte, plura addens, qđ vltima sit attendenda. in c. eam te. in vlti. colum. extra de rescri. Quærit penul. Bar. an maritus possit petere caueri de euictione a muliere. Bar. se remittit. non impertinenter de hoc quęrit, quia glo. 1. ad quam se remittit, attendit consuetudinem regionis. est etiam materia. l. 1. vbi gl. C. de iure do. Vltimo quærit, an possim petere mihi caueri ab inimico de non offendendo. se remittit. multas quotas ponit Alex. in hoc princip. sup. in 6. colum. in versico. prædictis &c. Hercu se remittit ad Aretinum plene in. §. sequen. Materiam videte per Fely. ibi regulam & fallentias facit in rubric. extra de treg. & pace. in versicu. si quis timet verisimiliter offendi. non est materia nostra. Finis.

REPETITIO

Thome Parpaliæ in §. Quod si in patris ex l. 2. ff. soluto matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Aduersatiua particula quando aduersetur præcedentibus in iure & facto, & quando in iure tantum.*
2 *Conditionem in lege appositam denotare causam illius finalem.*
3 *Actio de dote quando sit communis inter patrem & filiam.*
4 *Actionem dotis aduentitiæ non esse communem patri cum filia. & numero 11.*
5 *Patrem non posse intendere actionem pro dote filiæ per se solum vel per procuratorem.*
6 *Verbum, per se, aut suis manibus, importare personalitatem.*
7 *Argumentum an & quando valeat de petitione ad delegationē. & quid de petitione ad stipulationem.*
8 *Pater dando dotem pro filia, & simpliciter stipulando eam reddi an & quando soli filię actionem quærat, & an matrimonio non secuto actio de dote soli filiæ quæratur.*
9 *Copulatiue veritas vtriusq; partis veritatem exigit.*
10 *Aduentitium censeatur necne id quod ab auo profectum est.*
12 *Patrem non esse legitimum administratorem aut vsufructuarium in dote aduentitia filiæ.*
13 *Filiafa. an possit agere in iudicio pro dote aduentitia citra consensum patris. & quid in cæteris aduentitijs quorū vsufructus nō quæritur patri.*
14 *Filiusfa. possit ne agere citra consensum patris pro donatione propter nuptias aduentitia.*
15 *Filiusfa. possit ne sine consensu patris exercere omnia & iudicialia & extraiudicialia circa ea in quibus non quæritur vsusfructus patri.*
16 *Profectitia etiam hodie quæri patri per filiumfa.*
17 *Dos si est data a patre pro filia, emancipata, an actio de dote sit communis patri & filiæ.*
18 *Dotem dupliciter posse considerari. & quomodo maritus dicatur dominus dotis, cum dos sit ipsius mulieris.*
19 *Pater an teneatur redotare filiam secundo nubentem, quæ priorem dotem sua culpa perdidit, & quid in filia emancipata. nu. seq.*
22 *Actionem dotis quare lex voluit esse communē patri & filiæ. & nu. seq.*
23 *Filiafamilias transiens ad secundas nuptias citra cōsensum patris, an perdat actionem quam habebat communem cum patre ad repetendam dotem prioris matrimonij.*
24 *Intellectus ad l. si vt proponis. 2. C. de nuptijs.*
25 *Actio de dote quæ ex dispositione legis est communis patri & filię, quibus casibus soli patri competat. & nu. sequen.*
27 *Pater quibus casibus stipulando sibi reddi dotem pro filia datam acquirat actionem ipsi filiæ.*
28 *Pater dans dotem pro filia an possit incontinenti adhibere tertium, cui stipulanti maritus promittat. & an ea stipulatio valeat in præiudicium filiæ. & num. 30.*
29 *Pater possit ne ex voluntate filiæ totam actionem dotis ex interuallo sibi acquirere. & quid in extraneo.*
31 *Maritus an possit cogi ad promittendum dotem ex interuallo patri vxoris vel tertio.*
32 *Patris factum circa dotem pro filia datam nō nocere filiæ sui iuris effectæ. & an noceat ei quandiu in potestate est. & nu. 34.*
33 *Pater faciens se vasallum vel subditum alicuius domini an præiudicet filiis suis.*
35 *Patris factum circa feudum non nocere filijs vbi feudum esset quæsitum tam pro se quam pro filijs seu descendentibus.*
36 *Filiæ quibus casibus noceat factum patris circa dotem.*
37 *Cautio tametsi per legem vel statutum requiratur, si tamen omittatur, vtpote non petita, non propterea subuertitur iudicium.*
38 *Lex loquens in dote soluta procedit in promissa.*
39 *Verbum, quandoq; accipi pro quam primum.*
40 *Dotis cōmunionem nō esse inter mulierem & hæredes patris mulieris proinde non teneri hæredes ad redotandam ipsam mulierem, etiam si sine culpa eius dos deperdita sit.*
41 *Pater sit ne legitimus administrator filiæ in dote profectitia.*
42 *Patrem esse vsufructuarium in dote filiæ soluto matrimonio, nec teneri ad restitutionem fructuum redotando eam.*
43 *Patrem non esse legitimum administratorem fructuariū in dote filiæ emācipatæ etiam si dos sit profectitia.*
44 *Actionis de dote exercitium sit ne commune patri & filiæ quemadmodum ipsa actio.*
45 *Factum alicuius circa rem quam habet cum alio indiuiduam an & quatenus ei noceat.*
46 *Filia an aliquo casu possit sola agere de dote durante patria potestate.*
47 *Patrem inopem non esse legitimum administratorem dotis etiam profectitiæ quæ ad filiam redit soluto matrimonio.*
48 *Mulier qua ratione consulatur cuius pater exegit dotem a marito constante matrimonio, qui deinde effectus est pauper.*
49 *Filij factum non nocere patri nec quantum ad legitimam quidē, atq; inibi quod legitima nullo modo debeatur filio viuente patre.*
50 *Mulier renuncians hypothecæ in bonis mariti, an præiudicet patri, cui cōmunis est actio de dote cum ipsa muliere.*
51 *Adulterium filiæ an noceat patri circa actionem de dote, quam habet cōmunem cum filia. & nu. 53.*
1 *Matrimonium est maris & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem continens.*
2 *[illegible]*
3 *Matrimonium [illegible] id, & quare sic [illegible].*
4 *[illegible] nuncupetur. cum seq. 6. Nuptiæ [illegible].*
7 *Nuptiæ debent [illegible] concordia, & pudore, repleri.*
8 *[illegible] consortium vnde dicantur. cum duo seq.*
11 *Vxor quid virum sequi debeat.*
12 *Contubernium quid veteribus denotauerit.*
13 *Quis ordo in hac [illegible] requiratur.*
14 *Seruos cum liberis iure pontificio copulari.*
15 *Cæsaris statuto in matrimonio consensum parentum postulari.*
16 *Canones, nubentium duntaxat consensu contentantur.*
Inter eos qui fari possunt consensus matrimonij debet verbis exprimi.
17 *Licet & id plerunque fallere demonstretur. & nu. 19 20. & 21.*
18 *Muti matrimonium recte contrahunt.*
22 *Sermo omnis aptus, & intelligibilis contrahentibus esse debet.*
23 *Quousque oporteat a nuptijs abstinere.*
24 *Dos mulieris est patrimonium, circa quam quædam remißiue. & seq.*
26 *Quodcunque habet principium & finiri necesse est.*
27 *Quibus casibus dotis exactio fœminæ conceditur. & 47.*
28 *Matrimonium solui quotupliciter contingat. & seq.*
30 *Mors omnia soluit.*
31 *Mors naturalis quid, & quid ciuilis. & seq.*
33 *Diuortium quid, vnde dicatur, & quæ ad id requirantur. cum duo. seq.*
36 *Matrimonium solui quotupliciter consideretur.*
37 *Impotentia generandi matrimonium solui & qualiter.*
38 *Q[illegible] primo in vrbe diuerterint & quare. cum seq.*
40 *Quando diuortio facto nuptias iterari liceat.*
41 *Crimen hæresis quòd ansam diuertendi præbeat.*
42 *Adulterium est legitima causa diuortij.*
43 *Quod quando non ita pluribus ostenditur.*
Paria delicta mutua compensatione tolluntur.
Mores quos quis in se approbat in alium reprobare non debet.
44 *Carere debet omni vitio qui in alterum paratus est dicere.*
45 *Diuortiũ legitime postulatur quãdo alter cõiugũ alteri mortẽ machinatur.*
46 *Adulterij rea diuertit, & dotem perdit.*
48 *Quibus actionibus valeat dos repeti.*
49 *Annus quid & quotuplex.*
50 *Soluto matrimonio, annus, marito qui onera matrimonij subierit in diuidendis fructibus fundi dotalis, a die rei postquam onus susceptum est traditæ computatur.*
51 *Fructus dotis, marito onera subeunti pertinent.*
52 *[illegible] anni dotis fructus [illegible].*
53 *[illegible] nuptias dotem augent.*
54 *[illegible] traditione.*
55 *[illegible] possessio, fructus facit possidentis.*
56 *[illegible] & vsucapionibus non nudo pacto dominia rerum nobis a[illegible]*
57 *[illegible] vnque rigori præferenda est.*
58 *[illegible] nulla vult, antequam res dotalis sit fructus marito quæri.*
59 *[illegible] nulla.*
60 *[illegible]*
61 *[illegible]*
62 *[illegible] non possunt.*
63 *[illegible] quæramus. cum tribus seq.*
67 *[illegible] dotale sit.*
68 *[illegible] marito lucro cedunt.*
[illegible] tenetur.
[illegible] item imputari non permittit.
71 *[illegible] inspici.*
72 *[illegible] dotis [illegible] contraxerit, an mortis tps attẽdi queat.*
73 *In bonæ fidei [illegible] ex mora debentur.*
74 *[illegible] officio postulantur.*
75 *[illegible] principali obligatione extinguuntur.*
76 *[illegible] effectus non conceditur.*
77 *[illegible] eundem.*
78 *[illegible]*
79 *[illegible] non sunt, perempta principali obligatione [illegible].*
[illegible] dotis exactio non patitur.
[illegible]
[illegible] fidei naturam mereri.
[illegible] plura determinabilia ea pariformiter de[illegible].
[illegible]
[illegible] qualitatibus suis.
[illegible] dotem [illegible] alteri, nec sibi reddi stipulatur.
[illegible] moram committere.
[illegible] moram contrahere.
[illegible] complemento alterum moram [illegible].
[illegible]
[illegible] & absq; ea dotis fructus deberẽtur.
[illegible] onera matrimonij vir subire teneatur.
[illegible] necessario postulant.
[illegible] dote constat.
[illegible] iure prouenit.
[illegible]
[illegible] eodẽ tpe, quempiam obligari & in mora constitui.
[illegible] mora non contrahitur, nisi ab altero [illegible] acceperit.
99 *An mora [illegible] ad fructus qui percipi potuerunt teneatur.*
100 *Mora re ipsa [illegible] conuenit, & re & pretio vti.*
101 *Alter alterius non est cum iactura locupletandus.*
102 *Mora irregularis quid.*
103 *Moram irregularem ad fructus neglectos obligare.*
104 *Quod interest, in re, omne quod extra rem patimur antecedit.*
105 *Nemo potest ex sua improbitate sibi lucri [illegible].*

An

106 An legatus, qui hora tertiarum reuertitur totius diei stipēdia̧ mereatur.
Et de eo multa notabilia subsequuntur.
109 Quod ob causam promittitur, id impleta causa debetur.
110 Ex eodem actu debet pręmium & pœna statui.
Conditio, pro impleta habetur, si per eum cui implēda est steterit quominus impleatur.

L. de diuisione anni eius quo diuortium factū est
quæritur, ex die contracti matrimonii, an ex die traditi fundi maritus sibi computet tēpus. Et
vtique in fructibus a viro retinendis, neque dies constitute dotis, neque nuptiarū obseruabitur. Sed quo primum dotale prædium constitutū est, i. lest tradita possessio est. Responsum hoc
domini Vlpiani, clarissimi post Papinianum iuris & æquitatis
consulti Phęniciæ oriundi. vt ille affirmat in l. 1. de censi. interpretandū aggredior. Quod vt cū materia ibi tractanda. facilius
ītelligi valeat, paulisper fines illius aggrediar, & mihi de qbusdam præfari concessum vollo, quæ rem de qua agendum est,
1 necessario antecedunt. Et premitto primo quod † matrimoniū
est legitima maris & fæmine coniunctio indiuiduam vite consuetudinem continens. can. primo 27. q. 2. l. 1. de ritu nup. & §.
2 1. inst. de patr. potest. † Quod sic appellatum est, quia semper in
eo mater maneat, & quamuis mulier filios nondum produxerit, matrisque nomen adepta non sit, quia spes est & omen vt
3 illud actu, quemadmodum potentia obtinet adipiscatur † mater familias & matrona merito nuncupatur. quia mariti familiam sequitur, vnde matrimonium ea appellatione dictum est
vt Aul. Gel. lib. 18. cap. 6. testatur. Verum tamen est quod apud
nos, etiam ea mater familias dici potest quæ virgo, vel alias honeste innupta, vitam ducit. l. pronunciatū. §. matrem familias
de verb. & re. signi. l. nam ciuiū de his qui sunt sui vel. alie. iur.
4 & l. quæ adulterium. C. ad leg. Iul. de adult. † Istud autem quod
indiuiduam coniunctionē appellaui, in iure nostro, multis de-
5 nominationibus ostēditur quia interdum id nuptias. † dicimus
6 quæ nobis † hilaritatem & ceremonias quasdam denotāt, quas
veteres in vxoribus ducendis obseruare cōsueuerant, cum caput pudoris gratia obnuberent seu velarent. Quemadmodū
Rebecca in genesi fecisse legitur, quæ cum primum Isac. vidit
cepit caput obnubere pudoris gratia. vnde Cic in oratione pro
7 Aul. Clu. inquit † nuptias dignitate, concordia, & pudore, replēdas, quod & iurisconsultus voluit, dum in matrimonijs contrahendis, naturale ius, & pudorem inspiciendum tradit. in l. adoptiuus. §. vnde nec vulgo de rit. nup. † interdum dicitur coniu-
8 gium eo quod mas & fæmina in vnum iugū cōueniat, &c. sub
iugo illo (haud leui) onus suum ferre, vt est tit. de cōiug. seruo.
9 in antiquis † Interdum connubium dictum est, ab eo quod ambo vir, scilicet & vxor pari & cōiuncto pudore vinciuntur ambo, vt ait iurisconsul. in leg. eo. iure. §. hoc caput. de ritu. nupt.
10 † Interdum & id consortium dicitur. quia maritus, & mulier
11 eiusdē sortis duo sunt. l. 1 de ritu nup. l. fi. C. de ser. fugi. † Et ista
denominatio partes eorum sustinet, qui crediderūt fœminam
virum sequi (licet bānitum & relegatum, ne non eiusdem sortis duo existere videantur. & cuius laudabile propositum imperator ait est, si maritum tali in fortuna non relinquat in l. 1.
12 C. de repud. † Demum & cōtubernium appellatur, quod olim
sic dicebatur, quia cum inter seruos matrimonium non posset
iure cōtrahi. l. cum ancillis. C. de incest. nup. §. si vero ab initio
in auth. de nup. illam coniunctionemque ad instar matrimonij
fiebat, coniuctum & contubernium appellabant hodie autem
quia inter seruos nuptię prohibite non sunt. c. 1. de coniug. seruo. eo nomine vtimur, vt paucis significemus, & matrimoniū
& conditionem contrahentium. Secundo pręmitto, quod matrimonium ita demū recte cōtrahitur, si masculi puberes sint,
femine viripotentes, idest cum mas quartumdecimum, femina vero duodecimū annum attigerit. l. 4. de ritu. nup. §. primo
inst. de nupt. vel malitia seu corporis habitudo ętatē suppleat.
c. puberes & c. de illis de despon. impub. c. vnı. §. idem quoque
13 eo. tit. in 6. † Item inspecto iure ciuili si persone libere sint. iuri-
14 bus superius allegatis † iure tamē pontificio (quod obseruatur)
etiam inter seruos matrimonium iure initur, nisi conditionis
eorum ignorantiam concesseris, quia nec eo iure, si ancillam
vxorem duceres, quam liberam esse credidisses matrimoniū
15 vires suscipit dicto c. 1. de cōiug. seruo. cum simil. † Item ex dē
iure ciuili parentum consensus postulatur. l. 2. & l. si nepos de
ritu. nup. §. 1. inst. de nup. quod & a theolog. disceptatum in va-
16 rias sententias itum est. † Sed canones solo nubētium cōsensu
contentatur. c. sufficiat. 27. q. 2. Consensum autem istum, cum
sit de cuiusque actus substantia. l. obligationum substantia de
actio. & obl. l. 2. de ind. & dicto. c. sufficiat cū vulga. ita interuenire debere iura tradunt, vt res ipsa ab omni incertitudine libe-
17 retur, & propterea statutū est, quod † si inter eas personas quæ
fari possunt matrimonium contrahatur, debeat consensus ver-
18 bis exprimi. c. de illis de sponsa. duo † Si autē inter mutos vel
eorum alterū mutum contingat id contrahi, signa consensum
indicantia postulantur. c. cum apud de sponsali. Quare & mos
obseruat, quod media interrogatione & per verba, vt aiunt, de
19 præsenti responsione, nuptiæ celebrentur. † Quod autē hinc
inde verba requirantur non est perpetuum. quoniam aliquādo
20 vnius tantum verba sufficiunt † puta si vir dicat fœminæ (ego
capio te in vxorem meam, & te vt talem habeo, quare si tu me
accipis in maritū prębe mihi manum) si mulier percutiat palmam, & sic porrigat manum, tenet & valet contractus. c. si. &
21 ibi not. doc. de sponsa. duo. & c. f. 27. q. 2. † itē si pater pręsente
& audiente filia alicui postulanti diceret, hanc filiam meam tibi in vxorem do) quam ille acceptaret nec filia contradiceret
hic cōsensus ad nuptias sufficeret, vt notat Ias. in l. Titia primo
not. de verb. oblig. Et tandem quicquid sit, nemo hic se peri-
22 culo subijcit, quin velit † verba apta & iuxta morem regionis
perceptibilia suis nuptijs interuenire, ne res alicui incertitudini
relinquatur. Nouissime vero non ignores, tunc legitimas nuptias effici, si ab vtroque contrahentium, cognatio, affinitasq;
tā legalis quam spiritualis sacramentum, votum & religio, abfuerint. l. nuptie consistere de ritu nup. c. 1. & c. non debet de
23 cōsangui. & affini. † Et scilicet cognatio & affinitas inter ascēdentes & descendētes in infinitum, transuersales vero seu collaterales vsq; ad quartum gradum. d. c. non debet. sicut pręmittitur contractis nuptiis, solent dotes accedere. † quę vxoris
24 mittitur contractis nuptiis, solent dotes accedere. † quę vxoris
25 patrimonium sunt coniugiique tutela. † Et quid sint cū diuisionibus & subdiuisionibus, in præcedenti lege tractaui scilicet
26 fi. C. qui pot. in pign. hab. at quia † vnumquodque habet principium, id & finem habere necesse est. (vt inquit) Cic. de na-
27 tura deo. libr. primo. † Et dotes de quarum fructuū diuisione
tractaturi sumus, nō nisi soluto matrimonio regulariter. & in
quātum facit ad nostrū propositum repetuntur. l. 2. §. eo. idcir-
28 co † quemadmodū matrimonium solui contingat prefabor.
29 quare. Tertio pręmitto, quod † matrimoniū vera, vel ficta, seu ciuili & imaginaria morte dissoluitur. l. 1. ff. de diuor. & repu. De
30 naturali morte nō ambigitur † quia mors omnia soluit. §. de-
31 inceps. in auth. de nup. Nec aliud quidpiam † est quam anime
32 a corpore separatio, † sicut & ciuilis seu imaginaria est ficta
prioris status maxima cum capitis diminutione commutatio.
l. 1. §. deportatos de bo. pos. contr. tab. not. doc. in l. 1. §. hi quibus de lega. 3. & in l. 1. C. de hęr. inst. pariter nec de diuortio du-
33 bium est, cum aperto iure caueatur. † Et est diuortium causa
cognita coram competenti iudice matrimonij seu coniugum
34 segregatio. † ita propterea appellatū, quoniam qui semel animos coniunxerant, nunc in diuersas mentes eant. l. 2. eo. tit. de
35 diuor. † Sed non tolleratur diuerti nisi causę cognitio præcesserit. c. porro. extra eo. tit. quapropter vt bonus vir, iudex competens, normam habeat, quemadmodum partes ad diuertendum admittere debeat. plerasq; causas habemus per quas pos-
36 se diuerti effectus producitur quoniam † plerunque licet ex
causa diuerti & rursus nubere. interdum vero minime, sed sola dotis fit restitutio, & quādoque nec id fieri conceditur. de
37 singulis igitur causis differemus & earum effectibus † prima
igitur est causa diuortij, quam do alterutrius cōiugum, impotentia incurabilis, ad sobolem gignendam ante matrimoniū,
altero ignorante interueniret. c. laudabilem per totum. c. fraternitatis & gl. in c. ex literis in verbo cōtraxit de frigi. & male-
38 fi. † quæ causa primo aniam diuortio tribuit in personam Sp.
Carbilij cognomento ruge, qui vxorem sibi dilectissimā dimi-
39 sit † eo quod corporis vitio liberos non pareret & anno ab vrbe condita. 523. vt Val. max. & Gel. lib. 4. c. 3. & lib. 17. c. vltimo
40 tradiderunt. † Et ex hac causa nuncios remittens, potest aliud
matrimonium etiam viuente repudiato cōtrahere, sicut & dotis restitutioni locum facit, dicto capitulo fraternitatis cum
41 præallegatis de frig. & malefi. † Secūda causa diuortij est alterius coniugum, deprauata fides, seu hæresis, nam vir orthodoxus, hęreticam, vel iudęam vxorem relinquere potest. & econtrario, mulier Christiana, & fidelis, virum hæreticum, repudiare. c. quanto per totum & ibi doc. notāt de diuor. & cap. iudei.
28. q. Sed quia de effectibus istius causæ est dissensio inter doc.
42 ad ibi notata te remitto. † Tertia causa diuertendi est adulteriū
non dimittet (dominus noster ait) quispiam vxorem suam,
quam si nisi ob fornicationē dimiserit mechatur. c. 10. Matth.
c. ex parte de sponsa. & c. ex literis de diuor. Ita sane hæc causa
43 sufficiet nisi pari delicto alter contineatur. quoniā † paria delicta mutua compensatione tolluntur. Et carere debet omni vitio qui in alterū paratus est dicere c. significasti in fine de diuor
l. viro atque vxore solut. mat. Dicit enim dominus primus ve-
44 strū qui est sine peccato iniiciat in eam lapides. † mores & pręterea quos quis in se at probat in aliū reprobare nō debet l. in arenam. C. de inoff. testa. Nec credas omnem coitum, esse legitimam causam diuertēdi, velut cū mulier crederet virū perijsse
& alteri nuberet. c. dominus de secun. nup. aut inscia cum alio
q̄ viro suo cōcubuerit vt in illa nouella de qua meminit Bocc.
de quadam muliere ad cuius thorum alterū tem virum suum
arbitrabatur accesserat, quę regis vice, seruū experta est, &c.

vel

vel alias vim passa alterius semine cōspurcetur.l. fedissimam.
C.ad.l. Iul.de adult.l.vim passam.ff. eod.c.proposito.22.quæst.
5. His enim causis legitima diuertendi occasio non tribuitur.
effectus autem istius cause est, quod si propter viri adulterium
fiat diuortium dos repetitur, sed si ob adulterium mulieris, illa
diuertit & dotē perdit. l. consensus.§.vir quoque.C.de repud.
45 c.plerunque de don.int.vir.& vx.† Quarta, & pro nunc vltima,
causa est, si alter coniugum alterius vitę insidietur. & mortem
machinetur, de cuius causæ effectu tractatur iuribus pręmiss.
Prima igitur causa operatur iteratas nuptias & dotem repeti.
secunda vtrumque interdum, & plerunque neutrum. Tertia,
46 quod† mulier diuertit & dotē perdit & vltima vt (quo ad do-
tem) secunda. Cum soluto matrimonio qđ attinet ad nos mu
47 lierem dotes repetere† quod etiam interdum, eo adhuc consti
tuto propter viri inopiam facit, supra ostenderim, & latius di-
cam in l.si cōstante infra eo.tit.queque quot modis matrimo-
nium soluatur tradiderim, superest vt qua actione dotes repe-
48 tātur videamus.& ideo. Quarto pręmitto† quod dotes repetū-
tur triplici actione, ex stipulatu videlicet.l. vni. in prin.C.de rei
vxo.actio.hypothecaria, vt.l.vbi adhuc C.de iure dot.& rei vē-
dicatione, vt.l.in rebus.eo.tit.notatque Bar.infra in l.si constā-
te in pri.quæst.3.q.principalis.hoc tit.nostro. Itē per ipsam mu
lierem si sui iuris sit, vel per suos hæredes, aut habētes causam
ab ea, hoc ita, si ipsa dotem dederit, vel alius pro ea, qui sibi red-
di illam non fuerit stipulatus, ad formam.§.accedit l.vnicę pręe
dictę, vel si sui iuris non sit, profectitiaq; dos extiterit.quoniam
hoc casu cōmunis dotis actio est, patri, & filiæ.l. 2. §. quod si in
patris supr eo.idcirco ambo dotis actione potiūtur, vel alterius
alter cum mandato seu consensu aut solus pater repetit modo
filia sciuerit, nec contradixerit dicta. l. 2. aut quicumq; dotem
dederit quā soluto matrimonio sibi reddi fuerit stipulatus. Sin
autē aduentitiā dederit, eā solā repetit etiam sine consensu pa-
terno vt in dicta.l.si cōstante ostendi, licet multi cont.teneant.
Demum dos repetitur a viro, vel socero aut qualibet persona
ea de causa obligata, arg.l.si cum dotem.§.trāsgrediamur infr.
eo.& not.in d.l.2.vel ab tertijs possessoribus, ad mentem dictę
l.vbi adhuc, in qua repetitione, venit res in dotem data, cū om-
nibus accessionibus naturalibus, & industrialibus, nisi necessa-
riarum impensarum prestatio, vel vtiliū quicquā detrahere vi-
deatur. Item venit pars fructuum vltimi anni, quo matrimo-
nium solutum est.iuxta normam infra tradendam cum aliorū
annorum quibus matrimonium constitit, dotis fructus ad ma
ritum onera matrimonij subeuntē pertineant. l. pro oneribus
C.de iur.dot.le. dotis fructus.ff. eo. Sed quoniam de anno plu
ries hic mentio habenda est.igitur. Quinto & pro nunc vltimo
49 præmitto† q annus est trecentūsexaginta quinque dierū circū-
fluxus.l.si ita vulnerat⁹ ad legē Aquil.l.cū hęres.§.Stich⁹ de sta
tu lib.sic dictus qđ annuli ad similitudinē circūfluat. Et est du-
plex naturalis scilicet qui aliq̄n emergēs nūcupaē, & artificia-
lis, aliter cōmunis appellatus. Naturalis est qui ab eo q quid es-
se, vel fieri cępit exorditur. Nā (inquit lex) qui primus vulnera-
uit, tāntū prestabit quātū in anno proximo homo plurimi fue-
rit, repetitis ex die vulneris, trecētū sexaginta quinq; diebus, po
sterior vero in id tenebitur quāti homo venire potuerit, in an-
no proximo, quo vita excessit dicta.l.si ita vulneratus.annus ve
ro, cōmunis seu artificialis est qui iuxta mores & cōsuetudines
locorum initium capit, velut secundum christianos aliquos, &
vt in pluribus a natiuitate domini nostri Christi Iesu.& secun-
dum alios ab incarnatione eiusdē domini dei nostri, Arg.nota
torum per glo.in l.per hanc in verbo per annos. C. de tempo.
diuerso iudicum. His sic præmissis, lex nostra hoc dicit in sum
50 ma. † Soluto matrimonio, annus vltimus, viro qui onera ma-
trimonij supportauit, in diuidendis fructibus fundi dotalis sine
rei postquam onus susceptū est traditę computatur. Istud sum
mariū vniuersam materiam, legis nostre complectitur, quod
aliorum cōpendia nō faciunt. Textus noster duas partes con-
tinet, quarū prima in qua factū proponetur, durat vsq; ibi (vti-
que) vltima vbi decisio fit reliquū cōplectitur, queritur in hoc
51 Vlpiani responso, cum vt prędiximus† fructus fundi dotalis ad
maritum onera matrimonij subeuntem pertineat, dicta.l. do-
52 tis fructus† Et vltimi anni quo matrimonium solutum est, in-
ter coniuges fructuum partitio fiat. l.diuortio infra hoc eo. tit.
Quemadmodū maritus sibi vltimi anni tempus computet, &
quoniam tria sunt tempora in proposito cōsiderabilia, primū
scilicet quando dos constituitur, & promittitur antequam ma
trimonium celebretur, secundum quando contrahuntur nup
tie, vxore viri sumptibus exhibita, & vltimum, quo res in dotē
promissa traditur, videbatur iustum & ęquum fuisse, quod se-
cundum tēpus contracti videlicet matrimonij, Vlpianus inspi
ci respondisset, si mulier viri sumptibus extaret. Quoniā ęqui-
tas suadet quod maritus fructus habeat rei dotalis, pro tempo-
re quo coniugij pondus subijt.l.dotis fructus pręallegata, & di
cta.l.pro oneribus.C.eo.& posito quod rigor iuris contrarium
postularet. illa ęquitas, eius vigore fructus dotis viri fiunt, erat
prorsus tali iuris subtilitati pręponenda.l.quod si ephesi de eo
quod cer. loco.c. fi. de transac. Quod multo magis dicendum
erat, quoniam circumscripta dispositione presentis textus, om
nia alia tempora excludūtur ab hac cōputatione excepto tem-
pore quo matrimonium contractū est, & vxor viri sumptibus
gubernatur, primū enim constitute & tradite ante matrimo-
53 nium dotis attendi nequit, † quia eius temporis fructus, dotem
augent l.si ante nuptias inf. eo.tit. vbi fructus rei date antequā
matrimonium fuisset celebratū doti accrementū faciunt. Vl-
timū scilicet quo rēs tradita est inspici nō potest, etiā post ma-
trimoniū contractū.l.in insulam. §.vsuras infra eo.l.fi.in princ.
de except.doli quia ante matrimoniū res est expedita per dictā
le. si ante nuptias. Quapropter vltimus annus habito ad onera
matrimonij respectu, cōputandus erat, vt Papiniano visum est
in l.diuortio infra eodem tit. Diuortio facto (inquit) fructus di-
uidi, non ex die locationis, sed habita ratione præcedentis tem
poris, quo mulier in matrimonio fuit. vnde æquitatis plenus il
le Paul. Castrensis noster in tertio notabili legis huius, asseruit
se eam nō posse ab iniquitate tueri. Sed tamē Vlpianus auctor
huius responsi, neque dotis constitutę, nec contracti matrimo
nij tēpora, ad vltimi anni cōputationem. inspici statuit sed quo
dotale prędium constitutū est, idest tradita possessione. Ea præ
sertim ratione, Quoniam nullo iure cauetur quod vir aliquid
de fructibus rerū extra dotis causam, cōstitutis lucretur, nec
ulla ęquitas id suadet. Arg.l. fi. C. de pac. conuen. & dictatum
legum scilicet, dotis fructus, & pro oneribus sup.in oppositum
54 adductarum quas affero a contrario sensu, † sed sine traditione
prædium dotale non est, ergo ante eam nulli fructus debentur
55 & per consequens, nec cōputatio vltimi anni exorditur.† Nam
traditione acquiritur possessio quę si bona fide adiouetur facit
possessorem fructus lucrari.l.bonefidei de acq.re do.§.si quis a
56 non domino inst.de re diuit.† Item traditione, & vsucapione,
57 rerū dominia quęrimus.l.traditionibus. C. de pac.† nec obstat
quod fructus rei dotalis equitatis ratione viri fiant, & quod il-
la ęquitas sit pręferenda rigori, dicta.l. dotis fructus. & dicta.l.
58 quod si ephesi† quoniam ista procederent quando semel æqui
tas sibi in casu nostro locū fecisset, sed nūquam est aliqua ęqui
tas, nisi res dotalis sit. ergo frustra de illā rigori præferendo tra-
ctamus. Item non obstat.l.si ante nuptias, quia illa loquitur an-
tequam matrimoniū fieret, nos autem loquimur quādo post
contractū matrimonium res tradita est, & vir onera matrimo-
59 nij sustinet † Dos nanque sine matrimonio nulla est. nec facit
lex in insulam cū.l. fi. supra adductæ in cōtrariū, quia loquit in
casu quo vir pondera coniugij non ferebat, nos vero contra, id
est qđ debitū vir reddit. & demum non obstat.l.diuortio, quo-
niam dū dicit (Diuortio facto fructus diuidi) intellige fructus
scilicet dotis, qui antequā res sit effecta dotalis, nulli sunt, nec
vltra producitur illa æquitas nisi quādiu res dotalis facta est &
talis perdurat. dicta.l.diuortio in his verbis, dū dixit fructus di-
uidi rei dotalis, & quędam alia subdit. (Et pro modo temporis
omnium mensium quo dotale prædium fuit.) Quia glo.secun
60 dū Azo.credit† tria requir, vt hos maritus fructus lucret, ma-
trimoniū videlicet esse contractū, onera matrimonij virū sub-
61 ire, & rem esse traditam in dotē, vt euitentur contraria, † quo
fit vt videatur Pau. de Cast. obijciendū, qđ Celsus adolescens
dicere solebat, plerosque in metienda ęquitate falli. l. si seruū.
§.sequitur de verb.ob.dū enim considerabat ęquitatem, opor
tebat intueri qualitates requisitas interesse, ad hoc vt æquitas
dici posset dicta.l.dotis fructus, ne loco æquitas iniqtatē sulci-
pianus dum iurecōsultum de iniquitate reprehendimus.pro
ut ipse fecit, ego quod attinet ad requisita vt vir fructus lucre-
tur non arbitror rem ipsam non posse cōpendiosius explicari,
vnde dico, virū onera matrimonij subeuntem dotis fructus lu
crari, quo axiomate, dum onerū matrimonij memini, & con-
tractū & pondus comprehendo, cum vero dotis fructus lucra
ri censeo, & rei tradite in dotem actum necessario præmitto.
Et hæc omnia textus noster cōplectitur, quia de diuisione anni
eius quo diuortiū factū est queritur sed si est factū diuortiū, sup
ponit matrimoniū antecessisse, quandoquidem habitus pręce
dat priuationem.l.decem de verbor. obligat. & rem traditam
in dotem ac onera matrimonij supportata, quoniam dum de
vno est quęstio in cęteris habilitas pręsupponit.l.qui testamen
to de testa. Nota primo qđ tradidi in summario scilicet quod
soluto matrimonio anni vltimi fructus diuiduntur, rei dotalis
effectę, tempore inspecto. Secūdo noto quod vir dotis fructus
lucratur, si pondus matrimonij sustineat, vt hic & dicta.l.dotis
fructus & l.diuortio infra eo. Tertio noto, prędiū dotale nun-
quam dici nisi eius possessio tradatur. vt hic & l.dotale.§ fi. de
fundo dota. (Dotale prędiū ait Vlpianus) sic accipimus, cū do
minium marito quęsitum est. vt tunc demum alienatio pro-
hibeatur.) Sed dominium sine traditione, vel vsucapione nō
62 quęritur.l.traditionibus. C. de pact. ergo & c.† Qui enim vult
cōsequens quod antecedit recusare non creditur.l.ad rem mo
bilem: & l.ad legatum de procura.atqui ille text. vult domini
quęri,

quæri, ergo traditione, vel quaſi. Iſtud notabile ita paſſim & alij ſequũtur, & idem iuris eſſe credunt, nõ ſolum ſi res particularis conſtituta mulieri in dotem fuerit, verum etiam ſi vniuerſale quidpiam dotis cauſa conſtitutum reperiatur. Quoniam in omnem caſum traditio requiritur l. qui tibi.C. de his qui a non domi.manu.ſunt. Qui tibi (dicitur) hæreditatem vendidit, antequam res hæreditarias traderet dominus earum perſeuerauerit, &c. ideo manumittendo, libertatem ſeruo hęreditario præſtitit, qua propter etiam quòd hæreditas in dotem conſtituta foret traditio exigetur, vt dotalis hæreditas efficiatur gloſſ. in l. 1. in verbo vniuerſe de vſucap. pro dote, facitque regula dictæ l. traditionibus. C. de pact. communiter igitur &c. nos receptum inuenimus, vt rei etiam vniuerſalis poſſeſſio ac dominium ſine traditione non transferantur. not. doct. in dicta l. traditionibus, ſed nos annotauimus id notabile verum eſſe, ſi vera ex traditione, dominium, & naturalem poſſeſſionem intueamur, quoniam alias, quod dicitur ſine traditione dominium non transferri, ſi fictam non comprehenda-
63 mus, perpetuum non eſt † nam fauore eccleſiæ, reipublicęque, aliter conſtitutum comperio in l. fin. C. de ſacro. ſanct.
64 eccle. vbi pijs locis res fingitur ſine traditione quæſita, † item legatorum prætextu, quæ a teſtatore in hæredem recto tramite pertranſeunt l. a Titio de fur. dominus præceptor meus
65 Torniellus declarat in titu. de leg. 1. † Item ſi alter alterius nomine ſe poſſidere conſtituat, quoniam alterius miniſterio po-
66 ſitur l. quod meo de acq. poſ. † item in ſocietate omnium bonorum l. 1. & 2. pro ſocio, vbi dicitur in ſocietate omnium bonorum omnes res quæ contrahẽtium ſunt continuo communicantur. Quia licet ſpecialiter traditio non interuenerit, tacite tamẽ creditur interuenire quod enim meo nomine poſſideo poſſum & alieno nomine poſſidere, dicta l. quod meo. his igitur caſibus a prędicta regula recedimus, & ſine vera traditione rerum dominia quęrimus. Solus dominus Iaſon. in
67 hoc notabili quicquam molitur, qui ſic arguit † fructus prædij non quęruntur antequam dotale ſit, vt in themate proba-
68 uimus † atqui ſine domini acquiſitione fructus mariti lucro cedunt, ergo prędium dotale eſt. quod ſine domini acquiſitione fructus acquirantur viro. probat per text. in c. ſalubriter de vſur. vbi dicitur, fructus fundi dati in pignus occaſione debiti dotalis in ſortem non imputari, ſed mariti lucro cedere pro oneribus matrimonij, quamuis regulariter fructus rerum pignori datarum in ſortem imputari ſoleant. c. illo vos de pigno. Et tamen pignoris dominium non transfertur, ergo ſine acquiſitione dominij prædium dicitur dotale probat etiã per doctrinam Bartol. ſupra in tituli noſtri expoſitione in quantũ reprobat diffinitionem Azonis dum concludit rem alienam poſſe in dotem tradi, cuius propterea non transfertur dominium. Arg. l. traditio de acqui. re. do. Ad iſtud ego reſpondeo quòd ex duabus præmiſſis propoſitionibus non ſequitur concluſio quam facit Iaſon. Nam poſſunt ſimul ſtare, quòd fructus non acquiruntur viro priuſquam fundus factus dotis fuerit, & quòd fructus acquirantur ſine dominij acquiſitione, & demum quòd prædium ſine dominij acquiſitione dotale dicatur, & tamen nihil noſtro oberit notabili, quod vult rei conſtitutæ in dotem traditionem fieri, ſi dotalis dici debeat, & ſic non poſtulat dominium, ſed poſſeſſionem quæ a traditione prouenit, vnde patet non obſtare tex. in dicto capit. ſalubriter immo probare hanc partem, dum ibi appellat fundum dotalem, illum qui pignoris cauſa traditum fuerat, quia prætextu ſolius traditionis, illa qualitas quòd res ſit dotalis inducitur, nec etiam doctrina Bar. in dicto titulo noſtro, eadem ratione, quare credo Iaſonem non ad notabile, ſed ad ampliationem animaduertiſſe, &c. propterea quare doctores fecerant tranſitum ad regulam, quòd ſine traditione rerũ dominia nemo quæ-rat, credidit illos dicere quòd res non ſit dotalis ſine dominij trãſ-
69 latione, pręſertim dum admonendos nos voluit † interdum ſine traditione rei dotalis dominium ad mulierem reuerti l. in rebus. C. de iur. dot. quod ſub fictę exceptione traditionis ſatis
70 ſupra comprehenſum erat. † Item fructus pignoris dotalis in ſortem minime imputari ſed mariti lucro cedere. Quem ſenſum nemo illorum vnquam habuit. Et poſito quòd talem ſenſum habuiſſent, tunc reſpondeo ad doctrinam Bart. ſupra allegatam, cum enim res aliena in dotem datur, quamuis eius dominium minime transferatur, quod tamen attinet ad tradentem, idipſum, in euidẽ tradentis odium operatur illa traditio quemadmodũ vera dominij translatio. &c. ideo quoties quęritur de partiendis fructibus vel aliter quomodolibet inter coniuges de dote cõtentio ſit, odio tradentis dominium pro tranſlato habetur. Ad c. ſalubriter, ſi tu de eo, proximo reſponſo obijcere velis, reſpondeo in eo dominium non transferri, quoniam partes ita conuenerant attenta natura pignoris, quę eſt, ne dominium transferatur. & c. tũc quod prædium dotale dicitur ad ſermonis improprietatem pertinet, & latius alibi.
71 Quarto noto, † medij tẽporis fructus rei dotalis, ad maritum pertinere, qui pondus coniugij ſubeat, dum namque de diuiſione vltimi anni quo matrimonium ſolutum eſt quæritur, præſupponitur medij temporis acceſſiones ad maritum pertinere, cõcordat dicta l. diuortio in illis verbis, (ſed pro modo tẽporis omnium mẽſium, quo dotale prędium fuit) Atqui Bar. hic contra iſtud notabile opponit de l. in inſulam. §. vſuras inf. eo. & l. fi. de exceptione doli, vbi ſi mulier ſumptibus viri exhibita nõ eſt, fructus & acceſſiones marito nõ debentur. Huic obiecto glo. & Bar. reſpondent hic in primis gloſſemmatibus quòd contraria loquantur, quando vir pondus matrimonij non ſubiuit, vt & id expreſſe dicunt. nos autem dum de vno dubitamus in cæteris habilitatem cõcedimus & propterea virum onera matrimonij ſubijſſe arbitramur, alioquin de diuiſione non quærentur ſi totum oporteret ad coniugem reuerti, iuri-
72 bus præallegatis. Quinto noto † in vltimi anni computatione traditę poſſeſſionis tempus inſpici, id ex totius legis ſenſu elicitur. Verum aduerſus hoc facere videtur text. in l. ſi ante nuptias infra proxime. vbi dicitur (ſi ante nuptias, fundus traditus eſt. ex die nuptiarum, ad eundem diem ſequentis anni computandus eſt annus) ad id gloſſ. & Bart. reſpondent quòd ille textus ante matrimonium loquitur. nos vero de fructibus, poſtquam matrimonium contractum eſt perceptis, ab eo qui onus ſuſtulit matrimonij tractamus, iſta ſolutio vera eſt. & melius per me ex ſupradictis explicata reperitur. videlicet quòd nos loquimur de fructib. dotis, lex vero contraria de fructibus rei nondum effectę dotalis, cum ante matrimonium, & ſine eo, nulla vere dos dici valeat. l. dotis appellatio de iure dot. Ex his quę ex gloſſemmatibus Bartolique & aliorum commentarijs decerpſi, quinque dubitationes oriuntur, quas ſi diligenter excutiam cum quotidiano vſui forenſi pertineant, opere-
72 pretium exiſtimaui. Et primo, † ſi vxor moram in fundi traditione contraxiſſet an poſſit moræ tempus inſpici. Quod Barto. credidit, & communis doctorum ſcola ſequitur, per l.
73 videamur l. mora. §. in bonæ fidei & l. vſuræ. vbi dicitur † in bonę fidei contractibus, vſurę ex mora debentur, & vſuræ vicem fructuum obtinent, & merito a fructibus non ſeparantur. At quia huic opinioni textus iſte aduerſatur, qui non morę ſed traditionis tempus iubet inſpici, propterea dicit Bartol. quòd textus noſter mulierem in moram non incidiſſe præſupponit ad quod etiam gloſſ. animaduertit, cum his verbis vtatur (imputari enim debet maritus ſi dotem non petijt, & propterea fructus non habuit,) Et ideo concludit quòd ſi mulier contraxiſſet morã illius tempus inſpiciendum foret. Paulus Caſtrẽ. qui eandem ſententiam ſequitur, ad iſtum textum per hanc cõmunem concluſionem, fieri magnam limitationem atteſtatur, quia fere ſemper per moræ contractum illius diſpoſitio alterabitur. Ego autẽ ſolus inter eos quos viderim, a generalitate legis huius recedẽdũ nõ arbitror, quia ſi moræ tẽpus poſſet inſpici, id ſciuiſſet Vlpianus complecti, quapropter, ne (vt aiunt) mendicata ſuffragia quęramus, id quod a Bar. in contrarium
74 adductũ eſt refello, Sed præmitto, quòd fructus, & vſurę, quæ in bonę fidei iudicijs poſt moram veniũt, iudicis officio debeãtur l. qui per colluſionem. §. fi. de actio. emp. l. Lucius la prima depoſi. & latẽ veniunt de pet. hæredit. & iſtud ſumo pro antecedenti, ex quo ſequitur quòd tales fructus per maritum fundum dotalẽ recipientẽ cẽſentur fuiſſe remiſſi. l. centum Capuę. & l. fi. de eo quod cer. loco. vbi dicitur quòd qui principale accipit, prout maritum feciſſe ſupponimus, venientia officio iudicis petere nõ poterit, quia ea remiſiſſe creditur. Deduco adhuc cla-
75 rius, † ea quæ officio iudicis veniunt, ſine principali obligatione ſubſiſtere nequeunt. dict. l. centum Capuę. Sed fructus dotis poſt morã ſunt huiuſmodi, quoniã iam fatemur eos propter moram deberi, iuribus per Bar allegatis, & officio iudicis venire, vt in dicta. l. item veniunt cum ſimil. Ergo ſine principali obligatione ſubſiſtere nequeunt. Neceſſario namq; fatemur in caſu huius legis, fundum, in dotem conſtitutum, traditum fuiſſe, quia alias etiam alia ratione fructus non deberentur, igitur & principalem obligationem extingui, cuius morte officium iudicis illi deſeruiens conquieſcit, dicta. l. fi. in his verbis, (creditor accipiendo pecuniam etiam pęnam remiſiſ-
76 ſe videtur.) † Remittentibus namq; actiones & obligationes earum effectus denegatur. l. quęritur. §. ſi vẽditor de edil. edic. l. qui res. §. aream de ſol. Sed huic noſtre cõcluſioni, quã contra communem opinionem ſic vt ſupra firmauimus, obſtare videtur tex. in l. ſi marito. §. fi. [illegible] qui mihi a quodam ſubtili [illegible] fuit in circuitis oppoſitus, vbi dicit quòd ſi mulier fundum repetit dotalem, fructus autẽ tempore quo matrimonium non extitit conſequuta nõ eſt, illos dotis actione conſequitur, [illegible] ſolutus fundus & per cõſequens principalis obligatio, & tamen ad fructus dotalis fundi actio conceditur, ergo officio iudicis non veniunt, ſed iure actionis, nec propterea extincta obligatione extinguuntur [illegible] §. fi. Ad iſtud [illegible] dupliciter reſpondi. Primo quòd ille textus loquitur, quando [illegible] eum fundũ in dotem dederat priuſquam matrimonium [illegible]

xerit, viriq; sumptibus exhiberetur. Illiusq; temporis fructus vir percepit. Quo casu tales fructus dotis pars fiunt, & in dotē conuertuntur l. si ante nuptias infra proxima, & latius supra dixi, & ideo receptione fundi, remissi fuisse non videntur, sicut nec receptione vnius ex rebus debitis, alijs renuntiatum intelligitur, nec dicebantur proprie fructus dotis, cum quo tempore matrimonium non erat, nec dos fuerit, l. dotis appellatio de iur. dot. At nos loquimur in talibus terminis, vbi fructus fundi promissi in dotem, non possunt fieri pars dotis, vt iure actionis debeantur, vt in illo §. fi. Et posito quod vt in eo, in dotis partē tales fructus conuerterentur, multo minus in proposito, mari
77 to deberentur, quia † dolo facit qui petit quod restituere oportet eandem, sed nunc oportet virum totam dotem reddere, ergo dolo facit illius partem petere, siue igitur dicas eos fructus in dotem conuersos, siue non, omni respectu concludendum est non debere in computationem venire, quod autem in his terminis ille §. fin. loquatur ex hijs eius verbis panditur (si fundum recepisset mulier, non habita ratione fructuum pro portione anni quo nupta non fuisset, nihilominus de dote agere potest, quia minorē dotem recepisset, hoc enim ad dotis aug-
78 mentum pertinet) † cuius textus sensus est, quia & si regulariter, qui principalem rem cōsequitur omne accessorium remisisse videatur, dicta l. fin. Tamen quia fructus a viro percepti, sunt pars dotis effecti, quod matrimonium non cōstaret, nec onera matrimonij sustulerit, ea propter possunt dotis actione extorqueri, velut pars eius, dicta l. si ante nuptias, quod cum in proposito nostro fieri nequeat per supra dicta, ergo ad illud legis prędictę dispositio non producitur. Quare illum textum re
79 torquendo in oppositū sic argumentor † quoties fructus pars rei debitę non fiunt, toties sublata principali obligatione perimuntur, dicto §. fin. qui ea ratione fundatur quia illi ad dotis augmētum pertinent, & dicta l. centum C. [illegible], atqui fructus de quibus est questio, ad dotis acremētum non pertinent, nec pars dotis sunt effecti, vt supra ostendi. Ergo sublata obligatione principali non debentur. Secundo responde, quod etiam si concederes obligatione principali sublata, iudicis [illegible] extinguit, non propterea talem computationem [illegible] cursio alteraret quia per eam hoc fieret quod fructus [illegible] tur pro tempore more marito, & cæt. tunc non [illegible] posset computationem alterare nisi iure compensationis [illegible]
80 ctum, cum fructibus, sed quidam volunt † dotis actionem compensationis exceptioni non subiacere, de quo dicen[illegible] in l. si constante hoc eodem titul. ergo nec [illegible] computatio alterabitur, sed prima solutio & responsio [illegible] contra Barto. & omnes concludo, per motę [illegible] ab huius legis [illegible] nunc discedendum. Secun[illegible]
81 [illegible] est, † an actio ex stipulatu, ad dotem marito [illegible] vestimentum induat, in qua vt breuiter me [illegible]
82 concludo, † dotis actionem marito competentem [illegible] naturam meruisse, Ea namque a Iustiniano intro[illegible] l. vnic. §. & vt plenius C. de rei vxor. actio. & tam respectu [illegible] quam mulieris, dum sic dicit (siue ex parte mariti pro[illegible] tione dotis, siue ex parte mulieris [illegible] in §. sed etsi non [ignor]amus, qui subsequitur, [illegible] dicit, se velle, illam actionem [illegible] [illegible], quamuis non interuenerit interuenisse, bone[fidei illegible] mentum capere, igitur & actio ex stipulatu [illegible]
83 [bo]nefidei iudicijs numeratur † Vnum [illegible] [illegible] respiciens plura determinabilia [illegible] determinare [illegible] hoc iure de vul. & pupil. [illegible] & alijs [illegible], verum simul vtrique [illegible] & viro & vxori [illegible] concessa est, quam ergo [illegible] dei naturam induens [illegible] complect[illegible] [illegible] l. Bar. Paul. Alex. & Soci. [illegible] communem testantur & tenent. Oppositum tamen [illegible] in l. [illegible] verbo nec [illegible] supra [illegible] quam hic Barto. [illegible] ab Arena [illegible] esse, & post illos [illegible] Alberic. [illegible] [illegible] bonefidei, posset [illegible] mora [illegible] ex vendito de actio. emp. l. curabit C. eo. [illegible] empt. & vend. [illegible] bonefidei sunt. [illegible] re ipsa & sine interpellatione mora contrahitur, & [illegible] l. naturalis vbi Iason not. de præscript. verb. sed [illegible] [illegible] l. si [illegible] de iur. dot. vbi mora ante biennium [illegible] interpellatione non contrahitur, nec fructus citra [illegible]
84 [interpella]tionem debentur, ergo & antecedens. † Ad hoc respondet Bar. quod illa lex si. loquitur in extraneo dotem promittente, non autem in alio, quod verum est, & ita communiter doctores intelligunt eam, qui si aliter intelligeretur & argumentum procederet quod isti faciunt, etiā sequeretur quod actio vxori cōpetens non esset bonefidei. quia ille textus loquitur in promissore dotis, quem si generaliter ad oēm promissorem referant vxorem quę plerumq; promittit comprehendent, &c. admisso argumento, actionem ēt vxori competentem bonefidei non

esse necessario concedemus quod est contra textū expressum in dicto §. sed etsi nō ignoramus. vltra quod & de his latius infra. secūdo adducunt. §. fuerat inst. de actio. vbi dicitur actionē ex stipulatu quæ ad dotis exactionem tantum datur bonęfidei naturam meruisse, sed mentio quæ de exactione fit actionem quæ vxori soli, pro recuperanda dote competit complectitur, arg. huius legis in verbo exactionem & dictę l. vnic. §. exactio. C. de rei vx. act. Huic obiecto est duplex respōsio prima quod ille §. fuerat nihil de nouo inducit sed se refert ad §. sed etsi nō
85 ignoramus secundum quem intelligendus est, † cum referens sit in relato cum omnibus qualitatibus suis l. asse toto de hęr. inst. auth. si quis in aliquo documēto. C. de eden. Altera quod exactionis in eo facta mentio dotis actionem marito cōpetentem non excludat, vt per totam dictam constitutionem de rei vxo. act. constat Horum igitur dicta non erunt penitus ab omni iure aliena, si ad extraneum dotem promittentem referantur, cuius actio stricti iuris est, cum stipulatio sibi competēs fi-
86 cta non sit arg. §. accedit dictę l. vnic. † donare pręsumitur qui extraneus dotem promisit, nec sibi illam reddi stipuletur, nec de ea dictus §. sed etsi non ignoramus meminit, sed de legali tm̄ a Iustiniano introducta &c. ita glo. Bar. & Ias. hic tradunt. Quamuis Bar. contrariū senserit in l. si constante in sexta quęst. secundę partis principa. infr. cod. vbi id Deo dante excutiemus.
87 Tertia dubitatio est, † An re ipsa, mulier possit in mora constitui, an vt dotem tradat interpellatio postuletur, in qua conclu-
88 do. † Re ipsa mulierem, dotem tradere differentiam in mora constitui, & cęt. fructus a tempore morę deberi quæ conclusio communiter approbatur vt Iason refert eamq; hic glo. Barto. Paul. Soci. & idem Ias. quos vidi amplectuntur. Hisque rationi
89 bus confirmatur † quod in contractibus vltro citroque obligatorijs, vnius implemento alterius mora contrahitur l. Iulianus §. ex vendito de actio. emp. & l. curabit. C. eo. l. naturalis vbi Ias. not. de pręscr. verb. cum simil. At huiusmodi est dotis contractus ergo per implementum partis vnius, alterius re ipsa in mora constitutio fiet. Secundo, hæc viro competens actio bonęfidei est, vt supra ostendi, igitur re ipsa mora in ea contrahitur, vt ex Iac. ab Arena argumento superius relato colligitur, tertio maritus in dotis restitutione re ipsa & sine interpellatione moram contrahit l. videamus la 2. de vsur. vbi maritus qui dotem reddere distulit sine vlla interpellatione moram contra-
90 xisse videtur, ergo & mulier, † quoniam sunt correlatiua inter quæ idem debet esse iudiciū [illegible] C. de indic. viduita. tol. l. [illegible] de cupte. [illegible] Verum idem Iac. de Are. And. de Pisis, Bal. suo more [illegible] in dicta l. fi. C. [illegible] & c. Alex. hic con-
91 trarium probare conantur. Et primo sic arguunt † si mora sine interpellatione committeretur fructus citra interpellationē deberentur l. mora. §. in bonę [fidei] de vsur. Sed consequens falsum [illegible] d. l. fin. C. de iur. dot. vbi fructus omnia & accessiones tam [illegible] naturales, rei in dotē promisse, non nisi bien[nio illegible] contestata debentur. ergo mora sine interpellatione non contrahitur l. apud antiquos. C. de furt. nec obstat [illegible] in extraneo dotem loquatur, quoniā ex idē[illegible] dispositio ad casum quoque nostrum pro[illegible] ad l. Aqui. Quod aūt sit eadem ratio osten-
92 [illegible] marito nullam [illegible] ob causam dos datur, nisi [illegible] pondus subeat l. pro oneribus C. eo. et quo per [illegible] dos tradi debeat, ad eum nihil interest. arg. l. o[illegible] minus obstat. l. curabit cum simil. supra alle-
93 [gat illegible] in emptione & venditione loquuntur, quę ex re [illegible] §. precium inst. de empt. & uendi. l. [illegible] C. cod. & [illegible] nos autem in matrimonio lo[quimur illegible] etiam sine dote subsistere, vulgo scitur. l. fin. C. [illegible] hæc Bal. in [illegible] adducebat, quamuis hic ac[illegible], sed longe fallitur, quoniam credidit esse ea[illegible] quando extraneus, quæ quando se ip[illegible] cum tamen sit diuersa ratio, concedo enim [illegible] vir [illegible] dotem accipiat, sed quādo lex vo[illegible] & seu debitum vsurarum propter solutionem dotis nō tactam [illegible], & melius cum extraneo [illegible] extraneus liberalitatem exerceret [illegible] mulier aūt non §. & vt plenius, [illegible] [paritatem] mutuis lex prouidet, arg.
95 [illegible] dicta l. finalis hoc induxit in extraneo [illegible] ad paritatem reduceret, quia [illegible] lege [illegible] extraneus dotem promisisset, quia actio marito & vxori pertinens bonęfidei est, potuisset & re ipsa moram committere d. l. curabit, sed si sibi reddi dotē stipulatus erat virum, aut vxorem, dotē reddere differentes, nō nisi per interpellationem morosos reddere poterat, cum sua actio esset stricti iuris, arg. l. mora de vsur. quapropter erat quædam inequalitas obligationum, quā lex ad paritatem reducere uoluit, ne viderentur deterioris conditionis esse hi, qui actū spontaneū faciunt, his qui necessariū, & extranei ab actu dotandi deterreātur, ista parificādę obligationis ratio nō militat in viro atque vxo

que vxore, quorum vtriusque est par obligatio, vt in proxima dubitatione firmaui, ergo verum non est, quod illa l. finalis ad vxorem perducatur. cum manifeste rationes diuerse demon-
96 strentur. † Item dum respondet ad l. curabit æquiuocat, a dotis contractu ad contractum matrimonii, quandoquidem inquit emptionem sine re & pretio non consistere, sed posse matrimonium sine dote constare, ego dico quod quãdo dos fuit promissa, ita ea est in tali cõtractu necessaria, quemadmodum in venditione pretium, argu. l. sicut de actio. & obli. licet enim potuissent ab initio partes, sine dote contrahere matrimoniũ, tamen postquam dos promissa est, illa de necessitate debetur, & est omnimodo inter emptionẽ, & dotis contractum, quod attinet ad propositum paritas, & similitudo, quia lex curabit loquitur, quando iam venditio erat celebrata, quæ defectu solutionis pretij non corruisset, cum venditoris emptor fidem secutus fuisset. Et sic nos loquamur in dote promissa, in qua sicut honestum non est emptorem & re, & pretio vti, sic nec vxorem oneribus matrimonij exhibitam, ad impensam viri fore, & dotis fructus percipere. Ex quo constat male ad propositum adduci a Bald. §. pretium de emp. & vendi. & l. fin. C. de dona. ante nup. quæ iura loquuntur rebus integris & nondum initis contractibus videlicet emptionis & dotis. Et quæstio nostra est post tales contractus. Secundo dicti aduersantes probare conantur assumptum per text. nostrum hic, qui vult sine delectu, quod fructus a tempore rei traditę debeant in computationem venire, nec assignat exceptionem vllam, quasi dicat, quod etiam contracta mora idem nihilominus semper esset, de mora dico. quæ re ipsa committitur, igitur re ipsa moram mulier non contrahit. Ad istud respondet gloss. quod non steterat per vxorem, quin dotem soluerit sed per maritum ne acciperet, vnde sequitur quod quando non stat per eum per quẽ conditio implenda est, quominus impleatur, perinde habendã esse, acsi impleta fuisset. l. in iure ciuili de regul. iur. & l. iure ciuili de condi. & demonstra. Ista responsio est diuinatiua & nihil valet. Sed tu responde ad contrarium dupliciter, vno modo quod in casu nostro non constat morã fuisse commissam, &c. ideo diuinare pariter videntur, qui sub prætextu quod soluendi dies ante traditionem venerit, de hoc textu se tuentur. Secũdo modo posito quod vxor fuisset miles in mora, computatio hæc nũquam aliter fieret quam ab hac lege disponitur, per rationes dictarum legum, centum Capuę & si. de eo quod cer. loco. & per ea quę in prima, ni fallor, dubitatione tradidi. Tertio
6 *Conditio pendens quę omnino extitura est non impedit nec suspendit natiuitatem actionis.*

7 *Marito vergente ad inopiam mulier non solum contra eum actionem habet, sed etiam contra extraneos possessores bonorum mariti. atque inibi an & quanto tempore præscribatur mulieri per extraneos possessores. & nu. 12. & 33.*

8 *Mulieri posse competere plures actiones ad dotem suam repetendam, diuersis tamen temporibus.*

9 *Præscriptio cum sit odiosa, restringenda est ad suos terminos, nec est vltra extendenda.*

10 *Præscriptionem currere contra se patiens censetur tacite alienare seu remittere.*

11 *Actus nostros voluntarios non extendi vltra nostram dispositionem.*

13 *Dispositio authentica, Sed quamuis. C. de rei vxor. actio. an habeat locum in dote promissa non numerata, & an in filia ingrediente monasterium. & nu. 20. & 23.*

14 *Dotis promissionem & dotis dationem æquiparari.*

15 *Pater cogitur inuitus dotare filiam.*

16 *Declarandi facultatem habens, non nisi semel declarare potest in præiudicium tertij.*

17 *Patrem non posse minuere eam quantitatem quam filiæ pro dote assignauit, siue promissione siue vltima voluntate valida seu inualida id fecerit. & nu. 20.*

18 *Actum sua natura irreuocabilem non corruere rupto seu reuocato testō.*

21 *Filiam ingredientem monasterium liberari a patria potestate.*

22 *Pater amittet suo facto potestatem quam habet in filium, an ex legis dispone, quantum intersit.*

24 *Bonorum appellatione quid comprehendatur siue in testamento, siue in dispositione inter viuos.*

25 *Emphyteusis an veniat bonorum appellatione.*

26 *Verborum proprietatem in contractibus attendi debere, non eam significationem quę per interpretationem sumitur.*

27 *Mulierem posse constante matrimonio ad dotem agere statim atque maritus incipit rebus suis male vti. & an hoc ei licuerit de iure digestorum. num. & 31. & 23.*

29 *Consuetudinem loquentis multum valere ad interpretandam eius dispositionem. atque inibi an & quando appellatione filij veniat nepos.*

30 *Iudicare possumus in futurum ex præsenti statu.*

32 *Præsumptionem iuris haberi pro vera probatione.*

35 *Fideiussor an dari possit a marito vxori pro dote restituenda. & num. 37. & 39. & 41.*

36 *Dispositiones extendi debere de casu ad casum ne sint alias elusoriæ.*

38 *Intellectus ad l. si minor ff. de seruis export.*

40 *Lex aliquid mandet affirmatiue fieri an negatiue, intersit necne.*

42 *Facultates alicuius non sufficere ad debita, qua ratione probetur. & n. 44.*

43 *Probationis appellatione non venire assertionem partis etiam iuratam. huius contrarium vide nu. 44.*

46 *Probationem semiplenam sufficere in causis in quibus sententia parit modicum præiudicium.*

47 *Mariti facultates non sufficere ad dotis exactionem, an sufficiat semiplene probari, vt mulier constante matrimonio possit dotem exigere.*

48 *Probationes debere esse liquidissimas, cum tractatur de pœna alicui imponenda.*

49 *Probationem notoriam esse necessariam, quoties lex vel statutum exigit probationem euidentissimam. atque inibi an instrumenta faciant euidētissimam probationem.*

50 *Probatio quę fit per testes, an dicatur euidentissima.*

51 *Notorium possit necne cadere super facto negatiuo quemadmodum super facto affirmatiuo. & nu. seq.*

53 *Paupertas testis an fidei illius deroget, vt minus credatur testimonio illius & nu. seq.*

55 *Legatum factum pauperibus possit ne præstari ecclesiæ quæ indiget reparatione. & nu. seq.*

57 *Beneficia concessa a lege pauperibus an, & quibus casibus competant ijs, qui culpa sua ad inopiam sunt deducti.*

58 *Maritum vergere ad inopiam, an sufficiat probari per testes.*

59 *Maritus si negotiando iacturam faciat, an hoc ipso censeatur tendere ad inopiam, vt dos ab eo constante matrimonio possit exigi.*

60 *Marito tendente ad inopiam citra suam culpam locum esse exactioni dotis stante matrimonio.*

61 *Mulierē posse constante matrimonio dotē repetere marito existēte bannito.*

62 *Mulier quæ a viro ob eius inopiam dotē exegit, an eum bannitum alere teneatur ex bonis suis si aliunde diues sit, & fructus dotis ad id non sufficiant. & nu. seq. & 66.*

64 *Vxor quæ absq; culpa viri non est in seruitio eius, non debet ab eo consequi alimenta.*

65 *Lex facilius grauat aliquem post mortem, quam oneret eum in vita.*

67 *Mulier quæ scienter contraxit matrimonium cum viro inope, an possit aduersus eum vti remedio l. si constante. ff. soluto matrimonio.*

Pactum

8 Pactum per quod receditur a iure spetiali & reditur ad ius commune valere etiam sine authoritate superioris.
Ius spetiale facilius præsumi reuocatum quam ius commune.
69 Qualitatem adiectam verbo intelligi secundum tempus verbi.
70 Intellectus ad c.per vestras.extra de dona.int.vir.& vxo.& nu.seq.
72 Mulier an possit constante matrimonio dotem repetere a socero vergente ad inopiam qui eam recepit.
71 Intellectus varij ad l.si vero.§.de viro.ff.solu.matrim.& nume.sequenti. vsque ad nume.78.
78 Lex noua disponens in vno casu extenditur ad alterum, si duo illi casus reperiantur æquiparati per legem antiquam, ad quam conclusionem plures limitationes adducuntur vsque ad nu.84.
84 Dote a duobus recepta promittentibus eam restituere non censeri vtrunq; eorum insolidum obligatum, sed pro dimidia tantum.
85 Mulier quæ pro restitutione suæ dotis duos habet obligatos tanquam duos reos debendi, an altero ad inopiam vergente possit alterum conuenire.
86 Extensio an sit permissa ex identitate rationis in dispositione correctoria ad casum in ea omissum. & nu.88.
87 Extensionem de casu ad casum permitti per quam reditur ad ius cõmune.
89 Extensio in materia exorbitanti pia seu fauorabili ad casum omissum an sit permissa ex similitudine rationis. & nu.91.
90 Extensionem permitti etiam in correctorijs ad casum omissum qui tamen comprehenditur sub verbis legis ex lata eorum significatione.
92 Filiorum appellatione non venire nepotes ex propria significatione, sed duntaxat ex impropria.
93 Dispositio exorbitans odiosa an recipiat extensionem de casu ad casum habentem eandem rationem.
94 Dispositionem in qua est dictio taxatiua, non extendi ad casum omissum habentem eandem rationem.
95 Dotis causa an & quando censeatur pia.
96 Sciens & non contradicens habetur pro consentiente fauore piæ causæ.
97 Mulier cui plura legata sunt relicta, & inter cætera aliquid ei legatum est in causam dotis, renuncians, generaliter omnibus legatis non censetur renunciare legato dotis.
98 Extraneo, qui pro restitutione dotis obligatus est, vergente ad inopiam, an mulier aduersus eum vti possit remedio.l. Si constante ff.solu.matrim.
99 Dotis actione patri & filiæ communi existente, si pater sit pauper, filia potest agere ad dotem sine patre, etiam si dos parua sit.
100 Filiam posse intendere actionem dotis sine patre in casibus, in quibus datur actio de dote ipsi filiæ.
101 Dotem esse paruam vel magnam qua ratione deprehendatur.
102 Filiam nõ amittere ius consolidationis in dote per exactionem factam per patrem constante matrimonio.
103 Executionis sententiæ ius tametsi regulariter non transeat in singularem successorem, fauore tamen dotis transit ius istud.
104 Patre stipulante dotem sibi reddi soluto matrimonio per mortem, actio dotis erit communis patri & filiæ in casibus omissis.
105 Pactum tacitum an & quatenus prosit absenti.
106 Prouisionem hominis non tollere prouisionem legis etiam inductam iure spetiali, cum vtraque prouisio non concurrit circa eundem casum.
107 Mulierem posse renunciare expressæ hypothecæ quam habet in bonis mariti pro dote, non etiam tacitæ hypothecæ, & cur tam varie.
108 Mulier consentiens venditioni rei mariti non ob id censetur renunciare hypothecæ quam in ea re habet, nisi expresse renunciet.
109 Mulier tametsi sit stipulata dotem sibi reddi soluto matrimonio, tamen viro vergente ad inopiam poterit exigere dotem constante matrimonio.
110 Verba in contractibus proprie esse intelligenda, non improprie.
111 Extraneo qui dotando mulierem stipulatus est dotem sibi reddi soluto matrimonio, an viro vergente ad inopiam possit ab eo dotem exigere constante matrimonio.
112 Dotis restitutio quæ fit mulieri cõstante matrimonio viro vergente ad inopiam an sit vera restitutio.
13 Restitutio quid sit proprie.
14 Pater si stipuletur sibi dotem reddi præsente filia in casum soluti matrimonij, cui competet actio dotis constante matrimonio viro vergente ad inopiam.
115 Pater si stipulatus sit dotem sibi reddi in omnem casum dotis restituendæ, cuius erit actio constante matrimonio viro vergente ad inopiam, patris ne, an filiæ, an vtriusque.
16 Legatum in dubio præsumi factum intuitu consanguinitatis aut affinitatis, si legatarius sit consanguineus vel affinis.
17 Intellectus ad §.Titio genero.ex l.Titio centum.ff.de condit. & demon. & ad §.si testator.ex l.seruo legato.ff.de legatis.1.
18 Filium, cuius pater bona aduentitia & immobilia alienauit, non posse viuente patre ea vendicare, aut possessores inquietare.
19 Agere non permittitur ei cuius nihil interest.
120 Pater suspectus de mala administratione, an sit priuandus administratione bonorum filij.& nu.seq.
122 Matre existente excommunicata an filij possint agere ad dotem constante matrimonio patre eorum vergente ad inopiam.& nu.129.
123 Coniunctum cui est permissa facultas agendi nomine coniuncti, non proprie censeri procuratorem.
24 Coniunctus possit ne citra mandatum ea pro coniuncto expedire, quæ spetiale mandatum exigunt.
125 Intellectus ad c.nonnulli.§.fi.de rescript.
126 Dotis titulum ex parte mariti esse onerosum.
127 Dotis titulum ex parte filiorum petentium dotem maternã esse onerosum.
128 Dotis titulum censeri lucratiuum ex parte mulieris.
130 Mulier qua actione agat ad dotem constante matrimonio viro vergente ad inopiam.& nu.seq.
132 Dotis dominium non transferri in maritum inopem.
133 Spetialia plura posse circa idem concurrere fauore dotis.
134 Mulieri agenti hypothecaria contra tertios possessores bonorum mariti, an obstet exceptio excussionis.& nu.135.
136 Mulier habeat necne hypothecam in feudis mariti pro dote sua, atque inibi an feuda possint hypothecæ supponi.
137 Mulier an possit agere hypothecaria ad bona emphyteutica mariti pro dote sua, atq; inibi an res emphyteutica possit hypothecæ subijci.& nu.138.
138 Merces & venalia an comprehendantur sub generali hypotheca bonorum, & an non obstante tali hypotheca possint alienari, atque inibi an veniãt in legato generali bonorum, & nu.141.
140 Pecuniam comprehendi sub generali hypotheca bonorum, licet non comprehendatur sub legato generali.
142 Minoris bona recipientis dotem ab vxore an sint tacite obligata pro restitutione dotis.& nu.seq.
144 Intellectus ad l.2.ff.de reb.eor.qui sub tutel.
145 Priuilegiatus in spetie quis dicatur, atque inibi vter censeatur magis priuilegiatus in spetie, mulier ne in dote, an minor in bonis suis.
146 Dotem in pecunia consistentem posse constante matrimonio cõuerti per maritum in spetiem, vel e contrario, si hoc expedit mulieri.
147 Confessio facta a marito constante matrimonio de dote recepta an noceat creditoribus mariti, & an ipsi marito.& nu.seq.& 150.
149 Contractum simulatum non firmari iuramento.
151 Maritus declarans eam confessionem fuisse fictam, qua confessus fuerat se dotem ab vxore recepisse, an censeatur reuocasse tacitam donationem, quæ ex ea confessione resultabat.
152 Periculum deteriorationis rei an semper spectet ad eum apud quem remanet dominium eius rei.
153 Dotalium rerum deterioratio fiatne periculo mariti, an vxoris.
154 Maritus an cogitur alere vxorem a qua nullam dotem recepit.
155 Mulier quæ a viro exegit dotem constante matrimonio propter eius inopiam, an teneatur ei restituere fructus dotis qui supersunt supportatis oneribus matrimonij.
156 Donationẽ factã constante matrimonio inter virum & vxorem tum demũ nullam esse, cum ex ea donans fit pauperior & donationis locupletior.
157 Maritus a quo propter inopiam vxor constante matrimonio dotem exigit, an conueniatur insolidum, an duntaxat inquantum facere potest.
158 Maritus si constante matrimonio diues effectus sit, an dos ei debet restitui, quæ ab eo exacta fuerat propter inopiam.
159 Actus iam consumptus & perfectus non infirmatur ex eo quod deuentũ sit ad eum casum a quo incipere non potuit.
160 Pater an teneatur præstare alimenta vxori filij sui quam sine vlla dote & citra consensum patris filius duxit.& nu.seq.
162 Vxor maritum inopem alere tenetur etiam ex bonis paraphernis.

SI constante. Lex ista in sui principio notabilis est; pulchram subtilem & quotidianam cõtinet materiam, eamq; Bar. commentando plures qõ. examinauit, cuius vestigijs inhærẽdo singula eius dicta discutiemus, hoc principium repetẽdo, & breuiter h.d. Si bona mariti non sufficiant creditoribus & doti
1 vxoris, mulier põt repetere dotẽ constante matrimonio. † Noto primo ex isto tex. quod anteq̃ vir tendat ad inopiam nõ incipit cõpetere actio de dote, probatur ergo sm Arc. hic in isto tex.
2 cõis opin. gl. & doctorum, qui volunt, † quod constante matrimonio nedum dos exigi non possit, sed quod etiã nulla sit orta actio. quam opinionem firmat gl. in l.in rebus.§.oĩs.C.de iure dotiũ.& gl.in l.auia.C.eo.tit.& gl.in l.cũ notissimi.§.illud. C.de præscr.30.vel 40.anno Bart. & cõiter doct.in §.si exhæredato.inf.eo.vbi dominus Alex.dicit hanc esse cõmunẽ opinionem, quam etiam tenet Pau.de Cast.in cons.219.inci. In causa quę vertitur circa fi. vbi inquit, quod cum non sit nata actio de dote constante matrimonio, hypothecaria non põt intentari per mulierem.l.soluitur.§.1.ff.quibus mod.pignus.vel hypothe.soluitur.& pro hac commum opinione Bar. in d.§.si exhæredato.adducit tex.in l.cum notissimi.§.illud.& in l.in rebus.§. omnis.C.de iure dotium, vbi præscriptio currit aduersus mulierem in dote a die soluti matrimonii, & non prius, quia ante matrimonium dissolutum nõ est orta actio. Secundo adducit tex.in l.2.in princ.in fi. de dote prælega. vbi si socer leget nurui actionem de dote, legatũ nullius est momenti quia nurus nupta est, sed si esset orta actio de dote, legatum posset esse vtile non opposita exceptione contra mulierem agentem ad dotẽ. Tertio adducitur tex.in l.seruum dotalem. sup. de manumiss. vbi dos intelligitur deberi constante matrimonio, quãdo maritus non est soluendo, si ergo sit soluendo, dos non debetur constante matrimonio, & sic nõ est orta actio. Quarto pro hac

opinione do. Alex. in d. §. si exhæredato, adducit bonũ tex. in l.
1. C. de repudiis vbi dicitur, quod cõstante matrimonio dotis
exactio ipso iure non competit. nam si esset orta actio constan
te matrimonio illa cõpeteret ipso iure licet obstaret exceptio.
3 l. 1. in fi. ff. qñ dies vsu. leg. ced. † Vltimo pro hac cõclusione sic
arguitur, qñ obligatio habet diem incertam qñ, sed certam an.
vt est dies mortis, ante diem nõ est orta actio nec obligatio. ita
tenet gl. in reg. in oĩbus ff. de reg. iur. Bart. in l. ita stipulatus in
2. q. prin. in fi. de verbo. oblig. vbi pro hoc dicit esse tex. si nõ de
stinatur, in l. 1. C. vt actio. ab hære. & cont. hæredes, sed obliga-
tio dotis licet habeat diẽ certam an. quia certum est matrimo-
nium debere dissolui. §. nuptię in auth. de nup. Continet tamẽ
diem incertam quãdo dissoluetur, ergo priusquam sit dissolu-
tum, non est orta actio. & ex ista communi cõclusione infero,
quod si mulier cõstante matrimonio cederet omnia iura sibi
competentia, non diceretur cessisse dotem, pro qua non cõpe
tit sibi aliqua actio. l. si ita scripsisset, in fi. de leg. 2. per quẽ text.
4 † dñt ibi Bal. & Imo. qd si quis cedat alicui iura sibi competen
tia, non cõprehenditur in hac cessione obligatio in diem vel
sub conditione, & idem vult d. Alex. in consi. 106. col. 1. lib. 5. si
tñ mulier expresse cederet actionem de dote constante matri-
monio valeret huiusmodi cessio, & effectũ sortiretur dissolu-
to postea matrimonio. gl. est notabilis in l. constante C. de do-
5 na. quę cõiter approbatur. † Ista tñ cõis opinio doctorũ iudicio
meo nõ est vera & multa iura aduersari videntur huic opinio-
ni. Et primo tex. in l. sed si alia §. fi. in fi. de bonis damna. vbi di-
cit tex. qd si mulier constante matrimonio ob delictum fuerit
deportata, interim dos remanet penes maritũ, eo vero postea
dissoluto, mulier ad dotẽ agere põt, quasi humanitatis intuitu
hodie nata actione, vult ergo ille text. quod ex humanitate ibi
nascatur actio post dissolutum matrimonium, & non prius, er
go de iure & regulariter est actio orta constante matrim. & nõ
humanitatis [illegible] in hoc, quia si tpe deportationis actio fuis-
set nata, illa fuisset publicata, sicut & cętera bona mulieris l. de
portati C. de pen. Lex ergo volens mulieri fauere in dote, sta-
tuit, quod nascatur actio post dissolutum matrimoniũ, & non
prius, ideo nisi action s dotis cõpetentis mulieri post deporta-
tionem non venit in confiscatione l. si ob [illegible] mandauero §. is cui
ius ff. mand. [illegible] text. [illegible] eleganter declarat Lud.
Ro. in §. si [illegible] exhæredato [illegible]. Secundo [illegible] cõem conclusionẽ ad-
duco tex. in l. Aula. C. de iure dot. ibi dot s actionem profecti-
tiæ nomine cõpetentẽ, & exponere verbũ competentem idest
compet [illegible] exponit ibi gl. ista est satis incerta & abstra-
cta expositio. Tertio [illegible] adduco tex. in l. quoties in fin. co. ibi, de
dote actionẽ transferri. translatio [illegible] decem
ff. de verb. obl. & exponere actionem idem actionis [illegible] ex-
ponit ibi Bar. illa expositio non est congrua, & violat tex. Vl
6 timo probatur ista conclusio, † nam qñ pendentia conditionis
omnino [illegible] est, [illegible] non suspendit nec impedit na-
[illegible] obligationis l. si pupillus §. sub conditione ff. de noua.
[illegible] de dote pendet [illegible] conditione, si matrimonium
dissoluatur, & certũ est illud debere dissolui. §. nuptię in auth.
de [illegible] agitur [illegible] Non obstat responsio Bar. qui dicit, quod po
test esse, quod matrimonium dissoluetur culpa mulieris, quo
casu non nascitur actio de dote, & sic non est omnimodo exti-
ta. Nam respondeo quod illud non debet considerari, cum
sit [illegible] euẽtus, videlicet quod mulier committat adulterium, &
sic dotem amittat l. consensu C. de repud. [illegible] l. inter stipu-
lantẽ §. sacram in fi. de verb. obl. Vel & aliter rñdeo, quod crimen
adulterij non impedit natiuitatẽ actionis de dote, licet mulie-
rem agentem repellat ope exceptionis l. rei iudicatæ § [illegible] supra
eo. Pro illa opinione etiam Lud. Rom. adducit alia fundamen
ta in d. §. exhæredato quę videas per te, & non curo ea referre,
quia parum vrgent. Et tenendo istam opinionem contra com
munem, quam tenuit gl. in l. intelligentur § [illegible] ff. de pec.
non obstant adducta in contrarium. Nam [illegible] text. in l.
cum notissimi §. illud & l. in rebus § omnis. Respondeo quod
in illis iuribus consideratur tempus soluti matrimonij, quia il
lo tempore dos exigi potest, & sic competit actio efficax, ideo
tunc incipit præscriptio. Sed constante matrimonio licet orta
sit actio, illa tamen est inefficax, nec mulier consequi potest ef-
fectualiter dotem, non valenti autem agere præscriptio non
currit l. 1. in fi. C. de annal. exce. Non obstat responsio do. Alex.
qui dicit, quod si imperator cõsiderasset istam rationem quæ
est Romani, non diceret, quod curreret præscriptio ex die soluti
matrimonij, sed ex die quo lapsus esset annus datus ad soluen-
dum dotem consistentem in re mobili l. vnica §. exactio C. de
rei vxo. actio. Quoniam ista obiectio do. Alex. non tollit istam
responsionem non enim consideratur dicta dilatio, quia non
inest obligationi, cum fuerit concessa gratia miserationis, pro
vt declarat Bar. in l. ita stipulatus in 1. q. princip. ff. de verb. obli-
gatio. Non obstat text. secundo loco adductus in l. 2. in prin. de
dot. prçleg. Nam ideo istud legatum nullius est momenti con
siderato effectu, nã opposita exceptione mulier agens ad do-
tem repelletur ope exceptionis l. rem legatam, vbi glos. in fin.
de adimen. leg. quæ exponit verbum, omnimodo, de quo in
illo text. idest opposita exceptione, & illa verba nullius mo-
menti non semper important nullitatem actus ipso iure l. ora
tio. ff. de spon. ibi, ipso iure nullius esse momenti, & probatur
hæc solutio in l. sed si pro dote in princ. in fi. de le. præstan. vbi
dicit tex. quod si nurui dos sit prælegata, eaque mortis tempo
re nupta sit, nullum est legatum, & subnectitur ratio, quia dos
nondum debebatur, & sic quia dos efficaciter non poterat pe-
ti constante matrimonio l. debitor. in fin. de verbo. sig. l. fide-
iussor obligari, §. fideiussor. in fi. de fideiuss. ideo inualidum est
legatum. Sed aduerte quia text. in d. l. 2. aliter venit declaran-
dus. nam ideo ibi legatum factum in dote nullum est, quia te-
stator legando dotem, videtur legare actionem de dote, & cũ
illa actio non sit in rerum natura constante matrimonio, lega
tũ vitiatur l. si sic. §. 1. ff. de leg. 1. Bart. in l. demonstratio falsa,
in prin. col. 1. inf. de condi. & demon. Ad tex. in l. dotalem seruũ
respondeo, quod ibi dos intelligitur deberi constante matri-
monio, si maritus non sit soluendo efficaciter, quia dos exigi
potest constãte matrimonio ob inopiam mariti, vt in isto tex.
Sed quando maritus est soluendo, quod sit orta actio constan
te matrimonio licet sit inefficax, ille tex. non cõtradicit. Quar
to ad tex. qui videtur multum vrgere in l. 1. C. de repud. Re-
spondeo quod actio de dote quæ est orta constante matrimo-
nio habet dilationem vsque ad tempus dissoluti matrimonij,
& illa dilatio inest ipsi obligationi, differtur ergo ista solutio
dotis etiam si non opponatur exceptio, licet quo ad impediẽ-
dum iudicium necessaria sit exceptio. hæc est doctri. Bald. in
l. cum qui ita in §. qui ita stipulatur circa fin. sup. de verbo obli.
Vltimo ad doctri. Barto. in l. ita stipulatus in 2. q. respondeo il-
lam non esse veram vt ibi dixi, & confunditur per text. in l. si
quis spoponderit. C. de contrahen. & cõmit. stipula. vbi si quis
promiserit ædificare insulam, cum morietur, incipit obligatio
currere contra morientem seu personam morientis, & sic an-
te diem mortis, quæ dies certa est an. incerta tamen quando
licet effectum non habeat nisi post mortem promittentis. &
ita intelligatur tex. in d. l. 1. C. vt actio ab hæredi. & contra hæ-
redes, nam ibi obligatio incipit in persona hæredum cum effe
ctu exigendi, sed prius erat orta obligatio ipso iure in persona
promittentis, & istam solutionem ponit Ludo. Roma. in §. ex
hæredato col. vlt. & ex istis pro felici principio huius legis ha-
betis hũc articulũ bene discussum, & hæc esset pulchra & sub
tilis conclusio disputanda per repetentes hanc legem. Vltimo
non obstat iste text. quem [illegible] communi opinione ponderat
hic Alex. quia intelligẽdus est de actione quæ competit cum
effectu illa enim non datur nisi in casu inopiæ vel dissoluti ma
trimonij, quæ solutio probatur ex questione proposita, quę con-
siderat exactionem dotis. interpretatur enim responsio iuxta
qualitatem interrogationis. l. si defensor. §. qui interrogatur.
ff. de inter. actio. l. 1. C. de diuer. rescri. §. præterea. insti. de inuti.
7 stipu. † Secundo nota, quod marito vergẽte ad inopiam mu-
lieri competit facultas agẽdi ad dotem contra maritum actio-
ne personali, competit etiam facultas agendi actione hypo-
thecaria contra extraneos possessores bona mariti. l. in rebus
§ omnis. & l. vbi adhuc C. de iure dot. Et ex hoc infertur quod
si possessores talium bonorum illa possedissent spacio decem
annorum a die quo constiterit maritum vergere ad inopiam,
non posset mulier etiam dissoluto matrimonio agere contra
extraneos possessores. quia aduersus actionem hypothecariã
præteritur [illegible] possessores bonorum ma
riti. l. 1. & 2. C. si aduer. credi. & ita cõsuluit Raph. cu. in cõs. 92.
[illegible] in [illegible] casu quæ decisio est magnifacienda. Pro
hac opinione mouetur [illegible] quia marito vergẽte ad ino-
piam datur actio mulieri eo modo quo ei datur dissoluto ma-
trimonio. l. vbi adhuc. C. de iure dot. sicut ergo dissoluto ma-
trimonio currit præscriptio aduersus mulierem circa dotem,
sic etiã curret in casu præmisso. quia & isto casu agitur ad verã
dotis exactionem, ita quod si maritus, qui prius vergebat ad
inopiam, acquisiuerit amplias facultates, per hoc dos exacta nõ
debet ei restitui, vt vult glo. in l. vbi adhuc. C. de iure do. & Bar.
[illegible] col. [illegible] de hoc dicetur. Quicquid dicat Raph. hæc sua
decisio non est vera & sæpius interrogatus de isto casu respon-
8 di contrarium, in quo aduertẽdum est, † quod mulieri ad do-
tem consequendam competere possunt duę actiones seu duo
remedia diuersis temporibus: primo enim datur actio mulieri
tempore quo matrimoniũ nondum est dissolutum ob inopiã
mariti, si ergo a die inopiæ mariti lapsi sunt decem anni, & mu-
lier non egerit contra possessores bonorum mariti ad dotem
hac de causa non potest amplius agere contra tertios possesso
res, quia obstat ei præscriptio. l. 1 & 2. C. si aduer. credito. Secũ-
da vero actio, quæ non potest intentari nisi post dissolutum
matrimonium, remanet illesa quia talem actionem sibi cõpe-
tentem pro plenaria dotis restitutione prius efficaciter non
potuit intentare, non valenti autem agere præscriptio nõ cur-
rit. l. 1.

ritur, in fi. C. de anna. excep. Preterea & secundo licet per la-
psum decẽ annorũ sit præscriptũ vni actioni seu vni remedio
non tamen censetur præscriptum alteri actioni seu remedio,
9 † quia prescriptio veluti odiosa ad sui terminos restringitur,
nec vltra progredit̃ l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de iti. actuq;
priua. vbi Bar. no. in c. cũ ɔtingat. & c. cũ in nra. de deci. vbi pre-
scribens in aliena parrochia decimas antiquas nõ intelligitur
p̃scripsisse decimas nouales, nec p̃scribens in aliena parochia
decimã vnius prædii, intelligitur præscripsisse decimã alterius
in eadẽ parochia. Ideo dicit Inno. in c. tua. de deci. qđ p̃scriptio
adeo est stricti iuris, vt licet quis p̃scripserit ius decimandi per
totã parochiã vno prædio excepto, in illo non intelligitur pre-
scripsisse & ad hoc cõprobãdũ plura alia adducere possem de
quibus per Lud. Ro. in cons. 368. inc. præsens cõsultatio. in 2.
q. & latius per do. Fel. in c. auditis de præscri. Tertio confundi-
tur hæc decisio Rapha. nã sublato vno remedio renunciatio-
ne vel alio modo, alterv remediũ nõ censetur sublatũ l. ▪ do-
mus. ff. de serui. vrb. p̃dio. c. postremo. de app. Abb. in c. suscita-
ta. de in integ. rest. sublato ergo remedio agendi ad dotem ob
inopiã mariti mediante præscriptione, alterũ remediũ agẽdi
ad dotẽ post dissolutũ matrimonium nõ censetur sublatum.
10 † Preterea qui patitur præscribi aduersus ius sibi competens,
illud ius videtur tacite alienare seu remittere l. alienationis. ff.
de verb. sig. l. longe. & ibi no. ff. de diuer. & temp. præscri. Bar.
in l. filiusfamilias. §. diui. col. vlti. ff. de le. 1. Tunc sic, expressa re
nunciatio facta cõtemplatione vnius rei vel personæ nõ extẽ-
ditur ad aliam rem vel personam, ergo nec tacita, cũ taciti &
expressi eadem sit iuris censura l. cum quid. ff. si cer. peta. l. triti
cum. ff. de verbo. oblig. Assumptum probatur in casu notabi-
li. l. iubemus. C. ad senatuscõ. Velleia. per quem tex. dicit. Pau.
de ca. in cons. 117. incip. Breuiter in casu isto, qđ si filius præ-
stet cõsensum alienationi rerũ paternarũ, licet videatur renun
ciasse iuri hypothecæ, qđ habebat in illis bonis pro dote ma-
terna, non tamẽ censetur renunciasse iuri hypothecę qđ habe
bat in aliis bonis non venditis nec alienatis, sed penes patrem
11 remanentibus. † Vltimo facit, quia actus voluntarij non extẽ-
duntur vltra nostrã dispositionem l. fin. C. ne vxor pro mar.
Bar. in l. Titium aut Meuium. §. altero. ff. de tuto. ad mi. Factũ
ergo mulieris, quę potuit agere ad dotem ob inopiam mari-
ti, & non egit infra tempus legitimum, nõ extẽditur ad actio
12 nem competentem post dissolutum matrimoniũ. † Non ob
stat tex. in l. in rebus. §. oĩs, quia respectu plenariæ restitutionis
dotis mulieri non competit actio nisi post dissolutũ matrimo
niũ, ergo prius non currit præscriptio. d. l. 1. in fi. C. de anna. ex-
cep. Secunda ratio non obstat, quia negatur, ꝙ restitutio dotis
quæ fit ɔstante matrimonio ob inopiã mariti, sit vera & pro-
pria restitutio ita no. Cy. in d. l. vbi adhuc. in 5. q. & Bar. inferius
in 5. q. secundę prin. & gl. hic in verbo, mariti. in fi. Alex. in ɔs.
241. inci. viso processu. lib. 5. in fi. qđ ostẽditur, quia ista dos ad-
huc debet seruire oneribus matrimonii, & ex eius fructibus
vir & eius filij debẽt sustẽtari, nec mulier habet licentiã alienã-
di hanc dotem d. l. vbi adhuc. quod secus est, quando dos fuit
restituta dissoluto iam matrimonio. l. 3. §. toties. ff. de fun. do-
ta. Nec est verũ, quod æquipararetur simpliciter restitutio do-
tis quæ fit constante matrimonio, & illa quæ fit post dissolutũ
matrimonium in d. l. vbi adhuc. Sed illa æquiparatio fit quo
ad quid, non simpliciter. Ideo ibi tex. modificando dictã ęqui-
parationem subdit, ita tamẽ vt eadem mulier nullam habeat
licentiam. quæ dictio, ita tamen, est modificatiua & limitatiua
dispositionis præcedentis, prout no. ibi Salic. & probatur in l.
Lucius. §. quæ habebat. ff. ad senatuscon. Treb. & in l. libertas.
hęc scriptura. ff. de manumiss. test. Notes tamen illam decisio-
nem Raph. in alio. nam vult, qđ dispositio l. 1. & 2. C. si aduer.
cre. habeat etiam locum cõtra mulierem agentem ad dotem
quod etiam voluit gl. in l. in reb. §. oĩs in verbo, siue per vigin
ti. C. de iure dotium. Cuius contrarium aliqñ vidi consultum
per doctores excellentissimos per doctri. Salic. in l. fin. in prin.
C. de iure dot. vbi dicit, quod statutum generaliter loquẽs, di-
sponens ꝙ instrumẽta publica nõ probẽt nisi posita sint & re
gistrata in memorialibus locum nõ habet in instr̃s dotalibus
fauore dotiũ. Sed ad hoc r̃ndeo, qđ illud ideo est, quia cũ dotis
reperitur specialiter priuilegiata qđ nõ debeat insinuari seu re
gistrari, vt ibi ex tex. ideo statutũ generaliter loquens restrin-
gi debet ad terminos iuris communis. sed in casu isto cũ dotis
non reperitur specialiter priuilegiata. igitur in ▪ locũ vẽdica-
bit dispositio. Capio gl. in verbo, mariti. quę ponit quinq; cõ-
mũs. Secũ incipit. ibi, quid si maritus. tertia ibi, itẽ quid si mu-
lier. quarta ibi, itẽ quid si extraneus. quinta ibi, quid si alius re-
cepit dotẽ. In eadẽ gl. ibi, cum ipse teneatur eam denuo dota-
re auth. sed quamuis. C. de rei vxo. act. Hic discutiẽdę sunt duę
13 difficultatis. Prima difficultas est. † An dispositio illius authẽ-
ticę procedat in dote promissa, & sic nondum numerata pri-
mo viro. Secunda difficultas est, An procedat in filia ingrediẽ-
te monasterium, & sic contrahente matrimonium spiritua-
le. Circa primam difficultatem gloss. in d. auth. sed quamuis.
C. de rei vxo. act. tenet quod ille tex. non procedat in dote pro
missa, per tex. in l. quoties. §. eo. quã sequitur Aret. in §. fuerat.
institu. de actio. Cy. tamen & Sali. in d. auth. sed quãuis. repro
bant illam glo. & dicit do. Ias. in l. filia legatorum. C. de leg. ꝙ
alias consuluit Genuę contra dictam gl. quia sicut pater nõ po
test minuere dotem datam filiæ, ita nec dotem promissam. vi
deamus, quęnam istarum opinionũ sit verior, An gl. an Cy. &
Sali. & Ias. Pro opi. gl. facit tex. in §. quia vero. in auth. de æqua
litate dotis. colla. 6. ibi, dotem iam a te datam. vbi cõsideratur
datio dotis. ergo locum non habet in promissione dotis. Et si
diceres, fateor illum text. loqui in dote data, tñ extẽdi debet ad
dotẽ promissam ex idẽtitate rationis. quę extensio est permis-
sa in qualibet dispositione l. cum mulier. solu. matri. glo. in c. 1.
in verbo, Italiæ. de tempo. ordi. in 6. Bal. post Cy. in l. de quibus
col. 6. ff. de legi. Pau. de Cast. in consi. 338. incip. præsens casus.
col. 1. Ad hoc respondeo, qđ ille tex. sępius repetat verbum, da
re. vel æquipollens, ex ista repetitione datur intelligi qđ exten
sio fieri non potest. gl. in cle. 1. in verbo, diocesanus de iure pa.
quod autẽ sepius repetat̃ verbũ date, datur ibi in illo tex. ibi, iu
benti rursus dari. & patrem semel offerentem. & ibi, pater exi-
stens obtulit dotem librarũ. xxx. auri. quod verbum idem im-
portat quod verbum dedit vt probat̃ in §. seq. ibi, ac illã obtulit
marito. qđ exponitur idest dedit, vt innuunt verba sequentia,
dum dñt, ꝙ mulier confert actionem dotis cõpetentem ɔ̃ ma
ritum. ergo dos fuerat data. Secundo induco text. in d. §. quia
semel alienata est ab eius substãtia. quæ verba non cõueniunt
doti nondũ traditę, cum ante solutionem dotis illa adhuc sit
in bonis promittentis. arg. l. 1. in fi. de fun. dot. Non. n. promis-
sione sed traditione dominium transfertur. §. per traditionẽ.
institu. de rerum diui. Preterea pro opinione gloss. etiã vrgere
videtur tex. in d. l. quoties. inf. eo. vbi pater potest transferre in
personam suam in totum actionẽ de dote, ergo & multoma-
gis illam potest diminuere. Quarto & vltimo sic arguitur, dos
quę fuit promissa primo genero censetur promissa intuitu pri
mi matrimonij, non extenditur ergo ad secundum matrimo-
nium l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. l. iubemus. C. ad Velle.
14 † Pro opin. vero Cyn. & aliorum sic arguitur, promissio dotis
& datio æquiparantur l. fi. C. de dot. promiss. & l. ex morte in fi.
C. de pac. cõuen. Ideo dispositio. d. § quia vero. loquens in do-
te data, locum habebit etiam & in dote promissa virtute dictę
adequationis. iuxta gloss. vulgaram in l. si quis seruo persuase-
rit. C. de fur. Cuius doctrina probatur in l. qui neq; §. 1. inf. de re
bus eorum. & Aret. adducit alia iura in l. 2. ff. de leg. 1. Secundo
pro hac opinione induco text. in d. §. quia vero. dum ibi expri-
mitur ratio, quare dos non potest diminui, nam ibi dicitur qđ
ideo filia non debet habere minorem dotem, quia si maritus
non fuisset mortuus. dotem sine diminutione habuisset. & sic
casus mortis contingens in persona mariti filiæ non debet no
cere quæ ratio procedit in dote promissa. Iste ergo casus inclu
ditur in illa dispositione cõprehensiue seu intensiue, non au-
tem extensiue l. cum mulier inf. eodẽ. glo. in c. 1. in verbo, Ita-
liæ de tempo. ordin. in sexto. Et est doctrina Bald. in l. de qui-
bus post Cynum colum. 6. ff. de legi. Paul. de Castr. in consilio
338. incipien. pręsens casus colum. 1. Tertio adduco gl. in l. vni-
ca. §. accedit. C. de rei vxo. act. quæ illum tex. loquentem in do-
15 te datam extendit ad dotẽ promissam. † Vltimo facit, nam pa-
ter cogitur inuitus filiam dotare l. qui liberos. ff. de ritu nupt.
& l. fi. C. de dotis pomiss. ipsi tamen est concessa facultas taxan
di dotem & declarandi eius quantitatem, semel ergo facta ista
16 declaratione non potest eam immutare. † Nam is qui habet
facultatẽ declarandi nisi semel declarare potest, in præiudiciũ
tertij. gloss. est reputata singularis in l. quiquid astringende. in
gloss. magna. infra de verborum obligationi. quam pro singu-
lari alleg. Bald. in l. de die. ff. qui satisdare cogantur. & in l. si
quis intentione ambigua. ff. de iudic. Angelus in l. quod iussi.
ff. de re iudica. Ioan. de Imola in l. ab exequutore. ff. de appella.
& hoc fundamento vtitur illustris doctor Franciscus Curtius
in consilio. 27. incipien. magnificus vir. in tertio dubio. Ex
17 quo inferuntur tres pulchrę decisiones. † Prima est, si pater in
testamento nullo & inualido legauit quantitatem aliquam
filię pro dote, non poterit hanc quantitatem dos diminuere,
cum semel facta fuerit declaratio voluntatis patris, quæ osten
ditur ex actu etiam nullo & inualido. l. qui patre. ff. de confir.
tuto. l. fin. vbi Bald. ff. de rebus eorum l. legatum. §. fin. ff. de
adimen. lega. Secunda infertur decisio, si pater in testamento
legauit filię quantitatem pro dote si postea reuocet testamen-
tum aliud faciendo, non tamen censebitur perempta quanti-
tas legata filiæ, cum declaratio semel facta non possit immu-
18 tari. † Non obstat, si diceretur, annullato testamento omnia
in eo contenta corruunt. l. si nemo infra de testa. totel. & l. si
nemo. ff. de regulis iuris. Quia respondeo, quod si in testa-
mento fiat aliquis actus, qui sui natura sit irreuocabilis, ille
non vitiatur vitiato testamento glo. est in l. hæredes palam. §.

fin. infra de testa. Cuius veritatem discussi in l. nemo potest.
19 in secunda char. ff. de leg. 1. Tertia infertur decisio, si pater de-
sponsando filiam per verba de futuro eidem dotem promise-
20 rit, & illa sponsalia effectum non fuerint sortita, nihilominus
eadem dos debebitur pro alio matrimonio. & pro hoc facit tex.
in l. 2. §. fi. ff. de priuileg. cre. vbi sponsa de futuro consequitur pri-
uilegia dotis, ac si matrimoniū fuisset contractum. & tenendo
istā conclusionem adducta in cōtrarium non obstant. Primo
enim fundamento respondeo, quod cum in illo tex. exprima-
tur ratio, quę procedit ēt in dote promissa vt dictū est. iste ca-
sus ibi comprehendit intensiue. & sic nō agit de aliqua exten-
sione facienda, prout superius fuit probatū. Secūdo fundamē
to rñdeo, qd dos promissa ēt dici pōt alienata, quia vr abesse il-
lud, pro quo quis est alteri obligatus l. si mādato Titii. vbi Bar.
ff. de nego. gest. Preterea dici pōt, qd illa verba alienata, expo-
nuntur, i. est destinata & declarata pro filia. qd patet. quia ille
tex. loquit, qñ dos est reuersa ad patrē ex pacto. quo casu res cē
set esse apud recuperantē ex prima cā, per ea quę tradit Bart.
in l. in diem. ff. de aqua plu. arcen. & in l. sequitur. §. idē Labeo.
ff. de vsuca. Tertio fundamento de l. quoties. ff. eodē respōdeo
qd nihil probat vt inquit Sali. in d. auth. sed quis, quia licet ibi
pr stipulando appropriet sibi soli actionē de dote, per hoc dos
nō minuitur, sed pr consequitur, vt solus ad dotē agere possit,
qui sine consensu filię nō potuisset l. 2. §. quod si in patris. &
ibi vidimus sup. eo. Vltimo fundamento rñdetur, quod immo
promissio dotis facta pro primo matrimonio comprehēdit ēt
fm d. auth. sed quamuis. & d. §. quia vero, & ex istis sit expedi-
20 ta hęc prima difficultas. † Capio secundam difficultatē, in qua
Io. And. in tit. qui fil. sint leg. in princ. col. 8. in addi. inci. quidā
Martinus, tenuit, qd dos diminui non pōt per patrem filię vi-
duę volēti ingredi religionem. dicens absurdū esse, quod dos
diminui non possit nubendo etiam vni rustico, & qd posset di
minui cum nubit Christo. & idē tenet Cy. in d. auth. sed quā-
uis Lud. Ro. in sing. 779. sequitur hanc opinionem, subdit ta-
men; quod ista ratio Ioan. And. parum vrget. & quare parum
vrgeat, non exprimit. Sal. in d. auth. sed quis. tenet contrarium
Eo quia dos ampla datur propter onera matrimonii & etiam
propter affinitates captandas, quę cessant in casu isto igit. &c.
Pręterea in secundo, multa seruitia est recepturus pater a fi-
lia, quę non potest exhibere ei filia facta monialis. & ista opin.
21 Salic. est probabilior. pro qua vltra eum moueor. † Nam filia
quę ingreditur religionem liberatur a patria potestate. glo. est
approbata in l. si ex causa §. si. ff. de minor. in gl. [illegible] Pa-
pinianus & sic pater amittit potestatem patriam, cuius preciū
est inęstimabile l. iusiurandum has §. secundū [illegible] ff. de le-
ga. 1. quam non amittit [illegible] contrahente matrimonium tēpo
rale. l. si vxorem. C. de [illegible] infer. Cum ergo in eo grauetur
in alio debet releuari, vt minorem dotem filię volenti ingre-
di religionē dare possit l. cum qui in prin. ff. de inreitran. Et si
22 diceres † tex. in §. quia vero [illegible] in filia etiam emācipata, ad
hoc respondeo, quod in [illegible] casu pater amittit potestatē patriā
ex facto suo. Alio vero [illegible] ex dispositione legis & contra
eius voluntatem, [illegible] casu non tantum patri indulge-
tur, quantum in secundo casu probatur ista solutio si. nam si
pater amittit potestatem patriam morte filii & sic absq; facto
suo, integrum vsumfructum retinet, quem habet in bonis ad-
uentitiis l. si. C. ad Tertul. gl. & Bar. in l. quicquid. C. de bo. ma-
ter. Sed quando [illegible] egreditur patriam potestatem ex facto
patris cum emancipatis, tunc amittit dimidiam partē vsuf-
fructus l. cum oportet. § cum autem. C. de bonis quę lib. Bart.
in auth. idem est. C. eo. [illegible] pręterea dispositio. §. quia vero. loqui
tur in filia volente transire ad secundas nuptias, & sic volente
cōtrahere matrimonium temporale, ergo ista necessitas im-
posita patri non debet extendi ad casum istū, de quo ibi nō fit
mentio, & pro hoc adduco notabile dictum Bal. in auth. nisi
rogati in 2. col. versi. quęro numquid monasteriū. C. ad Treb.
dicit enim ibi Bal. quod executores deputati ad distribuen-
dum certam quantitatem pecuniæ ad virgines maritandas, nō
possunt hanc quātitatem dare virg. ni intranti monasterium,
quia hoc non habent in mandatis. Non obstat ratio Ioann.
Andr. quia non est absurdum, quod minor dos detur mulieri
ingredienti monasterium, quam nubenti secundo viro. cum
mulier ingrediens monasterium nubat Deo. qui requirit solū
animum, non diuitias. c. idem est. 15. q. 1. c. si quid inuenisti. 14.
q. 5. Glo. in verbo, non tollicere. timore cuiusdam contrarii ex
pōnit verbum facultates idest bona. Capiendo dicta Barto. su-
24 per ista gl. † Aduertendum est circa secundam oppositionem
per eum formatam in quantum dicit, quod bona intelligunt
deducto ere alieno. & se remittit ad notata per eum in l. 3. ff. de
bon. poss. titu generali. Nam propter hoc Barto. in l. iusiuran-
di. §. si liberi. circa. fi. ff. de ope. liber decid. t pulchrā quęstionē
quam in voce retuli. Illa enim decisio non est vera, quia ver-
bum bona. prolatum a testatore idem importat quod heredi-
tas l. mulier. §. fina. cum l. seq. inf. ad Treb. & Bar. mēt. in d. l. 3.

prohibendo ergo filiam plus de bonis suis petere posse. cense
tur eam prohibuisse plus petere de hęreditate sua. & sic cense-
tur reliquisse animo compensandi cū dote materna l. 1. §. serē-
25 dum. C. de rei vxo. actio. Specu. † etiam in tit. de loca. §. nunc
aliqua. versi. 136. decidit aliud pulchrum casum, dicens, quod
si filius renunciet vel repudiet bona paterna, censetur etiam
renunciasse emphyteusi, quę bonorum appellatione contine-
tur l. rem in bonis. inf. de acquir. rerū domi. & sic hortani no-
tata per Bart. & doct. in l. item videndum. §. si. ff. de peti. hære.
Sed hęc decisio Specu. licet per aliquem non reprobetur quē
viderim, dubia est. Eo quia verbum, bona, expressum a contra-
hente intelligitur deducto ære alieno. l. subsignata bona. ff. de iure
do. Barto. in d. l. 3. sed emphyteusis acquisita pro se & filiis eis
debetur veluti ęs alienum. Bar. in d. §. si liberi. ergo non com-
26 prehenditur in dicta renunciatione. Non obstat. † d. l. rem in
bonis. quia id quod ibi dicitur, venit interpretatiue, non ex pro-
prietate verbi. vt patet ex verbo, intelliguntur. quæ interpre-
tatio non cadit in contractibus, in quibus attendi debet verbo-
rum proprietas l. veteribus. ff. de pac. l. Labeo. ff. de contrahen.
empt. Bar. in l. liberorum. col. 3. infr. de verbo. signi. facit dictū
Archi. in c. si quis suadente. 17. q. 4. dum vult, quod in contra-
ctibus sub genere masculino non comprehendatur fęmini-
num. Cum illud veniat ex quadam interpretatione. l. pronun
ciatio. in princi. ff. de verbo. signi. Capio tertiam opin. Barto. ex
27 cuius dictis elicias vnam conclusionem, † quod hodie per iu-
ra nouissima marito inchoante male vti substantia sua, mu-
lier ad dotem agere potest, & sic non expectatur tempus, quo
bona mariti non sufficiant creditoribus & dotis exactioni, &
sic per iura nouissima plenissime consultum est mulieri in do
tis exactione. Istam opi. Bar. sequitur hic Raph. Cuma. & dicit
Ioan. de Imo. hic in secunda col. & do. Alexand. in 6. illam esse
communem, & ab ea in practica non est recedendum, & qd
in ambiguis pro dote est pronunciandum l. in ambiguis. ff. de
regu. iur. c. fi. de re iudica. Et pro hac opinione vrget text. alle-
gatus per Bart. in §. illud. versi. nos autem. ibi, mulier sibimet
culpam inferat, cur mox viro inchoāte male vti substantia sua
non percepit, & auxiliata est sibi. Et si diceretur, qd ille tex. re-
fert se ad alias constitutiones, in quibus de hoc nihil exprimit,
& quæ non reperiuntur. Ad hoc respondeo, quod cum in il-
lo text. ponatur certa decisio, ille tex. disponit, licet non repe-
riant constitutiones, ad quas fit relatio. c. Abbate. §. Siluani. de
verbo. singn. l. pen. C. de instit. & substi. vbi Moder. ad hoc po-
nunt multas decisiones. Istam opin. Barto. reprobant hic Ioā.
de Imo. & Ludoui. Rom. colum. 7 qui dicit, qd hæc opi. Bart.
licet sit colorata, nihilominus recte cōsideranti non procedit
ex mente illorū iuriū. & sic voluit, quod per iura nouissima nihil
addatur iuribus anterioribus loquentibus de exactione. Ego
28 autem in ista difficultate pono tres conclusiones. † Prima sit
cōclusio. circa tempus exigendi dotem nihil additum est per
iura codicis, videlicet per l. vbi adhuc. & per l. in rebus. §. fi. C.
de iure dot. Secunda conclusio, per §. illud. similiter nihil est
additum remedio huius legis. Tertia conclusio, ēt de iure flo-
rū. viro incipiente male vti substantia sua, dos exigi poterat a
muliere. Prima cōclusio probatur sic. nam in dictis iuribus nō
est aliquod verbū, ex quo ostendi possit legislatorem velle ali-
quid addere iuribus antiquis circa tēpus exactionis dotis, sed
solū ibi disponitur circa actionem hypothecariam. quam vult
Imperator posse intentari contra possessores bonorū mariti.
quæ actio nō competebat de iure antiquo. l. vnic. §. & vt plenius
C. de rei vxo. actio. Suadetur illud, quia qñ Iustinianus in peta
tor aliquid de nouo statuit, vtitur longa prefatione, & illud
statuit verbis claris non obscuris, vt patet in § quia vero. & in
d. l. 10. §. illud. & in §. nullam. in authentica de hæreditatibus
quæ ab intestato deferuntur. collatio. 9. & in omnibus aliis
29 constitutionibus ab illo editis. † multum enim operatur con-
suetudo loquentis ad interpretandam eius dispositionē l. libe-
rorū. §. qd tamen Cassius. ff. de leg. 3. Ideo dicit Barto. in l. ali-
mēta. in prin. ff. de ali. & cib. leg. quod licet appellatione filii nepos
non cōtineatur. §. fi. insti. qui da. tuto. pos. l. qd si nepotes. ff. de
testa. tutel. attamē si sit nepos, quem auus filium solebat noīa
re, tunc appellatione filii per ipsum facta nepos continebit, &
hoc dictum sequitur Ro. in l. si vero. §. de viro. in 30. fallentia.
infra eo. & in cons. 478. incip. in casu præsentis consultationis.
in vlti. verbis Aug. Are. in §. fi. insti. qui dar. tuto. pos. Secunda
conclusio probatur sic, nam imperator in d. §. illud refert se
ad leges suas anteriores. & cum nullæ sint leges, quę loquan-
tur de ista materia, nisi l. in rebus. & l. vbi adhuc. dicendum est
qd de necessitate ad illas fiat relatio l. 3. ff. de lib. & posthu. & l.
pediculis. §. cū quęreretur. ff. de aur. & ar. leg. voluit ergo Im-
perator in d. §. illud. interpretari illa verba, ad inopiam dedu-
ctus sit. de quibus in d. l. vbi adhuc. & ista verba, minus idone-
is, quę ponuntur in l. in rebus. Tunc sic, is qui declarat, nihil
adiicit, nec de nouo statuit, sed qd statutū erat, detegit l. adeo.
§. cum quis inf. de acquiren. re. domi. & l. heredes palā. §. sed
si notan.

si notan.ff.de test.ex prędictis ergo infertur,quod ēt de iure co
dicis viro male inchoante vti substātia sua, mulier poterat age
re ad dotis exactionem. Tertia conclusio probatur authorita-
te,eam.n.tenuit gl.in d.§.illud in 2.solutione, quæ dicit istā le-
gem fore intelligendam śm §.illud, & istam opinionem sequi
tur Dy. & refert hic Bart. & dicit Ioan.de Imo.hic in 2.col.qđ
ista opinio de iure verior est. Ista conclusio probatur sic vltra
scribentes,nam qua ratione imperator in d.§.illud interpreta-
tur illa verba,ad inopiam deductus sit, & illa verba,parum ido
neis, idest viro inchoante male vti substantia sua eadem ratio-
ne sic debēt interpretari verba huius legis. Et ratio est, quia ex
quo maritus incipit male vti substantia sua, ex hoc possumus
coniecturari ipsum male administraturum,& sic illum peruē-
30 turum ad inopiam. † ex præsenti enim iudicamus in futurum
l.non omnes §.a barbaris inf.de re milit. Bal.in l.3.C.si vendit.
pign.agatur.vbi dicit, quod si probatū fuerit aliquem non esse
soluendo de presenti, effectus huius probationis durat etiam
in futurum,& sic pro tpe futuro pręsumitur non soluendo.Se
cundo probatur ista cōclusio,nam ex quo maritus incipit ma-
le vti substantia sua,ex hoc detegitur,quod non est idoneus ad
ministrator rerum suarum l.si is qui §.fi.inf.de tuto.admin.er-
go multominus censebitur idoneus administrator bonorū do
talium vxoris c.indecorum de ęta. & qualitā.l.fi.C. de legi. tu-
toribus. Tertio probatur hæc conclusio in l.si marito.in princ.
inf.eod.vbi publicata parte bonorum mariti, mulier contra fi-
scum agere potest ad dotem, non expectato φ matrimonium
dissoluatur,illud non est ex alia ratione, nisi quia maritus inci-
pit male vti substantia sua, igitur &c. Nam si expectandum es-
set tēpus,quo maritus vergeret ad inopiam, interim fiscus nō
posset conueniri l. Statius Florus §. Cornelio Felici. ff.de iure
31 fisci. † Sed huic conclusioni aliqua videntur obstare. Et primo
tex.hic, vbi consideratur inopia ad dandum actionem de dote
constante matrimonio. Illa ergo non existente, cessabit actio.
l.sed si hac.§.pretor ait ff. de in ius vocan. Facit doctrina Ioan.
An.in c.1.de homic. in 6.in Nouell. Secūdo obstat idem tex.
in verbo,exinde.quod denotat tēpus,& sic ante tēpus quo ma-
ritus ad inopiam deductus sit nō competit actio. quia permis-
sum ad tempus certū & limitatum ante illud vel post cēsetur
prohibitum l.statu lib.§.fi.de leg.2.l.epist.§.fi.ff.de pac. Tertio
obstat tex.in verbo, euidentissime quod requirit veram & pro
priam probationem inopię iuxta gl. reputatam sing. in l.fin.in
prin.ff.quod met. causa in verbo,pręsumptioni, ideo verifica-
ri non pōt in probatione pręsumptiua paupertatis,quia proba
tio quæ fit per præsumptionē, non est vera nec propria proba-
tio.l.1.ff.si tabu.testa.extab.notant Lud. Rom.& Alex.in l.1.C.
de testa.milit. Vltimo obstat tex. in l.seruum dotalē ff de ma-
num. vbi marito qui non est soluendo constante matr.dos de-
beri intelligitur, a ɔ̄rio ergo sensu constante matri.dos non de
betur si maritus sit soluendo, licet incipiat male vti substantia
go & econtra cessante commodo, cessare debet onus. Tertio
adducit, quia si filius nō cōsequatur dotē, quæ fuit ei promis-
sa per mulierē, ipsam expellere pōt l. fin. C. ad Velleia. & dictū
fuit superius. si ergo propter dotem nō habitam maritus non
tenetur præstare alimenta vxori, quinimo illam potest expelle
re, ex quo dos promissa non fuit ei soluta contra voluntatem
suam, sic dicendum est in socero cui non fuit soluta dos, qa nō
est promissa, qđ contingit contra voluntatem suam. Eadem
enim ratio est in vtroq; casu ergo idē ius statui debet, iuribus
vulgaribus. hæc sunt quæ in effectu adducit præfatus doctor in
161 dicto consilio. Ista conclusio videtur esse dubia. † & contrariū
puto verius in terminis in quibus posita fuit quæstio. Moueor
per tex. & ibi gloss. in d. l. si quis a liberis. §. non tantum. vbi di-
cit tex. ꝙ pater tenetur non tantum ad præstanda alimenta filijs,
sed ēt ad cætera onera debita tenetur, & inter cætera onera est
onus alendi vxorē filij. & ibi nō gl. nec ibi distinguitur, an vxor
filij sit dotata vel ne. simpliciter ergo & indistincte debet in-
telligi. qđ maxime suadetur, quia [illegible] vniformiter determinat
vxorem & liberos filij. sicut ergo [illegible] alimenta sunt [illegible],
etiā si eorū mater sit indotata, sic & nurui erunt præstāda, per
regulā quæ traditur in l. [illegible] ff. de vulg. & pupil. & in
l. quāuis. C. de impub. & alijs substi. Soc. in d. consi. conatur re-
spondere, ꝙ gloss. in d. §. non tantum. est intelligenda quando
vxor filij erat dotata, prout loquitur tex. quē ipse adducit in l.
si filia. §. 1. ff. fami. hercis. Dictum enim gl. & dicit intelligi de-
bet, fm tex. quē allegat Bar. in l. nō solum. § liberationis verbo.
ff. de lib. leg. defendendo [illegible] respōdeo dictæ ob-
iecti [illegible] probat cōtra eum hoc modo
inducēdo, nā dicit tex. [illegible] & nurus agnoscere necesse
habet. & sic vniformiter determinat [illegible] & nurum. sed filiū
non cogitur pater alere propter dotē vxoris, ergo nec nurū, vt
æqualis sit determinatio. d. l. quāuis. C. de impube. Secundo pro-
batur hæc conclusio. Nā ex eo quod filius duxerit vxorē indo-
tatā a patre nō potest exhæredari, & per cōsequens nec alimē-
ta possunt denegari, per ea quæ præmissa sunt & ꝙ filius non
possit exheredari, tenet Abb. in c. [illegible] de desponsa impuber & in
consi. 12. quod incipit clare materia thematis liqueat. Moder.
Papien. in auth. sed si post. C. de inoffic. testa. facit glo. in c. hoc
[illegible] 30. q. 2. quæ vult, ꝙ pater cogitur filiam dotare, quæ
nupsit sine eius consensu. sicut ergo filio alimenta non pos-
sunt denegari, sic nec eius vxori, quia vnū corpus & vna caro
censentur [illegible] quæstione 2. [illegible] qui li-
[illegible] alimenta pro se, censetur etiā stipulatus pro vxo-
re. & tamen in stipulatione non subintelligitur persona extra-
nea l. ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbo. obliga. facit
tex. in l. [illegible] ff. de penden. & in l. non alias. ff. de vsu.
& hab. Comprobatur hoc argumen. vir & vxor sunt socij di-
uinę humanęq; domus l. aduersus C. de crim. expila hæred. l.
1 & 2. ff. rer. [illegible] beneficium ergo concessum marito in ali
mentis consequendis competet & vxori. per ea quæ vult Bar.
in l. is qui duos ff. de libe lega. & gl. in l. fina. C. de muñ e. & ho-
no. libro. [illegible] quæ vult, quod si vni ex socijs detur immunitas ab
162 oneribus, illa competet & socio. † Tertio probatur. Nam vxor
maritum inopem tenetur alere ex bonis suis paraphernis. Ita
firmat Barto. Ang. & d. Alexan. per illum text. in l. si cum do-
tem. § si autem in feudissimo. ff. sol. matr. Bal. in l. qđ in vxorē.
C. de neg. gest. & Bar in tra. de ali. & per cōsequens patrē mari
ti cogetur alere, prout dicimus in liberto, qui tenetur præstare
alimenta nedum patrono, sed etiā patri & matri eius l. si quis
a liberis. §. fi. ff. de libe. agno. qđ non procedit alia ratione, nisi
quia & patri ipsius patroni debetur reuerentia l. 4. §. prætor. ait
iuncta. l. generaliter. ff. de in ius voc. sed nurus reuerentiam so
cero præstare debet, quia loco parentis habetur l. rei iudicatæ.
§. fi. & l. quia parentis. ff. sol. matri. Hinc est ꝙ non potest con-
ueniri a nuru pro dote, nisi inquantū facere pōt l. rei iudicatę.
§. si ff. sol. mat. ꝙ nil aliud significat, nisi ꝙ socero debeat rema
nere tantum, vt possit viuere. & vt nō egeat l. in cōdēnatione.
ff. de reg. iur. sicut ergo nurus socerū inopem cogitur alere, vt
probatum est, sic ecōtra socer nurum inopem cogetur alimē-
tare. Probatur & quarto. Nam si socer dotē filio restituit seor-
sum ab ipso habitare volenti, liberatur l. sane. vbi Barto. ff. sol.
mat. Et tamen si dos amitteretur, socer adhuc teneretur ale-
re nurū filio non volente ipsam alere. prout vult Bal. in cons.
119. Quod cōprobatur, quia si pater filio legitimam assigna-
uerit & illam consumpserit pater non pōt ei denegare alimē-
ta. secundum Bal. in l. 2. § 1. ff. sol. matr. & in auth. si captiui. C.
de epis. & cle. Alex. in l. si cū dotē. §. 1 ff sol. mat. per tex. in l. li-
bertus operarū. ff. de ope. lib. fm vnū intellectum. sicut ergo in
hoc casu in quo nurus ex postfacto reperitur indotata, alenda
est a socero, sic ēt ali debet in casu in quo mulier ab initio est
indotata. Est. n. eadē ratio in vtroq; casu, ergo idē ius. Quinto
faciūt no. per Bar. in l. si cū dotē. §. transgrediamur. ff. sol. matr.
Postremo eadem cōclusio probatur: Nam si filius accepisset
vxorē habita ab ea dote, quæ nō sit sufficiēs ad alimēta ei præ-
standa, hoc nō obstante ali deberet, nec habetur respectus ad
ꝗtitatē reddituum dotis l. ꝙ si nulla. ff. de relig. & sump. fune.
Bar. in d. l. qđ in vxorē. Bal. & d. Alex. in d. §. si autem in feudis-
simo. sicut ergo hoc casu filius præiudicat patri in parte, cū ha
buerit dotem non sufficientē oneribus matrimonij, sic in to-
tum potest ei præiudicare, qa totius & partis idem est iudiciū.
l. quæ de tota. ff. de rei ven. & l. qui scit in prin. ff. de vsur. cōpro
bo, quia Barto. in d. l. qđ in vxorem. æquiparat istos duos, vide-
licet, ꝙ mulier sit indotata, vel eius dos non sufficiat ad alimē-
ta. Non obstant adducta in contrarium. primę obiectioni re-
spondetur. qđ filius nō fuit in culpa accipiendo vxorem indo-
tatam, quæ alias erat pudica & honesta, quia potius cōsideran-
tur boni mores quam diuitiæ l. scire oportet. §. cum reliquis.
ff. de tut. & cur. datis ab his l. si quis stipulatus sit Stichum. in fi.
ff. de verborum obligationi. gloss. in l. nec ei. §. finali. ff. de ado-
ptio. & maxime hoc procedit, si filius amabat dictam mulierē
quia vt inquit tex. in d. § illud in ver. nouimus. in authent. qui.
mo. na. effic. leg. colla. 6. nihil est furore amoris vehementius.
quam cohibere philosophiæ est perfectæ. Præterea esto ꝙ fue
rit in culpa, illa tamē est huiusmodi, vt ex ea possint filio alimē
ta denegari. Ergo & per consequens nec vxori, cum sint vna
caro & vnum corpus, vt dictum est superius. Secundo argum.
respondetur, qđ onus alendi nurum spectat ad socerum non
propter dotē, quia illud onus incumbit ei, etiam si mulier sit
indotata d. l. si filia. §. 1. quem superius induxi. Vlti. ar. respon-
detur, quod non est par ratio in marito, cui non soluitur dos
promissa, & in socero cui non præstatur dos, quia non fuit dos
promissa. Primo enim casu filius contraxit matrimoniū hoc
intuitu, vt alat vxorem ex fructibus dotis. si ergo nō adimplea
tur quod ei promissum est, vxorem potest expellere. Sed alio
casu in quo accepit vxorem indotatam, illam cogitur alere, &
cum non possit subire hoc onus propter inopiam, illud trans-
fertur in socerū, a quo filius & vxor sunt alendi in casu in quo
filius non habet vnde se alat, & non alio modo. l. si quis a libe-
ris. §. idem rescripsit. & ibi glo. in verbo, vt operis ff. de lib. agn.
& glo. in verbo, opifices. in l. si quis argentum. C. de donatio. Et
ex istis sit expedita illa difficultas.

REPETITIO

Odonelli Marcandilli Iureconsulti Astensis Super l. Si constante ff. solut. matr.

SVMMARIVM.

1 *Tempus inopię inspicitur vt viro dotis regimen auferatur.*
2 *[illegible] actio non consistit, nec ius persequendi conceditur.*
3 *Cui quod plus est permittitur, non debet quod minus est denegari.*
4 *Maritus in rebus dotalibus dolum & culpam præstare tenetur.*
5 *Plus requirit res dotalis, quam quæ non dotalis est.*
6 *Ob malum regimen mariti dotis fit sequestratio.*
7 *Quę superflua sunt, lex non tolerat, neque inducit.*
8 *In bonæ fidei iudicijs ante diem solutionis ex caussa cautio extorqueri pōt.*
9 *Fragilitati cautionis nobis expedit ne subijciantur.*
10 *Præstat pignori incumbere, quam in personam agere.*
11 *Potest modicum vxor viro credere, cui corpus committere consisa est.*

Quod

12 *Quod lex in omnibus de iudicijs, pro dote locum habere non possit. contra communem.*
13 *Nemo inuitus agere compellitur.*
14 *Mulieri non potest sua pactione dotis conditionem deteriorare.*
15 *Declaratur quod vulgo dici solet, taciti, & expressi eandē esse conditionē.*
16 *Oeconomus res, quas regit iactare non potest.*
17 *Prelatus res ecclesiæ alienare non potest.*
18 *Res ecclesiæ non nisi longissimo tempore præscribuntur.*
19 *Nemo debet ex bono opere lapidari.*
20 *Quando aufertur vni administratio, eius læditur existimatio.*
21 *Melius est occurrere in tempore, quam post vulneratam causam remediū quærere, vel sic, principio præstat quam fini adhibere medellam.*
22 *Inanis est actio, quam excludit debitoris inopia.*
23 *Præstat iura iuribus conciliare, quam correctionem inducere.*
24 *Argumentum sumitur ab eo quod frequenter contigit.*
In rebus nouis.
In rebus nouis inducendis euidens vtilitas esse debet.
25 *Legem nostram si constante non esse correctam.*
26 *Priores leges secundum posteriores declarari non inconuenit.*
27 *Quemadmodum probetur huius legis dispositioni locum fore.*
28 *Bartolus in prima quæstione cum cæteris conciliatur.*
29 *Probationes debent de necessitate concludere.*
30 *Plus minusue quempiam habere iudicis moderationi committitur.*
31 *Quomodo fiat excussio aduersus principaliter obligatos.*
32 *Neque veritati neque iustis probationibus officere, quod quis plus quam habeat, se habere profiteatur.*
33 *Testatori etiam ad hæredis commodum non creditur nisi iurauerit.*
34 *Mulier a quocunque constante matrimonio dotem repetat, illius traditionem vnifor. probare tenetur inopiam autem non sic.*
35 *Sed quando contra virum ob inopiam agit, sola vulgi assertio sufficit.*
36 *Quod si contra tertios possessores probationes debent esse plenissimę.*
37 *Rem euidentissime constare notoriam esse postulat.*
38 *Verba iuxta subiectam materiam regulantur.*
39 *Negatiua loco & tempore non coarctata probari non potest.*
40 *Vox præconis paucis innotescit.*
41 *Notorium quid sit, cum multis diuisionibus & declarationibus vsque ad numerum 46.*
47 *Paupertas seu inopia quomodo probentur.*
48 *Pauper ille dicitur, qui quod lex statuit non possidet.*
Quæ dicuntur causæ magnæ vel paruæ iudicis arbitrio relinquitur.
De comite Io. Iac. Bertodano. ibid.
50 *Quædam proponuntur, quæ paupertatis argumentum sunt maximum vsq; ad nume. 54.*
55 *Quemadmodum quempiam re sua abuti cœpisse probetur.*
56 *An si in mercatura vir iacturam patiatur, adeo vt amplius soluendo nō sit, legi nostræ locum faciat.*
57 *Quæ bono sunt inchoata principio, licet infelici peragantur exitu, operantem lædere non solent, vel sic sufficit negotium fuisse vtiliter cœptum licet diuersum sortiatur effectum.*
58 *An ob viri exilium legi nostræ locus sit.*
59 *Noua determinatio quæstionis, an exul, & deportatus æquiparentur.*
60 *Peregrinari, ad paupertatem iter existit.*
61 *Mulier fortunam viri sequitur.*
62 *Optime declaratur lex si marito sol. mat.*
63 *Mulier inopi nubens, legis ne huius beneficio careat.*
64 *Qui cum alio contrahit illius mores etiam quo ad personæ potentiam approbare videtur.*
65 *Scienter contrahens cum inope illum amplius suspectum habere nequit.*
66 *Valet omne pactum, per quod dos ad propriam naturam reducitur, quamobrem prælatus, res ecclesiæ, vt id fiat recte minuit cum nu. 6. 7.*
68 *Frustra conditio expectatur, cuius euentus nihil operatur.*
69 *Mulieres genere auarissimas.*
70 *Matrimonio, filia, patriam potestatem non fugit. & nu. 116.*
71 *Mulier dotis æstimatę periculum suscipere non prohibetur.*
72 *In legitima filios grauari non posse, & quando secus.*
73 *Qui nunc est inops retro pauper fuisse præsumitur.*
74 *Paria sunt scire vel scire debere.*
75 *Qui cum alio contrahit, præsumitur esse certus conditionis illius.*
76 *Socer, dotem nurus, recte recipit.*
77 *An dispositio legis nostræ, quæ de viro loquitur ad alias personas extendi valeat.*
78 *Exceptio in vno, in cæteris omnibus regulam confirmat.*
79 *Casus omissus iuris dispositioni relinquitur.*
80 *Argumentum recipitur, quod a re ad tempus sumitur.*
81 *Dotis causa pia est, & nu.*
82 *Fauore piæ causę, omnis extensio tolleratur.*
83 *In limitatorijs licita est extensio ex identitate rationis.*
84 *Etiam ob alias causas filios exhæredari posse, quam quæ in auth. ut cum de app. cogno. exprimuntur.*
85 *Lex correctoria ad pares causas, rationis paritate non extenditur.*
86 *Lex declaratoria rationis identitate propagatur.*
88 *Extensio quotuplex.*
89 *Quæuis etiam odiosissima dispositio legis extensionem non renuit. Et quæ sit ratio. Et nu. seq.*

91 *Quando fauor publicus in aliqua dispositione concluditur, illa fauorabilis iudicatur.*
92 *In habentibus diuersas rationes idem ius non residet.*
93 *In odiosis hominis extensio non recipitur.*
94 *Pulchra conclusio, aduersus omnes docto. quæ illorum met dictis comprobatur.*
95 *Propter fauorem publicum omne priuatum odium postponitur.*
96 *Post multos, verus ad a. de vico l. si vero sol. mat. intellectus assignatur.*
97 *Altero ex obligatis, pro dote ad inopiam deducto, an dotis repetitio constante matrimonio propterea concedatur.*
98 *In duobus pluribusue reis, vnius facto, alterius ius corrumpitur.*
99 *Ob alterius correi inopiam, alter diuisionis beneficio spoliatur.*
100 *Vt obligationis conditio impleatur, mors hic, & inopia æquiparantur.*
101 *In obligationibus indiuiduis vnius facto cæteri tenentur.*
102 *Vires correi vnius, alteri aggregantur vt soluendo dicatur.*
103 *Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.*
104 *Ex post facto inter correos obligationis imparitas toleratur.*
105 *Duo pluresve rei ad inuicem fideiussores appellantur.*
106 *In testibus diuitię vnius, alterius paupertatem diluunt.*
107 *Ibi dos esse debet vbi onera matrimonij sunt.*
108 *Nihil iustius quam generationis & disciplinæ authores mutuis beneficijs demereri.*
109 *Ius singulare facilius quam commune tollitur.*
110 *Authoris pulchra explicatio quæstionis factę supra nu. 79.*
111 *An possint duo pluresue rei eiusdem dotis constitui.*
112 *Quod vna via prohibetur, id alia admitti non debet.*
113 *An maritus inops, ab huiusmodi repetitione, oblatis fideiussoribus liberetur. Et ibi aduersus omnes doc. Bar. sustinetur.*
114 *An filiæ de dote hoc casu agenti, paterni consensus deficientis, obstet exceptio.*
115 *Patriæ potestati subditus, sine paterno consensu regulariter non agit.*
116 *Ad pias causas, patris consensus non exigitur.*
117 *Quæ magna, paruaue dos esse dicatur.*
118 *An si patrem abesse contigerit soli filię actio accommodetur.*
120 *Si filia agere detrectet, an id patri soli liceat facere.*
121 *Ob generi inopiam, & filiæ in agendo negligentiam, solus pater agere potest.*
122 *cum 24. Si dos ob filiæ culpam amittitur, illam rursus dotare nō tenemur.*
123 *Paternum officium est dotare filiam.*
125 *Actio dotis numero, vna, quæ patri, & filiæ communis est.*
126 *Dotem sine consensu filiæ repetere non possumus.*
127 *Ad propria commoda dissensus pro consensu habetur.*
128 *Paria sunt non contradicere & contradicendi causam non habere.*
129 *Dos ob inopiam repetita ad socerum peruenire non debet.*
130 *Per repetitionem dotis, constante matrimonio, a patre factam, consolidationis ius filiæ non tollitur. secus si sol. mat. & nu. seq.*
132 *An mulier in vnum casum de dote pacta. Cæteris similibus renuntiasse videatur.*
133 *Hominis prouisio, legis prouisionem excludit. & nu. 138.*
134 *Pater in mortis casum dotem stipulatus casui inopiæ renuntiasse videtur.*
135 *Quod tacita elargitio in absentem collata illi acquiratur.*
136 *Quod pater filiæ absenti pro dote recte pacificatur.*
137 *Declaratur quomodo pactum a simplici renuntiatione differat. Aliter quā doc. tradant. in l. 3. C. de pac.*
139 *An extraneus dotem stipulatus, in omnes alios casus huic nostro renūtiasse videatur. Vbi multa contra omnes doc.*
140 *An extraneus dotem, sibi in omnem euentum eius restituendæ, reddi stipulatus inopiæ causam complecti videatur.*
141 *An viro contra extraneum inopem actio huiusmodi concedatur.*
142 *Lex actionem mutuat ei, cuius sua dispositionis interest.*
143 *An remedio legis nostræ filij hæredes matris vti valeant.*
144 *Quamuis pater bona aduentitia, filiorum alienet, eo tamen viuēte illis omne iuris auxilium denegatur.*
145 *Filijs quorum res mobiles, item in genere suo functionem recipientes pater dissipat, alienatue, iudicis officio succurritur.*
146 *An matre excommunicata, sui filij, nostra actione potiantur.*
147 *Quot actiones pro dotis repetitione concedantur. Vltra omnes doc. author declarat.*
148 *Duo contraria ab eodem subiecto repelluntur.*
149 *Legatorum dominium sine traditione nanciscimur.*
150 *Rerum dotalium dominium ad vxorem sine traditione reuertitur.*
151 *An mulier antequā dotis actione experiatur, aduersus tertios possessores, excussionem fecisse debeat.*
152 *Inutiles circuitus lex non tolerat, sed abhorret.*
153 *Vbi de bono & æquo proceditur iuris apices contemnuntur.*
154 *Excussio est de apicibus iuris.*
155 *Excussio in dotis actione prout & in alijs est necessaria, & quo modo fiat.*

SI constante Matrimonio pp inopiam mariti mulier agere volet, Vnde exactionem dotis initium accipere ponemus, Et constat exinde dotis exactionem competere, ex quo euidentissime apparuit. mariti fa-
1 cultates ad dotis exactionem nō sufficere Hoc dicit, † Tempus

pus inopię inspicit. vt viro dotis regimen auferatur. Quod pri-
mo noto. Sed huic notabili plura obstare videntur &c. Primo
quoniam receptum est, cõstante matrimonio dotis, actionẽ nõ
cõsistere l. 2. de dot. prælegata. vbi legatum proprie dotis mulie
ri a socero factũ. si vt ius actionis, constante matrimonio exer-
ceret, nullius est momenti, rõnem textus reddit, quia nupta est
l. 1. C. de repudijs. vbi tex. ad literam dicit, constante matrimo-
nio exactionem dotis ipso iure mulieri non competere. Com-
munis opinio est secũdum Ias. hic & Bar. ac Alex. in §. 1. huius
2 legis. & per eundẽ Ias. in l. iurisgentium. §. quinto de pac. † Sed
vbi actio non consistit, nec ius persequendi conceditur. l. si pu-
pilli. §. videamus de nego gest. l. si pupillus de verbo. ob. cum
similibus. ergo viro dotis regimen auferri non poterit. huic
obiecto glo. Bart. Paul. Alex. & communiter alij respondent,
quod quamuis non nisi soluto matrimonio dotis exactio nata
sit. l. 2. supra hoc eo. tit. & ibi not. Tamẽ ob viri inopiam, id sin-
gulari iure toleratur. Et est ratio quod cum lex, multis priuile-
gijs causam dotalem cõdonauerit, ea inania redderẽtur si do-
tis conseruatio negligatur. Secundo, Quoniam posito, quod
actio iure singulari nata sit, tamen eius repetitio non concedi-
tur. cum medio sequestrationis lex vtatur. l. si cum dotem. §. si
vero dotem, supra eo. tit. inquit tex. si vero dotem ita cum dis-
sipare manifestum est vt hominem non frugi, oportet dotem
tunc sequestrari, quatenus ex ea mulier competens habeat so-
latium, vna cum sua familia, pactis videlicet dotalibus, quæ in-
ter eos ab initio nuptiarum inita fuerunt in suo statu duranti-
bus, & alterius expectantibus sanitatem aut mortis euentum.
Tres afferuntur per doc. huic obiecto solutiones, de quibus in
quarta Bar. oppositione fit mẽtio. Prima solutio est. quod mu-
lier vtroque medio possit vti scilicet aut sequestrationis aut
3 huiusmodi repetitionis, quoniam † cui quod plus est permit-
titur non debet quod minus est denegari. c. cui licet de reg. iur.
in 6. hanc solutionem Bar. non recepit & bene quoniam (qua-
muis hoc ipse non dicat) opposito formatur contra istam di-
spositionem, vt quod concedi non debuerit inferamus, quę ta-
li solutione non diluitur. Secunda solutio est eiusdem Bar. qui
distinctione fugit scolium, & inquit, quod si maritus res pro-
prias perdat, sibi lex nostra locum vendicet. quod si res dotales
procedat contraria. Arg. l. etiam filios. §. licet supra. eo vbi ma-
4 ritus in rebus dotalibus dolum & culpam præstare tenetur, in
proprijs autem dolum dumtaxat, adeo vt si dolo vel culpa eius
factum sit, ne res dotales integre existant, solide actioni subia-
ceat, quod si vt soluendo non esset, modo ab eo dolus absit, nõ
in solidum condemnatur, sed in quantum facere potest, iuxta
quietam. l. sunt qui, de re iud. & l. in condemnatione de reg. iur.
hanc solutionem tametsi Alex. Bal. & multi comprobent, Co-
mensis tamẽ quem Ias. hic sequitur confutare conatur, & pro-
5 pria Bart. tela vertit in oppositum, si (inquit) † plus requirat res
dotalis, quam quæ non dotalis est. §. licet supra allegato & l. vi-
deamus secunda in prin. & §. si actionẽ de vsur. cum vulga. Er-
go illi multo magis, hæc actio conceditur. Tertia solutio est
eiusdem Bar. quod in l. si cum dotem repetitio denegetur quia
coniunx fureret. §. si autem in leuissimo. sed vt vtrique consul-
tatur scilicet viro & mulieri, dos sub sequestro reponitur. ista
solutio nihil valet, quia vt etiam Ias. sensit, ibi actio nõ denega-
tur quoniam vxor fureret, quãdoquidem palam, constet quod
sicut ministerio curatorum, illi casui prouidetur, & alijs simili-
bus dicto. §. si autem in leuissimo. ita huic prouisum foret eo-
dem ministerio. Quapropter requiritur quarta solutio, de qua
etiam sensit Ias. hic nume. 110. scilicet quod in l. si cum dotem
quamuis maritus, non vt vir frugi se haberet, nihilominus
6 nondum tantum consumpserat, vt soluẽdo non existeret, † id-
circo cum malum eius regimẽ, circa res dotales esset, fit seque-
stratio, ista est vera solutio, quæ illius legis verbis conuenit. nec
ab alijs multum discrepat quoniam in hoc conuenit cum pri-
ma, quod si vir non sit soluendo, mulier potest quandoque,
vtroque medio experiri, cum secunda conuenit, quod in re do-
tali vir abuteretur, & ideo licet vir soluendo esset, sequestrum
tamen conceditur, quod si in re propria vir qui adhuc soluen-
do sit, abusus contingisset, sibi id non licuisset, quare liquido
monstratur, quod plus habet res dotalis est, vt Comẽsis voluit.
7 Tertio obstare videtur, quoniam † Quæ superflua sunt lex nõ
tolerat neque inducit. l. si quando de leg. 1. l. hæc stipulatio. §.
diuus, vt lega. no. caue. & l. quis bis idem de verb. obliga. cum
vulg. verum, quod dotis regimine vir priuetur, superfluere vi-
deretur, cum iam mulieris indemnitati prouisum foret, per. l. in
8 omnibus de iudi. vbi † in omnibus bonefidei iudicijs, quale est
quod de dote dicitur antequam dies solutionis venerit, potest
ex causa postulari cautio. ergo lex non tolerat. Nec quispiam
inficiatur, hanc indispositionem induci vt dotis causa in tuto-
sit, vt latius infra ostẽdam. Ad obiectum duplex fertur respon-
sio, vt in quinta Bartoli oppositione describitur. Prima est se-
cundum Cyn. qui dicebat, vt superfluitatis vitium res euadat,
sufficit aliquam vtilitatem ostendi ex ea nasci, quod fit in pro
9 posito, † fragilitati namque cautionis sæpe expedit ne subij-
ciamur. l. cogi. §. si pater ad Treb. Et conducibilius est rem ha-
bere quam actione in. l. plus cautionis de reg. iur. quandoquidẽ
10 † prestet pignori incumbere quam in personam agere. §. furti
autẽ init. de obli. quæ ex delic. nasc. vnde cum lex in omnibus,
sit sola satisdatione contenta, nostra autem rem ipsam conse-
qui nos faucat, vtilem, non autem superfluam esse constat. Ista
solutio duo in effectu presupponit. quæ difficultatẽ patiuntur
primum, quod huiusmodi dispositio non necessaria sed vtilis
tantũ extiterit. Aliud, qđ lex in omnibus de iudi. in nostro pro-
posito locum habeat, quo ad primum non arbitror procedere
quoniam lex virum non priuaret dotis dominio, eam ob solã
differentiam, quæ est inter cautionem, & rei consequutionem
11 quia † potest modicum vxor illi credere, cui totum corpus cõ-
mittere confisa est c. per vestras de don. int. vir & vxor. l. hac le-
ge. C. de pac. conuen. Quo ad secundum, aut Cyn. de simplici
cautione intellexit, quæ sola expromissione præstatur, qđ cre-
dẽdum non est, & tunc primum confunditur, eo quod per ta-
lem cautionẽ nihil induceretur, quo mulieri cautum sit l. qui
bis idem de verb. sicque nostra lex necessaria foret, ne contin-
gat dotem perdi, aut de cautione cum satisdatione loquitur, vt
ita necessario lex in omnibus requirit, vt aliquid operetur. l.
sancimus. C. de verbo. & re. sign. l. si creditores de priuil. credi.
& tunc fideiussores dotium dari posse præsupponit, quod est
contra titulum & duas eius leges. C. ne fideiuss. dot. dẽtur. Ad
12 quod Bar. aduertit. Quare secunda est responsio Barto. † quod
lex in omnibus de iud. inter coniuges pro dote, locum habe-
re non possit, cum requirat satisdationem, quam inter eos lex
detestatur. dicto titulo. C. ne fideiuss. dot. dentur. vnde patet nõ
solum non superfluã fuisse hanc legem, sed necessariam. Solu-
tionem hanc, dum præsupponit hoc casu, non posse fideiusso-
res dotium dari, ab omnibus refutatam video, vt per Alex. hic
in 6. col. versic. extra glo. & Ias. 3. col. per eundem Bar. in §. quo-
ties inf. ea lege, &c. per vestras de don. inter. vir. & vx. vbi dicitur
quod cum quidã, cui dos vxoris nondum soluta foret, ad ino-
piam verget, dotem sibi solui postulabat, cui quod inops esset
obijciebatur a debitore, verum inopia non obstante, pontifex
dotem solui iussit. media cautione quam vir præstare poterit,
quare per illum tex. Bar. & communiter alij, in dicto. §. quoties
restringebant titulum ne fid. dot. dent. in hunc modum argu-
mentantes, si dotem consequatur inops & satisdationem præ-
stat, ergo solutam fortius retinet. arg. c. ad apostolicam de regu
lari. & l. patre furioso. de his qui sunt sui vel alie. iur. Ego autẽ
solus sequor solutionem Bar. & partes eius tueor, cum sit vera
solutio, contra quoscunque doctores & pro qua permitto qđ
adeo generalis est illa prohibitio ne fideiussores dotium dẽtur,
quod cum quidam illam restringere conarentur, ad casus qui-
bus ab inuitis & cõplusis fideiussio extorqueretur, quia in illis
procederet titulus ne fid. dot. non autem in sponte offerẽtibus
(quæ limitatio & restrictio nostris forte aduersarijs prima fron-
te suffragari videretur,) Tamẽ ab omnibus fuit iure merito re-
probata. Vt Alexã. fuisse tradit in dicto. §. quoties, tertia limita-
tione. Item suppono quod vt lex in omnibus locum habeat, de-
bitorẽ etiam inuitum satisdare compelli posse necesse est. Alias
numquam suum effectum produceret. Quibus suppositis &
præmissis quæ vera sunt, pro antecedenti sumptis, sequitur qđ
Bar. responsio vera est. Nam cum communiter doct. etiam vo-
lentem virum satisdare, iure non posse credunt, tanto magis in-
uitum non posse cogi credere dicuntur & concesso q vir volẽs
satisdare non prohibeatur, vt vitaret remedium istius legis, (cu-
ius contrarium etiam contra omnes infra in 10. q. primæ par.
ostendam) Adhuc vera est Bar. solutio, qui credidit dictam le-
gem in omnibus, sibi in proposito locum non facere, quando-
quidem vt præmisi, virum, seu quemlibet debitorem inuitum
posse satisdare compelli postulet, quod omnium scribentium
calculo reprobatur. tam in dicto tit. quam in dicto. §. quoties.
Non obstat dictum. ca. per vestras, quoniam superfluis aliorum
documentis (pro solutione allatis) omissis, pro nunc, quia eius
intellectum refero in dicta decima quæst. dico quod loquitur
in sponte cauente, in quo non militat dicta lex in omnibus, cũ
enim in eo dicatur qđ vel vir vt poterit satisdet, vel sub seque-
stro dos reponatur, horum electio viro competit, arg. plerumq;
de iur. dot. & c. in alternatiuis de reg. iur. in 6. Sed si ista solutio
non satisfacit, quia forte electionem, eo casu, iudicis arbitrio re-
linqui contendas. Dic quod ille text. loquitur inter extraneum
dotantem, & maritum, inter quos satisdatio vetita non est vt eo
loco ostendam, nos autem inter coniuges loquimur. Quo fit
vt non solum vera, sed palpabilis Bartoli responsio monstretur.
13 Noto secundo ex cõtextu ibi (mulier agere volet) quod. † Quã-
uis maritus inops fuerit, & facultates eius ad dotis exactionem
non sufficiant, vxor tñ dotẽ suã repetere nõ cogit. cũ dr, si age-
re volet, q inducit, ergo si noluerit nõ cõpellitur, cõcordat tit.
vt nemo inuitus agere vel excusare cogat. Qđ qdẽ notabile ve
rũ est, ne bñficiũ in inuitũ cõferat. Sed ppea Ias. infert ant no-
mlam

miam, ad id quod Bar. tradit. infra in 6. quæst. primæ partis, dũ
14 ↄcludit, q † mulier nõ possit paciscẽdo, dotis cõditionẽ deterio
rem reddere. l. de die cum trib. sequentibus de pac. dot. Verum
cum hic possit non agere ergo actionem remittere & propte-
rea dotis cõditionem in deterius alterare. Ad illud Iat. respon-
det, quod Bart. cum suis adductis iuribus loquitur in expressa
pactione, nos autem in tacita. & licet vulgo dici soleat, quod
15 † taciti & expressi sit eadem operatio. l. cum quid, si cert. pet.
plerumque tamen contrarium effectum consequimur. Quo-
niam scimus, quod filius expresse, bonorum possessionem sibi
delatam renuntiare non potest, vt patri præiudicium genere-
tur. l. fi. C. de bo. quæ lib. Sed si tempus illam agnoscendi labi
patiatur, ius patris amittitur. l. 1. C. qui admi. cum ibi not. & l. fi.
quis or. bo po. ser. tu vero dic, quod istud simile non procedit
quoniam in eo cõcurrebat cum taciturnitate filij, etiam patris
negligentia, qui cum filium posset, vt agnosceret bonorũ pos-
sessionem interpellare, & si neglexisset agnoscere, id solus pa-
ter facere valeret, & id non fecerit concurrunt, & filij & patris
renuntiatio, & per consequens maior ratio in eo tacito quam
in expresso reperitur. vt in eis doc. notant. quod in casu nostro
16 non est. Secundo † œconomus ciuitatis, res quarũ curam gerit
iactare non potest. nec debitum liquidum transigendo remit-
tere. l. præses. C. de transac. Si vero fœnoris ciuitati debiti quan-
titatem per multos annos diminuta præstatione receperit, q̃d
pluris debebant debitores soluere non coguntur, sicque tacite
præiudicium fit, quod expresse fieri vetitum est. Tu responde
id vsurarum odio concedi, vel melius, quia vsurarum debita li-
quida non erant, idcirco remissionem seu præstationis declara
tionem tolerari. Item cum administratores rerum ad ciuitates
pertinentium non soleant esse perpetui, sed annales, & in fine
cuiuslibet anni eorum vilicationis ciuitati reddere rationem,
quia ciuitas tali præstationi diminutæ non contradixit, ei con-
sensisse censetur. Arg. l. 2. §. voluntatem sup. hoc. eo. titu. vnde
etiam est maior ratio in vno quam alio scilicet in expresso quã
in tacito, quæ pariter casui nostro non congruit. Tertio sicut
17 † prælatus res ecclesiæ sine cõsensu capituli, & euidens ecclesiæ
commodum alienare expresse non potest c. 2. de donatio. cũ
ibidem congestis, & tamen nõ vtendo iure ecclesiæ & permit
tendo rem præscribi, quod est tacita quædam alienatio. l. alie-
nationis verbo de verb. & re. sig. c. si quis delegauerit de noua.
§. vbi enim in auth. de temp. non sol. pecu. Id facere potest. c. de
quarta de præscrip. cũ simil. ita etiam mulier. Tu vero respon-
18 de quod cum † res ecclesiæ nõ nisi lõgissimi temporis præscri-
ptione tollantur l. fi. C. de sacrosan. eccl. dicto c. de quarta cum
simil. & totus cœlibum coetus, tam longum interuallum sine
contradictione sibi permiserit, non ex facto prælati. sed etiam
aliorũ id processisse videtur, ita vt non solus prælati, sed & om
nium ecclesiasticorum tacita alienatio cẽseatur. Quare patet.
Non plus tacitum quam expressum operari, nisi maior ratio
fuerit & tunc quoniam hic nulla talis diuersitatis ratio assigna
tur, non est in diuersas eundum sententias dicta. l. cum quid.
Quapropter ego aliter soluo. & dico, quod quamuis contra vi
rum mulier non agat, prætextu huius inopiæ, tamen non sequi
tur quod actionem remittat nec tacite nec expresse, quoniam
etiam vsque ad cẽtum annos aduersus illum agere posset nec
sibi præscribitur. Aduersus vero tertios possessores, vel quoscũ
que alios etiam mariti hæredes, si tempora labi patiatur, agere
nõ poterit, quia præscriptione actio tollitur. l. in rebus. §. omnis
de iur. dot. C. & l. cum notissimi §. illud. C. de præscript. trigin.
vel quadraginta anno. & tacite remisisse, eam mulier videtur.
Sed tunc non sequitur quod plus possit tacita, quam expressa
conuentio. quoniam in fauorem omnium aliarum personarũ
quam viri & eius cuius potestati subijcitur vxor dotis conditio
nem deteriorem reddere potest. Argu. l. licet manente matri-
monio de pac. dota. cum simil. sed in fauorem mariti constan-
te matrimonio secus, dicta. l. de die cum trib. seq. Sed si dicat
quispiam, quod dictus. §. omnis loquitur indistincte, quod om
nis præscriptio currat mulieri, postquam solutũ est matrimo-
nium, vel vir ad inopiam deductus, & ideo quod possit in fa-
uorem viri, sicut & ipsorum extraneorum præscribi. Respon-
deo, quod in viro obstat id, quod non potest expresse mulier ei
remittere dicta. l. de die, ergo nec tacite, dicta. l. cum quid. Itẽ
quia actio illa est introducta, vt dotis causa conseruetur. ergo
non debet contrarium effectum operari. l. legata inutiliter de
adim. leg. & l. si iudex circonuento. de mino. cum vulga. † Et de-
19 mum mulier, quæ bonum opus in fauorem mariti operata est
quæ famæ suæ pepercit, non debet ex bono opere lapidari. l. 1.
C. de repud. Quare constat esse falsam consequentiam, non co
gitur agere, ergo potest remittere. Noto tertio ex contextu ibi
(ex quo euidentissime apparuit mariti facultates, ad dotis ex-
actionem non sufficere) quod mulier ob inopiam viri, constã-
te matrimonio agere volens, non prius id facere potest, quam
pateat liquido mariti patrimonium esse adeo delibatum, vt ad
20 exactionem dotis nõ sufficiat. Ratio est † quia quando quis an

fert vni dominium, & administrationem rerum aliquarũ, eius
existimationẽ cedere censetur. Arg. l. si vero. §. qui pro sci qua-
litate, qui satisda. cogan. & l. testamento datos. secunda in fi. de
testa. tut. vbi si eum qui soluendo est, satisdare cogere conens
iniuriarum actioni subijceris. quare cum antequam dos fuerit
in aliquo delibata, vir adhuc soluendo sit, citra iniuriam ab eo
dos auocari non potest. Cæterum vt dixi, quoniã lex ista indu-
cta est, vt dos conseruetur, nec periclitari valeat, sufficit reme-
dium afferri, quãdo periculum imminet. arg. l. plane. vt in pos-
sess. lega. ser. cau. esse. hic. & l. si creditores. in fi. de priuil. credi.
Vltra quod, cum possit modicum credi cui creditum est cor-
pus vxoris. dicto c. per vestras, non est ob quamcumq; minimã
iacturam, viri fides alteranda. Imò magis eius fortunam bona
coniunx tolerat. dicta. l. 1. C. de repud. Atqui aduersus hoc no-
tabile, & decisionem istius text. quædam obstare videtur, post-
quam dotem posse repeti cõcessimus, Et primo quoniã vulga
21 ta est iuris. regula q † Melius est occurrere in tempore quam
post vulneratam causam remedium quærere. l. fina. C. in quib.
cau. in integ. rest. nõ est necess. Vnde dici solet principijs obsta,
sero medicina paratur. cũ mala per longas conualuere moras.
Et sero sapiunt friges. sed hic cum dicatur non prius agi, quam
bona mariti non sufficiant, prouisio legis confertur in tempus
quo non potest plene dotis indemnitati prouideri quare citius
22 agendũ † est ne actio vana sit, quam inopiam debitoris diluit.
l. nam is de dolo malo. c. cũ olim secũdo de rest. spol. Ad istud
respondeo de mente glossatorum & doc. q textus noster non
vult q mulier tantum expectare debeat, q eius dos sit delibata
vt quidam male sentiunt, sed q quando patrimonium viri erit
taliter diminutum, q si solueret creditoribus, bona quæ sibi su
peressent ad dotem non sufficerent, possit mulier agere. Quæ
etiam iure illo contra anteriores creditores, in actione perso-
nali, qualis est ea de qua loquor, anteferri poterat. l. 2. cum seq.
de priuil. credit. quo fit vt protius causa dotis sit illæsa, nec ob-
stet. contrarium, & iste est verus sensus istius legis, quo cessare
facio primas Bar. oppositiones & neothericorum nugas cum
suis nouis intellectibus. Secundo obstare videtur tex. in §. illud
in auth. de æqual. dot. vbi sunt hæc verba, (si quidem perfectæ
ætatis & suæ potestatis est mulier, sibimet culpam inferat cur
mox viro inchoante male substantia vti non percepit & nõ au
xiliata est sibi) qui textus vult. quod mulier teneatur quando
ad parentum successionem aspirat, cum cæteris fratribus con-
ferre totam, dotem profectitiam, quamuis pars propter viri
inopiam perisset. Quia mox eo incipiẽte abuti substantia age-
re potuit ad dotẽ, nõ igitur tñ debuit expectari quo mariti fa-
cultates non suppeterant, sed confestim agi pôt, cũ abuti cœperit
dicto. § illud. Ad ↄtũ, doctores vario, & plerique inordinato
modo respondent. quidam. n. vt Iacobus ab Arena quẽ fere
oẽs turma tim sequuti sunt, crebriore saltẽ calculo, teste Iaso.
hic col. 18. nu. 100. legem nostram ab illo. §. corrigi crediderũt.
q derogent vltima primis argu. l. pacta nouissima. C. de pac.
23 ista responsio (tametsi cõis, mihi tñ nõ placet) quoniã † præstat.
leges legibus quatenus posibile est concordare, quã correctio
nẽ inducere. c. cũ expediat de electio. in 6. Et stare non prohibe-
tur q inmutatũ non est l. sancimus. C. de testa. itẽ q̃d expresse
non corrigitur, pro illibato haberi debet l. præcipimus in fine.
C. de appella. item quia videmus Iustinianum quoties aliquid
immutauit multas rationes assignasse, vt patet in l. maximum
vitium. C. de li. præt. in fi. C. qui pot. in pig. hab. & fere per oẽs
eius cõstitutiones. præsertim quas in corpore authenticorum
legimus, in eo autem. §. illud ad propositum repetitionis do-
tium nullam rationem assignauit, quare correxisse non credi-
tur, quia argumentum valet ab eo quod fieri consueuit l. certi
conditio. §. si nummos. si cer. pet. l. 1. de cier. non resid. Cæte-
24 rum † in rebus nouis constituendis euidens vtilitas esse debet,
vt ab eo iure recedatur, quod iam diu æquum visum est l. 2. de
constitutio. prin. Arist. 2. pol. t. 6. Sed hic nulla esset vtilitas, q̃a
quicquid est supra opportunã ꝓuisionẽ est superfluũ, mulieri
vero q dotem illibatã conseruet satis est. quod vt. s. ostendi in
casu nostro fit. Ergo quicquid est. s. id quod oportet, est super
fluũ. & per consequens, non innouandã legis huius dispositio
nem ostenditur. Et ita vidi in practica obseruari, q non conce
datur repetitio dotis mulieri cõstante matrimonio, nisi ad for
mam istius legis si agat actione personali, vel l. sub adhuc. C. de
iur. dot. si reali iudicio experiatur. Vltimo pro nũc facit quod
dictus. §. illud disponit principaliter super collatione dotis ex
quo decerpta est auth. quod locum. C. de colla. dot quod ostẽ
do in hæc verba (illud quoque sancire necessarium existimaui
mus in plurimis videlicet & innumeris rebus quæsitum. Obtu
lit enim pater dotem aut forte mater pro filia sua, hanc aũt il-
la obtulit marito, & defunctus est vir inops dein de patre & ma
tre mortuus, exigitur quæ nupsit conferre suam dotem aut mi
nus tanto accipere, si quidem vir idoneus est causa vndique ab
soluta est. Si vero nullius alterius dotem inaqualitur illa, nisi actio
num, quæ contra maritum sunt, at ille minus idoneus est. Et

obijciatur

obiiciatur mulieri, quod iam data sit dos pro ea, illa vero actionem conferat, nullum habētem penitus effectum legis. Causa nobis digna putata est. Et nouimus quidē iam in plurimis iudicijs duritiam postea sic iudicatam, & mulierem coactam conferre dotē, aut certe reputare pro se datam, ex qua nullū ei omnino cōtigit effectum in ipsis rebus percipere. Nos autem ex alijs nostris legib. iuuamus causam. cum enim dedimus mulieribus electionem etiam constante matrimonio, si male res maritus gubernet, & accipere eas & gubernare, & secundū decētem modum, & sicuti nostra constitutio dicit &c. sequūtur verba supra in contrarium relata, si quidem, & cætera. Ex quibus patet quod principaliter de collatione fienda disponitur, & quidem quia (vt inquit) necessarium fuit circa eam prouidere, de modo autem repetendi dotem, Iustinianus dicit se alijs suis legibus causam iuuasse, vt in constitutione sua vbi adhuc. C. de iur. dot. & incidenter circa id loquitur & relatiue, sed receptum est ex incidenter prolatis, iuris correctionem. &c. immutationem non induci, glo. in Clem. prima in verbo secularis. de electio. ergo, item quod quando constat de relato etiam in lege, fides tota relato committitur, auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. l. asse toto, de hæred. instit. sed hic constat de relato. hoc est dicta l. vbi adhuc ergo. Item in dicta l. vbi adhuc, lex nostra non corrigitur, ergo nec per dictū §. illud. Qua-
25 re † legem nostram ex supradictis correctam non esse concludo aduersus communem opinionem, quæ prorsus nullo iure, nec ratione probatur. Secunda erat responsio quod ille. §. illud secundum legem nostram & dictam l. vbi adhuc, intelligatur & dum dicit, mox viro inchoante male vti substantia, tu dicas taliter quod inops factus sit, hoc est non soluendo, vt latius
26 quid sit inops, infra in prima quæstione Bar. tractabo. † nam inconueniens non est, quod secundum posteriores leges etiam priores declarentur l. non est nouum & l. sed & posteriores. de leg. Bartol. in l. Marcellus ad Treb. Ista solutio vera est, & ego illam amplector, quam gloss. prius tenuit in d. §. illud versi. inchoante, & quoniam omni alteri solutioni iuris censura refragatur, ideo hæc sumenda est sicque totus orbis obseruat. Tertia est responsio Bart. l. videlicet quod lex nostra non sit correcta, sed quod per eam plene doti consultum esset, plenius tamen per dictam l. vbi adhuc, & plenissime per dictum §. illud, adeo quod mulier poterit confestim cum vir substantia abuti cœperit, dotē iam consequi, vel expectare tempus quo inops sit, aut etiam quod bona eius, ad dotis exactionem non sufficiant. Ista responsio nihil valet, quoniam si vera esset, oporteret nos necessario fateri, quod illa lex. & dicta l. vbi adhuc essent superfluę, quia ille casu mox agere conceditur sine dispositione illarum legum & sine causa illas conditiones expectare valeret, an nihil potest hæres ... ideo essent frustratorię. Itē illæ leges claudicarent, cum ex parte viri nihil operarentur, sed ex parte vxoris sic, quod esset contra legis rationem c. erit autem lex 4. dist. cum ibi not. quare nihil aliud est dicere quam quod sint correctę, quod superius cōfutauimus. sed dum Bart. dicit plene per hanc legem doti esse prouisum, vera dicit. dum plenius per l. vbi adhuc. si intelligat, quia tempestiuius quā his agi possit male sensit, quoniam in tempore actionis cōuenit, sed si sentiat quod per eam etiam pretextu hypothecariæ actionis agi introductum sit, quod hoc iure fieri nō poterat vera est opinio sua, plenius ex ea constitutione, dotis actioni consuli, quod attinet ad vltimum pessime loquutus est, & cum communi concurrit licet a nonnullis deijciatur.

Prima quæstio primæ partis Bart.

Tria secundum communem opinionem iura habemus, de hac dotis repetitione constante matrimonio disponētia. Quorum primum est lex nostra, quæ facultates viri ad dotis exactionem non sufficere postulat. Secundum lex. vbi adhuc C. de iur. dot. inopiam tantum requirens, &c. vltimum §. illud in authē. de ęqual. dot. cōcedens repetitionem, cum mox vir re sua abuti cœperit, licet verius sit, vt supra ostendi ex eo nihil noui indu-
27 ci, &c. propterea † hic quæritur quemadmodum probabitur his dispositionibus locum fore, scilicet, vt ordine retrogrado procedas, virum inchoare re sua male vti, item ad inopiam deductum esse, facultatesque suas ad dotis exactionem non sufficere, qua in re vetustiores glossatores, quos Dynus sequutus est, omnibus his locis, ea fuerunt probatione contēti, quæ vulgi assertione, & opinione recipitur, itaque has probationes a vulgi opinione sumendas prodiderunt. Quorum determinatio, tametsi a Bartolo reijcietur, secundum vires quęstionis vera est. cum enim quæritur, vt dotis repetitioni, constante matrimonio, ad casus istarum legum, quæ de viro loquuntur, locus sit, quomodo sit probandum, initium mali vsus, inopię, & defectus, illi supponebāt, quod de dote constaret, & contra virum ageretur, &c. ideo vt & Bart. & cōmuniter alij infra tenuerunt hoc casu tam ratione modici pręiudicij quam quod aliter negotium commodius explicari nequeat, talis species probationis sufficit, Bartol. tamen latius sumendo, & declarando modum antiquorum, potiusque confutando, partitur vires quæstionis in duas partes, quoniam vna sit affirmatiua, etiam se licet datam esse dotem, item creditores eius qui de dote conuenitur, multos esse, &c. Altera negatiua videlicet bona nō sufficere, &c. rursus quod actio dotis moueatur, aut contra extraneos possessores vel creditores, &c. licet confusissime procedat, & adeo inordinate, vt cum cōmuniter doctores aliter intellexerint quam dixerit, secundum suum verum sensum cōcludit quod quando agitur contra maritum, quia modicum illi præiudicium generatur, vt pote cum suo adhuc commodo dos regatur d. l. vbi in fine. tunc probata dotis quantitate, cætera, scilicet creditores multos, & facultates paucas, seu inopia, vel huiusmodi, vulgi assertione probari, quæ facit semiplenam probationem. l. 4. de testi. Bartol. in l. admonendi vbi diximus anno præterito de iureiur. & in his quæ modici præiudicij sunt semiplena probatio sufficit l. 2. §. sciendum ad exhib. l. 3. §. causę de carb. edic. l. si quis a liberis §. si vel parens vbi Bart. de libe. agnat. l. a diuo Pio §. si super rebus de re iudic. cum multis similibus &c. in his terminis (aut) glossatorum, & Dyn. opinionē procedere, &c. hic aduerte, quod licet Bar. clare non dixerit, quod quantitas dotis sit plene probanda, tū ita intelligi debet, quoniam dum dicit quod in præiudicialibus exigitur plena probatio, hoc necessario concludit, dotis traditionem plene probandam esse, quoniam alioquin magnum esset viro præiudicium, quod dotem quam nō habuisset solueret, quam quæ semel ex iudicato solutam nō repeteret vt vltima parte dicetur. Sed quando agitur contra tertios possessores, seu creditores, quoniam eis magnum pręiudicium fieret, tunc dotem datam esse, & æris alieni quantitatem, monstrare, oportet l. iudices C. de iudi. l. non hoc C. vn. cogna. Maritum autem, non plus in bonis habere, quam eum doti dare oporteat, assertione mulieris, alijs saltem semiplenis probationibus iuuata, sufficienter ostēditur. nec maior ab ea, quam huiusmodi probatio postulatur l. cum de lege vbi gl. not. de proba. vbi dicitur quando heres institutus, vult detrahere Falcidiam ex particularibus relictis, debet ostendere tot æs alienum, & legata imminere, quæ dodrātem absorbent, non plus vero in bonis esse quam, puta mille aureorum valorem asserere & inuentarium bonorum per se factum producere. l. fi. §. licentia. C. de iur. deliber. vbi onus probandi plura esse quam in inuentario contineatur ad legatarios pertinet. sic in proposito. si per famam mulier ostenderit, plura nō esse vel per exhibitionem registri communis, onus probandi in creditores transferetur, & est ratio, quia si verum sit plura bona non esse, non est quod cōqueri possint, si vero plura sint ex his poterunt sibi cauere, vel facile eorum existentiam probare. Qua propter sic etiam concluditur quod vbi potest notabile præiudicium generari, tunc probationes debent de necessitate concludere, vbi autem non fieret considerabile pręiudicium, semiplena probatione contentamur. Aduerte etiam hic quod omnes doctores male intellexerūt Bartolum, & propterea cuncti ab eo dissentiunt. Intelligunt enim illum quod voluerit, quando agitur contra tertios creditores, ad probandum plura bona non esse, debere stari simplici assertioni mulieris, hoc est. quod cum mulier de suo credito & alieno ære ostenderit, asserat tantum non esse in bonis quod sufficiat, & suæ tali assertioni conquiescant creditores, nisi contrarium probare voluerint. & hoc crediderūt, propterea quia Bart. dicit quoties probare oporteat plura bona non esse nos vti debere consilio gl. in d. l. cum de lege, quæ gl. dicit assertionem hæredis probare iuxta d. §. licentia quando s. vltra assertionem exhibetur in-
28 uentarium. † Ego autem intelligo Bartolum vt supra declaraui, & secundum meam declarationem, quam mox probabo, omnes doctores conueniunt, & vsus obseruat, & vt Alexā. refert ad Bart. semper pro similibus recurritur quod Bar. non habuerit eū sensum quod simplex eo casu mulieris assertio sufficiat, probatur, quia hoc non dicit, sed se ad glo. in d. l. cum de lege refert, secundum quam suum dictum intelligendum est. Arg. l. non solum §. si liberationis verba de lib. lega. Et illa glo. dicit standum assertioni heredis exhibentis inuentarium per se factum, ad formam d. l. fi. C. de iure libera. sicque vult talem assertionem alio iuuamine fulciri, quo fit, vt tantum absit, Bar. vnquam talem sensum habuisse vt simplici assertioni stari voluerit a primo ad vltimum ostensum est. Preterea caruisset iudicio & insantissimus fuisset, (quod absit) si talem sensum habuisset. Nam tradidit quod vbi agitur contra maritum modicum pręiudicium ei fit, & ideo minor probatio sufficit, quam statuit iuxta vulgi opinionem deberi, quando vero contra tertios experimur, causa pręiudicialis esset illis, & ideo maior probatio postulatur. Sed cum dixerit contra maritum & in modici pręiudicij negocio, vulgi opinionem cum assertione requiri, quomodo sani iudicij fuisset si per solam assertionem in causa pręiudiciali crederet probationes sufficere, quod idem esset

ac si

ac si dixisset maiorem probationem esse eam quę fit sola asser
tione partis, quam ea cui vltra assertionē vulgi opinio concur-
rit, quod dicendū non est, sed hoc ideo concludendū, Bartolū
& omnes doctores tam antiquos ꝗ modernos cōuenire. Hoc
quod supra declaraui, probant oēs, dum aduersabantur Barto-
lo, qui vt dixi implicite loquutus fuit, & primo dum dicebant
29 quod † probationes debent de necessitate concludere. c. in pręsentia de proba. l. neq; natales. C. eo. tu dic id verum si cā præ-
iudicialis extiterit, alias sufficit qualiscunq; probatio. Bar. in l. fi.
C. de edi. diui Adr. tol. & in extrauaganti ad reprimendam in
vers. summarie, ac in l. 1. de prætor. stipula. Secundo dum dice-
30 bant † plus minusve quempiam habere, iudicis, vel arbitri, mo-
derationi relinquitur. l. maritus. §. post aditam. ad l. Falci. iuncta
l. 1. §. cum dicitur si cui plus quam per leg. Falcid. ergo non as-
sertioni partis, iam vides simplici assertioni nō esse conclusum,
nec aduersabitur nostrę prędictę declarationi. quod iudex in eo
arbitrari debeat vt pote cui omne genus probationis commi-
31 tatur. l. 3. §. tu magis, de testi. † Tertio dum dicebāt, quod quā-
do excussio fit per creditores agentes & tertios possessores, nō
statur eorum assertioni, sed mittuntur vocatis vocandis explo-
ratores, iuxta notata per Bar. & doct. in l. a diuo Pio. §. in vendi-
tione de re iudi. in l. decē de verbo. obligatio. Auth. quæ hoc si
debitor. C. de pigno. ergo assertioni simplici non statur. Tu rñ-
32 de vt supra proxime. Quarto dum dicunt † Neque veritati ne-
que iustis probationibus officere quod testator dixerit, se plu-
ra habere quā haberet, & vires sui patrimonij ampliauerit, cū
dicto eius non stetur, quando contrarium appareat. l. 1. C. arbi-
tr. tutel. licet istud posset retorqueri, quia si assertio testatoris
transfert onus contrarię probationis in alium d. l. 1. & valet ar-
gumentum de testatore ad contrahentes. l. quæ de legato de
lega. 1. ergo bene sensit Bart. Tamē responde vt supra proxime
33 Quinto dum dicebant † testatori nō creditur ad commodum
hæredis nisi iurauerit. §. in auth. de iur. iur. a morien. pręst. mul-
to minus mulieri. Responde vt supra. Sexto dū respondebant
ad gloss. d. l. cū de lege de proba. quod ea sit intelligenda, secun-
dum. §. licentia per eam allegatum, fatearis, & propterea credi
hæredi qui fecit inuentarium, quia id seruatis hijs de quibus in
d. l. fin. processit &c. qui si dolo malo aliquid omisisset priuare-
tur hæreditate. l. rescriptum de hijs quib. vt indig. Sed hæc om-
nia supra pro Barto. induxi. Quemadmodum & hic præscripsit
formam probandi, idem Bart. Aliquē nullum fecisse testamē-
tum in l. is potest de acq. hæred. Item plures testes in testamē-
to haberi non potuisse in l. cōficiuntur de iur. codicil. Excussio-
nem aduersus principalem, vt fideiussor conueniatur. in d. l. de-
cem de verbo. oblig. & c. demum exhibita parte statuti, qđ nul-
la alia pars extitat, sed sit completum. in titul. de noui. ope. nū-
ciatio. Ex dictis igitur Bar. & omnium doc. in hac prima quæst.
34 Tres cōclusiones eliciuntur, quarum prima talis est † Mulier a
quocunque dotem constante matrimonio repetat illius tradi-
35 tionem, & ęs alienum, plene probare tenetur. Secunda quod
quando agit cōtra virum, eius inopia, seu facultatum defectus,
36 vulgi assertione probatur. Tertia, quod quando agit cōtra ter-
tios possessores, probationes debent de necessitate concludere
vt supra dixi, & latius infr. in 2. par. prin. Contra secundā cōclu-
sionē in qua firmauimus, viri inopiam, quando ꝯ illum agitur,
37 vulgi assertione probari. Arguit Bartol. sic † Rem euidentissi-
me constare, notoriā esse postulat. l. si vero. §. qui pro rei qua-
litate, qui satisda. cog. & ibi notatur. At qui cum lex nostra in-
ter virum & vxorem loquatur, euidentissimeque apparere exi-
gat mariti facultates, ad dotis exactionē non sufficere, vt in tex-
tu legitur, Ergo id notorium esse vult, & si notorium, igitur
maior quam concluserimus probatio requiritur. Ad quod re-
38 spondet Bar. quod † aduerbium euidentissime sicut & alia ver-
ba iuxta subiectam materiam regulatur. Arg. l. si vno. ff. loca.
Quamobrem si affirmatiue orationi adiungatur, rem notoriā
esse postulat. dicto. §. qui pro rei qualitate & l. emptorem de
actio. emp. vt puta illustrissimum dominum meum esse cle-
mentissimum potest in notorium cadere. Sed si negatiue lo-
39 quutioni adijciatur, † Quia illa nisi coarctata loco, & tempore,
probari non potest. l. actor. C. de proba c. bonæ memoriæ, pri-
mo, de electio, veluti maritum non esse soluendo & facultates
eius non sufficere & huiusmodi, ea probatione cōtenti sumus
quæ in talibus haberi potest. arg. l. filium cū diffinimus. de his
qui sunt. su. vel alie. iur. cum simil. Et ideo exponit euidentissi-
me, idest secundum vulgi opinionem. Verum quia expositio
hęc multis nō placet, ideirco transeuntes ideo de genere in ge-
nus, Reprehendunt Barto. in duobus, in vno videlicet, dum cō-
cludit super affirmatiuo facto, notorium cadere, iuxta. l. empto-
rem, quoniā dicunt esse cōtra text. in auth. qui semel C. quom.
40 & quando iud. vbi dicitur quod † vxor preconis rancis ... no-
tescit, quamuis affirmatiuum factum sit. altero dum super fa-
cto negatiuo notorium cadere posse negat. Contra c. fin. de co-
hab. cler. & mulie. Alexā. & Iii aduertantes concertum. Verum
ne nobis quoque ad infinita anta offeratur. omissis dictis om-
41 nium, scire debes pro opinionum concordia, quod † notorium
est res cui a... agitur plen. notit. ... lo. And. in addi. Spec. in titu
42 lo de noto. cri. n. §. nunc de occulto † Et est duplex scilicet noto
43 rium iuris, & notorium fact. † iuris notorij est clara probatio
spontanea confessione, aut sententia irreuocabili seu alia vehe-
menti præsumptione introducta. ca. tua nos de cohabi. cler. &
44 mul. † Notorium vero facti, est factum, cuius testis est populus
quod locum dissimulationi non relinquit. ca. cum dilectis filiis
de purg. cano. in versic. Dicitur enim. vel est clara & famosa lo-
quutio, insurgens ex ipsa rei euidentia, quæ nulla potest tergi-
uersatione celari. d. c. si de coha. cler. & mul. c. euidētia de accu-
45 sa. Cæterum † Notorium iuris duplex est, quoddam enim ex
iudicialiter gestis oritur, veluti ex confessione spontanea, vel
irreuocabili sentētia, dicto. c. si de cohabi. cleric. & mul. c. cum
inter de re iudi. l. ingenuum de statu. ho. & l. res iudicata de reg.
iur. quoddam vero ab eo quod extra iudicium fit sumitur qua-
le est super filiatione, & alijs similibus, quæ maxima cum diffi-
cultate probantur, in quo ad præsumptiones recurrimus, quia
namque Sempronius a Caio, pro filio est semper habitus, atq;
pro tali reputatus ab eum cognoscentibus, dicitur esse notorie
eius filius, & econuerso Caius pater. ea causam quæ secūdo, qui
filij sunt legit. l. filiū de hijs qui sunt sui vel alie. iuris l. quia sem-
per de in ius vocan. Spec. in tit. de not. crim. §. iam de notorio.
Et ista vltima species notorij gl. & doct. in c. vestras de cohab.
cleric. & mul. pro vna principali specie traditur. Quod notoriū
46 præsumptū appellant † Notoriū autē facti triplex est, Primū ꝙ
aliqui manifestum nuncupatur, quale est id quod probatione
non indiget, veluti domum meam esse iuxta ecclesiam sancti
Martini Astensis, prętoris tribunal esse sub ea porticu, quæ co-
heret ecclesię sancti Secundi in platea fori, & huiusmodi, quæ
omnia nullo sub velamine occultari valeant. d. ca. euidentia de
accusa. Alex. in l. palam de verb. & re. sig. Aliud est factum trā-
siens, seu reiterabile, quale est, proclama editum fuisse, Sem-
pronium fuisse occisum in platea, & huiusmodi dicta auth. qui
semel. C. quom. & quan. iud. Aliud denique factum est, quod
interpolatum vocant, veluti Meuium esse publicū fœnerato-
rem, nam licet non sit semper actu fœnerator, quia paratus est
protinus cuicumque poscenti dare in creditū, fœnerator sem-
per dicitur, Abb. no. in dicto. c. vestra de cohab. cler. & mulier.
His præmissis, Quando doctores super facto affirmatiuo, noto-
rium cadere dissentiunt, de permanēte non sentiunt, quia rem
palpabilē negarent, sed de transitorio, & tunc dic si loquamur
de illo vero notorio, quod non indiget probatione, vt in dicto.
c. euidentia. tunc super facto transitorio tale notorium non ca-
deret, secundū aduersarios Bar. licet Alex. contra senserit, quo-
niam illud factum transiens non potest oculata demonstratio-
ne doceri dicta aucten. qui semel. At qui si loquamur de iuris
notorio, quod aliqui præsumptum dicunt recte sentit Bartol.
quia etiam in eo notorium semper potest cadere. dicto. ca. eui-
dentia & iuribus præallegat. præsertim. cap. si de cohabi. cler. &
mul. Item quando doctores dicunt, quod super facto negatiuo
notorium cadere potest, Quod negat Bar. eos ad inuicem con-
ciliabis, si memineris eius distinctionis, quam supra feci subse-
cet, quod in præsumptum notorium negatiuum factum tran-
siēs, de quo loquimur procul dubio cōuertitur, & sic loquantur
nostri interpretes, atqui de illo vero & oculari sentiens Bart. sal-
uatur. arg. dicti c. bonæ. hoc modo soluitur contrarietas, in quā
hij Bartolum inuoluebant, qui quoniam in l. decem de verb.
obli. asseruit eius bona non debere excuti qui notorie soluēdo
non sit, hic autem dicit non posse cadere notorium, super ca-
dem met specie facti, prętaricari dicebat, si in illo loco de præ-
sumpto, hic vero, de vero notorio facti permanentis, eum sen-
sisse non consenseris, quapropter non obstat tunc oppositio
Bar. de aduerbio illo euidentissime, quoniam concesso, ne fiant
tot expositiones quod rem notoriam esse velit, quod sit iuris
scilicet præsumptione, non propterea alia efficacior probatio
requiretur in proposito quam per vulgi opinionem, dicto cap.
vestras & ibi not. de cohabi. cler. & mul. argumen. cap. paratus
§. neque Paul. 23. q. 1. & l. de tutela. C. de integ. rest. mino. cum
multis concordan.

Secunda quęstio primæ partis Bartoli.

47 Queritur quemadmodum paupertas, seu inopia, probabi-
tur. Et in hac quæstione, Bar. inopiam, & paupertatem pro non
differentibus posuit, tamen Anchar. in Can. quo iure. 8. di-
stinc. quem Paul. de Castr. sequitur. in l. id quod pauperibus. C.
de epis. & clericis contrarium sensit, quoniam inquit inops
dicitur, qui nihil habet, quasi inops ... est sine opibus, pauper
vero, qui parumper habet, vt ab ethimo id posse ostendi pu-
tant communiter tamen recipitur quod inter inopem, & pau-
perem discrimen aliquod non sit, vt per Alexandrum hic dec.
in Authen. præterea C. vnde vi. & vxor. per textus in leg. si ab
arbitro. §. ... qui satisdari cogant & leg. si creditores, de pri-
uil. cred.

uil. cred. vbi dicitur, ꝙ fideiussor semel probatus, recusari non
pōt, nisi superueniat magna inopia, si igitur datur magna ino-
pia, sequitur quod & parua, & cum huiusmodi gradus inopiæ
dentur, sequitur ꝙ inops aliquid habeat. alias partes seu quali-
tas nō reciperet. argu. l. eius qui qui in prouincia si cer. pet. & l.
nam etsi sub cōditione de inoff. tup. iritoque facto test. quo
stante scilicet ꝙ pro ijsdem sumantur inops & pauper. Bar. cō-
cludit, in quæstione proposita. & communiter docto. sequuntur.
ꝙ aut limitatum quātum quisque debeat possidere reperitur,
48 aut nō, primo casu † ille pauper esse dicitur, qui quod lex sta-
tuit nō possidet. §. sed nostra inst. de succes. lib. §. sed & propter
paupertatem insti. de excusat. tut. & curat. l. paupertas ff. eod l.
nonnulli de accusatio. cum simil. Secundo casu scilicet quan-
do a lege stabilitum nō est vel statuto, quantū quisque posside-
re debeat, tunc, aut de modico præiudicio agitur, aut de graui
incommodo, nam si res parum præiudicet, vulgi sufficit opinio
vt inquit glo. in dicta l. vbi adhuc, sed si sit dispendiosa. tūc pro
batis circunstantijs, iudicis arbitrio tota res relinquitur arg. l. tā
dementis C. de episc. audientia l. i. de iur. deliber. l. 3. de testi. l.
de vari. & extraordi. cognit. cum vulgar. Quod quidem arbi-
trium partium inspecta qualitate regulatur. Argum. l. sed & si
susceperit §. i. de iudi. & not. per Bar. & doc. in auth. nisi breuio
res C. de sentent. ex. breui recitan. dixi in l. admonendi de iure-
iuran. hanc probandi normam. valde extollunt doc. quod eam
49 reipublicæ legali perutilem existiment † nos vero aliquot exē-
pla proferimus, quibus ea accommodatur vtilitas, nam exem-
pli gratia. lege municipij, cautum finge, quod in causis paruis si
ne certa solemnitate procedatur, si sportulas pauperes non cō
ferant iudicibus delegatis, bona publica in pauperum victum
erogentur, pauper nemo ad decurionatum valeat aspirare. Itē
quia lex iubet cęsarem non posse imperium iure minuere, nec
iactare, nisi paruum aliquod remunerationis causa, cōtulerint
vt in proęmio pandectarum tradunt, & Ias. in l. ex hoc iure de
iust. & iur. demum quod testator iubeat omnia bona sua in do-
tandis pauperibus fęminis exponi, & qualia quisque ex inge-
nio suo similia considerare poterit, hæc enim omnia ad perso-
narum conditiones referenda sunt, nam nobiles viri mille au-
reos possidentes, inspecta qualitate eorum, pauperes existent.
rusticus autem, ex solis centum diues existimabitur. idcirco bo
nus prudensque iudex, facile percipiet quomodo arbitriū suū
regendum sit. Et quantum fidei magistratibus lex tribuat, ne-
mo nō videt, qui iuris prorsus expers non sit. At quot, in sacro-
sancta iuris officina, eam ob rem mali magistratus facinora cō
mittant, his solis nosce conceditur, qui deprauatas multorum
cōscientias speculantur, vel talium sores paululum adierint. mi
hi autem talia non contigit experiri, quod Deo Opt. Max. fau-
tore, & principis nostri prouidentia, magistratus tales habuerit
ciuitas nostra, quales eos esse iura statuūt, admonetque Plato,
penul. & vlt. dialog. de legib. bene institutam rem publicam po
stulare. memini inter recentiores prętorem nobis constitutum
merito fuisse, clarissimum iureconsultum, comitem Io. Iaco-
bum Bertodanum Bugellensem, cuius summa integritate, sa-
pientia æquanimitate, ac iuris prudentia, apud omnes ciues, bo
nosque viros, nihil crebrius prædicabatur, hæc enim erat præci
pua fatum actionum vis, vt conquerentem a se redire sineret
neminem, & semper æquitatem cum rigore misceri nitebatur
quis igitur iurgium suum illi confidere recusabit? Leges Iu-
lias ambitus, & repetundarum, pęnitus quiescere non dixerit?
Platonem tot animaduersionibus eos frustra plecti tradidisse?
hercle si meminerimus eius, quod tradit Arist. 3. ethic. & capi.
5. & 4. capit. 7. scilicet homines euadere operationibus eorum
similes, habitusque operationibus diffiniri, vel quod mystica
ferunt, ab actionibus nostris nos cognosci, hunc necessario, op-
timum Christi mācipium, omni sceptro dignum iudicabimus
ego quidem qui nō ignoro, a Cicerone admonitus, maximo-
que medicorum Galeno, amicos nobis ex optimorum genere
eligendos esse, hunc non solum amicum mihi sed dominum
constitui, suisque virtutibus addictum me insolubili nodo vin-
xi. Sint itaque ergo prudentium arbitrio inopes, & diuites, cen-
sendos & iudicandos ad propositum cōcludo Et quia vt prædi
ximus, ad dignoscendum pauperes, & inopes, circunstantijs
probatis, iudicis arbitrio rem commisimus. Aliquot etiam
eius propositi proponuntur exempla. Quibus facile ad similia
50 accessus ostenderē, nam inquiunt doctores, † si vir probate cōdi
ditionis, ex itus incederet, præsertim imbribus vigentibus, ea
51 esset necessaria suæ inopię cōiectura. Alex. hic num. 14. † Si vi-
ctum quispiam hostiatim quærat, paupertatis extat argumen-
tum maximū, quoniam grauiter, validos mendicantes lex mi-
52 natur l. minatur l. vni. C. de mendican. valid. lib. 11. † Si fortunas
omnes creditoribus cederit, adque miserabile cessionis bono-
rum suffragium, quis confugerit. inops esse creditur c. Odoar-
53 dus de solut. † Sique pecuniam ad vsuras frequenter quis acci-
54 piat, diues esse non præsumitur † quia fęnus breui temporis cur
riculo patrimonia destruit c. quanto de vsur. & multa hinc de-
cerpere valebis, cum his quæ ab interpretibus tradita sunt in l.
id quod pauperibus. C. de episc. & cler. in auth. præterea C. vn.
vir. & vxor. in l. si vero §. qui pro rei qualitate qui satisd. cogn. in l.
paupertas de excu. tuto. & cur. in §. sed ꝙ propter paupertatem
inst. eo. dict. l. sed & si susceperit §. i. de iudi. auth. nisi breuiores
C. de sen. ex breui. recitan. cum concor.

Tertia quæstio primæ partis.

55 Quemadmodum quempiam, incipere abuti re sua probe-
tur quæsitum est, &c. quia cum prioribus duabus fraternizat
quæstionibus. ideo pari responso contenti sumus. videlicet ꝙ
quando modici præiudicii res fuerit, vulgaris assertio, & quali-
scunque leuis probatio sufficiat, sin autem grauiter præiudica-
ri possit iudicis arbitrio committitur, qui si viderit maritum,
non vt frugi vir, bona sua consumere, modumque & finem ex
pensarum non habere, arg. l. his qui §. ti. de tut. & cura. dat. his
& l. i. de curat. furio. cum substantia sua abuti pronunciabit.

Quarta quæstio primæ partis.

56 † Si cum vir, citra omnem culpam eius, ad inopiam dedu-
ctus sit, dotis hac ob paupertatem actione conuenietur, exem
pli gratia, quia maritus mercator rei maritimę. ob infortuniū
aliquod forte quia iacturam merciū passus est, vt mortem eua-
deret, vel ab hostibus aut latronib. expoliatus, inops euasit. Qui
57 dam credebant, ab actione huiusmodi, eum eximi † Quoniam
quæ iusto sunt inchoata principio, tametsi infelici peragantur
exitu, operantem lędere non solent l. sed an vltro & l. successo-
ri de nego. gest. vbi dicitur vt quis habeat negotiorum gesto-
rum actionem, contra eum, cuius negotia gessit, sufficere ne-
gotium vtiliter cæptum, licet diuersum habuerit exitum l.
& in totum de impen. in reb. dotali. fac. si namque maritus in
reficienda dotali insula necessario impenderit, sanandisque ser
uis se male habentibus, quamuis ex post insula combusta fue-
rit, citra tamen viri culpam, & serui mortui sint, expensas vxor
soluere aut accepto ferre compellitur. Bartol. autem quem do
ctorum turba sequitur vt Ias. & Alex. referunt, hoc quoque ca
su dotis repetitioni locum fore tradidit. Et non solum quan-
do ex mercatura inops factus est maritus, vt in quæsito propo-
nitur, sed etiam quando ex ea facultates in quacunque parte di
minutę essent, quia tunc diceretur cępisse male vti substantia,
quando ex negotiatione perdidisset, quo casu iuxta. §. illud in
auth. de ęqual. dot. repetitioni locus esset. Et rationem adducit
suę intentionis, videlicet quoniam iura de hac repetitione di-
sponentia nullibi requirunt culpam viri interesse, sed quoquo-
modo ad inopiam deducatur, vt dos vxori conseruetur. actio-
nem dotis offerunt, quomodolibet igitur se res habeat, modū
non curamus dummodo effectus sequatur. l. Gallus. §. & quid
si tantum de liber. & posth. & inquit quia in ambiguis quæstio
nibus pro dote respondere melius est. l. in ambiguis de iur. dot.
l. i. & ibi not. supra eo. cum simil. ego autem dico quod aut per
talem negotiationem vir deductus est ad inopiam, ita vt si suis
creditoribus solueret, bona eius ad dotem non sufficerent, aut
non, sed in aliqua parte delibata sunt, primo casu procedit Bar-
toli sententia, quia ista lex nostra, cum lege vbi adhuc, quæ de
huiusmodi repetitione disponunt, nullam vt ille ait, culpam
postulant, sed qualitercunque viri facultates exhauriantur, lo-
cum repetitioni dotis faciunt. Secundo casu quando solum-
modo in aliqua parte viri facultates delibatę sunt, tunc proce-
dat prima opinio. Quoniam etiam retenta opinione commu-
ni (quam tamen supra confutaui) videlicet quod ille §. illud
aliquid noui inducat, & leges nostras corrigeret, nihilominus
locum, isto casu, dotis repetitioni non faceret, quandoquidem
postulet maritum male substantia vti, qui malus vsus culpam
præsupponit aliquam, quæ prorsus ab huiusmodi quæstione
repellitur. arg. iurium præallegatorum, multo magis hoc di-
cendum est, cum ab eo. textu, nihil immutari supra ostēderim
vt. notabili.

Quinta quæstio primæ partis.

58 † An propter viri exilium, legi nostræ locus fiat duplex est
opinio. Prima doctorum quorundam antiquorum, quos Bar
to. in effectu sequutus est, affirmatiue respondentium, licet eo
rum rationes reprobauerit. Quæ ab omnibus etiam scriben-
tibus approbatur. teste Ias. Altera Ioannis de Imola, qui dice-
bat qđ aut propter exilium tale, maritus oneri dotis impar est
redditus. Aut adhuc soluendo est. primo casu affirmatiuā, secū
do, negatiuam partem amplectitur. Doctores qui exiliū dotis
repetitioni, ansam, constante matrimonio, prębere tradiderūt.
His medijs id probabant. Et primo Argumētando ab ęquipara
tis l. si quis seruo. C. de fur. & seruo corrup. & l. vt tm. ff. eo. Ban
nitus (inquiunt) deportato cōparatur §. relegati cū ibi not. inst.
quib.

...ibusmo, ius. pat. pot. soluit. c. primo in tit. hic finit. lex. contradi ...sis feud. Sed in deportatis legi nostrę locus est. l. prima. C. de repud, ergo & in exule. Barto. hic & late in sua prima quæst. quæ incipit, statuto lucanę ciuitatis. & in l. 1. eadem & Ias. C. de hęred. instit. ac Spec. in tit. de instr. edi. §. cōpendiose vers. quarto quid de bannito, illud assumptum non semper procedere contendunt, videlicet quod exul deportato comparetur, quoniam inquiunt si cum banno, & bonorum publicatio accedat, propositio, vera est. Sin autem minime, hæc obiter Bart. hic sentit sed fusissime prædictis locis quæstio tractatur & in l. 2. sup. eo.
59 † Mihi autē, vt etiā obiter lectorem admoneam, illa quæstio futilis visa est, & in ea, pauciores rectius iudicium tulisse arbitror, quam doctorum cœtus crebior. Quod ostendo ita lucide, vt nequaquam deinceps quispiā dicat amplius procedere, qđ illi autumant. Nam exilium, quod illi bannū appellant est genus sub quo deportatio, relegatio, & interdictum continentur l. exilium triplex. & per totum eum titulum de interdic. & relega. Verū quis tam fatuus dubitabit, an genus suę speciei comparetur, velut, exilium deportationi. & si illa quęstio fiat, Domitiano responso non vtatur, & genus plus complecti, quam sua complectatur species nō dicat, nonne infantissimus videbitur. Nec puto hoc differre, ab huiusmodi quæstione an animal homini cōparetur. Quapropter. ne fines nostros egrediamur patet deportato exulem semper maiora complecti, Secundū igitur antiquorum sententiam determinas Barto. quæstionē. probat. Secundo sic. aut vir sententiā deportationis passus est quapropter bona eius fisco adiudicata sunt. & tunc proculdubio dos repetitur dicta l. 1. de repud. & l. sed si alia de bo. dam. hoc est ab ærario fis. l. si marito infra eo. tit. Tunc enim negari non potest quin ad perfectam inopiam vir sit ductus. Et quia fiscus ei in vniuerso aufert bona, dotē reddere tenetur. dicta l. si marito cum vulga. aut pars bonorū dumtaxat fisco publicata fuit, & tunc idem dicendum est. dicta l. si marito. vbi parte bonorū publicata, dicitur fiscum dotis restitutioni esse Aut relegatur vir tantummodo nullis bonis publicatis, adhuc tamen idem dicitur. quoniam relegatus, & a patria sua exul. peregrinari cogitur
60 † Peregrinatio autem ad paupertatem iter est. § hæc considerantes in auth. vt omnes. obed. iud. prouin. col. quinta. §. 1. in auth. de exhi. reis. co. eadem. Spec. in tit. de dot. post diuor. rest. §. si vers. quid si vir est in bāno, ideo locum facit remedio dicti. §. illud in dicto auth de ęqual. dot. quod male vti inchoans re sua faciat dotis repetitioni locum fore, constante matrimonio. Et ita vt prędixi est communis opinio. At Io. de Imo. vt supra distinxit in dicta. l. si marito sol. mat. cuius opinionem ego sequor quę ex opinione quam supra firmaui, scilicet quod nouissimus ille. §. de ęqual. dot. nihil immutet, inconuincibiliter pro
61 bat, cum contraria tota super eodem iure fundetur, † Et inhumanū esset, ꝙ mulier quę viri potius infortunij particeps esse debet. l. si cum dotem. §. si maritus supra eo. & l. mutus. §. manente de iur. dot, viro affectionem aderet. arg. l. iure succursum
62 eo. tit. † Sed quia dicta lex si marito videtur Bartoli sententiā comprobare. Idem Imo. respondebat ad illā quod loquitur in casum dissoluti coniugij. Vt ex titulo cui subijcitur ostenditur. Arg. l. Imperatores de in. di. addict. Sed ista solutio non probatur per argumentum tituli, quoniam. l. si cum dotem huic tit. subijcitur, & nostra, cum plerisque alijs, & tamē nō soluto sed constante matrimonio loquuntur. Igitur nō concludit responsio. Eandem solutionem Ias. probare nixus est & inquit, obligationes conditionales ad fiscum non transeunt l. quoties de noua. Sed obligatio quę cōstante matrimonio fit est cōditionalis videlicet si matrimoniū solutū fuerit. l. 2. cū ibi not. s. eo. ergo ad fiscū nō transit. Tunc sic. Si lex si marito, cōstāte matrimonio, loqueretur, obligatio dotis ad fiscum nō transiuisset, vt in pręfato argumento ostendi, sed transiuit, vt in eadem lege dicitur. ergo matrimonium non cōstabat. Iaso. pręsupponit vnū, videlicet ꝙ obligatio dotis inter coniuges sit conditionalis, ea conditione quæ impedit obligationem transmitti quod confunditur per l. cum notissimi. §. illud vers. vnde euenit C. de pręscrip. 30. vel. 40. anno. vbi talis obligatio in diem incertam appellatur. Nec etiam omnis obligatio conditionalis, aufugit fiscū, præsertim illa de qua loquimur, vt nota. Alex. in d. l. si marito. Tu posses eam solutionem alia ratione tueri, videlicet ꝙ quia maritus deportationis sententiam passus esset, vel alio publico crimine maiori damnatus, idcirco si mulier affectionem mutabat, matrimonium soluebatur, arg. l. 1. C. de repud. quare cū eo casu dotem repeterit, dicendum est illam nuncios remisisse, & matrimonium dissoluisse, sed melior responsio est quòd in illa lege per talem publicationem, maritus factus esset non soluendo. Quoniam alias esset huic legi contraria, quę sola tūc temporis de tali repetitione loquebatur, & quæ supponit in omnem euentum constante matrimonio nisi maritus soluendo nō sit dotis repetitionem denegari, & eo modo poterit generaliter intelligi, nec nostræ intentioni refragabitur, arg. l. qui testamento de testa.

Sexta quæstio primæ partis.

63 † An mulier inopi viro nubēs legis huius beneficio careat, quidam indistincte carere vt Dyn. quem communis opinio sequuta est, teste Ias. hic. nu. 170. Respondent. Quidam vero totū contrarium, vt Bar. qui Bal. Alex. in Abb. & multos alios imitatores habuit teste eodem Iaso. nu. 177. Alij vero vt Cynus sęcere distinctionis rem determinant, quòd aut scienter, mulier viro inopi se coniunxit, & procedat prima opinio, aut ignoranter & tunc secunda verior. Et tenentes primam opinionem. Primo allegabāt tex. in l. si is a quo. §. si. vt in poss. lega. vbi postquam semel fideiussores approbati sunt, tam etsi egenos quis acceperit, illos amplius recusare nō potest. Sic nec mulier quæ semel virum inopem probauit, illū reprobare valebit. His ego respondeo, quòd tex. loquitur in causis, vbi quis potest sibi, pacto præiudicare, nos vero in causa dotali vbi pactum non valet, si dotis conditio deterior reddatur. l. Attilicinus de pa. dotalib. vel sic ille tex. loquitur, quando personæ approbatę conditio in eodē statu permansit, at nos supponimus ꝙ ad consumptionem vir perseueret, quo casu, etiam posito ꝙ pactū valeat per quod dotis conditio alteretur, ex causa daretur personæ approbatę reprobatio. l. plane eo. tit. vt in poss. lega. l. si ab arbitro vbi in terminis qui satisda. coga. Secundo facit pro communi opi-
64 nione, ꝙ † qui cum alio contrahit, illius mores, etiam quo ad personæ potentiam approbare videtur. cap. horrendus. 32. q. 5. l. si. C. de sponsa. vbi scienter contrahens sponsalia cum eo quē sciebat impudicum, aut ad sobolem ineptum, arras nihilominus duplicatas, si sponsalia dissoluerit reddere cōpellitur huic
65 respondeo vt supra proxime. † tertio faciat quòd scienter contrahens cum inope, illum amplius suspectum habere nequit. l. si creditores de priuil. cred. vbi creditor potest ante diem solutionis, ex causa legatorum debitę quantitatis, sibi caueri facere de soluēdis pecunijs debitis. quod si semel cautum sit, licet fideiussores minus idonei recepti fuerint, vel approbata hæredis conditione, iterari non debet fideiussio, ad illud patet responsio ex fine illius legis videlicet nisi in deterius suam conditionem persona semel probata mutauerit, vt facit vir in casu nostro, vltra ꝙ facit prima responsio quæ. l. si is a quo. data est, s. ꝙ loquatur in his in quibus toleramur nostram conditionem
66 facere deteriorem; Quarto probant. † Quoniam valet omne pactum per quod dos ad propriam naturā reducitur. l. si vnus. §. pactus ne peteret versicu. quod in specie de pact. sicut etiam
67 videmus quod † quamuis prælatos, res ecclesiæ suæ pactis, deterioris conditionis facere non possit. cap. 2. cum pluribus seq. de dona. potest tamen minuere rem ecclesię, etiam notabiliter illi præiudicium faciendo. c. 1. & fi. de pact. in 6. cap. veniens & ibi not. Abb. de præscript. si res ad priorem naturam reducitur quodq; licet extensio in odiosis non fiat. l. 2. C. de patri. qui fil. suos distrax. tamen, vt res ad suam naturam reducatur conceditur extensio gl. in c. statutum. vers. numerandum de præb. in 6. At qui per huiusmodi pactum, dos ad suam naturam reducitur, quæ est ꝙ non nisi soluto matrimonio repetatur. l. 2. supra eo. ergo valet tale pactum, Ad illud responderet Alexand. quòd natura dotis est, etiam quod viri ob inopiam repetatur. l. seruum dotalem de manu. & h. c. cum simil. Et ideo quando dicis pactum valere, per quod res ad propriam naturā reducitur, hoc verum est nisi casus in quo dos repetitur, sit etiam secundum propriam naturam eiusdem quod est idem ac si neget fieri talem reductionem. Ego addo, negando pariter quòd talis reductio fiat, quòd si non posset repeti propter viri inopiam, dos non traheretur ad propriam conditionem, sed potius ad per-
68 ditionem, quia vir illam consumeret & tunc † frustra expectaretur conditio cuius nihil operaretur euentus. l. aliquando. §, fin. ad Velleia. iuncta l. nam. s, de dol. mali. exceptio. Quinto probant, per cap. decreuit de hæret. in 6. vbi mulier, quæ scienter nupsit hæretico, dotem perdit. Ad illud responderet Alexand. ꝓcedere propterea quòd mulier deliquit, & Ias. addit odio hęresis, vtraque responsio nihil valet, quia prima est eadem cum dicto, nec contrarium diluit, nam si potest delinquendo deteriorem dotis suæ conditionem facere, quare non paciscēdo & secunda tendit ad speciale, cum imò pro crimine publico possit dos publicari. l. quinque casibus cum dua. seq. de bo. dānat. Ego autem dico ꝙ mulier in fauorem mariti non potest dotis conditionem deteriorem facere dic. l. de die & l. Attilicinus de pact. dot. tamen fauore tertij potest, argum. l. licet manente eo. tit. vnde admisso quòd cui est prohibitum per pactum rem minuere, sit etiam prohibitum id facere delinquendo argum. nota. in l. filius familias. § diui. de lega. 1. hoc tamen sic intelligendum est, nisi certo generi hominum sit alienare prohibitus, quia tūc in alios quoscunque, tenebit pactio, & diminutio, vt in terminis nostris, in quibus prohibetur pactio inter coniuges, qua dotis conditio deterior reddatur, sed inter alias personas non. Sexto probant per text. in l. ob res. §. 1. de pact. dot. vbi, extraneus dederat dotem pro muliere, quam sibi reddi nō

erat

erat stipulatus, quo casu donasse censetur. l. vni. §. accedit. C. de
rei vxo. actio. ex interuallo autem post ius quæsitum mulieri,
sibi extraneus dotem reddi stipulatus est, cũ consensu mulie-
ris, & valet stipulatio. Ergo deterior potest fieri dotis conditio.
Huic obiecto assignantur duæ solutiones per Iasonem, quæ
nihil valent, vna videlicet ꝙ tunc potuit id facere mulier, vt do
tis cõditio reddatur deterior, quia mutuę donationis causa id
contingit. arg. l. quod autem. §. si vir & vxor de dona. int. vir. &
69 vxo. † sed hoc non patitur conditio fęminarum quód donare
præsumantur, cum genere auarissimę sint. Bart. in l. quæ dotis
eo. tit. l. si cum aurum de solut. l. cum de indebito de proba. Al-
tera quód mulier a se lucrum abdicare voluerit, cum non sit
obligata lucrum capere, quominus dotis conditionẽ deterio-
rem reddere non possit. arg. l. qui autẽ. de his quæ in frau. cred.
quæ responsio prædicta ratione confunditur, quare dic vt su-
pra, quod mulier est prohibita pacisci cum marito, in cuius ter
minis nos loquimur, non autem cum alio quocunque. Septi-
mo probant per l. quoties hoc tit. nostro, vbi dicitur quód quo
ties pater dotem dat, & stipulatur ita demum in se solidum
actionem transfert, si incontinenti stipuletur, Cæterum si ex
interuallo stipuletur non transfert, nisi consentiente filia, quã-
uis filia in eius sit potestate; Ex quo textu colligitur, ꝙ si filia
consentit patri de dote profectitia pacisceni, sibi potest præiu
70 dicare. Item ꝙ † per contractum matrimonij, filia a patria pote
state non eximitur; Ad illum tex. ne etiam referam aliorũ nu-
gas, dic quód dotis conditio ibi non sit deterior, licet actio quæ
competeret vni in alterum transferatur, & etiam vt supra pro-
xime dixi, in alterius quam viri in fauorẽ pactio tenet, & imò
his fit melior conditio dotis in fauorem mulieris, cuius pericu
lo nõ perderetur, quando ea agere non poterat, propter nota-
ta in auth. quod locum. C. de collatio. & in d. §. illud. Octauo
71 probat text. in l. Pomponius. de pact. dot. † vbi mulier potest pa
cisci quód dos æstimata, quæ debet esse periculo mariti, ipsius
mulieris periculo sit, ergo deterior eius conditio fieri poterit,
at ego respondeo, ꝙ multa in dubio cõceduntur, quæ alioquin
pleno iure prohibentur, Exẽpli gratia, prohibet lex, ne admini
stratores rerũ ad ciuitates; etinẽt ũ, illas iactare, nec aliter alie
nare præsumant. l. præses. C. de transac. tñ de re dubia transigi
permittit, & transigẽdo ius remitti, d. l. præses. Item statuit ius
72 nostrum † in legitima filios grauari non posse, & ab ea oẽ gra-
uamen auferri l. omnimodo. C. de inoff. testa. tñ si pater plures
filios hæredes instituat & cũ eis aliam personam, deinde illos
ad superstites hæreditatem restituere iubeat, quamuis aliquẽ
ex eis in sola legitima instituisset, potuit tñ illũ onere fideicõ-
missi grauare, ppt spem quæ erat ꝙ ille talis in legitima graua-
tus, ad cohæredum aliorũ successionem venire potuisset. l. si pr
puellæ secũda. C. [illegible] & l. de fideicommisso. C. de
transact. in proposito igitur, [illegible] dotem ęstimatam viro,
quæ esset futura periculo [illegible] l. plerunque de iure dot. fuit du
bia an sit ei futurum accrementum, an decrementum. Nam si
accederet doti quicquam, sicut ad virum spectaret periculum,
ita & accessiones, sed si ad eam spectet periculum, ad eandẽ &
accrementum pertineb. [illegible] secundum naturam. de reg. iur. Et
propterea ꝙ dos sit futura [illegible] periculo pacisci, quia nec dete
riorẽ dotis conditionem [illegible] d. l. si pater. C. de inoff. testa.
ideo tali pacto iuris censura non refragatur. At in casu nostro
esset omnino certa ꝙ dotis cõditio deterior sit, quia si ob ino-
piam non possit repeti, imminet periculũ amissionis, lucri [illegible]
nulla est spes. idcirco id fieri, lex non tolerat d. l. Aliciensis de
pac. dot. Nono facit. l. & hæredi. §. fil [illegible] de pac. vbi filiafamilias
pacisci põt, ne de dote agat, cũ sui iuris esse ceperit. igitur dete-
riorẽ suã conditionẽ facit, & per illum text. [illegible] arbitratus est
opinionem communem esse inconuenientem. Ego ad illum
respondeo, prout respondi ad l. quoties, supra in septimo fun-
damẽto relatam, ꝙ in §. filia, pactum sit fauore patris, quod nõ
est fieri prohibitum, & per quod no deterioratur dos, licet mu
lier paciscatur, sed nos loquimur in viro cum [illegible] prohibetur
pacisci, ne dotis deterior conditio reddatur. d. l. Ali[illegible] l c
ista opinio communis, vtranque opinionem, scilicet Dyni &
Cyni amplexa est, saltem virtualiter, quoniam Cynus pro sua
distinctione adducebat dictam l. fina. C. de sponsal. quam in
secundo fundamento adduxi. Pro opinione autem Barto. qui
indistincte tenebat quód mulier viro inopi nupta, hoc beneficio
cio non priuetur. Primo facit tex. in d. l. de die. cum seq. de
pac. dot. vbi expresse dicitur, non valere pactum viro in detri-
mentum dotis factũ, si non potest igitur expressa pactione id
fieri, ergo nec tacita. arg. l. cum quid, si cer. pet. ad illud respon-
debat Ias. ꝙ multa fiunt tacite, quæ expresse fieri prohibentur,
per quędã exempla quę ego [illegible] notabili retuli, sed ego dico
ꝙ taciti & expressi non est diuersa conditio nisi vbi est diuersa
ratio, prout eo loco ostendi, quæ ratio diuersa hic non est. secũ
do facit, quia illud esset impedimento nuptijs, quoniam ino-
pes non inuenirent vxores, cum fœminæ scirent se huius legis
beneficio carere, aut saltem cum maiori difficultate cõtrahe-
rent, ergo talis opinio reijcienda l. hoc modo de cõdi. & dem.
l. adigere §. si patronis de iur. patr. cum simil. ad istud nemo re-
spondet. Ego tamen infra respondebo. Tertio facit quia in du
bijs quæstionibus, ea pars tenenda est, quæ fauet doti. l. in ambi
guis de reg. iur. sed ista quæstio est dubia. l. post rem iudicatam.
C. de transl. pars vero, quam Bart. amplectitur fauet doti, ergo
sumenda est, huic pariter nemo respondet, me excepto infra.
Quarto adducit text. in c. per vestras de dot. int. vir. & vxor. vbi
secundum Bart. scienter mulier contraxerat cum inope ab ini
tio cui cum peteret dotẽ, quod esset inops obijciebatur, & pro
pterea dotem non esse soluendam contendebat, & tamen quã
uis sciuisset mulier illum esse inopem, iubet pontifex, vel virũ
pro dote accipienda cauere teneri, vel dotem sub sequestro re
poni. Igitur tantum abest vt quæ contraxit matrimonium cũ
inope, huius legis beneficio careat. vt nec etiam si expresse cũ
contractu matrimonij renunciatio accederet, id dici vnquam
possit, huic obiecto respondent tenentes communem opinio
nem, primo quod verum non est ꝙ is qui ibi vxorem duxit, es-
set inops a principio, cum de hoc nihil in textu. Sed his replica
73 tur, ꝙ † qui nunc est inops retro pauper fuisse præsumitur, arg.
l. 1. §. si magistratus de magist. conueni. & etiam Ias. sensit, secũ
do posito ꝙ esset inops tempore contracti matrimonij prout
pręsupponitur, verum non ꝯstat ꝙ id mulier scierit quinimo
id ignorasse præsumitur arg. l. verius de proba. & c. pręsumitur
de reg. iu. in 6. quod & Ias. arbitrabatur ad propositum multũ
facere, at ego respondeo, quod imo scientia in dubio præsuma
74 tur, inter eos qui simul ꝯtrahunt. Et id hoc modo probo † quem
75 scire & seu scire debere paria sunt l. quod te si cer. pe. † At qui
cum alio contrahit, scire debet conditionem illius l. qui cum
alio de reg. iur. ergo scire præsumitur, concesso igitur vt Iaso.
concedit in d. c. per vestras, illum virum in principio, & tempo
re cõtractus matrimonij, fuisse inopem, eius inopiæ, quæ cum
illo contraxit mulier præsumitur esse informata. Ad l. verius
& c. præsumitur dic quod ignorantia præsumitur in his quæ
quis scire non tenetur, vt inquit gl. magna in dicto c. præsumi-
tur, sed nos loquimur in casu quo qs scire tenetur, & pro scien
te habetur d. l. qui cum alio cum concord. Tertio vertunt tela
propria contra Bart. & dicunt rationes illius tex. facere pro cõ-
muni dum dicit. posse modicum credi cui est creditũ corpus
vxoris. id facit pro communi, ego respondeo, quod si illa ratio
esset considerabilis, nunquam constante matrimonio daretur
dotis repetitio, quoniam semper talis ratio militaret, quod per
sona sit credita. sed consequens falsum per istam legem & si-
miles, ergo illa ratio ad nostrum propositum trahi in argũ ne
quit. Cum nec ea sit finalis sed impulsiua. Quarto, retorquent
aliam rationem illius tex. contra Bar. dum dicit. ne forte si mu
lier sit indotata, vir illam deijciat & fornicationis ambo reatũ
incurrant. Si dos nondum soluta potuit extorqueri ne coniu-
ges crimen fornicationis incurrant, multo magis ea ratione,
mulier hoc casu agens exceptione repelli poterit arg. l. inuitus
§. cui damus de reg. iur. c. quæ ad agendum eo tit. in 6. ad istud
est responsio clara, licet illa ratio sit finalis illius tex. quod in ca
su illo extraneus quidam dotem promiserat, vt patet in princi-
pio dicti capituli. Qui si propter inopiam viri dotem retinere
potuisset, mulier remanebat indotata, & propterea cum mari
tus illam tpe promissę dotis duxisset, nec dotem consequi po
tuisset, non ab ea quia nõ promiserat. nec ab extraneo promis
sore propter inopiam viri. Minus ipsa mulier agere potuisset,
vt pote cui nihil promissum erat. idcirco poterat a se illam ej-
jcere l. si C. ad Velle. Quapropter potuisset facile quod tex-
tus veretur euenire, scilicet vt coniuges fornicationis reatum
incurrerẽt. at in proposito nostro, quamuis mulier dotẽ suam
repetat, non remanet indotata, imo dotem habet, quę omnes
illos met effectus operatur, quos solet pęnes virum operari &
matrimonio deteriorat [illegible] C. de iur. dot. Et propterea re-
peti nunquam poterit, nec crimen fornicationis continge re.
Et per consequens nec locum habere illa ratio, possumus igi-
tur fortassis pro Bar. illum tex. inducere ad propositum nostrũ,
dicendo, ratio illius capituli casui nostro non accommodatur,
ergo nec eius dispositio, arg. l. a Titio de verb. obliga. Item ille
tex. loquitur in extraneo, qui si dotem tradere non fuisset coa-
ctus, mulier remanebat indotata, vt in eo dicitur, quod non ac
cidit ad terminos nostros. Item ille text. loquitur in extraneo,
cui remedium legis nostrę non competit, vt in sexta quæst. se-
cundæ par. infra patet, sed si ei, cui non competit, & qui scien-
ter cum inope contraxerat, adhuc cautionis vel sequestratio-
nis medio succurritur, quanto magis ipsi met mulieri id conce
ditur. auth. multo magis C. de epis. & cler. Bartoli sententiam
sequuti sunt Alexan. hic, cui placuit Bald. in auth. quod locum
C. de colla. Abb. in c. per vestras prællegato de dona. int. vir. &
vxor. cum multis alijs quos Iaso. refert. Ego autẽ sic distinguo
quod aut vir post contractum matrimoniũ, ad maiorem ino-
piam deduci persequebatur, & sic statum in deterius perduce-
bat, & tunc Bartol. opinio procedat sine vlla dubitatione, cui
conueniunt

cōueniunt omnia iura per se adducta, & etiam pro parte contraria, præsertim l. si creditores in fi. de priuil. credit. l. si ab arbitro qui satis. cog. l. si is a quo iuncta l. plane vt in pos. legat. cum simil. Aut vir statū non mutauit, & procedat contraria. quę ab omnibus approbatur. Et tunc non obstat ꝙ possit esse impedimento nuptijs, vt in secundo Bar. fundamento l. hoc modo de condi. & dem. l. adigere. §. si patronus de iur. patr. Quoniā hoc casu nullum probabile impedimentum reperitur, cum si vir statem non mutauerit dos erit satis tuta, & si eius status deterioretur, hæc actio conceditur. Nec obstat aliud quod Bar. dicebat, videlicet pro dotibus respondere melius esse. quia id verum est!, qñ si aliter respondeatur, dos iacturam patitur, Sed cum hic dotalis causæ non intersit, ꝙ vir qui in eodē statu perseuerat, dotis regimine priuetur. Iccirco, argumentū non militat. Minus obstat dictum. c. per vestras, quia imò probat istā partem. Nam in eo extorquetur cautio. Quoniam vir perseuerabat ad consumptionem suæ substantię, sed si nō perseuerasset tunc cautio non fuisset extorta a ꝯrio sensu illum tex. inducēdo, & hāc credo veram huius dubitationis determinationē.

Septima & nona quæstio primæ partis.

Eandem materiam complectuntur, hæ duæ quæstiones,
76 iccirco eas simul iunxi. Et quoniam † Socer nurus suæ dotem recipere potest l. cū dotem. §. transgrediamur. sup. eodem, qđ & extraneo cuicunq; fieri nō denegatur l. fi. C. de dot. cau. nō
77 num. Quæritur. † An dispositio legis nostrę, & similium, quæ de viro loquuntur, ad socerum, & extraneum pro dote obligatos, si inopes fuerint porrigatur. Quod prima fronte negandū
78 videbatur rationibus infrascriptis. Et primo quoniam † Exceptio in vno, in cæteribus regulam confirmat. cap. dominus 32. q. 7. l. 1. cum ibi not. de regu. iur. Sed legis nostrę dispositio est, ex regula exceptio. Quia dotes regulariter non nisi soluto matrimonio repetūtur l. cum notissimi. §. illud. C. de pręscrip. 30. vel 40. anno. l. in rebus. §. omni. C. de iur. dot. l. 2. supra eo. l. 2. de dot. prælega. cum his quæ supra sępe diximus. & ex dicta regula inopię viri casus tollitur, & excipitur. vt in dicta l. 2. notatur. Ergo in ceteris omnibus regulam confirmare videtur, cui consequens est. quod cum de socero, & extraneo, non meminerit, ad illos minime producatur.* Huic obiecto respondeo, quòd licet oratio, quæ huiusmodi exceptionem concludit, de viro tantum expresse loquatur. Ratio tamen illius, etiam ad socerum & extraneum accommodatur. Quoniam vt dos conseruetur lex hæc inuenta fuit, Et ita ne ab his dissipetur, sicut & a viro reipublicæ interest argum. l. solutum de solutio. & tunc iure proditum est omnem dispositionem tantum loqui, quantum eius ratio complectitur glo. in c. 1. versi. Italię de temp. ordinatio, quæ ab omnibus communiter approbatur. Ideo verum non est quòd exceptio nobis tradita, solius viri mentionem faciat. Secundo quoniam † casus omissus habetur pro omisso & iuris dispositioni relinquitur l. si vero. §. de viro infra eo. l. commodissime de lib. & posthu. Bartol. in l. Gallus. §. & quid si tantum eo. t. t. de liber. & posthu. Huiusmodi est casus soceri, & extranei. Igitur iuri communi committitur. Sed negatur quòd sit huiusmodi, quinimo vt prædixi, dispositioni, propter identitatem rationis, socer, & extraneus includuntur. Contrarium tamen glo. Bartol. & omnes doc. tam antiqui, quam moderni tenuerunt, quòd quinimo legis nostrę & similium, statutum de viro loquens, ad socerū, & extraneos quoslibet producatur & id fieri primo. quia est eadē in illis ratio quæ in viro. Quod patet, quoniam huiusmodi lex ea ratione constituta fuit, vt dos mulieri conseruetur, adeo quòd durante matrimonio, ex ea viro vxori, & eorum familię necessarijsq; subueniatur l. vbi adhuc. C. eo. l. Mutus. §. manente. de iur. dot. l. Caius infra eo cum simil. Et eo soluto. mulier alium virum inueniat. Arg. not. in l. 1. supra eod. & l. 2. cum seq. de priuil. cred. iuncta l. si cum dotem. §. fi. hoc etiam tit. nostro at ista ratio ita conuenit aduersus socerum, & extraneum, sicut & virum. Igitur & in eos legis dispositio laxatur l. fi. C. ad l. Falcid. Secundo quoniam valet argumentum de re ad tempus l. miles ita. §. & quia diximus de milit. testa. Sed in re datur actio contra socerum l. rei iudicatę. §. socero & l. diuortio. §. interdum supra eod. Item contra extraneum l. vbi adhuc. C. eo. ergo & in tempore. Tertio quia † causa dotis est pia. l. cum is. §. si in ea opinione de condi. indeb. clement. dispendiosam de iudi. † Et fauore piæ causæ, omnis dispositio recipit extensionem l. illud cum ibi no. C. de sacr. san. eccl. Quarto quia est limitatoria, vt prædixi. † Et in limitatorijs, licita est extensio ex identitate rationis. Ad quod semper Bartol. allegatur, teste Alexand. glo. in l. 1. C. de cond. indeb. c. cum dilecta. de con r. vtili, vel inut. & c. ad audientiam de cler. non res. & vtrobique Abb. notat. Quinto & pro nunc vltimo. Quoniam vna lex potest per alteram proculdubio extendi. c. constitutionem de regular. in 6. l. ob ęs. C. de præd. & alijs reb. minor. sine decre. iud. non alie. l. serui nomine de vsucap. & l. contractus. de reg. iur. ac l. vbi adhuc. C. de iur. dot. cum simil. Sed dispositio illius legis, & similium, de viro mentionem facientium, ad extraneos, & socerum legis statuto producitur dicta l. vbi l. rei iudicatę. §. socero & l. diuortio. §. interdum supra eod. ergo. & in illos laxabitur. Verum quia. §. de viro. l. si vero infra eod. prędictis valde aduersatur doctores summopere in eo vitando laborant. Quod & ego inferius lucidissime pertractaui. Quamobrem concludere Barto. videtur, & communiter scribentes, quòd vbi est eadem ratio, etiam in exorbitantibus a iure communi, extensio permittitur. Sed huic conclusioni obstare videtur text. in l. 2. C. de patri. qui fil. distrax. vbi concessio, quæ patri fit de filio eam ob causam distrahendo, etiam ex identitate, vel maioritate rationis, ad alias causas non extenditur. Cui. Dyn. primo respondit, quod aut lex simpliciter loquitur, aut cum dictione taxatiua: Quando enim simpliciter profertur, ex rationis identitate producitur. vt hic & simil. Quando vero cum taxatiua. lex disponit. tunc ad alias causas non extenditur. vt in dicta l. 2. C. de patri qui fil. distrax. in qua ea sola causa lex filios distrahi tolerat. Illud primo est contra Auth. quas actiones. C. de sacr. sanc. eccle. vbi lex sine dictione taxatiua disponit, & tamen de ecclesia ad ciuitatem non extenditur. Quā uis coarctatio temporis, facta circa res ecclesiæ præscribendas maiori cum ratione ad bona ciuitatis adaptari posset, quam ecclesiæ. vt communiter doc. eo in loco tradunt. Sed ad id Dyn. respondet nos loqui in exorbitantibus, limitatorijsve, in quibus vt supra docui extensio toleratur. authent. vero prędicta in correctorijs loquitur, quæ odiosa sunt, & ideo extensionem lex non tollerat, vt in ea notatur. Item illa prima responsio Dyn. est contra communem, & receptam opinionem in authent. non licet. C. de lib. præterit. vbi secundum Alexan. & alios, quamuis Iustinianus in. §. aliud quoque capitulum in
84 authent. vt cum de appel. cognos. † quatuordecim causas expressierit. quibus solis statuit, filios & alios descendentes exhęredari posse, tamen etiam ex causis in eo non expressis, si pari vel maiori ratione nitantur, filios exhęredari posse concludūt. Et nihilominus odiosa est dispositio, per quam exhæredatio conceditur, ar. l. cum quidam de libe. & posthu. Item contra l. ob ęs. C. de pręd. mi. l. his solis. C. de reuo. can. don. l. serui nomine de vsuc. & l. contractus de reg. iur. Sed respondet Dy. quod illa iura quæ pro contrarijs adduximus in legis extensione loquantur, quoniam vel ab eadem lege, lex extenditur de vno casu, ad alium vt dicta l. ob ęs cum simil. Sed nos loquimur in extensione hominis, quæ per interpretationem fit. Adhuc instat Barto. quòd hęc responsio non sufficiat, quia etiam ab homine lex taxatiue loquens ad casus similes perducitur l. illud cum ibi no. C. de sacr. san. eccles. Sed respondet, quòd aut sumus in fauorabilibus, & tunc etiam ab homine lex extenditur vt d. l. illud cum sim. aut in odiosis quæ restringi conuenit, & tunc non extēditur, vt dicta l. 2. C. de patr. qui fil. distrax. Et ideo pro materiæ extensione, ex dictis Barto. sex conclusiones eli-
his qui in test. delē. l. proxime. & C. de test. l. nostram. potuit &
propter alios quos instituere decreuerat. & dato quòd propter
venientes ab intestato dixisse credatur, non sunt tot suppletio-
nes contra regulas iuris fiende. arg. l. 1. C. de do. promit. Nec il-
le. §. si quis autem. vt in simili statim dicam latius extendendū
est. Per hæc dixerim dictum. §. veteranus. hodie fore correctū,
si & verba illa, & intestatos esse maluerit, a testatore fuerint ex-
pressa. cum enim ibi supponendum sit quinque saltem testes
fuisse. alioquin nec legatarijs obstaret exceptio secundū theo-
ricam Dyn. & Bar. sup. tit. 1. l. hæredes. §. 1. patet locum esse. §.
si quis autem. & sic. §. ille. si quis autem. non pōt dici antiquus.
sed l. 2. inf. titulo primo a compositoribus additam noui iuris si
43 inspiciatur. l. 2. §. tanta. C. de vete. iur. enucl. † Per hæc limitatur
etiam vulgaris illa regula, quòd hæreditas in codicillis non po
test adimi. nam in codicillis. s. in solemnitate ad codicillos habi
li, tollitur hæreditas, seruata forma. §. si quis autem. vel si dixe-
rit volo intestatus decedere. Dubius tamen sum. an. §. ille pro-
cedat, si testator simpliciter se dixerit velle decedere intestatū.
nam & si. §. ille velit rem ad causam intestati deduci, longe ta-
men referre negari non potest, vtrum expresse veniētes ab in-
testato instituat, an ius legitime successionis conseruare velit
intestato instituat, an ius legitimę successionis conseruare ve-
lit quo ad mentem disponentis. inf. de hęre. instit. l. Lucius. & l.
ex facto. etiam de vulg. & pupill. l. vel singulis. nolens enim ab

intestato decedere forsan ignorante quinam essent ei successu-
ri nec omnino scire potuit nec vere videtur instituere, sed per
quā tam fictionem cum ademit vt no. de iure codi. l. conficiū-
tur. l. 1. sic. §. ille singularis & corrigens, vltra terminos suos nō
sine dubio contra vulgares regulas extēdetur. Secundum hoc
luculenter apparet sol. glo. ad illum. §. indubitatissimam esse.
primum quòd filio præterito instituti esse non possunt veniē-
tes ab intestato. de quibus. §. ille loquitur secundum prædicta,
cum filius sit ipse proximior, quonam enim modo filio præte-
rito vt intestati voluntas valebit, sic existimo intellexisse gl. de-
inde. & sic possibile foret filio præterito proximiorem institu-
tum, cum tñ non cesset ratio exigendę institutionis vel exhæ-
redationis filij, licet instituti sint proximiores ab intestato. s. de-
bitum naturale & situtatis, licet ratio solemnitatis testium ces-
set vt præmissum est. Qua ronte igitur sæpe d. §. si quis autem.
singulariter nouum corrigens, dispensatiuum, & exorbitans a
iure communi ad casum diuersum omnino, vbi nec eadem ra
tio locum vendicat, extendemus. sup. de leg. l. ius singulare. &
l. quòd non ratione. & solu. matr. l. si vero. §. de viro. cum simil.
Sed contra hanc solu. & cōtra hanc. l. opp. filio pręterito si pro-
ximiores post filium ab intesta. instituti sunt, contratab. datur,
licet idem filius fuerit exhæredatus in primo testamento. vt j.
de contratab. l. si duobus. §. si prius. valet ergo secundum, alio-
quin non daretur contratab. l. quod vulgo. eod. tit. si valet, tollit
primum. cum duo testamenta non possint consistere. inf. tit. 1.
l. 1. & 2. & l. posthumus. §. si paganus. Solu. ille. §. debet intelligi
in filio emancipato præterito, cuius gratia principaliter cōtra-
tab. fuit introducta. cuius præteritio non reddit testamentum
nullum. Ideo autem distinguitur, instituti sint venientes ab in-
testato necne, quia erat imperfectum ratione solemnitatis, vt
apparet ex verbo, imperfectum, & sic est casus. §. si quis autē.
secundum Bar. hic. Quæ so. nimis restringit illum. §. vt putem
præterito emancipato procedere. §. si quis autem. cum & ipse
sit veniens ab intestato, & ex coniectura voluntatis defuncti, li-
cet iure prætorio. vt inf. de iure codi. l. si quis cum nullum. & l.
conficiuntur. & no. glo. inf. de bon. poss. l. sed cum patrono. §. 1.
vbi Bar. videtur tenere quicquid notauit ipse Bart. de colla. bo-
no. l. 1. §. vel maxime. & sic non potest valere vt voluntas inte-
stati. In illo autem. §. si prius. idem Bart. intellexit in filio in po-
testate, dicens hanc. l. per illum. §. limitari. & sic sol. glo. hic ad
§. si quis autem. datam non esse veram cū institutis proximio-
ribus ab intestato post filium, tollatur primū, siue sit defectus
solemnitatibus, siue præteritionis. Ex hoc amplius infertur, in-
stitutis venientibus ab intestato testamentum iure ciuili tene-
re non obstante præteritione filij donec filius dicat nullum, cū
si solo iure prætorio teneret iuxta præmissa nō tolleret primū.
quam sententiam Bald. hic & C. de contratab. l. 2. & vnde legi-
gitimi. l. fi. & de instit. & substit. l. si pater. & de testa. l. hac con-
sultissima. §. ex imperfecto. sequutus est. quicquid glo. dixerit
in l. filio & in l. cum in secundo. inf. tit. 1. & de vulga. & pupil. l.
si quis cū. & de pę. hære. l. 1. & C. vnde legi. l. fin. & sic illa. l. filio.
posthumus. ver. idem & circa. etiam primo testamento præce-
dente, procedent quòd sup. non admisi. Ang. in §. si quis autē.
bene vult institutis venientibus ab intestato secundum tollere
primum, & esse speciale, vt valeat iure prætorio. nā si non præ-
cederet primum, tunc nullo iure valeret secundum, non tamē
putat in §. si prius. valere iure ciuili. & in hoc vltimo sibi con-
tradixit. C. de post hu. hære. instit. l. 2. Secundum pręmissum in-
tellectum. §. si prius. tria singulariter eliciuntur, duo ex tacito
44 sensu, tertium ex expresso. † Primum ꝙ testamentum quo fi-
lius est præteritus institutis proximioribus ab intestato post fi-
lium iure ciuili tenet, donec dicatur nullum. idem fortius, si
instituti sint pares in gradu. ff. de leg. præstā. l. si duo. sicque in-
telligatur. l. filio pręterito. Secundum quòd testamentum se-
cundum non obstante vitio præteritionis institutis proximio-
ribus post filium ab intestato tollat primum. Tertio quòd fi-
lio in potestate præterito in secundo testamento, institutis ex-
traneis, contratabu. non datur, secus si instituantur proximio-
res ab intestato. Horum primum expresse cōfunditur per text.
infra eodem l. Gallus. versic. num & si filius. §. in omnibus. &
§. & bene. fuerat enim institutus proximior ab intestato post
filium, & tamen non tenet iure ciuili testamentum, quamuis
quod fortius est, præteritio non foret sibi iniuriosa, obstaculū
filij foret sublatum in vita testatoris, institutio non ex volunta-
te sed ex necessitate esset facta, dato etiam quòd ab initio testa
mentum tenuisset, quia præteritus esset nepos non filius. Con-
funditur etiam per. l. posthumus. versicu. idem & circa. vbi se-
cundum omnes est bono. possess. necessaria. Item confunditur
ratione, iure ciuili cessat causa intestati, quamdiu potest habe-
re locum causa testati. l. quamdiu. inf. de acquir. hęred. a conse-
quenti ergo destructio, vbi locus est causæ testati causa intesta-
ti locum habere non potest, nec hoc reperio fallere, nisi in ca-
su. l. si quis ita hæres instituatur si legitimus. inf. de hære. instit.
nec enim ibi veniens ab intestato pōt succedere, nisi deficien-
te testa-

te testamento, sed cũ esset conditio si legitimus nollet vẽdica-
re eo ꝙ legitimus declarat se velle deficit conditio & sic aperi
tur via ab intestato. cum ergo constet filium præteritum non
obstante institutione aliorum statim esse ab intestato suũ non
potest stare iure ciuili testamẽtum. præsertim cum post filium
non esset secundum hæc tempora successioni de iure ciuili lo-
cus. vt sup. est declaratum. Ad hoc etiam facit d. §. si quis aũt. si
enim ibi esset defectus solemnitatis & sic extrinsecus non insti
tutis omnibus veniẽtibus ab intestato sed quibusdã non tenet
testamentũ vt ibi, quantominus vbi est defectus præteritionis
& sic intrinsecus. Quibus etiam rationibus idem dico siue pro
ximior post filium siue par fuerit institutus. Stet igitur sexta cõ
clusio. Testamentum quo filius in potestate est præteritus, iu-
re ciuili non tenet, etiam paribus, vel proximioribus post filiũ
ab intestato institutis. Secundum pari ratione reprehenditur
& potissime per sępe d. §. si quis autem. vt sup. declaratum est.
Quinimo. §. si prius. in hunc modum intellectus supponere vi-
detur, quod licet contratab. detur, secũdum nõ tenet, nec sunt
instituti proximiores ex testamento licet sint ab intestato. Ter
tium autem plusculum dubitationis habet filius secundo testa
mento præteritus primo exhæredatus non est suus sed hæredi-
tas iure ciuili versatur in primo vt hic. & l. si quis eum §. fina. de
vulg. & pupilla. facit l. 3. §. fina. sup. eod. sed contratab. exemplo
iuris legitimi datur, & tunc de iure cõmuni filius est ab intesta
to suus, vel futurus esset, si in patris potestate mãsisset. ff. de cõ-
tab. l. 1. §. vocantur. l. illud §. 1. l. si emancipatus. in prin. l. non pu-
tauit. in princ. l. si in adoptione. §. fina. Item contratabu. datur,
quia testamentum potest per approbationem validari, secun-
dũ opin. Vltramon. & Barto. supra relatam. sed præteritus hoc
casu non potest approbare in præiudicium institutorum in pri
mo, quibus est aperta via de contratab. l. si post mortem. § fina.
inf. eod. l. fi. si tab. test. nul. exta. l. 1. in fi. Præterea non dubium,
quod cõtratabu. si debet dari, non potest dari contra primum
testamentum propter exhæreda. de contratab. l. non putauit. in
princ. secundũ rationẽ præteritionis. Si ergo hęreditas non ver
satur in secundo. sed in primo. illa contratabul. erit manis. nec
enim plus potest auferre, quam inueniat in testamento quod
rumpit. Cæterum non obstantibus his dicendum existimo, fi-
lio præterito contratabu. compere non obstante primo. Et vt
omnia fundamenta destruantur, videtur expressum in simili
in præallega. l. non putauit. §. a primo. si illum §. similiter & sic
in filio in potestate intelligamus. vt ibi Bartol. voluit. quamuis
45 in l. 3. §. fina. sup. eod. ad emancipatum restrinxerit. † Namque
filio in potestate a primo præterito a secundo exhæredato pri-
mus gradus est nullus, & testamentum incipit a secundo d. l. 3.
§. fin. nec filius etiam suus posset primum in præiudicium secũ
di approbare, per rationes. supr. allegatas. & [illegible]men contratab.
contra primum datur. probatur ratione, emancipatus præteri-
tus contratab. admittitur quasi rescissa capitis diminutione vi-
deatur in potestate. l. sed cũ patrono. §. 1. de bon. poss. & de con
tratab. l. 3. §. si emancipatus. insti. de exhæred. lib. §. emãcipatos.
Nec dubium, emancipato præterito in secundo, exhęredato in
primo contratab. dari. & eodem modo præterito in primo gra
du exhæredato in secundo. vt in di. l. §. a primo. ergo & filio in
potestate. vnde etiam apparet, quod illa ratio falsa est. vt tunc
detur contratab. cum est suus, vel futurus esset, si esset in pote-
state. probat hoc ratio æquitatis, cũ enim præteritio filij annul-
let secundum testamentum, æquius est hãc annullationem si-
bi quam institutis proficere. arg. de distrac. pig. l. rescriptum. §.
1. & de procu. l. qui proprio. §. procura. & solu. matri. l. si vero.
§. item quis. & est absurdum peioris conditionis esse filium in
potesta, quam emancipatum. Hoc etiam probatur, quia præ-
tor liberis præteritis contra testamentum bo. pos. pollicitus est.
inf. de bon. pos. contratab. l. 1. & insti. de bon. pos. §. sunt autem
& de exhær. lib. §. emancipatos. & quia vt ex vocabuli significa
tione apparet contra testamentum datur, magistraliter inter-
pretatum est, vt tunc detur, cum est tale testamentum, ex quo
potest hæreditas adiri vel bo. pos. peti. alioquin testamento no
men non meretur, vt supr. dictum est. sed non obstante primo
testamento, testamentum quo filius est præteritus est tale, ex
quo potest bo. pos. peti, & tenet iure prætorio, vt plenissime.
46 sup. visum est, ergo datur contrata. † Quid plura. Iste est planus
& rectus intellectus illius §. si prius. nam secundum commu-
nem intellectum verbum, potiores, ibi positum non determi-
nat verbum sunt sed verbũ, remoto filio, vt sit sensus, cõtratab.
datur, si instituti illi qui sunt potiores ex testamento, non ab in
testato. Item verbum, quoque, abundat, nec proprie venient. s
ab intestato dicuntur potiores respectu extraneorum, qui non
vocantur, sed foret abusiua comparatio. voluit ergo tex. de pla
no dicere, filio præterito in secundo testamento tunc contra-
tab. dari, cum remoto quoque filio idest vbi si filius esset simili
ter remotus per exhæredationem in secundo sicut in primo.
idem dico, si per mortem vel alio modo non obstitisset secun-
do testamento, instituti in secundo sunt potiores primis, quia
testamentum non habet alium defectum, quam pręteritionis.
& hæc declaratur subsequenter in versicul. & ita ius habet. Pa-
ter ergo talis regula ex illo §. filio exhæredato in primo testa-
mento, præterito in secundo datur contratab. contra testamen-
tum secundum quod si non esset vitium pręteritionis præua-
let primo, & sic nullum haberet alium defectũ. & ratio ibi po-
nitur, nam præterito voluit dare contratab. contra testamentũ
quod non deficit nisi ratione præteritionis. & sic colligetur no
tabilis regula in materia bon. poss. contrata. Cum enim præteri
tio sit iure bon. poss. contratab. vitium præteritionis non debet
eam impedire. arg. eod. titu. l. 3. §. si emancipatus. de verbo. obl.
l. inter stipulantem. §. sacram. & sic ratio illius. §. si prius. est ri-
gorosa & æqua, vt cum secundum testamentum tolleret pri-
mum, si non esset obstaculum potius filio quam primo testa-
mento prosit, vt dixi. Id etiam probatur ex illo. §. vt cum secun-
dum testm̃ non tollat primum, tamen filio contratab. compe
tat. & cum dicit tex. quod secundum testamentum erat imper
fectum, intelligo imperfectũ rõne præteritionis, si enim defi-
ciẽs rõne solemnitatis dicit imperfectum. l. hac consultissima.
§. ex imperfecto. pariter & rõne pręteritionis. infra eod. l. inter
cętera insti. de exhær. lib. in princ. facit l. 2. §. 1 infra quemad. tes.
ape. quod euidenter apparet, quia testm̃ secundũ tunc tollit pri
mũ cum est iure perfectũ. infra tit. 1. l. 2. insti. quibus modis tes.
infir. §. posteriore. Cum ergo testm̃ vbi est defectus pręteritio-
nis non tollat primũ, quia non est iure perfectũ, recte dicit im-
perfectũ, & si quis diceret, frustra dicit tex. secundum istum in
tellectum ꝯtabu. dari, si instituti in secundo essent potiores pri
mis. semper enim essent potiores, obstante pręteritione. respõ
deo quod esse potuerãt instituti incapaces vel aliud vitiũ. ideo
47 regulam tradidit generalem. † Per hæc aperit nouus & singu-
laris intellectus huius l. nam secundum cõmunem intellectũ
id voluit tex. in fi. quod primũ non tollit per secundũ. vnde pro
prius dixisset iurisconsul. nec superius ruptum est vel rumpit, vt
dixi in l. si quis posthumos. in princ. infra eo. cum iam pręmisis-
set secundũ testamentum esse factũ. vnde ruptura inspicitur tẽ
pore confectionis secundi, non postea. inf. tit. 1. l. 1. nisi velimus
dicere, quod licet in princi. loquat per verba pręsentis tẽporis,
tamen semper loquit vt comprehendat futurũ. vnde exponit,
pręteritus sit, in pręteritum, vel erit in futurum. & non valet si
in præteritum, nec valebit in futurum si in futurum fiat. C. de
legi. l. leges. C. de hęred. l. Arriani. & sic verbum, respondet, pro
prie stabit. cum etiam in pręteritum non solũ in futurum in fi-
ne quemadmodum in princ. loqui debuerat, nec illa verba, &
viuo patre, proprie posita sunt, sed necessario resoluunt in, quã
uis. Paulus igit qui proprie solet loqui, sciẽs non obstante testõ
primo, filio pręterito contrasecundum dari ꝯtab. per quam ef-
fectualiter rumpitur primum, & eo mortuo in vita ꝯtab. nasci
non posse, cum ministerio dixit, & viuo patre decedat, nõ quã-
tum ad hoc vt testm̃ sit nullum, sed vt primũ non rumpat. sci-
licet per ꝯtabu. Vnde lex ista dicere voluit, si filius in ptãte est
præteritus, testamentum non valet, & [illegible] præteritus decedat vi-
uo patre, primum testm̃, quod pro constanti supponit validum
non poterit vllo modo rumpi. a contrario ergo sensu si non de
cederet, posset rumpi. s. per ꝯtabu. nec curo vtrum filius fuerit
institutus vel exhęredatus in primo, vt & gl. voluit. dabit enim
ꝯtabu. si tamen in primo solus fuisset institutus, cum posset ex
eo venire iure ciuili, petẽs ꝯtabu. teneret ad legata. ar. l. pe. si hu-
mus. ver. idem & circa. & l. filio. inf. ti. 1. & eorũ quæ supr. dicta
sunt. nisi dicere voluerimus, æquitatem non dictare hoc legata
seruari, cũ nec filius nec legatarij pp secundum testm̃ habue-
rint volũtatem defuncti. arg. l. militis. §. veteranus. de testa. mil.
quod putem esse tutius. Hoc tamen casu non pr[illegible]o præterito
competere vnde liberi, cũ non sit suus ab intestato, & sic cesset
tõ deferendę vnde liberi, licet cõpetat ꝯtab. Stet igit. 7. conclu
48 sio. † Filio in ptãte primo testõ instituto vel exhæredato secun-
do præterito ꝯ fm dat ꝯtab. per quam rũpit affectualiter primũ
sed vnde liberi cessat. Nec ob. quod ꝯtabu. dari non debet, quia
non est suus. ꝯtab. n. dat his, qui ab intestato cessantibus primis
fuissent, si essent in ptãte, & qui testm̃ ꝯ quod ꝯtab. dat reddũt
iure ciuili nullum. sic loquunt dicta iura. non aũt exigi, quod os
no sit suus. licet sit in ptãte, cui ꝯtab. dat, & superioribus appar-
uit. Nec. n. oĩno concurrere debent suitas ab intestato & ꝯtab.
filio in ptãte, cũ institutus sub cõditione ptãtiua nec in defectũ
exhæredatus petat fm tab. l. 2. sub cõd. de secũ. tab. Illa aũt rõ
quod ꝯtab. det pp spẽ approbationis, patuit superius falsa. Nec
mouet ẽt me, quod non plus debeat tribuere ꝯtabu. quam ha-
bet testm̃ ꝯ quod datur. nam nullo alio condito testõ constat
hæreditatẽ non versari in testõ, quo filius est pręteritus, immo
filiũ efficaciter esse hæredem suũ ab intestato. quinimo nec iu-
re ptorio versat in primo testõ. cũ pretor nõ foueat testm̃, qdiu
ꝯtab. põt habere locũ. sic igit licet verset in primo testõ hẽditas
iure ciuili. ꝯtab hẽbit effectũ & sic potius est remediũ succedẽ
di. nec petens ꝯtab. hæreditatẽ consequit, quã auocet ab institu
tus, sed a se immediate consequitur. ꝙ patet ex eo, ꝙ contratabu.
datur,

daī, licet hæreditas non fuerit adita ex testō, sed repudiata. licet testm̄ fuerit ꝯditionale, vel quocūq; modo post testatoris mor-
40 tem deficerent. Tertio ad idem opp. licet scdm testm̄ deficiat ratione preteritionis, tamen instituti in primo cū non habeant voluntatem testatoris debeant excludi. ff. de secundum tabu. l. qui liberis. §. testō & C. de testa. l. nostra. Sol. ibi loquitur, quādo deuenit ad actum facti, vt plene notatur in l. nostra. & ff. quæ in testa. delen. l. 1. & l. penulti. Posset ēt dici, q ita intelligitur mutasse voluntatē per secundum, si secundum tenuit. de leg. 3. l. si iure. licet videatur obstare ff. de his quib. vt indig. l. cum quidā. sol. ibi testator reputauit primos indignos secundum cōmunē intellectum, quod ad hoc non tollitur primum ipso iure in effectu quantum ad alios licet fiscus possit auferre. inf. de vulg. & pup. l. ex facto §. siiuus Longinus. & nota. supr. tamen hæred. l.
50 his consequenter. §. 1. Quarto † opp. ad idem, testamentum secundum hodie tenere iure ciuili, si causa fuit legitime inserta & probata. item indistincte saltem quo ad legata. in auth. vt cum de app. cog. §. si igitur. & §. sequē. & C. de libe. præter. auth. nō licet. & auth. ex causa. ergo tollitur primum. ne duo testamenta concurrant. Solutio intelligēdo illam auth. in præteritione paterna, cōfiteor inserta causa legitima & probata tolli primum cessante autem insertione vel probatione causæ, primum non tollitur quo ad institutionem, sed cum secundum valeat quo ad legata, primi legata corruent. arg. gl. de hære. insti. l. fi. secundū Bar. inf. de leg. 3. l. si iure. Bal. autem hic & in auth. ex causa. non putat conseruari legata primo testamento præcedente. sic non dici poterit, nec prima legata corruere. motus ratione q authēticum ... in eo casu loquitur, quo hæreditas spectat ad venientes ab intestato, & ab eis vult legata deberi. vt in §. finan... hæc obseruata ... [illegible] debet extendi lex noua, & corrigēs ad casum quo præcedit primum testamentum vt ab eis legata debeantur, arg. C. de appel. l. præcipimus & de tac. fan ... [illegible] pro quo adduci potest qd secundum opp. ... & Bar. sequitur legata debentur actione ex testamento ... [illegible] testamenta concurrunt. Item auth. ex causa ... [illegible] exhæredationis ... in §. cætero ... [illegible]. Ac præcedente primo ... [illegible] Verum illa opinio ... [illegible] testamentum præcedit, secundum valebit ... [illegible] cum hoc casu non loquatur auth. ... [illegible] legata secundum, sed ... valebit ... [illegible] quatenus ... [illegible] sine causa, indistincte loquitur ... [illegible]

[illegible]

... ex testamēto non ... [illegible] Necessarium est, q primum ... [illegible] ex defectu ... [illegible] quem ... haberet ... [illegible] propter prim... [illegible] non haberet ... [illegible] & circa ... declaratum est ... [illegible] qd primi legata corruant ... [illegible] consistere ... circa legata dispositiones concurrere ... [illegible] de testa. l. hac consult. illius. §. si quis ... [illegible] tamen est sen-
51 tentia Barto. Sicque stabit octaua conclusio. † Conseruatio legatorum per auth. ex causa non impeditur, licet primum testamentum validum præcesserit, sed primi legata corruunt. cum tamen dixerim illam auth. in præteritione paterna non loqui, ex ista remanet ab ea prorsus immutata. Amplius secundum intellectum domini mei, quem existimo, veriorem, nō solum in preteritione paterna non loquitur, sed nec ipso iure annullat testamentum. cum enim duo exigat copulatiue, causæ. s. insertionē & probationem, & quo ad probationem intelligēda sit de effectuali valore, non quo ad solemnitatem testamenti secundū gl. & doc. ibi, cum probatio a principio interuenire non possit, arg. C. de præci. impe. offer. l. vniuersa. cum gl. sic etiam intelligendum erit, quod de insertione causæ exigitur, vt duo copula
11 vniformiter videantur. vt. inf. de vulg. & pup. l. iam hoc iure. cum si. Nam illa exceptio, nisi probentur ingrati, quæ quo ad effectum loquitur, etiam regulam ita intellexisse, declarat. arg. de penu. leg. l. nam quod. §. fi. Hoc etiam ex consideratione veteris & noui iuris suaderi potest. primum enim lex. 12. tabu. plenissimam patri in filium potestatem concessit exhæredandi & occidēdi, vt prædixi. quæ quidem potestas per posteriorem per indirectum limitata fuit, vt si filius exhæredatus se immerentē probauerit, patris testamentum tanquam furiosi subuertat. de inoffi. testa. l. nam & ijs. §. 1. vnde adhuc probandi onus filio incumbebat. hoc correctum est in l. omnimodo. de inoffic. testa. C. & statutum, vt instituti filium probent ingratum, & pater eū ingratum testamento dixerit. Nouissime voluit. §. aliud quoque capitulum. non solum ingratitudinem probari, sed causa testamēto inseri. cum igitur illa tria iura de effectuali exclusione loquerentur, non de solemnitate testamēti, sic etiam debebit hoc ius nouissimum veniens ad suppletionem intelligi. argumen. l. nihil. ff. de coniung. cum emancipa. libe. & in auth. de fil. ante dota. instru. na. §. fin. & in l. 4. §. tibi. ff. vi bono. rapto. frustra igitur queritur, an primo testamento precedente loquatur, cum secundum teneat ipso iure, & tollat primum. Patet etiam quod de præteritione paterna non loquitur.

REPETITIO

Christophori de Castellione, Super. l. si filius hæres. ff. de libe. et posthu.

SVMMARIVM.

1 *Partus quot in ventre formentur legi incertum est, quamdiu per naturam plures formari possunt.*
2 *Nepos quo casu auo & patri suus hęres dicatur.*
3 *Nepos ex substitutione suus hęres est auo si posthumus nascatur nō viuus.*
4 *Hæredem non posse ex testamento adire quamdiu dubitatur de viribus testamenti.*
6 *Substitutio vulgaris quando & in quibus locum sibi vendicet.*
6 *Nepos an sit suus auo si filius pręcessit eum tempore mortis aui.*
7 *Nepos non censetur dominus bonorum aui viuentis nec in eum continuatur eorum dominium auo mortuo.*
8 *Nepos an sit hæres auo ex sua persona, an vero ex persona patris sui.*
9 *Sui hęredis existentia an tollatur per dationem substituti vulgaris. & in mero sequen.*
11 *Cohæredis dationem impedire confirmationem tabularum pupillarium.*
12 *Filio petente contra tabulas, an confirmentur eius commoda per titulum de legat. præstando. bono. posses. &c.*
13 *Filius possit necne in præiudicium legatariorum neglecta institutione capere ex substitutione.*
14 *Seruum hæredem necessarium non habere facultatem abstinendi per dationem cohæredis.*
15 *Conditione potestatiua non tolli existentiam sui hæredis.*
16 *Emancipato quare competat remedium bonorum possessionis cōtra tabulas.*
17 *Hæreditatem non quęsitam communiter non transmitti.*
18 *Institutus sub conditione, quæ vltimo vitæ momento impleri potest, quando possit hæres esse.*

SI filius hæres. In repetitione legis præsentis hunc seruabo ordinem. Primo, omisso casus summario propter lecturarum varietatē, ponam huius legis diuisionem. Secundo, ponam aliqua pro eius intellectu euidentialia. Tertio, ponam casum in terminis. Quarto, literam legam, ipsam exponendo. Quinto, colligam notabilia. Sexto, opp. quærendo expediam huius legis apparatum. Redeo ad primum. & diuiditur ista lex secundum lec. quam ego in ipsa ponam, in tres partes. Primo, loquitur quando posthumo præterito, & filio iam nato instituto, erat substitutus nepos. Secūdo, quando nullus erat datus substitutus nepos. Secundo, quādo nullus erat datus substitutus seu cohæres. Tertio, probat il-
1 lud dictum secundum per simile. † Ad euidentiam istius legis primo dic q licet futurum sit Deo certum, tamen legi est incertum, ideo donec per naturam plures partus in vētre formari pos-

ri possunt, incertum est legi quomodo formentur. Item est incertum legi, an partus cõceptus nascatur viuus vel abortiuus. Sed quod certum est naturę, licet hominibus sit incertum, est tamen legi certum, ideo cum vnus partus tantum est formatus, nec plures amplius per naturam possunt formari, vt quia elapsi sunt a tempore conceptionis dies 40. istud est certum legi. Idem si venter vere est vacuus, licet putetur plenus. Hæc ad literam probantur per casum in l. cum quidam. §. suum hæredem. & l. ventre. inf. de acquir. hæred. Secundo, ad euidentiam dic, quòd quidam sunt hęredes voluntarij tantum, & extranei, quidam necessarij tantũ, vt filij in potestate constituti, qui non habent beneficium abstinendi ex volũtate patris, & sic nec de iure ciuili, sed de iure prętorio tantum, quidam sunt sui, sed nõ necessarij, vt filij, qui habent potestatem abstinendi ex voluntate testatoris. Et sic de iure ciuili tribuitur eis potestas abstinendi, quod contingit per dationem substituti, vt l. prima. §. si proponatur. & l. quod autem. §. plane. inf. si quis omis. causa testamenti. Et no. gl. in l. Papin. §. quarta inf. de inoffic. testa. & alijs modis, de quibus inf. dicam. Tertio pro euidentia dic, ꝙ prima pars huius legis secundum gl. & doc. legitur principaliter tribus modis. Prima lectura per gl. subdiuiđ in duas. ego addã tertiam. Secunda pars principalis legitur tribus modis. Prima diuiditur in duas. Prima ponitur per glo. ego aliam addam. Tertia pars legitur varijs modis secũdum varios intellectus, quos habet prima & secunda pars, vt inf. apparebit. Pone casum secundum nouam lecturam, quam ego pono.

2 † Primo, filius fuit institutus pure præterito posthumo, & filio nepos fuit substitutus vulgariter. filius interim, decedit, posthumus non nascitur viuus, sed abortiuus. Respõdetur quod nepos tam patri q̃ auo suus hæres futurus est. Secundo, pone casum, Posthumo prętérito, filius est institutus pure, & eidẽ nemo est substitutus, nec cohæres datus, filius vero interim, id est donec partus nasci potest, decedit. Respondetur, quod quia vltimo vitę momẽto desinit filius ex testamento posse esse suus hęres, idem filius intestato patri hęres existet. Tertio, illud probat per simile, quia si filius sit institutus sub conditione quæ in eius potestate consistit, & quę non potest impleri vltimo vitę momento, & filius priusquam ei pareat, moriatur, quia eo tempore, quo is moriatur, incipit esse certum ex testamento neminem hęredem fore, intestato patri hęres existit. In tex. institutus sit. supple pure. In tex. ibi, omisso posthumo. expone, a præterito posthumo q vero erat in ventre. In text. ibi, si interim. expone, id est donec partus nasci potest. In text. ibi, posthumo non nato. vel viuo, vel abortiuo post mortem filij. & dic huc usque thema, ex quo oritur quęstio, sequitur quæstionis solutio. In tex. ibi & ipse filius institutus sit. supple, pure. Secus si cohæredem haberet, & supple, filius moritur interim donec pendet dubium partus. quousque thema. ex quo oritur quęstio. sequitur quęstionis solutio. In text. ibi, fore. supple, nec posse esse. In text. ibi, ipse filius. supple, idemque videtur quo ad nepotem. In text. ibi, quę in eius potestate erit. supple, & quæ non potest impleri vltimo vitę momento. Capio primam partem. & secundum lect. quã ego posui. Nota primo, quod si præterito posthumo filius instituatur, & eidem nepos substituitur, filius decedens interim, donec pendet spes partus, non transmittit hæreditatem patris.

3 Secundo nota † quòd postea nato posthumo abortiuo non viuo nepos auo est suus hæres ex substitutione. Capio secundam partem. Et primo nota quod posthumo prętérito, si nullus sit substitutus, nec cohæres datus, filius statim ex testamento trãsmittit. Secundo nota quod si moritur interim donec pendet dubium partus, testamentum destituitur, & ab intestato hæres est patri vltimo vitę momento, quia tunc certum est, neminẽ ex eo testamẽto posse hęredem esse. Capio tertiam partem. Et nota primo quod si filius instituitur sub conditione, quæ vltimo vitę momento impleri non potest, & filius decedat anteq̃ ei pareat, vltimo vite momento testamentum destituitur. quia desinit conditio posse impleri. Secundo nota quod ab intestato patri statim hęres efficiť, quia deficit causa testamenti. Opp. ad primam partem, & ad primum notabile, quia in filio existẽtia sui hęredis operať dominij cõtinuationem in filiũ, & transmissionem bonorum patris in hęredem, vt l. si quis filiũ §. 1. de acquir. hęr. & l. ex militari. §. fi. cum l. seq. inf. de testamento militis. & l. liber homo. §. fi. de stip. seruorum. & l. apud hostes. C. de suis & legiti. ergo &c. Sol. huius tex. prima pars legitur secũdũ glo. & doct. tribus modis. Primo quod hic filius fuit institutus pure, vt in glo. 1. & hęc lectura subdiuidiť in duas partes per glo. & doc. Ego addo tertiam, secundum quam posui casum, & declaraui literam. & dic secundum lect. quam posui quod dum dubium partus nascitur, dominium continuari in filium & transmissionem impedit. Vlterius contra hoc oppo. imò videtur quòd licet sit dubium partus, tamen filius, cum fuerit dominus & suus viuente patre, existentia sui hæredis operatur ꝙ statim est hęres, & in eum continuatur dominium, vt l. in suis. sup. eod. ergo transmittit. Sol. lex dubitat de viribus testamenti, cum legi sit dubium an partus existens in ventre nascatur viuus vel abortiuus, vt dixi, ideo interim per legem filius non efficitur hęres ex testamento, immo existentia sui hęredis suspẽditur, vt l. ventre. ver. & si pleno. inf. de acqui. here. ibi. pater hęres futurus est. ergo ante non erat.

4 † sic in f. miles hęres non potest adire ex testamento, cum de eius viribus dubitatur, vt l. si de sua. & l. si is, ad quem. cum simil. eod. tit. Vlterius ad idem opponitur, quòd imò filius interim potuit petere contratab. & per eam transmittat contratabu. puta interim donec posthumus nascatur, & eo nato, vel secundum tabu. si abortiuus nasceretur, vel nullo modo nasceretur, vt d. l. illud §. fina. cum l. seq. secundum verum intellectum. inf. de bo. pos. contratab. Sol. hic erat filio successurus ab intestato nepos ab auo substitutus. iure communi ex substitutione vulgari, ideo cessat illud remedium proueniens de iure speciali extra ordinem. arg. l. in prouinciali. arg. §. 1. inf. de oper. no. nuncia. & l. in commune. supra de minoribus. cum si. Item nepoti substituto ex sua persona post mortem filij competit cõtratab. ex sua persona post mortem, propter præteritionem posthumi interim, vel posthumo nato, & secundum ta. cum nascitur abortiuus, vel nullo modo nascitur. arg. dictarum legũ. ergo cessat transmissio proueniẽs de iure speciali. Sed circa hoc dubitať an sic filius quam substitutus filio, & sic ab intestato successurus, transmittat contrata. & possit eam petere. Et videtur quòd non. & hoc quia substitutus est præferendus hęredi filij, vt l. qui liberis. §. hęc verba. & l. paterfamilias. inf. de vulg. & pup. & l. cum filio. eo. tit. In contrarium est glo. not. in l. sed si pro dote. §. pen. inf. de lega. præstan. & ibi Bar. expresse tenet. & in materia vulgaris in primo effe-

5 cto. Et hoc puto verum, quia † vulgaris substitutio ita demum vendicat sibi locum, si institutus hęres non erit nec alium hęredem fecit, vt l. si pater. inf. de hęr. instit. non obstat contrarium quia in hæreditate in qua aliquis est substitutus non præfertur substitutus hæredi instituti, sed in alia hæreditate delata hæredi ex iudicio tantum succedenti secus. vt in contrarijs. Quæro an filius in casu huius legis interim possit petere contratab. Respondetur quòd non, quia in casu dictæ l. illud. §. fina. ideo fuit delata statim bonorum possessio contratab. contra regulam iuris communis. vt moriens transmittat, & in fauorem hæredũ suorum tantum, vt ibi, si autem moriatur. Hinc est quòd non petat transmitti, vt in l. sequenti. Ergo cum hic cesset transmissio, cessat remedium illius legis. Vlterius ad idem opp. quod licet statim non sit suus hæres, nec ei sit quæsita hæreditas per legem, tamen ex prouisione dictæ l. ventre. transmittat hæreditatem, vt dicta l. ventre. ibi, ideo decreto, &c. intelligitur, & ideo decreto, scilicet iudicis decernentis bono. pos. contratab. vel secundum tab. est succurrendum act. Et secundum hunc intellectum idem dicit quod d. l. illud. ideo solue. vt su. proximo contrario. Sed secundum Bart. intelligitur quòd filius transmittit prouisionẽ illius legis de iure ciuili. quod an sit verum, statim dicam. Et secũdũ hunc intellectũ dic quod illa lex procedit ꝙ filio nullus est datus substitutus. Secus si nepos sit auo substitutus, successurus filio ab intestato, quia tũc supposito quòd opi. Bart. esset vera, cum hoc casu sit tutus iure communi, cessaret prouisio illius legis. Casus est in simili in l. 1. §. fin. sup. si mulier ven. nomine calũ. causa in pos. fuisse dic. vbi quia ꝫ mulierem habet iure cõmuni regressum, cessat trãsmissio, licet alias trãsmitteret iure speciali, qa impeditus facto alterius, vt l. scriptus ff. de Car. edicto. secundum veram opin. vt not. Bar. in d. l. ventre. Vlterius oppo. ad idem, imò videtur quod existentia sui hęredis operetur in filio transmissionem, licet decedat interim, donec partus nasci potest, vt d. l. ventre. §. sed si vacuo. Sol. Hic venter erat plenus, ibi vacuus. imò propter existentiam sui hæredis. lex statim facit filium suum hæredem, cum sit certa, ventrẽ esse vacuũ, & de viribus testamẽti. Vnde ex prędictis distingue aut venter est vacuus aut plenus. & si plenus, aut nullus est datus substitutus, nec cohęres filio, & dic vt statim dicam in secunda parte. Aut est datus nepos substitutus, & tunc aut quęris an iure ciuili hæres sit statim filius, & possit se immiscere, & an moriens transmittat, & dico ꝙ non, vt hic. Aut quęris an beneficio posthumi prętériti statim habeat contratab. & eã transmittat, & dico ꝙ non, vt in casu istius legis. secus si extraneus sit substitutus. Ad secundum notabile oppo. immo vide-

6 tur † ꝙ nepos non sit suus hæres auo, cum præcessit filius tempore mortis aui, vt Institu. de hæred. quæ ab intestato. §. ita demum. Sol. Ibi existentia sui hęredis operata fuit in filio, hic nõ, propter dubium partus. Contra hanc sol. oppo. immo videtur quòd nepos non sit suus hęres auo, licet existentia sui hęredis nil operata fuit in filio, vt l. si quis posthumos. §. si quis filium. de inoffic. testam. & l. si quis exhęredato. in princ. infr. tit. proxi. & l. illud §. 1. inf. de bono. posses. contratab. Solu. Ibi nepos erat prętéritus, & sic quęritur an rumpat & succedat contra voluntatem, tanquam dominiũ in eum sit continuatum, & in testamento non sit debita forma seruata, videlicet quia non sit institutus nec exhęredatus, ſm dispositionem l. inter cętera. inf. eo. tit. hic

ti. alienatio valet, & quod argumentum a contrario sensu in illa lege est validum, non obstant motiua facta, alienatio rei dotalis est prohibita, aduertẽdum est, interdum res reperitur dotalis tempore alienationis, & procedit contrarium, sed in quęstione nostra tempore alienationis res non reperitur dotalis, quod declaro, si mulier vendidit fundum dotalem cum cõsensu mariti, maritus præsumitur consentire animo reddendę dotis mulieri l. fi. supr. de iure dotiũ, & sic primo videtur restituere dotem mulieri, postea mulier alienare, cum ergo non reperiatur res dotalis tempore alienationis, cessat constitutio. §. & cum lex, non obstat aliud argumentũ, maritus non potest vendere consentiente muliere, ergo nec mulier consentiente marito, solu. dico quod alia ratio reformat pactum, quia qñ maritus vendit consentiente muliere nihil agit mulier in dote, sed solum consentit marito alienanti. Et aliud est vẽdere, & aliud est consentire l. aliud de reg. iuris, ideo lex nõ potest pręsumere primo restitutam esse dotem mulieri, demum ipsam cõsentire, ideo cum isto casu reperiatur res dotalis tempore alienationis, habet locum prouisio noua Iustiniani, sed quando mulier vendidit cõsentiente marito, mulier est illa quæ agit in dote, ipsa est enim quæ vendit, ergo præsumitur primo casu ipsi esse restitutam dotem, postea ipsam alienasse, & sic patet, ꝙ tẽpore alienationis isto casu nõ reperitur dotalis, ergo cessat prouisio noua. non obstat aliud argumentum. quia bene est verũ, quod mulier per consensum suum non potest facere conditionem deteriorem in re dotali, sed in alijs rebus proprijs bene potest, quod patet, quia potest donare l. si ego. ad Velleianum. Et ista res tempore alienationis nõ reperitur dotalis, sed propria
21 mulieris, ergo &c. Iaco. de Aren. † præsupponit vnum, quod si maritus cõstante matrimonio restituit rem dotalem vere vel ficte, quod res desinat esse dotalis, & ꝙ ipse liberetur ab actione de dote, hoc est falsum regulariter l. prima C. si dos constãte matrimonio soluta fuit, fallit in casibus nota. in l. quamuis, & in l. sequenti supra eod. & in l. si prædium, ideo solebam di-
22 cere sic † interdum mulier vendidit rem dotalem cum cõsensu mariti ex iustis causis positis in l. quamuis, cum se. & tunc quia maritus primo præsumitur restituere dotem, ex qua restitutione desineret tunc res esse dotalis, & liberaretur ipse ab actione de dote l. quamuis, cum sequen. supra eodem. Et demum præsumitur mulierem alienasse, alienatio sine dubio valet, cum tempore alienationis nõ dotalis reperiatur. Interdum mulier constante matrimonio vendidit rem dotalem de consensu mariti ex voluntaria causa, tunc licet maritus præsumatur primo mulieri restituere dotem, demũ mulierem alienasse, tamen ex ista ficta restituti. non desinit res esse dotalis, cũ ex vera restitutione isto casu non desineret, vt non plus operetur fictio in casu ficto, quam veritas in casu vero l. qui ad certũ loca. & conducti. Cum ergo isto casu reperiatur dotalis tempo-
23 re alienationis habet locũ constitutio. §. & cum lex. † Sed non obstantibus istis dico indistincte isto casu quod venditio valebit. Et quod hoc sit verũ probo. nam in quæstione ista mulier ex proprio consensu vendidit & induxit maritũ ad consentiendum sibi, ergo talis venditio debet valere in præiudicium mulieris, vt in §. accedit & l. ex morte in fi. C. de pac. conuen. nam si mulier vult donare extraneo & inducat maritum ad cõsentiendum ex tali consensu sibi indistincte præiudicat in dote, eodem modo video, ꝙ si mulier consentit extraneo, & non marito, ꝙ sibi præiudicat in dote, ergo ita dicam, ꝙ si mulier ex proprio consensu vendat & inducat maritum ad consentiendum sibi, ꝙ venditio debet valere, non obstat §. & cum lex. Interdũ maritus vult vẽdere vt inducat mulierem ad consentiendum & tunc consensus mulieris non præiudicat sibi, interdum mulier ex proprio consensu vult vendere rem dotalem, & inducit maritum ad consentiendum, & præiudicat sibi mulier indistincte, hoc ideo est, quia mulier de facili inducitur ad consentiendum marito, sed non tam facile inducitur ad vendendum proprio motu. non obstat, rei dotalis est prohibita alienatio. quia hoc est verum, si fiat a marito inducente mulierem ad consentiendum, non si fiat a muliere inducente maritum ad consentiendum. vt d. §. accedit. non obstat aliud, quia bene est verum ꝙ mulier per consensum suum non potest facere suam conditionem deteriorem in dote, quando cõsentit marito ipsam inducente, secus si ipsa ex proprio consensu vult sibi præiudicare sed si ista opin. est vera, inducuntur homines de facili ad cõmittendum fraudes, quia sciens maritus & emptor nõ emet a marito, sed faciet mulierem vendere & ipsam cõsentire, & sic de facili mulieres defraudarentur, quod est cõtra disposit. §. cum lex. Solutio, dico, aut constat mulierem vendere ex consensu proprio, & inducere maritum ad consentiendum, & in isto casu quia constat fraudem non esse cõmissam, valebit venditio. ita intelligatur quæstio præcedens, aut constat ꝙ mulier est inducta a marito ad sic faciendum, & sic constat de fraude. & nõ valebit. aut est dubium, & tunc deuenitur ad coniecturas, si apparet versam esse pecuniam in vtilitatem mulieris, pręsumam ipsam vendidisse ex proprio consensu. si vero appareret versam esse in vtilitatẽ mariti, præsumam ɔ̃trium, si iste coniecturę non põt apparere, præsumam fraudem s. esse inductam mulierem a marito ad hoc, vt posset habere pecuniã, q̃ de facili magis habebit de manibus vxoris, & facere ad sui libitum, quod nõ sic facere posset de re. & ita concludo in ista qõne. Si dicas in isto casu venditio bene valet, nec mulier poterit auocare rem ab emptore obstante consensu suo, nunquid poterit dotẽ petere a marito, & vr̃ ꝙ sic, quia licet maritus consentiendo vẽditioni mulieris videatur restituere dotẽ mulieri, tñ restitutio non valet, cum habeat instar donationis, vt l. vnica C. si dos cõstan. matri, ergo poterit dotẽ a marito petere cũ ex tali restit. non reperio ꝙ maritus sit liberatus. Sol. sic. † Interdum mulier vendidit
24 rem dotalẽ cum cõsensu mariti ex iusta cã, & tunc sine dubio venditio valebit, & mulier non poterit ipsam rem auocare ab emptore. Item non poterit petere dotẽ a marito sol. mat. quia ex tali restituti. ex iusta cã cõstan. mat. maritus fuit liberatus ab actione de dote, vt d. l. quãuis, interdũ mulier vendidit rẽ dotalem cum cõsensu mariti ex voluntaria cã, & tunc non valebit alienatio, & mulier non poterit ipsam rẽ auocare ab emptore, tñ poterit petere dotẽ a marito, cum ex restitutione ficta facta isto casu maritus non fuerit liberatus ab actione de dote, hoc est verum, nisi ex tali restitutione reperiatur facta esse locupletior, de quo dic vt dixi in l. 2. in prin. sup. eo. Sed iuxta hoc quę-
25 ro de alia qõne, † maritus vendidit rẽ dotalem, vult ɔ̃uenire, nunquid possit hodie, dic breuiter ꝙ non, quia ɔ̃ctus venditionis bene valuit in præiudiciũ ipsius mariti, vt obligetur de euictio. vt sup. probaui. ergo ipsum agentẽ repellit exceptio. l. vendicantẽ, de euictio. ex quo hodie mulieri ad habendũ rẽ dotalem ab emptore est succursum remedio d. l. in reb. in princi. de iure dotiũ. Et ista opi. est vera licet gl. in l. cum vero. innuit contrarium, & tñ potest substineri de iure ff. nõ de iure. C. vt supra
26 declaraui. † Sed hic quæro, maritus vendit rẽ dotalem cũ consensu mulieris, & mulier iurat de non contrauenire, nunquid isto casu mulier sibi præiudicet per iuramentũ, de iure canonico non est dubium quod sic, vt capitulo, cũ contingat. extra de iureiur. sed de iure ciuili est dubiũ dic vt plene dixi in l. si prædium, nihil immutando. Vlterius quæro, nũquid alienatio rei mobilis dotalis hodie valeat cum cõsensu mulieris, dic vt dixi in d. l. si prædium. Ex prædictis ergo collige, quod hodie alienatio rei dotalis facta a marito cum consensu mulieris non valet, contra nonne lex prohibet alienationem fieri fauore mulieris, vt §. & cum lex. quare ergo ipsa non potest renunciare fauo-
27 ri suo, opp. de l. fi. C. de pac. † Sol. interdum lex aliquid permittit in fauorem mei. & possum renunciare C. de pact. l. si quis in conscribendo & l. pacisci. ff. de pactis. Interdum lex prohibet aliud in fauorem mei, & huic renunciare nõ possum l. 1. C. ne fide. dotium dentur. Rõ dicit gl. in l. 1. C. ne fideius. do. dentur. quia legibus prohibentibus non potest renunciari, sed permissiuis sic. ratio rationis est, quia quando lex prohibet aliquid fieri in fauorem mei, restringit facultatem meam, vt id faciam, ꝙ possum facere, cum quilibet subsit legi. l. 1. de legibus, ideo faciendo contra, venio contra pręceptum legis, ideo non habetur pro facto quo ad iuris dispositionem, cum sit contra legẽ, sed quando lex permittit aliquid in fauorem mei, non restringit facultatem meam, sed ponit in potestate mea vti beneficio si volo, alias non ideo reuocando beneficium legis, non facio contra præceptum legis, imo lex hoc permittit facere, renũcia-
28 tio ergo valet, vt in contrarijs. † Sed opp. vlterius quod immo hodie consensus mulieris præiudicet auth. siue a me. C. ad Velleian. solu. interdum mulier consentit alienationi rei dotalis & non sibi præiudicat vt §. & cum lex. Interdum mulier consentit alienationi rei donatę propter nuptias, & tunc præiudicat sibi bene ipsa. si ibi interueniat consensus secundum formam d. authen. & aliæ res supersint marito, ex quibus possit sibi satisfieri contra id oppo. imò cõsensus mulieris debet mulieri præiudicare in re dotali sicut facit in re donata propter nuptias, quia auth. dicit, qđ illa quæ inducta sunt in do. propter nuptias multo potius habent locum in dote. solutio illa verba posita in fin. auth. debent intelligi quo ad alienati. prohibitã, nõ ad id quod dicit de permittẽdo alienati. ita dicit gl. ista in fi. dic & melius, qđ prędicta procedunt in re immobili dotali. & auth. in fin. loquitur in re mobili dotali, vt dixi plene in l. 1. ꝧ. eo. Vlterius oppo. ad idem de l. & & l. iubemus C. ad Velle. Sol. interdum mulier consensit alienationi rei dotalis, & nõ præiudicat sibi. vt §. & cum lex. Interdum cõsensit alienationi rei mariti sibi hypothecatę pro dote, & tunc siue remittat pignus marito, siue cõsentiat marito vendenti, sibi præiudicat l. iubemus, & l. etiam qui. mo. pig. vel hypot. sol. Sed vlterius opp. & videtur quod si mulier remittat pignus marito, remissio non tenet, nõne rem remittere est donare, certe sic l. contra iuris §. fi. de pac. & donatio inter vir. & vx. est prohibita cõstante matrimonio l. 1. C. de dona. inter vir. & vxo. ergo &c. Præterea mulier annullãdo hypothecariam pro do. facit suam cõdi. deteriorem ergo non

debet

debet valere, auth. siue a me. C. ad Velle. Solu. dico remissionem pigno. facta a muliere marito valere, vt l. supra alleg. non ob. contraria. dic vt dixi in l. si prędium. Finis.

REPETITIO

Raphaelis Cumani Super l. si filius qui in potestate ff. de liberis & posthumis.

SVMMARIVM.

1 *Præteritio filij in potestate reddit testamentum nullum & quæ sit huius ratio. num. 3*

2 *Militis testamentum, in quo filius est præteritus per ignorantiam, est nullum, aliter atq; si ex certa scientia sit præteritus. & num. 6.*

4 *Testamentum non conualescit per mortem filij pręteriti. & num. 32*

5 *Testamentum posterius in quo filius est præteritus, non rumpit prius testamentum validum. & nu. 37. & 39. & 49.*

7 *Legitimus hæres censetur quisquis de iure ciuili recte ad successionem vocatur.*

8 *Testamentum in quo filius est institutus sub conditione potestatiua, non rumpitur, tametsi eam non impleat. Intellectus ad l. si duo. ff. de lega. pręstan. bono. possess. contra tabu. peti.*

9 *Intellectus ad l. filio præterio. ff. de iniusto rupt. & irrit. testa.*

10 *Bonorum possessio contra tabulas an peti possit, cum testamentum est nullum. & nu. 13. & 15.*

11 *Spei ratione non plus esse concedendum, quam si deducta foret ad effectũ.*

12 *Bonorum possessio contra tabulas datur vel denegatur habito respectu ad tempus mortis testatoris, non ad tempus ipsius petitionis.*

14 *Testamentum an sit omni iure nullum ob causam præteritionis, & num. 19. & 25.*

16 *Bonorum possessionem secundum tabulas non dari, quamdiu contra tabulas peti potest. & nu. 18.*

17 *Prætor ius ciuile angustissimis finibus legis. 12. tabularum coarctatum sua iurisdictione suppleuit & emendauit.*

19 *Hæredi instituto præferri venientes ab intestato ob præteritionem filij in potestate, etiam si is filius præteritus viuo patre decesserit.*

20 *Bonorum possessio secundum tabulas quatenus prodesse possit instituto, cui præferuntur venientes ab intestato ob præteritionem filij.*

21 *Testamentum, in quo filius est præteritus, remanere efficax, si venientes ab intestato solo iure prætorio vocantur ad successionem.*

22 *Filio præterito abstinente omnino ab hæreditate, an testamentum remaneat efficax, & nu. 26. & nu. 35.*

23 *Filius præteritus legatum sibi a patre relictum accipiens per errorem, non prohibetur dicere testamentum nullum.*

24 *Testamentum secundum in quo filius est pręteritus an & quo iure reddat inutile prius testamentum in quo filius est institutus vel exhæredatus. quid si cohæres fuit datus filio sub conditione quæ a prætore reijcitur.*

27 *Prætor non potest reddere testamentum aliquod validum aut inualidum. & num. 29.*

28 *Bonorum possessio quid ab hæreditate differat. atq; inibi idem esse bonorum possessionem & possessionem bonorum.*

30 *Intellectus authent. ex causa. C. de liber. præte.*

31 *Filius, qui cum iureiurando renunciauit successioni patris, si prætereatur a patre in testamento, an eius præteritio reddat testamentum nullum.*

principalem secundum illum intellectum, quem ego dedi illi
lectu. Venio ad tertiam partem. & oppo. quod imò pars ista sit
superflua, cum in prima parte & in secūda filius institutus sub
cōditione, quæ in ipsius potestate cōsistit, & decessit antequam
ei pareat. Sol. Huius timore gl. fi. primo dicit quod hic in fine
loquitur quando non erat nepos, vel alter, &c. vt in gl. Tu dic
quod etiam alijs varijs modis legitur, qui colliguntur secundū
varios intellectus, qui ponuntur in prima & secunda parte, &
tene illum intellectum, quem posui in casu. Quando autem fi-
lius instituitur sub conditione potestatiua, quid sit iuris, hic nō
examino, quia non est materia huius legis, sed dic plene vt di-
cam in l. filius a patre, in princ. inf. eo. & l. suus quoque infra de
hæred. instit. l. fin. inf. de cond. instit.

REPE-

REPETITIO

Do. Fortunij Garciani, Super l. Gallus. ff. de liberis & posthumis.

SVMMARIVM.

1 *Posthumus alienus poterat ne olim institui.*
2 *Posthumi alieni institutio an lege aliqua probibeatur. & nu. 29.*
3 *Testandi liberam cuiq; prout vellet facultatem legibus. 12. tab. fuisse concessam, quomodo intelligendum.*
4 *Posthumus alienus quare non poterat olim institui, aut ei legari. & num. 17. & 18. & 20.*
5 *Posthumus qui suus nasciturus est institui debet, alias natus suus rumpit testamentum.*
6 *Posthumo nondum nato tempore testamenti quomodo dicatur fieri iniuria si non instituatur.*
7 *Gallus Aquilius qua ratione induxerit posthumos nepotes posse institui. & num. 15.*
8 *Posthumo alieno posse legari constitutum fuisse ex Galli Aquilij sententia.*
9 *Posthumi alieni appellatio an comprehendat nepotem ex filio in potestate constituto. & nu. 11.*
10 *Posthumus alienus quis dicatur.*
12 *Posthumus vt iudicetur sit ne suus alienus, quod tempus considerandum sit, testamenti conditi an mortis testatoris. & nu. 14.*
13 *Posthumus proprius testatoris & posthumus suus an differant.*
19 *Emancipati tametsi lege. 12. tabul. ab intestato non succederent, ex testamento tamen succedere non probibebantur.*
21 *Partus qui in vtero est, censetur esse in rerum natura, tametsi nondum natus sit.*
22 *Gallus Aquilius quibus prouiderit, quibus item lex Velleia.*
23 *Galli Aquilij dispositio super nepotibus posthumis instituendis sit ne noui iuris inductiua. & nu. 25.*
24 *Actus qui pro tempore quo fit, non potest valere, an si conferatur in tempus habile semper valeat.*
27 *Seruus an possit hæres institui, cuius dominus institui non potest.*
28 *Intellectus ad l. eius seruum. ff. de hæred. institu.*
29 *Intellectus ad l. si seruus eius ff. de acquiren. hæredita. & num. 31.*
30 *Hæreditatem non acquiri domino per seruum institutum, antequam seruus hæres adeat hæreditatem.*
32 *Ius nouum limitatiuum iuris antiqui non extendi de casu ad casum ex identitate rationis.*
33 *Partus intra quantum tempus post mortem mariti edi debet, vt censeatur ex eo susceptus.* ...
34 *Instituo verbum pro substituo poni.*
35 *Verbum potest negationi adiunctū an importet necessitatem, adeo vt actus qui contra fieret, esset ipso iure nullus. & nu. 38. & 39. & 46. & 47. & 50. & 51.*
36 *Statutum prohibens mulierem contrahere circa consensum consanguineorum, an reddat contractum aliter factum ipso iure nullum, adeo vt nec naturaliter mulier ex eo obligetur. & num. 41.*
37 *Principem non posse dare fidem scripturę non authent.*
40 *Contractus celebratus per eum qui lege vel statuto prohibetur contrahere an & quando sit ipso iure nullus, vt ex eo nec naturalis quidem obligatio oriatur.*
42 *Testamentum minus solemne valere naturaliter, & ex eo naturalem obligationem oriri.*
43 *Stipulatio alteri facta tametsi non sit efficax ad producendam actionem, naturaliter tamen valet, & promittētem naturaliter obligat. & n. 49.*
44 *Intellectus ad c. 1. de causa possess. & propriet.*
45 *Principem non posse a tollere quæ sunt iuris diuini aut naturalis.*
48 *Obligatio naturalis in persona pupilli contracta quot effectus pariat.*
51 *Obligatio in diem an producat actionem ante diem, & an ex ea possit ante diem agi.*
53 *Necessarium nonnunquam accipi in iure pro vtili, sicut econtrario vtile pro necessario.*
54 *Verbum, debet. positum cum dictione, omnino, importat necessitatem.*
55 *Verbum, potest, affirmatiue positum, an & cuiusmodi necessitatem importet. & nu. 57. & 60. & 63. & 65. & 67. & 68.*
56 *Verbum, potest, referri nonnunquam ad potentiam naturalem nonnunquā ad potentiam iuris, nonnunquam ad vtrunq;.*
58 *Verbum, potest in præsenti prolatum an sit extensiuum ad futurum & num. sequen.*
61 *Verbum, potest relatum ad facultatem quid importet.*
63 *Intellectus ad l. fideicommissa. §. hæc verba. ff. de legat. 3.*
64 *Intellectus ad l. sæpe audiui. ff. de offic. præsid.*
66 *Iudex an necessario cogatur de causa cognoscere virtute rescripti in quo sit hæc clausula, iudex prouinciæ debeat cognoscere, & iustitiam facere, an possit alteri delegare.*
69 *Iudicem teneri procedere per viam inquisitionis præcedente infamia eius aduersus quem inquirendum est.*
70 *Iudicem posse procedere per inquisitionem ex denunciatione officialis.*
71 *Iudex potest inquirere propter incidentem cognitionem.*
72 *Iudex si ex generali aduersus delinquentes inquisitione aliquem reum reperiat, potest contra eum procedere. & an in his subsit necessitas officij.*
73 *Iudex potest procedere per viam inquisitionis aduersus eum qui delinquit, in præsentia eius.*
74 *Iudex in magnis criminibus potest per viam inquisitionis procedere.*
75 *Testamentum in quo nepos ex filio nasciturus instituitur in casum mortis filij, non aliter filio instituto, an valeat. & an ex iis verbis filius censeatur tacite institutus nu. sequen. nu. 83. & 85. 88.*
77 *Filius sub hac cōditione a patre hæres institutus, si post mortem eius intra decem menses nascatur, an si viuo patre nascatur, censeatur præteritus, & testamentum rumpat.*
78 *Ventre hęrede instituto an teneat institutio, si cum testamētum fieret, partus iam in lucem æditus erat, ignorante tamen testatore.*
79 *Instituens filium vel filiam qui vel quę in vtero esset, censetur vtrunque instituisse, si vterq; in vtero erat.*
80 *Intellectus ad l. si quis ita hæres instituatur. ff. de hæred. insti.*
81 *Filio præterito non ob id minus censetur facta iniuria, quod possit ab intestato admitti ad successionem patris.*
82 *Testamentum quo quis instituit extraneum hęredem in casum quo filius ante pubertatem decederet, non aliter filio instituto an sit validum, quasi filius videatur tacite institutus, an vero nullum, quasi sit præteritus.*
84 *Intellectus ad l. si ita stipulatio. ff. de oper. libert.*
86 *Institutum non posse dici eum qui ab intestato succedit. licet ex voluntate defuncti ita succedat.*
87 *Testamentum quo libertus patronum instituit, si filius se viuo moreretur an valeat, filio non instituto.*
89 *Intellectus ad l. Si quis cum. ... ff. de vulga. & pupil.*
90 *Intellectus ad. §. idem credendum ex l. Gallus. ff. de liber. & posthu.*
91 *Intellectus ad l. si. C. de hæred. institu.*
92 *Filij hæredis, cui testator substituit Caium, si liberos non haberet, cum veniant ex voluntate testatoris, an censeantur venire ex testamento, an ab intestato.*
93 *Testamentum in quo pater substituit filio vulgariter, puta si hæres nō erit non instituendo aliter ipsum filium, an possit subsistere, an vero, quasi præterito filio, rumpatur.*
94 *Posthumorū appellatione an contineantur nepotes respectu aui testatoris.*
95 *Posthumorum appellatio in statutis an comprehendat eos duntaxat. qui post mortem nascuntur, an vero latius pateat. & nu. sequen. & nu. 98.*
96 *Posthumi qui proprie dicantur in iure ciuili.*
97 *Galli Aquilij consilium super posthumis nepotibus instituendis, an fit minus sufficiens, vt fuerit necesse illud suppleri per legem Velleiam.*
96 *Casum omissum in correctorijs remanere in dispositione iuris communis antequam per eum qui interpretandi ius habet, determinetur idem constituendum esse in eo ex identitate rationis, quod in casu disposito.*
100 *Filius institutus sub conditione (si post mortem testatoris nascetur,) an si natus sit viuo testatore, censeatur præteritus, ac propterea rumpat testamentum. & nu. seq. & 102. & 104.*
103 *Intellectus ad l. si. C. de posthu. hæred. instit.*
105 *Gallus Aquilius an reprehendatur a Scæuola in tractatu de posthumis nepotibus instituendis.*
106 *Iuuenes sint ne senibus perspicaciores.*
107 *Masculinum concipiat necne fœmininum in materia correctoria. & numer. 109. & 110.*
108 *Galli Aquilij prouisionem circa nepotes posthumos instituendos non esse correctoriā iuris antiqui. & nu. 111. sed potius ampliatiuā esse. nu. 112.*
113 *Posthumus natus post decimum mensem & duos dies a morte testatoris, an ex eo institutus videatur, quod testator instituit sibi hæredem posthumum qui intra decem menses post mortem suam nasceretur. & nu. 115.*
114 *Filius natus post decem menses a morte patris an censeatur legitimus. & an mensis mortis sit computandus in numero decem mensium.*
116 *Mulier quæ intra duos aut tres dies a morte prioris viri nupsit secundo viro, & in nono vel decimo mense peperit, vtrum censeatur peperisse, priori ne viro, an posteriori. & nu. seq. & nu. 120. & 121.*
117 *Filius an ex eo susceptus præsumatur, cui similis est. atq; ibi an & qua ratione contingat filium ex aliquo susceptum alteri similem esse. & nu. sequen.*
122 *Testamentum an fiat caducum per mortem hæredis in vita testatoris contingentem, si hæredi substitutus est datus. & nu. seq.*

GAllus Aquilius. In nomine sanctissimæ trinitatis pręsidio, gloriosissimæq; Dei matris Marię semper virginis semperq; pientissime, quæ pro Fortunio intercedat, sumam exordiū. Omissa reprehēsione Galli, de qua (vt inferius dicā) aliter sentio, placet diuisio Dy. & Bart. quē dū potero auricā & rectorem semp sequar. Hoc idē cōtinet in summa, qđ Gallus breuissime cōsulebat cōsilij vero cām subijcio. Erat quidē iniuriosum & incōueniens, qđ cū nepotes post mortē aui testatoris nascend nō essent in rerū natura tpe cōditi testamenti, nec de his esset facta mentio in testamēto, si deinde filio mortuo ante patrē nepotes nascebātur post mortem aui agnatione rumpebant testamentū. ra-

tio, qui sui nascebantur & præteriti, nã filio de medio sublato,
nepotes intrãt in locũ eius, & sunt sui. vnde cum se repetiebãt
præteritos, necessitate iuris ciuilis rũpebant testm̃, vt in l. post-
humi. & l. posthumorum, ad finem inf. tit. prox. Ne igitur hoc
eueniret, subtiliter cõsuluit Gallus, ꝙ si quis filios habeat in po
testate, & nepotes posthumos speret, ita eos instituat. Si filius
meus viuo me moriatur, tunc si quis mihi ex eo nepos siue q̃
neptis post mortem in decem mensibus proximis, quib. filius
meus moreretur, natus natave erit, hæredes sumpto. Conside
ra ꝙ ideo dixit, si filius meus viuo me moriatur, quia si filius
est viuus tempore mortis aui, nepos qui nascitur non habet lo
cum sui, quia pater præcedebat, vt in l. posthumorum sup. alle.
& in §. posthumorum, insti. de exhæredi. lib. & in §. sui. de here.
quali. & diffe. Ergo cum non repetiebatur suus, quamuis esset
præteritus. rumpere nõ poterat. Item ideo dixit post mortem
meam, quia quamuis non sit natus tpore mortis testatoris, si
tamen viuo auo fuit generatus, dum nascitur, natiuitas ad ge-
nerationem reducitur, & ideo quia se præteritum reperit, rum
pitur testm̃, sat igitur erit, quod tpe mortis sit generatus, quã-
uis non genitus, vt in l. posthumorum, de quo ẽt inferius. Cõ-
sidera aliud, quod ideo dicit, in decẽ mensibus proximis quib.
filius meus &c. quia tanto tpe potest nasci ex filio & non vltra
tempus. n. fere 10. mensium a generatione ad natiuitatem hu-
manam est natura conterminatũ, vt in auth. de restit. & ea quæ
11. mense. §. & nos latius dicemus in gl. fi. huius princ. Vltimo
dubitari potest, quare Gallus de nepote nato post mortem filij
& suam loquatur, & non de nato post mortem filij & ante suã
post conditum testm̃, nam codẽ modo rumpit testm̃, sed dic,
quod de nepote ante mortem aui superuenit, l. Velleia. de qua
in §. ille casus indifficilis, nos tamen sententiam Galli excuta-
mus, vt videbis in §. & quid si tantum. Iam habes claras ipsas li
teras tex. & sensum Galli. Venio ad Bar. euidentialia, quæ ideo
non præposui, quia latius expedienda videbantur, & præsuppo
1 no † quod antiquo iure posthumus alienus institui non pote-
rat, quòd Bar. ita declarat, aut. n. consideramus ius 12. tab. & il-
lo iure posthumus tantum qui tẽpore testamenti futurus erat
suus, institui poterat, vt in § posthumo. insti. de lega. in l. post-
humi. & in l. posthumorum inf. tit. prox. Gallus tamen consi-
derans, quod eodem modo nepos posthumus post mortem
eius natus patre de medio sublato poterat agnatione rumpe-
re testamentum, induxit talem nepotem institui posse, & hæc
eadem ratione fuit extensum per Velleiam legem, & per Sce
uolam, & Iulianum, vt alijs casibus institui liceret, quod vide-
mus per totam legem nostram, & per l. pen. de lega. inf. dein-
de superuenerunt prætores æquitatem considerantes, & Im-
peratores eos sequuti, qui omnem posthumum, siue futurum
suum, siue in omni casu alienum institui posse decreuerũt, vt
constat ex §. posthumo sup. alle. & insti. de bon. poss. in princ.
hæc ita docebat Bar. in §. ille casus. in fi. 1. col. Ego quidem, quia
pauca sunt iura quę de his loquuntur, aliqualiter dubito, & ani
mus versatur ad partes, cum securius in his animaduerto, pro-
2 ut preciter tetera in, & quam primũ cogitabam. † an lege ali-
qua prohibeatur, posthumum alienũ institui vel ei legari, nec
inuenio legẽ quæ phibeat, nec prohibẽdi rõnem habeat, nec
inuenio leges nisi alias referentes, idee horum causas ita con-
3 iecturandas credidi. Imprimis † igitur l. 12. tab. preuit iure natu
ræ omnibus erat ... tum ad voluntatem ... in l. ... le
gis, de verb. sig. ... in l. 1. ad l. Falc. ... in auth. de nup. §. disponat.
Sed hoc ita intelligebatur, vt institueret eum, vel ei legaret,
4 qui in rerum natura esset. † Ius. n. in hisquæ in rerum natura
producta & nata non sunt, homini disponere non sinit, vt in l.
cum quidem ... quo ... & ibi Bar. & Bar. ... de ac-
qui. hære. Cum igitur posthumus alienus non sit adhuc natus,
non poterat ei legari, vel institui, nec hoc iure ciuili cauebat-
tur, hanc rationem sumpsi a iurecõsulto. in §. ille casus. ver.
porro. vbi dicitur, quod ante Galliam & Velleiam legẽ nullo
iure cauebatur vt qui nõdum natus erat, institui posset, quo l
intellige ex ceslatione, vt eleganter intelligit glo. in d. l. non est
ambigendum. de bon. poss. quã approbat ibi Bar. non ex prohi
bitione, vt cõiter doc. intelligunt. hanc eandem sententiam sa-
tis suadet lex vna § & cum tripli. de cad. tol. vbi caducum effi-
ciebatur testamentũ, cum tempore quo fiebat, is qui institue-
batur, non erat in rerum natura, nam hoc pro non scripto esse
leges existimabant, ita dicit tex. Verum hæc tacis ratio in fron
te ostendit oppositionem, quia sui tam nec suus posthumus
institui potest, cum verum sit eum nondum natum. Sed vide-
mus iisdem legibus eum institui posse. vt in § posthumorum,
insti. de exhære. libe. Quinimo teneri eũ instituere vel exhære-
dare, vt ibidem, & in l. posthumi. inf. tit. proxi. cum simus igitur
5 constat rationem non esse veram. † Attende, quod secũdum
easdem leges duodecim tabularum si posthumus suus nasce-
batur, rumpebat testm̃, dum se reperiebat preteritum, & ideo
& si nondum natus erat, quia dum nascitur, suus nascitur, insti
tui põt & debet, ne testator iniuria videaẽ testatus, prætereun-
do suum. Hanc rationem euidenter vr̃ sentire iureconsultus
in ea le. in l. posthumi & in l. posthumorũ, ibi. Ne ergo eo mo-
do rumpatur mihi testamentum, sicut ipsum filium natũ ita
posthumum vel heredem instituere nominatim vel exheredа
re debeo. idem constat ex §. posthumorũ instit. de exhær. libe.
Itaq; hæc est causa, quare posthumus suus põt & dẽt institui,
quia sui necessitate iuris succedebant, sed in non suis deficie
bat ista ratio, ideo in his non erat licitum instituere, & sui non
sunt, quib. tempore testamenti pater præcedit, vt in §. sui. insti.
de hære. quali & diffe. nepotes igitur posthumos quibus pater
præcedebat, non licebat instituere. & hoc ante legẽ Galli. Duæ
6 iñ resident dubitationes, † prima est, qđ cum posthumus non
dum sit natus, nec forsan tpe testamenti conceptus, quõ non
enti fiat iniuria, ex qua testm̃ iure rumpatur, Secunda, quõ ne-
pos posthumus, in casu quo filius sublatus è medio fuisset, rũ-
pebat testm̃, non tñ poterat institui. & iniquum vr̃, quod qui
institui iure non possit, rumpat iure testm̃, quia non institutus.
Ad primam dubitationem respondeo, quod ei qui est, fit iniu-
ria in casu nostro, quod ita probatur. Nam testamentũ habet
vires nõ a tempore quo ordinatur, sed ex tempore quo is mo-
ritur, qui testatur, est. n. vltima voluntas, vt in l. 1. ff. eo. & in l. qđ
vulgo. ff. de bono. poss. contra tab. & l. 1. §. semel aũt ff. de bono.
poss. secundum tab. Item iure ipso succedendi posthumi gene
ratio considerari debet, non ipsa natiuitas. ratio, ne in nullius
potestate nascatur. si enim pater est mortuus antequã ipse sit
natus, dum nascitur, non esset in patris potestate qui non erat
tamen quia verũ est eius esse filium, & ea causa quia cũ gene-
rauit dum viuebat, dicimus natiuitatem ad gñationem redu-
cẽdam, & ob hoc in eius potestate fore, in cuius fuisset, si fuis-
set natus eo tũc cum fuit generatus l. scripto. inf. vnde lib. l. vel
si viuo. de suis & leg. Hac igitur cõsideratione posthumo fit in-
iuria, quia cõstat post natiuitatẽ eum ante mortẽ testatoris es-
7 se generatũ l. posthumus ff. de inoff. testa. † Secunda dubitatio
adeo efficax est, vt ex ea sit motus Gallus, qui induxit, vt post-
humi nepotes, qui aliquo casu fieri poterãt sui, codẽ casu pos-
sent institui, quia iniquum erat, vt illo casu possent rumpere
quia non instituti, & quod nõ possent institui, & sicut leg. 12.
tab. posthumi qui necessario erant futuri sui, institui poterant,
ne rumperent, vt in l. 3. C. de post. here. instit. ita eodem modo
posthumus qui in aliquo casu potest esse suus, eodem casu in-
stitueretur ne rumperet, hanc rõnem assumes clare ex l. post-
humorũ §. sed si filius inf. tit. proxi. & ex §. posthumorũ, instit.
de exhere. lib. Ex hoc nota, quod eadem est ratio legis Galli quæ
est legis 12. tab. in danda licentia ad posthumos instituendos,
Gallus enim ex ratione veteris iuris ciuilis induxit, vt quo casu
posthumus suus futurus esset, institui posset. Idem etiam de le
ge Velleia & de interpretatione Sceuolę & induction Iuliani
erit dicendum, in omnibus enim casibus huius legis habet lo-
cum ratio iuris antiqui, vt ostẽdo, infra in 2. nota & in §. & quid
si tantum 6 not. Deinde tertio ius fuit prætorium, qui ius post-
humorum iam natorum considerantes, eis deferunt bonorũ
poss. & eis legari & fideicommitti posse induxerũt, nam dum
nascitur, deferri e bonorum possessionem æquum est & iustũ
... hoc impediat, & si quis velit posthumo
legare recte ... & iure prætorio eius voluntas rata habetur.
Nec obstat ratio antiqua, quod adhuc nondũ sit natus, quia nõ vt
nato sed vt nascendo relinquitur, & nascẽdo relinqui etiam le-
ge 12. tabu. potest, vt patet in posthumo suo, & videmus idem
lege Galli & Velleia quæ non obstante quod nondũ sit natus,
eum institui posse inuenerunt. Hanc eandem institutionem q-
se Imperator nouis constitutionibus fuit sequutus, de quib. ni-
hil præter relationem habemus, vt in d. §. posthumo. & in pr in
8 cipio insti. de bo. poss. † Quinimo id subtiliter consideres, quod
hoc ius legandi etiam posthumis alienis fuit sumptum a sen-
tentia Galli, quamuis enim Gallus institutionem tãtum indu-
xisse videatur in casu quo posthumus nasceretur suus, tamen
ex eius sententia ... posthumo etiam alieno legari & fi-
deicommitti posse hoc habes ex doctrina Pauli iurisconsulti in
l. pen. de leg. 1. ex Cai in l. quidam relegati & cum l. seq. & cũ
prin. l. vtrũ de reb. dub. vbi ex sententia Galli vr̃, & legari & fi-
deicommitti posthumo etiam alieno posse, & ita dicebat Pau
lus ... sententia ... no. ꝙ Gallus induxit insti-
tutionem, & non legatum vel fideicommissum. Item induxit
institutionẽ posthumi in aliquo suus nasceretur, igitur non
induxit institutionẽ posthumi alieni. male itaq; interpretari
Paulus. Resp. de, quod Gallus & Velleius & eius interpretes,
vt Iulianus & Sceuola sustulerunt illam rationem, ex qua ius
antiquum 12. tab. cessauerat in approbandis institutionibus le
gatis & fideicommissis posthumorum, quæ fuit, quia nõdum
nati erant. vt in d. § ille casus ver. porro. Cum igitur Gallus &
eius sequaces iudicarent illam rationem non esse necessariam
ad impediendum ne posthumis in testamento relinqueretur,
ex eorum sententia satis cõstat, quod alienis etiam posthumis
legari & fideicõmitti potest, non obstante quod nondum sint
nati &

nati. & hoc est, q dicit Paulus, obtinuisse sententiam Galli, vt
posthumis etiam alienis legari possit. Adeo quod si perspica-
cius hęc penses, ex eadem sententia legis. 12. tabu. fuit orta ra-
tio legis Galli & Vellei. sicut enim suum psthumum institue
re, non impediebat eum non esse adhuc natum, ne præterisus
rumperet testamentū. Ita quo casu suus agnasceretur, ex sen-
tentia Galli & Vellei institui posse fuit inductū, ne rumperet.
Constat igitur, quod ēt antiquo iure illa ratio, nōdum esse na-
tos, non erat potens ad impediendum, ne in testamento non-
dum natis relinqueretur, & ideo recte fuit lex. 12. tabu. in hoc
emendata. vt patet in d. §. posthumo. Hæc sunt quę de his in-
uenio, quæ menti teneas. nullum sane vidi, qui ista iuris ciuilis
9 ratione ita discernat. † Ex euidentiali primo Barto. noto, quod
cum secundum ipsum Gallus induxerit, posthumos alienos
institui posse, nepos ex filio in potestate dicitur posthumus
alienus. & ita Barto. cum appellat alienum posthumum. & di-
cit, qđ in hoc fuit necessaria prouisio Galli. quod idem confir-
mat Pau. de Cas. Alexan. & demum Mod. adeo quod quāuis
aliqui dicebant in nostro casu Galli. posthumum non esse alie
num, tamen Pau. de Cast. hanc improbat sententiam per l. pe.
de leg. 1. vbi dicitur, quod ex sententia Galli posthumo alieno
legari potest, hoc idem confirmat Alexan. Aduerte, qđ Bart.
decipitur in intellectu. §. posthum. & omnes alij in intellectu
10 legis nostræ. & assumas doctrinā a. §. posthumo. † qđ posthu-
mus alienus dicitur is qui alteri nascendus est. i. qui in aliena
familia nascetur, ꝓbatur ex verbis vbi declaratur quis sit posthu
mus alienus qui natus inter suos hæres testatoris futurus non
est. Ecce quod duo requiruntur, vt sit alienus, scilicet quod al-
teri sit suus. & quod testatori nōn sit hæres, scilicet suus. Nam
si est alienus, nō est meus, & si est alienus, necesse est qđ sit al-
terius. Rursus hoc ex text. probatur, dum subiungit exemplū
& illatio, quod si ex filio emancipato nasceretur posthumus,
erat quidem alienus. & ideo iure antiquo non potuisset ei le-
gari. Ecce quod erat in potestate filij distincta & separata ab
11 aui potestate. † Cōstat igitur quod in nostro casu posthumus
non erat alienus, cum non nasceretur in aliena potestate. nec
instituebatur posthumus alienus, cū eo casu instituebaꝑ, quo
suus nasceretur. Item hoc satis compertum habemus ratione
siue lege. dicūt enim doc. & glosę. quod in casu nostro posthu-
mus erat alienus. nos vero quærimus, cuius sit. & quidem aut
est testatoris, aut nullius. si testatoris est, non est ei alienus. &
si nullius est alienus esse non potest. Simili argumento vtitur
Pomponius in l. scripto. infr. vnde libe. ibi, alioquin si non suus
hęres est, quo iure erit hęres. Nec obstat inductio Pau. de Cas.
qui ex l. pen. de lega. 1. probabat Gallum de posthumo alieno
disposuisse, vt ei legari aut fideicommitti posset. Nam aut at-
tendimus Galli verba, & nō loquitur de legato nec de fideicō-
misso. sed de institutione necessaria eo casu, quo suus nasce-
tur, ne rumpat testamentum, aut attendimus sententiam, & ex
inductione Galli est introductum vt posthumus qui nondum
est institui possit. vnde sumpta est initia vniuersalis ex eius
sententia posthumus siue suus siue alienus possit legari quam-
uis nondum sint nati. & ita loquitur l. pe. quod latius in supe-
rioribus declaraui. Eodem etiam modo intelligas. §. posthu-
mo. insti. de leg. ibi enim nō loquitur de posthumis de quibus
hic. Nec ob. ponderatio domini Ias. dum ponderat verbum, te
statoris, quasi sit necessarium, qđ tempore conditi testamenti
sit posthumus suus, alias censetur alienus. Miror certe de tali
ponderatione. finge qđ ego facio testamentum hodie, & insti-
tui posthumum ex vxore mea, quicunq; nascetur. deinde nul-
lo alio condito testamento post annum morior & vxorē præ-
gnāte, nascitur posthumus intra. x. menses a tempore mortis.
quippe absurdū esset dicere, talem posthumum nō esse insti-
tutū. & tñ verum est eum nō esse posthumum suum tempo-
12 re testamenti. † Item habemus hic tex. quod posthumus suus
vel alienus cōsideratur tempore mortis testatoris, nō tempo-
re quo ordinatur testamentum. Nam tex. cōsiderat, quod post
mortē testatoris ei nascatur, & nihil curat de tēpore cōditi te-
stamenti. Hoc idē expresse cauetur in. §. nūc de lege vel. versi.
Quid enim, vbi dr. quid. n. necesse est tēpus testamēti faciendi
rei, icere, cū satis sit obseruari id tempus quo nascitur. Hoc tā-
tū igitur consideratur, an sit suus, quo tēpore moritur, nō quo
ordinatur testamentū. Idē consideratur in l. posthumus. ff. de
inoffi. test. in prin. facit qđ. s. exposui in versi. ad primā dubita-
tionem. Ex his destrue cōclusionē quam ex Bar. eliciunt Mo-
der. Ticinen. in. 2. col. hic qđ in cōsiderando an posthumus sit
proprius testatoris vel alienus inspicitur tempus quo fit testa-
mentū, nō tempus mortis. & fundantur per tex. nostrū iūcta. l.
13 pe. quem male, vt dixi interpretantur. † Item inferūt prædicti
Moder. ex cōmuni sententia. in ver. Et sic pondera diligenter.
qđ plura requiruntur ad hoc vt sit posthumus proprius testa-
toris, q̄ vt sit suus. qa sui sunt qui tpe mortis in ptāte morētis
primū locū habēt. vt inst. de hær. qua. & dif. §. sui. & in l. posthu
morū. inst. tit. pxi. Tñ vt sit proprius testatoris, non sufficit hoc
solum, sed etiam requiritur, quod tēpore cōditi testamenti te-
neat primū locum, alias est posthumus alienus, & dicūt notan
dam hanc declarationem. Et quidem diligentia, qua cōmen-
dant, nō est notanda sed annotāda, quia sibi aduersa & pugnā
tia docent. cū aliud dicant requiri vt proprius sit posthumus,
quā vt sit suus, cū non sit diuersum esse propriū quā esse suū.
Quo enim iure ipsi inueniunt posthumū magis propriū quā
suū. profecto hos terminos fingunt, vt nec vere nec iuste lo-
quātur. quod ego manifesta ratione ostendo, ipsi. n. appellant
posthumum alienū eū, qui tēpore testamenti nō habet primū
locū, quamuis tēpore mortis habeat. & ob hoc dicūt non esse
propriū testatoris per tex. nostrū, iuncta. l. pe. sed hoc est veris-
simū, q si tēpore mortis habet primū locum, est suus. vt in d. l.
posthumorū. & in. §. posthumorum. insti. de exher. lib. & in. §.
sui. s. alle. si igitur est suus, sequitur eum non esse alienum vel
extraneū, vt in §. cęteri. instit. de hære. qual. & dif. si nō est alie-
nus vel extraneus, proprius erit, vt eorū verbis vtar. Præterea
posthumus, de quo loquuntur, forsan nō erat cōceptus tēpo-
re cōditi testamenti. igitur cum nihil fuisset, nulli poterat esse
proprius nec suus, vt in l. 1. §. si quis proximior. vnde cog. in l.
Titius inf. de suis & leg. sed si tēpore mortis est conceptus, &
nascitur est posthumus, est suus ea suitate, quia alia proprior
in posthumo inueniri non potest, vt in. §. cum autem. insti. de
hære. quę ab intest. defe. Itē hoc idē suadetur ex l. item prętor.
inf. de suis & leg. cū l. pręce. vbi sui proprie & cognati proprie
appellantur, qui tēpore mortis sunt cōcepti. si tamē post mor-
tē concipiantur, tūc nō proprie sed per abusionē dicuntur co-
gnati & sui. & dicere alienū, eū qui tpe mortis primū locū ha-
bet, q̄uis tpe cōditi testamenti nō habuerit, est cōtra tex. in d. §.
posthumorū. & in d. §. sui. cū si. Et nota q in filijs & nepotibus
indifferenter loquuntur, prout indifferens est ratio. huius erro
ris occasionem tribuit lex pe. s. alle. quę vt loquitur ex senten-
tia Galli est intelligenda non in casu Galli. & in hoc stat dece-
14 ptio. † Nec placet opin. dñi Soci. qui in prin. huius legis distin-
guit ad concordiam dicens, q in cā testati posthumus qui non
nasceretur suus tpe testamenti, quāuis tempore mortis nasca
tur suus, dr posthumus alienus, quia ad testandū habilitas at-
tenditur tempore testamenti l. si alienum. §. in extraneis inf. de
hære. insti. si vero loquamur in causa intestati sat erit qd tem-
pore mortis nullus ei pręcedat in gradu. & h. d. esse de mente
Bar. in §. ille casus. Ego credo, q vtroq; modo qui suus est tem
pore mortis, nō censetur alienus, & ita loquitur text. in §. nūc
de lege. ver quid. n. vbi in casu nostro loquitur. & tñ dicit tem
pus mortis inspiciendū, eodem modo loquitur l. posthumus.
de inof. test. ff. & lex, posthumorum inst. tit. 1. & dictus. §. sui. in
hoc. n. nec est differentia, nec differentiæ ratio. Nec obst. qđ
habilitas hęredis ad tempus testamenti debeat referri. nā hic
nō est inhabilis, cum ad tempus habile referatur. tunc. n. suus
est & ante non est alienus nec inhabilis l. in tempus de hæred.
insti.. Nec etiā obst. q ratio legis, in tempus, non habebat locū
in casu nostro ante Galli inductionem nos. n. in Galli inductio
ne loquimur, & Galli eā expositionem est secutus, vt fatetur
idem Soc. 2. not. Infero ex superioribus vltra predicta, qđ male
docet Pau. de Cas. hic in fi. primæ col. qđ lex Galli hodie sit su-
perflua. cū tam de iure prętorio q̄ ēt constitutionibus Imperia-
libus posthumus alienus non solum institui, sed ēt ei legari &
fideicōmitti possit in d. §. posthumus. hoc idem cōfirmat do.
15 Alex. in secundo euidētiali. † Attende. & cōgruēter dicas, qđ
prouisio Galli optimā habuit rationē, ne eo casu rumperetur
testm̄ quo institui rumperes non posset. & hæc ro sumpta fuit
a iure antiquo, vt exposui super ver. ego quidē. vnde fuit opti-
ma dispositio & necessaria ne testamentum rumperetur. nec
erat superuacanea. imò illud ius nouum nihil in hoc noui ad-
didit, cum iste casus sit iā a Gallo declaratus. Rectius. n. dicetur
ius nouum superuacare in eo, in quo iure antiquo erat proui-
sum, q̄ ius antiquum superfluum, cū in casu necessario sit cōdi
tū. & qđ potius est qđ ex sententia Galli constitit ante cōstitu-
tiones Imperiales, & añ. §. posthumo alieno posthumo & le-
gari & fideicōmitti posse, vt in d. l. quidā relegati. & in d. l. pe.
de leg. 1. Itaq; æquius diceretur, cōstitutionē illā superfluā, q̄
nihil de nouo vr adduxisse quā lege Galli, quæ in casu neces-
sario prouidit. sed si illā viderē, eā more nostro iuste excusarē,
16 prout legē Galli excuso. † Sed oportune quæritur, quæ sit rō
quare iure antiquo posthumus alienus institui nō poterat, vel
ei legari. quę quidē ex superioribus potest cōstari, sed quia ali-
ter docentes intelligunt referā eorum dicta. Raph. cu. reddit
rationē, quia incertis personis hęreditas vel legatum relinqui
non potest. §. incertis. insti. de leg. sed Pau. de Cas. non placet,
quia per natiuitatem veniebat persona posthumi certificanda
Alex. dicit, quod Paulus non tollit rationem Rapha. quia in d.
§. incertis. non sufficit quod persona postea certificetur, vt in
l. id quod pauperibus. de episcop. & cleric. Sed idem Alexand.
impugnat eam, quia eadem incertitudo versatur in posthu-
mo qui est suus tempore conditi testamenti. Io. de Imol. post

plura sentit rationem sinistræ suspitionis in vxore aliena, cum
ad posthumum alienum nondum natum non poterat haberi
affectio, in l. Titius inf. de suis & leg. do. Alex. hãc ẽt impugnat,
quia in posthumo suo potest haberi eadẽ suspitio, vt si filius re
linquat vxorem pregnãtem. Nec obst. necessitas institutionis,
quia ad eam non debuisset teneri propter euitandam suspitio-
nẽ. vnde concludit, ꝙ nulla pôt assignari probabilis ratio, ideo
iuste talis dispositio fuit correcta. Mihi vero nec verba Domi-
ni Alexand. improbantis, nec Ioan. de Imol. rationem redden-
tis satisfaciunt. Primo enim cum Ioann. inquit ob sinistram
suspitionem id statutum, non placet, quia ista ratio non est ho-
die mutata, & ideo nec prohibitum mutaretur. Sed est muta-
tum, igitur ratio nõ bona. Præterea talis suspitio in rebus quæ
bonam interpretationem habere possunt, est contra æquitatẽ
& iustitiã, vt in c. estote misericordes, de reg. iur. Et prout filio
profectitia bona contẽplatione & affectione paterna obuenire
possunt, ita & posthumo. Nec obst. ꝙ posthumus amari non
possit, cum ob patris amorem hoc euenire possit. Finge patrẽ
inhabilẽ ad capiendã hæreditatẽ. Ego qui ipsum amo, posthu-
mum instituo, certe ex rõne Io. institutio valeret secundũ iura
antiquissima, sed hoc nõ reperitur cautũ. Præterea cũ ante Gal
lũ nec nepotẽ posthumũ posset auus instituere, inter auum ma
xime senẽ & nurũ nulla est iusta suspicio, casus est in c. cum in
iuuentute, de præsum. eo magis, ꝙ casus Galli naturalẽ habet
rationem & ius, vt filio premortuo posthumus nepos succedat
& instituatur, hoc igitur iure posteritatis naturalem habet ra-
tionem, nec patitur prohibitionem ex suspitione. Item nõ ob.
ꝙ quidam moderniores, vt audio, dicebãt opi. Io. de Imol. com
probari ex tex. in d. §. posthumo, in fin. in exceptione quam po
nit, quæ denotat regulæ antiquæ rationem, quinimò cum illa
exceptio in antiquæ regulæ emendatione præseruetur, specia-
lem habet rationem. Minus placet Alex. replicatio, dum dicit,
quod eadẽ suspitio est in nepote suo in posthumo. Hoc quippe
nõ recte dicit, nam quamuis in nepote suo in posthumis alie-
nis suspicari posset, de qua suspitione ego non curo. Tamen in
auo iam sene quoad nurum naturale fœdus nihil permittit cri
minis suspicari, vt in l. eum qui. C. de episc. & cleric. in c. a nobis
de cohabi. cle. & mul. in d. c. cum in iuuentute, & vt dixi, casus
iste habet naturalem cãm successionis, nec habet suspitionem
ad non succedendum, de suspitione igitur, siue nepos sit suus
tempore conditi testamẽti, siue tpe mortis, iniqua est ꝯsidera-
tio, nec placet qđ Io. de Imo. subiungit, quod licet sit verisimi-
le in personis coniunctis non cõmitti, tamen possibile est op-
positum, vt patet ex toto tit. de incestis nuptijs, ideo ad oẽm su-
spicionem tollendam statuit lex, posthumũ alienũ [illegible] non-
posse. Aduerte quia hæc non videtur iusta ratio, & [illegible] cõ
culcat, quia fatetur nõ verisimile, & sic præsumptionem [illegible]
esse contrariã, vt in l. non verisimile. ff. quod met. ca. [illegible]
iuris præsumptionẽ dicit posthumum iure priuari [illegible]
Item dicit non præsumi, & [illegible] suspicari [illegible]
sa. In alio etiã peccat. D. Alex. cum dicat, q [illegible]
gnari bona rõ dispositionis ant [illegible] fuisset correcta [illegible]
ratione carens. Nam nulla e[illegible] dispositio antiqua, quæ prohi-
beret posthumum [illegible] nostro, quam [illegible]
quod institutio non erat [illegible] nec valida, [illegible]
18 ego assignabo † Bar. in [illegible] casus. 1. col. ad fi. tenet rationem [illegible]
re posthumu[illegible] alienus non poterat institui de iure [illegible] ta
bu. quia de eodẽ iure non [illegible] bantur ad successionem [illegible]
situi, vt in §. emancipati. insti. de hære. quæ ab intest. [illegible] sed
alieni nõ suot sui &c. [illegible] hanc esse rationem veram ẽt [illegible]
le, §. loquatur ab intestato. Sed si certe verba Bar. animaduertas
19 ipse concludit suam rationem non esse congruam. † Nam ve-
rum est, quod lege 12. tabu. ab intestato succedebant solum sui
sed ex hoc nõ sequitur, ꝙ ex testo nõ potuissent succedere qui
sui non sunt, cum ex eadem lege 12. tab. emancipatus esset in-
cognitus ad successionem ab intestato, vt in §. emancipati. instit.
de hære. quę ab intesta. Sed si institutus fuisset, [illegible] ex institu-
tione iure 12. tabu. succedebat, vt in §. si vero. [illegible] de hære. insti.
& in §. si. ꝭ eadem lege. Male igitur concluditur, nõ posse insti-
tui ex eo quod sui nõ sunt. ex quo sequitur, quod [illegible] instituui
nõ possunt, quia posthumi. Nã ratio, quia alieni nõ impediunt
institutionem. Fateor tamẽ quod rõ Bar. est sufficiẽs & vera ad
reddendam differentiam inter suos posthumos & alienos. Nã
ideo suos instituere pôt, quia sui necessario succedũt, sed ista rõ
cessat in posthumis alienis, & ob id eos instituere nõ poterat. &
hoc bene sentit Bar. Sequitur etiã ex hoc, quod institutio po-
sthumorũ de se nõ est approbata, sed omissa, vt inferius osten-
dam. Ex his ẽt nota, quod male, parcat tantus doctor, intelligit
Soci. Bar. dum in prin. hic dicit Bar. intelligere & allegare §. po-
sthumo in §. ille casus, quod loquaẽ ab intestato. Nã §. posthu-
mo, loquitur expresse in testamento & in legatis, sed Bar. intel-
ligit, §. emancipati. de hære. quæ ab inte. nõ, §. posthumo, legas
20 ipsum & cogites. † Apud me ratio quæ reddi potest non est
adeo constans, vt perpetuam habeat iustitiam. Sed iura ciuilia
sua principia & motiua habẽt, quæ qualia sint, disputamus. &
vt dixi superius, institutio posthumorum non erat lege. 12. ta.
confirmata, vt sentit Iulianus in §. ille casus. versi. denique. ibi,
vt liceat institui nondum natos, qui cum nascerentur sui essent,
permittit. Ecce ꝙ permissio & licentia noua in hac ratione cõ
sistit, vt liceat instituere nondum natos. Apparet igitur, qđ ra-
tio quæ impediebat ante permissionem erat, qa nõdum erant
nati. quod eminentius clariusque infertur ex versi. porro, subse
quenti. vbi dicitur, porro procedere debet vt vtiliter sit institu-
tus, quod nullo iure potuit fieri, qui nondũ natus erat. Itaque
nullo iure cauebatur ante legem Galli & Vellei, vt qui nõdũ
natus erat, institueretur. Hoc etiam habebat conformitatẽ cũ
iure naturæ. quia nondũ natus non est in rerum natura. vt in l.
qui in vtero. l. 2. de statu ho. & dicitur in l. eius seruum. de hæ-
re. insti. ꝭ. vbi seruus posthumi, anteꝗ̃ nascatur, dicitur esse nul
lus. Si igitur nullus est, nec eum qui non est, instituere possu-
mus. Hæc igiẽ erat ratio, quare lege antiqua nõ habebat hære-
ditatem. & optime facit. l. 1. §. cum tripli. de ca. tol. Verũ si op-
ponas, ꝙ posthumus, qui suus erat tempore conditi testamen
ti, institui poterat de iure antiquo, fateor. & hoc fuit introdu-
ctum, ne suus rumperet, vt declaraui per l. posthumorũ. §. sed
si filius. ꝭ. titu. proxi. cum si. Et eadem necessitate induxit Gal-
lus casum nostrũ. & cæteri, qui eum & Velleium sequuti, alios
casus induxerunt. & hoc modo suis rationibus procedunt ista
21 iura. † Contra hanc rationem stat arg. quod qui in vtero est, ẽt
anteꝗ̃ nascatur, dicitur esse in rerum natura. probatur, quia in
vtero est, ergo in natura est. vt in l. vel si viuo. de suis & legiti. ꝭ.
vbi dicitur, ꝙ quodammodo in rerũ natura esse existimantur,
qui in vtero sunt. & eo ipso cẽsetur animal esse vt in l. 1. §. si quis
proximior. vnde cognati. & dicitur cognatus eo ipso ꝙ est con
ceptus. vt ibi, & in l. Paulus. §. Paulus. de bo. lib. Præterea me-
dicorum authoritate post dies quadraginta habet animam &
corpus, igitur dicetur esse quod etiam in legibus comprobaẽ.
nam iure dicitur cognitum, id quod in rerum natura compet
tum habetur. Vnde etiam antequam posthumi nascantur, cũ
tamen sint in ventre, quia verum est eos in rerum natura esse
habita vera computatione posthumorum defertur hæreditas
nati. vt in l. cum quidam. §. quod si vnum. & ibi Barto. & in l.
ventre, & ibi Barto. 2. colu. & Paulus. de ac. hære. no. in §. con-
ditionis. insti. de ver. obl. Ecce igitur ꝙ posthumi sunt in rerum
natura. dicerem ꝙ in rerum natura vt in ventre, & vt nascendi,
bene sunt, non tamen vt nati. & natorum essentiã ad institutio
nem ius antiquum requirebat vt patet. in d. §. ille casus. ꝙ de-
clarat, vt ꝭ. col. te. ver. ego quamprimum. & hanc solutionẽ sa-
tis comprobabis ex doctrina Bart. in d. l. ventre. 2. col. versi. ad
secundam partem. cõtra hanc rationem quæ est iurisconsulti.
vt in d. §. porro. Adducit Io. de Imol. arg. quia secundum eam
frater nascendus institui non poterat. quod est falsum ex l. 1. in
fi. de cõdi. & demon. & ex l. interdum. de verb. obli. Responde,
ꝙ ipse non probat inconueniens adductum. quinimo contra-
rium videtur, quia si frater est nascendus, est posthumus, & nõ
est suus sed [illegible] vel extraneus, quia frater in fratrem nõ ha
bet patriam potestatem, vt instit. de pa. potesta. in prin. igitur
nec institui [illegible] nec legari poterat. vt instit. de bo. pos. in prin.
& in §. posthum. insti. de lega. Nec lex. interdũ. nec lex. 1. pro-
bant. nam l. [illegible] in re legata vel promissa conditionaliter
quæ nondum erat in rerum natura. nos vero loquimur in per-
sona vt in §. posthumo. & saltem in persona instituenda nõ po-
test negari [illegible] posita in §. ille casus. versi. porro. Secundum
[illegible] quod premittit Bart. est, ꝙ posthumus proprie est
ille, qui nascitur post mortem patris. Alij dicuntur improprie
posthumi, vt [illegible] notat. C. de posthu. hære. instit. in sub.
Sed & hæc alter differemus super glosis. vbi etiam ipse Bart.
22 latius declarat. † Tertium euidentiale est, quod consiliũ Galli
habet locum in nepote nato post mortem patris & aui. proui-
sio vero Vellei & Iuliani habet locũ in nepote nato post mor-
tem patris viuo auo. Sed quæritur, qua ratione tantum proui-
derit Gallus in casu, quo post mortem aui nepos nascitur, &
nondum in vita nascitur, ratio est, secundum ꝙ sentiũt Raph.
& Imo. in 4. co. & Bar. in §. si eius. 2. col. ver. item ibi. & Papien
tes hic in tertio premisso &c. quia si nepos nascebaẽ viuo auo,
auus poterat instituere cum iam mortuo patre, cum esset suus
tempore conditi testamenti. vnde etiam lege 12. tabu. poterat
constare tale testamentum. vt declarat Bartol. in §. ille casus.
1. col. ad fin. & in [illegible] de lega. 1. col. sic igitur non erat neces-
saria prouisio Galli. Attende perspicacius, ꝙ ratio quare Gal-
lus non prouiderit in nepote nato in vita aui, reddi non potest
quæ iusta sit. cum hoc idem iuste sit prouisum per l. Velleiam
& per Iulianum. quinimo cũ ex sententia Galli etiam in vita
nascendum instituere vel etiam legare liceat, vt in l. quidã relegari.
in fin. de reb. du. & in l. pe. de leg. 1. non potest reddi ratio qua-
re omiserit in vita nascendum cum eundem institui posse sen-
serit. nostri enim docto. interpretãtur Galli sensum in casu ne
cessitatis tantum. in quo aliter testamentum valere non pote-
rat. sed

rat, sed quamuis ex illo casu necessario sit Gallus motus. dispo
sitio tñ & sñia eius latior est, quia ex ea est introductũ, vt post-
humo alieno & legari & fideicommitti possit, & tñ ista nõ ha
bent necessitatis rõnem, hęc latius exponam in §. & quid si tñ
23 in not. † Primo noto tex. in verbo, induxit, ꝙ dispositio Galli
est noui iuris inductiua, ex quo constat, ꝙ ante Gallum nepos
posthumus non poterat institui in casu quo futurus esset suus
& sic institutio collata in tempus habile non valebat, cuius cõ
trarium cauetur in l. in tempus inf. de hære. insti. l. sponsę. C. de
dona. ante nup. Io. de Imol. soluit hic, quia lex resistebat ab ini-
24 tio. † & dum lex resistit ab initio, non potest considerari tẽpus
habile, cum ab initio sit nullum, vt Bart. in l. alia §. eleganter. ff.
solu. matr. & l. si minor. C. de ser. expor. Soci. subtiliter dicit, ꝙ
qñ lex resistit causę efficienti, recte loquitur, & mouetur Ioan.
de Imola. sed si parti suscipienti resistat, sufficit ꝙ illa receptio
fiat in tempus habile, dum actus ad tale tẽps referatur, vt subtili
ter sentit Bart. in d. §. eleganter, cum igitur in nostro casu resi-
stat suscipiẽti, sequitur hr̃e locum regulam illam, & sic lex no-
stra non est noui iuris introductoria. Sed demum d. Soci. ex §.
ille casus ver. porro. vbi dr̃, ꝙ nullo iure poterat institui. dicit, ꝙ
cõis opin. est vera & regula l. in tẽps, non habebat locum in no-
stro casu, cũ illa ex ęquitate procedat. Lex vero nostra & eius
materia rigore procedebat, hoc idem confirmant Ticinenses.
25 † Ego quamprimum cogitabam, quod quamuis nouus sit ca-
sus Galli, tamen Gallus fuit motus ratione antiqua. ratio enim
impediendi institutionem posthumorum erat, quia nondum
erant nati. vt constat ex versi. porro. & ex l. seruum eius de hæ-
re. insti. sup. alleg. de qua sup. latius. Qua tamen non obstante,
lex antiqua admittebat institutionem posthumorum suorum
tempore conditi testamenti, vt in l. posthumus, de inoff. test. &
in §. posthumorum, insti. de exhære. lib. ne sui rumperent testa
mentum, deinde Gallus & cęteri de quibus in l. nostra, in casi-
bus in quibus sui nascerentur, institui posse induxerunt, ne eo-
dem modo rumperent testm̃. Itaque ratio impediens eadem
ratione qua tollebatur iure duodecim tabularum, tollitur per
Gallum, & ita erat sublata tunc prout nunc a Gallo. sed casus
adhuc non erat interpretatus nec declaratus, quem nunc Gal-
lus inducit & declarat. & quod interpretatio Galli conformet
cum sñia l. 12. tab. dono tibi pulcherrimum casum in l. Titius,
cum l. seq. inf. de suis & leg. hęre. vbi cum Iulia. iurecõsultus di
ceret, quod lex. 12. tab. vocabat eos nepotes, qui moriente auo
in rerum natura fuerint, subiungit Celsus, vel si viuo eo nepos
conceptus est, quia conceptus quodãmodo in rerũ natura esse
existimatur. Ecce quod ex interpretatione Celsi lex. 12. tab. vo
cat posthumos nepotes ante mortem aui conceptos. Nec ob.
qđ ibi ab intestato loquatur, nam rõ est generalis quia in rerũ
natura esse existimantur, igitur poterãt institui, nam ea erat rõ
quare nõ erat cautum eos institui posse, quia nondũ erãt nati.
vt in §. ille casus insti. illa lege. Sed ex sñia eiusdem legis haben-
tur pro natis, vt dicebat Celsus, igitur ex eadem legis sententia
institui poterant, quamuis hoc nullo iure ante Gallum & Vel
leium erat interpretatum, vt in d. §. ille casus. Præterea viget &
satis consonat ratio legis, in tempus, quod ad tẽpus habile sm̃
l. 12. tab. refertur institutio. nec ob. quod de resistentia fallo sin
gitur. vt statim subiicio. nec ob. quod in text. nostro de verbo,
induxit, põderatur, & idem in §. quid si is, in verbo, induxit, nã
qñq; rone antiqua nouus casus inducitur, vt patet in eodem §.
qd si is, & per totã istam l. in qua ex sñia Galli plures inducun-
tur. & hoc clare probatur ex l. generaliter, in fi. princi. de instit.
& substi. sub cond. fa. C. iuncta l. Lucius Titius, de hęr. inst. inf.
vbi fere idẽ casus & eadem rõne ponitur, & tñ Imperator se
induxisse protitetur. In alio ẽt displicet prædictorũ sñia, quod
credant institutioni posthumorum in casu Galli ab initio resti
tisse legẽ antiquã, nam rõ legis antiquæ magis suadebat, q̃ resi
steret, sed qa casus iste non erat expressus, vt posthumi, qui nõ
erant sui tpe testamenti, instituerentur, cũ nõ essent in rerum
natura, fuit deductus a Gallo, itaque lex ant. qua cessabat in ap
probãda tali institutione, & nõ reperiebatur legib. duodecim
tab. cautũ. Hoc constat ex principio insti. de bo. pos. vbi proba-
tur tales posthumos de iure ciuili incognitos, nunc vero cogni
tos, si igitur erat incognitus de iure ciuili. quia incognitus, non
habebat hæreditatem, non quia lex resisteret, facit text. in l. si
quis filium C. de inof. testa. in versi. & hoc nõnulli iuriconsul-
ti in medio proponentes inhumane reliquerunt, vrgent etiam
in versi. permittatur nostro beneficio a vetustate quidem negle
ctus. Nec ob. quod casus sit diuersus a nostro. Nã in hoc eadẽ
est iuris rõ. relicti igitur & neglecti erant posthumi, quia de his
instituendis nulla lex erat producta, non tñ qđ lex resisteret, fa
cit & tex. optimus in l. meminimus C. de suis & le. hær. Et hoc
ipsum est quod dicebat §. ille casus vers. porro. quod nullo iure
potuit fieri, quia nondũ natus erat, nam nullo iure cauebatur,
& ideo nullo iure potuit fieri, & inter prohibere, vel resistere,
& prætermittere summa est dr̃ia, vt no. in l. stipulatio. §. alteri.
de verb. oblig. Verum si arguas de eodẽ princ. insti. de bon. pos.
vbi in hoc ipso ius 12. tabu. emendatur, sed quod positum non
est sed prætermissum emendari nõ potest. emendari. n. est cor
rigere, & dr̃ a menda, vt apud dictionarios, & notatur ibidem,
26 igitur dici non potest, quod ius ciuile hoc tñ præterierit. † At-
tende quod in hoc stat deceptio. nullum. n. ius particulare 12.
tab. emendatur, quia nullo iure instituendis posthumis resisti-
tur, vel eos institui prohibetur. Sed sumẽdo ius antiquum 12.
tabu. in vniuerso quod prætermisit talem institutionẽ, recte re
cepit emẽdationem suę prætentionis, & hoc est qđ dr̃ in dicto
prin. ius ciuile esse emẽdatũ, & ita resoluas dubitationes, quas
gl. ibidem inconstanter tradidit in verbo emendandi. Nec pla
cet solutio, quod l. in tempus loquatur de ęquitate. nos vero in
casu rigoroso. Nam ẽt sm̃ iuris rigorem Galli dispositio valet,
qui sequitur eandem sñiam, quam lex antiqua, quod idem do
ctores fatẽtur, cum credant legẽ istam Galli induxisse casum,
ne posthumus agnascendo necessario rumperet testm̃, & stri-
cto iuris rigore indecens est, vt is rumpat, quia præteritus, qui
nisi præteriri non põt, ad ea enim quæ iure nõ põt, nullus iure
obligatur l. impossibilis ff. de re. iur. in §. impossibilis institu. de
inuti. stipul. Itaque ista inductio Galli vt est vtilis, ita etiam ne
27 cessaria sm̃ iustitiam ciuilem, cogita. † Dom. Alex. limitat hãc
iuris antiqui vt ipse tenet dispositionẽ, quod quamuis posthu-
mus institui nõ poterat, tamen eius seruus poterat institui. per
l. eius seruum, inf. de here. insti. sm̃ intel. Bar. Ang. & Imol. sed
talis intellectus non placet dom. Alex. quia capacitas vel inca-
pacitas serui pendet à domini capacitate vel incapacitate l. nõ
minus §. 1. de hære. insti. sed huic argum. Bart. respondet in l. si
seruus eius, de ac. hære. inf. ꝙ procedat, quando contẽplatione
domini vel simplr̃ fuit seruus alienus institutus, secus si cõtem
platione propria, quia tunc non consideratur incapacitas do-
mini per d. l. si seruus eius, sed dom. Alex. non placet solu. quia
in l. eius seruum, non constat, quòd cõtemplatione propria in-
stitueretur seruus, dicit tamẽ quod magna est authoritas Bart.
& sequacium, & ideo menti tenenda talis limitatio. Mod. Ti-
cinenses confirmant hunc intellectum & limitationem duo-
bus fundamentis, quibus Bart. & doct. respondent, & ipsemet
sa omni iuri, quod habet vel habere potest, vel possit, quamuis
illa renuntiatio ad ius præsens vel futurum referatur, debet in-
telligi rebus sic stantibus. i. de iure quod sibi tunc competit re
vel spe ex rebus sic stantibus, & non de casibus alijs ex quibus
ius contingere potest. argu. est vt ipse inducit, in l. 1. & 2. de sta-
tu lib. tut. de quo videndum est ibi latius. Sed quo ad proposi-
tum nostrum satis constat potentiam præsentem esse sumen-
dam, non futuram. nisi reipsa ad futurum se referat. vt in d. l. in
terdum. de verbo. obli. & in d. l. si ita quis. Et isto modo intelli-
ge. l. 1. infra tit. prox. ibi, primum testamentum rumpitur alio
testamento, ex quo hęres existere potest. quod interpretatur,
quandocunq; poterit. vt in §. posteriore. insti. quib. mo. test. in
fi. Ratio est, quia tempore testamenti. i. in vita testatoris nõ po-
test esse hæres, sed in futurum. & ideo ad futurum refertur, qd
non habet determinationem certam. quamuis quandoq; etiã
limitatur, vt Bart. in d. l. quod Seruius. Ex his intellige quod gl.
& Bar. notant in d. l. 1. inf. tit. prox. quod verbũ, potest significat,
id est, possibile est. quod sic interpretatur, quando in futurum
refertur. sed contra, quia cum in futurum refertur, videtur q
in pręsenti esse non possit. Nam hęres non põt esse hæres cum
fit testamentum. vt l. qui superstitis. igitur hoc non est tũc pos-
sibile. & ideo cogita. Item in ista potẽtia ciuili includas legem
nostram Galli. vbi nepotes possunt institui secundum disposi-
tionem Galli, qui hoc ius instituendi induxit, vt euitaret nulli-
60 tatem testamenti. † At si opponas, quòd secundum hoc verbũ
potest, inducit necessitatem. quia si non fecerit, quod potest, te
stamentũ erit nullum. Rñde, q verbũ, põt, non inducit neces-
sitatem, etiam in hoc casu, sed iuris facultatem. intentio enim
Galli non est imponere taliter testandi necessitatem, sed dare
facultatem instituendi posthumos nondũ suos. Nec ob. quòd
si non instituantur, testamentum rumpatur agnatione, quòd
fateamur ex iure sui, cum se reperiant in primo suitatis loco &
præteritos, vnde iure sui rumpunt testamentum l. posthumo-
rum. & l. posthumi inf. tit. prox. igitur ex dispositione, & pote-
state a Gallo data nec rumpitur testamentum. nec causatur ali
qua nullitas vel necessitas. & in hac sentẽtia fuit etiam do. Ale-
xan. & Paul. de Cast. Quinimo Gallus excusat testamentum a
necessaria nullitate, ergo eam non imponit &c. Vides igitur,
quòd etiam in potestate iuris non imponitur necessitas ex po-
testate tributa, & idem ius in hoc versatur quo ad ipsam pote-
statem & necessitatem, siue verbum, potest, ponatur princi-
paliter, siue propter aliud. vt in dicta l. prima. de iniusto rupto.
nam nec ex illo nec ex isto ponitur necessitas. non ergo est fa-
61 ciẽda iuris differentia. † quandoq; verbum, potest, refertur ad
facultatem, & tunc idẽ est ex verbi significatione. nam ipsa fa-
cultas libera est, & differt a necessitate, nisi ex alio obueniat ne
cessitas. Ita potest intelligi tex. noster secundum alium intelle.
Hæc enim potestas instituendi videtur esse quędã facultas quę
a iure habet comprobationem, qua attenta est iuris. Nam leg.
12. tabularum cuilibet morituro datur de bonis suis ius facien
di quod voluerit. vt in l. 1. ad l. Falcid. in princip. in §. 1. insti. eod.
& auth. de nup. §. disponat. sed vt sup. congruẽter competit su-
periori membro. Nec obst. text. in l. 3. §. si quis sic acceperit. ff.
de sta. l. vbi verbum, potest, habet necessitatem actus. finge q
relicta sit libertas, si. 10. dare poterit. nam nisi. 10. dederit, nõ erit
liber. Responde, quòd hęc conditio, si. 10. dare poterit, bene ve
rificatur, cum primum dare potuit. sed quia dans libertatẽ non
habuit animum ad potentiam, sed ad actum, quia potentia ni-
hil efficeret, ideo in tali dispositione conditionali requiritur,
quòd potentia deducatur ad actum, quia licet verbum, potest,
verificetur in potentia vel facultate, tamẽ ista facultas interpre-
tatur a iure ex intentione conditionem adijcientis. eodẽ mo-
do intelligitur. l. nepos Proculo. ff. de ver. sig. vbi si dotem pro-
misi cum dare potero, refertur ad facultatem, quæ interpreta-
tur a ratione & iure. l. cum de dicto ęre alieno potero. Item cũ
salua dignitate potero. & demum tunc dicitur posse, cum com
mode poterit. itaq; facultas ipsa a ratione debet sumere inter-
62 pretationem non attenta verborum significatione. † Præterea
eodem modo interpretabitur. l. fideicõmissa. §. hæc verba. ff. de
lega. 3. vbi per hæc verba, te rogo fili, vt de prædijs quæ ad te p-
uenerint. curam habeas, vt possint peruenire ad filios tuos, dici
tur esse fideicommissum. vnde notat Bart. quod verbum, pos-
sint, trahit ad necessitatem. & ex hoc notabat alibi glos. vt in d.
l. sæpe. quod verbum, põt, in vltimis voluntatibus inducit ne-
cessitatem. & ita dicit Bart. hic. Ego credo, quòd differẽtia non
consistit a diuersitate vltimę voluntatis ad alios actus, sed a rõ-
ne. certe fideicommissum elicit & comprehendit ex voluntate
testatoris, dum ex verbis voluntas apprehendi possit, vt in eadẽ
l. fideicommissa. §. si ita quis scripterit. Sed si filio meo commẽ
do prædiorum curam, vt possint venire in filios eius, voluntas
mea est, quod prædia in filios veniant, sed ex volũtate causat fi-
deicommissum. & fideicommissum est necessarium. igit, &c.
Hoc comprehendes ex ea. l. fideicommissa. §. hæc verba. ibi li-
cet non satis exprimant fideicommissum. sed magis consiliũ q
necessitatẽ relinquẽdi, tñ ea prædia in nepotibus videntur fidei
63 commissi vim habere. Ita dicebat ibi Vlpianus. † itaq; ex verbi
significatione nulla erit necessitas. ex intentione tñ testatoris
talia subijcientis indicat fideicommissum. nec est speciale in te
stamentis, quòd verbum, põt, significet necessitatẽ. quia ibi nõ
significat eam, nec importat ex significatione, vt dicit Vlpia-
nus. Itẽ considera quòd verbũ, possint, refertur ibi ad bona. igi-
tur per verbũ, possint, non imponitur necessitas hæredi. & hoc
sm eundem Bar. qui sentit, quòd tunc importat necessitatem,
quando hæredi dirigitur. & ita ex iunioribus Papienses tene-
bant cum ipso. vl. col. versic. tertia conclu. argu. glo. in l. peto. in
princ. quam Bartol. allė. de leg. 2. itaq; nec refert, ad quem ver-
bum, põt, dirigatur. nec est verũ. quòd ex eo quòd verbũ, põt,
inducat necessitatem, dicitur esse fideicommissum, sed ex mẽ-
te testatoris, quæ ex tali causa elicitur. Facit quod recentiores
maxime fatentur in l. 1. de iu. om. iud. in verbo, põt quòd verbũ
potest, inducit necessitatẽ sm materiam subiectam. nos vero
tex. illum aliter intelligemus. nam nec ibi imponitur necessi-
tas, nec in l. si tibi mãdauero. §. fi. sup. mandati. Sed eodẽ modo
procedunt, vt tex. noster in l. Gallus. Aliquando autem poten-
tia refertur ad possibilitatem naturæ, & iuris, vt exemplum in

l. quod Seru. in. de cōdi. ob cau. ff. vbi si ad dotē ante matrimonium aliquid dedi, non possum repetere, dum ad matrimoniū peruenire possit. Item eodem modo tituli & leges de testamētis, & qui testamenta facere possunt, interpretari possunt. Nā facere possunt iure & natura & impediuntur iure & natura. & ita etiam in tex. nostro. sed ex hoc ꝙ facere possint, nulla imponitur necessitas. Contra superiora efficacius oppo. nam si a iure datur potestas, ex hoc competit ius. Finge ꝙ statutum vel lex dicat, filium posse petere quæcunq; bona, quæ fuerūt pr̄is, vel ꝙ ego possim agnoscere vel adire bonorum possessionem quippe non pōt negari, ꝙ ex hoc nō oriatur ius & actio ad petēdū, vel adeūdū, vel cognoscēdū, vt declarat Bart in l. 1. col. 2.
64 de cōdi. ex lege. §. † Itē hoc clare patet in d. l. sępe audiui celarē nam si cordatius attendamus, ex eo ꝙ dicitur posse adiri præsidem, datur tibi ius adeundi, & ipse præses cognoscere debet. tenetur quidem aut per se vel per alium. nō igitur probaī ibi, ꝙ verbum potest, nō importat necessitatem. sed ꝙ nō imponitur necessitas præcisa vt ipse per se debeat cognoscere. per aliū certe tenetur, ei delegādo, vnde videtur male notari, ꝙ verbū, potest, non inducat necessitatem simpliciter, cum ibi tm̄ negetur necessitas pręcisa sed cōceditur necessitas vel cognoscendi
65 de causa per se, vel alteri delegandi. † Male itaq; no. gloss. ibi ꝙ verbum, potest, non inducat necessitatem. nā inducit necessitatem, quamuis non præcisam. quod ex eo probaī, quia aut intelligitur necessitas impetrantis & eius qui potest adire, & tūc potius est iuris facultas quam necessitas. immo etiam si per verbum, debet, quod est necessarium, diceretur, debes adire præsidem, non per hoc resultat necessitas adeundi. quia si non vult vti rescripto, inuitus vti non cogitur. & verbum etiam alias necessarium, vt est verbū, debet, vt in l. prætor. in princ. ff. de eden. si dirigatur ad eum, in cuius fauorem profertur, non est ei necessarium. vt in l. obseruare. §. fi. ff. de of. procon. & Bart. in l. creditores. in princip. C. de pign. Itaque isto modo verbum, potest, nō importat necessitatem, nec importare potest. & de isto modo nihil dubitatur ibi. Aut intelligimus de necessitate pręsidis qui adiri potest, & certe datur ius adeundi, & ipse tenetur iustitiam facere, vel per se cognoscēdo, vel alteri delegando, vt ibi. & in l. sequen. ergo verbum, potest, est voluntarium quo ad eū qui potest, & qui si velit id quod potest, iure vult & ideo im-
66 portat iuris necessitatem. quod iterum † & singulariter probatur. finge, quod causa sit commissa verbis denotantibus necessitatem, vt si dicatur. præses prouinciæ debeat cognoscere & iustitiam facere &c. Certe quamuis cōmissio sit necessaria quo ad præsidem, tamen non tenetur per se necessario cognoscere sed per se vel per alium. vt no. & fatetur ibi glo. & Bartol. in fi. verbis. & casus est expressus in c. fi. de offi. leg. Nam etiam si iurisdictio necessaria sit commissa, nisi tamen exprimatur, nō intelligit, vt præcise per se debeat cognoscere. vt ibi. & facit text. in c. 1. de iud. lib. 6. ex eo igitur quod in l. sępe. dicatur, quod nō est præcise cognitio præsidi demandata, non sequitur, non esse demandatam, vt per se vel per aliū de causa cognoscatur. Hoc satis etiam demōstraī, quia iurisdictio est necessaria. vt in l. munerum. §. iudicandi. ff. de mune. & ho. Item ex. l. sequen. ad. l. sępe. patet nostra sententia, vbi eadem ponantur verba. & dicitur quod æstimare debet, an per se debeat cognoscere, an iudicem dare. Ecce quod duorum alterum facere debet, aut dare iudicē, aut per se cognoscere. & hoc per verbum, debet, quod importat necessitatem. vt in cap. proposuit. de appella. in cle. attendentes de statu. reg. igitur quo ad iudicem eadem est ratio, siue per verbum, potest, patri directum, siue per verbum, debet iudici directum aliquid committatur. ergo male notatur ibi, quod verbum, potest, non inducit necessitatem. & not. quod in l. sequen. in princip. sentit iureconsultus, quod nihil refert, siue causa remittatur per verbum, potest, siue aliis verbis. quinimo. dum negotia remittuntur, generalis est ratio, vt possit per se cognoscere, vel alteri delegare. Nulla ergo erit differentia, siue per verbum, potest, remittatur siue per alia verba, dum ad tale negotium non sit electa industria personæ, vel sint talia verba, quæ præcisam exigant cognitionem. vt in d. c. fina. Item superiora confirmantur ex diffinitione & declaratione obligationis, quæ est iuris vinculum, quo necessitate ad soluendum aliquid astringimur. & tamen in obligationibus facti succedit interesse, nec præcise cogimur soluere idem. vt in leg. stipulationes non diuiduntur. ver. Celsus. de verb. obli. Inferas ex his, quod male not. glos. in d. l. sępe. quod prout parti est libera potestas adeundi iudicem si vult, ita & iudici. Nam parti est libera potestas, quia dicitur, potes adire & adire inuitus non cogitur, vt in l. 1. & per totum vt nemo inuitus agere vel accus. C. sed iudici non datur libera potestas, ne adeatur, cum pars ius adeundi habeat, nec quod nō possit cogi vt ipse pręcise cognoscat. facit ad rationem verbi potest vt in lege. sequenti. & supra ego exposui. Nec d. Barto. recte gloss. comprobat in finalibus verbis in leg. sępe. dum dicat, quod nec verbum potest, nec verbum, debet, importat necessitatem iudici. quia sequeretur qđ actor iussus cogeretur agere. Nam de actore ibi non disputatur, & actor est voluntarius. sed iudex est necessarius. vt. sup. Item inferas ad ea quæ dicit Barto. in lege. hoc con. missa. §. si quis ita. de lega. 1. vbi ad solutionem text. in d. leg. sæpe, dicit, quod ibi erant verba potestatiua in fauorem eius cū quo loquebatur. vnde non intendebat grauare eū, quippe non grauauit in eo, in quo potestas datur. daī autem vt adeat, & adeundi ius habet. fateor tamen, quod non est remissio præcisa, quia ea nisi speciali causa non remittitur. Item cum Bartolus. dicit quod in l. sæpe, non erāt verba dispositiua. credo quod disponat, quia negotium remittitur. vt in l. sequen. an autem per talem remissionem de nouo demandetur iurisdictio, non est nostræ speculationis. Ex his etiam pungi potest & arg. & solutio arg. ad d. l. sæpe. per glos. vltimo loco factam. Nam argumentatur contra tex. quod beneficium & rescriptum est ample interpretandū. vt in l. fi. de consti. princ. Ergo præcise debebat cognoscere pręses ipse, prout in rescripto continetur. Sed dicit & soluit glo. quod ideo potest delegare, ne rescriptum reddatur nullum, quia cū ipse forsan cognoscere non posset, rescriptum redderetur inutile, & ob hoc prouidetur arg. l. si quādo. de leg. 1. hæc sunt verba glos. quæ vt mea fert opinio, fuerunt leuiter scripta. nam argumentum solutionem impugnat. Si enim ea ratione beneficium esset amplum, quia præcise præses teneretur, vt ipsa ratio etiam demonstrat, sequitur quod ad fauorem beneficij vel ad eius vtilitatem non tenetur pręcise. Item non potest negari ex eodem sensu gl. quod cognitio demandata per verbum, præcipimus, sit fauorabilior, quam ea quæ demandatur per verbum potest adire præsidem at cognitio demandata per verbum pręcipimus hoc habet præcipuum, vt præcise debeat iudex cognoscere. Ergo quod cognoscat alternatiue, vel per se vel per alium, non est ea ratione, quod beneficium alias redderetur inutile. eo magis quod idem esset in cognitione per verbum præcipimus, quia eadem ratio. quæ erit igitur solutio arg. vno modo solue, quod illa constitutio loquitur in gratijs, hęc in rescriptis ad lites, in quibus cessat ratio beneficiorum cum sint iuris. Item non est credendum ex hoc tale rescriptum stricte interpretari, nec ex eo alternatiue cognosci, quia alias rescriptum redderetur inutile. Nam ratio illius legis est quam assignat tex. in c. fin. de offi. legat. qui idem ei ponit non enim per delegationem vult summus Pont. fex, vel imperator prouidere de personis, sed prouidere negotijs. & cū a iure habeat potestatem delegādi, vt in c. pastoralis. in princip. de offi. dele. in l. a iudice. C. de iudi. non auferetur talis potestas per commissionē causarum, nec princeps intendit derogare tali potestati, si præses vel iudex videat expedire, vt dicta cap. pastoralis, & hoc est quod dicit. l. sępe. existimare debere præsidem, an ipse debeat cognoscere, an alterum iudicem dare cogita. Ex his inferas tollendas esse distinctiones Barto. quia ratione distincta non autē diuersitate casus est distinguendum. Nam siue principaliter ponatur verbū, potest, vt in nostra. l. Gallus, siue propter aliud, vt in l. 1. de mu. rup. siue ad actum certe personæ dirigatur, siue contineat commodum semper significat potestatem naturæ, vel legis, vel facultatem, ex qua dispositione non imponitur ne-
67 cessitas aliqua, nisi alia ratione imponatur. Ex his † etiam infertur ad dictum Bald. hic, qui dicebat, quod quando verbū potest ponitur cum forma vel regula, tūc importat necessitatem verbi gratia. Statutum dicit, quod pretor, vel qui vel alio potestas appellatur, possit inquirere de quibusdam criminibus. certe in isto casu si non inquirat, punitur de negligentia. Idem dicebat Raphael. addens quod iurisdictio est necessitatis. vt no. in l. cum verbo, potest. de iurisdictione omnium iudicum facit text. in l. munerum. §. iudicandi est necessitas. Ergo cum per statutum tribuatur iurisdictio, necesse erit iudicare. Alexand. tamen hic dicit, se non putare dictum. Bald. verum esse, quia regulariter non potest procedi per viam inquisitionis, sed accusationis. l. eg. ex rescripto. §. si quis accusationem. de muneribus & honoribus. & in l. 1. §. ex publico. ad legem Iuliam de adulterijs. & ibi Bartol. vbi ponit fallentias. Si igitur statutum dicit, quod possit Inquirere, satis intelligitur quod possit per fallentias. & non regulariter. Falso itaque Baldus presupponit regulam. Item contra Baldum facit authorita. eiusdem. & Angeli in dicta leg. non quicquid de iudi. ff. vbi dicit, quod si statuto caueatur quod iudex in indicio infamię pręcedentis possit ponere ad torturam, non imponit necessitatem, quia tale statutum ad potestatem refert. Tertio, facit, quia Bononię est quoddā statutū, de quibus delictis iudex, possit inquirere, aliud de quibus teneaī inquirere. & ita in illatione ad statutum reprehendunt Bald. sed probant in regula. Attende statutū tamen, ꝙ Bald. in dicto peccare videtur & eū reprehendentes nō minus. Nam etiā si forma vel regula sit data per verbū, pōt. non propterea illa forma vel regula est ad necessitatē, sed ad potētiā. Nā si statuto vel lege daī ptās, imposito ptātis modo vel regula, quæ per omnia seruaretur, ex illo modo efficeret necessitatē. Finge, ꝙ statutum diceret, quod minor possit ꝯtrahere interueniente consensu decreti necessitudine coniuncto

iunctorum, & iudice talem contractum confirmante &c. profecto talis regula vel forma non imponit necessitatem ad potentiam. i. quòd teneatur contrahere. Fateor tamen, quòd imponit necessitatē ad actum [illegible] dum potentia deducitur ad actū, scilicet cum minor cōtraxerit, necesse erit quòd illa forma adsit, & ita intell. l. si tibi mandatur. §. si. ff. mandati quamuis gl. & Bar. aliter intelligant. Sic ergo ex exemplis similibus, atq; Bal. Rapha. & Alex. in hoc non credo bene sentire. Non ob. text. in l. 1. de iu. omn. iudic. iuncta gl. l. 1. considera, vt veritatē habeas, quòd si verbum, potest, imponitur in materia, quę de se importat necessitatē, ex data potestate non tollitur necessitas, & hoc est de mente glo. in l. 1. sup. allega. nam iurisdictio est potestas de publico introducta cum necessitate iuris dicendi. Si igitur in materia iurisdictionis dicimus iudicem posse, tunc dicendū est, necesse esse eum efficere quòd possit, quia ipsa potestas necessitatem habet in executione, non ex vi potestatis, sed ex re subiecta, quæ est necessaria in l. munerum. §. iudicandi. de mu. & ho. Vnde illam intentionem quam reprobauit Alex. necesse erit approbare, & regulam quam approbauit, impugnare. Nam si statuto datur potestas inquirendi, cum talis potestas sit ex publico, tribuit iurisdictionem, ex quo sequitur, quòd tenetur ius exequi, si iurisdictionis diffinitio vera est, & verbum, potest, etiam si ponatur cum forma, non importat necessitatem. Item dum. D. Alex. dicit, quòd in casibus except. est permissa inquisitio, & non regulariter, & allegat not. & Barto. Ego miror quia idem Bar. in co. l. ex publico. dicit glo. non bene dicere, quia per regulas proceditur inquirendo, & dat plures inquisitiones & regulas, vt ibi. Præsertim quòd cum statutum dicat in talibus delictis inquirere posse, non possumus negare, iudicem habere potestatem inquirēdi, an autem ea quæ possit sua iurisdictione, teneatur, hoc est a tertius speculationis. Sat est, quòd

68 consideratio regulæ vel exceptionis nihil in hoc efficit. † Distinguo igitur, quòd aut verbū, potest, ponitur in materia alias necessaria, & tunc ex materia subest necessitas, aut ponitur in materia voluntaria vel etiam indifferenti, & tunc nullam ex se inducit necessitatem, siue habeat formam, siue regulam, quæ censetur esse posita ad potentiam, & hoc ex parte eius qui potest, ex parte vero eius [illegible] potest, ius necessarium oritur. vt constat ex doctri. Bart. l. 2. de condi. ex lege [illegible] eius super l. 1. [illegible] Ad statutum [illegible] ego [illegible] rum, quod [illegible] iudicis [illegible] ssaria [illegible] iudi. & no. [illegible] necesse

69 se esset [illegible] et in inferiora. item contra [illegible] † Alex. [illegible] [illegible]

70 [illegible] † Aliam regulam tradit Bart. [illegible] 2. col. in [illegible] iudex potest procedere ad inquisitionem per officialis denuntiationem, quia præcedente illa denuntiatione non præsumitur calumnia iudicis [illegible] & in l. ea quidem. C. [illegible] in isto casu subest necessitas [illegible] procedere [illegible] non imponeretur officiali [illegible] ad denuntiandum ipsi [illegible] & patet [illegible] C. de cust. reo. [illegible] in quacunque [illegible] accusator existat, siue solitudo publice cure [illegible] debet quæstio fieri, vt noxius puniatur, vel innocens absoluatur. Constat igitur, quòd iudex debet inquisitionem exequi, dum est [illegible] potest, facit etiam ratio generalis, quæ vrget iudicem ad [illegible] puniendi, vt in cap. [illegible] alle.

71 Tertia regula est, quòd iudex potest inquirere, propter incidentem cognitionem, est enim iuris regula, quòd vbi iudex incidenter cognouit de crimine, de illo crimine potest inquirere. vt in eadem. l. [illegible] ex publico & in cap. 1. de except. At etiam in tali inquisitione eadem ratio versatur, quæ in alijs inquisitionibus.

72 † Quarta regula est, quòd præcedente generali inquisitione, si iudex inquirat omnes delinquētes, & aliquem reum reperiat, contra ipsum potest procedere. ita intelligit Bar. l. congruit. de offic. præsi. & l. 4. [illegible] ad le. Iul. peculatus. ff. & auth. de collatoribus. §. iubemus. & C. ad l. Iuliam de vi publi. vel priua. l. fin. At in his necessitatem officij subesse, patet ex l. fi. proxi. al. vbi præcipitur inquirere & punire delinquentes latrones, bucellarios, vel Isauros. Et demum dicit, quòd viri clarissimi pro[illegible] rectores in speculis esse debebūt, ne quis audeat statuta nostræ mansuetudinis in aliquo violare, scientes quòd ex dissimulatione dignitatis & administrationis cingulo & alijs pœnis priuabuntur &c. Idem probatur in d. l. 4. §. 1. vbi refert Marcel. iureconsul. quòd in mandatis continetur de sacrilegis, vt præsides sacrilegos & latrones plagiarios conquirant, & prout quisque deliquerit, in eum animaduertant &c. Mandatum ergo est & præceptum inquisitionis. facit ratio l. congruit. Quinta regula

73 est. † quando crimen committitur in iudicis præsentia. Nā propter magnum dolorem talis commissionis potest inquirere. vt in l. 1. C. de calum. & in l. nullum. C. de testi. & l. penult. C. de proba. in hac etiam inquisitione versatur ratio aliarum inquisitionum, & licet detur licentia iudici, vt in d. l. nullum. tamen

74 est licētia quæ ex officio habet necessitatem. Sexta regula † est in magnis criminibus & immensis. vt l. 1. C. de falsa moneta. & no. in l. athletas. §. calumniator. de his qui no. infa. At in his constat puniendi necessitas, vt expresse dicit tex. in d. l. 1. C. de falsa mone. ibi, cuncti cognoscant, necessitatem sibi incumbere, huiusmodi homines inquirendi, vt inuestigati tradant iudici &c. Demum dicit Bart. has regulas esse de iure communi Romanorum, sed statuto municipali in pluribus locis esse cautum, vt de quolibet crimine possit iudex inquirere &c. Constat igitur quod ratio necessitatis delicta puniendi inest in qualibet inquisitione propter iudicis officium. At cum officium in quacunque re sit, quod in ea fieri debet, vt Mar. Tull. definit, sequitur

75 tale officium vrgere. † Ad reliquam huius glo. expositionem noto ex tex. quòd valet tale testamentum. Si filius meus viuo me moriatur, tunc si quis mihi nepos vel neptis ex eo natusve fuerint, hæredes sunto, itaque etiam filio in potestate nō instituto, censetur testamentum valere. Contra hoc opp. quia testamēt. in præteritione filij est nullum, vt in l. inter cætera. inf. tit. proxi. & ideo dicit gl. quod debemus præsupponere filium esse institutum, alias consilium Galli non esset bonum. & ob hoc exponenda sunt verba, sic instituit posthumos. i. substitui. Bart. tamen dicit quod etiam si intentio Galli sit ea quam glo. exponit, potest teneri tale testamētum validum. ex l. si quis ita hæres instituatur. inf. de hære. institu. vbi valeret testamentum ita ordinatum, qui futurus esset hæres ab intestato, nolit esse hæres. Seium hæredem facio. igitur eadem ratione valebit testamentum, si filius [illegible] viuo me moriatur, posthumum ex co [illegible] nulla enim iniuria fit filio, quia in ista institutione non præteritur, nec eius præteritione debet rumpi testamentū. vnde Bar. elicit casum in quo hæres, qui successurus est ab intestato, præteritur hæredis testamēto. hæc sunt verba Bar. idem tenet Bart. in §. idem credendum. inst. [illegible] & plenius in l. si quis cum §. [illegible] & in l. cohæredi. §. si. inf. de vulga. & pupill. & Pau. de Cast. [illegible] est Bar. & Sali. hic idem Pau. in §. in omnibus. inst. tit. [illegible] tenent contra Bar. Do. Alex. dicit quæstionem disputabilem & Barto. defendi posse. Recentiores Papienses referunt hanc qō. esse [illegible] tam a duobus, qui postea effecti sunt Cardinales propter [illegible] sententiam. Demum cum numerosis doctoribus dicunt [illegible] op. non esse veram, sed contrariam. At ego [illegible] quam ex hoc [illegible] sim, [illegible] tamen melius quam hucusq; illam dubitationem explicabo. & quam Moder. Ticinen. [illegible] videbimus nudam [illegible] Deo erit laus & gloria. Dico igitur communē doctorum [illegible] non recte sentire contra Bar. nec Bar. ipsum [illegible] testatores sibi constare. Sit igitur vera conclusio,

76 † quod testamentum factum secundum consilium Galli, erit validum [illegible] ita dicant, si filius meus viuo me moriatur [illegible] nepos ex eo posthumus hæres esto, tale testamentum valeat [illegible] videtur institutus, vnde non est præteritus. [illegible] præteritus rumpet testamentum. Præsuppono igitur [illegible] tacita institutio, quæ colligitur ex coniectura mente testatoris, sufficit, & ex ea satisfit formæ requisitæ in filijs in potestate [illegible] vt instituantur vel exhæredentur. l. inter cætera. inf. eod. ita notant per illum tex. Io. de Imo. & D. Rapha. l. si pater fil. [illegible] de vulg. & pup. & Are. ibidem [illegible] fatentur ipsi iuniores Papienses [illegible] & cæteri hoc non negant, quod etiam [illegible] constabit. Igitur si ex præsumpta & coniecturata voluntate [illegible] censetur institutus, ideo nō rumpit. [illegible] probabimus hoc coniecturis debere voluntatem testatoris ad institutionem, ex quo constabit testamentum non rumpi, quod coniecturari debeat, patet primo ex vulgaribus regulis. nam quamdiu possumus [illegible] voluntatem ad successionem ex testamento, non debemus eam præsumere ad successionem ab intestato vt l. quamdiu. de reg. iur. & in l. quamdiu. de acq. hær. & hoc constat, quia intestatum se velle mori non est præsumendum. Item ea etiam ratione debemus tacitam voluntatem elicere, quia pro testamento semper præsumitur. vt in l. in ambigui. de

guis.de reg.iur.in c.ex literis.de proba.in c.fin.de reg.iur. Item
qui vult consequens,necessario videtur antecedentia velle.qui
igitur vult posthumum substituere , & patrem instituere vol-
uit.& ista sunt vulgaria. Tamen etiam in isto eodem proposito
plurimum mouerunt iureconsultos,vt videbis. Considero vl-
terius & specialius.qui enim ita testatur,si filius meus viuo me
moriatur , tunc posthumus ex eo sit mihi hæres, quippe habet
voluntatem vt testamentum valeat.cum in eo casu prouideat,
quo forsan testamentum rumperetur.ergo a fortiori voluit hæ
redem filium instituere , cũ in nullo casu sine eius institutione
potuit testamentum valere. Itẽ si nepotẽ ex filio meo futurum
& incognitum in quo nulla cadit affectio instituo,sola ea rõne
quia volo testamentum meum valere,& quod succedant ex te
stamento qui proximi sunt legitimi,quanto igitur magis credẽ
dum est,me velle instituisse filium,qui est in primo capite,& in
quo paterna cadit affectio quæ nulla in rerum natura maior. l.
isti quidẽ.quod me.cau.eo præsertim,quod si nepotẽ instituo,
ea rõne instituo,quia erit ex filio meo natus,vt in l. dedit dotẽ.
ff.de colla.bon.& vt dixi. quia iure ipse dẽt succedere. Idcirco
constat voluntatẽ patris ad institutionem coniecturari debere.
Cõstat igitur eum tacite institutum,& ob hoc testamẽtum sta
re. Ad istam sñiam satis vrget,quod no.gl.in l.si pater impube
res.de vulga.& pup.quam vt singularẽ & auream commẽdant
Pau. & Alex. quòd etiam in substitutionibus directis attendi-
mus præsumptam , & ordinatam filiorum affectionẽ, propter
quam recedimus a propria significatione verborum . & hanc
regulã elicit & confirmat do. Ias.ex l.cum auus.de cond. & de
mon.& ex l.cum acutissimi. C.de fideicom. cum simi. vide eũ
77 in vltimis verbis. † Secundo hanc rationem confirmo per text.
in l.fi.C.de posth.hæredi.instit.qui vrgẽtissimus est in proposi-
to.vbi fingas, ꝙ ego ita scripsi in testamento,si filius intra decẽ
mẽsium spacium post mortem meam nascetur,hæres esto. po
stea filius est natus ante mortem , aliqui dicebant testamẽtum
ruptum,quia eo casu filius est præteritus . Verum enim est eũ
non esse institutum, dum nascitur ante mortem , ſm verborũ
seriem. Imperator tamen veram iustitiam amplexus dicit,ꝙ si
ue viuo testatore,siue mortuo eo posthumus nascatur, mane-
bit testatoris voluntas immutilata, nec pœnam patietur præte-
ritionis,quia filios non præteriuit . hæc sunt singularia impe-
ratoris verba. Ex quibus satis colligitur, ꝙ dum apprehenditur
voluntas testatoris instituendi eos quos instituere tenetur, etiã
si secundum verba & eorum strictos terminos non sint institu-
ti,tamen ex mẽte iudicatur institutio.ibi.n.filius ante mortem
natus,ex verbis non erat institutus. attamẽ quia voluit institue
re in vtroq; casu sicut posthumum idest post mortem natum ,
ita etiam filium ante mortem natum , ex hoc erit in vtroq; ca-
su institutus igitur eodem modo dicendum est in nostra lege ,
qđ etiam si illa verba,si filius meus ante me moriatur,sint con
ditionalia, & nihil ponãt,tñ ex volũtate testatoris est institutio
facta,nec filius erit præteritus,vt ibi dicit̃. At si quis primo op-
ponat,quod tex.ille in d.l.fina.dẽt intelligi de iure nouo , vt idẽ
Imperator videt̃ fateri,dum dicit, quòd antiqui legũ interpre-
tes dubitabant,& erat iurgium inter ipsos,an censeretur præte
ritus,cum ex his verbis non constaret institutus . Respondeo,
quòd illi antiqui non probant̃ esse ipsi iuriscõsulti,quorum le-
ges habemus.aut si fuit aliquis eorum,eius in hoc sententia nõ
est comprobata ab imperatore in ffõrum libris quos nunc ha-
mus.quod etiam satis videtur ostendere,cum dicit,quòd corũ
interpretum sententias abijcientes, frequentissimas leges po-
suit testamentorũ voluntates adiuuãtes.& ideo dicit in hoc ca-
su testamentum valere. Ista igitur ratio non est singularis illius
tex.nec dicendum,ꝙ illam opinionem posuerit in ffõrũ libris ,
cum etiam in his testamentis semper faueatur, vt in d.l.in am-
biguis & ista iura ffõrum ipse approbauerit &c. Secundo non
obstat,si diceretur,quod tex.ille loquit̃ de iure prętorio,in quo
casu non habemus considerationem ad posthumos , vt possit
valere testamentum.vt l. posthumi.inf.tit.proximo.& inf.vide
bimus. Respõdeo,quòd hoc nihil est.ibi.n.negatur præteritio
ex quo sequit̃ etiã de iure ciuili nõ esse nullũ.dicit tex.nec pœ-
nam patiatur præteritionis,qui filios suos non præteriuit maxi
me quia est imperatoria dispositio,quæ non refertur ad edicta
prętorum.& distinguitur a iure prętorio,vt l.ius aũt ciuile.inst.
de iusti & iure.& in §.sed quod princ.iuncto.§.prætorũ.inst.de
iure natura.gen.& ciu.& in §.quos autem.insti.de bon.pos.fa-
cit quod ibi not. Salyc.in princ.quod a ceteris comprobatur, ꝙ
in vltimis voluntatibus casus omissus habetur pro expresso , si
non sit diuersitatis ratio,& tractetur de fauore,nõ de odio. Itẽ
Alexand.& cęteri notant, quod ex verisimili testatoris volun-
tate arguitur instĩõ. Tertio pro ista parte facit tex.in l.3.C.de in
offic. testam. vbi etiã ex verisimili coniectura habetur posthu-
mus pro instituto.nec quærela impotest testamentum. Nec ob.
quod diuersus casus sit quia in ista tacita interpretatione satis-
facit ad nostrum propositum,tanto magis quod in casu nostro
78 posthumus fuit nominatus. † Quarto facit text. in l. Titius. §.
Lucius.supra eod.qui text. in proposito est satis commendan-
dus,vbi ego institui posthumum nasciturum ex nepte pregnã-
te,& absente euenit ꝙ iam illa eadem die erat natus.itaq; post-
humum institui,& ipse non est posthumus, sed natus.an rũpa-
tur testamentum.& quidem non rumpitur . Ait enim Paulus
iureconsultus institutionem iure factam videri . Vides igitur
quod attentis verbis testamenti tale testamentum erat nullũ.
quia filius in potestate iam natus erat præteritus,sed ex ipsa vo-
luntate testatoris quæ erat eadem siue natus siue posthumus
esset , censetur institutus nec rumpit, & iure videtur testatum
fuisse. Facit quod ex illo tex.no. Barto.quem cęteri sequuntur
quod fauore testamenti, & propter ignorantiam testatoris na-
tus habetur pro non nato, & ideo censetur institutus . at fauor
testamenti subest in nostro casu , & deest in illo . vt ostendit
Paul.quia filius ex nepte non rumpit. §. posthumo.insti.de le.
& §.ante Gallum.insti.de bono.pos. Item adest intentio testa-
toris coniecturata ad institutionem filij. Item si esset iuris igno
rantia,quod negari posset , attamen est dubitabilis quæstio , &
in altissima materia,quæ dubitatio ita excusat,sicut ignorantia
facti. argum. notatorum.insti.de oblig.quæ ex delicto nascun-
tur.in princip. & maxime quod consilium Galli sequutus per
eius verba satis excusatur. Quanto magis quòd nostræ opinio-
ni fauet regula iuris , quod in dubijs pro testamento est tenen-
dum & interpretandum.vt in l.si quis.in princ.de inoffic.testa-
men. vnde non potest dici nostram quæstionem,tanquam du-
biam habeat determinationem , esse disputabilem ad vtrãque
partem . cum dum in dubium reducitur , pro testamento ha-
beat certam determinationem,facit reg.in testamentis. de re-
gul. iuris , quod in testamentis plenius voluntates testantium
interpretamur.& ibi glos.dicit in fi.quòd quandoque dicitur
institutus qui non est . ad quam præsumptionem noster casus
79 habet clarã variationem ar. † Quinto facit tex.in l.si ita scriptũ
sup. eod. vbi filium vel filiam in ventre institui,nascitur vterq;
profecto vterque erit institutus, & quidem intentio testatoris
ad vnum referebatur,non ad vtrunque, & tamen ex verisimili
& coniecturata mente etiam ad casum non cogitatum cense-
tur facta institutio,quanto ergo magis,quando intentio præsu
mitur in eodem casu , quamuis verba aliqualiter non conclu-
dant . ibi itaque, & si subtilis iuris regula reddat testamentum
nullum,tamen ex iusta & æqua interpretatione redditur testa-
mentum esse recte institutum . ad id obiter notes, quod etiam
subtilitate iuris videtur tale testamentũ non posse rumpi, quia
nec filia potest dici prætenta,nec filius,ergo neuter rũpet , sed
dic,quod ex diuisione hæreditatis colligitur vnum tantum vol
uisse hæredem facere.quia diuiserat cum matre hæreditatem,
vt cum filio haberet trientem.i. tertiam partem,cum filia vero
bessem.i.duas tertias.quæ sunt octo vncię , ex quo constat vnũ
tantum voluisse hæredem facere,quia diuiserat cum matre hę
reditatem,vt cum filio haberet trientẽ.i.tertiam partẽ,cum fi-
lia vero bessem.i.duas tertias. quę sunt octo vnciæ,ex quo con-
stat vnum tãtum voluisse esse hæredem.ergo reliquũ exclusit.
qua attenta ratione testamentum redditur nullum,vter tamen
erit exclusus,dubitatur. & est subtilis quæstio. tamen vterq; cẽ
setur institutus.de qua lege latius loquor in rep.§.& quid si tm̃
80 in illa qõne,an sub simplicibus cõprehendantur mixta.† Nunc
addo alia quinque fundamẽta,quæ colligo ex Bar.& primũ,ꝙ
erit textũ in ordine est de l.si quis ita hæres instituatur ff.de hæ
re.insti. vbi valet testamentum,si legitimus nolit vendicare hæ
reditatẽ, Seius hæres esto . nã ille tex.si recte inspiciatur nõ fa-
cit ad ꝓpositũ nec dẽt induci qa si illũ tex. inintelligimus, ꝙ si
legitimus noluerit vẽdicare hæreditatẽ. Titius sit hæres,intelli
gatur de vẽditione ab intestato , prout verba vr̃ sonare. certe si
in suo intelligimus,nõ posset procedere. quia suus si ab intesta
to succedat,est præteritus,ergo testm̃ nullũ. vnde videtur male
intellexisse Bar.ꝙ in eo casu quo testator voluit suũ ab intesta-
to succedere,valuit testm̃. Item ęque male do. Alex.& Pau.&
cæteri qui ita rñdent Nam Bar.in hoc sibi varius notatur,quia
vult ꝙ iste filius veniebat ab intestato ẽt in casu. Galli & aliqñ
vult ꝙ tacite censeatur institutus.vt in l.1.in 3.col.1.de vulg. &
pupil.& tamen vt dixi, si veniat ab intestato necessario prę̃sup-
ponitur testm̃ nullũ . Alij oẽs contra Bar.tenentes rñdebant il
li tex.ꝙ intelligeretur in legitimis,& nõ in suis. Sed aduerte ꝙ
legitimi dñr oẽs illi,qui succedũt ex l.l.vt in l.3.§.de illo.ff. pro
socio & p to.tit.de suis & leg.ergo ẽtiã suus dẽt intelligi & quõ
intelligit̃ Ias.nõ declarat,nec potuit resoluere. Et iridẽ illũ tex.
intelligerẽ,ꝙ si in suis loquat̃ vel ẽt in extraneis, talis casus de-
beat intelligi vt legitimus cẽseatur institutus,& ꝙ sit substĩõ.qa
ista verba,si legitimus noluerit hereditatẽ, sonãt. ꝙ si voluerit
eã hẽre,habeat. Itaq; ar. a ꝯrio sensu ex voluntate testatoris po
terit hæreditatẽ vendicare.quod argm̃ est coniecturatũ ex mẽ-
te disponentis.vt in l.apud antiquos C.de fur.& hoc oẽs fatent̃
itaq; non possumus negare voluntatẽ testatoris esse, vt legiti-
mus succedat.at ego opinor potius credendũ esse , vt succedat
iure institutionis & testamenti , q̃ ab intestato . quia ista verba

(vendicare

(vēdicare hæreditatē) etiam si verificetur in successione ab intestato, tamen dicemus, quod eodem modo possunt verificari in successione ex testamento. vendicatio enim eandem habet vim in vno casu, quam in alio & in neutro casu possumus dicere eam vendicari contra volūtatem testatoris. ideo ergo potius intelligerē, q vendicant quam institutus maxime necessario si in suo intelligimus, alias præsupponeremus testam. nūllum nullam, & in quolibet magis crederem legitimū esse institutum. Nec ob. arg. Bar. q nulla sit iniuria sui, nam satis iniuria afficitur, dū non instituitur. l. filium. §. sed si portio. insti. de leg. præt. ideo eam legem ego intelligo, q legitimus censeatur hæres institutus. Sed obstant verba. quia est verbum, instituo, ergo non est substitutio. Item ibi puto deficere conditionem testamenti illo vendicante, quod tū pōt ad vtrūque, q verbum, instituo, sub conditione positum est substitō. qd ipsi doctores ibi fatentur, cū dicāt, qd erat substitutus ei qui succedit ab intestato. Itē verū est deficere cōditionē testamēti, substōnem quæ est ↄditionalis, nō tn ex hoc sequit, testm̄ deficere. qa substitutio deficit, nō testm̄. At si ab intestato cū succedere dicere velis, dic clare, qd ille tex. non loquit in suo quia etiam si suus sit legitimus, tamen non vēdicat hæreditatem, quia suus semper censetur habuisse hrēditatē, & sine vēdicatione continuat dñiū in ipsum. vt in l. in suis. de libe. & posth. & ibi Bar. Cum igitur ibi vendicare hereditatem assumatur pro applicanda sibi hæreditate vniuersali, non pro vendicatione singularium. dicendū est, q in suo non verificatur, quia suus non vendicat eam sed in ipsum ↄtinuatur. ideo ex prætentione ibi nō rūpitur testm̄. Item considera, qd etiam si suus dici possit legitimus ea ratione q1 lege succedit, tn̄ suus in ista materia oībus proprijs & specialibus distinguitur a legitimis, vt in co. ti. de suis & legi. vnd. non est inconueniens, q tex. ille intelligatur in legitimis, & non in suis nec in hoc destituitur, nec esset diuinatio nec restrictio, imò esset satis aptus intellectus, & si Iaso. contradicat. Male itaque Bar. vtitur & conclusiones, & arg quia falsum est, qd si suus succedit ab intestato possit testamentum valere. & falsum erit, qd sm consilium Galli suus succedit ab intestato. Verum tamen erit, q si pater instituit vel substituit alium hac conditione. si filius meus nō voluerit hæreditatem habere, tūc testm̄ valebit non quia ab intestato succedat, sed quia ex testamento censetur institutus. Cogito. Septimum argumentum sumitur ex Bar. hic & alibi. q nulla fit iniuria filio, si ipse noluit succedere, vt si ipse moriatur ante testatorem, quod argumentum ita formatur, ex iniuria præterit onis rumpitur testm̄. vt in authē. vt cum de app. cogno. §. hæc autem disposuimus. At filio non enim qui fuit prælatus ab intestato, non fit iniuria, vt Bar. hic & Pau. in rep. l. filius a patre. 9. oppo. sup. isto tit. & hoc necessario cōprobant, omnes, qui illum tex. in l. si quis ita hæres institutus intelligunt in suo. idem est in filio mortuo ante testatorem vt Bar. hic & alibi, & cæteri qui eum sequuntur. ergo testamentum valebit. Respondeo, q argumentū in vtroq; casu videtur fallere. † quia licet & si pertermittitur habere hæreditatem ab intestato, ex hoc non sequitur iniuria, cum non sit institutus, cum que ex testatione institutionis constet iniuria, nō ex effectu consequendæ hæreditatis, quia etiam prætermissus consequitur, si præterit, & succedit in hæreditate, & hoc enim q dicitur, qd priuatio tituli honorabilis reddit testamentum nullum, vt in l. filium. §. sed si portio. insti. de leg. præt. & tradit in eodem auth. de non alien. aut quoque capitulum. & tradunt Paul. de Castro, maxime iuniores in authen. ex causa. C. de lib. præ. & exhære. Item in alio casu peccat, quia etiam si filius sit mortuo antequam pater, adhuc minus iniuria est ei facta, quia in illo testamento est præteritus. qd etiam probatur a pœna, quia tale testamentum nihilominus rūpitur. vt in l. posthumos. §. de iniu. rupte. & hoc secundum ius ciuile. Secus de iure prætorio, de quo non loquimur, infra tamen locuturi.

82 Octauum arg. est. de l. cohæredi. § fina. ff de vulg. & pup. quem tex. ibi citat idem Bar. & in l. si q s erit. ... vbi valet testm̄ factum hoc modo, si filius meus, qd abominor, intra annos pubertatis decesserit, tunc in locum partem ve eius Titius hæres esto. dicit quod valet testm̄. at idem est in casu legis nostræ secundum consilium Galli. Nec ob. dicere quod hoc est secundum vnum intellectum, nam necessario intellectum est ita esse institutus. & testamentum valuisse, vt ibi apparet. cuius rationis casus idem est in l. nostra. vnde in illa. l. Barto. non sibi cōstat, cū dicat, q videt institutus vel q ab intestato habebit hæreditatē. nā si est institutus, ab intestato nō habet hæreditatem imò verū est, q est institutus alias testm̄ valere non posset, cū filius rūperet. & ita satis expresse dicit eū substitutū, ergo præsupponit institutū. Item patet in eo, q dicit, testamentū sine vitio esse. nam vit si in hoc posset considerari quia filiū præterit. nō autē in eo, q dixit in patrē substituere. ideo cū dicat sine vitio esse, probat filium nō esse præteritū. Itē patet etiam in fi. cum dicat, q qui certe rei hæres instituitur, nō dato cohærede, bonorū omniū hæreditatē obtinebit. & ita filius ex illis verbis, si filius meus intra pubertatis annos decesserit, tunc in locum partem ve eius Titius hæres esto, filius erit hæres ex tota hæreditate, per rationem quam subiungit, quia qui certe rei hæres instituitur, non adito cohærede, bonorum omnium hæreditatem obtinet. Vnde tam substitutus quā etiam institutus

83 ex testamento habebunt totam hæreditatem. † Nono arguitur de l. cum in testamento. in princip. de hær. institu. vbi casus est, q cū in testamēto ita scribitur, si filius meus me viuo morietur, tunc nepos ex eo post mortem meam natus hæres esto, duo sunt gradus hæredum. Ecce quidem est casus qui in ista. l. Gallus. ergo valebit testamētum cum sint duo gradus institutio. l. substitutio. At non credo ibidem esse præsupponendum, q filius sit aliter institutus q apparet, vt gl. fallo præsupponit, quam communiter doc. sequuntur quia hoc non solū est diuinare & supplere iuriscō quem accuratissimum supplere est satis turpe, atq; mihi propriū ne suppletione defendere. Sed ēt est contra tex. cum dicat cum in testamento ita scribitur, si filius meus me viuo moritur, tunc nepos ex eo post mortem meam natus hæres esto. Itaque ita scriptū est in testamento, & sunt duo gradus non ergo est supplendum vt gl. Nam tex. nō dicit ita scriptum, prout glo. supplet, sed aliter scriptū. Ego igitur credo Iulianum vere dicere prout scribit, maxime qd nulla dubitatio esset, q sint duo gradus, dum filium instituo, & ne potem substituo talibus verbis patentibus. Sed erat pulchra dubitatio, prout scribitur & tacet. Ex quo etiam tex. apparet Barto. male sentire, q ille hæres in casu legis nostræ succedat ab intestato. nam ex testamento facit gradum institutionis, vt ibi apparet, maxime in illatione quam facit & Bar. ibi fatetur. Nec bene respondent recentiores, q prout tex. noster exponit illa & ille. Nam ex vno pacto male resoluit aliud. & dum dicūt q ita debet necessario exponi tex. noster ex cōtrario. §. in om-

84 nibus. ͂ ista. l. non obstat, vt videbis. † Decimo facit tex. in l. si ita stipulatio. de oper. liber. Vbi si ita sum stipulatus, si. 10. dierum operas non dederis. 20. nūmos dare spondes, operæ debētur. Ergo eodem modo, hic cum alias testamentum valere nō possit dicendum est institutum censeri filium, etiam si sit incōditione quia & hic subest fauor quo nō vrgentior alius. Alex. & iuniores Ticinenses dicūt, q illa dispositio non procedit solum vigore patroni sed q illa stipulatio de dādi. 20. si. 10. operas non dederit, videtur apposita causa onerandæ libertatis. & ideo illa. 20. deberi non poterant. ne igitur patronus in totū excluderetur cōmodo suæ stipulationis, dic q prima promissio licet ↄditionalis operet dispositionē & regulā iuris, quæ habet, q ea quæ sunt in ↄditione nō sunt in obligatione. l. si quis sub cōditione danda ... hic est verus casus sm Alex. & d. Iaf. qui cum sit ͂ regulas iuris, non est trahendus ad ↄnas. & q casus sit specialis, ad id sint plures doct. quo facile nos fatemur. Sed non potest negari similem rationem & maiorem habere casum nostrū. & forsan ideo is est speciale, & ex fictione, & in nostro casu sine ratione specialitatis. & sine fictione. q casus Iaso. sit verus text. idem ponit casum & rationem suam. & qd sit contra regulam, vt ea quæ sunt in conditione non sint in promissione, idem tex. asserit cum dicat, q operas est promissus, fingitur. & ita sentit prætor vt dicit intercontul. itaque ad huius probationem non est necesse implere in eb ... nomine coactorum. Si tamē fingitur promissio in casu illo vt stipulatio sit efficax quanto magis in nostro casu vt testm̄ sit validum, cum testamenti validitas maiorē habeat fauorē sc ... vt in c. ex literis de proba. & c. Præsertim vbi casus Galli est positus vt validū & firmum maneat testamentū. Item si talis casus fuerit naturali ratione, quia prono debētur operæ, quanto magis successioni filiorum subest naturalis causa ita iure naturali cō. & etiā iure gentium, & iure naturæ secundario vulgo appellato. ... prout ille casus habet equitatē nā non minorem iustitiam credendum est habere tex. nostrum in casu nostro. nec est necesse

85 supplere. † At in hoc est differentia quam ignorarunt Alex. q Ticinen. quod ibi fingitur promissio & stipulatio. hic autē subesse creditur voluntas instituendi quo fit vt non fingatur, sed ex presumptione iudicatur subesse, cum sola tacita voluntas sufficiat. vt in d. l. fin. C. de posthu. hær. insti. cum simil. proinde nihil fit hic contra regulas iuris ciuilis. Nam qui posthumum hæredem relinquit casu quo filius ante testatorem moriatur, eam ... voluntatem, ... vt etiam magis filium habere hæreditatem quam posthumum, & posthumum magis quam aliquem aliū. arg. necessario tex. in l. ... §. dum datio. ff. de dona. caus. mor. Igitur non est dicendum ... ipse quem filium in mundo testator voluit habere hæreditatem, non censeatur hæres institutus contra voluntatem testatoris quo fit vt forsan recte dixerim Bar. in d. l. cohær. § fina. & alibi, cum dicat, quod in illo casu fingitur hæres ... quod ego non credo. nulla est enim hic fictio, nec fictionis necessitas. Vndecimum fun-

86 damentum est, † quod ... Ticinenses tum se unt a Barto. & ponunt pro tertio fundamento in ordine, quod testator pre-

ferendo

ferendo filium nepoti instituto intelligitur eum tacite instituisse,& velle eum ab intestato succedere in l. conficiuntur in princ.& §.1. de iure codicil.infr. Respondet dom. Ias. quod venientes ab intestato licet ex tacita voluntate defuncti veniant ad hæreditatem, non dicuntur propterea institui, vt in d.l. conficiuntur. §.1. vnde testator non videtur tunc instituere, sed solum conseruare ius legitimę in l. vel singulis de vulg.& pupil. no.l. Lucius la.2. de hęre.insti.& ibi clare Barto. Facit l.1. si tabu.testa. exta. ibi, ex coniectura non proprie scriptus videtur. Hæc sunt verba Recentiorum, qui tam in arguendo quam in respondēdo satis corrupte docuerunt. In primis in arg. dicūt, quod pręferendo filium nepoti substituto intelligitur eum tacite instituisse, & velle eum ab intestato succedere, ipse vides quam pugnantia sibi doceant. nam si intelligitur eum tacite instituisse, non voluit eū ab intestato succedere, vel si voluit ab intestato succedere, noluit hæredem instituere. Itaq; ista duo non sunt in eadem disponentis voluntate. Item cum postea in solutione negat, quod voluit eum tacite substituere, imò qđ voluit, vt ab intestato succederet in sua legitima parte, vt in d. l. conficiuntur. Dico quod ista successio ab intestato, non potest dari maxime a voluntate testatoris, quia secundum hoc filius est pręteritus in testamento, ergo testamentum nullum. sed ipse testamēto voluit testari. patet, quia consilium Galli sequutus nepotem instituit igitur noluit vt ab intestato ei succederetur, quod satis aperte in primis argu. ostendi. Nec obst. iura ab eo allegata, quia illa intelliguntur, nisi fecerit testamētum, ex quo possit colligi filios instuere. nam tunc præsumitur eos instituere. Sed dum ipse non fecit testm̄, ex quo possit colligi vel suos vel extraneos institutos, tunc credēdum est ipsos legitimos ex voluntate defuncti succedere, vt in d.l. conficiuntur. I[illegible] intelligas ista quæ manifestam habent rationē,

87 † Duodecimum argu. est de tex. l. etiam. §. libertus si patronū de bo.lib. vbi libertus si patronum suum ita hęredē scripserit, si filius meus me viuo morietur, patronus hęres esto, nō male videtur testatus. Respōdetur dupliciter, ꝙ ibi debet suppleri, vt in l. Gallus. §. filio institutio. Nam ibi solū dubitatur de substitutione, an sit substitutio recte facta per verbū, esto, tantū. & dicitur ꝙ sic, vt in l.1. §.2. de hęre.insti. J. nō ergo dubitatur de institutione, quia illa iuridica præsupponit, vel qa hoc est mendicatum suffragiū. dicit subtilius do. Ias. posse respōderi nihil supplendo. & fatetur libertū non male testatū & ꝙ tale testamentū valeat, sed dicit ꝙ cū ministero dicitur ibi, ꝙ filio mortuo ante testatorē poterit ex substitutione capi bonorū pos ga quādo filius est ex toto pręteritus, & sunt instituti veniētes ab intestato, recōualescit testm̄ de iure pretorio. & hoc dicit esse expeditum per tex. expressum in l. posthumus. §. idem & circa inf. tit. proxi. Quippe hoc expeditum est, sed eius solutio nō est expedita nec clara. & primo vt ipse etiā fatetur, scrupulosa est. cum testamentū simpliciter approbetur illo modo formatū. ex quo præsupponitur totā formam cōsistere. Itaq; expositiones sunt superfluę, & nū ęque. Secundo dū dicit, nō male testatū, etiā si filius sit præteritus, ego ignoro quō ista bonitas testamēti probetur. cū iure sit nullum & ruptū testamentū. imò & iniuriosum, vt dicebamus per tex. in auth. vt cum de ap. cog. §. aliud quoq; & ipse Ias. fatetur in 2. arg. Nec ob ꝙ postea mortuo filio iure prætorio cōfirmeē. quia de se inualidū & ruptū cōfirmaē ex superueniente casu & ex ęquitate. ꝙ satis apparet ex tex. quē alle. in d.l. posthumus. §. idē & circa. ibi. idē & circa iniustū & ruptum testm̄ erit dicendū, ꝙ confirmetur de iure pretorio. Si ergo erat ruptum & iniustū testamentum, nescio quomodo fuit bene & nō male testatus. Crederē igiē, ꝙ in d. §. libertus testamētum ab initio fuit rectum & iustū. & ex hoc dicitur quod bonorum poss. dari potest &c. non ex confirmatione testamenti alias nulli, quod ego non credo. ibi enim testamentum iure dicitur factum, & ita falsum esse dum possu-

88 mus & iure prætorio & ciuili defendere debemus. † Contra istam opinionem facit primo text. qui vrgentissimus videtur in §. in omnibus infra ista lege, vbi postquam plures enumerauit casus a prin. legis vsq; ad illum. §. dicit Iure con. in omnibus his casibus debet filius in aliqua parte institui. ergo etiam in casu nostro cum is casus inter omnes concludatur, debet filius in aliqua parte institui, vt testamentum valeat. Primo respondetur, vt Bar. & Alexan. hic, quod tacite videtur institutus dicit do. Ias. quod ista solutio non est bona, quia veniens ab intestato non dicitur hęres institutus. Fateor ergo, quod veniēs ab intestato non sit institutus, tamen nego venire ab intestato, quia concedo institutionem quam probaui. Item do. Ias. secūdo ponderat tex. illum, quia si tacita institutio filij sufficeret, superflua esset supplerio facta per Sceuolam in d. §. in omnibus, vbi supplendo Gallum, mandat filium in his casibus in aliqua parte debere institui. Tertio argumentatur ineuitabiliter, vt creditur, quia ille. §. non potest intelligi in tacita institutione. nam mandat filium in aliqua parte institui. at institutio tacita non potest esse in parte nisi expressa, igitur de tacita non intelligitur. Profecto hic recentiores ineuitabiliter arguentes non possunt euitare reprehensionem. nam etiam si fateantur quod in parte tacite non possit institui. tamen non est necessaria sequela, quod in omnibus his casibus sit filius pro parte instituendus. alias sequeretur, quod si in totum institueretur, nō valeret testamentum, quod falsum est. igitur noluit dicere, qđ in omnibus casibus superioribus, qui plures sunt, filius sit instituendus, saltem in aliqua parte. non tamen ex hoc sequitur, ꝙ non possit institui in totum. at in totum tacite instituitur ex illis verbis Galli, vt supra dixi. Ergo ille tex. nihil probat. consilium enim Galli ad plures casus extēditur, & declaratur in quibus omnibus dicit, saltem in partem filium debere institui, quia potest esse, quod in aliquo horum ita sit formatum testamentum, vt non colligatur tacita institutio. Ex hoc tamen nō negat, tacite filium in potestate posse institui. nam si negaret, falsum diceret, vt doctores ipsi sępissime fatentur, vt in d.l. fin. C. de posthu. hæredi. institu. & in l. Titius. §. Lucius de hære. instit. supra allega. & fatentur per text. in l. si pater filium de vulga. & pupilla. intellige igitur, quod saltem in partem instituatur. ex quo non sequitur, quod in omnibus illis casibus in partem debeat institui. sed potest in totum vel expresse vel etiam tacite. Item id quod dicit, quod tacite non potest in parte institui, simpliciter est falsum. quia si cohæredes habeat, potest tacite in partem esse institutus, vt in l.3. C. de inoffi. testa. & l. si ita scriptum supra in isto titulo. Item cum Ias. arguit, quod superflue suppleret Sceuola Gallum, dicens quod est necesse. ꝙ instituatur in partem, si tacite intelligatur institutus. Respondeo, fateor arg. Si in omnibus casibus esset tacite institutus, tamen cum plures sint additi casus in quibus fiat eadem ratio prouisionis Galli, non tamen eadem verba tacitę institutionis cum sint diuersi casus ideo dicit, quòd in omnibus his casibus requiritur saltem institutio partis, quę intelligitur tacita vel expressa, vt dicebat Bar. & Alexan. At si tacite est institutus in totum satisfit dispositioni. §. in omnibus. & verum est, quòd etiam qui institutus est in totū, fit institutus in partem totum enim partes continet. & si pars contineat totum l. quæ de tota de rei vendi. ff. & in c. pastoralis de offi. deleg. in princip. Aliter quam ego, quidam & Romę & Bononię disputatores respōdebant, vt fuit Paulus de Cast. & reueren. Cardi. Anto. de Zelana. quibus replicat domi. Iaso. & an recte, non curo. & demū vult defendere sua argumenta, quæ supra resoluta vidisti. Non

89 obstat † secundum arg. de tex. in l. si quis eum. §. fin. de vulg. & pupil. vbi quamuis nepos substituatur cum conditione. si filius meus me viuo moriatur, testamentū est nullum filij prætentione Barto. ibi respondet, quòd illa verba, si filius ante se moritur, sunt iurisconsulti, id est. quod filium simpliciter pręteriuit, qui si mortem etiam ante mortem testatoris, testamētum rumpetur, & ita dicebat glo. secundum vnum intellectū. Sed dicunt doctores qđ talis intellectus non est de dubitabili, quia de hoc habemus iura expressa, vt in l. si filius qui in potéstate supra eo. & in §. primo. instit. de exhere. l. ideo talis intel. non est tenendus. Nec obstat ratio quędam coniecturalis quā format ipse Aret. quia vt respondent iuniores hic, ille tex. multum vrget in rei veritate. Attende tamen in rei veritate non stringit. imò vt opinor Bar. intellectus. & si communiter non teneatur, est ex mente iurisconsulti, vt videbis, & præsuppono quod ille. §. determinat tres dubitationes connexas, prima est, ꝙ si primo filio in testamento hęredē instituat. & perfecto testamēto deinde alia hora solēnitate integra adhibita filio hęredē instituat, ꝙ per hoc non rūpitur testamentū, quia scdm non cōdicit primo. cū primū sit testatoris testm̄. scdm fit, hoc est primus casus. Quid tñ si sibi & filio hæredē instituat in primo testamento, deinde rursus sibi hæredē instituat, nōne rumpitur primum, certe sic quia prima institutio principalis, a qua pendet pupillaris, est summota per secundā. hic est secundus casus tertius est, quid tñ si pater extraneum hæredē instituit in secūdo, nōne rumpitur primū, dicitur ꝙ nō rō, quia filium præteriuit in secundo. Si igitur filius decedat ibi etiā ante mortē patris, primū testm̄ est validū, & valida remanet etiā substitutio pupillaris, & in hoc est casus singularis. Verum ꝙ hoc videat habere speciē veritatis, ex eo apparet, quòd ibi dubitatio principalis est, an primum rumpatur per secundum patet in respōsione ibi, pōt dici non rumpi superius testm̄ ergo principalis dubitatio non est tractare, an nullum sit secundum, sed an rūpatur primum. Incidenter tñ tractaē, an sit validū scdm. quia si nullū est, non rumpit primum. itaq; in suo principali casu & intētione casus est satis bonus, & iudicialiter nō intendit adducere nouos & subtiles casus nullitatis, nam satis subtilis casus est, quē posui, vt mortuo filio ante mortem patris nō rūpatur primus per scdm testm̄, & ꝙ ideo valeat tam institutio prima primi testamēti, quā etiam tabulę pupillares, vt dicit tex. in l. postumis infra de iniust. rup. & c. Itē qđ hoc intendat principaliter patet etiā in rōne quā assignat, quia scdm non valet in quo filius præteritus sit, itaq; casus & difficultas principalis est ibi, an pri-

mum sit ruptum, & argumentatur secundo iam præsupposito nullo non rumpi primum, & ita poteris defendere forsan Bar. Vel aliter si etiam prout doctores casum fingunt, velis defendere, dic, & est rei veritas, quòd tale testamentum de quo ibi non fuit factum consilio Galli, nec est casus & ratio similis. Itaq; in hoc doctores insimulant casum. ibi. n. non instituit nepotem, si filius ante se moreretur, sed extraneum. itaq; non sumus in consilio Galli cuius studium in hoc versatur, vt nullo testm̃ rumpatur. & maior est ratio eius, qui filium velit instituere, qui posthumum eius instituit, vt nullo casu testamentũ rumpi possit, quã eius qui viuo filio alium instituit, vt dixi in princi. quæstio. Imò cordatius aduerte, quia primũ fecit testamentum ipse pater, in quo filium hæredem instituerat. patet, quia testamentum valet, quod alias valere non posset. Secundum fecit testamentum, in quo tacite potest credi filium instituisse. nã instituit alium, si filius ante se moritur. Cõsidera igitur, quòd cum in primo testamẽto filius sit institutus, & valeat testamentum in secundo cessant causæ præsumptę ex quibus in lege nostra dicimus constare testamentum. Primo. n. expresse est institutus, ergo non est necesse eũ præsumere tacite instituisse. Secundo quia talis præsumptionis vis etiam consistit in hoc, quia defendimus testamentum, & ideo præsuminus institutionem. At hic ex tali præsumptione rumpitur testamẽtum, scilicet primum. Item per tacitam institutionẽ rumperemus primũ testm̃ in quo est expressa institutio. Itẽ cum in primo sit institutus expresse, cessat etiam præsumptus fauor & amor, ex quo iudicabamus institutionem tacitam, ne testamẽtum rumperetur, & vt dixi cessat Galli casus. Item facit ratio, quam fecit Are. quam subtilem appellat Ias. quòd cum in primo expresse instituerit filium in secundo videtur eum nolle instituisse, sed ad hanc potest replicari subtilius, quòd in eo magis videtur eum repetisse defendamus testamentum. Sed triplica, quòd ista ratio vrget, nisi ex secundo rumperetur primũ, quia ad rumpendum primum testamentum non habet locũ repetitio tacita. nec in his quæ ex interuallo fiunt ad destruendum aliqua repetitarum, censetur repetitio earum facta, vt in l. item quia. §. idem Iuliano. ff. de pac. cogita, quia ista defensio
90 secunda singularis est. † Non obstat tertium argumen. de text. in. §. idem credendum inf. ea l. versi. num & si filius vbi testator dicat, si filius & nepos me viuo moriatur, tunc pronepos sit hæres. certe si contingat filium primo mori, propter præteritionem nepotis rumpitur testamentum. ergo per illa verba nepos non creditur tacite vocatus. ex quo tex. Alex. discessit a fide & secta Bar & Ioan. de Imo. & Raph. iuniores tamen Ticinenses dicũt, cum supportatione eorũ capitale fundamentũ non bonum, quia retorqueri potest contra eos. Nã tale testm̃ quantum ad filium valet, ergo ex illis verbis conditionalibus filius censetur institutus. Sed respondetur ex dictis Bar. ibi: qđ ideo est diuersitas inter nepotem & filium, quia cũ nepos non sit in primo substitutis gradu, non censetur tacite substitutus, sed solum filius, qui tempore testamenti necessario rumpit, nisi instituatur, quem intellectum Bario & eius ratione prædicti doctores pluribus rationibus confirmãt. Ego miror de do. Alex. & d. Ioan. de Imo. & sequacibus, & de arguentibus contrarium, & demum de Bar. omnibus qui ita intelligunt. Idem credendum est. Nam si contingat primo mori filium, deinde nepotem, ego nego testamentũ rumpi, qđ omnes ipsi præsupponunt. ratio. q2 qui ita instituit, si filius & nepos viuo me moriãtur, tunc pronepos hæres esto. quẽlibet istorũ in suo casu hęredẽ instituit. primo filiũ in primo gradu, nepotem in secundo, pronepotem in tertio. nec possumus dicere ad prouisionẽ tertij gradus peruenire nisi perueniat ad prouisionẽ secundi, q2 per proximam & per secundam itur ad tertiam. & quia eadem ratio vtrobiq; prout. n. pronepos rumperet. ita & nepos, & ideo per eundem tex. dicitur idem esse credendum in vtroq; casu, quia eadem versatur ratio. Nam prout taliter prouidendo expresse nepoti censetur tacite filius institutus, eodẽ modo prouidẽdo expresse pronepoti, censet & filio & nepoti tacite prouidere. maxime qđ oẽs rõnes, quas primo formaui in filio, habent locũ in isto casu. Quod cõfirmat Sceuola. dũ dicit idem esse in isto casu, quod est in cõsilio Galli. Nec ob. tãlio Bar. ad obiectionẽ. f. qđ magis p̃sumit filius institutus. q2 est in primo gradu. q̃ nepos. qđ ego fateor in q̃tum magis. Sed in quantum in totum negat diffiteor. quia in vtroq; casu ratio sufficit ad institutionẽ tacitã, & præsuppono q voluntas instituẽdi filiũ sumit tacite. qui consiliũ Galli secutus instituit neptẽ. ne aliquo casu rumpat testm̃, a fortiori filiũ instituisse credit, qui necessario rumpit. Attamẽ qui ex ratione cõsilij Galli & ex interpretatione Sceuolæ pronepotẽ substituit, ne agnatione rumpat, eadẽ & etiã fortiori rõne tacite intelligit instituere nepotem, ne ipse agnatione rũpat, quia prior est eius agnatio, & cõtingibilior. ergo &c. Item ab eisdem doctoribus facile cõprehẽdes eos sibi aduersos. & in hoc male sentire. nã ipsi præsupponũt intẽtionem Galli fuisse ordinari testm̃ validum, & etiam si ex hoc gl. & ipsi male inferant, tamen hoc necessarium est. Item idem dicẽdum est de Sceuòla. nam si ipsi consulunt de forma testamenti, non debent docere tali modo vt testamentum sit nullum. At secundum Sceuolæ expositionem & doctrinam, si forsan filius primo moritur quam nepos, quod contingibilius est secundum naturam testamentum rumperetur. Itaque ipsi volunt prouidere, ne testamẽtum aliquo casu rumpatur. & secundum eorum prouisionem magis est credendum rumpendum quam saluandum. Consilium enim Sceuolę est, q si filius & nepos viuant debet cõcipere taliter, si filius & nepos meus viuo me moriantur tunc qui pronepos nascetur hæres esto, & secũdum expositionem doctorum omnium in hoc tale testamentum rumpetur si filius primo moritur. ergo ridicula est Sceuolę prouisio. Ideo dic Sceuolam male interpretatum. Ita erit igitur interpretandus, & clare & subtiliter, nec a proposito discedat, quod tale testamentũ, si filius & nepos viuo me moriantur, tunc pronepos hæres esto, valet ad similitudinem consilij. Nam similis est ratio, vt patet in tex. ibi, quod similiter admittẽdum est ne successione rumperetur testamentum. quod eueniret, si filius & nepos, vel si nepos & filius morerentur ante testatorem. & hoc est quod dicit, ita sane si primo nepos deinde filius decederet. nam vtroque decedente rumperetur testamentum agnatione posthumi pronepotis, & hoc est, quod dicit, ne successione rumperetur testamentum. & ita fuit secundus intellectus glos. & bonus quidem per superiora. Nihil igitur refert, vt per prius filius ne an nepos moriatur. quia semper remanet validum testamentum. Sed dum moriuntur ambo ante mortem testatoris, verificatur casus Sceuolæ, qui est, vt pronepos instituatur. ne successione eius rumpatur testamẽtum, quia se inueniret præteritum. Item quod casus doctorum non sit bonus, probatur, quia secundum ipsos etiam filius rumperet, vt supra dictum est, quia est præteritus dicam in eodem. §. idem credendum. maxime cum do. Ias. addat pro confirmatione Bar. quod sat est, quod liberi primi gradus instituãtur. q2 nepotes & pronepotes non sunt necessario instituendi. ideo filius tantum censetur tacite institutus. Sed responde quod secũdum hoc Sceuola in eo, in quo vult consulere deficeret quia vult addere Gallo prouisionem, vsque ad pronepotem, & deficeret eius remediũ in nepote. cogita. Non obstat quartum arg. de l. si mater. ff. de vulga. & pup. ibi not. Alex. vbi dicit, qđ si filius & ex eo nepos hæredes instituantur. ecce quod duos est necesse esse institutos. & ita ponderabãt aliqui. vt Imol. d. Alexan. & Are. & ibi do. Alexan. dicit quòd facit ad istam quęstionem. & nihil vltra. domi. Iason dicit, quod addit Iureconsultus, vt Gallo Aquilio placuit. ideo possumus referre ad casum le. nostræ. quia non simpliciter dicitur vt instituantur, sed quod instituãtur, vt Gallo Aquilio placuit. Sed dic quod etiam si simpliciter diceretur, quod instituantur, non protinus probaret cõtra nos quia verum est vtrunque instituendum. nos enim non nega-
91 mus institutionẽ sed dicimus eam tacitam esse validam. † Non obstat quintum arg. l. fi. C. de hęre. instit. quẽ ibi Areti. ponderat contra Bar. vbi quando vna institutio non potest valere, nisi alia precedat, non per hoc videtur alia præcedere, & illum text. põderauit ad hoc Fran. Tigrinus. vt refert hic Alex. Sed recentiores respondẽt, quod ille tex. parum vrget. quia etiam hic nõ inducitur institutio ex testamento, sed filius venit ab intestato ex tacita voluntate testatoris, vt dicit hic Bart. Certe magis vrget tex. ille, quam fundamẽtum aliquod quod ipsi adduxerint nec certe respondent. quia non est defendenda ista conclusio ab intestato, sed ex tacita institutione, vt supra. Et si ab intestato succedit filius, verum est eum præteritum ab institutione, ergo rumpit. ideo aliter responde, quod ibi si ego dixi, Sempronius hæres Plocij esto. non propterea videor instituere Plociũ. q fateor, quia non concurrunt rõnes ad tacitã substitutionis vel instituẽ. quas ego a principio declaraui. Imo dum possit elici tacita voluntas ibidẽ elicitur, quia si ego institui Plociũ, & ipse noluit esse hæres, tunc tu eris hæres meus. quia ita videtur sentire. & tamen falsum est, q eris hęres Plocij. Itaque ex coniecturata volũtate defenditur institutio vel substitutio, dum defendi potest. & ita fit in isto casu. Non obstant reliqua arg. quod forma non præsumit vt antecedens. vt Alex. in l. fi. sup. alleg. C. de hæredi. insti. & Iuniores hic. quia ego fateor, quod forma nõ præsumitur, scilicet institutio in testamento expressa, quia illa non requiritur. non enim est dicẽdum, de forma esse institutionem expressam alias tacita non valeret, quod est falsum. Et adde verba Ioan. de Imol. & Rapha. in l. si pater filium. de vulga. & pupilla. per tex. ibi, quod sufficit filium natum vel posthumum esse tacite institutum, quamuis illa tacita institutio proueniat ex lege. & illam legem commendat idem dominus Raphael & subiungit idem dom. Iason. in fina. verbis ponderandum ex hoc, quod ex tacita institutione ex præsumpta voluntate satisfit formę requisitę. in l. inter cetera. inf. eo. & dicit ad hoc esse innumera iura. igitur non obstat eius argumentum. Item cum dicunt quod quando antecedens est inualidum, non præsumitur, per

tur, per tex. in d. l. fi. vbi Alex. in fi. col. cum Sal. respōdet quod ibi nec antecedens est inualidum, quia nullum est antecedēs, id est nulla institutio. quapropter non valebat substitutio subsequens, quia non fecit institutionem.
92 † Ex superioribus remanet satis dubitatum, an in l. Lucius. la. 2. de hered. institu. Vbi si instituo fratres, qui si liberos non habeant substituo Gaium, liberi veniunt ex voluntate testatoris. Sed dubito, an ex testamento. quia glo. dicit ab intestato per l. conficiūtur, de iure codi. in princip. & Bart. eam solum simplici verbo dicit notandā. Recentiores id firmant. 8. col. in princip. Sed & si ipsi iura allegent, non videntur probare, nec in his aliud ad Bart. vel Alex. vel ab ipso Ias. dicitur. Sed cogita. quia si ex testamento colligitur mens eius, nescio quare non veniant ex testamēto. Item facit tex. in l. si pater impuberes, de vulg. & pup. vbi ex tacita voluntate eliciuntur substitutiones directe, & facit prædicta l. vel singulis, vide Ias. in d. l. si pater impuberes, in fin. Item do. Iaso. vltimo dicit, Barto. posse defendi de iure prætorio, quia saltem confirmatur, vt dicebat Alex. hic 4. col. in respōsione ad l. si ita stipulatio. de oper. liber. & hoc est clarum, quia l. Gallus, non procedit de iure prætorio. nam filio mortuo ante mortem testatoris reconualescit testamentum, vt l. posthumi. inf. de iniusto rup. & ita tenent Ange. & Imo. & Alex. &c. & intelligendo hoc modo nulla est dubitatio. Sed in casu quo filius superuixit, an testamentum valeat, & an hæres sit institutus, in hoc stat vis maxima, & ipsi tenent, quod non est institutus. & ego satis
93 clare ostendi eum institutum debere iudicari. † Ex superioribus dubitari potest, an si filio in potestate vel emancipato, vel nepoti suo detur substitutus vulgaris. si filius meus non fuerit hæres, Caius hæres esto, censeatur testamentum ruptum ex filij præteritione dum aliter non sit institutus, & gl. in l. antequā C. commu. de succes. dicit quod testm̄ est nullum. Bal. ibi argumentatur, quod filius a primo gradu non est præteritus, quia non est primus, nec a secundo, quia potest excludere substitutum nuda voluntate, & ideo nō dr̄ præteritus, vt in l. si posthu. elec. inf. isto tit. §. quod vulgo. sed obst. rō, quia necesse est vt filio relinquatur aliquid iure institutionis honoris causa saltem vt in l. filium §. sed si portio. de leg. præst. & ita tenebat Bal. Sed tu dispice an ex coniecturis & legibus quas adduxi in ista. q. fi-
94 lius tacite censeatur institutus. † Capio glo. in verbo, posthumus, & ad eius sensum noto & tex. quod nepotes dicuntur posthumi auo testatori. Contra hic opponitur de tex. in l. posthumorum, infr. titu. proximo, vbi posthumorum loco habentur, qui patre præmortuo, auo agnascuntur, & intrant in primo loco suitatis. Sic ergo & isti nepotes in casu Galli. Respondet gl. & fatetur hoc respectu isto, sed eo respectu quod post mortē aui & patris nascuntur, dicuntur proprie posthumi. itaq; vno respectu posthumorū loco habētur, & improprie sunt posthumi. alio respectu proprie, & ita tenet Bar. cum glo. & cæteri sequūtur, qui inferunt ad statuta. Sed aduerte, quod videtur hæc quædam inanis doctrina, & peccat in recto sensu, nam qui vere posthumi non sunt, dicuntur quasi posthumi, & posthumorum loco habentur ex simili quadam ratione. At qui vere posthumi sunt, superfluum & inane esset posthumorum loco haberi, ex tali similitudine, cum non similitudinem, sed veritatē rei arguant & ostendant. Nam sicut alteri simile negatur idē esse, vt in l. quod Nerua. depositi. ita id quod est idem, nō ea ratione quia simile est, habet idem ius, sed quia idem est. Ad assumptum sermonem redeo. nepotes enim iam nati, ipsi auo testatori non sunt vere posthumi. quia posthumi nō nascuntur. Sed si viuo auo pater moriatur, subintrant in locum primi patris, & illi primo loco suitatis agnascuntur. vnde quasi posthumi auo iudicantur, sed vt dixi. non sunt posthumi. vt patet in l. posthumorum infra tit. proxi. Itaque ille casus loquitur, quando posthumi non sunt, in quibus vt aiunt cadit improprium nomen posthumorum, sed vbi proprium, ibi non est adducenda similitudo, vt ex similitudine iure proprij iudicemus. Vnde in lege nostra vere sunt posthumi tam auo quam patri, quia post mortem & patris & aui testantis nascuntur, & ita do. Alexan. dat reg. in rub. supr. eo. quod quoties quis nascitur post mortē eius, de cuius successione agitur, dicetur vere & stricte posthumus ei. vbi ergo vera significatio adest ex seipso, non est onerāda impropria ad eundem effectum ex quadam qualitate sui tantis inhærenti, quæ alias causat impropriam significationem ad similitudinem proprie. Item tex. in l. quod si nepotes. de testa. tutela. quem Bar. all. non facit contra, sed pro Gallo. vbi appellatione posthumorum tam filij quam nepotes comprehenduntur. Vnde ex his facile est improbanda quorundam continuatio, quam refert glo. hic sup. visum est de posthumis veris,
95 nunc de impropriе posthumis videndum est. † Item id forsan considerare poteris. quod quamuis Bartol. hic inferat ad statuta, quod appellatione posthumorum hi tātum comprehendantur, qui post mortem oriuntur, & non illi qui in vita. In aliquibus de his dubitari potest. Primum in eo, quod qui nascuntur post testamentum, etiam si nascantur in vita testatoris, posthumi appellari possunt, & vere hoc probatur ex intentione testatoris, qui credit posthumum nasciturum, & probatur ex l. posthumus infra tit. proxi. ibi, posthumus præteritus in vita testatoris natus & cæt. Ecce quod considerato testamento posthumus est. Itē probatur ex l. posthumi. inf. tit. proxi. vbi posthumi aut instituendi sunt, aut exhæredandi vt filij, & ad exēplum illorum. Ita dicit tex. in prima parte, postea declarat, qui sunt posthumi, & dicit eos posthumos duntaxat esse, qui post mortem patris nascuntur, vnde glos. ibi in expositione, quam Bart. approbat, & sequuntur Moderni hic, notat ex text. quod proprie post mortem nati dicuntur posthumi, alij vero improprie. Attende tamen nostram considerationem, quæ ista probationem resoluit. & id aduertas, quod ibi filij a posthumis distinguuntur ipsa appellatione, patet, quia posthumi exemplo filiorum sunt aut instituendi aut exhæredandi, ergo filij a posthumis ibidem distinguūtur, sed ego habeo, quod sub specie posthumorum comprehenduntur illi qui tempore testamenti nondum nati, postea nascuntur, patet ibi dum dicit, Sed & hi qui post testamentum nascuntur, ita demum per legē Velleiam rumpere testm̄ prohibentur, si nominatim sunt exhæredati & c. vnde cōstat, quod posthumorum appellatione etiam hi comprehenduntur. Quod iterum & singulariter probatur ex ratione, quam reddit tex. Nam D. Marcus decreuit, idem in posthumo quod in filio seruandum, nec ratio diuersitatis reddi potest. Ecce quod posthumum iudicat, qui post testm̄ nascitur, & non filium, prout ex doctrina Bar. sequitur. Vnde dicendum est quod cum s̄m Bart. ibi & glo. & doct. hic & maxime Alex. in rubr. sup. eod. tex. ille loquatur de posthumis, proprie erit posthumus, qui post testm̄ in vita nascetur. Hoc rursus probatur ex ver. ex his, & ex versi. ibi, siue post mortem testatoris, siue in vita posthumus & c. Item & hoc constat ex §. ille casus, ver. porro. inf. ista lege, vbi dicitur, quod qui nondum natus erat tpe testamenti, nullo iure potuit institui. & doctores appellant eum posthumum alienum, & verum est, quod nō est alienus, quia nullus est, sed posthumus, & qa posthumus iure antiquo institui non poterat, qui si posthumus non fuisset, institui po-
96 tuisset, nec rumperet testamentum. † Vnde more doctorum nostrorum collige, quod in materia iuris rigorosa & iuste reuocanda, prout erat ius antiquum, quo posthumi institui non poterāt, & in materia contra testm̄ posthumorum appellatione comprehenduntur hi, qui nōdum sunt nati tempore testamenti. huius ratio est, quia quo ad illud testm̄ sunt posthumi cum nōdum sint in humanis, & hæc est vera significatio, quæ nec ex odio vel fauore mutatur. Vnde dicit mirabile & singulare dom. Alex. in rubr. quasi ad finem, quod ēt in præiudiciali & stricta interpretatione cōprehenditur appellatione posthumi, qui improprie est posthumus, per l. si quis ita §. fi. de testa. tute. ex quo dubitat de Bar. hic, an recte dicat de posthumo tali, quod in statuto non comprehendetur. Sed dom. Ias. 13. col. defendit Bar. dicens, ibi id esse fauore filiorum pupillorum, & ponderat ibi, vtilis datio est. Sed nec mirabile domi. Alex. nec conclusiō Bar. nec excusatio dom. Ias. placet. Et primo falsum est, quod ibi improprie sint posthumi. cum non essent nati tēpore testamenti. vnde qui dederit tutorem posthumis, dedit etiam his, qui in vita eius post testamentum nascuntur, ratio est, quia tutela datur ex testamento, & sic ex voluntate testatoris. Sed testator intendit dare tutorem his, qui nōdum sunt in rerum natura, sed postea futuri, ergo & c. Item non placet, qđ in statuto non comprehēdantur, quia improprie sunt posthumi. Sed attendenda esset statuti ratio & disposi. nec placet, qđ in fauorem pupillorū hoc procedat, quia siue fauore tam ex identitate rationis, quam etiam ex vocabulum proferentis intentione comprehēduntur. Facit etiam tex. in l. fi. C. de posth. hæred. instit. Non obstant motiua dom. Ias. & vt vidisti, tex. in l. posthumorum, contrariū probat. Nec obstat tex. in l. nomen filiarum, de verb. sign. quia nomen posthumę non cadit in ea, quæ in rerum natura est, vel in rebus humanis, quod fateor, nā si tpe testamenti esset in reb. humanis, non posset dici vere posthumus, sed per quandam similem rationem, vt in d. l. posthumorum. Sed quia post venit in ipsa natura, ideo quo ad testm̄ recte dicitur posthumus, & in hoc fuit decepta gl. in d. l. si quis ita gl. fi. & Bart. Azo. & eius sequaces. Non obstat, quod magis videtur stringere, quia posthumus a compositione vocabuli significat posthumum i. post mortem natum. Sed responde, qđ melius significabit posthumus, id est posthumatus, quasi postea in humanis deductus, vt sentit prædicta l. nomen filiarū. Hinc est quod posthumus accipitur qñque pro futuro & sequenti. nam Apul. posthumam spem dicit. & Virg. libr. 6. Tua posthuma proles, considera. Ad l. si quis ita, §. fina. in uerbo, vtilis, dic quod vtilis est datio, quia eos comprehendit. facit text.
96 l. cum mota. C. de transact. † Ex his distingue iustius, quam nostri doctores. Nam iure ciuili posthumi sunt qui in humanis adhuc non sunt, siue post mortem nascantur, siue post testamentum, in quo de illis disponitur, quamuis in vita te-

statoris nascantur. habito tamen respectu ad mortē non sunt
posthumi, qui in vita nascuntur, cum in humanis sint, vt in d. l.
nomē filiatū. reliqui vero qui in humanis sunt, nō sunt posthu
mi, vt qui primū locum sui eo tēpore obtinent, qui nec pro-
prie nec improprie iure ciuili posthumi appellātur, sed ex si-
mili ratione iuris habentur loco posthumorū, vt in d. l. posthu
morum in f. titu. proxi. Septem igitur species posthumorum,
quas gl. in rub. C. eo. & Alexan. & reliqui in rubr. sup. eo. fin-
gunt, non credas a iure ciuili sumpsisse. Præterea eo etiam da-
to, quod ex ipsa nominis significatione non comprehendere-
tur posthumus, tamen dū eadem sit ratio, non possumus ne-
gare etiam in statutis comprehendi ex ipsa ratione, vt in d. l.
si quis ita. §. fin. & in l. posthumorum. & in §. ille casus. versic.
97 porro. † Capio glo. in verbo, si filius, & omissa prima opposi-
tione quam facit Bar. ex princip. glo. quia non est oppositio, ca
pio secundam opp. & aliter formo ipsam quam Bar. Videtur
enim ꝙ Gallus insufficienter & obtruncato consilio prouide-
rit. cum si nepos nascatur viuo auo, rumpatur testamentū, &
in hoc casu nullam fecerit prouisionē. & ideo hoc Velleia le-
ge fuit emendatum. & sic fatetur glo. contrarium. Bar. tamen
argumentatur in defensionem Galli. Nam prouisio facta in
vnum casum, extenditur ad alium, vt in substitutione vulgari,
quę porrigitur ad pupillarem, & econtra, vt in l. iā hoc iure de
vulg. & pupi. & C. de impub. & ali. substi. l. hęreditatem. Sic er-
go & in casu Galli. Sed respondeo, quod prouisio Vellei fuit
necessaria, quia illa regula intelligitur, quando testator in casu
non expresso potest prouidere, sed testator non potuisset pro-
uidere in casu Vellei in quo non poterat instituere posthumū
alienum ante prouisionem Galli, & ob id fuit necessaria. Prę-
terea substō reducitur ad aliū casum, qui sit de natura substō-
nis, & respicit talis casus persona institu- ti aliud, qa si sit institu
tus ille qui nascitur post mortē, nō pōt esse institutus eius cui
fit testō sed in persona, si nascatur in vita, vt in l. commodissi-
me. §. eo. sed hoc intellige nisi testator credidisset se statim mo
riturum, vt ibi dixit, & probatur in l. Lucius. §. Titius. sup. eod.
hæc sunt verba Bart. & glo. In quæstione principali credendū
est eandem subesse æquitatem in vno casu, quæ est in alio, &
argumēto legis Galli posse interpretari alium casum Vellei,
sed cum non fuisset adhuc a iureconsultis interpretatum, pri-
uatę personę nullo iure testabantur, & ideo fuit necessaria lex
Velleia, vel iurisconsultorum interpretatio. & quod similis &
forsan eadem subsit equitas, satis probatur per totam istā le-
gem, vbi casus Galli & Vellei interpręetatur & extenditur ad
alios casus ex similitudine casus & rationis, & videtur clarius
in l. fi. C. de posth. hęre. insti. & infra clarius ostēdā. Quod etiā
ex argumento Bar. cōprobo. verum. n. est expresse substitutio
ni tacitam subesse, sed hoc ideo obseruatur, quia ex voluntate
testatoris coniecturata lex ita induxit. nam si hoc non fuisset
ita interpretatū, nec tacitę substitutionis ius locū haberet. Ita
igitur ēt casus Velleianus imitatur rationem Galli. & eius lex
fuit necessaria. Ex quo ego hanc mihi tribuo audaciam, quod
etiā si lex Galli tantum in mūdo fuisset, & cōsuleretur in casu
Vellei, argumēto & ratione Galli sic Velleius determinarem,
non solum hodierno iure, sed etiam post. cōditam legē Galli
statim consultus. Fuit ergo necessaria Velleia lex ad declara-
tionem. non tamen quod diuersa iustitia versetur. Sed si oppo
nas, quod ratio, quare Gallus fuit motus est, quia iniquum
erat, vt nepos posthumus rumperet testamentum, qui insti. tui
non posset, verum in casu Vellei, cum iam sit natus in vita aui,
poterat institui lege duodecim tabularum, ideo diuersa vide-
tur ratio. Fateor illā rationem iniquitatis fuisse impulsiuam,
quia impulit Gallum ad legem condendam, sed ratio finalis,
in qua ius versat, erat, vt liceret posthumos instituere, vel eis
legare generaliter. quamuis non essent nati. & etiam in casu
in quo testamentum rumpere non possent, vt patet ex inter-
pretatione legis penultimę de leg. 1. & l. qui tam relegati. de
rebus dubijs. Item dum Barto. ipse videtur sentire, quod in ca-
su Vellei testator non poterat instituere nepotem natum in
eius vita. Ticinenses Moder. eum reprehendunt quia dum est
natus ante mortem testatoris, non est nepos posthumus pro-
prie, & maxime dum ante testamentum est natus, quia tunc
nec proprie nec improprie est posthumus. igitur institui pote-
rat lege duodecim tabularum, & ita dicit tenere Bart. in §. ille
casus in prima col. Hæ sunt prædictorum sententię. Quippe
Mod. male intelligunt. & peius reprehendunt Bar. quia Bart.
dicit, ꝙ ante legem Velleiam non poterat institui posthumus
in vita nascendus, & verum dicit, quia casus est in. §. ille casus.
ver. porro. vbi dicitur, ꝙ non poterat institui qui nondum na-
tus erat, & loquitur de lege Velleia. itaq; Bar. loquitur de pri-
mo capite Vellei ex quo posthumus, qui non erat tempore te
98 stamenti institui poterat. † At si dicas, iste posthumus erat im
proprius, cum ante mortem sit natus. Responde, quod etiam
si cęteri teneant, tamen id negabimus, quod satis probat lex
Vellei, & versiculus, porro. Nam si proprie non esset posthu-
humus, non ex hoc deficeret institutio, qđ sit posthumus alie-
nus. Et sic habes ibi casum subtilem qui ē, ꝙ etiam in mate-
ria cōtra testm̄ posthumus est, qui post testamentum añ mor-
tem nascitur. Sed etiam si consideremus improprie esse post-
humum, tñ id dicere necesse est, ꝙ non licebat instituere añ le-
gem Velleiam, quia nondū natus erat. per §. ille casus. ver. por-
ro. Bar. autem non loquitur in his, qui ante testamentum na-
scuntur. Et ideo in his pessime reprehēditur. Deceptionis oc-
casio fuit, ꝙ qui in vita sunt nati, nouo testamento lege duode-
cim tabularum institui poterant. qđ Bar. non negat, sed loqui-
tur de testō, qđ fit antequam nascantur. Item considera, ꝙ cū
Bar. dicit, qđ ante legem Velle. ille casus remanebat in dispositi-
tione iuris communis, sentit, qđ cū lex Galli fuisset correcto-
ria, non extenderetur ad casum Vellei. Sed ego credo, qđ cum
illa dispositio iuris communis, vt posthumus non possit in-
stitui, sicut in Galli casu emendata est, ita & eadē ratione Vel-
99 lei. † fateor tñ, qđ ante interpretationē remanebat in dispōne
cōi. & qđ eadē sit ratio, satis patet in l. posthumorū. ff. titu. pro-
xi. vñ satis declaratur regula tradita in cle. 1. de electione. qđ ēt
si in correctorijs ex identitate rationis idem iudicamus, tñ an-
tequam per eum, qui pōt interpretari, idem determinetur, ille
casus non censetur esse correctus, sed remanebit in dispositio-
ne iuris communis. Vnde qui non esset doctor, qui interpretā-
di autoritatem non haberet, puta bachalarius, vel licentiatus,
vel procurator, nō posset dicere ex interpretatione idē ius esse.
Hoc tamen sentias, quando similis est casus, & ratio obscura &
generalis, vt in nostra lege. & ita loquitur. §. ille casus. vers. por-
ro. vbi hæc probantur. Secus si esset eadē ratio ex specifica &
expressa quæ comprehenderet casum alium. nam tunc non ex
interpretatione sed ex eadē dispositione casus iudicatur. Hæc
menti teneas quę non ita discreta ab alijs colliges. Vltra oppo-
nit Bar. de l. fi. C. de posthu. hære. insti. vbi quando ita institno si
filius meus intra decem menses post mortē meam natus fue-
rit, hęres esto. etiam si filius nascatur in vita, non dicitur preteri-
tus. ex quo sequitur, qđ casus Galli extēditur ad casum Vellei.
vnde & lex Velleia redditur superflua. soluit Bar. qđ cū prouī-
sio Galli sit contra ius, vt etiam supra dixerat, non extenditur
ad natum in vita. vt in l. præcipimus. C. de app. Item cum nullo
tempore testator non potuisset instituere posthumum etiā in
vita natum, non porrigitur ad eum casum, in quo non valebat
institutio. Secus est hodie. nam cū hodie quilibet posthumus
possit institui, vt d. §. posthumo. recte dicitur ad cū casum por-
rigi. & ita loquitur lex. supr. alle. itaque si testator est in mortis
articulo vel periculo, & edidit testamentum, vt si filius vel ne-
pos intra decem menses post mortem nasceretur, hæres esset
Eo casu etiam si in vita nascatur, nihilominus erit hęres ex te-
stamento. secus si sanus esset ipse vel filius suus. quia ex prouī-
sione casus post mortem non erit prouisio facta in casu quo
in vita nascatur. & ita intelligitur tex. in l. commodissime. supr.
eod. hęc sunt verba Bartol. de quibus sequitur nostra dispu ta-
100 tio † Primo igitur videndum est, an mera iuris ratione sit ita
institutio prout Gallus docet. & filius in vita nascatur, censeatur
testamentum validum, & quidem iure ff orum non ante dispo-
sitionem Velleiam secundum Bar. hic. Ratio, quia nō poterat
instituere posthumum nepotem in casu quo ante mortem te-
statoris nasceretur, ita Bar. Sed quia ratio quamuis sit omnium
authoritate comprobata, terret, ideo & dictum credo esse du-
bitabile. Gallus enim declarat potestatem posthumos nepotes
instituendi, ne rumpat testamentum, dum in primum locum
eos succedere euenit. & dicit validam institutionē, si intra. 10.
menses a tempore mortis nati sunt. quanto ergo magis, si po-
sthumus nascatur in vita post testamentum, talis institutio va-
lere debuit. Et nota, quia hanc fortiorē fore rationem ipsa na-
tura tibi probabit, nam posthumus ideo institui non potest,
quia in rerum natura non est, licet postea sit futurus. At poste-
rius futurus erit quia post mortem nascetur, quam si in vita na-
sceretur. ergo a fortiori poterit institui qui in vita nasciturus
sit, eo quia post mortem nascetur. Itē hoc cōprobatur, quia (vt
sup. dixi) posthumus, vt dicunt, alienus eo institui non poterat,
quia posthumus, non quia alienus. cū extraneū filio substituere
liceat. at qui post mortē nascitur vere est posthumus. & qui an-
te morte, opinione cōmuni est improprie posthumus. igitur
in his quę impediuntur ex ratione posthumitatis, vt ita loquar,
minus debet impediri institutio, quæ improprie est posthumo-
rum. Sed dum Gallus disposuerit posthumos veros etiam in-
stitui posse, ex hac dispositione colligeretur a maiori ratione
improprios instituendos. Item hoc cōprobatur ex dispositio-
ne l. fin. C. eo. vbi ex his verbis, si filius vel filia infra 10. menses
post mortē meā fuerint editi, si ante mortē nascuntur, sunt
instituti. At dū Bart. dicit, id intelligendū de iure, ex quo lice-
bat instituere in vtrunque casum. ego hęc solutionis verbo fa-
teor, tamen ipsa non est recta solutio. quia sicut filius est præ-
teritus si non instituatur, ita eodem modo casus iste de po-
sthumo nepote instituendo erat præteritus legibus 12. tabu-
larum,

larum, quia illo iure non erat cautum, vt institui posset. Sed postea Gallus induxit, vt instituieretur posthumus, inducendo modum omnino similem illi casui in l. fi. sicut ergo ibi censetur posthumus institutus in vita natus, ita casus Galli & eius licentia debet intelligi, dum in vita est posthumus natus, Itaque illa ratio tanquam iustissima nullo modo potest negari, aut neganda est iustitia illius legis in d. l. fi. Non obstat illa perniciosa regula, vel potius perniciose intellecta, quam Bartol. adducit, quod dum expresse ius commune non corrigitur, non censetur correctio ad alium casum admittenda, quod ego bene fateor in correctionibus iure singulari, vel in extraordinarijs remedijs, vt loquitur l. si vero. §. de viro ff. soluto matrimonio. & in d. l. præcipimus, in fi. C. de appel. ratio est, quia dum ordinarie iustitia ipsa ministratur, itaque ab ordine discedunt, & singulari iure procedunt, habent naturali ratione restrictionẽ, cum lex sua natura debeat esse communis, & oĩa ordinans & regulans, vt in c. erit autem 4. distinct. quia omnis lex ad conseruationem totius humani generis intendit, & dum in plures regula ordinatur, eo magis conuenit fini & naturæ legis, quo fit, vt singularia & vniuersales regulas impedientia cẽseantur minus extendenda, vt in l. ius singulare, de leg. ita intelligas l. præcipimus, & reliquas. Verum in nostro casu nihil corrigitur ex singulari iure, immo ius duodecim tabularum, quod omisit institutiones posthumorum, summa iustitia emẽdatur, vt per Gallum, & per prætorem, & per ius Codicis, institu. de bonorum possess. in princip. & l. nostra, ideo non habet locum lex, præcipimus, nec eius ratio. maxime quod ius duodecim tabularum non corrigitur, vt in inferioribus ostendam. Sed si isto improbo modo intelligere velis etiam destrueres dispositionem dictæ legis fin. C. eodem. Nam regula est, quod filius pre-
101 teritus rumpat testamentum. Sed † ego institui filium, si post mortem meam nascatur, & ipse est natus in vita, ergo rumpit testamentum. Sed dicitur contrariũ, quia etiam ille casus quo in vita nascitur licet verbis videatur prætеritus, ex quo secundum regulas iuris veniebat testamentum rumpẽdum, tamen ex ipsa ratione non censetur præteritus, nec in hoc fit contra iustitię aut iuris intentionem. Item non obstat tex. in §. ille casus, versic. porro. quia dum dicit, quod nullo iure valebat institutio, dicaris ante istas, legibus enim 12. tab. id non erat, tamen vt supra dixi, quilibet iustitię peritus interpretatus fuisset ex casu Galli valere testamentum etiam filio in vita nato. quod satis constat ex interpretatione Imperatoris in d. l. fi. & quidem ego ita consuluissem, & credo iuste, cum habeam omnes interpretationes illius legis quę fuerant pro mea sententia, & ex sententia Galli. & facit similis interpretatio Pauli Iureconsulti in l. penult. de lega. 1. & dicta l. fi. quæ hoc consilium iustum censet, facit gloss. fin. in fine. in isto princip. l. Gallus versic. 10. mens. & ibi dicam. Nota secundum intellectum Barto. ad l. fi. quod si sanus homo vel sano filio testator eo modo, & modo Galli instituisset, talis institutio non comprehendit filium natum in vita. Et iste intellectus Barto. hic & in l. Commodissime & in l. final. approbatur sępe a Bald. & a Paulo & Ange. & Alexand. quod ibidem referunt Moder. satis late. Sed aliqui eum reprehendunt, quia in rei veritate ista distinctio est simulata. & non vere probata, nec congruit rationi text. in d. l. fina., nec text. in d. l. commodissime. quia in diuerso casu probãt sua diuersa dicta, & fuit intentio domini Christophori de Castell. & postea a Raphae. & a Moder. relata, quam gloss. in d. l. commodissime, & gloss. in leg. final. in prima solut. satis sentiunt.
102 † Tu eam declara. aut enim ita est institutio facta, si filius meus in vita mea nascatur, & tunc si post mortem nascatur, non est institutus, idem & econuerso si ita dixerit, si mortuo me natus fuerit, hęredem instituo. si in vita nascatur, non erit hæres institutus. Ratio est, quia intentio instituentis ad vnum casum dirigitur, cum dicat, si me mortuo nascatur, & sic si in vita nascatur, non habuit intentionem eum instituendi, quod ex Iurecõsulto necessario probatur, nam idem est in vtroque casu posito in l. cõmodissime, quod ego video manifeste, quia si ita dixerit testator, si filius meus viuo me nascatur, hæres esto, si nasceretur post mortem, non erit hæres, ratio, quia noluit hæredẽ instituere si post mortem nascatur. Ita eodẽ modo in casu quo filius instituatur si natus fuerit mortuo eo. quia in his duobus casibus idem iudicat ipse Iureconsultus. Vnde ex ista ratione necessario dubitabis de dicto Pauli de Castro. in dict. l. commodissime, quem etiam sequuntur Moder. Tic nens. in prima limita. vbi dicit, quod tex. in d. l. commodissime, non habet locum vbi potuisset valere tacita institutio. Dic quod tacita bene valuisset, vt dixi in princip. supra ista l. & patet in l. Titius §. Lucius supra eo. Tamen ibi nec tacita est nec expressa, quia tacita necesse est vt ex intentione colligatur & ibi intentio deficit vt sup. vides, vnde non potest elici tacita, alias si tacita subesset intentio, valeret, vt in l. 3. C. de inoffi. testam. & in dict. l. Ti-
103 tius. † Diuersum tamen ius versatur in casu dictę legis final. quia cum testator dicat, si filius meus post mortem meã infra 10. menses nascatur, si hęres, ille casus si post mortem meam inf. 10. menses nascatur, censetur appositus ad designandum tempus, intra quod debet nasci, vt ei succedat, non tamen per hoc excludit imò includit casum quo in vita nascitur, & tunc intelliges verba finalia illius legis si. dum dicit, quod filios etiã in vita natos pręteriuit, secus tamen est, vt dixi, dum dicit, filius natus mortuo me hæres esto, nam hic nullus est terminus, & nulla coniectura ad tacitam institutionem. Sed fateor, quod si ipse esset in mortis periculo, vel in articulo mortis, & mulier esset pregnans maxime ex leui & recenti grauida, & ita diceret, filius meus qui post mortem meam oritur, hæres esto, tũc etiam si in vita nascatur, erit hæres, quia ad designationẽ mortis habuit iustam causam extra causam præteritionis, argum. tex. in d. l. Titius §. Lucius, & in d. l. 3. C. de inoffi. testam. secus
104 tamen si simpliciter, quia intelligitur præteritus. † Vnde ita distingue, aut enim ita testatur si filius meus inf. 10. mẽses a morte mea nascetur, sit hęres, & eo casu tam iure ff. orum, quam ẽt C. valet institutio, etiam si filius viuo eo nascatur, immo esset hoc subtilissimum, quod secundum superiora venit ex expressa institutione, quod videtur probari ex d. l. fi. dum dicit, quod non est præteritus, & terminus est appositus ad notandum tẽpus intra quod sibi nascitur, nec excludit natum in vita. Aut ita testatur, si filius meus me mortuo oriatur, hæres sit, & tũc distingue, aut constat testamentum esse factum in mortis articulo, & valet, etiam si viuo eo oriatur, quia coniecturamus de morte mentionẽ fecisse non intentione distinguendi, sed quia credebat eum post mortem nasciturum, & erit nata quędam institutio, quæ ex illis verbis colligitur, arg. text. in d. l. Titius §. Lucius. Aut simpliciter est testatus, si filius meus post mortẽ meam natus fuerit, & tunc videtur exclusum esse in vita natũ, & ita loquitur tex. in d. l. commodissime. Concorda igitur hãc
105 dist. Bar. & Mod. subtilem opin. † Vltra ex glo. opponit Barto. ꝙ Gallus male doceat & consulat, quia Sceuola eum reprehẽdit primo de superfluitate, vt in §. quidam infr. eo. Secundo de insufficientia vt in §. idem credendum gl. fatetur has duas reprehensiones, & plures alias de quibus inf. & ita Barto. Primo de his duabus superfluitatibus videndum est, quas ego audacter nego. Nam de prima etiam si Gallus exprimat modum, si nepos post mortem meam nascetur, dicitur quosdam admittere, vt etiam si non fiat mẽtio mortis, valebit institutio eo casu, qui comprehendi & cõcipi posset ex verbis, ita dicitur in §. quidam in prin. in quo nulla arguitur superfluitas, quia etiam si Gallus ponat talem casum, & alij casus latiores inueniantur ex verborũ congerie, non recte arguitur de superfluitate, imo id est verũ ꝙ casus qui exprimitur in §. quidã in prin. interpretatur a rõne & dispone ipsius Galli. nam Gallus iuris condendi potestatem hẽbat, vt sup. diximus, & quidam ex eius intẽtione admittebat testũ, si simpl̃r filium instituo, & nepotẽ substituo &c. Itaq; nõ arguitur hic, nec reprehenditur, sed interpretatur, & interpretantium sententia refertur tñ. Quidam nã admittunt casum etiam generalem sine mortis expressione. Alibi quidem ex intentione Galli admittunt hunc casum, quia ante cũ posthumũ nepotem instituere ẽt in vnũ casum non licebat, sed ex eo, quia Gallus vnũ casum expressit, si post mortem meam nepos nascatur, mortuo viuo me filio, admittuntur alij casus similes, ne testũ ex successione posthumorum rũpatur, & sic vniuersaliter licet instituere, si quis mihi posthumus nepos erit, eum instituo. Item id considera, ꝙ qñ in casib. non determinatis nec inuentis vnus casus formatur nõ generalis, sed certo modo, etiam si postea exemplo inuentoris vniuersalis dispositio inducatur, non propterea ille inuentor reprehẽditur vt superfluus, eo maxime dum a mente vel a dispositione eius ceteri sumunt fundamentũ. Item hoc expresse apparet in versic. Idem, vbi dicunt doct. reprehendi de insufficientia, & ibi dicitur, idem esse credendum Gallum existimasse & de princ. pte. Ecce quod ex existimatione Galli idem iuris iudicatur. Item facit in verbis inferioribus in quo ponitur tertia supplet. o ver. sed & si, & quarta in versiculum, & si, & dicitur, quod similiter admittendum est, prout igitur ex interpretatione omnes præcedentes casus admittuntur, ita ille admittendus est. Item tertio facit, cum fundat se eadem ratione qua Gallus, & qua cæteri casus procedunt, scilicet ne successione rumpatur testamentum, itaque eadem ratione plures casus determinantur, si mores tamen, facit tex. in capitu. translatio, de constitutio. Item omnia quæ in vno verbo comprobantur in §. & quid si tantum, vbi plures casus ponuntur, & dicitur quod hæc omnia & cæteri casus qui concipi possunt post mortem testatoris, non pertinent ad l. Velleiam, sed ad legem Galli, quia Gallus posuit casum, quo nepos post mortem aui nascitur. At Velleius in substitutione nepotis in vita nati loquitur, ergo isti casus ad legem Velleiam non pertinent, sed subdit iureconsultus, quod ex sententia legis Velleię & hæc omnia admittenda sunt, vt ad similitudinem mortis cæteri casus admittendi sunt. Ecce quod casus isti admittuntur etiam ex sententia & sensu Velleiæ

quamuis loquitur in alio casu, quia tamen casus eandem habet rationem, dicimus ex eius etiam sententia admittendos. facit text. l. fraus, & l. contra legē, & de leg. ff. ex sententia igitur & Vellei & Galli admittuntur idē casus ex mente & sententia nō ex verbis, vnde intellige, ꝙ Galli sententia nō est supplenda, nec ob [illegible] bene verba. inf. ista lege. vbi dr̄, quod supplēdos duxit casus in Galli Aquilij sententia. nā in ipsa sententia supplentur casus, qui in ea virtualiter comprehenduntur, vt in d. l. fraus, sed falsum est ꝙ sententia suppleat. imo ex ipsa sententia cæteri casus admittuntur, vt in. §. & quid si tantum, vbi dicam in 6. nota.
106 cogita autem quod glo. dicit † quo iuniores tanto perspicaciores, latis comprobat Aristo. 2. coeli. vbi dicit, vetusta autem plerunq; rudiora sunt nouis, & vide ꝙ Moderni Ticinenses plura dicunt circa hoc vnum annotata, qd̄ ponderare videntur cum Bal. tex. in c. 1. de renunciatione, qd̄ plus valet vmbra senis, quam eloquentia vel gladius iuuenis. per tex. qui dicit, quod senescente corpore spiritus in sublimiora conscendit. In primis aduerte, quod nota ista non videtur vera, cum de eloquentia loquitur, quia non fit comparatio ad eloquentiam iuuenis cum in sene multo dulcior consistat ipsa natura, vt de Nestore dicebat Homerus, qd̄ ab eius lingua melle dulcior fluebat oratio, quę ad ad suauitatem nullis egebat corporis viribus, & dicebat Tullius libro de sene. quod decorus est sermo senis quietus & remissus. facitq; sępe ipsa sibi audientiam diserti senis compta oratio & mitis. Proinde dicebat Tul. senem natura eloquentiorem iuuene quod experientia satis demonstrat. Itaq; non fit ibi, nec apte fieri potest comparatio ad vmbram senis ex ipsa iuuenum elegantia. Item nota, quod non facit tex. in verbis ponderatis, quid enim facit, ꝙ senescente corpore spiritus in sublimiora conscendat, ad considerationem vmbrę senis, sed in his verbis ponderauit Bal. cū dicitur, qd̄ tutius est vt ecclesia tibi commissa sub vmbra tui nominis gubernetur, quam si alteri noue & incognitę personę gubernanda committatur, & loquitur cum episcopo qui grauatus senectute ob id ipsum episcopatum renunciare decreuerat. Moderni in verbo, vmbra, illa verba addunt tā quā elegantia, non vt credo ad ponderationem vmbrę senectutis. In glo. in verbo, nepotis, quia masculinum concipit in se femininum, vt in l. 1. ff. de verbo. significa. glo. tē. [illegible] sunt vera reprehensiones quas [illegible] ab aliis [illegible] non erat necesse dicere, si quis nepos, siue quis neptis. cū [illegible] appellatione masculi & feminę [illegible] glo. ea qua [illegible] quod in materia correctoria prout est nostra, masculinum concipit femininum. dominus Alexan. dicit hoc non sibi verum, quia dum loquimur in re [illegible] & [illegible] interpretanda, appellatione masculi non venit femininum, vt in l. 1. §. 2. de ventre in possess. mitten. Sed materia correctoria nō [illegible] & [illegible] interpretanda, vt in l. præcipimus. C. de app. & in l. [illegible] C. de testa. ergo etc. Huic opinioni satis [illegible], quod hic fuit reprehensus sępe Gallus ipse in pluribus, & in hoc no. igitur nec reprehendi meretur. Sed ob. tex. in l. si quis ita. §. [illegible] de testamen. tute. [illegible] masculinum concipit femininum etiam in materia præiudiciali [illegible] eadem de qua in lege nostra, sed dicit Alexā. [illegible] id debet intelligi [illegible] Galli, qui induxit posthu
107 mos instituere. [illegible] verbis Alexand. † Primo [illegible] videtur, domi. Raphael [illegible] sentire, quod in materia correctoria masculinum concipit femininum, quia concipi non dicitur ex verborum signi. sed ex verbis nō comprehenditur femininum [illegible] iureconsultus l. 1. ff. de pecul. [illegible] expresse negat concipi, nam ratione ipsa comprehenditur, & nō verborum signifi. Sed si dicas contra de l. 1. de verb. signifi. vbi [illegible] de verb. significa. agitur, dicitur ventre feminin [illegible] hoc, si quis, tam masculos quam feminas complectitur, & quod appellatione veniat probatur ex l. si id quod de [illegible] & quod verbis concipi dicatur id, qd̄ veniat ex identitate rationis, & ex connexitate pro [illegible], dixi supra intelligendo [illegible] & notes quod Bartol. reprehendit id, quod [illegible] vulgo [illegible] femininum.
108 † Item videtur etiam do. Raph. non recte [illegible], dum hanc materiam sentit vt correctoriam & maxime stringibilem. & idem Alexand. nam nec est correctoria, & si correctoria esset, non restringibilis. & si restringibilis, tamen femina veniret, eadem suadente ratione. Primo igitur quod non sit correctoria, supra satis late ostendi, quia lege 12. tabu. non interdicebatur institutio posthumorum, sed posthumorum qui rumperent, quia iis fuit admissa institutio. [illegible] qui præterierat, vt qui instituti non poterat, rumperet ea ratione quia præteritus, & ob hoc in totum fuit comprobata institutio. eadem ratione fuit [illegible] Gallus, qui dedit licentiam vt nepotes futuri sui ex morte patris, eo casu quo sui futuri essent, possent institui, [illegible] rumperent. itaq; non est lex ista correctoria immo extendit & ampliat legem 12. tabu. quæ suorum posthumorum institutionem confirmabat, vt etiā cōfirmetur & valeat posthumorum institutio eo casu, quo posthumi post mortem nascūtur sui, eo maxime, quod ista extensio est eadem declarata ratione nec obstat si dicas, ꝙ posthumos alienos eo iure non licebat institui. Fateor, quod non licebat, id est quod nōn esset
109 data licentia, sed quia hodie datur, non ob hoc corrigitur. † Liberè dissentio a domi. Alexand. qui sentit, quod est ista licentia Galli, quia nepos institui potest, neptem instituere non liceret. equidem talis sententia iniqua est, quia & in nepote & in nepte omnino similis est ratio. nam sicut nepos rumpit, ita neptis, & ita intentio Galli est prouidere & consulere, ne rumpatur testamentum. ergo eadē debet esse intētio in vtroq; nam dato qd̄ masculinum habeat discretam significationē a feminino, censetur masculus nominatus, quia in eo est vulgatior modus loquēdi, cum is sit dignior, non vt a feminino sexu distinguatur. Cum igitur subest eadē ratio, nō excluditur sexus. nec id agitur vt fiat differentia, nisi vt dixi sit diuersa ratio. nā tunc ex ratione sermonem accipimus, vt in c. intelligentia. de ver. sig. In casu igitur præsenti si Gallus dedisset licentiā nepotē instituēdi, ne testm̄ rumpatur, quis ignorat datā licentiā neptem instituendi, cum & ipsa rūpat, & ita est in materia magis odiosa, & quam doctores fatentur fore præiudicatiuā in d. l. si ita scriptū. de testa. tutela. nec bene respondet do. Alex. dū dicit, ꝙ ibi appellatione nepotū & neptes cōprehendūtur, quia lex illa fuit ędita post legē Galli. credo quod verum sit, eam legem ęditam post Gallum, qui fuit tempore primi Cęsaris, sed Vlpianus fuit iunior. qa de eo nō habemus notitiā in eadē l. 2. de orig. iur. sed qd̄ ea sit causa, falsissimū credo. quia ad rationem illam, qd̄ appellatione posthumorum veniat posthuma, nihil effecit nec disposuit ipse Gallus, & ex Gallo nihil elicitur qd̄ tutoribus datis posthumis ipsis, & ipsis feminis censeantur dati, & qui nepotibus dati, & neptibus censeantur dati. sed ideo. s. quia eandem credimus intentionē & rationē in testato
110 re, qui constituit tutores. † Præterea cōtra do. A. ex. facit, quia vt oēs fatentur, patet hodie qd̄ non solum posthumus in casu quo suus erit institui pōt, vt in lege nostra, sed etiā alienus penitus pot hæres esse, & [illegible] legari. & tamen in posthumo subintelligitur posthuma, vt in. §. posthumo. instit. de leg. & in princip. instit. de bono. possessio. ecce. quod illud ius nouū est in totum & generaliter disponens, & vt ipsi dicunt corrigens, & tamē masculinum cōprehendit femininum. Item hoc suadetur quia Paulus iurecōsultus interpretatus Gallū nō dicit posthumum & posthumam institui posse in l. penulti. sępius allegat. sed dicit a Gallo introductū, vt posthumus institui posset, & de posthuma etiam intelligit, quia Gallus de vtroq; expresse loquitur, quod igitur Gallus ad clariorē expositionē docuit, non arguit iuris necessitatem. Item hoc probatur ex text. in l. posthumorum inf. titu. proxi. & certe singulariter, vbi posthumos instituere necesse est ne agnatione rumperent testamentum. ergo cōprehenduntur posthumæ, quæ ex virili sexu etiā rumperent, & facit præd. cta l. si id quod & vide Bar. qui ex ratione hæc intelligit in d. l. 1. de pec. & in l. si quis in tantam. C. vnde vi. & glo. in c. generali. de electio. & Moder. latissime more solito in d. l. si id quod nec obstat l. 1. §. 2. de ventre in poss. mitt. vbi qui posthumum exhæredauit, non censetur exhęredasse posthumam. Si dicas quod eadem est ratio in vtroq; ego dico nullam esse rationem in vtroq; aut si est, est aspera naturę, & ob id non est præsumenda voluntas, nisi inquantum necessario verba adstringunt. Ex his potest inferri contra glo. in verbo, neptis, de qua dicunt Mode. Papienses, quod peccat in Spiritum sanctum, quia reprehendit iureconsultum de superfluitate. Sed nec Gallus nec glo. male loquitur, quia Gallus ad clariorem intellectum loquitur in vtroq; sexu, non [illegible] necessitate materiæ, nec ex hoc dicitur superfluus, vt no. in c. licet canon. glo. 1. de electio. libro. 6. & proęmio sexti, in verb. filio. nec ideo glo. quæ dicit quod abundat in hoc reprehendit nec ipsa meretur reprehendi, quia declarat, abundantia enim non est vitiosa, cum dicamus abūdantem cautelam & expressiorem non nocere. maxime quod hic tantum exprimitur, ꝙ
111 tacite inerat. † Item do. Ias. reprehendit ipsum Alexand. quod materia nostra non sit correctoria, sed limitatoria. non enim induxit Gallus quemlibet posthumum alienū posse institui quia hoc modo vere corrigeret legem antiquam, vt in alleg. § posthumo. de leg. insti. Sed in vnum casum limitat, & ideo dicitur limitatoria, vt per Bartol. in l. si constante. 9. q. primæ par. sol. mat. sed in limitatorijs est licita extēsio, vt in c. cum dilecta. §. nos igitur. de confir. vtili vel inuti. & in c. ad audientiā, & ibi Abb. 1. not. de cleri. non resid. & in c. post translationē. §. quanq̄. & ibi Bal. de transla. episc. vel cler. & ꝙ ista materia sit limitatoria, tenet ipsemet Alex in sequenti col. & Aret. reprehendēs Bar. qui sentit contrarium in fol. l. si. C. eod. Sed excusat Iaso. ꝙ Barto. no. dicit, ꝙ est correctoria prouisio Galli, sed bene dicit, quod est contra ius commune. & per hoc nō dicit, qd̄ corrigat, sed limitat cum in vno casu sit cōtra. hęc ipse Ias.
112 sed no. † qd̄ nec limitatoria est materia ista, sed est potius amplians

plians vt sup. dixi, quia dat licentiam, aut dum ipse & Bar. fatẽ-
tur, quod antiquę legi contradicit, ex hoc sequitur in illo casu
legem antiquam corrigi & tolli, nam constitutio contraria po
sterior derogat priori vt in c. 1. de consti. lib. 6. Item hoc confir-
matur eo quod ipsi fatentur, quod lex correctoria in vno casu
non debeat extendi ad alium casum. Sat ergo erit aduersarii in
vno casu, vt correctoria dicatur, quia in eo casu corrigitur, imò
credendum videtur, quod correctio in casu singulari magis sit
restringibilis, quia omnes alij casus excepto illo inducantur se
cũdam regulam antiquam, & ita loquitur tex. d. l. præcipimus,
cum simi. verum cum tota lex tollitur, non potest haberi con-
sideratio ad ipsam, quia nihil ex ea remanet. Facit quod docet
Bar. in l. fi. de consti. prin. sup. 1. col. quod ius speciale quod de-
rogat iuri communi, facilius tollitur, arg. l. si vnus §. pactus, in
f. sup. de pact. sed in hoc cogita. Quoad vero iura allegata de li
mitatorijs, dic quod illi casus non sunt contra regulam, sed cũ
in facto verificentur in regula, ratione & iure subducuntur ab
ea, & ideo sicut ipsa ratione limitatur & extenditur regula, eo-
dem modo ipsa limitatio, quæ ratione constat. Ita proprie lo-
quitur tex. in c. cum dilecta. §. nos igitur, vbi sicut testes valetu-
dinarij ante litem contestatam ad perpetuam rei memoriam
recipi possunt, vt in c. quoniam frequenter. vt lite non cõtesta.
ita priuilegium quod vetustate consumitur & obliteratur, po-
test renouari, itaq. illa limitatio, vt eorum verbis loquar, redu-
citur ad casus & argumenta similia, nec est contra ius, nunquã
enim iure cautum fuit, vt testes valetudinarij & de quorũ mor
te timetur, non possent recipi ad perpetuam rei memoriam,
etiam ante litem contestatam. Sed quod nepos posthumus in
stitui non posset, cautum erat lege 12. tabula. vt ipsi opinantur,
quod est contra, secundum ipsos, eodem modo loquitur text.
in c. ad audientiam, de cleri. non resid. Hæc non asseuceranter
affirmo. sed ita se offerunt. & vt cogites, dic tamen & in corre-
ctorijs valere rationem & in limitatorijs, sed hic non fore ta-
lem correctionem qualem ipsi opinantur, & hoc satis proba-
tur, nam do. Ias. respondens Alex. dicit contra ipsum, quod lex
nostra potest intelligi etiam in fęminino sexu, quamuis in ma-
sculino loqueretur, quia materia est limitatoria, & non corre-
ctoria. Aduerte quod ex sensu Iasonis hodie posthuma aliena
non posset institui. & idem ex sensu Alexan. quia hodie secun-
dum ipsos in totum est correcta lex duodecim tabula. Sed ab-
sit talis error, esset enim contra textum, in l. quidam relegati.
de rebus dubijs, & in l. penultima, de lega. 1. & in §. posthumo.
institura, de lega. & in princip. instit. de bonorum possess. & in
l. posthumorum. infra titu. proxim. quę iura in vtroque sexu lo
quuntur, nam lex Velleia de masculo loquitur, vt in §. nunc de
lege. infra ista. l. & de fęmina etiam intelligitur, vt in l. posthu-
113 morum supra all. Vltima glo. primo quærit, † & soluit. quid si
post decem menses ad duos dies nascatur, erit institutus ex ca
su Galli. eandem sententiam tenet gloss. in authen. de restitut.
& ea quæ vndecimo mense colum. quarta, quas glo. Bar. vide-
tur comprobare cum Cyn. in d. l. septimo mense, de statu ho-
mi. Sed contraria est glos. ibi quam ipse Bald. comprobare vi-
detur cũ dicit, quod l. intestato. §. fin. quæ loquitur de x. mens.
multum stringit contra gl. quia post 10. men. natus non habe-
tur legitimus hæres, & eam opinio. sequitur Nico. de Neapo.
Ange. hic quæ videtur verior etiam Alexand. His adde ratio-
nem, quia etiam si sit primo die post 10. men. natus. Verum est
in 10. men. non natum, vt in l. Celsus ff. de arbi. & l. si ita quis §.
fi. infra de vulg. & pup. Facit quod tenet Tullius in Paradoxo,
quod incipit, parua culpa aut magna, vbi qui lineam transgre-
ditur, etiam puncto quodam breui, ita verum est transgressum,
ac si longo interuallo transgressus abiret. Sed his non obstanti
bus ego hactenus crederem contrarium, hac sola & potiori ra
tione, quia gl. nostra habet fundamentum ex medicorum au-
thoritate, cum in ista materia Iurecconsul. ex his sumant sentẽ
tiam & authoritatem, vt in d. l. septimo mens. vbi Hippocratis
authoritate nituntur. Item facit consultatio Cy. ad Gentilem,
qui fuit non mediocris authoritatis. In his igitur horũ authori
tati credendum est, nec hoc vereri oportet. nã de his quæ igno
ramus, & in quibus ius non versatur, peritis artium earum nõ
immerita creditur. Sed non iure fieri credo, quod in iustitia discer-
nenda nos qui eam profitemur, authoritati semper cedamus,
114 quo fit vt iure rationi tantum subijciar. † Igitur vt in girum no
stre dubitationis reducatur oratio, authoritati Gentilis credẽ-
dum est. & cæterorum quorum sententia glo. sequitur. Vide-
tur etiam in hanc sententiam declinare tex. in d. §. fin. authen.
de resti. vbi dicitur, quod 11. mens. perfecto indicatur natus ex
stupro. ergo intra 11. mens. & sic post decimum videtur quod
legitimus censeatur doct. dicunt vt Bal. & Alexan. quod illud
argum. a contrario sensu non est eliciendum contra tex. in d. l.
intestato. §. fi. quod ego fateor non ex repugnantia text. illius,
vt statim ostendam, sed quia arg. non concludit, quia in primo
die concludit vel in secundo, ita concludit in toto mense 11.
quod tamen non reperimus. Non ob. primo gloss. quam con
trariam Bartol. & cęteri citant in d. l. septimo, nam non con-
tradicit huic glos. imo in vno concordant, & ista limitat, quod
ibi & hic dixerat. Nam dicitur ibi, quod est legitimus, si intra
10 men. nascatur, & non vltra, idem & eadem verba referun-
tur hic, & subdit glo. nisi forte per paucos dies secundum Phi
sicos & cæt. Itaque gloss. intentio non est contraria, vnde nota
quod hic pauci dies dicuntur duo. in authen. de restit. duo vel
tres vel quatuor. nec in hoc contradicit sibi. Sed in sententia
concordat. Non ob. text. in l. intestato. §. fin. & tex. in nostro ca-
su Galli. quia id communi regula verum est, qua attenta dispo
nitur. Sed si authoritate medicorum probaretur inspecta qua-
litate genitricis & partus, etiã duo dies vel tres posse dari ven-
tri partus eorum authoritate indicaretur, cum maxime oẽs in
hoc concordemus, quod stãdum sit medicis, ex quo in meam
opinionem mecum concordent necesse est, si gloss. non men-
titur & Cyn. qui medicorum authoritatẽ referunt, nec obstat
Hippocratis opinio. quæ ad 10. menses refertur, quia hæc non
excludit duos vel tres dies, vide hic Socinum, qui refert consi-
lium Gentilis. Vltra quærit Bartol. an mensis mortis sit com-
putandus, & dicit gloss. quod sic, quam ipse approbat, sed glos.
de die loquitur, & non de mense, ex quo inferunt moderni.
quod in die mortis potest generare mortuus, quod multiplici
ter ex varijs casibus intelligi potest, vnde infertur quod eadem
die potest contrahi matrimonium etiam si sit in artic. mor. in
quo potentia naturalis, non impotẽtia accidentalis est intuen-
da, vt in l. si quis posthumos, in princi. supra eo. non est nostrę
specula. Itẽ id no. quod Cyn. dicebat retulisse Gentilem, quod
in 12. vel 13. mense potest euenire, & quãdoque euenit, vt mu-
lier pareret, quod habet pro impossibili Imperator. in d. §. fin.
115 in authen. de restit. 4. colum. † Vltimo quærit gloss. verum in ca
su Galli si institutus post. 10. menses ad duos dies nascatur, erit
præteritus, & videbatur quod sic per l. commodissime supra
eo. quia iste est alius casus quam expressus in testamento, ergo
erit præteritus, sed dicit contrarium per l. fina. C. eo. vbi etiam
alius casus ex mente testatoris includitur & cæt. & domin. Ale-
xand. tenet ex superiori opini. glos. & Bartol. Cyn. & medico-
rum quod si post 10. menses intra duos dies vel tres nascatur,
erit institutus ex casu Galli. Idem tenent hic Moder. Ticinen-
ses referentes glos. quod verum sit in isto casu, etiam si super-
naturaliter nascatur post 10. menses, secus si nasceretur in vi-
ta, quia tunc censetur præteritus, vt in l. cõmodissime, hæ sunt
doct. opini. Et quidem ista sententia contradicit sibi & cęteris
opinionibus. Si enim institutio posthumi nascendi post mor-
tem intra 10. menses extenditur ex intentione Galli, etiam si
post 10. men. nascatur ad duos dies vel tres, ergo ex eadem in-
tentione & melius, si in vita nascatur. Item ꝙ in vita nascatur
id ita est contingibile, sicut est contingibile inf. 10. men. nasci.
itaq; facilius de hoc & Gallus & testator cogitasse potuit, quã
cogitare casum quem supernaturalem appellant Mod. Ticin.
at ꝙ supernaturalis sit, ego non firmarem, nisi dicamus id esse
ex causa aliqua singulari, & non ex cõi nixu naturæ. Sed si ipsi
negant, Gallus non idem disposuisset, si in vita nasceretur, mi-
nus credo disposuisse, si post 10. men. nasceretur, eo præsertim
ꝙ necessario transgreditur terminus Galli in eo, qui post 10.
men. exoritur, quod non est in eo, qui in vita nascitur, quia illa
verba, si post mortẽ meam inf. 10. men. ponuntur ad exclusio-
nẽ alterius geniti & ędi ti partus, qđ ita annotabat Christ. Ca-
stell. Raph. & idẽ Mod. in d. l. Cõmodissime, & in d. l. fi. de quo
116 satis sup. † Extra gl. Bart. quærit de singulari. q. finge, ꝙ mulier
post mortem primi viri inf. duos dies contraxit matrimoniũ,
postea peperit in 9. mense vel in 10 & potest esse primi, & secũ
di, cuius erit, Sunt quatuor opini. quarum nulla mihi constat.
Prima est, ꝙ eius in cuius domo nascitur, vt in l. si vicinus C.
de nup. & in l. filium, de his qui sunt sui vel alieni iu. sed hoc ni-
hil est. Nam fateor, quod filiũ probamus eum, qui nascitur in
domo ex viro & vxore, tũ idem est, & eadem causa ubi ad ips
partus ẽt in matrimonio dissoluto per mortẽ, vnde est, quod
filius natus rumperet, vt dicebat noster tex. quia suus nascitur,
ẽt post mortẽ natus, & ex hoc probatur legitimus. itaq; nõ est
maior rõ in hoc in vno, quã in alio l. qui in vtero ff. de sta. ho.
nec quicquam facit, quod dicit Io. de Imo. quod maritus secũ-
dus sibi præiudicet, qui eam pregnantem accepit. nam ego nõ
considero pręiudicium mariti prioris nec secũdi, nec scitur eã
fuisse pręgnãtem, imo in hoc versatur totum dubium, & pos-
set esse quod maritus secundus velit eum habere pro filio, &
quod non sit filius, cum eius asseueratio vel negatio non facit
filiũ, nec ob hoc desinat esse per tex. in l. nec professio. C. de te
sti. & in c. per vestras, de do. inter vir. & vxo. Pręsertim quia, vt
dixi, hoc solũ dubitamus, an sit pręgnans a primo marito, vel a
secundo, quod si preposuimus eam prægnantem a primo, nul-
117 la esset dubitatio. † Aliorum erat opin. standum esse matris te-
stimonio. per l. etiam inf. de probatio. & l. Vxore inf. de manu.
testa. sed horum opinio. reprobatur a Barto. quia mul. ei deci-
pi potest in l. 1. §. si mulier. de libe. agno. & in l. 1. §. si per calum

niam.sup.si mulier ventris nomine. Sed etsi hæc opi. ita renuatur, cogita quod si ipsa falli possit, tamen filiatio ex coniecturis iudicatur quæ fallere possunt, maxime quòd in casu nostro sumus in magna dubitatione. itaque assertio matris satis vrget ad vnam partem potius inclinandum, quam ad aliã. facit qđ eleganter tenet Host. in c. officij. de peniten. & remi. quòd etiam quando mater dicit filiũ non esse mariti, filiũs non credens matri habet duratum animum. quia illa melius scit veritatẽ quã alius, vt est arg. in c. afferre. de præsump. & idem dicit Abb. in d. c. officij. Si igitur illa melius põt scire quam alius, ei est magis credendum quam alteri. & hoc dico, dum aliud probari non possit. nam alias ei non tenemur fidem adeo adhibere, quod ei sit necessario credẽdum. vt no. in d. c. officij. vnde infertur ad eũ qui regnum renunciauit, cuius animam & fidem ego laudo, q̃uis Bart. in l. filium. de his qui sunt sui vel alieni iuris. ff. dixerit quòd male fecit. & Iac. de Arer. dixit, quod ipse non fecisset. & hoc ẽt tenuit Cy. ad finem. igitur satis vrget matris amor, qui non patitur filiũ iniuste a regno priuari. Item iuramenti in mortis arti. fides, vel etiam sola assertio & præsumptio, ꝙ propriũ facinus & tam turpe reuelarit. Fatendum vero est, quòd nõ est probatio sufficiẽs, nec tenetur credere. vt in l. nec professio. C. de testa. & no. in d. c. officij. & in l. fin. de proba. vnde non teneretur restituere, si non crederet. noto tamen ꝙ si crederet non posset tenere regnum, nec aliud ꝯ conscientiam. vt in c. fina. de presc. & in c. literas. de testi. spo. in c. p tuas. de simonia. & ita Hostien. & Abb. vbi sup. vnde in tali casu deferendum esset filio iuramentum de sua credulitate. Itẽ facit ad scientiam matris mẽstruum, quod potuit euenire intermedio illo ante secundũ matrimonium, quo ẽt probato, probaretur filiũ esse secũdi. Itẽ id considera, qđ si filius vellet petere hæreditatem maiorẽ & sibi commodiorem, magis esset stãdũ matris assertioni cõtra filium, q̃a cũ nullius sit tantus amor, sicut parentum erga filios, vt l. fi. C. de cur. furio. & l. isti quidem ff. quod metus causa. non est credendum matrem ꝯ filium falso motam, nisi aliud obsi-

118 stat, ex quo eam motam præsumamus. Alia fuit opin. † quod aduertendum est, cui assimiletur. arg. l. quod si nolit. §. si mancipia. sup. de edil. edi. sed hæc opinio reijcitur. quia similitudo fallax est. ei enim partus assimilatur, in quem coeuntes cogitãt. & nota. in l. non sunt liberi. de statu homi. & l. quæret aliquis. de verb. signifi. vnde dicebat Iaco. But. in l. fin. C. de Carbo. edict. quem referunt hic Moderni, quòd filij qui patrem assimilantur non sunt legitimi. quia dum mulier adulteratur, propter timorem habet semper cogitationem ad maritum. vel melius semper cogitat de marito, & referebat quod quidam amicus eius & magnus medicus hoc sępe sibi dicebat. facit qđ Quintilianus noster mulierem ex adulterio accusatam ꝙ ethiopem peperisset, ex imagine cõspecta in cubiculo hoc accidisse argumentatus defendebat. Vrget etiam alia excusatio, quam refert hoc Modernus. & id quod Hispani facere sunt soliti in gregib. equorum &c. & id quod de Iacob. refertur &c. Sed noto melius & strictius considerando, quòd id naturale est, vt parẽtibus filij assimilentur. vnde est quòd nationis & gñis nuncianda est qualitas, dũ aliquod mancipium vel animal venditur, vt in d. §. qui mancipia. l. quod si no. itaq; si assimilatur primo marito, arg. est eius fore filium, & optima est præsumptio. At id quod dicitur, quod q̃nque aliud euenit, dum alteri assimilatur. hoc est rarum accidentale, quod accidens sufficit ad excusationem dum accidentis coniecturata causa probatur, vt in ethyope picto, vel viro pulcherrimo in camera figurata &c. & ita Hispani & Iacob illo artificio vtuntur, vt Catulis vel equis apponãt pulcherrimos ante oculos, dum coeunt, vel etiam pictos, si tamen naturam ipsam simplicem consideramus, hoc est signũ & præsumptio naturalis, qđ idem casus Quintiliani demõstrat, cum mulier ex hoc condẽnaretur, nisi eo modo excusata fuisset. Idẽ de casu Hyeron. in quæst. super Genesi. qui refert se pţũ fuisse in libri Hippocratis Medici, quod quędã mulier suspicione adulterij fuerat punienda, cum pulcherrimum filium non similẽ sibi nec marito peperisset, nisi item excusationis causam inuenisset, qđ talis pictura apposita fuisset in cubiculo, si igitur adulterium ex hoc adeo probatur, qđ ex tali præsumptione sit puniẽdum, vt hi testantur, quãto magis filiatio probabitur, quæ non est tanti pręiudicij, nec tam odiosa, & quæ nõ requirit tam eminentem & claram probationem sicut adulterium. Hinc nihil dubium esse inquit Columella, quoniã ipsa natura sobolẽ matri similẽ esse voluerit, a parentũ notę plerũq; natis inhærẽt. & Martialis noster lib. 6. ad nepotẽ. Est ibi patri signatur imagine vultus, testis materne nata pudicitię. Horatius libro 4. Laudantur simili prole puerpere. Catullus. Sit suo similis patri Manlio & facile insciis noscitetur ab omnibus, & pudicitiam suæ matris indicet ore. Nec ob. id quod dicitur quod mulier adultera propter metum semper cogitet in marito. nam in isto casu maritus erat mortuus, nec timere potuit, nec adeo eum diligebat, vt in eum cogitaret. cum eius oblita alium tam breui suscepisset maritum. Cogita. Item dicit Iacob. Butrius, quem hic sequuntur Moder. quòd filij qui maritum assimilatur, non sunt legitimi. Absit tamen a iuris prudentibus tam iniqua opin. & si medicus magnus id asserat, non vt bonus medicus asseruit. ego enim fateor non medico nec mihi ipsam veritatem notam, sed Deo, & naturæ tantum. igitur nos & medici ex conie-

119 cturis loquimur. † At naturale hoc est quod genitoris genitus imaginem ducat. vt in d. §. qui mancipa. Id autem quod ipsi dicunt, est magis ex accidenti. nec hoc ita præsumimus. quia talis præsumptio vaga, mutabilis, & varia est. nam si de cogitationibus loquamur, de pluribus cogitare possunt coeuntes, si de vno cogitant. quia sicut de vna re, ita de aliã, & sicut de homine, ita de belua cogitatio contingere potest, sed tamen hoc est proprium, & naturæ accommodatum, vt coeuntibus assimilentur. forsan quia credendum est, in tali delectatione magis in seipsos mentes intendere, quam extra. immo libido quæ simpliciter pro illo actu venereo dicitur, quia ea nulla maior est voluptas, ita extrinsecus, & intrinsecus commouet hominem, animi semel affectu cum appetitu carnis coniuncto ac permixto, vt momento ipso tẽporis pęnę omnis acies & quasi vigilia cogitationis obruatur. Et id notes, quod hic medicus non viderat Aristote. 2. libro. Politicorum post principium, vbi dicit, similitudinem natorum ad parentes fidem facere. quod tradunt scriptores quidam populis superioribus Lybiæ euenire. habent enim mulieres communes, filios tamen partiuntur inter se secundum similitudines natorum. sunt enim mulieres quædam & animalia, vt equi & boues, quorum ea natura est, vt similimos genitoribus edant fętus. hucusque Aristoteles. similitudo igitur argumento naturaliter habetur. quãto magis quod in dubio id præsumimus, quod mariti sit filius. vt in cap. estote misericordes. de re iud. & l. filium. de his qui sunt sui vel alien. iu. & in capitu per vestras. de donatione inter virum & vxorem. etiam si vxor probetur adultera. vt l. miles. §. defuncto infra de adulte. Dicere igitur quod talis filius non præsumatur legitimus, est omnia iura peruertere. forsan in hoc audacior loquor, quod adeo assimilabar patri Martino, & ore, & corpore, voce, & vultu, quod in longissima prouincia incognitus cognitus sæpe essem. Vtinam moribus, & ingenio imaginem conseruarem. vir erat singulari virtute, & mirabili ingenio a natura donatus. & quod in paucis euenit, ita ingenium virtuti implicabat, vt cognouisses virũ natura perfectissimum. Christus pientissimus filium ita dirigat, vt quod natu-

120 ra & labor elargitur, in eius cultum erogetur. † Aliorum fuit opin. quod vtrique succedat vno. ita An. in d. l. duo sunt Titij. infra de hæred. insti. & fuit argum. gloss. in d. c. afferte. per l. qui duos. ff. de reb. dub. vbi si testator substituit filio ex duobus qui postremo moreretur, & ambo simul in naue pereunt, vtrique est hæres. quia ignoratur quis sit postremus. Sed d. Alexan. dicit hoc fundamentum An. videri somnium. quia in l. duo sunt Titij. est vtrique seruus, quia vtriusque potest esse seruus. sed duorum filius nullus esse potest. hoc idem videtur etiam ridiculum, quia nec insolidum potest esse duorum dominorum. vt in l. in commodato. §. si duobus vehiculum. ff. commodati. ita dicit Iac. Sed nota quod Alexan. non dicit, quòd erat seruus duorũ, nec casus allegatus ab Ang. dicit, quòd erat seruus duorum insolidum, sed in commune. Tamen hoc dicit, quòd seruus duorum a duobus dominis simul institutus, qui simul perierũt, habet vtriusque hæreditatem. & vtrique est necessarius quia cũ simul sint mortui, nec vni acquirit, nec alteri, sed vtriq; succedit ita eo modo & in casu præsupposito, cum ignoretur quis non sit pater, vtriusq; habet hæreditatem, quia ab ea non est priuandus. Fateor quod dicit Alexan. illũ seruũ esse communem, & ꝙ filius non possit esse communis. tamen in hoc non extat vis argumenti. sed quod cum aliud non sciamus, necesse erit, quòd vtrique succedat. sicut ibi dum simul moriuntur vtrique succedit. & cæt. Melius argumentum est de l. qui duos. ff. de rebus dub. vbi in re dubia vtrique succedit. cui argumentum non est responsum. & in nostro casu Galli necessario sequitur, quòd si nepos instituatur intra 10. menses a tempore mortis, & iste nascatur intra 10. menses, tunc ex institutione veniet. ratio, quia hoc cauetur in testamento, nec potest negari eum filium testatoris, cũ non possit probari eũ non esse filium. vt in d. l. qui duos. vide inferius veriorem resolutionem. Quinta opinio fuit, quòd nullius filius censetur. vt in l. liberorum §. fi. de his qui no. infa & l. duo sunt Titij. de testa. tutel. & l. si fuerit. de reb. dub. sed hęc opi. non tenetur, & recte, quia vel vnius est, vel alterius. cuius autem. sit, dubitamus. Vides itaque

121 quòd nulla harum opin. stare potest. ideo ego † ita cogitabam, aut partus editur in 10. mense a tempore mortis, & nono a tempore secundi mariti, & tunc credendum est secundi mariti fuisse. ratio, quia communior partus est 9. mense. vt Bart. hic. aut nascitur in nouo mense a tempore mortis, & septimo vel octauo a tempore secundi matrimonij, & tunc pręsumendum est primi mariti. quia partus est etiam communior nouem mensium, nisi mulieris pariendi consuetudo aliud suaderet.

deret. Item his occurentibus, vt dixi, attendendum est quid
confiteatur vxor. Item cui assimiletur, & habilitas mariti pri-
mi ad procreationē. Item infirmitas eius &c. & ex vrgentiori-
bus indicijs iudicandum est. Et in his demū id cēseo plurimū
authoritatis medicis & peritis esse tribuendum, alias si res sit
dubia, credo opinionē Hosti. & Abba. quam glos. etiam tenet
in d. c. afferte. esse veram, scilicet quod filius potest exigere vel
habere quā hæreditatem voluerit, & eius filius haberi poterit.
sed si postea etiam alterius hæreditatem vel habere vel petere
vellet, obstaret exceptio suæ approbationis, & quia vera esse in
cōpatibilia non possunt l. quod in hæredē. §. exigere. de tribu-
tória. Facit quod tenet Inno. in c. audiuimus. de collusio. dete-
gē. vna enim electa excluditur ab alia. & hęc fuit opinio Lau-
ren. quam ibi sequitur glo. & Barth. Brixien. in quæstione quæ
incipit, cum duæ. Nec teneas eam opinionem quam defendit
hic Aret. vt vtramque possit petere & defendere, vt hic per eū.
nam cum semel habeat hæreditatē vnius, & prout eius filius
eam retineat, probari potest ex hoc, quod eius sit filius, quia vt
filius ei successit. ex quò sequitur, non esse alterius. cum enim
dubium sit cuius sit, probari possunt omnia, quæ ad filiationē
pertinent. quia ex hoc dubitatur cuius sit, quia probantur quo
ad vtrumq; maritum ea quę ad filiationem probari solent quę
probatio cū non sit necessaria sed præsumptiua, & sit compro-
batione filij & retentione hæreditatis confirmata. facit in ista
materia satis plenam probationē quo ad vnum. Ex quo sequi-
tur, quòd non est alterius. Nec obstat quod dicitur, quod con-
fessio filij pro vno litigante, non probat pro alio in diuerso iu-
diciò. vt in l. fin. de interroga. actio. quia ille text. loquitur, quā-
do quod confiteretur, aliunde probari nō potest. sed in nostro
casu illa confessio est permanens & còntinua, & semper idem
probatur, dum retineat hæreditatem. optime facit text. in l. si
duo patroni. de iureiuran. ff. & ibi glo. Barto. & Pau. de Castr.
vbi dicunt, quod cum ex text. plurimum fidei & authoritatis
habeat talis confessio etiam quo ad tertium, hoc operabitur
vt probationibus æqualibus æquales vincere faciet. cum igitur
probatio sit ęqualis ad vtriusque filiationem cònfessio facit, vt
secūdum ipsam iudicetur. Superest difficultas non mediocris
quam aliqui omiserunt irresolutam, alij simularūt casum aliū,
quam Gallus proponit. itaque omnes in ea videntur aberrare,
quæ talis est, certum est Gallum esse motum, vt testamenta de
fenderet, ne rūperentur. hanc Galli intentionem ex casibus su
mes, & expresse in §. idem credendum. ibi, ne successione rum
122 peretur testamentum. & in §. quid si is. & in §. si eius. † Sed pro
batur quod testamentum in casu Galli alias rumpi nō poterat,
ergo eius prouisio fuit inanis, antecedens constat, quia casu
quo filius viuo auo moritur, testamentum est caducum, quia
hæres institutus perijt. vt in l. 1. §. & cum tripli. & §. pro secundo
de cad. tol. Quod ergo iam cecidit, posthumus postea nascen-
do rumpere non potuit. Ad solutionem huius oppositionis di
cebat Bal. in 3. opp. & Ange. in §. in omnibus. necessarium præ
supponendum cohęredem esse datum filio, in quo testamen-
tum consistebat, cum alias testamentum ex quo non poterat
adiri, rūpi nō posset. in l. 1. inf. tit. proxi. Sed ista solutio stare nō
potest ex §. in oībus. infr. eo. vbi filius, in casu Galli exhęredari
non pōt, quia post mortē ex nepote veniebat exhæredādus. qđ
si alius hæres datus fuisset, exhæredari poterat ab eo. ergo casus
Galli non præsupponit alium cohæredem. vnde semper rema
123 net oppositio insoluta. Mod. Papiē. primo considerant. † quod
testamentum, in quo est datus substitutus, ex morte hæredis
etiam in testatoris vita non efficitur caducum, imò ex substitu
tione cōsistit. vt in l. si pater filium. & ibi glo. de vulg. & pup. &
ibi Bar. in 4. opp tenet idem in terminis casus nostri. & est text.
l. 1. §. pro secundo. sup. alle. & plures alij. & idem tenet Barto. in
§. 1. in 1. col. inf. ea. leg. Ita igitur casus noster. ex ipsa substitutio
ne reijcit caducitatem. Sed adhuc remanet dubitatio, quia &
si fateamur, quod ex substitutione consistat testamētum quid
tamen si nepos est pręteritus, tunc enim non potest dici consi
stere, ergo nec rumpi poterit. quod est contra intentionē Gal-
li. in hoc stat punctus. ad cuius resolutionem dicendum docēt
Moder. Pap. quod est necesse, vt pręsupponamus nepoti datū
cohęredem, non pure, sed post mortem filij, & sic si filius viuo
testatore moriatur. quia tunc eoipso quod filius moritur, testa
mentum consistit. & hoc habuit pro constanti ipse Gallus. In
quo satisfit intellectui ad. §. in omnibus. quia nec in hoc casu
exhæredari potest filius a substituto post mortem suam. Item
satisfit difficultati. quia hic potuit constare testamentum etiā
nepote præterito. Item satisfit ne testamentum fiat caducum
ex sola substitutione nepotis qui adhuc non erat in rerum na-
tura. & dicūt Mod. hāc credere esse veram resolutionem. Pro-
fectò me pudet addere & supplere casum Gallo, & maxime
cum eius omnia verba a iurisconsultis sint exposita & glosata.
igitur in ista principali intentione non est credendum eum ob
troncatum casum finxisse. pulchrum itaque erit verba Galli vt
iacent defendere, & ad oppositionem respondeo quod post-
humus præteritus potest rumpere testamentum, in quo filius
mortuus ante testatorem erat institutus. quo contra doc. pro-
bato, probabitur destructam esse eorum summam dubitatio-
nem. Præsuppono igitur, quod posthumus præteritus ea ratio
ne rumpit testamentum quia nascitur suus. tex. est expressus in
§. posthumum. insti. de hæ. quæ ab inte. defe. dū enim suus est,
& dum in primo loco præteritus reperitur, rumpit testamen-
124 tum & hoc notissimum est. † ex quo sequitur, quod talis ruptu
ra testamenti ex posthumo trahitur a tempore conceptionis.
quod clare probatur, quia cum moritur auus, non est in pote-
state mortui qui in rerum natura non est, nec posthumus ante
quam nascatur potest esse in potestate, cum adhuc ipse non sit
igitur post natiuitatem suam, quia ea reducitur ad tempus cō
ceptionis, se inuenit in primum locum, & suus, ideo rumpit te
stamentum. his satis consonat tex. in l. qui in vtero. de statu ho.
quod qui in vtero sunt, ad eorum commodum pro natis ha-
bentur. Item hoc probatur, quia si posthumus ad conceptio-
nem non censetur natus, & tempus quo in vtero est non con-
sideraretur, nō esset necesse eū instituere. vel exhæreda. quod
est falsum. vt in l. posthumorum. inf. titu. proxi. At cum etiam
si non sit natus, dum est conceptus, sit necesse eum instituere
vt in nostra. l. sequitur, quod eius conceptio est consideranda,
& ad eam reducitur ruptura. Fateor tamen, quod post natiui-
tatem & non ante, quia ex natiuitate fit retrotractio. Itē si hoc
esset verum. vt rumpatur tantum natiuitate & non retrotraha
tur, valeret ante rupturā. sed hoc est falsum, vt in l. illud. de con
tra tab. ideo enim dicitur in suspenso esse, quia nascentia iudi-
catur ab initio valuisse vel non valuisse. hoc satis exploratū est.
Ex quo sequitur, quod posthumus in casu nostro rumpat ante
caducitatem. Nam necessarium est, quod si posthumus est cō
ceptus, sit conceptus ante mortē. quia a filio mortuo concipi
non potuit. vt ēt text. noster dicit, dum requirit, vt. inf. 10. men-
ses a morte filij nascatur. sed dum est conceptus, rumpit. quia
est pręteritus, nec adhuc est caducum testamentum imò cade
re non ptest, dum semel sit ruptū per fundamentū doctorum.
quod enim iam nullum & ruptū est, vlterius cadere nō pot. st
vt. l. decem. ff. ver. ob. in l. nam & si sub cōdōne. §. post defectū.
inf. titu. 1. Si quis tamen opponat, quod cum testamētum mor
te testantis confirmetur, ante mortem eius rumpi non potest
& ideo dicebat tex. in l. 1. infra. tit. 1. quod vt rumpatur, neces-
se est tale esse testamentum, ex quo adiri possit. Responde, qđ
est necesse quod sit tale vt alias ex eo adiri possit quia tunc etiā
ante mortem potest rumpi. patet ex l. posthumus. e. ti. vbi post-
humus nepos mortuus in vita aui rumpit, si fuit præteritus. &
ita ante mortem rumpit. Item hoc probatur ratione necessa-
ria, quia negare non possumus, Gallum esse motum, ne testa-
mentum rumpatur, & fuit causa prior impulsiua. vt patet in §.
idem credendum. cum si. Ergo si nepos non substituetur, rū-
peretur, alias ipse peccaret in sua intentione. cū hoc solū proui-
deat, ne rumpatur. s. vt nepos instituatur. Dicere autem, ꝙ est
intelligendum hic cum nepote alium esse substituit, hoc non
125 videmus ex Gallo. † Item cōsidera, qđ substitutio vulgaris ha-
bet locum instituto decedente in vita testatoris. ita Barto. in §.
J. proxi. in tertio intellectu, & omnes intellectus paragraphi se-
quent. id pręsumunt. Igitur nepote etiam substituto posthumo
non efficitur testm̄ caducū. qa dū nascitur, natiuitas redu-
citur ad generationem, & sic in eo qui est verificatur substitu-
tio. Ex his primo infero, quod superflue Bal. & Ang. considera
bant in lege nostra alium habere cohęredem, etiam si nihil ob
staret. §. in omnibus. Nam etiam sine cohærede posthumus &
rumpere poterat, & poterat etiam institui & succedere dum
est institutus. & in hoc secundo pūgas do. Ias. qui sentit, quod
vt testamentum, in quo nepos est institutus secundum consi-
lium Galli valeat, necesse est, quod aliquis substituatur, qui sit
in rerum natura, qui conseruet testamentum, vt in l. si pater fi-
lium. de acq. hære. Secus si nepos solus, nam si pater moritur,
fit caducum testamentum. quod ego nego. quia dum posthu-
mus substitutus nascitur, isto casu saltem non possumus nega-
re eum trahi ad tempus conceptionis. & si in vtero est, haberi
pro instituto, vt testamentum non cadat. vt in d. l. qui in vtero.
in hoc enim perinde habetur, ac si esset in rerum natura. ideo
etiam elisa nostra ratione tenendum esset contra eum. & ita te
net Bar. in §. seq. & in l. pater filium sup. alle. quem ipsemet Ias.
citauerat de quo in §. seq. in tertio intellectu. Item in alio vi-
dentur peccare, inquantum referunt requiri vt sit datus cohę-
res nepoti non pure, sed post mortem filij, & sic si filius viuo te
statore moriatur. dic quod non est necesse eū substituere hac
conditione. si filius moriatur. nam etiam simpliciter substitu-
tus filio facit consistere testamentum ne cadat. vt in d. l. si pater
filium. & in l. 1. §. cum in secundo. de cad. tol. quia substitutio
simplex verificatur in morte hæredis etiam vita testatoris mor
tui, vt ibi. igitur testamentum consistit. vnde rumpi potuit ex
nepote nato. & etiam nepotis substitutio valere potuit, si non
esset præteritus. Item in alio quod Dom. Iason. ex superiori

inuentio-

inuentione infert ad aliam difficultatẽ, q̃ dicit se mouisse supra contra communem opi. & eam posuit in calce primæ, prin. qđ in nostra lege testamentum valebat iure prætorio, etiam si filius non sit institutus nec tacite nec expresse, dum filius præteritus sit mortuus ante testatorem. vt in l. posthumus. vers. idem & circa. inf. titu. proxi. vbi dicitur, tale testamentum iure prætorio confirmari. Sed dicit nouiter. d. Ias. qđ intelligitur quãdo venientes ab intestato, qui sunt in rerum natura, sunt instituti. secus si non sunt in rerum natura, quia tunc cum non sint nati, & si sint nascituri, non propterea conualescit. vt in §. item credendũ. & in . etiam si. inf. ista leg. possunt enim non nasci, vel nasci abortiui. Hæc sunt Iaso. verba. Primo dissentio ab eo, qđ dicit se addidisse nouam difficultatem. id enim per se est notũ, qđ testamentum reconualescit de iure prætorio. & idem tenet Ang. Alexan. & Imol. in d. §. in omnibus. & Bal. ita declarat in rep. l. in suis. §. e. col. 12. Et hoc dato pro vero. qđ iidem pro claro habet in d. q. Ego video d. Ias. sibi expresse contrarium, & tam sibi quam etiam. §. proxi. authoribus. Si enim de iure prętorio quando filiũ ante testatorẽ moritur, & posthumi adhuc non sunt nati, nec reconualescit testamentum, ergo sequitur, ꝙ de iure prætorio lex nr̃a procedit. qđ ipse Ang. & Imo. Bald. & Alexã. negant, & recte, quia etiam patre præterito, si tamen nepos sit institutus vel substitutus & pater moritur ante auum, testamentum conualescit, non ante. l. illud. ff. de contratab. qđ esse verissimum non dubito. maxime qđ tale testamentum adhuc non erat annullatum de iure prætorio, antequam peteretur contra tabulas. & reconualescentia refertur ad ius ciuile, non ad pretorium quo iure adhuc non est nullum. & ob id dũ secũdum tabulas petatur a posthumo, recte is obtinebit, quod vltimum verum est, quamuis aliter vulgo tradatur. dicam in repe. l. filio præterito. inf. titulo proximo. Finis.

REPETITIO

Fortunij Garciani in § quidam. ex l. Gallus. ff. de liberis & posthumis.

SVMMARIVM.

1 *Actum stare non posse vbi forma deest, atque inibi quod fauor non supplet formam.*
2 *Gallum Aquilium non recte reprehendi de superfluitate circa consilium instituendorum nepotum posthumorum. & nu. 6. & 9.*
3 *Galli Aquilij intentio quæ fuerit circa formulam ab eo datam super instit tutione nepotum posthumorum. & nu. 5. & 12.*
4 *Galli Aquilij prouisio circa posthumos nepotes instituendos qui differat a lege Velleia.*
7 *Simpliciter censetur id fieri quod fit sub conditione, quæ inest ex natura actus. & nu. 10.*
8 *Actum in dubio præsumitur fieri, prout de iure potest.*
11 *Expressione eorum quę tacite insunt non facere actum conditionalem.*
13 *Posthumorum institutionem anti- us iure non valuisse.*
14 *Substitutio facta per hæc verba filium instituo, & talem substituo, an comprehendat duntaxat vulgarem, an etiam fideicommissariam. & nu. 16.*
15 *Intellectus ad l. nam hoc iure. ff. de vulg. & pup. substi.*
17 *Filius & nepos ex eo instituti copulatiue an vocentur simul ad successionem an vero ordine successiuo. & nu. 21. & 23. & 27.*
18 *Verbum instituo, relatum ad filium & nepotem an varie accipiatur, vt in persona filij institutionem significet, in persona nepotis substitutionem.*
19 *Copulatiua &, posita inter personas dispares coniugat ne, an disiungat. & quid inter personas inter quas cadit affectio ordinata. n. 34. & 26. & 30.*
20 *Institutio simpliciter facta de filio &, nepote an extendatur ad nepotes nascituros.*
22 *Familiæ aliquid relinquatur, an patri & filio, nihil interesse.*
25 *Intellectus ad l. Generaliter. C. de institu. & substi. sub condi. fact.*
28 *Dictiones, &, cum, vna quam significationem habeant, & an eandem, an diuersam. & nu. 32. & 34. & 65.*
29 *Intellectus ad l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2.*
31 *Institutio facta de patre cum filio an ita intelligenda sit, vt simul succedant an vt ordine successiuo admitti debeant. & nu. 33. & 35.*
36 *Extranei copulatiue instituti an simul admittantur ad successionem, an vero ordine successiuo. & nu. 71. & 73.*
37 *Pater & filius copulatim instituti an admittantur ordine successiuo, an simul quid intersit. & nu. 44.*
38 *Aduentitia an censeantur ea quæ ab eo donata sunt nepoti. & quid si donata sint nepoti posthumo. nu. 43.*
39 *Dos ab auo nepti data an sint profectitia, an aduẽtitia. & nu. sequen. & 42.*
41 *Intellectus ad l. dedit dotem. ff. de colla. bono.*
45 *Institutione sic facta, nepotẽ meum & patrem eius hæredes instituo, an pater & filius simul admittantur, an vero ordine successorio.*
46 *Ordinem scripturę inuersum non admittendum in legibus, per quem pęnę exasperantur.*
47 *Intellectus ad l. quidam testamento. ff. de pecu. lega.*
48 *Prioritatem aut posterioritatem non esse coniunctim institutis.*
49 *Filium naturalem tantum non posse petere bonorum possessionem contra tabulas.*
50 *Matrimonium esse de iure naturali.*
51 *Intellectus ad c. Raynutius. & ad c. Raynaldus. extra de test.*
52 *Stipulans sibi & filio an censeant velle coniunctim acquirere sibi & filio, an potius ordine successiuo. & nu. 57. & 63.*
53 *Stipulatus sibi & filijs an censetur stipulatus filijs vt hæredibus, an vt filijs.*
54 *Pater stipuletur filio vt filio, an vt hæredi, quid intersit.*
55 *Intellectus ad l. auus ff. de pact. dotalib.*
56 *Filiorum appellatione in contractibus non comprehendi nepotes.*
58 *Pater stipulans soli filio an præsumatur stipulari illi vt filio an vt hæredi. & num. 60.*
59 *Patrem aliter stipulantem filio quam sibi, non censeri stipulari filio vt hæredi.*
61 *Pater si stipulatus sit sibi & filijs, an ex ea stipulatione filij simul admittantur, an ordine successiuo.*
62 *Stipulatio interposita a patre pro se & filio emancipato, an comprehendat vtrumque simul, an ordine successiuo.*
64 *Vsusfructus quęsitus per patrem pro se & filio, an censeatur ita quęsitus vt ambo simul vtantur fruantur, an vt ordine successiue.*
66 *Vsusfructus relictus testamento aut quęsitus ex contractu patri & filio sitne vnicus vsusfructus, an plures.*
67 *Nepotes ex filio viuente tempore contractus, an mortuo eo filio succedant cum alijs filijs in emphyteusim, quam pater stipulatus fuerat pro se & filijs & nepotibus. & nu. sequen.*
69 *Nepotes quibus auus aliquid stipulatus est, an ad illud admittantur per capita, an stirpes.*
70 *Instituens fratrem & nepotem ex alio fratre, an velit vtrunque simul admitti, an ordine successiuo.*
72 *Instituens Titium & eius hæredes an censeatur eos simul ad successionem velle admitti, an successiue.*
74 *Substitutio his verbis facta, filium instituo, & nepotẽ substituo, sit ne vulgaris an compendiosa. & nu. 76.*
75 *Substitutio compendiosa quomodo concipiatur, & quomodo vulgaris, ut quomodo etiam pupillaris. & nu. 77.*
78 *Priuilegium concessum patri pro se filijs & nepotibus an ita intelligatur concessum, vt simul vti possint, an potius vt successiue vtantur. & nu. 80. & 81. & 82.*
79 *ius patronatus non exerceri per filium viuente patrono patre eius.*
83 *Hęredum mentione simpliciter facta filios intelligi.*

§ Quidam. Iste text. vsque ad §. instituens. secundũ Bar. & glo. habet tres partes, in quibus Gallus corrigitur. Primo de superfluitate in isto §. quidam. Secundo de insufficientia circa numerũ personarũ in §. idem credendum. Tertio de insufficientia circa casus in §. & quid si tantum. Sed ego aliter dicerem. ꝙ Galli sententia interpretatur in omnibus his, & non corrigitur vel reprehenditur. & in hoc sequor Pau. de Cast. & Imo. ꝙ in quolibet. §. suo loco ostendã. Sũmatur vno modo. Cum fit institutio de nepote in casu per Gallum prouiso, non est necesse, vt de morte filij fiat mentio. hoc dicit secundum Ang. vel secundum Alex. institutio facta de filio & nepote intelligitur facta de nepote nascente post filium, & sic in casu prouiso a Gallo. & eodem modo summãt Mod. Ioan. de Imol. summat hic vt per eũ. Sed antequam veniam ad veriorem summam, ego dubito quę fuerit ratio dubitandi in tex. nostro. & potest dici, ꝙ talis sit. ex cõtextura enim Galli videtur, qđ formalia sint verba eius, quibus nepos institui possit. ex quo sequitur, qđ institutio aliter formata non euitabit rupturam. formalia enim in nullo sunt extendenda, † quando
1 dum forma deest, actus stare non potest. quę si transgredi actu existente posset, non esset actu formalis, cum ab ea essentia pendeat. vt leg. cum hi. §. si prætor. de transacti. Sed si dicas, qđ materia est fauorabilis. vnde iuris regula potest transgredi ad validitatem testamentorum. Responde quod fauor non supplet formam. Materia enim quantumcunque apta & fauorabilis nisi addita sit forma, nunquam ad esse formatum veniet. cuius cõtrarium esset sibi pugnans. & hoc est quod dicitur, qđ etiã in fauorabilibus forma debet obseruari. l. qui Romę. §. Flauius. de verb. obl. Igitur in nostro casu fauor voluntatis vltimę formam supplere nõ potest. Ad huius dubitationis resolutionẽ Scęuola dicit, ista verba nõ esse adeo formalia, vt verba eadem debeant inscribi in testamento. immo intentio Galli fuit prouidere, vt nepotis institutio valere possit. & ob id dicitur, ꝙ quidam admittebant institutionem, etiam si non fuisse facta mentio de morte filij, de qua fecit mentionem ipse Gallus. in exempli gloss. latius ostendimus. Hæc fuit declaratio Paul. Ioan. de Imol. & Raphael. quam etiam comprobo ex authoritate eiusdem Bartol. qui in 1. q. in isto. §. fatetur Galli intentionem non fuisse dandi certum modum vel formulam institutionis ipsius non posthumi nepotis, scilicet, sed hoc voluisse, scili-

2 se, scilicet dare facultatem cum instituendi. † Ex his igitur pri-
mo infertur, quòd Gallum superfluum esse male teneant do-
centes, qui dicũt eum reprehendi de superfluitate. nihil enim
Sceuola in nostro. §. reprehendit, imo intentionem Galli de-
clarat, cum ex eius sententia dicat admittendam institutionẽ,
etiam si non fecerit mentionem de morte filij. Nullus igitur
comprehendet aliquam Galli reprehensionẽ in casu nostro,
sed hoc tantum, quòd illa verba posita de morte filij non signi-
ficant causam dispositionis Galli. Vnde etiam si his omissis
cõcipiatur institutio, nihilominus val. bit. hæc est Sceuolæ in-
terpretatio. Sed in primis oppono contra talem interpreta-
tionem. nam verba conditionalia inducunt formam necessa-
riam. in l. prætor. in prin. de col. bono. infra. At illa verba a Gal-
lo posita sunt conditionalia, igitur sunt formalia, & ob hoc ad
actum necessaria. Soluunt primo Ticinenses, q quã do dispo-
sitio non potest fieri nisi sub certa forma, si fiat simpliciter, cẽ-
setur fieri, eo modo & forma, qua fieri debet, & hoc est quod
interpretatur Sceuola, quæ interpretatio & singularis est & pe-
regrina secundum ipsos. Ista quippe solutio non satis placet,
& si eam plures affirment, de qua latius inferius est vidẽdum.
Nam ista videntur quodammodo sibi repugnantia, quia si di-
spositio non potest fieri sub certa forma, si fiat simpliciter, nõ
fit cum certa forma, ergo fit vt fieri nõ potest. Præterea falsum
est, q fieri non possit sine forma, cum possit fieri simpliciter.
Item ignara quędam dispositio esset, disponere certam formã
& conditionem vbi simp iciter actus fieri potest. cogita. Quia
solutio negat maiorem propositionem, quam docet Bald. in
auth. matri & auiæ. C. quando mu. tu. off. fun. po. & Alexan. &
Areti. in l. 1. §. prius. inf. de vulg. & pup. & Are. in cap. in causis.
4. col. de test. quòd conditiones appositę per legem inducunt
formam necessariam, & non leuem solemnitatem. Secundo
respondet prædictis Ias. q conditiones in casu Galli non ponũ-
tur præcise, sed solum causatiue propter verbũ posse, vt ibi di-
xit, nam fm eum verbum posse stat proprie, & non est necesse
exponere idest, necesse esse, quæ subaudirio destruit tex. illum,
vt ibi dicit se tenere. Ego fateor, quod verba ista sunt inducen-
tia potentiam, & ideo non necessitant testatorẽ, & de hoc nul-
la est dubitatio, sed dubitatio in hoc versatur, quòd dato quòd
testator velit instituere cum possit, an sub certa forma possit,
itaque dubitatio est, an forma ad illam potentiã sit tradita, non
autem an necessario teneatur posthumum nepotem institue-
re, quia in hoc fateamur Gallum non imponere necessitatem,
& si verum sit, quòd si nepos natus sit, qui suus se inuenit præ-
teritum, non ex Galli dispositione sed aliunde testamentum
rumpat. itaque D. Ias. ad propositum non respõdet. Tertio sol
uit, quòd conditiones legales extrinsecę inducunt dispositio-
nem, sed si sunt intrinsecę. quæ sunt de natura actus, nullã indu-
cunt formæ necessitatem exteriorem. ita sunt istę conditiones
Galli. Sed dic quòd conditiones Galli sunt extrinsece, & ob id
necessarię, & ideo male soluit, vt videbis in vera solutione. Sol
ue igitur, quòd Gallus nullam ponit conditionem nec extrin-
secam, nec intrinsecam quo ad sententiam, & ius quòd indu-
3 xit, licet posuerit casum cũ verbis cõditionalibus. † Galli qu. p-
pe ius & intentio in hoc versabatur, quòd posthumos nepotes
nondum natos institui liceret, maxime qui cum nascerentur,
sui forent. Quinimo hic Galli sensus & sententia comprehen-
dit non solum necessariam restitutionem eorum, qui sui futu-
ri sunt, sed etiam legata & fideicommissa quæ nullam habent
iuris necessitatem. vt in d. l. pe. de le. 1. & inf. dicam. proinde ista
sunt verba Galli, intelligenda, quod ista conditio, sic posse insti
tui posthumos, si filius meus &c. refertur ad voluntatem testa
toris, non ad iuris necessitatem, quia in ista conditione nec ius
nec ratio versatur. vt sup & inf. cõstat. Exempli enim gratia ca-
sus fuit ita informatus, qui est facti, nec formam iuris habet,
& ideo prout voluerit testator, formare poterit testamentum,
& valebit institutio nepotis posthumi, qui postea erit natus, dũ
illa comprehendatur in verbis institutionis vt dicunt quidam
iureconsl. de quibus in text. nostro. Ad §. sed nunc de lege. re-
spondeo latius in §. & quid [illegible] tantum. in no. & vide infra super
gl. 3. in primo intellectu. Sed ad clariorem tex. nostri intellectũ
ego dubito, quòd cum Gallus bis de morte filij loquatur, an §.
noster de vtraque, vel de vna, & de qua loquatur, qui dicit, q ẽt
si non fiat mentio de morte, sit admittendus casus, & quòd de
prima parte loqui non possit s. cum dicitur si filius meus viuo
me morietur probatur, quia ipse Gallus dedit licentiam insti-
tuendi posthumos, ne testamentum rũperent. Sed si viuo auo
non moritur filius, nepos non potest rumpere, quia tempore
mortis aui non habet locum suitas, igitur illa verba necessaria
sunt, si filius meus viuo me moriatur, & dicere ea esse super-
flua, videtur non admittendum, quia ea deseruiunt intentioni
ipsius Galli. Item quòd de illa parte non sit tex. noster intelli-
gendus clare probatur ex §. idem credendum. inf. proxi. versi.
Nam & si filius. ibi, vtrisque mortuis viuo se. Nam idem Sce-
uola postquam casum nostrũ addidit Gallo, ibi ponit casum
Galli extensum, tamen semper facit mentionem de morte fi-
lij. non igitur est dicendum, quod hic vt superfluum, retellat.
4 † Item obstat & tertio. nam lex Galli a Velleia lege in hoc dis-
sidet. quod Gallus ponit casum, in quo filius moritur an auũ,
& nepos nascitur post mortem aui. Velleius autem casum in-
duxit, in quo filius ante mortem aui moritur, nepos nascitur
in vita eius, itaque in hoc differunt, quod nepos nascitur in vi-
ta in casu Vellei. in casu tamen Galli post mortem nascitur. igi-
tur in morte filij nihil differunt, immo est necesse in vtroque,
quòd filius viuo auo moriatur, & hoc exprimitur etiam in in-
terpretatione ipsius Sceuolę. ex quo manifeste arguitur, non
esse superfluum, & quod non sit admittẽda institutio ex Gal-
li dispositione, nisi de morte filij mentio fiat. Item quòd de se-
cunda mentione mortis non sit intelligendum probatur. nam
secundum istum casum necesse esset ita dicere, si filius meus
me viuo moriatur, tunc nepos qui ex eo post mortem meam
nascetẽ hęres esto. itaq; excluduntur illa verba, in decẽ mẽsibus
proximis quibus filius meus morietur. Sed dubito, quia ista
verba etiam si sint posita in ipsa institutione ad eandem decla
randã tamen ex hoc non mutatur aliquis casus. Sed noster. §.
sentit mutationem casus quod dupliciter probatur. Primo. dũ
dicit ibi, etiam si nõ exprimatur de morte filij, sed sim pliciter
instituat. ig tur institutio ista simplex habet aliam casus figura
tionem. itaq; vt illa aduersatiua, sed, simpliciter recte intelliga-
tur, necesse est, quod casus in institutionis verbis mutetur, sed
ista verba nihil mutant de institutione, igitur de his non intel-
ligitur mutatio. Præterea secundo ponderatur id verbum, vt
eo casu valeat qui ex verbis concipi possit. igitur secũdum ista
verba casus institutionis in verbis saltem habet mutationem.
Vnde necesse est intelligere text. quod etiam si non exprima-
tur, si filius meus viuo me moriatur, nihilominus per rationẽ
Galli valebit institutio eo casu quo ex verbis concipi possit. ve
5 infra in exemplis apparebit. † Ex quo sequitur, si recte intelli-
gatur text. noster quod Galli intentio nõ fuit principaliter pro
uidere, ne testamentum rumpatur probatur, quia cum valeat
institutio simpliciter facta de nepote etiam non adiecto casu
mortis, sequitur quod talis institutio valebit etiam si filius post
mortem moriatur. Sed in isto casu nepos non rũpit, ergo Gal-
lus ex sola ruptura non procedit. nec ob. text. in §. seq. quia fa-
teor, quod ita interpretatur, ne testamentum rumpatur. & qđ
à fortiori in isto casu valeat institutio, ne testamentum rum pa
tur. tamen Galli sententia vlteriorẽ etiam habet interpretatio
nem, vt valeat testamentũ etiã in casu quo non rũperetur quia
potest substitui simpliciter. facit quod tenet Bar. inf. in isto. §. 1.
col. ibi, sed aduertendũ. vbi dicit, quod ex isto. §. sequitur Gallũ
dedisse potestatẽ instituendi posthumos simpliciter. Idẽ tenet
Alex. in prin. §. huius. de quo inferius. Igitur si nepos simplici-
ter post mortem testatoris natus institui potest, etiam si filius
qui vt suus præcedit, post mortem aui moriatur, necessario se-
quitur, Gallum non esse restrictum ad illam rationem, vt testa
mentum rumpatur. quæ quãuis sit ratio impulsiua, mouens
Gallum ne inique testamenta rumperẽtur finalis tamen sentẽ
tia & ratio erat iustitia vniuersalis. ex qua cuilibet posthumo.
vel hæreditas vel legatum relinqui poterat. vt. l. pe. de lega. 1. &
facit ratio text. in l. cum acutissimi. C. de fidei. Habes igitur ex
text. nostro sic nouiter enucleato, quod ratio finalis legis Gal-
li non est, ne testamentum rumpatur. Item habes verum intel
lectum ad tex. nostrum quod generaliter possit substitui post-
humus nepos. Tertium habes, quod ex sententia Galli etiam
admittitur casus, quo filius viuo auo moriatur. quia etiam sine
eo quod fiat mentio de morte filij, valet substitutio. quæ om-
nia quamuis a doctrinis aliorum dissentiant certa ratione ciuili.
Responde ad illa tria argumẽta. & ad primum [illegible] est,
cum negauerim rationem. non ob. §. idem credendum. vbi sit
mentio ab eodem Sceuola de morte filij. nam fateor, quod in
hoc non fuerit superfluus ipse Gallus. quod ille text. clare pro-
bat. sed dicendum est, quod Gallus intendit præstare generalẽ
potestatem nepotes posthumos instituendi. ad quod optime
facit. l. pe. de leg. 1. & l. quidam relegati. in fi. de reb. dub. tamen
sub ista generali intentione sunt plures, qui secundum testato
ris expressionem & voluntatem obseruantur qui ponuntur in
tota ista lege, & ita in §. idem credendum. Sed vt dixi, nihil est
superfluum. tertio argu. eodem modo respondetur. Oppo. ter
tio contra tex. nostrum quod eandem superfluitatem incurrat
Sceuola. quia secundũ ipsum etiã si non deberet fieri mentio
de morte filij, eodem mõ nec dẽret fieri de morte ipsius aui.
Vnde secundũ hoc sunt refutandi duo casus primi positi a gl.
in quibus fit mentio de morte aui. Respondent Mod. Papien.
quod ideo fit mentio de morte filij, quia Gallus tantum disp ẽ
sat de posthumis natis post mortem aui. vt declarat Barto. in §.
ille casus. in princip. & patet in §. nunc de lege. & in §. ille casus
& ob hoc ponderant prædicti Mod. verbum, etiã si non expri-
mat de morte filij. itaque verbum, etiam, implicat. & sic vno
cõcesso depositis, alterũ tolli posse negant. vt in c. nonne. Hęc
sunt

sunt verba Mode. In quibus duo noto. Primũ reprobatio omnium casuum glo. & doct. qui ponũtur in tex. nostro. in quibus non instituitur post mortem aui, qa nec intentio Galli, nec Scevolæ est, confirmare talem institutionem secundum ipsos, quod tamen est falsum, vt superius exposui. Secundo video, quod verbum, etiam, male interpretatur ab ipso, quia verbum etiam implicat, prout declaratur a clausula sequenti, scilicet, quòd valeat institutio, etiam si nõ exprimat de morte filii, sed simpliciter fiat, igitur verbum, etiam, implicat ad expressionem factam per Gallum de morte filii, quæ non est substantialis ad eius intentionem. Sed simpliciter poterit valere institutio sine expressione. Primo secundum communem intellectum gloss. & [illegible] & doct. notantur ex tex. quod etiam Iureconsultus reprehenditur de superfluitate. facit l. si. in [illegible] refutatoriis. C. de app. & c. verũ dicebat glo. in l. 1. quod modernis [illegible] breuitate modernitas etiam literam necessariam non prætermittat. Arist. idem vt dixi [illegible] Pol. quod vetusta pleraque [illegible] ra sunt noua. Quippe ego credo, quod vere hoc dici possit quo ad Iureconsultos, & quo ad Modernos tẽpestatis [illegible] labes quædam inuasit his nostris tẽporibus, vt si superflua enumerare velimus, superent numero necessaria. Sed aliter dicẽdum esset. nam enim philosophia ipsa natura constat, & rõne vnica & cõstanti docenda est exemplo Iurisconsultorum, qui veritatem iustitiæ paucis ostendunt. nos vero hoc eodem nostri tẽporis morbo laborantes, secundum superflua referimus, vt superflua & forte iniusta refellamus. Nam non solũ verũ dicere oportet, sed ostẽdere causam falsi. vt Arist. 1. Eth. Quãque felicia quietaque tempora mihi Christus dabit quo Iureconsultorum disciplinam & docendi [illegible] qui potero.

6 † Vt igiĩ ad tex. verba [illegible] nõ reprehendendũ de superfluitate [illegible] reprehendendũ. Nam in l. [illegible] de iust. C. confirmando. §. Sed cũ sit necessarium dr̃ eodem modo superflua esse a nõ iure sublata, prout si [illegible] contrarium idẽ in l. 1. C. de emen. Iust. cod. ver. supradictis itaque & [illegible] versic. iubemus igitur & in l. [illegible] princip. C. de vete. iu. enucl. [illegible] igiĩ est, Iurisconsultũ non reprehendendũ, nec iure reprehendi posse de superfluitate. nec obstant alleg. maxime a Mod. ex quibus dicunt, quod reprehẽdi pñt l. si. C. de app. §. in refutatoriis. & l. 1. C. de præ. [illegible] offe. [illegible] in priuatis personis, ne superflua loquantur. & [illegible] [illegible] dandu de pac. dicit potius non posse reprehend. de superfluitate [illegible] [illegible] pulchre [illegible] prin. §. [illegible] in eadem lege. Fateor [illegible] forsan oñõ inueniri [illegible] superfluum [illegible] non dicit impossibile imperator. cũ [illegible] fecisse, sm qd [illegible] non [illegible] est [illegible] superfluum [illegible] quod tex. [illegible] est cũ de superfluitate [illegible] etiam [illegible] tentu Galli [illegible] ad [illegible] sed tantum [illegible] valebit, quæ potuit institui [illegible] superflue est interpretatum [illegible]

7 [illegible] notabile, [illegible] expressione [illegible] & verificatur institutio [illegible] verbis concipi posset. Sed [illegible] ad expressionem morte [illegible] de morte filii, [illegible]

8 [illegible] ex verbis concipi posset. † Tertio [illegible] quod actus in dubio præsumitur [illegible] [illegible] Barto. in [illegible] condictio in prin. [illegible] &c. Aduerte, quod bona ista notabilia [illegible] quod institutio simpliciter facta de posthumo verificatur in eo casu Galli, [illegible] filius viuo auo moritur, & nepos post mortem aui nascitur, & hoc est, quod [illegible] in isto. §. [illegible] non exprimatur, sed simpliciter substituatur [illegible] nepotes in casu Galli. [illegible] hoc notab. [illegible] ctus excludit [illegible] ex qua [illegible] Galli. [illegible] iste notabile [illegible] quod admittunt institutionem, etiam si non fiat mentio de morte filii, sed simpliciter instituatur sine tali mentione, vt [illegible] iureconsulti, quod posthumi possunt institui simpliciter, etiam non expressa morte filij. [illegible] ergo talis institutio non est stricta ad casum mortis filii, imò ab ea discedit vt amplior, cũ simpliciter valeat eo casu qui ex verbis institutionis cõcipi posset. ita debes intelligere tex. nostrum. nam ista verba, qui ex verbis concipi posset, non referũtur ad verba Galli, sed ad verba institutionis, vt multis placet, & quia a Galli verbis discedunt iureconsulti mẽtem sequunt. Item ex alio argumento pungi potest hoc notabile. dũ notat. quod actus præsumitur fieri secundum quod conuenit, &c. Nam hic actus habet effectum non ex præsumptione, sed ex conceptione verborum. fateor tñ quod in pluribus ex præsumpta intentione Galli proceditur vt in §. sequen. Sed de hoc non loquimur, sed de instituente. Gloss. 1. communem interpretationem approbat in verbo, Quidam. cum notet primum errorem. Sed nos in primo verbo, eius notamus errorem potius ipsius & communem. quod etiam ex intellectibus gloss. & doct. satis clare patet, vt inf. Glos. 2. in verbo, credunt. intelligit huius. §. casum, quòd etiã simpliciter facta substitutio nepotis posthumi verificatur in casu Galli. quod latius declarãt doct. cum viuo auo morit filius, & nepos nascitur post mortem aui.

9 † Sic argue, si substitutio simpliciter de nepote posthumo referri debet ad casum Galli tantum, ergo Gallus non potest dici superfluus, immo magis succinctus & limitatus, quam interpretes. Item Gallus non habuit intentionem secundũ hoc dare potestatem omnem posthumum nepotem instituendi, sed in eo casu in quo post mortem suã suus nasceretur. At si simpliciter loqueretur, etiam posthumus qui nõ nasceretur suus, institui poterat, vt etiam fatetur glo. sm vno intellectu, & ibi dicam. Sed hoc noluit Gallus secundum istam glos. sed tantum prouidere, ne suus rumperet. igitur recte loquitur ipse Gallus si filius meus viuo me moriatur. & male interpretantur iurecõsulti, quod etiam si de morte non caueatur, valet institutio. cũ id sit necessarium suæ intentioni. Itaque magna sunt glossarũ inuolucra. Glos. 3. quam late diuidunt Moder. ponit in prima parte plures casus text. quorum primus est, si quis ita dicat, si qs mihi nepos post mortem meam natus erit, hæres esto. & cum

10 dicit tex. instituit, exponendum est, substituit. † Ex ista glo. primo notant id quod sup. tam Bald. quam Imol. & Alexand. & Areti. quod dicitur simpliciter actum, etiam si conditio insit ex natura actus. Illud notabile confirmatur ex tex. in l. qui liberis in verbo, pure. infra de vulg. & pup. quem tex. ita ibi no. Ar. & Imol. & Alexand. hic. & ibi. & Bald. in l. 1. in princ. C. de edil.

11 act. confirmatur hoc, † quia expressio eorum quæ tacite insunt non faciunt actum conditionalem l. non recte. C. de fideiu. l. 3. de leg. 1. Sed Aret. simpliciter verbo sibi contrarius, dicit Bald. errare in l. prima in princi. 4. colum. inf. de vulg. & pup. per illũ tex. §. nihil vltra. Mode. Tamen. inducunt etiam tex. nostrum contra regulam. nam etiam si conditio mortis filij intelligitur tacite in institutione facta secundum consilium Galli, tamen si fiat cũ tali conditione, non dr̃ simpliciter facta, per text. nostrum. Item facit dictum Bald. in c. quia propter de elect. 1. col. vbi stante eodem statuto, quòd positionibus sit simpliciter respondendũ, potest responderi expressa conditione, quæ tacite inest &c. Hæc sunt prædictorum verba. Videamus an intellectus sit bonus, ex quo colligemus veritatem illationum. & ego dubito de intellectu. & præsuppono, quod dicit iureconsultus in l. in ambiguo. de reb. dub. quod ex intẽtione proferẽtis vnus est sensus nõ plures. igitur dũ vnũ & diuersum probamus, reliquũ negamus. est itaque intellectus huius glo. quod cũ non fit mẽtio de morte filij, sed simpliciter nepos instituiĩ his verbis, si quis mihi nepos post mortem meã nascetur, hęres esto, tunc ista institutio erit verificanda in casu Galli. scilicet, quando ipse filius in vita aui moritur. Iste quidem intellectus differt ab expositione cõmuni, quia si illa institutio generaliter facta, quæ comprehendit etiam substitutionem, eo casu, quo post mortẽ aui moritur filius restringitur ad casum Galli, igitur Gallus in hoc casu non fuit superfluus. imò verba simplicia generalia ad eius casum specificũ referuntur, & per verba sua interpretantur. Item ille intellectus credo quod peccat, quia illa verba posita, vt eo casu valeat qui ex verbis concipi posset, non diriguntur ad verba Galli, vt glo. super. or. & doct. male interpretanĩ, sed hoc intendit tex. quod etiam substitutio facta non habita mentione de morte filij, valet eo casu, q ex verbis substitutionis concipi posset, hoc est quod dicit. In omni ergo casu verificatur substitutio, quæ ex verbis concipi poterat. Itaq; etiam si filius moriatur post mortem aui, & si nepos rumpere non poterat, qa non nascitur suus, nihilominus poterat institui, & verificatur institutio. & hæc est pulcher casus. qd ita probaĩ. Gallus enim sic posse institui posthumos nepotes induxit, si filius meus viuo me moriatur &c. Itaq; in princ. huius legis ponitur institutionis modus & inductio ipsius Galli. postea in §. nostro subsequitur quod etiam si non fiat mentio de morte filij. sed simpliciter instituatur, valebit instĩõ eo casu qui possit cõcipi ex verbis institutionis. Idcirco dicẽdũ est, quod prout Gallus induxit casum illum ita quidam casum admittunt simpliciter sine morte filij. Igitur secũdũ hoc simpliciter põt, ergo simpliciter verificaĩ. nec illa dispositio simplex est referẽda ad casum Galli. cũ tex. noster velit ampliare vel interpretari potest [illegible] ex intentione tñ Galli. Item

quod

quòd sit verum, quòd talia verba posita in tex. nostro non refe
rantur ad casum Galli, probatur tam ex continuatione, quam
ex §.seq. qui incipit, idem credendum est Gallum existimasse
de pronepote, quod de nepote dixit, itaque si concipiatur sub-
stitutio de pronepote, valebit. Igitur casus noster non est tan-
tum verificandus in casu expresso Galli, sed ex illo simpliciter
inferendus, cum nec in §.seq. referatur ad casum Galli, sed ad
alium ex interpretatione, & sic idem est iuris motus. Item hoc
probatur in versic. sed & si viuo filio, & in vers. num & si filius,
vbi casus diuersi eodem motiuo ponuntur, & non referuntur
nec stringuntur ad casum Galli. item id cōsidera quòd Gallus
inducit & admittit casum vnum, & in nostro. §. dicebant Iure-
consulti, quòd ex eius interpretatione debebat admitti institu-
tio, etiam non facta mentione mortis filij, & de admissione ca-
suū nullum verbum vsque ad ver. num & si filius, vbi ponitur
casus, quòd si filius & nepos viuat potest cōcipere vtrisq; mor-
tuis, & subiungit, quod similiter admittendum est. Ecce igitur
quòd ad similitudinem casus nostri admittitur ille. Sed ille ve-
rificatur vltra casum Galli, ergo & noster. item ille non refer-
tur ad casum Galli, igitur nec noster habet necessitatem se re-
ferendi tantum ad casum Galli. Et profecto ex illo ver. sic col-
liges iuncto nostro text. quòd illa verba, eo casu qui ex verbis
concipi possit, debent referri ad conceptionem institutionis,
non ad Galli casum, prout ibi, concipere vtrisque mortuis, ꝙ
similiter admittendum esse dicit &c. Item ex ista contextura
etiam id notabis, ꝙ tex. noster habet rationem ex casu Galli, &
ex eius interpretatione sumitur. quod probatur in illis verbis,
quod similiter admittendum est. iuncto text. nostro. nā ille ca-
sus ex intentione interpretata sumitur, vt patet in princ. illius.
12 §. ibi, idem credēdum est Gallum existimasse, &c. † Et ex hoc,
vt etiam alias dixi. probatur simplicem intētionem Galli fuis-
se, dare licentiam vt nepos posset institui, siue rumpat, siue nō
rumpat, quod ex fundamento quod subdo satis constat. Nam
ista nostra superior interpretatio recte probatur ex hoc, ꝙ cæ-
teri iureconsulti ita interpretantur, vt fuit Pau. in l. pe. de leg. 1.
vbi dicit posthumis alienis & legari & fideicōmitti posse, quia
obtinuit sententia Galli, vt his legari possit. Ecce quod ipse iu-
dicat vniuersalem potentiam, nō habita ratione, siue rumpat,
vel non rumpat. quòd patet in eo quòd simpliciter intelligat
Gallum. item in eo quòd in legatis & fideicōmissis intelligit,
quia ex huius prouisione non desinit testamētum rumpi. l. ita
tamen. §. qui rogatus. ad Treb. Alex. in l. inter cæteros. inf. eod.
nec illa legata & fideicommissa sunt expressa in casu Galli, nec
debentur eo tantum casu, quo filius ante auum moritur. idem
l. quidam relegatus. cum l. seq. de reb. dub. Ridicula igitur erit
interpretatio & gl. & doct. tam Bar. quam cæterorum referen-
tium institutionem simplicem posthumi ad casum Galli ex-
pressum, scilicet vt verificetur tantum in casu, quo viuo auo fi-
lius moritur. Itē ex hoc colligitur, quòd ratio finalis Galli non
sit tantum prouidere rupturæ testamēti. Item etiam colligitur
quòd nepos natus etiam ante mortem potest institui iure Gal-
li, scilicet intētione. Cogita. Patet igitur quòd ex non vero in-
tellectu non potest conflari recte, ꝙ quando aliquid est condi-
tionale sui natura, dicitur simpliciter fieri, hoc quippe text. no-
ster non probat. nec probat tex. in l. qui liberis. in verbo, pure.
vbi dicitur aliquas substitutiones pure concipi. Nā omnes sub-
stitutiones habent conditionem tacitam. Sed responde, & mi-
ror, quòd tale arg. ab illo tex. sumant ibi & hic, cum ille tex. lo-
quatur respectu alterius conditionis. Nam actui de se condi-
tionali potest submitti alia conditio. finge ꝙ pro dote Felicis ti
bi centum promitto, si nauis ex Asia venerit, quippe ista obli-
gatio habet duas conditiones, vnam tacitam, si matrimonium
contraxerit, vt l. licet. de iur. dot. & in l. item quia in princ. de iu-
rem. aliam expressam. f. si nauis ex Asia venerit. Finge rursus,
ꝙ eandem promissionem fecerim de dando tibi centum pro do
te Felicis, profecto ista secunda promissio erit simplex & pura
respectu primæ promissionis, in qua subest expressa conditio.
& ita loquitur tex. in l. qui liberis. & hanc interpretationem te
net gl. ibi, pure. igitur potest dici fieri respectu & cōparatio-
ne alterius actus, qui habet expressam & tacitam conditionē.
pura certe est comparatione conditionis expressę, sed non est
actus de se purus immo cōditionalis, vt etiam probatur in eo.
cap. quia propter. de elect. ex quo id notabat Bald. Sed de con-
clusione non disputo eodem modo intelligitur. l. 1. inf. de vul.
& pupil. §. 1. vb. substitutio quæ est conditionalis institutio, dr
simplex respectu & cōparatione simplicis institutionis. Itē ar.
Mod. est imprudens. nam dicunt quod etiam si tacite intelliga
tur institutio nepotis facta sm consilium in casu quo filius mo
ritur, tñ si expresse ita fiat, non censetur facta simpliciter. Nam
ex argumento eorum cōcluditur ꝙ expressio eorū quæ insunt
faciunt actū conditionalē, non tñ concluditur. ꝙ si tacita con-
ditio non exprimatur, actus non possit dici simplex & purus
prout doct. argumentantur. Et ꝙ arg. eorum peccet, satis con-
stat. quia conclusio est falsa, cum ipsi allegēt regulā in contra-

rium. quod expressio eorū quæ tacite insunt, non facit actum
conditionalē. de qua non est nunc differendum. Sed ... quod
nec vnum nec aliud probat tex. noster. quia hic simpliciter ver
bum non opponitur condōni. sed tm̄ expressioni. Et nihil inest
tacite, sed ex conceptione verborum. simile in l. diem protes-
te. §. fi. de ar. Nota igit ex superiori declarato intellectu, quod
Gallus dedit potestatem instituendi posthumos & ista fuit in-
tentio principalis. Ista igitur potentia non est stricta ad casum
Galli. quod ita est interpretatum per Sceuolā & quosdā alios
in §. nostro. & in d. l. penul. inf. de lega. 1. & hoc fateri videtur ip
se Barto. in primo intellectu hic. ibi, sed aduertendū. & si male
ex hoc concludat. cum semper affirmet, quod Gallus reprehē
ditur de superfluitate. Item id fatetur Alex. hic in prin. huius.
§. ex quo clare sequit̄, quod eorū intellectus primus est vanus,
cum necessario institutionem simpliciter factam velint refer-
re non ad mentionē Galli, sed ad verba institutionis per eū po-
sita. item, ex hoc confirmantur ea quæ dixi in prin. legis nostrę
13 de eius interpretatione. † Item ex tex. nostro subtiliter noto, ꝙ
posthumorum institutio antiquo iure non valebat ex eo quod
non erat comprobata a iure ciuili. itaque erat præter leges ciui
les. sed hodie per Gallum & alios fuit admissa. ita potest nota-
ri in verbo, quidam admittendum credūt. idem notari potest
ex. §. idem credendum. infr. eo. & ita intellige. §. ille casus. ver.
porro. quod improbe doc. intelligunt, vt sæpe vidimus in ista
materia. Ex superiori vero intellectu infero ad primum intelle
ctum, quem ponit gl. fi. in quo verificatur text. noster. f. si dica
tur filium & nepotem qui ex eo post mortem meam nascetur
hæredes instituo. itaque siue viuo auo filius moriatur, erit substi
tutus nepos, vt omnes in hoc concordamus, siue etiā mortuo
eo filius ipse moriatur & si in hoc discordemus. Sed dubitatio
est, an illo casu vtrūque in eodem gradu instituisse videatur.
de quo. inf. Item iste casus differt a primo. quia simul vno ver-
bo, coniuncti sint instituti. ex quo nota, quod verbum instituo
accipitur pro substitutione. adeo quod idem verbum in eadē
oratione secundum materiam aptam quandoque significat
substitutionem, quandoque significat institutionem. Itē nec
ex his est tenendus tertius intellectus, vt doc. tenent, & si vt lo-
nat, sit verus. nam si dicat testator, si filius hæres non erit, nepo
tem, qui ex eo nascetur, substituo, in ista substitutione cōpre-
henditur substitutio nepotis etiam in vita testatoris nati, item
& post mortem testatoris, vel etiam patre post mortē aui mor
tuo nati, & in rei veritate talis institutio etiam de iure digesto-
rum simpliciter valebat. quia eodē iure & ex intētione Galli
posthumos nepotes instituere licebat, & in quēcunq; casum
datur licentia, vt in §. nostro, quod est ante me inauditum, &
tamen forsan verum. Vnde non distinguit per doc. vt per Bar.
sup. in prin. & per Alex. hic, quod talis institutio iure fforū tan-
tum verificatur in casu Galli. secus iure. C. nam eo iure posthu
mos in quēcunque casum instituere licet vt in §. posthumo. in
sti. de lega. & dic circa posthumorum institutionē nihil est ad-
ditum a iure. C. vt sup. vide per text. nostrum & similes. ex quo
datur verior sensus ad dictum. § posthumo. & ad principium
insti. de bono. possess. & ad l. penul. de legat. 1. & ad l. quidam re
legatus. Ex hac tamen lectu. not. Barto quod substitutio habet
locum instituto decedente in vita testatoris. ex quo notari po-
test, satis confirmari id quod recte intellexi. sup. in fin. prin. hu
ius legis quod in casu quo nepos posthumus substituebatur,
non efficiatur testamentum caducum per mortem heredis in
stituti decedētis etiam in vita testatoris. quod omnes isti intel
lectus præsupponūt, cum ponant institutionem, nec in ea aliū
hæredem instituant nisi filium & nepotem, vnde sibi vane in-
uoluitur tex. ille & etiam alte, vide ibi. Quartus intellectus est,
14 filium instituo & nepotem substituo. † vnde nostro intellectu
infert Bar. quòd per ista verba filium instituo, & talem substi-
tuo, fit etiam vulgaris substitutio. probatur, quia talis substitu-
tio refertur ad casum Galli. f. si filius moritur ante testatorē.
Sed hic est casus vulgaris substitutionis, igitur talis erit vulga-
ris, quod late tenet Barto. in l. Centurio. vlt char. ver. Oppono
ad prædicta. & l. Lucius. de vulga. & pupill. & allega. Alexand.
tex. meliorem de iure. l. nam hoc iure. eod. tit. quem etiam ci-
tat Bar. Sed Bal. dicit in l. humanitatis. antepen. col. ver. Secun-
do quæritur. C. de impu. & alijs substi. quòd talis substitutio fa
cta per hæc verba, substituo talem, non solum comprehendat
directam vulgarem. sed etiam fideicommissariam. arg. l. gene-
raliter. §. cum autem. iuncta glo. in verbo, substitui. de institut.
& substit. sub condi. factis. Secundo mouetur ex lata interpre-
tatione testamentorum. l. in testamentis. de regulis iuris. Licet
Bald. opinio ab Alexan. non teneatur. immo dicat contra eum
esse tex. in dicta l. nam hoc iure. notandum quòd æqua videtur
opinio ipsius Bal. qua enim ratione in pupillari interpretantur
vulgarem & econuerso, eadem & fortiori videtur in tali substi
tutione quæ generalis est, comprehendi fideicommissariam,
ꝙ illa tacita est, & hæc est expressa, nam verbum, substituo, ita
est aptum ad directam substitutionem prout est fideicommis-
sariam,

ſariã, quia verum eſt vtranq; eſſe ſubſtitutionem. ita tenet glo. inſti. de pu. ſubſt. §. extraneo. in verbo, fideicommiſſum. & glo. in l. præcibus. poſt med. glo. magnę. C. de impub. & aliis ſubſti. & probatur ex dicta l. generaliter. §. fin. vbi verbum, ſubſtituo, ad fideicommiſſariam refertur. Hoc idem probatur ſecundũ Ange. & Imol. ex dicta l. nam hoc iure. vbi verbum, ſubſtituo, appellatur verbum commune. de qua lege nõ curo, quia id nõ probat. Sed Bald. Angel. & Imol. & Alexand. ibi tenent, quod non poteſt negari, hoc verbum, ita comprehendere directam, prout fideicommiſſariam. quia verbum eſt generale. & cum ſit generale, ſicut comprehendit vulgarem, ita fideicommiſſariam. quia quo ad ſignificationem vtriq; adaptatur. Vnde colliges, quòd talis interpretatio non eſt extenſiua, nec lata, ſed propria & expreſſa. vt no. in l. Lucius de vulg. & pup. & in l. teſtamento. C. de milit. teſta. & glo. in l. præcibus. in gloſ. fi. Bart. in l. nam hoc iure, & in l. 1. 2. colum. eo. titu. Cum igitur ſit ex-
15 preſſa ſignificatione verbi, neceſſario venit cõcedenda. † Nam obſtat text. in l. nam hoc iure. quia dum dicit de vulgari tãtum eſſe intelligẽdum, voluit excludere pupillarem, non autem fideicommiſſariam, patet, quia in principio præſupponit, quòd duobus impuberibus fuerit facta talis ſubſtitutio breuiloqua, vos inuicem ſubſtituto, & dubitatur, an vna ſit ſubſtitutio, quę pupillaris ſit, an tam pupillaris & vulgaris, an vero ſola vulgaris. & reſpondetur, & pupillarem, & vulgarem contineri. Sed dubitatur, quid ſi vnus tantum ſit pubes, alter impubes. Reſpõdetur, tunc vulgarem tantum ſubeſſe. itaque illa dictio, tãtum pupillarem excludit & non fideicommiſſariam, niſi excluſa pupillari, videatur excluſa fideicõmiſſaria. Item quòd ille text. nõ habet locum in caſu noſtro, patet, quia ea ratione ibi pupillaris non ſubeſt, ne ſit impar ſubſtitutio, cũ alius ſit pubes alius impubes & ideo exponit iureconſultus, quod niſi expreſſe caueatur in teſtamento, non præſumitur imparitas. At in caſu noſtro ceſſat illud impedimentum, igitur non impeditur fideicõmiſſaria præſumptio. Item argumento manifeſto refelles inductionem text. illius. quia ſi ille text. eſſet inducendus ad conſequentiam, ſequeretur quòd in breuiloqua non comprehenderetur pupillaris, quod eſt contra cum text. in fine, vbi ſi fiat paribus, vel ſeparatim fiat etiam diſparibus perſonis non intelligitur tantum vulgaris, ſed etiam pupillaris. itaque do. Alexan. qui dicit illi tex. non eſſe reſponſum, & Barto. qui illum tex. allegauit in dicta. l. centurio. aliud fundamentum vrgentius deducere debuiſſent. Item cum adducunt textum noſtrum ſecũdum iſtum intellectum, nec recte deducunt, nec Bald. & Alex. nec Moder. Ticinenſes qui credunt reſpondere, vere reſpondent. dicunt ipſi, quòd text. noſter non recte facit. quia hic eſt neceſſe, quod intelligamus caſum iſtum, vt tantum verificetur in caſu Galli ſcilicet, cum ante teſtatorem hæres moritur, cum in alio caſu non liceat ſubſtituere poſthumum. igitur in caſu iſto non poteſt intelligi nec fideicõmiſſaria, nec etiam directa ſubſtitutio, ſi poſt mortem teſtatoris filius non ſit hæres. Quippe eos errare ſatis viſum eſt. quia in noſtro caſu etiam ſi filius moriatur poſt teſtatorem, nepos poſthumus inſtitui poteſt quandoque. igitur falſa eorum ſolutio. Item falſa etiam concluſio, quam omnes fatentur, quòd ex lege Galli nõ poſſit fideicommitti poſthumo. quia contra eos aliter interpretatur Iureconſultus in d. l. penult. de lega. 1 & in l. quidam relegatus. de rebus dub. vbi expreſſe dicitur Gallum induxiſſe, vt his legari & fidei
16 committi poſſit. † Vnde ex ſententia Bald. contra eundem teneo, quod etiã inſtitutione facta filijs & poſthumo ſcilicet, inſtituo filium, & nepotem poſthumum ſubſtituo, comprehendet tam vulgarem quam etiam fideicommiſſariam, & ex licẽtia Galli. Ad quod vltimo eundem Gallum induco. qui loquitur in inſtitutione. & verificari poteſt ex interpretatione iuriſconſultorum in quo filium inſtituo nepotem ſubſtituo, vt in tex. noſtro. Item eadem interpretatione intelligitur fideicommitti poſſe. vt in dicta l. pen. igitur noſtra inſtitutio habebit in ſe fideicommiſſariam attenta equitate & voluntate teſtatoris. Item non minus errant Moder. Papienſes multo tortius, oſtendẽdo quod iſte tex. nihil faciat. nam Gallus prouidet hac ratione, ne teſtamentum rumpatur, vt patet, in §. idem credendum. ſed ſi relinqueret per fideicommiſſum, nihilominus rũperet. l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Trebell. quia eſt præteritus. igitur non poteſt intelligi, quod relinquerit per fideicommiſſum. Attende quod inepte argumentantur. nam nos diſputamus, an poſſit relinqui per fideicommiſſum, maxime quòd poteſt. vt dixi, ſed an talis ſubſtitutio breuis comprehendit vulgarem cum vtraque comprehẽdi poſſit. maxime quod in iſto caſu dum verificatur fideicommiſſaria, non poteſt rumpere, nec eſt præteritus. nam ſi ſemel adiuit pater, vel etiam ſi viuebat tempore mortis aui. nepos non rumpit vt præteritus, cum non ſit ſuus auo. vt in §. ſui inſtitut. de hæred. qua. & diffe. Item ſi argumentatur a ratione, ea non eſt finalis, ergo nec dictum neceſſarium, vt dixi. Quintus intellectus eſt, quod ita concipiatur, filium & nepotem ex eo inſtituo. Bartol. aut quod literæ ſunt mendoſę, aut quia ipſe ſic intellexit, ita ponit caſum filium & ex eo nepotem ſubſtituo. Nam ſecundum ipſum nepos videtur inſtitutus in caſu Galli ſcilicet, dum filius eſt mor-
17 tuus ante auum. † vnde ipſe notat, quod ſubſtitutio facta de filio & nepote intelligitur ordine ſucceſſiuo. & ita colligitur ex gloſſ. de inſtitutione, vbi omnino eadem videtur ratio. Contra hoc opponit Bartol. nam de natura copulę eſt. vt ſimul omnes vocentur, vt in leg. prima. §. ſi quis ita. C. de cadu. tol. & l. ſi duobus. de leg. ſecundo. Reſpondet Bartolus, quod conuertitur in diſiunctiuam, quod efficit neceſſitas, ex quo ſic tenebatur teſtator facere, ne teſtamentum rumpatur. vel hoc efficit ordinata charitas. Ita dicit Bartol. quem cæteri in hoc ſequuntur. conſidera tamen, quod & ſi intellectus iſte ita tradatur a doctoribus, tamen in eo poteſt haberi melior interpretatio ſine expoſitione & alternatione naturæ. nam ſi dico, filium & ex eo nepotem inſtituo, ſentiens de poſthumo, vt loquitur gloſſ. ordo inſtitutionis ex verbis colligitur. Inſtitui enim filiũ & ex eo nepotem. Itaque etiam ſi copulatiua ponatur, ponitur ordine ſucceſſionis. Primum enim inſtitui filium, & ex eo filio inſtitui nepotem. non igitur ſimul in eodem gradu. idem eſt cum dico, filium & ex eo nepotem ſubſtituo. Hic enim expreſſa eſt ſubſtitutio nepotis. at filij eſſe non poteſt, quia filius non habet cui ſubſtituatur. Et ideo crederem iſto ordine intelligendum hunc caſum. ad quod optime facit ratio Papiani in l. cum pater. §. penultim. de lega. ſecundo. vbi ex ſermonis cõceptione & ex affectione naturali ſatis colligit ordo ſucceſſionis. Sic igitur, & in noſtro caſu. at quod coniunctiua ſimul vocet. fateor, niſi ordo eos coniungat in ſucceſſione, & non in eodem ſucceſsionis gradu, vt hic vides. ad dicendum autem quod coniunctiua reſoluatur in diſiunctiuam, nulla in hoc neceſsitate coguntur, ergo non eſt dicendum. l. non aliter. de legat. 3. Item ſi vt Bartol. ſcribit, filium & ex eo nepotem ſubſtituo, verbum, ſubſtituo, facit gradum inferiorem, vt patet, quia eſt ſecunda inſtitutio. & ita tenent Paulus de Caſtro, in fin. prima columna. igitur male argumentatur Bartol. ex copulatiua ſimul eodem gradu eſſe inſtitutos. Sed vt credo literæ ſunt mendoſę, quia vbi legitur ſubſtituo, legendum eſſet inſtituo. Quod autem dicitur per omnes, quod hoc facit neceſsitas, ne teſtamentum rumpatur, hanc neceſsitatẽ ego non ſentio. immo ſi ex hac cauſa debent ex ordine cenſeri inſtituti, ego dicerem eos ſimul inſtitutos. nam ſi ſemel, & ſimul ſunt inſtituti. non poteſt poſthumus rumpere. ratio eſt, quia inſtitutus eſt. igitur & ſi venerit in primum locum ſui, reperiet ſe inſtitutum, & non rumpet. Itaque ratio Bartol. & eius ſolutio, ex hoc conſiſtere non poteſt. Sed ſi dicas, quod filium teneatur inſtituere, quia ſuus eſt. reſpondeo, quòd ita eum inſtituit, prout tenetur. ſed nõ tenetur filium ſuum in omnibus bonis inſtituere, vt in §. in omnibus. inf. eod. ſed in parte aliqua. ſed verum eſt in parte aliqua inſtitutum, cum ſimul cum nepote inſtituatur. igitur omnia conſonant. De hoc etiam latius in inferiore quæſtione. Cogita tamen, quod ſi ad caſum Galli referatur prout gloſſ. & doctor. intelligunt, tunc neceſſe eſt quod filius ſit primo hæres, quam poſthumus. quia poſthumus poſt mortem naſcendus inſtituitur. Dic quod eſt primus ordine non inſtitutione. nam ſi eueniat, quod filius non moriatur, & nepos naſcatur, tunc erunt hæredes, & pater & filius ſimul. nec obſtat quod paſsim in hoc docent docto. quod tempore Galli poſthumus inſtitui non poterat niſi in caſu & cæt. nam hoc eſt confutum ſupra per text. noſtrum. & per l. penultim. de legat. primo. Rurſus cum Bartol. dicat, quod ordinata charitas facit vt filius primo gradu, nepos poſthumus ſecũdo cenſeatur inſtitutus, videtur quod in caſu iſto non habeat locũ ordo charitatis, quia nepos qui nondum eſt, charus haberi nõ poteſt. vt not. in l. ſi quis filiabus de legat. 1. Sed poteſt reſponderi charum filium, & ob id præponendum in gradu. Sed ex hoc ſequeretur, quod ſi filium & Titium extraneum inſtituo, Titius erit ſubſtitutus, quod eſt abſurdum leg. prima. §. ſi quis
18 ita ſupra alleg. cogita. † Ex his inferas, quòd non recte concludit Paul. de Caſtro in 3. colum. h. c. qui ex concluſione gloſſæ, & Bartol. infert, quod verbum, inſtituo, relatum ad filium, denotat inſtitutionem. relatum vero ad nepotem, denotat ſubſtitutionem. & ſic vnico verbo poteſt fieri inſtitutio, & ſubſtitutio. Dicas quòd ſi dicitur, filium & ex eo nepotem poſthumum inſtituto. in iſto caſu verbum, inſtituto, duplicem habet inſtitutionem, & harum vna eſt ſubſtitutio. quia ex vno inſtituit aliũ. & ſubſtitutio eſt inſtitutio, vt in l. noſtra. nec hoc operatur neceſſitas præciſa, nec cauſatiua, vt ipſe credit, nec ordo charitatis quod ex eo conſtat, quia ſi filium & nepotem inſtituo, vterque erit inſtitutus. quia verum eſt, quod vtrunque inſtituo. l. prima §. his ita. de cadu. tollen. nec impedimenta ſuperiora obſtant, quin hæc diſpoſitio remaneat in ſuo vigore. Item cum Paul. de Caſt. dicit, quod hic erat alia neceſſitas, quia ſi pater nolebat teſtamẽtum rumpi, debebat eum ſubſtituere per prius, & non per poſterius. Dic nullam eſſe neceſſitatem per prius inſtituendi,

ftituendi, quia fimul poteft inftituere filium & pofthumum
fuum fibi futurum, nam fi penitus extraneum inftituere po-
teft, dum filium fuum pro parte legitima inftituat, vt in §. in
omnibus, infra eodem, eadem igitur n ratioe nepotem etiam
pofthumum inftituere poterit, quia non ex hoc in fucceffibi-
lis, quia fit nepos teftatoris vel pofthumus, vt fupra, nec quia
pater eum præcedit, nam præcedit vt fuus, non tamen vt infti-
tutus. Verum Pau. de Caftr. fofan hanc neceffitatem, quod pa
ter inftituatur prius refert ad cafum Galli. Refpondeo, φ non
refert. quia ipfe dicit aliam neceffitatem præcifam in cafu Gal
li, ergo ifta non eft illa. nefcio quid ille cenferit. Quinimò quã-
uis nepos prius ordine verborum fcriberetur in teftamento,
dum tamen effent fimul in eodem teftamento inftituti, valet
inftitutio, nec rumpitur teftamentum, finge quod nepotem
& eius patrem filium meum inftituo, tunc quia fimul funt in-
ftituti, vt l. fi qñ, §. 1. de legat. 1. non poteft dici inftitutionẽ non
validã. Itẽ finge, φ nepos fuit prius inftitutus, deinde filius. Cer-
te dum fit in eodem teftamento vtraque inftitutio, valet tefta-
mentum, nec pęnam patietur preteritionis, vt in l. ambiguita
tes. C. de tefta. in §. antequam, inftit. de lega. in l. 1. in princip. de
19 de hęr. infti. † Item dum dicit, quod dictio, & pofita inter per-
fonas difpares non coniungit, fed disiungit. Dic quod non pro
batur ex exemplo a fe pofito, cum verum fit coniunctionem
coniungere, & non disiungere, quod inferius latius etiã in per-
fonis difpatibus oftendemus, vt in l. codicillis, §. inftituto, de l.
2. & in l. fi quis Titio. de vfuf. accrefc. Attende tamẽ, & hæc in-
terpretatio ęqua tibi forfan videbitur, quod fi dico, filium & ex
eo nepotem inftituo, fit inftitutio & fubftitutio, itaque verbũ,
ex eo interpretetur, vt diftinguat gradum ex ordine charitatis,
vt fupra, fecus fi dicerem, filium & nepotem ex eo nafciturũ
inftituo, quia tunc verbum, ex eo, patenter fe refert ad natiuita
20 tem. & non ad ordinem fucceffionis, cogita. † Item cum glof.
& doc. dicunt, quod fi dicat, filium & ex eo nepotem inftituo,
fit neceffe, quod intelligatur de nafcituris nepotibus, vt de po-
fthumo intelligatur, maxime de pofthumo poft mortem na-
to, vt cafum ad Gallum referamus, dic quod inftitutio facta fe-
cundum verba gloff. poteft ftare, & verificabitur ad nepotes na
tos & nafcituros, quia appellatione filiorum vel nepotum etiã
pofthumi comprehenduntur, vt in l. fi quis filiabus, de teftam.
tut. & in l. nomen filiarum, ff. de verbor. fignific. & in §. fin. in-
ftitut. qui tefta. tutores dari poffunt. Itaque cautiffimus cafus
effet & fingularis, vt quis fimpliciter dicat, filium, & ex eo ne-
potes inftituo, nec obftẽt doctorum ambages, φ pofthumi in
vita nati non veniant, quia Gallus non intendit. De his videbi-
21 mus in §. Et quid fi tantum. † Vltra quærit gl. finge, quod qui-
dã inftituit filium & nepotẽ iam natum, an admittãtur fimul
vł ordine fucceffiuo. Gloſę opinio eft φ admittunẽ ordine fuc
ceffiuo, & hanc conclufionem tenet Bar. & plures antiquiores
& iuniores, itaque eft communis, vt videbis hic per Ticinen-
fes. Videndum primo, an huius opinionis fundamenta pro-
bent, primum eft de lege peto. §. fratre, de lega. 2. vbi fratre ro-
15 verb. sign. † nam donationis appellatione proprie & ex vera significatione ꝯtineť donatio cā mortis, prout donatio simplex. & hoc est cū donatio simpliciter & in genere profertur. Secus qñ de donatione in specie loquimur, quia tunc proprie de liberaliori donatione intelligimus. vt in l. 1. ff. eo. Nō ob. quod dicit gl. in l. actionū genera. cū dicit, ꝙ ibi in genere & largissime accipit, quia notandū, ꝙ qñq; appellationes proferuntur generaliter, & cum noīa sunt generis, oēm speciē inferiorem cōprehendūt, & noīe actionis cōprehenditur actio directa, vtilis, & realis, & personalis, & tunc dicimus actionē intelligi in larga sua significatione. & licet sit ampla & larga significatio, tamē est sibi propria, quia nomen generis est aptū sua natura cōprehēdere plures spēs. Quinimo propriorē si dici possit naturā & significationē obseruat, quando omnes suas species comprehendit quam quando nomē generale ponitur pro specie, quia tunc a sua generali & propria significatione declinat in solam
16 speciem. & hoc † idē intelligas in verbo, actionis. facit eadem. l. pecuniæ. §. actionis verbū. cuius verba subijcio, actionis verbū generale est & speciale. nā omnis actio dicitur, siue in personā siue in rē sit petitio. Sed plerunq; actiones personales solemus dicere. proprie igitur significatione actionis comprehenditur actio realis, dū de actione generaliter disputamus. Facit quod notat Alex. in tex. nostro in 2. notabili. 2. col. quod idem operatur generalis prouisio quo ad omnes, quod operatur specialis quo ad speciales, accedit etiam, quod notat maxime Bar. in l. precibus de impu. & alijs, cōmuniter approbatus, quod substitutio breuiloqua vel compendiosa verbis generalibus facta dř expressa, & ideo excludit matrē. quia in genere expresse ve-
17 niunt species &c. † Rursus alio argumento vtitur do. Ias. quia hæreditatis appellatione bonorum possessio continetur l. hæreditatis. la 2. de verb. obliga. quæ tamen improprio modo est hæreditas l. 2. de bonorum possess. infra. § quos autem. Insti. de bonorum possess. argumentum profecto est bonum. & a doctrina vulgari. ego vero nō consentio, quod bonorū possessio sit improprie hæreditas. cum nihil aliud sit hæreditas, quā bonorum possessio, vt patet in diffinitione hæreditatis & bonorum possessionis l. nihil aliud de verb. signific. & in l. 3. §. bonorum de bono. possess. quamuis enim iura bonorum possessio. differant in aliquibus a iuribus ciuilibus hæreditatis, tamē quo ad essentiam successionis defuncti nihil differunt, vt ibi patet, & ego latius scribam oportune. Dixi aliquid in. l. iurisgentium §. prętor super intellectu. § quos autem. & intelligas l. 2. ff. de bonorum possess. quòd vice hæredum bonorum possessores habentur, ꝙ sicut hæredes habent iura ciuilia a iure ciuili. ita habent bonorū possessores omnia ea a iure prætorio. differunt tamen in aliquo iure extrinseco, & in modo acquisitionis. Secus in genere iuris acquisiti ab ipso defuncto, vt in dicta l. 3. §.
18 bonorū. † Quid igitur erit dicendum de principali quæstione pronepotis, vt orationē ad propositam quęstionē reducamus. Certe si verum est, quod illa præpositio, pro ad distinguendū tm̄ gradus ponatur, nepotis appellatione simpliciter ēt pronepos veniet, quia fm̄ hoc verbum nepos pro posteris sumitur. hoc vř aliquo modo suadere, quia fm̄ dictionarios nepos dicitur, eo quod post filium nascitur. Sed certe etiā pronepos est natus post filium. & quòd posterius nascatur, nihil obstat. nā in genere posteritatis id est posterius non possumus negare post esse comparatiuum enim præsupponit positiuum, & qui melior est, ipse quoq; bonus est, vt in l. vbi autem in princi. de verb. obligatio. Præterea viget ratio tex. in l. quid si nepotes de test. tu. in fin. vbi appellatione posthumorum continentur filij & nepotes, quia verum est quòd sunt posthumi, id est, post in humanis deducti. nam ista ratio posteritatis ita potest referri ad filios & ad nepotes, & hoc idem erit in proposito nostro. Hinc est, quòd, Virgilius nepotes pro posteris posuit. Forte recensebat numerum charosq; nepotes. Facit etiam, quòd dicunt atauum quasi tertium auum, abnepotem quasi tertiū nepotem ex quo satis elicitur, quod quāuis numero differant non tamē in nepotis appellatione, quia tertius nepos ita est nepos prout primus, & secundo vel tertiogenitus ita est filius sicut primogenitus in c. Ioseph. de verbo. signific. Item cum l. eorum. §. affinitatis doceat soceri appellatione prosocerū cōtineri, certe videtur secundū grammaticos nō iuris interpretationē. sed etiam veram verborum significationem exposuisse. quia vel appellatur prosocer, vel socer magnus, & prosocer idē significat quod socer magnus, vt tenent ipsi, igiť cū magni adiectio non mutet soceri essentiam. l. cum quid. si cer. pe. sequitur appellatione soceri & prosocerū, id est socerum magnū recte concipi. vnde constat Bart. recte interpretatum in d. §. affinitatis. quāuis a Modernis videatur morderi. Nec obstat. l. Nurus. de verb. sign. quam Moder. Papienses retorquent contra Bar. in d. §. instituens. vbi appellatio nurus porrigēda est ad pronurum. ergo per extensionem, idcirco non vere nec proprie. & dicunt ipsi hoc esse efficacius fundamentum ad istam cōclusionem. Sed tu responde, ꝙ non valent cōsequentię, quas ipsi formant. Nam ex eo ꝙ porrigēda sit ad pronurū, nō sequitur eam appellationē propriā non esse. nec ex eo ꝙ extendať, & per extensionē cōprehendat, sequitur proprie non cōprehendere. ꝓbatur in casu expresso. in l. 2. §. quodcunque. de excu. tut. s. nam appellatione liberorū proprie ꝯprehenduntť filij & nepotes & pronepotes. vt in d. l. liberorū. & in d. l. quid si nepotes in l. iurisconsultus. §. parentes. de gradibus. inf. quod oēs doctores & ipse Ias. plane fatentur. Sed dř in d. §. quodcunque. appellatio liberorū & ad nepotes extenditur. ergo ex eo ꝙ extendatur, nō sequitur impropriā esse appellationē. & quāuis Iasonis ponderatio sit ex cōsequentia, quā cōmuniter in ista materia sequuntur reliqui doctores, qui ex extētione eliciunt argumentū im-
19 propriationis. † Tu tamen diligentius distingue, ꝙ quando verbum vnum significat, si ad aliud extendatur, talis extensio argumentum est ad notam impropriationis, & hoc est quando talis extensio fit ex eo, quod verbum fere idem significet, quāuis vere idem non significet, & tunc non valet cōsequentia doctorum. At quandoq; extenditur nō ex similitudine verbi, sed ex ratione vel eadem vel simili, & tunc male eliciunt argumenta impropriationis, quia illa extensio nō fit vi vocabuli, sed vi rationis, vt late ostendi. sup. in princ. huius legis super appellatione posthumi. Qñ vero verbum est aptum plura cōprehendere maxime consecutiua, vel gradum significantia, tūc potest dici extendi ad aliquod cōprehensorum, nec ex hoc dicit improprie illud cōprehēsum, qđ exēplo tibi patebit. nā recte dicimus vsque ad Alpes Italiā protendit, & vsq; ad Gades Hyspaniam. Item ad Apuliam extenditur Italia. animalis nomen extenditur ad formam, non tñ ex hoc sequiť aliqua impropriatio. vnde si quis dicat liberorum appellatio extenditur ad nepotes & vsque ad trinepotes; Item nepotū appellatio extenditur ad pronepotes, & nurus appellatio ad pronurū, nō sequitur ex hoc impropriā esse significationē. vt in d. l. 2. §. quodcūque. & in d. l. iureconsultus. §. parentes. Nec ob. text. in l. in legibus. cū

reliquis

reliquis adductis, quia ille loquuntur in sponsis. tu cogita. Facit
etiam ratio satis colorata, quod si appellatione verborum contine
tur, non est certe extra appellationem. nam quod in re contine
tur, non proprie dicitur extra rem esse. quinimo Bar. ipse in l. 1.
de verbo. significa. notabat verbum, complectitur, ex quo infe
rebat, quod quandocunq; aliquod verbum complectit, id iudi
catur expressum propria verbi significatione. quanto igitur idē
confidentius dicetur de verbo, continetur, nam quod in re con
tinetur, magis vel ita videtur inesse, quam quod res ipsa com-
plectitur. vñ videtur dubitandū de ipso Bart. in d. l. liberorū. cū
dicit, quod verbū continetur, intelligitur ex interpretatione ex
tēsiua. nā si appellatio id de quo quæritur continet, nescio qua-
re dicamus extra se eandem extendi, vt idē comprehendatur.
fateri tamen oportet. quod verbū, contineri, quādoq; ad inter-
20 pretationem iuris refertur. † Vnde ego ita distinguerem ex mē
te iurisconsulti in d. l. liberorū. quod aut nepotes appellātur in
materia destinata ad posteritatem, & tunc nepotes intelligun-
tur omnes poste. & ita loquuntur rationes superiores. Aut ma
teria est destinata ad singulares posteritatis personas, id est, ad
certum gradum, & tunc certę personę comprehense tantum
in illo gradu distincto comprehendentur. In dubio vero ada-
ptatur appellatio vel posteritati vel gradui secundum materias
subiectas. Sed quoniam satis ad legem nostram facit, vbi nec
appellatione filij comprehenduntur nepotes, nec appellatione
nepotum pronepotes ideo ex distinctione superiori plura iura
expono tam in filijs quam in nepote loquentia. & quam pri-
21 mum in dispositione testamentaria † colliges intellectum l. Lu
cius. de hæred. insti. sup. alle. vbi si Titius ita scribat, Lucius fra-
ter meus hæres esto. qui si filium filiamve ex se natum natam-
ve non habebit, libertus meus sit hæres. in isto itaque casu cum
intentio testatoris ad prōlē referat, nec ad certam personam sit
destinata, sequit quod si frater Lucius habuerit liberos, id est, ne-
potes, excludit substitutus. quia animus testatoris prætulit non
solū fratrē sed ēt liberos, quorū appellatione & nepotes inclu-
duntur. Hic est verus sensus ad illam legem. Eodem modo pul
chre intelligamus §. instituēs inf. ista l. vbi instituens nepotem
qui sibi post mortem suam nasceretur, recte insti tuit. & eriā pro-
nepotem intelligit hoc est secundum intellectum Bart. iuncto
tex. nřo. quia forsan ex natiuitate pronepotis su- rūperet testā
cū igitur illa prouisio de qua §. instituens. sit recta & ampla, se-
quitur qđ concludit ēt pronepotem. Ita intelligit Bar. ex gl. ibi.
& certe eius sensus satis veritati cōsonat. quia qui nepotem eo
modo instituit gñaliter, habet animum instituendi quemcunq;
posterum qui suus sibi nascetur. igitur & pronepos censeť in-
stitutus, dū suus nascet quia eadē rō disponendi, & ex eadē rō-
ne & verbis elicimus eandē mentē filij [illegible]. Forsan quisquā
opponet qđ in §. instituens. illa instō, nepotem qui post mortē
suam suus nascetur, est generalis ac si dixisset, quicquid sibi li-
berorum post mortem natum erit, hæres esto. Sed illa secun-
da quicquid sibi liberorum &c. non extenditur ad pronepotē.
quia liberorum appellatio [illegible] cōprehendit filios & nepotes,
vltra nepotes non cōprehendit. vt tenet Bart. in l. liberorum. fi.
col. versic. [illegible] nunquid igitur nec illa prima institutio ne po
tem comprehendere [illegible]. Respondeo quod Bar. [illegible]
se legitur nam dum dicit liberos vsq; ad nepotes, [illegible] po-
steros intelligimus vult dicere, liberos vsq; ad trinepotes. & ita
docet iureconsultus in l. iureconsultus §. parentes. infra de gra-
22 dibus. † Præterea idem iuris casus est in l. vxorem. § concubine
de l. [illegible] vbi si concubinę lego in Appia id est, in Appia [illegible]
glossa male interpretatur. fundum cum vilico suo & [illegible] eius
dicitur, quod si aliud non appareat, nepotes con [illegible]
legato. gloss. ibi dicit hanc interpretationem sumi [illegible] pieta-
tis, ne dura fiat nepotum separatio. & ita Bart. & [illegible] text.
quod propter duram separationem vitandam verbū filij por-
rigitur ad nepotes. & eandem rationem confirmat in l. libero
rum. penult. colum. [illegible] casu [illegible] dicitur
quod alias secus debet iudicari. Certe ego [illegible], quod ibi
ius vertetur in hoc, ne fiat separatio [illegible] hoc considе
rat ille. [illegible] concubine. nec l. liberorum § sed & Papinius. vbi idē
casus & eadem verba referūtur, quæ fuerunt Papinij Frōtonis.
nec Bart. constat, quod si non consideramus duram separatio-
nem, nepotes non veniant in tali legato cum dum verbum fi-
liorum tēdit ad posteros & non ad personas primi gradus [illegible]
ex agentis voluntate veniunt nepotes. vt sup. dixi. & quod hec
non habeat specialem iuris rationem satis patet, quia in l. libe-
rorum. ad confirmationem vniuersalis iuris adducitur iste casus
igitur casus iste non est singularis. Quod exemplo comprobo,
quia si ille vilicus habebat vxorem, & filij eius itidem vxores
habeant, profecto vxores non veniunt in legato. Sed [illegible]
sit dura separatio filiorum a matribus, nihilominus legatū ve-
rificatur in nepotibus. per tex. ibi, & in d. §. concubine igitur ex
dura separatione nihil iuris constituitur. Cogita, id tamen te-
nens, quod talis dura separatio satis vrget ad considerandā vo-
luntatem legantis, quod filios legauerit, vt posteros, non vt a

nepotibus distinctos arg. l. possessionem. C. communia vtriusque iu. Isto eodem modo intelligas. l. filij. & l. iusta. de verbo. si-
gnif. c. vbi filij appellatione comprehenditur, & interpretatur
23 nepos. † Per contrarium in testamentis pluries nec appellatio
ne nepotis veniunt pronepotes, nec appellatione filiorum ne-
potes, & quam primum casus est in l. quod si nepotes. de testa-
ment. tutel. sup. vbi qui filijs dedit tutorem, non sequitur nepo
tibus dedisse, huius ratio est, quia cum tutela sit onus, vt per to-
tum de excusa. tutorum. si testator nepotes, & filios habeat, &
filijs dedit tutorem, non censeatur dedisse omnibus posteris &
liberis, sed tantum filijs, quia nisi exprimatur hoc onus, nō cre-
ditur impositum. ita dicebat Bar. in d. l. liberorum. & isto mo-
do intelligit glosam in l. iusta. sup. alleg. quæ dicebat ibi casum
specialem. Attende tamen, quod glo. in d. l. filij. dicit id esse ge-
nerale, vt filiorum appellatione nepotes non comprehendan-
tur. quod satis comprobatur ex eadem l. Quid si nepotes. vbi di
citur, quod ideo non est datus nepotibus tutor, quia aliter fi-
lius, aliter nepos appellatur. Ecce quod ratio iuris consistit in si
gnificatione verborum, non in casu singulari. Certe nec id ge
nerale nec speciale. Sed ex distinctione, quam superius edidi,
24 quid iuris sit, constari potest. † Considero igitur, quòd quam-
uis filijs in testamento possit tutor dari, tamen nepotibus non
potest dari, quia recasuri sunt in potestatem filij testatoris. vn-
de nisi tales sunt nepotes, qui non sunt recasuri in potestatem
alterius, dari eis tutor non potest, vt in l. 1. de testa. tutel. ff. & in
princip. instit. qui test. tu. da. poss. Idcirco cum testator nepotib.
nisi in casu non possit dare tutorem, si de nepotibus non faciat
mentionem, non censetur eis voluisse dare tutorem nomine
filiorum. cum nomina habeant distincta, & exprimere potuis-
set. Facit ratio tex. in l. nam hoc iure. de vulga. & pupilla itaque
casus ille non est talis, in quo nomen filiorum possit referri ad
omnes posteros. ideo filiorum nomen significat gradum pri-
mum, & non secūdū nec sequentes. vt in d. l. liberorum. Vnde
pulchre & iure quidem, ni fallor, infero quòd si testator nō ha
beret filios, sed tantū nepotes in potestate, quibus tutorem da-
re potest, si in testamento filijs tutorem daret, nepotibus cense
tur datū, quia nomen filiorū in his etiam verificari potest. vt in
l. filij & in l. liberorū. & constat ēt testantis voluntas, qui alios fi
lios non habet vt in l. liberorum. in fi. nūc intelligas medullam
25 illius l. & §. fin. insti. qui dare tu. poss. qui idem disponit † Alius
casus est, quod si pater filios exhæredauit non censetur nepotes
exhæredasse, vt no. in d. l. 1. l. j. & probat Bart. quia qua æquitate
masculinum cōcipit femininū, eadem æquitate filij appellatio
comprehēdit nepotes vt in d. l. iusta. Sed in illis odiosis mascu-
linum non concipit femininum. vt in l. 1. §. quæritur. de vent.
inspi. agitur &c. Aduerte tamen quòd Bar. in hoc videtur sibi
aduersus. in l. 1. de verb. sig. dicebat masculinū concipere femi-
ninum non ex equitate & interpretatione extēsiua, sed ex pro-
pria significatione. Sed talia Bar. ex distinctione de qua per cū
in d. l. [illegible] affirmare non auderē. Ratio igitur quare
filijs exhæredatis nō censetur nepotes exhæredasse, est quia nō
est credendum omnem propriam & naturalem posteritatem
a successione exclusisse. & ideo verbū filiorū interpretatur
ad exclusionem primi gradus, vt minus lædat, non ad excludē-
dum omne liberorum genus, quod in omnibus maxime esset
abhominabile, & contra naturalē inclinationem. vt in dict. l. li
berorum. Præterea eodem modo interpretamur appellatio-
nem filiorum. vel nepotem cum loquimur in computatione
graduum. nam appellatione filiorum nec comprehēdētur ne
potes, nec pronepotes nepotū appellatione. ratio est, quia hæc
nomina cum in gradu differant, in corpto in quo differunt eo-
dem nomine appellari non possunt. Ita intelligas lege. 1. & se-
quentes. de gradibus. & insti. eod. in princ. Hanc eandem ratio-
nem habet l. filium diffiniuimus. sup. de his qui sui vel alien. iuris
vbi filius, vt in primo gradu est, ita diffinitur, non tamen vt ac-
cipitur pro quolibet a viro & vxore descendente. vt in dicta l.
26 liberorum. † Adde quod etiam in §. nostro appellatione nepo
tum non comprehenduntur pronepotes, nec in ista l. Gallus.
appellatione filiorum comprehenduntur nepotes. Bartol. re-
spondet, quod hoc dicit de nepote ex filio, vnde constat quòd
non de pronepote. ista responsio eliditur a Modernioribus ex
tex. in l. Lucius. de hæred. insti. supra alleg. vbi de filijs ex fratre
sunt facta [illegible] tamen etiam nepotes intelliguntur. quod ex
eo probatur, quia appellatione nepotum veniunt posteri, sci
licet nepotes, pronepotes, & reliqui, hæc dictio, nepotes, sumi-
tur pro omnibus ab eo descendentibus. vnde possunt dici ne-
potes ex filio, & verum est quòd omnes sunt nepotes ex filio,
quia ex filio descendūt. vnde dictio, ex filio, nihil facit ad inter-
pretationem. ideo Bart. aliter respondet in l. liberorum. vlt. col.
quod quando dispositio est collata in personam nati vel nascē-
di ab aliquo filio, non potest id intelligi de pronepote, quia ne-
pos ante pronepotem necessario nascitur, & cum nepos est na
tus, illa dispositio habuit locum. Ita loquitur casus noster, vbi
est institutus nepos ex filio nascendus, quo nato habet effectū
institutio.

institutio. merito non extenditur ad pronepotē ex eo nascitu-
rum, argu. l. bor ç. §. hoc sermone. de verb. sign. Si vero in per-
sonam filij vel nepotis nō cōmittitur, tūc verificatur in prone-
pote, quia ad tempus mortis refertur, & tūc habet pronepotē,
quamuis nepotem vel filium nō habeatur. vt in d. l. Lucius. do.
Alex. dicit hanc solutionē non esse verā. quæ quāuis inuoluta
sit, tamen non videtur do. Alex. recte eam improbare. dicit ip-
se, pono ꝙ filius & nepos post testamentum nati sint mortui
ante testatorem, certe institutio nepotis non habebit locum,
quia mortuus est ante testatorem. ergo secundum Bar. prone-
pos veniet ex institutione, quod tñ est falsum per tex. nostrum.
igitur solutio nō est vera. Aduerte tamen quod Bart. tenet eo-
ipso quod nascitur nepos, institutionem habere effectum, hoc
est quod verificatur institutio quæ fuerat destinata ad nepotē
nascendum, & hoc est quod dicit ipse, necesse esse, quod prius
verificetur in nepote sm naturam, quia nepos prius nascitur
sm naturam, quam pronepos ex eodem nepote. Itaque Alex.
decipitur in hoc quod ordini effectum assumit pro confirma-
tione vltima mortis testatoris. Sed Bart. solum assumit pro na-
tiuitate ipsius nepotis, ad cuius natiuitatem refertur institutio,
& eo nato verificatur conditio. vnde potest iterum verificari.
Ratio est & in hoc consistit facilis & vera solutio, quia in tota
ista lege semper loquitur in persona certa instituta vel instituē
da. igitur verbum filij vel nepotis non potest referri ad poste-
riores, sed ad institutos. & ita idem Barto. in l. liberorum. tertia
colu. versic. Et ideo pro eorum declaratione dicit, quod Ray-
ner. & Andreas de Pisis male adducunt istam legem, quia ista
lex tota loquitur de filio certo, & idem tenet glo. in l. si quis ita.
§. 1 de testam. tutel. Nec Do. Iason recte dicit in §. instituens.
quod hæc solutio est quædam diuinatio, cum eadem vera sit,
quod in filio certo institutio loquatur. Idem dicendum est er-
go in nepote, quia semper loquitur in nepote destinato. Sed si
non destinasset, sed simpliciter instituisset referēs se ad liberos
vel ad nepotes vt posteros, tunc pronepotes censentur institu-
ti, vt in §. instituens. infra ista l. Quinimo & iterum inducas tex
tum nostrum, nam Gallus de nepote dedit licentiam, vt supra
in principio. Sed idem sentit de pronepote, vt in tex. nostro ibi,
idem credendum est Gallum existimasse, & de pronepote. igi-
tur cum idem senserit de vtroque appellatione vnius, certe cū
eadem versetur ratio, dicendum est vnum in altero subesse.
quod perspicaciter intelligas, quando de nepotibus loquimur
distincto gradu, vt Gallus loquebatur, quia tunc ex identitate
rationis idem iudicamus in nepotibus, & hæc est iusta interpre
tatio de qua in l. iusta. de verborum signific. Sed quando nepo-
tum appellatio refertur ad posteros vt supra dixi, tunc non so-
lum iuris ratione, sed vi verborum nepotes includunt, vt apud
Virgilium & superius late exposui. Nō secus ab his intelliges.
l. Lucius. la secunda. §. filiam. de legat. secundo. vbi filiam insti-
tuit, & substituit nepotem suum, quibus tamen mortuis pro-
nepos ab intestato successit. ibi igitur persona nepotis erat ad
substitutionem destinata prout in l. Gallus. & in §. nostro. & ita
27 respondet Rapha. & domi. Alexand. hic. † Verum in disposi-
tione legali hanc assumo cōclusionem, quod appellatione ne-
potis pronepos intelligitur, dum vt dixi nepotis nomen ad po-
steros refertur, quod tamen perraro inuenies, cū enim ius hos
gradus distinguat, vt in l. prima. §. primo, & secundo, de gradi-
bus, dum de nepotibus loquitur distincto gradu intelligit, iu-
ris tamen intellectus in ratione versatur, ex qua dicimus conti-
neri pronepotes vel excludi, vt in l. lege Iulia. de ritu nuptia. in
princ. in nostra. l. Gallus. fere per totum & maxime in nostro.
§. qui ex sententia Galli dicebat idem de pronepote existimas-
se, cum tamen Gallus de nepote loqueretur. Faciunt iura quæ
28 inferius in filio adducentur. † In filio igitur hæc sit constantior
conclusio, quod dum aliqua lex de filio dicit, non idem censet
de nepote vi nominis, sed tantum ratione, quæ eadem forsan
versabitur in nepote quæ in filio. huius exēplum habes in l. se-
natusconsultum. ff. de ritu nupt. vbi dicitur, ꝙ senatusconsulto
quo cauetur, ne tutor pupillā filio suo coniungat, etiam nepos
significat. hoc sane prouenit ex ratione senatuscōsulti, quę fuit
ne puellę in rebus familiaribus circūueniantur, & ne tutor hu
iusmodi coniunctionis fraude a ratione tutelę reddēda excusetur.
vnde etiā in filio naturali non legitimo eadē lex locū habebit.
Hanc rationem assumas a l. libertū §. senatusconsulti. ff. de ritu
nup. a l. penul. & a l. libertinum. C. de interd. mat. in. pu. & tuto.
Vnde notes ꝙ quamuis illa lex sit pęnalis, vt tenet Bal. in l. fin.
C. eo. & sit prohibitoria matrimonij, quod est permissum & li
berū iure naturę, vt in c. cū locū. de spons. & in l. 1. § ius natura-
le. de iust. & iur. tñ dum eadē versatur ratio, lex prohibens filij
matrimoniū idē significat de nepote. quod nō cōtingit vi nois
sed ratione, in qua ius versatur, vt dixi. nec placent Barto. verba
in l. liberorum. 2. col. in fi. cum dicit, ꝙ ibi odium est filiorū in
consequentiā, & est fauor saltem pupillorū. Certe nec in odio
ius cōsistit nec in fauore pupillorum. Sed quia ratio prohibens
cōprehendit nepotes, & cum ibi nec de odio nec de fauore ex
presse caueatur, si fauor esset tacite cōsiderandus, maior esset
matrimonij quā alterius, vt in c. ex literis, de proba. in l. 1. sol. ma
29 tri. in c. penul. de re iud. Aliud exēplū habemus † ex l. filium,
sup. ad senatusconsul. Maced. vbi senatusconsultū prouidēs fi-
lijsfamilias intelligitur nepotibus etiam prouidisse cuius ratio
est, quia senatuscōsulto Maced. cauebatur, vt filijfamilias qui
mutuum accepissent haberēt exceptionem, nec etiā post mor
tem patris ab eis exigi posset. Nam mali homines mutuā pe-
cuniam credendo filijs in potestate constitutis fenerarent spe
mortis parentis, vt eis solueretur post eius mortē. Ista igitur se-
natusconsulti prouisio eandē hēt rationē in nepote in potesta-
te cōstituto, quā habet in filio in ptāte, cōstituto. Et ideo quā-
uis in Macedoniano senatusconsulto consideretur odium cre
ditorum, vt in l. 1. in prin. eo. tit. & in l. qui exceptionem, de cō
di. in. deb. Tamen cum eadē versetur ratio, nihil impedit odiū.
Vnde quāuis Bar. vbi sup. cōsideret fauorē filiorū in casu isto,
causa tamen vel fauor filiorum iure non consideratur, vt in l. q
exceptionem sup. alle. sed consideratur tm ratio eadem, quod
expresse innuit lex illa ibi, etiā si verbis senatusconsulti filij cō-
tinerētur, in persona nepotis idē seruari debere, ex quibus ver-
bis satis euidenter elicitur, qđ sup. dicebam nomine filij nepo-
tem non significatione sed sententia & ratione comprehēdi.
30 † Idem dicendū est in casu l. 2. §. si mater el 2. iuncto vers. filijs
aūt, vbi mater quæ non petit tutorem filijs, punitur, & idē in-
telligitur si nepotibus vel etiā filiabus non petierit, quia puni-
tionis & negligentiæ rō eadē versatur in filia, quæ in filio, & ea
dem in nepote, nec placet distinguere, vt Bart. in d. l. liberorū,
quod ibi de filijs nihil dispon tur principaliter, sed exprimun-
tur per modū conditionis vel casualiter. Item qđ principaliter
ibi attenditur filiorū fauor. Attende ꝙ si ob hoc ipsum puniū-
tur lege, quia non petierunt tutores, igitur lege eadem perci-
pitur & disponitur vt petant, alias sine peccato punirentur, &
hoc tibi legibus satis constat, nam habes casum in l. fin. C. qui
petant tutores, & in l. in locū, & in l. cum a matribus, C. eod. vbi
pręcipitur, vt exigant, & instit. ad Tertul. si igitur appellatio-
ne filiorū veniēt etiam nepotes. Quinimo id nota, ꝙ quamuis
aliæ plures leges in filijs loquantur, tamen ille, §. fi. loquitur ge
neralius, scilicet in sobole & liberis his verbis, sed quemadmo-
dum nos matribus prospeximus, ita eas oportet suæ soboli cō
sulere, scituris eis, quod si tutores liberis non petierint &c. Ec-
ce quod soboli & liberis petere debent. Vnde subtiliter nota,
iuncta dicta l. 2. § si mater, versic. filijs, quod filiorum appella-
tio comprehēdit proprie nepotes, sicut liberorum vel sobolis
appellatio, quia vna lex loquitur in filijs, & alia in eodem casu
loquitur in liberis, & veniunt nepotes ex vtriusque appellatio-
ne. Similis fuit ponderatio quam fecit Angel. & Ioan. de Imo.
quos cęteri plures communiter sequuntur, in dicta l. Lucius,
de hæredibus institu. quæ loquitur in materia testamenti. Sed
ego credo quod in nostro casu filij appellationis vi significa-
tionis non veniat nepos, vt in dicto versicu. filijs. Text. vero in
§. fina. ponit casum per verba generalia quæ comprehendunt
filium & nepotem, quia generaliter est vera dispositio tam in
filio quam in nepote, vt in dicto versic. filijs. Cogita, quia for-
san ibi verbum, filij, ad posteritatem refertur, quod non mul-
tum placet. Item nec fauor pupillorum vel filiorum efficit tibi
vt extendatur ad nepotes, sed eadem ratio, quia sicut filio ita
nepoti succedit mater, & sicut officiū petendi tutorē debetur
filio, eodem modo nepoti, vt in l. in locum, supra al. & in d. §. fi.
instit. ad ter. ibi, quemadmodum nos matribus prospeximus
ita eas oportet suę soboli consulere. Ista igitur ratio vniuersa-
lis est & ad filios & ad nepotes, & ita est dispositio vniuersalis,
vt ibi patet, fac t ratio, l. liberorum. Vides igitur ex his exēplis,
ꝙ in dispositione legali filiorum appellatione veniunt nepotes
siue sint dispositiones legales pęnales, siue exorbitantes, vt Ma
31 cedonianū quomodo in nepotibus eadē versetur rō. † Nunc cre
do dare tibi exēplum, quo in legibus filiorum appellatio pro
posteris & hæredibus ponatur, & tunc forsan ipsa rei significa-
tione comprehendentur nepotes & pronepotes, vt in auth. vt
exact. instan. do. col. 7. vbi prima vxor & eius filij pręferuntur
in exactione dotis, idē est dicere nepotes & pronepotes, & de-
inceps reliquam cuiusque naturæ successionem. Ita dicit tex.
Cum igitur filij ibi ponantur pro naturalibus maxime hæredi-
bus, certe non vt gradus distinctus ponuntur, sed vt posteri &
successores, vnde eorū nomine ēt includuntur nepotes, quod
satis conformat cū l. liberorū, in fi. nec. n. dulciori nomine pos-
sumus nepotes nostros & naturales successores, quam filij no-
mine appellare, & ita dicit nos docere naturam. Sed tu cogita,
an sit ex propria significatione, vel ex intentione proferentis,
in nepotib. enim facilius fateor propriā significationē prone-
potū, quā nepotū in filijs. Sed qđ Bar. cōsiderat in illo etiam
casu fauorem filiorum, nec placet. De quo inferius generaliter
loquar. Item hanc rationem generalem assumo a superiori
bus, quod de filijsfamilias leges disponunt ea ratione, quia fi-
lij, & quia sunt familia, idē videt ius in nepotibus qui sunt in
fami-

familia.vt in d.l.filium.ad Mace.& si de filijsfamilias aliquid di
sponitur,quia sui sunt idem dispositum censetur de nepotibus
suis.vt in §.1.instit.de hære.q̄ ab intest.desc. & in §. sui. insti.de
33 hære.qua.& differē.† Qandoque in legibus appellatione filio-
rum non cōprehenduntur nepotes. quod euenit in gradibus,
quia in ea re distinguuntur, vt in l.1.§.1.& 2.ff.eo.& instit.eo. in
prin. Item vbicunq; non probatur eandē esse rationē nepotū,
quæ est filiorū,nō cōprehenderē̄ nepotes,quia noīe distinguū
tur. vt insti. qui testa. tuto.da.pos. ibi, alter filij alter nepotes
appellanē.& hoc modo intelliges.l.sed & milites.§.1.de excu-
sat.o.tuto. & tempo. earum. §. vbi quamuis miles non possit a
tutela filij alterius militis excusari,excusatur tamen a tutela ne
potis. nec ex eo qđ a tutela filij non sit excusandus, censetur a
tutela nepotis non posse excusari. quia alius est filius, & alius
nepos.nec probatur eandem in illo casu subesse rationē. Bart.
vero dicit in l.liberorum. ꝙ ratio est, quia quāuis ex parte pu-
pilli est fauor,ex parte tutoris est onus.Ostendi tamen sup hoc
non considerari in hoc maxime casu, vbi agitur de excusatio-
ne tutelæ iure militari,qđ est eius singulare, & cōtra ius cōmu
ne,vt Bart. ipse fatetur paulo post versi. quæro qđ in rescripto.
Eodē modo etiā intelligitur lex.2.§.quodcūq; de excu.tutorū.
§.vbi quia liberi excusant & non inuenitur appellatio filiorum
ideo nepotes excusant. alias si filij excusarent, appellatione fi-
liorum non cōprehenderentur nepotes, vt ibi. Habes ex infe-
rioribus expositos omnes casus, qui in ista materia maxime a
Barto.adducuntur,qui cum alijs patribus considerabat differē
tias inter dispositiones,modos,& conditiones. Sed ipsi distin-
guunt a casibus,non a ratione,vt vidisti. Item considerant fere
in omni casu prædictorum odium & fauorem.quorū neutrū a
33 iure cōsideraē. & id attente animaduertas, † ꝙ cū ius sit ęquū,
& omnibus cōmune,vt in l.1.in princip.de iusti. & iure.& in c.
erit autē. 4. distinc. nec in vera iustitia debeat esse acceptio per
sonarum.vt in c.nouit.de iudi.3.q.9.cap.fi.ius enim claudicare
non debet ex odio vel fauore,sed stateram gestat ęqualem.lan
ces appendit æquo libramine. vt in c.cum eterni tribunal.de re
iud.lib.6.imò odio & fauore humanū iudicium peruertitur,vt
in c.quatuor. 11. q. 3. male igitur & perniciose doctores nostri
ad interpretationem iuris passim considerant odia & fauo-
res. Nihil enim iuri tam alienum,quā odium & fauor,quo per
uertitur, nec tam proprium & accommodatum, q̄ æqualitas,
qua consistit æqua & omnibus cōmunis. Vnde hanc sumas iu
ris rationem, ꝙ nec ex odio nec ex fauore aliquid in iure cre-
dendum sit esse cautum,n.si dū id certo modo & expresse col-
ligimus.nec obstat quod dicitur iura esse singularia & fauora-
bilia,quod fateor. tamen cum aliquib singulari ratione in iure
cauetur,id certe fere semper videbis expressum.vt in c. in fidei
fauorem.de hære.lib.6. in l.milites. & per totum de testa. mili.
in l.quæsitum.§.fi.cum.l.sequenti.de pri.cred. cum mille simi
libus. proinde dum per interpretationem rationis vniuersalis
& iuris communis poteris leges exponere, omittende sunt cō
derationes odij & fauoris.arg.leg.q̄quā.C.de testa. mili.prout
enim iura singularia non sunt adducenda in consequentiam,
ita nec iura in dubio sunt ad singularitatem reducenda. vt in l.
quod vero.& in l.ius singulare.ff. de leg. Nec obstat, ꝙ fauores
sunt ampliandi,vt in regula,odia.de reg.iur.quod fateor,quan
do ex fauore iam concesso oritur aliqua dubitatio, vt ea sit ad
partem fauoris reducēda.& ita intelligit ibi Dynus. Sed quod
iura quę possunt esse communia,reducantur ad fauores,absit.
immo quamuis possint habere interpretationem a fauore, si
tamen ea iure communi possit adaptari, cōmunis est assumen
da.vt in d.l.q̄quā. & ita solitus sum fugere continuas & impor
tunas interpretum singularitates.In nostris igitur casibus filio
rum appellatio protenditur ad nepotes ex communi & iusta
interpretatione, non fauoribus vel odijs. vt dicit iureconsultus
in leg. iusta. de verb. sig. quod ego superius distincte ostendi.
34 † Superiora reducit Bart. ad quæstiones de facto.& quam pri-
mum quærit statuto cauetur,quod stantibus filijs masculis fœ
mina non succedat,sed sit dote contenta finge ꝙ mortuo filio
ex eo remanent nepotes, an fœminę excludentur a nepotibus
prout a filijs, Barto. cum Iacobo. Butr. tenebat excludi fœmi-
nas. primo, quia quamuis de nepotibus statutum non loqua-
tur, nec comprehendat nepotes, tamen beneficiū concessum
filijs trāsit ad nepotes.l. milites. C. de quæstio.igitur beneficiū
statuti transit præterea nepotes filio de medio sublato incipiūt
tenere locum filij.§.cum filius.de hære.quæ ab intest. insti. Itē
subrogatus sapit subrogati naturam.Item statutum non exten
ditur,sed ius cōmune se extendit ad illud.s. ius illud,quo bene
ficium transit ad nepotes. Item Iac. de Areti. considerat ratio
nem statuti,vt agnatorum tanta sit dignitas,quæ agnatio con-
seruatur in masculis.vt institu.de leg.agna.suc.Sed Barto.non
placet,ꝙ statutum comprehēdat sua ratione nepotes.quia ta-
lis ratio non est expressa in statuto. Sed veniunt nepotes ex in-
terpretatione passiua. Tu vero nunc examina eorum funda-
menta.pro primo fatentur ipsi, ꝙ statutum non cōprehendat
nepotes,& qđ de nepotibus nō disponit. Deinde dicunt, ꝙ be-
neficium transit ad nepotes.quæro,quod est hoc beneficium,
certe non est statuti quia statutum eos nō cōprehēdit, sed si di
cas, comprehendit filios, fateor quod comprehendat extātes.
Sed non extant,igitur eos non comprehendit. imò esto quod
eos comprehendat,taliter comprehendit eos, vt nepotes non
comprehendat.vt Bartol fatetur.at dum do. Barto.vult,quod
priuilegium paternum transeat ad nepotes.responde,vt paulo
ante,quod priuilegium nullum est nullis extantibus filijs. dicit
enim statutū, nō succedāt femine,filijs masculis stantibus. sed
masculi non extant igitur eis nullum beneficiū est cōcessum
35 nec statutum habet locum. † Item dicunt,quod priuilegia vel
beneficia filij extenduntur ad nepotes. sed hoc est verum, nisi
talis extensio sit in præiudicium tertij vel iuris communis. ita
docet Bartol. ipse paulo ante.in d.l.liberorum. 4. colu. versic.
Quæro quid si, ex quo præiudicio appellāt ipsi beneficiū odio
sum.& ita appellat Iaco.de Are.& Cyn.in l.Ita pudor. C.ad le.
Iul. de adulte. & tale beneficium odiosum appellat etiam Bal.
in l.Sancimus.C.de imp.in vlti.colum. Ego quidem appellarē
odiosum.quia iniuriosum & contra ius naturæ & gentium &
& ciuile.vt in l.Maximum vitium.C.de liber.præte. vbi appel-
latur vitiosum.& in l.lege.C.de legit.hære.in §. Ceterum.insti
tu.de legit.agna.tute. & dixi in calce.§. præcedentis. igitur tale
beneficium non deberet transferri ad nepotes. Nec obstat, qđ
sit fauorabile filijs. nam omnia beneficia sunt sua natura fauo-
rabilia,tamen in præiudicium iuris communis non sunt exten
denda ad nepotes.vt Barto.ipse dicebat.& tale statutum est cō
tra ius commune. cum iure communi ita succedant fœminæ,
prout masculi,vt in dicta lege Maximum vitium & in l.lege.§.
36 alleg.† vnde Barto.in l.fi.sup.de consti.princi. 1. col. & in lege.
si quando.C.de inoffic.testa.in primis dat hanc limitationem,
quod dum est contra ius commune,non extenditur beneficiū
vt in d.leg.si quando, & dum est contra ius tertij minus debet
extendi.vt in leg. 2.§. Merito.& §. Si quis a principe. ne quid in
loco publico.hoc etiam compertissimum habent canonistę in
c.quia circa.de priuile. & in c. cum dilecti. de dona.cum igitur
hoc statutum sit in præiudicium filiarum editum,item sit cō-
tra ius commune naturale gentium & ciuile, non debet exten
37 di.quod ab eo. Barto. satis constat.† Item cum Bartol. subiun-
gat,quod nepos patre sublato de medio intrat in locum sui pa
tris.vt in §.cum filius.hoc fateor, nō vt ipse credit, sed vt fateri
oportet. nam concurret cum filia quæ est in secundo gradu.vt
in d.§.cum filius.non tamen excludet ipsam,quia est in locum
patris ad concurrendum cum sorore patris, sed non ad exclu-
dendum sororem. vt in d. §. cum filius. & in auth. cessante.&
in l.lege.C.de nat.libe.& in §.item vetustas.instit.de hære. quæ
ab intest.def.& in §.verum.instit.de leg.agna.succes.filia enim
iure communi concurrit cū nepote, qui est in filij locum, sed
nepos nō excludit eā ex statuto, quia filij non extāt,qui sint in re
rum natura,& excludere possint. & illa regula ex qua filius suc
cedit in locū pr̄is,est ad concurrendū,vt dixi,non ad excluden-
dum. Item nec obstat,quod de natura subrogati subijciebatur
nam sapit naturā iuris cōmunis. Statuti vero naturam, quam
ipsi naturā appellant,sapere nō potest,quia deficit,qđ in statuto
requirit. Præterea cum subiungūt, ꝙ statutum nō cōprehēdit
nepotes, sed regula iuris cōis, qua nepos gaudet beneficio fi-
lij.se tendit ad statutū,quæ sm ipsos est interpretatio,quam ap
pellant passiuam. Aduerte,ꝙ huic fundamento superius est re
sponsum,quia negamus bn̄ficiū.& quia quāuis esset,nō debet ex
tēdi. Tamen ego quærerē ab his patribus. ꝙ cum fateantur ta-
le statutū non loqui de nepotibus,& censeant casum nostrum
alio iure interpretandum, quare non interpretabitur iure cō-
muni æquo & conformi iuri gentium & naturæ,non autē iure
singulari, vt ipsi fatentur, iniurioso,& adeo odioso,vt dicatur
accusare naturam. dicunt enim, qđ succedit in locum patris.
Volo ego, quod succedat, sed non ad excludendum sororem
patris.quod est iniquum,vt in prædictis iuribus. sed ad concur
rendum cum ipsa. quia ad hoc dicunt iura ipsos submitti in lo
cum paternum. Vides itaque quod rationes Bar. non vrgent.
38 † Ego pro Barto. opinione cōsiderabam, quamuis id ipse ne-
get, statuti rationem esse. vt familię conseruentur in statu pri-
mo, ne agnationis nomen sit sine bonis paternis. vt Bald. no.
in l. maximum vitium. 1. col. Sed certe ista ratio habet locum
etiam in nepote non expresso in statuto, igitur nepos conclu-
ditur.si enim filij non sunt, & sunt nepotes qui conseruant fa-
miliam & res agnationis in locū eorum, tūc appellatione filio
rum cōprehendenē nepotes. vt in d.l.liberorū.& in l.iusta inter
pretatione.de verbo.sig.nam a ratione est iusta & necessaria in
terpretatio,vt in l. cum mulier sup.solu. matrimo. facit quod
subtiliter docet Bald. in l.si mater. in fina. verbis. de institu. &
substit. ꝙ cum casus omissus habeat rationem casus expressi.
non est omissus, sed tacite venit in tali ordinatione, quamuis
verbis non sit expressus.vt in l.sicum dotem.in princ. solu.ma-
trimo.casus est in leg. his solis.C. de reuo.dona.vbi tacite cau-
tum pu-

tum putatur, quando ex ratione legis casus omissus concludi-
tur, & certe nemo dabit rationem, quare magis filij excludãt,
quam nepotes non extantibus filijs, quia quæ ratio est in filio,
eadẽ est in nepote, dum filij non sunt. cogita. At in certis huius
statuti quæstionibus, quas ponit Bar. in d. l. liberorũ, placet eius
39 conclusio, saluis his quæ supra exposui. † Subsequenter dom.
Bal. tenet, quod cum appellatione nepotis pronepos compre-
hendatur, & iure sit cautum, quod mater & auia possint tutelã
gerere sobolis, vt in auth. matri & auiç, quando mu. tu. offi. C.
igitur secundum Bar. proauia poterit tutelam gerere. Ita con-
cludit Bar. in d. §. affinitatis, per tex. ibi. & in l. si quis sub condi-
tione. de testa. tute. & cum Bart. sentit Io. de Imol. & Alex. in §.
instituens inf. ista l. & Raph. Cuma. sed Ang. Pau. & plures de
quibus per Alex. & Mod. contrarium tenuerunt, his rationib.
moti, q̃a in materia nostra l. Galli. & in materia auth. matri &
auiç, quæ sunt antiqui iuris correctoriç, appellatione nepotis
non venit pronepos, & appellatione auiç non venit proauia, &
idem est in quacumque materia correctoria, arg. l. præcipimus
C. de appell. Item ponderant verbum, his solis, positũ in auth.
de hær. quæ ab intesta. §. ex his, vnde sumitur prędicta authen.
quæ intelligit matrem & auiam solas posse subire tutelã. Præ-
terea secundum Bald. verba, vt ipsorum terminis vtar, debent
intelligi per prius & non per posterius, id est appellatio rei, de
qua agitur, in primo ordine verificatur potius, quam in secun-
do, nam si loquimur de hærede in primo verificatur, & de pri-
mo intelligitur l. qui liberis §. hæc verba. de vulga. & pupil. His
tamen non obstantibus ego etiam crederem Bar. opinionem
veram, quia in authen. matri & auiæ. verbum (auiæ) non poni-
tur vt velit distinguere gradum a proauia, & excludere ipsam,
vnde verbum, auia, iure comprehendit proauiam, quod a for-
tiori ratione mihi suadeo, lege quippe codicis erat institutum,
vt mr̃ tutelam filij gerere posset, & de auia nihil erat expresũ,
vt patet in l. matres C. ea. & not. gl. 1. in ea. auth. matri & auiç.
& in d. §. ex his, vnde sumitur, sed de auia iure auth. est expres-
sum, nec ita exprimitur, vt in ista additione auiæ ius antiquum
corrigatur. Sed Imperator id refert, quasi eodem iure quo ma
tri tutela defertur, deferatur & auiæ, nam dicit, matri & auiæ
tutelam habere permittimus. Item dicit in d. §. ex his, mulieri-
bus enim etiam nos interdicimus tutelç subire officium, nisi
mater aut auia fuerit, quib. solis ex ordine tutelam subire per-
mittimus. Considero igitur, & ista non possunt referri ad ius
nouum, quamuis de præsenti loquãtur, patet quia ante ius au-
then. fuit interdictum, ne mulieres tutelç officio fungerentur.
Item ante ius authenticorum mater fung: poterat, vt in d. l. 1.
& in d. l. matres. C. eo. ergo verbum permittimus, & verbum
interdicimus, non inducunt ius de nouo. Sed iure antiquiori
id erat cautum tacite vel expresse, quid tamen dicendũ de ver
bo, interdicimus, & de verbo permittimus, quæ significant in-
terdictum & permissionem presentem. Respondeo, quod lex
semper loquitur l. Atriani. C. de hæreti. probatur in omnibus
authen. incipientibus, hodie. vt in auth. sed iure nouo. C. de ser.
fug. & in auth. sed hodie. C. de inoffi. testa. & in auth. hodie, de
app. cum mille similibus, vbi hodie id est semper loquuntur a
tempore legis conditç. Cum igitur leges ab Imperatore vim
sumant, & Imperator in eis loquat, vt in l. 2. de ve. iu. enuclean.
recte dicere potest se interdicere & permittere, quamuis verũ
sit, q̃ olim sit interdictum & permissum, quia idem in legibus
etiam hodie permittit & interdicit. Hinc intelliges verificatio-
nem omnium legum quæ similibus verbis vtuntur, quæ sunt
40 innumere, & in quibus gl. multa inuoluunt, † vt igitur oratio-
nem vnde egressi sumus, reducam, matri & auiæ iure codicis
erat permissum tutelam subire, quia quamuis lex de matre so
la loqueretur, eadẽ rõ erat in auia, q̃ tibi necessaria ratione de
monstro, nam etiam s̃m eos qui a nobis dissentiunt, idẽ est ius
in matre & auia, vt patet in eadẽ authẽ. igitur eadẽ erat rõ. Nã
prout valet argũ de ratione ad ius, ita de iure ad rationẽ quia si
ne ratione ius nõ est, vt Isidor. 5. lib. Ethic. q̃ scribitur in c. con-
suetudo. & in c. erit aũt. 4. dist. proinde vbi ius est çquale inter
matrẽ & auiam, rationem fuisse ẽt çqualem fateri oportet. nõ
enim ex noua cã ius est çquale, sed ex causa perpetua antiqua.
Item considero quod aut prędicti patres censent ius Authen-
ticorũ iniquum, quod non possunt, vt in d. c. erit autem, & in l.
2. de legibus sup. & nostram etiam opinionem iustam censeri
tenentur, & præsuppono quod maxime docet Bart. in l. libero-
rum. penul. col. ibi, quęro. quod in casibus in quibus appellatio
ne filij venit nepos, in eisdem appellatione nepotis debet com
prehendi pronepos. quinimo pronepos vera appellatione, ne-
pos vero ex interpretatione, vt ipse declarat in §. instituens. inf.
ista l. sed iure codicis, vt ipse & omnes tenẽt, erat matri solum
permissum subire tutelam, & iure authenticorum idem per-
mittitur auiæ. Ostendant igitur mihi rationem, quare minus
debeam opinari de auia ad proauiam, quã Imperator de ma-
tre ad auiam, & certe quç ratio mouet imperatorem de matre
ad auiam, eadem me mouet de auia ad proauiam, nam prout
matri auia est mater, ita auiæ proauia. vt in §. 2. & §. 3. de gradi.
inf. At si dicas, quod distat magis proauia, respondeo, & fateor
in gradu, sed non in ratione, quia quæ rõ est in auia, eadem in
proauia non existẽte matre nec auia. vt loquitur eadẽ auth. ibi,
s̃m hereditatis ordinẽ. Facit ẽt ad istam opi. prædicta l. matres,
ibi, liberis suis postulant. Igitur lege ẽt codicis proauia petere
poterit, quia appellatione liberorum vsq; ad trinepotem om-
nes descendentes comprehenduntur vt in l. quid si nepotes, de
test. tutõ. & in §. fi. instit. eo. & in l. iurisconsultus §. parentes, de
gra. item facit text. in d. l. fi. C. eo. ibi, soboli suæ quod est nomẽ
successiuum descendentium. Nec obstat, quod deinde exem-
pla ponuntur in filijs, quia ex hoc non negatur quod lex nõ ve-
rificetur etiam in nepotibus, cum nomen sit aptum filijs & ne
potibus. Item rõ humanitatis, ex qua matri defertur tutela, ea-
dem est in auia deficiente matre, & eadem in proauia deficiẽ-
te matre & auia, quia pronepos succedit in amore naturali fi-
liæ & nepti, vt Bart in d. l. liberorum, pen. col. versiculo præte-
41 rea, & satis probatur in ea l. liberorum, in fine. † Vnde conclu
do pro nostra opinione. quod non solum iure Authenticorũ,
sed etiam virtute iuris Codicis mater auia & proauia poterant
subire tutelam. Sed quæ leuiter in contrarium adducũtur, ita
resolue. Ad primũ q̃ lex est correctoria, & ideo non extenden
da, respõdet Imol. & Alex. & Mod. q̃ hęc est extensio passiua,
quæ fit ab alijs regulis antiquis in legem nouam corrigentem.
quæ extensio valet, vt notatur in l. si quis seruo. de furtis. C. &
l. vt tantum, §. 1. de seruo corrupto. Bar. in l. 1. §. lex Falcidia. ad
legem Falcid. inf. & in l. oẽs popul. char. penul. versi. 4. quæro.
Et ista doctrina cõis est & passim traditur, vt etiam vidimus in
quæstione præcedenti. Sed mihi non multum sapit. Dicunt. n.
doctores, & maxime Barto. quod ista extensio passiua est talis,
quod leges & regulç antiquç se extendunt ad legem correctio
riam vel naturã restringibilem, vt ad statuta. Finge statutũ quo
minori testari concedatur. Certe omnes leges de testamento
loquentes habebunt locum in testamento, nõ quod statutum
extendatur ad eas, quia non potest, sed quia leges antiquæ se ex
tendunt ad statuta, quæ dicitur extensio passiua. Hæc sæpissi-
42 me ipsi. † Attentius paululum considera, quod in condenda
lege omnes regulç iuris censentur cognitç & consideratç. nã
apud legislatorem omnium præsupponimus cognitionem, vt
in c. 1. de constit. lib. 6. in l. omnem C. de testa. omnia enim iura
in scrinio pectoris sui censetur habere, vnde cum lex noua om
nium habeat cognitionem, mens sua ad omnia tendit quæ ex
ipsa fieri possit, quod exemplo casus nostri tibi expono. nã lege
noua auia potest subire tutelam, igitur eadem legis intẽtione
& sententia proauia poterit, quia cũ de auia disposuit, sciebat
iuris ratione idem fore de proauia. vnde aut debemus legisla-
torem dicere ignarum iuris, quod est falsum, vt supra aut regu-
las antiquas legum sustulisse, quod çque est falsum, quia sunt
diuersç & nõ contrariç. vt in eo. c. 1. de consti. aut idem de pro-
auia disposuisse. Præterea attende, quod nõ possumus dare ex-
tensionem passiuam, quin demus etiam actiuam, nec quis ab
alio pati poterit, qui non agat, vt in l. 1. quod met. causa sup. &
ibi Bar. quod a natura satis demonstrat. quid igitur refert dice-
re, lex restringibilis non se extendit ad alios iuris casus, sed aliæ
iuris regulæ se extendunt ad legem restringibilem, nam si re-
stringi debet, aliæ iuris regulæ non deberent ad eam extendi,
imo contineri deberent tanquã a materia non apta, & tñ est
dicere. q̃ illa extendat ad alias, quantũ dicere, q̃ aliæ extendũ-
tur ad illã, cũ oĩa illa iuris sint, & idẽ sit iuris effectus. Idẽ dum
subtilius cogito, video, q̃ rõ magis suadet, vt dicamus leges no
uas potius agere, q̃ veteres. veteres. n. futurarũ notitiã non ha-
bent, quia non sunt in rerũ natura. igitur de ipsis disponere nõ
põt, vt in l. venter. & ibi Barto. in l. cum quidã §. quod suum. de
acqui. hær. d. c. 1. de consti. nouç autem cũ præteritas nouerint,
& super cognitis disponant, certe certius intẽdũt agere, & mẽ
te & scientia agunt s̃m regulas iam cognitas, quod tñ in præte
ritis ad futura nõ possumus ita plane dicere. i. q̃ in futuris agãt
sed fatendũ est, q̃ cũ leges ẽt præteritç conduntur, hanc habẽt
intentionẽ, vt ad interpretationem tam legũ quam etiam ca-
suum futurorũ trahant, dum iuris ratio sua erit, vt in l. non est
nouũ, & in l. & ideo ff. de leg. & in l. 1. de cõdi. ex lege. Sed non
est ex hoc negãdũ, imo a fortiori affirmandũ. q̃ leges nouç ha
bent intẽtionẽ agẽdi ex interpretatione antiquarũ legũ, cum
hoc sit apud ipsas cognitum & iustum. Facit eadẽ l. 1. de cond.
ex lege, vbi dr̃, qđ cũ obligatio lege noua introducta sit, ex le-
ge agendũ est. s. ex lege noua introducente, non ex illa, quæ de
legib. nouis loqu t̃, q̃uis ex ea probat̃ introduci. nam lex noua
introducit, & ex ea orit̃. vt ibi. agit igitur lex noua s̃m regulas
antiquas, facit l. fi. de condit. & demon. q̃ etiã testator creditur
testari voluisse, ita vt iure cõi interpretetur testm̃, & ita dicebat
Alex. in calce §. superiores, & ibi dixi. & ita tenuit Bar. in l. hæ-
redes mei. §. cum ita. ad Trebell. Si igitur testator intendit s̃m
interpretationẽ legum, quãto magis dicemus intendere legẽ,
43 Cogita. † Itẽ dum dicunt. quod auth. matri & auiæ. est corrç-

ctoria, certe in ista additione non corrigit, imò potius ius codicis clarius exponit, quia q̃ ratio erat in matre, eandem censet in auia. facit quod no. Bar. in l. & ideo de legi. quòd qñ aliquid suppletur per legẽ nouam, idẽ vr̃ fuisse in antiqua. maxime ꝙ ista nõ fuit suppletio, sed clarior interpretatio, vt sup. probaui. vnde nec teneo limitatoriam esse de nouo, vt Ias. tenet. Et quã uis correctoria esset, & esset ius singulare tñ matris & auię tamen nõ habet materiã odiosam, adeo ꝙ non trahat ad exemplum aliorũ casuum, vt in l. fi. C. eo. tit. vbi expresse dr̃, qđ mater pôt tutelã filij naturalis subire ad exemplum sobolis legitimę. vñde quãuis sit ius singulare matris & auię, qa tñ ex humanitate hoc matri concedit, ad exẽplum trahi pôt. vt in d. l. fi. in fi. Ex quo no. quòd l. tõ strictionis nõ est in isto casu cõsiderãda. Ad ponderationem in verbo, his solis. dic ꝙ ex hoc non negatur proauia vt supra. facit tex. in l. ob æs. C. de pręminorũ. & ita respondent Moder. De argumento, ꝙ noĩa debent intelligi per prius, fateor dum mater est viua, quòd de matre intelligitur. & dum auia viua, quòd de auia intelligatur. Sed in eorũ defectum intelligitur de proauia, quia verba & rõ eam comprehendunt. Item an appellatione filiorum in ꝯtibus cõprehendantur nepotes, concluditur per Bar. quòd non, ex ratione l. veteribus. ff. de pac. & in hoc omnes concordant in l. eũ qui

44 ita stipulatur. ff. de verborum obliga. † Quid aũt in rescriptis & beneficijs. si non sint contra ius commune, tenet nepotes comprehendi. arg. l. fi. sup. de consti. prin. quia largissima est in beneficijs facienda interpretatio. Vnde infertur ad feudũ concessum pro se & filijs de qua qõne late hic per Alex. & latius per Alex. & latius per Ias. & alios qui negantes esse ꝯtum videntur cõcludere, quòd cũ sit beneficium, debeat extẽdi & interpretari late. & ideo cõprehendet nepotes & oẽs descendentes, sed Bar. in l. 1. de ꝯdi. ex leg. vltĩ. col. tenet ꝯtũ esse. & ideo feudi dari actionem. Item de iure canonico titulus feudorum ponitur inter ꝯtus. & ita no. gl. in rub. eo. tit. tenet & Bart. in l. iurisgẽtium. §. quinimo. vlti. col. ante medium, quòd est ꝯtus nominatus, habens nomen & formã a cõsuetudine & legibus feudorum, vt c. 1. de forma fide. in vsibus feudorũ. & dicit do. Abb. in c. quæ in ecclesiarũ de constit. quòd ideo nõ pôt reuocari a principe, quia est ꝯtus. idem Bal. in d. c. quæ in ecclesiarum. n. 9. col. item Ias. in l. qui pecuniã. 6. col. s̃. de con. ex cau. dixi ego subtilius in c. 1. 5. col. s̃. de pac. ex hoc igitur habebat dubitationem doc. Alex. Sed respondere poteris, quòd quamuis feudum appelletur ꝯtus, tamen non propterea desinit esse beneficium, vt in c. 1. de feu. agna. in vsibus feudorum. Bar. in l. 1. col. de iur. & fac. igno. sicut in donatione quę fit per contractũ vt in l. si quis argentum. §. fina. C. de dona. & in §. perficiuntur instit. eo. tamen latam sumit interpretationem, vt in c. cum dilecti. de dona. ita in feudi beneficio quod fit per contractum.

45 Vide hic late moder. Tiemeo. † Vnum demum no. quod Bar. in d. l. liberorũ in pe. col. dicit in casibus quibus appellatione filij continetur nepos, in eisdem appellatione nepotis contineri pronepos. Sed in §. instituens 2. col. in fi. dicit quòd appellatione nepotis proprie continetur pronepos, sed appellatione filij improprie ꝯtinetur nepos. Itaq; Bart. videtur varius. Sed dic, quòd Bart. in d. l. liberorum negat, quòd appellatione nepotis non contineatur proprie pronepos. quia quamuis dicat, quòd quo casu filij appellatione continetur nepos, eodẽ casu nepotis appellatione pronepos, ex hoc non sequitur necessario, qđ in alijs casibus non cõtineatur pronepos nepotis appellatione. quod intellige, vt. s̃. in prin. quæstionis per distinctionẽ exposui. & vide de materia per do. Alex. in d. §. instituens in fin. col.

46 allegationibus stipatam. † Ex superioribus non importune dubitatur. an iure communi ab intestato quando plures sunt filij ex diuersis fratribus numero diuersi succedant pro capite vel pro stirpe. Finge, quòd vnus ex fratribus habeat vnum filium, alter duos, reliquus tres, nonne fient sex partes æquales, & quilibet habebit partem suam alteri æqualem, quod dicitur succedere in caput, an vero fient tres æquales, quarum vnam habebit solus filius vnius fratris, alteram duo alterius, reliquam autem partem tres reliqui quod dicitur succedere in stirpem. Certe quæstio antiqua est & magni ponderis in eaq; diuersę fuerunt sententiæ. prima fuit Azo. qui dicebat filios ex pluribus fratribus vocari ex capite non ex stirpe, quando inter eos diuidenda erat hæreditas. secus quando filij fratris concurrebant cum patruis. verbi gratia, Dum frater erat mortuus & in eius locum filij concurrebant cum alijs fratribus, tunc enim succedebant in stirpem, vt in dicto §. cum filius, & in §. item vetustas. cum simi. Rofre. eius discipulus sequutus fuit istam opin. & Iacob. Butri. & demum. Salic. ei adheret in authent. cessante. C. de suis & legit. Sed contrariam opin. tenuit Accur. Azonis discipulus non solum in consulendo, sed etiam glossando, vt in dicta authent. cessante in gloss. stirpes. & in l. lege. eo. titu. in gl. sed in capita. & in authent. de hęre. quæ ab intest. in. §. si igitur in gloss. si autem. & in glo. sequente. & in. §. hoc etiam de leg. agn. succes. in glo. superstites hanc eandem opinionem sequitur Dyn. & Cyn. in dicta authen. cessante. Bar. in l. hęreditas. infra de suis & legiti. vbi late. & in l. prima § fina. si pars hęre. pe. sup. Bald. in c. 1. in princip. de succes. feu. & in cap. primo. de natura succe. feudorum. Francis. de rampo. in dicta authen. cessante. & Matthe. de mathesi. in trac. de succes. ab intesta. in 3. argumen. princip. Bald. idem sequitur in leg. secunda C. de suis & legit. & in d. authen. cessante. vbi dicit, qđ timens recedere a glossis ita consuluit. Bartol. consil. incipien. Super hęreditate domine. Nicole. nume. 255. idem tenet Pau. de Ca. in dicta authen. cessante. vbi dicit, ꝙ hæc fuit vna de opinionibus Accur. quæ sunt rarę. Nam in omnibus quæ scripsit semper sequitur antiquos. idem tenet in authẽ. post fratres fratrumque. & idem Io. Faber. insti. de leg. agn. suc. §. cæterum. vbi dicit hanc esse communem opi. Euagatus quidem sum in enarrandis authoribus non de more nostro. Parcas igitur non tam mihi, quam contagioni communi a qua nec ego qui eam fu-

47 gio, nitidus euadere possum. † Inde ad rationem conuersus audacior etiam ipso Baldo discedo a cõmuni glossatum secta. & ipsum Azonem sequor. Primo quia lex. 12. tabu. quæ naturam sequitur, habet, qđ quilibet in caput succedat. vt in l. lege. C. de leg. hære. & istam regulam non inuenio in hoc correctam. quanuis alij decepti aliter credant, vt infra ostendam. igitur succederent in caput. Item natura ipsa hanc opinionẽ confirmat. nam filij fratrum qui succedunt patruo omnes sunt filij fratrum, & ita ego iura habeo naturę prout tu. nec ex eo quod habeam plures fratres, minus sum fratris filius quam tu. qui solus es filius. cum igitur ea ratione quia nepotes sumus, iure cognationis & sanguinis succedamus, seruanda est ęqualitas iuris in æquali natura. nam quod iure sanguinis & naturali cognatione succedamus, negari non potest, vt per totum titu. de hæred. quæ ab intesta. & in §. reliquũ. eo. titu. nec quod ius cognationis sit æquali, quia vterque ex vtroque latere est in eodẽ cognationis gradu. vt in l. 1. §. tertio gradu. de gradib' affi. infr. igitur secundum naturam æqualiter iudicandũ est. Sed dicebat Bald. in d. auth. cessante. qđ ista materia non vadit omnino per naturales rationes, sed secundum æquitatem & iudicium legislatoris. Certe vitiosa est talis responsio. nec ego sum annotationis author. Sed idem legislator in l. maximum vitium. C. de libe. præ. & in ea. l. lege. 12. tabu. C. de leg. hære. & §. cęterum. sup. allega. & in l. itẽ vetustas. instit. de hære. quæ ab intest. vbi in eadẽ materia legislator censet iniquum & vitiosum naturam ipsam non sequi. quod etiã ideo iustũ est, quia nulla est lex. quæ non pendeat a lege naturæ. vt docet sanctus doctor. & patet in c. 1. distinc. 1. & inquit Tullius lib. 3. de offic. quoniam iuris fons natura est. Dum igitur a natura abhorret, abhorret a seipsa, & non a fonte profluit, sed in fontem refluit quod est sibi pugnans & ideo nec legis nomen habet. vt in c. sana quippe ratio. 9. dist. de quo suo loco latius dicemus. Item considero, quod filij fratris vel sororis duplici iure & gradu succedunt, primo cum patruis, & tunc censentur esse in scđo gradu agnationis, quia in locum patris succedunt. & ideo succedũt in stirpem id est in gradum & portionem patris. alias nõ esset ius ęquũ sed impar. ꝙ fratres, qui sunt in secundo gradu vt in l. 1. §. in secũdo. de gradi. affi. cum filijs fratris q sunt in tertio, succederent. cũ gradus secũdus & præcedat tertiũ. vt in d. l. 1. §. 2. & 3. igitur cum succedunt cum patruis succedunt in locum patris, & ideo in stirpem. vt in d. §. cum filius. cum simi. in hoc igitur ordine est ius successionis in stirpem, quia gradus iste non est filiorum, sed loco patris succedunt. Nimirum si ad stirpem reducatur ius portionis. Sed dum filij fratris succedunt cũ alijs filijs fratrum, ista successio est proprij gradus, & vnusquisque eorum est in tertio gradu. vt in d. §. tertio. vnde cum quilibet in gradu proprio iure proprio succedat, nõ est referendum ius ad stirpem, & cessat ratio superior, & hic viget proprij iuris ratio. Hanc considerationem comprobabis ex sententia Barto. in l. liberorũ. 6. colum. versi. quid si filia. vbi considerat hanc distinctionem successionis, aut in locum patris, aut in proprium locũ &c. Præterea æquitatis & iuris regula est, qđ eo modo quo ego tibi succedo, possis mihi succedere. vt in d. l. lege duodecim tabularũ. C. de leg. hęre. & in §. cæterũ. institu. de leg. agnatuᵉ. adeo ꝙ successione vnius data alteri, censẽ tacite data alterius alteri, vt vtrobique notant doctores. cum igitur patruus vel auunculus filio fratris vel sororis in caput succedat, vt in dicta authen. cessante, cum auth. vnde sumitur. dicendum etiã videtur, filium fratris vel sororis auunculo vel patruo in caput succedere. Nec obstant glossatum & sequacium fundamenta. & prima ratio est, quam leuiter formabat Bald. in authen. cessante. ꝙ quilibet succedẽs representat suam stirpem ex necessitate naturæ. vt in l. dedit dotem. de colla. bonorũ. inf. & dicebat idem Bald. hanc rationem non validam quia sequeretur, ꝙ nepoti etiã succederent. & quidem ratio valida est in casu quo filij cum patruis succedũt vel nepotes cum fratribus, quia tunc iure representatiuo fit successio. vt in d. §. cũ filius. & in l. nepotes C. de suis & leg. tũc enim ex ęquitate iuris illi qui sunt in inte-

in inferiori gradu intrant in locum superiorem patris sui, vt supra l. dedit. nihil facit. vt in eius vero intellectu ostēdi superius. Præterea glo. sumit fundamentum ab auth. de hæred. quæ ab intest. in §. si vero quo etiam fundamento Bar. est vsus. Sed certe illo tex. eandem habet sententiam quam nos habemus, nam dicit, quod si nec fratres nec filios fratris, sicut supra dixerat, defunctus reliquerit, tunc omnes deinceps cognati collaterales in capita succedant. Sequitur igitur secundum glos. quod filij fratrum succedunt in stirpem, quia his exceptis videtur dare eis ius succedendi in caput. Aduerte. Et quærerem rationem ta'is expositionis & argumenti a cōtrario sensu quare scilicet reliqui cognati in caput succedūt, filij vero fratrum in stirpem & profecto eadem ratio quæ est in reliquis cognatis, & est in filijs fratrum, qui etiam cognati sunt. vt instit. de gradi. cog. in princ. & in d. l. 1. §. 3. Nec obstat, quod ibi a contrario sensu videatur excipere filios fratrum, nam talis exceptio & argumentum verum est, prout loquitur, dum filij cum patruis succedūt in gradu secundo. Tunc enim constat ratio, quare ipsi in stirpem succedant, quia succedunt non gradu proprio, sed ipsius stirpis, vt dixerat in §. siue igitur, & in §. si autem, proxime superioribus, ideo tex. expresse dicit, si fratres non habeat & filios, vt supra diximus, omnes deinceps a latere cognatos in capita secundum vniuscuiusque gradus prærogatiuam vocādos, ita text. filij igitur dum omnes sunt in tertio gradu, succedent in caput secundum gradus sui prærogatiuam, quia de his, dum succedunt in eodem tertio gradu, nihil dixerat supra. Nūc intelexisti recte tex. illum, qui nostram sententiam confirmat. Præterea Bald. sibi non constans in d. auth. cessante, volo, ait, te mu tare super tex. in d. auth. de hære. ab intest. & format arg. quod ego aliter formo. Certum est, quod in priuilegium & beneficium filiorum fratris mortui est sibi concessum vt in stirpem succedant. s. in locum patris, ita constat ex eadem auth. in §. si igitur, & in §. si autē. Sed si hoc est ius cōe, vt omnes filij in stirpem succedant, nullum est priuilegiū. Præterea potius est dánosum quam gratiosum, quia vnusquisque debuisset habere portionem æqualem in caput, maxime hoc est ius regulare, vt in caput succedant, & contra l. quod fauore. de legi. Itē vt dicebat Bal. quando filij fratrum vocantur ex suo tertio gradu, veniunt iure regulari secundum regulas gradus naturales, vnde constat, quod id quod dicitur ex priuilegio sibi concessum, vt in stirpem succedat, non habet locum in isto casu, quod esse verissimum tenendum censeo. Et attende, quod ideo dr̄ illo ordine hoc esse priuilegium, quia in ver. his autem non exeuntibus, dicit fratres qui sunt in secundo gradu vocandos. Sed si aliquis frater sit mortuus relictis filijs, hi filij sunt in tertio gradu, vnde excludebantur secūdum regulas graduū. Sed attenta æquitate hoc priuilegium extra gradū suum eis concedit, vt succedant in locū patris, & in stirpem, & sic cum patruis in gradu secūdo. Hoc expresse intellige ex verbis authenticorum quæ subijcio. Huiusmodi vero priuilegium hoc ordine cognationis solum præbemus fratrum filijs, vt in suorum parentū iure succedant. Itē subiungit. Sed & ipsis fratrū filijs tunc hoc beneficium conferimus, qn̄ cum proprijs patruis vel auunculis vocātur. Ecce ergo quod tunc hab. et locū hoc ius gratiosum & in stirpem concessum, quando cū proprijs patruis succedūt quia tunc vere est gratiosum respectu proprij gradus. Item subijcitur in §. si autē, quandoquidem fratris & sororis filijs tale priuilegium dederimus, vt in priorum parentum succedentes locum, in tertio constituti gradu cum his, qui in secundo gradu sunt, ad hæreditatem vocentur, igitur in stirpem, & in gradu & ordine secundo cum simul cum patruis succedunt, quia lo-
48 cum occupant patris & non suum, vt supra exposui. Sed contra superiora aliquis opponet. Nepotes enim cum plures sunt, & inter se succedunt auo, vt in materia legis nostræ succedunt in stirpem non in caput in l. nepotes, C. de suis & legi. & in §. fi. in fi. & in §. item si ex duobus, alias in §. cū filius, de her. quæ ab intesta. defe. Sed ille est quod eodem modo ius sanguinis est in nepote quolibet prout in alio, igitur in caput succedere deberent. Responde quod successiones descendentium fiūt per stirpem vt in illis iuribus, & hæc responsio est communis omnium, secus in collateralibus, vt in casibus nostris, ratio est, quia filijs magis debetur hereditas, ideo magis ius suum & repræsentationem transmittunt. hanc rationem dabat Ioan. Fab. in d. §. cæterum, inst. de legit. agna. succe. quā teneas ab ipso. Nec ob. auth. post fratres fratrumque filios, nam iam est responsum auth. vnde sumitur, & non valet cōsequentia, in gradibus post fratres & eorū filios succed. ẽ in caput, igiť filij in oī casu succedunt in stirpem, quia non est talis consequentia ex mēte, auth.
49 vnde sumitur. † Aut in hoc eodem proposito occurrit text. in d. l. lege. de leg. hære. in fin. qui videtur probare naturam opin. vbi tex dicit. quod etiam cum patruus vel auunculus succedit filio fratris, filij fratris patruo vel auūculo succedūt in capita & non stirpem, idem cauetur instit. de leg. agnato. succe. §. hoc ēt gl. in d. §. hoc ēt, dicit in hoc corrigi tex. illū, idē tenet glo. in d. l. lege. nam filij fratrum dum succedunt cū patruis non succedūt in capita, sed in stirpem. vt in d. auth. cessante. & in d. auth. de hære. quæ ab intesta. §. rel quum. & hoc fuit introductū iure nouo. Ego sane vt soleo, ægre fero legis correctionē. maxime cū ea lex sit noua & Iustiniani. ideo quod est additio ad nouā legem ex sensu & regula naturali & l. 12. tabul. et eu. etiā ter ipse instruit in his verbis, hoc etiā addēdū nostræ cōstitutioni existimamus &c. eadem verba rursus referūtur in d. §. ita tamen. Item considero, quod qn̄ filij fratris cū patruis cōcurrūt, & succedunt in stirpes & non in capita, hoc nō est ex iure nouo, nec in hoc intēdit introducere nouitatē. d. auth. cessante. & auth. vnde sumitur. nā cū filij fratrū succedant in locū & gradum patris, ex hoc sequitur necessario, quod succedant in stirpē, quia ipsi sunt in tertio gradu, & nō concurrunt cum auunculo. & cū succedunt cū patruo, censentur in secundo gradu. i. in gradu proprij patris, vt in d. §. reliquū. igitur in partem patris succedunt. & sic in stirpem non in capita. cuius contrarium neq; iure antiquo nec nouo inuenitur. scilicet quod quādo filij succedunt in gradu paterno simul cum alijs eiusdem gradus succedant in capita & nō in stirpes. hoc. n. late & aperte ostenderet iniquitatē. & Iustinianus qui legē rectam & ex natura composuit in isto casu, vt profitetur in eisdē legibus credendū nō est hanc iniquitatē subiecisse, maxime quod equitatē & iustitiā contra ipse idem docuit in §. fin. in fi. & in §. cū filius. de hære. quæ ab intesta. insti. cuius verba sunt hæc, quia placuit nepotes in locum sui patris succedere, cōueniens esse visum est, non in capita sed in stirpes hæred. tatē diuidi. Igitur ex sententia Iustiniani & lege. C. & institutionum qui in locum patris succedit. ex stirpe debet patrē habere. & hoc decens & conueniēs est, vt ipse testatur. cuius contrarium est maximū incōueniens. quod manifesto exemplo colliges. Finge ex quatuor fratribus duos mori, quorum vnus sine filijs obijt. alter relictis. 15. filijs masculis & fœminis prius obierat. duo fratris superstites veniunt ad hæreditatem tanq̄ proximiores. quia sunt in secūdo gradu. filij vero fratris præmortui sunt in tertio. Sed quia iniquū est quod ipsi non habeant eam partē, quam pater eius habiturus erat, ideo vocantur cum fratribus suis patruis qui sunt in secundo gradu, quāuis ipsi sint in tertio gradu. sunt tamē in secūdo repræsentatione paterna. Nunc igitur s̄m accuratam interpretationem Accur. vult Imperator, quod isti. 15. filij habeāt succedere in capita. i. quod quilibet habeat partē equalē cum patruis. vnde hæreditas diuiditur in 17. partes. & ipsi hab ebūt. 15. partes, quamuis pater eius trientē, id est, vnam ex tribus debuisset habere. in qua re dilucide patet patruos priuari iure suo, & filijs fratris qui in secūdo acceptātur gradu non s̄m gradum secundū, sed s̄m tertium gradū succedere, quod est sibi pugnans, quia s̄m gradum s̄m succedunt. i. in locum patris ex stirpe. s̄m gradum vero tertiū, id est ex capite proprio nihil haberent. cuius contrariū stulte (authore Accursio) & contra seipsum diceret Iustinianus.
50 † Tu igitur aliter sumas interpretationem. & dic quod nihil tale dicit Iustinianus cuius verba talia sunt. His etenim personis præcedentibus & successionem adimentibus cæteri gradus remanent semoti, videlicet hæreditatē non in stirpes, sed in capita diuidendā. q̄ verba s̄m Accur. referuntur ad filios fratris, quando concurrūt cum auūculis. Sed ille tex. nihil dicit de tali concursu. nam solū dicit, quod ad auūculi vel patrui successionē admittuntur filij sororis vel fratris æquali & simili modo, siue sint vterinæ, siue sint germanæ, sed est ex parte patris sorores, inter quas non in stirpes sed in capita diuiditur hæreditas. hoc est quod ibi dicitur. vnde constat ibi leges fore expressas ad Azo. op. s. quod qn̄ germanæ vel vterine sororis filij & fratris filij cōcurrunt, fit diuisio in capita. Secus tñ qn̄ frater vel soror concurrit cum filijs alterius fratris vel sororis. nam tunc filij succedunt in stirpem. vt in d. auth. cessante. & hunc eūdem intellectum Accursius sibi parum constans tenuit in d. §. hoc ēt vbi in vltima solutione tenet hanc distin Azo. quamuis alibi. & in l. lege simpliciter tenuerit cōtrarium, & legē dicat correctam, & literæ sunt nimis obscuræ tam in d. l. lege q̄ etiam in d. §. hoc etiam. vbi idem dr̄, eiusdem. §. verba sic erunt legēda & mortuo eo quia patruus quidē est sui fratris filijs, auūculus aūt sororis suæ soboli, simili modo ab vtroq; latere succedant tanquā. si oēs ex masculis descēdentes legitimo iure veniāt. s. vbi frater & soror superstites nō sunt. Hæc sunt verba quæ ex emēdatissimo & antiquo libro deduxi. quorū sensus, est quod mortuo eo qui est patruus filijs fratris sui, auūculus filijs sororis, hi filij. s. fratris & sororis ex vtroq; latere succedunt. tanq̄ si oēs essent ex masculis descendentes, inter quos hr̄ditas diuiditur in capita s̄m illa iura. teneas menti literas correctas & verū sensum. quia gl. in implicatione tex. vacillarūt. item l. leg. dicas male exposuisse glo. in verbo, eo mortuo. vbi dicit posse exponi eo mortuo. s. nepote. nam nepotes. i. fratris filij ibi successores. & nō sunt mortui qui succedūt, vt patet in vera cōtextura ibi, tanq̄ si oēs ex masculis descēdētes. auūculus. n. nō vt descēdens, sed filius sororis qui ex femina descēdit, ibi contexitur

Sed si quis pertinaciter vellet inique tenere, ꝙ iura illa loquuntur de concursu patruũ & filiorum fratris, vt tenet gl. in d. l. lege adhuc defendere posses eã a correctione, quia dũ dñt cęteri gradus remanent semoti his admittentib. hæreditate in capita diuidenda, intelligi pōt, ꝙ hæreditas diuidatur in cęteris gradibus, qñ euenerit, ꝙ ipsi succederent, vt dicit tex. in authen. post fratres, & in auth. vnde sumitur, quia hoc est iustum. Sed qñ filij fratris cũ patruis succedunt, esse iniustũ vt in capita succederent, vt ostendi. ideo ad eos non est referenda clausula illa, maxime ad effectum, vt leges illę corrigãtur. Alia est correctio nõ minus corrigenda, quam no. gl. d. §. hoc ẽt, in ca. gl. superstites, quæ notans ex tex. filij fratrum nõ succedunt simul cũ patruis vel auunculis, dicit corrigi per auth. cessante sup. alle. Certe gl. varia est & inconstans. Nam ɔ̃ria ex eo. tex. fingens elicit duplicẽ correctionẽ. In superioribus.n. notabat ibi filios fratrũ cum patruis simul in capita succedere, quod erat falsum & iniquũ, nũc omnino sibi ɔ̃ria notat filios fratrum cum patruis nec in capita, nec in stirpes concurrere, quod ẽt æque est iniquum, & ɔ̃ auth. cessante, & cõtra auth. vnde sumitur. vnde plene defendas illũ §. & l. lege. quę idẽ dicit, ꝙ ibi filij fratrũ & sororũ legitimo iure venient, vbi frater & soror superstites non sunt, i. dũ eorũ pr̃ qui est frater defuncti & dum eorũ mater quæ est soror defuncti non sunt superstites, tunc.n. ipsi præcedũt, & hoc est quod iuste dicit. non igitur loquitur de sorore quæ est matertera vel amita, nec de fratre, qui est auunculus vel patruus, sed de sorore & de fratre testatoris, qui est filiorũ pr̃ vel mr̃, de quib. tex. prius fuerat loquutus ibi, sui fratris filij. & ibi, sororis suę soboli, & in hoc stat deceptio. Ex his habes sensum legũ il-

51 larum quæ a glossis inuoluuntur. † Ex superiorib. cõsiderationibus inferas cõfirmationẽ eorũ, quæ in princ. pali qõne de stipulatione emphyteusis dixerã, nam si nepotes filij mortui concurrunt cũ patruis, tunc succedent in locũ patris, & ideo in stirpẽ, quia tunc in locum veniunt patris, sed dum cum nepotis succedũt iure suo & propria stipulatione, habebunt partem in caput, quã rõnem bene sentit tex. in d. §. cum filius ver. & placuit. & tex. in d. auth. de her. quæ ab intest. §. si igitur ver. si aũt, vbi cũ in locum parentis succedunt fit successio in stirpem. Si aũt in loco & gradu suo succedant, tunc quilibet habebit portionẽ ex capite proprij gradus, vt in dic. l. lege & in d. § hoc ita. Item ɔ̃sidera, ꝙ si vt hęredes non succedunt, sed vt nepotes, vt tenet hic Bar. & in l. ex iusiurandi. §. si liberi. & alibi sępe sequitur, ex capite nepotũ esse diuisionẽ faciendam, non ex hæreditaria portione. Sed ex aduerso pōt replicari, ꝙ quamuis vt filij vel vt nepotes, succedunt tamen vt filij & heredes, vel vt nepotes & hęredes, vt in d. §. emphyteusim, & in §. nec illud, sed cũ nepotes & oẽs descendentes in stirpes succedant in hereditate d. §. cum filius. & in d. l. nepotes C. de suis & legi. sequitur, qđ nepotes eodem modo succedent in emphyteusi, in qua vt heredes nepotes succedunt, & eis stipulatur, præterea ꝙ si pater nepotum moritur, aut dicimus quod nõ succedũt cũ patruis, & hoc esset iniquũ, cum quo ad illos verificetur stipulatio, ea patre mortuo nullum hab. nt superiorem gradum, qui eos expelat vt in d. § ita demum. de here. quæ ab intest. oẽs aut cũ eis concurrent. & tunc necesse est vt in stirpẽ succedant, vt in d. l. nepotes, & in d. §. cum filius, & in §. si igitur, in d. auth. de here. quæ ab intest. Si ergo semel in stirpem intrant in ɔ̃tractu, ẽ inconueniens qđ deinde cũ oẽs nepotes succedãt fiat diuisio in partes, ne res diuerso iure censeatur. & quia non dẽt esse diuisio voluntatis l. cum qui in fi. inf. de his quib. vt indig. C. eg. ta. Quarto notari pōt ex illo tex. ibi, si viuo me filius meus decedat, tunc qui pronepotes &c. ꝙ est necesse, ad hoc vt testm̃ valeat, fieri mentionem de morte filij, quod neganimus superiori vbi fuit ex hoc reprehẽsus Gallus, ideo in eã superfluitatem de qua reprehendit Gallum incidit Sceuola, dicit gl. & Barto. ꝙ non sequitur Gallum, sed refert verba ipsius Galli. Quippe in fronte patet solutionẽ esse nullam. Si enim Gallus fingit vel format testm̃, & in eadem forma reprehenditur a Sceuola, deinde Sceuola format vel fingit illud testm̃, non debet in eadem forma inserere ea, quæ vt superflua detrahit alterius formę. Idcirco consultius respõdetur, nec Gallum superfluum, nec Sceuolam reprehendisse, nec quæ reprehendit retulisse, sed om-

52 nia esse & iuri & rationi consona. † Quinimo noto text. ibi. si prius nepos deinde filius, quod nepos non censetur institutus pronepote substituto. quia si pręsumeretur institutus ex præteritione non rumperetur testamentum, quod est cõtra ea quæ no. in princ. l. nostræ, ad resolutionem dupliciter respõdet Bar. & fatetur, quod quilibet fuit institutus ipsa præsumptione iuris, & quod hic dr̃. si prius nepos decedat, debet intelligi, maxime, quasi hoc non sit necessarium, vel aliter, quod filius fuit institutus, & nepos præteritus, & tunc omnia vt stant sunt vera, quia ad hoc vt nepos nõ rumpat, necesse est, quod ante filium moriatur, alias filio primo mortuo reperiret se præteritum, & rumperet, nec obst. quod in princip. legis traditur, valere testamentum non instituto filio, quod verum est, quia tacite succedit ab intestato, nec ei fit iniuria, sed hic expresse fuit institutus filius, & substitutus pronepos, ideo rumpit nepos, quia est præteritus. Hæc sunt verba Bart. Primo not. id quod notaui s. in princ. ꝙ Bart. in argumento vr̃ sentire filium præsumi institutum, vt verum est, deinde cum idem argũ confirmat, vr̃ sentire, quod ipse tacitę ab intestato succedat, ista tamen videntur habere repugnantiam, quia non potest pręsumi institutus, & quod ab intestato succedat. Item prout ignoramus, an nepos sit institutus, ita ignoramus, an filius sit institutus. ideo fingere nõ debemus filium institutum, & nepotem pręteritum. At id quod in primo intellectu dicit supplẽdum esse, maxime, mihi non placet, quia Sceuola, qui exponit verba ipsius Galli, nõ est credẽdum ea, quę tali expositione egeant, loquutum, & fugiẽdę sunt impropriationes & expositiones maxime huius dictionis, maxime, cuius supplementum inducit contrariũ sensum, quam verbis significetur. Item hoc cõfirmatur, quia si ita supplemus, videtur Sceuola inepto quodam modo dixisse, quod similiter admittendum est, ita sane, si maxime prius nepos, deinde filius moriatur, ne testamentum rumpatur, nam si prius non est mortuus, non est necesse talem substitutionem admitti. nec in hoc casu habet locum Galli prouisio, nec Sceuolę interpretatio. quia eo tunc cessant. Item si prius non moritur, nõ potest rumpi testamentum, quia pronepos nõ est in primo loco, & ideo non rumpit vt præteritus. Pręterea vt hęc referas ad superiora, non est credendũ, quod Sceuola præsup posuerit aliquem casum, quo filius & nepos natus sint pręteriti, quia non solum præteritionẽ viuorũ & filiorũ qui sunt in rerum natura, sed ẽt futurorũ voluit pręcauere. Quapropter intellige ita sane & sine violatione, prout vltimo intelligit gl. in verbo, prius, nam ipse Sceuola docuisset similiter admittendum casum, cũ pronepos substituitur & filio & nepote mortuis, hoc intelligẽdum dicit, dum prius vterq; moritur, nam tunc est admittẽda substitutio, & verificatur, & est admittenda, ne successione rũpatur testm̃. Itaq; duo cõsidera, quod illa dictio, prius, referenda est ad auum, non de nepote ad filiũ, & quo ad pronepotem nihil interest, an filius priusquã nepos vel nepos priusquam filius moriatur. Sed hic interest, vt priusquã moriatur auus, vterque moriatur, & ita ẽt declarat Alex. hic in prin. licet cum Bar. cõem intellectum teneat. Vide quę dixi s. in princ. legis super ista materia in illa quęstione principali. & põdera verbum, deinde, quia ex hoc vr̃ quod dictio, prius, referatur ad filium. Sed dicendũ est, quod verbum, deinde, nõ facit ordinem, sed quia primo dixerat de nepote est, quod deinde dicat de filio. quia vtroq; mortuo est substitutus, in ordine enim verborum non habet misterium, nec ad misteriũ sunt ita ordinata. Sexto nota

53 ex text. nostro rationem, † quare Gallus sit motus ad dandam licentiam, vt posthumus nepos possit institui. Item quare sit motus Sceuola ad interpretationem in casu pronepotis. Sed contra hoc obiicitur, quia cũ lex sit correctoria secundum cõmunem, & limitatoria secundum aliquos, vel etiam si nõ esset correctoria vel limitatoria ratione cessante valet argumentũ, igitur vbi testamentum alias non rumperetur, ex Galli sententia non pōt nepos posthumus institui vel ei relinqui. Sed hoc est falsum ex interpretatione Iuriscõsulti in l. penul. de leg. 1. & in l. quidam relegatus, de reb. dub. vbi dr̃, quod obtinuit sententia Galli ex qua posthumus legari & fideicõmitti potest. Respõdeo quod ex prædicta Iuriscõsulti interpretatione necessaria sequitur, quod ratio finalis ipsius Galli nõ est hic. Etsi ẽt presupponant doct. maxime Moder. in introductione l. Galli. Quid tamen dicendum ad tex. Rñ. dico, quod fuit causa impulsiua, ex qua fuit motus, quia ante talem licẽtiam quid iniquum erat, vt sine culpa testatoris & in casu in quo ipse prouidere nõ posset, rumperetur testm̃ agnitione nepotis posthumi, vt in l. posthumorum inst. tit. c. Ex hac igitur iniquitate æquam licentiam dedit ipse Gallus vt posthumus qui in rerum natura non est institui & ei per consequens relinqui possit, facit text. l. 1. §. sextum, de postu. & ita cum tex. noster hanc causam referat, vera est, quia fuit causa inuentionis. Intentio tamen ad istam causam non est restricta, sed vniuersaliorem habet iustitiam vt in

54 illis legibus, & dicam in s. sequenti in notabilibus. † Septimo notatur in verbo &cet. quod tale verbum includit ea quæ sunt de natura actus, ita Dyn. per text. nostrum, vnde inferebat ad protocollum notarij. Idem tenet Dyn. in §. nunc de lege infra. eod. vbi est similis. Bartol. tamen dicit hoc non probari ex tex. sed tm̃ probatur, quod illa oratio, in qua ponitur verbum &c. suppletur secundũ materiam & consuetudinem illius orationis, vnde Bartol. ipse distinguit, & reliqua. Ego vero ita sentio. & primo quod appellatione verbi &c. comprehenduntur omnia exceptis expressis, hæc est sententia Iurisconsulti in l. cęterorum, de verbo. sign. ff. nam si tibi certam rem lego, & cætera Se c. omnia cõprehenduntur sub illo verbo, cętera, quæ legari possunt. Itaq; appellatio huius verbi omnia comprehendit ad orationem & materiam adaptabilia. Facit text. in l. cum optio. de opt. legata. & pręsuppono, ꝙ in verbo, reliqua, & in verbo, cætera,

cætera, eadem ratio & significatio versatur, vt fatentur hic doctores. & docet iureconsultus in d. l. cęterorum. Sed reliquorũ appellatione omnes ad eum pertinent, cui reliqui serui legantur. Facit tex. in l. potest. ff. de verbo. signifi. vbi dr̃, quod potest reliquorũ appellatio vniuersos significare. Itaq; horũ verborum ea est significatio, vt cõprehendant omnia, quæ pręter expressa cõpetunt materiæ, & sunt eiusdem qualitatis. ideo dicebat gl. in d. l. põt qđ posset cõprehendere & significare fortan nihil. siĉut nihil adaptari possit eiusdem qualitatis, vt in l. itẽ vt Sabinus. §. aliter atq; inf. de hær. instit. vbi si asse expleto ex reliqua parte hæres instituaris nihil habebis. Facit etiã text. in l. 2. C. de here. insti. vbi residui cõmemoratio totũ reliquũ cõtinet & totũ etiã simpliciter quãdoq; cõprehendit vt ibi. Item facit tex. in l. nã qđ. §. qui compulsus. ad Treb. vbi qui cõpulsus adit hæreditatẽ sicut ceteris cõmodis caret ita nec quarta retinere põt dicit glo. in verbo, cæteris cõmodis. i. quæ occasione

55 hæreditatis deferebantur. facit auth. ex cã de lib. præt. † Itaque hoc verũ est, quod appellatione cęterorum omnia cõprehenduntur, quæ omissa sunt in illo actu, & ad naturã actus sunt cõgruentia. Itẽ qđ veniant naturalia, text. est optimus in l. si duo patro. §. qui iurauerit de iureiurãdo. & noto qđ naturalia emptionis sunt, vt res præstetur, vt teneatur de euictione. vt notat gl. in l. pacta conuenta de cõtrahenda emptione. tex. est in l. ex empto. in princ. ff. de acqui. empti. Sed dicitur in d. §. si quis iurauerit, qđ si quis iurauerit rem sibi venditã, tenetur aduersarius ad cætera præstanda, hoc est, vt res ei tradatur, & tradens de euictione teneatur. Ecce ergo quòd verbũ, cętera in aliquo actu positum comprehẽdit ea quæ sunt de natura illius actus. Ita colligitur ex interpretatione Iurisconsulti in d. §. si duo. §. si quis iurauerit. an aũt verbũ, cætera, ponatur in oratione literis extẽsum. an abbreuiatũ, an cũ verbo, vel sine verbo, quoad ipsius significationẽ nihil est, & si Bar. & Alex. videant sentire differentiã, nam rationi significationis nihil mutat an scribatur abbreuiatum, vel omnibus literis, imò veritas est, qđ ea ratione vsus assumpsit tale verbum abbreuiari, qa de sui significatione omnia ad actum congruentia cõprehendit. vnde breuiter illo verbo litera tantũ signato, ea omnia comprehendit. Itaque in ratione cõprehensionis non differt verbum, cætera literis scriptum a verbo, &c. litera vna signato. qđ vt manifestũ a teipso vides & legibus comprobo. l. ex l. si ita quis. ff. de euictionibus, vbi verbũ, cætera, comprehendit casus similes, vt si quis promittat seruum sanũ esse, furem nõ esse, vespertilionẽ nõ esse &c. itaque illud verbũ, &c. comprehendit omnes alios casus euictionis eiusdem qualitatis, & reliqua quæ in actu sunt naturalia. Item lex sequens refert talia verba, si quis stipuletur seruum nõ esse furem, nõ esse fugitiuum, non esse &c. quæ ex edicto ædilium curulũ promittũtur, verum vna stipulatio sit, an plures. Ecce qđ in oratione extẽta, & in qua nihil deest, verbũ, cætera, ponitur abbreuiatum, & ibi necesse est dicere, idẽ significare, ac si literis late fuisset scriptũ. & tamen in l. præcedẽti idem significat dictio succincta & sine verbo posita, qđ significat in ista lege. Et ideo conclude nullam esse differentiã. Nec obstat, quod dicit Bar. ex tex. nostro & ex. §. nunc de leg. quod suppletur oratio, in qua ponitur, & nihil aliud facit, quod fatemur. & ratio est, quia ad orationẽ ponitur. Vnde reliquas omnes orationis partes includit. itaque hic eandem significa-

56 tionem obseruat quam in reliquis. Et ita hoc intelligas. Vnde ita distinguerem, aut verbũ, cætera, ad certa dirigatur, & ea omnia comprehendit. vt in l. cum optio. & in l. cæterorũ. §. alle. vt puta, Seio relinquo vnum seruum. Gaio reliquos. aut dirigitur ad incerta, & tunc ea omnia veniunt, quæ sunt de natura rei. vt in d. l. si duo. §. si quis iurauerit. aut veniunt, ea q̃ sunt consueta apponi. vt Abb. in cap. 2. de reg. iur. Dyn. Bald. Ang. hic. & est optimum argu. in l. vel vniuersorum. ff. de pig. act. & in c. quod ad consultationem. de offi. dele. Ea enim quæ cõsueta sunt, tacite censentur venire. quo recte dicitur, quod illa dictio includit ea tanquã actui imponi solita, quia etiam dicitũ qđ ea quæ sunt cõsueta, censentur a partibus consensu approbata, vt gl. l. 4. §. in cõmissoria. ff. de lege commis. de quo vide hic late per Moder. Item veniunt ea, quæ sunt similia expressis, vt in l. si ita quis de euictionibus. §. allega. vnde esset assumẽda doctrina, quod non veniunt maiora expressis, sed ęqualia. facit in arg. tex. in c. pastoralis de rescrip. §. fi. & in c. sedes eod. ti. lib. 6. vide hic late per Mode. Nota tamen qđ doc. Abb. in c. 2. de reg. iur. dicit, qđ ea quæ sunt naturalia vel substantialia veniunt, non autem ea quæ sunt accidentialia. confirmant hic Moder. in 2. col. ante mediũ. Tu dicas, quod naturalia veniũt sed substantialia ab his summe differunt, nec credo quod cõprehendantur, quia substantia est idem qđ esse alicuius rei, & semper aliquo præsupposito, est necesse, qđ exteriora deducãtur per verbũ &c. & ideo dicebat Bal. in c. cũ in iureperitus. 9. col. de offi. deleg. ꝙ notarius, qui in instrumento ponit diem & annũ. & postea dicit, in dictione &c. tunc dicitur instrumẽtum nullum, nec põt suppleri, quia est de substantialibus, vt glos. in l. generali. C. de tabula. lib. 10. referunt idem Moder. 4. colum. in princip. vide Pau. de Cast. in l. ex empto. in principio de actionibus empti. in principio. vbi ex tex. notat quid sit de natura actus. & no. in dicta l. pacta quæ sit differentia inter naturalia & essentialia. & pactũ contra naturalia contractus bene valet, quam non valeat cõ substantialia. vt in l. pacisci. de pactis. sup. & no. in d. l. pacta. vnde æquiuocat d. Abb. in d. ca. 2. de reg. iur. & in c. pręcariũ. de præcariis. inf. notabili. vbi notat, ꝙ pactũ appositum contra naturam cõtus nõ valet. sed voluit dicere cõ substantiam. tamen Abb. aliquando æquiuocat in naturalibus & substantialibus, id autem quod dicitur de accidentalibus, si ea essent in consuetudine, bene venirẽt sub verbo &c. Vltimo do. Alex. in vltimis verbis hic refert & sequitur Bal. in l. tres fratres. sup. de pactis. ꝙ licet appellatione filij veniat filia, vt in l. si ita scriptum sit filiabus de lega. 2. & in l. qui filiabus. supr. de testa. tutela. & ego rationem scripsi sup. in prin. text. nostri super glo. neptis. tamen si statuto prohibeatur filiam succedere stantibus masculis, & testator instituat filiũ, non videbuntur comprehendi fęminæ, ex quo per statutum prohibentur succedere quia in dubio vr̃ disponere sm ius cõe. sm no. per Bar. l. hæredes mei. §. cum ita. & in l. hæredibus ad Treb. & arg. tex. in l. fi. de condit. & demon. & qđ ibi Ioan. de Imo. vbi testator videtur testari sm ius municipale ꝙ in ciuitate illa dicitũ ius cõe. l. om-

57 nes populi. de iust. & iure. ita dicebat domi. Alexan. † Ego tamen de his statutis, maxime q̃ simpliciter disponũt, ne filiæ fęminæ stantibus masculis succedant, satis dubito, an valeant. de qua dubitationis ratione ostendam, vbi idipsum aptius inciderit. Ad propositam tamen quæstionem ita distinguo, aut statutum loquitur ex testamento, & tunc si statutum valet, certe nõ est dubiũ, ꝙ filia nõ sit hęres quę esse nõ põt. cum igitur nomẽ filij ad filiã non sit aptum, nec eam comprehendit. vt tradit in l. 1. de verb. signi. aut statutum loquitur ab intestato, quo casu est minus in quũ, & tunc dubito. primo, quia tale statutũ est vitiosum. vt in l. maximum vitium. de libe. pręte. & accusat offendere naturam. Item ex eo oritur non iniuria mediocris solum, sed iniurię in ipsas filias, & maxime. vt in l. lege. de leg. hęre & in §. cæterum. insti. de leg. ag. succ. & ita Bald. in d. l. lege. dicit tale statutũ, ne fęminę succedant, esse iniuriosum, quãuis vt ipse ait, impropriè sit iniuriosum. vt no. Cy. in l. 1. C. de adul. tamẽ cũ ex sensu legis non solũ contineat iniuriã, sed maximas iniurias nescio quo pacto impropriè iniuriosum appellẽt. nã omne qđ non iure fit, ad iniuriã fieri dr̃. vt in l. 1. in princ. ff. de iniu. & cũ iniuria ex eo dicta sit, ꝙ non iure fiat, id qđ iure non fit, iniuria propriè dicẽt. vt in d. l. 1. & in prin. Insti. eo. ꝙ vero nõ iure fiat ostendit ex eadẽ l. lege, & ex l. maximũ vitiũ. vbi talia iura fæminas excludentia tanq̃ vitiosa, iniqua & iniusta corrigũtur, & cum iniusta sint, nõ possunt iura appellari. c. ius. de verb. sig. Secũdo quia quo ad ius naturæ eadẽ ratio successionis est fęminarũ, quæ est masculorum, vt patet in illis iuribus, sed naturale & gentiũ ius potius est iure ciuili, & est præferendum, vt in §. singulorũ. insti. de re. diui. §. sed naturalia. instit. de iure natu. gen. & ci. in c. fi. de consue. in c. fin. 9. dist. Igitur tale statutum non debet vincere ius naturæ, quo filiæ succedũt. Quinimo luce clarius est, ꝙ lege ciuili naturalia iura tolli nõ possunt. vt in d. c. fi. de consuetu. & in d. c. fi. 9. dist. & in l. has obligationes de cap. di. in §. fin. insti. de leg. agna. tute. Occurrunt non ab re illa Marci Tul. verba lib. 3. officiorũ, ꝙ maiores aliud ius gentium aliud ius ciuile esse voluerunt. ꝙ cum ciuile nõ idem cõtinuo gentium. ꝙ autem gẽtium idem ciuile esse debet. Ecce igitur quod naturalis & iurisgentium esse probatur debet idem iuris ciuilis esse. & dum a iuregentium & naturę discedimus, aberramus quidem a vera iustitia. cũ enim ius gentiũ & naturæ sit recta rõ a Deo data, si a recte rõnis via obliquamur, nec iustitiam ipsam, nec vmbram iustitiæ prosequimur. quo fit. vt nullo modo iura ciuilia contra iuragentium sint instituenda. Pręterea tale statutum non solũ est iuris ciuilis correctoriũ, si correctorium esse põt. nã filiarũ successio æque ac masculorũ iure ciuili est approbata. & ius ciuile in hoc ipsam naturam limitatur. d. l. lege. & auth. de hęre. quæ ab intest. & in d. l. maximũ vitium. authen. cessante. C. de lib. pre. Si igitur in successione ab intestato loquitur, nõ est extẽdẽdũ, vt in testõ ex tali iure filia non censeatur cõprehensa. cũ casus testamenti sit extra vim & verba statuti. igitur interpretabitur iure ciuili gentiũ & naturę. & in hoc bene habet locũ regula l. præcipimus. de appel. & l. si

58 vero. §. de viro. solu. matr. † Quarto, quando volũtas testatoris dubia, magis est interpretanda ex regula naturę & gentium, q̃ ex regula municipali rõ est, quia lex naturę inest sibi. vt in §. ꝙ vero. de iure natu. gen. & ciui. & in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. vnde credendum est voluntatẽ a lege sua potius regi, quã a lege statuti. & pręsumptio naturalis est, ꝙ quisq; velit filiũ facere posteritatis successorem. vt in l. liberorũ. de ver. sig. in l. scripto. inf. vñ liberi. in c. naturale. 1. dist. & ista volũtas pręsumptiua vel potius inclinatio nõ alteratur in filia, imò æqualis est in filio & in filia. vt in d. l. liberorũ. in fi. & in l. leg. in prin.

ideo eque comprehendet institutio filium & filiam, nec possumus dicere voluntatem in casu nostro fore dubiam, cũ & verba comprehendant filiam, & mens sit certa, & ex verbis & sine verbis etiã in dubio taliter foret interpretanda, nec obstat, quod dicunt doctores, voluntatem testatoris s'm statutum municipale esse intelligendam, vt in l. fi. de condi. & demon. vbi illa verba, si filius antequã res suas administrare possit, interpretantur ex edicto de minoribus, nam rñdeo, quod tale edictum ne minor possit res suas administrare ante 23. annum hẽt equitatem naturalem, & est determinatio legis naturæ, vt in edicto de minoribus late patet. Nos vero loquimur, dum statutũ municipale aduersatur iuri naturæ & gentium. Quod vero Alex. subiungit legem municipalẽ esse ius cõe, vt in l. omnes populi cum similib. profecto lex ciuitatis cuiuslibet est ius ciuile eiusdem ciuitatis, & hoc constat ex l. omnes populi, cũ tamen de iure cõi loquimur, ius commune ius gentium appellatur, non est commune omnium gentium, & eodem modo appellatur in l. ius ciuile, eo. titu. & in §. quod vero, & in §. ius autem gentium, insti. de iure natu. gen. & ciui. Ita. n. apud iurecõsultos,
59 † appellatione iuris communis potius intelligitur ius gẽtium, quam ciuile, quamuis etiam quandoq. ius ciuile respectu iuris singularis commune appellatur, vt in l. quamquã de mili. testa. cum si. nec ob. arg. de. §. Sed quoties, instit. eo. ibi enim non est iuris simplex appellatio, vt inepte sepe vulgo traditur. Sed inter iura ciuilia & in simplici iuris ciuilis appellatione subintelligitur ius ciuile Romanorum, sed statuta quæ vbiq; maxime in ciuitatibus Italię vigent, habent rationem conseruandę familiæ, quæ ratio non adeo viget, vt filiabus ius, quod sibi a natura competit, in totum & in vniuersum euelli debeat vel possit, vt in illa d. l. lege. Sed dote cõstituta in locum portionis ius naturę moderatur, prout dicimus in quarta vel tertia iure naturæ filio debita. l. parentibus, & in authen. nouissima de inoffic. testam. & in c. Raynutius, de testam. Vnde non assentirem sententiæ Bald. in d. l. maximum vitium, penul. colum. versi. 8. quod filia ex tali statuto est redacta ad instar extraneę, & ideo authore Bal. non debetur sibi legitima. certe si ex statuto adeo redigeretur ad instar extraneę, quod non deberetur sibi legitima debita iure naturę, vel dos loco talis debiti, statutum esset iniquum & ideo nullum, vt in d. cap. fin. 9. distinctio. & in cap. final. de consuetudine & ita tenet Richard. maium in l. senatus. C. de nup. & Bal. ibi. Cogita & alibi clarius & latius & opportunius loquar. Finis.

REPETITIO

D. Fortunij Garciani Hispani. Super §. Et quid si tantum, ex l. Gallus ff. de libe. & posthum.

SVMMARIVM.

1 *Deum ab initio tribuisse homini inclinationem generandi & generationis conseruandæ, vt in sua specie conseruaretur.*
2 *Homini naturaliter insitum esse, vt filijs thesaurizet.*
3 *Filiorum successionem in bonis parentum esse iuris naturalis. Suorum hæredum appellatio vnde deducta.*
4 *Nepotes & pronepotes quando efficiantur sui hæredes, & nu. 9. & 11.*
5 *Suitas quid sit, & quam late pateat in iure (sui) verbum, & nu. seq.*
7 *Sui hæredes qui sint, & nu. seq. & 14.*
10 *Exhæredationem non habere locum ante aditam hæreditatem.*
12 *Intellectus ad l. scripto hęrede ff. vnde libe.*
13 *Nepos præteritus in eo testamento in quo pater eius est exhæredatus & extraneus institutus, cur non possit dicere testamentum nullum si pater decedat scripto hærede deliberante.*
15 *Sui hęredes quare sic vocentur.*
16 *Hæreditas an quæratur suis hęredibus etiam inuitis.*
17 *Intellectus verus ad §. & quid sit tãtum, ex l. Gallus ff. de libe. & posthu. & num. seq.*
19 *Patriam potestatem amitti per interdictionem aquæ & ignis, item etiam iura ciuitatis, non autem ea quæ sunt de iuregentium.*
20 *Deportatum in insulam amittere iura eius ciuitatis a qua est deportatus, non autem alterius ciuitatis, atq; inibi quod nemo deportari possit vltra territorium deportantis.*
21 *Deportatum nõ posse testari de his bonis quę habet in territorio eius a quo est deportatus.*
22 *Deportationis pęnam successisse in locum interdictionis aquę & ignis, atque inibi quod leges imponentes pęnam interdictionis aquæ & ignis intelligendæ sunt de deportatione.*
23 *Deportatus an æquiparetur excommunicato. & nu. 25.*
24 *Excommunicatio quid sit*
26 *Deportati an bannitis æquiparentur, & nu. 28.*
27 *Bannitus an possit facere testamentum.*
29 *Deportatione an perdat ius eligendi is qui rogatus est restituere hæreditatem quibus velit, atque inibi an eligere sit ius, & nume. sequen. & 31. & 33. & 36.*
32 *Deportatione eius, qui rogatus est restituere hæreditatem cum morietur, an conditio censeatur impleta.*
34 *Deportato eo, qui rogatus erat restituere hæreditatem liberis vel quib. vellet, si vnus ex liberis pendente deportatione moriatur, an liberi ipsius in locum eius admittantur ad partem illius hæreditatis.*
35 *Intellectus ad §. si quis rogatus fuerit 2. de l. ex facto ff. ad senatusconsult. Trebellia.*
37 *Deportatum non posse esse arbitratorem.*
38 *Bannitus possit ne eligere aut arbitrari.*
39 *Excommunicatus possit ne arbitrari vel eligere possit, & nu. 43.*
40 *Excommunicatus quare repellatur a iudicio.*
41 *Seruus an pro nullo habeatur in his quæ sunt iurisgentium.*
42 *Arbitratus an sit iuris ciuilis an iurisgentium.*
44 *Excommunicatum non posse cum alijs contrahere, nec alijs licere cum eo contrahere, & nu. seq.*
46 *Deportatus an peregrini appellatione contineatur, atq; inibi quam varie accipiatur dictio peregrinus.*
47 *Substitutio nepotis facta in casum mortis filij an extendatur in omnem casum per quem filius desinit esse suus.*
48 *Substitutio facta de nepote in casum mortis filij, an verificetur filio ingrediente monasterium. & nu. 50. & 56.*
49 *Filius ingressus monasterium an retineat iura sui hæredis, tametsi exeat e potestate patris. & nu. 54.*
51 *Filius in adoptionem datus an & quatenus sit suus hęres patri naturali.*
52 *Suus vt quis dicatur, quæ requirantur.*
53 *Posthumorum natiuitatem referri ad tempus conceptionis vt dicantur sui esse & in potestate.*
55 *Intellectus ad l. Deo nobis. C. de episc. & cleric.*
57 *Substitutio facta in casum mortis filij instituti an verificetur per emancipationem eius. & nu. 205.*
58 *Hæres rogatus restituere hæreditatem cum morietur, an per ingressum monasterij faciat locum substituto.*
59 *Intellectus ad §. si cui ex l. fideicommissa. ff. de leg. 3.*
60 *Filius relictum sub hac conditione si morte patris efficiantur sui iuris, an si a patre emancipentur, statim debeatur tanquam conditio sit impleta, & nu. [illegible] & 64. & 173.*
62 *Mortis appellatione an & quando veniat mors ciuilis, & nu. 64. & 79.*
63 *Mortis ciuilis nullam fieri mentionem in toto iure ciuili, & nu. 68.*
65 *Pactum de lucranda dote per mortem mulieris, verificari hoc ipso, quod mulier ingreditur monasterium.*
66 *Monasterium ingressus quod non est incapax bonorum, non habetur pro mortuo, sed vtilitates ei prouenientes, monasterio applicantur.*
67 *Deportationem, monasterij ingressum, & cætera id genus in plerisque casibus non æquiparari morti.*
69 *Monasterium ingredientem mori ciuiliter, falso hactenus existimatum.*
70 *Monachus an ciuiliter obligari possit, & an naturaliter.*
71 *Deportatio & exilium perpetuum an veniãt appellatione pęnæ capitalis.*
72 *Hæreditatem restituere rogatus si decesserit sine liberis, an si ingrediatur monasterium, teneatur restituere, quasi verificata conditione. & nu. 75.*
73 *Monasterium quod est bonorum incapax ingrediente eo, qui rogatus est restituere hæreditatem, si sine liberis decederet, an ea hæreditas maneat apud succedentes ab intestato vsque ad mortem ipsius naturalem.*
74 *Fiscus quare pręferatur fideicommissario, quãdiu viuit is cuius bona sunt publicata, quique rogatus erat restituere hæreditatem post mortem.*
76 *Nepote substituto ex Galli Aquilij consilio, si mortuo filio pater ingrediatur monasterium incapax bonorum, ac deinde nepos nascatur, an testamentum rumpatur, an vero substitutio locum habeat.*
77 *Leges priores esse trahendas ad casus similes qui noue emergunt.*
78 *Conditio tametsi debeat adimpleri in forma specifica, tamen verificatur in casu simili, quando est necessaria ad actum. & nu. 87.*
80 *Monachum per ingressum religionis perdere cum ciuitate libertatem.*
81 *Extensione facta sub aliqua ratione per legislatorem de casu ad casum, censetur permissa extensio ad casus finales in quibus subest eadẽ ratio.*
82 *Gallum Aquilium non reprehendi a Scæuola circa formulas instituendi posthumos nepotes, contra quam opinati sint hactenus interpretes.*
83 *Velleium in lege ferenda super institutione nepotum eadem ratione motum fuisse, qua & Gallus Aquilius.*
84 *Galli Aquilij formula super posthumis nepotibus instituendis, an extendatur ad nepotes in vita testatoris natos. & nu. 92.*
85 *Posthumos alienos posse institui, eisdem posse legari, ac per fideicommissum relinqui, ex Galli sententia inductum.*
86 *Legem correctoriam vel limitatoriam extendi ad casus similes in quibus subest eadem ratio, contra quam hactenus opinati sint interpretes.*
88 *Conditio ad actum necessaria an possit verificari in casu ęquiualenti.*
89 *Conditionem de qua in l. commodissime ff. de liberis & posthumis, esse voluntariam, non necessariam, atque inibi defensus Barto. a reprehensione materiarum.*
90 *Conditio, si nascatur, an sit necessaria in institutione posthumi.*
91 *Conditio de qua in l. Gallus ff. de liberis & posthumis an sit necessaria.*
93 *Conditio necessaria quo ad effectum an possit impleri in casu ęquiualenti. & num. 99.*

Lex, mulier

95 Lex, mulier. ff. ad Trebellianum, an sit hodie correcta cum similibus. & num. sequen.

97 Institutiones tacitas filiorum nonnunquam elici ex coniecturata voluntate parentum casque valere.

98 Fideicommissum relictum a matre filiofamilias sub conditione emancipationis, debetur ipsi filio quomodocunq; sui iuris efficiatur.

100. Intellectus ad l. multi non no. ff. de lib. & posthu. & ad l. filys matrem. C. de inoffi. testa. & an leges illæ sint hodie correctæ.

101 Substitutus mulieri post mortem eius in eo quod maritus ei donauit si honeste & in viduitate degeret, an statim admittatur ad fideicommissum si mulier secundo nupserit, an vero sit expectanda mors mulieris.

102 Legatum ademptum legatario sub conditione in pœnam cui debeat applicari.

103 Substitutum præferri venientibus ab intestato, etiam si substitutio tacitę eliciatur ex præsumpta voluntate testatoris.

104 Verbis tunc standum esse, non considerata voluntate testatoris, quando verba non deseruiunt voluntati testatoris, etiam si impropricntur.

105 Legati dationem & ademptionem æquiparari.

106 Prouisio facta in vnum casum per modum dispositionis porrigitur ad aliū qui ex virtute expressi potest intelligi. atq; inibi quam late pateat hęc conclusio. & nu. 111. & 112. & 114.

107. Voluntatem in testamentis potius attendendam, quam verba.

108 Verba in testamentis nihil operari, cum voluntati testatoris repugnant, si constet de ea voluntate, atq; inibi idem esse in contractibus.

109 Verbum id proprie esse quod mente concipitur.

110 Scriptura de qua constat præferenda est voluntati de qua non constat.

113 Intellectus ad l. consensu. ff. de actio. & obligat.

115 Filios instituens hæredes an censeatur eum instituisse, quem ignorabat se habere.

116 Tutores filijs suis generaliter dans non censetur ei filio dedisse, quem ignorat se habere & quæ sit huius ratio.

117 Dispositum a iudice in vno casu an trahatur ad casum omissum ex identitate rationis. & nu. 119.

118 Intellectus ad l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de rebus cor. qui sub tutel.

120 Extensio admittatur necne ad casum omissum, qui non quidem re vera, sed per fictionem idem operatur quod casus expressus.

121 Intellectus ad l. si. C. de his qui veni. ętat. impetra.

122 Intellectus ad l. 4. §. illud. ff. rem pupil. sal. fo.

123 Ancilla prægnante vendita an censeatur partus venditus. & an pro eo competat actio ex empto.

124 Dispositum in vno casu in quo sit stricta interpretatio, an extendatur ad alium casum habentem similem effectum. & nu. 126.

125 Mandatum an semper debeat impleri in specifica forma, an vero possit impleri in casu æquiualenti.

127 Effectum eundem habere ea quæ eandem habent rationem.

128 Gratiæ a Romano pontifice concessæ strictè sint interpretandæ.

129 Papa mandans motu proprio beneficium vacaturum per resignationem cōferri alicui an censeatur velle ei conferri si vacet per mortem. & nume. 131.

130 Intellectus ad c. susceptum. de rescrip. lib. 7.

132 Dispositum in materia fauorabili in casu simplici an extendatur ad casum mixtum.

133 Intellectus ad l. si ita scriptum. ff. de lib. & posth. & nu. 140. & sequen.

134 Præscriptione quinquennij non tolli accusationem adulterij mixti cum incestu. & quæ sit huius ratio.

135 Intellectus ad l. si ita. ff. de iniust. rupt. & irri. testa. & nu. 142.

136 Institutione sic facta, si filius mihi natus erit, ex besse hæres esto, si vero filia, ex triente hęres esto. ex reliqua parte vxor hęres esto. an testamentum subsistat, si vterq; natus fuerit. & qua ratione hęreditas diuidetur. & nu. seq. & 139.

138 Dictiones, si vero, si autem, & similes quandoq; aduersari facto quandoq; iuri, quandoq; iuri & facto simul.

143 Exhæredatio facta de filio aut filia nascituris an porrigatur ad eum casum quo ambo simul nascantur.

144 Exhæredans id quod in ventre est, an censeatur exhæredasse eum qui iam natus est, quem tamen in ventre esse existimabat.

145 Exhæredatio facta de posthumo post mortem testatoris nascituro an extendatur ad eundem si forte nascatur in vita testatoris.

146 Ancilla prægnante vendita, pacto adiecto, vt si filium pepererit, partus Titio, si filiam, Caio daretur, vtrisq; simul natis quid constituendum sit. & quid si ter gemini nascantur. nu. seq.

148 Filio grauato restituere hæreditatem si decederet filiabus duntaxat relictis, grauato autem restituere aliquam summā si masculos relinqueret, quid iuris si decedat relictis masculis & fœminis.

149 Venditor Ancillæ prægnantis si paciscatur partum sibi reddi si masculus sit, si autem fœmina, quod ipsius emptoris sit, vtrisq; eodem partu natis quid iuris sit. & nu. 151.

150 Libris iuris vel medicinæ legatis alicui prout ille huic vel illi disciplinæ se addixerit, an si vtriq; disciplinæ operam det, debeat vtrosq; libros consequi.

153 Legitimandi adulterinos itemq; incestuosos potestate alicui concessa an censeatur concessum vt possit natum ex adulterio. & incestu legitimare. & nu. 157. & 170.

154 Legitimandi potestas concessa sit ne odiosa, an fauorabilis. & nu. 155.

155 Delegatus subdelegando causam an dicatur exercere iurisdictionem. & an hoc ipso perpetuet eam.

156 Intellectus ad c. si. de simonia. & nu. 159.

158 Commissio ad aliquem actum expressum continens clausulam generalem ad actus similes expressos non extenditur ad alios actus maioris qualitatis quam sit expressus.

160 Facultatem dispensandi cum monachis extendi ad abbates, vt ex ea possit cum eis dispensari.

161 Argumentum a maiori non valere in gratijs & priuilegijs, sed duntaxat a comprehensis.

162 Concessio facta alicui de decimis fundorum quos colit, an extendatur ad eos fundos quos in posterum colet. & nu. 165.

163 Decimis laico in feudum concessis, non censeri concessas decimas nonaliū.

164 Intellectus ad c. ex parte de decimis.

166 Priuilegium non soluendi decimas concessum alicui an trahatur ad prædia quæ postea habiturus est. & nu. 168.

167 Priuilegium concessum ecclesijs an extendatur ad futuras ecclesias.

169 Patronus impetrans decimas contra ius parochiani an censeatur impetrare de præsentibus & de nonalibus.

171 Mixtum an & quando comprehendatur sub simplicibus.

172 Cōditio voluntaria an sit obseruanda in forma specifica. & n. 174. & 177.

175 Intellectus ad l. si seruus decem. ff. de solu.

176 Conditionem, si sine liberis decesserit, non facit deficere filius qui fingitur mortuus.

178 Intellectus ad l. qui hæredi. ff. de conditio. & demon.

179 Pactum in contractu matrimonij factum super lucro dotis aut donationis propter nuptias per mortem alterutrius ex coniugibus an locum habeat alterutro monasterium ingresso.

180 Testatore, qui secundum Galli Aquilij consilium nepotem posthumum instituit, monasterium ingresso, an locum habeat institutio, perinde atq; eo mortuo.

181 Conditionem collatam in hæredem verificari in bonorum possessore.

182 Hæredi nonnunquam licere conditionem sibi adiectam spernere, & in meliorem mutare

183 Conditiones derisorias non valere. ac proinde reijciendas esse. & nu. 185.

184 Voluntates testatorum ineptas non esse seruandas.

186 Conditionem, si proiecerit pecunias in mare, non semper esse derisoriam vel dementis hominis, sed nonnunquam esse obseruandam.

187 Conditionem, si sine liberis decesserit, non deficere per adoptionem filiorum.

188 Prouisionem in vnum casum factam extendi ad alium ex identitate rationis. & nu. 190.

189 Casus similes qui dicantur.

191 Extensio an admittatur in correctorijs & pœnalibus ex identitate rationis quando ratio in lege est expressa. & num. seq. & 194.

193 Constitutionem statuentem per dictionem taxatiuam, cuiusmodi sunt, tantum, duntaxat, & similes recipere interpretationem extensiuam a ratione expressa.

195 Rationem legis haberi pro expressa, quando vnica duntaxat reddi potest.

196 Filius in potestate institutus, substituto ei dato, an si fuerit emancipatus, excludatur a successione, ac substituto locum faciat. & nu. seq. & 199. & 200. & 202. & 204. & 206.

198 Parentum amorem maiorem esse erga filios, quam erga nepotes.

201 Institutio filij habens tacite hanc conditionem, si suus manserit, an sit conditionalis, vt ex defectu conditionis euanescat.

203 Gallum Aquilium institutionem posthumorum nepotum induxisse, non substitutionem.

207 Substitutionis verbo nonnunquam institutionem significari.

208 Emancipatorum & suorum sit ne hodie sublata differentia tam circa successionem ab intestato, quam ex testamento. & nu. 210 & 212. & 214.

209 Testamentū rumpendi ius non habere eum, qui non habet ius succedendi ab intestato. & nu. 215.

211 Filio emancipato, nepotem ex eo fieri suum auo.

213 Emancipatos ad similitudinem suorum succedere, quomodo intelligendū.

216 Filium emancipatum non excludere nepotem, qui suus est, a successione ab intestato. & nu. 223.

217 Testamento annullato per querelam, vel per ius dicendi nullum an emancipatus filius excludat nepotem qui suus est.

218 Emancipatum filium non habere hodie ius dicendi testamentum nullum.

219 Titulus de coniungendis cum emancipato liberis eius, sit ne hodie correctus.

220 Titulus de coniungendis cum emancipato liberis eius quando habeat locum.

221 Paria sunt, testamentum non esse conditum, & esse conditum, sed retractari vel per ius dicendi nullum. vel per querelam.

222 Intellectus ad auth. in successione. C. de suis & legit.

224 Emancipatus an transmittat hæreditatem non agnitam quemadmodum suus.

225 Simile esse, longe aliud est, quam esse idem.

226 Filius qui deportatione iura sui amiserat, si postmodum fuerit restitutus, an noceat nepoti, vt eum a successione aui excludat. & nu. sequen. & 231.

228 Bonorum possessionem competere tam liberis suis quam emancipatis, atq; inibi intra quantum temporis competat.

230 *Ius patronatus deportatione amissum, atque ob id alteri quaesitum an per restitutionem recuperetur.*
232 *Restitutio an & quando praeiudicet iuri alteri quaesito, numero 236. & 238.*
233 *Alienatio facta per filium interim dum pater erat deportatus, an restitutio a patre reuocetur, an vero firma maneat.*
234 *Feuda & emphyteutica praedia transire in filios per patris deportationem, non in fiscum, & an si pater restituatur, recuperet ea.*
235 *Restitutus in dignitatem a qua priuatus fuerat, an recuperet omnia quae amiserat per eam priuationem.*
237 *Bonis alicuius ob delictum partim fisco partim haeredibus per statutum addictis, an si is restituatur, recuperet etiam ea bona, quae haeredibus addicta sunt.*
239 *Restitutus an recuperet bona parti ob iniuriam ei factam applicata, quemadmodũ recuperat ea quae fisco adiudicata fuerant. & nu. 241. & 244.*
240 *Principem non debere restituere quemquam in praeiudicium subditorum sine eorum consensu. & nu. 246.*
242 *Possessionem antiquam non sufficere ad probandum dominium.*
243 *Dominium praesens probari ex dominio antiquo praesumptiue, non vere.*
245 *Dominium probari ex causa proxima contra eum a quo quis causam habet.*
247 *Principibus iniuste aliquid praecipientibus iudices parere non debere.*
248 *Restitutus recuperans bona sua an fructus similiter recuperet, & numero 252.*
249 *Restituendi verbo quid contineatur.*
250 *Intellectus ad authen. idem de Nestorianis. C. de haereti.*
251 *Haereticorum bona iure canonico publicari, nec illa eorum filijs concedi.*
253 *Restitutio gratię & restitutio iustitię qui differant.*
254 *Restitutio rebannito an & qui fructus sint restituendi.*
255 *Legitimatus post mortem patris an auferat bona venientibus ab intestato, atque inibi an legitimatio retrotrahatur, & nu. 267. & 270.*
256 *Filius naturalis tantum primo loco natus, qui deinde legitimatus est, an praeferatur in successione regni ei qui post eum in matrimonio natus est.*
257 *Filii spurij institutionem valere, si postea fuerit legitimatus.*
258 *Substitutionem spurij valere, si is fuerit legitimatus prius quam substitutio verificaretur.*
259 *Testamentum inter filios naturales factum, adhibitis duntaxat duobus testibus, valere, si tales filij postmodum legitimati fuerint.*
260 *Legitimatis trahatur necne retro in praeiudicium iuris quaesiti tertio, & nu. 262. & 264.*
261 *Natalium restitutionem retrotrahi.*
263 *Libertus qui nunquam fuit ingenuus, quomodo dicatur natalibus restitui.*
265 *Legatum recta via transire in legatarium ex tempore mortis testatoris, quomodo intelligendum.*
266 *Intellectus ad c. tanta. qui filij sint legit.*
268 *Legitimati per subsequens matrimonium an censeantur vere legitimi. & nu. 274.*
269 *Legitimos vere censeri eos, qui per rescriptum principis legitimati sunt. & nu. 271.*
272 *Statutum faciens simpliciter mentionem de legitimis comprehendit legitimatos per subsequens matrimonium, vel per rescriptum principis, & num. 284.*
273 *Legitimum filium aliquem esse, a iure ciuili pendet, non a natura.*
275 *Legitimatio sit ne fictio, an veritas.*
276 *Legitimationem esse restitutionem in integrum, an recte dictum sit a Baldo.*
277 *Legitimatus per rescriptum principis succedat necne in feudo, & quid in legitimato per subsequens matrimonium, & nu. 280. & 285.*
278 *Legitimationem per rescriptum purgare vitia omnia praecedentia.*
279 *Legitimatum per rescriptum posse promoueri ad episcopatum.*
281 *Legitimatio per rescriptum sit ne odiosa, & an dicatur dispensatio. & nu. 283. & 298.*
282 *Dispensatio quid sit.*
286 *Legitimari per principem an quis possit post mortem patris sui in praeiudicium eorum quibus ius est quaesitum, & nume. 289. & 291. & 293. & 306. & 311.*
287 *Filiorum atq; etiam cognatorum successionem esse de iure naturali.*
288 *Successionem ex testamento esse de iure naturali, & nu. 294.*
290 *Princeps quatenus dicatur vniuersalis dominus, & an possit alicui auferre rem suam sine causa, & nu. 301.*
292 *Dispensationem sine vrgenti causa concessam aduersus ea quae sunt iuris diuini aut naturalis, non reddere eum securum cui conceditur.*
295 *Princeps possit necne pro arbitrio sine causa disponere circa ea quae sunt iuris ciuilis.*
296 *Principem debere suis legibus viuere.*
296 *Dispensationem contra ius positiuum sine causa factam non reddere securum eum cum quo dispensatur.*
299 *Filio naturali tantum an debeatur haereditas parentum iure naturali.*
300 *Princeps an possit procedere parte non citata, & nu. 307.*
302 *Causae expressio an & quando sit necessaria, cum quid a principe disponitur. & nu. seq.*
305 *Haeredi, a quo princeps abstulit haereditatem per legitimationem filij naturalis, quibus remedijs succurratur.*
304 *Princeps possit necne sine causa expressa auferre ab aliquo ea quae ei competunt, vel iure gentium, vel iure naturae.*
308 *Principem habere arbitrij plenitudinem nulli necessitati subiectam nullique publici iuris regulis limitatam, an & quatenus verum sit, & num. sequent.*
310 *Princeps quando possit vti plenitudine potestatis.*
312 *Principem non posse quemquam legitimare, nisi citatis ijs, quorum interest.*

§. Et quid si tantum. Diuinum adsit nobis auxilium, maxime in
huius §. congressu, qui inter omnes vniuersi iuris authore Ba
do, est singularissimus, re & fama percelebris, subtilitatis vti
litatisque summa commendatione dignus, in cuius commen
to Deo duce, qui cęcam mentem regat, sequar pro viribus anti
quorum ordinem, nescio si sententiam, quod si breuitatem eo
rum non sum imitatus, hoc eo maxime fit, quod neotericorum
diffusas sententias disputamus, nec nobis sat est exponere, quod
verum credimus, nisi & falsorum fallacias ostendamus, idque
dum breuis esse nequeo, praecipuum curabo, vt quecumq; di
xero, & a suis causis & rationib. enucleata facile percipere pos
sis. Et quoniam §. noster & tota lex nostra de necessaria suorũ
haeredum institutione loquitur, quomodo sui heredes appel
lati sint, & quam rationem iura ciuilia suos heredes inducen
1 tia habeant, primo prę[mi]tto. † Cum enim lex eterna vniuer
sam naturam instituisset, ut Augustinus super Ioannem, quod
scribitur in c. quo iure 8. d. & c. quę contra mores eo. tit. in fine
& in c. fin. 9. d. homini dedit suas proprias & sibi aptas inclina
tiones, ex quibus genus humanum cõseruaretur, & inter om
nes alias hanc pręcipuam generandi & generationis cõseruan
dę, vt homo qui fragilis est, & diu viuere non potest, per specie
propriam conseruetur l. liberorum in fi. de verbo. signif. Arist.
primo Econo. Hinc maris & foeminae coniugatio, quę ex eadẽ
conseruationis ratione debet fieri per matrimonium, est de iu
re naturę, vt l. 1. §. ius naturale, de iust. & iure. Hinc vt genus no
strum cõseruetur, non solum ad educationem filiorum, vt re
lique animantes, sed etiam vt omnia nostra eis relinquamus,
voto naturali ducuntur, cętere namq; animantes rationis ex
pertes mouentur ad educandum ex necessitate quam in prae
2 sentia vident. † Homo vero rationis eternę particeps eandem
generis proprij humanique conseruandi inclinationem quo
ad potest traducit, & non solum ad educandum filium praesen
ti inclinatione ducitur, sed ad ei thesaurizandũ, vt in c. pręedica
tor. 16. q. 1. & vt in omnib. suis sibi post mortem succedat. vt in
l. scripto. inf. vnde liberi. in d. l. liberorum in fine de verb. sig. &
in l. nam & si parentibus, de inoffic. testa. & in l. pen. de bo. libe.
3 inf. vbi oĩa quę habemus voto filijs paramus. † Hinc est quod libe
rorũ successio est de iure naturali, vt in c. ius naturale. inf. di. At
cũ lex ipsa debeat esse secundum naturã vt in c. erit autem 4. di. lex. 12. ta
bularum constituit liberos, quos in potestate habemus, nobis
futuros heredes & necessarios & proprios, & ideo eos suos he
redes & necessarios appellauit, & statuit. & ita docet iurecõsul
tus in l. cum ratio. de bon. dam. inf. in hęc verba. Cũ rõ natura
lis quasi lex quędam tacita liberis parentũ hereditatem adice
ret, velut ad debitã successionẽ eos vocando, propter quod & in iu
re ciuili, suorũ heredum nomẽ eis indultũ est, & reliqua. Ecce
quod ad exemplũ & imitationem iuris naturę est inducta ne
cessitas, & nomen suorũ haeredũ. Adde quod dr in l. lege. C. de le
giti. her. quod leg. 12. tab. bene humano generi prospectũ est, quę
ęqualiter filios masculos & fęminas succedere voluit, cum na
tura vtrũq; corpus edidit, vt maneat suis vicib. immortale. Ius
igitur ciuile in liberorũ suorũ successione humano generi pro
4 spicit, & in hoc ipso naturam imitatur. † Item considerandũ,
quod hoc nõ solũ est in filiis primi gradus, prout in cęteris anima
libus, sed in nepotib. & pronepotib. loco filiorũ, quia per spẽm
posteritas in his cõseruatur, vt in d. l. liberorũ, vnde charitas ad
eos eodẽ modo protenditur, vt dicebat. Bar. in eadẽ l. liberorũ.
per ul. col. versic. Pręterea Hac eadem igitur ratione naturali
nepotes efficiuntur sui haeredes lege 12. tabu. s. quando filij ex
quibus oriuntur tolluntur de medio. & hoc est quod dicebat iu
reconsultus in l. 1. de suis, & l. haer. § si filius, quod oẽs nepotes
ex filiis intrant in locũ filij, & sunt sui heredes, quod contingit na
turali aequitate, ita ipse. Verum si opponas de emancipatis, qui
iure naturę succedunt, qui tamen a iure ciuili excluduntur, vt
in §. emancipati. Instit. de here. quę ab intest. defe. R[ide], quod
ius ciuile in suis heredibus sequitur naturã, vt in d. l. cum ratio.
in emancipatis vero naturã non sequitur, prout etiam in aliqui
bus aliis. & pretor hoc ipsum emendans emãcipatis subuenit.
vt in §. emancipati. & in l. 1. vnde liberi. Iam vidimus rationem
per quam ius ciuile suorum haeredum iura constituit. Nunc vi
deamus, qui iure ciuili sint sui, & ad huius rei enucleationem
nostri doctores deducunt ius quoddam, quod appellant suita
tem, adeo quod subtilis doctor Angelus de Periglis, cuius
honori concurrentia Pauli de Castro additur, dicit necessa
rium esse

rium esse eam diffiniri ne contra Marci Tullij sententiam lib.
5 1. de offic. js. ignoremus id de quo disputamus. † Talis est igitur
ſm eum diffinitio. suitas est ius quoddã intellectuale & directũ
pp patriam ptãtem, & quandam domesticitatem, dñij bonorũ
ascendẽtium cõtinuationẽ ad successores proximos post mor-
tem immediate inducens. ita ipse. & hoc idem do. Io. de Mon-
tef. §. nostrum repetens sequitur & refert. Ego certe nec inue-
nio suitatẽ ius esse, nec nomen iuris. nam in vniuerso iure ciui
li suitas nõ inuenitur. vñ ius esse male probatur. doctores tñ no
stri ab his, qui sui hæredes appellantur, suitatem eliciunt. est igi
tur nomen magistrorum, nõ iuris. quod nomen cũ sit a prono
mine suus sua suum deriuatum, non hẽt in iure significationẽ
distinctã. sicut n. hæredibus tribuitur suitas, quia sunt sui, ita re
bus qñ suæ sunt. vt in c. 2. de iureiur. in l. quod Nerua. ff. deposi
ti. in l. si vt certo. §. quod vero senectute. ff. cõmodati. cum mil-
le similibus. vbi res alicuius suæ appellantur, prout hẽdes appel
lantur sui. itẽ iura sua, & sui iuris. vt in titulo de his qui sunt sui
vel alie. iuris. Item sui etiam dicuntur necessitudine & consan
guinitate coniuncti. vt l. si femina. ad Tert. C. & in l. lex Corne-
lia. inf. de iniurijs. dum dicimus aliquem suam suorũve iniuriã
prosequi posse. quod interpretatur vsque ad summũ gradum.
vt nota. in d. l. si fęmina. vides igitur. quod hoc nomen suitas a
suo sumptum est confusum in iure, nec breuibus põt circũscri
bi & explicari, ideo non in eo cadit recta diffinitio. maxime qđ
diffinitio do. Ang. nõ explicat quid sit. quod est proprium dif-
finitionis, vt dicebat Boe. & notatur in reg. omnis diffinitio. de
reg. iur. nam diffinit ex effectibus, vt ibi, continuationẽ dñij in-
ducens. & effectus sunt a re non in re. Item diffinit per causas
priores, vt ibi, propter patriam ptãtem. & res ipsa est deducen-
da in diffinitione, non causæ, ex quibus ipsa procedit, vel quæ
ab ipsa procedunt. vt Bart. in l. 1. de acq. pos. 2. col. ver. Sed videa
mus in quo philosophorum documẽtum prosequitur. Et qm
do. Ange. & Mode. testantur probari diffinitionem, videamus
an rite probetur. & in prima dicit, quod suitas non potest nisi p
effectus cõsiderari & diffiniri, vt iurisconsultus eam cõsiderat
in l. in suis. sup. eod. certe iurisconsultus nec describit suitatem
nec diffinit eam. Sed de suis hæredibus loquitur, in quibus pro
bat continuationem dñij. & de his etiam nos loquimur. subdit
quod est ius. per tex. in l. posthumorum. inf. tit. 1. & in §. 1. insti.
de hęr. quæ ab intesta. ibi, iura suorum. fatendum est suorũ hæ-
redum esse iura, non tamen ex hoc sequitur, quod suitas sit ius
subdit, quod est intellectuale, talis vero intellectus non est iuri-
sconsultorum, at ego dum eorum leges profiteor, eorum ter-
minis, & doctrina vtar. Subiũgit, quod dñium immediate post
mortem inducit. quod tamen qñ aliter euenit vt in l. scripto. in
prin. ff. vnde liberi. & inferius exponam. ergo non est bona dif-
finitio, cum non conuertatur cũ eo quod diffinitur. l. 1. §. dolũ.
6 supr. de dol. de quo vltimo inferius latius. † Præterea Bald. in l.
apud hostes. C. de suis & legit. diffiniuit vel retulit quandã de-
finitionem suitatis, dicitq; esse quoddam intellectuale, per qđ
quis immiscetur a lege etiam ignorans successioni parentis rõ
ne continuationis dominij. Sed Bal. non vř tenere diffinitionẽ.
quia illa ratio continuationis fallit in filio exhęredato, qui venit
per querelam rumpendo testm̃. Item in eo qui agit ad supple-
mentum legitimę, quia in ea quãtitate nunquam fuit dñs. &c.
Ista tñ arg. facile possent resolui. quia exheredatione iniusta q̃-
uis videatur suspensa continuatio, tamen iudicatur ab initio nul-
la, & ideo ab initio iudicatur suus, ac si non fuisset exhæredatus
in auth. vt cum de ap. cog. §. aliud. & §. siue igitur. Item in reli-
cto loco legitime erit continuatio, quamuis in eo, quod supple
tur. non adsit. vñ non recte negatur continuatio dñij. & sic veri
ficatur diffinitio. profecto cum illa sit quædam relatio. non re-
cte diffinitur. Sed circũscribitur ſm professores Scoti, qui for-
malitates quasdam & relationes eliciũt. vt de suis suitatem, de
patre paternitatem &c. easq; suis imaginationibus diffiniunt.
quorũ sectã vidẽtur in hoc nři doctores profiteri, & ſm ipsum
ita esset diffiniendũ. suitas hæredis est relatio extrinsecus adue
niens reperta in hẽde suo, tẽdens ad eũ, cuius est hẽs. sed hęc ni
hil pertinent ad iuris suorũ hæredũ cognitionem. ideo nõ plu-
ra dicã. sat est, quod suitas nõ est ius, nec est recte diffinita, nec
fuit appellata vel introducta a iure ciuili. q̃uis prædicti moder-
ni repetẽtes eã iure ciuili introductã asserãt. Fateor ego, qđ suo
rum hæredũ nomen sit indultũ a iure ciuili, vt sup. exposui. per
l. cum ratio. de bo. dam. † Sunt itaque sui hęredes, qui primum
locum, & immediatũ habent in potestate parẽtis, vt puta, filius
in ptãte, vel ẽt nepos, dum patrem in eadẽ ptãte nõ habet, qui
eũ præcedat & idem de pronepote, qui patrem vel auũ non ha
beat in proaui ptãte, nam tunc suus hæres est proaui. vt insti. de
hær. qua. & diffe. vbi hoc planissime exponitur. & in §. ita de-
mum. de hær. quæ ab intest. & in l. nostra, maxime in § præced.
nostro. siue igitur filius, qui semper habet ad patrem primum
gradũ, siue nepos, siue quilibet alius successor, qui non reperit
gradum filij præ ẽ ex quacunq; causa, vel mortis, vel emanci-
pationis, vel deportationis, vel alia simili, est suus hęres. quia est
in primo, cum alius eum non præcedat. vnde dicebant prædi-
cti moderni hic in fine primę col. quod suitas adeo est nobilis,
quod non capit nisi primũ gradũ. Sed attentius loquerentur,
si hãc nobilitatẽ gradui tribuerẽt non suitati. quia filius vel ne-
pos suus est. quia est in primo gradu. nec est in primo gradu, quia
est suus. esse. n. suũ effectus est ipsius gradus. non econuerso. vt
in d. §. sui. & idem modernus paulo ante fatetur. suus igiť hæ-
res cũ sit ex primo gradu, non potest esse ex secundo. primum
enim id est, qđ ante se prius non hẽt in l. proximus. de verb. sig.
8 in proę. fforum. §. discipuli. † Vnde satis euidenter cõstat, suos
esse hæredes, qui primum gradum tenent in ptãte. Sed dicunt
prędicti moderni qđ hoc est proprio modo loquendo, impro-
prie tamẽ esset nepos, quem pater præcedit dř suus, vt in l. suus
quoq; in prin. inf. de hær. insti. quinimo dicit gl. in d. l. si fęmina.
qđ appellatione suorum veniunt omnes coniũcti vsq; ad septi-
mum gradum. ita dicũt prædicti moderni. Ego aliter intelligo
nam in l. suus quoq; in princ. suus secũdum intellectũ doctorũ
appellatur ille, qui futurus est suus hæres. & suus hæres dř con-
ditionaliter nepos ipse. eo qđ suus esse põt, & ob id conditiona
liter põt institui. vt ibi. & ita exponit gl. ibi, & Bar. in prima op.
Facit qđ tenet Pau. de Cas. in l. qui in aliena. §. interdum. de ac-
qui. hær. & inf. dicã. Eodem modo dicimus obligationem con
ditionalem obligationem esse. §. sub conditione. insti. de ver.
oblig. At in d. l. si fęmina. falsum est, quod appellatio suorũ hæ
redum in proprio modo sumatur. nam ibi de suis hęredibus ni
hil. sed est verbum, suorum iniuriam, qđ significat consangui-
neorum iniuriam. & tũc nomen suorum non refertur ad hęre
des, vt in l. lex Cornelia. ff. de iniurijs. nec est verum, qđ in pro-
prio modo sui dicantur, quia cũ refertur ad coniunctos, verũ
est suos esse cõiunctos & hoc verbũ suos, qñq; ad hęredes, qñ-
que ad coniũctos, & ad plura alia refertur. nec ex hoc sequitur,
suã significationem propriam non seruare. vt notatur in l. si fi-
9 lius hæres. de pacto tit. & supra dixi. † Item q nepotes, qui non
sunt in primo gradu, nõ sint sui, est intelligendum ab intestato
& cõtra voluntatem testatoris. Secus ex testo, quia si instituã-
tur, sui dicuntur. verbi grã. testator filium exhæredauit, nepotẽ
ex eo heredem instituit, nepos quidem institutus suus a io effi
citur. casus est in l. cũ aliena. §. interdũ. de acq. hęr. & in l. si filius
patroni. ff. de bonis lib. igitur ſm volũtatem testatoris erũt sui,
quamuis citra testm̃ sui non sint. huius ratio est, quia exhęreda
tio aufert patrem a primo loco sui, vt in l prima. sciendũ. ff. de
suis & leg. & ibi Bar. cũ ergo pater nepotis sit priuatus a primo
loco sui, necessario intrat nepos. & est suus. hanc rationem late
prosequitur do. Ias. in l qui se patris. 1 & 2. col. C. vnde liberi. &
do. Ioa. de Monteferrato eadem hic sequitur, & refert. Sed illa
ratio non videtur vera. quia ſm hoc necessario est suus patre iã
sublato de gradu suitatis. vt in d. sui & in d. §. ita demũ. vñ etiã
contra volũtatem testatoris est hæres necessarius, & rumpit te
stm̃ ab intestato, qđ tñ ipsi negant, & recte. ideo nos rectius sol
uemus. Item contra superiorem limitationem formatur arg.
10 † quia exhæredatio non habet effectũ ante aditam hæreditatẽ.
l. filiũ. §. sed cũ ex exhæredatio. infra de contratab. Respondẽt,
q exhæredatio statim sumit vires, quia nepos est hæres institu
tus & suus. vnde nõ expectatur hæreditatis aditio. l. filius qui pa
tri. cũ notatis de vulg. & pup. inf. Tu subtilius aduerte, q illa ra-
tio est conuersa. & inuoluta. nam non ea ratione habet effectũ
exhęredatio ante aditam hæreditatẽ, quia nepos est suus, sed ea
ratione est suus, quia hẽt locũ exhæredatio. Nã ab effectu exhę
redationis resultat nepotẽ esse suũ, vt ipsi recte ẽt fatẽtur. p d.
§. sciẽdũ. & ibi Bart. Et quia pater tollitur a primo gradu, intrat
nepos, nõ quia intret nepos, tollitur pater prior. est igitur effe-
ctus exhęredationis prior q̃ ingressus nepotis. vñ nõ possumus
dicere a suitate nepotis vt ita dicã sumere effectũ exhæredatio
nẽ. esset. n. effectus ante cãm contra verã doctrinã philosopho
rũ. facit l. si quęramus. sup. de test. ubi incipere efficere ante adi
tã hęreditatẽ, & anteq̃ sit nepos suus, quia ante tollit patrẽ de
medio igitur nõ tollit vim suitatis, quia suus nõ est anteq̃ sit. vt
in l. precia rerũ. ad l. Falc. Bar. in l. 3. in prin. ff. de bo. pos. inf. Vñ
satis dubito an isti dñi recte doceãt. Itẽ ꝯ superiora opponũt ip-
si. & satis vrgenter, q filio exhęredato & alio extraneo hærede
instituto, nepos ex filio nõ põt dicere ꝯ testm̃. vt in l. 1. §. scien-
dũ. sup. alle. & in l. scripto. in prin. vñ lib. Igitur exhęredato filio
nepos nõ est suus. qđ eo videtur durius, q filios exhęredatus ha
betur pro mortuo. in l. si proponas. §. fi. de inoff. test. sup. Ale. in
l. si quis posthumos. §. 2. sup. e. mirabatur. nec resoluit. do. Ias. in
d. l. qui se patris. ad fi. 2. col. assignat rõnẽ, q̃ ipse ẽt sentit inualidã
do. Ioan. de Montefer. dicit hic 1 & 2. col. prius a præceptoribus
id quæsisse, nec vidit vnq̃ dari bonũ intellectum. ipse igitur iactatur
se solũ vere difficultatem resoluere. & certe resolutio eius spe-
ciosa est, q qñ pater filiũ exhęredauit, & extraneũ instituit, illa
exhęredatio nõ hẽt effectum ante aditam hęreditatẽ. vt in d. l.
filiũ. §. sed cũ exhęredatio. sup. alle. igitur tpe testamẽti anteq̃
adeatur hæreditas nepos non potest dici suus. quia filius eum
præcedit. Item si hęres scriptus non adiret hęreditatem, filius

pręcedit

præcedit nepotē ab intestato. vt in l. si quis filio exheredato. in prin. in tit. proxi. igitur nō cōpetit ius expugnādi testm̄ ei, qui ab intestato succedere nō poterat. §. itē adoptiuos. insti. de hęre. q̄ ab intesta. Exquisita est ista rō, si a superiorib⁹ ius distingueret, & difficultatē resolueret. sed prout exheredatio nō habet effectū ante aditā hæreditatē extraneo instituto hęrede, ita q̄ñ nepos sit heres, sed heres suus nō pōt esse patre tpe mortis existēte in medio, qui adhuc non est sublatus, igitur siue extraneus instituatē, siue nepos, antequā ille qui instituit, hæres sit, nō habet effectū exheredatio. nec nepos dicet potius suus in vno casu, quam in alio qđ tñ nō est vsquequaque verum. quia in vno casu fateri oportet suum esse. i. cū instituitur exhæredato patre & in alio verum est nō esse suum. l. dum extraneus instituitē & adit. vñ nō est hucusque vere resoluta difficultas. Præterea ex rōnibus eorū sequitē, qđ si ex filio exhæredato instituit alterum nepotē, & aliū præteriuit, præteritus rūpere poterit. q̄a exhr̄datio ante aditā hr̄ditatē statim ex nepote instituto habuit effectū. vnde nepos preteritus erat suus patre per exhedationē sublato. & ex hoc recte rūpit. Sed abest a iure talis conclusio, quę est contra intentionē & rationē legis, si quis filio. inf. tit. prox. & l. si quis posthumos. §. 1. sup. eo. & l. scripto. in prin. vñ libe. ij.

11 in quibus veritatē statim subijcio. † Imprimis hanc habeamus veram cōclusionē, q̄ nepos nō est suus hęres dum filius est in potestate, tēpore quo auus moritur. In casu tamē. l. qui in aliena. §. interdum. hæc est iuris rō, q̄ cū filius exhæredatē a nepote instituto, quāuis verum sit q̄ tpe mortis filius præcedit, vt in d. l. si quis filio. tñ cum morit, filius non est suus hæres, suus enim hæres est successor cōtinuus, vt in l. in suis. sup. eo. sed filius quia est exhæredatus. i. extra successionē & hæreditatē positus, post mortē suus hæres nō est. vnde cū nepos ipse institutus sit, & veniat ad hæreditatē voluntate testatoris, & fuisset in eius ptāte, iura sui hæredis adaptātur in ipso, quia in patre adaptari non pñt. hanc esse veram iuris rationē ostendo ex sententia iurisconsulti in d. l. scripto. in his verbis, nec dici potest hęredem non suū nepotē fore, quia proximū gradū nunquā tenuerit, cum & ipse fuerit in ptāte. nec pater eū in hac successione p̄uenerit. ecce q̄ fatet, nepotē nunq̄ tenuisse primū gradum. ex quo sequitur. q̄ tpe mortis nō erat suus, vt in d. §. sui. & in §. ita demū. hoc tñ non obstante quia pr̄ non est suus post mortē. nepos habeē suus ex iuris ciuilis æquitate. item expresse cauetur in d. l. si quis filio. vbi fatetur iureconsultus non esse in primo gradu tēpore mortis sed suum esse. Verū aliquis subtiliter opponet, filius non est exhæredatus anteq̄ nepos sit hæres, igitur non desinit esse suus. Respondeo, q̄ verum est, filium tpe testamenti esse in primo gradu & in ptāte patris, post mortem vero exhæredatio suspendit continuationē dñij, quamuis non tollat ante aditam hæreditatem, & ideo nepoti adaptatur, quia continuatio non pōt esse in suspenso, nec decet, cū maxime nepos sit institutus, qui ēt erat in ptāte, vt in d. l. qui in aliena. §. interdum.

12 † Eandē iuris rōnem habet. d. l. scripto. & tex. in l. si quis posthumos. §. 1. & in l. si quis filio. in prin. sup. alle. quāuis casus videaē diuersus, vbi filius exhæredatus, si extraneo hærede instituto deliberante moriatur, nepos vt suus succedit, dū institutus repudiat, quia quāuis pater præcessisset in gradu tpe mortis tñ cum exhæredatio nō habeat locū ex repudiatione, & pater sit mortuus. nepos est suus hæres, ac si pater tempore mortis nō præcessisset. Nam quāuis tpe mortis præcessisset, tñ ad successionē non præcessit, & ille est casus, in quo nepos, quē pr̄ præcesserat tpe mortis in gradu, ab intestato suus est, & succedit, vñ expone & intellige verba finalia legis illius, q̄ dicit, quare q non obstat iure intestati, iure testati vr̄ obstitisse. hoc enim intelligit pro filio, qui non obstabat sibi iure intestati, q̄a quāuis pater præcesserat, nepos tñ successit ab intestato. iure tamē testati pater obstabat, quia erat prior in gradu, quāuis exhæredatus. ideo non poterat nepos venire ꝯ testm̄. vt in d. l. si quis filio exhære. cum igitur testm̄ aditione confirmatur, pater obstat, etiam si ante aditionē moriatur. Sed cum repudiatione testamentum destituitur, & sic iure intestati succedit, pater non obstat. hic est sensus clarus & verus, quē glosa ibi præteriuit, cū exponat, q̄ obstabat s. hęres scriptus, nā non dubitabatur ibi de impedimento hæredis. Sed an filius impediat nepotem. & in hoc versabatur pulchra dubitatio, vt vides in verbis tex. hoc teneas menti. Vides itaque, q̄ etiā patre existente in ptāte tēpore mortis, nihilominus nepos efficitur suus hæres, vel ex testō, cū instituitur patre exhæredato, vel ab intestato, cum destituto testamento pater antequam succedat, moriatur, vt in d. l. cum in

13 aliena §. interdum. & in d. l. scripto. † nunc videndum est, quare non possit dicere nullum testm̄, cū suus sit. R̄ñde quòd non est suus ꝯ testm̄, quia quo tempore testm̄ fit, & quo tēpore cōfirmatur, nō habet primū locū in potestate, cū pater eū præcedat, vt in d. l. si quis filio exhæredato. & in §. ita demū. instit. de hære. quæ ab intest. igitur nō poterit rumpere. Hęc certe ratio manifesta est, quā docet iureconsultus in d. l. si quis filio. in his verbis, cū nec exhæredari huiōi nepos deberet ab auo, quem pater præcedebat, ideo vt præteritus rumpere non potest. Sed cum secundum testamentum vel ab intestato post mortē efficitur suus, alia est iuris æquitas, quā supra exposui, & ita dicit iureconsultus in d. l. scripto. quod iure testati obstat pater, quia p̄cedit, iure tamen intestati non obstat, & dicas, quod etiam iure testati non obstat, quando ipse nepos instituitur, vt supra. vn

14 de colliges † suum hæredem eum, quem tempore mortis, parentis nullus in gradu præcedit, & ideo nepotem etiam patre exhæredato non posse vt suum rumpere testamentum, secus quando patre exhæredato nepos instituitur, quia tunc nepos post mortem efficitur suus, & idem est quando pater morit ante aditam hæreditatem, & hæres institutus repudiat, tūc enim nepos vt suus succedit. Hinc intelligas, quòd filius exhęredatus est in potestate tempore mortis id est antequā moriatur, quia præcedit nepotem vt in d. l. si quis filio. & in l. scripto. post mortem vero non est suus hæres, quia est exhęredatus. Ecce igitur qđ in his casibus filius in potestate, qui habet primum gradū, non est suus hæres, & nepos, qui est in secundo, est suus hæres. vnde inferebat Bar. in. in d. §. sciendum. q̄ ex statuto, ex quo fœminę succedere nō possunt masculis existētibus, desinunt esse sui hęredes, quāuis sint in potestate, & in primo gradu. de quo

15 vide Iasonē in d. l. qui se patris. 2. col. ad fi. † Vidimus superius qui sunt sui hæredes. Quæro vnde dicanē sui, certe ab hoc pronomine suus sua suum, sui appellanē, & hac ratione, q̄a domestici, & in eadem familia dicuntur sui. hæredes vero dicuntur, quasi domini. quia apud antiquos hæredes domini appellabātur. vñ ipsi quodammodo domini domestici existimantur. vt colliges. insti. de hære. qua. & di. §. & hoc est de mente iuriscōsulti in l. in suis. sup. eo. nā hęredes sui, cū sint in familia primi, & destinati ad dominium, siue sint instituti, vel nō, semper domini manent. nec dicitur acquiri dominium. sed continuari. quia cum tota familia sit vnū corpus, qđ a patre velut a gradu extremo regit, sublato patre filius in proximo gradu remanet rector & extremus, nō noua vt vides acquisitione, sed magis ꝯtinuatione & hoc est q̄ dicit. l. in suis. & hinc sūt necessarij hęredes, velit nolit pater. q̄a prout ipse est pater familias, ita filius est filiusfamilias, & omnes sunt in eadē familia & in eadē substantia. vt in l. nam q̄ §. ñ ad Trebe. inf. & declarat Bar. in d. l. in suis. Hinc est q̄ est necessaria exhęredatio. i. q̄ extra hęreditatē & dominium ponitē. alias si non exhęredatur, semper remanet hæres. & ideo testamentū rumpit. vt in l. inter cætera. inf. eo & in l. 1. inf. ti. prox. Nam cum ipse sit hæres, alius esse non pōt. vt in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. supra cōmodati. Sed stat prōpta dubitatio quomodo pater pater cū filius sit hæres a lege necessarius, poterit priuare & exhęredare filium a proprio dominio. huic dubitationi respondet iureconsultus argu. a fortiori, q̄ pater qui eum occidere olim poterat, potest exhęredare. sed quia vtrūq; est durū. ideo hodie vtrūq; est emendatū, nā occidere nō licet. vt in l. fi. C. de pa. potes. nec sine causa iusta & probata pōt exheredare. vt in authen. Vt cū de app. cognos. §. causas vero. col. 8. ex cā igitur patrifamilias licet exhr̄dare. cū ip

16 se habeat rerum administrationem. vt in d. l. in suis † Ex his infero ꝯ glosam & Bart. qui eam approbat in l. 3. §. inuito. de bo. pos. in glo. 1. quæ tenet. q̄ in inuito quęritur hæreditas, quando hæres est suus, quia velit nolit est hæres. vt in d. §. sui. & sic excipit ab illa regula tex. illius, q̄ quamuis inuito non quęratur bonorum poss. quæritur tñ hæreditas, quādo hęres est suus & necessarius. Tu vero subtilius loquaris, q̄ in hęrede suo non possumus dicere, inuito quęri, quia non quęritur, sed continuatur. & ita expresse notat iureconsul. in dicta l. in suis. & ibi Bar. vers. Quartum dictum. vbi dicit, q̄ hęreditas non obuenit filio de nouo. nā ipse remanet caput & extremum familię, nec aggreditur de nouo familiam & dominium. Quod iterum probatur quia hæreditas quęri potest, & potest repudiari. leg. is potest. de acq. hæredi. Si igitur suo hæredi quæritur, suus hæres repudiare potest. quod tamen non est verum. quia sui abstinere possunt, non repudiare. vt in rubri. C. de repu. & abstinenda hęre. & in l. & qui se. ff. de acqu. hæred. facit, quia hr̄ditas quæ defertur, acquirit. vt in l. delatā. de verb. signi. in l. si. C. qui admi. sed suo nō defertur hęreditas, vt in d. §. sui. igitur nec ei acquiritur. cogita. Ad euidentiā huius. §. plura erant exponenda. sed quia opportunius differentur in tex. & ne videar nimis late exordiri, ad tex. venio. Iste tex. vsque ad §. si is. communi diuisione quam tenet Ioan. de Imo. Alex. Iason & Moderniores ex communi intellectu in tres partes diuidetur. Prima continet duos casus non prouisos per Gallum, in quibus quæritur. Sed ego dicerē tres continere casus. vt inferius videbis. In secunda respondetur tacitæ obiectioni. Tertia respondet illos casus ad prouisionem Galli pertinuisse ex sententia legis Velle. Secunda ibi, hi enim casus. Tertia ibi, Sed ex sententia. hoc continet in summa. Substitutio de nepote posthumo ex consilio Galli in casu quo filius moriatur, expenditur ad omnem casum per quem filius desinit esse in potestate. Hæc quidem apud me vera conclusio est, sed non vera summa, cum iureconsultus nec de hoc

dubitet

dubitet, nec hoc principaliter intendat. proinde talem ego censeo summam eliciendam, si filio & nepote viuo in mortē tantum filij concipiatur substitutio, admittitur ex l. Galli. idem est in substitutione facta eo casu quo nepos suus sit, vt per interdictionē aquę & ignis, vel per emancipationē pręcedēris cui substituit.

17 † Primo igitur videndū est, quare nō placeat intellectus doctorū. Et quidem video in tota ista lege hucusq; inferius, tantū id tractari, qui. l. casus sint admittēdi ex licentia Galli, in quibus possit institui posthumus nepos. Sed quod substitutio facta in casu mortis valeat in casu deportationis vel emancipationis, non facit ad tractatum, in quo non quomodo extendat substitutio, sed quomodo cōcipi possit tractatur, vt verificet intētio Galli & Velle. Et qđ hoc sit verū, ego probo ex verbis. §. nostri. nam in superioribus. §. dubitatur. qui casus possit admitti. & Sceuola eandem materiam prosequitur dicens, quid si tantū in casum mortis filij conciperet, iste quidem casus admittēdus est. quem declara vt inf. item quid si filius aquę & ignis interdictionem pateretur. itaq; nepos est in primū locū, quia per deportationē ipse filius exierit a potestate, nepos subintrat, & est suus. vnde rūperet. Igitur iste casus ad similitudinē mortis admittendus est, vt per testatorem prouideri possit. Item q̄ si nepos, ex quo pronepos poterat institui, vt supra in §. idē credendum. fuerit ab auo emancipatus nempe pronepos fiet suus quia emancipatione tollitur nepos a primo loco, & intrat pronepos. vnde rūperet. nonne admittendus est talis casus, respondetur, admittendum. At obijcitur, nam isti casus non possunt admitti ex Velleię lege. quia caput Velleię legis loquitur in eo casu, qui ante mortem testatoris aui ipsi posthumi nascerentur & non constat, an isti casus sint ante mortem vel post mortem igitur ex lege Velleia admitti non poterūt. Respondet ipse Sceuola, ꝙ dato ꝙ institutio sit facta eo casu, quo post mortem aut nepos vel pronepos intret in locum sui, quia postea natus, dicēdū est, ꝙ non ex verbis, sed ex sententia legis Vell. casus veniūt admittendi. Sed quęro, & attende rogo, quę est ratio, quare nō veniant ex sententia legis Galli, cū differant minus a casu Galli, quā a casu Vellei, nam Gallus loquitur in casu quo post mortem nascitur nepos in hoc concordant cū casu Galli, & in hoc ipso discordant à casu Vellei. Item si ad similitudinem mortis ne ex eadem rōne testamentum a suo rūpatur, iste casus sit admittendus ex sn̄ia Vellei. eadem quoq; ratione cū ipsa non desit, admittendus erit casus ex lege, Galli, immo a fortiori. quia id obstaculum, qđ vī in Velleia lege, non est in lege Galli. Fatēdum credo arg. cuius ratione intelligas, ꝙ prædicti casus admittuntur ex sententia ipsius Galli & a fortiori ex sententia Vellei & hoc est quod dicit Sceuola in verbis quæ subijcio, Sed ex sententia legis Velle. & hæc omnia admittenda sunt. nam dictio illa, &, implicat. vt notatur in c. accusatos. de hęr. lib. 6. §. de quibus. cum similibus. itaq; vtraq; lege casus isti admittuntur. qđ clare probatur. in §. seq. in fi. Vnde nota, ꝙ intentio & dubitatio nostri tex. est, an tales casus admittant, non an vnus casus a testatore expressus extendatur ad alium. qđ ex verbis sæpe in nostro text. ponderare poteris. Item hoc probatur, nam communis intellectus non pertinet ad interpretationem legis Galli aut legis Vell. Quid. n. ad legem Galli, qđ substitutio vulgaris cōcepta in mortē extēdit ad casum deportationis, cū in nostra lege dubitetur, non an substō se extendat, sed an ipsa prout concipitur, admittatur. at si dicas, ꝙ valet arg. de vno in alium, vt si cui substitutio verificat in illo casu, ita casus ille debeat admitti. quod ego fateor vt arg. ad decisionem tex. nostri, non tamen vt ad decisionem principalem. Item quomodo ex sententia Vellei comprehenditur, vt substitutio facta in casum mortis naturalis extendatur ad casum mortis ciuilis, nam vt dixi, nec de extensione substitutionis loquitur, nec intendit. Sed totus finis est, dare licentiam substituendi. itaq; interpretatio est de licentia substituendi. ꝙ sicut in mortem substituere licet, ita in mortem quam dicūt ciuilem vel in emancipationem, quia in vtroq; casu rūperetur testamentum. Vnde recte infertur, ꝙ cū substō in mortem filij concepta comprehendit emancipationis vel deportationis casum, in hoc nullo modo corrigatur ipse Gallus, ꝙ sub vno casu comprehendit eadem ratione diuersos, in quibus idem iudicatur. itaq; ex his casibus de insufficiētia male arguitur. huius argumenti timore glo. in verbo, emancipatus. confitetur quòd Gallus non est reprehēdendus ex sententia, quia idem sensit, vt ego clariori ratione ostendi. Sed fuit insufficienter locutus, quia non expressit omnes casus Do. Iason in 2. colum. hic dicit, quòd idem posset dici in §. præcedēti. ego video certa ratione, quòd verum est, idem esse ex sententia Galli. & in hoc vere dicit glo. Sed dū ipsa concludit eum reprehensum, male concludit, & peius, dū allegato inconuenienti sentit Iason, quòd idem esset in §. præce. quasi ibi etiam in ratione & sententia arguatur Gallus. nam ratio eius optima est, ex ea omnes isti casus determinantur, vt vides. & hoc fatetur necessario glossa. ex quo sequitur, quòd reprehendi non potuit. quia verba exemplo ponūtur, & non conterminant dispositionem. qđ ego late ostendi. sup. in princ. huius legis. & patet pluries in tex. nostro. & iterum probat tex noster cum ex sententia legis Velleię casum decidat. & eandem esse sententiam ipsius Galli, necesse est fateri. vnde dicendum esset Velleium fuisse diminutū quod est falsum. Sed extat maxima dubitatio, ad duo præsuppono, primum vt in superioribus, quod tota disputatio Sceuolæ versatur in hoc, in quibus casibus nepotes nondum natos liceat substituere, vt videmus in princip. & in §. in omnibus. & in §. idem credendum. & in nostro text. & ne credas ab illa dispositione eum discessisse, sed eam continuat ex superioribus in textu nostro. patet, quia ad eam se refert, vt vides in princ. & in prosecutione, & etiam in §. sequēti. maxime in fine. Rursus præsuppono reliquū, quod videtur obstare priori, quod qui est substitutus in casu mortis, si instituto aqua & ignis interdicat, cum maxime substitutus sit suus, ipse veniet ex substitutione, alias enim rumperet. quod videtur æquissimum, vt inferius apparebit. quo præsupposito, necessario sequit, quòd intellectus meus sit superfluus. quia si ille, qui in casu mortis est substitutus, succedit etiam eo casu, quo suus efficitur per deportationem instituti, certe superfluum est admittere vel addere casus deportationis, cum mortis casus includat vtrunque. Responderi potest, ꝙ verū est includi casum ex simili ratione & coniectura, non tamen per se expresse. & ideo potest quilibet per se declarari. vt euenit in cęteris casib. omnia comprehendit Gallus, & tamen isti casus declarantur ex eius mente, nec talis declaratio est superflua. Item in §. instituens. infra eo. ponit modus quo omnes hę substitutiones comprehendūtur, tamen hę non sunt superfluę. quia illa est generalis, & hę sunt speciales. & quanto magis ꝙ potest esse, vt testator velit substituere in casu speciali, & non in omni casu, puta in casu emancipationis, item in casu deportationis. prout etiam potest nepote, & filio viuis in casu simili mortis tantū pronepotem substituere. l. commodissime. sup. eod.

18 † Cogitabam tamen, an ita possit intelligi quòd cū sententia Galli, & Vellei admittatur casus mortis, vt nepos nondum natus possit institui, ne rumpat testamentum, ita si nepos institutus venerit in primum locum suitatis, vel deportatione præcedentis instituti, vel emancipatione, tunc verificatur institutio, & ideo iste casus in effectu admittitur a Gallo, & a Sceuola s'm sententiam eorum, vt ad mortis similitudinem cæteri casus admittuntur. itaq; sensus tex. nostri, est quod, sicut casus emancipationis & deportationis admittitur ex sententia ipsis Sceuolæ, & Galli, ita ꝙ possit in his casibus institui ad similitudinem mortis, ita etiam si mortis casu sit substitutus, admittetur substitutio in casu emancipationis, & deportationis, quia in his ex simili ratione defenditur substitutio. & hoc modo intelligas verba tex. ibi, vt ad similitudinem mortis cæteri casus admittendi sunt. vnde & si glosę & doctores velint intelligere dupliciter tex. nostrum, primus tamen intellectus, quem ipsi abijciunt, est necessarius intentioni iurisconsulti, & scđs est fere accessorius intentioni. ego igitur vtrunq; amplexus considerabam simul semel vtroq; modo intelligi posse, & cuius sit, si in casum deportationis vel in casum emancipationis fuerit institutus, valebit institutio sn̄ia Galli, & Sceuolæ. Tunc non obstabunt oppositiones, quas formaui in communem intellectum. & ita cum misterio intelligemus illa verba tex. sed ex sententia Galli hęc omnia admittenda sunt, vt ad similitudinem mortis cęteri casus admittantur. sicut enim ad similitudinem mortis cęteri casus admitti debent, & verificatur substitutio, ita hæc omnia, ex sententia Galli, & Vellei admittēda sunt. itaque omnes isti casus poterunt admitti ex sententia Galli, qui mortis casum posuit, & idem de Vellei licentia. cum casus mortis, & substitutio mortis cęteros casus admittat, & in his verificet. Residens tamen duo dubia, Primum, an ponantur tres dubitationes in prima tex. parte, an vero duę. & credere tres esse immissas. quod patet ex literis, & quid si tantum in mortis filij casum conciperetur, quid enim si aquę & ignis interdictionem pateretur, quid erit si nepos, ex quo pronepos institueretur, vt ostendimus, emancipatus esset. ita tex. Ecce vides ex contextura tres propositas dubitationes. At si dicas duas, superflue texitur his interrogatiuum quid pro vna interrogatione. Nec iurisconsultorum summa doctrina patitur, vt ita inepto modo Galli interpretatione loquantur, & si secundum communem intellectum ita sit. Ego sane veteri more nostro conor, vt iacet in sua eleganti contextura Sceuolam defendere & erit casus singularis quidem. nec obstant superiora, quia ex his videor approbasse intellectum doctorum, & glosse, vltimum tamen alio modo quam ipsi, ita alio modo respondeo, & dico, ꝙ tres ponuntur dubitationes trium casuum, & respondetur, hos casus admitti posse ex Vellei, & Galli sententia, & ita dicit hæc omnia admittenda. vt ad similitudinem mortis cęteri casus admittendi sunt. Cum igitur ad mortis similitudinem debeant admitti cęteri casus, ergo sequitur, quod institutio facta in morte filii verificata in deportatione filij admittetur. & intellige verba, hęc omnia. scilicet omnes casus in quibus post mortem

mortē suā efficiet suus hæres, quia de his obiecit versiculus. hi enim casus & oēs ex quibus &c. Itē ibi, et ad similitudinē mortis cæteri casus s. expressi supra, admittendi sunt, & ita credo ipsum intelligēdū, nec discedendū a primo intellectu. Sed vt dixi, pōt intelligi, vt reliquū intellectū ex argō & ratione capiat. Sed obstat quod dixi in primo casu & interrogatione. nā vt vides, casus noster descendit a §. superiori, & ponit casum, quod filio & nepote viuo potest pronepos substitui in casum tacitæ mortis filij, & tunc in illum casum nō verificatur, vt in l. cōmodissime. Sed contra, quia testator tunc non prouidet omnino contra nullitatē, quia nepos succedit ante ipsum pronepotem, & rumpet. Rndeo, q non præsupponit Gallus nepotem præteritum, sed institutū, vel et si præteritus fuisset, rūperet suo casu, sed tunc remaneret substitutio nulla, & ideo præsuppono in nepote & filio testm valide confectum. Sed de pronepotis substitutione quæritur, & valet tm in casum mortis filij at q, quia secundū hoc succedet cū nepote, & sic casu quo non rūperet, cū nepos pronepotē præcedat. Fateor & fatendum necessario est, q a Gallo & etiam ex sententia Sceuolæ data est ista licentia nepotes posthumos instituendi & substituendi, vt in d. l. Quidam relegatus & in. Vtrum. de rebus dub. & ita in tex. nostro pariter potest valere substitutio cum nepote. nisi etiā diceres, quod nepos esset institutus cū filio, quia tunc nō simul succedūt, sed diuerso gradu, & succedet sine necessitate rupture, & ita pōt fingi casus singularis qui verus est de iure & incognitus de quo dicam latius super gl. Sed extat arg. de emancipato nepote, quod si nepos emancipatus sit, ex quo pronepos institutus fuerat, tunc subintrat nepos in primū locū sui, & ne rumperet, dī verificari substitutionem ex cōi intellectu per tex. nostrū in tertia vel secūda quæstione. Verum arguitur q quia aut nepos fuit institutus, & ex emancipatione non pōt tolli institutio. igitur non pōt habere locum substitutio, vt in l. Quandiu. de reg. iu. & in l. Quādiu. de acq. hære. Aut non est institutus & rūpet, quia tēpore testamenti est suus vel etiam postea rumperet per [illegible] inst. de hære. quæ ab intest. §. I. emancipati. ideo hanc difficultatem pro nunc euitādo, dicerem casum ita fingendū, qui verus est. Et ni semper præsupponis tex. l. nostrū supponitus cōmunicatis, patet in verbo & quid &c. Et ita vides, nam in [illegible] ponit casus, quo mortuo filio ex nepote [illegible] sperat se pron[illegible] Sed [illegible] [illegible] morte nepote [illegible] spet [illegible] [illegible] mortuus pronepos [illegible] text [illegible] & quæri & cum si vi[illegible] nepote pronep[illegible] casum morte [illegible] in his verbis & q[illegible] retaq; illa dictū [illegible] potis [illegible] itutus, siue [illegible] [illegible] pōt [illegible] valeat [illegible] [illegible] concurrent [illegible] casus. Vt in hos casu [illegible] & rūperet. Dic quod [illegible] vt etiam [illegible] [illegible] emancipatione [illegible] ratione [illegible] motos ne testamentum rumperet [illegible] casibus in quibus non possit rumpi, valeat substitutio [illegible] [illegible] casus [illegible] in cuius morte [illegible] pronepos [illegible] stituitur, patiatur aque & ignis interdictionem [illegible] tūc verificat substitutio, quia [illegible] deficiente filio [illegible]. Tertiæ quæstionis casus est, quod si nepos sit emancipatus, pronepos [illegible] substitutus in casu mortis, quippe [illegible] [illegible] [illegible] quod [illegible] tate, sed [illegible] [illegible] se quem [illegible] præcedebat emancipatur. Et nota [illegible] [illegible] doctores [illegible] quod tertia qo nō [illegible] præcedit, q substitū in casum [illegible] extend[illegible] ad casum emācipationis nā ibi retento [illegible] tex. idē refert, dū quod si pronepos esset substitutus in casum tantum mortis filij, & nepos ex quo pronepos erat natus, & substitutus, fit emācipatus, quippe in hoc casu pronepos pōt succedere post filiū, quia nepos emācipatus nō rumpebat, & hoc [illegible] tex. [illegible] non autē q nepos emancipatione desinat esse institutus. Semper tamen præsupponendum credo, testatorē debere ordinare & componere testamentū eo modo, quo omnino rūpi non possit, quod eius voluntati relinquit. Sat est Gallum dedisse facultatē, & iurecōsultū interpretasse casus, quibus vel oībus vel quo casu velit, prouidere possit. Ex his habes tex. nostrum de sensum in triplici consultatione, prout iacet. Item approbat primum intellectum. & constat esse necessarium, quamuis cōmuniter non teneatur. Item habes admissum communem intellectum ex ratione tex. quamuis principali intentione id non agatur. Rursus & finaliter habes casum notum, deinde resolutam illam summā difficultatem emācipati qui ex tex. nostro vī exclusus. de qua difficultate plene cū omnibus doctoribus dissero super glo. in verbo, emancipatus. in ver. ex. l. respon. [illegible] Bar. ibi. text. istum simpliciter, prout etiā doctores intelligere

19 volunt, a difficultate defendo. † Noto primo, quod per interdictionē aquę & ignis amittitur patria potestas. hoc satis probatur ex text. nostro. & ratio est quia patria potestas est iuris in capite libero ciuis romanorum institutum, vt insti. de patria pot. in prin. in l. Ciuium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & interdictus ab aqua & igne amittit iura ciuitatis, in qua interdicitur, & ideo amittit patriam potestatem. Sed not. q non propterea amittit iura gentium. vt in l. quidam. ff. de pœnis. nam deportati sunt apolides, idest sine ciuitate, & ob id quia sunt sine ciuitate, iura ciuitatis non habent. sed propterea non amittunt quæ gentium iure sibi competunt. quia ex priuatione ciuitatis nō sequitur ab omnibus gentibus esse priuatum. nam a particulari in vniuersos vel ab vno ex diuersis non recte cōcludit oratio. vt in c. in genesi de ele. l. cum actum. ff. de negocijs gestis & ideo dicebat pdicta. l. quidam. quod ea quæ sunt de iuregentiū

20 competunt deportato. † Aduertendum rursus, quod si quis fuerit deportatus in insulam, ex ea deportatione amittit iura eius ciuitatis, ex qua est deportatus, sed non alterius ciuitatis. nec in insulam alterius ciuitatis deportari poterit. quia necesse est, quod locus, in quē deportatur, et sit sub ditione deportātis. vt in l. relegatorū. de inter. & relega. §. sicut autem. Itaq; deportatus ex vna particulari ciuitate potest gaudere iuribus aliarū ciuitatum. quia ea ciuitas eum his iuribus priuare non potuit. Secus est in ciuitate Romana, quæ priuat ab omni iure ciuili sub imperio suo, non tamē extra imperium. & sic in similibus & ita est de mente Bart. in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. & in l. cum pater. §. hæreditatem. de leg. 2. & in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Trebel. in l. 1. C. de hære. insti. & ibi Alex. & fuerunt verba originalia laco. Butr. in authen. Item nulla communitas. C. de episco. & clericis. qd iure satis clare probat ex ratione legis relegatorum. §. 1. & §. sicut. de inter. & releg. vbi præses prouinciæ nō pōt in insulā relegare, nisi inquātū habet iurisdictionē. nec priuare ab his, in quibus non habet iurisdi-

21 ctionem. vnde sequitur. † quod deportatus in bonis subiectis imperio eius ciuitatis, a qua est deportatus, non possit, vt nunc creditur, etiam iure cōmuni. quia ab his priuari pōt & priuari. & sic intellige quæ dicunē per Modernos & per dominū Alexandrum in d. l. 1. C. de hæredibus institue. Vnde ex his posset inferri ad quæstionem, an testamentum vel obligatio valeat de iure canonico. quia deportatus a iuribus canonicis priuari non potuit. Sed quid ad nostram materiam facit deporta-

22 tio. Responde † quod in locū interdictionis aque & ignis successit deportatio. nā ista interdictio aque & ignis Digestorū iure, non erat in vsu, sed fuit conuersa in deportationem. vt in l. 2. ff. de pœnis. & in l. 3. ff. ad. l. Iuliam peculatus. & in §. deportatio. in auth. de nup. col. 3. At si opponeres, q de iure Digestorū constat pena interdictionis aque & ignis. vt in text. nostro. Itē de iure codicis. vt in l. 1. C. de repu. & de iure institutionum. vt insti. de cap. di. §. minor. Responde, quod dū leges loquunē de ista interdictione, quia ea cōuersa est in deportationē, intelligūt de deportatione. ita interpretat imperator in d. auth. de nup. §. deportatio. in hæc verba. Deportatiō, in quam migrauit antiqua ignis & aque interdictio, quam aquę & ignis interdictionem vocant nostre leges. ita tex. vnde clare elicitur, quid aque & ignis interdictione intelligamus. Ex his intelligas legem nostram, quod cū de ista interdictione loquit, intelligit deportationē. Itē intelliges prędictam. l. 1. de repu. q ibi dum dicit, quod matrimoniū deportatione vel aque & ignis interdictione non soluit, nō ponunt vt diuersa. nam & si nomina sint diuersa, tñ transfusione iam dudū facta sunt idē significantia. eodē modo intellige insti. de cap. di. §. minor. vñ satis obscure loquit gl. in d. auth. de nup. §. deportatio. dum notat aliud esse deportationem, & aliud aque & ignis interdictionē. p. §. minor. sup. al. sed ille. &c. & si vt diuersa videat enarrare. pro eodē intelligit, dū dicit, minorē capitis diminutionem esse, qd accidit ei, cui aqua & igni interdictū fuerit, vel ei, qui in insula deportatus est. pro eodē enim assumunē hodie, & etiam Digestorum iure. vt in eadem auth. de nup. vel si aliter intelligere velis, nota, q id pōt interpretari relatione ad tempus antiquissimū legū. 12. tab. & dices. q accidit. l. olim. q recte exponit. quia verū est id esse pręteritū ei cui aqua & ignis interdictū fuerit. cū prꝛteritū tēpus

23 nullam habeat temporis determinationem. † Subsequenter dubitat, an deportatus æquiparetur excommunicato, qa sicut illa pœna aque & ignis interdictionis vī assimilari excōmunicationi, per quā interdicit legitima cōmunicatio, ita & deportatio

qui in

qui in insulam deducitur, & a cōicatione ciuitatis expellit. &
qđ deportatiō equiparet, tenet gl. insti. de cap. dim. in d. §. minor.
& gl. in c. decernimus. de sen. ex. li. 6. gl. ii. in me. & Bar. in d. l. cū
pater §. hæreditatum. & in l. Celsus. ff. de arb. in l. si quis arbitra
tu. de ver. sig. in l. cēterimis. . . fi. ff. eo. & vere excommunicatio
24 pōt appellari ipsa deportatio† quia excommunicatiō in suo ge
nere nihil est, nisi segregatio extra communionem actuum le
gitimorum, vt eam circumscribit Host. in summa eo. tit. & sa-
tis ostendit ipsa nominis significatio. & prout deportatus in in-
sulam dr̄ ab omni cōtinente distractus, ita excommunicatum
appellamus eum, cui est interdicta cōmunicatio. & ideo equi-
parantur per tex. in c. dño guerrā. hic fini. lex & in cō. li. 2. feudo
rum. omnis enim actus legitimus est interdictus excommuni-
cato. vt in c. inter dilectos. de exces. præla. in prin. in c. solet. in
si. de sen. excō. li. 6 & in c. licet ex quadam. de testi. maxime est
segregatus a cōione sacramentorum & fidelium vt in c. si cele
brat. de Cle. ex. ministrante. nec eligere vel eligi pōt. vt ibi & in
25 c. postulasti. eo. tit. † Sed ex aduerso ego video, ꝙ excommuni-
catus non perdit iura ecclesiastica. nā non perdit beneficiū ec-
clesiasticū, & si perdat fructus. vt in c. pastoralis. §. fi. de app. &
tñ videmus quòd excōicatus amisit ecclesiam, ergo & iura ec-
clesiastica amisisse debuit, per §. cum aūt. insti. quib. mo. ius pa.
potesta. sol. Respondeo, ꝙ excōicatus æquiparatur deportato,
vel aquę, & ignis interdicto. quia eo modo a cōmunione fide-
lium ei interdicitur. tñ intentione imponentis, & qualitate pę-
nę differunt. Fatendum. n. est excōicationem grauissimam pę-
nam, quia bona & participationes spirituales amittere facit. vt
in c. cum non ab homine. de iudicijs. & quo spiritus ipsum cor
pus excellit, eo pęna spiritualiū priuatione redditur grauior. ar-
gu. in c. vergentes. de hær. & in auth. gazaros. C. de hær. Sed in-
tentio excommunicationis longe differt a deportatione. excō-
municatio enim medicinalis est, non mortalis, vt in c. cū medi-
cinalis. de sen. excom. li. 6. ideo nisi eam contēnat, mederi intē-
dit. Item excommunicatio vel datur ex contumacia, vel ex of-
fensa, donec satisfaciat offendens. vnde hic est etiā cōtumacia.
vt no. in Cle. int. de dolo & contu. in c. cū oim. & in c. ex parte
de ver. sig. & in c. cum speciali. de ap. vbi excommunicatio vel
profertur pro emenda contumacię, vel off. nię. itaq; semper tē
dit ad medicinam. s. vt satisfaciat contumax obedientia, vel of-
fendens congrua iniurię emēdatione. & in hoc differt a depor
tationis intentione & natura. Hinc est vt credo, ꝙ priuationes
non causantur, quia non ob hoc ab ecclesia expellitur, vt con-
demnetur, sed vt corrigatur. Itē alibi æquiparatur relegato, vt
in c. pastoralis. §. fi. in gl. fi. nec illa æquiparatio est omnio apta.
26 vt no. ibi Abb. in pe. col. vide ibi, & inferius dicam. † An autem
deportati, his quos bannitos voce vulgari appellamus, æquipa-
rent, & quid in Hispania in insulas deportari vsus retinet. De-
portantur enim delinquentes ad Indorū, & Hyspanas insulas,
quorum nomen latinum incognitū, quia a solis Hyspanis sunt
nouiter inuētę. sed quia in Italia bannū est frequentissima pę-
na, ideo dubitamus, an deportationi equiualeat, & gl. Insti. qui.
mo. ius patriæ pōt sol. tenet deportatis æquiparari. pro qua glo.
vr̄ facere tex. in l. 2. ff. de publ. iud. vbi in exilium missi hi dicun
tur, quibus aqua & ignis interdicitur, & his ciuitas adimitur.
Sed intelligeē lex illa de deportatis. videmus eo modo bānitos
in exilium mitti & a ciuitate priuari. vñ vr̄ æquiparationē esse.
bonam & Bar. sibi ɔ̄rius eā cōprobat, in l. vt vim 1. col. de iusti.
27 & iu. † Ex hoc dubitatur opportune, an liceat bānito facere te-
stamentum. & fm hoc nō licet quia amisit ciuitatē & per hoc
iura ciuitatis. vt in §. cum aūt. insti. quib. mo. ius pa. po. sol. in l. re
legatorum. §. hæc est differentia de inter. & relega. & in tex. no
stro. Bar. aliter sentiens distinguit. in l. 1. C. de hære. insti. quod
ex bannitis aliqui sunt, qui impune possunt offendi, vel ex statu
to, vel ex inflictione pęnę, & hi habentur loco hostium, vt in l.
amissione. §. qui deficiunt. de capi. di. & tunc amittunt ea iura,
quę sunt eiusdem ciuitatis, & ideo illo iure ciuili testari nō pos-
sunt, nec hęredes esse. Secus est in ex bannitis simpliciter, qui
habentur vt hostes. & pro hoste haberi intelligitur, qñ impune
occidi potest l. hostes. de captiuis. & l. 3. ad l. Cornelā de Sicar.
ita refert in eadem l. amissione §. qui deficiūt. & idem tenet
in l. cum pater §. hæreditatē. la 1. de l. 2. & in l. ex facto. §. si quis
rogatus. la 2. ad Treb. & alibi Alex. Mod. in l. 1. C. de hære. insti.
† Aliqualiter vere in his diligentius considerandum. nam vide
tur in hoc bannum deportati ratione puniri, & ratio quare ip-
se deportatus amittit iura ciuilia ea est, quia cum ob delictum
ex numero ciuiū Romanorū in insulam mittit, iura ciuilia vt
mortuus exercere non potest. Hæc ratio satis patet, insti. quib.
mo ius pa. po. sol. §. cum aūt, & in eadē l. amissione §. nūc respi-
ciendū. ibi, capitis diminutio quæ salua ciuitate, & reliqua, sed
ex bannitis nō est salua ciuitas, vt inferius patet, igitur ea amit-
tunt quę sunt eius ciuitatis. Item facit tex. in d. c. dño guerram.
in vsibus feudorum. vbi imperator pro certo habet, quòd vasal
lus ex iurō fidelitatis non tenetur dño, qui ab imperatore fit bā
nitus. Ecce ꝙ amittit iura ciuilia, & ciuiles obligationes, quia
tale iuramentum iure ciuili obligat, vt in c. 1. de noua forma fi.
& in c. 1. de forma fide. in vsi. feudorū. Quinimo tex. allegatus v-
genter suadet tolli naturalē obligationē, & etiā canonicā, cum
de excommunicatione & iuramēto loquatur. Sed nota. q. ibi
nō tollitur. sed suspenditur obligatio. & de his alibi. At in pro-
posito verū est ibi simpliciter esse exbannitum, & obligatio ob
hoc non teneri. igitur non possumus negare eandē rationē in
exbannito, quam videmus in deportato, vt in tex. nostro. Item
prout deportatio in ipsa nominis significatione ostendat priua
tionem bonorum & priuationem ciuitatis, vt l. fi. C. de sen. con
tiā passis. ita eodem modo banno quis a ciuitate mittitur, & ea
amittit quæ sunt ciuitatis. vnde etiam exbannitū appellamus.
id est, banno extra ciuitatem missum. Item bānitum intelligit
ipse imperator in auth. gazaros. C. de hær. priuatum omnibus
bonis. & dicit se hæreticos bannire. qđ certe est maior pęna ip-
sa deportatione, vt ibi patet, cū dicat ꝙ longe grauius sit eter-
nam. ꝗ temporalem lędere maiestatem. & ob hoc ipsum ban-
nitur. Sed pro ɔ̄ria opinione facit auth. Item nulla communi-
tas. C. de epi. & cle. vbi cr̄, quod laicus qui imposuerit aliquod
onus rebus ecclesiæ in triplo condēnatur, & desuper subiacet
banniso imperiali. constat ergo, ꝙ qui subiacet banno, non est
priuatus ab omnibus bonis. vñ sequitur non equiparari depor-
tato. nec amittere iura ciuitatis. poteris forsan respondere, qđ
in bāno subiacere intelligitur. i. pęna quæ banno imponeretur.
& est exilium forsan ad tps. quod videtur ex eo, ꝙ dicit, id absq;
satisfactione congrua nō remittit. Sed cogita, quia ex hoc intel
ligitur ille tex. aliter ꝗ Bar. intellexit enim in d. § qui deficiūt. ibi
enim intellexit, ꝙ oīa bona ciuilia perdat. Quinimo oīa quæ
erant sub imperio, quia banno imperiali subiaceat. sed si in tri-
plo condemnatur, non perdit oīa bona nam si oīa bona perdi-
disset, imprudenter in triplo condemnaretur. In his ergo cre-
derem dicēdum, quod pęna banni cum sit consuetudinis mo-
dernę & statutorum, non pōt habere certam iuris communis
determinationē. Sed ex tenore cuiuslibet banni colligit ius &
æquiparatio vel deportati vel ēt relegati. cū maxime bannum
est tpale, vel exiliū, vt in l. relegati. & in l. relegatorum. §. hęc est
differentia. de inter. & releg. Nec ob. qđ Bar. tenuit in l. amissio-
ne. § qui deficiunt. ꝙ exbannitus, qui nō habetur loco hostis. i.
qui nō permitteretur impune occidi, nō perdit iura ciuitatis. a-
lioquin si impune pōt occidi, quia habeē loco hostis, perdit iu-
ra ciuitatis. Quippe bannitus si perdat iura ciuitatis, ea rōne p-
dit, quia perdit ciuitatem. & ab ea banno ēmittitur, nō autem
qa possit occidi. nā hæc alia est cā, & patet in deportato, qui oc-
cidi nō pōt, tñ perdit iura ciuilia, qa deportatur a ciuitate, vt in
d. l. relegatorū § hæc est differētia, & in d. l. fi. in fi. C. de sen. pas.
Contra tex. nostrū opponitur. Hic notabamus deportatū vel
aquę & ignis interdictū amittere iura ciuilia, quia amisit patriā
potestatem, & primum locū sui hęredis ea ratione, ꝙ omnia iu
29 ra amittat, vt l. fi. C. de sen. passis † contra, nam deportatus elige
re potest, vt in l. cum pater. §. hæreditatem. ē. 1. de leg. 2. vbi si
fuerit rogatus restituere hæreditatem liberis, vel quibus velit,
electio non est perempta deportatione. vnde Bar. notat electio
nem deportationē non tolli. nō, quia electio facti est. idem pro
batur secundum in l. ex facto. §. si quis rogatus. ins. ad Trebell.
vbi Bar. idem probat. idem in l. Celsus de arbi. sup. & in l. si quis
arbitratu. de verb. ob. & passim id tenet. qui eum sequuntur in hoc se-
quuntur. ex quo constat ad tex. nostrum declaratio, quod quis
vetum sit, quod ea quæ sunt iuris ciuilis amittat deportatus, tā
ea quæ sunt facti non amittat. vt est eligere. in §. sed cum factū.
insti. de stipu. ser. cum si. Ego vero de illa sñia quamuis sit anti-
qua, & sæpius confirmata, satis dubito. quia eligere est ius pro-
batur, quia filiusfamilias sine iussu patris eligere non potest, vt
in l. Iulianus. de leg. 1. quod si facti esset, certe eligere posset, vt
in d. §. sed cum factum. nam cum ex opinione vel electione
ius alicui quæritur, vt quia si eligo Titium, Titius habebit hæ-
reditatem per seruum tunc iuris est, & ita tenet Barto. ibi, vn-
de ex hoc dicitur, quod filiusfamilias eligere vel optare non
potest. Si igitur iuris est, sequitur deportatione amissum tale
ius eligendi per tex. nostrum. & ēt ipsi id fatenē item quod iu-
ris sit. & q. adeo talis electio deportatione amittatur, probatur
ex l. illa verba. ff. de ver. sig. & præsuppono. ꝙ electio idē est qđ
arbitratus, quoad rōnem casus nostri. qđ Bar. ipse in omnibus
prędictis iuribus presupponit. sed dicit iureconsultus. ꝙ illa ver
ba, arbitratu Lucij Titij fieri, ius significant, & ideo in seruum
non cadunt, igitur nec in deportatum. quia prout seruus, ita de
portatus amittit quę iuris sunt, vt in l. 1. C. de hær. insti. & in d. l.
fi. C. de sen. pas. Verum si dicas, seruus amittit omnia iura ciui-
lia & gentium, vt in l. qđ attinet. inf. de reg. iur. Respōde quòd
ius arbitrandi est iuris ciuilis, maxime cōprobatione. alias non
censetur ius, nec habet iuris efficaciā, vt in l. legitima. ff. de pac.
præsertim ꝙ ego ostēdā seruum nō perdere ea, quæ sunt iuris
30 gentium. vide in l. manumissiones. de iust. & iure. † Item quod
electio est ius, patet sæpius in iure cano. vbi agitur de iure eligē
di, vt in c. cū ecclesia Sutrina. de causa pos. & proprie. & per to-
tum

tuto titu. de elec. & electi potesta. Si enim electio nō esset iuris
qui eligit scienter indignū, nō priuaretur iure eligendi. vt in c.
cū vitoniensis. de elec. & in c. si forte. co. tit. lib. 6. cum igitur sit
ius per cōfessionem Bar. deportatus electionē amittit. Hoc etiā
confirmatur, quia Bar. in his omnibus locis eandē censet ratio-
nē in deportato & excommunicato. quæ ad vnū ad aliū inferunt
& quo ad segregationem vera est æquiparatio, vt superius de-
claraui per gl. in l. de cap. dimi. §. minor. Sed excōicatus non
pōt eligere nec eligi. vt in c. si celebrat. de cle. excō. ministr. not.
in c. si qñ. de elec. l. b. o. in c. cum dilectus. de cōsue. Ratio. quia
actus legitimi sunt sibi interdicti. ita docebat. Host. in summa
eo. ti. §. qs sit effectus ergo eodē modo in deportato. Preterea
ab eodē Bar. videtur hoc cōllare in d. §. hæreditatem. vbi in pri-
mis not. q per deportationē non perditur ius eligendi. Si enim
idem Bar. appellat ius, vt etiam appellat in l. centesimis. §. fi. a.
quomodo nō amittitur, quia facti sit & non iuris. nā iuris est,
quomodo deportatus retinet ius intelligendi maxime ex testa-
mento iuris ciuilis. vt in l. 1. de testa. & ibi not. At si facti, ex qua
rōne in metallū damnatus electionē amittit. vt in d. l. ex facto.
§. si quis rogatus. qa ea rōne amittit, quia est seruus. sed seruus
non amittit quæ facti sunt. vt in l. stipulatio ista. §. hi qui. §. hæc
quoq. de verb. oblig. Item hanc mihi audaciam tribuo, q si vn
quā aliam rationē aut ius viderem, q. §. hæreditatem. & §. si qs
rogatus. crederē potius ex illis iuribus deportatū amittere ele-
ctionem quamuis ex illis cōmuniter vulgo tradatur, & presuppono
31 casum † qui singularis est, q i filium heredem institutū rogauit
vt post mortē suā liberis suis, vel quibus vellet hereditatē resti-
tueret. euenit deinde, q filius post mortē patris sit deportatus.
duo resident dubia. Primū, vtrū electio sit perempta, & videtur
q nō est perēpta, qa fideicōmissum est collatū in tps mor-
tis, & electio durat vsq. ad mortē. vnde non est perēpta electio,
quæ est ius futurum & continuū. Finge, q ipse sit restitutus ad
pristinum statū, certe nō pōt negari, ei competere tpe mortis
electionem, qd ius nunq amisit, quia tūc sibi competit, & hoc
est qd subtiliter iureconsultus dicebat quo interea in insulam
deportato eligendi facultatem non esse pęna peremptam pla-
cuit. no. qd dicit, interea, id est dū vita durat. Itē dicit electionē
non esse pęna peremptā. i. pęna deportationis perfecte cōsūptā.
dictio enī per, perfectionē & cōsumationē significat. vt in l. ve-
bana. §. pernoctare. de verb. sig. not. in c. si cōstitueret. de accus. ecce
ce posui casum in primo rūso in quo doct. falluntur. qa ex eo qd
dicat electionē nō esse sublatā, credūt qd per deportationē nō
adimat electio. certe nō adimitur interea. i. ante tēpus mortis.
qa illi tūc cōpetit. nec ante adimi posset. si iā tpe deportatio-
32 nis eligere deberet, nū posset, quia deportatus est. † Secūdo du
bitatur, ex quo confirmat qd diximus, an ista cōditio, restituas
hæreditatē cū morieris, impleatur cū est deportatus, et si natu-
raliter nō sit mortuus. Rñdetur. qd ante mortem naturalē nō
33 existit fideicōmissi cōditio. ita dicit text. expresse. † Sed si verū
est qd electio est adiecta fideicōmisso. s. restituas cui volueris,
igitur nec cōditio electionis ante mortē existit. vñ sequitur qd p
deportationē tolli non pot. & ideo nō tollitur. & hoc est qd dr
interea nō esse sublatā. Quod aūt si deportatus in deportatione
moriat, certe tūc eligere nō pōt. sed inter eos liberos, quos no-
minauit testator. fient viriles portiones, cum de alijs potestatē
eligendi nō habeat. ita dicit tex. Ecce igitur, qd tex. expresse di-
cit de alijs potestatem eligendi nō habere. igitur amittit per de-
portationem potestatem eligendi. nun habes declaratum &
expositum tex. illū, ex quo constat, quod per deportationē nō
tollitur electio, quæ habet tēpus cōtinuū. Si tamen deportatio
cōtinua sit, & duret vsque ad tēpus pro iure eligendi coterminatum,
tūc tollitur, quia deportatus eligere nō pōt. ita probat
tex. ille. Et hunc eundē nostrū intellectū fatetur ipse Bar. in d. l.
cētesimis. §. fi. col. fi. ver. contra prædicta. vbi dicit, qd ideo illud
ius statim deportatione non tollitur, quia ad tempus mortis se
cōtulit, q si nō cōtulisset, fuisset sine dubio sublatū. vides itaq;
Bar. qui dicit ius esse electionē, & per consequens deportatio-
nem tolli. Sed Rapha. & Ioan. de Imo. & Alex. dicebat ibi Bar.
non bene loquutū, quia q ius restitutio fuisset collata in tēpus
mortis, tñ electio collata nō erat. item quia restituere etiā ante
mortem poterat. vt in l. post mortem. C. de fidei. ita ipsi. Non
placet eorū snīa. Nam restitutio & electio in idem tps fuerunt
collatę. patet, qa videtur qd vt qualitas & accessio restitutionis
fuit posita electio. vt cū moreretur liberis vel quibus eorū vel-
let restitueret. itaque fuit data electio restituendi post mortem
& qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum verbi tēpus
Vsque ad mortē igitur poterit eligere, prout potest eligere. Nā
ante mortē pōt etiam restituere, vt in d. l. post mortē, & quāuis
aute tempus mortis restituere possit, non ex hoc sequitur, qd
in morte non possit, quia vsque ad tempus mortis est in facul-
tate sua. vt in d. l. post mortē. facultas igitur est continua. nec et
eo qd competat hodie, negari potest cras competere. & hodie
nō possum quia deportatus, & cras potero, quia forsan ero re-
stitutus & ideo illa futura facultate nō possū priuari per depor-
tationē presentē, sed presenti facultate priuor per deportatio-
nem præsentem. & in hoc extat deceptio. † Hoc idem confirma-
tur tex. l. vnū ex familia. in prin. eo. titu. vbi in eodē fideicommis-
so de restituendo post mortē cui voluerit, statim potest elige-
re, sed vsque ad mortem poterit variare. & melius facit text. in
eadē. l. cū pater. §. a filia. vbi talis electio habetur pro destina-
tione. i. q destinat post mortē se restiturū. electio igitur habet
eandem temporis cōterminationem. vt dicitur in illis iuribus.
Itē qd ante mortē possit restituere efficaciter, debet intelli-
gi in fideicommisso in certam personam facto. vt in d. l. c. post
mortē. Secus in fideicommisso, in quo vnus de cæteris est eli-
gēdus. nā tunc nō potest eligere ante mortem, quia potest esse
q persona electa medio tempore obediret, cui restitui nō pote-
rat ex potestate testatoris, cum ipse non viueret tempore mor-
tis testatoris. & ita soluit gloss. & Bartol. in d. §. a filia. in nostro
igitur casu electio erat de vno ex certis & ideo ius eligēdi potius
competebat tempore mortis, nec deportatione ante mortem
tolli pot. sat, si tamen durat deportatio vsque ad tempus, quo
eligi debeat, tunc tollitur electio, & diuiditur hæreditas inter
eos, qui eligi poterant illo tempore mortis, non autem inter
eos qui ante mortem eligi poterant puta si aliquis ex liberis sit
mortuus, ipse non facit portionem. & hoc est quod ponderat
iureconsultus quod viriles portiones inter eos fient, qui eo tē-
pore. i. mortis heredis vixerint, quia ad id tempus dirigebatur
electio, & eligi non possunt, quia deportatus est hæres. & ideo
inter eligendos tempore mortis fit diuisio. habes ex his veram
34 mentē Iureconsulti, quicquid senserint nostri magistri. † Ex
qua inferas, quod vno ex liberis mortuo ante tempora restitu-
tionis filij eius non veniunt in stirpem, cum per deportatio-
nem hæres eligere non potuit. ratio est, quia tpe quo fiebat re-
stitutio, erat mortuus. vnde ius q non habuit, trāsferre nō po-
tuit. vt est ex mente iurisconsulti ibi. ex quo declarat tex. in l. cū
35 filius. infra. de hære. quæ ab intel. defe. † Item hoc idem probat,
& ex hoc extollere tabis l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Treb. ius.
vbi fere idē est casus. & eodē modo gl. & Bar. & cæteri eū cor-
rumpunt. dicit tex. qd Papinianus deportato dedit eligendi fa-
cultatē, cui liber factus fideicōmiss. restituere velit. i. cū fuit ro-
gatus liberis suis vel cui eorū velit restituere hæreditatē. Attē-
de igitur, qd deportato dedit facultatē tūc, cui liber factus fi-
deicōmissum restitui velit. huius rō est, vt dixi, qa fideicōmissū
habebat cōtinuū tps. vñ tpe deportationis non pōt. sed dū est a
deportatione liberatus eligere pōt. Ex hoc non amittit ex de-
portatione libertatē. Certe nō est liber ad eligendū, & ad actus
legitimos, nec ad redeundum in ciuitatē. & ad illa & ad pęnā
refertur verbum liber factus. nec etiam placet, qd gl. dicit ele-
ctionem facti esse. qd si verum esset, nō requireretur, qd liber
esset vt eligeret, cum etiam serui & deportatus quę sunt facti
facere possint. vt in l. stipulatio. §. hi qui §. hæc quoq; de verb. ob.
& hanc eandē interpretationem fuit sequutus Bar. in d. l. cen-
tesimis. §. fi. nec ob. qd dicit ibi Alex. quasi in fina. verbis, qd
Bar. intellectus ad d. §. si quis rogatus. stare nō pōt, quia cōditio re-
stitutionis in casu isto non fuit collata in tps mortis. Fateor, qd ex-
presse non fuit collata in tps mortis, qa de morte nullū vt ver-
bum. sed tacite hoc inest, qd cū filius hæres instituitur, & roga-
tur vt liberis suis restituat, intelligitur ordine successiuo, & sic
post mortē. vt in l. cū pr. §. penul. de lega. 2. Ita igitur est intelli-
gēdū ibi, q ab eodē tex. satis cōstat. cū liber factus vsq; ad mortē
restituere possit, & hoc clarius apparet in versi. sed cū decedit.
& presuppono cū iureconsulto ibi, qd quis deportatus in tali casu
non amittat ius eligēdi, qd sibi pōt competere in futurū vsque
ad mortem, vt dicebat Papinianus, tñ damnatus in metallum
amittit totaliter ius eligēdi, quia pro mortuo habetur. vñ non
est expectādū tps mortis nūc intelliges tex. in versi. sed si seruus.
& in versi. sed cū decedit. quę gl. incaute interpretat & tex. ver
ba subuertio. Sed si seruus pœnę fuerit. i. dāmnatus in metallū iā
parere cōditioni non poterit &c. Sequitur alius versi. sed cum
decedit electionē illā quā Papinianus deportato dedit, huic da
ri non oportet. quasi dicat, deportato si liber factus sit, dedit
Papinianus electionē tpe mortis, i. cum decedit. Sed seruo pę-
nę non oportet dare electionē etiā si sit restitutus, quia iā ami-
sit electionē quamuis protenderetur vsque ad mortē, cū verū
sit pro mortuo haberi. hic est verus sensus. Nec glo. teneo, quę
36 textum a recto sensu reuoluit. Vide eam. † Ex his imprimis cō
stat deportatum amittere electionem sibi competentem tem-
pore deportationis, sicut amittit primū locū sui hæredis. vt in
tex. nostro. Item cōstat electionē esse facti. Item qd qñ electio cō-
petit iure cōtinuo, vel conferitur ad certū tps, anteq finiatur vel
adsit tps iuris eligendi, non potest priuari deportatione qd fe-
cus est in metallū damnato. vt in d. §. si quis rogatus. & in §. hę-
reditatem. Nec obs. l. si necem. in fi. de bo. libe. vbi in deportato
non habemus spem restitutionis, quamuis habeamus in capto
ab hostibus. & ideo statim priuat bonorū possessione & defert
in proximum gradum. vt patet etiā in tex. nostro. Rñd. quod
priuatur delatione & iure præsenti quæ priuatio non impedi-
tur ab

tur ab ipso futura', sed nos loquimur in iure futuro & cõtinuo
quo impedimento præsenti priuari non potest, nec in isto casu
vtitur spe aliqua, sed dum restituatur, poterit eligere, quia tũc
37 competit ius eligendi. Cogita. † Rursus ex his infertur, quod
deportatus nõ potest esse arbitrator, & si arbitratu eius aliquid
fiendũ sumitur, non poterit id iudicio suo finire, quãuis ex sen
su Bar. in d. l. cum pater. §. hæreditatem, & in prædictis locis ɔ̃-
rium sit verum, probatur hoc ab eodem, quia sm eũ idem est
ius in arbitratu & in electione. Sed eligere non potest per su-
pra dicta. igitur nec arbitrari. facit tex. in l. illa verba. ff. de verb.
sign. sup. allega. vbi illa verba, arbitratu Lucij. ius significant,
ergo priuatur tali iure, quia deportatio omnium iurium priua
tio est, vt in l. fi. C. de sententiam passis, & idem Bar. tam in ele-
38 ctione quam etiam in arbitratu sentit arg. ibi, nec resoluit. † Itẽ
ex his infertur bannitum nec eligere posse nec arbitrari, nam
si æquiparatio eorum est bona, quam faciunt quãdo bannum
est tale, vt perdat iura ciuitatis, negari non potest, ꝙ in rebus il-
lius ciuitatis nec arbitratum nec electionem habebit, sicut nec
habet deportatus, & quia verum est, quòd & eligere & arbitra
ri est iuris, vt in d. l. illa verba, & Bar. in l. centesimis. §. fi. sequit̃,
quod cum iura illius ciuitatis amisit, non poterit ibi vel arbitra
ri vel eligere. quamuis nostri doct. contrarium sentiant. s. Bart.
in d. §. si quis rogatus. & in l. Pedius. de arbi. Ange. in d. §. si quis
rogatus, per illum text. & in quæstione per eum disputata, quæ
incip. duo adinuicem negantes. Ioã. de Imo. in c. Quintauallis.
de iureiu. in 22. diff. D. Anto. ibidem. 23. colu. Alex. in l. si quis
arbitratu. de verb. obl. & fundamentum eorum est ex d. §. hære
ditatem, & ex d. §. si quis rogatus. Vidisti tamen quomodo cor
ruat & iustius est contrarium. Sed si opponas, ꝙ verum est de-
portatum vel bannitum amittere iura suæ ciuitatis, non tamẽ
iura communia, vt in l. quidam. ff. de pę. vnde cum ex testamẽ-
to competat electio ipsi deportato vel bãnito, habebit electio-
nem iure communi Romanorum, quia statuta ciuitatis nihil
super hoc disponunt, & ita tenet Bar. in l. ex facto. §. ex facto. ad
Trebell. & in lege eius qui. §. 1. sup. de testamen. & ibi late per
Modernos. Respondeo, quod in rebus illius ciuitatis, a qua ex-
bannitur vel deportatur nõ potest habere ius eligendi, nec po-
test arbitrari, quia ciuitas illa ab omni iure ꝙ sibi competebat
in proprio territorio priuare potuit, & ita dicit Pau. de Cast. in
l. 3. de here. institu. C. se pluries consuluisse. & argu. sumas ex. l.
iurisperitus. §. oriundus. sup. de excu. tut. & ex l. sed & si plores.
§. in arrogato. de vulg. & pup. & ita limita & intellige dictum
Bar. in prædictis locis, quam limitationem late sequitur Mod.
39 in d. l. 1. in fi. C. de hære. instit. † Præterea ex supra dictis infertur
ad quæstionem, vtrum excommunicatus arbitrari vel eligere
possit. In qua re magna est docto. dissentio. nam Bar. in locis su
perius alleg. tenet & eligere & arbitrari posse. quem sequitur
Anto. de Bur. & Io. de Imo. in d. c. Quintauallis. & Alex. & de-
mum Ias. referunt late in d. l. si quis arbitratu. vbi etiam Mod.
Senenses referunt, ꝙ in partibus Alemaniæ hæc causa magno
pondere versabatur. adeo ꝙ consuluit collegium Perusinum
sm Bar. & pro contraria parte collegium Paduanum. propositis
igitur argumentis do. Alex. & do. Ias. dicunt opinio. Bar. cõ-
munem & veram. Ego vero tali opinio. non possum assistere.
Nam si excõmunicatus ea ratione dicitur excommunicatus,
quia est segregatus a communione fidelium, vt ostendit Host.
in summa eod. tit. quomodo inter fideles eligere poterit? vide-
tur enim hoc sibi pugnans, ꝙ iuste excõmunicatus iuste possit
eligere. Itẽ ꝙ nec eligere nec eligi possit, patet in c. si celebrat.
de cle. excommuni. ministrante. & no. in c. si quando. de elect.
lib. 6. in c. cum dilectus. de consuet. & in eligente ea est ratio,
quia a participatione & actu electionis est segregatus. Item si
æquiparatio eorum est vera, sequitur excõmunicatum elige-
re non posse, quia deportatus nõ potest, vt in d. l. cum pater. §.
hæreditatem. maxime ꝙ quamuis esset facultas eligendi facti,
& non iuris, tñ facultates facti, quæ tendunt ad conuersationẽ
fidelium, negantur ipsi excommunicato. vt in c. si vere. de sen.
excom. in c. dño guerram. hic finitur lex in vsi. feudo. Itẽ hoc
idem roboratur ex c. post cessionem. de proba. quem adducit
D. Abb. in d. c. Quintauallis. de iureiur. vbi excõicatus non põt
esse procurator. eodẽ ergo modo vel arbitrari vel eligere non
poterit. Sed D. Alex. & Ias. in d. l. si quis arbitratu. rñ. ꝙ illud ca-
pitulum loquitur in iudicijs, in quibus excommunicatus stare
non põt. vt no. in c. decernimus. de sent. excõ. in verbo, patroci-
nando. sed electio vel arbitramentum nõ est actus iudicialis. vt
in auth. vt diff. iu. in prin. Eodem modo rñdent ad c. pia. de ex-
cep. lib. 6. vbi in prin. dr̃, ꝙ excommunicatus ab actibus cõibus
repellitur. Item ab actibus legitimis repellitur. vt in ca. licet. de
sent. excõ. lib. 6. Sed expone ab actibus cõibus & legitimis. s. iu-
dicij, non autem ab actibus extraiudicialibus, quia ɔ̃here põt.
vt in c. significasti. de eo qui duxit in matri. quã pol. per adult.
prout ẽt deportatus non admittit ea quæ sunt iurisgentium. vt
in l. quidã. sup. alleg. de pę. ideo ɔ̃here poterit. vt in l. ex hoc iu-
re. de iusti. & iu. † Tu vero consultius aduerte quod excõica-
tus non repellitur a iudicio, hac speciali iudicij ratione, quia in
iudicio stare non põt. Sed ideo a iudicio repellitur, quia fideli-
bus cõicare iuste non põt. Et hæc eadem rõ habet locũ in pro-
curatore iuste nõ põt. Et hæc eadem rõ habet locũ in procura-
tore, vnde non est bona dr̃ia de iudicio ad extra iudicium, cum
in iudicio & extra sit excõicatus. i. separatus a cõione fidelium
vt in c. monasteria. de vita & hone. cler. vbi excõicati a cętu fi-
delium sunt penitus alieni. itaq; rõ vtrunque casum cõcludit.
igitur ex altero casu non est facienda iuris dr̃ia, quod satis eui-
denter constat ex ca. licet. de sent. excom. lib. 6. vbi & in iudicio
extra iudicium docet excommunicatum euitandũ, & actus le-
gitimi sunt sibi interdicti. rõ ea est, quã ego exposui, quia gñã-
liter ab omnibus fidelibus est segregatus, quæ segregatio in iu-
dicio & extra iudicium parem habet causam. Hinc male inter-
pretantur D. Alex. & Ias. prædictum. c. pia. quia ibi rõne vniuer
sali, vt periculum cõis euitetur, consideratur in iudicio extare
posse, vt patet in prin. ibi, cõionis periculũ euitet &c. Et ideo su
biungit, quod a cõibus actibus excluduntur. i. non possunt acti-
bus vti cõiter cũ alijs, quia cõicare nõ pñt. ꝙ ita verũ est in iudi-
cio, prout extra iudiciũ. vnde optime no. ibi gl. Io. And. id intel
ligendum tam in actibus iudicialibus quã etiam extraiudiciali
bus', erũt enim excõicati inter hoĩes & eorũ carebũt suffragiis
vt in l. hi qui sanctã. C. de apost. Nec ob. gl. quã allegant in d. c.
decernimus, q̃ quamuis dicat, ꝙ postulare non potest, & ꝙ po-
stulare intelligitur in iudicio. vt in l. de postulando. non tñ con-
cedit ex hoc, quod in extraiudicialibus possit arbitrari, & simi-
lia facere, quinimo si legissent gl. fi. eiusdem. c. Idem tenet qđ
nos affirmamus. Præterea cum Bar. & eius sequaces dicũt, qđ
excõicatus potest arbitrari, quid aliud est dicere, q̃ aut excom-
municationẽ non esse excõicationem, aut quod licite peccari
potest. nam ipse excõicatus peccat in arbitrando, cũ in hoc ip-
so cõicet cũ fidelibus, & ipsi, inter quos arbitratum reddit pec
cant ẽt ei cõicando, vt in c. nuper. de sent. excõ. 11. q. 4. c. excõi-
catos. & c. cũ excõicato. Cũ igit̃ actus ille se conferat ad pecca
tũ, absit a iuris prudentia talis sñia, vt id licite fieri possit. ius. n.
prohibet arbitratum reddere, quia excõicare non põt. igit̃ iure
arbitrari non põt. ista. n. sibi pugnant, ꝙ possit arbitrari, & ꝙ p-
ut distinguit Pau.de Ca.in d.l.non quodcūq;.§.Iulianus,quod
aut ignorabat partū esse in vētre, itaq; nihil carius propter par
tum emit,& tūc certū est,quod non cōpetit de euictione actio
aut propter ventrem carius emit & tūc si partus euincatur, nō
competit de euictione actio stipulationis.ratio est, quia partus
non est venditus de per se,sed vt accedens.ita intellige.l. si præ-
gnās,cum l.seq. & ex hoc competit ex empto actio ad interes-
se,vt in d.l.venditor hominis.& in d.l.non quodcunq; & in l. si
ex Pamphila.de le.2.vbi glos.est non cuius doctrinam sequitur
Pau.in d.l.non quodcunq; §.Iulianus,& in eadem.l. si quod ex
Pamphila.vbi idem sentit Bart. Vnde non recte adducitur ca-
sus ille ad propositam quęstionem.s.ꝙ ibi actio ex empto com
petat ad casum fictum. stipulationis vero actio non competat,
nam.ex empto actio non datur ex fictione,sed ex interesse, quia
si venter erat plenus,& ego emi seruam cum ventre, si euinca
tur partus,conueniens est,vt ex illa parte qua cariorem seruam
emi,tu debeas interesse resarcire,vt in d.l.venditor,& in d. l. si
quod ex Pamphila.hic igitur nulla fictio,nec fingendi necessi-
tas. Aretin.forsan voluit sequi Bar.in d.l. si quod ex Pamphila.
qui dicit,quod non vere emit partum.Igitur cū agatur exem-
pto,fingitur emisse. Sed talis ꝑūa non est bona,quia quamuis
non emit partum,emit seruam cariorem propter partū , & est
æquum satisfacere pro interesse,cū in his contractibus ex æquo
& bono arbitrandum est,vt in l.consensu.de ac.& obli. Rursus
considera,quod ex differentijs do. Aret.non colligitur differē-
tia,an loquamur in odiosis vel fauorabilibus . nā stipulatio sua
natura non est odiosa,nec emptio fauorabilis, sed bene est alia
sua natura restringibilis,vt in l.quicquid.de verbo.obli.alia bo-
næfidei & late interpretationis,vt insti.de obli. quæ ex consen-
su.§.fin.& d.l. Ex consensu.odium tamen vel fauor in his non
124 consideratur . Cogita . † Quarta limitatio sumitur a Bal.d. hic,
quando dispositum est in vno casu in quo fit stricta interpreta-
tio , tunc enim non extenditur ad alium casum eūdem effectū
habentem,vt in c.susceptum.de rescr.lib 6.vbi mandatum impe
tratum , vt conferatur beneficium casu quo vacet per resigna-
tionem,nō potest exequi , quando idem beneficium vacat per
mortem,& econuerso , & tamen resignans beneficium habe-
tur pro mortuo quo ad beneficium,vt in ca. in Apibus.§. Ecce
in quibus 7.q.1. Ad istam etiam limitationem adducitur tex. in
c.cui de non sacerdotali.de præb.lib.6.Sed contra istam limita
tionem inducit Ioan.de Imo.tex.in l.Deo nobis.in princ.C.de
epis.& cle.vbi in stipulatione,quæ est stricti iuris & interpreta-
tionis,facimus extensionem ad casum omissum habentē can-
dem rationem,& stipulatio quæ dirigitur ad casum mortis,ve
125 rificat in casu professionis. † ideo dicebat Imol.quod illud erat
in c.susceptum. propter naturam mandati, quod debet adim-
pleri in specifica forma. vnd per æquipollens non potest adim-
pleri. Mod. Bonon.repetentes contra Ioan.de Imol.adducunt
tex.in l.fi.§.fin.ff.mandati.vbi mandati actio datur ex æquiualē
ti. Item adducunt tex.in l.si quis mihi bona.§.sed quid si man
dauerit.de acquir.hæred.vbi si mandaui adiri hæreditatem, ex
hoc potuit agnosci bonorum possessio,quæ vere non est hære-
ditas,quamuis hæreditati æquiualet.l.1.& 2. de bonorum pos.
inf. Ex his Mod. dicebant & hoc idē dixerat do. Ioan.de Imol.
quod

quod ideo in c. ſuſceptũ. caſus expreſſus nõ verificatur in caſu
ſimili, quia diſpoſitio eſt odioſa ꝓpter ambitionẽ beneficio-
rum. vnde talia reſcripta ſtricte ſunt interpretanda. vt in c. quã
uis.el ſecundo.de præb. lib.6. Secus quãdo diſpoſitio eſt ſtricte
interpretanda, vt eſt ſtipulatio. l. quicquid aſtringendæ. de verb.
ſig.& iſto modo intelligit tex. in l. Deo nobis. Hęc dicũt Mod.
cum Bal.& Io.de Imol. Aduerte, quod aut Mod. non ſoluunt
difficultates, quas adducunt, aut errant. nam ſi reſponſionem
eorum aptes ad. l. ſi. ff. mã. Ille tex. loquitur in mandato, quod
ſecundũ ſolutionem videt ſtricte interpretandũ, quamuis non
odioſum.& tamẽ hoc eſt falſum, quia contractus mandati eſt
bonę fidei. & habet latam interpretationẽ vt in l. conſenſu. de
act. & ob. in §. actionũ. inſti. de ac. Item conſidera, quod non ſo
lum in mandatis ambitio ſis, ſed etiam in alijs, in quibus ceſſat
ambitio, regula poſita in d. c. ſi cui de non ſacerdotali, habet lo
cum. vt in c. prudentiam in ſi. principij de offic. deleg. Verum
ſi dicas etiã illam materiam eſſe odioſam, reſpõdeo, non adeo
eſſe odioſam, vt non admittat caſum omiſſum eundem effe-
126 ctum habentem in § adijcimus. in eo. c. prudentiam. † Ego du-
bito, an ipſe Bal.& Io. de Imo.& Mod. ponant bonã limitatio
nem. quia etiam in odioſis ſi eundẽ effectũ habet caſus omiſ-
ſus id eſt eandem rationẽ, nihilominus intelligitur venire in ip
ſa diſpoſitione quod probatur, quia reſcripta ad lites ſunt odio
ſa, vt ordinariæ iuriſdictioni detrahentia. in c. ad hęc. de reſcri.
in c. 1. in gl. mag. in ſi. de reſcr. lib. 6. & ob hoc ſtricte interpretã
da Attamen admittunt caſum omiſſum eandem rationem ha
bentem. vt in d. c. prudentiam. §. adijcimus. nec obſtat quod in
tellectus Abb. ibi de quo. inf. in q. An conditio voluntaria ſit ad
implenda in ſpecifica forma. Item attende, quod eadem re-
gula quæ datur in d. c. ſuſceptum. quod fines mandati diligen
ter ſunt attendendi. vt in d. ca. ſi cui. habet locum in reſcriptis
ad lites, vt in d. c. prudentiã. tamẽ videmus in his ad alios caſus
& perſonas porrigi mandatum quamuis odioſum. vt in ca. 1.
de offi. dele. & in c. in cauſis. de off. dele. vbicunque enim ratio
ſuadet, prorogatur & extenditur mandatum quod ex rei natura
habet ſtrictã interpretationẽ. Itẽ idem eſt dicere, caſum eſſe
odioſum, ſicut dicere, eſſe natura reſtringibilẽ. nam odiũ hoc
parit, vt reſtringatur. vt in regula, odia reſtringi fauores conue
nit ampliari. Igitur quo ad interpretationem ſtrictam vel am-
plam idem ius eſt aliquid eſſe ſua natura reſtringibile vel odio
ſum. vnde videtur remanere inſolutum argu. leg. Deo nobis.
127 † Item vt ſup. ſępius dixi duo caſus dicunẽ habere eundẽ effe-
ctum ad id, de quo agitur. cũ habent eandem rationẽ. quãuis
igit materia ſit odioſa & reſtringibilis, ſi eadẽ eſt ratio, nõ põt
eſſe ius diuerſum, quia ius a ratione nõ differt. vt in l. nõ dubiũ.
in prin. C. de leg. in l. cũ mulier. ſol. mat. Sed ſi dicas quod ratio
ſtrictę materię eſt, vt nõ porrigatur ad caſum omiſſum, Reſpõ
deo, quod ſecundũ hoc eſſe nõ põt ꝙ caſus omiſſus habeat eã
dem rõnẽ. quia iuris ratio ſibi pugnare nõ põt. & ita eſt in c. ſu-
ſceptũ. Et conſidera, ꝙ conceſſiones gratiarũ ad beneficia in
poſterum vacatura ſunt facti potius quã iuris. ſunt enĩ gratię
pendentes a voluntate ſummi Pontificis. l. e. conſilio. in fine. de
cura. fu. §. & in d. c. quãuis. de præb. lib. 6. ex hoc fit quod tales
gratię non habẽt interpretationẽ, niſi in quãtũ probatur mẽs
concedẽtis. ſi igitur ſummus Pontifex tibi mandat prouideri
de beneficio vacaturo per reſignationẽ Titij, hæc gratia oſten
dit mentem ſummi Pontificis ad vacationem per reſignatio-
nem. itaq; ſi antequã reſignet, vacauerit per mortem eius. cer-
te in iſto caſu deficit intẽtio. & hoc eſt qđ dicit tex. in d. c. ſuſce
ptum. quod non põt prouideri de tali vacatura, niſi aliter de in
tentione mandãtis appareat expreſſe. ex defectu igitur inten-
tionis ceſſat gratia, non ex alia cauſa. Idem probanit in d. c. ſi
cui de non ſacerdotali. vbi dicitur excedi mandatum, ſi benefi
cium minoris valoris detur ex gratia maioris valoris. ratio eſt,
quia intentio certo modo & ad certam rẽ dirigitur quo omiſ-
ſo deficit mandatum & intentio mandantis, hunc noſtrum
intellectum confirmat do. Abb. in c. ſuper literis. 4. colum. vet-
ſicu. item de iure communi. & 5. colum. verſicul. quidam im-
petrauit. de reſ. idem in cap. ſignificaſte. in vlti. verbis eo. titu.
vbi dicit, quod ideo non trahimus gratiam ad alium caſum,
quia de intentione ſummi Pontificis non fuit concedere gra-
tiam in alio caſu quam expreſſo, quod ſatis patenter demon-
ſtrat tex. in d. cap. ſuſceptum. & d. c. ſi cui. Si igitur deficit man-
dantis intentio in caſu omiſſo, non poſſumus eandem ſubeſ-
ſe rationem ad caſum omiſſum. cum maxime gratię nihil iu-
ris habeant niſi a voluntate donantis. vt in l. ſi quis argentum.
§. fina. de donatio. & §. perficiuntur. inſti. de dona. At ſi dicas,
quod cum mihi beneficium per reſignationem vacaturum
cõferri mandetur, idem ſubſequitur effectus, ſi morte vacaue
rit. Reſpondeo quod idem eſt effectus, & ratio vacationis, quia
prout vno modo vacat, ita & alio ad vacationem, ergo eadem
eſt ratio. ut in dicta. §. ecce in quibus. 7. quæſt. prima. Sed non
eſt eadem ratio quo ad gratiam & eius executionem. nam gra
tia dirigitur ad vnum caſum vacationis, & ceſſat in alio. vn-
de non decet vt ibi cenſeatur facta vbi facta non eſt, & exequa
tur in alio caſu vltra gratiam & voluntatem mandantis. & ita
128 loquuntur illa iura. † Sed dubitatur, quare ita ſtricto modo in-
telligimus has gratias, cum gratioſa ſint ſemper amplianda.
vt in leg. fina. de conſti. princi. §. in cap. 1. de dona. in cap. quia
circa. de priuil. maxima enim virtus eſt ipſa liberalitas quã non
conuenit arctare, vt in d. c. 1. Reſpondeo ꝙ gratię ample eſſent
interpretandę vt gratioſę, quia tamen in iſta materia ſunt am-
bitioſę ex parte impetrantis ideo ſummus Pontifex declarat
ſuam intentionem non fore aliud quicquam concedere quam
id qđ exprimitur & eodem modo quo exprimitur. hæc eſt ra-
tio. c. quãuis. el primo. & c. ſi cui de non ſacerdotali. & c. ſuſce-
ptũ. §. alle. Sed ſi dicas idem eſſe in ſtipulatione, quæ eſt ſtricti
iuris. & cum verborum obligatio nihil ſuſcipit, niſi verbis ex-
primitur. vt in l quicquid. & in d. l. cõſenſu. in fin. Item regitur
etiam ab intentione contrahentium & ab eorum conſenſu. vt
in l. conſilio. in fi. ſupr. alle. & in l. obligationum ſubſtantia. de
act. & ob. itaque in hoc non differt a gratioſis reſcriptis. Et tñ
quandoque in caſu æquiualente verificatur vt in l. de nobis.
Reſpondeo, qđ ibi intentio agentium ſe refert ad effectum. ſ.
vt ſi quis alterum in ſęculo relinqueret, relictus dotem acquire
ret. vt expoſui. ſupr. in notabilibus. vnde ſiue per mortem ſiue
per religionem id fiat, habet locũ ſtipulatio. in noſtro vero ca-
ſu non dirigitur ad effectum vocationis ſolum, ſed ad modum
vocandi. vt ſupra dixi. eodem modo reſpondeo ad tex. in l. ſi qs
mihi bona. §. ſed quid ſi mandauerit. ſupra alleg. vbi iuſſus pa-
ternus de acquirenda hæreditate tẽdit ad effectum acquiſitio-
nis. & ideo dicebat ibi Bar. quod quocunque modo conſtet de
voluntate ſufficit ad acquirẽdum. maxime ꝙ ſi mandet vel iu-
beat pater, vt filius agnoſcat bon. poſ. neceſſario vult, qđ adeat.
l. pubere m. C. de iur. del. aditio enim fit ſola voluntate acqui-
rendi extrinſecus demonſtrata. l. pro herede. eo. titu. inſ. & in §.
fi. inſti. de hæ. quali. & dif. vnde glo. & Barto. in d. §. ſed quid ſi
Item reſponde ad d. l. ſi. §. ſi. quod ibi loquitur in cõtractu man-
dati ꝙ maxime differt a mandatis ſuperiorũ. ille enim eſt con-
tractus volũtarius & bonæ fidei, & habet latam interpretationẽ.
vt in d. l. conſenſu. tamen mandatum ſuperioris non eſt ꝯtus,
ſed eſt quid neceſſarium, & diuerſimode ex ſubiecta materia
interpretandũ. itaque in hoc deciperemur ex ęquiuoco. † Ex
129 ſuperioribus videtur inferri, ꝙ ſi Papa motu proprio mandaret
conferri beneficium vacaturum per reſignationem, ſi vacaret
per mortem, eſſet conferendum, quia mandatum ad hunc ca
ſum extenderetur. nam in iſto caſu cũ Papa motu proprio cõ-
cederet, ceſſat ratio ambitionis. ita inferunt Mod. repetentes ꝯ-
d. Io. de Imo. qui ſimplici verbo dicit. d. c. ſuſpectum. habere lo-
cum, etiam cum gratia motu proprio facta fuiſſet, propter tex.
illius generalitatem. & pro iſta illatione contra do. Io. de Imol.
adducunt Mod. notata de clem. ne Romani. §. ſane. in ver. mo-
riente. de elec. lib. 6. vbi eleganter dicebat Ioan. And. qđ forma
illius tex. in eligendo Pontificem, quando moritur extra vrbẽ,
de qua ibi, debeat obſeruari, quando ceſſit Pontificatui extra
vrbẽ. cum de iure Papatui cedi poſſit. vt in c. 1. de renunci. lib. 6.
ſubiungit rationem, quia hæc eſt eadem ratio, & verſatur fauor
eccleſię, nec diſtat ambitio. vt in c. ſuſceptum. de reſcri. lib. 6. ita
notanter gl. cuius ſenſus eſt, ꝙ quãdo ceſſat ambitio, ceſſat ſtri-
cta interpretatio. ca. ſuſceptum. Sed quando motu proprio cõ-
ceditur, ceſſat ambitio, igitur & c. Item facit tex. in c. ſi pluribus
de præben. libr. 6. vbi in gratia cõceſſa motu proprio fit amplior
interpretatio. & ita dicunt Moder. publice diſputando tenuiſ-
ſe hanc limita. ad ca. ſuſceptũ. contra quoſdam Canoniſtas vo-
ciferantes eam eſſe falſam. Ego non aff. iſti diſputationi, quia
nondum Bononiam veneram. ideo neſcio quid ipſi dixiſſent.
Tamen quia ſuſpicor illos eſſe, quibus plurimum debeo, & ex
corũ dignitate fuiſſem forſan verius motus, de limitatione ſa-
130 tis dubito. † & præſuppono, ꝙ ratio & verus intellectus in d. ca.
ſuſceptũ. cõſiſtit in hoc. ꝙ volũtas & mens mandantis ſe refert
ad vacationem ſecundum modum expreſſum. ad vacationem
vero modi taciti, deficit voluntas. hoc ſatis probatur ex eodem
tex. cum intelligit non prouidere in illo caſu, niſi de intentione
mandantis aliud appareat expreſſe. Hoc idem confirmauit do.
Abb. in d. c. ſuper literis. de reſcrip. 4. col. & 5. col. & in c. ſignifi-
caſte. in vltimis verbis. eo. titu. dicens, ꝙ ideo non poteſt proui-
deri in d. c. ſuſceptum. in caſu tacito. ſ. quando vacẽt per renun-
ciationem, quia cum expreſſit vnũ modum vacationis, voluit
ſummus Pontifex reſtringere gratiam ad illum, & in alio defi-
cit intentio. & dicit domi. Abb. hunc eſſe intellectum & ratio-
nem illius tex. quam ignorantes multi mirantur. Facit text. in l.
commodiſſime. ſupr. eod. ſecũdum verum intellectum, quem
expoſui. ſup. in prin. huius intellectus. vbi quando vnus modus
ponitur, vt is ſolus concedatur, & diſtinguatur ab alio, nõ venit
alius in diſpoſitione etiam teſtamentaria, vbi agitur de fauore
conſeruandi teſtamenti, & de inſtitutione filiorum. quia defi-
cit intentio in caſu omiſſo. hoc igitur præſuppoſito, ſequitur
131 † neceſſario, quod ex clauſula motus proprij non poteſt limi-
tari tex.

tari tex. in d. c. susceptum. ratio, quia talis clausula quamuis tollat subreptionē, nō tamen supplet intentionem. vt not. in cle. si Romanus Pontifex. in glo. incipiē. validam. de præben. lib. 6. igitur cū in casu omisso desit intentio, non suppletur ex clausula motus proprij. Nō obst. primo quod prædicti Moder. ponderant ambitionem cessare quando motu proprio conceditur rescriptum, quod fateor. diffiteor tamen, quod quamuis in casu specifico cesset ambitio, gratiæ sint extendēde extra modū expressum. quia ex ambitione vniuersali negotiantium literas hoc decernit Romanus Pontifex, vt nihil intendat concedere, quod non sit in talibus literis expressum. probatur ex. cap. licet. de transla. epis. vel cle. vbi episcopus vi gratiæ se transtulit ad episcopatum minorem. dicit tex. quod ambitio habet excusationem. nam. qui minorem episcopatum eligit, in hoc ipso ostendit se non ambire. nihilominus tamen male dicitur fecisse. quia ex eo quod de maiori concedatur, non est cōcessum de minori. cum gratia ad expressa habeat intentionem, non ad tacita. Hoc idem & clarius probatur in d. c. si cui de non sacerdotali. vbi beneficium minoris valoris acceptare nō potest, & tamen in hoc ipso exiuit ambitionem. ratio igitur ex qua summus Pontifex fundatur in declaranda intentione rescriptorū ad benecia, fuit vniuersalis ambitio non particularis. Item hoc probatur ex. cap. quamuis. el secundo. iuncta glo. de præb. lib. 6. vbi cps impetrauit, vt posset conferre beneficia certa quibus conferendum decreuisset. certe talis gratia non est ambitiosa ad habenda sibi beneficia, quia non vult sibi ea habere, sed alijs conferre. Nihilominus tamen interpretationē sumit a. c. susceptum. vt no. glo. in d. c. quamuis. & licet literę quo ad impetrātem sint odiosę, tamen quo ad potestatē conferendi non debent habere odium ambitionis. ar. eorum quæ no. Io. And. & d. Abb. in c. fi. de simo. Nihilominus tamen expresso vno modo vacandi, non intelligitur alius. vt no. glo. in d. c. quamuis, ꝙ iterum & expressius in hoc probatur, quod literæ ad conferenda beneficia impetratę quo ad conferentem nō sunt ambitiosę sed late interpretandę. vt no. in c. dudū. in gloss. beneficia. de præb. 6. & ibi Lapus & doc. & no. in c. is cui. eo. tit. & lib. sed in his gratijs expresso modo vacationis per renunciationem, nō venit modus vacationis per mortem. vt in d. c. quamuis. ratio est, quia cum hi modi distinguantur, non videtur concedens sub vno reliquū comprehendere, quia si hoc voluisset. latioribus verbis fuisset vsus. ita tenet Archid. Ioan. Andr. Fenzelinus. & Io. de Imol. in d. c. quamuis. quos etiam sequitur Dominicus. in 2. colu. ex quo clare patet, modernos esse deceptos in fundamento & in conclusione. cogita parū quia licet his argumentis respondere possis, tamen negare non possumus intellectum superiorem additum. cap. susceptum. Non ob. gloss. in d. cle. ne romani. quia ipsa concludit male cum non loquatur in gratijs & sit eadem ratio casus renunciationis & mortis. Vnde in iuris quæstione rationē negare non possumus. nos vero loquimur in gratijs quæ ab intentione sumūt interpretationem strictam ex genere causarum. idest quod dicebat cessare in illo casu ambitionem. c. susceptum. Non ob tex. in d. c. si pluribus. de præb. lib. 6. quia fatendum est quod gratia motus proprij est late interpretanda. quod (vt ita dicā) intellige intensiue, non extensiue, quia id quod exprimitur, late interpretatur, non tamen ad alia extenditur. vt no. in d. cle. si Romanus Pontifex. huius ratio forsan potest esse, quia intentio quæ facti est, suppleri non potest. vt constat in simili casu in d. l. cōmodissime. sup. e. nam cum vnum modum exprimit causa distinguēdi ab alio, certe in alio deest intentio, quæ suppleri non potest, nec fauore [illegible] nec [illegible], nec vt test. [illegible] defendatur, cogita, & [illegible] quod dicit l. Fab. instit. de hær. [illegible] plures. [illegible] maxime Lapū. & [illegible] quod mādat cōferri. vide

132 ibi, Quinta conclusio [illegible] ex Bar. † ꝙ in materia fauorabili, in qua fieri debet ampla interpretatio dispositū in casu simplici, cōprehēdit casum mixtū. Ba. in ille. l. si ita scriptū. §. secus in materia [illegible] vt in l. vim passam. §. præceptione. ff. de adul. & in d. l. si ita scri. in prin. licet enī subtilis iuris regulæ conueniat & ita dicit Bar. quidē & ex eisdē iuribus cōprobat in l. 2. in prin. de verbo. ob. Videndū igitur an Bar. probat, ꝙ asserit. certe cū primum fere puer [illegible] ita scriptū [illegible] collegi, nihil ad istā cōclusio[illegible] facere. & fateor ꝙ ibi testator instituit filium, si nasceretur. si vero filia nasceretur. eandem instituit, & omisit casum quo vterq; nasceret. vnde vtroq; nato testamentū subtilitate iuris erat nullū, Humanius tamē [illegible] conseruat. & secūdū istā casus figurā vtrāq; cōclusionē Bar. probat. Sed ibi nō ideo subtilitate iuris testamētū est nullū, quia casus omissus nō cōprehēderet sub simplicibus, Sed quia testator ita partes distribuerat, vt esset impossibile filium & filiā simul esse institutos. patenter ostendit. & hunc intellectum inuenit & simplici verbo, docuit Raphael Cumanus in d. §. 2. in prin. de verb. obli. & Bartho. Soci. dicit quod ille est verus intellectus Dicit tamen do. Ioa. de Monteferrato late in sua repetitione. quod iste intellectus est falsus, & nullo modo tenendus, quod ostendit. vt ait. oculata fide. quia ille intellectus esset verus, testamentum esset nullum ipso iure, non autem diceretur ruptū vt dicitur in illo tex. nam ruptum dicitur, qđ iure fuit factum, & postea rūpitur. in §. alio. ver. sed quia. insti. quibus. mod. test. infir. quod autē in illo casu testm̄ sit ipso iure nullum, ostenditur, quia voluit testator filium habere duas partes, vxorem tertiam, filiam autem aliam tertiam. vnde omnes nō possunt habere suas portiones. & iste est quędam perplexitas in voluntate testatoris, ex qua testamentum redditur nullum. l. si Titius. de conditio. insti. vnde dicendum est, testatorē illum casum omisisse. & ideo posthumis natis rumpitur testamentum subtilitate iuris. quod alias erit validum. & dicit ꝙ ista est pulchra & noua declaratio ad illum tex. Quamuis enim Raphael Cumanus, quia prius natus, prius simplici verbo edidit verum intellectū, veritas tamen etiam nobis constat quam rationem ex eodem

133 tex. probabo, deinde defendam. † Finge igitur casum quo ventre pleno ego instituo filium simpliciter si nascatur. si vero filia nascatur, eam etiam simpliciter institui. vel eodem casu posito, instituo & filium & filiam in partibus, quę in hæreditate distribui possunt. Fingamus deinde, quod vterque nascitur eodē partu. certe neuter est pręteritus, nam filius expresse instituitur & filia expresse instituitur, & neuter excludit alterum. l. 2. §. si minus. infr. de hære. insti. vbi duplici facta institutione, ex æquis portionibus succedunt. si vero partes sunt expressę, tunc quod expressum est obseruatur, dum partes sint compatibiles. vt late docet Iureconsultus in l. item quando Sabinus. inf. de hęre. insti. igitur neuter siue subtilitate iuris siue rigore rumpet vt præteritus, quia vterque est institutus. Vnde falsa esset cōclusio Bar. & cæterorum, ꝙ qū filius fuit institutus si nasceretur, & filia si nasceretur, vtroque nato rūpatur testamentum ex præteritione. cum enim de vtroque fiat in institutione expressa mētio, non possunt dici prætermissi. inter cætera. inf. eod. in l. si filius in prin. §. e. quinimo crederem, ꝙ si vētre pleno ita dicerem, si filius mihi natus erit, hæres esto, si vero filia hæres esto. vtroq; nato vterq; erit institutus. nec ob. verbum, si vero, ꝙ significat mutationē casus. nam constat ex verbis, ꝙ de vtroq; fit mentio in testamento, igitur neuter erat pręteritus. Item constat de intētione vtrūq; instituendi, quia siue masculus nasceretur, siue fęmina, voluit vtrique prouidere & dictio, si vero, ponit diuersum casum, qđ fatendum est. non tamen reuocat primam institutionem filij, dum ipse nascitur, sed si filia nascatur, vult eam instituere. vnde respondebis tacitæ obiectioni, quæ potest fieri ex tex. & ad ea quæ ibi notat Bar. ex dictione enim, si vero, non vult tollere filij institutionem, sed addit diuersum casum. quāuis Bar. aliter teneat. alias etiam semper annullaretur testamentum qđ ex volūtate testatoris determinatur. Vides igitur, ꝙ casus ille medius quo vterque nascitur vi verborum comprehendit̄, quantūcūque subtiliter intueatur. Item hæc ex tex. probo. Nā mulieri partem reliquerat, siue filius nasceretur, siue filia. & subiungit tex. Attamen cum & vtroque nato testator voluerit vxorem aliquid habere &c. Ecce ꝙ in concurrentia vtriusque voluit vxorem partem habere, & vtroque nato. ex quo dat̄ intelligi, ꝙ vtroq. etiā nato neuter erat alias præteritus, nisi propter diuisionem subiectā. Rursus ex eodem tex. tibi clare ostēdo, quod nec de præteritione fuit consultum, nec de iure responsum, quia clare constat alias nullum eorum esse præteritum. Sed dubitatur super diuisione, ex qua apparet testamentum ruptum, quia plures sunt partes in casu, quo vterque nascitur, quam in hæreditate esse possunt, quod a verbis primi responsi dilucide percipies in casu præposito, Iulianus his verbis respondet. Dicendum est assem distribuendum esse in septem partes, vt ex his filius quatuor, vxor duas, filia vnam partem habeat. ita enim secundum voluntatem testantis filius altero tanto habebit amplius quam vxor. Item vxor altero tanto amplius habebit quam filia. Hæc sunt verba primi responsi, ex quibus satis colligitur non de pręteritione esse dubitatum, sed de partium, quæ non compatiebantur distributione. Distribuūtur igitur argumento voluntatis testatoris qui voluit bis tantū habere filium quantū vxor, & vxorē bis tantū habere quantum filia. Sed forsan quisque opponet, testamentum rumpi eo ipso quod vterque nascitur. quia partes diuisit testator, vt alio nato, alter nihil haberet, quia dixit, si filius mihi natus erit, ex besse hæres esto ex reliqua parte vxor. Si vero filia nata erit, ex triente hæres esto, ex reliqua vxor. vnde ex ista diuisione constat, quod testator non cogitauit casum, quo vterq; nasceretur itaque vt omne nato saltem alter remanet exclusus & præteritus. Ad hanc obiectionem respondet Iuriscōsultus, & dicit ꝙ licet subtilis iuris regula suadeat testamentum ruptum fieri attamen cum & vtroque nato testator voluerit vxorem aliquid habere, ideo ad huiusmodi sententiam humanitate suggerente decursum est. Ecce igitur quod etiam in ista obiectione subtilitatis [illegible] ex contributione partiū, & ad eam respondet. vnde non possumus negare Cumani intellectum.

tellectum. Ad quem satis accedit ratio text. in l. fi. inf. de inius. rup. testa. vbi si filius natus, filiave nata sit exhæres esto, vtrisq; natis, vterq; et exhæredatus, quanto igitur magis vtroq; nato vterq; erit institutus, dum instituitur his verbis, quibus ibi exhæredatur. nam institutio benigne est interpretanda, exhæredatio vero non est adiuuanda l. cum quidam sup. eodem. Accedat etiam lex fi. C. de posth. hære. insti. in fi. ibi, nec pœnam patitur præteritionis, qui filios non præterit, & tamen dicebatur casus esse omissus, quod ego non firmo. si enim non præteriit quia de eo fecit mentionem, & instituere voluit, non est præteritus. Dixi supra in princ. l. nostræ. Non obstat demonstratio Modernorum, quam ostēdunt oculata fide, nec mirum, nam quamuis ingenio vigeant & memoria, oculis tamen eorum parum tribuitur fidei. ego enim ad nauiculam meam regendam alium quærerem Palinurum. Dicunt enim ipsi, quod si ex distributione quam fecit testator, esset arguendum, testamētum esset nullum, tanquam perplexa comprehendens. Item quod ruptum dicitur testamentum, quando iure factum est, deinde rumpitur. Aduerte, quod casum male intelligunt. nam posito casu quod dentur incompatibiles partes, non dantur ab initio, quia testator distribuit partes, quæ se compatiuntur, vt vides in res. Deinde tamen cum duo nascātur vno partu, & vterque velit partes suas, constat esse incompatibiles, & ideo dicitur ruptum testamētum eoipso quod nascuntur l. posthumi, & l. posthumorum. inf. tit. proxi. Item hoc ipsum ab eisdem. Mo. probatur. nam secundum diuisionem testatoris secundum ipsos incompatibilis est distributio, & est perplexitas, igitur ab initio est nullum testamentum & hoc arg. ipsi non resoluunt, tamen cōsequens est falsum, quia ab initio valet. Finge filium solum esse natum, certe ipse habebit duas partes, & mater vnam. Item finge filiam solam natam, ipsa enim habebit vnam partē, & mater bessem, idest duas. Si tamen contingerit vtrunque nasci, tunc occurrit perplexitas super testamento valido ex qua perplexitate vidit filiam remanere præteritam, & ideo dicitur rumpi vt in dicto. §. alio. quib. mod. rumpitur testamētum. Sed humanitate suggerente defenditur testamentum. tene menti. An autem Bar. conclusio probetur ex l. vim passam. §. præscriptione. ad l. Iul. de adulte. quem allegat hic, & in d. l. si ita scriptum. & in l. 2. de verborum obligatio. in princip. dicendum est quod in lege Iulia comprehendebatur adulterium & incestus, & habetur hoc iuris ciuilis regula, quod per quinquennium præscribitur eo titulo, quid tamen si adulterium cum incestu fuerit simul commissum, Respondetur non præscribi accusationi. ita dicitur in d. §. præscriptione, ex quo sequitur, quod in materia odiosa sub casibus simplicibus non comprehenditur mixtus. nam ibi est in materia odiosa præscriptionis vt Bar. in l. fi. in princ. de eo per quem fact. est. Item quia ex publica vtilitate delicta puniuntur l. ita vulneratus. sup. ad leg. Aquil. in c. vt famæ. de senten. excommun. hoc est quod intendit Barto.

134 † Sed aduerte, quod adulterium, & incestus sunt duo crimina, quæ oriuntur ex circunstantiis vnius rei id est vnius coniunctionis, vt in l. plura delicta. de actio. & oblig. vnde illæ circunstantiæ cū sint ex causis separatis, crimina sunt per se distincta, quamuis actus sit idem. Finge quod Titius cum sorore vxore Ca[...] se carnaliter immisceat. Hic idem est actus culpæ, sed committitur adulterium, quia se cum aliena vxore coniunxit, committitur incestum, quia cum sorore ius naturale maculauit. In hoc igitur actu negare non possumus, quod de adulterio dicitur, verificari & identidem de incestu. Nec ob. quod in vno, & eodem actu, nam actus non consideratur, sed circunstantiæ, ex quibus separatim crimina oriuntur, actus enim vnus est, crimina duo. vt in l. si adulter. um cum incestu. in princip. eodem titulo in verbo, occurrit quod hoc duplex admissum est. Si igitur distincta sunt, non est mixtio aliqua. non ergo est apta disputatio de simplicibus ad mixta. Quæ est igitur causa, quare ibi præteriptio non habet locum, cum in adulterio & incestu locum habeat. Respondeo, quod nō ex eo quod crimen sit mixtum, sed quia concursus duorum criminum in vno actu est detestabilior, vnde ex eo quod adulterij, & incestus accusatio præscribi conceditur, nō sequitur, quod si in eodem actu sint ut concurrant, præscribi possit, quia ex hoc concursu quodlibet horum criminum est detestabilius, quod confirmatur ex §. fi. in l. mariti. inf. eod. tit. de adul. vbi quamuis contra stuprum possit præscribi, tamen si stuprum habeat iunctum aliud crimen, cessat præscriptio.

135 † Vnde infero ad verum intellectum d. l. si ita, de iniusto rupt. irritoque testam. vbi si ita facta sit exheredatio, si filius natus filiave nata sit, exhæres esto, si vterque nascitur, vterque erit exhæredatus. doc. in dicta l. 2. de verbor. obl ga. adducunt tex. illum ad probandum, quod sub simplicibus in materia fauorabili comprehenditur mixtum, & fauorabilem intelligunt ibi materiam, ex quo conseruatur testamentum, vt Dom. Anton. & Alexan. qui ipsum refert in d. l. 2. sed Socin. et ibi, & Mod. repetētes hic dicunt materiam esse odiosam, quia agitur de exhæredatione, cuius odiū vincit fauorem conseruādi testamēti, vt in l. cum quidam sup. isto tit. Ego nec credo exhæredationis odium nec, testamenti fauorem in hoc considerari, sed recta iuris ciuilis ratione id determinari. si filiū filiave, cum nascatur, exheredo, verū est, quod filius & filia sunt exheredati si nascantur, nec hoc, quod vno partu nascantur, impedit verificationē orationis & intentionis testatoris, quia vtrūq; exhæredare voluit, in exhæredatione. nuis orat onis obseruatur. nec odiū efficit aliquid et in d. l. cū quidā. Sed id est, quod quis in fundo institutus totā habeat hæreditatē, dū solus instituitur, vt in l. 1. §. si ex fundo. hoc prouenit ex fauore institutionis quæ adiuuanda est. Secus si ex fundo exhæredatur, nec enim fit extensio de parte ad totum, quia exhæredationes nō sunt adiuuandæ. Vnde odiū non mutat sententiam orationis, nec rectæ rationis. tā in d. l. cū quidam, quam in d. l. si ita. Sed id tantum dicitur, quod exhæredatio non habet extendi, vt institutio. Habes verum intellectū ad vtranq; legem, & vide Paul. de Cast. ibi, qui aliter sentit pon derat enim odium, quod iureconsultus non considerauit. Sed tantum id dixit, non esse adiuuādam exhæredationem vt fauorabilem.

136 † Secundo infero ad quæstionem notabilem. Finge quod Titius ita testatur, si filius mihi natus erit, ex besse hæres esto, si vero filia mihi nata fuerit, ex triēte hęres esto. ex reliqua parte vxor hæres esto. Quæro, an vtroq; nato, filio s. & filia, testamentum subtilitate iuris extabit. quæro etiam, dato quod valeat testamentum, quo ordine hæreditas distribuatur. Videtur igitur ex sententia Bar. & cæterorum hic, & in d. l. 2. de verbor. oblig. & in d. l. si ita scriptum, quod testamentū rumpatur, quia casus erat omissus. non enim fecit prouisionem casu quo vterq; nascitur, vnde subtilitate iuris dicetur testamentum esse nullū. vt in d. l. si ita scriptum, & in l. commodissime sup. eod. Item et sm Raph. Cuma. & Soc. in d. l. 2. ex partium contributione apparet disiunctim de filio & filia prouidisse, & nō simul, quia si simul nascebanī, vxor quæ erat instituta, nihil habere poterat, voluit quod haberet, cū eam instituisset. igitur quando vterque nascitur, non erat a testatore prouisum. ex quo sequitur testamētū corruere, vt in d. l. commodissime. Item & tertio hoc probatur ex dictione, si vero, posita in institutione, quā ponderat Bar. in d. l. si ita scriptū, & in l. in repetendis. de leg. 3. quod quū verbum si vero, ponitur in ratione secunda, illo casu secūdo verificato, non habet locum dispositio facta in alio. Ergo per verbū. si vero, filia nata erit, sequitur quod filia nata nō vult filium instituere. ex quo et sequitur, natiuitate filij rumpi. Sed quis ex sententia Bar. & reliquorum testamentum irritetur, ego vero credo defendendum testamētum, quia cū filius & filia sint nominatim instituti, nō possumus dicere eos præteritos, vt in d. l. inter cæteras inf. eo. & in l. 1. in princ. inf. de hær. inst. & quod vterq; sit institutus, satis probat, quia ijsdē verbis exhæredationis vterq; esset exheredatus, vt in d. l. si ita facta sit exhęredatio. de hær. insti. item probatur, quia quis disiunctim sint ad hęreditatē vocati, tamē idem ius est acsi coniunctim vocati essent, vt est optimum arg. in l. generaliter. C. de insti. & substi. & l. Lucius. inf. de hęr. insti. quanto igitur magis, quod nulla est disiunctio, vt infra ostēdo. & potius intelligi cōiunctim esse institutos. imo dēt, vt in d. l. si ita facta, & quia dū dubitamus, pro testamento, & pro institutione liberorū maxime est interpretatio facienda, vt in l. in testamentis. de reg. iu. & in d. l. cum quidam sup. eo. & in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. de test. C. Non obstat primo, quod casus sit omissus. nam attende fallaciam quod nullo iure cauti inuenitur cautū, vt pater debeat exprimere, an posthumi duo nascanī simul, vel vnus solus. Quinimo generaliter potest instituere quodcūq, liberorum post mortem nascetur, vt in §. instituens. inf. ista lege. cum igitur modus natiuitatis non faciat rationem solēnitatis, vt in l. si filius. §. si quis sup. eo. nihil impedit, quod talis modus sit omissus. verum si d. eas, vterq; est natus. ego respondeo, quod vterq; est institutus, nec enim filiū voluit pręterire nec filiā, quia de vtroq; in institutione fecit mentionē, & habes casum expressum in d. l. filius. §. si. sup. eo.

137 † Verum si ex secūdo argumēto distributionis dicas, noluisse simul eos instituere, quia partes nō sufficiūt ad institutionem vtriusq; imò sufficiūt, quia filiū ex besse. i. ex duabus partibus instituit filiam ex triente. i. ex tertia parte. igitur partes nō superant totū. Sed si opponas quod sm istā distributionē vxor nihil habebit, quam testator voluit aliquid habere, respōdeo. quod vxor erat instituta in aliqua parte, sed habemus iuris regulam, quod quando ex distributione testatoris tota hæreditas est diuisa, si alius in reliqua parte hæres institutus, in ibi lo erit institutus, quia quod reliquum est, nihil est, vt in l. item quod Sabinus, in §. alter. inf. de hære. inst. remanet igitur institutio liberorum valida, vxor tamen nihil habebit. Sed ego etiam ostendam, vxoris institutionē vtilem fore & necessariā. nā si neuter eorū esset institutus, totā habebit hæreditatem, vt in l. filius. §. fi. sup. isto titu. & in l. si duobus §. fi. de l. 1. & no. in d. l. si ita scriptum. Item si vnus tantū nascatur. habebit partem, vt in dic. l. si filius. §. fi. præterea nullo ex ventre nato testamentum corruet. vnde fuit vtile & fere necessariū vt ipsa substitueretur, ne a po-

138 sthumorū natiuitate penderet testamentū. † Non obst. arg. de dictione,

dictione, si vero, quia dictio, si vero, & dictio, si autẽ, & similes sm subiectã materiã quãque aduersantur facto, quãque iuri, quãque iuri & facto, vt not. idẽ Bar. in l. hoc amplius. §. de his autẽ, de dam. infect. infra hic igitur in facto aduersatur, id est, diuersum. Nam si ita dixi, si filius nascatur, in duas partes eum instituo, si vero filia, in vnã partẽ, ex hoc nõ sequitur, ꝙ filia nata excludat filium quod absonum esset, cum illa dictio, si vero, possit stare in sua vera significatione vt addat, non vt corrigat, quicquid dicat Bart. in d. l. si ita scriptum, & ibi Paul. & Ias. ꝙ tibi ab eisdem comprobo, nam Bart. in d. l. in repetendis, dicit idem esse de dictione, si vero, & de dictione, si autem. Attamẽ de sensu dictionis, si autem, habes casum expressum in dicta l. filius, §. fina. supra eodem, vbi ita fingo casum, filium si nascatur post testamentum, in duas partes instituo, si autem filia nascatur, in tertia parte. Certe, vterque erit institutus, cuius contrarium qui dixerit, dicet profecto contra casum illius legis.

139 Cogita. † Fortius ego inferam, & argumentationis causa propono, quod si filium, qui mihi nascetur, in duas partes hæredem instituo, vxorem in reliqua. Si vero filia mihi nata fuerit in triente idest in tertia, talis institutio & testamentum est validum eo casu, quo filius & filia nascatur, inter quos diuiditur hęreditas, quod filius habebit duas partes, tertiã filia, & tunc fateor quod dictio, si vero, ponitur correctiue scilicet ad matrẽ non ad filium, ratio est, quia aliter non potest intelligi, nisi ꝙ corrigat cum partes non essent compatibiles, sed quod corrigat institutionẽm matris magis quã filii, suadetur, quia ad proximiora potius refertur, quamuis ad omnia referri possit vt in c. 2. requiris, de appell. & in l. transigere, in gl. mag. C. de transf. Abb. & Imol. in cle. ne Romani. de elec. sup gl. in verbo, nõ cõsonam. Itẽ quia institutio filiorũ est magis in dubio præsumẽda & fauenda, vt in c. cũ acutissimi, C. de fideicõ. Itẽ vt testamẽtum conseruetur, & ne rumpatur, vt in l. in testamento, de reg. iuris. Præterea quia institutus in parte certa, fortius ius habet, quam is, qui in reliqua parte vel in residuo instituitur, vt in d. l. item quod Sabinus, d. §. aliter. Nec obstat text. in d. l. si ita scriptum, quia ibi vtroq; nato voluit vxorem aliquid habere, hic vero non constat, quod post institutionem vtriusque voluisset eam instituere. Nec obstat, quod vtroque nato, non habebit aliquid, quia id contingit ei, qui completo asse in residuo instituitur, cum residuum nihil sit vt in dicto, §. aliter. Sed erit vtilis institutio, quod neutro nato, vel altero nato, habebit partẽ

140 vel totam, vt notatur in d. l. si ita scriptum, & supra dixi. † Rursus subtili inuestigatione videtur teneri posse, quod testamentum sit validum etiam subtilitate iuris in casu, dictę l. si ita scriptum scilicet cum ita est scriptum, si mihi filius natus fuerit ex besse hæres esto, ex reliqua parte vxor mea sit hæres, si vero filia nata mihi erit, ex triente hæres esto, ex reliqua parte vxor sit hæres. At ad defendendum testamentum præsuppono vtrumque filium & filiam institutum, quod negare non possumus, vt l. si ita facta, infra titulo proximo, nec ferendus est, qui dicat, aliquem illorum esse pręteritum, cum filius sit institutus & filia, quod supra late demonstro. Nec obstant partes, quæ videntur incompatibiles, quia cum verbum reliqua pars, velit significare quod residuum est, siue sit multum, siue minus, siue nihil, vt in l. potest, de verbo. signific. & ibi notatur, & in l. cum optio. de opt leg. & in d. l. item quod Sabinus, §. aliter, nam vbi talis dictio scribitur, omnia cõprehendit præter expressa re de qua agitur, si tamen nihil manet residui, nihil comprehendit. Hinc videtur, quod testamentum supra relatũ ita sit interpretandum, quod si filius solus nascatur, ipse habeat bessem, vxor autem triẽtem, si vero filia nata fuerit mulier habeat bessem, filia autem trientem, & si vterque nascatur, vterque habebit partem in qua expresse & nominatim instituitur, mulier autem nihil habebit, quia nihil remanet residui neutro vero nato, habebit totũ, vt in d. l. si duobus. Hic igitur obseruatur institutio filiorũ, prout in testamento iacet. Item obseruatur institutio mulieris, sm naturam suæ institutionis, quia in reliqua parte fuit instituta & reliqui, hæc est interpretatio, vt vel plus, vel minus, vel nihil habeat, secundum quod ex contributione partium expressarum fuerit residuum, vt sup. Et nota quod hanc eandem interpretationem adiuuat votum naturale parẽtum, & ius, ex quo natura ipsa filij potius quam reliqui succedunt, vt in l. liberorum, de verbor. signi. in l. cum auus, de con. iit. & demon. l. cum acutissimi, C. de fideicom. Item consideratio testamenti conseruandi & institutionis filiorum, vt supra dixi. Verum, dices, me verecundia insolita captum, qui semper summa vi iurisconsultorum sententias perpetuas defendebam, quod ab eorum sententiis facile dissiderim, cum Iulianus inter iurisconsultos egregius aliter interpretetur in d. l. si ita scriptum. Ego sane nihil contra eum affirmo, sed quæ dixi ad

141 rationem dubitationis adduco. † Ad ista tamen tam aduersa hanc resolutionem cogitabam. quod in d. l. si ita scriptum, Iulianus sequitur testatoris volũtatem benigne interpretatã, qđ ita declaro. Testator enim non cogitauit casum, quo vterque nasceretur. & tu id cõsideres. qđ nec est necesse cogitare. quia cum vtrũque instituerit, modum natiuitatis, vel tempus non expressum non debemus considerare vt s̃ dixi. per l. filius. §. si quis s̃. e. valet igitur institutio vtriusque. nec hoc negare poteris. vt in d. l. si ita facta. inf. tit. proxi. cum igitur testator filiam & filium instituisset. & in concurrentia cuiuslibet eorum vellet vxorem partem suam habere, decens est, vt cum simul contigerit vtrũque nasci, etiam ipsa habeat partem. & ideo hæreditas in septem partes diuiditur, vt patet in tex. vnde considera, quod cum deuenimus ad diuisionem istam præsupponimus necessario rumpi debere testamentum iuris subtilitate, ratio, quia volumus interpretari voluntatem testatoris, quod vtroq; nato mulier habeat partẽ suam. sed hoc impossibile, cum partes sint vltra totum. Igitur vtroque nato non potest extare testamentũ & hoc est ꝙ dicimus, subtilitate iuris rumpi. constat itaque subtiliter intuenti, quod causa, quare rumperetur testamentum, est, quia volumus interpretari volũtatem testatoris vt in concurrẽtia filii & filiæ habeat vxor partem suam. nec est causa, quia vterque simul natus simul concurrant, nam cõcurrere possunt, vt sup. sed ex parte vxoris venit hoc vitium rupturę. quod tibi probo, nam testamentum in eo habebat vitium subtilitate iuris, in quo benignitate defenditur. Sed benignitas in hoc consistit, qđ mulier habeat partem, & quod isto modo diuidatur hæreditas. igitur secundum istum modum erat ruptum testamentum. & ꝙ benignitas in parte vxoris versetur, patet in his verbis, attamen cum vtroque nato voluerit testator vxorem aliquid habere, ideo ad huiusmodi sententiã humanitate suggerente decursum est, ita tex. itaque vt deueniamus ad modũ, quo ipsa vxor habeat partem, vtroque nato necesse est pręsupponere testamentum ruptum & hanc viam est secutus iurisconsultus. Si tamen voluisset sequi viam, quã sup. exposui, testamentum remanebat validum vxore exclusa eo casu, quo vterque nascitur cogita. quia hæc disceptationis causa

142 si dixi. sed ex pręsuppositis veris vltra infero. † Erit igitur quartaillatio, ꝙ sicut non est bonus intellectus quẽ tenent moderni ad l. si ita facta. ℐ. titulo proximo. quod ibi ea ratione vtroq; nato vterque erit exhæredatus, quia agitur de fauore testamenti, cum fauor quo ad exhæredationem non habeat locum vt sup. ita non est bonus intellectus modernorum repetentium h. c. ꝙ ideo exhæredatio facta in casu simplici extenditur ad casum mixtum, quia casus omissus pro expresso habetur, quando testator verisimiliter idem disposuisset de omisso. l. Titius. §. Lucius. su. isto tit. in l. si. C. de posthumis hære. insti. &c. Primo ista limitatio peccat errore communi, cum dicit, ꝙ in l. si ita facta casus sit omissus. nam si filium filiamve quæ nascetur, exhęredo, quamuis vterque simul nascatur, non est casus omissus. qa ad exhęredationem in testamento factam nihil refert, an filius cum filia nascatur, vel filius de per se & econuerso. nam vterq; casus recte adaptatẽ exhęredationi, in qua filius & filia quę nascetur, sunt exhæredati vnde casus non est omissus in testõ, in quo modus natiuitatis non exprimitur, nec est necesse exprimere. vt in d. l. filius. § si quis eo tempore. sup. e. & sufficit exhæredare filios & filias nõ expresso nomine. vt in l. Titius. sup. e. vbi sm gl. Bar. & alios cõiter exhęredatis omnibus filijs, omnes posthumi censentur exhæredati, siue duo simul nascant̃ siue tres siue vnus, dũ colligatur, ꝙ de posthumis intellexit, nec inter inuenies cautum, ꝙ sit necesse exprimere, an solus filius nascatur vel cũ filia &c. Itẽ vt inferius ostẽdo, si casus esset omissus, neuter esset exhęredatus, quia exhæredatio non trahitur ad omissa. sed vterque est exhæredatus, igit̃ casus non est omissus. † Secũdo noviter peccant prædicti Mod. dũ dicunt, ꝙ ex verisimili & coniecturata mente testatoris ad istũ casum trahitur exhæredatio. vt in l. Titius §. Lucius. sup. eo. & in d. l. si. quia etiam in casu excogitato ex mente coniecturata idem iudicamus. Quippe eorum ratio & ratio regulę vera est, sed impie & inique applicatur exhæredationi. quod satis vrgenti ratione & ab eisdem Modernis probo, nam si quis instituat filios omnes filij erunt instituti. quid tamen si habeat filium, quem ignorabat. certe erit institutus. quia ex verisimili mente testatoris cogitamus idem fecisse. ita tenent Imo. Pau. de Cast. do. Alexan. Aret. & Ias. in leg. Luc. in prin. supr. e. & idem moder. hoc idem sunt secuti, vt ego retuli in superioribus. Sed sic est, quod si quis filios exhæredat generaliter, non censetur exhæredatus is, qui a patre ignoratur, vt est tex. expressus in d. l. Lucius. in princip & sic illa verisimilis coniectura quæ elicitur ad institutionem filiorum, non est eliciendo ad eorum exhæredationem cuius contrarium contra se prędicti Mode. hic profitentur. Quod rursus ratione declaro. nã institutioni filiorum inest pręsumptio naturalis ad voluntatem paternam, ex qua credimus patrem id voluisse ad quod vrget natura, vt in l. scripto. ℐ. vnde libe. & in dicta. leg. liberorum. & in l. cũ acutissimi. item institutione extranei fauemus saltẽ testõ & institutioni. vt in l. cũ quidã. sup. e. Sed in exhr̃datione quę est ꝯ præsumptionẽ & votũ naturæ, non debemus pręsumere amplius vel in alio casu exhr̃dare voluisse, q̃ in eo, qui in testamẽ-

ro exprimitur,& hoc est quod dr̄ in d.l.cum quidam,ꝙ exhęre
dationes non sunt iuuandę & extendēdę vt institutiones, imo
in propriis terminis interpretandę,maxime cōtra posthumos,
in quibus nulla potest esse causa exhæredationis l.si quis testa-
mento §.legis C.de inoff.test. Facit quod dicunt Sal. & Pau.de
Cast.in d.l.Lucius.idem Pau. in l.incerti certi C.de mil.test. ꝙ
ideo qñ testator dedit tutorem filiis, non censetur datus tutor
filio,quem ignorabat, vt in l. si quis ita.§. si quis cum ignoret,
de testa.tut.sup.quia cum tutela sit onerosa, non creditur testa
torem grauare voluisse nisi de mente constet. Quanto igitur
minus in casu exhęredationis debemus dicere, ꝙ sit eiicienda
exhæredandi voluntas, cum hæc exhæredatio sit ꝯ votum na-
turale,& iniuriosa,& maxime ipsis posthumis iniusta.Itē præ-
dicti Mod.in responsione ad d.l. si quis ita §. si quis cum igno-
raret,tenent,ꝙ fauore testamenti habet locum præsumptio,vt
verisimiliter testator velit instituere i casu,quo ignorauit, sed
dicunt,ꝙ in tutela cessat fauor testamenti cōseruandi, ideo nō
[illegible] illam verisimilem mentem, idem dicit Ias.in d.l.Lu-
cius,in prin.sed idem est in exhæredatione in qua non conside
ramus fauorē conseruandi testamenti. vt in d.l. cum quidā, &
144 prædicti Mod.fatentur, ergo &c. † Præterea sm̄ Mod.iniā ca-
sus in l. Lucius §. Titius,habet locum in exhæredatione,itaque
si ita testm̄ scribatur,quod in ventre nurus meæ est,exhæredo,
& nihil erat in ventre, quia iam natus erat, dicetur tamen sm̄
ipsos,quod qui natus erat,erit exhæredatus. Quod ego nō esse
verum,quia nasciturus exhæredatur, non natus, & exhæreda-
tio non est trahenda vltra verborū significationem,& ita Bar.
& reliqui dicebant,ꝙ tex. ille fauore testamenti loquitur,vt na
tus habeatur pro nato. nos vero exhæredationem interpreta-
145 mur. † Item sm̄ predictos Mod.l.si C.de post.hære.inst. habet
locū in casu exhæredationis id est si exhæredo [illegible] qui nisi
post mortē nascetur, erit exhęredatus, ēt si in vita nascatur. qa
verisimiliter idē disposuisset de nascendo in vita, si cogitasset.
Sed absit a me tā iniqua opin. est n. ꝯ mentem tex. ibi qui ad te
stamentorum fauorem id refert statuisse, & ita dicit Sal. ibi,
ꝙ casus ille hēt locū, cum agitur de fauore, & non de odio. &
hoc idē ego dicerem, qñ tex. [illegible] intellectū inter-
pretantur,vt illa verba post mortē meam [illegible] mentes, inte-
[illegible] debeat nasci, vt censeatur in-
stitutus,non aūt ad excludendū filiū,si in vita nascetur. quā in-
terpretentur ibi Pau. Raph. Ful. & ego [illegible]
[illegible] l.nam illa interpretatio [illegible] et sen-
tit tex. [illegible] vt excludatur filius, si in vita nasca
tur,& in l.commodissime [illegible] Attamen intelligitur [illegible]
ꝙ institutio comprehendat filium natū ēt in vita, & hoc fauo-
re testamenti. Vnde ego credere, quod tali casu posito in exhæ
redatione,esset interpretandum [illegible] natus in vita non sit
exhæredatus [illegible] ad filium [illegible] post mortē,
& exhæredationes [illegible] vt in d.l. cum quidam,
sed [illegible] testm̄ adiuuantur, vt dicit tex. ergo non hēt locū
in exhæredatione,cogita [illegible] sunt. Nec ob.
[illegible] gloss.
[illegible] posse ad ea,quę [illegible] aliter
statuens [illegible] fateor, quia [illegible]
[illegible] ex ratio-
[illegible] interpretationis [illegible] et na-
[illegible] nulla potest esse iniusta, vt in d.
146 l.si quis testamento §.legis,de inoff.test. † Quinto ex superio-
ribus infero,quod si vend. [illegible] ancilla prægnantem,vel ego [illegible]
cum pacto, vt si masculus nasceretur, dares eum Titio, si vero
fęmina nasceretur, dares eam Caio, vtroque nato, masculum
teneris dare T[illegible] vero Caio,argum.tex. [illegible] ita
scriptum [illegible] in l.si extraneus, [illegible] conditio ob-
ad ius, quod obuenit alteri tãquam eius successori, ita loquitur
tex. in d. l. si. & in d. l. siue libertus, vbi pater erat restitutus & re-
cuperat quę filius habuit ex priuatione paterna, & ita habent
locum rationes expressę, in d. l. fina. Sed quando ex priuatione
propter iniuriam vel delictum parti acquiritur aliquid, tunc
pars non succedit in eius locum, sed iure suo ad satisfactionem
lex ipsa detulit sibi partem bonorum, & ideo per restitutionẽ
non tollitur ius partis nec decet parti posse addere iniuriam
priuando ipsam a satisfactione sibi debita, ita intelliguntur,
quę ad istam partem adduxit, & ita solutio est de mente Bart.
hic, quamuis non bene adaptauerit ad omnia, ibi respondeo
hoc esse verum, nisi ille qui occupat, succedat in locum primi,
& eius personam repręsentet, vt hic in l. nostra, secus si tenebat
locum deportati suo iure, ita dicit Bar. nam tunc secundum ip-
sum etiam in iure ad rem non pręiudicat restitutio, quod pro-
batur etiam in eadem, l. si. vbi fingas, quod cum filio deportati,
qui erat sui iuris, ergo contraxeram, certe ipse tenebitur actio-
ne ex contractu, quamuis ex restitutione reducatur ad patriam
potestatẽ, & eodẽ modo de exceptione vel quocũque iure al-
teri cõpetenti, vt probatur ibi in secundo responso. Ex his itaq;
intelliges, & declarabis hãc limitationem, quam tradunt doc.
non esse verã simpliciter, vt quando immediate a lege cõpetit
aliquod ius alteri post priuationẽ alterius, per restitutionẽ tol-
latur si competat iure successiuo, & quia in locum eius legiti-
me succedit. Secus si alio iure cõpetat, vt puta iure satisfactio-
nis vt in exemplo. s. exposito. Non ob. Ange. reliquę rationes,
quas refert. D. Ias. nec soluit, cum dicit pars succedit in locum
fisci. & cum restitutio fiat in bonis fisco applicatis, censetur fa-
239 cta in bonis partis applicatis. † Tu igitur tria aduerte, Primum
quod pessimã faciũt consequentiã de bonis fisci ad bona par-
tis. nam principi remittere licet & in remissione veniunt bona
fisco applicata, vt in leg. 1. & 2. de sen. pas. non tamen valet argu-
mentum de bonis fisco applicatis ad bona parti nõ solum ap-
plicata, sed debita. vt tenet gl. in d. l. 2. C. de in ius vo. & ibi Bar.
& Bal. Secundum est, quod nescio quo iure dicunt partẽ suc-
cedere loco fisci. nam fisco applicantur bona ex publica causa,
parti vero ex propria & priuata iniuria quare cũ cã sit diuersa,
remissione facta ab vna parte, non censeẽ facta ab alia. vt nota.
in l. 2. de senatusconsul. Sillaniano. & ibi Dy. & Bar. & aduerte,
quod idem Bart. in d. leg. 2. de in ius vo. in lec. noua fere loqui-
tur in quęstione nostra, quod in reformatione & remissione
generali bannitorum non censentur in aliquo diminuta pœna
illa quæ debetur offensis. nec valet argumentum, remissio est
facta. & intelligitur quo ad pœnam fisci, ergo quo ad pœnam
offensis debitam. Quod ex tertia ponderatione etiam ab eisdẽ
doctoribus colliges. Tertio igitur sentiunt ipsi valere argumẽ-
tum de bonis fisco applicatis ad bona parti applicata, deinde
dubitant, an si bona essent a parte actualiter apprehẽsa, veniãt
in restitutione. Sed certe si valeret argumentũ de fisco ad par-
tem, venirent, siue fuissent apprehensæ, siue non fuissent, quia
apprehensa a fisco & iam applicata veniunt. vt in d. l. 2. de sen.
pas. & fatẽtur omnes doctores. Itaque domini Ange. & Alex.
240 & Moderno. rationes non sibi constãt. & demum † nostram
conclusionem confirmabis ex his, quæ notant Host. & Io. An.
in c. quanto. de iureiuran. quos etiam sequitur do. Abb. quod
princeps non debet facere restitutiones vel similia in præiudi-
cium subditorum sine ipsorum assensu. vnde infert Host. ex
tex. ibi quem sequitur. d. Abb. in 3. no. quod princeps per se nõ
potest componere de damnis populo datis ratione belli. fa-
ciunt no. per Inn. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. & dicebat
idem Host. de pęni. & remiss. §. quibus & qualiter. versic. quid
de quæstio. & in §. fin. versi. Sed pone, quod guerra. quod sicut
non possum a subdito qđ suum est extorquere, ita nec remit-
tere ius, quod sibi competit. 14. q. 6. c. si res. Ego nõ disputo an
possit, sed id asseueranter affirmo. in restitutione generali non
241 venire ius partis offensę vt in d. cap. quamuis. cum simi. † Alia
est limitatio ad no. in l. nostra, quod si in restitutione ponatur
clausula, vt non possit obijci de confiscatione bonorum, tunc
restitutio trahitur ad bona per alterum apprehensa, seu per fis-
cũ alienata, vel data parti offensę. ita dicit. d. Car. & Flo. & Ioã.
de Imo. in c. quia diligentia. de elec. & dicit. d. Alex. hic hoc es-
se notabilissimum ad restitutionem pro amico formãdam. &
idem dicit. d. Fely. in c. inter quatuor. de maio. & obe. in 2. limi-
ta. & Iaso. hic in 3. limita. qui exclamat etiam cum. d. Alex. & d.
Cardi. dicebat ita de facto obseruari. quia restitutus aget ex an-
tiqua possessione. & cum princeps possit moderare iurisdictio-
nem inferioris, vt in l. 2. §. circa. de orig. iu. Iudices non audient
partem aduersam de confiscatione opponentem. hæc dicunt hi
consultissimi patres. Ego dubito, an talis sententia sit iusta, &
imprimis credi põt, quod ad partem offensam nihil facit quo
restitutio, vt supra ostendi. nec aliquid potest facere exclusio ex
ceptionis confiscationis, ratio, quia pars offensa habet bona sua
lege vel sententia sibi delata, itaque nihil habet agere cum fis-
co, vt no. in d. l. 2. C. de in ius vocan. & ibi Bart. & Bald. & Dy. in
d. l. 2. de senatuscon. Sylla. cũ gl. itaque in exemplo partis offen
sę Alexand. & Moder. qui id comprobant, non rectè sentiunt.
maxime quod obstant omnes rationes, quas adducebam in su-
periori limitatione. Quo ad alia vero bona non nimis placet eo
rum sententia. dicunt enim ipsi, qđ restitutus aget ex antiqua
possessione. aget ergo ex iure non vero. cum verum sit, ꝙ anti-
quum ius iuste amisisset, & si quid iuris habet, habet ex restõne
at in iure nostro non iuste docetur falsa causa vti, maxime vt al
teri tollatur ius suũ. vt not. in c. 1. de consti. lib. 6. imò consulen-
tes tenentur ei, cui infertur damnum, vt ibi. Primum enim iu-
ris præceptum est, ius suum cuique tribuere. vt in l. iustitia. de
iusti. & iu. & in prœ. Grego. Sed forsan dices, ꝙ non est falsa cã,
certe vera est in facto non tamen iuste concludit in conscientia
quia quamuis talia bona mea fuerint, & præsumatur nunc mea
esse, tamen verum est, non esse mea. ideo nõ iuste vendico. At
si dicas, me restitutum, Fateor, quia hoc est verum, tamen ex
hoc non fit iusta vendicatio bonorum, quæ sunt applicata vel
parti offensę, vel alienata a fisco. vt no. in glos. nostra, & patet la-
te superius Item tu vis, quod princeps velit tollere ius alteri
quæsitum ex illa clausula, ne opponatur exceptio confiscatio-
nis &c. & certe non probatur tollendi voluntas, quia non so-
lum per verba indirecta. sed etiam per verba apta, & restitutio-
nem bonorum ab alijs possessorum significantia, non intendit
princeps derogare iuri alterius, nisi specialiter & expressius de
his caueatur, quod tibi ostendo, nam restitutio est in primi-
num statum repositio, adeo quod ad omnia, quæ habuit, in pri-
stinum restituitur, & quęcunque & quantumcunque abstulit
priuatio

priuatio, eadem & tantundem affert restitutio. vt probatur in
l. fi. in fi. C. de sen. pas. cuius verba subiicio, itaque tantum ad re
stitutionem indulgentia valeat, quantum ad correctionē sen-
tentia valuit, & vt deportationis nomen rerum omnium spo-
latio est, ita indulgentię restitutio bonorum ac dignitatis vno
nomine amissorum omnium sit recuperatio. hæc ille tex. ecce
igitur quod restitutio omnia bona comprehendit, quæ habuit
restitutus. Sed hæc ipsa quæ sunt alienata, vel parti offensę ap-
plicata; fuerāt ipsius damnati, igitur ad ea restituitur, quod ce-
te quo ad verborum generalem significationem negare non
possumus, tamen quia princeps nulli intendit præiudicare ex
indulgentia & beneficio restitutionis, ista verba non adaptan-
tur ad bona alteri iuste quæsita, vt patet in c. a l. fi. in 2. responso.
Si igitur verba apta & comprehendētia talia bona restringun-
tur ex defectu intentionis, quanto magis in illis verbis, quę de
non excipiendo loquuntur, & indirecte concludunt, dicendū
est non subesse intentionē, quia videmus regulam iuris, quod
nec tacite nec expresse generale nomen restitutionis compre-
hendit alterius iura, nisi specialiter id sit expressum vt in d. ca.
quamuis. At ne tibi suadeas veram iustit ā cautelis euerti pos-
se, ostendam cauere has iniurię deceptiones. Dicunt restitutū
242 ex antiqua possessione agere, † certe antiqua possessio nō suf-
ficit ad dominium probandum. Igitur ■ hoc non probat do-
minium, nec vendicare potest, & quod antiqua possessio non
probet dominium, patet, quia possessio nihil cōe habet cū do-
minio. vt in l. naturaliter. §. nihil cōe. de ac. pos. Igitur nō bene
infertur, vt ibi. & potest esse me possessorem, & nō dominum
l. itē Mela. §. fin. ad leg. Aquil. causa. n. possessionis distincta est
a proprietate, vt per totum de acquir. pos. vnde gl. Bar. Bald. &
Paul. de Cast. in l. cum res C. de proba. firmant ex antiqua pos-
sessione non probari dominium, nisi aliter prohibetur, vt præ-
scriptione, quamuis Placentinus contrarium firmauerit, vt gl.
in l. 2. C. de proba. quæ non tenetur. Aut igitur agit possessorio
ex antiqua possessione, & incūbit probare possessori iusta cau-
sa & nō clandestine nec vitiose possidere, quod poterit, & ideo
obtinebit possessor in possessorio, vt in l. improba. C. de ac. pos.
Io. And. in c. illud de præsum. Pau. de Cast. in l. quidā, de cond.
insti. ad finem principij, quod autem possit, statim ostendam.
Aut agit petitorio, & vult vendicare, & tunc considera, qđ po-
test agere ex antiquo dominio, non ex antiqua possessione,
243 † sed nota quod ex antiquo dominio ad præsens cōcludit prę-
sumptiue, vt casus in l. siue possidetis. C. de proba, & ibi Barto.
Pau. & cęteri. Præsumitur enim eum esse dominum, qui fuit
At dum constat de veritate, quod non durauit dominus, cer-
te cessat præsumptio, & nihil valet probatio dominii pręteriti.
ita dicit Bar. in l. quidam, de condi. insti. inf. per tex. in l. itē Me-
la. §. fi. sup. ad l. Aqui. & hoc clara ratione cōstat, quia qui domi
nus fuit, censetur nunc esse, nisi probetur mutatum dominiū,
dum igitur constat mutatum, non recte probatur, nec iudex
debet addere tali probationi vt ex ea cōdemnet, & auferat bo
na alteri quæsita, cum constet eius bona publicata fuisse, arg. in
c. afferte, de præsump. vbi mulier rea & possidens ex violenta
præsumptione fuit priuata, quia violenter iudex præsumebat
ita esse, quanto igitur magis debet absoluere possessorē, quan
do scit probationem præsumptā non esse validā, quia constat
de contraria veritate, & ita not. ibi. Abb. sequitur Inno. in vlti.
no. quod in his quæ iudici nota sunt, quamuis non probentur,
iudex absoluit vel cōdemnat, & eo præsertim, quando illa sunt
nota vt iudici. vt puta, quia idem iudex condemnauerat ipsum
restitutum, facit quod not. Innoc. in c. Raynu. de test. in fin. &
idem do. Abba. quod iudex potest moueri ex iure non allega-
to per partem, & hoc rursus suadetur, quia quę notoria sunt, fa
ciunt iudici constare, quamuis non probentur, maxime ad de-
lendam præsumptionem cōtrariam, ita notatur in l. 1. per tex.
ibi. C. qui & aduersus quos, in gloss. prima. & ibi Bartol. & Bal.
cum igitur bona huius restituti sint publicata, nemini dubiū,
quod talis præsumptiua probatio non concludit quo ad iudi-
cem, etiam parte non opponente, & in isto eodem proposito
Bald. in eadem l. 1. in primo not. quod præsumptiua probatio
ex verisimili cessat, quando constat de veritate contraria, quæ
veritas nec fuerat allegata nec opposita in illo tex. facit lex cō-
tinuus §. cum ita, de verborum obligat. & plura adduci & pon
derari possent, constat itaque, quod iudex illam probationem
244 admittere non deberet. † At quāuis eam fateamur validam,
nisi contrarium probetur a parte attende qua ratione pars ipsa
se possit defendere, & in primis negabit, quod hodie sit domi-
nus ipse restitutus, quia quamuis olim fuerit dominus, hodie
tamē possessor acquisiuit dominium, quod sibi tradidit fiscus
tali titulo, traditione enim & iusto titulo transfertur dominiū
l. nunquam, de ac. rerum do. & l. traditionibus C. de pact. nec
poteris opponere, quod fiscus transferre non potuit quod tuū
erat, quia negares fundamentum iuris tui. Nam nec tibi quod
meum est potuit concedere per restitutionem maxime quod
tradidit mihi tuum iusta causa, sine qua a me idem auferre nō
potest l. item si vulneratum, in prin. de rei vend. & in l. Lucius,
de euictio. & hæc est regula iuris, quod qui ab eodem hēt cau-
sam, a quo ego habeo, nō potest referre quæstionem dominii,
nec refellere probationem, vt in l. siue possidetis C. de proba-
tio. & Pau. in l. cum rem, quasi ad finem, eod. tit. & facit, quæ
ibi notantur. Cum igitur validitas suę replicationis pēdeat ab
eodē a quo pendet mea exceptio, non poterit eam negare. Itē
considera, quod qui subtiliter excipit, non excipit de confisca-
tione, sed negat dñium non permansisse apud ipsum hucusq;
quod probabit ex traditione & titulo, quo id sibi a principe fue
rat cōcessum. n. Nā in realibus agitur ex proxima causa, quam
satis est probare, cum ipsa concludat, vt in c. 2. & ibi satis late
245 notatur, de libelli. obla. † Nec ob. quod non concludat ipsum
possessoris dominium absolute, quia satis erit probare id con-
tra actorem, vt concludatur actorem non esse dominum, vt in
l. in ciuile. C. de rei vendit. vbi quamuis ex traditione ex causa
emptionis nō probetur necessario dominium, quia potest es-
se quod rem alienam venditor tradiderit, tamen contra eun-
dem venditorem probatur dominium nec negare poterit, ne
videatur turpitudinem suam allegare, vt notatur in d. leg. cum
res, & ibi Bar. & Paul. in fin. colum. Negabit igitur dominium
agentis, & probabit se dominum, vel agentem non esse domi
num ex proxima causa traditionis, & tituli. nec curabit de con-
fiscatione, quæ non est necessaria ad defensionem, vnde clau-
sula illa, quod non possit opponi de confiscatione, remanebit
elisa, siue agatur possessorio siue petitorio, nam etiam in pos-
sessorio probatur iusta possessio, vt patet ex superioribus. Nec
illud ob. ex quo doctores prædicti sumunt fundamentum, qđ
princeps possit moderari iurisdictionem inferiorum, nam fa-
tebimur hæc, sed negamus, principem voluisse per illam clau-
sulam excludere iura tertij quæsita, maxime tam iuste, vt parti
offensę quæritur. Item negamus, quod de confiscatione oppo
natur vt supr. docuimus, igitur clausula non potest verificari.
246 † Dato tamen, quod vtrunq; concederemus, me facit dubita-
re ratio & sententia Bart. in isto proposito, qui in l. omnes C. si
contra ius vel vtilitatem publicam, dicebat, quod princeps nō
pōt dominium rei meę iniuste auferre, quia iurisdictionē hēt
a Deo. vt in auth. quomodo oporteat episcopos, in princi. Sed
Deus non dedit iurisdictionē peccādi, nec auferendi alienum
indebite, igitur ad hoc non habet iurisdictionē, nec in his quæ
non potest, inferioribus potest aliquid percipere, quia nō hēt
imperium. ita dicit Bart. cū igitur parti offensę sit data pars bo-
norum ex homicidij iniuria, vel fiscus mihi ex contractu licito
dedit bona, quæ iuste fuerunt confiscata, sine causa nō poterit
ea auferre pp restitutionem, facit quod tenet d. Abb. in c. quæ
in ecclesiarum, quasi ad vlt. col. de const. φ quamuis alia possit
auferre ex plenitudine potestatis, tñ ea quæ ipse imperator alie
nauit, non pōt, quia iure naturali ex eo ꝯctu obli. c. 1. de pro. fu.
l. 2. C. de con. rerum ali. ibi non est rōnis vt fiscus quæ alienaue
rit reuocet, non igitur ad hęc valebit exceptionis excludendæ
clausula ad q̄ adimplendam iudices non tenentur ex sen. Bart.
& Abba. & ideo dicebāt doctores, quod in facto obseruaretur.
247 † Hoc quippe nō est, quia iuste obseruatur, sed quia inuasit cor
rupta principū obedientia, qua iudices animaduertunt, quod
princeps pręceperit, non qđ iuste pręceperit, & in hoc ipso gra
uiter peccant, vt in c. si dominus, & in c. Iulia. & in c. qui resistit.
11. nu. 1. faciunt notata per doc. in c. si qñ de resc. Deus. n. est su-
premus omniū pater & dominus quem iniustitia offendimus
& ne principū voluntati, qui in hoc ipso principis nomen amit
tunt, in aliquo detrahamus, sanctā & verā Dei legē violamus, a
quo cuncta procedunt, sine quo nullū est imperiū in c. Impe-
ratores 9. dist. & in c. quæ contra mores. 8. dist. caueant igitur ii
ris doct. ne iuris interpretationem mentiantur ab eo quod fie-
ret, sed ab eo φ fieri debet, vt in c. cū causam, de electione. Nec
te moueat dictū Bart. consil. 177. incip. domini priores in 2. du-
bio, quod licet laici non possint directo disponere super rebus
ecclesiarū, possunt tñ auferre iurisdictionem iudicibus, vt non
audiāt certo casu personas ecclesiasticas super obligatione eis
quæsita. idem sequitur do. Abba. in c. ecclesia sanctę Marię, de
const. 1. & in eadem fuit sencēt. Petr. de Ancha. quem referunt
Mod. Ticinen. hic & hæc adducunt ad propositum. Nam cer-
tum est auferre posse iurisdictionē, tamen in isto casu non au-
ferunt. quinimo possunt iudicare & condemnare possessorem
bonorū iniuste tamen non audita eius iustitia, & hoc de facto
fieret potius, quam de iure, nec iudices iuste possunt tali iuris-
248 dictione vti vt sup. † Rursus possunt limitari not. per gl. & Bar.
hic. quod licet per restitutionem recuperet restitutus bona nō
alienata, fructus tamen nō recuperat, quod ita tenet Bal. Ang.
Rapha. Ioan. de Imol. do. Alexan. Aret. & hoc ipsum accumu-
late confirmant Moder. Ticinen. hic. Summa tamen rōnum
constat ex duplici fundamento. Primo per text. in authē. idem
de Nestorianis C. de hęre. vbi Acephali & Nestoriani & si ex
conuersione recuperent bona non tamen fructus. Itē constat
hæc ex Bart. sent. hic qui tenet restitutionem in integrum non
retrotrahi.

retrotrahi. ergo non trahitur ad fructus perceptos. His tamen
non obstantibus prædictus do. Iaso. dicit, quod cum passus sit
pulcher & subtilis, vult examinare eum, & licet omnes ita te-
neant, se tamen indubitanter tenere contrarium affirmat, &
fundat se ex. l. videamus. la 2. §. in Fauiana. ff. de vsu. quoniam qui s
restituitor ad bona, verbum, restitutio, simpliciter prolatũ re-
ferri debet ad omnia bona & etiam ad perceptos fructus. Simi
lis lex est in l. ex diuerso. de rei vendi. & in l. in condemnatione
§. 1. de re. iur. & in c. grauis. de rest. spo. Igitur dicendũ est secũ-
dum ipsos, quod quando aliquis est restitutus ad bona, etiam fru-
ctus perceptos habere debet. quod probatur ex dictis Bald. &
domini Abb. secũdum eum. Ego vero hanc suam opi. strictius
& specialius probabo. Et pro ea pondero gloss. in l. plus est re-
stituere. ff. de verb. sign. vbi Iureconsultus dicit, in restitutione
rei venire & fructus &c. & gloss. hanc restitutionem intelligit
etiam in sententiam passis & restitutis, vt ibidem videre pote-
ris. Item hæc probatur ex Bar. sensu & recta ratione. quippe re
stitutio est in pristinum statũ repositio. vt declaratur in l. 1. de
sen. pas. C. & in l. quid si minor. §. restitutio. & ita Bart. ipse ad
declarationem restitutionis allegat illa duo iura. Sed in l. quod
si minor. §. restitutio. dicitur, quod in restitutione veniunt fru-
ctus percepti. ergo in restitutione etiam a pœna veniunt fru-
ctus percepti. Item hoc probatur tertio argumento, quia nos
loquimur, quãdo aliquis a sententia iuris vel iudicis restitutus
est in integrũ. & eadem est ista restitutio quæ est minoris, vel
alterius, qui in integrum restituitur. nam in integrum ita dici-
tur restitui iste, prout minor. vt in l. 1. C. de senten. passis. Sed in
integrum restituere est fructus etiam restituere. vt clare con-
stat ex Iureconsulto in eadem. l. quod si minor. §. restitutio. cu-
ius verba subijcio, Restitutio ita faciẽda est, vt vnusquisque in
integrum ius suũ recipiat, itaque si in vendendo fundo circun-
scriptus restituitur iubeat pretor emptorem rem cum fructi-
bus reddere. Nota igitur ex sententia Iurisconsulti, quod in in-
tegrum restituere, est restituere rem cum fructibus perceptis.
& talis restitutio fructuum non venit ex eo, quod de minoris resti-
tutione speciali loquamur sed quia restitutio in integrum in
hoc consistit, vt res & fructus reddantur. alias integre non di-
ceretur restitutus. Sed in l. 1. de sententiam passis dicitur in in-
tegrum restitui, igitur & fructus restituentur. Item facit tex. in
l. fi. §. alle. C. de senten. pas. ibi sententia vere deportationis nul-
lo patrem præiudicio diminuat. Sed si fructus non restituerentur,
aliquod præiudicium ex sententia pater sentiret, igitur fru-
ctus sunt restituendi. Item facit, cum dicit, quod tantum ad in-
dulgentiam valeat restitutio, quantum ad correctionem sen-
tentia valuit. Sed ad correctionem valuit priuare a re cum fru-
ctibus. Item subdit, vtque deportationis nomen ipsum rerum
omnium spoliatio est, ita indulgentiæ restitutio bonorum ac
dignitatis vno nomine amissorũ omnium fit recuperatio. qui
igitur omnia recuperat, nihil perdet. fructus itaque recuperare
debebit. Et sane vrgentiores sunt rationibus ipsius Iason. qui-
249 bus si respondere placet, certe poteris. † Quod verbũ restitue-
re etiam si comprehendere possit fructus, & verbi significatio
hoc contineat, vt l. restituere. & in l. plus est. de verb. sig. & iuri-
bus supra alle. tamen quid comprehendat tale verbum, iuris est
interpretatio. i. secundum subiectam materiam debet hoc in-
telligi & interpretari, vt docet iurecõsul. in l. fi. ff. de verb. signi.
& ibi gloss. quandoque enim qui rem tenetur restituere, resti-
tuit cum fructibus a tempore litis cõte. vt in l. certum. C. de rei
vendi. nam bonæfi. pos. restituit fructus perceptos a tempore lit.
contest. quandoque omnes fructus ab initio, vt malæfidei pos. vt
in l. fundum. C. de rei vendi. violentus vero possessor seu fur te-
netur restituere & perceptos, & qui percipi potuerũt. Ideo om-
nes veniunt in restitutione. vt in c. grauatis. de restit. spo. l. 2. C. de
condi. furtiua. & aliud in realibus aliud in personalibus. vt not.
gloss. in d. l. restituere. la. 1. de verbo. sign. Igitur non potest dari
certa ratio vel argumentum ex verbo restituere. Omnem enim
causam & vtilitatem continet. vt l. cum prætor. de verbo. signi.
quæ vtilitas diuerso modo iudicatur, vt patet etiam in eisdem
iuribus a Iason. allega. Nam in l. videamus. §. in Fauiana. & in c.
grauis. de restit. spo. aliter & ab alio tempore veniunt fructus,
quam in l. ex diuerso. quia in l. ex diuerso veniunt fructus a tem-
pore lit. contest. vt ibi. & in l. videamus. omnes & ab initio. & in
cap. grauis omnes fructus percepti, & qui percipi poterant. Ita-
que do. Ias. ex his non potest certumquid concludere. Nec satis
concludere respondet ad auth. idem de Nestorianis, & primo
quod ille sit casus specialis in quo ideo veniunt fructus resti-
tuendi, quia sic exprimitur, alias non venirent. Certe specialita-
tis ratio esset assignanda. & videtur quod ista ratio omnino sit
contra mentem gloss. & Bartol. hic nam quando hæreditas est
translata in alium, & apprehensa per eum, restitutus non potest
eam recuperare. & ita intelligebat Bart. in leg. 1. §. filio. ad Ter-
tu. qui a modernis & a cæteris hic est sequutus. Igitur cum di-
ctum auth. loquatur in hereditate per alios apprehensa, non de-
beret restitutus eam recuperare, quantominus recuperabit fru-
ctus perceptos. Item aduerte quod secũdum Iaso. intellectum
in hæreditate per alium apprehensa & iam acquisita restitutio
habet locum nonsolum quo ad rem, sed quo ad fructus ipsius
rei. quia in d. auth. iure speciali non tenetur fructus restituere.
Ergo regulariter tenebatur. quod tamen absonum est, & a ve-
ra iustitia alienum secundum gloss. nostram. & Bar. & eosdem
modernos. Nec rursus satisfacit solutio, quã dedit Nellus de
sancto. Gemi. quem refert & sequitur hic idem Ias. quod in
d. auth. non est restitutio, sed noua concessio. nam tex. aliter so
nat ibi, ipsis qui conuersi fuerint restituenda quidem. ita tex. &
probatur ratione, fateor enim quod ibi filij acquirunt per viã
restitutionis. quia propter hæresim fuerunt priuati a successio-
ne paterna, quam amiserunt, & propter conuersionem re-
stituũtur ad successionem, & recuperant hæreditatem & hoc
est quod dicit text. quod est hæreditas sibi restituenda. eodem
modo fit restitutio in d. l. fi. de sen. pas. & §. dixi in princ. quod. idẽ
in d. leg. siue libertus. de iure patro. Tertia solutio est. quod ibi
erat dispositio limitata. secus in simplici & larga. Certe illa so-
250 lutio habet progressum ad veritatẽ. † Cordatius itaque aduer-
tas, quod illa auth. loquitur, quãdo defertur hæreditatis pars ipso-
rum hæreticorum fratribus eorum fidelibus. defertur tamen
limitate. i. quod fratres fideles habeant eam, donec hæretici per-
fid. perseuerarent. & quod medio tempore non possint eam par-
tem vel aliqua bona alienare, & sicut alienare non pñt, ita non
teneãtur reddere rationem fructuum & administrationis, dũ
fratres ad fidem fuerint conuersi. hic est casus illius auth. quẽ
sumas ex auth. vt cũ de app. cogno. §. generaliter. col. 9. vñ su-
mitur. Casu igitur posito, considero ex mẽte iuris, quod quã-
do aliqua bona veniunt agnatis vel consanguineis ex priuatio-
ne aliorum qui iure inculpati succedebant, si prædicti priuati
restituantur, restituenda sunt bona & fructus percepti. & hoc
quando priuatio fit ex pertinacia, & eius cessatione restitutio
fit a lege. probatur ex illa auth. vbi non libero dominio conce-
duntur bona hæreticorum fratribus, qui hæretici non sunt eis
restituuntur bona, quæ transeunt in filios fideles. & non resti-
tuuntur fructus. & illa fructuũ restitutio cessat ex odio hæresis.
vt no. glo. in d. §. generaliter. in verbo, si vero. vel cessat, vt sentit
text. in d. §. generaliter. quia cum illa bona non possint aliena-
re, in huius prohibitionis compensationem est statutum, ne ab
eis exigantur fructus & ratio administrationis. Ex æquitate igi-
tur illius legis idem esset obseruandum, vbicunque eiusdem
251 casus ratio eueneit. † Aduerte tamen, ne decipiaris, quod
hæretici hodie canonico iure priuantur ab omnibus bonis ip-
so iure, & bona publicantur. adeo quod filij etiam fideles nõ suc-
cedunt. vt in c. vergentes. de hære. & in c. cum. secũdum leges.
eod. tit. l. 6. Itaque auth. idẽ de Nestorianis. quæ loquitur de illis
hæreticis, qui in Trinitate machinabãtur, vt in epistola, nos red
dentes. de sum. Trin. & fide cath. hodie nõ est in obseruatione.
quia nec filijs fidelibus nec infidelibus est permissa successio.
& ita not. in d. c. vergentes. in gl. exhæredatio. & in sum. 23. q.
& ita nota in d. c. vergentes. in fina. verbis. Ex his
7. & ibi Archi. & Abba. in d. c. vergentes. in fina. verbis. Ex his
constat, quod ex illo auth. non possumus sumere fundamentũ ge-
nerale ad restitutos. an ipsis fiat fructus restituendi vel non re-
stituendi. Item do. Ias. non respondet rationi a Bart. sumptæ, quod
restitutio non trahitur retro, vt Bart. hic & gl. in l. fin. in prin. in
252 verbo, gesta rata. de sen. pas. de quo videbimus inferius. † Quid
igitur dicendum in nostro principali dubio, Et ad resolutionẽ
superiorum ita distingue, aut ego ab initio teneor restituere
rem, & tunc ab eo tempore quo iure teneor, fructus sunt resti-
tuendi. ita colligo ex sententia Iurisconsulti in l. ex diuerso. &
ex l. fructus. §. de rei ven. Aut ab initio nõ teneor rẽ restituere
& quippe nescio, quo iure ego teneor restituere fructus quos
ego iure percepi. vt in l. si mulier. §. si hæres. ad l. reb. cum. si,
mi, vnde non est dicendum, vel fiscũ vel alium, a quo bona ex
gratia restituuntur, ad fructus perceptos teneri. Facit quod di-
cebat Bald. in rub. C. de fruct. & lit. expen. quod verbum, resti-
tuere, non cõprehẽdit fructus, si de iure restituere non tene-
batur comprehendit tamen, si teneatur & ita intelligit leg. vi-
deamus. §. in Fauiana. supra alleg. Cum igitur in casu nostro
quando per principem restituitur, talia bona non essent resti-
tuenda iure, & per per restitutionem incipiat ius restituentis,
certe videtur, quod fructus non veniant in restitutione. & ita
defenditur communis opinio, quamuis eorum fundamen-
tum de authentica. idem de Nestorianis, nihil concludat. Sed
forsan teneri posset, quod si fructus extant, nec sunt consum-
pti, debeat eos fiscus restituere, vel etiam agnatus, vel succes-
sor. quia ea ratio, quæ est in restituenda, videtur in fructibus
stantibus restituendis, arg. leg. certum. C. de rei ven. quamuis
bonæfidei possessor fructus tamen stantes restituere tenetur.
& hoc satis vr̃ de mente l. fina. C. de sen. pas. vbi plenaria intel-
ligit restitutio omniũ, sed illa quæ cõsumpta sũt & alienata, nõ
veniũt in restitutione. Cogita. † Ex supra proxima declaratio
253 ne infero differẽtiã inter restitutionẽ gratiæ, & restitutionẽ iu-
stitiæ In prima enim nõ veniũt fructus. Sed qñ aliquis iuste resti-
tuitur,

tuitur, veniunt res omnes cum omnibus accessionibus, ita lo-
quuntur oĩa iura a Iasone alle. nam quando quis in integrum
restituitur, quia deceptus, tunc fit in integrum restitutio con-
tra decipientem, & quæ ratio est in ipsa re restituenda, eadem
est in omni accessione & in fructibus, ita loquitur l. quod si mi
nor. §. restitutio. cum simi. & probatur in l. patri pro filio §. itẽ,
vbi decipiens non solum tenetur ad fructus perceptos, sed etiã
ad eos qui percipi potuerũt, vt notatur ibi. quod eo est, quia in
integrum iure restituitur læsus & deceptus, & hunc eundem
tex. intelligit ipse Ias. in l. limi. quod non habeat locum in re-
stitutione gratiæ, sed loquitur in restitutione iustitiæ, & intelle
ctus verus est. Sed huius distinctionis fuit immemor in nostra
quæstione, nam quod in restitutione gratiæ non restituantur
fructus consonat, rationi, quia quicunque illam rem habuit, si-
ue fiscus, siue alius ab eo, iuste percepit fructus ante restitutio-
nem, sed in restitutione iustitiæ ex hoc cognosces quid sentire
debeas, finge quod innocens sit damnatus, & bona eius publi-
cata, deinde constat de innocentia, vt in l. 1. de quæst. Certe om
nia conuenit restituere, siue ab alio possideantur, siue nõ possi
254 deantur, cum ab ipsis immerito sit priuatus. † Secundo infero,
quod rebannitus qui restituitur, non debet habere fructus nisi
extantes, quamuis dom. Nel. & Ias. dicant contrarium esse cõ-
sulendum & iudicandum, quia verbum restituere habet hanc
materiam &c. Dic quod non est dare certam rationem huius
verbi, & iura loquẽtia de fructibus & ab ipsis allegata loquun-
tur in restitutione iustitiæ, in qua etiam idem ipsi diuersum ius
sentiunt, vt per Ias. in l. limi. Tenenda est igitur communis opi-
nio. Nec ob. quod dicit Inno. & dom. Abb. in c. venerabili. de
offi. dele. vbi dicit, quod verbum, restituas, intelligitur ad oẽm
vtilitatem & fructus. Attende tamen, quod ibi loquitur in re-
stitutione spoliati. vt in tex. & ita idem Abb. nota intelligenda
quæ dicuntur in c. 2. de or. cog. vbi tractatur de restitutione spo
liati. in qua restitutione non solum veniunt fructus percepti,
sed etiam qui percipi potuerunt, vt in c. grauis, de resti. spo. sup.
all. Miror profecto, quod dom. Ias. non distinxerit. Tertio infe-
ro contra id quod dicebat dom. Ias. non obstare quod leges ab
eo allegatæ loquerentur in restitutione legis, quia, vt ait, idem
est in principis restitutione, qui est lex animata, in authent. de
consu. §. penul. Aduerte, & sciendum est eandem esse rationẽ,
quãdo restitutio principis est per viam iustitiæ, vt puta, quia in-
nocentem damnatum, ex iudicis sententia patefacta innocen-
tia restituit. vt in d. l. 1. in fi. de quæstio. Sed si princeps restituit
iuste priuatũ ex gratia, quo casu loquitur ipse Ias. summa diffe
rentia, nam quod ex gratia princeps concedit, non est lex, sed
est beneficium & indulgentia, vt in d. l. fi. de sen. pas. & in l. 1. eo.
tit. ergo non est trahendum ad exemplum, vt in §. plane insti.
de iure natu. gen. & ciui. Pudet profecto hunc clarissimum vi-
255 rum tam faciliter annotare. † Vlterius in procemio Barto glos.
nostra adducitur ad quæstionem, quam dom. Alexand. appel-
lat auream, prout omnia nostra §. dic tamen, an legitimatus post
mortem patris auferat bona succedentibus ab intestato, & ex
Angel. Paul. Alex. Aret. & Ias. & Modernoris mẽbratim est
procedendum & primo inferendum, an legitimatio trahatur
retro. Barto. hic non videtur asserere, sed in l. 2. in 3. quæst. infr.
de vul. & pupil. firmiter tenet retrotrahi ipsam legitimationẽ,
& plures id asserunt. In hac itaque conclusione ex communi
prædictorum sententia ita distingue, quod in fauorabilibus &
alteri non præiudicialibus legitimatio retrotrahitur, quando
scilicet alij ius non est vere quæsitum. Quod dilucide proba-
tur ex l. fin. de na. resti. vbi expresse dicitur legitimationem re-
trotrahi. & ita intelligitur dictum Bar. Et hanc conclusionem
fateri oportet, quæ etiam confirmatur ex authent. quibus mo-
dis naturales efficiuntur sui. §. 1 Iud. & ex authent. quibus mo-
dis naturales efficiuntur legitimi §. licet. Hanc sententiam de-
256 clarabis, vt inferius ostendam. † Ex his breuissime infero ali-
qua pulcherrima, quæ hic traduntur per doctores. Primo quod
cum filius primogenitus debeat ex cõsuetu line succedere in
regno, vel in aliquo ducatu, si qui erat naturalis primogenitus
fuerit legitimatus, non obstat secundo genito legitimo, quia si
lius primogenitus in matrimonio habet ius succedendi in re-
gno spe, quæ in hoc casu debet considerari, vt in ca. quamuis,
de rescript. libro sexto. ita dicit Bald. Alber Paul. de Castr. in l.
quoties. per illum text. C. de rei vend. Ioan. Andr. in regu. sine
culpa. de regu. iur. in Mercuria. & fuit opinio. Iacob. de Butr. in
d. l. quoties, quæ, quia veram habet rationem, nec esset hone-
stum, primo vere ex matrimonio genitum excludi a legitima-
to secundo, vt in authen. quibus modis na. effic. sui §. generali
ter, & authen. quibus modis na. effici. legi. §. si igitur. in fi. ideo
257 non insisto. † Rursus & secundo infertur, quod si testator in
stituit filium spurium, deinde fuerit legitimatus valebit institu
tio. quia viuente testatore nullus cõsanguineorum habet ius
certum ad hæreditatem viuentis, & ipse posset alium institue-
re l. 1. §. si quis impubes ff. de colla. bono. Ita Aretin. & Moder
258 ni Ticinenses h. c. & vide per eos cumulatos auctores. † Tertio
infertur, quod si spurius fuerit substitutus, & antequam veri-
ficetur substitutio, fuerit legitimatus, reconualescit substitu-
tio. quia legitimatio trahitur retro, ita Barto. in d. l. 2. in 3. quæ-
stio. infra. de vul. & pup. cui reliqui omnes videntur assi. ulari.
259 † Quarto infertur ad testamentum conditum cum duobus re
tribus inter filios naturales deinde legitimatos, itaque l. hac cõ
sultissima, habet locum in casu nostro, ita dicebat Bald. in c. de
causis, de off. dele. & probatur in §. reliqui. in authent. qui. mo.
na. effic. sui. vbi dicitur eos habere legitimas successiones quas
habent qui ab initio legitimi nascebantur. Hæc & alia plura in
ferri possunt & quia pulchra sunt ea retuli ex doctoribus quã-
260 uis non habeant difficultatem. † Alia est distinctionis pars, qđ
legitimatio non trahitur retro quo ad ea, quæ sunt alterius iu-
ri præiudicialia. In iure igitur alteri quæsito legitimatio nõ tra-
hitur retro. ad hoc ponderant tex. in d. §. licet. in authent. qui.
mo. na. effi. le. in his verbis, filios & suos decetero & sub pote-
state habere, pondera verbum decetero id est post legitimatio
nem, itaque post legitimationem licet eos habere vt suos hære
des, & non ante legitimationem, vnde legitimatio non habet
tractum ad tempus natiuitatis. Item ponderes text. ibi. & hoc
facto exinde filios frui tali solatio, ergo ante factum id est ante
legitimationem non fruuntur, sed fruuntur exinde id est a tẽ-
pore legitimationis. Eadem verba sunt in authen. qui. mo. na.
effi. sui. & eodem modo ab Ang ponderantur. Item adducunt
ad istam sententiam c. tanta. qui fil. sunt leg. vbi dicitur, tantam
esse matrimonij vim, vt qui ante sunt nati, post contractũ ma-
trimonij legitimi censeantur, ergo non ante contractum ma-
trimonij, ex quo sequitur, quod etiam legitimatio per subse-
quens matrimonium nõ trahitur retro. Vnde inferunt, vt hic
Moder. Ticinen. ad intellectum text. in §. reliqui. in authẽ. qui.
mo na. effic. sui. vbi dicit tex. quod semel eos efficientes legiti-
mos, damus habere etiam successiones illas, quas habent hi,
qui ab initio legitimi sunt, nam intellige, quod habeãt scilicet
decetero id est post legitimationem, non tamen quod retro-
trahantur. Hæ sunt sententiæ & ponderationes Ang. Alexan.
Aret. & Ias. & demum Bononiæ repetentium. Ego cogitabam
aliter hanc conclusionem intelligendam, & in primis id om-
nibus certum præsuppono, legitimationem habere rationem
restitutionis natalium, vt in auth. qui. mo. na. effi. legi. §. si quis
ergo, & Barto. hic rursus præsuppono, quod quando legitima-
tio fit in præiudicium tale, quod sit cõsiderabile vt præiudiciũ,
debet præcedere citatio. vt in l. 2. de na. resti. & Bar. hic. quem
261 communiter sequuntur. Item præsuppono tertio † quod nata-
lium restitutio vel legitimatio retrotrahitur natura sua, vt in
authen. qui. mo na. effic. sui. in d. § illud ibi, quia vult naturales
suos filios restituere naturæ & antiquæ ingenuitati, & in d. l. fi.
de nat. resti. ibi, ita restitutus ac si medio tempore maculã non
sustinuisset. Cum igitur citatio & causæ cognitio præcessent,
dicendum est legitimationi nõ obstare præiudicium, quin ob-
seruet propriã naturã, quia causa cognita est restitutus. Quod
satis patenter constat ex eadẽ l. 2. vbi probatur restitutionẽ na-
talium auferre ius tertij. Nam patrono aufertur ius succedẽdi
certũ, quod ex datione libertatis fuerat quæsitum, quod aũt sit
certũ, constat per totũ tit. de bon. liberto. & ideo subiungebat
Iuriscons. quod non facile imperator sit solitus restituere nata
libus patrono non consentiente, ex quo satis datur intelligi, ꝙ
dum restituitur, tollitur patrono ius certũ & quæsitum illo me
262 dio tẽpore. † Cõstat itaq; ipsam restitutionem vel limitationẽ
retrotrahi. Itẽ clarius hoc constat ex l. fi. eo. tit. vbi patrono cõ-
sentiẽte libertus ab Imperatore restitui dẽt, quia beneficio im-
petrato ius patroni adimitur. ecce ꝙ ex tali restitutione ad in-
genuitatẽ adimitur totũ ius quod alias alteri cõpetebat, idem
dr̃ in l. 3. eo. tit. & de hoc nulli dubiũ. Sequitur deinde, quod cũ
in secũdo tĩto, ꝙ libertinus qui natalib. restituitur, perinde est,
ac si ingenuus factus medio tpe maculam seruitutis non sustin-
nuisset. Aduerte igitur attentius, ꝙ loquitur in eo casu, quo ius
patronatus aufertur tertio, & tñ eodem mõ retrotrahitur, ita-
que ius tertij non impedit actũ, vnde mirandum est, ꝙ doct. ve
lint distinguere casum, quo ius tertij tolleretur, vt tunc non re
trotrahatur, quia eorũ fundamẽtũ, ex quo affirmãt retrotrahi.
sũ l. fi. §. alle. loquitur in casu quo ius tertio tollitur, & in eodẽ ca
su retrotrahitur. Sed ꝯ inductiones nostras refragari vr̃, quod
aliæ restõnes in præiudiciũ tertij nõ trahuntur retro. vt patet ex
his, quæ superius concl. & probatur in authẽ. vt cũ de app. cog.
§. cãs vero. in verbo, in statu in quo nũc sunt & ibi põderat do.
Ang. ꝙ restõ non trahitur retro ad ea, quæ sunt alteri præiudi
cialia. Ad hoc subtiliter responde, quod natalũ restitutio vel
legitimatio hoc habet necessariũ rei natura, ꝙ trahatur retro.
quia legitimatio vel restitutio natalium nihil est nisi reducere
legitimatum ac si legitimus & liber natus esset, vt in d. l. 2. ibi,
perinde habetur, ac si ingenuus natus esset, & in l. fi. eo. tit. & in
auth. qui. mo. na. eff. sui. §. illud. ibi, naturæ restituere & antiquæ
ingenuitati. Cũ igitur ipsa restõ natalium vel legitimatio redu
catur ad natiuitatẽ, necessariũ est dicere retrotrahi, quia cum
quid

quid conceditur vel fingitur,omnia quę necessaria sunt secun-
dum naturam actus,censetur concessa vel ficta, vt in l. quoties
§.si cum essem.ad Velle.& in l.1.post princ.C.de rei vxo actio.
263 † Aduerte tamen,ne decipiaris, quod talis restitutio non fit ad
ingenuitatem,qua libertus,qui nunquam fuerat liber,non po
test restitui ad libertatem propriam , quasi liber sit natus . Sed
restituitur ad libertatem quæ generi humano competebat ab
initio primo iure naturæ,quo omnes liberi nascebantur.& idē
est in legitimatione,ita subtiliter notat Iurisconsultus in d.l.2.
de nata.resti.& probatur in d.auth.quibus modis na.effi.sui.§.
natura.& §.illud.dicam & exponam late in l.manumissiones.
de iusti.& iure.vbi vide.quia pluribus ex hoc vulgus decipitur.
Legitimatio igitur retrotrahitur,& habetur ac si in illo primo
statu naturæ genitus fuisset. Nec obstant ponderationes Ang.
& sequacium,de quibus supra,& vide quam pugnantia sibi &
veritati loquantur . Nam ipsi omnes fatentur, quod legitima-
tio trahitur retro in fauorabilibus,& alteri non præiudicialibus
vt tenebat Bart.in l.2.inf.de vulga.& pupill.colum. 2 in quæst.
3.quem omnes in hoc sequuntur vt vides Alexand.& Iaso. &
supra ostendi in primo membro distinctionis. Sed Barto.& ip-
si fundantur ex auth. quibus modis na.effici.sui.§. illud.supra.
alleg.in verbo,naturæ, & ingenuitati antiquæ restituere,& idē
in d.§.licet.in auth.quibus modis na.effi.le.ibi, filios restituere
naturæ & antiquæ ingenuitati. Bart.enim dicit ibi iura esse ex-
pressa ad probandum,quod legitimatio trahatur retro.& Mo
derniores easdem ponderationes faciunt . Aduerte,quod nūc
in isto secundo distinctionis membro ponderant eadem iura
ad probandum,quod legitimatio non trahatur retro . Ego ve-
ro obscurum video quomodo ex eisdem iuribus probēt,quod
264 trahatur,& non trahatur. † Attentius considera,& nunc intel-
liges illa iura,quod restitutio retrotrahatur,vt verba sonant,&
omnes in hoc consentiunt. Nec obstat,quod ibi dicatur,de cæ
tero haberi legitimos . Item & hoc facto. idest legitimatione
exinde filios frui tali solatio. Nam ex his verbis non iuste infer-
tur legitimationem retro non trahi.quia verum est,ante legiti
mationem legitimos non esse,& legitimos nō haberi.sed post
quam sunt legitimi retro ducitur ipsa legitimatio ad tempus
natiuitatis,& censetur legitime natus. itaque fingitur post legi
timationem & non ante,quia ab illo extremo incipit legitima
tio, & retroducitur ad natiuitatem . & ita verum est decętero
haberi legitimos , & post legitimationem eos gaudere solatio
legitimorum. & non ante.a legitimatione igitur retro censen
tur legitimi.& ita verum est ab initio censeri legitimos . vnde
in hoc extat fallacia doctorum & illorum iurium verus intelle
265 ctus.† Quod etiam alia simili & pulchra ratione confirmo.cer
tum est,legata recta via transire in legatarium a tempore mor-
tis testatoris l.a Titio.de fur.inf.l.legatum.la secunda de leg.3.
Sed hic intelligitur adita hæreditate nō censentur translata le-
gata.at videntur hęc sibi pugnantia,quod tempore mortis re-
cta via transferantur,& quod non transferantur ante aditā hæ-
reditatem. Aduerte,quod postquam adita est hæreditas, fingi-
tur legata fuisse translata ab initio , idest,a tempore mortis . ita
intelliguntur.l.a Titio.& l.legatum.sup.all. Nam ante aditam
hereditatem non est verum dicere. aliquod dominium etiam
ficte translatum,quia legata non subsistunt nisi adita hæredita
te.l.eam quam.cum sim.C.de fideicom.itaque post aditā fin-
gitur ab initio translatum dominium , & ante non fingebatur.
ita declarat do. Alexand.l.si tibi homo §.cum seruus.de lega.1.
2.colum . Idem igitur in proposito nostro post legitimationē
ab ea incipiet retrotractus. Erit enim extremum & fundamen-
266 tum fictionis. † Nec obstat tex.in cap.tanta.qui filij sint legi-
timi.vbi post contractum matrimonij legitimi habentur . Er-
go ante contractum non habentur legitimi. Ego fateor, quod
ante,sed tunc habentur legitimi.quod est dicere , tunc haben-
tur ex legitimo matrimonio nati.ad natiuitatem ergo refertur
legitimatio . quæ relatio tunc habet locum , quando fit legiti-
matio.decipiuntur itaque doctores in intellectu illius cap.tali.
vt ostendo latius in proxima illatione. & omnia superiora con
firmo ex d.l.final. de nata.restituendis.vbi beneficio restitutio-
nis impetrato aufertur ius patronatus. Ergo secundū pondera
tionem doctorum trahitur retro,quia ante impetrationem nō
aufertur. Sed per eādem legem doct. fatentur retrotrahi resti-
tutionem.ergo necessario debet intelligi vt supra scilicet,vt be
neficium iam impetratum retrotrahatur . Item considera ver-
ba Bartol. nostri infra proxima quæstione, vbi confirmat senten-
tia sua,quod ex eo quod legitimatio non auferat ius tertio quæ
situm, non probatur legitimationem retro non trahi. vt patet
in fictione postliminii,quia fingitur retro in ciuitate fuisse . vt
in l.lex Cornelia.sup.de testam.& tamen non aufert iura alteri
vsucapione quæsita nisi per restitutionem.vt in l.1.supra ex qui
bus causis maiores. hucusque Barto.& vere reliquis subtilius.
Male igitur censent,ex eo quod ius alteri quæsitum non tolla-
267 tur,non retrotrahi.dicam de hoc infer us. † Primo ex superio-
ro,non recte intelligere doctores,vt fuit Aretin.& Dom.Iason
quod etiam legitimati per subsequens matrimonium non tra-
hebantur retro,& ita intelligebant tex. in capit.tanta,quod hij
post contractum matrimonij habeantur , & non ante . Sed vt
ego rectius intellexi,legitimum haberi,est haberi pro legitime
nato.vnde necesse est,quod legitimatio ad natiuitatem se retro
conferat.quod in illo tex.ab ijsdem doctoribus probatur . Ipsi
enim fatentur legitimationem simpliciter retrotrahi . quam-
uis in quibus vertatur præiudicium tertij non retrotrahat. Sed
ibi casus ille loquitur simpliciter, & non constat,quod de præ-
iudicio loquatur. Igitur non recte intelligitur,quod nō debeat
retrotrahi, & eodem modo poteris replicare omnibus iuribus
ponderatis,quia simpliciter loquuntur. Item nostra illatio cō-
firmatur a domino Abba.ibi,qui post primam colum.tenet in
dubitanter,quod matrimonium retrotrahitur ad tempus,quo
filij non erant geniti, & censentur nati legitimi . idem tenet
Bald.in fortioribus terminis in leg.prima fi.colum.de inoffici.
do. C. quod etiam in præiudicium tertij trahatur retro.de iure
tamen tertij inferius loquar.idem in capit.innotuit.de electio.
nec in casu nostro hęsitandum existimo.Secundo infero ad in-
tellectum tex.in §.reliqui.in authen.quibus modis na.effi. sui.
vbi dicit imperator, quod semel eos efficientes legitimos , da-
mus eis habere etiam successiones illas, quas habent hi,qui ab
initio legitimi sunt. Domi.Iaso.ex argumentis.supra relatis in-
telligit,quod habeant decętero.non tamen retrotrahitur effe-
ctus legitimationis . Modern. Bononię repetentes approbant
ponderationes.ex quibus recte sequitur iste intellectus. Ipsi ta
men aliter intelligunt ista verba in quinta illatione , vt hic per
eos.nam intelligunt,quod retrotrahitur , & ideo testamentum
cum duobus testibus factum inter hos liberos reconualescit,vt
dixi in quarta illatione primi membri distinctionis . Constan-
ter igitur teneas retrotrahi,& quod illa æquiparatio valeat,quod
habebunt legitimas successiones,ac si ab initio nati essent legi-
timi & ex legitimo matrimonio.obserues itaque ęquiparatio-
nem prout iacet . Subsequenter Dom.Barto principaliter quę
rit an legitimatus auferat hæreditatem venientibus ab intesta-
to. quam quæstionem distinctione & limitationibus late & or
dinate maxime Modern. aliorum dicta recolligentes prose-
quuntur . Ego in hac materia aliqua principia exponam. qui-
bus præsuppositis ,facile perfectius in quo ius versetur intelli-
268 ges. † Et primo quæro,an legitimati per subsequens matrimo
nium dicantur vere legitimi. & considerabam quod cum hāc
legitimationem adipiscantur a lege,vt in dicto cap.tanta,& in
auth.quibus modis nat.effi. sui.in princip. vere sunt legiti.& a
lege dicuntur,vt in l.legitima.de pac.supra. nec enim in prima
(vt ita dicam) natura vel ætate legitimus a naturali distingue-
batur.licet omnes legitimi,id est,ex matrimonio nascerentur ,
quos postea ciuilis lex legitimos appellauit,vt in §.natura.in au
th.quibus modis nat.effi.sui. Constat itaque,quod legitimum
aliquem esse , est iuris ciuilis . ergo si ius ciuile aliquem legiti-
mum faciat,vere erit legitimus, quia cum sit iuris , non est ne-
cessaria fictio,sed vere facit,& ita docuit Barto.in l.si is qui pro
emptore.in fictione inductiua.in 2.colum.ver.item quæritur.ff.
de vsucap.nec obstat tex. in c. tanta.in verbo, legitimi habeantur.
nam cū lex id facere possit,vere facit,nec fingit. vt in l.fructus .
solut.matrim.& no.in l.si maritus.ff de adul . Bartol. in eadem
rep.in 14. col.in princip.& Abb.in d c.tanta.3.notabili. At pro
sententia ipsorum inuenies casum in auth.quibus modis natu.
effi.sui.§.si quis igitur. versi.palam. vbi cum imperator dixerit, quod
legitimi ante matrimonium nati habent ius legitimum,prout
ipsi qui post matrimonij initium nascuntur , subiungit ratio-
nes,quia primi occasionem dederunt secundis habendi ius le-
gitimum.nā ex priorū amore parentes moti sunt ad matrimo
nij coniunctionē & quia etiam iuniores filij ex matrimonio na-
ti ex lege facti sunt sui & legitimi.ita tex.cū igitur ex lege vterq; ha
269 beat ius legitimū.vterq; erit legitimus.† Itē non solū legit.sunt
vere,qui per subsequēs matrimoniū habēt ius legitimū , sed et
vere erunt legitimi,qui per rescriptū principis legitimū ius ac-
quisiuerint.nā habent vere ius legitimū.ergo vere erunt legit.
vt §.item Bar. sua concludit in illo casu, prout in legitimo per
subsequēs matrimoniū.lex.n.introduxit modū legitimādi per
rescriptū.igitur eos esse legitimos negare nō possumus,nec in
hoc est necessaria fictio. Quod ipsius euidenter probat in d.au
th.quibus mod.na.effic.le.§.licet.& idem expresse in auth.qui-
bus modis na.effic.sui.§.tribus. vbi tex. eos appellat legitimos.
qui legitimum ius habēt,& ex hoc efficiuntur legitimi.quorū
primus est per consequens matrimonium.& in §.sequen. enu
merat legitimos per rescriptum principis. & demum in codē .
§.tribus.ver.reliqui.alias in §.reliqui.relatis omnibus his , quos
legitimos isto modo fieri ordinauit , ita subdit . Reliqui igi-
tur sunt modi,qui a nobis inuenti sunt, quos percurrentes le-
gitimum ius præbentes , qui erant penitus naturales , circa quo-
rum successionem non laborabimus. Semel enim eos efficiē-
tes legitimos,damus habere eos etiam successiones illas, quas
habent hi , qui ab initio legitimi sunt . Hucusque imperator,
ecce

ecce q vere sunt legitimi, & habent eas successiones, quas ha-
bent hi, qui ab initio sunt legitimi, quia vtriq; legitimũ ius ha-
bent eas successiones, quas habent hi, qui ab initio sunt legiti-
mi, quia vtriq; legitimũ ius habent, ideo nota, q ēt illi, qui sunt
a legitimo matrimonio nati, ideo dicunt̄ legitimi, quia legiti-
mũ ius hñt, vt probat̄ in §. si quis igit. s. alle. ergo in iure legiti-
mo cũ non differant illi ab istis, ita erunt illi legitimi, prout isti,
quod prædictus. §. licet. & §. illud. latissime probat in verbo, ni-
hil a legitimis filiis differentes, & sepius fere in oĩbus paragra-
phis illorum auth. probat̄. & hoc tenuit ēt Bal. in l. 1. C. de na.
libe. & est de mente Abb. in d. c. tanta. Sed contra superiora
270 arguitur quia legitimationem † ego dixi natura sua retrotrahi.
est enim quæ iam restitutio, quæ fit naturæ. nam dum loqui-
mur de legitimatione, dicimus legitimum restitui naturæ, qua
oẽs legitimi nascebantur. vt in d. §. illud. & in d. l. fi. de na. restit.
vnde si filius. 25. annorum nunc fit legitimus, & retro censetur
legitimus natus. certum est quod isto medio tẽpore legitimus
fingitur. Item per legitimationem dicimus eum censeri legi-
me natum. itaque est quedã restitutio legitimationis, quæ nõ
erat hucusque in ipso. vnde verum est quod fingimus. & for-
san hac causa dicebat glo. in c. innotuit. de elec. in glo. coniuga
ta. in fi. quod legitimatus habebatur tanquã legitimus. & hoc
idem in l. imperialis. de nupt. C. in verbo, quasi nunquã seruis-
sent, sed ingenui nati essent. & in §. præsenti. ibi, quasi nulla præ
cedente inhonesta vi, & ibi, quasi suis natalibus his mulieri-
bus redditis. Hinc dicebat Bald. in l. eam quã. in antepe. colu. in
ver. sed pone quod sit expresse. quod de proprietate vocabuli
non cõprehenditur legitimata appellatione legitime. allegat.
c. naturales. si de feu. fue. controuer. in vsibus feudorum. item
hoc probatur, quia si vere essent legitimi, quippe quo ad oẽs
ascẽdentes & collaterales haberent ius legitimũ sed non hñt
nisi quo ad successionem paternam, vt in auth. qui. mo. na. effi.
sui. §. filium. igitur non sunt vere legitimi. & ita dicebatur in d.
§. filium quod velut ex quadam machinatione fit cognatus,
quæ verba satis sonant impropriationem & fictionem. Ad re-
solutionem ego distinguendum cogitabã, Aut enim conside-
ramus legitimationem, dum se ad tempus natiuitatis confert,
& cum retrotrahatur, necessario dicendũ est ante legitimatio-
nem fingi legitime natũ. & subtiliter aduerte, quod ista fictio
est in iure & in facto. nam in facto verum est natura non esse
legitime natum, nec etiam iure. Sed legitimatio pertinens, quæ
est iuris, retrotrahitur ad tempus preteritum, in quo verum est,
non fuisse legitimum. & in hoc ipso fingitur. ita declara dictũ
Bart. in d. l. si is qui pro emptore. in. 12. col. in dicto vers. Item
queritur. & dictum Abb. in c. tanta. 3. notabi. nam inquantum
legitimatio trahitur retro illo medio tempore fingitur legiti-
mus, qui vere non fuit legitimus. & tunc intelliges verba in d.
c. tanta. quod qui antea sunt geniti, post contractum matrimo
niũ legitimi habentur. nã dũ geniti censentur ex matrimonio,
habentur pro legitime natis, & vere sunt legitimi. & hac causa
illud verbum significat fictionem. Sed dum per matrimoniũ
efficiantur legitimi, nulla est fictio. quia lex legitimos efficere
potest. Ex his intelliges mistena illius verbi, habeantur. & eo-
dem modo intellige quãmodidem sentit tex. in l. c. ... in pro-
... Dnus. se ritu nuptiali statum eorum confirmamus,
perinde ac si legitime concepti fuissent. Dum igitur ad conce-
ptionem trahimus legitimationẽ, necesse est fateri, legitima-
tum fingi, & non esse vere legitimum, dum nascitur. Eodem
modo intellige l. imperialis. de nup. in verbo, quasi nunquam
seruissent, sed ingenui nati essent. & ibi, quasi nulla præceden-
te inhonesta vita, nam cum vere fuissent serui, & vere præces-
serit inhonesta vita, in hoc fingitur. & ita tenet ibi Bal. Attende
tamen quòd illa verba quæ sequuntur ibi, quasi suis natalibus
mulieribus redditis, veritatem significant, quia fit restitutio de
præsenti. si tamen dicamus eas medio tempore restitutas, tũc
significant fictionem. Eodem modo intellige illa verba, quæ
sibi pugnare videntur in §. filium. in auth. quib. mo. na. effi. sui.
§. filium. ibi, patri sunt legitimi, & cognati esse credentur. Nã
vere sunt legitimi fingit tamen eos cognatos, id est ab initio le
gitima consanguinitate natos. Hanc distinctionem confirmo
ex authoritate Bald. in l. cum acutissimi. in 1. col. in fi. C. de fi-
dei. ver. quero nunquid naturales, vbi dicit, q legitimatus est in
vero statu legitimorum, licet non sit in vero principio legiti-
mationis. Idem est ex sententia Io. And. in addi. ad Spec. in tit.
de succes. ab intest. in fi. vbi dicebat, quòd in legitimato cõcur-
rit vinculum naturale & ciuile, sed origine tantum naturale,
quod intellige vere, nam etiam ciuile concurrit origine secun
dum fictionem, cum fingatur legitimatus, & huic rationi vide
tur assentire Pau. de Cast. in d. l. cũ acutissimi, quamuis in alio
271 peccet vt infra ostendo. † Ex his primo infero, quòd non recte
loquitur Bald. in d. l. eam quam. quòd legitimatus non sit vere
legitimus & proprie, nam si ex eo dicitur legitimus quia legiti
mum ius habet, vt in d. §. tribus. & in §. si quis igitur. ergo cum
isti habeãt ius legitimum, dicendũ est proprie legitimos, quod

ab ipsa rei vel verbi significatione constat. vt inf. de test. & in d.
l. legitima. s. de pact. & est contra determinationem Bar. in d. l.
si quis pro emptore, nec ob. c. naturales, de quo infra. Secũdo
infero, q non recte no. Iac. Butr. in proœ. C. q Imperator legi-
timando aliquẽ non facit eum vere legitimum, sed dat ei iura
legitimi, nam vere est ipse legitimus, vt sup. & fateor, q purgat
omnia vitia præcedentia, vt no. glo. in c. qualis. 30. q. 5. vbi dice-
bat, q qui ex virgine suscepit filium, si deinde matrimonium
cum eadem iam a se corrupta contraxerit, non est bigamus, &
promoueri potest, quia matrimonium purgat omnia vitia præ
cedentia, vt in d. c. tãta. & secundum hoc fingitur cum virgine
ab initio contraxisse. vnde secundum hanc consideratione ad
sacros ordines poterit promoueri. Facit gl. in c. innotuit. & ver
ba. l. imperialis. in §. præsenti. s. alleg. in verbo, quasi nulla præ-
cesserit inhonesta vita. in qua re vt sup. dixi dicendum est habe-
re locum fictionem, sed negari nõ potest, vere fieri legitimos.
272 † Tertio infero, q in statuto, in quo fit mentio de legitimis nõ
potest negari comprehendi legitimos istis modis, & ita tenet
Bal. in d. l. cum acutissimi. in 1. col. ver. quæro nunquid. & est ex
sententia Bart. in d. l. si quis pro emptore, nec placet sententia
Paul. de Cast. in d. l. cum acutissimi. & Romani in l. si quis pro
emptore, q in statuto non comprehendantur, quia verba sta-
tuti debent intelligi in significatione conuenienti naturaliter,
non accidentaliter, vt in l. fi. C. de his qui ve. æta. impe. Atten-
tius tu considera, q aut nos dubitamus, an sit filius, & naturalis
ita est filius, prout legitimus, dumtamen probetur eius esse, cu
ius dicitur, vt in l. hac parte. & in l. si spurius, vnde cogna. inf. &
273 in §. vulgo. instit. de cogna. succes. † Aut dubitamus, an sit legi-
timus, & certe legitimus a legibus ciuilibus dicit̄, vt in d. §. na-
tura. & in auth. quib. mod. na. effi. sui. & in §. liceat. in auth. qui.
mo. na. effi. leg. Nam aliquem esse legitimũ est iuris ciuilis, non
ab ipsa natura, vt etiam fatetur Bar. in d. l. si is qui pro emptore.
vbi sup. Vnde non assentio considerationi ipsius Pauli, q de fi-
lio legitimo naturaliter debet intelligi. Nam legitimus dicitur
a legibus, & secundum introductiones legum vere fit legiti-
mus, vt dicebat Barto. & ego superius exposui, & idem Paulus
sibi parum constans in l. sed si hac lege. §. patronum autem. de
in ius vocan. s. tenet statuto comprehendi, vt clare colliges ex
intentione sua. Ex his non placent verba Bar. quæ tantum a ma
nibus credo ceciderunt in l. fi. de ver. sign. C. spurium quẽ ipse
appellat bastardum ita esse filium, sicut legitimũ, quia iure na-
turali omnes sunt legitimi, vt in d. §. licet. ita ipse, certe verum
est, æque vtrunque esse filium, falsum tamen, q spurius sit legi
mus iure naturæ, quamuis verum sit omnes illo iure natos le-
gitimos, quia omnes ex matrimonio nascebantur, lapsus tamẽ
castitatis & libido inuenit spurios, quos legibus a legitimis di-
stinguimus, vt in d. §. natura. & in §. illud. eo. tit. idem etiam er-
ror in proposito nostro rursus legitur in Bar. in l. 2. de accu. & p
Alex. cõs. 102. col. 2. vers. Pro hac opinione, & cons. 229. col. &
ver. Et ideo non procedit. 2. vol. & id sæpe scripsit in cons. Sed
hæc latius & altius exarabo in l. manumissiones. de iusti. & iur.
274 † Quarto non placet, nec sapit mihi quædam exquisita distin-
ctio, quã tradidit Benedictus de plumbi. in disputatione incip.
Statuto Pisano, in primo dubio. Aut quærimus, an sit legiti-
mus ordinaria legitimatione in specie quæ procedit ex matri-
monio, & dicendum est non esse legitimũ, ita intelligitur tex.
in §. filium. in vers. Quasi machinatione. cũ si. s. alle. Aut quæ-
rimus de alia legitimatione in genere, & tunc si est illegitimus
impedimento quod potest tolli de iure ciuili, dicendum est ve
re fieri legitimum, & ita procedit dictum Bart. in l. si is qui pro
emptore, & hanc eandem deter. sequitur D. Alex. 2. vol. consi
liorum. cons. 229. 4. & 5. col. vbi late loquitur in ista materia. &
ista distinctio sumitur etiam ex Bald. l. 2. C. de iure au. anu. Sed
aut D. Benedictus intelligit generalem legitimationem in ab-
stracto, & genus nihil est nisi intellectu, inuenias mihi rogo ho
minem in genere, & hoc ipsum profitentur philosophi, vt Ari-
stoteles in prioribus. Aut intelligit legitimationem in genere,
quæ sit alia ab ea, quæ prouenit ex matrimonio, & tunc intelli-
git hanc esse aliam speciem legitimationis, & credo non recte
intelligat, nam aut loquimur in legitimo per subsequens ma-
trimoniũ, & certe legitimus est ille quasi ab illo matrimonio
genitus, est enim vere legitimus, quamuis vere nõ sit post ma-
trimonium genitus. Sed ab eodem matrimonio genitus cense
tur, & legitimatio retroducitur, vt in c. tanta, & ibi Abbas & re
liqui. & no. in d. c. qualis. 30. q. 5. constat igitur, quod ista legiti-
matio in iure nostro non est ex alia specie a matrimonio. Aut
loquimur in legitimatione per rescriptum, & tunc restituitur
naturæ, in qua omnes licite ex matrimonio nascebantur, vt in
d. §. natura. & in §. illud. eo. tit. & in §. liceat. & alias in §. si quis
vero. in fi. & in §. si igitur, in auth. quib. mo. na. effi. leg. Censetur
igitur natus ex matrimonio, quia antiquitus in primo naturæ
quo sine solemnitate & sine dotalibus instrumẽtis vir habebat
vxorem, & vxor virum, & filij nascebantur legitimi, nam verũ
erat inter eos matrimonium, vt in c. debitum. de big. & in c. 1.

de voto

de voto & voti redem. vbi legitur prothoplastum, id est primū omnium parentem dixisse formata creataque Eua, hoc est os de ossibus meis,& caro de carne mea,& propter hoc homo relinquet patrem & matrem,& adhærebit vxori suę. Geñ.cap.2. Cum igitur in illa prima ætate ex matrimonio sine solemnitate aliqua,sed cuique proprio consensu contracto omnes nascerentur,vt d.§.liceat. filius hodie ex soluto & soluta genitus illi naturæ restituitur.i.censetur eodem modo ex matrimonio genitus,quo illi nascebantur,& ita intelliges.§ licet. & §.si igitur cum si. At cum in matrimonio censeantur geniti, vt in prima ætate, in qua ex simplici & non solēni matrimonio omnes legitimi nascebantur, dicendum est nō esse hanc aliam speciem legitimationis a matrimonio,nam matrimonia legibus sunt legitima,vt in §.licet.Sed in nostro casu leges cōsiderant ex matrimonio genitum,& ideo legitimum. igitur s̄m eas non est le
275 gitimus alia specie, quàm ex matrimonio. † Quinto infero ad ea,quæ notat Bald.in d.l.eam quam.10.colu. in versic. Quæro vtrum legitimatio, vbi quærit, num legitimatio sit fictio vel veritas,vı̄ ꝙ sit veritas,quia in naturę substantia fundatur,quę nō mentitur, imò in contrarium ꝙ sit fictio, quia retro fingitur. Respondet dici posse, ꝙ naturaliter loquendo est veritas formaliter,si ciuiliter loquamur,est fictio. Tu notabis, ꝙ Bald. loquitur in legitimatione,quæ superuenit filijs, qui non sunt legitimi,& si rectius aduertas,legitimatio non se fundat in naturæ substantia,i.ꝙ naturalis naturaliter sit legitimus. hoc.n.falsum est,quia quamuis in primo statu naturæ oēs ex matrimonio nascerentur,legitimatio tñ non est inuenta de iure naturę, sed leges scriptę ex matrimonio natos legitimos postea appellarunt,vt in d.§.licet.& in §.natura.& Barto.in d.l.si is qui pro emptore.sed si dicas, filium naturalem naturaliter filium esse, & cum talis filius legitimatur,legitimationem in naturę subiecto fundari; Certe isto sensu vere loqueret̄ Bal.Sed alia est eius sententia,quia dicit,ꝙ ciuiliter est fictio, nam ciuiliter filius naturalis non negatur filius, nec fingitur non esse filium, nec dū legitimatur,fingitur esse filium,intelligit ergo eandem legitimationem esse veritatem formaliter ipsa natura.i.filium naturalem esse legitimum naturaliter,& cum sit vere legitimus naturaliter,nihil quo ad materiam fingi.vñ vere concluditur esse veritatē naturaliter. Sed cōclusio Bal.est falsa,quia filius naturalis non est legitimus,quāuis oēs illi,qui in prima ætate fuerūt nāles,legitimi fuissent,quia illi nascebant̄ ex matrimonio, illi vero extra matrimoniū,vt in d.§.licet.& in §.natura.Item cum subiungit,ꝙ est fictio ciuiliter,imò verius erit veritas ciuiliter, nā vere est legitimus,vt s̄.dixi.& dicebat Bar.ꝙ in his quæ sunt iuris,non est necesse fingere,vt in ratione.§.pactus.l.iurisgentium.de pac.verius igitur dici pōt,quod legitimatio est veritas secundum ius ciuile, & fictio quo ad ius naturale. nā si natura ipsa est inuentum matrimoniū,vt in d.c.debitum.de big.& in d.c.1.de voto.lib.6.& in l.1.§.ius naturale de iusti.& in certe qui non est ex matrimonio genitus, secundum leges naturæ non est genitus. cum tamen ius ciuile habeat eum legitimum,ac si ex matrimonio esset genitus, dicimus ius fingere ad veritatē naturæ,licet non fingat in hoc, quod sit filius,nec in hoc quod faciat legitimum, quod vere facit. fatendum tamen est, quod fingat in hoc,quod hēt retro legit.mū. vñ nec teneo, quod dicebat Sal.in l.etiam.C.de app.differre legitimatum a legitimo vt imago a re ipsa differt.si enim legitimatio est iuris, & iure
276 legitimatur,vere est legitimus,vt.sup.† Sexto inquit Bal.legitimationem esse restitutionē in integrum. At tu cōsidera quod in integrum restitutio est in pristinum statū repositio. vt in l. quod si minor.§. restitutio.de mino.& in l.1.de sen.pass. vnde qui restituitur amissum ius recuperat. Tu dicas, quod non restituitur ad ius legitimi, quod habuit ab ipsa natura. quia non est verum cum legitime natū. nec etiam legibus ciuilibus fuit legitime natus,cum non fuisset ex matrimonio. igitur ad legitimationem quā nunquam habuit restitui non potest. sed restituitur iuri naturæ, quod in primo statu genus hūanū exercebat.in quo naturales erant legitimi. quia oēs legitimi nascebā tur, vt exposui in quarta superiori illatione. & idem est in natalium restitutione.vt docet subtiliter iureconsultus in l.2. de nata.resti.& no.in l.manumissiones.de iusti. & iu. Nam non restituitur seruus libertati, quam nunquā habuit, sed natalibus restituit,in quibus initio oēs hoīes fuerūt liberi nati.vt in d.auth. quib.mo.na.effi.le.§.licet. & in d.§. natura.& ita ītellige verba Bar.in l.2.in 2.col.de vulg.& pu.ver.Itē quęro. Deceptio vt credo Baldi extitit in eo, ꝙ credidit filiū naturalē fore legitimū natura ipsa & ēt decipitur do. Alex.cōs. 239. col. 8. ver.& iō non ꝓcedit.2.vol.& Bar.ipē vt. s̄. tu cogita. quia certe iuris mētē vi
277 deor expressisse. † Septimo infero ad dubitationē,num legitimati p rescriptū principis succedāt in feudo,& determinat̄ nō succedere. vt in §. naturales. si de feudo fuerit cōtro. inter do. & agnatos. in vsibus feudorū. Sed Iaco. de bel. ibidem quęrit an legitimus p subsequēs m̄rimonium succedat, & firmat succedere.idē tenet Host.l.c.lator. q filij sint legitimi.& do. Abb. in c.innotuit.su p gl. de elec. & idē Abbas in c.tāta.ad fi.1. col. vbi hāc dicit esse coem sententiā,q̄ ex tribus fundamētis ꝯstat Primo, qa q̄uis ille tex. in §. disponat non succedere legitimatos, loquit̄ tñ de legitimatis p rescriptū. q̄ legitimatio est odiosa tanquā dispensatio.vt in c.quod dilecto. de cōsan.& affi. Sed m̄rimonium vt fauorabile purgat oīa præcedentia. Secundo, quia si rescriptum principis potest naturalē legitimare ad feudum,dū expresse id caueatur, vt notat gl.in d.§.naturales, quāto magis potest legitimari matrimonio, quod quidē, trahitur retro, & hr̄, ac si ab initio legitime nasceretur. Tertio facit gl. in c.innotuit. de elec. nam episcopus nō potest eligi nisi legitimus. vt in c.cum in cūctis. eo.tit. tamē legitimus per subsequēs matrimoniū eligi poterit. Sic in proposito nostro Bald.tamen in §.naturales.distinguebat, aut feudum.concedit̄ pro posteris legitime descendētibus, & tunc nō succedit legitimus per subsequens matrimoniū,quia nō est legitime descendens.aut pro legitimis posteris,& succedit. Sed dño Abbati non placet differentia.quia legitimatio retrotrahitur qua consideratione hr̄ legitime natus. Quippe hæc fundamenta parū sibi constat.& dū in primo fundamento dicunt,quod legitimatio est odiosa,certe non recte dicunt.nō enim est odiosa nec habet causam odibilē.vt in d.§. licet.& latius ostendā in calce huius cōclusionis.
278 † Item dum dicunt, quod m̄rimoniū vt fauorabile purgat oīa precedentia,peccant primū, quia sentiunt,quod legitimatio p rescriptum nō purget oīa præcedentia.nā eodē modo purgat. vt in d. l. fi. de natalibus resti. ibi, perinde habetur,ac si medio tempore maculam seruitutis non sustinuisset. restitutio igitur nataliū vel legitimatio purgat vitia præcedentia. Facit.l. qui in prouincia.in fina. verbis de ritu nup ibi, cōfirmamus statū liberorū vestrorum perinde, ac si legitime concepti fuissent. Item hoc ipsum probatur in l.imperialis.C.de nuptijs.ibi,ita degere quasi nunquā seruissent,sed ingenui nati essent. & in § præsenti.eiusdem legis. ibi, quasi nulla præcedēte in honesta vita vxores eas duxerint.vnde not. Bald.in ea.l. imperialis.in prin.quod spurius restitutus.i.legitimatus per imperatorem nō debet vocari spurius.idem no. Sal. In hoc igitur non placet Abbatis sensui assentire. Item nec recte sentit, quod matrimoniū vt fauorabile adeo purget vitia præcedētia, vt legitimus p subsequēs matrimonium succedat in feudo. nam hic fauor purgationis inest etiā legitimato per rescriptū,vt superius ostendo. Sed nō succedit in feudo vt in d. §. naturales. Igitur in hoc fauore ius non versatur. Quinimo credo, ꝙ nec ex odio excluditur filius per rescriptum legitimus, nec ex fauore admittetur legitimatus per subsequēs matrimoniū. quia legitimatio per rescriptū potius est fauorabilis, quā odiosa.attamen non efficit, vt filius per rescriptum legitimatus succedere possit. Rursus nec concludit secundum argumentum, quod legitimatio per subsequens matrimoniū trahitur retro. nam etiam legitimatio per rescriptū trahitur retro.vt in l.fi.de nata.resti.Bar.in l.2. de vulga.& pu.in 2.q. & supr.late.Sed legitimatus per rescriptum excluditur, ergo argumentum non concludit, est vera sententia Abbatis & reliquorum, qui sentiunt legitimationē per rescri-
279 ptum non retrotrahi, vt superius late disserui. † Nec concludit tertium argumentū glosę in c.innotuit. cuius si vera ratio est, quæ pro singulari commendatur ibi. & in c.tanta.quod cū matrimonium purget omnia vitia præcedentia,per eum efficitur quis adeo perfecte legitimus, vt possit promoueri ad ep̄atum, sequitur & legitimatū per rescriptum Pontificis promoueri posse.quia talis legitimatio purgat oēm maculā præcedentem vt in d.l.imperialis. nam cū tale rescriptum tollat illam differētiam naturalis & legitimi vitio humani generis a legibus inuētam,& reponat eum vt natum in primo naturæ statu, dicendū est,nihil obstare.vt in auth.quib.mo.na.effi.leg. ibi, tantum naturæ imperiū corrigentes. & idem in . illud.sup.sępius allegato vbi idem refertur, siue igitur imperator in temporalibus, siue summus Pontifex in sp̄ualibus præcedentia vitia abluat.dicendum esset legitimationē in foro suo validam etiā quo ad ep̄atum. Hæc ex sensu glosę loquor, nec me in hac conclusione authorem præbeo. altius enim esset deferendum. † Sat est
280 in proposito nr̄o argumentū non concludere de promotione ad successionē feudorū.qa promoueri pōt quasi vitijs fornicationis purgatis, vt tenet ibi gl. nō tñ ex hoc sequit̄ in feudo succedere posse.qa legitimatus,qui vitijs fornicationis est purgatus,succedere nō pōt.vt in d. §. naturales. Nec hic discutio, an fornicatio iure ciuili sit vitiū. sat erit,vera iustitia & iure naturę īprobatū.vt veri & ęterni Dei p̄cepta testant̄.& cōstat ex.§.ius naturę.l.1.de iusti.& iu.qa si m̄rimoniū est iuris naturæ, necessariū est fornicationē eodē iure esse ꝓhibitā.& q̄uis Bart. & gl. aliter teneāt, ego ibi hoc oculis tuis patēter subiiciā, ac plures iurisconsultorū sentētias explicabo quę hucusq; obuolute iacēt
281 † Vltimo dū ait ipse Abbas, quod legitimatio per rescriptū est odiosa, & dispēsatio, & legitimatio per subsequēs m̄rimoniū est fauorabilis. Profecto eius sententię possum assentire. quia eodē modo nō vt odiosę.sed vt fauorabiles sint ul cōmendant hæ ambę

hæ ambę legitimationes. probatur late in auth. quib. mod. na.
effi. leg. §. si quis vero, & in §. licet. ibi, oportet medelam legiti-
mationis inuenire. & in §. sit igitur. in verbo, exinde filios frui
tali legitimationis solatio. & ibi, huiusmodi naturæ excessibus
medemur tali solatio &c. Idem in §. illud, in auth. quib. mo. na.
effi. sui. & in princ. eiusdem auth. vbi imperator, nos enim ha-
buimus studium ex naturalibus ad legitimos eleuare. Si igitur
hoc ipsum studio prosequitur, certe nõ censet odiosum, quod
satis clare subiungit, esse inueniendum vndique quod melius
est, quasi habeat has legitimationum vias inuenisse fuisse stu-
diosum & optimũ. Cum igitur ex intẽtione & verbis legis cõ-
prehendatur, an id sit odiosum, vel prosequatur fauore, vt in l.
qui exceptionem. de condi. inde. sup. in l. 1. ad Macedo. satis di-
lucide profecto in illis auth. colligitur, id vt fauorabile a legisla
tore profectum. At sententia Abbatis, quod legitimatio sit
dispensatio, & odiosa, probatur in c. per venerabilem. vbi appel
latur dispensatio. ergo odiosa. vt in ca. quod dilecto. de consan.
282 & affi. & probatur, † quia dispensatio est quædam rigoris iuris
relaxatio misericors canonice facta vt diffiniuit Hosti. in sum-
ma. e. tit. Vel est subductio casus dispõne legis ex iusta causa vt
tenet S. Tho. secunda quæst. 8. ar. 9. secunda secundæ. quæstio.
99. ar. 4. & vide 1. q. 7. c. requiris. Item hoc ipsum suadent verba
in auth. qui. mo. na. effi. sui. in §. illud, in fi. ibi, tantum naturę im
petum corrigentes, & in auth. qui. mo. na. effi. leg. in §. licet. vbi
idem refert. Si igit natura ipsa corrigitur legitimatione, certũ
est ipsam non formari ex regulis iuris, quia leges sequunt natu
ram, & secundum eam legitimum quemlibet habuerũt, vt in
prin. qui. mo na. effi. sui. Hinc dicebat Bal. in l. 2. C. de iure aur.
anu. φ qui producit instrũm legitimationis, ex hoc probat se ille
gitime natum. quia oĩs dispensatio præsupponit veritatẽ in cõ-
trariũ. & idem cõfirmat Pau. de Ca. in l. decem. 2. col. ad fi. de ver.
ob. φ intellige quo ad veritatem, non tñ quo ad iuris effectum,
quia censet ab initio legitime genitus. vt sup. & hic adde Bal. &
283 d. Pau. † Sed tñ leo ad superiora, φ ea rõne qua filius naturalis
non erat legitimus legibus ciuilibus, & legislator vel princeps
facit eũ legitimum, põt dici quandã esse dispensationem. i. sub-
ductionem a regulis iuris ciuilis, & isto modo põt appellari di-
spensatio. Aut consideramus rationem restõnis natalium, & φ
filius naturalis ad numerum, & regulas naturales legitimorũ
redigitur, & non est dispẽsatio, nec est subductio a lege, sed po
tius est ad ius antiquum restituere, vnde dr̃ natalibus & naturę
restõ. vt in d. §. natura. & in §. illud. & in l. 2. de na. resti. Hoc igi-
tur consideratur a lege, vnde causam lex censet fauorabilem.
vt in d. §. licet. & §. illud. Nec obstat illud verbum, tantum natu
ræ impetum corrigentes, nam non debes intelligere aliquid iu
ris naturæ in hoc ipso corrigi. Sed digressiones & vitia quæ ex
sensualitate naturali processerunt, corriguntur, cum enim iure
naturę omnes legitimi nascerentur, nulla fit huius iuris corre-
ctio. immo ex legitimationis inuẽtione reducimur ad illud ius
naturæ, ex quo iure impetu fomitis naturalis cecidimus, & ei
commodi casus & iactura corrigitur inuentione, & studio ip-
sius imperatoris. vt in §. illud & in §. licet. Nec ob. tex in c. per
venerabilem. vbi dispẽtatio vr̃ appellari ipsa legitimatio. Nam
illũ tex. intelligas modo sup. dicto. vel distingue pulchre, aut. n.
legitimatur aliquis simpliciter. & tunc ista est quædam naturæ
restõ, de qua loquunt illi tituli authenticorum, & idem in nata
lium restõne. vt in l. 1. & 2. & per totum. de nat. resti. Ista igitur
restõ non habet illam causam amaram dispensationis, ex qua
restringit, quasi ios vulneret vt rumpat, vt in c. ipsa pietas 33. q.
4. circa finẽ. ibi, cum enim præcisus ramus &c. dispensatio igit
habetur quasi ruptura quædã legis, quę non consideratur in sim
plici legitimatione vel natalium restõne. Sed qñ dispensat cũ
inhabili ad habilitatem alicuius ordinis vel dignitatis, tunc cõ-
siderat eam esse dispensationẽ, & odiosam hẽt causam. Finge
φ ego sum legitimus ex indulgentia Põtificis & principis secu
laris, certe promoueri possum, nec cõsiderat aliq̃ dispensatio in isto
casu quia ista habilitas venit accessoria ex legitimatione, vt in
§. tribus. in auth. quib. mo na. effi. sui. vbi, semel eum efficiẽtes
legitimos, damus habere ẽt successiones illas, quas hñt hi, qui
legitimi ab initio fuerũt. idẽ in §. qñ. eo. tit. cũ si. Qñ vero me-
cũ, qui sum legitimus, dispẽtaretur, vt promoueri possim ad or
dines, vel eligi in epm, tũc recte dr̃ dispẽsatio, quia dispẽsatur cõ
regulã c. cũ in cũctis. in vers. Præterea. de elec. ideo stricte est in-
terpretanda, & odiosam hẽt causam. ita ẽt põt intelligi c. per ve
nerabilẽ, & c. innotuit. de elec. nã in c. per venerabilẽ. decorẽ le
gitimationis petebat ille nobilis vir, ex qua accessorie sequeba-
tur effectus habilitatis ad ipsas dignitates. deinde cũ summus
Pontifex de eadẽ habilitate de per se loquitur, appellat eã dispẽ
sationẽ. vtpote cũ dispẽsatur vt possit eligi in epm, q alias eligi
non põt. Hęc distinctio probatur authoritate glossę in c. 1. de fi-
liis presbyt. lib. 6. vbi qñ dispensatur cũ illegitimo ad vnũ ordi-
nẽ, non censetur dispensatũ ad aliũ. & hoc est verum in dispen-
satione. Secus est in natalium restõne, quam appellat legitima
tionem. vt in l. fi. de na. restit. tũc. n. vlterius nõ requiritur dispẽ-
satio. eandem distinctionem cõprobat do. Abb. in c. per vene-
rabilẽ. super gl. 2. & ita dicebat Pau. de Ca. in l. sed & si hac. §. pa
tronũ aũt. de in ius vocã. φ legitimatus simpliciter nõ põt esse
legitimatus ad aliqua & non ad alia. nam esset mõstrum vt par
tim esset illegitimus & partim illegitimus vt notatur in capit.
cum inhibitio. de clã. despon. in glos. fi. Sed quando ad aliqua
particularia dispẽsatur, tunc ad alia non trahitur dispensatio. ita
tenet etiam Ant. in cap. tanta. & in cap. per venerabilem in vlti.
284 q. quorum authoritate hanc distinctionem teneas. † Sed atten-
dendũ vr̃, φ q̃uis legitimatio sit odiosa, tñ necessitate & vi ver-
borum cõprehẽdatur legitimatus appellatione legitimorũ. nã
ẽt in materia odiosa appellatione legitimorũ venit qui ab ini-
tio erat illegitimus. si tñ legitimetur. vt in c. innotuit. in gl. pu-
gata. de elec. li. 6. q̃ ibi commendat do. Abb. ergo odiũ efficere
non põt φ non comprehendatur. qđ probatur rõne, quia vt di
cebat gl. non põt pro parte cẽseri legitimus, & pro parte illegi-
timus, & cum legitimitas sit iuris, & leges efficiãt legitimum,
vera adest rei significatio. quæ significatio eadẽ est in legitima-
tione per matrimonium subsequẽs, quæ est in legitimatione p
rescriptũ, vt patet in illis auth. & superius ego exposui. vñ con-
stat, quod non ex odio expellatur a successione feudorũ qui le
gitimus est per rescriptũ, nec ex fauore admittatur, qui legiti-
mus est per subsequẽs matrimoniũ. itaq; non cõstat concl. Ho
285 sti. & d. Abb. & sequacium. † Quid igitur erit dicẽdum. in pau-
cis sane veritas cõsistit. quare quærenda est rõ ex qua excludũ-
tur legitimati a feudi successione. d. Alex. in consil. 87. 2. vol. 9.
col. in §. Non obst. tex. & alibi in aliis cõsiliis dicebat, φ rõ erat
spãlis, ne præiudiciũ fieret dño feudi. sed rõ ista nõ est conclu-
dẽs. quid si sint alii, qui succederẽt in feudo, q̃uis deessent filii,
certe tunc dño non deuoluitur feudũ maxime auitũ & tex. est
ibi, φ nec solus nec cũ aliis põt legitimus succedere. igit rõ dñi
Alex. non concludit. Considera itaq; φ rõ est, quia legitima-
tio tolleret ius certũ. nam aut est feudũ auorũ, & tunc veniunt
agnati iure feudi. aut est nouũ, & veniunt filii legitimi, si sint,
aut dum non sunt, venit dñs. vt patet in princ. illius text. & per
oẽs consuetudines feudorum. Cum igitur feudi ius sit certum
legitimatio non põt id tollere, vt fatentur hic oẽs doctores in
primo membro distinctionis. de qua superius. At rõ ista in le-
gitimato per subsequens matrimoniũ probatur, quia ipse suc-
cedit ẽt cum filiis legitimis, in quorũ pręiudiciũ naturales legi
mari non possunt. vt in §. sit igitur. in auth. qui. mo. na. effi. leg.
& in §. tribus. in auth. quib. mo. na. effi. sui. igitur in successione
non est facienda dr̃ia illorũ qui per matrimoniũ legitimantur,
quia hi indifferenter succedũt nõ cõsiderato pręiudicio agna-
torũ, & per eandẽ rõnem non deberet considerari præiudiciũ
dñi. Item φ ille tex. non loquatur de legitimis per subsequens
matrimoniũ, probatur, dum dicit, φ nec cum aliis fratribus suc
cedãt. nã cum alias recte succedunt p matrimonium. vt in d. §.
sit igitur. ergo nõ loquitur de his legitimis. facit determinatio
Bal. in l. 1. fi. col. de inof. don. vbi tenet hãc legitimationẽ retro
trahi ẽt in præiudicium donatarii per tex. in c. tãta. idẽ per Sal.
in l. si tota. e. tit. Raph. in l. Titia §. imper. de leg. 2. sed d. Alex. di
cit hoc nõ retrotrahi. cum Io. And. in reg. sine culpa. & d. Ant.
in c. tanta. tñ licet trahatur retro ad pręiudicium tertii vel non
trahatur, hęc opinio satis ęqua vr̃. & q̃uis rõnes superiores ter-
giuersari pñt, in hoc tñ causæ matrimonii fauẽdum cẽserẽ. nã
& si vtraq; legitimatio consideratione legis ciuilis habeat cau
sam fauorabilẽ, huic certe accedit fauor matrimonii, quæ non
est leuis accessio. maxime vt rẽ dubiã pro matrimonio interpre
286 temur. in c. ex literis. de proba. & in c. fi. de re iudi. † At in calce
oĩum Bart. hoc subiicit, φ posset princeps legitimare filium ẽt
post mortẽ patris in pręiudiciũ eorũ, quib. ius est quęsitũ. vt in
l. 2. in fi. de na. resti. Hoc tñ ex cõi opi. ita declara, aut ceteris suc-
cessorib. est ius quęsitũ apprehẽsione, & tunc an possit tollere,
aliqui dubitarũt. tu vero q̃d iuris sentiã, statim colliges, aut nõ
est ius quæsitũ apprehẽsione, sed delatione vel aditione, & cer
tũ est legitimare posse, maxime ex plenitudine ptãtis, vel ex cer
ta sciẽtia, vel cũ clausula, nõ obstãte. ita concluditur ex d. Ant.
in c. per venerabilẽ. in vers. requiritur scđo. idẽ tenet Abba. in c.
cũ olim. de re iud. 5. col. vers. Scđa causa. Bald. in l. 2. de seru. &
aqua. versi. itẽ nota φ si Papa. & idem in l. nã ita diuus. de adop.
& hęc est sñia Mod. oĩum hic. & qm̃ vaga & fere inçstãtia sunt
eorũ fundamenta, ego ea iuste metiar, sed in primis quid iuris
287 sentio ex nostris rationibus colliges. † Primo itaq; id firmum te
nemus, quod successio filiorum est de iure naturali. vt in l. cũ
ratio. de bo. damna. in c. ius naturale. 1. di. dixi in princ. huius re-
petitionis. Hanc tamen successionem intelligas in filiis ex ma-
trimonio genitis. vt in l. 1. §. ius naturale. de iusti. & in. in authẽ.
quib. mod. na. effi. sui. in princ. & in §. natura & in auth. quibus
mo. na. effi. leg. §. licet. Rursus omnium cognatorum succes-
siones sunt de iure naturali. vt in l. 1. & per totum. ff. de gradi-
bus, & in l. 1. §. hæc autem. de bono. pos. vnde cogna. & in § fin.
insti. de leg. agna. tutela. prætor enim ius naturale secutus detu
lit bonorum possessionem, quo fit etiã, vt det eam eis personis
quæ

quæ sunt incognitæ iure ciuili, dũmodo ratio naturalis ex iure
sanguinis eos admittat, vt in l. hac parte inf. vnde cognati, &
videbis hęc dilucide in his quæ dicã in d. §. ius naturale. in not.
288 † Item id etiam teneas, quod successio ex testamento est de
iure naturali vt docet Beatus Gregorius in ca. vltima voluntas
13. q. 2. vltima enim volantas dum iusta sit omnino est obser-
uanda. quo iure non solum ciues Romani, sed Arabes, Afri,
Indi, & cæterę quoq; gentes vtuntur. quod authoritate iuris-
consultorum aperte constat, qui dicũt, milites iure gentium te
stari, vt colligitur ex l. nec enim §. deportati. de testa. mili. & in
l. milites. C. de testam. mili. & in l. si deportati §. miles. de leg. 2.
sed ius gentium est, quo omnes gentes vtuntur. in l. 1. in fi. & in
l. omnes populi. ff. de iu. & iu. ergo testandi libertas est de iure
gentium. ex quo etiam sequitur, q sit de iure naturali. vt in §.
singulorum. insti. de rerum diuisi. §. qđ vero. inst. de iu. na. gẽ-
tium & ciui. Rursus probatur, quia quodcunq; in veteri testa-
mento mortale scribitur, id est naturale. in §. in lege. di. & in c.
sana. 9. di. sed sepissime apud antiquos patres reperiuntur testa
menta, & obseruantur, igitur illa sunt obseruanda iure naturę.
facit c. filius noster. de testamentis, & c. cum esses. eodem tit. ex
his confirmatur sententia Barto. in rubri. de acquir. hæred. vbi
hoc ipsum tenet. & idem Bar. in l. interdum. de cond. inde. Bar.
in l. qui a latronibus. de testam. Rapha. & D. Alexand. in d. ru-
bri. Fulg. & Rom. in l. testamentum. C. de testam. Constat igi-
tur, qđ siue ab intestato siue ex testamento heredes succedant,
289 talis successio est iuris naturalis. † Finge itaq; quod patre mor-
tuo, vel ex testamento vel ab intestato pertineat ad me hæredi
tas, quia filius legitimus, vel quia proximior cognatus, vel quia
hæres institutus, deinde apprehensa hæreditate, vel non appre-
hensa, princeps legitimat filiũ spurium vel naturalem, qui me
ipsum excludat: certe non valet legitimatio. quia quod ad me
iure naturæ pertinet, id a me auferre non potest, dum auferen
di causam non habeat. nam quæ competunt lege naturæ, non
sunt sub eius imperio, vt in Cle. pastoralis. in §. cęterum. de re
290 iu. † & quamuis sit dominus vniuersitatis, vt in l. deprecatio. ad
l. Rhod. de iact. in c. cuncta per mundum. 9. quæstio. 3. hoc est
ad gubernationem omnium, non ad distributionem particula
rium rerum, quarum dominus dicitur quicunque acquirens,
vt per totum. Institu. de acquir. re. do. & ff. eod. titul. ita tenet
gloss. in proœ. ffo rum. in princip. & ibi Iacob. Aretin. & Bartol.
& quod sine causa non possit auferre, fatetur Innoc. in ca. quia
plerique. de immunit. eccle. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de cõ
stit. & ibi Ioann. And. & Abba. Bartol. & Bald. in l. fin. C. si cõ-
tra ius vel vtili. publi. & ibi docto. & idem Bartol. in d. proœm.
in princip. & hæc est communis indubitata sententia, ex qua in
telligitur l. item si verberatum. de rei ven. & l. Lucius. de euic.
ff. & in l. Antiochensium. de priui. cre. Nec recte distinguitur,
an dominium sit quęsitum, vel competat ius certum ad rem,
vt inf. videbis. Secũdo accedit hæc ratio, nam si princeps in prę
iudicium alterius iuris legitimum velit facere ex plenitudine
potestatis, certo plenitudinem potestatis non exercet sine iu-
sta causa, vt in c. innotuit. de elec. & ibi Inn. Ang. in l. bene a Ze-
none. C. de qua. pręs. Bal. in l. 2. versi. modo ergo. de sent. ex bre
ui reci. Alexand. in consi. 2. 3. col. 1. volum. Tertio facit tex. in l.
nec filio. de nata. resti. vbi quamuis solus imperator possit nata-
libus restituere, vt in l. quæris eodem titul. tamen inuito patro-
no vel eius filio libertus natalibus restitui non potest. & illius
legis verba subiicio, nec filio patroni inuito libertus natalibus
restitui potest. quid enim interest, ipsi patrono an filio eius fiat
iniuria. Hæc tex. Ecce quod ille, qui restituere potest, qui solus
est princeps, non potest inuito eo, de cuius iure agitur, libertũ
restituere, quod tertius in vltimis verbis dilucide probat, cum
dicat, quod fieret iniuria. nisi dicere velis, quod imperator iu-
ste faciat iniuriam. ego vero id certum credo, quod nec iuste fa
ciat, nec iuste facere possit. nam si imperium a Deo est datum,
vt in princip. leg. primę. de vete. iu. enu. C. ibi, Deo authore no-
strum gubernante imperium, quod nobis a celesti maiestate
traditum est. & in epistola, inter claras. de summa Trin. & in ex
trauag. Bonifacij Octaui. de maio. & obe. Certe ad iniurias in-
ferendas deest imperium. Hoc ipsum etiam dicebat Bartol. in
l. fi. C. si contra ius vel vti. publi. quod Deus non dedit ei iuris-
dictionem peccandi, nec auferendi alienum indebite. & ideo
non potest auferre ius alterius, & alteri concedere. ita Bartol.
Imperium enim ad iusta imperandum est traditum. nec inde
debent nasci iniurię, nec iniuriarum occasio, vnde iura nascun
tur, vt in l. meminerint. C. vnde vi. in c. qualiter. el 1. de accusa.
Deus enim dedit imperium. qui cum iustissimus sit, dare non
potuit ad iniusta imperandum. Esset enim hoc sibi pugnans.
291 † Quarto facit tex. in authen. quib. mod. natu. efficiun. sui. §. ge-
neraliter. in his verbis, nec imperij nec legislatoris proprium
est redigere filium legitimum inuitũ, vnde necesse est ipse cõ-
sentiant. alias non potest summitti patriæ potestati &c. si igitur
non est imperij, vt ab inuito ius suum auferatur, vel quod legi-
timatio fiat in præiudicium alterius, quomodo patre nolente
filius poterit legitimari, & auferre bona venientibus ex testa-
mento, nam in hoc ipso non habet imperium. Facit text. in
eodem. §. generaliter. vbi dicitur, quod quando filij sunt le-
legitimi omnino non licet legitimare naturales. Sed id dicitur
non licere, quod non est ęquum, vt in capit. magis. de voto. ad
iniqua ergo non habet facultatem, vt supra dicebam. & ideo
omnino non licere, quasi nullo modo liceat. Quinto certum
est ex legitimatione fieri legitimum secundum leges ei ius tri-
buendo, vt in §. tribus. in authent. quibus modis na. effici. sui.
ibi, legitimum ius prębẽtes eis qui erant penitus naturales. Sed
quomodo contra rationem, & ęquitatem iniuria poterit quis
fieri legitimus id est secundum leges succedens. nam contra
ipsas succedit. lex enim debet esse rationabilis, ęqua, iusta, & ho
nesta, non iniuriosa, vt in cap. erit 4. di. & in dicta l. meminerint.
& in l. prima. C. de his qui ven. æta. impet. At quamuis impera-
tor ipse sit supra leges, vt in l. princeps. de leg. in l. digna vox. eo.
tit. C. quod tamen ex legibus non facit, legitimum efficere nõ
potest, quia non legitime facit. nam legitimandi modus est in
ductus ab illis Authenticis. Sed illa non iustum censent legiti-
mare in præiudicium patris vel aliorum legitimorum, vel etiã
legitimandorum, vt in dicto §. generaliter, & in §. sit igitur qui
bus modis nat. effic. legiti. igitur secundum illa non legitima-
tur, nec vt clare demonstrat, secundum alias leges legitimabi-
292 tur. Sexto facit, † quia quando aliqua sunt introducta iure na-
turali vel diuino, non est tutus ipse, cum quo sine vrgenti cau-
sa dispensatur, vt in cap. literas. de restit. spo. vbi quamuis Papa
vel legislator quandoque pręcipiat, ex eius præcepto non sit li-
citum nec fieri potest, quod a lege naturę est prohibitum. vn-
de non obstante tali præcepto, peccat, qui violat ius naturale.
quamuis igitur Papa vel imperator me legitimasset in præiu-
dicium vel filiorum legitimorum, quibus competit hæreditas
patris mortui, vel cognatorum, vel heredem, quibus iure natu
ræ pertinet hæreditas, certe ego non sum securus, quia impera
tor me legitimare non potest. Faciunt notata in capit. non est.
de voto. vbi dicitur, non esse eum securum quo ad Deum, cũ
quo sine causa dispensatur. Idem tenet Innocen. in cap. cum ad
monasterium. de statu mona. vbi tenet, non valere dispensatio
nem, & peccare ipsum cum quo dispensatur. At in responsio-
nibus exprimam, nec contra ius positiuum debere sine causa
293 dispensari. † Septimo considerabam, quod cum disputamus,
an Papa vel imperator legitimare possit, non est disputatio de
potestate naturali & a Deo data. vt in l. prima. de ve. iure enu.
Nam leges habent vim & imperium ab ipsis, nõ ipsi a legibus,
vt in cap. significasti. de elect. supra leges enim sunt, vt in l. prin
ceps. de legibus in l. ex imperfecto. de leg. tertio. cum igitur a
superiori natura habeãt imperium, dubitatio nostra est, an Pa-
pa vel imperator lege naturę & diuina possint legitimare filiũ
qui ex eadem lege diuina non succedit, & auferre hęreditatem
ab his, qui diuino iure, & naturali succedunt, & quippe istam a
natura facultatem ego non negarem, dum adesset iustissima
causa. vt dicebat Innoc. in cap. cum ad monasterium. de statu
reg. Sed dum deest causa. absit, vt Papa vel imperator habeat
iustam facultatem a lege naturę & diuina iniuriam faciendi. Iu
ris enim diuini primum hoc est præceptum, ne cui iniuriam fa
cias, vt in capit. 1. di. 1. hinc enim pendent leges & prophetę, vt
ibi dicitur, & vt inquit Marcus Tull. c. de iusti. libro 1. c. offi. Iu-
stitię primum munus est ne cui quis noceat. At iustitia vniuer-
salis & superior, qua potius imperator constringitur, est perpe-
tua voluntas ius suum cuique tribuens. Item Deus qui est om
nium supremus. medio enim summo Pontifice deinde impe
ratore vel rege oĩa regit. vt in d. extraua. Boni. f. octaui de maio.
& obe. Vnde aut nõ possunt ipsi legitimare sine cã in præiudi-
ciũ eorũ quibus cõpetit hr̃ditas iure naturæ, aut Deus, quod ab
oĩum sentẽtia absit, regit, & dat im perĩũ contra rationẽ. cuius
contrariũ pulchre docetur in c. gloriosus. de reli. & ver. sancto
rũ. li. 6. vbi gloriosus est Deus in sanctis suis. & in maiestate mi
rabilis. cuius ineffabilis prudẽtię altitudo cęlestia pariter ac ter-
rena recti cẽsura disponit & gubernat. Itẽ si iure diuino, qđ est
idẽ, qđ ius naturę. vt in §. in leg. 6. di. & in c. fi. de cõsue. cõpetit
imperiũ, vt in c. si qs. de maio. & obe & patet in libro regũ. qño
poterit alicui auferre ea quę sibi iure naturę ꝯpetũt, rã nõ tene
mur obedire eis, qñ ꝯ naturalia aliquid pręcipiũt, vt in c. imper.
9. di. & in c. quæ ꝯ mores. 8. & si reges sunt, sunt vt se & alios in
virtutib. & iustitia regant. vt in c. duo sunt gña. 22 q. 1. Ex his ha
bemus, q princeps siue sęcularis siue ecclesiasticus non põt le-
gitimare filium naturalem vel spuriũ postq̃ bona competũt fi-
lijs legitimis vel alijs cognatis ab intestato vel ex testõ. Nec ob
stant contrariæ considerationes, quarum præcipua est, quia re-
latio hęreditatis, quę fit post mortẽ testatoris, est de iure ciuili.
Itẽ per agnitionẽ vel aditionem acquiritur dominium iure ci-
nili, vt no. in l. 1. de acqu. rerum do. l. lege obuenire. de ver. si. &
in c. ius Quiritũ. 1. di. iũcta l. nũ hæredes de acq. poss. ñ est ante
apprehẽsionẽ corporeã hereditatis nõ sit acquisitũ ius natura-
le dñij, sed tñ ius ciuile, sequit ipsum principẽ pro libito pos-
se in

se in his quæ sunt de iure ciuili, vt in l. 1. de consti. princ. Tu dili
294 gentius aduertas, ꝙ hoc fundamẽtum peccat in duobus. † Pri-
mum est, ꝙ quamuis iure ciuili deferatur hæreditas, & adeaẽ,
tñ ista eadem delatio est ad imaginem iuris naturæ. Nã prout
iure ciuili defertur hæreditas ei, qui eam habere debet, ita iure
naturæ iam subest rationis dictamen, ex quo dr̃ hæreditatẽ mi
hi cõpetere. ar. tex. in l. cum ratio. de bonis dãna. & probatur in
§. emancipati. insti. de hære. quæ ab intesta. defe. vbi prætor na-
turali æquitate motus defert filijs bonorum possessionẽ, & di-
lucide constat ex l. hac parte. inf. vnde cognati. cuius verba hæc
sunt, hac parte procõsul naturali æquitate motus oĩbus cogna
tis permittit bonorum possessionem, quos sanguinis ratio vo-
cat ad hęreditatem, itaque prout lege ciuili vocantur & deferẽ
hæreditas, eodem modo naturali ratione cõpetit, & vocantur
ad ipsam, vt etiã constat in l. lege. 12. tab. de suis & leg. hære. C.
vbi ſm naturam humano generi prospectum est in deferenda
hæreditate æqualiter masculis & fęminis. Quod rursus exẽplo
tibi demonstro: Finge, ꝙ filia fęmina vel filius emancipatus sit
incognitus a iure ciuili, adeo ꝙ nulli eorum deferẽ hæreditas,
sed deferẽ alijs legitimis hæredibus, a quibus apprehenditur, in
isto quippe casu per filium vel filiam non erat apprehensa hęre
ditas, & tñ vr̃ talem hæreditatẽ ꝯ naturã alijs auferri, & tm̃ alijs
deferri, quia iure naturæ istis etiã competit. Ecce ꝙ ex priuatio
ne hæreditatis dr̃ peccari in iure successionis, quod competit a
ratione naturæ, vnde appellatur maximũ vitiũ, appellantur ac-
cusatores naturæ, qui talia fecerint, & quodcunque tale appel-
letur quid iniquum, vt in l. maximũ vitium. §. alle. Item appel-
lantur naturę offensores, & maximam iniuriam cõmittentes,
vt in d. l. lege. 12. tab. Cõstat itaque, ꝙ ante ius quæsitum ex ap-
prehensione peccatur in iure naturali, quoties aliquis priuatur
ab hęreditate, quæ sibi competit ordine successionis naturalis,
295 vel etiam ex testõ, vtrobique eadem est ratio, vt s. dixi † Secun-
dum in quo peccat eorum arg. est, ꝙ censent principem in his
q̃ sunt iuris ciuilis posse sine causa ad libitũ ꝯ leges disponere.
Profecto hæc sententia exasperat mihi mẽtem, nam vt inquit
idem Bal. in l. 2. C. de ser. & aqua. princeps est animal rationale.
nec leges aut eius imperium efficere potest, ꝙ rationi nõ subij-
ciatur. vnde ipse inferebat, ꝙ cũ leges sint ædię ratione, vt in
c. erit autem. 4. di. princeps obligaẽ a dictamine rationis, quãuis
lege Imperio non obligaẽ, peccat igitur, qui obligationẽ non
seruat, cũ violet leges, ad quas obseruandas rõne teneẽ, facit ꝙ
docet. s. doct. 1. 2. q. 9. art. 5. ad 3. vbi dicit principem subiici legi
296 quam fecit quo ad iudicium Dei. † Accedit, ꝙ ex nostro Isido-
ro dr̃ in c. iustum. 9. dist. iustum esse principem legibus viuere
suis, iniuste igitur sine causa ꝯ leges legitimaret, & cũ iniustũ
sit, nescio quõ id iure possit, iustum. n. a iure & iustitia dr̃, vt in
l. 1. de iust. & iu. & in c. ius. de ver. sign. vbi dr̃ hoc iure posside-
ri, quod iuste, hoc iuste, quod bene &c. cũ igitur non iure imò
iniuria legitimat, vt in d. l. pen. de nata. resti. non põt iuste legiti
mare, nec legitimatus iuste possidet. Facit, quod dicebat Bar. in
l. digna vox. de le. ex tex. ꝙ ęquum erat principem legibus viue
re suis, & leges nõ obseruare quo ad se, & derogare quo ad sub
ditos sine cã iniqui est Imperatoris. Cũ. n. summus Põtifex vel
Imperator pr̃ sit iustitię, in nullo debet ab ea dissentire, ꝙ si dis-
sentiat, indulgendo spalia beneficia inconsiderata rõnis, æqui-
tate, in hoc ipso male facit, & nõ iuste nec iure, vt dr̃ in c. adeo.
§. item Hierony. 25. q. 1. vnde Io. And. & d. Abb. in c. de multa.
297 de præb. tenent † ꝙ non est securus quo ad veram iustitiã ẽ ille,
cũ quo dispensatur ꝯ ius positiuum, dum dispensandi nõ adsit
cã. Nam cũ Pontifex vel Imperator vicẽ gerat boni patrisfami
lias, non debet rũpere leges summa ratione cõpositas sine cã
rationali, nec dispensatio debet fieri ex bono priuato, sed ex pu
blico, & cum cã. Alias non est dispensatio, sed dissipat. o. idem
tenet D. Abb. in c. proposuit. de concel. præb. & in c. non est. de
voto & hæc eadẽ est sententia theologorum. vt S. Tho. 2. 2. q.
97. art. 4. quem ipsi sequuntur, vbi dicit Diuus Tho. legislator
qui in loco Dei disponit, se adhibeat prudentem & fidelem, vt
Lucæ 12. quis putas est fidelis dispensator & prudens quẽ do-
minus cõstituit super familiam suam, & expresse ibi infert D.
Abb. contra doctrinam Inno. in cap. cum ad monasterium, de
statu reg. vbi tenebat contra ius positiuum sola voluntate pos-
se dispensari. Sed Innocen. intelligit, quod tacite subsit causa.
vt infra ostendã. idem tenet Abbas in cap. quæ in ecclesiarum.
298 in fi. verbis. vide quæ dixi in l. 1. C. de pactis. 4. col. in fi. † At for-
san dices me superius negasse, ꝙ legitimatio sit dispensatio,
certe non est dispensatio respondens leges & odiosa, quando
legitimatio fit eo modo quo legibus est inuenta, sed quando
sola voluntate principis tollit iura alteri naturaliter & ciuiliter
competentia. dispensatio est in facto, iure vero non est legiti-
matio, sed dissipatio, vt dicunt prædicti doctores, dispẽsare qui
dem est diuersa pensare, & est iuris communis relaxatio facta
cum causæ cognitione ab eo, qui habet facultatem dispẽsandi,
vt notatur & colligitur in c. requiris. 1. q. 7. qui. n. causas nõ pen
sat, itẽ qui sine cãe cognitione & cõmẽsuratione boni publici
vult dispẽsare, nõ facit quod vult, sed dissipat, quando velle nõ
licet, vt colligitur ex beato Tho. & ex no. in d. c. requires. Nec
ob. fundamentũ Bart. hic & cęterorũ, ꝙ sumũt ex l. 2. de na. re-
sti. vbi impatores nõ facile solẽt natalibus restituere nisi ꝯsen-
tiẽte patrono. ergo dũ dr̃, quod nõ facile solẽt, satis colligiẽ, ꝙ
possit. ita colligunt oẽs doc. Hæc tñ ponderatio nõ est ista. nã
cõtra eã est casus in l. pen. e. ti. vbi iurecõsultus interpretatur, ꝙ
nõ pñt impatores restituere. dicit enim ꝙ inuito filio patroni
nõ pñt restituere, quid enim interest, an p̃rono fiat iniuria, an
filio eius, ita tex. nullus enim iuste iniuriã facere põt. hoc enim
esset sibi pugnãs & impossibile. vñ clare cõstat, ꝙ id ꝙ dr̃, ꝙ nõ
facile solẽt, eo est, quia iuste nõ pñt, non quia possint. maxime
vt doct. interpretanẽ sine cã. Nam si recte animaduertes, ibi iu
reconsultus sententiose loquiẽ. & fateor ꝙ non negat potestatẽ
impatoris, sed eã cõcedit in casu difficili. id est cũ maxima cau
sa, nõ enim faciliter est mouẽdus impator ad tollendũ ius alte
ri cõpetẽs sed cũ cã. & hoc est quod dicit, non facile solẽt impa
27 stipulatio. Bar. in l. quod dicitur, in vlt. col. de verb. obl. † Tertio limita sm̃ Bart. & Imol. quando pater stipulatur pro se & filiis aliquid cohęrens personę, vt vsumfructum, quia tunc venient filij simul cum patre. Alex. tenet contrarium, siue filij sint in potestate, siue emãcipati per l. vt iusiurandi. §. si liberi. de oper. liber. teneo cum Alexan. exemplificando in vsufructu. Sed in exemplifica in casu, & erit vera limitatio. Ex quo enim vsus est tale quid, quod potest competere in solidũ patri & filiis absq; diminutione iuris paterni. Bart. in l. 3. in §. Cato. in 6. q. principali, de verbo. obligatio. sequitur ergo dictum Bart. inf. in versic. quæro statutum, nec sequitur patri, ex quo cohæret personæ, per no. per Bart. in l. quod dicitur 2. colum. versic. 1. quæro. in penul. membro. de verb. obl. Quarto limita, vbi pater acquireret pro se & filiis, & appareret quod animo donãdi tunc filiis, nam venirent filii simul cum patre, & si esset filius emancipatus, statim valeret donatio. si in potestate, confirmaretur morte patris, & traheretur retro respectu fructuum l. 2. C. de inoffi. dona. vbi gl. l. donationes, quas parentes C. de don. inter

28 vir. & vxo. Ita Alexan. hic. Ex quo colligo † quod in dubio pater stipulando filio, non censetur donare, licet contrarium dixerit. Bald. in auth. si quas ruinas. C. de sacrosan. eccle. Dicuntur enim filii, quando pater eis stipulatur, post mortem patris per mortis causæ capionem capere a concedente, non a patre. Bar. in l. mortis causa capitur, de dona. causa mortis. Bal. in l. 1. ad fi. C. per quas perso. no. acqui. Quinto limita quando pater stipularetur pro se cum filiis & hæredibus, quia tunc venirent filij simul cum patre. Alex. hic post Bal. in l. vnica §. vbi autem. C. de cadu. tol. sed aduerte, quia si filii essent in potestate, videtur quod reacquirerent patri. per id quod dicit Bar. hic. Nec dicas quod Bal. loquitur qñ concedens concessit tam contẽplatione filiorum, quam patris, quia tunc ẽt absq; dictione cum, venirent simul, vt sup. declaraui post alia. Item illud verbũ hæredibus, videtur potius importare quod veniant post mortem patris, vt hic per Bar. vnde melius est capere illud cum. pro &, quia est minor violatio per legem, Titiæ textores § nihil de lega. 1. & ita sensus est capiendus, per quẽ verba minus lędontur l. quoties in stipulatione, cum gl. de verb. obl. Cadit nunc dubi

29 tatio super hac materia, † quod si acquirat feudum vel emphyteusim pro se & descendentibus masculis & fęminis, an fęminæ veniant simul cum masculis. Breuiter in feudo dic ꝙ non, nisi sit dictio cum c. 1. versic. quando, etiam, in tit. episc. vel Abbatẽ. Bal. in l. fi. 1. col. ad fin. C. de suis & legi. In emphyteusi dic qđ venient simul, nisi esset statutum in patria quod stantibus masculis fœminæ non succedant. Bar. in l. vt iusiurandi. de ope. libe. 1. col. & sequen. inquantum tamen loquitur de hoc statuto, vr̃ posse procedere qñ stipularetur descendentibus vt hæredibus, quia tunc videretur acquirere sm̃ ordinem successionis statutarię, alias si acquireret descendentib. vt descendentibus, ex quo tunc acquisitio nõ fit iure hæreditario in emphyteusi ecclesiastica, sed ex cõuentione, vt hic per Bar. nõ vr̃ ꝙ talis acquisitio debeat regulari per statutum loquẽs de successione, vt hr̃ per Sali. in l. 2. 17. q. C. de iure emphy. Secunda cadit dubitatio, quid si pater acquirat pro se, filiis & nepotibus, an nepotes veniant simul cum filiis. Breuiter dic quod nepotes ex filio pręmortuo venirent cũ patruis suis, ex filio vero viuo non, nec cum patruis. nec cum patre. Ita in effectu Alex. hic, & plenius consi. 3. vol. Vide omnino Rapha. Cuma. consi. 106. incipiente. mulier. in 2. col. an autem venirẽt nepotes ex filia, & an talibus nepotibus possit auus maternus stipulari, vide subtilite per Fulgo. consi. 132. vbi ẽt tangit qualiter possit adiuuari il

30 le, cui stipulans non potuit stipulari. † Secunda sit conclusio, Pater acquirẽs aliquid pro se & filiis de sui natura transitoriũ ad hæredes etiam extraneos, vt est regulariter qualibet res, cẽsetur stipulari filiis vt hæredibus. Transeunt cõiter doct. Ratio potest esse, quia qui stipulatur filio vt hæredi, stipulatur de iure cõi, qui filio vero vt filio, de iure speciali, per regulam, quod alteri stipulari nemo põt l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. obli. Sed in dubio faciẽs actum, censetur velle vti iure cõi, nõ autẽ iure speciali l. in testamento. vbi Alex. C. de testa. mili. l. Centurio. vbi Alex. 6. col. inf. de vulga. Cogita tñ per §. ei qui. Insti. de

31 inuti. stipulationibus. † Ex hac cõclusione infertur quod si pr̃ acquirat emphyteusim priuatam pro se & filiis, censetur acquirere filiis vt hæredib. quia emphyteusis priuata, de sui natura est transitoria ad quoscunq. hęredes. Spec. in tit. de loca. §. nũc aliqua. versi. 101. Pau. in l. ex facto. §. fi. ad Treb. & sic non trãsibit ad filiũ, nisi sit hęres. Item fiet diuisio pro portionib. hæreditariis inter filios, non aũt in viriles, per tradita per Barto. hic. Sed vr̃ obstare. Nã in tali emphyteusi appellatione filiorũ nõ veniunt nepotes. Bar. in l. liberorũ ff. de verb. sig. in 4. col. in versic. secundo principaliter. Sal. in l. 2. in 21. q. C. de iure emphyt. Dominus meus in l. de quibus 6. col. de legi. & in l. veteribus ff. de pact. ergo non censetur stipulari filiis vt hæredib. quia si vt hæredibus, non solum nepotes, sed quilibet hæres extraneus

32 deberet venire, arg. l. tale pactum §. fi ff. de pac. Dic quod † vbi in contractu fit mentio hæredis expresse, tunc nomen fratris vel filii positũ in instrõ, cẽsetur expressum accessorie ad nomẽ hr̃dis, & sic appellatione hæredis venit nõ solum persona nominata, sed qlibet, qui sit hęres d. l. tale pactũ §. fi. Aut vero nõ fit expressa mentio de hęrede, sed stipulatur simpliciter pro se & filiis, & tunc licet intelligatur stipulatus filiis vt hæredibus, tamen non venient nisi filii, qui sunt hæredes, non autẽ nepotes, &

tes, & multo minus alij extranei. Ita procedunt. s. alleg. Intellige modo istam conclusionem, quando eo modo stipulatur filijs vt sibi. Secus si aliter sibi, & aliter filio, quia tunc videtur stipulari semper vt filio, non vt hæredi. Bald. in c. 1. in tit. an agna. vel filij defunc. in prin. per l. Seia. cum gl. ff. de dona. causa mor-
33 tis. † Tertia sit conclusio. Pater acquirens pro se & filijs aliquid de sui natura non transitorium ad hæredes, intelligitur acquirere filijs vt filijs. Transeunt communiter doc. ponit exemplum in emphyteusi ecclesiastica, vt hic per Bartol. & sic licet sint filij hæredes inęqualiter, tamen ęqualiter diuident emphyteusim, imo poterit filius repudiare hæreditatem patris, & acceptare emphyteusim. Bar. in l. si non sortem. in §. libertus. vlt. col. ff. de condi. indebi. cum concordantijs Moder. ibi. Dicit ta-
34 men dominus meus hic † quod si filius renuntiat bonis paternis, etiam emphyteusi censeretur renuntiare. Allegat Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. versic. 158. Sed hoc non puto verum, quia post mortem patris illa bona non sunt paterna, nec filius dicitur illa capere a patre, sed a concedente. Bar. in l. mortis causa capitur. de dona. causa mortis. Posset fortasse procedere decisio sua, quando renuntiaret in vita patris. Sed adhuc esset dubium, quia tunc censetur renuntiare iuri qđ habiturus est post mortem patris in bonis paternis, per l. 1. §. si impubes. ff. de colla. bono. sed emphyteusis non est huiusmodi, vt sup. Vnde potest aliter saluari, scilicet quando esset acquisita ex pecunia paterna, per illud quod declarat Bal. in l. 1. in fi. C. per quas perso. no. acqui. Amplia istā conclusionem, etiam si instrumentū diceret, pro se & hæredibus. nam intelligitur, id est liberis, & sic cēsetur stipulatus liberis vt liberis, secundum eū. Allegat Paul. in l. ex facto. §. fi. vlt. col. ad Trebel. qui se fundat super gloss. ibi, Sed aduerte, quia Bar. ibi vult contrarium, s. quod licet intelligatur illud verbum, hæredibus. id est liberis, tamen intelligitur de liberis hæredibus. Et ad terminos nostros idem vult Bartol. in l. vt iurisiurādi. §. si liberti. 1. colum. de ope. libe. Pau. in l. si mihi & Titio. vlt. col. de verbo. oblig. Pro prima tamen opinione facit dictum Bart. in l. pro hærede. §. quid si tamen ff. de acquir. hæredi. vbi in his, quæ sunt transitoria ad filium, etiam qđ non sit hæres, nomen hæres exponitur, id est filius, & sic pro hære-
35 de sanguinis. Secūdo amplia † vt procedat etiam in feudo, qđ pater acquirens pro se & filijs, censetur acquirere filijs vt filijs, ideo habebunt feudum ęqualiter, dato qđ sint instituti inęqualiter, & poterunt repudiare hęreditatem, & acceptare feudum vt hic late per dominum meum. Sed tu aduerte, quia licet sit verum quod in feudo succedant æqualiter, etiam inæqualiter instituti. c. 1. de succes. feu. tamen non vř quod possint renuntiare hæreditati. & acceptare feudum. Ita Bar. in l. vt iusiurandi. §. si liberi. 1. col. in l. quod dř. vlt. colum. ff. de verb. oblig. nec Bar. vult contrarium in l. itē videndū. §. si. ff. de petitio. hęr. quia stat simul qđ frater fratri quietat onē fecerit de oī eo, qđ pōt petere in hęreditate patris & tñ fuerit hęres, & sic retinuerit feudū.
36 Breuiter in hac m. ā cōcludit † qđ si pater accepit feudū simpliciter, vel pro se & hęredibus, nō pōt filius repudiare hæreditatem, & acceptare feudū. Secus si acceperit pro se, & liberis seu filijs. Bal. in c. 1. an agna. vel filius defunct. vbi Aluaro. 3. col. dicit hanc esse communem opi. non allegat tamen Bart. in locis. sup. qui hoc vltimo casu contrarium vult, & male, per theoricā suā hic. Iuxta hoc cadit dubitatio an pater, qui acquisiuit emphyteusim ecclesiasticam vel feudum pro se, & filijs, vel pro se & hæredibus, possit ēt de licentia dñi alienare in præiudicium filiorum. Breuiter vbi casus contingat, videas alia. in tit. de aliena. feu. pater. Pau. vbi Are. notat in l. apud Iulianum. in §. si quis alicui. ff. de lega. 1. Fulgo. consil. 132. quidam ser. Francis. Cur. consil. 25. in secundo dubio. & dominum Deci. consil. 185. & communis videtur resolutio q vbi filius potest habere feudū, etiam q non sit hæres patris, quod colligitur ex prędictis, pater non possit præiudicare, al. as sic. Vltimo inquantum præsupponit Bar. quod emphyteusis ecclesiastica non possit transire ad hæredes extraneos, vide Alexan. in l. etiam in 1. colu. & fi. & sequenti. §. sol. matri. Fel. post alios in cap. in pręsentia. in 1. col. de proba. Circa dictum Barto. quod quando dico, filium instituo & Caium substituo, est tantū substitutio vulgaris, quæ expirat post aditam hæreditatem l. post aditam. C. de impub. adde quod idem si est, pluribus institutis testator dicat, & eos inuicem substituo. Barto. in l. hæreditatem. C. de impub. in l. Lucius. vlt. colum. penul. quæstio. 1. de vulg. Limita singulariter, quando diceret, filium instituo, & Caium ei substituo & instituo, quia tunc etiam fideicommissariam contineret post mortem filij morientis. Alexand. in l. recusare. in §. Titius. ff. ad Tre-
37 bell. † Circa dictum Bartolum. de statuto vel principe concedente patri & filijs immunitatem vel aliud priuilegium, quod filij etiam viuente patre habent talem immunitatem seu priuilegium. Transeunt communiter doctor. Et ex hoc infertur q priuilegia, quę competunt filijs, dic vt per glos. in l. iubemus. in verbo. sumpt. bus. C. de aduo. diuerso. iudic. per Mat. Lauden. in tract. de digni. conclus. 15. & Felyn. in rubri. de maio. & obedien. Competunt etiam patribus viuentibus, secundum Bald. Secundo infertur quod priuilegium legitimandi concessum patri & filijs, competit filijs etiam viuente patre, secūdum Angelum hic. Intellige nunc istam conclusionem, quando est priuilegium, vel tale quid concessum a statuto vel principe, quod potest competere insolidum patri & filijs, ita quod per admissionem filiorum non diminuitur aliquid patri. Secus si diminueretur, vt esset in concessione Castri, quia si filij admitterentur simul cum patre, non haberet pater castrum totum. Ita in effectu voluit Bart. hic, licet dominus meus videatur aliter velle, & male reprehendendere Bartol. ratione sua, & idem vult Bald. in l. cum pater. in §. a te peto. de lega. 2. Rapha. Cuman. consil. 106. Item intellige quando priuilegium diceret, pro se & filijs. Secus si diceret, pro se, filijs & hęredibus. Dominus Francisc. Cur. consil. 73. super memorata. facit quod dicit de iure patronatus Card. in Clemen. fi. in princ. in 5. q. de iure pa-
38 tro. † vbi filij non habent ius patronatus ecclesię viuēte patre, qa illud cōpetit filijs vt hęredibus. c. 1. extra, de iure patronatus Sed aduerte, quia in iure patronatus pręiudicaretur patri, si simul admitterentur filij, quia solus tunc non posset pręsentare, quod nō cadit in priuilegio immunitatis vel legitimandi, prout loquitur conclusio Bartol. hic. tamen non obstat tex. adductus per dominum meum in l. 1. C. de priuil. eo. qui in sacro pala. lib. 12. ibi, ipso ordine sanguinis, quia potest intelligi ordine, id est, ratione sanguinis, non autem ordine successiuo. Vel significat ordinem, quia primo in rerum natura est filius, & demum nepos. non autem quod si sunt simul in rerum natura, quod simul non haberent priuilegium. Circa dictum Bartol.
39 † quod censetur intentata actio, quę ex verbis libelli colligi potest transeunt omnes. Quid autem si plures colligi possunt. Dic quod censetur intentata illa, quę est magis specialis. Bartol. in l. hoc legatum. ff. de leg. tertio. Item illa, quæ est mitior reo. Bart. l. si præses. ff. de pœnis. ver sicul. vltim. oppo. Circa dictum Bartol. quod vbi sunt in volumine duo statuta contraria, debet attendi vltimum, limita vt hic per dominum meum, & vltra eum limita vbi primum minus derogaret iuri communi, quia illud attendi deberet. Bald. in l. qui posthumus. infra ad Syllania. Aret. pulchre consil. 83. quia multa. secunda colum. Secundo limita vbi primum esset specialius, quia illud attendi deberet. Bald. in leg. 1. 3. quęst. o. de offic. consu. in l. exequutorem. columna 4. C. de execu. rei iudi. Tertio limita vbi vltimum statutum contrariaretur alteri solum a contrario sensu, quia contrarius sensus statuti non debet assumi ad correctionem alterius statuti. Paul. in l. conuenticula. C. de episcopis & clericis. Finis.

R E P E T I T I O

Lanceloti Galliaula in §. idem credendum ex l. Gallus. ff. de lib. & posthum.

S V M M A R I V M.

1 *Dispositionem exorbitantem a iure communi non habere locum eo casu quo disponens se restringit ad certum casum.*
2 *Dispositio non dicitur extendi ad casum, quem ex identitate rationis comprehendit, sed potius de eodem disponere.*
3 *Nepotis appellatione non venire pronepotem. & nu. 5.*
4 *Pronepos nasci ex filio dicitur in materia fauorabili.*
6 *Institutus hæres non censetur quis ob id, quia ei substituitur vulgariter.*
7 *Substitutio vulgaris in duorum mortem concepta altero tantum mortuo locum non habet.*
8 *Iunior quandoque seniorem licite reprehendit, & filius patrem.*
9 *Approbare verba alterius aliud est, & aliud ea recitare.*
10 *Substitutio facta de pronepote quando locum habeat.*
11 *Et cætera, particula etiam abbreuiata ea continet, quæ sunt de natura contractus, in quo ponitur. & nu. 15.*
12 *Clausulę, quę sunt de natura contractus, habentur pro specificatis, si in imbreuiatura notarij particula, & cætera, ponatur. & nu. 18.*
13 *Instrumentum non præsumi continere nisi ea, quæ in ipso specificantur.*
14 *Clausulas in bullis apostolicis apponi solitas subintelligi, etiam si sint omissæ.*
16 *Clausulę solitæ apponi quando sint habendæ pro appositis.*
17 *Instrumentum vitietur nec ne per omissionem indictionis.*
19 *Rescripta principum sola scriptura probari possunt.*
20 *Omissum in actu vel scriptura quando habeatur pro expresso.*
21 *Notarius quando possit extendere scripturam abbreuiatam per dictionem & cætera.*
22 *Notarius viuus an possit defuncti notarij imbreuiaturas extendere.*
23 *Hæres libellum a defuncto porrectum declarare non potest.*
24 *De testibus attestantibus de consuetudine aliqua non credi.*

Consue-

25 *Consuetudo notarij mortui in extendendo instrumento potius attendi debet quam aliorum,*
26 *Instrumentum dubium potest deuuo refici,*

§. Idem credendum. Diuide hunc §. vt per Bart. & summa vt per
Bal. Nota primo quod Sceuola reprehēdit Gallum de insufficiē-
tia circa personam pronepotis, secundum Bar. & magis com-
muniter doc & probatur in §. etiam si parente. J. eod. ibi, quos
supplendos diximus in sententia Galli. Ex hoc infero quatuor
1 Primo † qđ vbi disponens se restringit ad certum casum, licet
possit dici qđ idem existimauerit in alio casu, tamen non ha-
bet locum in illo casu dispositio exorbitans a iure communi.
Nam text. dicit credendum esse Gallum existimasse idem de
pronepote, s. propter identitatem rationis, quæ militat in eo si-
cut in nepote, & tamen sua dispositio nō erat sufficiēs vt pro-
nepos institui possit. Ex quo infertur secundum Bart. s. hic esse
tex. pro decisione Domini Anto. de Bu. vbi Imol. 3. col. in cle.
inf. de rescrip. qui volūt qđ regula, quæ habet qđ dispositio ex-
tenditur ad id, de quo si disponens interrogatus fuisset, verisi-
militer idem disposuisset. gl. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. non
habeat locum in materia exorbitanti, vbi illa mens disponētis
non potest colligi ex verbis, sed tantum ex identitate rationis,
quia tunc est quædam mens generalis non specifica. Tertio in-
fero ad declarationē ad regulam quod illud, quod est ex men-
te legis, dicitur esse ex ipsa lege. l. nominis & rei §. verbū. ff. de
verbo. signi. l. non dubium. C. de legi. l. cum mulier. ff. solu. ma-
tri. Nam debet intelligi quando est ex mente specifice sumpta
aliquo modo ex verbis, nō autem quando est ex mente gene-
rali sumpta per rationis identitatem. Facit quod ponit Ange.
in l. prætor. §. interdictum. ff. de oper. noui nuntia. Quarto infe-
2 ro ad declarationem ad regulam, quæ habet † quod vbi casus
comprehenditur sub dispositione ex identitate rationis, tunc
non dicitur extensio, sed eadem dispositio plures casus cōpre-
hendens virtute rationis. glos. in c. 1. in verbo, Italiæ de tempo.
ordi. in 6. Nam procedere potest, vbi casus aliquo modo ex ver
bis colligi potest. Secus si simpliciter ex identitate rationis, per
istum tex. Et ad illam gloss. vide Panor. in c. 1. Grego. col. 5. vbi
Fely. 2. col. & dominum meum in l. fi. ff. de in ius vocan. & di-
ligenter cogita super prædictis, quia hoc modo iste text. deser-
3 uiet ad multa. Secundo nota, † quod appellatione nepotis non
venit pronepos, secundum Barto. Sed hic dubitatur de ratione
quare dispositione Galli appellatione nepotis non veniat pro-
nepos. Bar. inf. in §. instituens. dicit quod Gallus expresse locu-
tus fuit de nepote, qui ex filio nasceretur, & sic immediate, cū
dictio ex, denotet causam immediatam. l. nō dubium. C. de le-
4 gi. sed hoc non est tutum, † quia etiam pronepos dicitur nasci
ex filio in materia fauorabili. l. Lucius. ff. de hæredi. institu. ex se
nato, & c. iuncto Bart. in l. liberorum. penul. colum ad fi. Vnde
si dico, substituo Caium, si institutus decedat sine filiis ex suo
corpore natis, etiam & nepos ex filia instituta facit cessare sub-
stitutionem. Bar. notat consi. 5. in 3. parte. Secundam itaque ra-
tionem assignat Pau. scilicet quia dispositio Galli est contra ius
sequitur Alexan. per. l. si vir. §. de viro. solu. matri. per. l. præci-
pimus. in fi. C. de expen. Dominus meus reprobat, quia dispo-
sitio Galli est limitatoria, non correctoria, & in limitationibus
fit extensio ex identitate rationis. c. cum dilecta. §. nos igitur. ex
tra, de confir. vti. vel inuti. Tu dicas quod hæc ratio Pau. nō est
bona, etiam quod dispositio Galli sit correctoria, prout con-
clusum est sup. in princi. legis, quia etiam in correctorijs fit ex-
tensio ad casum, qui comprehenditur ex lata significatione
vocabuli, propter identitatem rationis siue expresse siue tacite.
Bald. & Pau in l. maximum, vitium. C. de libe. præte. glo. in cle.
5 1. in verbo, eligatur. de elec. † Sed largo modo pronepos venit
appellatione nepotis. l. cui eorum. in §. affinitatis. de postu. Dic
ergo quod non comprehenditur pronepos, quia verba Galli
erant ita restricta, vt non possent adaptari ad pronepotem pro-
prie, nec largo modo, vt patet ex prin. legis in illis tribus condi-
tionibus. Alex. tamen inf. in §. instituens. 2. col. dicit quod hic
Sceuola reprehendit Gallum, non quod sub appellatione ne-
potis non comprehendatur pronepos, sed quia de pronepote
in specie non expressit. Sed hoc est contra dictum §. etiā si pa-
rente. in verbo, supplendos non cōmittendo literam. Nota ter-
6 tio † quod ille, cui fit substitutio vulgaris, nō per hoc dicitur in-
stitutus. Nam hic pronepos est substitutus filio & nepoti, & ta-
men præsupponitur nepotem præteritum. Bene probat. l. ex
pacto. inf. de hære di insti. Facit l. fi. C. de hære. insti. Et ratio est,
quia substitutio fit ad transferendum in alium, ergo non debet
operari dationem. l. cum tale. in §. fina. ff. de condi. & demon.
7 Quarto nota secundum Bal. † quod substitutio vulgaris collata
post mortem duorum, post mortem vnius non habet locum.
Quod facit, an substitutio facta duobus, si decedant sine libe-
ris, habeat locum vno tantum decedente sine liberis, vnde tex-
tus in leg. heredes mei. in §. cum ita. ff. ad Trebel. in leg. penu.
C. de impu. pulchre per Bal. consil. 48. in 1. parte. per Pau. con-
sil. 239. pro declaratione. in 2. parte. Raphael. Cuma. consi. 30.
testator B. Ioan. de Ana. consil. 22. per totum. & Philip. Cor.
consi. 275. & 32. in 1. parte. Quinto nota iuncta gloss. quod re-
prehēsio debet esse curialis etiā contra iureconsultū. Non ob-
stat. l. Domitius Labeo. ff. de testa. l. 2. §. Seruius autem Sulpi-
tius. ff. de origine iur. quia loquuntur quādo reprehēditur de
ignorantia iuris aut de fatua quæstione hic vero quando repre
henditur de insufficientia in non prouidendo in omnibus casi
bus, & similiter in ponendo aliquem superfluū. Vltimo nota.
8 † quod non est inconueniens quod iuuenis reprehendat anti
quiorē, secundū Imol. bonus tex. in l. potioris. C. de offic. recto.
prouin. in c. de Constantinopolitana. 22. distinc. imo non est
conueniens quod filius reprehendat patrem. l. 3. §. 2. ff. de con
dictio. ob causam. quod tamen intellige in his quæ sunt iuris.
Sed secus in his quæ sunt facti. Nā in talibus erubescit lex con-
stituere filios castigatores patrum. §. sed quod sancitū. in auth.
de nup. Et dicit Alex. hic in discursu quod in casibus, in quibus
reprehendere potest vrbanius, quod conniuētibus oculis tran
seat. Ex quo infertur quod non posset obijci filio, Error cui nō
resistitur, approbatur, quia censetur potius ob reuerentiā tace
re. Facit. l. pen. ff. de fur. quod tamen intelligendum videtur,
nisi militaret præiudicium Reipub. quia tunc teneretur filius
contradicere patri. arg. l. minime. de religio. & sumpti. fun. ff.
facit d. l. potioris. Circa primam oppo. Bar. extractam ex gloss.
9 in verbo, pronepos. habes † quod aliud est recitare verba alte-
rius, aliud verba alterius approbare. Nam qui simpliciter reci
tat, non dicitur approbare. Ex quo infertur quod licet regula-
riter libellans vel excipiens censeatur fateri ea, quæ narrat in li
bello vel exceptionibus. l. cum præcū. cum gl. C. de libera. cau
sa. l. 2. C. de inst. & substi. Bar. in l. 1. in fi. per illum tex. C. de his
qui poten. nomine. tamen hoc procedit quando narrat verba
propria. Secus si aduersarii vel alterius. Item secus si apponat
illud verbum, vt asseritur quia indistincte nihil dicitur fateri. c.
ad hæc vbi dominus Anto. Bu. de rescrip. Cætera circa hanc re
gulam vide per dominum meum post alios in l. ædita. 4. col.
C. de æden. in §. si minus. in 2. notabili. Insti. de actio. Circa se-
cundam oppositionem Bar. & communiter docto. præsuppo
nunt in hoc tex. filium institutum, & nepotem præteritum, &
ideo est necesse quod nepos moriatur ante filium, ne rumpat
testamentum, per. l. posthumorum. inf. eo. ti. Sed aduerte, quia
sicut de institutione nepotis verbum nullum in text. ita nec ēt
de instōne filij. Vñ nescio videre quare magis filij instōnem
quam nepotis præsupponant, nec verisimile quod Sceuola cō
suluerit testōri circa institutionem pronepotis, nepotis vero
non. Vnde dico quod hic pronepos erat substitutus filio nepo
ti institutus, & dubium erat in fine text. an si nepos moreretur
ante filium, substō pronepotis haberet locū, an vero pronepos
rumperet testamentum, quia secundū ordinem necessitatis
nepos filio & pronepos nepoti videbatur substitutus & sic pro
nepos erat substitutus nepoti vocato in secundo loco, ideo vi-
debatur quod si secūdus gradus deficeret ante primū per mor
tem nepotis, & postea post per mortem filij, quod substitutio
pronepotis facta illi secundo gradui non posset habere locum
arg. l. cum in testō. inf. de hære. insti. tamen Iureconsultus de
10 terminat contrarium, s. † quod substitutio pronepotis habeat
locum, nec rumpat testamentum dato quod secundus gradus
nepotis deficiat ante primum filij. Vnde expone text. in fi. ita
sane, i. certe, si nepos. i. quamuis nepos. Et ratio decidendi fuit,
quia nepos censetur institutus in omni casu necessario vt testa
mentum rumpatur. Cogita tamen, quia est nouus intellectus
& retento cōmuni intellectu, aduerte quod si nepos esset præ
teritus & moreretur ante testatorem testamentum valeret de
iure prætorio, per tex. in l. posthumus. in versi. idem & circa. J.
titu. 1. circa quod vlti. vide Soci. in no. circa d. Barto. de dictio-
ne, &c. Insistēdo tamen circa ea, quæ pertinent ad resolutionē
11 dictorum Bar. Prima sit conclusio secundum Dyn. quod † sub
dictione, &c. abbreuiata continentur illa, quæ sunt de natura
contractus, super quo interponuntur. & licet Barto. dicat non
probari iure, & videtur sequi Alex. tamen satis probatur ratio
nibus. & primo, quia vt reducamus rem ad naturam actus ver-
ba impropriantur. l. si vno in princi. vbi glo. in verbo translatio
ff. loca. l. si stipulatus. ff. de vsu. ergo fortius sub dictione, &c.
poterunt intelligigi, quia facilius aliquid subintelligitur, quā
recedatur a verbis l. si alii. ff. de vsufru. leg. iuncta. l. cum prepo
nebatur. ff. de leg. 2. Item simpliciter faciens actū videtur illud
velle quod est de natura actus. l. quæro. §. inter. locatorem. ff. lo
ca. l. 2. C. de iure emphy. etiā quod non sit dictio, &c. ergo mul
to magis cum tali dictionem. Item Barto. inf. decidit quod di-
ctio, &c. extense posita comprehendit ea, quæ sunt de natura
actus & allegat. c. 2. de libel. obla. vbi ponitur &c. abbreuiata &
sic est sibi contrarius, nec videtur ratio diuersitatis inter extē-
sam, & abbreuiatam. Et ita vult Bald. in l. si duo. §. si quis iura-
12 uerit. ff. de iureiuran. † vbi, secundum eum, si in imbreuiatura
notarij

notarij est dictio &c. clausulę, quę sunt de natura cōtractus, ha-
bentur pro specificatis. Vnde secundum Salic. vbi sup. parte in-
uita poterit imbreuiatura extendi secundum naturam contra-
ctus, per l. penul. ff. de nau. fęno. Secunda sit conclusio secundū
Bartol. quod sub dictione, &c. abbreuiate comprehenditur il-
lud, quod deficit in sermone secūdum consuetudinem loquē-
di in materia, de qua loquimur, vel simili. Sequuntur commu
niter docto. Vnde secundum dominum Anto. de But. in ca. de
multa. dicta dictio, &c. comprehendit mētaliter omne, quod
consueuit extendi. Et dicunt Bar. & Salic. in d. §. si quis iuraue
rit, quod comprehenduntur clausulę consuetæ apponi, vt præ-
ceptum guarētigię. Similiter si dicatur, talis procedat summa
rię, &c. subauditur de plano, & sine figura iudicij, iuxta cle. sę-
pe. de verbo. signi. secundum Alexā. hic vltim. col. post domi-
nos de Rota. & vide pulchre per dominum meum. Sed pro in
telligentia huius articuli & præcedentium quæro, quid si non
esset dictio, &c. an ea, quę sunt ex cōsuetudine vel natura actus
comprehendantur in ipso instrumento. Bal. in d. §. si quis iura-
uerit. quem nemo ponderat ad hoc, dicit quod nō. Secus si sit
13 dictio, &c. Facit † quia instrumentum non præsumitur conti-
nere nisi ea, quæ sunt in eo specificata, & quæ lectio eius osten
dit l. ad probationem domini. C. de probat. & id videtur velle
Bart. hic. sed contra hoc obstat, quia illud, quod est de consue-
tudine, etiam quod sit omissum, habetur pro expresso. Bald. in
l. fi. C. de fideicomm. per illum tex. videntur enim partes taci-
te conuenire de eo quod est consuetum. Glos. est in l. 4. in §. in
commissoria. ff. de leg. commis. & dicit dom. Anto. in c. accepi
14 mus. per illum tex. de ęta. & quali. † quod clausulę solitę appo
ni in bullis apostolicis, intelliguntur appositę, quamuis sint
omissæ. Facit tex. in l. quod si nolit. §. qui assidua. de ędil. edict.
l. si prius. §. 1. vbi Bartol. & Paul. ff. de aqua pluuia. arcen. c. cum
M. de constit. vbi Bart. 4. colum. Vnde doctor intelligitur con-
ductus secundum consuetudinem solitam & vltimam. Barto.
in l. non est, qui nesciat. ff. de duobus reis. Bartol. in l. binos. cir-
ca fi. C. de aduo. diuer. iud. Ad hanc difficultatem primo respō
15 de † quod vbi est dictio, &c. tunc ea, quæ sunt de natura vel cō-
suetudine actus, dicuntur expressa in instrumēto, & venire im-
mediate ex dispositione partium seu faciētis talem actum, per
tradita per Barto. hic. Vbi vero non est dictio, &c. tunc ea, quæ
sunt de natura & consuetudine actus veniunt immediate ex di
spositione legis. propter quandam generalem mentem partiū
Ita probo per dictum Pau. in l. 4. §. Cato. in 3. colu. ad fi. de ver-
bo. oblig. vbi vult quod depositarius, qui tenetur de dolo, tene
tur ex natura contractus, & dicatur teneri immediate ex dispo
sitione legis, & ibi hoc vult Aret. 1. colum. Bart. in l. cum stipu-
latus sim mihi a Proculo eo. tit. vbi vult quod licet promittens
factum, censeretur tacite promittere interesse, tamen inter-
esse est immediate pęna legalis, non pęna hominis. Vnde si cō
suetudo patriæ dicat quod ad ea, ad quæ quis tenetur immedia
te ex conuentione, posset cogi via executoria, certe ad ea, quæ
sunt de natura vel consuetudine actus, poterit cogi, si in instru-
mento sub dictione &c. comprehendātur. alias secus, nisi sint
16 aliter in specie promissa. † Vel aliter respōderi potest quod aut
sunt clausulæ, quæ veniunt accessorie ad contractum ad robo-
randum, l. & exequutionem ipsius, & illę, si sunt solitę apponi,
habeantur pro appositis, etiam ꝙ non sit dictio &c. Et ita pro-
cedant allegata sup. Aut sunt clausulæ, quæ respiciunt substan-
tiam vel solēnitatē actus, & tunc si non sit dictio, &c. dato ꝙ so
leant apponi, non habentur pro appositis. Si vero sit dictio, &c.
comprehendantur sub illa dictione. Ita procedat dictum Bald.
in d. §. si quis iurauerit. Ad hoc bene facit decisio Bald. & Salic.
in l. hac consultissima. in fi. prin. C. de testa. vbi si dico, præsenti
bus testibus, &c. cōprehendit̄ illa solēnitas requisita, quæ alias
non comprehenderetur. Item facit quod vult Bal. & post eum
Imo. hic, & sequitur Alex. penul. col. in fi. qđ si post primum te
stamentum habens clausulam derogatoriam ad secūdum fiat
aliud testm̄, & dicat̄, & hanc suam vltimam voluntatem, &c.
comprehenditur clausula derogatoria ad primum testm̄, quæ
est de substantia vt s̄m valeat. l. si quis in prin. testa. vbi Bart. de
leg. 3. si ita de cōsuetudine talis clausula solebat apponi per no
tarium dēt enim præsumi vulgarizata, sed ob breuitatem non
extensa. Et per hoc tollit̄ qđ dicit Soc. hic ꝯ hanc decisionem.
Non obstat huic distōni decisio Bal. in c. cum in iureperitis. de
17 offi. de leg. col. pen. † vbi vult quod si dicat̄, tali anno, tali die, in-
dictione &c. non comprehendit̄ indictio, quæ currit illo anno
& quę solebat apponi in instr̄is, sed instr̄m vitiatur, qa dico ꝙ il
la decisio nō est bona. Hoc ēt sequit̄ dn̄s meus hic, per prædicta
Etiam adduco in fortiorib. terminis decisionem eiusdem Bal.
in c. inter dilectos. de fide instr. 3. col. vbi si notarius dicit, indi-
ctione, simpliciter, & dimisit spatium, instrumentum nō vitia-
tur, quia secūdum eum, ex annis Domini apparet certitudo in-
dictionis, vt ēt dixit Bar. in l. si librarius. in alio proposito. 1. col.
de regu. iur. Tertio potest dici ꝙ non bene probatur iure ꝙ ea,
quæ de consuetudine apponi solent, habeant̄ pro appositis. Nā
tex. in l. fi. C. de fideiusso. probat ꝯriū, dum dicit qđ ex quo cō-
suetum est fieri pactū ꝙ per litis contestationem cū vno ex cor
reis vel confideiussorib. non pręiudicatur quo ad alios, ideo bo
nū est de hoc facere legē, ne aliqñ omissio talis pacti per igno-
rantiam præiudicaret creditori. Et aduerte, quia ibi lex non sta
tuit qđ habeat̄ pactū pro apposito, sed disponit quod per litis
contestationem cum vno alius nō liberetur. vnde nihil ad pro
positum. Vnde verbum, quod dicit Soc. hic. Nō obstat l. quod
si nolit. in §. quia assidua. quia etiam videtur probare contrariū
dum vult quod possit cogi venditor ad promittēdum. Ex quo
solet promitti, ergo talis promissio non habetur pro apposita.
Ad tex. in l. si prius. §. 1. potest dici quod vbi diuerso modo actus
concessus potest fieri, ita ꝙ sit necesse vt dispositio habeat lo-
cum, illum actum aliquo modo facere, debet intelligi vt fiat se
cundum quod est consuetū fieri, sed quod alia, sine quibus po-
test stare actus celebratus, habeantur pro appositis, si de cōsue-
tudine solent apponi. ille tex. non probat, & contrariū vult tex.
18 in l. 3. C. loca. Tertia sit conclusio. † In actibus vel contractibus
requirentibus scripturam de iure, iuxta glos. in c. 1. de censi. vel
ex conuentione partium iuxta legem contractus. C. de fide in-
str. nihil potest contineri sub dictione, &c. Et per consequens
illa dictio extendi non potest, ex quo requiritur vt actus dedu-
catur in esse, quod tota scriptura prius extense scribatur, vt hic
per Bar. facit l. 1. ff. de his qui testam. delen. vbi solum potest di-
ci scriptum, quod oculis corporeis videri potest. Ista est com-
munis opinio, vt per Alex. Soc. & dominum meum respondē
tes fundamentis Angel. & Aret. Fel. in c. cum P. tabellio. 2. co-
19 lum. de fide instr. Pro intelligentia vltra doc. opp. † Nam rescri
pta & mandata principum requirūt scripturam, nec aliter pro-
bari possunt l. 1. C. de man. prin. & tamē in rescriptis dictio, &c.
includit ea, quę sunt de natura vel consuetudine actus. c. fi. de li
bel. obl. iuncto. c. exhibita. de iudi. & facit decisio domini Ant.
sup. allega. Breuiter dic ꝙ aliquando est actus, qui fit in scriptu
ra ad faciliorem probationem, aliquando, qui fit in scriptura,
quia aliter probari non posset. De primo habes. l. contrahitur.
ff. de pigno. De secundo. d. l. primam. & hoc secundum posset
probari per confessionem partis, vt declarat Bal. in auth. sed no
uo iure. vltim. colum. C. si cer. pet. & ideo dictio &c. potest ope
rari iuxta naturam & consuetudinem actus. Aliquando, & ter-
tio, scriptura est de solemnitate substantiali actus, vt in senten-
tia & appellatione, iuxta l. secundam. C. de senten. ex breuicu.
reci. & l. 1. in fi. ff. de appella. & hoc casu confessio etiam partis
nihil iuuaret, vnde nec etiam dictio &c. Ita proprie loquit̄ Bar.
hic. & voluit Bal. in d. auth. sed nouo iure. Pro limitatione etiā
20 scias † quod vbi in actu requirit̄ scriptura, & est aliquod omis-
sum, vel aliter scriptum quam sit dictum, si quidem est aliquid
omissum, quod ex præcedentibus vel sequentibus percipitur,
tunc habetur pro expresso, vnde multo magis comprehende-
retur sub dictione &c. l. 1. §. si autem. vbi Bartol. ff. de hęr. insti.
Aut est aliter scriptum quam dictum, & tunc etiam error po-
test emendari. Bar. in l. actorum. ff. de re iudi. facit l. quoties §. 1.
de hære. instit. Aut id, quod est omissum, ex præcedentibus vel
sequentibus non habet verisimilem subauditionem, & proce-
dit doctrina Barto. hic, quam etiam ponit Panor. in c. 1. de fi. in-
strum. in l. 1. colum. in versic. vndecimo quæritur. Item pro li-
mitatione scias inquantum Bartol. dicit quod in appellationi-
bus & sententijs errant notarij, si dicunt se rogatos antequam
totum sit scriptum. Nam hoc fallit vbi esset consuetudo ita fa
ciendi. Imol. in c. cum P. tabellio. de fide instru. vbi Felyn. tollit
difficultatem, si diceres quod consuetudo non tollit substātia-
lia rei gloss. in c. 2. de consu. in 6. Nam est verum in substantia,
secus in solemnitate, prout est scriptura. Vide Barto. in l. nemo
21 potest 1. opp. de leg. 1. † Quarta sit conclusio in actibus non re-
quirentibus scripturam, notarius, qui confecit scripturam ab-
breuiatam per dictionem &c. potest extendere illam dictionē
sine iudice. Bald. Angel. Imol. & communiter alij, & est de mē
te Bartol. in l. argentarius. in princ. ff. de ęden. & ita seruat con-
suetudo secundum Bald. in rub. C. de fi. instr. ver. quarto quæ-
ro. facit quia ipsemet notarius verisimiliter est informatus de
mente partium & sua. Igitur ei standum est, sicut potest decla
rare verbum dubium. gloss. in l. ab executione. in princ. de ap-
pell. intellige tamen nisi apponeret aliquid non verisimile, vel
quod ius præsumat partes noluisse. Socin. consil. 104. in 3. col.
22 ver. & hęc omnia, & in effectu Aret. hic. † Quinta sit conclu-
sio. Notarius, cui sunt commissa breuiaria notarij defuncti, nō
potest extendere dictionem, &c. sed debet ita abbreuiatum in-
strumentum authenticare. facit quia talis notarius non po-
test verisimiliter esse informatus quid partes vel notarius mor
tuus voluerit sub dictione &c. continere, ergo ipse declarare
23 non debet. sicut hæres † non potest declarare libellum porre-
ctum per defunctum, tanquam non informatus de intentio-
ne defuncti. glossa in l. Pomponius scribit, si frumentum. §. fi-
na. de rei vendi in verbo, si plures. Bartol. in l. inter stipulantem
§. primo, & ibi Alexan. ff. de verborum obligationibus. limita-
tur hęc

tur hæc conclusio quando vellet extendere exponendo clausulas communiter apponi consuetas per notarios partis, quia illa communis obseruantia inducit quodam modo notorium in illo loco. Alexand. & Arc. hic post Bald. & sequitur dominus meus. Sed aduerte quia puto quod talis extensio non debeat fieri, vel facta non debeat operari, nisi prius probetur talis consuetudo generalis, quia de hoc non est standum ipsi notario, sed debet probari, & sic requiritur causę cognitio iudicis,
24 † sicut non crederetur doctoribus attestantibus de aliqua consuetudine, arg. l. 2. ff. de iu. & fac. ign. Bald. in l. si quis. in §. 1. de pigno. in l. consentaneum. in quinta oppositione. C. quomodo & quando iudex. Are. consil. 135. in causa. 2. colu. & sequenti. Alexand. in l. post dotem. soluto matrimonio. Moder. in l. de quibus. contra Bartol. ibi. ff. de leg. Et ita in specie ad terminos nostros vult Alexand. consi. 28. in 2. volu. viso & præhabito opportuno examine. penultima & vltima col. vbi vult quod licet in instrumento venditionis esset clausula ad habendum, tenendum & possidendum, & quicquid, &c. tamen non potest notarius extendendo apponere cōstitutum, nisi prius probetur cōsuetudo, licet allegetur quod sit consuetudo generalis. Cogita tamen, quia decisio doc. hic deseruiret multum, quando velles vti testamento extra patriam. Secundo limita vt possit extendere de mandato iudicis, vt per Bar. hic. Iudex autem in tali extensione debet considerare, primo an ex aliquibus præceden-
25 tibus vel sequentibus possit colligi extensio. † Secundo consuetudinem notarij mortui prout erat cōsuetus similes abbreuiaturas extendere. Est enim præferenda consuetudini aliorum notariorum, vt per Bal. in l. fi. C. de ęden. Alexand. d. consi. 28. & debet attēdi vltimus stylus ipsius notarij. l. si mater. vbi Bal. C. ne de sta. defun. l. multa. §. sed & si alimenta. ff. de alimentis & cibarijs legatis. vbi Bartolus. Tertio debet iudex considerare stylum communem aliorum notariorum, per doctrinam. Bart. in l. 2. in fi. prin. sup. soluto matrimonio. Et scias quod a tali extensione facta de mādato iudicis potest appellari, si pars prætendat quod iudex mandauerit male extendi, aliter transit in rem iudicatam. Ita do. Ant. de But. in c. cum P. tabellio. vlti.
26 colum. de fi. instru. Sexta sit conclusio, † quod vbi esset omnino dubium, quid importaret dictio &c. posset pars aliā partē cogere ad reficiendum instrumentum de nouo, & cogetur ad faciendum tale instrumentum, prout de iure communi fieri debet in tali materia, per theoricam Bartol. in l. 2. in fi. princi. solu. ma. Poterit etiam habere recursum contra hæredes notarij, arg. l. fi. C. de magi. conue. Io. An. in addi. Specu. §. ostenso. versiculo. quid si imbreuiatura. in tit. de instru. & vbi dolose fecisset notarius, probaretur interesse per iuramentum. l. semper §. hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. Alexand. in l. qui accusare. ad fi. C. de ęden. Vltimo circa dictionem & infr. quare in Decretalibus sępe ponitur illa dictio in princi. decre. vide per Car. in c. nobis. extra, de iure patro. in 2. oppo. post Io. And. vbi dicit quod fuit factum vt referatur ad principia Decretalium his, qui fuerant tempore primæ compilationis. Finis.

REPETITIO

Lanceloti Galliaulæ Super l. Gallus. et §. Et quid si tantum. ff. de lib. & posthum.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus quo casu æquiparetur deportato.*
2 *Excommunicatus testamentum condere potest, quemadmodum & relegatus.*
3 *Delictum a filio patre viuente commissum non nocet nepoti.*
4 *Filius renuntians hæreditati viuo patre non præiudicat nepoti.*
5 *Nepos succedit auo intestato decedenti si pater ipsius nepotis ob delictum bannitus fuit.*
6 *Filius priuandus feudo ob delictum viuo patre commissum, non nocet nepoti.*
7 *Mors ciuilis an veniat appellatione mortis. & nu. 10.*
8 *Similia non esse eadem, sed diuersa.*
9 *Tale esse differt ab eo quod est haberi pro tali.*
11 *Hæres qui grauatus est post mortem restituere, ita per deportationem bonis priuatur sicut per mortem.*
12 *Dilationis commodum cuius respectu consideretur.*
13 *Matrimonium sola morte communiter dissoluitur.*
14 *Substitutio in vnum casum concepta ad omnes sibi similes trahi potest.*
15 *Sententia legis differat necne ab ipsa lege.*
16 *Legatum vsusfructus vxori factum si caste vixerit, qualiter intelligi debeat.*
17 *Mors vxoris & transitus ad secunda vota quo casu æquiparentur.*
18 *Hæreditas Titio restituenda post mortem hæredis, an statim religionem professo hærede, debeat ipsi Titio restitui.*
19 *Liberi ex instituto nati substitutum omnino excludunt.*
20 *Religionem professum posse adhuc honoribus & dignitatibus fungi.*
21 *Prouisio facta in vnum casum trahitur quandoque ad alium, qui virtute expressi potest subintelligi.*
22 *Dispositio facta in vnum casum quando possit trahi ad alium. & nume. 25. & 33.*
23 *Tacitum seu omissum quando pro expresso habeatur & quando non.*
24 *Extensionem non fieri de persona ad personam ex coniecturata mente defuncti.*
25 *Posthuma an & quando admittatur in dispositione facta de filiabus.*
26 *Dispositionem non extendi vltra verba nisi de mente disponentis aliud constet.*
27 *Dispositionē sufficit adimplere per æquipollens in materia exhæredationis.*
28 *Mandatum possit necne per æquipollens adimpleri.*
29 *Casus non expressus quando comprehendatur sub casu expresso per modum conditionis & nu. 36.*
30 *Seruo dari debere, quod ita relictum est, vt illi detur, nec sufficit domino eius dare.*
31 *Testator si grauet filium ad restituendum si efficiatur presbyter, qualiter intelligatur talis dispositio.*
32 *Conditio voluntaria in quo differat a conditione necessaria.*
34 *Casus similes qui dicantur, & qui dissimiles.*
35 *Substitutionum materia quam late interpretari possit, vt etiam ad casum dissimilem omissum trahatur.*
37 *Prouisio facta sub conditione necessaria quando trahatur ad alium actum similem.*
38 *Testamentum secundum in quo posthumus est institutus, tollit primum, licet non nascatur posthumus.*
39 *Emancipatio quæ fit de instituto locum non facit substitutioni vulgari.*
40 *Emancipatus exhæredatus, qualiter & quo iure admittatur.*
41 *Nepos ex filio emancipato præteritus aui testamentum non rumpit.*
42 *Substitutio vulgaris suo hæredi facta quid operetur.*
43 *Emancipatus non minus hodie ad successionem patris iure ciuili admittitur, quam filius in potestate.*
44 *Emancipatus quatenus retineat iura sui hæredis.*
45 *Filius in potestate ipso iure hæres efficitur, & vigore suitatis hæreditatem non aditam transmittit, emancipatus non ita.*
46 *Emancipato non competere beneficium l. fi. C. de repu. hæredi.*
47 *Patrem obligari pro filio emancipato ex consensu eius ad officium aliquod assumpto.*
48 *Emancipationis & patriæ potestatis differentiam esse sublatam circa successionem ex testamento.*
49 *Emancipato exhæredato non competere querelam inofficiosi nisi bonorum possessione agnita.*
50 *Exhæredatio quibus verbis fieri possit.*
51 *Pater in testamento maledicens filio cum causa sufficienti ad exhæredationem, an censeatur eum exhæredare.*
52 *Testamentum, in quo filius cum causa est exhæredatus, nullum esse quantum ad institutionem, si causa non probetur.*
53 *Nepos ex filio emancipato in potestate retentus si prætereatur, an & quando possit dicere testamentum nullum.*
54 *Testamentum nullum is dicere non potest, cui legitima ab intestato non debetur.*
55 *Filia dotata exclusa per statutum an & quando possit petere supplementum legitimæ.*
56 *Restitutio filij deportati an & quando noceat nepoti. & nu. 58.*
57 *Doctor a collegio remotus, si restituatur, non recuperat pristinum locum.*
59 *Principem non posse sine causa auferre dominium alicui quæsitum.*
60 *Ius adeundi non esse in bonis nostris.*
61 *Restitutio facta per principem non retrotrahitur.*
62 *Restitutio principis dominium retro non restituit, sed ex nunc.*
63 *Institutio quæ fit de bannito an valeat si ipse restituatur.*
64 *Postliminij fictionem non retrotrahi in præiudicium eius cui ius quæsitum est.*
65 *Bannitus seu deportatus restitutus per principem recuperat bona in fiscum delata.*
66 *Restitutio in quo differat ab indulgentia vel dispensatione.*
67 *Restitutio quo casu extendatur ad fructus perceptos & percipiendos.*
68 *Bannitus ad bona restitutus ea non recuperat quæ sunt per fiscum alienata. & nu. 70.*
69 *Princeps quando gratuitam concessionem subdito factam tollere nequeat.*
71 *Restitutio quæ dicatur fieri ex mera iustitia.*
72 *Vasallus feudo priuatus ob delictum, ipsum recuperat, si per principem restituatur.*
73 *Damnum dans tenetur in foro conscientiæ, licet damna accepta vtrinque remittantur.*
74 *Institutionem valere sub ea conditione factam, si filius legitimabitur.*
75 *Mens non attenditur quæ in dispositionem non transit.*
76 *Spurij ab omni prorsus beneficio sunt excludendi.*
77 *Legitimatio in quibus retrotrahatur & quid proprie dicatur legitimatio. nume. sequen.*
78 *Legitimatus an aliquo modo censeatur infamis.*

Electia

§. Et quid si tantum. Circa hunc §. præmitte vt hic per dominū
meum & nouissi. repet. & adde quod loco deportationis, quæ
est subrogata loco interdictionis aquæ & ignis l. 3. ff. ad l. Iul.
1 pecu. hodie frequentius vtimur banno, ita † quod bannitus cū
confiscatione bonorum eo casu, quo potest etiam impune offendi,
æquiparatur deportato. Bar. in l. amissione. in §. qui deficiunt.
ff. de capi. di. cum suis concordantijs. Item illud, quod dicitur
in tex. de interdicto aqua & igni, non habet locum in excommunicatio,
licet excommunicatio afferat talē penam. nō
affert enim perpetuo, sed ad tempus. vnde æquiparatur relegato.
glos. fi. in c. pastoralis. de app. qui remanet suus patri. § re-
2 legati. Insti qui. mod. ius pa. pot. sol. † Vnde sicut relegatus potest
facere testamentum l. eius §. 1. ff. de testam. ita etiam excōmunicatus.
Bart. in l. si quæramus. vltim. col. eo. tit. nisi sit excōmunicatus,
hæreticus, vel schismaticus. c. excommunicatus. §.
credentes. de hæret. c. 1. de schisma. lib. 6. Bal. singulariter in l. fi.
C. si a non compe. iudi. Item vbi esset excommunicatus, quia
verberasset Cardinalem, vel similem iniuriam in personam in
3 tulisset c. fęlicis. de pe. Nota primo † quod delictum filij commissum
viuo auo non nocet nepoti, immo nepoti locum facit
Vnde infero quod licet filius exhæredetur ex iusta causa, tamē
nepos excluso filio poterit ex sua persona querelare testamentum,
si sit præteritus, & quæretur de eius meritis non filij, etiā
quod superuixerit l. nō tantum §. si emancipatus. ff. de bo. poss.
contratab. vbi Bart. facit in casu econuerso l. pater filium. ff. de
inoffi. testa. vbi Barto. vide l. si quis filium, & ibi Barto. C. de inoffi.
testam. l. si is qui. ff. eod. & Bart. in l. in suis. sup. hoc titu. vlt.
4 colum. Secundo infero † quod si filius vel filia renunciat in vita
patris hæreditati cum iuramento, non nocet nepoti. Bartol.
in l. qui superstitis. ff. de acqui. hær. vbi Pau. & Pau. consil. 64. in
2. parte. maxime. 6. col. & sequenti incipienti, in præsenti causa.
Alexand. consil. 75. in 1. vol. visis & diligenter examinatis. peco.
Alexand. in l. pactum quod dotali. C. de coll. Tertio infero
5 † quod si filius aliquo delicto sit bannitus cum confiscatione
bonorum, licet pater moriatur ab intestato, tamen non fiscus,
sed nepos succedet, arg. l. si qua pęna, & ibi Bartol. no. ff. de his,
qui sunt sui vel alie. iu. imò plus etiam si cōmittat delictum filius
iam mortuo patre, ex quo banniatur, & bona sint confiscata,
illa bona, quæ sunt prohibita alienari vt remaneant in descē
dentes, ad nepotem ex tali filio, & non ad fiscum pertinebunt.
arg. l. Imperator. vbi Barto. ff. de fideicom. libe. ita in indiuiduo
6 Alexand. consil. 23. 1. volu. Quarto infero † quod si filius committatur
aliquid viuente patre, propter quod veniat priuandus
feudo, non nocebit nepoti. Bar. per illum tex. in l. 3. quam legit
pro 1. ff. de interdict. & releg. vbi ponit generaliter an propter
factum patris præiudicetur filio in feudo. de quo vide Soc. consil.
4. vltim. col. in nono volu. & Alexand. consil. 18 & sequenti.
in 5. volu. & ibi Socin. etiam ponit an pactum agnati præiudicet
alijs agnatis in feudo. Et vide pro limitatione huius nota. l.
quæritur ff. de bo. liber. l. qui contra. vbi gloss. de iure patro. Et
aduerte quia vbi propter bannum filij bona deueniunt ad nepotes
ex eo, nepos habet nō solum proprietatem, sed ēt vsumfructum,
quia bannitus vbi amittit ea, quæ sunt iuris ciuilis, est
incapax vsusfructus. Bal. in l. corruptionem. vltim. colum. C. de
7 vsufruc. Secundo nota † quod verbum mortis, indistincte prolatum
videtur comprehendere non solum mortem naturalē,
sed etiam ciuilem, secundum Bald. Imol. dominum Alex. &
communiter cæteros. Ex quo infero quod si imponatur simpliciter
pęna mortis, dēt intelligi de morte ciuili, & sic de exilio,
non de naturali, quia in dubio mitior pęna censetur imposita.
l. interpretatione. ff. de pe. Bene facit quia si imponatur pœna
capitis, intelligitur de capite ciuili, vt exilio. Ita Ioan. Andr.
in cap. quanto. vers. m. col. de iureiurando. vbi refert quendam falsificatorem
monere suisse exemptum a pęna mortis naturalis, licet
statutū imponeret penam capitis, quia pęna capitis est multiplex
l. 2. vbi Imol. ff. de public. iudi. l. 2. ff. de pe. bonus tex. in l.
cum patronum ff. de iure patron. tex. cum gloss. in l. eos. in §. in
omnibus. in verbo, capitis. de accu. Vnde inoleuit practica iudicum,
qui in sententijs mandant caput amputari, ita quod anima
separetur a corpore. Fulgo. in l. præsenti. C. de his, qui ad
eccle. confu. vide Ang. de Aretin. in §. in summa. Instit. de iniu.
Aretin. in capit. qualiter & quando. in §. ad corrigendos. de accu.
Barba. in cap. at si clerici. in princ. colum. 39. de iudi. & consil.
fi. 9. colum. in 2. parte. Alexand. consil. 104. 1. volu. 2. columna.
Felyn. in cap. ex liberis. de constit. Aduerte modo ad hoc nota.
quod text. non probat quod appellatione mortis veniat mors
ciuilis per illa verba, in fin. tex. ad similitudinem mortis iuncta
8 regula † quod similia sunt diuersa l. quod Nerua. cum gloss. ff.
deposi. Felyn. late in c. capitulum sanctę Crucis. extra. de rescriptis.
Et ita vult Angel. hic. 1. nota. dum dicit quod casus de quibus
in tex. non comprehenduntur secundum verba. & facit, qa
hic comprehenditur emācipatio, quæ tamen non potest dici
mors ciuilis, licet in his, qui per emancipationem extinguuntur,
vt est suitas, & patria potestas, dicatur similis mortis, vt hic.
Facit lex secunda. iuncta glos. in verbo, iudicium. de capi. dimi.
vbi emancipatus alius homo esse censetur, quia statum mutauit,
& quod appellatione mortis non veniat proprie mors ciuilis.
per Barto. in §. quidam filium. ff. de bonor. poss. contratabu.
ibi deportatos mortuorum loco, &c. l. si necesse. §. si depor
9 tatus. ff. de bo. l. b. iuncta † quod aliud est esse tale, aliud haberi pro tali.
l. si maritus. §. legis Iuliæ. de adulte. Facit l. intercidit in fi. ff.
de condi. & demon. vbi seruitus morti assimilatur. Et idē est in
pęna capitis, quia proprie, & stricte pęna capitis intelligitur de
capite naturali. gloss. 2. in l. transigere. C. de transac. Ex quo infertur
quod vt pęna mitior imponatur, recedimus a stricta si-
10 gnificatione vocabuli prædicta. † Tertio nota. † quod dispositio
facta in casum mortis habet locum nedum in morte naturali,
sed etiam in morte ciuili, dato quod mors sit posita in conditione.
Facit l. ex facto. in l. si quis rogatus. vltim. responso. ad
Trebell. l. actione §. in publicatione ff. pro socio. l. nihil autem. in
princ. l. si quis stipuletur. in fine. soluto matrimo. Contra hoc
non obstant multa iura Primo tex. in l. ex ea parte. in §. insulam.
de verbor. obligat. in l. cum pater. §. hæreditatem. de lega.
2. in l. res vxoris. C. de dona. inter virum & vxorem l. intercidit.
primo responso. de condi. & demonstr. Breuiter communis
resolutio est quod dispositio facta in casum mortis, habet locum
in omni alio casu operante eūdem effectum in casu, quo
agitur, quem habebit operari mors, ita quod sit frustra mortē
expectare. Ita procedunt iura primo loco allegata. Si vero nō
operatur eundem effectum, nec sit frustra mortem expectare,
secus est. Ita in effectu Bartol. in l. ex a parte. in §. insulam. Bald.
in l. Deo, nobis. 3. colum. in princip. C. de episco. & clericis. Panorm.
in ca. cum sit. de conuer. coniuga. Socin. pulchre consil.
92. prima & secunda columna. Dominus Alexand. hic in effectu,
primo notabili, & alij post eum. Contra hanc doctrinam
adducitur per dominum Rayne. text. in l. Statius. in §. Corne-
11 lio. Fęlici. de iur. fisc. † vbi hæres grauatus restituere post mortem,
ita priuatur bonis per deportationem, sicut per mortem,
& tamen restitutio non fit statim, sed expectatur mors naturalis.
Dominus Ioan. Cre. respondet. colum. 4. quod ibi non est
frustra expectare mortem naturalem, quod interim fiscus gaudebit,
qui est loco hęredis illius. l. inter eos. in fin. ff. de fideicom
12 mis. † & comodum dilationis consideratur non solum † respectu
eius, cuius fauore est posita dilatio, sed etiam respectu
eius hæredis l. Publius. §. fin. ff. de conditio & demonstra. Sed
ipsa solutio nihil valet. primo quia hoc casu dilatio non debet
considerari respectu quasi hæredis, cum non considerauerit
eam testator respectu veri hæredis grauati, vt in d. §. Cornelio
Fęlici. facit l. a filia. §. alumno ff. ad Treb. Secundo per tex. in l.
Deo nobis. C. de episcopis & clericis. vbi non habetur ratio dilationis
respectu monasterij, quod est hæres mortalis. c. in præsentia.
de probatio. sed statim maritus lucratur dotem per ingressum
religionis vxoris, ac si mortua naturaliter esset. Vnde
quod tex. in d. §. Cornelio Fęlici. respondet quod ibi frustra nō
expectatur mors naturalis, ex duobus. Primo, quia interim possit
præmori fideicommissarius l. vnica. §. si autem sub conditione.
C. de cadu. toll. Secundo, quia post confiscationem posset
ipsas res reacquirere emendo, vel alio modo, vel per restitutionem
principis l. si mandauero. § is, cui. ff. manda. l. intercidit. in
principio. de condit. & demonstrat. & intentio testatoris fuit
quod donec grauatus posset ipsa bona habere, non veniret
ad fideicommissarium. Vnde sicut si alienaret voluntarie, non
haberet locum statim restitutio fideicommissi. l. fin. §. per ult.

C. com-

C.cõmu.de leg. Ita etiam si alienet in fiscum delinquẽdo. Vel
dic quod ex offensa facta Reipublicę non debet fideicommis-
sarius consequi commodum, sed Res publica, arg. l. fi. ff. de liti-
gio. l. post legatum. §. ammittere. ff. de his, quib. vt indig. tamen
præcedens solu. est secundum Iurisconsultum in d. §. Secundo
adducitur tex. in l. Deo nobis. C. de episco. & cle. vbi expectatio
mortis non fuisset frustatoria, quia interim monialis habuis-
set interusurium medij tẽporis. d. Ioan. cre. respondet, sed quia
sibiipsi cõtradicit per. c. in præsentia. de proba. & obstat istæ so-
lutioni theorica Bart. in l. sed & si hac. in §. qui manumittitur,
ff. de in ius vocan. Ideo dic quod ibi pactum fuerat factum in
13 casu mortis in lucranda dote, † cogitando quod alio modo ve-
risimiliter non debuisset dissolui matrimonium, contineat in-
diuiduam consuetudinẽ. Insti. de pa. po. & non soleat nisi mor-
te dissolui communiter. §. deinceps. in authen. de nup. Ideo si
soluatur alio modo, habet locum pactum, quia verisimiliter si
talem casum cogitassent, idem pacti fuissent in illo casu, per ra-
tionem gloss. in tale pactum. §. fi. ff. de pact. & facit optime iste
tex. Tertio adducitur tex. in c. susceptum. de rescri. in casu vbi
mandatum de conferendo beneficium vacans per resignatio-
nem, non habet locum, si vacet per mortem. Sed dic quod il-
lud procedit, quia gratia de conferendo beneficium ad postu-
lationem est ambitiosa, ita quod nullo modo extra casum suũ
est trahenda. c. quamuis. c. cui de non sacerdotali. de præben. in
6. vnde si motu proprio esset facta, forte secus esset, vt sentit
glo. in clemen. ne Romani. in §. sane. in glos. moriente. de elec.
facit. c. si motu proprio. & c. si pluribus. de præben. in 6. Quar-
14 to not. secundum Barto. † quod substitutio vulgaris concepta
in vnum casum vulgaris substitutionis, porrigitur ad omnes si
bi similes. Facit. l. 4. C. de insti. & substi. sed re vera ibi est casus
dissimilis vt vult Bar. in l. nam hoc iure. in princip. infr. de vulg.
Vnde hic videtur Bart. male illum tex. allegare. Ex hoc notabi-
li infero vltra omnes hic esse text. cum theorica Barto. contra
decisionem. Petr. de Ancha. consil. 37. ex serui testamento.
quem sequitur dominus Deci. consi. 63. prima colum. vbi vult
Ancharanus quod quando in substitutione vulgari vnus ca-
sus exprimitur, & apponitur dictio tunc, vulgaris substitutio
ad casum duntaxat expressum restringitur. Nam hic præsup-
ponitur quod substitutio fuerit facta secundum formam Gal-
li, in qua est dictio tunc, in vno casu tantum, vt sup. in principio
huius legis, & tamen trahitur ad alios casus similes, vt hic. Ad
idem pondero text. in l. 1. de vulg. vbi in substitutione vulgari
est dictio tunc, & tamen non trahitur solum ad alium casum
vulgaris, sed etiam ad pupillarem, quæ est diuersi effectus, vt
ibi per Bart. in 3. op. facit quod vult Bartol. in l. vxori vsumfru-
ctum villæ. ff. de vsufruc. lega. dum allegat istũ text. Vnde quic-
quid dicat. d. Deci. Petr. de ancha. non multum se fundat super
dictione tunc, sed potius ne excludatur frater testatoris, qui
debet censeri persona magis dilecta. Contra hoc notabile Bar.
insurgit dominus meus. quia si esset verum qđ prouisio Galli
facta in vno casu extenderetur ad casus similes, non reprehen-
deretur Gallus, vt dicit Bar. in §. præcedenti. in simili. 2. no. Sed
aduerte, quia vtrumque bene procedit. Nam non dicit Bartol.
quod prouisio Galli iudicans nepotem posse institui in casu
mortis filii, trahatur ad alios casus, in quibus desinat esse suus,
sed loquitur de prouisione testatoris. Et ratio diuersitatis est,
quia prouisio Galli erat cõtra ius commune, postquam ex sen-
tentia legis Velleię sunt facta extensio, quod in casu quo prior
in gradu desinat esse suus, sequẽs nasciturus suus institui pos-
sit. Vnde dico quod similiter in dispositione testatoris non fie-
ret extensio ad alium casum, si per talem extensionem iretur
contra regulas iuris. l. si solus. in princip. infra de acqui. hære. l.
vxori. §. 1. vbi solus Bar. de leg. 3. Aret in l. 1. 7. column. infra de
15 vulga. versic. tertio adde. Quinto nota quod illud † quod venit
ex sententia legis, non dr̃ venire ex lege. Nã hi casus de quibus
in tex. non pertinent ad legem Velleiam, & tamen ex sententia
legis Velleię admittendi sunt. Sed obstat text. ad literam in l.
nominis & rei. in §. verbum. de verbo. signi. Insti. de patro. tute.
in princip. Bal. hic, licet non opponat, exponit ex sententia legis
Velleię id est, ex similitudine. Tu potes dicere quod aut senten
tia colligitur ex verbis, vel in consequentiam verborum, & tũc
venit ex lege, quod venit ex tali sententia legis. Aut non ex ver-
bis, sed ex rationis identitate, & tunc secus. Ita procedat iste
tex. Nam ex quo lex Velleia disposuit generaliter qđ vbi prior
in gradu desinat esse suus, sequens in gradu futurus suus in vi-
ta testatoris instituatur, certe verba sua nullo modo conueniũt
futuro suo post mortem testatoris, tamen per rationis identi-
tatem idem colligitur. hoc est quod dixit hic Sceuola. Vltimo
not. secundum Aret. ibi, post mortem suam, saui, ꝙ dictio sua,
quæ est ambigua, debet in dubio referri ad testatorẽ. vult Bart.
in l. cum in testamento. ff. de auro & argen. lega. in l. ex facto. in
princ. vbi glo. ad Trebel. Et aduerte, quia iste tex. potius innuit
contrarium, nam hic sine dubio non poterant illa verba, post
mortem suam, referri congrue ad alium, quam ad testatorem,
& tamen Iurisconsultus ad tollendum dubitationem expres-
sit, ergo in alio casu, vbi congrue posset referri tam ad alium,
quam ad testatorem, secus esset, & per hoc quòd non est incõ-
ueniens Iureconsulto ponere verbum declaratiuum, licet abs-
que declaratione nõ potuisset verbum intelligi, nisi prout de
16 claratum est, facit l. qui mutuam. in princ. ff. manda. † Circa istũ
tex. cadit dubitatio quotidiana, si testator legat vsumfructum
vxori, donec vidualiter vixerit, & post eius mortẽ ipsum vsum-
fructum legat Titio, an si transeat ad secunda vota debeat Ti-
tius statim habere vsumfructum non expectata morte vxoris.
Breuiter communis conclusio est quod sic secundũ determi-
nationem Io. And. in addi. Spec. in tit. de secun. nup. in rub. Bar.
in auth. hoc locum. C. si mulier secundo nup. cũ alijs adductis
per Alex. hic col. 3. per do. meũ. col. 7. & per nouissimos repe.
col. 13. Sed vltra eos quero qd econtra si relinquat vsumfructũ
vxori donec vidualiter vixerit, & si transiuerit ad secũda vota,
reliquit Titio, an si decedat in viduitate post mortem debea-
tur vsusfructus Titio. Breuiter seu singulariter consil. 3. in 9.
vol. consiliorum Bononien. & Pataui. determinant quod sic,
quia id, quod operatur propositum in proposito, debet opera-
ri oppositum in opposito. l. fi. §. fi. ff. de leg. 3. cum similibus, er-
go sicut legatum relictum post mortem vxoris habet locum si
transeat ad secunda vota, ita relictum si transeat ad secunda vo
ta non debet hr̃e locum post mortem. Sed rñde ꝙ hæc rña non
habet locũ vbi in oppositũ est diuersa rõ. gl. in l. & si ꝫ. in fi. inf.
de vulg. Bar. in l. inter stipulantẽ. in §. sacrã. 2. col. de verb. oblig.
17 Secundo mouetur, † quia casus mortis & transitus ad secunda
vota æquiparant, cũ inducant eundẽ effectum, s. priuationem
vsusfructus in muliere. Vñ insurgit regula tex. nostri ꝙ disposi
tio facta in vno casu, habet locum in casu simili. Sed illud non
stringit, quia similes casus dicuntur, quando est eadem ratio in
vtroque, vt declarat Bal. in l. illud. 2. col. C. de sacrosan. eccle. &
volunt omnes hic. Sed inter hos duos casus est diuersa ratio,
quia vbi est relictus vsusfructus post mortẽ vxoris, si transeat
ad secunda vota, non deficit conditio legati, immo quia cessat
causa dilationis, repræsentatur statim legatum. argu. l. a filia. in
§. a summo. ad Trebel. Sed quando reliquit si transiret ad secun
da vota, ipsa manente in viduitate deficit conditio legati. Vnde
non videtur ꝙ aliquo modo legatarius possit admitti. l. vnica.
§. sinautem sub cõditione. C. de cad. toll. Item qñ reliquit post
mortem, non põt verisimiliter considerari ratio, quare si vsus-
fructus citius abdicetur ab vxore non debeat cõpetere legata-
rio, vt dicunt doct. in locis allegatis, sed quando reliquit si vxor
transiuisset ad secunda vota, non debet habere si moriatur in
viduitate, quia potuit verisimiliter testator talem conditionẽ
apponere, vt vxor timore priuationis vsusfructus, & in persona
sua, & hæredis, a secundis nuptijs desistat. arg. authen. cui reli-
ctum. C. de indi. vidui. tollen. Vnde si destitit a secũdis nuptijs,
debet post mortem vxoris remanere vsusfructus apud hære-
dem, non apud legatarium, cuius legati conditio deficit. Et per
hoc tollitur quoddam aliud fundamentum ibi factũ per Soci.
18 † Secunda cadit dubitatio, quid si hæres grauatus restituere hę
reditatem post mortem Titio si decedat sine liberis, si ingre-
diatur monasterium an fideicommissarius debeat statim ad-
mitti post professionem, non expectata morte naturali, nouis-
simi repe. hic, col. 7. & ante eos Soci. cons. 92. dicũt ꝙ com mu-
nis conclusio est quod si non monasterium non est capax suc-
cessionis, fideicõmissarius admittatur statim. Si vero sit capax,
expectanda est mors naturalis ingressi monasteriũ, per doctri-
nam Bar. in l. cũ pater. in §. hæreditatẽ. de leg. 2. Sed aduerte ne
isti repetẽtes te decipiant, quia hoc vltimo vbi grauasset si de-
cederet sine liberis, monasterium capax successionis exclude-
ret perpetuo fideicõmissarium, sic ẽt post mortẽ ingressi, per
§. sed hoc præsenti. in auth. de sanctis. epis. imò etiã si dixisset, si
decedat sine liberis ex te & ex suo corpore natis Bart. in l. si ita
quis. in §. is, cui. ff. de lega. 2. Pau. in auth. nisi rogati. ad Trebell.
imò ẽt si testator voluisset præferri substitutũ monasterio, ad-
huc monasteriũ præferretẽ substituto ſm Panor. in c. in p̃ntia.
12. col. & ibi Felyn. de proba. vbi dicit hanc esse cõem. Tñ hoc
vltimũ non est verũ, quia vbi appareret de voluntate testatoris
vt monasterium excluderetur, non deberet admitti cõtra eius
voluntatem, vt aliquando deduxi in facto. Et vide pro nunc
Innoc. in l. Lucius vlt. de hære. institu. penult. & vlt. col. Philip.
Corn. in d. auth. nisi rogati. Fulgos. notabiliter consil. 53. quo-
niam. Alexand. consil. 121. in 2. volu. vlt. col. Corn. consil. 18. in
4. parte per totum. & consil. 235. eadem parte. ex Practica Pa-
pien. in forma libelli quo agitur ex substitutione. in verbo, suo
19 corpore. † Secundo aduerte, quia videtur quod sicut testator
grauat filium simpliciter restituere hæreditatem post mortẽ,
subauditur conditio, si decedat sine liberis ipsius filij excludant
substitutum. l. cũ acutissimi. C. de fideicõ. Ita etiam subaudi-
tur vt monasterium substitutũ excludat, quia illa cõditio præ-
sumitur expressa a testatore, sed nõ scripta. l. cũ auus. ff. de con-
di. & demõ. Cogita tamẽ, quia esset bona ampliatio ad d. §. sed
hoc præ-

hoc præsenti. continentem ius exorbitans, vt vult Panor. in d. c. in præsentia. Tertio aduerte inquantum repeten. adducũt cõtra primũ membrũ tex. in l. Statius. §. Cornelio Fęlici. ff. de iure fis. cum dicit quod interim fideicommissum non debetur, quia possit fideicommissarius decedere ante grauatum. Nam rñdeo quòd ibi consideratur hoc, quia ille grauatus post priuationem bonorum est habilis ad reacquirendum ipsa bona vel aliquo contractu, vel restitutione principis l. si mandauero. §. is cui ff. manda. l. intercidit. ff. de condi. & demon. sed in casu nostro hæc omnia cessant, quia ingressus tale monasterium non potest amplius reacquirere, vnde habet conditionem pro impleta statim quod est omnino mortuus mundo, iuxta c. placuit 16. q. 1. nec opponat mortem naturalem, vt potius habeat pro se fideicommissarius bona, quam quod deueniant ad venientes ab intestato, quos tacite exclusit testator vocando fideicõmissarium. argu. l. sicut certi. C. de test. mili. & dum dicunt ipsi
20 repetentes. † qđ põt adhuc acquirere honores & dignitates ecclesiasticas c. nullus. de elec. libr. 6. illud nihil est respectu bonorum, de quibus agitur, cũ etiã si efficeret episcopus, non possit habere proprium. glo. 1. in c. quia tu 1. 12. q. 2. Vltimo dũ arguũt contra secundum membrum, quod si expectamus mortẽ naturalem, fideicommissum vitiabitur, quia ipse grauatus censetur grauatus vt hæres, argu. l. Lucius Titius testamento. in fi. ff. de fideicomm. lib. sed secundum eum, ipse ingressus tempore mortis naturalis non reperit amplius se hæredem. Nam respõdeo quod immo semper remanet hæres, patet, quia adhuc potest conueniri post ingressum vt hęres. Bartol. in authen. si qua mulier. penul. col. versic. quæro quando. C. de sacrosan. eccles. Tertia cadit dubitatio, quid si in casu. §. nostri filius ingrediatur religionem, an habeat locũ institutio de nepote, ac si filius mortuus fuisset. Breuiter Socin. hic in notabilibus determinat quod non contra Specul. sequuntur alij. Potest saluari Specul. vbi ingrederetur religionem incapacem successionis, quia tũc filius ingrediẽs tale monasterium desinit esse suus, vt declarat Bart. in l. Deo nobis. C. de epis. & cle. versic. Secundo no. Circa dicta Bart. an dispositio prima facta in vnum casum per modũ
21 dispositionis trahatur ad alium, prima sit conclusio † quod prouisio facta in vno casu trahitur ad alium, qui intelligi potest virtute expressi. quod potest cõtingere pluribus modis, primo ex natura actus. § illud. Insti. pro socio. iuncta l. si non fuerit ff. eo. Secundo ratione necessarii antecedentis vel consequentis l. illud. de acqu. hæred. l. si stipulatus fuero pro te. de verb. obligat. gloss. in ca. quia in tantum. de præben. Cogita tamen super l. in vendendo. de contrahen. emptio. de qua per Bartol. in l. binas. ante fi. de serui. vrba. prædio. Tertio ratione connexitatis l. Lucius §. Paulus, vbi gloss. & Bar. ff. de admi. tuto. facit l. eum actũ ff. de nego. gest. Quarto, quia casus omissus sit correspectiuus ad casum expressum. in l. alteri. ff. de alimen. leg. Quinto ratione correlationis. l. fina. C. de in di. vidui. tollen. l. 1. C. de cupre.
22 lib. 11. Secunda sit conclusio, † quod dispositio facta in vnum casum per modum dispositionis, trahitur ad alium casum, in quo est verisimilis mens disponentis l. Titius §. Lucius. sup. eo. l. tale pactum §. fi. vbi glo. ff. de pact. Amplia etiam si sit necesse venire contra id, quod verba important. l. hæredes mei. §. cũ ita ff. ad Trebel. l. Publius §. fi. ff. de condi. & demonst. Pau. consil. 58. in 1. parte. Contra hanc concl. vltra omnes opp. Nam voluntas & verisimilis mens testatoris non attenditur, vbi nõ colligitur ex verbis proprie, vel saltem largo modo. glos. in l. cum viam. vbi not. Salic. C. de fideicom. Bart. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. dum respondet ad l. non aliter. Facit l. 4. §. 1. de leg. 1. & l. verbis ciuilibus. vbi Aret. inf. de vulga. & quod vult Aret. in l. a Titio. vlt. col. ff. de verb. ob. Item mens testatoris nõ seruatur nisi transierit in dispositionem. l. quidam cum filiũ. vbi Bald. 3. nota. & Ange. & Imol. inf. de hæred. insti. Item vbi casus omis-
23 sus † non sequitur ab aliquo expresso, habeẽ omnino pro omisso. Bal. in l. vnic. vl. col. C. de his, qui ante aper. tab. etiam si verisimiliter de tali casu disposuisset, si cogitasset. præterea casus cõtingens pręter ordinationem disponentis, nõ includitur sub dispositione, etiam si in eo fuisset maior ratio disponendi. Cy. in l. quod fauore. C. de legi. Anch. consil. 257. col. 3. Si itaq; casus omissus, vt fatetur Bart. non potest intelligi virtute expressi, ergo etiam quod sit verisimilis mens testatoris non potest trahi ad illum casum. Non obstat l. Titius. in §. Lucius, quia ibi interuenerat probabilis error testatoris, & vltra hoc de persona, quę admittitur, erat facta expressa dispositio, ita quod ex expresso colligebatur mens. Non obstat l. tale pactum. §. fi. quia ibi principaliter stipulatus erat hæredi, & nomen fratris fuit positum ad demonstrationem eius, qui debeat esse hæres. Ita probat ibi tex. cum inter contrahentes actum sit vt hæredibus, &c. Secũdo principaliter opponitur d. l. si quis ita. in §. si quis cum ignoraret. ff. de testam. tute. & d. gloss. in l. Titius. in princip. sup. eodem. Non obstat quod loquatur in tutela, quæ est onus, vt declarat Bar. in l. quidam relegatus. inf. de reb. dub. quia ratio in illo tex. est gñalis, s. quia cũ ignoraret se habere filium, de eo nõ sensit. Aret. hic rñdet q de persona ad personã nõ fit extẽsio, & ex verisimili mente defuncti, nisi illi personæ conueniat qualitas expressa in alia persona nominata, per d. l. tale pactum. in §. fin. Sed hæc solutio non est bona, quia in d. . si quis cum ignoraret. conueniebat qualitas filiationis expressa etiam filio, quẽ ignorabat testator habere. Secundo, licet ille text. loquatur in persona, tamẽ ratio est generalis, q vbi de aliquo non sensit testator, ad id non trahitur dispositio, licet verisimiliter idem disposuisset, si cogitasset. Breuiter pro resolutione huius materię
24 dicas † quod dispositio facta de vna persona vel re non extenditur ad aliam, nec etiam ex verisimili mente defuncti, per dictũ §. si quis cum ignoraret. Hic circa eandem personam vel rem dispositio facta in vno casu trahitur ad alium casum, vbi est verisimilis mens disponentis, vt hic per Bar. facit quod vult Pau. in §. instituens. inf. eod. circa medium. Facit §. idem credendũ. iũcto hoc §. & quod vult Bar. in l. qui filiabus. de leg. 1. vbi vult q licet significatio huius termini, filiarum, extendatur ad posthumam, tamẽ quando certum est, testatorem non sensisse de posthuma, vt quia putabat vxorem sterilem, nõ admittitur posthuma in dispositione facta de filiabus. Ratio huius distinctionis est, quia vbi est alia persona vel res, de qua testator nõ disposuit, licet verisimiliter idem disposuisset, ideo non fit extensio, quia nihil omnino circa illam personam vel rem reperitur dispositum. Sed vbi est eadem persona vel res, licet fiat extensio de casu ad casum, tñ fit circa subiectum, de quo reperitur dispositum. Vnde non est tanta digressio, nec potest dici quod nihil omnino sit dispositum. Et per hoc Ang. hic male loquitur, dũ vult quod vbi verisimiliter apparere posset ex coniecturis, qđ de persona omissa prouidisset, si de ea cogitasset, dispositio trahatur ad talem personam, per l. fi. C. de posthu. hęre. insti. & per d. l. Titius, in §. Lucius. Nec obstant dicta iura, quia in illis non trahitur dispositio ad aliam personam, imò eadem est persona, sed diuersitas solũ est in natiuitate ante testm̃ vel post, vel in vita testatoris vel post. Non obstat d. l. tale pactũ. §. fi. quia, vt dixi. ibi fuit pactũ principaliter hęredi. vñ quicũq; sit hęres, habet locũ pactũ. Nõ obstat. l. 3. de inoffi. testa. C. quia ibi verisimiliter cogitauit in illo posthumo, & sperabat illum posse instituere postquã esset natus, sed quia mortua in puerperio nõ potuit haberi pro instituto, si est testamentum inter liberos, quia
25 nemini fit præiudicium, & de illo verisimiliter cogitauit. † Tertia sit conclusio, dispositio facta in vno casu, non trahitur ad alium, vbi de mẽte disponentis nõ põt cõstare. Facit l. si alii. s[m] intellectum gl. & Bar. ibi ff. de vsuf. ac. lega. Limitatur ista conclusio, qñ casus omissus non est omnino omissus, eo q de ambobus simplicibus sit dispositũ, & euenit casus mixtus, distinguendo vt hic per Bar. an mñ sit plene interpretanda vel ne. & idem tradit Bar. vbi est locus suus in l. 2. in prin. inf. de verb. ob. Solum collige pro nũc ex Bar. hic, q ex dispositione facta super ambobus simplicibus, non dr̃ cõstare de mente disponẽtis circa casum mixtũ. Vnde vbi trahiẽ ad casum mixtũ, est ex interpretatione & benignitate legis, non aũt ex mente disponentis, probat. l. si ita scriptũ sup. e. Item habes q casus mixtus non est similis, nec habet eũdem effectum quẽ ambo casus simplices separatim. Secũdo limitaẽ qñ casus omissus est similis expresso, & eiusdẽ effectus, quia tunc ad illũ casum trahiẽ dispositio,
26 licet nõ cõstet de mẽte disponẽtis. Sed aduerte † quia dispositio nunq̃ extendiẽ vltra verba, vbi de mẽte nõ cõstat l. nõ aliter ff. de leg. 1. Item cũ omissus casus sit eiusdẽ effectus, prout expresse videtur satis cõstare de mẽte, argu. l. mulier. in fi. prin. ff. ad Trebel. Et si dicis quod põt cõsiderari duplex mens. Prima q disponẽs cogitauerit de omni alio casu simili licet vnum tãtum expresserit. Secunda est mẽs q nõ cogitauerit, sed si cogitasset, idẽ verisimiliter dixisset, & hec concurrat in casu nostro dico q cũ Bar. velit hunc casum differre a casu l. Titius, in §. Lucius, sup. eod. & l. fi. C. de posth. hær. insti. vbi cõcurrit hæc mẽs ergo in casu isto vult q illa cesset. Primo esse tenendũ quòd ẽt in casu omisso pp similitudinem, & identitatẽ effectus cõcurrat verisimilis mẽs disponẽtis, & ex hoc solo de mẽte dicaẽ cõstare. Pro hac limitatione bñ facit l. mãdasti. vbi Bal. ff. de neg. gest. l. si quis mihi bona. in §. sed quid si mandauerit. ff. de acq. hær. l. fi. C. de reb. alie. nõ alie. iũcta declaratione Bart. in l. quorum. ff. de pigno. & decisio Bar. in l. alio. in 3. col. in versi. sequitur in verbis. ff. de alimen. & cib. lega. l. voluntas. C. de fideicommiss. Facit etiam quod decidit Abba. in capit. nonnulli. de rescrip. in gloss. in verbo, mentionem, & in cap. causam, quæ in gloss. 2. eod. titu. & quæ late ponit Dom. Socin. consil. 3. per totum. Item facit tex. d. l. 3. C. de lib. præte. & in leg. 2. sup. eodem
27 vbi probatur † quòd etiam in exhæredatione sufficit adimplere dispositionẽ per æquipollẽs. Facit etiã text. iuncta doctrina Pau. ibi in auth. sed cum testator C. ad l. Falcid. vbi Falcidia. & Trebellianica, quæ debet prohiberi expressim, dicitur satis . . hibita per verba æquipollentia. Contra hanc limitationem . . det obstare. l. si pupillarem. in §. si præter. ff. de reb. eo. Bre . . dic quod ratio illius tex. est, quia prætor causa cognita p . .

sit v . .

fit venditionẽ,vñ lex presumit quod cognouerat expedire ven
ditionem fieri,nõ pignorationem, & sic casus omissus non est
eiusdẽ effectus. Videtur etiã obstare. l. fi. C. de predi.curia.lib.
10 Albe. dat vnã solu. Bald.hic dat aliã. Videtur mihi hæc vera
solutio,quod aut. prohibitio vendendi fit a lege dño rei,'& nõ
trahitur ad donationẽ, tanquã aliter prohibitio sit nimis odio
sa.l.non vsque adeo.ff.si quis a parẽ.tue.manu.l.dudũ.C.de cõ
trahen.emptio.& ita procedat.d.l.fi. Aut fit prohibitio de nõ
vendendo a dño rei illi,ad quem est res peruentura,& tunc tra
hitur ad donationẽ, si sequatur effectus,propter quem est pro
hibita venditio,& ita procedat.d.l. voluntas, Declarat etiã alio
mõ.d.l.fi. Ange.in l.cum hoc in §.is,cui.ff. de transact. Vltimo
28 inquantum Bar.allegando.l.fi.ff.manda.vult † quod mandatũ
possit adimplere per æquipollens, & allegatur semper Barto.
hic videtur obstare.l.diligenter.in princ.ff.manda.c.cũ dilecta.
in fi.de rescript.c.de non sacerdotali.de præben. in 6. in iuribus
quibus probatur quod mãdatũ debet adimpleri in forma spe-
cifica. Respondet per theoricam Bart. hic quod debet impleri
in forma specifica, quo ad effectum,non aũt in forma præcisa
& superficiali.& ita vult Bald.in leg. si quis mihi bona.in §. sed
quid si mandauit. versi. nota quod digressio.ff. de acqui.hære.
Et ita quod possit adimpleri per æquipollens, tradit Alexand.
in l.3.in 2.not.ff. sol.mri. & ponit regulam.d.l.diligẽter.cũ 11.
limitationibus do.Ias. in l.si procurator. in 1. not. C. de procu.
tradit etiam Felyn. in cap. cum dilecta in 9.col.ver.gesta cõtra
vbi in 5. col. ver. de forma.ponit decẽ signa, ex quibus cogno-
scitur an aliquid sit de forma vel ne. Circa materiã, quando ex
pressus est vnus casus per modũ conditionis,'an porrigatur di-
29 spositio ad aliũ casum. Prima sit conclusio,† qđ vbi est expres-
sus vnus casus per modũ conditionis voluntarie, debet adim-
pleri in forma specifica, nec porrigitur in aliũ casum non ex-
pressum, & quod sit similis casui expresso & eiusdem effectus
Dicitur autẽ conditio voluntaria,quando actus poterat habe-
re locum, & effectualiter sortiri effectum absque tali conditio
ne. Cum hac conclusione transeunt cõiter doct. & tradit Soc.
cons. 308 pe.col.& seq.& consi. 100.& in l.1.14.co. ver.octauo
notabiliter limita.inf.de vulg.vbi refert oẽs decisiones,quas re
ferunt repetentes hic,col. 28. Pro ista conclusione allegatur in
cõmuni tex.in l.qui hæredi. in prin.ff.de condi. & demon.dñs
Decius in rub.extra,de proba. colu. 21. & ascribunt sibi Moder.
30 hæc repe. co. 1. dñi † quod ideo ibi iussus dare seruo, debet illi
seruo dare,non dño,eo quod dño non seruaret voluntatem te
statoris,etiam in casu æquipollenti,quia interest serui quod si-
bi detur non dño cum interim effici posset liber & sibi acqui-
reret,iuxta l.a patre de leg. 2. Ista consideratio non videtur bo
na, [illegible] hæredi.legat [illegible] tẽpore quo ille adhuc est seruus
vult dare dño, quo casu non potest seruus prætendere quod in
tersit sua tunc sibi dari, cum dato quod daretur sibi acquirere
tur domino, vt ibi declarat Barto. Ex alio non videtur ille tex.
facere pro ista conclusione. primo quia ibi idẽ esset, si nõ esset
expressus ille casus per modũ conditionis, sed per modũ dispo
sitionis,vt in ver.quẽad modũ. Secundo,an ille tex. potest spe-
cifice adimpleri iussit [illegible] stator nimirũ si adimpleri debet,& im
plementũ est in facultate illius, qui vult cõsequi commodũ ex
implemento. vnde mihi ad proposi tũ quando casus expressus
non veniret, sed æquipollens, an tunc in æquipollenti suffice-
ret adimplere,prout est materia nostra. Pro resolutione itaque
dicas has conclusiones procedere,vbi conditio voluntaria põt
adimpleri prout expressit testor, alias adimpletur per æquipol-
lens. Probat tex.in l.3.in §.sub conditione.ff.de fideicom.liber.
vult Are.hic.5.col.allegans Barto.in l.1.in vlt.col.inf.de condi.
in [illegible] tamen Bart. ibi loquitur vbi conditio a principio erat im-
possibibilis, vel vbi impossibilitas superuenit ex post facto post-
quã fuerat conditio semel impleta, quę habebat tractum suc-
cessiuum, & loquitur vbi implementum respicit religionem
vel honorẽ publicũ. Secũdo limita, qñ [illegible] cõiecturari φ di-
sponẽs cõsiderauit effectũ,qui habebat sequi ex cõditione vo-
luntaria, nõ modum. tũc enĩ ind [illegible] posset adimpleri per
æquipollẽs.l si fundus.ff.de condi.& demon.& hoc est arbitra
riũ iudici,cui spectat interpretari voluntatẽ defuncti.l volunta
tis.C. de fideicom.& p hoc potest defendi decisio. Alex. cons.
31 98. in 3. vol. visa parte testamẽti, vbi vult φ si † testator grauat
filiũ restituere post mortẽ sub conditione si efficiatur presby-
ter,habet locũ si non efficiatur presbyter, sed decedat sine libe
ris, quia in tali casu videtur considerasse carentiã liberorũ. vn-
de modo talis carentia sequatur,ẽt φ non efficiatur presbyter
satis est, quicquid dicat dominus meus hic. Vltimo limita pro
nunc qñ verisimiliter testator, qui disposuit in vno casu,idẽ di
sposuisset verisimiliter in casu omisso. l. hæredes mei. in §. cũ
ita.ff.ad Trebel. & hoc erit ẽt arbitrariũ iudici, p dictã leg.vo-
luntati. Et hoc vult Bar. hic dum vult φ in l. commodissima sit
conditio voluntaria,& tamen.s.in prin.huius legis per l.fin. C.
de posthu.hæredi institu.vult quod trahatur ad casum, quem
testator omisit,vbi verisimiliter idem disposuisset. Et per hoc
videtur periculosa decisio do. Decij,cons.89.quod totum, vbi
consuluit notabiliter quod testatore ordinante quod si moriã-
tur eius masculi sine masculis,& tunc contingat extare filias,
hæreditas diuidatur in tres partes, vnam habeant filiæ, & alias
duas Titius & Sempronius,si masculi decedant, & sine mascu
lis & sine fęminis,quod Titius & Sempronius non admittun-
tur. Nam hoc videtur peruersum quod si voluit alios admitti
extantibus filiabus, multomagis nullis decedentibus extanti-
bus, & licet sit cõditio voluntaria, tamen ista verisimilis mens
debet considerari,vt in d.l.hæredes mei.in §.cum ita. Et sic cõ
clude quòd inter conditionem voluntariam & necessariã non
32 est differentia,nisi † in hoc,quia cõditio voluntaria debet adim-
pleri in dubio in forma specifica, si adimpleri potest, conditio
vero necessaria potest impleri per æquipollens, dato φ adim-
pleri posset in forma specifica,vt vult Bar.sup. Secunda sit con
33 clusio.† prouisio facta in vnum casum per modum cõditionis,
non trahitur ad alium casum dissimilem, siue conditio sit vo-
luntaria siue necessaria,per l.si ita quis.§.fi.de leg. 2.& l.fi.C.de
his,qui veniam æta.impe. Sed hæc iura loquuntur tantũ in con
ditione voluntaria. Allegatur etiam.l.si cum dotem.sup. solu.
mat.sed ibi non vr̃ casus dissimilis, cum inducat eundem effe-
ctum, quia ita per diuortium dissoluitur matrimonium, sicut
34 per mortem,& venit casus restitutionis dotis.† Illi enim dicunt
casus similes,qui habent eundem effectum vel rationem,licet
in verbis sint dissimiles, vt hoc text.& l.qui liberis. in princ.vbi
Bal.no.inf.de vulg. Fely.in c.capitulum. 1.col.de rescr. Iste tex.
ergo non procedit, si sunt casus dissimiles, sed vt in casu omis-
so faueatur mulieri,vt ibi per Bar.vlt.col.vel quia est stipulatio,
quæ vltra verba non potest extendi, cũ verba in ea sint de sub-
35 stantia. Bal.no.in l.verba.C.ad l.Iul. de adul. † Nos vero loqui-
mur in substitutione,quæ est late interpretanda, vt hoc text. φ
itaque substitutio etiam trahatur ad casum dissimilem omis-
sum,est tex.in l.iã hoc iure. inf. de vulg.vbi substitutio, si filius
hæres non erit, habet locum si sit hæres, & decedat in pupilla
ri ætate,& tamen esse hæredem,& non esse, est dissimile, imò
contrarium. Item diuersi effectus, quia per vulgarem tantum
succedimus testatori in bonis eius.per pupillarem pupillo,etiã
in omnibus bonis pupilli vndecunque prouenerint.l.sed si plu
res.§.ad substitutos.inf.de vulg.ad hanc difficultatẽ respondet
Bar.ibi,φ vbi fit substitutio si hæres nõ erit, exprimitur vna ex
conditionibus necessarijs,vt habeat locum substitutio,ideo alij
casus nõ censentur exclusi. Et dicit ibi dñs meus φ istud est me
lius quod dici possit, sed non aduertit quod est ꝯ doctrinã Bar.
36 hic, qui vult,† quod vbi casus est dissimilis casui expresso, siue
conditio sit necessaria, siue voluntaria, non trahitur ad casum
dissimilẽ. Vnde dici põt quod ad casum dissimilem non fit ex-
tensio,nisi casualiter ex legis ꝓuisione & interpretatione aliud
sit inductum. Ita procedit.d.l.iam hoc iure, quare autem hoc
sit inductum in illo casu,põt dici quod sit pp connexitatẽ,quæ
est inter testm̃ paternum & pupillarem, pp quam.l.interpreta
tur quod pater prouidẽdo sibi,voluerit prouidere filio,& cõ-
uerso. Aduerte quoque,quia vr̃ quod prouisio trahatur ad ca-
sum dissimilem,quãdo fuit omissus,quia verisimiliter testator
cogitauit illum casum non debere euenire. Ita mihi probant
duæ theoricę Bar.simul iunctę. Nam hic vult quod nasci in vi-
ta,& nasci post mortem, sunt casus dissimiles, & tñ vnus casus
trahitur ad aliũ,vbi verisimr̃ testator cogitauit casum omissum
non debuisse euenire,vt Bar.vult in princ.huius legis pe.col. p
l.fi. C. de posthu.hæred.insti. Bene cogita, quia doct. satis leui-
37 ter transeunt in hac materia. Tertia sit conclusio,† prouisio fa
cta sub vna ex cõditionibus necessarijs ad actum vel ad effectũ
actus,trahitur ad alium casum similem. Ratio est,quia isto ca-
su testator censetur cogitasse de effectu,non de modo. Vnde si
per alium casum habeamus eundem effectum,non est curan-
dũ de modo.l.cũ seruus.vbi Bar.de ver.obl. quia si testator co-
gitasset quod idem effectus per alium casum debuisset sequi,
idẽ verisimiliter disposuisset,vt dicit tex.in l.mulier.ff. ad Tre-
bel.in fi.princ. Contra hanc cõclusionem obstat.l.commodis-
si.[illegible] sup.eo. Nec dicas,vt dicit Bar.quod ibi sit casus dissimilis,
eo quia secundum mod.repetentes.in 1.col. in prin. ex quo est
institutus nasciturus post mortẽ,si nascatur in vita non dr̃ insti
tutus, quia secundum eos, diuersitas temporis operatur quod
non sit institutus, quem testator vocauit. l. si vsusfructus mihi
biẽnium.inf.de vsufr.leg.sed ille tex.procedit, quia ex variatio-
ne tpis variatr̃ res cũ alius sit vsusfructus anni præteriti,alius an-
ni sequentis,vt declarat ibi Bar.sed hic semper est idem posthu
mus,siue nascatr̃ in vita, siue post mortẽ, vt de similibus patet.
Non ẽt respondeas quod ibi sit conditio voluntaria expressa,
cum posset institui simpliciter absq; expressione conditionis si
nascatur post mortem,vt dicit Bart. & Ang. & Alex. & magis
cõiter doc. Nã cũ sit necesse posthumum nasci, vt habeat locũ
institutio, certe est necesse φ nascatur in vita vel post mortem,
ergo si exprimitr̃ si nascatur post mortẽ,exprimitur vnus ex ca-
sibus necessarijs. Et si dicas vt dicũt Mode.repe.col.11. in prin.
quod

quod ista conditio, si nascatur post mortem, non est de necessitate ad actū, nec de necessitate exprimi debet, prout debet opponi in casu. §. nostri. Respondeo quod imo ēt in §. nostro. non erat necesse exprimere aliquam conditionē. §. quidam recte. supr. eo. & post legem Velleiā non erat necesse exprimere eo modo, quo fuit expressa, & tamen trahitur ad alium casum similem. Itē nōne substō vulgaris potest fieri simpliciter hoc modo, instituo Titiū, & Caium eidē substituo absque expressione alicuius conditionis. Barto. in d. §. quidam recte. 1. col. & vlt. & tamen Bart. hic. sup. in 2. oppo. vult, quod quia ad hoc vt substitutio vulgaris habeat locum necesse est institutus non sit hæres, si exprimatur vnus casus, per quem non sit hæres, trahitur ad alium casum, per quē similiter non sit hæres, Sed sic est quod licet institutio de posthumo possit fieri simplr, tamen vt habeat locum eius institutio, est necesse quod nascatur, ergo si exprimitur vna conditio, per quē nascatur, debet trahi ad aliū

38 casum. Nec obstat, † quod per tm testamētum, in quo posthumus est institutus, tollitur primū, licet posthumus nō nascatur glo. in l. cum in secundo. in prin. inf. ti. 1. quia illud est ex eo qđ sufficit secundū testm̄ potētialiter potuisse habere effectum, licet non habeat, vt tollatur primū. §. posteriore. Instit. quib. mo. testa. infir. Sed per hoc non potest inficiari quod ad hoc vt institutio de posthumo habeat locū, non sit necesse ipsum nasci. Vnde melius dici potest quod. l. cōmodissime. procedit, quia verisimiliter poterat testator cogitare, qđ ita poterat nasci in vita sicut post. Vnde si tm̄ instituit, si nasceretur post mortem, sibi imputādū est si nascatur in vita, & sic rumpat testamentū, Hinc est quod si verisimiliter cogitasset ꝙ non debuisset nasci in vita tm̄, institutio facta de nascente post mortem traheretur ad nascentem in vita. l. fi. C. de posth. hære. inst. & ita etiam procedit tex. noster, quia verisimiliter non habuit testator cogitare de casibus omissis de quibus in text. nimirum si fit extensio ad tales casus. Et hæc est etiam ratio, quare substitutio limitata certo tēpore non trahatur ad aliud tēpus. l. qui ita. inf. de vulga. scilicet quia testator verisimiliter poterat cogitare quod casus ille poterat ita contingere vno tēpore sicut alio. Vnde si disposuit in vno tempore, nō trahitur ad aliud. Alio etiam modo ad l. cōmodissime. respondet Bart. in principio huius legis, penul. col. scilicet quod hęc materia loquitur quando casus expressus respicit personā eius, cui fit substitutio, sed. l. cōmodissime. loquitur quando respicit personā eius, qui instituitur vel substituitur. Sed hæc solutio non videtur bona, per. l. si mater. C. de instit. & substi. vbi conditio personā eius respicit, qui est institutus, & tamē trahitur ad alium casum. Vltimo cōtra istam conclusionē obstat text. in l. fideicōmissa. §. si cui. ff. de leg. 3. vbi si relinquo filio, si morte patris fuerit effectus sui iuris, si emancipatur non debetur statim legatum, sed expectatur mors pr̄is. contra de. l. si mulier. Moder. hic colum. 11. in fin. & seq. sic videntur reddere quod. l. mulier, loquitur matre disponente. §. si cui. loquitur in extraneo. & hoc voluit Pau. licet sibi attribuāt in l. si mater. C. de inst. & subst. Sed hæc sol. non tollit difficultatem, quia illa conditio, si efficiatur sui iuris morte pr̄is tā in extraneo quam in matre, est necessaria ad effectum actus, nisi dicas quod in extraneo nō sit præsumendum ꝙ potuerit illam conditionē ad finē & effectualiter vt acquiri posset filio, sed ratione differendi legatum. secus in matre. Alias dicebam quod §. si cui loquitur quando pater esset grauatus dare proprijs filijs si efficiatur sui iuris morte pr̄is. nam si per emancipationē, non debet statim filius habere a p̄re, quia nō debet beneficio emancipationis cōsequuto a patre vti contra patrem. l. amicissimos §. fi. ff. de excu. tu. & probatur in l. cum filio. in fi. de leg. 1. tamē iste intellectus est æqualiter diuinatiuus, licet verus in se. Circa

39 contrariū. l. sed cū prono. §. fi. ff. de bon. pos. † Prima sit ꝯclusio ꝙ emancipatio facta de institutione, nō facit locū substitutioni vulgari. §. si vero. Insti. de hęr. insti. iuncta. l. 2. ff. de acquir. hęre. Fallit secundum Bart. qn̄ substitutio esset facta principaliter in suitate, quia tunc per emancipationē instituti habet locum substitutio, vt hic Sed tunc insurgit difficultas, quia si deficit institutio per per emancipationem, ergo ipse emancipatus reperit se præteritum, ergo de iure prætorio debebat rūpere testm̄. §. emācipatos. Institu. de exhęre. libero: cuius contrariū præsupponit iste text. Ita arguit Raph. Cuma. & Pau. cn̄s Rev. hic respondet quod emancipatus tunc admittitur de iure prætorio, quando est sola exclusio iuris ciuilis, secus si etiam concurrat exclusio testatoris, quia duplex funiculus fortius stringit. ca. 1.

40 de treu. & pa. † Sed aduerte, quia emancipatus exhæredatus admittitur de iure prætorio per bonorū possessionem contra tabulas agnoscendę. l. Papinianus. §. 1. vbi glo. ff. de inoff. test. & tamen est exclusus a lege ciuili, & expresse a testatore. Dn̄s meus hic respondet, qđ ex quo talis institutio deficit ex facto ipsius filij qui permisit sic emācipari, ideo ei nō succurritur. argu. l. si posthumus. §. quod vulgo. sup. eod. Et ita etiam respondet Soci. J. in l. 1. de vulg. n. 40. primi effectus. & voluit Arg. hic. Sed aduerte, quia licet permittendo se emancipari videatur iuri suitatis renunciare, non tamen per hoc debet videri renunciare iuri quod habet de iure prætorio eo quod est filius, quia vbi in eadem re quis habet duplex ius, vni iuri renunciando, non censetur alteri renunciare. l. si de mus. vbi glo. ff. de seru. vrba prędio. Barto. in l. ne quis §. 1. ff. de acquir. hęred. Item non debet plus operari tacitum quam expressum. arg. l. cum ex filio. §. huic. in f. de vulg. Sed si per pactum expresse renunciaret successioni paternę, non valeret. l. pactum quod dotali. C. de colla. ergo nec etiam tacite faciendo se emancipari, debet induci talis renunciatio. Vnde ego dico quod hæc l. fuit ante ius pretorium inducens emancipatos posse succedere, prout in simili dicit Barto. inf. in §. iste casus. in i. col. in fin. & sequen. & prout etiam de. l. posthu. inf. tit. i. quæ est dispositio pretoria. Dicit Imol. inf. in §. in omnibus. & ideo si fuisset hoc tempore disposito prætoria, habuisset locum titulus de coniungen. cum emā. libe. vt dimidiam emancipatus præteritus, & dimidiā nepos ex eo institutus habuisset. Hodie autem si nepos substituatur filio, si moriatur filius viuo auo, per emacipationem filij non haberet locū substitutio, cum censeatur substitutus nepos eo casu, quo rumperet testamentum si esset præteritus. §. quidam recte. sup. eo. &

41 † hodie filio emancipato existente, nepos ex eo pręteritus non rumpit testamentum, vt. inf. dicit Bar. & sic hodie iste text. est correctus, quatenus loquitur de emancipatione filij, dubium tamē esset hodie, cum substituatur nepos, si filius desinat esse suus, qui patiatur se emancipari, an haberet locum substitutio & sustineretur testamentum. Potest dici. quod ex quo censet tunc institutus sub contraria cōditione si remaneat suus, arg. l. iam dubitat. inf. de hære. insti. talis cōditio respectu legitimę reijcietur, & in reliquis bonis habebit locum substitutio de nepote, per. l. qm̄ in prioribus. C. de inofficio. test. Secunda sit cō

42 clusio, † Substitutio vulgaris facta suo hæredi instituto tollit suitatem, id est, facit quod virtute suitatis nō efficiatur suus hæres, statim & immediate, ipso iure absq; alia parte post mortem testatoris. sed succedat tanquā quilibet alius voluntarius hæres. Glo. in l. Papinianus. in §. quarta. circa medium. ff. de inoffi. testa. Fallit vbi vulgaris substitutio est facta in casu impotentię, id est, si nō potuerit institutus esse hęres, vt hoc text. Itē fallit, qn̄ est facta in casu quo noluerit esse hæres tacite, vt per Barto. Alias limitationes vide per Alex. & mod. in l. si filius hęres. supr. eo. per Soci. vbi ponit. 15. limitationes in l. 1. infra de vulga. col. 5. versi. circa quintum effectū. Circa contrariū. l. nullam. in auth. de hęre. ab intesta. veniē. prima sit conclusio ꝙ ab intestato etiam de iure ciuili hodie sublata est differentia emā

43 cipationis & patrię potestatis, & sic iure ciuili. ita † hodie succedit emācipatus, sicut filius in potestate, quod est valde vtile, quia de iure prætorio emancipatus non habet nisi terminum anni a tempore scientię mortis patris ad agnoscendū bonorū possessionē. l. emācipata. C. qui admi. l. 1. §. largius. ff de success. edi. sed de iure ciuili habet triginta annos. l. licet. C. de iure delibe. Circa quam vide quæ pulchre excutit Soci. consil. 2. in 9. vol. intellige hāc ꝯclu. procedere quo ad effectū succedēdi, nō aūt quo ad modū, qa licet existēs in p̄tāte sit suus, & habeat effectus suitatis, tn̄ emācipatus nō. Bar. in auth. in successione. §. de suis & legi. & dicit cōcordare. Ang. in l. illud. ff. si pars hære.

44 peta. Vnde dū Bar. hic dicit † ꝙ emācipatus retinet iura sui hęredis, male loquit, vel debet intelligi ꝙ retinet, scilicet quoad effectū successionis. Nō obstat. l. meminimus. C. de legi. hę redi. qa ille tex. nō dicit ꝙ emācipati sint sui, sed ꝙ succedāt ad similitudinē suorū. Itē illa lex circa successionem pr̄is respectu emācipati nihil de nouo inducit, sed dicit ꝙ sicut pretor inducit ꝙ emācipati succedāt patri &c. ita succedāt fratribus & sororibus. & hoc ibi lex ciuilis approbat & dispositionē pretoris, tn̄ approbat vt pretoriā dispositionē cū omnibus suis qualitatibus, p Pau. in l. si filius qui patri. pen. col. infr. de vulg. & p hoc nō obstat, si dicas ꝙ qs rōne qualitatis similitudinariæ tm̄ ꝯsequitur, qtū rōne qualitatis verę. l. cū ex orone. in princ. vbi Bal. ff. de excu. tu. iuncta. l. fi. C. de iure aureo anulo. quia illud est, verū, qn̄ similitudo inducitur ab habēte p̄tātē, sed p̄tor nō habet p̄tātem inducēdi suitatē, nec effectus suitatis. §. quos aūt.

45 Instit. de bono. pos. Ex hac limitatione infertur ꝙ † licet filius in p̄tāte efficiatur hæres ipso iure, & virtute suitatis trāsmittat hęreditatē aliter non aditā ad quoscūq; hæredes, & extraneos l. apud hostes. C. de suis & leg. tn̄ in emācipato secus est Bar. in l. si fratris. C. de iure delibe. moder. in l. emancipato. C. qui admit. licet Bar. reliquerit cogitandū in l. ventre. pe. col. versi. quęro an hoc i. infr. de acqr. hęre. Est bene verū ꝙ iure sanguinis hęreditatē ascēdētis. non aditam transmittat ad descēdētes p l. vnicam. C. de his qui ante aper. tab. Itē transmitteret ad hæredes ēt extraneos ex iure deliberandi. p. l. cū antiquioribus. C.

46 de iure delibe. Itē infertur ꝙ † bn̄ficiū. l. fin. C. de repu. hęre. ꝙ est cōcessum rōne suitatis nō cōpetit emancipato. Ita Bar. ibi, cū quo transeunt alij. Secūdo gn̄aliter limita hanc ꝯclusionē nō pcedere, nisi vbi agitur de materia successionis. Secus si in alia mā agatur, qa tunc remanet ēt hodie differētia emancipa-

tionis & patrię potestatis. Hoc est φ voluit gl. in l. emãcipa. C.
de colla. Vnde licet filiusfamilias non possit accipere pecunias
mutuo, nec facere votum sine consensu patris, tamen eman-
cipatus poterit l. 1. ff. ad Maced. l. 2. §. voto, ff. de pollici. itẽ emã-
47 cipatus accedens ad honores cum consensu patris, non obli-
gat patrem, sed existens in potestate sic l. 1. C. de filijsfa. lib. 10.
l. 2. ad Muni. Item emancipatus non potest habere peculium
nec castrense nec aduentitium nec profectitium, sed filius in
potestate sic l. fi. C. de inoffi. testa. Item emancipatus erit in iu-
dicio sine consensu patris, existens in potestate non l. fin. §. ne-
cessitate, vbi gl. & Bar. C. de bon. quæ libe. Vltimo filio pupillo
existenti in potestate potest pater substituere pupillariter, sed
filio emancipato non, l. 2. & ibi Bar. col. 2. inf. de vulg. Secunda
48 sit conclusio, Condito testamento † quo ad successionẽ & in-
stitutionem sublata est hodie dria emancipationis & patrię po
testatis. Ita Bar. post gl. adductas per eum. Vnde sicut filio in po
testate præterito sine insertione causæ testm̃ est ipso iure nul-
lum, ita præterito emancipato. Glo. magistr. in materia in §. ex
hæredatos, in verbo, noluit. in auth. de hær. & Falc. tamen hoc
non est tantum propter sublatam differentiã emancipationis,
quantum propter differẽtiam formę de qua in §. aliud quoq;
capitulum. in auth. vt cum de appel. cogno. Ita hanc conclusio
nem limita vt non procedat quo ad modum rumpendi vel re-
scindendi testamentum, quia tunc hodie remanet differentia
emancipationis & patriæ potestatis. Vnde licet filius in pote-
state exhæredatus habeat querelam immediate de iure ciuili,
quam potest intentare vsq; ad quinquennium ab adita hæredi
tate l. si quis filium C. de inoffi. testam. l. Papinianus §. fi. eo. tit.
49 † tamen emancipatus exhæredatus non habet querelam, nisi
prius agnoscat bonorum possessionem gratia litis agnoscẽdæ
de iure prætorio intra annum, iuxta l. Papinianus §. 1. vbi glo. &
Bar. ff. de inoffi. testa. Ita vult Bar. in l. certam in fi. vbi Bal. nota
biliter, col. 10. C. vnde legi. Item licet quando filius in potesta-
te est præteritus cum insertione causæ testamentum sit nullũ
de iure ciuili, tamen in emancipato testamẽtum mero iure va-
let, & habet necesse intentare bono. possessionem contratab.
de iure prætorio, vt per glo. in d. §. exhæredatos. Et verũ quod
50 Aret. hic tenet † quod si testator dicat, prætereo filium meum,
quia me verberauit, vel aliam legitimam causam exprimat, φ
talis dicatur exhæredatus, per aliqua fundamenta [illegible] re-
spondet Soc. Non obstat vnum fundamentum [illegible] rũ
repetentium hic, col. 33. in princ. tenentium cum Aret. quia sin
eos, si testator dicat in testam. [illegible] filius meus
me percussit, est exhæredatus, quamuis [illegible] ex-
hæredo, nec aliquia [illegible], nam male loquuntur. & non
fuerunt memores de [illegible] biduer,
51 † quod si maledicendo [illegible] in testamento cum causa suffi
cienti ad exhæredationem [illegible] exhæredare, quia ver-
ba dignationis vel indignationis non [illegible] ponunt. Non obstat l.
1. in §. [illegible] Tertio quia ibi in iudice
sufficit [illegible] talis. licet super
pęna [illegible] dicit tex. & declarat Bar. col. 3.
[illegible] dispositio testatoris [illegible],
nisi super eo l. 2. de libe. præte. quia dispositio nõ sit per talia ver
ba, vt dicit Bald. [illegible] licet possit dicere testam. en
tum nullum, vbi filius [illegible] est præteritus in certa causa, ta-
men si probetur causa, excluditur. Ang. notabiliter in authen.
non licet. C. de libe. præte. sicut econtra qñ est exhæredatus si-
ne causa, si probetur causa similiter excluditur. Ang. in §. ingra
titudinem in primo not. in auth. de nup. cum [illegible] adductis
per do. Ant. Corse in singu. suis in litera. I. in verbo, ingratitu-
do, licet contrarium teneat domi. meus in l. Arenam. 1. col. C.
de inoffi. testa. Tertia sit conclusio, quod titulus de con. ut gen.
cum eman. libe. qui admittebat nepotes retentos in potestate
aui, vna cũ eorum patre emancipato ad successionẽ aui tam ex
testõ quam ab intestato, est correctus ita qd hodie solus filius
emancipatus admittitur. [illegible] in gl. [illegible] de coniun
gen. cum emanc. libe. Limita hanc conc. [illegible] nepotes essent in-
stituti, & filius emancipatus præteritus cum insertione causæ,
vel exhæredatus. Nam cũ tunc habeat venire de iure prætorio
si rescinderet testm̃ nõ probata causa, adhuc hodie dimidiam
haberent nepotes, & ipse emancipatus aliã dimidiam. Ita vult
Paul. hic penul. col. in princ. Alexan. in l. fi. eo. & dominus meus
hic. Sed tu aduerte quia ɔ hoc obstat text. in §. [illegible] autem hac
obseruata, & in §. si tales in auth. vt cum de appel. cog. vbi dicit
52 tex. quod † vbi filius est exhæredatus vel præteritus cũ causa, &
causa non sit probata, testm̃ nullam vim habet quo ad institu-
tionem, sed rescisso testamento, eis qui ab intestato ad hæredi
tatem defuncti vocantur, pertinet hæreditas. sed sic est quod
emancipato filio hæreditas pertinet ab intestato, non nepoti-
bus, etiam de iure ciuili. ergo etiam illo casu nepotes ex eo ni-
hil habere debent. Et hoc argu. vtitur in alijs terminis Alex. in
auth. ex causa. C. de libe. præte. vlt. col. & in l. 1. C. de bon. poss.
53 contratab. Quarta sit conclusio, † quod nepos ex filio emanci-
pato retentus in potestatem præteritus, non potest dicere testa
mentum nullum, nec rumpere per contratab. si filius emanci-
patus superuiuat auo. Ita concludit Bar. & sequuntur communi
niter doct. Ex quo infertur quod iste tex. remanet hodie corre
ctus in duobus. Primo dum præsupponit quod nepos ex filio
præteritus rumpat testamentum, si filius emancipetur post te-
stamentum. Secundo, dum vult quod si nepos sit substitutus
filio, si filius viuo auo moriatur, substitutio de nepote habeat
locum, si emancipetur filius. Nam hodie non habebit locum
per emancipationem, imo filius institutus, licet postea eman-
cipetur, succedat ex institutione excluso nepote in totum. fun
54 datur hæc conclusio, quia † ille, cui non debetur legitima ab
intestato, non potest venire alia via contra testamentũ. Ita tex.
in §. item adoptiuos. Insti. de hære. quæ ab intest. defer. nisi in
casu l. fratres. C. de inoffi. testa. vbi est instituta turpis persona.
Et per hoc infertur qđ filia exclusa a statuto a successione ab
intestato extantibus agnatis, præterita non potest dicere testa-
mentum nullum. Bar. in l. fi. §. fi. pen. col. ad fi. & seq. ff. ad Tert.
Bald. hic, col. penul. & est communis opinio fm Alex. & Are.
consi. 60. in 12. col. 11. dubio. & firmat dom. Deci. in l. filiæ do.
penul. col. C. de colla. Intellige hoc procedere, quando essent
instituti ipsi agnati, quorum respectu est exclusa filia, secus si
essent instituti alij extranei, & præterita filia, & exclusis agna-
tis, fm Ang. & Imol. hic. & hoc vult in effectu Bar. quem nõ al
legat in l. 2. §. sed si sunt tm. inf. ad Tertul. quod procedit secun
dum Alexã. hic, quando filia præterita est emancipata, secus si
sit in potestate. Sed tene idẽ in filia in potestate vt alij tenent,
& est de mente eiusdem Alex. consi. 69. 1. vol. Non obstat fun-
damentum Alex. tamen alij non respondent, quia cum filia ẽt
in potestate exclusa a statuto desinat esse sua. Bar. in l. 1. §. secun
dum in fi. ff. de suis & legi. non magis reddet testamẽtum nul
lum, & reducet rem ad causam penitus intestati quam eman-
55 cipata. Et in quantum Alex. cõcludit 6. col. in fi. † quod filia do
tata exclusa a statuto ab intestato si sit instituta in dote minus
legitima, non potest petere supplementũ legitimę. Dicit Soc.
hic quod infiniti doct. contulerunt pro & contra. breuiter cir
ca hoc videtur distinguendum quod aut est instituta in minus
legitima cum illo, qui non excluderet ab intestato, & tũc pos-
sit petere supplementum. Aut vero cum illo, qui eum exclu-
deret, & tunc non possit, vt per Paul. consi. 169. in princ. in 2.
col. in 1. par. & sentit Alex. in consil. 69. An autem hoc vltimo
casu poterit saltem petere supplementum congruę dotis, dic
quod si quidem est dubium an sit congrue dotata a patre, stan
dum est in dubio dotationi paternę arg. l. fi. ff. de curato. furio.
Si vero appareret de enormi incongruitate, tunc ad supplemẽ
tũ congruę dotis agere poss. [illegible] Paul. consi. 275. in prima parte.
super prima qõne in 12. dubio. An aũt istę filiæ exclusę a statu-
to computentur ad sciendum quanta sit legitima filiorũ, vide
dom. Franc. Cur. consi. 5. per totum, & per Soci. consi. 66. in 9.
vol. & adde ad l. Papinianus in §. quoniam quarta ff. de inoffi.
testa. Et scias prædicta procedere qñ statutum simpl'r excludit
filias, secus si excludit quousq; extabunt masculi, quia tũc filia
præterita institutis masculis qui post mortem etiam testatoris
& acquisitã hæreditatem moriãtur sine masculis, extraneis in-
stitutis, potest dicere testamentum patris nullum. Ita Bald. in l.
56 2. C. de libe. præte. & in l. si quis §. si filium sup. eo. † Circa quę-
stionem an restitutio filij deportati noceat nepoti, prima sit cõ
clusio quod talis restõ facta in vita aui nepotẽ, qui subingres-
sus fuerat primum locum, excludat l. 2. §. fi. ff. de bon. poss. con-
tratab. Sed obstat, quia restitutus non recuperat locum occu-
patum per alium l. 2. in princip. ff. de decurio. vbi dicit Bartol.
57 † quod si doctor sit remotus a collegio, restitutus non recupe-
rat suum primum locum. sed habebitur vt quidã de nouo per-
ueniens in collegiũ. Nec dicas vt dicit Bar. qđ qñ quis occupat
locũ ex persona remoti, vt nepos, qui subintrat primũ locũ ex
persona patris, contra non est verũ quod nepos subintrans locũ
seu gradum filij succedat ex persona patris, imò ex propria per
sona & iure suo ex dispositione legis. Bar. in l. 2. in fin. per illum
tex. C. de libe. præte. in l. qui superstitis, versi. quæro secundum
prædicta ff. de acquiren. hære. & bene facit in casu nostro, quia
si nepos veniret ex persona filij, cũ filius nullum ius habeat pp
deportationẽ ẽt nepos nullũ ius hrẽt, quia nemo plus iuris ha-
beret quam ille, ex cuius persona venit l. Caius ff. de manumis.
l. qui quadraginta ff. ad Treb. l. Pomponius in §. cum quis ff. de
acqui. hære. Defendendo Bar. dicerẽ quod licet nepos succe-
dat ex propria persona ex legis dispõne, tñ hoc hẽt eo φ est ne-
pos ex filio remoto de medio §. cũ filijs. Inst. de hær. quæ ab in-
test. & hoc est φ voluit dicere Bar. ex quo hẽs notabiliter colli
gere φ licet quis locũ remoti occuparet ex dispõne legis, si tñ oc
cupat tanq̃ procedens ex illo remoto, dẽt dimittere locum re
moto restituto. Alio tñ modo cõsideretur ɔtrium ex mente Paul.
hic, scilicet vt procedat ɔtrium, quãdo locus fuit perfecte occu
patus, secus si nõ perfecte, vt ĩ casu nostro. Nã nepos primũ lo-
cũ perfecte nõ occupauerat, neq ei erat ius perfecte acquisitũ,
cum auus

cum auus adhuc viueret. l. 1. §. si impuberi. vbi Bar. inf. de col-
la. bono. l. qui superstitis. inf. de acquirē. hæredi. Sed hæc solu.
non videtur tuta, per. c. quāuis. de rescrip. in 6. vbi priuatus ex-
pectatiua ad primum beneficiū vacaturū, si ad eādem restitua-
tur, non præferē illi, qui ante restitutionē similem expectatiuā
obtinuerat. & tñ per talem expectatiuam non erat ius perfecte
acquisitum, cum nondum obtinuisset beneficium. c. si tibi ab-
senti. de præben. in 6. c. penul. in fi. de cōcess. præben. imò solum
habebat ius in spe, cum potuisset mori antequam vacaret be-
neficium, vt declarat Aret. cons. 6. vlti. col. & tale ius in spe etiā
habebat nepos. vbi declarat Bar. in l. is potest. 2. col. ad fi. de ac-
58 qui. hære. Secunda sit cōclusio, † Restitutio filij deportati facta
post mortē aui non nocet nepoti. Gl. sing. hic in verbo, eman-
cipatum. in fi. sequuntur Bar. & cæteri. sed dubitatur, an requi-
ratur q̄ nepos se actualiter immiscuerit hæreditati auitæ. Bart.
in l. 1. §. filius. in fin. inf. ad Tertul. videtur velle q̄ sic. & idē dñi
de Ro. deci. 83. 785. Pau. hic penul. col. in prin. vult q̄ non præ-
iudicet restitutio nepoti, etiam q̄ nepos se actualiter non im-
miscuerit, quia ius immiscendi acquisitum nepoti sibi auferri
non debet sine eius voluntate nec creditur princeps voluisse
auferre. l. 2. §. mentio ff. ne quid in loco publi. sequuntur Soci.
dominus meus vnico fundamento, vt per eos. Hæc opinio vi-
detur verior ex alijs duobus fundamētis vltra eos. Primo, quia
restitutio porrigitur solum ad amissa, non autem ad non ac-
quisita propter deportationem. Bart. in l. fi. 3. col. C. de sen. pas.
sed filius non amisit hęreditatem, cum fuerit deportatus in vi-
ta aui, sed eam nō acquisiuit propter deportationem, cum aui
viuentis nulla esset hæreditas. l. qui superstitis. inf. de acquir. hæ
redi. & priuatio præsupponit habitū. l. decem. ff. de verbo. ob.
§. seruus autem. Insti. de capi. dimi. Secundo moueor, quia vir-
tute suitatis ipso iure acquisitum fuit nepoti verum dominiū
post mortē aui. §. sui autem. cum gl. Institu. de hære. quæ ab in-
testa. q̄ dominium est de iure gentium, licet sit acquisitū per
modū introductū de iure ciuili. Bar. in l. ex hoc iure. ff. de insti.
59 & iure. 2. col. † princeps autem nō potest mihi auferre dñium
acquisitum ēt ex modis introductis de iure ciuili sine causa le-
gitima. Bar. in l. 1. in fi. C. de iure aureo. annulo. Bart. in l. 2. ad fi.
C. de iur. & facti ignoran. Bar. in l. rescripta. C. de præci. Impe.
offeren. Fely. in c. quæ in ecclesiarum. in 17. col. ver. quinta de-
claratio. de constit. ergo multo minus debet præsumi in dubio
voluisse auferre. Et per hoc non obstat. l. 1. §. filius. ff. ad Tertul.
quia ibi solum fuerat alteri delatum ius adeundi, quod est de
iure ciuili. gloss. in l. 1. ff. de acquir. rerum domi. & ex quo non
transfertur dominium, nisi adita hæreditate. l. cum hæredes. in
prin. ff. de acquiren. possess. & quod ius adeundi nō est in bonis
nostris. l. precia rerum. ff. ad legē Falci. & est ius quęrendi, non
ius quæsitum. Barto. in l. is potest. in 4 column. infra de acquir.
hære. Item ibi illud ius adeundi amiserat filius per deportatio-
nem, cum fuerit deportatus post mortem matris, & sic post
hæreditatem iam sibi delatam, quod multum ponderat ibi
tex. vnde illud recuperare debet per restitutionem, per l. fin. C.
de senten. pas. & l. siue libertus. ff. de iure patrona. Tertia sit cō-
61 clusio, quod † restitutio principis non trahitur retro, sed ope-
ratur vt ex nunc quando fit restitutio. Secus est in fictione po-
stliminij. Ita Barto. & transeunt alij. Facit text. in l. 1. in §. si pē-
deat. versic. certe si arrogatus. ff. ad Macedo. vbi Barto. dicit
quod restitutio de nouo inducit, non autem retro fingit. Facit
text. in l. cum allegatis. C. de re mili. lib. 12. l. Lucius. in §. Sem-
pronij. ff. de admi. tuto. l. intercidit. secundo responso, iuncta
declaratione Barto. & Pau. ff. de condi. & demon. bona glos. in
verbo, rapto. in l. fin. C. de senten. pas. vbi Barto. penul. column.
dicit hanc esse rationem, quare restitutus non recuperat fru-
62 ctus medij temporis, scilicet † quia restitutio non restituit do-
minium retro, sed ex nunc. Tamen hæc ratio non videtur bo-
na per gloss. in l. donationes, quas parentes. in verbo, refertur.
C. de do. inter vi. & vxo. Contra hanc conclusionem obstat. l. si
quis filio exhæredato. §. penul. inf. tit. 1. vbi tex. arguit de fictio-
ne postliminij ad restitutionem, & dicere qđ confirmat testa-
mentum vt ex nunc, violatur ille tex. Vnde pōt dici qđ non ibi
trahitur retro, quia nemini præiudicat. Bar. aūt hic loquitur qsi
præiudicaret iuri tertij, vt videtur velle in sequenti. q. Scđo ob-
stat decisio Ang. in l. his verbis. in §. interdum. inf. de hęre. insti.
63 vbi vult † qđ institutio facta de bannito, quæ a principio non
valuit, reconualescat si bannitus restituatur, quia secundū eū
etiam restitutio facta de gratia retro trahitur, per not. hic. Sed
aduerte, quia hic institutio filij deportati a principio valuit, sed
in casu Ang. non. vnde. non videtur quod possit trahi retro,
quia extremum ad qđ est inhabile, sicut ratihabitio, quæ solet
trahi retro. l. fin. C. ad Mace. non trahitur quando actus fuit a
principio factus non habente potestatē, & sic fuit nullus. l. ob-
seruare. §. fi. ff. de offi. procon. Bar. in l. 1. vbi de cri. agi. opor. vbi
vult qđ imò non faciat valere actum omnino nullum ēt vt ex
nunc qñ facultas faciendi actum superuenit ex noua causa, &
cōtra Ang. vr̄ obstare. l. in tēps. inf. de hære. instit. vbi præsuppo-
nit tex. q̄ si non conferatur institutio expresse in tempus capa-
citatis q̄ non reconualescat institutio licet postea superueniat
capacitas. Cogita quia est periculosa illa decisio Ange. Ter-
64 tio cōtra hanc conclusionem videtur obstare, † quia etiam fi-
ctio postliminij non trahitur retro in pręiudicium iuris acqui-
siti alteri, quicquid hic videatur præsupponere Bart. per l. 1. ff.
ex quibus cau. maio. & per Bar. in seq. q. & facit quia licet rati-
habitio, vt dixi, soleat trahi retro, tamen non trahitur in præiu-
dicium iuris alteri acquisiti. Bar. in not. q. in l. si indebitū. §. fin.
ff. rem ra. hab. Breuiter dic q̄ inter restitutionem, & fictionem
postliminij hæc est differentia, quia restitutio antequam con-
cedatur non impedit ius alteri acquiri, vt hac gl. eo quia anteq̄
fiat, non subest subest species probabilis q̄ debeat restitui, quia
ea quæ dependent a voluntate principis, reperiuntur impossi-
bilia. l. apud Iulianum. §. fi. alias. l. si fundū. de lega. 1. sed ius po-
stliminij, ex quo tenet omnia iura capti in suspenso propter
spem probabilem reuertendi, facit q̄ interim alteri ius acquiri
nō possit. l. nec vos. C. de capt. & postli. reuers. & ideo trahit re-
tro, pręcipue cum sit fictio, vt declarat Bar. in l. fi. de sent. pas. in
2. col. versi. venio ad quartam. & ibi Bal. col. penul. si tñ aliquo
casu non impediat ius acquiri alteri, tunc ēt fictio postliminij
non tollit ius acquisitum alteri, sicut nec restitutio. d. l. 1. Est tñ
differentia, quia captus ab hostibus reuertens facilius restituit
contra ius quæsitum alteri, quam restitutus a principe. d. l. 1. &
65 hac gl. Quarta sit cōclusio, † Deportatus vel bānitus restitutus
simpliciter per principem intelligitur etiam restitutus ad bo-
na, quæ reperiūtur apud fiscum. l. 1. in fi. C. de sent. pas. vbi Bar.
& ita transeunt omnes hic intellige siue dixerit, te restituo in
integrum, siue dixerit simpliciter, te restituo. argu. l. in summa.
C. de sentē. pas. Limita quando fiscus semel alienasset bona, &
postea illa reacquisiuisset ex alia causa, quia restitutus non re-
cuperasset alia bona. And. de Iser. in c. 1. in titu. de vasal. decre.
ęta. in fi. sequiter ibi Do. Præposi. Alex. facit. l. cum seruus. ff. de
adi. leg. l. si a me. vbi Bar. ff. ad leg. Fal. Secundo limita hanc cō-
66 clusionem † procedere in restitutione, secus in indulgentia vel
dispensatione, quia indulgentia non trahitur ad bona. Et sic
est differentia inter verbum indulgeo, & restituo. glos. no. in §.
pari ratione. in verbo, statum. insti. quib. mod. ius pat. pote. sol.
Alex. in l. si marito. ad fin. ff. sol. mat. nisi diceret, cōcedimus li-
beram vel plenam indulgentiam. Anch. consil. 480. probata vi-
ri ęquitia. Felyn. in c. inter quatuor. vlt. col. de ma. & obedi. Vl-
timo limita non procedere respectu fructuum perceptorum
secundum Ang. hic. vlti. col. sequuntur Alex. & Aret. Do. Prę-
po. Alex. in c. per venerabilem. §. quod autem. 11. colum. extra
qui fil. sint legi. per tex. in auth. idem de Nestorianis. C. de hę-
ret. non poss. & etiam petere quod haberetur ratio damni dati
in rebus suis. Bal. in c. 1. in titu. hic finitur lex. in vsib. feud. Do-
minus meus respectu fructuum tenet contrarium, & dicit q̄
ita iudicaret & consuleret. Idem tenet in l. iusiurandum quod
ex conuentione. §. fi. 6. col. & seq. de iureiur. & in l. fin. 1. col. de
cōsti. pecu. per l. videamus. §. in Fauiana. ff. de vsu. cum simi. &
per decisionem Bal. in rub. C. de fruc. & lit. expen. Sed dic quod
67 hæc omnia allegata per eum † loquuntur in restitutione, quæ
fit de iustitia, quo casu verbum, restituo, comprehendit etiam
fructus, imò non solum fructus perceptos, sed etiam qui perci-
pi potuerunt. Glo. est in l. patri. §. filio. in §. item ex diuerso. ff. de
mino. quam reputat singularem ad hoc Ludo. Roma. consi.
454. vlti. col. & singu. 526. tu habes. nos autem loquimur, quā-
do fit restitutio de gratia. Vnde si princeps restitueret eum tan-
quam postea nō repertum culpabilem, procederet opinio do-
68 mini mei. Quinta sit conclusio, † Bannitus etiam expresse re-
stitutus ad bona, non recuperat bona in alium translata per fi-
scum. Ita Bar. cum quo transeunt docto. hic. Ang. de Are. in §.
1. insti. quib. mo. ius pa. pote. sol. Fely. in c. inter quatuor. penul.
col. de maio. & obe. Vnde clericus depositus & restitutus non
recuperat beneficium ante restitutionem alteri collatum. Bal.
in c. constitutus. in 2. col. versi. sed an restitutus. de rescrip. Am-
plia etiam quod expresse esset restitutus ad bona in alium trā-
slata, quia princeps non potest. Ita Barto. post Cyn. hic. Non
potest enim princeps suos contractus infringere. c. 1. de nat. feud.
l. Cesar. ff. de publi. cap. 1. vbi docto de prob. quia licet Deus su-
biecerit leges principibus, non tamen subiecit contractus. Bal.
in l. 2. in 9. colum. C. de ser. & aqua. Barto. notabiliter in l. qui se
patris. C. vnde libe. in antepe. colum. in fi. & sequen. Et per hoc
videtur male sentire Ang. hic, dum dicit, quod sint cauti ban-
niti, vt faciant apponere clausulam taliter quod intelligantur
restitui etiam ad bona alienata. Nec dicas qđ possit saluari qñ
69 bona essent alienata titulo lucratiuo, vt donationis, † quia etiā
princeps non pōt tollere concessionem gratuitam factam sub
dito, ex qua translatum est dominium. Paul. in l. digna vox. C.
de leg. Facit theorica Panor. in c. nouit. de iudi. in 7. colum. vbi
Fely. post Are. colum. 8. & tradit Soci. pulchre cons. 4. in 1. vol.
Limita hanc cōclusionem procedere quando restitutio fit de
gratia, secus si fiat de iustitia, quia tunc ēt recuperaret bona in

alium translata secundum Rapha. Cuma. & sequuntur alij, fa-
cit gl. in l. frustra. C. de sen. pass. auth. quæ supplicatio. C. de pre-
cip. Impe. offer. c. suscitata extra, de in integ. resti. Sed hec limi-
tatio non videtur mihi vera ex tribus. Primo per tex. in l. bene
a Zenone. C. de quadrien. præscr. vbi si fiscus alienat bona mea
in alium credens esse sua, dominus non potest habere regres-
sum, nisi contra fiscum intra quadriennium, non autem cõtra
illum, in quem est facta alienatio ergo si alienauit credens sibi
applicata bona per confiscationẽ, licet postea reperiatur quod
confiscatio sit indebite facta non debet posse recuperare bona
ab eo, in quem est facta alienatio. Secundo per decisionẽ Bar.
70 in terminis in l. fi. C. de sent. pass. in antepe. col. vbi vult, † quod
restituens non recuperet bona alienata in alium, sed habeat re
gressum cõtra fiscum, quatenus est effectus locupletior, & est
necesse intelligere qđ ibi fuerit restitutus de iustitia, alias non
posset habere regressum contra fiscum. Item si de gratia ibi
fuisset facta restitutio, certe fiscus nõ bonæfidei possessor fuis-
set, vt dicit ibi Bar. sed dominus bonorũ. Tertio moueor, quia
71 restitutio † quæ fit ex tit. de mino. & ex tit. ex qui. cau. maio. dr̃
fieri ex mera iustitia. Bar. in l. cum quis, in §. si quis per eum ff.
de solut. & tamen taliter restitutus, non recuperat bona trans-
lata in alium post læsionem ex nouo cõtractu l. quod si minor.
§. Sceuola ff. de mino. & hoc vult Bart. hic, dum allegat illum
tex. cum simil. Facit quod vult gl. in c. quamuis in fi. gl. magnę.
extra, de restit. spo. vbi minor qui renunciauit beneficio eccle-
siastico, & sic fuit læsus restitutus nõ recuperat beneficium al-
teri collatum. Nec obstant iura in contrarium allegata, quia lo
quuntur contra eum, qui sit particeps læsionis. seu qui imme-
diate ex lęsione acquisiuit, & ita etiam procedit l. quod si mi-
nor. in §. restitu. de mino. Secundo intellige hanc conclusionẽ
procedere, quando sunt bona translata in alium ex alio contra
ctu, quam ex confiscatione, secus si immediate ex confiscatio-
ne seu condemnatione fuissent alteri acquisita, quia tunc facta
restitutione talia iura recuperaret. Ita Bal. hic post Cyn. in pen.
col. & sequuntur alij per l. siue libertus inf. de iure patro. & l. fi.
C. de sen. pas. Hic dicit Andr. de Iser. in c. 1. de vas. decre. ęta. ꝙ
72 † si vasallus commisit delictum, propter quod feudum reuer-
titur ad dominiũ immediate, restitutus per principem recupe
rat tale feudum. Dicit ẽt Pet. de Anch. consi. 480. quod ex quo
probata est sententia adulterij ꝯ mulierem, applicata est dos
marito, si mulier restituitur per principem recuperat ẽt dotẽ.
Voluit ẽt Ang. in l. si pr̃ filium ff. de adop. quem refert Alexã.
quod si ex forma statuti bona homicidę applicantur pro dimi-
dia hęredibus occisi, restitutus homicida recuperat etiam talia
bona. & videtur sequi etiam Aret. Hanc tamen limitationem
intellige, nisi post cõdemnationem sit facta actualis executio,
per quam sit translatũ dominiũ, quia tunc non recuperat alia
bona. Ita vult mihi Bar. in l. 1. in §. filius, ad Tertull. relatum ad
illum tex. & facit quod vult Bal. vlt. col. Imol. in fi. Alex. col. an-
tepe. tenet Pet. de Ancha. in c. quamuis. de rescr. in 6. 1. col. Ta-
men doct. primo allegati videntur velle idem, quando iam es-
set facta executio, & ideo pro cõcordia sic distinguendũ puto,
quod aut quis acquisiuit ex condemnatione, qui tñ ex delicto
non fuerat offensus, & tunc facta restitutione recuperet indi-
stincte iura alteri acquisita ex condẽnatione. Ita propriè loqui-
tur l. fina. C. de sen. pas. & d. l. siue patronus. Facit, quia quando
princeps ex voluntate sua fuit causa quod alicui ius quęratur,
tunc tale ius sola voluntate auferre põt. Ang. in l. Lucius ff. de
euic. Aut vero ille qui acquisiuit ex condemnatione ex delicto
fuerat offensus, & tũc sequuta condẽnatione iuridica ius sibi
acquisitũ auferri non dẽt. Et de hoc est decisio gl. & Bar. in l. 2.
C. de in ius vocan. Aliam limitationẽ ponit Card. in c. quia cili
genua, de elect. vlt. col. referunt Alex. & Alij. Sed vide Car. qa
ipsi non referunt fideliter, qui tollit omnes obiectiones, & po-
nit qualiter debeat formari clausula. Aliam limitationẽ ponit
Bar. in l. quęcunq; ad fi. C. de fide instru. & iur. hast. fisc. libr. 10.
73 & tradunt Aret. & alij hic. Vnum tamen scias vltra eos, † quod
vbi pp habendam pacem remittuntur dam na passa per subdi-
tos, ille tamen qui dedit damnũ indebite, tenetur in foro con-
sciẽtię. Host. in summa de pæn. & remiss. §. quintus & qualiter.
Pet. de Ancha. in regula, peccatũ, de reg. iur. in 6. Circa quæ-
stionem Bar. de legitimo, inquantum Bar. vult, ꝙ paria sunt ꝙ
pater fecerat filium legitimare in vita, vel disposuerit in testa-
mento quod vult filium legitimare per auth. itẽ si quis, prima
C. de natu. libe. Cadit prima dubitatio, quod si pr̃ instituat filiũ
legitimatum credens legitimationẽ valere, an tunc post mor-
tem patris poterit legitimare valide, ac si pater hæc disposuis-
set in testamento. Pau. in l. eam quam C. de fideicommis. 2. col.
versi. & per istam legem vult quod institutio sit nulla propter
errorem testantis, & hæreditas pertineat aduenientes ab inte-
stato, quia credendum est secũdum eum, quod si testator sci-
uisset illam legitimationem non valere, nõ instituisset illũ, nec
abstulisset hęreditatem a venientib. ab intestato. Facit l. neque
§. si seruum ff. de testa. mili. tamen in contrarium vr̃ facerę in
authen. item si quis, cum dicto Bar. ibi. n. vult tex. quod colligi
tur voluntas patris quod voluerit filios legitimari, si scripsit in
testamento se velle naturales liberos esse legitimos successo-
res. Idẽ enim est, ac si dixisset velle illos legitimari, vt per Bart.
hic. Sed quando instituit filium legitimatum, vult ipsum esse
legitimum successorem, ergo post mortẽ patris poterit legiti-
mari valide, & debent excludi venientes ab intestato. Facit, na
si testator sciuisset legitimationẽ, verisimiliter dixisset ipsum
velle legitimari post mortem, ergo dẽt haberi pro dicto, cum
hæc colligatur ex institutione expressa in testamento arg. l. Ti-
tius, in §. Lucius sup. eo. & l. tale pactum §. fi. ff. de pact. vbi glo.
mag. ad fi. Breuiter pro nunc non audeo recedere ab authori-
tate Paul. puto tamen indubitanter quod non hr̃et locum sua
decisio, si in testamẽto esset clausula, & omni meliori modo,
via, &c. nã tunc cessaret præsumptio, super qua se fundat Paul.
quia per talem clausulam appatet de enixa voluntate patris, ꝙ
vult omni meliori modo filium esse hęredem, & sic per aliam
legitimationem fiendam post mortem, si iam facta nõ valet l.
cum pr̃ §. filius matrem, iuncto dicto Bar. & Bald. ibi. ff. de leg.
2. & tradit Fely. de efficacia illius clausulæ in vlt. col. de offi. de-
leg. Soci. in consi. 2. in 2. col. in 9. vol. Secunda cadit dubitatio,
quid si in alio actu, quam in testamento pr̃ disposuerit velle fi-
lium legitimari. Breuiter dic quod idem est, si in actu inter vi-
uos hæc disposuerit, do. Franc. Cur. consil. 16. clarus vir. 2. col.
imò hoc procedit ẽt quod disposuerit in scriptura priuata, vt
in epistola. Ita do. Soci. consil. 41. in 2. col. in 9. vol. Tertia cadit
dubitatio, quid si solũ diceret, instituo filium cum capere pote
rit, an idem sit. Raph. Cuma. hic vlt. col. vult quod sic, quia per
hoc videtur consentire, & velle quod possit qñcunq. legitima-
ri. Sequitur dom. meus, & idẽ vult Bal. consi. 146. in 1. par. in 1.
74 col. & seq. Facit quod vult Bal. in §. instituens 4. no. inf. eo. † vbi
vult quod valeat institutio facta sub conditione, si filius legiti-
mabitur, & interim quod legitimatur, detur curator bonis, &
possit dari curator ipsemet spurius, & sic sufficit quod pr̃ po-
nat legitimatũ in conditione, licet non disponat ꝙ velit ipsum
legitimari, quia posita in cõditione nõ disponunt l. si quis sub
conditione dandorum decem insr. si quis omis. cau. testa. licet
Barto. hic videat requirere dispõnem. Quarta cadit dubitatio,
quid si pr̃ solum impetrasset licentiam legitimandi spurium,
& sic decessisset aliter ipso nõ legitimato nec disposito quod
vellet illum legitimari, dom. meus hic tenet quod non poterit
tm̃ legitimari post mortem, quia per impetrationem licentiæ
non disposuit, vt requirit Bar. † & mens quæ non transit in di-
75 spõnem, non curatur l. quidam cum filiũ. vbi Bal. inf. de hære.
instit. tñ videtur obstare decisio Bal. sup. allegata, vbi non requi
ritur dispositio. Posset fortassis distingui, aut post licentiã im-
petratam pr̃ ita cito obijt quod non potuit prosequi legitima-
tionem. & tunc possit legitimari post morẽ ex intentione pa-
tris. Aut vero potuit prosequi legitimationem, & tunc secus,
arg. l. tractabatur ff. de testam. milit. Quinta cadit dubitatio, an
auth. item si quis quam Bar. alle. C. de natu. libe. habeat locum
nedum in naturalibus, sed ẽt in spurijs. Bar. hic in sua formatio
ne qõnis aperte sentit ꝙ sic. & præsupponit pro constanti do.
Ray. col. vlt. Tamen hoc non vr̃ verum, quia illa auth. loquitur
tm̃ de naturalibus, ergo nõ dẽt extendi ad spurios qui sunt ma
gis odiosi, auth. ex complexu. C. de incest. nup. Vnde dicit tex.
76 in auth. licet C. de natu. libe. quod spurij † ab omni prorsus be
neficio excludũtur. Secundo, quia d. auth. est scripta ex §. si ve-
ro, in authen. quib. mod. natu. effi. legi. & dicit tex. in § fi. in ea.
auth. quod spurijs nulla est participanda clementia. quæ parti-
cipatur naturalibus, & idem dicit tex. in §. fi. in auth. quib. mo.
nat. effi. sui. Tertio, quia d. auth. loquitur de naturalib. non ex-
tantib. legitimis, qui nõ sunt capaces tunc institutionis, d. auth.
licet, ergo non est idẽ dicendũ in spurijs instõnis incapacibus.
Posset forte defendi Bar. intelligendo de spurijs natis ex coitu
nõ punibili, secus si ex coitu punibili, vt in simili distinguit gl.
in l. si qui illustris. C. ad exh. lib. & Bar. in l. fi. 1. col. ff. de his quib.
vt indi. Hoc sic declarato collige conclusiones ex Bart. Prima
77 sit conclusio, quod † legitimatio trahitur retro ad tempus na-
tiuitatis ipsius legitimati in his, quæ sunt ipsi legitimato fauo-
rab. l. a, & alijs non præiudicant, ita quod perinde est, ac si nun-
quam fuisset in macula spurietatis. Et ita clare tradit Ang. vlti.
col. & sequuntur Aret. Alex. & dom. meus per l. fin. ff. de nata.
resti. facit, quia restĩ natalium nihil aliud videtur importare. ni
si quod qui natus fuit seruus vel legitimus, censeatur natus in-
genuus & legitimus, & sic videtur inspicere principiũ natiuita
tis l. 2. ff. de nata. resti. ibi, perinde est, ac si ingenuus natus esset,
78 ergo necessario vr̃ trahi retro. † Item legitimatio nihil aliud
videtur, quam detectio illius legitimitatis, quam habebãt om-
nes nascentes in primęuo iure gentium, vt in auth. quib. mod.
nata. effi. sui. in §. 1. & §. si quis ergo, sicut dicimus in seruo, qui
inspecto iure naturali est liber. l. si id qđ ff. de cõd. indeb. Vnde
manumissio nõ videtur nouam libertatem conferre, sed anti-
quam detegere l. manumissiones cũ gl. ff. de iusti. & iure. Frex
hoc fun-

hoc fundamento videtur necessario inferri, ꝙ legitimatus di-
cat vere, non ficte legitimus, prout tenuit Bar. in l. si is qui pro
emp. in 12. col. ff. de vsuca. in materia fictionis induct. Item
ex hac cōclusione vr̄ quod singulare dictum Aret. l. in summa
C. de infa. in princ. quem sequuntur doct. sm Alex. consi. 25. 1.
79 vol. dū vult ꝙ † legitimati sint infames infamia facti, nō sit ve-
rū, qa legitimatus perinde est, ac si nunq̄ fuerit in macula spu-
rietatis, vt Ang. & alij hic volunt. Item videtur obstare, quia in
fames infamia facti repelluntur a dignitatibus. l. 2. cū glo. C. de
dignita. libr. 12. legitimati vero bene sunt habiles ad dignitates
c. per venerabilem. in prin. qui filij sint legi. Tamen ad hoc vl-
timum potes dicere q. l. cum gl. debet intelligi de infamia fa-
cti reddēte personam turpem, vt per Paul. in l. 1. vlti. col. C. de
sum. Trini. sed legitimati licet sint infames infamia facti, tamē
non censentur amplius turpes personæ. Bal. consi. 196. in 1. par-
te. titulus principis Achaæ. col. vlti. per. l. imperialis. §. 1. C. de
nupt. & de infamia facti vide. l. honori. ff. de obse. liber. Ex hac
conclusione infert præceptor meus hic ad duo. vide per eum.
Contra hanc cōclusionem vr̄ decisio Ioan. And. in c. innotuit
80 de elec. † vbi si illegitimus eligatur in prælatum non confirma-
tur electio per sequentē legitimationem, & sic legitimatio nō
trahitur retro. Nec dicas ꝙ loquatur quando medio tempore
alius fuerat electus, quia imò expresse loquit̄ etiā qd alius me-
dio tempore non fuisset promotus. Potest dici ꝙ in electione
ius resistit ab initio, & cōsiderat præcise tempus electionis, quę
non habet tractū successiuum. c. dudū eo. titu. vbi gl. ideo non
81 potest reconualescere. Secunda sit conclusio, † ꝙ legitimatio
non trahitur retro in præiudiciū iuris alteri quęsiti. Ita Bart. &
sequuntur cæteri. Bald. in l. 1. in fin. C. de iure aureo. anu. Ange.
in §. liceat. in auth. quib. mod. nat. effi. legiti. Cardi. Alex. in ca.
per venerabilem. in §. quia autem, qui filij sint legi. 22. col. Ex
82 hac conclusione infertur † quod legitimatus in vita patris, nō
prefertur secundogenito legitime nato ante legitimationem,
stante consuetudine ꝙ primogeniti succedant. Ita Ioā. And. in
regula, sine culpa. 11. colū. de reg. iuris. in 6. Non obstat funda-
mentum Pau. hic, qui tenet contrarium in col. vlti. per glo. no-
stram hic, in verbo, emancipatus. in fine. quia in terminis gl. de
portatus filius prius occupabat primum. Vnde restitutus in vi-
ta patris illum recuperat. sed in casu Ioan. And. legitimus ante
legitimationem nunquam primum locum occupauerat. Itē
est in facultate patris remouere nepotem de primo loco etiā
83 adoptando. l. 1. §. 1. ff. de bono. possef. contratab. Ius † autē pri-
mogeniture est ita iter radicatum in persona primogeniti, qd
pater non potest ei auferre. Io. And. & alij in c. licet. de vo. pos-
set tamen ipse filius ipsi primogenituræ renūciare. c. quam sit
periculosum. 7. q. 1. Bal. in c. 1. in §. præterea. quibus mod. feud.
84 amitta. Tertia sit conclusio, † ꝙ legitimatus viuente patre, vel
post mortē, ex dispositione paterna præfertur omnibus agna-
tis. Et hoc etiā ꝙ non fuerint agnati citati, vt hic per Bart. cum
quo transeunt alij. Item hoc procedit etiā ꝙ in precibus seu le-
gitimatione nulla sit habita mentio de agnatis. Ita Pau. hic vl-
tima col. Are. & Soc. qui dicunt, ꝙ ita est de mente doct. com-
muniter, licet cōtrariū velit dominus meus hic in discursu. &
Alex. consi. 77. penul. col. primo vol. Sed præcedens opinio est
verior, quia non reperitur prohibitū in toto titu. quibus mod.
natu. effi. legi. & quib. mod. na. effi. sui. legitimare filios extanti-
bus agnatis. ergo non debet requiri quod de eis fiat mentio.
Item procedat hæc conclusio etiam ꝙ legitimetur post aditā
hæreditatem per agnatos, secundum Bal. sub dubio forte, in l.
rescripta. vlti. col. C. de preci. Impe. offer. & vult clare Bar. hic
dū firmat quæstionē, an auferatur hæreditas agnatis, qui suc-
cesserunt, imò videtur ꝙ ibi pater disposuit filium legitimari,
ꝙ agnati non possint interim adire. argu. l. cum quid. §. qd di-
citur. ff. de acquiren. here. & l. 3. eo. tit. & eius qd voluit Bar. in
§. instituens. primo not. infr. eo. Limita modo hanc conclusio-
nem procedere quo ad præiudicandū agnatis de bonis, de qui-
bus poterat pater ad libitum disponere. secus si essent bona,
quæ deberēt venire ad ipsos agnatos, siue pater vellet siue nol-
let. Nam tunc legitimatio etiā de ordinatione patris nō præiu-
dicaret. Ita probatur a constante ratione hic Bar. in primo mē-
bro suæ distinctionis & vult do. Mar. Lauden. in disputatione
85 incipiente, Augerius Seio. † Vnde Rex noster vel Aragonum
etiam non recognoscentes superiorem, non possunt facere le-
gitimare filium suum in præiudicium alterius consanguinei,
cui cōsuetudo defert regnum, Rege decedente sine filijs legi-
timis. ita Imo. & Gemi. in c. grādi. de supplen. neg. præla. Alex.
consil. 25. 76. 94. in 1. volu. 1. Socin. consil. 225. 2. column. do.
Deci. col. 85. vlti. colum. versi. postremo. Item per hoc non fie-
ret præiudicium agnatis respectu bonorū feudalium, quæ ha-
bent transire ad agnatos, etiā inuito patre, nisi agnati cōsenti-
rent legitimationi. Alua. in c. 1. §. naturales. si de feud. fue. cōtr.
inter domi. & agna. Et scias ꝙ agnati dicerentur consensisse, si
in diuisione facta cum patre assignassent ei feudum cū clausu-
la pro se & suis hæredibus, & quibus dederint. Ita in specie de-
terminat Soci. consil. 6. vlti. col. versi. ad aliud. in 12. volu. quia
per talem clausulā censetur data licentia alienandi in quemcū-
que. l. cum esset. 1. vbi Bal. & Ang. ff. de serui. rusti. pręd. c. 1. de
86 feu. non habē. propriam natu. feu. † Similiter respectu bonorū
subiectorum fideicommisso non præiudicaret legitimatio, cū
pater de bonis quæ tenetur restituere fideicommissario, non
possit disponere in præiudiciū fideicommissarij. l. fi. §. pen. C.
commu. de leg. Ita Pet. de Anch. cōs. 226. circa primum quæ-
situm. cum alijs adductis per Soc. & Do. meum, nisi legitima-
ret princeps de plenitudine potestatis etiam in præiudicium
fideicōmissarij. Soc. cōs. 25. primo. in 11. col. & notabiliter cōs.
87 63 in 9. vol. Sed aduerte, † quia testator grauans hæredē si de-
cesserit sine liberis legitimis & naturalibus, cēsetur ēt sensisse
de legitimatis. Alex. in l. generaliter. in §. cum autem. C. de in-
stitu. & substitu. & cōs. 2. 1. vol. ergo tanquā legitimatio sit fa-
cta de intentione grauantis, & veniat legitimatus sub illis ver-
bis, sine filijs legitimis vel naturalibus, debet indistincte exclu-
di fideicōmissarius per legitimationem. Vide Soci. in §. si eius
88 vlti. col. inf. eo. Secundo limita hanc conclusionem † vt proce-
dat in legitimatione, secus in dispensatione, quia tūc requirit̄
citatio agnatorum, etiā ꝙ fiat ex ordinatione patris. Ita Socin.
& dominus meus hic & repetētes post aliōs per eos allegatos.
Diceretur autem dispensatio, quando legitimaretur non sim-
pliciter & absolute, sed cum aliqua modificatione, puta ꝙ suc-
cedat ex testamento patris. Pau. in l. adoptiuum. §. patronum.
secundo. de in ius vocand. Pau. & Soci. in l. falsa. §. 1. infr. de cō-
di. & demō. Sed tu aduerte, quia si in legitimatione, quæ abso-
lute aufert spem agnatis succedendi, non requiritur citatio ra-
tione de qua hic per Bart. ergo multo minus debet requiri in di-
spensatione quæ non aufert ita absolute. Non obstat ꝙ dispen-
satio requirat causæ cognitionē. c. de multa. de præben. In cau-
sæ autē cognitione requiratur citatio illorū, qui lędi possunt. l.
in causę. §. causa cognita. de mino. quia respondeo ꝙ ēt in legi-
timatione requiritur causę cognitio, & requiritur ꝙ fiat cū cā.
c. per venerabilem. vbi Panor. 3. notabili. qui filij sint legi. & si
quando fit viuente patre, non requiritur causa, nec causæ co-
gnitio, vt est de mente Bar. & declarat singulariter Alex. consi.
89 penult. col. penul. 5. vol. † Item dispensatio extraiudicialis non
requirit citationem etiam eorum quorum interest. Imol. in c.
nisi cum pridem. in §. super verbo, incu. gere. de renū. do. An-
to. in c. debitores. col. fina. de iureiurān. At b. consil. 84. videtur
primo. col. penul. 1. vol. Roma. consil. 369 circa princi. um. in 5.
dubio. Item ipsi agnati viuente patre non habent aliquam spē
cōsiderabilem in bonis patris, ergo tanquam eorum non in-
tersit nō sunt notandi. l. 1. §. denunciari. qui est. §. penul. 5. de vē.
90 inspi. † Tertio ex declaratione huius conclusionis posset dubi-
tari, quando legitimatio fieret cum clausula, absque præiudi-
cio legitimorum, vel cum clausula, absq; præiudicio succedē-
tium ab intestato, quid importet talis clausula, Breuiter vide
hic per Paul. col. penulti. Are. col. 13. Alexan. remissiue in vlti.
col. & late Alex. consil. penul. 5. vol. & latius per Socin. consil.
41. in 2. col. in fin. & sequen. in 9. volu. Phil. Cor. consil. 94. in 1.
parte. & Feiy. in c. cum olim. penul. col. ad fi. de re iudic. Magis
cōmunis resolutio est, ꝙ quando est facta legitimatio patre ꝯ-
sentiente, nihil operatur talis clausula, quo ad fauorem agna-
torum, sed solum quo ad fauorem aliorum descendentium le-
91 gitimorum naturalium. Quarta sit conclusio † quod legitima-
tus post mortem patris absque ordinatione patris non prefert̄
agnatis, nisi ipsi fuerint citati, & consenserint legitimationi. l.
penul. ff. de natal. restituē. Intellige etiam ꝙ legitimatio fieret
anteq̄ adirent hæreditatem. Paul. vlti. col. & sequitur Aretin.
Item intellige siue legitimatio fiat a comite Palatino, siue a
supremo principe. Ita præsupponit Barto. hic in sui generalita-
te. vult clare Paul. & sequitur Aretin. Et ratio est, licet non di-
cant, quia princeps in dubio non censetur præiudicare iuri ter-
tij. etiam qd sit mere de iure ciuili. l. cum filius familias. ff. de te-
sta. mili. l. nec auus. C. de emancip. libero. iuncta. l. nam & ciuiū.
92 ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. † Vltima sit conclusio, quod
princeps de plenitudine potestatis potest legitimare filiū post
mortem patris, in præiudicium agnatorum, absque citatione
& consensu eorum. Ita Bartol. per. l. 2. in fin. ff. de natal. restit.
Idem esset in comite Palatino, si esset ei concessum priuile-
gium. Potest enim princeps concedere potestatem legitiman-
di secundum plenitudinem potestatis ipsius principis. argu. c.
quod translationem de offic. lega. Ita Alexand. consil. 187. in
5. volumi. & 187. in 2. volu. Hæc conclusio clare procedit, quā-
do agnatis solum competebat ius adeundi tempore legitima-
tionis, quia tunc solum aufert ius adeundi, quod est de iure ci-
93 uili. glo. in l. 1. ff. de acquiren. rer. domi. † Princeps autem potest
etiam sine causa ea, quę sunt mere de iure ciuili auferre. glo. &
Bar. in l. fi. C. si contra ius. Et in istis terminis hanc conclusionē
dicit indubitatam Socin. consi. 63. in 5. colum. in fi. & sequenti.
Sed dominus meus hic insurgit, quia princeps non potest tol-
lere citationē. quę est de iure naturali. clement. pastoralis. de re

94 in dic. † Vnde non valet sententia principis lata parte incitata l. fi. vbi gl. in verbo, præsentialiter. C. de leg. c. 1. de causa possess. & propne. Item quando concedit priuilegium in his, quæ respiciunt causæ cognitionem, vel partem multum lędunt, debet pars citari. Bar. in l. 2. secundo notabili. C. de tempor. appel. Sed responde quod clemen. pastoralis, & d. l. fi. & c. 1. procedunt in actibus iudicialibus, nos loquimur in legitimatione, q̃ est actus
95 extraiudicialis, † & priuilegium seu gratia concedi potest sine citatione partis in his, in quibus potest princeps præiudicare, & constat quod vult. Bal. in l. nam ita Diuus ff. de adopt. Abb. in cap. cum olim 4. colum. de re iudica. vbi Fely. in 4. colum. in fin. & sequen. & in 1. colum. versic. tertia declaratio. vbi allegat Barto. hic, & Socin. considerans sex casus, consi. 164. 6. colum. hic autem vult præiudicare & potest, cum procedet de plenitudine potestatis. Et ita debet limitari dictum Bartol. in d. l. 2. C. de tempo. appell. scilicet, vt non procedat, quando princeps vtitur plenitudine potestatis, vt supra. Si autem iam esset adita hæreditas per agnatos, sed nondum apprehensa possessio bonorum, Bartol. hic etiam videtur velle quod tunc possit princeps legitimare in præiudicium eorum, qui iam successerunt, & tenet Pau. in l. cum hæredes ff. de acqui. possess. Alexan. consil. 2. in 1. colum. in 1. volum. Moder. repetentes hic, colum. 44. & sequen. contrarium volunt Paul. hic vlti. col. Areti. Alexan. Soci. Dominus meus, & Raven. qui dicunt quod ista est communis opini. sequitur Fely. in c. quæ in ecclesiarum, in 18. col. in 5. declaratione, in versic. secundus casus. Socin. consil. 13. 4.
96 col. Fundamentum est, quia † adita hæreditate acquisitum est dominium q̃ est de iure gẽtium, licet ex modo introducto de iure ciuili, l. cum hęredis ff. de acqui. pos. Bar. in l. ex hoc iure. 2.
97 col. de iusti. & iure. † Princeps autem non potest sine causa auferre ea, quæ sunt de iure gentium etiã acquisita ex modo introducto a iure ciuili gl. fi. & Bart. in d. l. fi. C. si contra ius. Aret. notabiliter in l. 3. ff. de testa. Non obstant fundamenta Mode. repetentium hic, quia omnia sua fundamenta procedũt, quando princeps procedit de iustitia, & sic procedit cum causa. Vnde nihil ad propositũ nostrum, vbi procedit de gratia. Ad aufugiendum tamen opinionem doctorum, debẽt esse cauti agnati cito apprehendere possessionem bonorum, quia tunc legitimatio secundum omnes non potest eis præiudicare, etiam de plenitudine potestatis principis. Finis.

Marij Salomonij Albertischi Iurisccon. clarissimi, æquitisque Romani, & consistoriani aduocati Repetitio seu Commentarius, in l. Gallus ff. de libe. et posth. cui auctor ipse titulum fecit Paradoxa in l. Gallus.

SVMMARIVM.

1 *Posthumos instituere vel exhæredare necesse erat lege 12. tabul.*
2 *Posthumos alienos incertorum generi veteres enumerabant, & nu. 24.*
3 *Bonorum possessionis capaces non esse eos, quos lex hæreditatem capere prohibet.*
4 *Alieni posthumi qui sint in Galli formula. & nu. 6. & 11.*
5 *Suum nasci, & suum futurum hæredem nasci, differunt.*
7 *Inter, particulam non denotare æqualitatem.*
8 *Posthumorum species plures, & nu. 22.*
9 *Posthumorum alienorum duplex genus.*
10 *Posthumorum extraneorum duplex genus.*
12 *Qualitatem adiectam verbo requiri secundum tempus verbi.*
13 *Posthumorum institutionis tempus quare spectetur, non natiuitatis, & num. 18.*
14 *Actus, quorum initium spectatur, non possunt esse in pendenti.*
15 *Suus aut alienus possit ne quis dici priusquam sit in rerum natura.*
16 *Falsa qualitas vitiare non solet.*
17 *Denominationem solere fieri a declarante.*
19 *Testamentum imperfectum valere inter liberos.*
20 *Posthumorum appellatione in 12. tab. qui contineantur.*
21 *Tutelam administrare honorificum, ab ea expelli infame.*
23 *Posthumi alieni quare institui non poterant.*
25 *Incertis personis testamento nihil relinqui posse.*
26 *Posthumi alieni seruum posse hæredem institui.*
27 *Seruus hæres institutus adeundæ vel repudiandæ hæreditatis potestatem habet.*
28 *Incapacis institutionem collatam in tempus capacitatis valere.*
29 *Paria sunt, aliquid fieri tempore permisso, & fieri tempore prohibito dum tamen in tempus permissum conferatur.*
30 *Galli formulam de posthumis nepotibus instituendis esse ex mẽte 12. tab.*
31 *Ius quod venit ex interpretatione 12. tabu. esse legitimum,*
32 *Regulam non facere ius, sed ex iure regulam fieri,*
33 *Posse facere quæ dicantur.*
34 *Intestatum dici non posse eum, qui testandi ius non habuit, sicut nec præteritum, qui aut institui non potuit, aut non debuit.*
35 *Institutus simpliciter quis dicatur.*
36 *Distinguere debemus etiam vbi lex non distinguit, vt tollatur iniquum & absurdum.*
37 *Legi contrauenire eum, qui id facit, quod lex vetat.*
38 *Permittere & vetare non semper esse contraria.*
39 *Instĩ, de qua in formula Galli Aquilij tractatur, cuiusmodi sit, & nu. 44.*
40 *Diuersa esse ea, quorum non est definitio eadem, & nu. 43.*
41 *Vulgaris substitutio quid sit.*
42 *Diuersa esse ea, quæ origine & corruptione differunt.*
45 *Similia non esse eadem.*
46 *Galli formula circa institutionem nepotum posthumorum sit ne etiam nũc in vsu, an vero sit antiqua.*
47 *Galli Aquilij laus ex Cicerone.*

AGgressuro nobilem ac perutilem l. Gallus, interpretationem, non alienum fuit quasdam veluti pręludias quęstiones excutere, quod faciliorem ad recludendos sensus præstant aditum, ipse vero in recensendis doctorum sententijs vltra quam necessitas cogat, haud immorabor, ne recitatoris aut ambitiosi scriptoris vitium incurram, sed vix quæ accommodatiora ac veriora visa fuerint. Tametsi noua multa apparebunt, attamen ęquus lector studio potius afferendę veritatis, quam temeritati imputabit.

Argumentum.

Ante Gallum Aquilium veteres putabant, nepotes posthumos alienos 12. tabul. impermissum institui. Aquilius docuit quadam formula posse institui, cuius verba Sceuola hic posuit postea. P. Iunio Vel. cons. lata lex, qua cautũ fuit, vt post testm̃ ẽt viuo testatore nati, si instituti forent, nõ rũperet. Sceuola vero ad formulã Aquilianã & ad legẽ Velleiã præsentẽ interpretationẽ subtexuit. q̃ legẽ Velleiã ante cũ Saluius Iulian. interpretatus fuerit. Videamus igitur, quid circa posthumorũ instõnes
1 12. tab. cautum inuenitur. † In primis, vt omnino sui hæredes vel exhæredes fiant, alioquin testam entã infirmari. De alienis autem non instituendis haud satis liquet, num scripto vel sententia comprehensum fuerit. Atqui ex §. incertis & §. posthu-
2 mo. instit. de leg. magis colligi videtur, ex eo inutiliter institui alienos, quod incertorum generi veteres adnumerabãt, vt paulum infra specialiter tractabimus. & † plenius ex illo proba-
3 ri autumo, quod si nominatim inhibitum fuisset institui, nec bonorum possessores capaces essent l. non est ambigendum. infra de bo. pos. §. vbicunque lex, vel senatusc. vel constitũ capere hæreditatẽ prohibet, cessat & bon. poss. resistere. n. hoc casu lex vr̃, inquit glos. ibidem, facit l. si minor. sup. de ser. expor. & l.
4 non dubium. C. de leg. † Quos ergo intelligit lex alienos, eos doctor. definiunt, qui institutionis tempore, si nati essent, futuri sui hæredes non fuissent, hoc est, qui primum succedendi locum non obtinuissent. §. posthum. insti. de legat. Ias. non subtiliter quęstionem facit a definitione, vtrũ de proprio vel alieno lex senserit, & ab retorta in contrarium definitione colligit de proximo magis loqui. in §. posthum. o. illum alienũ definiri putat, qui si nascerentur, nõ esset hæres testati suus, ex cõtrario ergo qui suus nasceretur, alienus non est, quia primũ in successione gradum obtinet. Cumque Gallus de eo, qui suus nascit, loquatur, quanq̃ Barto. Pau. & tu, ergo de proprio & non alieno loqui, quarq̃ Barto. hanc difficultatem non soluunt, inquit, hanc difficultatem non soluunt. Et ponderatis sane Alex. contrariam sententiam meo iudicio soluit. Et ponderatis sane tem, quam meo iudicio difficultas, vt diluatur, admonẽdi sumus, definitionis veteris difficultas, & dũ instituebatur, aliẽ Gallum de eo loqui, qui suus nascitur, & dũ instituebatur, alie nus erat, qd alius cũ pręcedebat in suitate, quẽ nõ suũ futurum
5 veteres appellabant. † & idcirco inter illa verba, nasci suũ hęredem, & nasci suũ futurũ hæredem, plurimũ interesse, sui nasci dicimus, qui post mortẽ nascitur, qm̃ sicut viuẽtis nemo est hęres, ita nemo testatori viuo suus hæres nascitur. Futurũ autem dicimus hęredem nasci, qui viuo testatori suus nascitur, hoc est, quem nemo dum nascitur in suitate præcedit, & futurus dr̃, qd futurus pro parentũ voto speratur. argu. l. scripto. inf. vnde libe. Hęc aperte probãt in §. nunc de leg. ibi, qui cũ nascerent, hæredes sui futuri essent, vbi plenius dicemus. & in §. posthumo. Ant † enim, est alienus posthumus, q inter suos natus, hęres suus futurus non est. Verbis, natus, futurus, indicat qui viuo testa-
6 tore nascitur, nã si mortuo nasceretur, nõ futurus hẽs esset, sed tũc suus nasceret, & esset, & verbo, nõ suus, quẽ alius pcedit, & ideo est alienus. inst. de hę q̃ ab intes. §. posthum. ergo nasci nõ futurus, quẽ alius pręcedit. inst. de hęr. qual. & dif. §. sui. Nisi ergo dubiũ, alia definitione alienũ duntaxat cõtineri, qui si inter suos nascereñ, suus futurus nõ esset. De alieno instituendo ergo Gallus loquit, quia dum instituitur, vere alienus est. Nõ
7 ta verbũ, † inter, nõ significare ęqualitatẽ, & per hęc natus inter suos

ter futuros nō intelligitur seruus, nec natus inter Romanos Romanus, sicut nec natus inter suos suus intelligitur, & illi sui futuri dicuntur, & is non suus futurus, quia gradu differunt. Et
8 in summa † posthumorū alij sui sunt, vt qui si viuo parente nati essent, in potestate eius fuissent nullo intermedio. insti. de hered. quæ ab intest. §. posthumi quoq;. & l. posthumorū loco. ff. de iniust. rup. test. & de her. qual. & diffe. §. sui autē. & §. posthu
9 morū. alij non sui. † Alienorum duplex genus, vnum eorū qui in potestate saltem habiti sunt, vt nepotes in vtero ex viuo filio, vt tota hac. l. & d. §. posthumo. & insti. de pat. po. alius eorum qui in potestate nō sunt, qui & extranei nuncupātur, vt. d.
10 §. posthumo. & insti. de here. qual. & dif. §. ceteri. † Et extraneorum alij simpliciter extranei, vt ex emācipato cōcepti. d. §. posthumo. & quib. mod. ius pat. pot. sol. §. fi. alij prorsus extranei, id est hi in quos nullo iure suitatis prærogatiua cadere potest, vt
11 ex filiabus vel nepotibus geniti † De quibus ergo alienis sentit Gallus & lex Velleia? De his qui in potestate testatoris sunt, & possunt fieri sui hæredes, id est, qui in suitatem testatoris recasuri sunt, & per hoc nō de emancipatis, neque alijs extraneis Alienus itaq; est in Galli formula, qui testamenti tempore nō suus est, ꝗuis mortis tempore suus nascatur. Alienum quoque nominamus magis ad differentiam eius, qui vtroq; tēpore est suus, ꝗ qui vere vllo tempore alienus esse potuerit, qui suus nascitur. Quid est, quod quo ad institutionem est alienus, cū suus
12 nascatur? † Quoniam qualitas adiecta verbo requiritur secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. sup. de noxa. & l. Titius. infr. de mili. test. sed cum institutionis prohibitio alienos respiciat, liquet institutionis tempore quo ad vim institutionis suum esse oportere. & quoniam successionis & natiuitatis tempus & ratio diuersa est ab institutione, ideo varie iudicatur, vt hic, & d. §. sui. & insti. de hære. quæ ab intesta. §. ita
13 demū. & §. posthumi. Propter quid est, † quod institutionis tēpus spectamus, nec iuuet postea suum nasci, Bald. in l. fi. C. de
14 leg. pat. scribit † actus in quibus inspicitur initium, nō possunt esse in pendenti. l. 1. §. si filius. de leg. 3. vt personarum capacitas, vt solemnitatis obseruatio. l. 1. inf. de reg. cat. secus vbi euentus consideratur. Quod in institutio sit quæd ini obseruatio. tex.
15 est insti. de exher. lib. in prin. & per totum. † Sed quomodo potest antequam in rerum natura sit, quidquam dici suus vel alienus, subiecto enim non consistente cohærere nequeunt qualitates. l. 2. supr. de vsuf. potest & non nasci, & nascendo non nisi cum altera qualitate nasci, antequā nascatur, ergo impossibile est suus sit, vel alienus. l. fi. infr. de colla. bo. & l. quod in rerum.
16 de leg. 1. † Cæterum falsa qualitas vitiare non solet. l. pe. ff. de reb. dub. & ideo nascenti suo qui eadem cum instituto persona est, qualitas alienitatis antequam in humanis existat, esse
17 nequiuit, vitiare non debet. † Postremo a declarante denominatio fit. l. si ita scriptum. inf. de cond. & demō. sed sola natiuitas declarat suum, vel alienum, ergo talis debuit haberi qualis nascatur, vel saltem si pro nato habendus erat, sicut nasci suū, est fauorabile & odiosum nasci alienum, tota hac lege, ita pro nato suo habendus fuisset. l. qui in vtero. & l. pe. supr. de sta. ho. Catoniana regula soluitur difficultas, & suprascriptis Bald. rationibus. Postquam placuit eos posthumos posse instituí, quos certum esset suos futuros, & non eos, quos incertum erat, an sui nascituri forent, quos alienos vocabāt, tristem enim a morte filij, vel alia capitis diminutione euentum, tanquam pio parentum voto aduersantem, in spe esse noluerunt. & igitur eodem in statu & qualitate institutum crediderunt simpliciter institutum, quo iātam morienti testatori nasci contingeret, & idcirco si instituitur nepos posthumus, quem pater præcedebat, talem sibi scripsisse existimatum est, & per hoc alienum.
18 Non obstat, † quod qualitas non consistit sine subiecto, quia sicut nasciturus pōt institui, pari ratione & taliter nasciturus quit institui, & ideo si suus nascitur, non est ille de quo loquitur institutio, merito que vt preteritus rumpit. faciunt quę no. Bart. Pau. Aret. & doct. in l. commodissime. sup. eo. & idcirco vera qualitas institutionis tempore erat illa alieni non vt nati, sed nascituri, quod alienus credebatur nasciturus Non obstat. l. qui in vtero. neque vis declarantis natiuitatis, quia quātum ad natiuitatem talis est, qualis nascitur, & quo ad vim iuris tamen tempus dūtaxat testamenti inspicimus. optimus tex. insti. de hær. qual. & dif. §. in hæredibus inspicitur quidem testa. factū tempus, vt con stiterit institutio. & l. pe. ff. de reg. iur. Nec cura est qualis nascatur, sed qualis instituitur. l. si alienum. inf. de hær. inst. Nec immerito, cum de ipso institutionis actu, & nō successionis agatur. Quo autem ad successionem, vtrumque tempus est in consideratione. d. l. si alienum. §. an extraneis. probe fingitur natus, alioquin frustra Gallus laborasset, & perperā lex. 12. tab. inter incapaces eum connumerasset, neque quoniam vtero fingit, vt alias declarabitur. Contra natiuitatis tempus, id est successionis magis est vt inspiciamus, nam & numquodque denominatur a fine atque dirigitur. sm Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. & institutio nō ppter aliud fit, nisi vt succedatur. l. 1. §. de testa. & ff. de vulg. l. potest. & insti. de vulg. subst. ne quitquā successionis votum impediante morte testatoris, & natiuitatem posthumi. l. ventre. inf. de acquir. hære. consequens fit successionis tempus spectandum. Rn̄deo, quamuis finis sit successio, tñ illa ex testō & institutione vires & formam capit. insti. de testa. & l. hac cōsul. C. eo. & ideo nimirum si ab ea regulatur, a qua tota pendet, & non nisi per viam suam peruenitur ad finem. obseruandum est sm Bal. in l. in ips. inf. de hære. insti. incapacitatis vitium maius est peccato solemnitatis omissę, vi-
19 tium sane incapacitatis valet inter liberos, † qui ex imperfecto nihilominus capiunt testamento. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. & facit cessare dispositionem. l. qui in vtero. vt hic est casus, quod nota a doctoribus non obseruatum.
20 † Quos posthumorum appellatione. 12. tab. contineri volunt. eos qui post humatum testatorem nascuntur. leg. 3. §. posthumos. de iniust. testa. & hæc propria significatio. l. nomen filiarum. inf. de verb. signi quod ad interpretationem statutorum Bart. monet obseruandum. Quidam putant posthumos etiam eos proprie contineri, qui post testamentum viuo testatore nascunt. per. l. si quis ita. §. si. s. de testa. tute. inf. eo qđ de odioso tutelę onere loquitur, vbi restringenda foret significatio. Re-
21 spondeo, nō omne onus est odiosum, † vt enim a tutela est infame eijci, ita administrare honorificum. l. testim. centurio. in fin. infr. de testa. man. notant Bar. & Bald. in l. penul. C. de verb. sig. Soci. filius in l. vtrum ita. §. cum quidam. vlti. nota. infr. de reb. dub. & casus videtur in d. l. vbi fauore tutelæ verba impropriè accipiuntur, & dationi libertatis æquiparatur tutelæ datio. Adde quod exuberantior fauor est pupillaris, in quo publica versatur vtilitas, quam inuidia oneris tutelaris. insti. de excus. tu. §. 1. iuncta gl. & docto. facit. l. diuus. supra de confir. tut. & Are. in §. instituens, non illepida ratione confirmat tutelæ dationem esse fauorabilem, quoniam prima causa tutelæ est fauor pupillaris, licet ex ea aliquod sequatur tutori incommodum. arg. l. qui exceptionem. supr. de condi. indeb facit l. 1. sup. de autho. tu. vbi considerandum est quod principaliter agitur. Et si diligenter ponderentur Iureconsulti verba in ea. l. si quis ita. colliget. nec aliquid sensisse Vlpianum. ait enim, si posthumis tutorē dederit, hęque viuo eo nascantur, an datio valeat, & magis est, vt vtilis datio fiat, ēt si viuo eo nascantur. ꝙ si propriè continerentur, quæsitum fuisset de casu indubio cōtra. l. ꝙ Labeo intra de ædict. Carb. Et noto mihi illa verba, & magis est vt vtilis datio fiat, subintelligendum est, ex æquitate fauore pupillorum & voluntatis præsumptę, qđ non est ratio diuersitatis cur maluerit de tutore prouidere filijs nascituris post mortē quā post testamentum. arg. l. Titius. §. Lucius. s. eo. quasi dicat, benignius magis est vt vtilis fit datio, quamuis se viuo nati vere posthumi non sint. Verbum, vtile, benigniorem interpretationem indicare sæpissime in iure videmus. Contra. l. 3. §. nominatim. de iniust. testa. vbi appellatione posthumorum continentur iam nati. l. si. dicit fauore conseruandi testam enti. facit. l. si ita facta. eo. tit. In contrarium vrget. l. cum quidam. sup. eo. Cogita, an possit defendi ex lege Velleia, quæ ad natos post testamentum eam appellationem extendit, ne Iureconsultus contradicere videatur sibipsi in. posthumos. eiusdem legis. at in l. si ita facta. non est fauor testamenti, sed coniectura voluntas testatoris, vt gloss. Azo. ibi sentire videtur, dū allegat l. si
22 ita scriptum. supr. eo. † Posthumorum itaq; species vna est eorum qui post humatum testatorem nascuntur, alia eorum qui viuo testatore post testamentum nascuntur. Est & aliud genus eorum, qui ante testamentum nati sunt, sed sublato post testamentum de medio parente incipiunt esse sui, qui nisi hæredes vel exhæredes facti sint ad instar posthumorum rumpunt, propter quod gl. hic quasi posthumos appellat, & loco posthumorum esse Iureconsultus tradit. l. posthumorum lo. eo. infr. de iniust. test. & insti. de hær. qual. & dif. §. posthu. Prima species est propria, de qua 12 tab. & aliæ formula, aliæ impropriæ, quæ ad legem Velleiam pertinent. Alias species enumerat glo. in sub. C. de posth. hæ. insti. Aliam addunt doct. de filio a patre naturali post testamentum legitimato, qui ad exemplum arrogati rumpit, vt in authē. quib. mod. nat. effi. sui. §. generaliter. plene Bal. in l. cum in adoptiuis. C. de adopti. Sali. in authen. si quis ita. C. de nat. lib. Paul. de Castr. consil. 219. incip. super punctio isto Aliam ad fuit, quando testator monasterium ingreditur. qd quasi posthumus præteritus rumpit. tex. in auth. si qua mulier. in fi. vbi Cyn. Bald. C. de sacrosan. eccles. & in auth. de sanctis.
23 episco. Iam hoc de presenti. Propter quid est, † quod cum posthumis alienis non erat testamē. factio, docto. variant & quo rundam procliuior sententia, quod nulla probabilis esset ratio. An quod non omnium ratio reddi potest. l. non omnium sup. de leg. verisimile est illos decem sapientes. 12. tab. conditores, sine ratione id constituisse, quibus non ex arbitrio, sed e republica leges scribere delegatum, an ꝙ qui in rerum natura nondum esset hæres, sibi non posset. An quod, vt Rapha. placet, incertis personis neque legata, neque hæreditates relin-

quendi ius fuit. insti. de leg. §. incertis. Paul. de Castr. refellit in-
certitudinem, quę natiuitate posthumi clarescit, obesse nō so-
lere. arg. l. quidā relegatus & l. si cognatis inf. de reb. dub. Alex.
defendit satis nō fuisse, quod post factum certificari posset per
locum a speciali l. id quod pauperib. C. de episc. & cler. Raph.
autem opinionem ex illo improbat, quod eadem incertitudi-
nis ratio idem valeret ad impediendam suorum institutionē.
Pro Rapha. casus est in toto § incertis. Rigor enim 12. tab. non
tulit, vt sub incerto iudicio quis posteritati suę consuleret, ita
Impe. ait ibidem in versi. tutor. & ideo non admittebantur, qđ
post factum certiorari posset, sed initium spectādum veluti in
reliquis incapacibus, casus est ibidem in versi. illud, vbi iure ve-
teri non valere legatum traditur illis primis qui post testamē-
tum consules designati forent, & nemini dubiū ex lege binos
24 non defuturos consules. † posthumorū magis incerta est con-
ditio, cum nec ex præsenti matrimonio, neq; qui in vtero est
solus scriptus videatur l. placet & l. ideo sup. eo. Valeretq; Ale-
xand. obiectio, quod idem in suis posthumis incertitudinis ra-
tio operetur, nisi lex suos excepisset. Item alia incertitudinis ra-
tio in alienis, quia incertum erat, vtrum sui nascituri essent, si-
cut certum est suos scilicet nascituros, & lex voluit institui il-
los posthumos, quos certum erat suos nascituros, non autem
illos, quos incertum erat suos nascituros. Argumentatio itaq;
Alex. de l. id quod pauperibus, hanc conclusionem non minus
probat, quam impugnat, quod veluti illic a regula, inquit, pau-
perum fauor excipitur, ita & hic fauor suitatis excipiat. Nec in
iuria quidem prærogatiua alios si præcedant quos necessitatis
onere præmi noluerunt, vnde & necessarij etiam sunt appel-
ti insti. de hære. quali. & differ. §. sui. Alienis quicquid testa-
te obuenit, lucrum est, suis debitum supr. l. in suis, vnde [illegible]
mini mirum esse, si quos ab intestato (neglecto [illegible]
dinis vitio) lex vocat, eosdem ex testamento ad cāde[illegible]
25 sionem recipiat. † Regulare itaq; sit cū incertis per[illegible]
menti factionem nō fuisse. Fallit in suis posthumis [illegible]
die. Idem in alienis d. §. posthu. & in his qui certificari [illegible]
hodie d. l. quidam relegatus, secus olim d. §. incertis vers. illud.
Fallit in pauperibus Christi d. l. id quod pauperibus quamquā
fauor libertatis non vincat incertitudinis vitium l. si quis pluri
bus inf. de reb. dub. & l. cū ex pluribus sup. de man[illegible] Con
26 firmatur eadem incertitudinis ratio. † quod seruus alieni po-
sthumi, & forte prorsus extranei, quod plus est non [illegible]
instituebatur l. si eius seruum inf. de here. insti. eo. tit. §. seruus
autem alienus. Quæsitum fuit, vtrum talis seruus hæres scribi
posset. Nō posse vrgebat, quod incapacis domini seruus hæres
fieri non posset l. non minus inf. de hær. insti. Labeo sæpius re-
spondit recte institui, illa ratione, quod si seruus hæreditarius,
id est nullius, potest institui, fortius potest seruus posthumi ex-
tranei, id est incerti hominis, quod dicebat esse manifestum
argū l. eius seruum ff. de hære. instit. Neq; mirum si aliud in l.
non minus, quoniam ibi incapacitas vitiosa, quæ nō est in alie-
no posthumo. & quęrenti vnde colligitur ex incertitudine id
magis prouenire, quam alia re, rñderi potest, a cessante incerti
tudinis causa, incert[illegible] ideirco vitiat, quia latet in quo insti-
tutio fieri deberet, sub incerto iudicio vagari vltima elogia nō
debent d. §. tutor. & d. [illegible] incertis & l. si quis patrib. de reb. dub.
de seruo aūt facta inst. vere in eius persona, & interpretatiue
in domini persona fundatur, cumq; serui persona sit certa, do
mini non officit incertitudo, cuius neq; vitiat nō existentia. Et
27 vsq; adeo † in persona serui radicatur institutio quod in eius
potestate sit non adeundo repudiare hæreditatem, q̃uis domi
nus flagris & minis iubeat adire l. cū proponas C. de hær. insti.
verum huic incertitudinis rationi repugnare videtur l. Titios.
§. Lucius sup. eod. vbi posthumus prorsus extraneus valide est
institutus. Gallus Aquilius nihil noui iuris induxit, sed quod
iuris erat etiam ex mente 12. tabu. in formulam redegit, quod
iuris erat dixi, lex vetando alienum posthumum institui, insti-
28 tutionis fecit incapacem, verum sic † de incapaci simpliciter
facta institutio non valet l. si alienum inf. de hære. institu. ita ex
contrario in eum casum quo capere potest facta valet l. in tem
pus & l. si alienum §. in extraneis inf. de hære. insti. quod si non
amplius Aquiliana præstat formula, quid noui iuris induxerit
præter concepta in eam suam verba non video. Si filius me vi
uo morietur, ait tunc &c. Ecce non ante vult intelligi institu-
tū nepotem posthumū. q̃ suus nascatur, quod non antea eueni
re poterat. q̃ sublato de medio filio qui præcedebat l. si quis fi-
lio §. 1. ĩ. de iniust. testa. & l. si quis posthumos §. si filiū. ĩ. eo. &
igitur ait, si filius meus &c. confert institutionem in tempus sui-
29 tatis. Aptissime ideirco † Bal. ex l. in tēpus, notauit paria esse quod
fiat in tempore permisso. & idē fieri tempore prohibito, si cō-
feratur in tempus permissum, facit, vbi sīq; aliquid obstat irri-
tato suum tempus [illegible] nihilominus recte geritur sub cōditione
submoti impedimenti l. si rem meam inf. de verb. oblig. Huic
Imol. repugnare inquit, quod 12. tabu. huiusmodi institutioni
resistebat. arg. l. si minor. sup. de ser. expor. & l. non dubiū C. de

leg. quod Ias. confirmat arguens ex verbo, induxit, quod dicit
esse noui iuris significatiuum, quę quidem mihi nullibi proba
tur. Atqui nec liquere autumo, vtrū ex verbis magis, an ex sen-
tentia 12. tab. cum alienis non esset testamenti factio. quinimo
contra eos apertus est text. & gl. in l. non ambigendum §. 1. inf.
de bon. possess. Verba sunt hæc, vbicunq. lex, vel senatusconsul-
tum, vel cōstitutio capere hæreditatem prohibet, cessat & bo-
nor. possess. vbi eleganter glo. quærit, cur ergo emancipatis &
posthumis alienis bonorū datur possessio, quia lex, inquit, non
resistit. Item est ratio, quod non prohibetur actus institutionis
posthumi, sed qualitas alieni, quo casu lex resistere nō dicitur
tex. cum gl. in auth. decernimus C. de arbit. ita limitat. l. nō du-
bium. Paul. de Castr. ibidem 12. col. & Ias. 5. col. Esto lex resti-
tisset, Gallus nō alienos, sed suos, & vt suos, licet olim alienos,
docet institui, & sic non alias quam si sui nascantur, & omni
prius alieni qualitate exuta. patet ab effectu, hic alienus in euē-
tum quo suus fiat institutus, si non contingat fieri suus, non te
manebit institutus, secus contingeret si simpliciter esset insti-
tutus. Sic posse institui induxit (Sceuola ait) non simpliciter,
sed sic, id est, sub tali qualitate, gl. inquit, suitatis, & in §. insti-
tuens, recte instituisse videatur, ait, si suus nascatur, a[illegible]perετque
præteritus. Similem etiam cautelam introduxit Vlpianus ad-
uersus legem Iuniam Miscell. Nec propterea tamen illā cor-
30 rexisse traditur, vt l. si. C. de indic. vidui. tol. † Et quod ex mente
12. tabu talem formulam Gallus componuerit, probatur lege,
ratione, & authoritate. Gallus Aquilius hanc quæstionem di-
sputauit cum sapientissimis suę ætatis viris, Balbo Lucilio,
Sexto Papirio, C. Iubentio & alijs multis, vicit sub hac formu
la, cuius finis fuit ostēdere legitimos posse fieri hæredes absq;
eo, quod ad prætores decurrerent pro bonorum possessione
impetrando, & ideo Iureconsul. in l. pen. de lega. 1. ait, obtinuit
Galli Aquilij sententia, alienos quoq; posthumos nobis fieri
legitimos hæredes, id est ex l. 12. tabu. non senatuscon. aut ple-
biscito. cum nullum de eo latum fuerit neq; constitutione, cū
nondum Imperatores essent. Et quāquam Gallus Cęsaris ami
cus fuerit. tamen in hoc fęlix obijt, quod Cęsaris tyrānidem nō
31 vidit. † Nam ius quod ex interpretatione 12. tabu. venit, legiti-
mum appellatum est, insti. de leg. pat. tu. Tutela quæ ad patro-
nos liberorumq; eorum pertinet, legitima dicta est, non quod de
ea in l. 12. tab. nominatim caueatur, sed quod perinde accepta
est per interpretationem, ac si verbis legis introducta esset. ad
idem l. 3. ĩ. de leg. tut. eadem ratione legitimę actiones, legiti-
mæ successiones, bonus tex. iuncta gl. in l. sed cum patrono §. 1.
inf. de bon. poss. ibi, ius legitimum gl. 12. tabu. interpretatur. Et
hæredes, ait, quod est nomen legitimum, non aūt bonorū pos-
sessores, quod est prætorium, insti. de bon. poss. §. quos aūt pro-
batur & inf. §. si eius, vbi Sceuola quærit, vtrum casus ille aptā-
dus sit ad ius antiquum, an ad legem Velleiam. Docto. dicunt
ius antiquum esse consilium Galli, quod falsum puto. quia ius
12. tab. intelligēdum sentio per l. 1. & 3. sup. de pet. hær. & l. tu-
telas sup. de capi. dimin. † Item quia sicut regula nō facit ius.
32 fortius nec formula, sed ex iure fit & regula & formula l. 1. inf.
de reg. iur. & Sceuola noster ait, sic posse institui, s. lege 12. tab.
non refragante, sed annuente. † Ea. n. posse dicimur, quæ iure
33 permittēte possumus l. nepos Proculo inf. de verb. sig. l. filius
de cond. insti. 22. quæst. 2. c. faciat homo. Et ex verbis Alex. hic
obterna, verbum, posse, vbi est regula negatiua, inducere fallē-
tiam. Ratione [illegible] ēdę absurditatis, iniquitatis, & perplexitatis.
lex posthumum alienum vetat institui, & suum omnino iubet
institui, si accidit, qui institutionis tpe alienus fuit, & morienti
testatori suus factus sit, & legem sic acciperemus, vt nullo mo
do alienus, & suus omnino hæres scribatur, summam quidem
contineret iniquitatem, & pugnacitatis absurdum, tantaque
implicaret testatorem perplexitate, q̃ vel instituat, vel nō insti
tuat, peccaret, alienum inutiliter instituit, quem si nō instituit,
& suus fiat, præterisse vult. Ecce quam iniquissime præteritū
definit qui institui non valuit, & peccatum non in alio q̃ quod
eo tpe non institutus est, quo scribi nō potuit † Nam veluti in-
34 testatus vere dici nō pót, qui testandi ius non hēt l. 1. inf. de suis
& leg. & insti. de hær. quæ ab intest. def. in prin. ita nec præteri-
tus dici d̄ēt, qui institui non potuit, aut non debuit l. si quis filio
exhæredato. inf. de iniust. testa. aduersus quam legem testator
sic reclamaret, quid velis non intelligo, si institui hunc vis. cur
facta de ipso non valet institutio. Si institui non vis, cur ex eo q̃
non est institutus irritas testamentum. Si rumpitur testamen-
tum, quia non institutus, proculdubio validum deberet esse, in
quo fuit institutus. Non instituenti iubente lege irritationis pœ
na minime debet imminere, argu. l. Graccus C. de adulte. & l.
tenemus. C. de pen. Sed quoniam omnis lex vitio vacare de-
bet 4. dist. erit & l. prætor non sub conditio. de collat. bono. san-
ctissime ideirco a Gallo lex non ita intellecta est, vt nullo mo-
do alienus non posset institui. quinimo si diligenter aciē men-
tis intenderis, perspicies non aliā 12. tabu. fuisse voluntatem at-
que Gallo fuit. Potuit ne apertius nobiscum lex agere, nonne
ipsius

ipsius vocem audiuimus, dum iubet suum omnino hæredem
scribi, quamuis eo tpe quo scribitur alienus sit, & ex eo qd fieri
prius non fuit, preteritionis vitio vult subiacere, non vtiq; prete
ritū definiuisset, si noluisset institui. Verum quia aliquo modo
posse institui & intelligebat & volebat, ideo nō illo modo quo
poterat institui, non institutum rumpere haud iniuria vult te-
stamentum. Eatenus sane vetuit, quatenus alienus esset, quate
nus vero suus, iubet institui, ergo non vt alienum, sed vt suum
vult institui, vt alienus autem intelligitur institutus, simplici-
35 ter institutus. Vnde nota, † quod simpliciter institutus intelli-
gitur sub eadem qualitate qua est institutionis tēpore l. si alie-
num inf. de hæredi. institu. Cum itaque alio modo quam quo
Gallus ordinauit, incapax institui nequeat, statim intelligimus
isto modo legem voluisse institui, quo omnino vult institui.
Nam qui vult omnino aliquid fieri, intelligitur iubens velle eo
modo, quo fieri potest, aliquin iuberet impossibile facit l. si iu-
re militari. de mili. testam. leg. 2. & ibi nota. C. de colla. & leg. 2.
36 sup. eo. † Nec ad rem, si lex non distinguit, quia oportet nos di-
stinguere, vt tollatur iniquum & absurdum. l. scire oportet. §.
sed aliud sup. de excus. tut. l. penul. sup. ad exhiben. Bar. & Bal. in
l. non dubium. C. de legib. Prætor simpliciter ędixit, ne quis in
ius vocatum vi eximat, multos nihilominus Iureconſ. casus ex
bono & ęquo excipiunt, vt toto illo titu. Ipsemet 12. tab. suos
præteriri vetant, Iureconſ. excipiunt vtiles suis præteritiones.
Nonne prope similem cautelam introduxit Vlpianus ad decli
nandam obseruationem l. Iunię Miscellæ, quibusdam verbis
conceptis, vt Imperator refert in l. fin. C. de indic. vidui. Cæte-
rum ex bono & æquo leges distinguere, coarctare, & extende-
re proprium Iureconsultorum est l. 1. de iusti. & iure. Nam si
interrogati fuissent illi sapientes decemviri de voluntate legis
12. tab. non aliud respondissent. arg. glo. in l. tale pactum. §. fin.
sup. de pac. Ex officio ergo Gallus huiusmodi perplexitatē in-
terpretando extricauit. Accedit Imol. diligentissimi scrutato-
ris authoritas hic, & §. quidam recte. sententis prouisionē Gal
37 li manasse ex mente 12. tabu. a ratione cessante. † Ex contrario
si argumentaretur contra legem eum facere qui id facit, quod
lex vetat. l. contra legem sup. de legi. & l. non dubium. C. eo. er-
go contra legem 12. tab. Gallus permisit, quod lex vetuit. So-
38 lutio, Gallus non permittit, sed docet. esto permittat: † Respō-
deo, vetare & permittere non sunt contraria, nisi idem & eo-
dem modo respiciant. gl. in c. omnis. 3. dist. Bald. & Areti. in §.
ille casus, sed lex 12. tab. vetat simpliciter, Gallus permittit sub
conditione, simpliciter & conditionaliter sunt diuersa l. 1. §. si
si quis simpliciter inf. de verb. oblig. ergo non permittit eo mo
do quo vetatur, & sic non sunt aduersa. argu. c. cum apostolica
de his quæ fiunt a præla. & correctio fit per directo contrariū.
Gemin. in c. quamuis. de pact. lib. 6. Item lex vetat alienum, Gal-
lus permittit suum, vt sup. facit pro hac parte, quod legum cor-
rectio est fugienda l. pręcipimus. de appel. Haud ignobilis inue
39 stigationis est, † cuiusmodi Aquiliana sit institutio. Omnes vno
ore vulgarem dicunt, sed quod alia per se species sit, forte non
40 temere posset attentari illo vel maxime argumento. † illa sunt
diuersa quorum definitio non est eadem, seu quorum substan-
tia non est eadem. conuertuntur hæc l. 1. sup. de dol. gl. in l. om
nis definitio. inf. de reg. iur. Cyn. & Bal. in l. 1. quæ sit long. con
su. & in l. non possunt. sup. de legi. Vulgaris a doct. sic definitur,
41 † Vulgaris est substitutio, quæ a quocunq; & in quemcunq; ca
sum concipi potest, nihil speciale habens. Et recte vulgaris dici
tur, cum & vulgaria vasa esse Iureconſ. definiat, quę non sunt
proprio loco attributa. l. suppellectili. de suppel. leg. Aquilianæ
vero longe diuersa est natura, quæ non nisi a parentibus auis
concipitur, & de posth. alienis nepotibus, qui possunt fieri sui,
& in solum casum suitatis, & sub triplici cōditione, vt tota hac
42 l. Præterea illa † sunt diuersa, quæ origine, & corruptione sunt
diuersa l. si mihi eodem tempore. de ser. rusti. prædi. l. si domus
tua. de ser. vrb. præd. Bald. in l. ex hoc iure. de iusti. & iur. nam si
Aquiliana esset vulgaris, a 12. tabu. in lucem venisset, sicut ipsa
vulgaris. & non Aquilium expectasset authorem. 400. & l. pro
pe anni inter Aquilium & 12. tabu. intercesserunt, vulgaris sci-
tu populi & publica authoritate, ista interpretatione, vulgaris
aditione corrumpitur, Aquiliana sola superexistentia corrum-
pitur, etiam si se filius abstinuerit. glo. est ab omnibus approba
ta in l. si mater §. 1. inf. de vulg. Rursus illa sunt diuersa, quorum
ratio est diuersa. l. 3. inf. de inius. testa. vulgaris ratio est in testa
toris voluntate, Aquilianæ in necessitate. in §. quidam recte.
43 † Postremo illa specie differre dicuntur, quę eodem sita sub ge
nere definitione sunt diuersa. leg. 1. sup. si cert. pet. leg. 1. supra
de dol. Mutuum & commodatum differunt specie. quia gene
re crediti continentur, & alia est definitio vnius, & alia alterius
Similiter alia est definitio doli boni, & alia doli mali, sic alia bo-
uis. & alia hominis sub genere animantium. † Pari ratione alia
definitio vulgaris, & alia Aquiliane, licet sub gñe substitutionū
44 contineantur. † & propterea non inconuenit, veluti illa vulga-
ris, ita ista posthumia nūcupetur, quod de solis posthumis cō-
cipiatur, vt pupillaris, quod de solis pupillis, sed vt suus authori
honos reddatur, Aquiliana nūcupetur. confirmatur l. si mater.
§. 1. inf. de vulg. vbi Aquiliana & vulgaris vt differentes species
poni videntur. Nec refert Bar. scribere in l. 1. de vulga. hanc esse
vulgarē expressam singulariter, quod in ea substitutionis cau-
sa nominatim exprimitur, veluti illa, si posthumus non nasce-
tur l. fi. C. de insti. & substi. & illa, si hæres capere non poterit. l.
1. C. de her. insti. similiter Aquiliana, si filius me viuo morietur
qm̄ ad esse Aquilianę non illud solum exigitur, si me viuo mo
rietur, nisi adieceris, tūc si nepos post mortem suus nascatur in
decem mensibus &c. potest enim quiuis substituere, si me vi-
uo moriatur, etiam extraneos, & quamuis talis conditio possit
esse cōis vtriq; substitutioni. non propterea efficiuntur eędem,
sed in eo similes, sicut enim hominem non cōficit corpus ani-
matum, nisi addideris sensus & rationes, idem in Aquiliana, ni
si suas proprias differentias adieceris. Neq; per hoc Aquiliana
efficitur vulgaris, quod quædam inter ipsas communia sint, ve
luti homo nō propterea est arbos, qd hēt vegetum corpus, aut
asinus qd sensus est particeps. Quapropter minime ad rem, qd
Aquiliana sicut vulgaris ex parte instituti concipitur verbis ne
gatiuis, si filius me viuo &c. & ex parte substituti affirmatiuis,
nepos si suus nascetur &c. quodque in vtraque potest valere
testamentum ex secūdo gradu, quādo vitium prouenit ex per-
sona instituti, vt quia mortuus viuo testatore. l. 1. §. pro secūdo.
de cadu. toll. & in vtraq; defuncto succedatur. insti. de vulga. in
princ. & hac l. Quæ quidem omnia quia similitudines arguūt,
45 potius probant q̄ impugnent nostram conclusionem. † Cū si-
milia non sint eadē l. quod Nerua sup. depos. Aristoteles, simi
litudo est vnitas qualitatum, quod aperte liquet in l. qui liberis.
inf. de vulg. Ioan. Andr. in c. non potest. de præb. in 6. similitu-
do est rerum inter se differentium cōparatio. Cy. in l. non pos.
sunt sup. de leg. illa sunt similia, quorū qualitas est vna, illa sunt
eadem, quorum substantia est eadem. Vide Bal. in l. neque le-
ges. sup. de legi. & l. ea quæ C. de condi. indeb. Vltimo nō omit
46 tendum, † nunquid hæc Galli prouisio in vsu sit, vel aliquo iu-
re sit abolita, Doctores omnes inclināt abolitam per §. posthu
mo. insti. de leg. & in prin. de bon. pos. In contrarium vrget, qd
hæc lex frustra huic operi fuisset inserta. Imper in l. 2. C. de vet.
iur. enu. iactat nihil superflue a se scriptum, aut contrarium, si
scrutator subtilissimus adfuerit, qd nulla re magis clarescet q̄
temporum, quibus iura cōstituta sunt supputatione. Primum
ius fuit 12. tab. quo suos omnino institui vel exhæredari opor-
tebat, & alieni inutiliter substituebantur. Secundū ius pretoriū
quo emancipatos institui oportebat, & alienis posthumis insti-
tutis, si sui nascebantur, bonorū possessio dabatur. inst. de bon.
poss. Errant qui quarto vel quinto loco hoc ius ponunt, quo-
niam ius pretorium eodem tempore cępit, quo plebiscita & se
natusconsul. l. 2. §. eodem tempore. de orig. iur. Ad quid præto-
ria bonorum possessio post Gallum, & Velleium, si iure ciuili
poterāt hæredes fieri: Hoc enim disputauit, dicitq; Gallus ex l.
12. tabul. legitimos fieri posse hæredes alienos posthumos ab-
sque eo quod ad beneficium prætoris recurrerent. l. pę. de leg.
1. Tertium Gallus quod 12. tab. simpliciter institui nō poterat,
ostendit sub conditione in tempus suitatis collatam institutio-
nem recte fieri. Longe post prætores Gallus fuit Cęsaris & Ci
ceronis amicissimus. Quartū, leg. Vell. authore L. Iunio Vel-
leio consulata, & eodem authore Senatuscon. Velleianum sub
Claudio Imper. quod corrigendo 12. tab. voluit substitutionis
tit. posse hæreditatem capere, si nascerentur, vel agnascerētur
viuo testatori l. posthumorum loco inf. de iniust. testa. Quintū
constitutio Iustiniana, qua cautum fuit, vt quod beneficio præ-
torum adipiscebantur emancipati & posthumi alieni iure ciui
li, & sine Aquiliana obseruatione obtinerent, & sic simpliciter
substitui cęperunt d. §. posth. & insti. de bon. poss. in princip. Ca
sus autē a Iuliano decisus non facit ius nouū. cum ipse ex con-
iunctione duorum capitum legis doceat ad legem Velleiam
pertinere, ius enim interpretans non est diuersum ab interpre
tato. inst. de leg. pat. tut. Ex quibus manifestum fit, Galli formu
lam non esse sublatam, & si plures instituendi modi postea fue
runt introducti, illaque obseruationis necessitas nouis legibus
fuit remissa, nihilominus qui voluerit in suitate instituere, ha-
bet ex ea formula modum, quem debet tenere. Correcta & ab
rogata foret, si secū sū eam instituens nulliter instituerit, & q̄a
talis obseruatio hodie est voluntaria, profecto magni effectus
est, nam conditiones in ea impleri debēt in forma specifica l. qui
hæredi. §. fi. & l. Meuius, de cond. & dem. de quo plenius in § &
quid si tantum, dicemus. Superest ad Galli formulam venia-
mus, in cuius laudem præferri quædam opere precium est. Vir
fuit maxime ac probatissime scientię. Q. Mutij. P. F. Pont. Max.
auditor, & eloquentissimi Ser. Sulpicij præceptor. Ciceronis
47 amicissimus. † de quo idem Cicero in oratione pro Aul. Ce-
cinna sic loquitur (Hoc dicam, nunquam eius authoritatem
minimum valere, cuius prudentiam. P. R. in cauendo, non in
decipiendo perspexit, qui iuris ciuilis rationem nunquam ab
ęquita-

æquitate fciunxit, qui tot annos ingenium, laborem, fidem suā P.R. promptam expositamque præbuerit, qui ita iustus & bonus vir est, vt natura non solum disciplina cōsultus esse videatur, ita peritus ac prudens, vt ex iure ciuili nō scientia solū quædam, verumetenim bonitas nata illi videatur, cuius tantum est ingenium, tam prompta fides, vt quicquid inde haurias, purū, liquidumq; te haurire sentias.] Hæc Cicero. Fuit in formulis concipiendis probatus multum, & inter cæteras de dolo malo edidit cautissimas formulas, quæ ad nostros nō peruenerunt, illarum enim meminit, commendatque 3. Offic. Cicero. & de liberatoriis stipulationibus illam, quam Aquilianam vocauit antiquas, cuius cōcepta verba Iustinianus inseruit. §. quicquid. quib. mod. tolla. obliga. Item & hanc de instituendis posthumi nepotibus, quam præ cæteris nōster Serbidius Sceuola interpretatus est, qui apud Diuum Antonium Philosophū authoritate plurimū valuit, insignis prudentiæ vir, sermonis aliquantisper duriusculi, atq; concisi. fuit præceptor Aemilij Papiniani. Est itaque interpretatio Sceuolæ hæc ad Galli formulam, sicut etiam interpretatur legem Velleiam.

SVMMARIVM.

1 *Sic, particulam significatiuam esse modi ac certæ formæ.*
2 *Possumus ea, quæ iure possumus.*
3 *Posthumos alienos non fuisse olim bonorum possessionis incapaces.*
4 *Indefinitam ad omnes casus pertinere, quoties dispositio est simplex.*
5 *Institutio habeat necne se ad substitutionem sicut genus ad speciem.*
6 *Speciei vni proprium, alteri speciei conuenire non potest.*
7 *Posthumus nepos potuerit ne exhæredari ne rumperet testamētum, quemadmodum poterat institui.*
8 *Alternatiuæ natura cuiusmodi sit.*
9 *Alternatorum altero sublato verumque sublatum intelligi.*
10 *Incapacem posse institui, si modo eius institutio conferatur in tempus capacitatis.*
11 *Paria esse aliquid fieri tempore licito, vel fieri tempore illicito & conferri in tempus licitum.*
12 *Actus agentium non operatur vltra voluntatem eorum.*
13 *Institutio Aquilia vt valeat, quæ requirantur.*
14 *Tunc, particulam esse extremitatis.*
15 *Testamentum, in quo non aliter instituitur filius, quam his verbis, si filius meus me viuo morietur &c. an sit validum. & nu. 18.*
16 *Tacita institutio an tantum operetur quantum expressa, vt non rumpatur testamentum præteritione. & nu. 38.*
17 *Dispositionem non inducere ea, quæ in conditione ponuntur.*
19 *Suus ipso iure est hæres.*
20 *Suus satis intelligitur institutus per hæc verba ad eum relata, si hæres esse noluerit.*
21 *Velle eius est, cuius est & nolle in actibus deliberatorijs.*
22 *Expressum abunde id videri, quod est ex mente disponentis.*
23 *Dispositionem quando inducant ea, quæ sunt in conditione posita.*
24 *Filium non videri institutum per hæc verba, si filius sine liberis decesserit.*
25 *Intellectus ad l. hæreditas ad Statium. ff. de hæred. instituen.*
26 *Conditioni apposita an sint in obligatione.*
27 *Intellectus ad l. si quis ita hæres instituatur. ff. de hære. instit.*
28 *Testamenta ita interpretari debemus, vt non subuertantur.*
29 *Testatoris voluntas quoquo modo coniecturata testamentum reddit validum fauore liberorum.*
30 *Institutionem inducant necne hæc verba ad extraneum directa, si hæres esse noluerit.*
31 *Institutionem in persona extranei inducant necne hæc verba, si hæres non erit, & quid in suis.*
32 *Filio fieri iniuriam, si a patre prætereatur vel exheredetur.*
33 *Filij præteritionem vel exhæredationem iniuriosam esse, vel non iniuriosam, quomodo sit accipiendum.*
34 *Filius ab ignorante patre præteritus rumpit nihilominus testamentum.*
35 *Fiduciarius hæres quis dicatur.*
36 *Exhæredationis & præteritionis non esse eandem rationem.*
37 *Aquiliana substitutio præcedentem institutionem requirit saltem tacitā.*
39 *Succedens ab intestato non potest dici institutus, etiam si ex mente defuncti succedat.*
40 *Pariendi tempus varie a varijs definitum.*
41 *Conditionem in futurum incertæ personæ adiectam non solum conditionis, sed etiam demonstrationis vim habere.*
42 *Partus vndecimo mense a conceptione, aut decimo a morte viri æditus habetur legitimus. & nu. 46.*
43 *Paria esse, in decem mensibus, & intra decem menses.*
44 *Posthumus ex Galli formula institutus si in vndecimi mensis initio nascatur, censeri ne debeat institutus, an vero præteritus.*
45 *Definitio legis inducit præsumptionem iuris & de iure, aduersus quam probatio non admittitur.*
47 *Nocentem absoluere, quam innocentem per inscitiam damnare, satius est.*
48 *Posthumus sub hac conditione institutus, si in septem mensibus nascatur, an natus post illud tempus rumpat testamentum tamquam præteritus.*
49 *Lex fi. C. de posthu. hæred. instit. cur natum viuente testatore comprehendat, aliter atque Galli formula.*
50 *Verba prolata ad vnum effectum non debent valere in diuersum. nu. seq.*
51 *Viduam non sine infamia nubere eo tempore, ex quo partus incertitudo causari potest.*
52 *Viduæ sterili & annosæ nullo tempore prohibitum est nubere.*
53 *Grauidæ non licet ante partum nubere.*
54 *Adulterium ac stuprum in muliere nephariium magis quam in viro.*
55 *Partus nono mense æditus ab ea muliere, quæ post duos menses a morte prioris viri nupsit, cuius sit. & nu. 58.*
56 *Partus sexto a nuptijs mense æditus vulgo quæsitus creditur.*
57 *Imperfecta sunt naturæ inimica.*
59 *Partus sit ne eius in dubio, cui similis est.*
60 *Manilij pictoris lepidum responsum.*
61 *Leges ferri solent de ijs, quæ frequenter ac naturaliter accidunt.*
62 *Innocentiæ in dubio fauendum.*
63 *Conceptus signa ex Plinio.*
64 *Matris assertioni an sit standum, vbi de conceptionis tempore non satis constat.*

Diuisio huius legis.

Mihi noua in tres partes probabilior est. In prima tractantur casus, de quibus dubium non fuit, an ad Aquilianam pertinerēt, vsque ad l. q. §. & quid si tantum, inclusiue. In secunda vsque ad §. nunc de lege, casus de quibus dubium fuit, vtrum ad Aquilianam, an Vellei. pertinerent, probatur ex illis verbis in §. & quid si tantum, hi enim casus ad legem Velleiam nō pertinēt. Talia verba frustra posita fuissent, si dubium non fuisset, ad idem illa inf. §. quid si is, & melius est in hac vtilitate præsertim post legem Velleiam. clarius in §. si eius. ibi, vtrum hic casus ad legem Velleiam respiciat, an ad ius antiquum. Tertia, casus de quibus dubium non fuit, an ad Velleiam pertinerent. Hanc in duas partes scindamus. Prima vsq; ad §. nunc de lege. tractat de Aquiliana. Secunda de Velleia. §. ille casus, non habet diuersum tractatum, sed incidentes quæstiones a Iuliano excussas sicut a Sceuola in tota lege subtiliter agitatę sunt. Prima autem pars & reliquæ in tot alias deducuntur, quot §§. habent. Principij vero huius legis duæ sunt partes vsque ad §. quidam. præfatiuncula Sceuolæ ad cognoscenda verba Aquil. formulæ, & ipsa Galli verba. Et ait Sceuola, Gallus Aquilius sic posse institui posthumos nepotes induxit, id est sub hac formula, sic, in hunc modum & tali cautela, melius gl. inquit.
1 † Nota secundum glo. dictionem, sic, significare modum & formam certam, est enim dictio demōstratiua formæ & qualitatis, vt hic statim ipsa cōcepta verba subiiciuntur. Sic ergo non alio modo posse ait, non quod necesse foret omnibus his verbis vti, sed ad sensum refert, vt in §. quidam. & §. instituens.
2 † posse de iure communi. l. in tempus. inf. de hæred. instit. ea possumus quæ de iure possumus. l. nepos Proculo. inf. de verb. sign. c. faciat homo. 22. q6. 2. vel non obstante lege. 12. tabu. sed annuente, vt sup. declaratum fuit, ergo alio modo. l. simpliciter non possumus, lege. 12. tabu. repugnante, quæ nota pro intellectu §. quidam recte. Nec puto verum, legem. 12. tabu. restituisse. vt quidam sentiunt,
3 † cum alieni posthumi non essent bon. poss. incapaces. casus in l. non ambigendum. §. 1. inf. de bon. poss. de quo latius supra in quæstionibus tractauimus. Ex quibus aperte colligitur, quod non facultatem simpliciter, vt quidam putant, sed modum seu formulam & exemplar instituendi Gallus induxit. Et in hunc modum posset intelligi. §. posthumi. instit. de leg. & glo. ibi sentit, induxit. s. per interpretationem, vt in §. videndum. & §. fi. similiter vsus est verbo, inducere, ergo non recte dicunt dictionem, induxit, esse noui iuris significatiuam. Confirmatur hæc apertissimis rationibus q si potestatem tantum fecisset Gallus alienos instituēdi, illa potestas fuisset indifferens ad omnes casus rumpendi testamenta, cum vbique eadem conseruandi ratio, & ideo ad vtrumq; casum mortis & natiuitatis ac se viuo & se mortuo pertineret, potuisletque simpliciter institui.
4 † Quoties enim dispositio est simplex, indefinita ad omnes casus pertinet. l. commodissime. sup. eo. alioquin palam fieret superuacuo latam a P. R. legem Velleiam. Verum quia sic, id est in vnum casum mortis se viuo & nascentis se mortuo Gallus concepit, perspicuum fit, nō potentiam, sed formulam & exemplar exhibuisse. Cæterū nugator in hoc Iustinianus extitisset, qui in §. posthumo. de leg. & in prin. de bon. poss. se iactat potestatem sua cōstitutione scilicet simpliciter instituendi alienos posthumos, si ante eū Gallus in communem vtilitatem id præstitisset. Quę quidem conclusio obseruanda est vt multi momēti ad ea, quę dicūtur in §. quid. si recte Institui, id est substitui, glossa inquit, quod omnis substitutio est institutio, & non econtra.
5 † Sentit glossa ita se habere institutionē ad substitutionē, sicut genus ad speciē, quod nō perpetuo verum est, interdum enim se habet vt species ad speciem, dum ponitur ad differentiā secūdę seu sequētis cōditionalis

tionalis institutionis,quæ est ipsa substitutio.l.1.inf.de vulg. simile de adoptione & arrogatione dicimus insti.de adopt. ratio est,quod institutio pro genere complectitur omnes substitutiones vt species,sicut animal hominem,leonem,bouem,& hoc mõ appellatione institutionis venit substitutio. Alio modo nihilomagis continebitur q̃ hominis appellatione bos, vel equus, nam species omnes sunt quodammodo inter se cõtra-
6 riæ. † vnde regula topicalis est, quod vnius speciei est, non potest alteri conuenire,quod proprium bouis est, non potest homini cõuenire. Et hoc voluit dicere Aret. hic dum dixit,quod nomen speciei nõ potest significare suum genus in diuersa specie,sicut homo non significat animal brutum. Ex his colligitur, stãte statuto, quod pro qualibet institutione soluatur vectigal, non debebitur pro substitutione,neque econtrario. Aduerte, quod ratio gl.non probat suam expositionẽ,institui,id est substitui,quia si institutio est genus,& substitutio species, sic enũciato genere non sequitur species,animal si est,nõ ideo homo est,sicut si homo,ergo animal, ita falsa est expositio, institutio est,ergo substitutio,& institui, id est substitui, quia omnis substitutio &c. dicẽdum igitur vsurpari a iure communi alterum pro altero,vt tota hac lege. Pro glo. dic,licet dato genere non sequitur hæc vel illa, non tamen excludatur species, & licet si animal est,non ideo homo est, nec tñ impossibile quin homo sit.l.legato generali.de leg.1.& cogita.num sit etiã dicere,animal est,ergo homo,& dicere,animal est, id est homo, & ideo bene institui.i.substitui,secus institui,ergo substitui,expositiue
7 enim,& non illatiue procedit talis enũciatio, quod no. † Quid de exhæredatione, an similiter potuerit posthumus exhæredari ne natiuitate rumperet? Pulchre Raphael definit potuisse ex Galli sententia,præcipue ne essent melioris cõditionis posthumi,quam iam nati,quod intellige iure veteri, & Socinus filius probat, & iure quidem, cum vtrobique eadem est conseruandi testamenti causa. Insti.de exhære.lib.& in l.inter cætera. lex-
8 que de vtraque alternatiue disposuit, † & alternatiue ea natura est,quod in eodem,vt ita dixerim,cardine versantur alternata, id est, vbi vnum, ibi & alterum possit vicissim consistere alternatorum,ita quod res quæ non est capax vnius,similiter nec sit alterius,ratio,quod non esset oratio alternatiua,si alterum desi-
9 deraretur.† hinc est,quod sublato vno alternatorum, vtrumq; intelligit esse sublatũ.l.si vnus.§.si stipulatus sim.10.s̃.de pact. & eodẽ modo, & pro eadem parte, qua vnum æque & alterũ tollitur.l.qui hominem. inf. de accep. Quæ ab extensiua interpretatione colligitur plus valere fauorem conseruandæ voluntatis,q̃ odium exhæredationis.l.si ita facta.inf.de inst.test. Similem interpretationem adhibuit Pau.de Cast.ad l. commodissime.s̃.eo.quæ loquitur de institutione, vt trahatur etiã ad exhæredationem, sentit ergo Raph. quod non poterat exhæredari, sicut nec institui simpliciter, de quo text. est in l.posthumorũ loco.in fi.& Insti.de exhere.lib.§.posthumorum loco. Si filius me viuo morietur,tunc si quis mihi ex eo nepos,siue quæ neptis natus,natave erit in decem mensibus proximis, quibus filius meus moreretur, hæredes sunto. Verba sunt formulæ Aquilij concepta in persona testantis aui,quorum in summa sensus est; Recte instituitur nepos posthumus alienus,si in casum cõferatur institutio,quo suus testatori nasci poterit, vel sic, valet de posthumo alieno facta institutio in casum suitatis,vel sic,institutio de alieno posthumo valet,si cõferatur in tempus, quo suus fiat,vel breuius, Alienus posthumus in casum suitatis potest institui. Ratio huius definitionis esse potuit, quod non vt alienus,sed vt suus hæres scribitur,& non ante vult intelligi institutum,quam suus fuerit adeo quod si nunquam suus fieret, nunquam crederetur neque esset institutus, conditio antequã
10 existat,nihil ponit in esse.l.ur.vulg.† Vnde notandum est,quod incapax potest institui,si in tempus capacitatis conferatur institutio. concordat l. in tempus. infra de hæred. institu. quæ basis est Aquil.formulæ.Item sicut incapax,ita & nepos posthumus alienus in vanum simpliciter instituitur.facit l. si alienum inf. de hære.insti. Item nihil referre quid fieri tempore prohibito,
49 dentium altercationes. † Quæro in l. fi. C. eo. sunt eadem pro-
pe verba, intra decem menses. post mortem meam &c. & tñ
non eandem habent significationem. Illic simplicem disposi-
tionem faciunt, hic conditionalem illic viuo testatore nascen-
tes non intelligūtur præteriti, hic secus. Cur tam diuersa, An
qđ suus ibi instituitur, hic alienus, qui simpliciter nequit insti-
tui, & forte verū, nisi. l. commodissime. de suo loqueretur. An
quia ibi moribundus pater sic testatus est sine spe, se viuo, gignē-
dę sobolis, quia si se victurum credidisset, idem de nasciturus in vi
ta statuisset arg. l. 3. C. de inof. test. & l. Titius. §. Lucius. supr. eo.
Et quamuis procliuior in hoc sententia sit, vere tamen diuina-
tio est & in vnum moribūdi casum restrictio. Quid si nō ęger
testaretur, vt sæpe sapientes faciunt, Iustinianus enim genera-
liter ea verba vult intelligi. An vt Paul. de Castr. existimauit in
d. §. Lucius. & Ias. in l. 1. inf. de vulg. probat de certo ibi posthu
mo cogitatum, & hæc similiter diuinatio, vt idem Ias. in d. l. fi.
scribit. An vt Cy. putat, ibi verba sunt ambigua, hic & in l. com-
modissime. sunt clara, quod & Bar. in l. si cum dotem. §. so[...]ma.
non displicuit. Si verum amamus, vtrobique scriptum est aper
tum, in illa licet quæstio sit voluntatis. An quod ea verba, post
mortem meam, non respiciant nasciturus, sed initium dunta-
xat decem mensium, vt glos. forte non male sentit, tametsi ad
vtrunque possit referri. Attamen congruentius videtur ad fa-
uorē restringere. Vnde obseruandū, qđ verbū simpliciter pro-
latum ad fauorem & odiū est indifferens, fore ad causam fa-
uorabilem redigendū. Neque mirū si non idem in Aquiliana
formula, in qua computatio decem mensium non a morte te-
statoris, sed filij exprimitur inchoanda, vnde fit illa post mortē
meam, aut excludant in vita nasciturus, aut nihil operentur, cōt.
l. si quando. de l. 2. Et eadem ratione neque l. commodissime.
nō obstat, in qua talis decem mensiū necessaria est numeratio. Et
vtique in l. fi. verba, post mortem mem, propter expressum de-
cē mensium spaciū plusq̄ necessario posita fuerunt. Nam nisi
exprimatur vnde incipiant decem menses, quando desināt, sp
foret incognitum. Et quia voluntatis illic quæstio fuit, non aūt
scripti, qđ apertum est. Alia ratione meo iudicio Imperator
voluntatem testatoris sic interpretatus est, ex illo vel maxime,
quod testator verbis vius est legis de partu disponentis. Lex
enim decem a morte præscripsit pariendi menses, ad excludē-
dum tñ illos, qui postea nascerētur, non aūt illos, qui non post
mortem nascerentur. Nec mirum illos eijcit vt in legitimos,
hos amplectitur vt legitimos. Siquidem testando quis legis
prouisione vtitur. merito credit Imperator eodem consilio
sic testari, quo legislator motus sit statuere. si legislatori nō ea
mens fuit, vt qui viuo testatore nascerentur, a successione hu-
iusmodi verbis excludantur, similiter dicendum est, nec testa-
50 tori fuisse in animo, vt præteriti intelligerentur. † Verba enim
ad vnū effectū prolata, in diuersum valere non debent. l. legata
inutiliter. de l. 3. Vnde obseruādū occurrit, actus a lege inter-
pretationem capere, cuius prouisione agens vius est. S. in liter
dicimus, gl. & Doctorum dicta fm. ll. quas allegant intelligen-
da, faciūt scripta. inf. l. hæredes mei. §. cū ita. inf. ad Treb. Iacob.
de Beluiso pulcherrimā q̄onem disputauit, quam Bart. hic re-
tractat, de vidua quæ humano viro nupsit, & in 10. vel. 9. men-
se peperit, cuius esset partus. Inextricabilis quidem quæstio in
iuris canonici seminarijs orta, qđ intra luctuosos dies nubendi
potestatē fecit. c. pe. & fi. de secū. nup. Verum Bal in l. decre. C.
de infam. meminit se legisse in consilijs Paul. de Liaza. sapien-
51 tissimi canonistę, & Raynerij Forl. Quandiu imminet contur-
bati sanguinis periculum, & partus incertitudo causari potest,
viduam non sine infamia nubere. Et ideirco idem Bal. deficit
post tres aut quatuor menses iure nubere, quia a gl. in l. liberorū.
sup. de insa. didicit. Ratio, qđ latere diutius venter non potest.
52 † sterili autem & annosę nullo tpe prohibitum probat Pet. de
Anchar. in rep. c. 1. de contr. Panor. in c. 2. de sec. nup. & in rep.
c. ecclesia sanctę Mariæ de consti. Bald. opinionem repugnat,
quem Felyn. sequi videtur. Pau. de Cast. in l. decreto, non pro-
53 bat nec improbat. † Amplius insignis Doctor Thomas Doc-
cius Senesi. quem vbique Doctorem veritatis laudat Socin. fi-
lius, hisdem authoribus tradit grauide non licere ante partum
nubere. De qua nō est verisimile Apostolum dixisse. 1. ad Co-
rinth. 7. Viro mortuo nubat in do mino. maxime propter peri-
culum abortus & frequentem coeuntium contricatione. Sapiē-
ter ergo maiores nostri ante luctuosa tempora secūdas dam-
54 nauerunt nuptias. l. libertorū. ff. de infa. † Hac eadem causa ne-
farium in muliere magis adulteriū ac stuprum, quā in viris est
habitū. & probatur in auth. de resti. & eam quę. §. si. propter qđ
dixit Cato in oratione de dote. In adulterio vxorem suā si de-
prehēdisses, sine iudicio impune necares, illa te, si adulterares,
digito non auderet contingere, neque eius esset. Alioquin ab-
surdum fu[...]sset, continentię atque constantiæ plus exigere ab
infirmioribus, quā natura & lege potioribus, ac monstruosum
55 muliebrem fragilitatem superare fortitudine viros. † Et vt ad
me redeam, multum interesse autumo, quemadmodum con-
cipiatur quæstio. Si quidem præponimus viduam post duos a
morte viri nupsisse menses, & nono peperisse, vt quærit Barto.
aperienda est ambiguitas, vtrum nonus mēsis a morte viri nu-
meratur, an a secūdis nuptijs. Si quidem a morte nonus prępo-
nitur, qui est post nuptias septimus, & liqueat nono mense na-
tum, non dubium est ad primum virum pertinere. Si nō liquet
pendebit multum a iudicio obstetricum, & Medicorum, par-
tus qualitate pensata. Natura quidem nouenarius perfectior,
& ideo robustior, ac magis vegetus, & multo plus id quod a cō-
ceptu esset mensium decem, nisi aliud exinaniuerit, puta ma-
ternus langor, & similia. Septenarius autem quamuis sit iustus
tamē immaturus & imbecillior, iustus vero quo ad successio-
nis iura, quæ id tantum exigunt. vt eo a nuptijs ædatur tempo-
56 re, quo humana conditione victurus sit. † Nam si sexto a nu-
ptijs mense natus viueret, vulgo magis quæsitus creditur. l. se-
ptimo. de stat. homi. l. intestato. §. fin. infr. de suis & legit. l. quod
dicitur. supr. eod. & l. penul. C. eod. Si vero ex aspectu discerni
non posset vtrum septenarius an nouenarius sit, Bald. in d. l. se-
ptimo, putat ex naturali & communi consuetudine pariendi
nasci nonenarium, & per hoc ad primum virum pertinere. qđ
Are. placet. Iuuatur ratione quod natura semper operatur, se-
cundum physicos, potiori quo potest modo, & pro perfecto
57 potius quam imperfecto præsumitur. † Imperfecta enim sunt
inimica naturæ. l. non sunt liberi. sup. de stat. homi. & l. ostentū.
& l. quęret aliquis. infra de verbo. signifi. Cogita tamen, quod
probabiliter magis hæc, quam necessario concludunt, nam &
septimo nasci potuit, multumque valet, quod in domo secun-
di viri publice visa est prægnans, creuitque venter, & enixa est.
l. filium. supr. de his qui sunt sui vel. & l. vicinis. C. de nuptijs. Si
vero nonus mensis post secūdas nuptias proponitur, & sic vn-
decimo a primo matrimonio natus, non existimo habere du-
bitationem, quin secundi sit viri. 11. mense mortis natum non
recipit ius. d. l. intestato. §. post 10. & casus est in d. §. si. authen. de
58 res. & ea quæ parit. 11. mente &c. † Si quæritur de vidua quę
statim humato viro nupsit, neque constet cuius concepit coi-
tu, & quocūq; mense pariat, potuit 9. vel 10. ex alterutrius coi-
tu peperisse. Soluat Apollo, quo plus distinguis, plus inuoluis.
Matris asseueratio plerunque rarę aut nullę mulieres ex ipso
coitu conceptionem sentiūt. l. 1. §. si mulier. supra de lib. agno.
consuetudinis obseruatio hoc casu inaccessibilis, cum ab vtro-
que viro æque nouem & 10. menses sint nisi primus vir longa
ęgritudine expugnata defecisset, aut in peregrinatione perse-
[...]t. l. filiū. §. pe. & fi. sup. de his qui sui sunt vel al. iur. ex adminicis
iudicatio pendet. Vbi vero vir primus repentina morte occu-
buisset, quod illa ipsa die, aut pridie potuit concepisse, hoc opus
hic labor. Bal. in l. si matrem. C. de suis & legi. & Imol. hic pu-
tant in dubio iudicari filium illius, in cuius domo nascitur d. l.
filium. Idem Bal. in l. liberorū. §. 1. ff. de infa. sentit neutrius esse.
& Are. sequitur per. l. si fuerit. inf. de reb. dub. Ang. in l. duo fra-
tres. Iac. Rauen. ga
ci. J. de hær. insti. tradit vtrique adiudicādū, qđ omnes dānant.
Bar. distinctio nō pertinet ad præsentē articulū. Iac. Rauē. ga
patrē demōstrare nō pōt, nō admittit ad successionē vllius. l. vul
go. ff. de statu homi. Bal. in l. septimo. ff. de sta. ho. Aret. digredi-
tur ad ea, quæ tradunt Canonistæ in c. afferre de præsumē. Nos
tractatur, vtrum pro possessore an petitore præsumēdum. Nos
autem quærimus ex nudo facto, cuius sit filius, non autem quis
ex petitore vel possessore potior. Quid dicemus, qui recte iudi-
care volet, durum esset, definiat vtriusque esse. Non eadem fa-
ne conditio seruorum libertorum ve cum filijs. Nam veluti se-
ruus & libertus plurium esse pōt, pariter proculdubio impossibi-
le est vnū ex plurium gigni coitu. Iniquis etiam neutrius arbitra-
ri, quem certum est alterutrius esse. Non obstat. d. l. si fuerit. vbi
agitur de lucro captando, hic de damno vitando, imō facit pro
in §. si. quia casus est fauorabilis. Iaco. Rauen. ratio fortis est. An
† eius sit coi assimilatur, vt Iacobo de Beluiso placuit, vetus ac
celebris inter Philosophos agitata quæstio de corporis simi-
59 litudine. Quibusdam existimantibus genitali lege trahi, vt in
animalibus & plātis sibi similia gignentibus. Quibusdam mor-
talium fortuitas species, quod ex speciosis plerunque defor-
mes, & robustis imbecilliores nasci videmus. Bar. & oēs Iac. cō
tradicunt, dicentes ex imaginatione mulieres in receptione se-
minis

minis plerunq; partus effigiem capere. Leges quibus nitun-
tur,nihil faciunt,vt illa quæret aliquis inf.de verb.sig. vbi scri-
ptum est parentis nihil imputādum in his quæ fato eueniunt,
quod si ex cogitatione mulieris accideret, esset imputandum
Iaf.laborat in exemplis, quæ plus Iacob.opinationem confir-
mant.Et illud in primis authore diuo Hieronymo, mulieris
accusatę de adulterio,quòd dissimilem marito filiū genuisset,
& cōmento sapientissimi Hippocratis liberate, φ in cubiculo
inuenit pictam imaginem puero similem, quam conceptio-
nis tēpore respexerat mulier. Et illa Quintiliani, quæ Ethiopi
similē genuit,cuius figuram cōtemplata fuerat. Ex quibus pa-
lam fit,quantū similitudinis ratio valeat,φ in suspicionē adul
terij illas adduxerat,& nisi legitima rōne excusatę, dānatę for
tassis fuissent. Cur hoc nisi φ natura similem exigit,& simili-
tudo suū arguit, sicut dissimilitudo nō suū, excusata per locū
a spāli in ɔriū, ergo generalis regula iudicio Hippocratis pro-
bata,qđ nisi specialis dissimilitudinis causa adducatur,natura-
le esse & ordinariū,vt assimilentur. Rari profecto sunt,qui ge
nitale aliquid ex vtero nū referant, & si ab initio in ipso partu
manifesta signa,vt neui, cicatrices nō apparent, attamen per
ætatē recognoscimus, aut in ipso oris & corporis habitu aut
voce,pronūciatione,incessu,gestu, moribus. Nonne quotidie
gentilitias virtutes ac vitia,morbos, ęgritudines rescimus, vt
articulares, illiacas, phthisicas, podagras, quot vidimus apo-
plexi genitali cecidisse quot lipposos,luciosos, surdos, balbu-
tientes, parentibus suis similes, etiam auis & proauis, Tres in
Lepidorū gēte, intermisso ordine,obducto membrana oculo
geniti memorant, & Niceus nobilis poeta in auum degene-
rasse Ethiopem. Confirmatq; magis quam infirmet illud hic
Bar.Inspiciendū quod frequentius accidit,qm̄ filiū patris ima
ginem reddere ordinariū ac frequentissimū est, sępe solet si-
milis filius esse patri. Eadē ratione retorquentur in Iason. alia
sua exempla,quæ innuunt industria & studio hominis dissimi
les gigni,& non natura,vt in Genesi. Iacob versicolores pecu
des generari procurauit. Et quanquā hæc instabilis rō videat,
qđ aliæ auis, aliæ sibi similes pariunt, quædam viro, quædam
nulli, quædam patri foeminam,marē sibi,quodq; cogitationū
animiq; celeritas,& ingenij varietas multiformes notas in ho
mine potius imprimit,quā cæteris animantibus,quorū immo
biles sunt animi, & similes omnibus, singulisq; in suo cuique
genere,nihilominus minime aspernandam mihi persuadeo si
militudinis rationē. Raro est coeuntes animos in diuersa di-
strahant dulcedine operis, quod omnes sensus occupat lan-
guescentes,& vt plurimum in tenebris cum maritis res ista ge
60 ritur. † Apud Lucilium Manilius pictor deformes filios, nec
sui dissimiles cum haberet, a Geminio percuntatus, cur non
similiter fingeret & pingeret, respondisse fertur, in tenebris
fingo,luce pingo. Phauorinus haud vulgaris Philosophus as-
serebat plurimum valere ad fingendas animi corporisq; simi-
litudines vim & naturam foeminis facit c.si gens Anglorum.
56.distin.l.quod si nolit. † qui vendunt sup de ædil. ædic. Pli-
nius meminit eius quæ gemino partu alterum marito similē,
alterū adultero genuit. Itē Procōnesię ancillę, quæ alterū do-
mino similē,alterum procuratori eius. Diuus Augustus cum
prouincialis quidā ad eū perductus esset sibi simillimus, inter-
rogauit. Adolescēs fuit ne aliquādo mater tua Romæ. Nega-
uit ille, nec cōtentus, adiecit, Sed pater meus sępe. Existima-
uit Augustus tñ similitudinē vix aliunde quā ex natura femi-
nis procedere potuisse, & ille vt matrem impuditię nota pur-
garet similitudinis rōnem perlepide in Cesare retorsit. Vide-
mus præterea quāto studio patresfamilias curare soleā canū
atq; equorū generationē ex optimis atq; pulcherrimis fieri,
qđ de republica Plato sapienter admiratur, simul & ridet, qđ
nō idē opere in copulandis hominibus nauant. Qđ custodiri
iubet Imperator in l.super statu. C.de quæsti.ad idem l.1. §. de
ven.insp. Nec ad rem,φ aliter euenire potest,ex bonis bonum
generati natura vult, quāuis plerunque non possit, author est
61 Aristoteles secundo de republica.† Illas enim leges notant ac
probant,quæ naturaliter & frequēter accidunt l.nā ad ea. sup.
de.ll. Nec nouum nullis necessarijs probationibus filium pos-
se demonstrari, & ideo verisimili cōtentos nos esse oportet l.
filiū.sup.de his qui sunt sui vel alie.& l.Lucius inf.de condi. &
demō. Non.n. inspicimus quod euenire potest, sed qđ natura
liter euenire solet. Similitudo igitur vt naturæ magis consen-
tanea multum valet. Verum non ausim affirmare vt sola suffi
ciat,nisi alio iuuetur, vt si domi natus est d. l. filiū neque aliud
dissuadet,sicuti ex dissimilitudine, neque opinor adulterinū.
Et aduertendum quosdam in hac qōne dicere, cuius magis
assimilatur inspiciendum. Aliud quidem est dicere,cui similis
est,& aliud, magis similis. Hic sermo comparatiuus est, quod
vtriusque similitudinem referat,sed alterius magis.& hanc vt
instabilem,& vtriusq; similitudinem gerētem,nihil valere ar-
bitror. Rursus, an eius existimabitur in cuius matrimonio na-
scitur, vt Bald. censuit in l. si mater. C. de suis & legi. Sequi-
tur hic Imol. & Alexā. per d.l.filium,& l.si vicinis.C.de nupt.
Satis nimiū valere autumo post huius nuptias tumidus visus
venter, & in eiusdem domo creuisse peperisse. Nam sic natū
maritus,nisi aliud impediat,cogitur agnoscere d.l. filium. Im-
pia vox illa.ll.visa est, quę negat filium ex illo ventre,qui post
nuptias domi creuit,cui si iungas similitudinis argumentum,
lis omnis dirimitur. An benigniorem in ambiguo rationem
amplecti conuenit, id est, quod nato fauorabilius sequamur.
argumento l.si fuerit.§.finali. & l.qui duos. §. sed si filio.infra
de reb.dubijs.fauorabilius est alteri adijci quam neutri, nobi-
liori quam humili, ditiori quam pauperi. An forte dirimenda
controuersia. Nec illepida Imolæ hic sententia, quod vere-
cundius cum muliere agitur,si ex secundo concepisse duxeris,
62 sic non peccauit contra l.liberorum de infam.& semper † pro
innocentia præsumendum l.merito.sup.pro so. An calculatio
ne astronomorum probabimus, qui ex hora natiuitatis mo-
mentum conceptionis recognoscunt. Ptolemeus in centilo-
quijs verbo.51. Locus Lunę in natiuitate est ipse gradus ascē-
dens in circulo, hora casus spermatis in matricem, & locus
Lunæ hora casus spermatis est gradus ascendens in hora nati-
uitatis. Verba sunt Ptolemei. Si vero mox post mensem a pri-
mo viro nupsit, & x.mense peperit,ad hanc spectant Bart. di-
stinctiones,cum vtrouis conceperit, legitimus est partus, nec
ex cuius coitu conceptus sit,facile dignoscitur. Si contemplā-
da signa sunt,accurate deliberandum est. Menstrua non sem-
per eadem repetita d eredeunt, & plerunq; in duos differun-
tur mēses. Finge,illo mēse qui inter primum & fin matrimo-
nium intercessit,passa non fuit menstrua,& statim in ipsis nu-
ptijs ex secundo viro concepit pridie quā redirēt, vnde causa-
tur ignoratio ex cuius coitu mēstrua retenta sunt Multe etiā
post cōceptionē primis mēsibus nihil minus mēstrua eijciūt.
Et fortassis haud impertinenter distinguendum. Aut passa est
mēstrua post mortē primi viri, nec illi post cōceptionem cō-
sueuerunt defluere,& clara res est, si vero passa non fuit, pro-
culdubio res nō est sine dubitatione. Signa dixit Bart. Rofredi
authoritate innixus, qui nō videtur contentus cessatione mē-
struorū, nisi alia comitētur,dolores,fastidiū.ait.n. asserebatur
prægnans ab obstetricibus, puta quia forte cessauerant men-
strua,habebat dolores,habebat fastidiū neque his omnibus cō
tētus,nisi ab obstetricibus probarentur,adde vel medicis,quo
63 rū studiū est ista diligētius insectari. † De signis conceptus Pli-
nius sic loquitur. A cōceptu decimo die dolores capitis, ocu-
lorū vertigines,tenebrasq; fastidiū in cibis,redundatio stoma-
chi,indices sunt hominis inchoati. Sed quia talia nō accidunt
semper cessatio mēstruorū adiūcto aliquo ex prædictis, acce-
dēte peritorū assensu,validissima sunt signa. Esto passa fuit, &
nequit probari,qm̄ publice mulieres verētur sciri, & ideo oc-
64 culūt semper. Asseuerationi matris stari Doct.negant † Quid
ergo,& forte matris assertio non tam facile aspernanda l. etiā
supra de prob.creditur de ętate, cur non de conceptione quæ
probatu difficilior est l.de ætate de interro.ac,& casus videtur
in d.l.intestato.§. fi.de suis & le. Vbi iureconf. 182. die natum
iustum definit partum, quæ dierū supputatio nisi a matre vn-
de disci quæat,nō video.facit l. septimo. §. de statu homi. Re-
tulimus supra Plinio & Massurio Sabino authoribus, Papi-
rium prætorem credidisse matri quod.12.menses tulerat puer
perium. Ex contrario matris assertio suspecta sępe aut causa
gratię cum nouo viro ineundę, aut cōtinentię matrimonialis
protegende. Nam pudoris simulacra amant videri etiā petu-
lantissime,propter hoc multę abortus procurāt, multę necāt
aut exponūt. Exempla nobis domestica sunt in ipsis vrbis cō-
ditoribus dum Campaniæ præsiderem, prope muros oppidi,
(quod Collem pardum vocāt) repertus est infans sub terram
defossus,& ad me delatum nutricibus tradidi, sumpto de ma
tre supplicio, duos superuixit annos cū quo multū spei mihi
cecidit,quasi ad aliquod fastigium fortuna reseruasset,vt Mo-
sen legiferum,& Cyrum Persarum regem, Romulum. Illud
quod iudicio medicorū & obstetricū terminetur,impertinēs
videtur non enim artis est, sed diuinationis, ex aspectu huius-
modi partum,cuius æditus sit coitu, cognoscere vtrouis sane
9.vel.10.mense perfectus est. Item subdit inspiciendum,quod
frequenter accidit,aut intelligit de matre,& ad consuetudinē
eius pertinet,aut de vniuersis mulieribus,& debuit dici qđ vni
uersaliter accid t. Innuisse videtur ergo,vt nono & nō decimo
credatur enixa mense,& sic erit secūdi viri,quoniā vniuersali-
ter sic accidere ɔsueuit,& propterea quoniā nō liquet de par-
ticulari,attendēda est generalis ɔsuetudo. Haud inepte quidē
inquit obseruandā consuetudinē mulieris,nisi sit infida Vesti
lia.C.Herditij, ac postea Pomponij atq; Orfiti clarissimorum
ciuium cōiunx,ex his quatuor partus enixa, Sempronium se-
ptimo mēse genuit, Suillum Ruffum vndecimo. Corbulonē
septimo, & postea Ceoniam Caij principis cōiugem octauo.
Mater mea. 12.partus ædidit oēs.10. mense præter duos. Non
semper ergo eodē modo gignitur syderū influxu, aut alia oc-

occulta causa. Quotidie cernimus messes, vindemias, fructus
citius, interdum tardius maturescere, iam duobus continuis
annis duplicato vere lętati fuimus, Septembri, Octob. Nouēb.
mensibus nouella poma legimus, arescentes vidimus spicas,
prata florida, herbidos colles, violis ac rosis rubentibus, olentia
topiaria. Qui recte iudicare volet, multa habebit percunctari,
& nihilominus ex ambiguo iudicabit semper.

SVMMARIVM.

1 *Simpliciter factum, censetur factum ea forma, qua fieri debuit. & nu. 28.*
2 *Dispositionem simpliciter factam referri ad intellectum iuris. & num. 33.*
3 *Aquiliana substitutio sit ne simplex an conditionalis.*
4 *Posthumum alienum instituendi potestatem fecerit necne Gallus, an formam duntaxat induxerit.*
5 *Correctionem legum odiosam esse, ac proinde stricte interpratandam.*
6 *Dispositionem simplicem & indefinitam pertinere ad omnes casus.*
7 *Gallus Aquilius in quo & a quibus, & quam non recte reprehensus.*
8 *Relatū ad id quod nō apparet, vel quod est inualidum, nullius est momēti.*
9 *Superfluum non continuo id esse, quod non est necessarium. & nu. 11.*
10 *Expressionē eius quod tacite inest, nihil operari, quomodo sit accipiendū.*
12 *Superfluum in oratione quid dicatur ex Quintiliani sententia.*
13 *Enarrare quid sit.*
14 *Superflue & impertinenter adiectum an dispositionem vitiet.*
15 *Conditiones non intelliguntur nisi exprimantur.*
16 *Filius speratur ipsi patri superfuturus etiam ipsius patris voto.*
17 *Conditio non expressa an possit ex natura actus intelligi.*
18 *Conditionale & simplex pugnant inter se. & nu. 35. & 41.*
19 *Conditiones quae insunt ex natura actus, non reddunt conditionalem dispositionem, nec eam suspendunt.*
20 *Vulgaris expressa pupillarem continens, eam comprehendit, non natura sua, sed iuris praesumptione.*
21 *Simpliciter, varie in iure accipitur.*
22 *Sed, diuersitatem denotat.*
23 *Enunciatio eadem potest in verbis simplex esse, & conditionalis in sensu.*
24 *Ex, particulam esse significatiuam causae proximę & immediatę.*
25 *Simpliciter factum censeri, quod conditionaliter fit, dummodo conditio insit ex natura actus.*
26 *Instituendi verbo substitutionem aliquando significari.*
27 *Substituendi verbum simpliciter prolatum significare vulgarē substōnem.*
29 *Dispositio simpliciter concepta sit ne trahenda contra naturam verborum ad eum casum, quo valere possit.*
30 *Regulam, si non valet vt agitur, valeat vt valere potest, locum sibi non vendicare, quando actus peccat in forma.*
31 *Coniecturis locum non esse in rebus certis.*
32 *Praesumptio quando locum habeat.*
34 *Simpliciter factum simpliciter esse intelligendum.*
36 *Forma testamenti voluntatem ostendit testatoris.*
37 *Formę actus conuenientia non possunt omitti.*
38 *Sic, particulam esse indicatiuam certe formę & qualitatis.*
39 *Formę actus id conuenire cuius omissio efficit, vt lex actui resistat.*
40 *Impossibile id esse, cuius contrarium est necessarium.*
42 *Sermone proprio vtendum.*
43 *Subintelligi aliud non posse, quando verba expressa aliud significant.*
44 *Filiosam. velictam eadem competere etiam quo ad proprietatem, nisi sit profectitium.*
45 *Et, coniunctio vtrunque pariter coniungit. & nu. 47.*
46 *Nepotes & filios haeredes instituens pares eos esse vult in successione.*
48 *Disiunctiuam facile resolui in coniunctam.*

§. Quidam recte admittendum credunt etiam
si non exprimat de morte filij,
nec simpliciter instituat, vt eo casu valeat, qui ex verbis concipi
possit. Glos. & Doctores fere omnes hic incipere reprehensiones
in Galli formulam dicunt, & omnium vna voce huius
§. sensus est talis. Simpliciter de posthumo alieno facta institutio
intelligitur secundum consilium Galli facta, & proinde valet
ac si omnibus Galli verbis concepta esset. Vnde notandum
occurrit hoc casu, paria esse simpliciter & conditionaliter substitutionem
concipere, & ideo nihil referre si conditionaliter
vel simpliciter Aquiliana concipiatur, ex quibus consequens
fieri videtur, quod qualitas extrinseca praesumatur, contra leg.
sciendum, de verb. oblig. Ratio, quod aliter valere non potest.
1 † Hinc illud generale obseruandum dicunt, quoties certa forma
quid fieri oportet, si simpliciter fiat, censebitur factum eo
modo quo debet, de quo Iason dicit hic text. esse peregrinū &
singularem, multisque similibus cōfirmare nititur, quam pręsumptionem
inducit Paul. de Castr. non illepide hic inquit ex
qualitate personę, cui fit, & illius de quo fit id est alieno po-
2 sthumo, qui non poterat aliter institui. Corroboro haec † quod
dispositio simpliciter facta refertur ad intellectum iuris facit l.
qui iure militari. inf. de mili. testa. & l. dotis fructus §. fi. cū seq.
iuncta g. o. sup. de iur. dot. & l. generaliter C. de instit. & substit.
Hinc glo. quatuor modis format talem substitutionem, & vltimo
pulchram subnecit quaestionem. Et quanquam omnium
communis haec tot seculis probata sententia, cui acquiescere
religiosum foret, contraq; temerarius nimis ausus impugnandi,
quod semper certam interpretationem obtinuit, verū quia
non eadem causa iudicantis & speculantis est, decet enim iudicantem
receptas sequi sententias, non iuris nouator, sed obseruator
esse debet, veritatis autem indagatori liberum & laudabile
semper in trutina singula repetere, & noua meditari. Veteres
quotidie cernimus nouari sententias, multęq; nunc vsu
probantur, quae olim obliterabuntur, gaudet exornaturq; rerū
nouitate parens ipsa natura, vbi rationibus certamen conficitur,
nulli os clausum esse conuenit, sicque aut quotidie ingenue
excogitantur multa, aut ab alijs excogitatę perpoliuntur.
Ociosum & sterile Deus odit ingeniū, psallente Psalmista. qui
non accepit in vanum animam suam, benedictionem habebit
a domino. Et quamuis virium mearum id onus non sit, satis tamen
erit, sparcisse sęmina alijs ad speculandum, ab imbecilioribus
semper ac leuis armaturę, quos velites dicebāt, initur pugna,
& a paludatis ac toto exercitus robore pręlium cōficitur.
Ad eruendam veritatem nonnullę gradatim tractandę sunt
quęstiones. Prima, vtrum Aquiliana conditionalis vel simplex
sit substitutio. Secunda, vtrum Gallus potestatem tātum alienum
instituendi fecerit, ad formam induxit. Tertia, vtrum verum
sit hic Gallum reprehendi, & de qua re, & a quibus. Quarta,
de vero sensu huius §. Quinta de exemplis glo. Sexta, de vlti-
3 ma illa & subtili gl. quaestio. † Quod sit simplex hoc §. liquet.
Sol. Remota mentione mortis, verba si spectes, est simplex, si
effectum, conditionalis, & quia non dubium duabus alijs conditionibus
etiam implicitam, igitur ad secundam quęstionem
4 transeamus. † Bar. potestatem tantum instituendi a Gallo factam
sentit, & ideo inquit, postquam induxit posse institui, nō
erant necessaria tot verba. vnde Paul. de Castr. notandum monet,
frustra fieri per plura, quod potest fieri per pauciora. Iaso.
fortissime contra Bar. insurgit, sed meo iudicio non soluit, inquiens,
Gallus induxit sub duabus conditionib. posse institui,
sed cōditiones per legem impositę formam inducunt necessariam,
ergo &c. allegat Bal. in auth. matri & auiae, in fi. C. quādo
mul. tut. offi. & l. 1. in prin. de coll. Alexand & Aret. in l. 2. §.
prius inf. de vulg. eundē Aret. in c. in causis 4. col. de testib. qui
ideo esse scribit quod conditiones important causam finalem,
vt p Bar in l. 2. §. fi. de don. & soluendo. Pro Bar. inquit idē Ias.
quando dispositio non potest produci, nisi certo modo, si simpliciter
fiat, censetur fieri eo modo quo debet, vt hic. Aduerte
quod ratio & dictum non possunt esse eadem, & igitur vitiosa
haec solutio, & nihilominus si hęc doctrina esset vera, nemo
cogeretur seruare legem formarum & conditionum, contra
l. Meuius & l. qui haered. de cond. demon. de quibus latius inst.
in 3. & 4. exēplis glossę. Secundo Ias. soluit, quod conditiones
impositę per legem tunc important formā necessariam, quando
imponuntur praecise aut simpliciter. Sed in casu nostro Gallus
vtitur verbo, posse &c. & ita iactat enucleatū sensum §. nostri.
Attende quod haec verba sic posse, non sunt Galli, sed Sceuolę,
& solutio est contra mentē ex verba iureconsulti. Dictio
sic, est demonstratiua certę formę secundū tex. & gl. sup. si sic
fieri voluit. Ergo non aliter, & maxime si sumus in correcto-
5 rijs, vt ipsi putant, † quae correctio sicut odiosa, ita stricte interpretanda
est, vt vno potius quam plurib. modis corrigat l. pręcipimus
C. de appell. Caeterum vereor, ne non sit vera talis de
forma legali distinctio, nimis enim stringit, neq; hoc §. probatur.
Bart. sententia procederet, si satis fuisset simpliciter posse
institui. Sed quia nequit institui. nisi in casum suitatis expressum
vel subintellectum, qui formam respicit, ergo &c. Accedit
alia inconuincibilis ratio, quod si potestatem tantum fecisset
Gallus alienum instituēdi, illa potestas esset indifferens ad
omnes casus rumpendi testamenta, cum vtrobique eadē conseruādi
ratio & ad vtrunque casum & se viuo & se mortuo te-
6 statore pertineret, † quia simplex & īdefinita dispositio ad oēs
casus pertinet l. cōmodissime sup. eodē vnde consequens fieret
superuacuo latam a Po. Ro. legē Velleiam, quod est absurdum.
Verum quia in vnū casum tantū mortis se viuo Gallus
concepit, ergo non potentiā, sed certam formā induxit. Caeterum
si Gallus potestatem fecisset, mendax Iustinianus esset,
inst. de leg. §. posthu. & in prin. de bon. poss. vbi iactat a se simpliciter
instituendi posthumos indultū. De hac re satis abunde
disseruimus supra in pręludijs in illa q. vbi ostendimus Gallū
nihil contra 12. tab. sed ex earū mente induxisse instituendi
modum. Nam 12. tab. alienum posthumū institutionis incapacem
fecerunt. Gallus aūt non fecit capacem, sed docuit, quēadmodū
incapacitatis impedimendū posset declinari. Concludo,
veluti neq; lege, neq; ratione Bar. probatur opinio, ita certo
certius esse Gallū nullā potestatē fecisse alienos instituendi.
Et fortassis non iniuria posset attentari, quod nec formam
ex se induxit, sed a iure traditam incapaces instituendi declarauit,
& ad tollendas dubitationes conceptis verbis praesentem
for-

tem formulā edidit, qua testantes sine hæsitatione vterentur,
in quibus cōcipiendis delectatus, plurimum authoritatis quę-
7 siuit. † Maiores .n. nostri publicę vtilitatis studiosi formularū
vsum probauerūt. quas vtinā & hodie nos haberemus. nō sub
iacerent viuentiū & morientiū voluntates imperitię & mali-
gnitati tabellionū, quorū plurimi vocū latinarū sunt expertes.
Testator sentit aut exprimit vnū vel certo mō. tabellio aliud sc[?]
aliter quod si formulę in vsu essent, non peccarent. formulas
nō habemus. & formulis subiecti sumus vagis & incertis. Heu
quoties accidit, quod nec testator nec tabellio scit, quod sentit
exprimere. Imperator scribit inst. de inutil. stipu. obseruatio-
nem conceptorum verborum in stipulationibus sublatam. &
glo. recte inquit non referre quibus verbis stipulatio concipia
tur, dūmodo sint apta & congrua. Interroga tabelliones, quæ
verba sunt congrua, quomodo se solutionibus extricabunt, in
quibus concipiendis nō minimus sudor est Doctoribus. Hinc
omnes fere lites, quod in arbitrio imperitorum cōmisse sunt
hominum voluntates. Quod vt periculosum & noxium reip.
maiores nostri nō permittebant. Antequā sub principibus tri-
bunalia promercal.a fierent magnā sane curam habuerūt fun
datores Ro. reip. ne hoīes faciles essent ad litigandum. author
est diuus Iustinianus insti. de pœn. te. lit. quod maxime ex ipsis
formulis consequebantur. Nam illa, hæres nō erit, & id genus
reliqua, non alia sunt, quam formularum verba, in quibus in-
pretandis iureconsulti incubabant quę testatores in prōptucō
cepta verba ad vnamquanq; institutionem. Simile videmus in
stipulationibus, vt illa, habere licere, & illa, per te non fieri, &
huiusmodi cætera. Nunc nimirū si litium infinitus numerus.
qm̄ quod iureconsultorum fuit, nunc est Imperatorum verbis
concipere hominū voluntates. facit in arg. l. codicillis. §. fi. de
leg. 2. Vt ad me redeam, mirum esse non debet, si incapacitatis
hoc vitium veteres fecerit dubitare, qm̄ mauis est vitio solem
nitatis omisse. propter quod Bal. in l. si alienum. §. in extraneis
inf. de hær. inst. scribit. §. ex imperfecto. l. hac consultissima. C.
de test. non iuuare contra vitiū incapacitatis. Tertia quęstio
est biceps, scilicet de quo, & a qbus Gallus reprehenditur. Gl.
in prin. precedentis. §. inter cæteras reprehensiones primam,
quę ad præsentem. §. pertinent. φ superfluo fecit mortis men-
tionem, cum simpliciter facta institutio idem valeat, vt hic, &
Doctores sequunt. Pręsens inquisitio perutilis quidem ac ne-
cessaria videt, φ ab ea exemploū & multarum decisionum
glossę & Doct. veritas pendeat. Et quam iniuste incusetur su-
perfluitate Gallus, ex communi ipsorum sensu ac verbis non
dubium est liquere. Dum dicunt, simpliciter facta institutio
accipit, vt eo casu valeat, qui ex oībus verbis Galli quit intelli-
gi. respondeant, si Gallus verbis illis vsus non fuisset, quomo-
do nunc intelligerent conceptionem illam, instituo filium, &
ex eo posthumum nepotem, φ debeat valere eo casu, qui ex
verbis Galli concipi potest vbi deficit exemplar, non potest du
ci exemplum. Cardinalis cons. 119. incip. t. Monasterium san-
8 cti Iuliani. † dispositio facta ad instar alterius nihil valet eo nō
apparente, vel data inualiditate eius ad φ fit relatio. no. gl. pen.
in c. si Romanorū 119. dist. & c. veterū. 9. d. st. Ang. in l. si dona
tio. C. de donat. Nulla quippe virtus referentis, nisi appareat,
quanta & qualis sit virtus termini, ad quē. l. in testamēto. j. de
cōd. & dem. facit φ causa secūda tm̄ valet, quantū in prima ex
primitur. l. peto. §. prædiū. de leg. 2. Verū qm̄ Gallus sic loqu-
tus est, substitutionē in casum mortis filij intelligūt. Verba er-
go Galli non fuerūt superflua, sed necessaria & vtilia, alioquin
nescirent nūc paucioribus verbis formare institutionē. Absur
dius dicere videntur reprehēsibile esse cā ꝯditionē exprimere
sub qua institutū intelligi volunt cū, qui simpliciter instituere
tur. Quorsum hæc, Fatētur oēs cōditionalē esse istitutionē, &
tm̄ vitiū audent incusare, φ non simpliciter concepit, φ suapte
natura vsq; adeo ꝯditionale est φ simplr̄ cōceptū volūt condi
tionaliter oīno intelligi. Si cōditionalis est, & facta simpliciter
cēsenda est ꝯditionaliter facta, quare non melius fuit fm̄ natu
ram suā ꝯcepisse. Præstigiæ sunt hæc. Quæro, vnde hoc vt id φ
esse debet in sensu, nequit sine reprehēsione esse in verbis, vt
quid ergo inuēta sunt verba. l. Labeo. de suppell. le. Mira res φ
sensus sit necessarius, & verba eius sensus significantia sint su-
perflua. Atqui ridiculosum magis, φ si in casum mortis non
exprimitur, oportet sic accipi, ac si esset expressum, & fas non
sit sic exprimere φ non expressum nihilominus subaudiri op-
ortet, vt, si sic intelligas, si ita exprimi non conuenit, si simpli-
citer vis oīno dic, simpliciter intelligas. Non sunt eīn eius ge-
neris hæc, quod expressa noceat l. expressa. inf. de reg. iur. Quo
que magis stupeas [illegible] inconstantiam, hic Gallū reprehē-
di dicūt, quia expressit φ tacite continetur & in l. quid si tantū.
glo. iure reprehē[illegible] dicit, φ casum, de quibus disputat Sceuola,
nō expressit, quāuis ex mente cōtineri fateatur. Nō obstāt illa
verba, si non exprimat aperte mētionē mortis nō superfluā, sed
9 magis nō necessariā arguūt. † Nō valet cōsequentia, nō neces-
saria ergo est superflua. Et superfluā credūt ex eo, φ nō expres-
sa subintelligit, & per hoc expressa nihil operetur. l. 3. de leg. 1.
Ista rōne verba in illa institutione, Lu. Titius hæres mihi esto,
videlicet Lu. & mihi. & interdum esto, & interdum hæres, es-
sent superflua, quia non dicta subintelliguntur. l. 1. infr. de hær.
inst. Io. And. in c. mandatum de rescriptis. super gl. 2. & in cap.
certificari. 2. q. de sepul. non est absurdum, φ in rescriptis con-
10 ditiones apponantur, quæ subintelligantur. † Regula enim illa
expressio eius, qđ tacite inest, nihil operatur, non sic recipitur,
vt nihil omnino operetur. Nam in hoc valere scite Bar. docet,
qđ amplius vim taciti non habet, sed expressi. Et nihil operatur
quo ad augendam vim & effectum dispositionis, nihilomagis
sane cōtrahitur obligatio. exemplum in l. cum quid. si cer. pe.
Item nihil operatur ad esse rei sed ad bene esse satis valet. l. sti-
pulationes commodissime. infr. de verb. oblig. & quia talis re-
gula simpliciter non est vera, qđ nihil operetur. melius diceretur,
expressio eorum quæ tacite insunt, non necessaria. & ita
semper vera. aliud proculdubio est aliquid non esse necessariū
& aliud superfluum. Non necessario exprimuntur, quæ tacite
insunt. Sed quia imperitorum & cauillantium minime asper-
nanda est multitudo, ad resecādas lites maioremque rei gestæ
declarationē expressa non sunt superflua, sed cōmoda & vtilia.
d. l. stipulationes. l. & l. quæ dubitationis. inf. de reg. iur. datur er
go medium non necessarium & superfluum, id quod est vtile.
11 † obserua itaque ad statutorum interpretationem tria hæc,
quorum vnum non est alterum, non necessarium, vtile, super-
fluum. probantur in l. 1. & toto titulo. sup. de impen. in reb. dot.
Accuratius ergo Barto. locutus dixit, non necessarie tot verba.
Denique si cōtuleris cū Aquiliana a glo. excogitatas cōceptio-
nes, plane palpitabimus nihil in Aquiliana superuacuū aut re-
prehensibile. sunt enim illæ glossatū cōceptiones ancipites, sca
brosæ, imperfectę, & tales, quod nisi interpretatione suppleas,
non intelliguntur. Aquiliana vero per se clara, lucida, omnes
partes necessarias explicans, ille non nisi tacite & per subaudi-
tum. Heu quam male te lacerant sapientissime Aquili, de eo
propter quod summe laudandus es, quod plenam, apertam, ni-
hil quod intellectum remoretur, neque ipsum interpretem
desiderantem edidisti formulam, vitio ascribunt, quod fuisset
vitiosum, si non sic fecisses. Quid enim cogere Gallum debuit
concise & obscure dicere, aut dicendo non explicare dilucide,
quæ omissa aut obscure dicta interpretatione omnino supplē-
da erant, Ecce quicquid plene, & numerose Gallus enarrauit,
in gl. cōceptionibus interpretatione supplendū est. vt quid igi-
tur talis suppletio, si superflua illa Galli verba, Si necessaria
vel vtilia. quare stare prohibent, cur magis laudatur oratio im-
perfecta & eclipsata, quā quæ omnibus suis partibus constat.
Nouū quippe est cōmendare orationem, quæ interpretatione
egeat, & eā quę per se patet dānare, qđ non solū cotra omnē di
cendi rationē est, sed etiā iureconsulti traditionē, qui nos ad-
monet in d. l. stipulationes cōmodissime. semper [illegible]
tum inferi, quæ tacite possent exaudiri. Non eīm illi quidem de
quibus loquitur Sceuola, superflui vitio laborare Galli [illegible]
lam putauerunt, sed quæstionem agitarunt, quid si [illegible] post-
humū instituendo illa de morte verba non exprimat? [illegible]
bus palā sit male a Pau. de Cast. hic obseruatū. frustra fieri per
plura, quod pōt fieri per pauciora, quod authore Aristotele re-
cipitur, quando ęque bene paucioribus potest, verū non ęque
bene dr̄ quid obscure & per subauditū, sicuti aperte idē & luci
de, & qđ sine interprete nequit intelligi velut. quādo per se pa
tet, imò illud vitiosum, quod eclipsim rhetores vocant, illud
laudabile. Ex his liquere nō dubito, quid sentiendum elegan-
ti traditione illa Bal. hic dicentis superflua nocere in disposi-
tionibus & ll. omnibus, quæ per modū regulę procedūt, vt hic
inquit, & in l. 1. j. de reg. iur. si æquiuocū tollas, quoniā multa su
perflua dicūtur, quæ non sunt, & nō omnis superfluitas in iure
12 est vitiosa. † igitur definiamus in oratione superfluum, autho-
re Quinti. in Tropis, li. 8. c. vlt. quicquid dr̄ φ istam nō adiuuat
est eīm vitiū quod perissologia Grece dicitur. Aliquando itaq;
significari quid breuius pōtest, & cū ornatu latius extendimus
quod superfluitas non est, sed laudabilis elocutio, si apte fiat,
quā Greci periphrasim, nostri circūlocutionē nominat. Exē-
pla nō desunt, sed vno cōtentus, in l. Titius testamento. §. Lu-
cius. sup. eod. ibi, calescēte sole, breuius dicebatur, aurora. Ali-
quādo pluribus verbis vtimur clarioris demonstrationis cau-
sa, que minime superuacua, sed recte posita probamus, vt l. quæ
dubitationis. de reg. iur. que male allegantur a quibusdā quod
superflua nō nocent, quia nullū vtile superfluū. Caueant breui
tatis studiosi, ne incidant in illud Flacci. Dū breuis esse labo-
ro, obscurus fio, quod est valde vitiosum. Perspicuus sane &
apertus debet esse sermo. Similiter ll. & regulę, licet breuiter
concipi cōueniat. hin[illegible] regula est, quæ rē quę
13 est, breuiter enarrat, id [illegible] explicat. † Enarrare est decla-
rare, exponere. Diomedes grāmaticus. Enarratio est obscu-
rorum sensuū quæstionūve explanatio, vel exquisitio, per quā
vniuscuiusq; rei qualitatem poeticis glossulis exoluimus. Non

ergo eum sensum habet.l.1.de reg. iu. ad quem allegat Bald.
14 † Aliquando impertinenter quid adijcitur, exemplum in l.quę
extrinsecus.de verb. oblig. quod vitiosum, quia dictū nō adiu-
uat, quia nihilominus vt inutili adiectione spreta dispositionē
recipimus, & hoc casu loquitur l.non solent. de regu. iur. Ali-
quando quid superfluū dicitur, quod diuersam qualitatem aut
significatum inducit, est apprime vitiosum & subtrahendum,
exemplum in l.1.§.quod meticau. & hoc casu procedere Bald.
traditionē puto. Et nota ex definitione superflui, quod si exor-
nat, si planius & clarius exprimat, si figurate, Quintil. authore
sententiam iuuare dicitur. Nunc reprehensionis authores di-
spiciamus. Glo & Doct. Sceuolam faciunt, ipse vero præter gl.
& Doct. alios non video, tum quod Aquilius nihil reprehensi-
bile dixit, tū quod nihil a Sceuola cernitur in hoc definiri. Cu-
ius rei gratia admonendi sumus, multi interpretati sunt Galli
formulam, inter quos noster Sceuola præsentem enarrationē
per quæstiones contexuit, qui post recitata concepta verba, ab
hac exorditus est quæstione, per quoldā agitata super illis ver-
bis, si filius meus viuo me morietur &c. quæsitum fuit, quid si
de morte filij illa non exprimantur verba, nunquid valeat sub-
stitutio. Respondit Sceuola, Quidam recte admittendum cre-
dunt, scilicet quod valeat. Et obseruandum est verbum, recte,
adiectum esse verbo, admittendum, & nō verbo, credunt. Ait
ergo quidam credunt recte admittendum, non propterea se-
quitur, quod ipse Sceuola senserit illos recte credere, recitatio
procul dubio est opinionis alienę, & non approbatio. Verba sunt
aperta, a quibus recedere nefas est. l.in his de leg. 3. cōfirmatur,
quod Sceuola vbique seruauit cōtrarium in quæstionibus a se
excogitatis, dicendo, si me viuo &c. testator dicat, non dixit, ta
ceat, non est verisimile in quo ipse volens peccat, alium repre-
hendat, aut reprehēsi opinionem sequatur, qui verborum fuit
parcissimus, & veluti approbatio non minus valet facto quam
verbo, pariter & improbatio. Pau. in l.rem rat.hab.& l.recusa-
ri.inf.de acquir.hæred. Accedit quod vtitur verbo, quidam, obser
uari plerunque a iureconsultis vsurpatum, quod raro improba
tarum sententiarum nominant authores verbo, quidā vel alij,
exemplum in l.quidam æstimauerunt. sup. si cert.pet.l.2.§.ex
his.de verb.obl.l.1.inf.ad Municip. Innoc. similiter vsurpauit.
facit gl.in Rub.sup.si cer.pet.iuncta gl.in l. certi condictio. eo.
tit. Quæ quidem verba sic contexenda arbitror præposita quę-
stione, quid si testator de morte filij illa, si me viuo &c. non ex-
primat. Respondit Sceuola, Etiam si non exprimat de morte
filij, sed simpliciter instituat, quidam recte admittendum cre-
dunt, vt eo casu valeat, qui ex verbis concipi possit, sic etiam in-
telligit gl.in verbo, credunt.ibi, Vel dic admittendū &c. & con-
templa, quàm bene constructus iste verborum conuenit quæ-
stioni. Et vt verus sensus planius excutiatr, quid est illud, quod
non opus est exprimatur. Nota, non dixit mortem, sed de mor
te filij, nec declarat illud tale de morte non exprimendum. gl.
recte inquit, non exprimat, id est, non dicat illa verba, si filius
meus &c. de verbis ergo ad mortem pertinentibus loquitur,
& non de casu mortis. Et latere non debet, quod aliud est sen
tire de verbis ad mortem, quod accipiendum est de expressio-
ne tantum verbis facienda, & aliud de casu mortis, quod mor-
tis rationem faciat impertinentem, & quia hoc esset cōtra tex.
ibi, vt eo casu valeat &c. fateri oportet, quod non excluditur men-
tio neque casus mortis, sed expressio duntaxat illorum verbo-
rum de morte. Sensus itaque est, etiam, id est, quamuis, seu da-
to non exprimat, id est expresse nō dicat testator illa verba, de
morte filij &c. Quare non opus est exprimat, an quod mors fi-
lij sit impertinēs, minime, quū nepos suus fieri non possit, nisi
filius de medio tollatur. An quod non expressus subintelligitr,
gl. & Doc. inclinare videntur, & quodammodo non vr dicere,
qui expresse non dicit, quamuis subintelligatur, sicut nec per-
15 mittere vr. qui tacite permittit, vt in §.ille casus. † Cogita, quia
conditiones non intelliguntur, nisi exprimantur. l.ita stipula-
tus. §. Chrysogonus. de verb. oblig. maxime quæ extrinsecus
hinc ex ordinatione testatoris proueniunt, casus apertus in l.
commodissime §.eo.& l.cōditiones extrinsecus. inf. de cond.
& demon. & non ex natura rei, aut legis dispositione. Substitu
tio simplex de posthumo non est suapte natura conditionalis
in casum mortis filij, alioquin non opus fuisset Galli formula,
16 neq; l.Velle. Nec naturaliter inest † quod filius sit viuo patre mori
turus, qui centum annos speratur victurus. arg.l.fi.C.de sacros.
eccl.& patri superfuturus.l.quæ duos.§.cū in bello.& §.fi.de reb.
dub. Neq; ex voto parentum sic inesse pōt.l.scripto.inf. vnde
lib. quod Bar. vitare volens, dixit potentiam a Gallo inductam
alienos instituēdi, qd saltem.§. ostēdimus. Si dicerent inesse ex
iuris cōstitutione, quærendum est quo iure. & vtiq; nullo, etiā
Aquiliano, quū in hoc redargui debēt quod nō simpliciter & per
subauditū, sed expressis cōditionibus induxit. Sceuola inquit,
vt eo casu valeat qui ex verbis cōcipi possit, nō qui iuris præ-
sumptione. Doc. dicūt inesse & intelligi ex natura actus. Sed in
terdū cōditio intelligitur ex nā actus vt hic, interdū ex natura
rei l.1.§.fi. de condi. & dem. interdū ex tacita repetitione l.ita
cura.§. idē Iulianus sup.de pac.l.Titia.§.idem rñdit de ver. ob.
17 Discutiamus quomodo ex natura actus. Nā † ex natura actus
simpliciter gesti est simpliciter intelligi, veluti cōditionalis est
cōditionaliter intelligi. l.de precio sup.de publ.l.1.generaliter
inf.de leg.præst. Et si quis dixerit, simpliciter stare nō pōt, ideo
intelligo eo modo quo valeat, respondeo, hoc nō esset ex na-
tura actus, sed iuris præsumptione coniecturatę voluntatis arg.
l.cū auus de cōd.& dem. quod an sufficiat, videbimus in cōce-
ptionibus gl. satis est quod nō ex natura actus simpliciter gesti
18 imò impossibile potius, cū simplex † & conditionale inter se
pugnent l.1.§. si quis simpliciter de verb. obl. Præterea suitas
extrinsecus substitutioni accedit, sicut pupillaritas, & conditio
dispositioni. Differunt vtiq; inter se conditio & dispositio, vt
ex definitione, & gl ac Bar. traditionibus in l.1. de cond.& dē.
& propterea sicut conditio non inest naturaliter dispositioni,
nisi adijciatur d.§. Chrysogonus, eque nec suitas substitutioni.
Nec inest ex natura posthumi, quū posthumus esse pōt abq;
eo, quod sit suus, & substitutionis forma est extra essentiā posthu-
mi. Neq; ex natura alieni, cū institutionis sit incapax. Et sic ab
enumeratione partium argumētari licet, tales cōditiones nō
inesse. cū neq; ex nā actus simpliciter gesti, neq; ex rē substitu-
tionis, neq; ex natura posthumorū quit inesse, sed ex ordina-
tione solum testatoris, qui sic voluit instituere, nec impletur so-
la voluntas, nisi deducatur in actum conditionaliter instituen-
19 di. † Nec ad rem, si conditiones ex natura actus non faciunt
dispositionem conditionalem, neq; suspendunt, secundum
Imol.& Paul.in l.qui liberis,& l.1.de vulg.& l.cōditiones quæ
extrinsecus infra de cond.& dem.& vbiq; Barto. Quia de hoc
non quæritur inter nos, sed de concipienda in suitate institu-
tione, vtrum quæ ad esse ipsius desiderantur, ex seipsis illabun-
tur, vel insint absq; eo quod a testatore adhibeantur, vt in cæte
ris compositis, quorum nisi partes formales iungantur, nihil
agitur, & propterea in perspicuo fit, quod qui prætermit talem
conditionem, partem substantialem prætermit, patet in l.qui li-
beris, allegata, quod licet illa conditio, si in pubertate decel-
serit, sit de substantia, tamen nisi exprimatur, non liquet vtrū
voluerit pupillariter substituere, & ideo necessario exprimen-
20 da, aliter erit vulgaris, & † quamuis vulgaris expressa cōtineat
vulgarem l.iam hoc iure de vulg. illa non continetur ex natu-
ra vulgaris, sed iuris præsumptione. similiter per simplicem
substitutionem posthum. etiam alieni liquere non potest more
Aquiliano instituisse, vt paulo post in conceptionibus gloss. la-
tius dicemus. An non opus est exprimat ille de morte verba,
quod tacita mortis mentio sufficiat ex reliquis verbis in eadē
formula remanentibus, & hoc placuisse gloss. videtur ibi, sed
simpliciter, id est ita dixit, si quis mihi ex eo nepos &c. An qd
alijs modis potest suus fieri, vt in §. & quid si tantum, & quo-
cunque modo suus sit, impletur conditio vltra casum mortis
filij, & ideo si simpliciter instituat, id est indistincte & indiffe-
renter, vt in §. instituens, quod probabilius videtur. Ex quibus
palam fit, quod non sit quæstio, vtrum sine vlla mentione
mortis filij procedat Aquiliana, sed an tacita mortis mentio
sufficiat, vel verbis prægnantibus, vel generali casu suitatis cō-
prehensa. An expressa omnino requiratur, & verbum expri-
mat stat proprie, id est expresse non dicat illa de morte, ergo
quæstio fuit de expressione illorum verborum, & non de casu
mortis, neque de illo, an subaudiatur naturaliter, vel iuris con-
stitutione, decisio vero quod sufficiat tacita, quæ non excludi-
tur illis, si non exprimat. Contra, iureconsultus non conten-
21 tus verbo exprimat, adiecit, sed simpliciter instituat. † Respon-
deo, verbum simpliciter est æquiuocum ad multa. Bald. in l.1.
de ædil.act. idem & doct. in l.1.§. si quis simpliciter. de verbor.
obligat. Non enim hic positum ad excludendas conditiones,
alioquin quomodo in eum casum valeret, quo filius suus esse
viuo testatore desineret, & nepos post humatum testatorem
suus nasceretur, an simpliciter, id est sine illis verbis, si me viuo?
Vnde notādum, verbum, Simpliciter, aliquando accipi pro eo
quod breuius exprimitur, ad differentiam illius quod pluribus
verbis extenditur, & simpliciter similiter, id est sine circumlo-
cutione. Nec mirum quod alter figuratus sermo, & alter non
22 figuratus iure simplex dicitur substitutio † tum propter distin-
ctionem, sed quia denotat diuersum factum. inst. de test.§. sed
neque hæres. l. sed & si legem. supra de per. hære. tum quod si
accipimus pro sine illis verbis, non differt a significato, si non
exprimatur, & sic nihil operaretur, cōtra l. si quando. de leg.
An ergo simpliciter quo ad formam verborum, & non quo
23 ad sensum, vt in simili scribunt Do. & Bal. in l.1.de vulg. † Vnde
notandum, quod aliqua enunciatio potest esse quo ad verba
simplex, & quo ad sensum conditionalis. facit l.si quando. de
condit.& demon. Verum quomodo intelligam conditionalē
si non exprimitur? Rñdeo, simpliciter si verborū conceptionē
spectes, sed talibus quæ conditionē in se continent, vt est ver-
bum, Posthumus, & verbum, Suus, in futurū prolatum effe-
cta pro

ctu profecto paria sunt, & cõceptione diuersa, dicere, posthumũ, & ille, qui post mortem meam natus erit, heres esto, & illa si filius me viuo morietur, nepos ex eo heres esto. de quibus verbis prægnantibus pulchre tractat Bar. in l. 1. 4 q. de cond. et & demon. An simpliciter. i. non exprimẽdo casum mortis instituat indefinite in casu simpliciter suitatis, ita quocunque casu intelligatur institutus, quod verius est in §. vt instituens. vbi conclusorius omnium quæstionum est epilogus. Colligamus sensum, si testator non exprimit &c. quid futurum, valebit ne vt simplex institutio, minime. Sceuola ait, Quidam recte admittendum credunt, vt eo casu valeat, qui ex verbis concipi possit. Nota quod ex verbis ait. di-

24 ctio † Ex, innuit causam proximam & immediatam. leg. 1. §. in incendijs. sup. de inc. ru. nau. Bald. in l. non dubium. C. de. ll. idem Bald. in l. si de interpretatione. supra de. ll. Ex, significat causam per se, & non per accidens. Si ex verbis vult casus concipi, ergo non iuris præsumptione, neque subintellectu. Videamus de quibus verbis loquitur, num de concipiendis pro arbitrio cuiusque testantis. Quidam putauerunt, quorum opinio forte non improbabilis, quia hic de Aquiliana concipienda a testatore, quod videatur Aquilianæ formę satisfecisse, si simpliciter in casum suitatis instituat, id est nulla facta mentione mortis. & valebit illo casu, qui poterit colligi & comprehendi ex verbis testatoris, nam verbũ, exprimat, & verbũ, instituat, testatorem spectant. Similiter dicendum de illis, qui ex verbis concipi indefinitis possint, quibus omnis casus suitatis colligitur, si specialibus illa tantum, & ideo ait, vt eo casu valeat ergo non alio. facit. l. commodissime. qđ no. pro. §. & quid si tantum. gl. vult in fi. improbat. An intelligendum de verbis Galli, de ipsis gl. & Doc. sentiunt, sed non declarant, vtrum ex verbis subtractis, vel remanẽtibus, vel omnibus simul, quamquam sentire videantur, quicquid significant omnia verba Galli, idem significari simpliciter institutione posthumi credunt valere eo casu qui ex verbis concipi. i. formari possit. glo. concipi pro intelligi accipit. Dyn. elici siue comprehendi. Sed nihil nos cogit a proprio significatu recedere. l. non aliter. de l. 3. & eo maxime qđ Sceuola tota hac lege concipere pro formare vsurpauit, agaturque de concipienda, & non interpretanda institutione. accedit, quod ait, concipi possit, & non poterat, vel potuit, quod si referre voluisset ad omnia Galli verba, & sic ad integram conceptionem, non dixisset, concipi possit, sed poterat, vel potuit, cum post subtracta illa verba ex omnibus concipi non possit. sed verior est superior sensus de verbis testatoris, vt patet infr. §. proxi. maxime ibi, testator dicat. Videamus ergo qui ex remanentibus casus concipi possit. & proculdubio reliqua sunt hæc, si quis mihi ex eo nepos, siue quæ neptis post mortem meam natus natave erit, hæredes sunto. Ecce in istis nulla est expressio mortis filij, neque sub figura conceptio. & tamen vtraque ex vi verborũ continetur, si quis mihi, id est qui meus erit, verbo, Mihi, significatur suitas, si suitas, ergo & mors filij, vel aliud, per qđ de medio tollitur filius me viuo. Et sane mihi nasci nepos posthumus non põt, quandiu in medio est eius pater, sed patri suus nascitur, hinc potuit esse, quod illi credebant nihil referre, si non exprimantur illa de morte filij, nec cum satisfaciant illa, si quis mihi &c. & probatur hic sensus. infr. §. instituens. nec refert, quod ibi sibi suus dixerit, ad maiorem declarationem, alioquin si sibi tantum dixisset, erat accipiendum pro suo, & ex contrario si suum duntaxat dixisset interpretatione supplendum erat, sibi, plenior ergo oratio, si sibi suus. patet ergo ille idem concipi casus ex remanentibus verbis, qui tota Galli formula continebatur. Postquam multifariam ex pręmissis constat excussum sensum, cõuenit summarium eliciamus, videlicet, Aquiliana valet institutio, etiam si expresse mentio de morte filij non fiat. Vel sic, in Aquiliana sufficit tacita de morte filij mentio. Vel sic, ęque valet tacita in Aquiliana, sicut expressa de morte filij mentio. Secũdũ vero aliam casus positionẽ. h. d. Valebit eo casu Aquiliana, qui ex verbis testatoris formari poterit, quamuis de morte filij nihil exprimatur. Secundum tertiam positionem, simpliciter, id est indistincte quo ad casus Aquil. form. institutio valet. vel sic, similiter, id est generaliter in casu suitatis institutio formata Aquil. valet, vel sic, simpliciter in casu suitatis nascentis se mortuo Aquil. valet institutio. Secundum quartam positionem, etiam si non exprimantur verba de morte filij, recte ex Aquil. formulæ verbis poterit institutio posthumia concipi, vel sic, valebit Aquil. si ex reliquis concipiẽtur formulæ verbis, quamuis illa si filius meus &c. non exprimantur, vel sic, etiam post substracta de Aquil. formula illa verba, si filius meus &c. poterit ex reliquis concipi verbis, vel sic. idem valent hæc verba in Galli formula, si quis mihi nepos, siue quę neptis post mortem meam natus nata ve erit, hæredes sunto, qđ omnia alia integra formata. Antequam ad gloss. conceptiones veniamus, defendamus, quod not. hic Bal. ex glos. relata ad tex.

25 † No. enim simpliciter dici, quod conditionaliter fit, dum cõditio inest ex natura actus, quod n onet obseruandum ad statuta cauentia positionibus simpliciter respondendum, quod respondens cum conditione naturali satisfacit statuto. Aretinus Barto. reprehendit, quia contra hunc tex. incidit Iason confirmat inducendo tex. nostrum dicentem simpliciter institui, ex eo quod non exprimit id, quod est de actus substantia, ergo a contrario sensu inquit, si expressisset conditionem, non diceretur simpliciter institutus. Cogita, quia hæc consequentia videtur contra. l. qui liberis. inf. de vulg. Item add. t eundem Bal. in cap. quia propter. de elec. stante statuto, quod pure & clare respondeatur, quod non potest adijci conditio, quæ tacite ex cõiecturis intelligitur. Considera, an hæc sententia sit contraria primæ, & magis est aliud esse pure & clare, & aliud simpliciter responderi. Item aliud est, quid ex coniecturata mente intelligi, aliud ex natura actus, vt paulo ante ostendimus. Attamen probabilior videtur Bald. sententia, quam potior Doctorũ pars sequitur. etsi non illis verbis, si me viuo &c. probatur illis, post mortem meam, quibus dubium non est conditionem induci. vsqueadeo quod si non nascatur post humatum testatorem. Aquiliana euanescit. & tamen qui sic instituitur, si quis post mortem meam &c. dicitur simpliciter institutus. hic est casus. nec contendi potest, vtrum simpliciter non respicere hanc cõditionem, quia regitur ab hoc verbo, instituat, & propterea de tota institutione loquitur, in qua continetur taciturnitas illorum verborum, si me viuo, & expressio istorum, post mortem meam &c. perspicuũque fit, qui instituit sub ista conditione expressa, dicitur simpliciter instituere, non alia ratione, quod inest ex natura institutionis posthumiæ, & hoc modo Bal. sententia probatur. Secundo roboratur, quod quicquid est ex natura actus est inseparabile ab illo, quia essentialia non possunt deserere suum esse. patet ad sensum, & Arist. est author. cur ergo expressio substantialium nocere debet, non video, exemplũ Bal. in l. 1. c. de ędil. act. Pono ꝙ vendidisti prædium, quare ille non potest respondere, vendidi precio. 10. duc. cũ sine pretio non consistat venditio, similiter substituit in casum suitatis, quare non potest respondere, substituit. si se viuo filius de medio sublatus esset, alioquin esset imponere legem verbis. Nunc ad gl. conceptiones, & quidem prima & secunda fere ab omnibus probãtur, & apud me præcip. e, propter verbũ, mihi, quo significatur casus suitatis, vt paulo ante discussimus. Ex secunda conceptione obseruandum est, ꝙ institutio & substitutio vna & cadem oratione potest fieri. idem in 4. conce-

26 ptio †. Item verbum instituo, vnica enunciatione potest significare institutionem & substitutionem. Item verbum Instituo relatum in eadem prolatione ad filium, importat primum gradum institutionis, relatum ad nepotem secundum gradũ, & sic ex personis subiectis significatio variatur. simile sentit gl. in l. si cum dotem. sol. matr. ibi, si vero a patre &c. vbi vult, verbum, pepigit, relatũ ad patrem, suppleatur per stipulationem, ad extraneum, per pactum. vnde Romanus notat, non esse absurdum, verbum vnum ad diuersas personas relatum intelligi diuersimode, cum vniformiter non potest intelligi. de hac gl. optime probatur. Item vna & eadem oratio ac verborum conceptio pro duabus accipitur secundum rei exigentiam, & proinde ac si dixisset, filium, instituo, & posthumum ex eo substituo. Vltimo, vnica & eadem prolatio vnius verbi duas diuersas dispositiones inducere potest & vnum verbum ad duas diuersas species significandas, vt institutionem & substitutionẽ, prout sunt specie inter se differentes. quod nota contra illud Aret in §. proximo, vbi tradit vnam speciem non posset significari sub nomine alterius. & confirmauimus pe. regulam topicalem, probaturque. l. 4. de leg. 1. & l. Labeo. de si pel. leg. & cogita solutiones, quia Doct. non ponderãt. & hac ratione duo quorum alter sui iuris, alter nõ sui iuris, non possent vnico verbo adoptari dicendo vtrumque adopto, nisi dicamus aliud in verbis, aliud in nominibus. vere enim hic vterque adoptatur licet arrogatio sit, aliud adoptio. inst. de adop. nullum verbum est significatiuum specierum, quamuis secus sit in nominibus verbalibus, & sic vere hic vterq; instituitur, licet aliud sit institutio, & aliud substitutio. quod nota si verum est. Adde glos. in l. 2. sup. de offi. proc. & glo. in l. certi condictio. sup. si cer. pe. in ver. potero obseruantes vnum verbum posse stare proprie &

27 improprie.] Nec omittendum verbum substituo, sine vlla cõditione dictum intelligi de vulgari, quod Bal. dicit se dicisse a Barto. extra scholas quod not. contra tertiam proximam conceptionem. Tertia & quarta conceptio apud me multum habet difficultatis, licet omnes probent. igitur excutiamus. Si filius hæres non erit, nepotem qui ex eo nascetur, instituo. Hæc simplex vel vulgaris, differtque a præcedentibus, quod in ea nõ est verbum, mihi, nullaque de morte fit mentio testatoris, neque filii, neque decem mẽsium, videò simpliciter pura. vnde patet gl. simpliciter instituat, intelligere, sine vlla expressa conditione instituat, se tñ declarando. Quare conceptioni, filium & nepotẽ ex eo instituo, subijcit, sentiens de nasciturís. Vnde

facile dignoscitur ipsam gl. sentire suprascripta sola verba nõ
sufficere, & ideo subdidit se sentire de nascituris a qua auda-
cter quæri potest, quomodo intelligã, si verba non sonant, &
tu non exprimis: Dauus sum, non Oedipus. Nec satis est ad
Aquilianam de nascituris sentire, nisi de veris posthumis na-
28 scituris. Et hæc quarta eo improbabilior, quo obscurior. † Ex
quibus conceptionibus notant Doctores simpliciter gestum,
præsumi eo modo gestum, quo debuit. Et propterea substi-
tuens simpliciter nepotem nasciturum, quia non potest aliter
quam in casu Galli valide institui, cẽsendus eo modo instituis-
se. Vnde Iason tradit notandam regulam, quoties dispositio
nõ potest nisi certo modo vel conditione fieri, simpliciter fa-
ctam, censeri vt debuit factam, ꝙ multis similibus nititur con-
firmare, & certe magna ac pulchra ad sustinendos actus re-
gula, quæ si vera esset, vereor ne multa in iure nostro subuerti
29 contingat. † Et primum ne inter conceptiones vis vlla esset,
vtrum conditionaliter vel pure exprimatur, postquam a vali-
ditate actus penderent, & vtcunq; concepta dispositio trahẽ-
da sit, contra vim verborum, & sermonis naturam ad eum
casum quo valere posset. contra l. Labeo. §. pen. de supel. leg.
& l. 4. de leg. 1. l. in ambiguo de re. dub. frustra notasset Soc.
fil. in l. vbi verborum de reb. dub. non esse tanti fauorem con-
seruandi actus, vt a verbis recedatur, & similiter ad excusan-
dum, ne videatur quis contra legẽ facere, quod a verbis reces-
sus nõ admittitur, & solẽnitates hac ratione coniecturarę suf-
ficiant contra l. sciendum de ver. ob. Et filius scienter præteri-
tus intelligeretur exheredatus, contra l. inter cætera, & in. §.
idem credendum aliter testamentum nõ valeret. Seruus alie-
nus pure hæres & liber scriptus accipiendus cum liber erit, cõ-
tra l. si alienum. de her. inst. & l. seruus alienus inf. de cond. &
dem. æque seruo hæredis & filiofa. simpliciter rite legaretur,
contra l. fideicommissa. §. si filio de leg. 3. & l. si legatarius. §. fi.
eo. tit. & inst. de leg. §. an seruo. Et res legatarii simpliciter lega
ta valeret. contra l. proprias. C. de leg. & inst. eo. §. si quis rem
leg. Et simplex rei suæ stipulatio non esset inutilis. contra l. si
rem meam, & l. nemo rem de ver. ob. & in summa tota Cato-
niana regula esset subuersa, & quod plus est, omnis obseruatio
solemnitatis iuris præsumptione crederetur obseruata, cum
in ambiguo non sit, quenque desiderare dispositionem suam
omni modo validam fieri l. 3. de mil. test. Deniq; omnis inca-
pax, quod est casus noster, simpliciter posset institui, contra l. si
alienum de her. inst. & hanc l. & tex. nostrum ibi, vt eo casu va-
leat, qui ex verbis concipi possit, ex verbis concipiendum ait,
vt supra declarauimus, non diuinatiua præsumptione. Atqui
coniector noluisse valere in casu Galli, qui nõ seruauit formã
Galli, arg. l. non codicillorum. C. de testa. quomodo vis in eũ
casum valere, si nec verbo nec congruo signo enuncias, facit
l. fideicom. §. si filio de leg. 3. & quare tradit Alexan. in l. cum
filiofa. de leg. 1. qui nõ dicit, quod vult, nihil agit l. in ambiguo.
[illegible] reb. dub. Manifestum sit igitur nugas esse, si actus aliter nõ
valeret. imputet sibi qui. l. traditiones sequutas non fuit. no-
[illegible] nostris voluntatibus leges non domi-
nentur l. nõ potest [illegible] 12. tab. vetantibus simpliciter alie-
nos [illegible] in culpa est quo minus ratæ sint
suæ voluntates, quo casu lex merito testatoris voto non opitu-
latur. Hæc est notabilis doctrina Bar. [illegible] commenda-
ta in l. 1. de vulg. [illegible] l. quidam testamento Procu-
lum [illegible] ad similem q. adducit Soc. [illegible] repe. eundem
l. 1. primo [illegible] sed hic testator in culpa est quod vo[illegible]nta-
tem suam non satis expressit, partesque substantiales ad Aqui
30 lianam omittendo. † Vnde non inlepide Soc. [illegible] dixit ne tolli
illam regulam, si non valet vt agitur &c. quæ locum non ven-
dicat quando actus peccat in forma l. an inutilis inst. de accept.
& l. si vnus. §. [illegible] sup. de pac. Et si accurate verba ex
aduerso [illegible], manifeste contradict[illegible] implicatio
palpabitur, dicunt enim actos simpliciter gestu[illegible] præsumẽdos
31 eo modo quo debuit [illegible] &c. † [illegible] non est
in rebus certis l. cont[illegible] §. cum ita [illegible] posside-
re. C. de prob. [illegible] qui de spon. l. nõ est verisimile [illegible] ꝙ met.
ca. vbi gl. differentiam explicat inter fictionem & præsumptio
nem, ipsiq; [illegible] actum simpliciter & sic certo modo ge-
stum, nonne [illegible] & repugnanter contendunt præsumendũ
conditionaliter, seu eo modo quo debuit, si liquidum est alio
32 modo, id est simpliciter gestum. Præsumptio † quippe tunc re-
gnat, quando apparet quid gestum, qualiter autem fuerit ge-
stum: Præsumptio quippe tunc regnat, quando apparet quid
gestum, qualiter aũt fuerit gestum in obscuro est, vbi huma-
nius est credere, vt debuit gestum exemplũ in illa, fideiussit l.
sciendum de ver. ob. & illa, promisit. inf. de inutil. stip. §. si scri
33 ptum. † Non obstat quod dispositio simpliciter facta accipi-
tur secundum iuris dispositionem l. dotis fructus. §. fi. & l. seq.
& ibi glo. sup. de iur. dot. & l. qui iure militari infra de mil. test.
l. generaliter. C. de inst. & subst. Idem in contractibus l. quo-
ties in stipulationibus de verb. ob. l. damni ver. in stipu. de dã.
infe. l. si stip. sup. de vsur. quoniam hæc magis confirmant no-
34 stram sententiam. † De iuris ordinatione est quod dispositio
simpliciter facta simpliciter intelligat l. de pretio sup. de pub. l.
1. §. generaliter inf. de leg. pst. Et institutio simplex de posthu-
mo alieno veluti reliquis incapacibus vt non valeat, improbat
enim lex hoc casu actum simpliciter gestum, vt sup. latissime
demonstratum fuit nõ est in potestate nostra. ll. iussa a nostris
actionibus submouere l. non potest de leg. 1. Profligatis pro gl.
rationibus, superest præfatas conceptiones apertius demon-
stremus esse falsas. Imprimis quod posthumus alienus (vt sę-
pedictum est) simpliciter institui non potest, veluti nec alius
quis incapax. Caute igitur Gallus conditionalem fecit, & glo.
male, quia simpliciter, & vult intelligi conditionalẽ, ꝙ est im-
35 possibile. † Pugnant inter se simplex & conditionale l. 1. §. si
36 quis simpliciter de ver. ob. † A forma enim comprehẽdimus
testatoris voluntatem l. non codicillum. C. de testa. Et bellis-
sime Bal. dixit in l. filijs matrem. C. de inof. test. qui debet insti-
tui pure, non potest institui conditionaliter & suspensiue. Et
ex contrariorum eadem disciplina, eodẽ authore, audemus di
cere, qui debet conditionaliter institui, non potest simpliciter.
37 Secundo † quæ sunt de forma, omitti non possunt c. cum di-
lecta. de rescriptis c. Pisanis de rest. spo. vt istę conditiones in
Aquiliana, quod multis modis ostenditur. Primum ex natu-
ra conditionis, quæ in dispositionibus inducit formam neces-
sariã secundum Bal. in auth. mat. & aui. C. quando mul. of. tu.
& in l. prætor de col. in prin. Alexand. & Aret. in l. 2. §. prius de
38 vulga. † Item ex dictione sic, quod est indicatiuum certę quali
tatis & formę, vt in glo. supra in prin. l. eiusmodi enim verba,
sic, ita, ita demum in dispositionibus formam inducunt. Fely.
39 in d. c. cum dilecta. † Item quoties rei aliter gestæ lex resistit,
vt in casu nostro, de forma est ille actus, per quem nullitas le-
galis vitiatur, vt hic, & l. in tempus de hære. inst. & l. si alij fun-
dum infra de vsufru. leg. Barto. in l. fin. C. de ven. rerum ciuil.
lib. 9. Romanus consi. 402. incip. in præposita consultatione.
faciunt scripta Bald. in l. 1. supra eo. Pet. de an. in regula ea quę
12. colum. & in repe. c. 1. de const. 42. charta. faciunt scripta
Aret. in l. 1. de vul. versi. circa secundam. q. principalem dicen-
tis quando inducitur noua forma in actu celebrando, tunc nõ
sufficit expressio verbis generalibus allegat Barto. in l. prætor.
§. hoc interdictum de no. op. nunc. & l. vt legitimos in prin. de
leg. tut. vbi voluit, quod si tutor aliter vtilia facere, & inutilia
prætermittere, non sufficit, nisi expresse defensionem promit-
tat l. si [illegible] defensionem. C. de administ. tut. Ang. in authent. de
trien. & semis. §. illud colum. 3. quando res correctoria iuris
antiqui aliquid requirit expresse fieri a testatore, non suffi-
ciunt verba generalia exemplum in authe[illegible]t. ex testamento.
40 C. de col. & authent. de hær. & fal. [illegible] si vero expressim. † Ter-
tio per locum ab impossibili, illud est impossibile, cum ius cõ-
trarium est necessarium. per se patet, & Bald. hoc dicit in l. non
quicquid supra de iud. & l. 2. §. his. ll. supra de ord. iudi. Sed
quia institutionem de posthumo alieno necessarium est sic
concipi, vt a Gallo est ordinatum, ergo aliter concipi est im-
possibile. Minorem probo lege, ratione, & authoritate. Lege
vt supra in princ. & l. non potest de leg. 1. ratione quia 12. tab.
in hostium sint simpliciter instituti, ergo impossibile simplici-
ter institui l. si minor supra de seru. expor. & l. non dubium. C.
41 de legi. Item † vbi conditionalis regnat dispositio, non habet
locum simplex, quia contraria argu. l. 5. §. ex contrario de ac-
qui. pos. & ad instituendum incapacem conditionalis est ne-
cessaria, vt hic, & d. l. in tempus postremo quo adesse Aqui-
lianę plures necessarię sunt conditiones. Authoritate scilicet
glo. Barto. Bald. & doct. sup. in princ. in verbo, posse, quod pro
necesse esse accipiunt. Quarto tales conceptiones neq; ex vi
verborũ, neq. orationis contextu queunt conditiones Aqui-
lianę continere salua ratione recti sermonis ar. l. Plautius de
42 [illegible] g. leg. & cum † non conueniunt verba, simpliciter nec
tenus, veluti qui quod vult non suo vocabulo exprimit, nihil
exprimit l. 4. de [illegible] aliter nec qui suo sermone loquitur,
nihil loquitur l. Labeo. de supel. leg. non videri quenquam
dixisse id cuius non suo nomine vsus sit. Nam & si prior ac po
tentior sit mens, quam vox dicentis tamen nemo sine voce
dixisse existimatur l. si alij fundum de vsufru. leg. vbi nõ
sufficit voluntas, nisi extet scriptura voluntatis expressiua. ad
idem l. in ambiguo de reb. dub. Et eatenus dictum creditur,
quatenus est in scriptura, dicit Bal. in l. cum proponebatur,
& per illam l. de leg. 2. & omissio, inquit idem Bald. in prola-
tione verborum vitiat. Vltimo ratione irrefragabili tales con-
ceptiones consistere nequeunt, quia sunt indefinitę & com-
munes, vt sup. diximus, ad casus nascentis se viuo & se mortuo
d. l. commodissime, & propterea non Aquiliam duntaxat re-
spiciunt, sed etiã Vell. & ideo male, cum hic de concipienda
Aquiliana tantum agatur. Nec obstat ratio subintellectus pro-
pter d. l. cõmodissime, & alias causas superius latissime dedu-
43 ctas † tum ꝙ subintelligi non põt vnum, qñ verba aliud signi-
ficare

ficare possunt l. ita stipulatus §. Chrysogonus. de verbor. obligatio. Socin. fil. in l. 1. de vul. in lecti. communi. Bald. in l. si quis ita §. si. sup. de test. tut. verbum simpliciter prolatum quod habet plures significationes, ad quamlibet significationē adaptatur, iungit no. in rubrica C. de post. hære. inst. Nec pōt subintelligi ex natura huius actus, quoniam ad essentiam desiderata ni si adhibeantur, actus nō conficitur, in quo quia facto opus est, nec sufficit voluntas, vt sup. demonstrauimus. Nouissime glos. pulchre tractat, quid sit, filium & nepotem iam natum ex eo instituo, & in vtranq; partem disputando definit, primo filiū, secundo nepotem casu suitatis videri institutum duplici rōne, ne testamentum nepotis agnatione rumpi contingat l. posthumorum, de iniust. testa. secunda, quod inutilis quo ad nepotis commodum talis foret institutio, cū nec momēto apud eum maneret hæreditas l. placet. de acqui. hæred. † Considera num
44 hodie aliud cum filiofam. quæratur proprietas l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. nisi profectitium censeatur, argu. l. dedit dotem inf. de col. bon. & l. in 4. inf. ad l. Falc. & l. profectitia sup. de iur. do. quod fortassis gl. sentit postquam indistincte loquitur, sed verius aduentitium, postquam in honore institutionis nepotem patri equauit, eumque & in amore habuisse credendum l. Auus sup. de iur. do. Doct. ex mente glo. tertiam addunt scilicet sanguinis & affectionis rationem propter ll. quas allegant. Iacobus de Aret. contradicit apta distinctione, quod in casu Galli nepotis posthumi cum filio instituti procedat gl. decisio, in casu autem nepotis iam nati negat, cum nulla lege veritum inquit nepote natum institui, quamuis l. Vell. præteritus agna-
45 scendo rumpit † tum. propter coniunctiuam, & quę suapte natura pariter iungit vtrumq; l. reos §. cū in tabulis inf. de duob. re. nihilq; cogat a propria significatione recedere l. non aliter, de leg. 3. concludit itaque vtrunque pariter institutum, quam sententiam Imol. sequutus adducit l. in codicillis §. instituto. de leg. 2. confirmat Sali. etiam l. cum in testamento inf. de her. insti. a contrario sensu, & Aret. nouis rationibus defendit. Cogita ad §. instituto, vtrum posit dici nimirū quia dictio, & ibi posita videtur pro, cum, siue, vna cum, alioquin ratio recti sermonis non seruaretur, contra l. Plautius, de aur. & argē. le. scriptum est enim, instituto filio & ex eo nepotibus, dicendū erat, institutis filio & ex eo nepotibus. Quod autem coniunctiua, & talem significationem quandoque exerceat, aperte igitur in princ. l. fina. C. de impub. vbi imp. declarat, & pro, vna cum, ibi, vna cum alio in hæc verba, quisquis mihi hæres erit & Titius, id est vna cum Titio. Cogita etiam, vtrum l. cum in testamento. per Sal. allegata melius probet per locum ab oppositis hoc modo, sicut institutus & substitutus non possunt pariter succedere, ita coniunctim instituti non debent posse gradatim succedere. In glos. opinionem procliuior aliorum omnium sententia, quæ quamuis authoritate vincat, Iacobi fortassis rationib. præstat, pro qua meo iudicio gloss. est in §. idem credendum, in verbo. Nam & si in 2. positione casus, vbi preponit filium & nepotem coniunctim institutos, vt opinor ex illo quod duos institutionum gradus facit, dicens, filius & nepos fuerunt instituti, & pronepos substitutus vtroque mortuo, tractatque de Aquiliana, secundum quam natus viuo testatore nepos, nisi in primo gradu nō instituitur, de quo latius suo loco. Ipse autem sentio neque iure veteri, neque iure nouo gl. opinionem procedere. Iure veteri, quod paulo ante fassas gloss. conceptiones ostendimus, quo loque simpliciter, vt præponitur, institutus intelligi nequeat in suitate institutus, nisi in casu §. instituens, iure nouo, quod hodie liberum cuique est alienos posthumos simpliciter instituere, inst. de leg. posthumo. & de bon. poss. in princi. & propterea qui filium & nepotem instituendo iungit, idem & in successione iunxisse existimandus est, & eo imprimis, quod explosa est Bar. sententia de ratione successorię charitatis & affectus, imminente maxime c. Raynutius. & ca. Rainaldus de testa. Quod limita, nisi institueret in suitate, vide licet filium & nepotem ex eo in suitate institutos, vt in §. & q̄d si tantum. Cęterum speculemur quorsum ea affectionis ratio, nisi quod pater creditur prædiligere filios & eodem tenore appetere prius a filijs, deinceps a nepotibus sibi succedi, etiam si pariter instituat, quæ ratio si valet ad disiungendum nepotes, multo quippe valere plus debet ad disiungendum extraneos cum filijs institutos, vt substituti intelligantur. Qui extraneos instituendo filijs æquat, credibile est aut illos æque in amore habuisse, arg. l. Publius inf. de condit. & demonstr. aut non paterna charitate filios adamasse. Et propterea siue quod in alterius amore refrigverit, siue in alterius ęstuauerit, veluti qui extraneos filijs in honore institutionis sociauit, creditum est etiā
46 in successione sociasse † ita & nepotes cohęredes filijs scriptos in successione pares esse voluisse credibilius est, in quibus & fortuitus & naturalis amor concurrere est probabilius, quando cum filijs in institutione iunguntur. Et proculdubio nepotes secundum iureconsultum in l. liberorum inf. de verborum signific. non minus quam filios, aut forte plus diligimus, quod per eos diutius nos victuros, & in sempiternum eum memoriam nostri extendi speramus. Qui iungit, non disiungit, si gradatim instituere voluisset, non deerant vocabula, scuisseque substituere, arg. l. 1. §. sin autem C. de cad. tol. Iason perlepide improbat illam, quam facit Bart. differentiam inter orationē copulatam dictione, cum, & illam quæ fit per coniunctiuam, & ad arg. Bar. d. l. generaliter C. de insti. & substi. nimirum ibi, quia ex præsumpta voluntate defuncti disiuncta oratio accipitur pro coniuncta. quod hic cessat. Alia etiā ratione puto Bar. fundamentum corruere, quod de casu dubio ad apertum non
47 valet argum. sed de re non dubia ad dubiam fit fides † Oratio enim copulata scripti & voluntatis dubitationem nullam habet, cum vtrunque pariter complectatur l. 1. & 2. & ibi Bar. de pecul. lega. Nec in casu nostro aliquod absurdum aut iniquū, vel testantis voluntas cogit a proprio significato recedere l. nō aliter, de leg. 3. cum vulga. In oratione autem disiunctiua licet scriptum apertum sit, voluntatis est quæstio. casus in l. si is qui eccl. §. fin. de reb. dub. ibi, non satis voluntatem suam declarauit &c. Et sicut contra naturam coniunctorum est, vtrunque pariter non existere, ita non est contra naturam disiunctorum vtrunque existere ordine successiuo, quamuis altero contenti
48 esse possumus. In primo est impropriatio, in secūdo nulla. † & ideo facilius disiuncta resoluitur in coniunctam, vt subtiliter Are. hic tractat. & veluti in primo scriptum & voluntas est clara, quod vtrunque pariter existant, ita in secundo dubium voluntatis est, quem testator ex disiunctis voluerit præferri. Igitur ad iuris coniecturas recurritur ex ordine affectionis vel scripturæ l. cum pater §. pen. de leg. 2.

SVMMARIVM.

1 *Galli Aquilij formulam super institutione posthumorum nepotum ad pronepotes etiam posthumos producendam.*
2 *Exempla regulam non restringunt, sed viam ad casus similes trahendi aperiunt.*
Et cætera, oratio quam significationem habeat.
4 *Institutum non videri eum, qui in conditione positus est.*
5 *Verba ad transferendum posita non debent operari institutionem.*

1 §. Idem † credendum Est Gallum exist masse & de pronepote, vt dicat testator, si me viuo nepos decedat, tunc qui ex eo pronepos & cæter. Sed & si viuo filio, iam mortuo nepote, cuius vxor pregnans testamentum faceret, potest dicere, si me viuo filius meus decedat, tunc qui pronepos & cæter. Num si & filius & nepos viuant, concipere vtrique mortuis viuo se, tunc qui pronepos nasceretur, quod similiter admittendum est, ita sane si prius nepos, deinde filius decederet, ne successione testamentum rumperetur. Tres deciduntur hic quæstiones, quas si explicitius desideras, lege Bald. & Paul. de Castr. hic gloss. & doctor. Crediderunt hic reprehensiones in Gallum enarrari Imol. Raphael. Paul. Socin. fil. & Iason hic & Alexan. in §. instituens. interpretationes a Sceuola fieri putant, quod certo certius existimo. Propositio Galli fuit, alienos posthumos nobis posse fieri legitimos hæredes, & alienos posthumos indefinite dixit, non magis nepotes quam pronepotes iureconsultus in l. penul. de leg. 1. Et exemplum exhibuit in nepote quomodo id fieri posset ex mente duodecim tabularum
2 † Nam exempla non restringunt regulas, sed patefacta ratione potius ad similes casus trahendi viam aperiunt leg. scire oportet §. final. & ibi Bartol. de excu. tuto. Sceuola autem ex singulis verbis quæstiones fecit. Primam ex illis, si me viuo & cæter. nunc ex verbis filij & nepotis. Quid in pronepote tres incidentes dubitationes enodando pronepotum gradus non egreditur. Sic Gallus exemplo nepotis contentus fuit, quod si in hoc errauit non minus errauit Sceuola, qui de abnepotibus & alijs vlterioris gradus nihil definiuit, quamquam infra §. instituens, omnes implicite complectatur. Alioquin recte Pomponius a Paul. de Castr. reprehenderetur, quod in leg. commodissime, non idem in exhæredatione quod in institutione prodidit obseruandum. Similiter & Gallus a Rapha. hic, qui ingeniose & vere supplet, idem obseruādum in exhæredatione posthumi alieni, quod in instōne Gallus censuit. Nec minus iuste nolle Sceuola a gl. reprehenderetur, quæ supplet de pronepote non dissimiliter concipiendum, quam de nepote. Adde si vitium est, non omnia persequi sigillatim, male omisit in versiculo (ita sane) quærere, quid si filius institutus, & nepos præteritus vna pariter moriantur, aut ignoretur, quis prior deo sit de quo in §. quid si is qui dicemus, & similiter in §. & quid si tātum omisit, Quid si in casum interdictionis vel emācipationis concepta sit institutio, & contingat casus mortis vel alius, vt l. si mil. C. de inst. & subst. generale proculdubio tradēs dogma non est singula persequi, vt l. de reg. iur. per totum quia ferdū impossibile, vt l. non possunt l. neque ll. & de le. interdū multi-

tudine vitiosum, cum vnius exemplo cæteris ęque cōsulatur, vt hic, & l. 1. de regu. iur. Tunc qui ex eo pronepos. Not. quod semper repetit Sceuola distinctionem, Tunc, caute, ne videatur simpliciter instituere, moxq; illa si me viuo, subijcit. Vnde perspicuum fit, quod talia verba in Galli formula nō sunt superflua, nec a Sceuola improbātur, alioquin suo se ligone percurreret. Nec valet gl. excusatio, quoniam loquitur de institutionibus pronepotum a se excogitatis & conceptis. Et cætera.

3 Nota secundū Bal. † quod est dictio epilogatiua, & formę pręcedētis repetitiua, sub qua intelligitur, inquit, oratio cōpleta, de qua latissime Bar. & Doc. hic. Nunc si & filius &c. Duobus modis gl. casum imaginatur. Primus fuit Placentini, qui verissimus est. Secundus a text. remotus, qui magis in vim dubitationis accipiendus. In primo solus filius institutus. In secundo quæritur, Quid si filius & nepos instituti sunt, & pronepos vtrisq; mortuis substitutus, vtrum aliquid intersit, quis prior decedat. glo. vis non est inquit. quam nota, sentientem cōiunctim patrē & filium ab auo institutos ęque pariter institutos videri, & nō ordine successiuo. tum quod in Aquiliana natus viuo testatore nepos non nisi in primo gradu quit institui, tū quod alioquin forsitan vis esset, quis prior decederet, tribus institutionum gradibus factis argu. l. cum in testamento. ℱ. de hær. inst. præmoriente nepote pronepos posthumus quasi a secundo gradu præteritus rūperet l. 3. §. fi. & l. posthumus a primo. ℱ. eo. Perusini dicunt, nihil referre, si nepos præmoriatur, vel contra viuo auo, quia iure pręterito reconualesceret testamentum inf. de iniust. test. Quorum opinionem Soc. filius hic reprobat. Vera solutio est, quod tota hæc lex loquitur de iure ciuili, adde. rs. tabul. illa vero iure prætorio. illa in suitate & hęreditate, illa in bon. pos. insti. de bon. pos. §. quos autem. Vltimo nota Sceuolam præsupponere hic filiū institutū, & nepotem præteritum, propter quod ait sane admittendum, si prius nepos decesserit, ne successione scilicet nepotis pręteriti rumpatur, rumpi nisi iure prætertitionis non poterat. Quid autem si filium & nepotē pariter instituat, pronepote posthumo in casu suitatis vtrisq; mortuis substituto, Sceuola non quæsiuit, & puto ad Aquilianam hūc casum pertinere, nec referre quis

4 prior decedat, vt supra in glo. Vtrisq; mortuis † Nota hic, nepotem in conditione positum haberi præteritum, quod doct. non ponderant. facit l. Lucius de hęr. inst. Bal. duas conclusiones contra Barto. elicit Primam, quod substitutio facta huic præterito non valet, & statim quod nepos agnascitur, substitutio rumpitur, cuius contrarium inquit tenuisse Barto. in prin. legis. Secundam, quod substituendo vulgariter non videtur ta-

5 cite instituere illum cui substituitur † cum verba ponātur, inquit, ad transferendum, non debent operari institutionem, vt infra de hæred. institu. l. ex facto. & glo. ord. in l. si quis hęres, de cond. & demon. l. cum tale in fi. Cogita, quod hic de nepote sicut nec institutio facta colligitur, ita nec eidem facta videtur substitutio. Non enim propterea magis institutus videri debet ex illis verbis, si nepos me viuo decesserit, atque si dictum esset, Si nepos me viuo ex Asia venerit, quod si non institutus nec eidem dici potest substitutus aliquis, qui sub priuata conditione institutus est. Neque facta dicitur substitutio illi, qui in conditione substitutionis positus. l. Lucius. de hęred. institu. & l. si quis sub conditione dandorum. 10. infra si quis omiss. ca. test.

SVMMARIVM.

1 *Interpretationem sic debere temperari, vt videtur correctio.*
2 *Minus malum in ratione boni computatur.*
3 *Verba nihil operari, tolerabilius est, quàm quod absurdum aliquid operentur.*
4 *Sententiam mutare sapientis est.*
5 *Veritas obiectum est intellectus.*
6 *Intellectum enim imprimis amplexandum in legibus secundum quem nihil reperiatur superuacue dictum.*
7 *Et, particulæ coniunctiuæ proprium & copulare & ampliare.*
8 *Verbum simpliciter prolatum accipiendum erit in proprio & potiori significato. & nu. 24.*
9 *Aquilianæ formulæ proprium.*
10 *Substantialia tacite vel expresse in qualibet dispositione attingere sufficit.*
11 *Institutionis indefinite natura.*
12 *Quæsti[onem] fieri nullo proposito themate, est absurdum.*
13 *Dispositionem conceptam per verbum commune ad plures casus, non posse censeri factam dumtaxat in vnum casum.*
14 *Summarium quid dicatur apud interpretes iuris, quid item notabile.*
15 *Aquilianæ institutionis essentialia duo.*
16 *Dispositioni sic conceptæ culpa disponentis vt sit futura inutilis, ius non succurrit.*
17 *Aquilianæ institutio vt firma sit, tria esse necessaria.*
18 *Enim, particulam poni nonnunquam aduersatiue pro, autem.*
19 *Patriam potestatem solui morte ciuili, non secus ac morte naturali.*
20 *Interdictio aquæ & ignis quid sit, & qua ratione introducta.*
21 *Deportatos haberi pro mortuis in iis quæ sunt iuris ciuilis.*
22 *Deportationis pœnam successisse in locum interdictionis aquæ & ignis.*
23 *Speciem non esse similem suo generi.*
25 *Speciem proprie contineri sub nomine generis, quam limitationē recipiat.*
26 *Mortis appellatione an comprehendatur mors ciuilis.*
27 *Genus non posse diuelli a sua specie.*
28 *Effectus similes a diuersis produci non est nouum.*
29 *Causas varias effectus varios producere, quomodo intelligendum.*
30 *Vnum & idem diuerso iure censeri non debet.*
31 *Simile non est idem.*
32 *Definitio in iure periculosa.*
33 *Hominis quaternaria consideratio.*
34 *Iuris quaternaria diuisio.*
35 *Seruitutem morti comparari.*
36 *Deportatum ius ciuile vocat alium hominem, peregrinum, & apolidem, quasi sine ciuitate.*
37 *Ciuitas quid sit.*
38 *Exautoratio mors quædam est.*
39 *Mortuum etiam eum censeri ex sententia Theologorum, qui mundi voluptates ablegans, totum se diuino cultui mancipauit.*
40 *Religionem professus an & quando pro mortuo habeatur.*
41 *Testamentum confirmari, si testator profiteatur religionem bonorum incapacem, non secus ac morte naturali testatoris.*
42 *Conditionum quasdam esse necessarias, quasdam voluntarias.*
43 *Similia quædam dici, quæ tamen in aliquibus sunt dissimilia.*
44 *Matrimonij dissoluti per mortem alius est effectus, quam dissoluti per diuortium.*
45 *Licitum quicquid est, non continuo honestum est.*
46 *Stipulatus dotem in vnum casum soluti matrimonij, non habet actionem si aliquo alio casu matrimonium solutum sit.*
47 *Conditionis dissolutionis matrimonij adiecta stipulationi de dote restituenda non facit eam conditionalem.*
48 *Datum fauore nuptiarum repetitur nuptijs non secutis, idque ex tacita conuentione.*
49 *Vulgaris substitutio pupillarem nonnunquam complectitur iuris præsumptione.*
50 *Testamenta latiorem interpretationem admittunt, quam stipulationes.*
51 *Testamenta defunctorum interpretatione iuuare, & pium & vtile est.*
52 *Posthumum nepotem ex formula Aquiliana exhæredanti eadem sunt obseruanda, quæ & instituenti.*
53 *Exhæredatio posthumi ex formula Aquiliana in vnum casum facta non ad alios similes porrigatur.*
54 *Donatio inter virum & vxorem in casum futuri diuortij collata nulla est, secus si fiat ipso tempore diuortij.*
55 *Deportatione matrimonium non dirimi.*
56 *Conditionalis actus ad effectum necessarius quis dicatur, quis item voluntarius.*
57 *Matri volenti bona sua filijs suis queri non autem patri eorum, qua ratione consulatur.*
58 *Causa odij cessante cessat & ipsum odium.*
59 *Actus, qui diuersis modis geri potest, quare dicatur voluntarius.*
60 *Electionem non esse nisi de multis & varijs.*
61 *Emancipatione instituti hæredis institutionem non fieri irritam. & num. 65. & 88.*
62 *Posthumus quemadmodum in potestate patris nunquam fuit, sic nec è potestate eius mitti potuit.*
63 *Posthumum nondum conceptum posse institui.*
64 *Emancipatio & mors an æquiparentur, & in quibus. & nu. 87.*
66 *Liberos præferri extraneis substitutis ex sola coniecturata mēte testatoris.*
67 *Emancipationem beneficium esse, & filijs ingratis adimi posse.*
68 *Beneficium non solere conferri vt noceat.*
69 *Filium non posse sub omni conditione institui, & nu. 71.*
70 *Posthumi institutio ex formula Aquiliana non requirit eum, qui primo loco instituitur, suum esse.*
72 *Emancipari inuitus filius non potest.*
73 *Conditio potestatiua siue arbitraria quæ sit.*
74 *Testamento quæsitis renunciari non posse, nisi lectis perspectisque verbis testamenti.*
75 *Filio instituto sub conditione, quæ non erat in eius potestate, ante euentum conditionis decedente, rumpitur testamentum.*
76 *Nepos sub omni conditione institui potest.*
77 *Seruus a domino institutus cum liber erit, censetur inutiliter institutus.*
78 *Testamenti rupturam culpa testatoris prouenientem iura non fortunant.*
79 *Filius emancipatus præteritus rumpit testamentum iure prætorio.*
80 *Testamentum impugnari ab eo non posse, qui hæreditatem repudiauit.*
81 *Filius etiam inuitus ex causa emancipari potest.*
82 *Iuri ciuili renuntians non censetur renuntiare iuri prætorio.*
83 *Testatoris voluntas legum decretis præualere non potest.*
84 *Ius rumpendi testamentum annua taciturnitate aboleri.*
85 *Emancipatus filius succedat ne patri vnacum nepote, qui in casum suitatis est institutus.*
86 *Institutionis in suitate species tres.*
89 *Casum in institutione non expressum habendum esse pro omisso.*

Interpre

60 *Interpretationem, si fieri potest, a temperandam esse, vt actus valeat potius, quam pereat.*
91 *Ex sententia legis esse, quæ dicuntur, & quæ ex verbis.*
92 *Ratio legis duplex.*
93 *Interpretatio in legibus triplex.*
94 *Emancipatorum & suorum sit ne hodie sublata differentia.*
95 *Emancipatus hæreditatem non transmittit ad quoscunque sicut suus.*
96 *Substitutio in suitate facta an emancipatione vitietur.*
97 *Testamentum redditur nullum ob vitium non seruatæ formæ.*
98 *Testamenti ruptum regulari a iure succedendi, quomodo intelligendum.*

§. Et quid si tantum.

In mortis filij casum cõciperetur. Quid enim si aquæ & ignis interdictionẽ pateretur. Quid si nepos ex quo pronepos institueretur (vt ostẽdimus) emancipatus esset. Hic enim casus & omnes alij, ex quibus suus hæres post mortẽ scilicet aui nasceretur, non pertinent ad l. Velle. sed ex sententia legis Velleię & hæc omnia admittẽda sunt, vt ad similitudinem mortis cæteri casus admittendi sint. In enarratione horũ verborum variatum legitur. Pileus taxari pręcedentem casum putat ex persona filij & verbo tantum, vbi facta fuit substitutio de pronepote in casum mortis vtriusq; scilicet filij & nepotis, quasi nunc mutet casum Sceuola, quid si conciperetur de simili pronepote institutio in casum mortis filij tantum, & succedat mors vtriusque. Accursius non admittit, sentiens vnam hic fieri quæstionem ex verbo (mortis) quod omnes probant, quia absurdum foret, inquit, quod incontinenti se corrigat. Verum in quo se corrigat, non video, magis vtique diligenter interpretãtis officio fungitur, Sceuola variando casus, qui possent accidere. Accurs. adijcit, quia talis quæstio ex suprascriptis satis decisa fuit, quasi superuacuo repeteretur, quod necdum (meã haud dissimulo vecordiam) assequi valeo. Illud satis certe scio, quod expressim non deciditur, sin forte tacite vel coniectura colligeretur, quod etiam ignoro, nõ reprehensibile foret, nunc si enu
1 cleate idem explicaretur. No. † nihilominus ex Accursij sententia absurdum videri, quod quis se in continenti corrigat. Vnde deducitur interpretatio sic temperanda, vt talis correctio, quando fieri potest, euitetur, facit l. nam ad ea. inf. de condi. & dem. Ex quibus colligo pulchram limitationem ad illud, quod verba debent aliquid operari, non habere locum, quoties per ea quis videretur se corrigere. Patet hic multa verba frustra posita, si Accursij intellectum recipimus, vt statim docebimus. Et si absurdum est verba inutiliter dicta, esse absurdius ex his colligitur, vt quis se corrigat, & ex duobus absurdis nota minus absurdũ
2 amplectendum. † Nam & minus malum in ratione boni computatur. facit l. si procu. rei. de dol. ma. excep. Quare est absurdũ quia non est verisimile, quod quis incontinenti se corrigat l. nam ad ea inf. de cond. & demon. Ergo no. id quod non est verisimile esse absurdum, & alibi Bald. quod non est verisimile, habet falsitatis imaginem. Quare autem non est verisimile, quia corrigendo quis sibiipsi contradicit, nec credendum quenquã aliquid dicere, per quod velit sua dicta impugnari. arg. l. 3. infra
3 de milit. test. † Iuuatur hæc opinio, quod melius est verba nihil operentur, quam quod operentur absurdum. ex sententia insignis. Doc. Ioann. de Monte Sperello Perusini in l. 1. sup. de eo quod cer. lo. & l. 2. §. huius rei. de off. c. us. In contrarium est, quod melius est aliquid odiosum, & contra iuris regulas verba operentur, quam nihil operentur cap. pastoralis. de appel. & quod plus est, quando de pęna agitur, impropriantur, vt aliquid operentur c. si sententia. §. fi. & c. ciuitas. de sent. excom. lib. 6. Quare est absurdum, verba si nihil operentur, quia nemo existimãdus est dixisse quod non mente agitauerit l. Labeo. de supp. leg. & ideo vero dissimile est, vt quis inutiliter verba effundat. Sapienti quidem verba in corde nascuntur, linguaci, & stulto in ore. Et propterea tentabam posse dici absurdum, si quis se corrigat sine causa, & absurdius multo, si de bono in malum, & de malo in peius mutatur consilium, quod non est animalis ratione pollentis. & his casibus satius verba nihil operentur. Secus autem si ratione mutetur, & maxime si de malo in bonũ, aut ex bono in melius, & hæc quoties quęstio est voluntatis, aliud autem non præsumitur. Correctionem incontinenti opinor habere locum, quando fit transitus de vna opinione vel dicto indifferenti ad aliam indifferentem, & vbi pro ratione voluntas, quia tunc est leuitatis indicium. Et quantum ad quæstionẽ nostram inclinat animus absurdius esse verba inaniter enunciata, quod inconsiderate & stulte loquentis semper est vitiũ, ex diuerso. sapienter ratiocinãtis plerunque de sententia in sententiam trãsire, & sic alterum perpetuo ridiculosum, alterum
4 plerunq; laudabile, cosq; differunt. † Iterum cõtra. sapientis est mutare sententiam c. cum cessante. de appell. & in prouerbio, non pudeat nostros errores nos corrigere. Alioquin absurdissime Aur. Augustinus libros retractationũ composuisset. Sed an distinguendũ illud incontinenti, istud ex interuallo, quod non placet. Nam velox in ratiocinando animus momento per infinitos decurrit conceptus & fantasias ac trãsuolat, nec vnquam
5 quiescit, donec peruenerit ad id, quod verum putat. † obiectũ quidem intellectus est veritas, & propterea quanto citius tanto melius. Et similiter ex verbis Acc. notandum est, quod fugienda est eiusdem sententię repetitio maxime in iure nostro, admonente Iustiniano. Ego autem credo hic quinq; fieri quęstiones. Accursij & docto. sensum manifesta demonstratione
6 consistere non posse, & in primis † quod eum intellectum amplecti conuenit, per quem nihil efficitur superuacue dictum. l. 1. in fi. & glos. inf. ad Municipa. l. si quando. de lega. 2. c. si Papa de priuileg. lib. 7. & in legibus maxime sic accipiendum, vt aliquid noui decidat. glo. notabilis in c. 1. de tempo. ord. lib. 6. Cy. consil. 4. incip. Quæstio talis est. facit l. quod Labeo. de Carbo. edic. Quem Accursij intellectum si reciperemus, multa super
56 impleri. † Et propterea definire nos oportet, actum conditionalem ad effectum illum necessarium esse, qui aliter quam cõditionaliter geri nequit, id est, nisi sub tali conditionali geratur ad præstitutum effectum perueniri non potest. Voluntarius autem, qui diuersimode geri potest. Nec desunt exempla ex ipsismet legibus, quibus agitur petita, hic repugnantibus 12. tabu. posthumus alienus simpliciter non poterat institui, ergo necessaria est conditionalis institutio in tempus suitatis collata, vt in reliquis incapacibus in tempus capacitatis l. in tempus inf. de hæred. instit. ex contrario in l. commodissime, conditionalis non est necessaria, quia suus poterat etiam simpliciter institui, vt eleganter scribit Barto. neque conditio consistit in eo, si nascatur, vt quidam putant de nascituro. argu. l. 1. §. fin. infra
57 de cond. & demon. & l. qui liberis infra de vulg. † Similiter mater cupiens bona sua filiis & non patri quæri, non potest aliter id consequi, nisi alium roget, vt filijs factis sui iuris restituat l. si mulier inf. ad Trebel. & l. si mater. C. de insti. & subst. quamuis non illepide quidam dicant, ibi non agi de implenda conditione, sed quia finita est causa suspensionis morte patris, igitur ex interpretata mente defuncti admittuntur. arg. l. a filia. §. alum-
58 no inf. ad Treb. † Facit, quod finita causa odij, finitus odium l. Titio Seio §. vinitas. de leg. 2. Ex diuerso in l. si cũ dotem sup. solut. matri. potest quis stipulari simpliciter vel conditionaliter dotem reddi soluto matrimonio, potest & non stipulari, ergo nulla necessitate coactus in alterum casum stipulatus recte dicitur voluntarię, nec solutio matrimonij ibi actum facit conditionalem, vt sup. ostendimus. Vera est igitur Petr. & Bartol. doctrina sic declara, quod conditio seu actus cõditionalis ad effectum necessarius est ille, qui aliter quam sic conditionaliter geri non potest, & iure dicitur necessarius, & ex diuerso volunta-
56 rius, qui varie geri potest. † Quare est quod actus qui diuersimode geri potest, dicitur voluntarius, & ex contrario, qui non nisi vno modo geri potest, dicitur necessarius, quia omnis electio actus est voluntarius. Arist. 2. Eth. & hic probatur in l. verba hæc inf. de condi. insti. l. Cornelius l. iam dubitari. de hær. insti. vnde differentia inter hęredem necessarium & volũtarium
60 insti. de hære. qua. & dif. §. sui autem. † Et electio est de multis. l. quod in hęredem. § eligere. sup. de tribut. l. plerunque. §. si de iure dot. & toto titulo de opt. & elect. leg. Igitur sicut conditio quę nulla necessitate cogente adhibetur, est voluntaria, pariter necessaria est, quam nisi adieceris, incassum laboratur. Propter quid est, quãdo actus conditionalis est voluntarius, creditur de forma, adde & effectu cogitatum, cũ omne agens agit propter finem, vt. s. ostendimus, in necessario autem de effectu tantum, an quod qui necessitati obseruationis se subijcit, solo fine trahi videtur, cum omnis actus volũtarius gratior sit atque expetibilior. Non est verisimile, omittatur, nisi inutilis esset ad finem. An qđ actus voluntarius recipit formam a disponẽte veluti opifice, necessarius aliunde, vt hic, & propterea veluti ille formã dando de ea cogitasse est necesse, ita qui aliena vtitur, non de forma, sed effectu cogitasse est necesse. An quia credibile non est, non sine causa inter modos agendi differentiam fecisse, qui vnum cæteris prætulit.

Ver. Quid si nepos ex quo pronepos instituęretur. emancipatus esset Hęc tertia quæstio, an idem valeat emancipatio ad tollendam suitatem, quod interdictio & mors, retento eodem themate, persona tantum mutata. Quamuis gl. & Doct. secundam quæstionẽ faciant, putentque emancipatum eundemque institutum nepotem & substitutum pronepotem. Vnde Paul. de Ca. hic dicit mirabile, quod emancipatio vitiat institutionem, quando eidem fit in suitate substitutio. idem tenuit Bar. in fin. & omnes sequuntur, quod nullo pacto mihi persuaderi potest, cum sit contra omnes iuris regulas. Atqui apertissime hic probari video institutionem emancipatione non aboleri. Cuius rei gratia inuestigandum est, quid causę, quod in superioribus casibus in persona filij instituti mors & interdictio nũc in persona nepotis emancipatio concipitur, si emãcipatio est eiusdem effectus, cuius & mors est, Gloss. & Bal. dicunt digressum a persona filij ad nepotem, vt ostenderetur idem in vtroque, qđ minime fuit necessarium, cum satis. s. Sceuola declarauerit, pronepotem in casum suitatis æque vt nepotem posse institui. An quod ex facto ita agitatum fuerit. nequaquam, dogmatice enim hic loquitur Sceuola. Superiores casus ex quatuor personis percepti sunt, proauo scilicet testatore, filio instituto, nepote præterito, & pronepote in casum suitatis substituto. Nec aliquid hoc loco variatum ab his necesse est dicamus, vt statim ostendam. Prius tamen excutiamus, Quid de filio, fuitne institutus, an præteritus, Si præteritus, frustra laboraũ, ne natiuitate pronepotis testamentum rumpatur. Institutus ergo sit filius est necesse, vel quod non viueret, nõ dicit Sceuola institutum nepotem, sed emancipatum. Si volumus vaticinari præmortuum filium. & institutum nepotem atque emancipatum, etiam rũpi testamentum fateamur est necesse natiuitate sui pronepotis posthumi, quod extraneus. s. emancipatus cum in institutio-
61 ne præcederet. † Qui dicunt emancipatione aboleri institutionem, contra regulas iuris dicunt, vt inf. §. fi. & insti. de hęr. insti. §. seruus vbi manumissio, qđ plus est non vitiat institutionem. Neque a regulis iuris discendẽdũ est, nisi iusta impellat causa, nullaque subest causa, cur magis nepotem quam filium institutum dicamus, imo vt filius sit institutus, contextus, verba & iuris Canones summopere suadent. Dicendum ergo, non ob aliud mutatam personam, nisi qđ emancipatione non abrogatur institutio, & quamuis emancipatione quis suus esse desinat & inter extraneos cõnumeretur, non tamen desinit esse institutus, vt hic, & in §. fi. emancipatur autem hic nepos ne prætertione rumperet iure ciuili, vbi filio instituitur in suitate pronepos, & ideo necessaria emancipatio in nepote præterito, secus in filio instituto. Concludamus igitur, filium hic institutũ, & pronepotem, si suus nascẽtur, substitutum, quamuis in medio sit eius pater, qui testatoris est nepos, quia emancipatus est & idcirco iure ciuili pręteriri potuit, & valet Aquiliana hoc casu mortis instituti filij. Et bene consonant verba, Quid si nepos ex quo pronepos, vt sup. diximus. s. in casum mortis instituti filij tantum institueretur, emancipatus esset. s. idem nepos in medio existens pręteritus. Et sensus est, nihil referre, nepos pręteritus, morte, vel emancipatione, vel alia rõne de medio tollatur, quod forte non idem in instituto, cum institutio emãcipatione nõ vitieť, sicut morte. Validior quidem mortis vis est, q emancipationis. Neque valet illa rõ, substitutum intelligi in casum quo quis simpliciter desinat esse suus, qa ad substitutionẽ in casu Galli nõ requirit qđ institutus sit suus, cũ extraneus posset institui. Verbi gratia, filiũ apud hostes habens si concipiat, Titius hæres esto, q si me viuo decesserit, nepos, qui mihi ex captiuo filio post mortem meam nascetur, hæres esto, quia hic poterat nasci suus & nõ suus, quia ex reditu patris pendebat, q si illic apud hostes moritur, valet institutio de nepote in casum suitatis extraneo instituto & viuo testatore decedente probat in §. proximo. & §. videndũ. Vnde colligitur, quod substitutio fieri põt, si suus erit etiã extraneo instituto. & sic suitas in instituto non est

non eſt neceſſaria, ſed in ſubſtituto tantũ, an ſuus naſcatur, nõ
aũt an ſuus fuerit inſtitutus, vt hic, & tota Galli formula, & ca-
ſus eſt in §. quid ſi is qui. iuncto. §. videndũ. Ex quo infero, qđ
emancipatio ſi fieri poſſet de poſthumo, vitiaret ſubſtitutionẽ
62 in caſum ſuitatis factam, quia nõ ſuus naſceretur, † qui ſicut in
poteſtate nũquã fuit, ita neq; e poteſtate mitti potuit poſthu-
mus. l. ſi. inf. de coll. Bald. in l. qui ſe patris. C. vnde lib. poſſet tñ
contingere per emancipationẽ patris de nepote poſthumo vi-
tiari inſtitutionẽ, ſi ſuus naſcatur, qñ cõceptus eſſet poſt eman
63 cipationẽ. inſtit. quib. mo. ius pat. po. ſol. valet † enim de poſt-
humo nõdum concepto inſtitutio. l. placet. §. eo. licet ſuus eſſe
nõ poſſit. l. Titius. cum ſeq. inſr. de ſuis & legi. Ex quibus videt̃
poſſe defendi, ꝙ in caſu Galli emãcipatione nõ deficit inſtitu-
tio, ſed ſubſtitutio. ꝙ diligentius perſcrutemur, quia contra to
tus mundus cõtendit. Facit queſtionẽ, ꝙ mors & emancipatio
hic æquiparãtur, & quia nulli dubiũ morte deficere inſtitutio-
nẽ, ergo idem emãcipatione. probatur hic, & l. mulier. infr. ad
Treb. l. ſi ita eſſet. inſr. quãdo dies leg. ced. l. ſi mater. C. de inſti.
64 & ſubſti. Fateor † æquiparari quo ad diſſoluendam patriam po
teſtatem, & ius ſuitatis. inſti. quib. mod. ius pat. ſol. his caſibus
loqũt̃ ſupradicta iura, ſecus eſt quo ad diſſoluendam inſtitu
tionem, vt hic caſus apertus ex mutatione perſonarum, & inf.
§. ſi & inſti. de hære. inſti. §. ſi ſeruus. quem textum ad hoc alle-
65 gant Bar. & Doct. hic. Ratio, † quod ſi emancipatio vitiaret in
ſtitutiones, emancipatus vtiq; eſſet inſtitutionis in capax, ſicut
incapax eſt patrię pot. per locum ab oppoſitis, quod emancipa
tio & inſtitutio non poſſent ſimul concurrere in eodem ſubie
cto. arg. l. 3. §. ex contrario. inf. de acqui. poſſ. & l. vbi repugnan-
tia. inſ. de regu. iur. Item probatur ex verbis & ſententia Bart.
hic, & leg. 1. de vulg. in illa quæſtione, quid ſi emancipato eſſet
ſubſtitutus extraneus. & decidit non corrũpi inſtitutionem, ſe
cus ſi ſuus ſubſtituatur. arg. l. cum auus. inf. de condi. & demõ.
Sentit ergo Barto. nõ ex vi emancipationis, ſed ſubſtitutionis,
ſi hoc eſſet verum, ſequeretur abſurdũ quod inſtitutionis ro-
66 bur penderet a ſubſtitutione. Mens Barto. eſt, † quod ſicut ex
coniecturata mente defuncti liberi præferuntur extraneis ſub-
ſtitutis. d. l. cum auus. ita hic nepos ſuus emancipato filio. & ſic
procedit argumentum. Reſpondeo, vtrobique non eſt eadem
ratio, nam plus poteſt cauſa naturalis quam accidentalis. l. filio
quẽ. ſup. eo. Et propterea licet emancipatione filius deſinat eſ-
ſe ſuus, ſicut non deſinit eſſe filius, ita nec deſinit eſſe inſtitu-
tus. Nimirum ſi diuerſum in extraneo, quia nihil de eo rema
net, ſi deſinit eſſe inſtitutus, ſicut emancipatus remanet filius.
Nihilominus diuerſi termini ſunt. l. cũ auus. a noſtris, ibi, ſub-
ſtituens intelligitur ſub conditione, ſi ſine liberis decedat inſti
tutus, in caſu noſtro agitur de inſtitutione, ibi non retractatur
inſtitutio, ſed ſubſtitutio per natiuitatem liberorũ, quæ ſemel
ſortita fuit ſuum effectum, hic agitur de inſtitutione pura, illic
de ſubſtitutione, quę in pendenti eſt. Neque eadem vtrobique
coniecturatę voluntatis ratio. Si illic pietas eſt ſubſtitutos pro
liberis excludere, hic eſſet impietas filios excludere. dilexit hic
proculdubio filium inſtitutionis honore pręferendo. argum. l.
Publius. inf. de condit. & demon. l. Iulianus. ſi quis omiſſ. cauſ.
teſt. & l. 3. §. 1. de leg. præſ. non minus vtique dilexit libertate
67 donando. † Si emancipatio beneficium non eſſet, non adimere
tur ingratis. arg. l. 1. C. de ingrat. lib. neque præmijs remunera-
retur. l. ſi aua. §. pe. C. de bon. mat. & l. cum oportet. § cum au-
68 tem. C. de bon. q. lib. † Qui beneficijs auget, non eſt veriſimile
velit ea in detrimentum cedere. l. quod fauore. de ll. & l. legata
inutiliter. inf. de adim. leg. ex beneficio ergo emancipationis
non poteſt argui voluntas adimendæ inſtitutionis. Iterum con
tra, quoties in defectum ſuitatis alius ſubſtituitur, vitiatur inſti
tutio deficiente ſuitate, ſed hoc caſu ſubſtitutus vocatur in de-
fectũ ſuitatis inſtituti, ergo &c. Maior probatur hic ex doctri-
na communi, minor patet ex eiſdem. Prima eſt falſa, niſi inſti-
tutio facta ſit gratia ſuitatis, & in defectum ſuitatis ſubſtitutio.
Nã ſimpliciter facta eſt inſtitutio, vt omnes conſentiunt, filius
69 hæres eſto, & ſic non magis quia ſuus, quàm quia filius, † patet
diligenter conſideranti in l. ſuus quoque inf. de hære. inſtit. vbi
ſoli filij habent hanc prærogatiuam, quod nequeunt ſub omni
conditione inſtitui, & non ob aliud eſt, niſi quia filius. Nam ne-
pos licet ſuus bene poteſt ſub omni cõditione inſtitui, & ſicut
licet deſinat eſſe ſuus emãcipatione, nõ deſinit eſſe inſtitutus,
ſic nec deſinit eſſe filius, facit in ratione ſui. l. iubemus. C. ad
Treb. Sentit itaque Bar. & Doctores hic, emancipatione vitiari
inſtitutionẽ, quia facta eſt in ſuitate, & datus ſubſtitutus in ca-
ſum, quo ſuus etiam deſierit, non ex vi emancipationis, ſed na-
tura inſtitutionis ex volũtate teſtatoris coniecturata, quod in-
70 ſtituto deſinente etiam ſuo, ſubſtitutus ſuus ſuccedat. † Si eſſet
id verum, in caſu Galli ſemper neceſſarium eſſet, inſtitutus ſit
ſuus, & ſic ſubſtitutio in ſuitate non poſſet fieri, niſi ſuo inſtitu
to, cuius contrarium probatur lege & ratione, lege. inf. §. quid
ſi is qui. vbi filius inſtitutus eſt ſeruus hoſtium. Nemini dubiũ
captiuitate amitti ciuitatem, patriam poteſtatem, & ſuitatem,
inſti. quib. mo. ius pat. p. ſol. §. ſed ſi ab hoſtibus captus pares. &
in §. videndum. Aliud exemplum. ſup. poſuimus de eo, qui fi-
lium in ſeruitute hoſtium habet, inſtituit Titium extraneum,
Qui ſi ſe viuo deceſſerit, nepos ex captiuo filio, q ſibi ſuus poſt
mortem naſcetur, hæres eſto. Aliud exemplum, exhæredato
filio inſtituitur Titius ſub conditione, qui ſi hæres non erit, in-
ſtituitur nepos poſthumus ex filio exhæredato, ſi ſuus naſcet̃,
primum moritur teſtator auus, mox exhæredatus, deinde pen
dente conditione extraneus inſtitutus, nouiſſime naſcitur ne-
pos poſthumus, certe hic ſuccedet, quia ſuus & poſt mortem
naſcitur. § forſitan. & erit in ſuitate ſubſtitutio extraneo inſti-
tuto. Probatur hoc exemplum in l. qui in aliena. §. interdum. ſf.
de acquir. hære. Patet ergo, ad eſſe Aquilianæ non exigi inſtitu
tum etiam ſuum, quia ſubſtitutio fit, ſi ſuus naſcatur, non autẽ
ſi inſtitutus ſuus eſſe deſierit, quamuis aliud in l. Velleia, quam
dñam fecit eleganter gl. inſt. de exhered. lib. §. poſthumorũ. Itẽ
Sceuola non recitat alia quam ſubſtitutionis verba, ergo de ſo
la ſubſtitutione hic agitur. Alia ratio me mouet, quod iſto mo
do filius non eſſet inſtitutus ſimpliciter, ſed ſub conditione, ſi
ſuus erit. Si eſt ſimpliciter inſtitutus, proculdubio ſublata ſuita
71 te non deficeret inſtitutio, † ſed filius ſuus nequit ſub ea, quæ
non in eius eſt arbitrio, conditione inſtitui, ergo inualide inſti-
tueretur. l. ſuus quoque. l. ſed & ſi ſub condi. §. nepotes. de hęr.
inſtit. l. 1. §. ſciendum. de ſuis & leg. Mouet tamen dubitationẽ,
72 vtrum talis inſtitutio fieri poſſit, ſi ſuus erit, † tum quod regu-
lariter emancipari inuitus non poteſt. l. cum quidam filium. de
verb. obli. ſi non aliter quàm volens emancipatur, ergo in eius
eſt poteſtate deſinere eſſe ſuum. Tum etiam quod inſtitutio,
ſi ſuus erit, videtur facta ſub ea qualitate & cõditione, propter
quam lex iubet inſtitui. l. inter cætera. inf. eo. non eſt peccatum
eum inſtituere, quem lex iubet, licet appareat aliter non factu-
rus, niſi lex iuberet, non refert vtrum iubens an inuitus qui le-
gi obediat. Ex diuerſo negari nõ poteſt, quin filius debeat ſim-
pliciter inſtitui, aut ſaltem ſub ea conditione, quæ in eius arbi-
73 trio ſolo eſt. † arbitrariam ſiue poteſtatiuam definit Bal. illam
etiam quæ mere pendet a poteſtate inſtituti, & non eſt miſta
facto alterius, neq; ſubiacet volubilitati fortunę. facit. l. Lucius.
de condi. & demon. l. 1. C. de inſti. & ſubſti. l. inſtitutio talis. l. ſer
uus. inf. de condi. inſti. igitur licet inuitus emancipari nõ poſ-
ſit, tamen a ſeipſo emãcipari nõ pốt, & ideo nõ eſt in eius libe-
ro arbitrio. Filius hæres eſto, ſi codicillis ſcripſero, licet teſta-
mento inſtitutus intelligatur, & ſic codicilletur, nihilominus
inualida eſt inſtitutio, non ob aliud, niſi quia conditio eſt. l. illa
inſti. inf. de condi. inſti. Ratio, eo ipſo quod inſtitutio ſuſpendi-
tur etiam momento, conditio eſt de condi. in d. l. inſtitutio ta-
lis. poſſet enim accidere interim illum mori præteritum. Eſto
conſentiat emancipationi, non ſequitur, remittat inſtitutionis
ius, non enim inter ſe pugnant emancipatio & inſtitutio. Soci-
nus, qui remittit ius ciuile, non remittit prætorium. arg. l. pube
re. C. de in. del. de hoc latius. inf. in alia oppoſitione. Poteſt præ
74 terea ignorare ſe inſtitutum ſub tali conditione, † & his quæ a
teſtamento veniunt, cedi non poteſt, niſi lectis proſpectis ver-
bis teſtamenti. l. 1. quẽad teſt. ap. l. de his quam de tranſ. Acce-
dit quod multę ſunt cauſæ, quibus poteſt quis inuitus emanci-
pari. Bar. Doct. in d. l. quidam filium. de verb. obli. Non obſtat,
quod inſtituitur ſub ea qualitate, propter quam iubet lex inſti
tui nam tamen peccat, ſi non inſtituit eo modo, quo lex iubet, ſci
licet ſine conditione, quę in eius poteſtate non eſt. Et hoc aper
75 tiſſima ratione oſtenditur, † quia ſi interim pendente conditio
ne moreretur filius, fuiſſet præteritus viuens, quo caſu iniuſtũ
fit teſtamẽtum. l. filius a patre. ſup. eo. & l. ſi pater. C. de inſti. &
ſubſti. Contra in §. inſtituens, valet talis inſtitutio, ſi ſuus naſca-
tur, quæ non videtur differre ab ea, ſi meus erit. Reſpondeo.
76 † loquitur in nepote qui poteſt inſtitui ſub omni conditione.
d. l. ſi ſuus. Et loquitur de nepote poſthumo, qui non poteſt ali-
ter inſtitui, in quo non ſuſpenditur ſuitatis effectus, in iam na-
to. Et ideo Dy. diſtinguit ibi eleganter, quod quędam eſt con-
ditio, quæ non eſt apta inſtitutionem ſuſpendere poſt exiſten-
tiam ſuitatis, vt. d. §. inſtituens. nõ enim eſt poſthumus prius na
tus, quam ſuus. Quædam eſt apta ſuſpendere, & de hac loqui
d. l. ſi pater. hinc Bal. eleganter infert quod ſi talis conditio adij
ciatur inſtitutioni iam nati filij. non valet teſtamentum, ſi vero
naſcituri, & exiſtit ante natiuitatem conditio, non rumpit teſta
mentum. l. cum poſthumus ſup. eo. aut poſt natiuitatẽ, & rum-
77 pit. l. poſthuma. ſupr. eo. † Facit. l. ſi ſeruus. cum. l. ſeq. de condi.
inſti. vbi non valet inſtitutio de ſeruo proprio, cũ liber erit, qm
iurecõſultus rñdit, quod in eius erat arbitrio facere, nõ debuit
teſtator arbitrio fortunæ cõmittere, licet cõcurrat ratio perple
xitatis ſecundũ Caſtreñ. quia libertas nõ competit antequã ſit
hæres, & hęres exiſtere nõ poteſt antequã ſit liber. Adhuc. q. fa
cit, quod in §. inſtituẽs. videtur tradi regula quibuſcunq; caſi-
bus ſuus naſcitur, rumperetq; præteritus, locus ſit Aquilianę,
ſed hic ſuus naſcitur emancipato patre, & rumpit præteritus,
ergo per emancipationem locus fit ſubſtituto. Aduertendum
eſt, quod

est,quod in Pandectis Pisanis nuper recognitis præcedit dictio
Vt,scilicet dicendum est, vt instituens &c. quo casu alius sen-
sus est illius textus,vt ibi dicemus. Sed ex text.vulgato fortissi-
ma est obiectio,quã miror à Doctoribus nõ ponderatam. Re-
spondeo,quod tex.ille dicit illa sufficere ex parte substituti, ni-
si aliud impediat, vt hic simplex institutio, quæ emancipatio-
ne non tollitur,& ibi & tota hac lege agitur de forma institué-
di,& persona substituenda,& non de iure succedẽdi, nisi in cõ
sequentiam,& igitur Sceuola ait,instituens nepotem, qui sibi
post mortẽ suam suus nasceretur, recte instituisse videtur qui-
buscunque casibus. Ecce formula instituendi,sicut Aquilius lo
quitur,ita quod testamentum valeat,non obstante l. 12. tabul.
non autẽ definit,vtrum emancipatus propterea desinat esse in
stitutus,& igitur noto mihi illa verba,recte instituisse videtur,
quæstio est ibi,vtrum sic recte fiat institutio, non vtrum ex illa
succedat. Rursus contra Aquilius concepit hanc formulam,
vt recideret rumpendi vias, sed si remanet institutus emanci-
patus,rumpetur natiuitate posthumi testamentum, ergo &c.
difficilis obiectio. Respondeo, Gallus solus induxit, quomo-
do possent fieri legitimi hçredes.casus est,qui cauillari non po
test, in l.pen. de leg.1. vt sup. latissime demonstratum est,non
autẽ quæsiuit tollere rumpendi vias nisi in consequentiam,sa-
tis enim fuit Gallo ostendere,non obstan.12.tab.nepotes post-
78 humos posse legitimos hæredes fieri. † Secundo † ruptura &
nullitas,& quç culpa testatoris prouenit,a iure non sonatur,do
ctrina est Bart.ab omnibus probata infra l.1.de vulg.in q.pen.se
cundi effectus per l.quidam testamento Proculum.eod. titul.
Pro hac sententia adduco tex.apertum in l.si seruus,& l.seq.ff.
de condi.insti.vbi est,quod imputet sibi testator, qui facit inua
lide committendo arbitrio fortunç,quod ipse potest facere va
lide,facit regula,damnum quod quis sua culpa sentit &c.adde
gloss.in l.3.C.de inoffi.testa.& l.tractabatur ff.de mil.testa. Si-
cut enim emancipandi tempus habuit, ita deesse nõ potuit ad
nouas institutiones faciendas,intelligere enim debuit,quod si
emancipat institutum,quod posthumus, & alius quiuis si non
instituatur iure prçteritionis rumpet,hanc rationem latissime
probat & adducit ad similẽ q. Socinus fil.in repet.l.1.de vul. in
vltima. q.tertiæ. q.principalis. Ex hoc liquet in Aquiliana non
solum in suitate,sed etiã in hæreditate fieri institutiones,quod
si in suitate tantum esset institutio Aquiliana, nepos institutus
non irritaret testamentũ, in quo emancipatus est institutus in
sola hæreditate. Acrior surgit difficultas,quç adhuc sub iudice
est,quam Raphael Com.& post eum Paul.de Castr. subtiliter
79 monent,& glos. videtur olfecisse ibi,secus per prætorem,† di-
cunt enim Aquilij,& Sceuolæ isto casu prouisiones esse inuti-
les,ex quo emancipatus desinens esse institutus remaneret prç
teritus contratabulando testamentũ rumperet. l. si tamen pa-
trono.§.1.inf.de bo.p..t.Et licet Raphael excogitasset posse di-
ci emancipatum admittendũ vna cũ nepote.eo.tit.de coniun-
gẽ cũ eman. lib. tamen no audet hoc asserere propter l. cũ in
testamento inf de hær.insti.vb. nullo casu scriptũ est institutũ,
& substitutũ pariter posse admitti. Pau.de Cast.hic,& l.si filius
dicit posse admitti propter repugnantiam iuris, & rationis.l.si
paterfa.inf.de hçr.insti. Alex.& Are.contra dicunt per d.l.cũ in
testõ,opinionẽ Pauli esse contra hũc text.qui vult excludi emã
cipatũ ad similitudinẽ mortui,& per hoc substitutũ ad totũ ad
mitti,& esse casum specialẽ d.l.si paterf.Socinus fil.plenissime
hãc qõnẽ tractat contra Paulũ in repet.l.1.de vulg.in vlt.q.ter-
tiæ.q.principalis,& alias plures solutiones exprimit. Aret.subij
cit admittendũ substitutũ, quatenus suitatis ius se extendit, id
est ad legitimã,in reliquo emancipatum. Iason hic omnes su-
prascriptas opiniones reprobat. Socinus fil. hic sentit emanci-
80 patũ nõ posse contratabulare, † quia sicut quando seipsum ab
hæreditate excludit repudiando,non põt postea impugnare te
stamentũ l.si posthumus §.quod vulgo.sup. eo.ita patiendo se
emancipari,cũ alias inuitus non possit l.iubemus. C.de eman.
lib.l.quidam cũ filiũ inf. de verb. obli.& hanc tenet Iason,ean-
dẽ plenius idẽ Socin.tractat in rep.d.l.1. Aduerte quod hæc ra
81 tio emancipationis non est generalis, † quia inuitus etiam po-
test ex causa emancipari l.quidam cũ filiũ,& ibi Barto.& Doc.
de verbor.oblig.& insti.quib.mod.ius pat.pot.sol. .fi.vbi Iaso.
tradit emancipatũ eadem causa qua potest exhçredari,non ad-
mitti successionem ab intestato.vnde sequeretur,quod vbi nõ
volens emancipatur,rumperet. Verum animus non assentitur
vt propterea quis videatur remittere institutionem de se fa-
ctam patiendo se emancipari,potuit enim ignorare testamen-
tum factum, aut se institutum. Ad hoc respondet Iason, satis
esse,quod in genere potuit cogitare hoc posse contingere, per
ea quæ traduntur in l.sub prætextu,la 2.C.de trans.& l.qui iure
militari inf.de test. mili. At hæc responsio videtur contra l.de
his sup.de trans. Item qui consentit emancipationi,videtur cõ
sentire cum sua causa & iure emancipati,qđ est posse contrata
bulare iure prçtorio.alias tractatus de bo.pos.cont.tab.esset in-
82 utilis emãcipatus,qđ falsum apparet toto d.tit.† Item qui repu-
diat ius ciuile, non creditur repudiare ius prætorium l. puberẽ,
& l.seq.C.de iure delib.ita dixit Soci.fil.hic.Item posset eman
cipatio fieri ex causa fauorabili ipsi emancipato,vt l.mulier. ∫.
ad Treb.& l.3.C.de inst.& subst.sicut exhæredatio,vt l. mulii.
sup.eo.quæ consideranda,ne vertatur odium.arg.l.quod fauo
re.supra de ll. Amplius Aret.hic in glo.tradit,quod emancipa-
tio facta in fauorem emancipati, ex dispositione legis non tol-
lit suitatem. Quid dicendum? Temerarie vereor ne videri pos-
sit loqui in quo omnes adhuc deliberant,nihilominus suspen-
so gradu incedere,& speculãtis lege vel forte non ita reprehẽ-
sibile est. Imprimis nulla lege didici de filio institutionem sim
pliciter factam,& quæ aliter fieri non põt,vitiari emancipatio-
ne,neque ex emancipationis,neq; ex vi substitutionis,neq; mẽ
te coniectura defuncti testatoris,quod videtur ea lege filium
instituisse, vt ita demum sit hæres, si perseuerauerit esse suus.
Nam hoc modo videtur tacite instituisse sub ea cõditione,quç
in eius solo arbitrio non est,quod in filio ostendimus fieri non
posse. Accedit,quod si pendẽte hac conditione moreretur,es-
set viuens præteritus,per hoc nullum fuisset testamentum d.l.
83 filius a patre,& l.si pater filium.† Nec potest voluntas testato-
ris præualere legum decretis l.non potest. de leg.1.neque dicẽ
dum Gallum aut Sceuolam id induxisse,tum quod eam pote-
statem contra leges scriptas non habebat, vt sæpe dictum atq;
demonstratum est,tum quia non apparet hoc fecisse,nisi textũ
cauillari volumus,quin hic aperte liquet, non ob aliud eman-
cipationem in persona nepotis præteriti concepisse, nisi quod
non ignorabat emancipatione non vitiari in filio institutionẽ.
Neque dicendum,ex vi substituti id esse in suitate,quoniã isto
modo virtus & robur institutionis penderet a substitutione,q
durum videtur. Item quia Aquiliana fit,si suus nascatur,& cõ
ditio adijcitur substitutioni, & non institutioni. Nec obstat.§.
nunc de lege.quoniam ibi loquitur de Velleiana institutione,
de qua ibi dicendũ. Neq; obstant subiecta verba, ad similitudi-
nem mortis,vbi ibi explicabitur. Ex diuerso,si emancipatus re-
manet institutus,nonne similiter irritũ fit testamentum natiui
tate sui posthumi,qui prçteritus nascitur? est verũ, & ideo ne
irritum fieret, Sceuola emancipationẽ cõstituit in nepote præte
rito,& filius iure remanet institutus,quo decedente,natiuitate
posthumi sui validum perseuerat testamentũ. Imo isto modo
ineuitabilis est ruptura,quia nepos emãcipatus mortuo primũ
patre,deinde auo,& pronepote substituto, ipse est præteritus,
Respondeo. Potuit iure ciuili præteriri,quia non suus,& sic te-
stamentũ & institutiones & præteritiones validç.Replicat,Rũ
pit nihilominus testamentum ab emancipato prætoris benefi-
cio l.1.C.de cont.tab.Respondeo,ergo non nullũ,si rumpi po
test,& nihil ad Aquilium,qui laborauit ostẽdere,quemadmo-
dũ iure ciuili posset nepos posthumus valide institui,iuris præ-
torij nullam habuit rationẽ,vt Imolç in §.in omnibus. placet,
& Alex.& Soc.fi.hic in rep.d.l.1.de vulg.Comẽ.in rep l.in suis
sup.eod. Aliud est nullũ esse testm̃,aliud posse rũpi. Præterito
emancipati nõ vitiat testamentum,sed validum præsupponit,
& ideo rupturę obnoxiũ, præteritione vero sui posthumi ipso
84 iure fit nullum,potest enim emancipatus nolle rumpere.† Itẽ
annua taciturnitate rumpendi ius abolẽ.l. si puberes.§. quæ-
situm inf.ad Car. in posthumo non idem, cuius natiuitas nul-
lius momenti detegit testamẽtum,non sup.recte instituit,qui
posthumum præterit,qui vero emancipatum prçterit,recte in
stituit,licet rumpi possit. Sceuola de valida disputat institutio-
ne. Denique vel emancipatione vitiatur institutio, vel non vi-
tiatur. Omnino testamentum infirmabitur,si emancipatus fi-
lius remanet institutus.irritum fit testamentum natiuitate po-
sthumi,si non remanet institutus,ipse rumpet beneficio præto
ris,& sic imputet sibi testator,qui in id discrimẽ rem suam ad-
duxit emancipando,vel postquam emancipauit, non mutauit
institutiones,quod vitium quia sua culpa prouenit,lex subleua
85 re non consueuit,vt sæpe diximus. † In quæstione proposita vi
detur posse emancipatum admitti ad successionem vna cum
substituto filio siue nepote,ex tit.de coniung.cum eman.li.l.1.
§.1.ibi,siue emancipatus pater, siue præteritus sit, non vt insti-
tutus,sed præteritus iure prętorio,& hoc casu nõ loquitur l.cũ
in testamento.de hæred.insti. vbi institutus & substitutus con-
currere quisque vult ex institutione sua,quod est impossibile.
Quam solutionem probare videtur Soc.fil.inf.rep.l.1.& vlt.q.
2.q.principali,& Iason olfecisse videtur,& Barto.hic dicit, ad-
huc vigere tit.de coniung.cũ eman.lib.qñ filio emancipato ac
prçterito nepos est institutus,& Ale.in l.inter cætera.inf.e.pro
bat. Confirmo,qđ testator emancipãdo,& de testamẽto nihil
immutando credendum est voluisse vtrunq; pariter ad succes-
sionem venire,non ignarus çquitatis prętorię de coniungend.
cum eman.lib.ar.l.idemq; erit,& l.tractabatur.de mil.testa.Et
conclusio vera videtur,quod institutio in casu Galli emancipa-
tione non vitiatur. Quid ergo de substitutione,puto vitiari,q
concipitur,si suus nascatur,non obstan.§.fi. vt ibi late decla-
86 rabitur. † Consideraui tres posse dici institutionum in suitate
species.

species: Vnam incipientis suitatis, & hæc Aquiliana, si meus
nascatur, aliam desinentis suitatis, vt si meus esse desierit, ter-
tiam ex vtraq; mixtā, scilicet desinentis & incipientis suitatis,
vt si meus esse desierit, tūc qui mihi meus erit, vel meus nasce
tur, hæres esto. Prima admittit etiam institutū nō suum, vt. s.
ostendimus, secunda substitutū extraneū, vt l. si mater. §. 1. inf.
de vulg. tertia institutū & substitutum non nisi suum. Consi-
dera, vtrum aliquid intersit inter illā, si suus esse desierit, & il-
lam, si suus hæres esse desierit, altera suitatē spectat, altera hęre
ditatem, & vtrum verbū esse, & verbū hæredem, alterū essen-
tiam & qualitatem, alterum hæreditatem respiciat. Ex qui-
87 bus† deducitur, qđ emancipatio aliquādo æquiparatur mor-
ti, aliquādo nō, quo ad tollendam patriam potestatem & suita
tem, semper ęquiparatur, quo ad corrumpendas institutiones
88 distinguo.† Institutio simpliciter facta, filius hæres esto, licet
morte corrūpatur, secus in emācipatione, vnde fit in casum
mortis cōcepta institutio quo ad vitiandā institutionē nō por-
rigitur ad casum emancipationis. Aut est concepta gratia sui-
tatis, vt si meus erit, hæres esto, & tunc puto emancipationem
morti comparari. ratio in promptu, quod non alias vult illum
esse institutum, quā si suus sit. Extraneo aūt substituto Barto.
hic & in l. 1. de vulg. putat nō idem. Hinc infertur, quod substi
tutio in casum suitatis facta, si meus erit, emancipatione æque
vt morte tollatur, & hoc casu locū habeat cōmunis opinio, q̄
cessabit in filijs, qui non possunt sub omni conditione institui,
sed in alijs solum vlterioris gradus liberis. Aut substitutio est
facta in casum deficiētis suitatis, id est, si meus esse desierit, tūc
emancipatio æquiparatur morti, aut desinentis instituti, id est,
si me viuo decesserit, & non ęquiparatur, vt in casu Galli, facit
l. fideicommissa. §. suus de leg. 3. qa si desinit esse suus emācipa
tione, non tñ desinit esse institutus, sicut desinit ipsa morte, &
ideo substitutio facta in casu emancipationis, recte porrigitur
ad casum mortis, sed nō semper cōtra l. si mater. C. de insti. &
substi. Alex. & Soci. hic dicunt emācipatione vt morte vitiari
institutiones. inf. scriptum est, ad similitudinem mortis cæte-
ros casus admittendos, sed mors vitiat. sic admittēdus eman-
cipationis casus, vt vitiet institutionem, quæ expositio, pace tā
torum virorum, vt vera sit, persuaderi mihi non potest. Vitia-
re & non vitiare institutiones est ex vi mortis & emancipatio-
nis, non autem ex vi admissionis, similitudo est in ipsa admis-
sione, non autem in ipsa rerum vi & potentia. Nam illa verba
hanc significationem habent, sicut in casum mortis potest
concipi Aquiliana institutio, ita in cæteris casibus suprascri-
ptis valide concipitur, & in hoc est similitudo, non autē sicut
casus mortis expressus vitiat institutionē, sic vitiat emancipa-
tio, quia similitudo non mutat rerum naturam assimilatam.
Ridiculosa certe res est, existimare, si dicatur, Titius recipia-
tur in Vrbe ad similitudinem regis, ille funeretur ad similitu-
dinem consulis, propterea vni regia, alteri consularis data po-
testas, similitudo vtiq; est in pompa. Dicit enim Sceuola, sup-
plendos esse hos casus in. §. etiam si parente. ad similitudinem
mortis, quod sicut Aquilius concepit in casu mortis sic etiam
posset concipi in casu interdictionis & emancipationis, non
autem quod emancipatio eosdem effectus pariat, quos parit
mors, & sit eiusdem potentię, nisi alias sua vi valeat, alioquin
id esset æquale, non adsimilare. Quinimo inter casum mortis
& casum emancipationis tanta dissimilitudo, φ vacillari fe-
cit sapientissimos viros Soci. & Caro. qui duo nostro seculo
iuris luminaria, & ni fallor, non aliud Sceuolam compulit hic
quærere, vtrum ad Vell. an ad Aquil. institutionem hi casus
pertinerent. Differunt enim, quod in Aquil. requiritur, filius
institutus moriatur viuo testatore, & posthumus nascatur
post mortem patris primum instituti, deinde testatoris aui. At
emancipatus non moritur viuo testatore, nec posthumus na-
scitur mortuo instituto, & sic obstat illud, quod in casu mor-
tis institutus si nascitur se viuo, deficit condito l. commodissi-
me sup. eod. & succedit illa doctrina Bar. hic & vbiq; recepta,
quod non fiat extētio de vno casu ad alium dissimilem. Quā
considerationem cum fecisset Soci. fil. in l. 1. de vulg. titubans
dixit nescire aliter soluere, q̄ ex authoritate iuris pluftoria Sce
uola suppleuerit hos casus falsum proculdubio etiam supra
ostendimus iureconsl. potestatem non habuisse contra regulas
iuris quid inducendi. Carolus Rui. subtilis Doctor in repet.
huius loci idem sentiens, contra Bar. arguit, ex quo de vno tē-
pore ad aliud nō potest fieri extensio, scilicet de tempore mor
tis ad tempus vitę, similiter non posse fieri de casu mortis ad
casum emancipationis, qui vitę tempus exigit. Hinc Doct. di-
cunt in correctorijs fieri extensionem de casu vero ad casum
fictum, quod si verum est, adde idē econtra hic similiter fit ex
tensio de ficto ad verum, quia sicut institutio facta in casu mor
tis verificatur etiam in casu interdictionis, quę est mors ficta,
ita facta in casu interdictionis admittitur in vera morte. imò
plus casus emancipationis verificatur morte. Hinc insudat
multū Alex. ostendere, vtrum & quando dispositio in casu ve-
ro trahatur ad fictum in correctorijs. Ego autem nullā video
in eo, de quo agitur, fictionem, & per hoc omnis Alexā. sudor
semper mihi visus est inanis. agitur enim de abolenda suitate,
in quo nihi fictū video, quoniam ita vere desinit esse suus de-
portatione, itē emancipatione, sicut morte ipsa ex vi sua ipsius
deportationis & emācipationis, & non ob aliud, nisi quod illa
deportatio, & hæc emācipatio est, & deportatio ad hoc princi
paliter instituta, quod priuet omnibus iuris ciuilis cōmodis,
emancipatio vt patria potesta. & suitate spoliet, mors autem
non principaliter hoc agit, sed in consequentiam priuando vi-
tę commodis. ius enim suitatis & patrię potestatis est iuris ci-
uilis, non naturalis, nimirum igitĩ si ciuili institutione inducitĩ
eius vera dissolutio. facit l. nihil tam naturale de reg. iur. Et si
dixeris, agitur etiam de dissoluenda institutione, quod non pu
to simpliciter verum, quia. 12. tabu. solum ius suitatis respi-
ciūt, & est inuestigatio, quomodo alienus fiat suus, & qui suus
est, desinat esse suus, vt satis fiat obseruationi. 12. tab. quæ om-
nibus his modis potest contingere, scilicet mortis interdictio-
ne & emacipatione. Verum quia morte dissoluitur etiam insti
tutio vi sua naturali, itē interdictione vi sibi a lege tributa, &
in hoc interdictio idem valet quod mors, nō propterea sequi-
tur, interdictio seu deportatio in hoc est ficta mors quædā, aut
ficte operatur, quia vere operatur nisi dicas esse eas alicuius
status vel existētię priuatiuum ens seu mors quædam, vt supra
exemplificauimus. Emancipatio autem non tantum potest,
quantum mors & interdictio, scilicet in dissoluenda institutio
ne, quia non ad hoc a lege introducta est, sed in soluenda suita
te, ad quod facta vere & ęque valide valet vt mors & deporta-
tio. Nam lege ita constitutum est, valuisset etiam contra insti-
tutiones, si lex statuisset, quia institutiones non sunt alterius
iuris, quam ipsa est emancipatio. Neque admittendum factā
a Sceuola hanc potestatem hoc casu, tum quia non apparet,
imò contrarium arguitur ex hoc texto, vt sępe dictum est, tū
quia potestatem talem nunquam Sceuola aut alius quis iu-
re cōs. habuit. Et si dixeris, imo supplet multos hic casus Aqui
lianę formulæ, fateor, quia formula non fuit lex, sed modus
quidam instituendi posthumos alienos excogitatus ab Aqui-
lio, & a iure ciuili non abhorrens, quod quotidie factitari vide
mus a sapientibus nostri temporis, nouos cautelas & specula-
tiones ex ipsis iuris latebris educētibus, & deinde vnius invē-
ta ab alijs ampliari, suppleri & restringi, nihil tñ noui iuris in-
ducēdo, & qui diuersum censent de hac Aquiliana institutio-
ne & Sceuolæ adiectionibus, vehemēter meo iudio errant, &
sicubi patet hæc veritas, vtiq; ex sequentibus verbis patet liqui
dissime, vbi nō ausus fuit Sceuola hos casus supplere, nisi sen-
tētia legis Velleiæ iuuaretĩ. Ex hac pura veritate facilis manat
solutio ad propositā difficultatē de dissimilitudine casus mor-
tis ad emancipationē. Aut ꝯsideramus mentē Aquilij, aut mē
tē testatoris sic instituentis. De Aquiliana mēte nō dubium,
pro exēplo dissoluēdę suitatis posuit casum mortis, & in eo φ
frequentius accidit, ostendit quomodo alieni posthumi pos-
sent iure ciuili institui. exēpla non coarctātĩ. igitĩ Sceuola docet
alijs casibus posse fieri similē institutionē, quibus vitiatĩ suitas,
id est de medio tollit, vt morte, sic interdictione & emācipa-
tione, qa omnibus his modis ęque vere suitas tollitĩ. Si vero lo
quimur de institutione facta a testatore in casum mortis se vi
uo, aut eꝯ in casum emancipationis vel interdictionis, sentio
primū spectandā testatoris voluntatē in quē casum valere vol
uit, φ varie cōstare poterit, & inter cętera si liquet ꝓ modo &
forma institutionis mortis casum aut interdictionis aut emā-
89 cipationis exp̄ssisse, † non exp̄ssus casus pro omisso est l. cōmo
dissime. s. aut effectū respexit, & tūc quicunq; acciderit ęqpol
lens pro exp̄sso est. exēplū in l. si ita qñ dies le. C. & l. mulier ad
Treb. & hoc non ex vi ęquipollentis, sed voluntatis saltē con-
iecturatę testatoris l. in conditionibus primum locū infra de
cond. & dem. Si vero nullo modo de voluntate constat, tūc in
casu dubio fiet extēsio, & loquitĩ l. si mater. C. de insti. & substi.
90 Ex quibus inferitĩ † semp effectus ꝑualere considerationē, & a
disponēte poti⁹ cogitatū de eo vt sine, quodq; actus valeat. &
nō pereat l. quoties de re. dub. Iure igitĩ defendi posse arbitror,
non semp in casum mortis factā institutionē extēdi ad casum
emancipationis. sicut facta in casu emancipationis semp extē-
ditur ad casum mortis, qñ de effectu cogitatū est de quo latius
supra tractauimus. Hi enim casus, & omnes, quibus suus hæ-
res post mortē aui nascetĩ, non pertinent ad legem Velleiam.
Hinc inferitĩ quarta quæstio, & paucis verbis simul subijcitĩ so-
lutio omniū q̄stionum. Quæritĩ, vtrū suprascripti casus ad legē
Velleiā pertineant, & subintellige an ad Aquilianam formu-
lā. Causa dubitandi mihi videtĩ, φ Aquiliana concipitur verbo
mortis, & in casum mortis filij se viuo, & nepotis nascituri, fi-
lio & se mortuis. Hic Sceuola mouet. q. ex duob⁹ alijs casibus
qd si aqua & igni ĩterdicatĩ, & sic nō vere moritĩ qa nō mortuo
sed viuo testatore deportatus viuebat ĩterdictus, & eo viuo na-
scebatĩ ꝓnepos posthumus vocatus in casum filij mortui. Cām

dubitationis fecit, quasi magis ad Vell. pertineret, vbi non refert nasci viuo illo, qui in medio est. Eandē dubitationis cām prębuit emācipatio nepotis, qui testatori superuiuit, & post humus nascit̄ eodē nō mortuo, qui emāciṗatus est, nihilominus Sceuola decidit tradendo regulam generalem, ꝙ omnes illi casus, quib. nepos nascit̄ testatori suus & post mortē suus, [illegible]pertinent ad Velleiam, & in consequentiā subintelligit̄ ad Aquilianam pertinere. Sed ex sniā legis Velleię & hęc omnia admittenda sunt, vt ad similitudinem mortis cæteri casus admittendi sint. Quinta deciditur qō, qūo pertinent ad Aquilianam hi casus, quęve ergo causa dubitandi, si dicimus verbo mortis cōprehendi interdictionem. Nulla dubitatio esse debet, quin institutio in casum mortis verificetur interdictione, sicut appellatione animalis quin homo contineatur. Ne inanis fiat hæc Sceuolæ inquisitio, fateamur oportet mortis vocabulo solam mortem naturalem comprehendi, patet inf. §. etiam si parēte. vbi Sceuola dicit hos casus a se suppletos, extrinsecus. n. venit omnis suppletio. & tam fortis est ista decisio, quod casus mortis expressus non comprehendit ciuiliter mortuos, quod Sceuola nō ausus fuisset supplere nisi sententia legis Velleię iuuaretur, quæ suppletio non ab ipso iureconsulto, sed a lege Vell. facta videtur. Nocent ex hoc loco igitur hi, qui iurecōsultis legiferam potestatem tribuūt, quam accurate Sceuola legis Velleię sententia armatus in hac suppletione procedit, vnde roborantur, quæ de authoritate iureconsultorum superius disseruimus. Ex sententia legis admittendos ait cęteros casus ad similitudinem mortis, non autem mortis significato contineri, extrinsecus quippe omnis similitudo venit. Sensus est, ni fallor, veluti casus mortis expressus admittitur, sic cęteri admittendi si exprimantur, & in hac est admissione similitudo, item mortis casu expresso si cęteri similes accidant, admittātur ad similitudinem expressi, id est proinde ac si essent expressi. Alex. & Soc. si. colligunt, si emancipationis casus admittitur ad similitudinem mortis, ergo similiter vt mors vitiabit institutionem. Rn̄deo in l. meminimus C. de suis & leg. Imperator rescripsit emancipatos admittendos ad similitudinē suorū, nihilominus recepta est ea interpretatio, vt non propterea sint sui, neq; per oīa eiusdē sint iuris, effectus, & prerogatiuę, nisi ī quo similes. Pariter dicendū in casu nostro admittendos quo ad ea, q̄ eiusdē sunt effectus, vt interdictionis ad dissoluendam cōmixtionē, emancipationis casus ad soluendam suitatē, fit. n. extēsio apertissime, idcirco Bar. dixit porrigi ad similes casus, & certe non in alio q̄ in quo sunt similes illi, ad quos extēditur, si inter mortem & emancipationem communis est abolendę suitatis vis, licet validior mors sit, attamen mortis casus non trahitur ad emancipationem, nisi in eo, in quo sunt similes. sola similitudo est in medio iungendi, ergo non alio, quam in quo similes sunt, iungentur. Considera, ne diligens speculator queat dicere, hoc prouenire ex vi legis Velleię, de cuius sententia admittuntur hi casus, nimirum si emancipatione vitiatur institutio, quia potens est lex dare hāc vim emancipationi, facit quod ad reparandas rumpendi vias lata ea lex fuit. Sed hoc fuisset ęquare, & non assimilare emancipationem morti, quod lex non facit, alioquin opus non fuisset Sceuolę variare casus de persona sui instituti ad nepotem prętęritum, in quo concipitur emancipatio. Nec est verisimile tot in iure innouata, vt s. ostēdimus, & inutiliter, qa casus est omnino rupturę obnoxius, si posthumus non rumpit, emancipatus rumpit, & ideo satius fuit nihil de iure veteri immutatum credere, quam frustra contra rupturas immutatum. Sed ex sententia legis Velleię admittēdi. Vnde colligitur hæc legis voluntas, glo. dicit colligi illis verbis, & bene se habent verba, si quis ex suis hæredibus suus hæres esse desierit, ad omnes casus pertinentia, quos in Galli Aquilij sententia supplendos diximus, suus hæres, gl. inquit, i. qualitercunque esse desierit, siue per mortem &c. Si illis generalibus verbis hi casus significantur, quare non potius ex verbis quā sententia contineantur. Respondeo, ex sententia, quia nihil de his casibus nominatim lege cautum est. Sic argun Imperator in-
91 stit. de leg. pat. tutela. † No. ergo illud ex sentētia esse, quod verbis generalibus continetur, ex verbis, quod ipsis verbis exprimitur. Bar. in l. 1. infr. de vulg. expressum esse tradit, quod verbis generalibus continetur, quod omnes sequūtur. in l. 12. tab. de quib. loquitur Imperator de leg. patr. tutel. ratio sola generalis est deferendę tutelę onus, ad quos ab intestato defertur hæreditas, similiter hic dicendum, sentētiam legis Velleię esse causam propter quam lata est. s. obstruendi omnes rumpendi vias propter publ. vtilitatem, vt §. proximo. & vtrunq; dr̄ esse ex lege, tam quod ex sententia legis, quam quod est ex verbis l. nominis §. verbum inf. de verb. sig. sed in hoc differūt, vt quod ex verbis est, opus est idem sit ex sententia, & ideo gl. ait, ex verbis, s. vna cum sententia, ex sententia autem esse potest, quod non est ex verbis, exemplum in l. scire oportet §. aliud de exc. tut. vbi Modestinus ait, & si verba hunc habeant intellectum, tamē legislatoris mens aliud vult. Clarius Quintilianus, legis quæstiones scribit esse scripti & voluntatis, qui scriptum defendit, etiam voluntate iuuare se debet, qui vero scriptū impugnat, sola se voluntate tuebitur. Sed nunquid quod ex ratione est, defendi possit esse ex lege, vtiq; ex lege est, exemplum inst. de leg. patr. tut. & s. de leg. tut. l. 3. Neq; ignorandū est, tria esse ex eodem, quod non idem est, ex verbis legis, ex sentētia, ex ratione, ex verbis fit expressio, ex sententia comprehensio, ex ratione extensio. quod de nullo istorum venit, nullo modo
92 ex lege venit, quod altero istorū venit, vere ex lege venit. † Rō autem legis est duplex, interdum eadem, interdū similis l. non
93 possunt, & l. nam vt ait Pedius sup. de ll. † Hinc triplex interpretationum species, declaratiua, intellectualis, extensiua. Si ergo hi casus sunt ex lege Velleia, quare ad eam non pertinent. Respondeo pertinere in casibus a lege inductis, vt in nascentibus se viuis vel agnascentibus, sed in casu Aquiliano, id est se mortuo, ex mente legis supplet interpretando Sceuola, quoniam mens legis fuit rescindere omnes rūpendi vias, lata itaque lex Vell. fuit ad reparandas rupturas testamentorum, ꝙ Aquilius sine imperio facere nō potuit, vt latius in suo loco dicetur. Ergo ex mente Aquilij non poterant tales fieri suppletiones. Respondeo Sceuolę verba hoc arguunt. Neq. ipse idem Sceuola potuisset ante latam legem Velleiam, & propter quid, hoc est, vt mea fert opinio, ꝙ Aquiliana formula educta est ex mente.
94 12. tab. Vell. aūt lex pręter mentem 12. tab. est. Disputat † Bar. vtrum gl. opinio sit vera de sublata differentia patriæ potestatis & emancipatorum. Et licet omnes consentiant omni casu testati & intestati esse sublatam drīam quo ad ius succedendi, non tn̄ emancipati restituti intelligūtur ad ius suitatis, sic Pau
95 lus Cast. hic gl. & Doct. in l. si emancip. C. de coll. † Hinc Ang. & Imol. in l. ventre inf. de acqui. hær. tradunt non trāsmitti ab emancipato hæreditatem ad quoscunq; sicut transmittit suus. Bal. in auth. ex successione C. de suis & leg. scribit generaliter in his quæ pendent a durate emancipationis detrimento, quoniam verum est emancipatū non esse in potestate. Vnde Aretinus hic infert, licet emancipato deferatur hæreditas ex testō iure ciuili, defertur tn̄ vt extraneo, & ideo opus est adeat, quia in eo, Soci. inquit, non continuat̄ dominiū sicut in suo. Quam opin. Aret. probat per l. meminimus C. de suis & leg. vbi scriptū est, ꝙ ad similitudinem suorū emancipatus succedit, ergo non est suus, sic ēt argumentantur Bal. & Soci. hic. Probat idē Aret. ab absurdo, ꝙ sequeretur de filijs filiarū, si ęquatio emancipatorum esset indifferens ad ius suitatis. Quærendum igitur
96 † an hodie substō in suitate facta emancipatione vitietur, Soc. mouet, & non decidit. Ego vero nō video, cur non vitietur, cū alias non sit substitutus, quā si suus fuerit, neq; hoc est ꝯ cōem omnium sniam, dicentium hodie hunc §. esse correctum per sublatam drīam emancipatorum, qm̄ distinguo, aut contendimus Aquilianam institutionem de pronepote suo post emācipatū patrem fieri oportere, ne nullū sit testm̄, & cessat §. noster, quia emancipatus omnino instituendus est vt suus. Aut quæritur, an talis instō in casum suitatis emancipatum respuat ad finem, vt ex testamento non succedatur, v. g. substituo nepotem, si meus erit, proculdubio si interim contingat emancipari, defecta conditione non erit ex testamento hæres, & validum est testm̄, dicit gl. in §. emancipatus inst. de exhęr. lib. imò nullum, si sui similes facti sunt emācipati. Carolus singula verba auth. pensiculando ac rationes, negat ęquatos. Attamen dico ęquatos in succedendo, non autem in priuilegijs suitatis, & ideo non annullat vt suus, post vero annullationē pari iure succedere scribit Bar. in l. 1. de cond. cum emā. lib. facit l. si. inf. eo. Suo præterito itaq; testm̄ mox inualidum est, emancipato vero præterito validum est, & ideo ruptibile. s. quando causa ex-
97 pressa præteritur, † alioquin formę non obseruatę vitio similiter est nullū gl. est in auth. de hære. & Fal. §. exhæredatos, per §. aliud quoq; cap. in auth. vt cum de appel. cogn. Nec interest
98 † quod vis infringendi testamenta reguletur a iure succedēdi, qm̄ ea regula locū habet in suis l. filio pręterito. infra. de iniust. test. exemplum est in cognatis, quib. plerunq; defertur hęreditas ab intestato, & tn̄ ius rumpendi non habent. Pręterea hæc conditio est, si suus erit, siue si suus nascatur, nō aūt si suo similis erit aut fiet. quę cū hodie voluntaria sit, examussim dēt impleri. l. Meuius de condit. & dem. Neq; illis accedo, qui dicunt Aqui. obseruationem esse sublatam. Nā si dicerent remissam illo modo instituendi necessitatem, cedo, sin dicunt, neq; a volentibus posse sic institui, errant meo iudicio. Atqui quod hodie voluntaria est, non satis est ęquipollenti impleri, & igitur substitutio facta in vnum ex suprascriptis casibus non porrigetur ad alium similem, nisi testatoris impellat voluntas.

S V M M A R I V M.

1 *Plurali pro singulari non esse vtendum in iure.*
2 *Veritatem figmentis peruertere non licet priuatis.*
3 *Correctorias leges non omnes esse odiosas.*

Ius præ-

4 *Ius prætorium iuris rigorem corrigit.*
5 *Institutionis filij apud hostes captiui multiplex consideratio.*
6 *Postliminij ius, quod in pendenti est, quamdiu filius est apud hostes, locũ habere in actibus post captiuitatem emergentibus.*
7 *Testator facere non potest, quin leges locum habeant in suo testamento.*
8 *Substitutionem factam de nascituro non porrigi ad iam natum.*
9 *Substitutionem factam de vno tempore non posse trahi ad aliud.*
10 *Captiuum censeri mortuum ex ipsa captiuitatis hora, idq; fictione legis Corneliæ. & nu. 39.*
11 *Nepos posthumus natus viuo patre captiuo, non suus, sed status incerti. nascitur.*
12 *Filius captiuitate desinit esse suus.*
13 *Filium captiuum posse a patre in testamento præteriri.*
14 *Suus hæres quis dicatur.*
15 *Nepos non potest se auitę hæreditati immiscere, quandiu pater eius captiuus ab hostibus detinetur. & nu. 33.*
16 *Esse id etiam videtur, quod in certa spe est.*
17 *Filius efficiatur necne sui iuris captiuitate patris & nu. 21.*
18 *Seruus alios in potestate habere non potest.*
19 *Contrariorum extremo vno posito alterum tolli necesse est.*
20 *Causę ęquales producunt effectus ęquales.*
22 *Contraria eidem subiecto inesse non possunt.*
23 *Effectus suam causam non præcedit.*
24 *Captiuus reuersus ab hostibus, fingitur nunquam captus. & nu. 27.*
25 *Fictiones fiunt circa ea, quæ sunt facti.*
26 *Filius, cuius pater est captiuus, non potest testari.*
28 *Iuris postliminij capita duo.*
29 *Filius semel patria potestate exutus, amplius in eam potestatem non reuertitur.*
30 *Legitime factum retractari non debet.*
31 *Legem Corneliam latam esse ad confirmanda captiuorum testamẽta, neq; alia capitis diminutione irritabantur.*
32 *Serui nullam esse hæreditatem.*
34 *Iuris quæsiti vel extincti quoties lex meminit, de eo intelligit, quod est irreuocabiliter quęsitum vel extinctum.*
35 *Testamentarium hęredem non admitti, quandiu dubitatur; an testamentum rumpendum sit.*
36 *Substitutum non admitti quandiu imminet causa instituti.*
37 *Seruitutem ab vno ex dominis constitutam non acquiri donec cæteri domini constituant.*
38 *Lex in ijs, quæ iuris sunt, disponit simpliciter, non secundum quid.*
40 *Fictio in iure implet, quod veritati deest, nec debet plus posse, quam posset ipsa veritas.*
41 *Posthumi nascentis casus post mortem patris & aui pariter morientium pertineat necne ad Aquilianam formulam.*
42 *Mori censetur quis in eo statu in quo est mortis tempore.*
43 *Concursus tum demum vitiat, quoties requiritur prius & posterius.*
44 *Viuens quisq; moritur, & viuit moriens.*
45 *Posthumo nepote ex Galli formula instituto, non est necesse patrem filio superstite esse.*
46 *Vitæ tempus significari etiam his verbis, cum moriar.*
47 *Nepos nascens eo momento, quo pater & auus pariter moriuntur, an possit intelligi institutus ex præscripto legis Velleiæ.*
48 *Medium particeps esse naturæ extremorum.*
49 *Moriens proximior est mortuo quam viuo.*
50 *Substitutus viuo etiam instituto admittitur, quoties certum est, institutum non superfuturum testatori.*
51 *Euentus frustra expectatur, qui nihil operatur.*
52 *Interpretatio de casu expresso ad tacitum quando sit recipienda.*
54 *Indefinita ęquipollere vniuersali ex interpretatione, non autem ex proprietate sermonis.*

§. Quid si is qui filiũ habet apud hostes, testaretũ, quare non induxere, vt si anteq̃ filius ab hostibus rediret, quamuis post mortem patris decederet, tunc deinde nepos, vel etiam adhuc illis viuis post mortem scilicet aui nasceretur, non rumperet: Nam hic casus ad legem Velleiam non pertinet. Et melius ergo est, vt in huiusmodi vtilitate præsertim post legem Velleiam, quę multos casus rumpendi abstulit, interpretatio admittatur, vt instituens nepotẽ, qui sibi post mortem suus nasceretur, recte instituisse videatur, quibuscunq; casibus nepos post mortem natus suus esset, rumperetq; præteritus, atq; etiam si generaliter quicquid sibi liberorum natum erit post mortem, aut quicunq; natus fuerit sit institutus, si suus nascetur.) Prosequitur Sceuola tractatum emergentium quæstionum de quibus dubium est, an ad legem Velleiam pertineant. Vnico contextu lego hoc totum vsq; ad §. si eius. Sic in archetypo Pisano est nuper iussu Leonis nostri. Pontif. Max. recognito in quo dictio, Vt præposita legitur verbo instituens sequentia præcedentibus iungens. Nam Sceuola expositę quæstioni subiungit hæc verba: Et melius ergo est, vt in eiusmodi vtilitate præsertim post legem Velleiam, quę multos casus rumpendi abstulit, interpretatio admittatur, vt instituens nepotem qui sibi &c. Ecce quam bene copulantur. Sic legit Pileus. Sic etiam multa hortatur, & primum si vulgatos Codices sequimur, præposita quæstio remaneret indecisa. Et luce clarius apparet, nihil decidi sine sequentibus verbis, siue dicas, vt instituens, siue dicas, instituens. Nec ad rem, quòd dixit, melius est vt interpretatio admittatur, quoniam non declarauit, quæ interpretatio sit admittenda, neq; apparet, nisi statim subijcias, vt instituens &c. Doctores dicunt, interpretatio admittenda ea sic est, vt institutio secundum sententiam Galli facta extendatur ad hunc casum. Nullibi hoc dixit Sceuola si nostra est interpretatio aut imaginatio, non hoc esset interpretari, sed diuinare. Neq; Sceuola sermonis tam inops fuit, quòd nesciuisset hanc diuinationem exprimere. Adde quod Sceuola talem interpretationẽ reiecit. Neq; facere potuisset, vt statim apparebit tam ex verbis ipsis, quam multis alijs verissimis rationibus & legibus. Cum authoritate contenditur, omnibus cedo. quando vero ratione ipsa, disputantibus nihil non liberum esse debet, sic mihi nemo succenseat, si ea in differendo vtor licentia, sine qua veritas squalleat est necesse. Diuido in duas partes. In prima præponit thema, & ex eo mouet dubitationem. In secunda ibi, & melius, vsq; ad §. si eius concludendo docet, quomodo institutio facienda est ad declinandum tot rupturarum ambages. Prima pars sub eodem themate continet duos casus implicite multum, & ita narrantur, vt si vel vtrunq; simul capias, vel seorsim alterum, eadem omnino sit decisio. Primus casus est de eo, qui filium captiuum apud hostes habet, & ex eo dominurum prægnantem, Si primo moritur testator pater, deinde captiuus filius, postremo nepos posthumus nascitur. Secundus casus, si ijsdem, scilicet auo testatore, & patre captiuo viuis nepos nascitur, quomodo potest talis auus testari, ne rumpatur testamentum: Singula nunc scrutemur verba Sceuolæ, vtrum hoc dicant. Et primo ait, Quid si is, qui filium habet apud hostes, testaretur: Speculantis sunt verba intra semetipsum, & non inuenientis modum recte testandi in specie. Et obserua poni quæstionem in filio capto ante testamentum, vnde omnis meo iudicio nascitur difficultas. Nã si captus esset post testamentum, esset casus decisus, vt supra proxime in deportato, quoniam quocunq; tempore moritur apud hostes per legem Cor. viuo testatore, & post testamentum vt captus sic moritur. Et similiter captus ante testamentum quocunq; tempore apud hostes moritur, per eandem. l. Cor. ante testamentum moritur. Sequentium verborum talis est ordo, Quare non induxere, vt non rumperetur. i. testamentum, pro constanti ergo habet rumpi omnino, alioquin stulte inquireretur quare remedium non induxerunt. Ex quibus verbis manifestum est in casu proposito natiuitate posthumi omnino rumpi testamentum, neq; per legem Vell. neq; per Gallum prouisum, & sic bene stare põt tex. induxere, vt in Pandectis & multis Codicibus legitur. Item colligitur, posthumũ in casu proposito posse aliquo modo institui, alioquin inepte a Sceuola quæsitũ esset, Quare nõ induxere, si induci nõ posset. arguitur ergo ex mẽte Galli posse institui, licet eius formulę verbis nõ cõprehendatũ. ꝙ possit concipi pater hic, qa nascitũ suus, & institutio conferri potest in hoc tẽpus suitatis, & exemplũ positũ est inf. §. vt instituens. s. indefinite, & nõ illa a Galli speciali forma, quæ cõcepta est in casum mortis filij se viuo, & ad hoc tñ se viuo post testm̃ coarctata conditio est in futurum spectans & hic filius post patrẽ moritur. Et si dicatũ, hic fictione Cornelia se viuo moritur. Verũ est, sed tunc præcederet testm̃, & testator loquitũ de morte futura. Si induci poterat, & vtile pub. est induci, ergo Gall. & lex Velleia errauerũt nõ inducere. Respondeo, si quæris de specifica in vnũ casum concepta, Gallus nõ potuit derogare legi Corneliæ, cui derogandum erat. Lex autẽ Velleia noluit, ne maiorẽ vtilitatẽ illius legis conturbaret, & indefinita conceptio est proculdubio ex sententia vtriusq; . s. Galli & Vell. licet nõ ex verbis. Quare non induxere, vt non rumperetũ. Si anteq̃ filius ab hostibus rediret, decederet, quãuis post mortẽ patris. s. decederet, tunc deinde nepos post mortẽ. s. aui nasceretũ. Ad maiorẽ delarationẽ hãc aui mortui mentionem fecit, non ꝙ vltimus fuerit mortuus, sed prior hic auus, deinde pater captiuus mortuus, postremo natus posthumus, qui sic natus vere post aui mortẽ natus est. Et hucusq; de primo casu, qui ad Gallũ magis pertinere videtur, ex quo omnino suus nascitũ nepos. Nota hec verba quamuis post mortẽ patris decederet, vt tollat obiectionẽ de Aqui. quæ vult viuo patre mori quasi dicat, nihil refert, mortuus sit post patrem, qm̃ idem esset, si viuo patre mortuus esset, neutrum enim istorum temporũ est in consideratione, sed tantum tempus captiuitatis respicimus, quo mortuus ita habetur, ꝙ p̃rium neq; asseuerari neq; probari prodesset. Quamuis post mortem ait, vt difficiliorem quæstionẽ redderet, videbatũ minus dubitabile si moreretur filius viuo patre. Vel illis adhuc viuis nasceretur hæc verba interserit, vt casum magis similẽ Velleianis præponeret, & est omnino alienus ab Aquilianis, quibus exigitũ na-

sed vtriusque mortuis.& intelligo viuis, scilicet patre apud ho-
stes.& auo in ciuitate. Videamus, quare hic casus nō pertineat
ad Vell. Aut vita & mors naturalis est in consideratione,& per-
tinet ad legem Vell. ex casu illo difficili secundū Dy. aut mor-
tuus accipit pater ab hora captiuitatis, ad eandem pertinet ex
cap. 1. igitur gl.& Doctores intelligunt viuis illis, viuo tantum
patre. istę sunt diuinationes & corruptelæ text. peculiare hoc
crimen est glossarum, vbi non intelligunt, aut corrumpūt tex-
tus, aut applicant interpretationes, quæ non reperiuntur in ca-
1 lēdarijs.† Falsum est posse vti plurali pro singulari, nisi vel or-
natus causa, vel certis quibusdam vocabulis. Non obstat alle-
gata. l.2.§. exactis. quoniam proprijssime dictum, exactis regi-
bus, ad denotandum non solū omnes Tarquinios exactos, sed
quotquot reges futuri fuissent, & sublatam penitus regiam gu
bernationem. Nam si Ro. vnus qui solus in prouincia diuersaē
pelleretur in odium Ro. nominis, vt non bene diceretur Ro.
pulso, sic aptissime diceretur Ro. pulsis. Mithridates cędi iussit
omnes Roma. qui in suis diuersarentur regnis, si tantū reper-
tus& occisus fuisset vnus, Romanis cęsis rectius diceretur. Illa
verba, regibus exactis, significant Regum gubernationē exa-
ctam. Similiter pulso procuratore vel colono plurium domi-
norum, aut vno ex possessoribus pro omnibus, non bene dice-
retur, pulso colono vel possessore, sed dicendum est, dominis
vel possessoribus pulsis. Neque obstat l. diuus. de pet. hær. in fi.
quia ibi proprie Vlpianus argumentatur ex vniuersali natura
iudiciorū per. hær. ad illud particulare, de quo agitur, ex vni-
uersali enim procedit argumentum ad particulare. Ergo illis
viuis, id est patre & auo viuis. Sed quia non sufficit sic nasci, ni-
si præmortuo filio agnascatur auo viuo,& ex hoc textu appel-
laret filiū captiuū mortuū post patrem testatorem, nec muta-
tū casum morientiū videmus, ideo non pertinet ad Vell. Item
quia fili⁹ institutus, iam per legem Corn. erat mortuus, & per
hoc nepos rumpit, quia in illo gradu præteritus,& institutio sit
sub conditione mortis futuræ, & hic mors instituti filij præce-
dit institutionem. eadem etiam impediūt Aquilianā. Doctores
fateri hæc videntur, dum dicūt hic per suppletionem Sceuolæ
fingi viuo testatore mortuū eum, qui mortuo testatore deces-
sit, & fingi natum mortuo patre, qui viuo patre natus est, quasi
dicāt, sine his fictionibus ruere communem opinionem. Hinc
inferunt in correctorijs secundum quosdam, vel exorbitanti-
bus, vt alijs placet, fieri extentionem de casu vero ad fictū. Quæ
singula excutiemus. Postremo disputabitur, vtrum hic casus
ad l. 12. tab. pertineat. Nouissime subnectenda difficillima quę-
stio, vtrū hic posthumus suus fuerit institutionis tempore, an
alienus,& an alterius generis a suo & alieno. Fingi dicunt viuo
testatore mortuum, qui eo mortuo decessit. videamus, an satis
sit. solum viuo testatore mortuum esse, an etiam opus sit post
testamentum mori, & vtaque institutio in casum futuræ mor-
tis confertur. & mors, quæ præcedit institutionem, non succe-
dit. Ideo & viuo testatore, & post testamentum vere vel ficte
mortuus sit est necesse, vt tota hac lege. Tum quærendū est,
quis sit huius fictionis author, Num noster Sceuola,& procul-
dubio nullibi legit, se quidem interpretem, non fictorem præ-
2 buit. Adde q nec fingere potuisset.† Nunquam enim in pote-
state priuatorū fuit figmentis subuertere veritatem. l.& si for-
te. inf. de Cast. pecul. Hanc sententiam q iureconsulti non ha-
buerint potestatem fingendi, defendit Soci. fil. in l. cū auus. ff.
de cond. & dem. col. Putant fortassis lege Cor. sic fingi. fingit
sane, sed non vt hic desiderat. Post institutionem quærimus
hic mortuū. Cor. aūt in diem captiuitatis quæ præcedit insti-
tutionem,& non sub in tempus,& ea conditione natū posthu-
mū quibus institutus fuit,& quasi defecta cōditione nasci pre-
teritum. Præterea lex Cor. circa captiuorū mortes fingit, non
aūt circa natiuitates, vt sequenti. §. videbimus, Manifestū itaq;
sit, nihil a Sceuola fictū, neque fingere potuisse, neque fictione
Corneliana iuuari casum nostrū, atqui mirū in modū oppu-
gnari. Imo talis fictio esset de impossibili per naturam, est do-
ctrina Bar. in l. si is qui pro emptore. de vsuc.& in §. eius. impos-
sibile est bis mori. q hic contingeret, semel post testamentum
fictione Sceuolæ. & iterum ante testamentum per l. Cor. Nec
dicendum tolli fictionem Corneliam, quia non potest tolli. l.
nō pōt. de l. 1.& per interpretationē nequit induci ll. correctio.
Quęrit. vtrum de casu vero ad fictū extensiua interpretatio ad-
mittat. Nō contradicto, quando eiusdem sunt effectus, vt sup.
proximo §. Hinc infero, qui secūdū consiliū Galli testatur, po-
stea si filius incidit in captiuitatē, quocūq; tempore ibi decedat
et post mortē testatoris, nō vitiari institutionem, viuo enim te-
statore per l. Cor. filius perijt,& nepos posthumus in casum p-
ceptæ institutionis suus natus est. Neque assentior dicentibus
q Aquilianū remediū corrigat. 12. tab. aut exorbitet a iuris re-
gulis, vt sæpe demōstratū est quinimo summa equitate suffu-
tum ac pietate ad substinēdū defunctorū voluntates. Potest ne
esse exorbitās q bonū & equū,& pium est,& duritiem. 12. tab.
equa, ac pia interpretatione mollitur? Nec vere alia ars est bo-
ni & equi viri, scilicet iuris interpretis. l. 1. de iust.& iure. Neq;
3 simpliciter † verum arbitror omnes. ll. correctorias esse odio-
sas,& propterea restringendas. Alioquin omne ius pretorium,
ll. vetustarum rigorem e rep. corrigens esset odiosum, simili-
ter Iustinianę constitutiones,& ipsa denique compilatio de iu-
re veteri in partibus quibus corrigitur, foret omnibus infensa
& intra sua claustra coercēda. Veruntamen quia boni & equi
suapte natura proprium est emendare, & in benigniorem par-
tem interpretari, vbi emēdatione aut interpretatione opus est,
vt docet Aristoteles. 5. Ethicorum copiosissime, de iustitia &
iure, ac iusto bono & æquo tractatu, concludendo inquit, Ius
ergo bonū & æquū est, non qd est secūdū legem, sed quod est
4 secundū emendationem legis.† Probatur etiam, quod ius pre-
toriū & æquū ius esse dicimus, cuius præcipuū munus est, rigi-
ditatem iuris corrigere. l. ius aūt ciuile. §. ius prætoriū. de iust.&
iur.& inst. de bo. poss. in princ. Omne itaque ius corrigens si est
odiosum, consequens sit, ius boni & equi esse odiosum, qd etiā
foret absurdum. Manifestum itaque nō omne ius correctoriū
esse odiosum, vt latissime in quæstionibus de bono & æquo ad
l. 1. de iust.& iur. differimus, vbi verę distinctiones & decisiones
leguntur. Pręterea vt de casu nostro loquamur, si inuitis legi-
bus. 12. tab. bono. poss. quam posthumis alienis dat prætor, non
nisi publicis vtile ac bonum & equū esse censemus, cur non
idem de consilio Aquilij censendum, maxime qd vel ex men-
te. 12. tab. vel saltem ipsis non repugnantibus est inductum, si
quidem ex rep. ac bono & æquo ius est quomodo odiosum, si
odiosum est, quomodo ex rep. ac bono & equo esse pōt? Verus
itaque sensus mihi videtur, vt de casu a Sceuola proposito non
sine periculo concipiatur in spem Aquil. institutio, nisi illa ge-
neralis & indifferens quæ in versiculo, vt instituens. facit. l. com
modissime. sup. eod.& hic casus ad l. Vel. nullo modo pertinet,
neque ad Aquilianā formulam, bene tamē ad sententiā Aqui-
lij pertinet, vt sup. demonstratū fuit. Qui sensus recipiendus est,
quia procedit sine controuersia, communis autem sensus dis-
5 sonat a iuris traditionibus. Considerandi † tamen sunt plures
casus. Aliquādo institutio fit ante captiuitatem, aliquādo post
filij captiuitatem. Primus casus trifariam potest accidere. ca-
ptus post testamentum si moritur apud hostes viuo testatore,
casus est Aquilianus, vt sępe dictum est, si moritur post testato-
rem, ante natū posthumū, idem quia fingitur hora captiuitatis,
& sic viuo testatore,& post testamētum mortuus, sicque suus
post mortē nascit. Quibus casibus nota, nihil referre, captiuus
filius viuo vel mortuo testatore moriatur, si vero moritur post
natū posthumū, habet dubitationem, quia non nascit suus auo
licet fictione Cornelia prius mortuus censeatur, tamen eo tē-
pore quo natus est, surgebat ius suspensiuum postliminij, vt in-
fra demonstrabit. Ex diuerso vrget fauor testamenti, & in hoc
fingit lex Cornelia, vt non infirmentur testamenta & institu-
tiones factę ante captiuitatem. l. lege. Cor. sup. de testa.& l. lex
6 Cor. ſ. de vulg. † Ius autem suspensiuum habet solum locū in
actibus post captiuitatem, vt hic casus & l. q si filius. inf. de cap.
& pro testamento videtur casus in l. si quis filio. §. si pater. & §.
quocunque. inf. de iniust. test. Et de nullo istorū casuū loquit §.
noster. neque alibi Sceuola, qui propterea neque reprehendē-
dus est, veluti isti volunt reprehendi Gallū. Secundus casus est
eorū, qui instituuntur post captiuitatem, & in multos scinduntur
quorum aliqui hic diuiduntur. Quandoque filius in captiuita-
te moritur mortuo patre, & vtriusque mortuis nepos nascitur,
vt loquitur hic noster Sceuola. Quandoque nepos nascitur vi-
uis auo & patre captiuo, & vtrisque, scilicet auo prius, deinde
pre captiuo mortuis superstes est,& similiter tractat hic. Quā-
doque nepos nascit post mortē aui, & non mortē patris sui ca-
ptiui,& nō loquit Sceuola noster. licet gl.& Doct. illis viuis ac-
cipiendo pro illo viuo. s. captiuo, quamuis negent ad legē Vell.
pertinere, referunt tñ ad Aquil. quibus superius contradixi, mo
uet, q non nascitur suus, sed status incerti. quæ status conditio
non obumbrat lege. Cor. alioquin. l. 12. tab. potuisset institui, si
institutionis tpe suus fuisset,& qa pręcedit testamentū captiui-
tas,& rō sermonis non admittit, illis viuis, pro, illo viuo, Quan-
doque viuo tantū auo nascitur, & non est casus. §. nostro com-
prehensus. Quandoq; filius in captiuitate prior moritur, dein-
de testator pater, postea nascitur nepos posthumus institutus
in casu Galli,& verbis Sceuolę hic potest comprehendi. l. quā-
uis post mortem &c. Sed quare Sceuola dicit a posthumo rum-
pi, nonne hic suus,& post mortem aui suus nascitur, & quia de
futura morte loquitur, de naturali sentire testator videtur. l. no
minatim. §. eo. l. milites agrum. inf. de re milit. Accedit ratio, qd
institutus est, si suus nascat. sed antequam apud hostes vere mo
riatur, posthumus suus nasci non poterat, ergo in ciuitate insti-
tuit in casum mortis captiui,& ideo opus est de vero mortis tē-
pore intelligantur, quæstionem tñ facit, q nemo bis mori pōt.
si lege Cor. creditur mortuus hora captiuitatis. illa sola atten-
7 dit quæ præcedit testamentū.† voluntas enim testatoris effice-
re nō pōt quin fictio legis Cor. nō habeat locū in suis eloquiis

l. non po-

l. non potest de leg. 1. & propterea tempus verũ, quo moritur
apud hostes, obumbratur, & in totum supprimitur lege Cor.
vt pulchre in simili prope quæstione decidit Vlp. in l. cum hic
status §. si ambo sup. de do. inter vir. & vxo. & retrotrahitur in
præteritum ante testm̃ mors, & propterea quasi deiecta condi
tione futuræ mortis institutio euanescit, & in causam pro non
scripta trãsit l. pen. infr. de his quæ pro non script. conditio quę
8 loquitur de morituro, non potest trahi ad iam mortuũ. † casus
in l. Titius §. Lucius sup. eod. vbi substitutio facta de nascituro
non porrigitur ad iam natum regulariter, probatur ibi per lo-
cũ a speciali ex præsumpta mẽte defuncti, ergo in contrarius cõe
ad idem l. nomen filiarum inf. de verbor. sign. vbi appellatione
9 posthumi non venit iam natus, † facit ꝙ substõ facta de vno tẽ-
pore, non põt trahi ad aliud, vt in §. nunc de leg. & l. si ita quis.
inf. de vul. Quid si testator diceret, si filius meus me viuo apud
hostes morietur, tunc qui nepos &cęt. filius moritur apud ho-
stes viuo testatore, post testatoris mortẽ nepos suus nascitur,
cur non recte institutus, an differt a præcedenti casu, vbi dictũ,
si me viuo moritur, & verbum (morietur) referatur ad intelle
ctum iuris, scilicet legis Corn. An quia hic dictum, si apud ho-
stes morietur, cessat. Corn. aperte loquitur de morte futura, &
non præterita. lex Corn. fingit, † nunquam apud hostes deces-
sisse l. in omnibus, de capt. An ꝙ apud hostes decessisse nõ põt,
pp Corn. sub impossibili conditione institutus videatur, quod
si esset, valeret institutio reiecta impossibili ꝯditione. Sed quo
iure remanebit institutus? vtrum l. 12. tab. certe non, quia non
suus nepos tempore institutionis, quod inspicitur l. si alienum
inf. de hęr. inst. & in regula Catoniana, & hic, & pręualet fictio
veritati, tradit Bar. Quid ergo si Titius instituitur sub ea condi
tione, si filius apud hostes decesserit, meo iudicio nihil plus va-
lebit Corn. ꝗ̃ in ea conditione, si nauis ex Asia venerit. facit l. ea
parte §. in insulam de verb. oblig. & l. cum pater §. hæreditare,
de leg. 3. Cur non idem in casu, licet enim filius in hostium sit
potestate, & instituti & preteriri tam ipse quam ex eo nepotes
possunt, in §. in omnibus. & testator de morte apud hostes fu-
tura sentit & loquitur, an potentior in hoc est lex Corn. quam
testatoris voluntas, facit l. nõ potest de leg. 1. An contra l. in cõ-
ditionibus primum locum, de condit. & demonst. & conditio
nes nostri sunt arbitrij, modo non sint improbatę vel impossi-
biles, nonne potuisset conferre conditionem in tps mortis ve-
rũ an ꝙ si non potest valere eo modo quo voluit, non valeat ẽt
quo potest? Multum. n. valet, ꝙ nepos hic nascitur suus, & post
mortem patris atq; aui suus, & natus est sic, vt si in eum casum
quo institutus est scilicet si apud hostes se viuo decesserit, & ve
re sic decessit, Corne. fictio non habet, quid hic operetur, quæ
fundatur in ęquitate, & augere debet effectus iuris, & non mi-
nuere, l. 1. §. si vir. & vxo. inf. de acqui. poss. non obstat §. noster.
vbi p̃moritur auus testator. deinde captiuus filius, mox posthu
mus nascitur, & illa verba, quamuis post mortem patris dece-
deret, accipienda. vt inferant ad casum Galli, qđ poterat insti-
tui, ꝗuis post mortẽ patris decederet. tacitę. n. obiectioni vide-
tur respondere, quæ occurrebat, posse fieri ꝙ in Aquil. requiri-
tur, moritur filius viuo testatore, & hic mortuo testatore mor-
tuus est, & Sceuola igitur ait, ꝗuis post mortem patris decede-
ret, quasi dicat, eius in medio vita nõ impedit, qui apud hostes
moritur, vt l. si quis filio §. si pater. de iniust. test. Quid dicendũ?
Sceuola aperte dicit, si præmoriatur testator filio captiuo, non
esse inductum per Gallum, neque per legem Vell. quo minus
nepos nasciturus rumpat. Et qm̃ miratur, quare non induxe-
runt instituendi formulam, datur intelligi posse institui secun-
dum sententiam Galli, non obstante ꝙ talis filius non sit mor-
tuus viuo testatore. & ideo ait, quamuis post mortem patris de
cederet, quod si fieri nullo modo posset, stulte quereretur, qua-
re non induxere, Habet is casus duo aliena a Galli formula, qđ
captiuitas filij præcedit testamentũ, & mors filij in captiuitate
est post mortem testatoris, & igitur discrepat a Galli formula,
consonat aũt cum Galli sententia, quod auo suus & post mor-
tem nascitur, & instõ ꝯferenda est in hunc casum l. si post mor
tem suam suus nascatur. Hinc colligitur, quod vita captiui filij
post mortẽ testatoris, nõ impedit quo minus posthumus post
11 mortẽ vtriusq; s. aui atq. patris, suus nascatur, † secus aũt si na-
tus esset viuo captiuo filio, licet postea apud hostes moriatur,
qm̃ non suus, sed status incerti natus esset vt sæpe diximus. Ni-
hil ergo ĩterest, qui in captiuitate moritur filius, viuo vel mor-
tuo testatore moriatur, ratio, ꝙ non tunc, sed hora captiuitatis
censetur mortuus, quo ad hoc s. quo minus suus nascatur. be-
ne forte interest, ꝙ instõ (si se viuo) facta non verificatur in eo,
qui moritur se mortuo. Et si dicatur, retrotrahitur ad tẽpus se
viuo, fateor, sed talis retrotracta mors præcedit testm̃, & testa-
tor loquitur de morte futura, & sic in aliud tempus institutio-
nem contulit. Si replicatur, non creditur ignorasse vim legis
Cornel. per quam non poterat apud hostes mori, sed omnino
testm̃ anteitura erat, fateor, si omnino in captiuitate moritu-
rus fuisset. Nonne poterat redire, & se viuo liber mori filius,
vero similius est prosperos spectasse euentus. Suadet votũ pa-
ternum, & inclinatio naturalis, quod facilius desiderata credi-
mus, indicat & ipsa de filio institutio, de cuius reditu si despe-
rasset, nõ instituisset, qui poterat præteriri. An distinguendum
forte aliud in illa, si me viuo morietur, & aliud in illa, si me vi-
uo apud hostes decesserit. Hęc adeo exigit mortẽ apud hostes
ꝙ si redierit, & liber moriatur etiam se viuo, institutio euane-
scit, & nepos præteritus rumpet, illa est indefinita & indifferẽs
in quemcunq; statum mors inciderit, hæc solo captiuitatis sta
tu contenta. Sunt ergo casus duo, vnus eius qui instituit, si se
viuo moriatur filius, qui hostibus seruit, alter eius qui instituit,
si filius apud hostes decesserit. Primum si se viuo moriatur, in
alios duos diuido, aut moritur filius post mortem testatoris, &
loquitur Sceuola, aut moritur viuo testatore, & dubium est,
an verbis Sceuolę comprehẽdatur, ibi quamuis post mortem
test. Si comprehenditur, Sceuola dicit non inductum, quomi-
nus rumpatur. Si non comprehenditur, an idem dicendũ om-
nino rumpi. An diuersum dicendum ab eo, quãdo instituitur,
si se viuo apud hostes decesserit. An idem. Quid si dictum, si fi
lius ex hostibus non redierit, tunc mihi &c. gl. & Bal. hic vatici
nantur. Quæ verba non optantis sunt, & ideo eum sensum ha-
bere arbitror, si redire posse desierit, & idem valent qđ illa, si
apud hostes decesserit. An ad tempus captiuitatis retrahũtur,
vt sicut fingitur per legem Corn. nunꝗ̃ captus, sic etiam nunꝗ̃
rediturus l. in omnibus inf. de capt. Similiter & ille vt nunquã
captus pariter nunquam apud hostes moriturus, & sic sub im
possibili conditione facta videatur instõ. An dicendum testa-
torem direxisse verba magis ad factum, quam ad ius, & ad veri
tatem, non ad fictionem. Satis addidit, ꝙ tempus significaret,
qñ dixit si apud hostes decesserit, tunc &c. arg. infr. §. videndũ.
Arguti speculentur, sapientes definiant. Vtraq; tñ hæc conce-
ptio, si decesserit & illa, si non redierit, periculosa est. Quid si
redierit se viuo, & mox decesserit, certe vt hoc casu præteritus
rumpet, nisi adijciam, si redierit, & me viuo morietur. Quid si
dictum, si me viuo apud hostes decesserit, & se mortuo ibidẽ
decedat. Si factum, & non fictitium tempus spectasse testatorẽ
volumus, vtiq; posthumus licet suus nascatur, non tñ hoc casu
institutus intelligitur. Si vero ad intellectũ iuris omnino refe-
rendũ, non refert viuo vel mortuo testatore decedat, qui viuo
testatore captus est, vt hic, quamuis post mortẽ &c. & pro hoc
optimus tex. in l. cum hic status §. si ambo. sup. de don. int. vir.
& vxor. Verũ illa difficultas supererit. ꝙ vt captiuitas, sic mors
præcedit testm̃. Et igitur sanum, tutum, & sine lite Sceuolę hic
consiliũ, atq; conclusio, vt instituens &c. Nota illum dicendi
morẽ, si antequã ab hostibus rediret. similiter in §. videndũ, an
tequam ab hostib. reuersus fuerit, non significare reditum, qñ
iungũtur, seu terminantur verbis reditũ impeditiuis, vt hic ver
bo decederet, neq; implicat contradictionem, neq; improba-
tus est dicendi modus, qm̃ nulli dubiũ, si moritur apud hostes
perpetuo impeditur reditus, significant ea verba captiui affe-
ctũ, ꝙ semper sit in spe & procinctu redeundi, similiter & in ci
uitate cũ expectantiũ, sperantes enim reditũ cuiuslibet peregre
agentis aptissime dicũt, filius meus antequam redierit, perijt.
Quæ obseruanda sunt pro testibus, & alijs dispositionib. ne vi-
deantur dicere diuersa vel contraria. Sceuola ait. Quare nõ in-
duxere vt non rumperetur, scilicet testm̃. Respondeo, ideo nõ
induxere, quoniam captiuitate patris nepos factus est auo te-
statori suus, & propterea poterat l. 12. tab. institui. & si hoc es-
set verum, puerilis fuisset Sceuolę inuestigatio. præsupponit
rumpi, & sic l. 12. tab. non posse institui. Hinc Socin. fil. arguit,
non esse suũ, sed magis alienum. Huius rei gratia inuestigan-
dum dixi in vtranq; partem. Vtrum nepos ex filio captiuo sit
suus interim auo, an alienus, an neutrius qualitatis. Quod sit
suus. sic ostendo. Ille suus est, quem nemo in suitate præcedit,
nepotem aũt ex captiuo filio nemo in suitate præcedit, ergo
suus est. Maior patet tota hac lege. Minor probatur lege ratio-
12 ne. & effectu. Lege in §. videndũ. † vbi liquet captiuitate quẽ
desinere esse suum & l. si quis filio. §. si pater inf. de iniust. test.
& lege Corn. de testa. in 6. & instit. de hær. quæ ab intest. §. in-
terdũ. Rõne, qui in potestate hostiũ est, amittit iura ciuitatis &
13 suitatis. iurib. supradictis. Effectu, † quod captiuus filius potest
præteriri in §. in omnibus & l. pen. inf. eo. Et nepos ex captiuo
filio nisi instituat, rumpit d. l. si quis filio. §. sed si pater, & hic.
Hanc sententiam ꝙ sit vere suus, defendit Bart. in rep. l. si quis
pro emptore 5. q. principali, de vsuc. & in l. fi. C. de sen. pas. quẽ
omnes sequi Doct. videntur. Ex contrario quod non sit suus,
probatur lege, ratione, & effectu. Lege, casus est hic, qui cauil-
lari non potest. Nã si suus esset. frustra disputasset Sceuola. qua
re non induxere, quoniam potuisset suus institui. l. 12. tabu. ad
idem l. §. 1. si filius ab hostib. infr. de vent. in poss. mitten. Rõne
14 † quia suus est ille qui mortuis parentibus hæres ipso iure esse
intelligitur, & rerum hæreditariarũ administrationem acqui-
rit l. in suis §. eo. Sed iste nepos non est eiusmodi propter spem
reditus patris, qui redeundo teneret primum locũ, ergo &c.

15 Effectu,† quod interim non potest se immiscere hæreditati,si-
cut nec extraneus adire,dicit Bar.in l.ventre, infra de acquirẽ
hær per l.cum in bonis.eod.tit. Nec sibi acquirit bona, §.quod
si filius, infra de capt. Nec interim præteritus rũpit, d.l. si quis
filio,§.si pater, & in §. in omnibus. Quod si alienus, probatur
eo ipso,quod non est suus.ita argumentatur Bart. in §. eius, &
Socin. fil. hic defendit. In contrarium quod non sit alienus,
probatur ex definitione alieni in §.posthumo, institut. de leg.
vbi definitur alienus,qui natus inter suos hæredes, suus futu-
rus non est,sed hic posthumus ex spe futurus est,ergo &c.pro
16 batur,d.§ si filius ab hostibus,l.1.de vẽt.in poss.mit.facit, † qđ
illud quod est in certa spe, pro realiter existente est l. penulti-
ma quibus ad lib.procl.non licet. Verius ergo videtur, quod sit
mediç conditionis,id est pendentis seu incerti status, cum ve-
re non possit affirmari inter suos futurus,vel non futurus. Ad
pleniorem declarationem,vtrum sit status incerti, & non sui,
neque alieni,alia non minus pulchra interserẽda est quæstio,
17 videlicet. Vtrum filius captiuitate patris vere sui iuris efficia-
tur. Quod efficiatur ostendo dissolutione patriæ pot.filius effi-
citur sui iuris.sed captiuitate patria po. soluitur, ergo captiui-
tate patris filius efficitur sui iuris. Maior. & minor probantur
lege, ratione, & authoritate. Lege, vt instit. quibus modis ius
18 pot.po.sol.& l.si pater,infra de capt. Ratione,† qui seruus alio-
rum est,alios in potestate habere non potest,l.qui in seruitute,
de reg.iur.l.cum hæredes,§.1. infra de acqui. poss. l.sic euenit,
ad l.Iul.de adult. Authoritate,glo.instit.de his qui sunt sui vel.
al.iur.& quibus mo. ius par.po.sol. §. sed si ab hostibus, quas
probant Cynus, Bar. Bald. & Doct. in l. fin. C. de sent. pat. &
19 Aret.in §.videndum. Rursus † eorum cõtrariorum extrema,
inter quæ non est medium,sunt huiusmodi vt vno posito alte-
rum tollitur,ita altero sublato alterum ponitur,l. hæc verba il-
le,de verb.sign. at hæc duo, esse in potestate, & esse sui iuris,
sunt huiusmodi, ergo sublata patria potestate filius efficitur
sui iuris,probatur in l.fin.de sen.pas.quod maxime absurdum.
Imperator respondit eodem tempore quenquam nec in pa-
tris,nec in sua fuisse potestate. Item paris potentiæ sunt ad dis-
soluendum.pat.po.mors & captiuitas.l.si quis filio,§.quoc in-
que,inf.de iniust.test. dissolutione vero pat.po.facta per mor-
tem filij,ipso iure vere efficiuntur liberi,ergo patrem per capti-
20 uitatem liberãtur. Vel sic † æquales causæ in potestate æqua-
les producunt effectus,l. de quibus de ll. Ad [illegible]
Assumptum est falsum, quia non efficitur sui iuris, sed status
pendentis & incerti,tex.est in dicto, §. sed si ab hostibus, vbi
traditur sillentia ad regulam,& in l.bona,§ quod si filius,infra
de capt.& hic quod non efficitur suus,patetq; ab effectis,quod
non sunt paris potentiæ. Non obstat,quod seruus alios in po-
testate habere non potest,fatemur enim liberari per patris ca-
ptiuitatem filium ab eius potestate,nõ propterea sequitur effi-
ci sui iuris sed status incerti, qui simul stare potest, in quo fal-
luntur glos.& Doct. Ad secundum argum.Non obstat l. fina.
de sen.pass.multiplici ratione. Primo,quod illa lex procedit in
casu suo,scilicet quando soluitur per mortem patria potestas
secus quando per captiuitatem,vt d.§.si ab hostibus captiuita-
te patris filium non plene liberatũ dicit,l.si pater, infra de tes
& leg. in l.si necem,de bo.lib si deportatus patronus sit, filio
eius competit bonorum possessio in bo.lib. nec impedit [illegible]
to ei est talis patronus, qui mortui loco habetur, & dissimile
est,si patronus apud hostes sit,nam propter spem postliminij
liberis suis. Item illa lex loquitur de statu specifico & form[illegible]
to post mortem,nos autem loquimur de informi & diuersa-
rum specierum susceptibili. Tertio intellige esse absurdũ non
esse in altero dictorum statuum,scilicet vel sui iuris,vel patriç
potestati subditum,quando alio non impeditur, sed in casu no-
stro impediter per ius postliminij suspensiuum, ait d. l. si pa-
ter, impediuntur aliqui per capt. progniam. Contra, sicut pri-
uatio preſupponit habitũ, sic suspẽsio p̃supponit aliquid quod
suspendat,verum hic aliud quam status sui iuris suspendi non
potest,cum vere euenerit status solutç potestatis, ergo vere est
sui iuris,licet suspensus. Nego suspendi statum aliquando in-
ductum, bene tamen suspendendo impedit induci statum sui
iuris,igitur distinguo, Aliquando enim lex suspendit simplici-
ter differendo effectum sub spe certi euentus, & tunc suspen-
sum habet certam existentiam,licet suspensam,per quam nõ
desinit, esse tale quale ante suspẽsionem fuerat, exemplum in
obligationis in diem. Aliquando suspendendo nõ inductum
suspendit, sed induci impedit, & sic per talem suspensionem
informis quidam status diuersarum specierum susceptibilis
inducitur,qui status pendens & incertus vere dicitur,exemplũ
in obligationibus conditionalibus,suspendit enim ortus certi
status,donec quod in conditione est,impleatur l.cedere diem,
de verb.sig. Quod huiusmodi sit casus noster probo lege,& ra
tione l.2.§. si quis decesserit infra vnde leg.ibi, cũ ceperit certi
status esse.ergo ante nõ incepit pp suspensionem. Ratione, si
suspenderetur status iam inductus,puta sui iuris,nulli dubium
subducta suspensione remaneret ille status,qui erat suspensus
& non alius.Sed hic potest alius remanere.s.status nõ sui iuris,
redeunte patre ex hostibus.ergo & c. Ratione,nam absurdum
esset, redeunte patre acceptum fieri male per filium admini-
strata, & ex contrario inductum statum, si sui iuris semel fa-
ctus fuisset, aboleri, & a patrefa. gesta irritari dicit Imperator
in l.fi.C.de sen.pass.quamuis diuersum ibi decidat. neq; enim
ibi in deportatos qui ius postliminij non habent, & inter mira
cula restitutio numeratur arg.l.apud Iulian,§.fi. de leg. 1. fa-
ciunt dicta in l.patre furioso supra de his,qui sunt sui vel al.iu-
ris. Postremo,quæ pendent a futuro euentu, non possunt cer-
tam formam habere. Sed hic status est eiusmodi ergo &c. Cõ
tra,paria sunt quid esse certum, vel incertum postea certificã-
dum inf.§.vt instituens,& l. 1. de leg. 2.& l. quidam relegatus
inf.de reb.dub. Hæc regula locum habet, quando certifican-
dũ est certum sic futurũ, nõ aũt quũ potest isto vel illo modo
esse,vt in casu nostro. Hinc dixit Bar.in versiculo,vt instituens,
Illud incertũ est certum, quando signo indubitabili est certũ.
arg.l.quoties.§.si hæres inf.de hær.inst. Adde quod l. 12. tabu.
non admittebat talem incertitudinem, licet omnino esset cer
21 tificanda,vt.§.incertis inst.de leg. Ex altera parte † quod nullo
modo sit sui iuris,neq; alieni, sed cuiusdã incerti status probo
lege,ratione,effectu,auth. & exemplo. Lege, inst. quib. mod.
ius Pa.po.sol §.sed si ab hostibus ibi,pendet ius liberorum l. si
pater inf.de suis & leg.ibi,per suspensi iuris constitutionẽ l.2.
si filius inf.de vent.in pos.mitt. l.2.§.si quis decesserit inf.vnde
leg.incertus est,vtrũ paterfa.vel fil.usfa. sit in l.bona.§. quod si
filius inf.de capt. Nã status omnium quorũ patres in hostium
potestate sunt,in pendenti est in l.in bello.§.1.eod.tit. in incer
to sunt,vtrũ sui iuris &c. Ecce quam apertissima tot iurecon-
sultorũ &.ll. verba, contra quæ ire non licet vniuerso mundo.
22 arg.l.ille aut ille.§ cũ in verb.de leg. 2. Ratione, † Duo contra-
ria simul in eodem subiecto consistere non possunt l. vbi repu
gnantia de reg.iur.l.3.§.ex contrario de acqui poss. Sed esse sui
iuris & status pendentis inter se pugnant, ergo &c. Ostendo,
esse sui iuris,certi status est,pendentis aũt, est incerti, legibus
supra allegatis, certum aũt, incertũ inter se pugnare sensu co-
gnoscitur. Ratione, Illud est incertũ per legẽ,quod est incertũ
per naturam l.cũ quidam.§.suũ inf.de acqui.hær. Sed istud est
incertũ naturaliter,vtrũ sit sui iuris,quia pendet a futuro euen
tu.ergo incertũ per legẽ. Incertitudo naturalis patet ex illo tri
23 tissimo.† quod nullus effectus præcedit suam causam l.huius-
modi inf.quando dies leg.ce.& tunc sic, causa quæ æque se ha
bet ad esse,& non esse,antequã existat,nihil producit. patet in
conditionibus,& d. l. huiusmodi. Causa aũt huius effectus qđ
sit,vel non sit sui iuris,est in manu fortunç,vtrũ redeat, vel nõ
redeat,ergo antequã existat hoc,posse vel non posse redire, si-
ne dubio neq; hoc existet,quod sit sui iuris aut alieni. sta tõne
argumentatur Vlpianus in d.§.quod filius l.bona. Ratione per
24 locũ ab absurdo † si ex hostibus redit, fingitur nunquam ca-
ptus l.retro de capt. Ex hac fictione quod captus non fuerit, se
quuntur illi ijdem veri effectus, ac si vere semper in ciuitate
25 fuisset.† Hinc bellissime dixit Bar.in d.l. si quis pro emptore,
& d. l.fi.de sen. pass.fictiones fieri de ijs,quæ facti sunt,vt ex il-
lis sequatur iuris effectus arg.l.si ex plagis.§.in cliuo. inst. ad l.
Aquil. Sic ex reditu fit nunquam captus, & per hoc semper in
potestate filius fuerit, ergo nunquam vere sui iuris. Alioquin
sequeretur absurdum, & repugnans, quod eodem tempore
26 sui,& non sui iuris fuisset. † Effectu probatur, quod si sui iuris
esset,posset testari. Cuius contrarium est in l.1.de leg.3.l.si qs
filio.§.hi autem inf.de iniust.test.l.& dominij.§. si de statu su-
pra de testa.& hæc communis omnium op.in l. si pater inf. de
cap.& l.fi.C.de sen.pas. quicquid Petrus in cont.senserit. Effe
ctu,quod se pro patribusfa. gerere non possunt, & negocian-
tes sibi non acquirunt l.bona.§.quod filius de capt. Ratio. qđ
duobus eodem tempore non potest insolidum acquiri, sed
aut sibi aut patri. Effectu, quia neq; interim præteritus rum-
pit l.si quis filio inf.de iniust.test.§. pater, & in omnibus. Au-
thoritate veterum Doctorum, vt glo. inst. de his qui sunt sui
vel al.§. sed si ab hostibus, vbi tradit tria esse hominũ genera,
quidam sui iuris quidam alieni, quidam status incerti seu pen
dentis inclinatq; Aret.in.§.videndum. Exemplo siue similitu
dine, quod si spes rumpendi per posthumum preteritum qui
in ventre est,impedit natum ne fiat suus l.ventre de acqui hęr.
& l.si filius hæres secundum vnum intellectum sup.eo.sic spes
postliminij impedit,ne filius ingrediatur in locum captiui pa-
tris. Aret.in.§. videndum glo.in d. §. sed si ab hostibus, quam
Bar.& omnes sequuntur,dicit,inspecto præsenti statu sunt ve-
re sui iuris, inspecto autem futuro pendentis. Quid impulerit
glo.sic distinguere contra omnes leges indistincte dicentes es-
se status incerti, non video. Est præterea ea distinctio contra
tex.nostrum similis tex.in l.1.§.si filius ff.de suis & leg.qui ca-
uillari non potest,qui expresse dicit,non esse suum,non aliun-
de quam inspecto presenti statu. Agitur hic de institutione,
in qua

in qua solus præsens status inspicitur, vt tota hac l. & l. si alienũ inf. de hær. inst. quod si esset suus, potuisset institui. l. 12. tab. quę præsens tantum tempus inspicit, & non futurum, alioquin & is & omnes alieni posthumi potuissent institui, & non opus fuisset Aquiliana institutione. Item est contra l. quod si filius inf. de cap. & l. si pater de vulg. vbi inspecto statu præsenti tab. pupill. irritantur, quia incerti & pēdentis status, vt placet Imol. Aret. & recentioribus, & est ipsa veritas. Item est cōtra omnes suprascriptos effectus, qui secundum præsentem statum iudicantur. Præterea si sui essent iuris, nihil operarentur illę dictiones in §. sed si ab hostibus, scilicet aduersatiue, & limitatiue, vbi traditur exceptio ad regulam. Bar. addit rationē inquiens, ideo sui iuris sunt, quia lex nō fingit super statu, sed super morte, & ideo status remanet interim integer scilicet sui iuris. Rectius dixisset, super tempore mortis, quia lex viuum nō fingit mortuum, neq; aliquid fingit, antequam moriatur, Bar. inspexit solam vim legis Corn. non autem considerauit suspensionem induci iure postliminij statim quod quis captus est, surgit ius suspensiuum, quo impeditur induci status sui iuris, vt supra demōstrauimus. Idcirco Imp. in d. §. sed si ab hostibus, ait, quāuis parēs seruus hostium fiat, tamen pendet ius liberorum pp ius postliminij. Ecce quod alio iure impeditur status sui iuris in liberis quam lege Corn. Imò aut nullus est pendens status, aut pro nihilo est, quod sic ostēditur. Siue captiuus redeat, siue non redeat, semper in ciuitate liber fuisse creditur, & per hoc
27 certum statum habuisse. † Nam si redit, iure postliminij creditur semper in ciuitate fuisse, si non redit, lege Corn. hora captiuitatis mortuus, & per hoc liber & non captiuus decessisse. Et tunc sic omnis fictio idem valet in actu ficto, quod valet veritas in actu vero. Nam non ob aliud inducitur, nisi vt suppleat id, in quo desideratur facti veritas, ad hoc vt ex ea veri producantur iuris effectus, vt declarat Bar. in d. l. si is qui pro emptore 5. q. pncipali. Sed si vere fuisset hora captiuitatis mortuus pater, exinde filius sui iuris fuisset, ergo idem ex fictione dicendum, alias nihil operaretur fictio. & similiter si captus vere nō fuisset, semper fuisset filiusfam. idem ergo valere debet ex reditu fictio. l. retro. l. in omnibus, de cap. Si ergo fictio idem valet, quod veritas facit semper fuisse sui iuris, nunquam idcirco status pendentis erit, & hoc sentire mihi videtur Bar. dum ait, legem non fingere super statu, sed super morte. Hæc argumētatio presupponit aut reditum aut mortem, questio autem nostra est de eo, quod est ante successum alterutrius, & negari nō potest, sicut inter mortem, vel reditum, & captiuitatem quin sit tempus medium, pariter quin sit status medius, qui pendēs & incertus proprie appellatur, qui licet aduentu alterutrius s. mortis, vel reditus annihiletur per fictionem, nihilominus nō efficitur, quin vere interim fiat liberorum status pendens & informis, qui a futuro euentu expectat formam suscipere. Et ad vberiorem declarationem considero tria iura, ius gentium, ius postliminij, & eius legis Corn. eorumq; tempora, causas & rationes. Ius gentiũ, quo captus efficitur seruus hostium, & amittit iura patrię pot. filij seruientis patris efficiuntur sui iuris, maxime accedentibus constitutionibus de capitis diminutione. Et qm̃ vsus docuit ex captiuis multos redire, iniquum videbatur rebus suis spoliari se sentirent. Hinc eodem prope iure gentium moribus receptum, & legibus introductum ius postliminij. l. postli. infra de capt. cuius duo sunt capita vnum fictitium,
28 aliud suspensiuum. † Primum caput si redit ab hostibus, recipit statim vniuersa iura quæ habebat ante captiuitatem proinde ac si captus nunquam fuisset, & ideo fingit nunquā captũ, sed semper in ciuitate mansisse d. §. & ab hostibus & l. retro de capt. & propterea testm̃ ante captiuitatē factum redeunti conseruatur insti. quib. non est permis. facere test. §. fi. quod alias ipsa capitis diminutione fuisset irritatum, instit. quib. mo. testm̃ inf. §. aliquo modo. Et hæc & alia multa operatur fictio ex redito, quod creditur nunquam captus. Secundo capite pp hāc spem reditus, vt redire multi frequenter cernebantur, inductũ fuit ius suspensiuum status liberorum captiuitate patris summa æquitate. Inter ipsam captiuitatem & reditum intercurrere aliquod tempus vsus docuit, quo medio tempore si liberi sui iuris efficerentur, multa absurda sequebantur, igitur ne nouus status induceretur, ius suspensiuum constitutum fuit. Nā si filij statim captiuitate patris in suam potestatē venissent, incongruum visum fuit, vt vel pater rediens iure potestatis priuatus esset, vel reuerso redigerentur in potestatem filij semel liberati, & sic innaturale vt de priuatione ad habitum esset regressus. Cyn. in l. fi. C. de sen. pas. causam dubitationis in illa le-
29 ge fuisse dicit, † quia sunt leges, quæ dicunt filium semel patria potestate exutum, amplius non subiturum, licet causa liberationis cessauerit l. pen. §. si vero C. de adop. Eueniebatq; si filij liberati essent se gererent pro patribusfami. & res paternas vt suas administrarēt, & reuerso patre ab his facta rescinderetur, vt facta a filiisfami. quod erat incōgruum & iniquum propter
30 eos quibuscum contraxerat, † & contra regulas iuris, vt facta legitime retractaretur, etiam si ad eum casum venissent a quo non potuisset inchoari. c. factum legitime & l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. Neq; dicendum, salua manerent acta a filijs, tũ quod potuissent dissipari interim res captiui patris, tum quod fictio fuisset inutilis si res in alio actu quam relictę reciperentur. Neque esset status reintegratio, debet enim augere fictio iuris effectus l. 1. §. si vir vxori. de acq. pos. Adde quod cōtineret impossibile, vt plures eodem tempore eiusdē substantię domini essent insolidum, pater rediens & filij, quodque crederentur semper in ciuitate fuisse pater & filij patresfam. Ea propter ęquum visum fuit, status liberorũ interim penderet, donec redeat pater vel desinat posse redire. Probat̃ aperte in l. si pater inf. de suis & legi. per suspensi iuris constōnem. Noto mihi verbũ, constōnem, quod per constitutionem iuris postliminij introductum fuit ius suspensiuum status liberorũ. Probatur etiam d. §. sed si ab hostibus, vbi post enumerationē multorum casuum stabiliuit regulam, qua solutione patrię potestatis filius sit sui iuris, statim exemptionem subijciens, sed si ab hostibus &c. quāuis pater captiuus vere sit seruus hostiũ, & alios in potestate habere non possit, ait, pendet tamen ius liberorum, patet ergo iure postliminij prouisum, Quod si redierit ex hostibus pater. Item interim cuius status filij essent. Item patet iure gentium captiuos statim desinere habere iura patriæ potestatis & suitatis in filijs, adeo quod vt desinant esse sui qui
31 in medio sunt, non opus est lege Corne. † Postea lata fuit lex Cornelia primo bello Punico, vt quibusdam placet, ad validādas captiuorum voluntates, quæ capitis diminutione illa irritabantur l. si quis filio §. irritum inf. de iniust. test. inst. quib. mod. testam. inf. absurdum videbatur seruientis valere testamenta,
qui videtur. Imol. non ineleganter hic, & d. l. si is qui. [illegible]
dit non esse fictionem, sed legis dispositionem. Ego autẽ [illegible]
de aperta ratione. Nam tritissimũ omnium [illegible] est, vt nõ
plus valeat fictio quam veritas. Sed si vere esset natus, non ma
gis ad fauores quam incommoda natus esset. Quisque enim
ad vtranque fortunam æque nascitur. & iam ipsis & aliorũ.
Non diuersum ergo statuendum in ficte nato. At qui in vtero
est, commodorum duntaxat est particeps, nullis aliis profutu-
rorum, ad suam ipsius vtilitatem, non ergo fictione, sed iure
speciali gaudet fauoribus natorum. Adde, si natus fingeretur,
commoda tum obuenientia non reseruarentur in tempus na-
tiuitatis. in lege. antiqui. supra si pars hæreditatis petatur ait,
Paulus, Antiqui libero ventri ita prospexerunt, vt omnia iu-
ra integra in tempus nascendi reseruarẽtur. Prospexerunt ait,
11 quod emolumenti est significatiuum, non fictionis. † Hęc pro-
spicientia efficit quoque tempore mater libera sit, vel conce-
ptionis, vel partus, vel medio, vt ingenuus nascatur. insti. de in-
ge. §. antepe. quod non est fauore libertatis, vt vulgus putat, sed
ex prospicientia. l. qui in vtero. Hæc eadem prospicientia con-
ceptos viuo eo, de cuius bonorum possessione, aut hæreditate
agitur, & conceptos post mortem a 12. tab. reiici non impedit
l. 1. §. si quis proxi. inf. vnd. cog. & l. Titius. cum seq. inf. de suis &
12 le. † Hæc eadem efficit in casu nostro, vt is conceptus erat ante
captiuitatem matris, habeat ius postliminij non aliter, quam si
ipsemet captus fuisset. & igitur in l. pen. ff. de sta. ho. Vlp. ait, Si
prægnans mulier ab hostibus capta sit, id quod natũ erit post-
liminium habet, concepto autem apud hostes, nisi cum matre
redeat, non dari postliminium. l. 1. C. de postli. reuer. & l. diuus.
inf. de ca. Cum misterio ergo Sceuola ponit casum nurus præ-
gnantis captiuę & imperitæ propterea negant quidam, aut du
bitant, vtrum partui nostro competeret postliminium. Ad ar-
gumentum Aretini ex prædictis patet responsio. Adde Soci.
filij authoritatem, in l. 1. de vulg. in 3. q. sic loquentis, Ad l. qui
in vtero. Dicimus posthumum nõ fingi fuisse in potestate, sed
reseruantur sibi iura suorum in tempus nascendi, vt in l. anti-
qui. iure ergo fauorabili, qui in vtero est, gaudet priuilegiis na-
torum, quę in tempus natalis reseruantur, sentit hoc idem Bal.
in d. l. qui in vtero. Et si argutus adhuc speculator diceret, in ca
su nostro non potuerunt iura suorum reseruati, quæ nunquã
13 competierunt ei, qui patre & auo viuis natus est. † Respondeo,
suorum iurium tres species inuenio. s. quod qui in vtero est, qñ
pater aliqua ratione desiit esse suus, aut nascitur auo mortuo
suus, vel auo viuo suus futurus, aut vtrisque. s. patre & auo vi-
uis nascitur, & habet ius agnascendi quamprimũ pater de me-
dio tollatur. §. ille casus. In casu ergo nostro quia natus vtrisq;
viuis, & postea decedente patre per ius agnascendi factus fuis-
set auo viuo suus, nisi impediuisset captiuitas, quod ius agna-
scendi ex beneficio. l. qui in vtero. obueniens, eidem nunc re-
deunti iure postliminij conseruatum confert ius suitatis. Neq;
nouum, impeditum in vita fieri suum, mortuo parenti suum
fieri, licet in potestate nunquam fuerit, casus est in l. 1. §. quæri
potest. in fi. inf. de suis & leg. Ergo hic casus pertinet ad Vellei.
Pertinere ingeniose defendit Comensis disputãdo publice in
gymnasio Papien. quæ disputatio quo iure non rumpat, vt in-
utilis a Sceuola reiecta, a nobis negligenda est, quam similiter
ridendo Castrẽsis inquit. Papien. disputare de lana caprina. Vt
14 iterum ad obiectionem redeam † respõdet etiam Bal. in l. apud
hostes. in l. fi. C. de suis & legiti. & l. Deo nobis. C. de episco. &
cler. non valere consequentiam, non est in potestate, ergo non
est suus. exemplum. inf. eo. qui nascitur post mortem testato-
ris, nunquam fuit in potestate, & tamẽ suus nascitur. Item mo
nachus, episcopus, non sunt in potestate, & tamen sui sunt. &
alij multi casus, quibus qui nunquam in potestate parentũ fue-
rũt, & tamen sui fiunt, vt l. 1. §. quæri potest, & §. sciendum. inf.
de suis & leg. Adde, si valeret hæc propositio, non est in pote-
state, ergo non suus, ex contrario dici posset, est in potestate, er-
go suus. verumtamen nulli dubium auũ habere in potestate &
filios & nepotes, & ex eis deinceps liberos omnes. instit. de pa.
po. solos autem viuos filios suorum iure contineri. inst. de hęr.
qualit. & diff. §. sui. Areti. replicat posthumos in fauorabilibus
pro natis haberi. d. l. qui in vtero. & sic fingi esse in potestate, &
suos similiter, & monachos ficte suos, subiiciens in dispositio-
ne de suis loquente, comprehendi etiam ficte suos. l. lege Cor.
sup. de testa. Aduerte q̃ iureconsultus ibi non dicit, ficte suum
qui in potestate morientis non fuit, sed ait, dici non esse suum,
quod intelligo proprie & regulariter. Nam posthumus, mona
chus, episcopus, & cæteri iure speciali gaudent iuribus suorũ.
Ergo firma tenet regula. l. lege Corn. contra Bald. Ad illud
quod Aret. inquit, posthumum per l. qui in vtero. fingi esse in
potestate, & suum, aduerte quod ea lex nõ loquitur de posthu
mo. nec quicquam fingit, vt supra satis demonstratum fuit, &
si fingeret suum fuisse institutionis tempore, Aquil. formula
ac lex Velleia superfluæ fuissent. Sed neque fingere posset alio
præcedente in gradu, scilicet viuo patre suo, patria esse natura,
vel lege impossibile, docet glo. & Docto. in l. talis scriptura. de
leg. 2. Alex. hic faciunt verba Sceuolæ, cum ab eo non rumpa-
tur. Et nota illa verba Imperatoris, tamen suus hæres parenti
efficitur, non ait, fingitur. Postremo Aretino respondere ple-
nius videtur Imperator insti. de hære. quæ ab intest. his verbis,
Interdum autem licet non potestate parentis mortis tempo-
re suus hæres non fuit, tamen suus hæres parenti efficitur, velu
ti si ab hostibus quis reuersus fuit post mortem patris sui. ius
autem

autem postliminij hoc facit. quasi dicat, nunc redeundo effici
suũ, & non retro fingi fuisse suum, scilicet q solus reditus suffi
ciat. Idem omnes. ll. dicere videntur de partu apud hostes nato
loquentes. Et ratio potest esse, cum lex non possit habere ra-
tionem natiuitatis, solum reditum cõsiderat, per quem statim
incipit esse suus iure postliminij. Neque natiuitas, neq; mors
neque alij in captiuitate agentis actus in consideratione sunt,
quia inepti sunt ad producendos ciuiles effectus hostibus serui
entes, & quasi pro mortuis habẽtur. de reg. iur. Sed cum ab eo
testamentum non rumpatur. propter quid est, quod ab eo non
rumpitur, gl. inquit, quia potest preteriri. in contrarium est tex.
in l. si quis filio. §. sed si pater. infr. de iniust. test. vbi non institu-
tus rediens rumpit, & hic text. & in §. in omnibus a consensu.
An qui apud hostes est mortis testatoris tempore, & quem ne
mo in suitate præcedit. satis suus est aptitudine, & spe postlimi
15 nij, licet actu non sit suus, † magnę vtique vis est ista spes redi-
tus, quod vlteriores liberi non sunt interim sui. l. 1. §. si quis de-
cesserit. inf. vnde leg. & 3. §. quid si is qui. l. ventre. inf. de acqui.
16 hære. diceturque quodammodo esse in potestate suus. †, sicut
& eius filij plene a sua non censentur potestate liberati. l. pe. ƒ.
de supellec. leg. An quod rediẽs suus in quẽcunq; casum suita
tis institutus iure postliminij non rumpit, & igitur Sceuola ait,
cum ab eo non rumpatur. quasi dicat, talis suus rediens si est in
stitutus, non habet ius rumpendi. An quod illa institutio, si su-
us nascatur, extẽdatur ad eum, qui suus redit siue agnascatur?
arguit hic tex. noster, in est adaptandus, scilicet per interpreta-
tionem mentis testatoris. effectu enim similes sunt casus, vt. §.
ostendimus. & de similibus casibus idem iudicium. supr. §. &
quid si tantum. Neque est ratio ne diuersum testator maluerit
arg. l. mulier quę. ad Trebel. quod si cogitasset creditur expres-
sisse. arg. sępe allegate. l. Lucius. §. Titius. & l. 4. C. de inoff. te-
sta. & illa verba, si suus nascatur, non solent dici ad excludendũ
similes casus, sed ad declinandum vitium incapacitatis, vt. sup.
in princ. & §. vt instituens. Vltimo verisimile est, mentem sic
instituentis fuisse, a ruptura suum testamentum præseruare.
Sed nisi suus ex hostibus rediens intelligatur institutus, non
impleretur desiderium testantis. facit. l. 3. inf. de mil. test. Nihil
refert vtrum ex iure antiquo, an ex lege Velleia excludatur, sci
licet a rumpendo. Sensus iste meo iudicio, nihil refert, id est su
peruacanea & impertinens est talis inquisitio. Cum ab eo non
rumpatur, id est cum talis persona sit, quæ ius rumpendi in ca-
su nostro non habet, Patet hic sensus, quia disputando vtro
istorum iurium a rumpendo excludatur, eam indecisam dese-
rens inuestigationem transit ad illud, sed cum ab eo non rum-
patur. Nihil refert &c. aliunde, id est a persona instituti dirimit
quæstionem, si non intelligeretur institutus, non impleretur
desiderium testantis. facit. l. 3. infra de mil. test. Obseruari igitur
ex illis verbis, cum ab eo non rumpatur, argui natum apud ho
stes in quẽconque casum suitatis institutum, si vnus redeat, nõ
rumpere. Probatur, quod si rumperet, multum interesset scire
quo iure sit institutus, similiter si altero non rumpitur, sciri
non potest non rumpi, nisi cognitum sit illud quo non rumpi-
tur, quia casus sunt diuersi, vt hac lege. Et potest esse ratio, qđ
natiuitas sicut mors non est in consideratione, vt Imol. & Ca-
stren. hic dicunt, nequeuntque producere ciuiles effectus. arg.
l. quod attinet. de regu. iu. & ideo illius, qui apud hostes nasci-
tur, sicut natiuitatis ratio non habetur, ita nec temporis quo
nascitur, & verum viuo vel mortuo testatore, cum illa natiui-
tas sicut captiuitas omni iure occultetur atque supprimitur, ni
mirum si solus reditus est in consideratione, id est si suus vel
17 alienus redeat, vel viuo vel mortuo testatore. Confirmo † qđ
partui datur sine distinctione postliminium. d. leg. qui in vtero
leg. ab hostibus. §. non minus supra ex qui cau. ma. leg. si quis
filio. §. sed si pater. & §. siue autẽ. inf. de iniust. test. præter distin
ctionẽ. l. 1. C. de postl. re. & hoc sentire gl. videtur, dum ait neq;
obstat quod viuo testatore fuit natus, quia inspicio quando ve-
re fuit suus. Bal. ideo non rumpit, inquit, quia inuenit se institu
tum eo tẽpore, quo incipit obtinere iura sui hæredis. Amplius
ex prædictis collige, quod institutus si suus nascatur, nõ refert,
si apud hostes nascatur, & suus redeat. Et per hoc in casu Galli
paria esse suum nasci, & agnasci, & suũ ex hostibus redire. Itẽ
contra Aretinum, Qui suus morienti testatori non est, si agna-
scatur, habet ius rumpendi, si præteritus est, & non rumpendi,
si est institutus, similem & pleniorem casum habuimus supra
proximo. §. Quid si is. Non obstat. l. si quis posthumos. §. si fi-
lium. sup. eod. & l. si quis filio. §. sed si pater. infr. de iniust. testa.
quia loquuntur, quando impedimentum est ex persona in me
dio existen. quę locum occupat suitatis, nos autem quando lo-
cus vocat. Rursus nota, superuacuam & inutilem inuestigatio
nem esse reijciendam. Et quod superuacua & inepta est illa,
quæ non confert ad casum, de quo agitur. facit gl. magna in l. 1.
18 §. de eden. † Item vbi certa liquet legis dispositio, non est inue-
stiganda illius ratio. Quod eleganter Imo. inquit intelligendũ
respectu eius quod in lege est sancitum, secus si agatur de pro
ferenda lege ad casus non expressos, adde etiam inuestigãdam
rationem, quando agitur de tollenda. ll. contrarietate. optimus
tex. in l. 2. C. de veter. iur. en ucl. Item & absurdi aut iniquitatis
vitandæ. l. scire oportet. §. aliud sup. de excus. tut. Quæ quidem
Sceuolæ conclusio est notabilis ad multa etiam alio modo il-
lam intelligendo. Debet neutro istorum iurium rumpi testa-
mentum, quia casus hic est adaptabilis ad vtrumque ius, vt ex
præmissis atque ex se patet. Et propterea inuestigandum non
est, vtro iure non rumpatur. Vnde deducitur, quando quæstio
diuersis diuisim rationibus vel iuribus solui potest, non inter-
est, si hoc vel illo soluatur, veluti quando quid fieri diuersis in-
strumentis æque bene potest, non interest, quo instrumento
factum est. Nec quærendum, ex quo procedat solutio, post-
quam a quocunque procedat, non variatur effectus, & quan-
do habetur effectus, non est curandum de modo, etiam si me-
dia sunt contraria, vel diuersa, hic quidem contrariæ sunt insti-
tutiones, Si me viuo, si me mortuo, tamẽ omnium vnus & idẽ
finis, & effectus diuerso licet calle procedãt. Quod ad pulchras
quæstiones Doct. inducunt, vt illam peto declarari Emphyteu
tam cecidisse a iure suo, quia triennio a Canonis solutione ces-
sauit, vel quia vendidit domino irrequisito, & illum peto con-
demnari, fieri secundum ius vel statuta ciuitatis, & illam peto
rem vel extimationẽ. Et quid si copulatiue petatur? Doctores
hic plene tractant, maximę Bal. Areti. Alex. & recentiores fere
omnes. Ex facto memini agitatum, vicini fundi dominus age-
bat, ius sibi esse eundi per fundum vicinum, quia per eum locũ
iter publicũ, vel vicinale esset, obijciebatur nimis obscure agi,
& alterum; ius eligendum. Replicatum, non eo minus delibe-
rari posse, vtrum cedat, vel contendat, quia non interest, vtrum
publico, an vicinali iure impediri iter non possit. Citabatur hic
locus, & l. siue contra. §. quia Plautianum. sup. de liber. agnosc.
& l. quod si dubitet. infra de acquirenda hæredita. facit. cap. de
dum ecclesia Rothomagen. ibi, furtum quodammodo vel ra-
pinam. de electio. & cap. tertio loco. de probat. o. ibi, furtiuum,
vel adulterinum, & cap. ex parte. de foro competenti. ibi, spo-
liatorem, vel detentorem. vbi Antonius dicit esse casum in ter
minis libelli alternatiui, ad idẽ ex diuersis factis & iuribus. Ex
diuerso multum interesse dicebatur, quia aliud est populo, &
aliud est viciniæ iter deberi. Iniquumq; varijs rerum prægraua
ri defensionibus. arg. l. itemque. de dol. & l. prętor edixit. inf. de
iniurijs, & alternatione incertum non admittendum, d. l. præ-
tor. §. quod autem. vbi Bar. & idem Bar. in d. §. quia Plautianũ.
Ex altera rursus parte contendebãt, defensiones non esse per-
nitiose varias & incertas, quæ vno liberi fundi clypeo teguntẽ.
facit. l. duobus. §. colonus. supra de iureiuran. & l. si is qui te. §.
vtrum. ibi, non feci. infra. de reb. dub. Et nihilominus exonera-
ri litigatores, si vno iudicio potius quam pluribus controuer-
sia dirimatur. argu. l. quidam existimauerunt. supra si certum
petat. cum similibus. Nitebaturque Burij & sequacium au-
thoritatibus ad §. quod autem. quo nititur Barto. respon. quod
variata facti qualitate non idem effectus sequi potest. Respon-
di nihil præponi, quominus reus intelligat se ius prohibendi
itineris habere, vel non habere, quod si liqueat longissimo itũ
tempore, nec quo iure liqueat, vicinali iure itum censendũ est,
quia leuis. Bald. hic mouet. q. alias Bononiæ disputatam. Testa
tor substituit, si moritur sine filijs legitimis, quid de filijs legi-
timatis? Item statutum, quod filiæ non succedant stantibus
filijs masculis legitimis, quid in legitimatis? Quas plenius om-
nibus Aretinus hic tractat.

SVMMARIVM.

1 *Posthumus alienus nondum etiam institutionis tempore conceptus, potest hæres institui.*
2 *Nepos qui nascitur mortuo patre suo, aut qui viuo testatori auo agnascitur, non institutus, aut non recte institutus rumpit testamentum.*
3 *Institutio facta de nepote, qui suus nasceretur, potest in adoptato verificari.*
4 *Adoptari absentem non posse.*
5 *Promittens non facere, promittit factum.*
6 *Negans aliquid recte factum, non propterea fatetur illud esse factum.*
7 *Dicta ad refellendum non debent in contrarium sensum accipi.*

§. Forsitan adhuc dubitat quis, an istis casibus, si nepos post testamentũ na-
scatur viuo patre suo, deinde ex eo concipiatur, hisque mor-
tuo patre, deinde auo nascatur, An nõ potuerit hæres institui,
quia pater eius non recte institutus esset? Quod minime expa-
uescendum esse. Nam hic suus nascitur, & post mortem nasci
tur. Ergo & si pronepos admittetur qui natus erit ex nepote
postea viuo filio, atque si ex eo natus esset adoptatur.] De cõ-
muni intellectu semper dubitaui, propter multas subauditio-
nes, volunt enim omnino hic dici, q neque dicitur, neq; Sce-
uola cogitauit. Causa huius est, quod omnes pertinaciter con-
tendunt

tendunt contra vim verborum omnino vsque ad §. nunc de le
ge. de solis casibus Aquilianis tractari, quod falsissimum satis
demonstratum arbitror, & hoc §. patet aperte. Duo casus pro-
ponuntur, primus de pronepote instituto, secundum consiliū
Galli, nepote præterito, vt in prima glos. institutus enim fuit is,
cuius pater nondum natus erat. Vnde obseruandum est, insti-
tutionem Aquil. posse fieri etiam de filio nepotis posthumi &
1 alieni. † Ex quibus colligitur, nihil referre institutionis temp o-
re posthumus alienus sit conceptus, aut post ea concipiatur. fa-
cit l. placet sup. eodem, quod intellige, dummodo mortis testa
toris tempore sit conceptus l. Titius inf. de suis & leg. Aretinus
autem subtiliter, & forte verius casum cōiecturatur, scilicet ne
potem institutum, si se mortuo nasceretur, & is se viuo natus
est, ergo male institutus l. commodissime. sup. eodem arguūt
illa verba, quod nō recte institutus esset. Quibus repugnare for
tissime videt, quod nepos hic natus est viuo patre suo, de quo
necessaria non erat institutio. in §. in omnibus, & propterea nō
2 potuit esse male institutus. † Nepos autem qui nascitur mor-
tuo patre suo, aut agnascitur viuo testatori non institutus, aut
non recte institutus testamentum rumpit l. 2. C. eo. & sup. §. idē
credendum, & l. si filius supra eodem. Defenderet forte aliquis
hic tradi non sine causa nepotem natum post testamentum,
deinde mortuum viuo adhuc testatore, quo casu testamētum
reconualescit, vt plures volunt. aut perseuerat validum, vt So-
cin. filio placuit sup. in rep. l. si filius. per l. posthumus. inf. tit. 1.
& de iure ciuil. hic casus videtur magis clarus, quam in d. l. po-
sthumus. Haud minima discrepantia est inter natum & nō na-
tum preteritum. Si natus est qui preteritur, statim ipso iure nul
lum est perpetuo testamentum d. l. si filius, & d. l. 2. C. eod. & l.
filio præterito inf. tit. 1. l. inter cætera inf. eodem. Si vero in vētre
est non institutus, nihilominus valet testamētum, licet eius na
tiuitate rumpatur, qui si viuo testatore moritur, vt in casu no-
stro, testamentum adhuc subsistit d. l. posthumus, & hic secun
dum hunc intellectum est casus. Verū differre non video post
testamentum nasci, vel agnasci suum, quamuis ante testamen-
tum natus fuerit, vtroque enim casu testamentum penitus rū-
pitur. Casus est in d. §. idem credendum. ver. sane, & l. post hu-
morum loco inf. titu. 1. & hic est huiusmodi, immo fere idem,
quòd in dicto §. idem credendum. Nam vtrobique agnascen-
do fit suus, & nullus nepos natus est suus. Quid dicemus? inex-
tricabilis quidem est difficultas. An quod ibi nullo modo fuit
institutus, hic autem aliquo modo, licet nō recte institutus es-
se? Nam qui nullo modo instituit, præterire voluisse creditur,
qui vero vno modo instituit apparet præterire noluisse, & fa-
uore testamenti de alio modo potius non cogitatum solet dici
arg. l. Titius §. Lucius. sup. eod. cum si. Neque ratio diuersita-
tis videtur, maluerit vno casu esse institutum, alio præteritum.
Contrarium tamen docet l. commodissime. supra eodem. An
ꝗ ibi ex iuris scrupulositate, hic æquitate dicat nihil expauescē
dum? Sed non fuisset iurisconsultorū grauitatis, de eadem re,
& eodem prope verborum cōtextu, tam varie censuisse, expri-
mit ratio non expauescendum, quia suus, & post mortem na-
scitur. An quod alia ratione fuit non recte institutus, Ingenio-
si speculentur. An contextus est ita mendosus quod eius verus
sensus percipi non possit? Inclinat proculdubio animus. In ar-
chitipo Pisano non similiter scriptū legi. At qui longe in hoc
§. est mendosior. Fallitur, qui putat enim esse matrices Pande-
ctas illas Iustinianas. Non aliud quippe sunt, quam exemplum
quoddam vetustissimum, & idcirco cæteris venerabilius. Glo-
satores, & Doc. sentiūt, nepotes viuo patre suo decessisse & per
hoc agnasci non contigisse. Colligūt ex illis verbis, isque mor
tuo patre, deinde auo nascat, & hoc modo bene tollit contra-
rietas. §. idem credendum, & ad Vell. pertineret, quod ipsi fere
non possunt. Vnde fit, non fuisse necessariam de eo instōnem,
vt in §. omnibus, & idcirco quęro, quare Sceuola dubitauit de
substōne pronepotis, & eius patre quomodo potuit esse nō re-
cte institutus? Si instituí non oportebat, de indubio, me Deus,
casu dubitasset. Prætereaq; natus est mortuo patre & auo tan-
tum, proculdubio viuente proauo testatore natus est, & aperto
in casu Velle. Nulli enim apparet proauū testatorem præmor-
tuū. Si ad Aquilianam solū pertinet hic tractatus, exigit mors
testatoris immediate pręcedat natiuitatem posthumi, & ideo
forte non male acciperemus, mortuo patre, deinde auo .s. ma-
iore, & eius filium ante omnes obijsse. Innuunt hoc illa verba,
quia pater eius non recte institutus esset, nisi enim filius testa-
toris præmortuus fuisset, non potuisset esse male institutus ne-
pos. Item & illa verba, nam suus nascit, & post mortem nascit,
nisi intelligas de morte testatoris, non pōt hic casus ad Aquiliā
pertinere, etiam si ex hostibus redijsset omnibus defunctis, ne-
cesse est testator sit vltimus morientium, alioquin suus redire
non potuisset. Si vero accipis verbum, Aui, proprie non potest
euitari, quin viuo proauo testatore nascatur, & quod casus erit
sine scrupulo Vellejanus, & illa verba, pater non recte institu-
tus, remanent inepte, & impertinenter dicta. Si volumus non

frustra dicta, necesse est testatoris filius de medio ante omnes
sit sublatus, vt nepos fiat suus, & non recte institutus, & tunc
incidimus in scyllam. s. §. idem credendum. Secundus casus est
ibi, ergo & si pronepos &c. vbi quæritur, Quid si facta institu
tione de nepote posthumo, & nepos natus filiū genuit, moxq;
moriat viuo patre & auo testatore, testatorque adoptet prone-
potem in nepotam quasi ex filio natum? Nunquid admittet is
ex institutione de nepote facta proinde atq; si naturalis nepos
3 fuisset? Concludit Sceuola admittendum † Nota instōnem fa
ctam de nepote qui suus nasceret, in adoptiuo etiam verificari
illa similitudine, quod instō si nascatur, porrigit ad illum, qui
agnascitur. Sane agnascendi iure & adoptiuus, & naturalis ca-
sus continetur hic. Nullo modo asserenti possum illis diuina-
tionibus glos. & Doc. de captiuis apud hostes, & emancipatis,
& vt addant subauditionibus subauditiones, & diuinationibus
diuinationes. Non satis fuit fingere pronepotem hostibus ser-
4 uire, verūetiam adoptatum, † & quoniam absens adoptari ne-
quit l. post mortem. §. fin. sup. de adop. aliam superaddūt diui-
nationem .s. rescripto principis adoptatū. arg. l. iubemus. C. de
eman. li. Quibus fortissime repugnat, nullo iure seruos hostiū
adoptari posse, impatiens proculdubio est patrię potestatis ca-
ptiuitas, nam ad eum casum res venit, a quo incipere non pōt,
insti. quib. mod. ius pa. po. sol. Dicet fortassis alius, rediens post-
liminio fingit semp in ciuitate fuisse, & sic præsens adoptatus,
tunc, ꝗ quid opus fuit principis rescripto? Esto fingi iure post-
liminij adoptatum in ciuitate, nonne consequens fit viuo auo
agnatum, & propterea non ad Velle. pertinere. & sic omnes
subauditiones, & diuinationes subuerti? quas etiam Aretinus
detestat. Non recte institutus, pro nullo modo institutus glos.
accipit. Ex qua collige dici non recte factum (quod faciūdum
erat) si non fiat, & sic non facere est .i. non fecisse, qđ fieri opor
5 tuisset, † & hinc est, quod qui non facere promitt t, factū pro-
mittit. l. 2. §. idem si in facto inf. de verbor. oblig. Hinc Bal. ele-
6 ganter notat, † eū qui negat non recte factū, non propter ea fa-
teri quid esse factū, siue nudū factū. Considera hoc sermone,
non recte institutus, negatā videri solā qualitatem rectitudinis
Vtrū propterea videatur reliquum fateri, quęstionis est. facit in
ar. l. cum prætor. sup. de iud. Item qui negat qualitatem non ne
gat subiectum, pōt enim qualitas abesse integra substantia re-
manente l. in delictis §. si detracta sup. de noxa. Nam si institu-
tus non fuisset, inepte Sceuola dixisset, non recte institutum, &
ideo melior Aretini intellectus, videamus an distingui possit,
aliud in excipiente, aliud in asseuerante. Excipientis enim pro-
7 priū est refellere, † & dicta ad depulsionem non dicunt accipi
in contrariū sensum cap. exceptionem obijciens. de re. iu. in 6.
Bar. in l. non vtiq; inf. de excep. cano. in c. cum venerabilis. eod.
tit. Si verum amamus qui negat recte institutū, neq; negat, ne-
que fatetur institutū. Quæstio autem negantis factum qualifi-
catum varie tractanda est, ex personis, ex causa, ex loco, & tem
pore. Item vtrum totū, an sola qualitas negata videatur. Si qua
litas, quid de reliquo nudi facti? Num negatum, num confes-
sum, an neutrum? Rursus an omnium qualitatum eadem sit
tractatio? cum aliæ sint formales, aliæ accidentales, de quibus
plene in disputatione mea Perusina. Item not. æque suorum
iura in adoptiuis filijs, atque naturalibus legitimis valere. Neq;
mirum, cum ex eodem iure ciuili descendat. Tractat hic. Bart.
& post eum recentiores, vtrum legitimatio peti possit per pro-
curatorem, similiter specialis affinitas nū contrahi possit. Quæ
rit idem Bart. in §. nunc de lege, vtrum legitimatus post mor-
tem possit fieri suus.

SVMMARIVM.

1 *Filius in re certa institutus testamentum inofficiosum non dicit, ad supple-*
mentum legitimę duntaxat agit.
2 *Partis vocabulo simpliciter enunciato significari dimidium.*
3 *Exhæredari posse eum, qui potest institui.*
4 *Exhæredationem non valere, nisi aliquo instituto in eo gradu, a quo fit ex-*
hæredatio.
5 *Exhæredatio non rite facta præteritionis loco habetur.*
6 *Intestati causam sola testati causa facit cessare.*
7 *Exhæredatus filius desinat necne esse suus.*
8 *Exhæredationem non eximere filium a patria potestate.*
9 *Suorum duo genera.*
10 *Testamentum, in quo filio præterito nepos ex eo est institutus, nullum esse,*
etiam si filius viuo testatore decedat.
11 *Præter hæredem facere non potest.*
12 *Bonorum possessionem dari secundum tabulas, quomodo accipiendum sit.*

§. In omnibus His speciebus illud obseruandum
est, vt & filius (dumtaxat qui nō po-
testate est) ex aliqua parte sit hæres institutus. Nam frustra ex-
hæredabitur post mortem suam, quod non est necesse in eo,
qui apud hostes est, si ibi decedat, & certe in nepote, & prone-
pote,

pote, quorum si liberi heredes non instituuntur institutionem
nunquam exigimus, quod præteriti possunt.] Tres tradunt ge
nerales regulæ, quas optime colligunt glo. & Bal. Prima, quod
omnino filius suus insolidum vel ex parte, l. quotatiua institua-
1 tur, alias testamentum est ipso iure nullum. † Hodie autem, in
quit Bal. etiam institutus in re certa non nulliter instituitur. per
§. illud quoque ca. in authē. vt cum de appel. cog. neq; de inof-
ficioso agitur, sed solum ad supplementum legitimę. l. omni-
modo. C. de inoffi. test. Aduerte, quod olim etiam institutus in
re particulari, non dato cohærede, non iniustum reddebat te-
2 stamentum. l. 1. §. ex fundo. inf. de hæred. inst. Et obserua † licet
vox partis simpliciter dictę intelligatur de dimidia. leg. nomen
filiarum. §. portionis infra de verbor. signifi. & leg. de ætate. §. si
interrogatus supra de inter. act. cap. 2. de decimis. in 6. tamen
adiectio ex aliqua parte, potest intelligi etiam de minima & sic
incerta est enunciatio. glos. no. in Clemen. 1. de foro competē.
& propterea interrogatus si respondeat se hæredem, aut pos-
sessorem aliqua ex parte, non potest intelligi de dimidia, & ma
gis est obscure respondisse. Quid si dicat aliquis partem suam,
an intelligatur de dimidia, gl. in d. §. portionis. sentit esse adie-
ctionem eiusdem effectus quod, aliqua, quia verbum suū adie
ctum ibi exemplificat. in l. 1. C. de iur. emph. vbi scriptum est,
partibus suis, quæ vox nō verificatur in dimidia. Sentit ergo gl.
per adiectionem, suam, non intelligi magis de dimidia, quam
alia facit text. in d. §. portionis. & l. recte. ff. de verbo. sig. Nam
3 frustra exhæredabitur post mortem suam, † quoniam regula-
re est eundem posse exhæredari, qui potest institui, & nulli im-
posita magis necessitas instituendi, quam exhæredandi, & al-
tero facto testamentum est valiturum. l. inter cætera. infr. eod.
& instit. de exhæred. liber. in princ. hic autem omnino exigitur
institutio, & nullo modo exhæredatio. Vnde nota in casu Gal-
li exhæredationem fieri non posse, & omnino filium instituen
dum, & sic fallentiam ad l. inter cętera. Ratio, quia posthumus
4 institutus est post mortem filij & testatoris. † exhæredatio au-
tem non valet non alio instituto in eo gradu, a quo exhæreda-
tur. l. si ita scriptum. §. fi. supra eod. nisi aliquis sit institutus. ne-
mo non scriptus adire potest, & hæreditate non adita nullius
momenti est exhæredatio. l. filium. §. sed cum exhæredatio. inf.
de contratabu. & l. si nemo. infra de re. iur. & ideo Sceuola ait,
Nam frustra exhæredabitur post mortem suam. Quia nepos
posthumus instituitur, si se viuo filius decedat, & sic filij exhæ-
redatio, cum non possit sortiri effectum ante aditam hæredi-
tatem, adirique non potest nisi post mortem suam & testato-
ris, ergo post mortem suam intelligitur exhæredatus, quod fie
5 ri non potest. † Nota ergo exhæredationem non rite factam,
pro præteritione haberi. simile est. supra in l. si ita scriptum. §.
fin. & non rite fieri, quoties in eo gradu alius non instituitur,
quoniam nugatoria censetur, Castrensis inquit, quoties certū
est non futuram aditionem exhæreditatis viuo exhęredato,
per quam oportet exhęredationem confirmari. l. filium. §. sed
cum exhæredatio. infra de contratab. & hic, & ratio est secun-
dum Alexan. supra in dicto §. fin. l. si ita, quod ante aditam hę-
reditatem non potest de inofficioso quęrelari quę nō quadrat.
Cogita, an possit dici, quod exhęredatio sit ad excludendum a
successione filium, sed vel non alio instituto, vel destituto testa
mento filius ab intestato succedet iura non patiuntur quem si-
6 ne herede decedere, † & cautam intestati sola testari causa fa
cit cessare. l. quamdiu. de acquiren. heredit. cum vulg. & ideo
opus est alius sit hęres, qui adeat ex testamento, ad hoc vt exhę
redatus a successione sit exclusus, & propterea Sceuola ait, fru
stra exhęredabitur, id est priuabitur, cum nihilominus ab inte-
stato successurus sit tanquam pręteritus. Quid si filio exhęre-
dato, & altero filio instituto, nepos posthumus instituatur in
casu Galli, an iniustum sit testamentum? & vtique non minus
hoc casu post mortem suam exhęredatus videtur. Ex quibus
palam fit, in casu Galli etiam alio instituto non valere exhęre-
dationem, & ideo Sceuola monet omnino filium instituendū,
7 & non exhęredandum. † Videamus, nunquid per exhęredatio
nem filius desinat esse suus? Non mouerem, nisi Barto. in l. 1.
§. sciendum. infra de suis & leg. dixisset desinere esse suum, per
illum textum, quod inducit ad quęstionem statuti excludentis
filias, quem Alex. ibidem sequitur. gl. in l. qui in aliena. §. inter-
dum. inf. de acquir. hęr. dicit exhęredatum haberi pro mortuo.
allegat auth. de hęr. & Fal. §. exhęredatos. quorū quis maxima
sit authoritas, attamē plus in contrariū me mouet textus aper
tus in l. si quis posthumos. §. si filium. §. eo. in d. l. si quis filio. &
in l. si quis filium. C. de inoff. testam. vbi exhęredato filio & ex-
traneo instituto nepos pręteritus non respondit. Rationē assi-
gnant ibidē Vlpianus & Imperator, quia pater exhæredatus eum
8 pcedit, ergo p exhęredationē non vacat locus suitatis † facit quod
p exhęredationē neq; desinit esse in patr s ptāte, casus est. §. in
l. filio. vbi emancipatus p adoptionē rediens in ptāte, nihilomi-
nus & exhęredatus, & in ptāte remanet. probat. in ll. quib. mo.
ius pa. pō. sol. vbi exhæredatio nō numeratur inter modos sol-

uendę patrię potestatis. Non obst. d. §. sciendum. quo nititur
Bart. quinimo contrarium potius probat, cum non dissimilis
casus a casu d. l. si quis filio. De materia tractāt Angel. & Imol.
§. in l. filius a patre. Bar. in d. §. interdū. l. qui in aliena distinguit
in quo plures consentiunt. Areti. in l. sub conditione. & l. filius a
9 patre. sup. eo. & in d. §. interdū, varie loquitur † Ex quibus. ll. vl-
tra doc. no. duo esse suorum genera. Vnum eorum, quos hęre-
des fieri oportet, & hi sunt quos mortis testatoris tempore ne
mo pręcedit, de quibus hac lege. Aliud eorū, qui alios nō pię-
cedūt, sed post mortem agnascendo primi sunt, quibus ab in-
testato defertur hæreditas, testamento aūt facto nullū ius hñt,
nisi viuo testatori agnascerent, tūc enim quasi posthumi non
instituti rumpunt. Hanc distinctionem didici ex. l. scripto. infr.
vnd. lib. d. l. si quis filio. & d. §. sciendum. & d. l. si quis filium. C.
de inof. test. iuncto. §. nunc de lege. & l. posthumorū loco infr.
de iniust. test. Item aliam diuisionem Doctores colligūt ex d.
Bart. in d. §. interdū s. quod alij sui sunt directo, alij vtiliter, vt cla-
10 rius distinguit Aretinus in d. l. sub conditione. Vltimo nota † li-
cet præteritus filius in potestate viuo testatore decedat, & ne-
pos ex eo sit institutus, cui legitima deferē ab intestato aui hæ-
reditas, nihilominus testamētū est ipso iure nullum, & ad hoc
allegatur. In contrarium esse videtur. l. posthumos. §. idē & cir-
ca inf. de iniust. test. Bal. refert de hoc a Doctoribus diligenter
quæri. Imo. dupliciter soluit. Aretinus eius solutiones deridet.
Comensis in rep. l. si filius qui. probat illam distinctionem, ibi
de iure prætorio, hic iure ciuili, ex cuius tamen verbis conclu-
di potest, Gallum & Sceuolam frustra tantum laborasse. Ego
autem Galli formulam necessariam arbitror, si finem spectes.
neque facile mihi persuaderi potest, testamentum reconuale-
scere, quamuis bonorum possessio secundum tab. detur. Finis
Aquilianæ est, alienos posse fieri legitimos hæredes, vt supr. in
prin. multis. ll. & rationibus ostendimus, & in consequentiam
venit conseruatio testamēti. Non enim hoc principaliter egit.
vt non rumperentur testamenta, sed vt omnes intelligerent
iure. 12. tab. ex testamento posse succedi, absque eo quod recur
11 rerent ad prætorem †. Pretor non potest heredes facere. insti.
de bo. poss. §. quos autē. ergo vt legitimi hęredes fierent, neces-
saria fuit obseruatio Aquil. vt casus est in l. pen. de lega. 1. & hic
iūcta. d. l. posthumus. inter quæ non minima differentia, & per
hoc vtilitas. Si fuerint legitimi ipso iure sui sunt hæredes, estq;
eorum ius perpetuum. Bonorū autem possessor non nisi præ-
toris authoritate & causa cognita olim efficiebat. si intra annū
impetrabatur. insti. de bo. pos. §. pe. Hinc attentari posse puto,
testamentum non reconualescere iure prætorio, quia ex inte-
ritu ad vitam non est regressus. l. si decem. §. si aream inf. de sol.
Quomodo ergo datur bono. pos. secundum tab. si nullę sunt,
ex iure enim factis tabulis bonorum possessionem prętor pol-
licetur. forte non male respondetur, non semper bonorum
possessionem dari ex tabulis validis. nam ius ciuile volūtatem
& solemnia simul respicere videtur, prætorium autem solam
12 interdum voluntatem tuetur. † & dat bo. pos. secundum tab. i.
secundum voluntatem in tabulis scriptam, & non ex tabulis. i.
ex testamento. testamentum enim non est, quod nullum est. l.
2. §. testamentum. inf. quemad. te. ap. C. Plinius minor, scriptus
hæres, legata se præstare non ex testamento, in quo inutiliter
relicta erant, sed volūtate, quam pium & religiosum custodiri
fore scribit in epistolis. Non ego frequentius dari secundum
ta. i. ex tabulis validis, & regulare esse. Excipiuntur tamen casus
in d. l. posthumus. & cogita, vtrum hæc distinctio probanda sit
& an ad l. filio præterito. possit adaptari, vtrobique enim æqui-
tas & voluntas nulli noxia dominatur.

S V M M A R I V M.

1 *Temporis initium significari his particulis, ex eo tempore, exinde, ex illo.*
2 *Suum hæredem nasci, & suum futurum hæredem nasci, differunt.*
3 *Clausula hæc, pro se & suis ex linea masculina descendentibus, quos com-
prehendat, quosue excludat.*

§. Nunc de lege Velleia videamus quę voluit viuis nobis na
to non rumpere testamentum. Et videtur primum caput ad
eos spectare, qui cū nascerentur, sui hæredes futuri essent. Er-
go si filium habeas, & nepotem nondum natum ex eo hęredē
instituas, si filius decedat mox viuo te nepos nascaē, & verius,
dicendum est non rumpi testamentum, vt non solum illud
primo capite notauerit, si nepos ex eo tempore instituaē, quo
filius non sit, verumetiam si viuo patre nascatur. Quid enim
necesse est tempus testamenti faciendi respici, cum satis sit ob-
seruari id tempus, quo nascitur? Tametsi ita verba sunt, qui
testamentum faciet, is omnis virilis sexus, qui ei suus hæres fu-
turus erit &c.] Aquilius docuit, quemadmodum qui testa-
menti tempore nepotes posthumi alieni quirent institui. si te-
statore mortuo sui nascerentur. L. Velleia etiam si viuo testa
tore mor-

tore mortuo aut agnascerentur, permisit institui, quæ lata fuit interrogante L. Iunio Velleio cons. Claudio imperãte, & ideo Velleia appellata, quod eo rogante lata fuit, vt Pompeia, Iulia, Cornelia, & cęterę similes. Eodem similiter authore pro mulieribus Sen. Cons. Velleianum factum fuit. Errat quisquis iurisconsultoria authoritate latam putant, contra. §. lex est. insti. de iur. nat. gen. & ci. Sceuola nunc aggreditur legis Vell. interpretationem, licet superius quæstiones fecerit de quibusdam casibus, vtrũ ad hanc legem pertineret. Duo itaque legis Sceuola tantum capita aggreditur. De primo tractat hic, de secũdo. inf. §. etiam si parente. Primum caput communiori opinione duos casus continet. Primus est vētris instituti iam mortuo filio, ac nascentis viuo auo. Secundus casus est instituti filij, & substituti ex eo nepotis, si suus futurus nasceretur. Mihi autē vnum tantum casum cõtineri persuadeo, quod & Bar. & Castrensi placuisse videtur. in quo duo coniunctim requiruntur, q᷈ nepos instituatur, si filius decedat, & nascatur, viuo auo testatore probatur ex themate proposito, ibi, si filiũ habeas &c. Si Sceuola quæreret de instituto nepote post mortem filij, inepte tale thema proposuisset. Item probatur illis verbis, si nepos ex eo tempore quo filius non sit instituatur. quę non accipienda arbitror vt cæteri intelligunt. s. ꝙ institutionis tempore filius non esset, sed vt institutio in id tempus conferatur, quo filius non sit. si nepos, ait ex eo tempore instituatur, quo filius non sit, id est, extunc quo filius non sit. alias non dixisset, ex eo tempore instituatur, neque vsus fuisset verbo futuri temporis,

1 sit † Hæc verba, ex eo tempore, exinde, ex illo, eiusdem sunt significationis, initium temporis significantia. bona glo. tex. & Bar. in l. 1. §. annum. ff. de iti. actuque priu. Idem Bar. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. insti. quib. quib. mod. ius pat. pot. sol. §. sed si ab hostibus. in fin. & l. quid si filius. inf. de cap. Accedit ratio, cui non satis video responsum, quod lege. 12. tabu. poterat institui suus nepos, & ideo lex Velle. superuacua fuisset in hoc. Et verius est, non rumpi, vt non solum illud primo capite notarit, si nepos ex eo tempore instituatur, quo filius non sit, verumetiam si viuo patre nascatur. Ecce quam aperte probat, nõ rumpi testamentum, secundum propositum thema, in quo nepos institutus est, viuo adhuc filio, & eodem mortuo suus futurus, id est viuo auo nascitur. Quod si illa verba, ex eo tempore instituatur &c. intelligantur de institutione fienda mortuo iam filio, inepte Sceuola argumentaretur ad q. propositam. Viuo patre. i. patre filij mortui, vt omnes fere & recte intelligunt. Nam si intelligeremus viuo patre ipsius nepotis instituti, contradiceret. inf. §. ille casus. vbi Sceuola inquit primo capite permitti institui nondum natos, qui cum nascerentur, sui erunt, posteriori capite non permitti &c. clarius etiam probatur illis verbis. Videtur primum caput ad eos spectare, qui

2 non nascerentur, hæredes sui futuri essent. † Nota non idem esse suum hæredem, & suum futurum hæredem nasci. Suus nascitur, qui mortuo testatori auo nascitur, suus futurus, qui viuo auo nascitur, vt hic, & in §. ille casus, de quo latius differuimus. supra in quæstionibus, & in §. quidam. Quid enim necesse est tempus testamenti tempus faciendi respici, cum satis sit obseruari id tempus, quo nascitur? Respondet obiectioni quorundam existimantium tempus testamenti inspiciendum. quod probare nitebantur ex illis verbis legis, qui testamentum faciet. propter quid satis est obseruari tempus solũ in quo nascitur? existimo, quia institutio conferenda est in tp̃s, quo nascitur. Si suus futurus nascatur, vt ibi hæredem instituas si filius decedat. quamuis verba sonare videantur tempus testamenti. Et ideo ait, tametsi ita verba sunt. s. legis, qui testamentum faciet. tametsi, vt in archetypo Pisano, pro quamuis accipio, sic etiam Aret. & non pro certe, tum ꝙ non reperitur talis significationis, tũ quod non congrueret præcedentibus & sequentibus. fatetur enim Sceuola, talia esse verba testamēti faciendi tp̃s sonantia, nihilominus ea non attendenda, quia satis est nascatur suus futurus ex legis sententia, quæ alioquin non differret a lege. 12. tab. quæ solum tp̃s testamenti obseruat. Is omnis virilis sexus, qui ei suus hæres futurus erit &c. imperfecta adeo est oratio vt nescias in quem sensum accipienda sint verba. gl. multum laborat, & quo plus iudicij adhibeas, plus diuinando inuolueris. Hæc verba omnis virilis sexus &c. Accursius actiue accipit de eo, qui testamētum facit, ꝙ verificaretur de solis masculis. Paleus intelligit passiue. s. de his qui instituũtur, & verificantur etiam in fęminis natis ex masculis tantũ, id est ꝙ tam neptis quam nepos ex filio possint institui. facit. supr. ead. l. in prin. ibi, si quis mihi nepos, siue quæ neptis. No. igitur hanc differentiam inter actiuam & passiuam de eis enũciationem, vtra autem verior, postea videbimus. Bal. infert ad stipulationē emphyteusis pro se & suis descendentibus per virilem sexum, vt comprehendatur etiam neptis ex filio, non autem nepos, neque neptis ex filia, & sic fęmina ex masculo contine-

3 bitur, & non masculus ex fęmina. † Quid si stipulat̃ pro se & liberis sui ex linea masculina? Castrēsis in l. maritus. C. de procu. refert se consuluisse non contineri filiam, neque ab ea descendentes, ea ratione inquit, quod linea fęminina incipit ab ipsa filia, & ideo non diuersum iudicandũ de capite. quam sequentibus. per. d. l. maritus. & Alexand. hic sequi videtur, & Areti. probat. Ex quibus nota aliud esse dicere de descendentibus virilis sexus, seu per virilē sexum, & aliud est esse de linea siue ex linea masculina. Quid si stipulatur pro suis descendētibus masculis, Spec. tit. de locat. †. nunc aliqua. versic. 146. putat non cõtineri nepotem ex filia per rationem. l. si viua matre. §. 1. C. de bon. mat. sequitur Bald. in l. 1. C. de condi. insertis. & Io. And. in addit. Specu. in Rubri. de test. dum recitat disputationē Ricardi Malũb. Idem Castren. hic. Si stipulatur pro suis descendentibus virilis sexus, siue descendentibus per virilem sexum, venient etiã neptes ex filio, nec requiritur quod sit virilis sexus secus autē putat, si dicatur pro descendētibus masculis. Quod est notandum. Collige ergo ex mente gl. & Docto. esse eiusdē significationis hos sermones, stipulari pro descendentibus virilis sexus, & descendentibus per virilem sexum, & descendentibus per lineam masculinam, quod his casibus veniunt fęminę ex maribus descendentes, & non masculi ex fæminis. Et diuersum est dicere, pro descendentibus masculis, quod non fęminę, sed solum masculi continentur. Idem si dixeris ex linea seu de linea masculina, secũdum Castren. in d. l. maritus. Quæ licet omnium vna sit sententia, & in scholis & iudicijs recepta nunquam fatebor ex significato verborum non idem esse dicere vel stipulari. pro descendentibus seu liberis virilis sexus, & liberis masculis, imò plenius dicimus virilem sexũ quam masculos, nam solo sexu mares a fęminis discernuntur, & nominantur. Mas enim dicitur, quod fortior ac generosior sit a matre masculus diminutiue, qui non potest significantius exprimi & demonstrari, quã per sexum, dicendo virilis sexus. quæ quod sit debilior vox ad excludendas fæminas, cõtra naturam & vim vocis est. & hoc text. nullo modo probatur, in quo imperfecta est oratio, & eclipsata pænitus. Ex vero itaque significato nihil inter se differt dicere liberos virilis sexus, & liberos masculos, siue masculini sexus. & si vero verius est, nullo modo verbis virilis sexus fæminas posse comprehendi, veluti ex contrario venire non possunt mares appellatione fæminini sexus, licet alia ratione turpioris exempli sit, vt lege, si ita scriptum. de legatis secundo, fateor tamen stipulatione pro descendentibus per virilem sexum fæminas ex masculis natas contineri. bonus textus in l. lege. 12. tab. C. de leg. hære. & alij similes, qui hic ab Alexandro allegantur. quia verum est dicere, neptem ex filio natam ex liberis virilis sexus per virilem sexum descendisse, sicut descendentes masculi ex filiabus nostris recte dicimus per fæmininum sexum, & propterea non idem est dicere hi liberi sunt virilis sexus, quod significat masculos, & dicere liberos per virilem sexum. Nam non omnes descendentes per virilem sexum mares procedunt, quoniam natura virilis ęque se habet ad vtrunque sexum gignendum. lege, maximum vitium. C. de liberis præteritis. Nota illud Castrēsis, inter descendentes ex linea, seu de linea masculina fæminas nullas contineri. de quo semper dubitauit, nisi validior ratio afferatur, quam illa, si linea fæminea excludatur, ergo & caput ipsius lineę, q᷈ est ipsa prima filia. argu. d. l. maritus. C. de procu. facit melius in eo iudicio. l. familię appellatione. inf. de ver. sig. vbi appellatione familię princeps continetur. His contradiceret Geometra, licet punctus principium lineę sit tamen non est linea. & Arithmeticus, monas licet principium numeri sit tamen non est numerus neque numeri. a quibus differre non videtur fæmina, cum ipsamet sola sit caput & finis suę familiæ. lege, pronunciatio. §. finali. & l. familię. inf. de verb. sig. Hinc existimo, veluti ex fæmina non ducitur familia, ita nec proprie linea ducatur. Neque video, cur fæmina ex maribus nata, nõ vere & proprie ex linea, siue de linea masculina dici possit, licet in ea desinat linea masculina. Neque ex vsu linguę Latinę, neque aliquo iure didici in huiusmodi. qq. plenioris significationis esse dictionem, per quam dictionem, ex & de, vt per Bald. in l. ex arrah. C. de acti. empt. Si quæreres, vtrum filia sit in linea masculina, intrepide negarē, propter sexuum repugnantiam. & ideo de & ex linea esse, recte dicitur, & per lineam, si verbum descendens adieceris, quæ disputationis gratia sint dicta.

SVMMARIVM.

1 *Suum nasci, & agnasci suum, paria esse, quod attinet ad succedendum ex ex Velleia.*

§. Etiam si parente Viuo nascitur &c.] Sceuola hic interpretatur secũdũ caput legis Velleiæ, in quo nihil de posthumis tractatur, sed de nepotibus & pro nepotibus ante testamentum natis instituendis, vel exhæredandis. Differt a primo capite, in quo tractatur de posthumis futuris suis, hic de iam natis, illię permittunt

mittũtur institui, hic instituti vel exhæredati vtantur rũpere, vt clarius in . ille casus. Habent hoc cõe, q sicut illi præteriti natiuitate rũpunt, sic isti agnascendo rũpunt, vnde gl. in prin. sup. apparet quasi posthumos iure cõsultũ posthumorũ loco

1 accipere in l. posthumorũ inf. de iniust. testa. † Ex quibus nota paria esse ex lege Velleia, nasci, & agnasci suũ, quo ad vim succedendi & instituendi, vel exhæredandi. Et similiter paria fuisse ex l. 12. tab. quo ad vim rũpendi, nasci, & agnasci suũ, & toto hoc. §. laborat in declarando quõ quis intelligitur desinere esse suus. Ex hoc. §. & d. l. posthumorũ liquet, natos nepotes viuis adhuc patre & auo nõ licuisse instituere l. 12. tab. & hac lege Velleia prouisum fuit posse institui, vt in d. l. posthumorũ, & hic legitur, & certum est, tales nulla rõne potuisse posthumos esse. Vnde colligitur inhibitos institui, non quia posthumi, sed quia non sui, & sic contradicere videtur. §. posthumo. instit. de leg. & bono. possess. in princip. quod si verum est, superuacua foret omnis disputatio, de qua supra in quæstionibus, an posthumi incertorum numero essent, & quare de eis sic constitutum. Innuunt ergo hęc iura, suos inutiliter institui substitutionis titulo ante legem Velleiam. Mouet hãc quæstionẽ. Imol. & Alex. tractat in. §. videndũ, & in filio idẽ Alexand. in l. inter cętera in fi. & est glossa notabilis, & ibi Imol. in l. pr͞im impuberes inf. de vulg. Posset forte respõderi iure nouo cõpilatorio, & post legẽ Velleiã, sed iure duodecim tabu. secus, vt hic, & d. l. posthumorum, quibus videtur non posse responderi, & ratio coniecturalis, quod suos. 12. tabul. voluerunt omnino primæ institutionis titulo honorari. nihilominus quo plus speculaberis, plus diuinabis, nec semper despiciendum est illud imperitorum refugium l. non omnium. sup. de leg. tum præsertim ob Grecanicam aut Tribunianam inuidiam, quæ ne vestigium quidem. 12. tabu. ac ll. vetustarum venire ad nos passa est. Vltimo tractant hic Bar. Bal. & docto. de significatione verbi, hæredis pulcherrimas & vtilissimas quæstiones interserendo.

SVMMARIVM.

1 *Interpretationem recipiendam non esse, quę fit repugnantibus verbis legis.*
2 *Captiuitate ius hæredis admittitur.*
3 *Nepos, cuius pater captiuus est apud hostes, interim non est auo suus, sed est status pendentis.*

§. Videndum est num posteriori parte, si quis ex suis hæredibus suus esse desierit, liberi eius & cæteri in locum suorum sui heredes succedunt & c.] Testator habens filium captiuum apud hostes, & nepotem ex eo natũ domi, instituit filiũ, & nepotẽ substituit, filius in captiuitate decessit mortuo testatore, quærit Sceuola, vtrum nepos succedendo rumpat, aut non rumpat & sic vtrũ per interpretationem lex possit induci ad hunc casum, & per hoc fateri videtur verbis legis non contineri, ergo interpretatio ducenda ex legis sententia, & laborat ostendere verba non

1 repugnare illa recitando. † Vnde collige, repugnantibus verbis interpretationem non recipiendam l. prospexit, qui & a quib. bonus text. in l. ab omnibus de leg. 1. in princ. ibi, cum & significatio verborum non repugnet, & ideo hic ait, Nihil enim addidit, quo significaret tempus. Videamus, quæ causa dubitandi fuerit. Et ea ex verbis Sceuolæ colligitur, licet hic filius post testatorem mortuus fuerit, nihilominus ostendit Sceuola viuo testatore desijsse esse suum, non ex die mortis, sed ex die captiuitatis. Duplici iure, scilicet iure gentium, seruus hostium factus, mox desijt esse in potestate & in suitate, & Corneliæ fictio est, quia non redit, neque redire potest, mortuus creditur viuo patre, & ideo ait Sceuola, audacter possis dicere hunc viuo testatore suum esse desijsse. Et ad taci tam obiectionem, quod nihilominus nepos viuo testatore factus non est suus, sed status pendentis, respondet, nihil enim addidit scilicet lex, quo tẽpus significaret scilicet agnascendi, & ad hoc probandum recitat verba, si quis ex suis hæ-

2 redibus & c. † Ex quibus nota sola captiuitate amitti ius suo-

3 rum. Item † quod interim nepos non efficitur suus, sed status pendentis, a ias. 12. tabul. potuisset institui, vt supra in. §. Quid si is latius differuimus.

SVMMARIVM.

1 *Mentem legis coniecturatam prævalere scripto etiam aperto.*
2 *Interpretatio extensiua in correctorijs quando admittatur.*
3 *Correctio legum per tacitos & subauditos intellectus induci potest.*
4 *Expressum quid dicatur.*
5 *Coniunctionem diuersorum capitum eiusdem legis permissam esse ad decisionem casus emergentis.*

§. Ille casus in difficili est. Ita legitur, & bene est, in archetypo Pisano super recognito iussu & beneficio Leonis 10. Pont. Maxi. Iste, §. per se facilis est, quamuis difficilem casum decidat. Difficultatis ratio meo iudicio est duplex, prima quod nec verbis testatoris, secunda, quod nec verbis legis contineatur. Et in hoc scriptum est apertũ, & propterea difficile fuit interpretationem admitti voluntatis l. ille aut ille inf. de lega. 3. verba enim testatoris, cum fieret institutio de nascituro nepote, debuerunt esse secundum primum caput legis Velle. si filius me viuo meus esse desierit, nepos qui mihi ex eo futurus hæres nascetur, hæres esto, & euenit quod natus est viuo filio nepos, & hoc notat Sceuola dicens, non enim suus hæres est tempore quo nascitur, & sic nõ in casum institutionis, neq; legis primo capite. Item neque secundo capite, quo natus ante testamẽtum, si institutus vel exhæredatus esset agnascendo vetatur rumpere. Hic natus est post testamentum, & non suus futurus hæres, cum pater precederet, & sic recte ait Sceuola, nullo iure potuisset, quod in publica disputatione respondi, nullo capite legis per se, & probata responsio fuit, nulli quidem dubium legis capita iura esse. Huius quæstionis status est collectiuus. Collegit enim Iulianus voluntatem ex causa, propter quam lex lata fuit, ac coniunctionem duorum capitum legis, quorum mixtura efficitur vnum solidum, per se quidem vnunquodq; caput casum prepositum non admittit, sed simul iuncta ex volũtate admittunt, faciunt quę tradunt in l. vtrũ sup. de pet. hære. Colligitur mens legis ex illo, quod primo capite institui permittitur nasciturus suus futurus, secundo capite iam natus, & institutus non suus futurus prohibetur rũpere, si contingat agnasci. Habet ergo cum primo capite commune casus noster, quod instituitur nasciturus, cum secundo capite, quod viuo testatori agnascitur suus futurus. Cur asit in casu præposito legislator

1 maluerit rũpi, non apparet. Vnde nota † quod cõiecturata mẽs legis præualet scripto etiam aperto, & interpretatio ex coniecturata mente est ęqua, & probabilis, etiamsi verba eum significatum non habuerint. scire oportet. §. est aliud sup. de excusa. tuto. satis n͞i est non repugnent. Nam q͞n voluntatis est quęstio, sufficit verba nõ repugnẽt l. ab omnibus inf. de leg. 1. & l.

2 talẽ inf. de hær. inst. §. fi. Amplius nota, † quod in correctorijs extẽsiua interpretatio admittitur, q͞n de mente est iusta coniectura. Nec verum quod hoc procedit propter authoritatem Iuliani iurisconsulti. qui ius condendi legem habebat. Dicit Barto. quod est falsum, & ab Aretin. hic improbatur, nullibi enim reperitur iureconsultos ius corrigendi. ll. habuisse, vt in princ. plene tractatum fuit. Verum Bart. oppositionem probari sentit idem Areti. ex eo quod Iuliani dicitur sentẽtia approbata, quod intelligit per habentes potestatem condendi legem, quod diuinatio est. Sceuola enim inquit receptam sententiam Iuliani, quod intelligendum est vsu, item & ab alijs iureconsultis, sicut hodie, quæ cõmuniter doctoribus placent dicuntur receptæ sententiæ seu cõmunes. Aretinus hic negat materiam correctoriam, sed vel exorbitatem propter publicã vtilitatem, in quibus extensio admittitur, vt traditur in l. fi. & l. illud. C. de sacro. san. ecc. & l. si vero. §. de viro sup. sol. mat. Cogita tamen, quod lex Velle. non multum. 12. tabu. aduersatur. nam & 12. tabul. fauent vltimis voluntatibus, & conseruari amant, & igitur tantam solemnitatem adhibuerunt, ergo & quæ ad conseruanda testamenta pertinent, non sunt. 12. tab. in sensa, & conueniunt in ratione generali, licet Velleia vetet rũpere, quod. 12. tabu. permittebant. Et quamuis dissentiant inter se Doctores, vtrũ in correctorijs admittatur interpretatio extensiua a ratione expressa, & ex sententia Bald. in l. maximum vitium. C. de lib. præt. expressã satis censetur illa quæ sola est, attamen omnes conueniunt admittendam, quando extrema concurrunt in eundem effectum, quem ratio generalis desiderat, secundũ glo. & Pau. de Liazar. in clemen. 1. de elect. Adde Antoniũ in c. fi. de consuetud. 13. fall. tradentem q͞n id ad quod fit extensio, saltem in parte est idem cum expresso dispositio, ita quod nõ agitur de extensione ad penitus separatum, adsitq; eadem ratio, vel maior. allegat glo. in c. sciant. de elect. Exemplum, statutum de clericis eligentibus extenditur ad clericos præsentantes, non autem ad laicos presentantes. in casu nostro non est penitus separata persona, sed eadem. Posteriori capite non permittit institui, sed vetat rumpi, scilicet ab institutis vel exhæredatis, vt in. § proximo, & l. posthumorum inf. de iniust. test. Considera, quomodo argumẽtatur Sceuola ex verbis legis, quasi dicat, nullo iure possunt institui, quos legis verbis posse institui non est concessum. Quod non sit cõcessum, arguit a partium enumeratione. Primo capite, vbi permittitur institutio de eo qui suus nasciturus sit, secundo capite, vbi vetatur institutus rompere, loquitur lex de iam nato, est ergo casus omissus, & remanet in dispositione iuris antiqui l. si cum dotẽ sup. solu. matri. Vetus lex vetat institui, & permittit rumpi testamentum, sequẽs lex vetat ab instituto

tum rumpi, quæritur an ꝯ inhibitionem primæ legis is possit institui? & vř non posse, quia duo sunt præcepta, vnum ne instituatur, aliud vt rumpatur, qui contra vnum statuit, aliud excepisse vř. l. cum prætor. §. de iudi. gl. ꝯ inquit, nam dicendo institutus non rumpat, tacite dicit quod instituatur, ne rumpat. Quæ igitur decisionis est ratio, t testamẽtorum conseruatio, videamus, an possit non rumpi testamẽtum, a præterito vtique pōt. l. inter cætera. ꝟ. ergo qui vult testm̃ conseruari, opus est instituendi ius indulgeat, sed hoc consequi non potest, nisi obstaculum ad instituendum tollatur, ergo qui vnum cōcessit expresse, aliud tacite concessisse vř. † Vnde nota, quod leg. correctio
3 pōt induci per tacitos & subauditos intellectus, ꝯ gl. c. cupientes. §. si per 20. de elec. in 6. Item quod tacite leg. derogari pōt, t per ꝯrium actum, & idem valet derogatio tacita quod expressa. facit. l. de quibus. ff. de leg. Item quod sufficit permissio tacita
4 ꝯ prohibitionē expressam. † Item quod illud dř expressum quod verbis continetur, non ex sententia. Bart. in l. nominis. §. verbum. ex leg. ꝟ. de verb. sign. & l. nō dubium. C. de leg. Inducit Bal. ad pulchram quæstionem, statuto cauetur, quod Iudæi non possint fœnerari vltra duos denarios pro libra, quætiť, vtrũ videatur permissum vsque ad duos denarios? & definit negatiue, quia maior ratio prohibitionis non excludit minorem rationem prohibitionis, & quia est ꝯ ius diuinum. facit hic text. quod aliud est permittere, & aliud vetare. Areti. licet decisionem approbet, ĩñ inductionem. Inutiliter institutus ait. Nota fm omnes, quod qui inutiliter instituitur, est præteritus, & rũpit. quod Ang. inducit ad pulchram quæstionem. Communis
5 duobus capitibus ait. † Obserua licere coniungere capita plura vnius legis, ad eliciẽdum mentē & decisionem casus emergentis, quod Bal. ad multas inducit quæstiones hic. Item bonũ est argumentum ex coniunctione duorum capitum legis, & amplius ex coniunctione duarum legum, quod Imo. hic in materia non exorbitanti admittit, alias cōtrarium esset princeps, inquit, & Alexan. probat. Bal. inducit ad multas pulcherrimas quæstiones, quas Doct. examinant, & inter cætera dicit vnum, quod Alex. exclamat mirabile, & non esse a ibi, quod si vnus testis deponit de veritate & fama, alius de fama, quod concludenter probent super eodem negotio, quan duæ semiplene coniunctæ, sed Alexan. impugnat.

SVMMARIVM.

1 *Emancipatione non fieri irritam institutionem. & nu. 3.*
2 *Conditionem semel existere sufficit ad implementum dispositionis.*

§. Quæremus Tamen cum recepta est Iuliani sententia.] Quid in summa est in Iuliani sententia, nisi quod institutus sub conditione si nascatur suus futurus hæres, satis est si agnascatur suus futurus hæres. Simile est decisum in §. quid si is. & impleta est conditio per æquipollens, ne rumpantur testamenta. Et hic melius probatur quam supr. §. & quid si tantum. quod institutio facta in vnum casum extendatur ad alium sibi similem, vt de nascituro extenditur ad eum qui agnascitur, vnde infert Sceuola, si talis nepos natus in casu Iuliani, id est institutus si suus nascatur se viuo, & non nascitur suus, sed agnascitur, hoc est viuo patre & auo nascitur, & deinde moriente patre agnascitur viuo auo, & postquã fuit factus suus emancipetur, an vitietur substitutio, vel possit sponte adire, id est ex necessario, & suo fit voluntarius, & non suus, adeo quod si expirat suitas, non euanescit substitutio in hæreditate, an sicut per emancipationem desinit esse suus, desinat esse hæres? Et decidit remanere hæredem, & posse adire si voluerit. vnde a contrario sensu gloss. & Docto. inferunt,
1 quod si remansisset suus, fuisset etiam necessarius. † Vnde nota quod per emancipationem non tollitur institutio. Castrensis opponit, quod institutus in suitate emancipatus ne desinit esse suus & hæres. supra §. quid si tantum. & allegat gl. ab omnibus approbatam. infra de vulga. l. si mater. §. fin. Barto. hanc prius obiectionem fecit, & dicit, quod ibi facta fuit substitutio in suitate, id est si suus esse desierit per mortem, & similes casus, & sic datus substitutus in casum desinentis suitatis, hic nō est datus alius substitutus substituto nepoti, & sic ex mente defuncti hic remanet hæres, illic dato substituto non potest remanere hæres, nisi inuito testatore, & sic diuersa ratio, quæ quidem satis colorata, quam non puto veram, vt supra dicto §. & quid si tantum, satis diximus, & hic text. aliunde mouetur, scilicet ex Iuliani recepta sententia, quæ alio tendit. Iuuatur hæc oppositio Barto. ex illo, ne testamentum destitutione euanesceret. Sed textus hic arguit per emancipationem non vitiari substitutionem. Castrensis dicit hoc inductum fauore testamentorum per Sceuolam, ne ab ipso emancipato, vt præterito postea beneficio prætoris rumperetur testamentum. Idem dixit in §. & quid. quod non placet, quia contra beneficium prætoris nihil hic statuitur, vt supra diximus, & ab alijs nō probatur. Alexan. dicit, quod gloss. in dicta l. si mater. ideo ibi procedit, quia substitutio fuit collata in certum, & indubitatum tempus, scilicet si viuo testatore moriatur, ideo non habet locum alio tempore. argumen. l. si ita quis. infra de vulg. & fuit Barto. oppo. in dicta l. si mater. Secundo soluit, & forte melius Alexand. quod hic habuit locum substitutio in suitate, intelligendo quod fuit emancipatus viuo testatore, & mortuo patre suo, sed si eo viuo, tunc probat responsiones supra traditas. Areti. hic apertius discutit quam alij, & omnes putant glo. & §. & quid si tantum. & hunc. §. inter se pugnare. Ipse vero existimo aut conuenire, aut non esse aduersantia, & considero quod quælibet istarum institutionum est conditionalis, illa Galli, si suus nascetur posthumus; Vellei. si se viuo nascatur
2 suus futurus, vel agnascatur ex sententia Iuliani, † & succedit regula, ad implementum dispositionis sufficit conditionem semel existere. l. si quis hæredem. C. de institutio. & substitutio. sub condit. fac. & hic est casus, sicut igitur qui institutus est si suus nascatur, & nascitur suus, impleta est conditio, & locus est dispositioni, licet postea vel desinat esse, vel nolit, semel fuit ipso iure suus, & sua repudiatio non facit desinere conditionem, nimirum si non admittitur substitutus. & hoc dicit, & sentit glo. in dicta l. si mater. Nec video diuersum hic a Sceuola definiri, institutus sub ea conditione, si se viuo nascatur suus futurus, certe eoipso quod nascitur, vel agnascitur, talis impleta est conditio, & locus fit substitutioni, si post impletam conditionem superuenit diuersa qualitas, scilicet quod desinat esse suus non refert, vt hic est casus, illa autē qualitas solum hoc efficit, quod vbi erat suus & necessarius, fit voluntarius hæres. Si autem emanciparetur ante implementum conditionis, deficeret substitutio. Hic sensus videtur esse de mente Alexan. & Aret. hic recte intuenti. Et si diceret aliquis, quid differt institutio & substitutio in suitate ab alijs conditionalibus? Respōdeo, quantum ad implementum cōditionis nō differunt, nisi quod largior in lege fit interpretatio fauore testatorum, vt s. §. proximo. & §. & quid si tantum. Neque similiter obstat. §. & quid si tantum, quia falsum est, quod ibi emancipatione tollatur institutio, vt ibi dixi, & est casus in vers. quid si nepos. Item similiter falsum, quod institutio sit ibi in suitate, quinimo est simplex & pura, nec aliter filius posset institui, vt ibi dixi. Ias. dicit diuinare illos, qui dicunt, hic per mortem filij huic nepoti cōtigisse agnasci, & postea emancipari, s. impleta iam conditione. Respondeo, non diuinari, sed liquido deduci, & colligi ex illis verbis, postquam recepta est Iuliani sententia, quæ in simili loquitur casu agnascentis. An si nascatur nepos viuo patre. subaudi, & eodem mortuo postea agnascatur viuo auo ante emancipationem, vt congruat, vel melius sit idem casus cum illo Iuliani, & sequens illatio quam facit Sceuola procedat. & sic intelligit hic Alex. Soci. filius in repe. l. i. vlt. q principalis. ꝟ. de vulg. Deinde emancipetur. s. post mortem patris, & conditionē impletam. Sponte adire possit. Nota, licet per emancipationē tollatur suitas, nō tollitur institutio, & sic qui desinit esse suus, nō desinit esse hæres, & poterit ex substitutione succedere. Item nota, substitutus si suus futurus nascatur, vel agnascatur, sufficit in vita impleri, licet tempore mortis non sit suus, quia tamen net hæres in hæreditate, quamuis postea desinat esse suus. Hic est casus, quod institutus in suitate æque principaliter intelligitur in hæreditate, dubitat quis an primus motus animi fit disponere de bonis. l. i. §. de testa. Item nota, qui filium institutũ emancipat, nō propterea videtur eum hęreditate mulctare, & institutionem reuocasse. Commentariorum in l. Gallus, Finis.

Æmilij Perroti Parisiensis I.C. Clariß. cōmentaria in l. Gallus Aquilius. ff. de lib. et posthu.

SVMMARIVM.

1 *Gallum Aquilium quid mouerit, vt de instituendis posthumis nepotibus scriberet. & nu. 3.*
2 *Legandi verbum in 12. tabulis generale.*
4 *Posthumum nepotem posse ab intestato succedere, quod & in posthumo extraneo locum habet.*
5 *Testamenta conseruari publice interest.*
6 *Contrariorum altero cognito alterum facile intelligi.*
7 *Rationem omnium, quæ iure constituta sunt, non facile reddi posse.*
8 *Posthumus suus quis dicatur, quis item alienus atque inibi posthumorum differentiæ tres.*
9 *Posthumi nepotes qui testamenti facti tempore primum gradum non obtinent, nasci tamen sui hæredes possunt, non omnino alieni dicendi sunt.*
10 *Posthumis omnino extraneis a Iustiniano prouisum est, vt hæreditatem, legatum, ac fideicommissum ex testamento capere possent.*
11 *Intellectus ad §. posthumus autem. de lega. Institu. lib. 2.*
12 *Posthumi nepotes ac cæteri descendentes qui nati testamenti tempore sui esse potuissent. 12. tabularum iure institui poterant.*

Cum

CVm ante C. Aquilium Gallum, de
cuius formula hoc capi
te agitur, iam & testamentorum faciendorũ, & hære-
dũ in eis instituendorũ facultas vnicuiq; data
esset deq; his rebus iã plurima iura constituta
1 essent, necesse est † causam aliquã fuisse, cur sin-
gularẽ hanc neptum posthumorũ institutionẽ sibi inducen-
dam putarit. Qua in re cũ diuersę sint nostrorũ interpretum
sentẽtiæ (nam aliquibus nepotes eiusmodi institui. 12. tabulis
vetitum fuisse, alijs vetitũ quidem pænitus nõ fuisse, sed nec id
absolute, & simpliciter cõcessum fuisse placuit) nobis ita sen-
tiendum videtur, vt quasi omissam potius in. 12. tabulis eius-
modi institutionẽ a Gallo introductã existimemus. Hanc igi-
tur, aut huic similem, quod ad hanc partẽ attinet, legis. 12. tabula-
larũ dispositionẽ statuimus, Vnicuiq; posthumos suos hære-
des instituere liceat, Alienis vero ne liceat, aut, posthumis suis
2 hæredibus futuris legare liceat. Alienus ne liceat, † nam legan
di verbũ in. 12. tabulis generale fuit l. verbis legis de verb. sig.
inf. Talis igitur cum esset. 12. tabularum constitutio, & in in-
stitutionibus faciendis testamenti tempus attenderetur, quo
sui hæredes haberi non possent, quos alij eo tempore gradu
præcederẽt, qui aũt sui dici nõ possent, alienos appellari debe-
re cõsequens videret, existimabant ab omnibus prohibitę. 12.
tabulis eæ institutiones, de quibus Gallus, & Velleius gerunt
ideoq; vt illicitę, nec iure vllo permissę repudiabantur, & cũ
generalis esset. 12. tabularum regula. vt quiuis post testamen-
tum suus hęres agnascẽs præteritus illud romperet, necessario
eueniebat, vt si suus hęres nepos facto testamento nasceretur
qui testamẽti tempore primũ gradũ tenere non potuisset, ab
eo testamentum agnatione rũperetur. Itaq, cõmunẽ omniũ
sententiam ante Gallum fuisse opinor, eiusmodi posthumos
vt alienos iure. 12. tabul. institui prohibitos esse, Gallo aũt vi-
sum est, casum hunc omissum potius esse. 12. tabulis, quã pro-
hibitum (neq; enim si prohibitum iudicasset, vnquã iuris pro-
hibentis inductionem ad casum prohibitum contra rectã in-
ductionem faciendarũ obseruationẽ fecisset) ideoq; ad eũ le-
gem. 12. tab. induxit, vt quemadmodum posthumi tẽpore te-
stamenti sui futuri in eo hæredes institui per. 12. tabulas pote-
rant, ita possent & ij, qui dum testamentũ quidem fieret, tales
non essent, nasci tamen aliquando sui, & testamentũ rũpere
3 præteriti possent. Causa † hoc inducẽdi Gallo esse potuit, forte
quod nec ab hac institutione authores. 12. tab. penitus abhorruis-
se iudicaret, cum penitus alieni nõ sint, qui sui nasci aliquãdo,
possunt, verisimiliusq; esset, ab eis eos posthumos exclusos vt
alienos, qui prorsus essent extranei. Item cum per huiusmodi
posthumi spem suspẽderetur testamentũ, nec prius vt firmũ,
aut infirmum dici posset, nec etiam institutio eo cõtenta, quã
aut natiuitas posthumi, aut abortus sequeretur, nihil absurdi
visum est institutionem eiusmodi inducere, per quã nihil ma-
4 gis quã antea testamentũ penderet † Eodem pertinet quod
talis posthumus ab intestato iam succedebat l. Intestato §.
vtiq; de suis & legit. hæred. inf. quæ tamẽ rõ generalior videri
possit, cum & in extraneis posthumis locum habeat, vt idem
§. indicat. His permotus Gallus, & vt testamentis, quæ hac ra-
5 tione non infrequenter rũpebantur (& tamen † ea cõseruari
publice interest. l. vel negare. Quemad. test. aper. inf.) consule-
ret ius. 12. tab. quod de suis posthumis qui testamenti tempore
primũ gradum tenere possent, disponebat in hoc induxit, vt
eos quoq; instituere liceret, quicũq; aliquãdo sui hęredes post
testatoris mortẽ nascerentur, quæ Galli inductio cũ nõdũ ple-
ne posthumis eiusmodi prouidisset, secuta est lex Velleia, quę
partem deficientẽ de natis post testamentũ viuo testatore sup
pleret. Minime aũt mihi dubium est, quin inductio ad Vellei
quoq; casum fieri potuerit ad similitudinẽ eius, quæ per Gal-
lũ iam facta fuerat, sed cũ ad tẽpora vsq; Vellei factum id non
esset, satius ei visum est, idem lege lata cõstituere, vt omnis te-
stamentorũ rũpendorum via eiusmodi post testamentũ agna
scentibus præcluderetur. Similiter nec hoc negari potest, te-
statoribus ante Gallũ, & Velleium prouisum aliquatenus fuis-
se. cũ enim ab eis ponantur sui hęredes viuis ipsi testatoribus
vita defungi, an non licebat ipsis statim testamenta mutare, &
posthumũ suum nasciturum instituere: Itaq; testamẽtis ma-
gis quam testatoribus per Gallũ & Velleium consultũ esse nõ
male dici potest, ne ea rumpi contingeret, quaquam inde vtili-
tas ex consequenti ad testatores quoq; quorũ voluntates hac
ratione integre tandem remanerent, pertineret. Libet etiam
hoc loco id affirmare de quo dubitari possit, Exhæredationẽ
similiter ab ijs authoribus inductam, vt institutionẽ, cuius ta-
men nulla fit toto hoc capite mentio, quod per rationem insti-
6 tutionis satis posset intelligi, † & contrario vno cõtrariorum la-
tis aliud intelligatur vulgata regula l. 1. de iis qui sunt sui vel
alie. iur. §. qui tamẽ in eo sit curiosior probari hoc arbitror. l.
3. inf. tit. 1. Quamquam aũt sciam, alios interpretes in eo inqui
rendo diutius immoratos esse, quare alienis posthumis. 12. ta-
bulis relinqui nihil posset, quod aliquibus ob personę incertitu-
dinẽ dispositũ esse placuit, mihi tamen in eo insistere minime
7 libet. tum quod modici id momenti esse putẽ, † tum sciã pleraq;
iure nostro statuta esse, quorũ ratio reddi nequeat, minimeq;
propterea sit inquirẽda l. nõ omniũ supra de leg. His tractatis
8 alia nobis disputatio nunc suscipiẽda est, super qua † nõ leuis
est inter iuris nostri expositores controuersia, quis suus, quis
alienus posthumus appellari debeat, & an suum, an alienũ dici
oporteat eum, de quo instituẽdo Gallus sensit. Origo aũt hu-
iusce pene immẽsę atq; infinitę controuersiæ ex iuribus, quæ
inter se pugnare vident, orta cum sit, merito id quoq; curabi-
mus, vt ea oĩa ĩ mediũ adducta adinuicẽ pciliemus. Statuimus
igit tres posthumorũ differẽtias. Primi erunt, qui sui hæredes
ob spẽ appellant, quorũ institutio. 12. tabulis permissa fuit, de
9 quibus intelligi põt l. placet. §. eo cum simil. † Alteri vero, qui
sui testamenti tẽpore dici nequeunt, nasci tamen sui hæredes
possunt, & præteriti testm̃ rũpunt, de quibus disposuit Gallus
& Velleius primo capite quosq; alienos appellat Paulus l. pe.
inf. de leg. 1. ex cõi aliorum iurisconsultorũ sententia, nã eos
prorsus alienorũ loco (vt supra diximus) duxisse non vr̃ Gallus
cũ omissos potius. 12. tabulis, quã institui vetitos putarit, si aũt
alieni penitus essent, minime dubiũ fuisset, quin prohibitione.
12. tab. cõprehenderent, quæ simpliciter alienos excludebat. §.
1. de bon. pos. in insti. Tertij, qui oĩno extranei sunt, nec sui hę-
redes vnquã agnascẽdo fieri possunt, quales solos. 12. tabulis
contineri Gallus arbitratus est, & quibus peroptime cõuenit
definitio posita in §. posthumo. de leg. in insti. & exemplũ ei-
dem definitioni adiectum, vnde & cõiectura ducor, vt credã,
de hoc tantum ipsemet extraneũ posthumũ eo loco appellãt
similiter atq; Vlpia. in l. 6. de vẽtre in posses. mitt. inf. quẽ intel-
lectum qui receperit, is nõ difficile iura alioqui inter se quasi
pugnãtia, ad concordiam reuocabit. His aũt rationibus cõie-
ctura nostra nititur, nim quod iam ante Iustinianum alieni am-
plius re ipsa non censebantur ij, de quibus locuti sunt Gallus
& Velleius, nam & institui hęredes poterant, & legata eis, vel
fideicommissa relinqui. Sic enim accipio. §. fi. cum l. sequen.
10 Legis, Quidam relegatus de reb. dub. inf. tum † etiam quod
Iustinianus ipse in d. §. posthumo. de eiusmodi posthumis, de
quibus ibi loquit, prouidisse, & in hæreditatibus, & in legatis,
ac fideicommissis asserit, quod satis defendere, quin vel aliqua
saltem in parte superfluum fuerit, non possumus, nisi de hac
tantum tertia posthumorum specie Iustinianum sensisse di-
camus. Iuuat nos etiam, quod ait idem Imperator. §. 1. de bo-
no. posses. in instit. Alienum posthumum institutum iure ci-
uili adire hæreditatem non potuisse, sed ei ante sua tempora
iure solum prætorio prouisum fuisse, a se autem primum con
stitutum, vt idem quasi iure ciuili non incognitus & institui,
adire hæreditatem posset. quæ asseueratio ab eodem Impera-
tore confirmata in § posthumus autem de leg. in insti. subsi-
stere nullo modo potest, si de eisdem posthumis locutos Gal
lum cũ Velleio, & Iustinianũ intelligamus, per quã enim cla-
rum est Gallũ & Velleiũ iuris ciuilis authores esse, & ex eorũ
iure institutos iure prætorio nihil opus habuisse, vnde conse-
quẽs est. §. dicta verba de tertia hac posthumorũ specie intelle-
cta sine dubitatione vlla, pcedere, meritoq; a nobis hoc modo
11 exposita esse. † Quibus ostẽsis declarandus. §. posthumus aũt
alienus de leg. in instit. in quo verba sunt. Posthumus autem
alienus hæres institui & antea poterat & nũc potest. Quæ ver-
ba vt cũ. §. 1. de bono. posses. s. citato cõciliemus, si quẽdus no-
bis est Accursij in eo loco sensus meo iudicio rectissimus, se-
cundũ quẽ is. § tertiæ huic posthumorũ speciei optime cõue-
nit. Is sensus est, vt antea institui quidẽ posset hic tertiæ spe-
ciei posthumus, sed ita, vt iure tantum prætorio per bonorum
possessionem succederet, vt ait. §. 1. de bon. posses. & apertissi-
me cõmonstrat l. posthumus de inoffi. testamen. supr. in qua
cũ dicitur: Quid ergo eis imputatur cur intestati nõ decesserint,
innuitur nõ licuisse quidẽ cognatis iure ciuili posthumos alie
nos huius tertij generis, de quibus ibi agitur instituere, cũ aũt
subiungitur, Potuit enim scriptus hæres in possessionẽ mitti
ex clausula, De ventre in possessionẽ mittendo, vel natus sm
tabulas habere bonorũ possessionẽ, conueniunt certissime ea
verba cũ assertione Iustiniani & in. §. posthumus aũt. & in. §.
2. de bon. pos. Similiter iure prætorio sustentari potuit institu
tio §. Lucius l. Titius. §. nisi forte quisquã communis vr̃ esse
sentẽtia eam vt iam nati ibidem a Paulo iure ciuili defendi ex
præsumpta testatoris volũtate velit intelligi, quę expositio non
displicet. Inferri ex iam dictis recte põt, Iustinianũ nihil su-
per ijs quę ante a per Gallũ, & Velleiũ disposita erant, dispo-
suisse, nedum ea mutasse, sed de hac tantũ tertia posthumorũ
specie egisse quæ vsq; ad eius tẽpora iure ciuili reiecta, atq; ita
incognita fuerat, statuisseq; vt & hæredes instituti hæredita-
tes adire, & legata vel fideicõmissa perinde ac iã nati accepta-
12 re possent † Adiiciã his vt corollarium quoddam nepotes, &
ceteros descẽdentes posthumos, qui sui testamẽti tẽpore nati

esse potuissent 12.tab. institui potuisse, nihil n. in eis mutatum inuenio, & duraret etiam nunc prohibitio, si qua super illis facta olim fuisset, ꝙ minime credi par est, post Iustinianum, maxime, qui summa diligentia scrupulis eiusmodi iuris ciuilis tollendis studuisse videtur. Et in hac re Barto. ducem sequor qui idem in commentarijs ad primum caput Velleię legis affirmauit. Scio ēt posse dici solos huius tertię speciei posthumos 12. tab. institui prohibitos esse, in eoq; ante Gallum Iuriscōsultos omnes consensisse, & in eadem opinione fuisse in qua supra Gallum fuisse diximus de omissione, solum autem Gallū eam instōnem induxisse, sed nos quod verisimilius nobis visum est secuti sumus, liberumq; alijs de hac re iudicium relinquimus, de qua cum nihil nisi coniecturis decerni possit, nihil mirum cuiquam esse debet, quod tam longis disputationibus ea a nostris interpretibus iactata sit, præ quibus breuissima est nostra ista declaratio, ex qua cum satis ostensum putem quod Gallum ad hanc inductionem faciendam mouerit, nunc ad eius expositionem nobis deueniendum est.

GAllus sic posse institui posthumos nepotes induxit. Si filius meus viuo me morietur, tunc si quis mihi ex eo nepos, siue quæ neptis post mortem meā in decem mensibus proximis quib. filius meus moreretur, natus, nata erit, hæredes sunto.

SVMMARIVM.

1 *Galli Aquilij laus ex Cicerone.*
2 *Gallus Aquilius quid scripserit in ius ciuile.*
3 *Casum expressum ad similes producere, non esse absurdum.*
4 *Instituendi verbum in l. Gallus, in prin. proprie accipiendum, cōtra quam Accursius senserit.*
5 *Substitutionum vulgari locus esse potest præmortuo in vita testatoris primo hærede.*
6 *Institutio posthumi nepotis quibusdam casibus substitutionis nomen non admittit.*
7 *Posthumi qui dicantur.*
8 *Tunc, particula extremum temporis notat.*
9 *Neptis posthuma præterita olim rumpebat testamentum.*
10 *Posthumus natus paulo post decem menses a morte patris admittendus sit ne ex Galli formula.*
11 *Adriani Imperatoris decretum circa posthumum vndecimo mense a mariti morte editum.*
12 *Iustinianum in auth. de restit. & ea quæ par. in vndec. mens. non dissentire ab Adriano circa tempus editionis posthumi præstitutum.*
13 *Posthumorum editioni decem menses a mariti morte quamobrem præstituerint. Decemviri.*
14 *In, particulam in Galli formula accipi pro intra.*
15 *Natus mihi, in Galli formula quam significationem habeat.*
16 *Ordinis commendatio.*

1 GAllus. † Hunc Cicero in Bruto C. Aquilium Gallum nominat, eiq; dicit Seru. Sulpitium dicendi causa operam dedisse. Eiusdem meminit, & insignib. cum laudibus afficit in oratione pro Cecinna, eodem inter iudices sedente acta est causa. P. Quintij. Ciceronis familiaris fuit, vt ex multis locis apparet. Memora-
2 tur inter iurisperitos in l. altera. de origine iur. † Edidit formulas complures ad ius ciuile pertinentes, in quib. fuere de dolo malo, quarum mentio est apud Ciceronem libro officiorū 3. Item stipulationis, per quam accepte ferentur omnes obligationes, cuius conceptionem exprimit § est aūt prædicta. Quib. mod. toll. obl. in insti. Eodem authore cum Tribunus pl. esset, factū legis Aquilię de damno iniuria dato plebiscitum a quibusdā existimatur. Deniq; & hanc nepotū posthumorū instituendorū formulā potuit, ad q̃ cum permulta a diuersis iureconsultis disputata essent, quod innuit §. quidā recte, & alij inf. nouissime diffusionē ad eā tractatū cōposuit Sceuola, quoque ab alijs dicta essent, semel omnia eodē loco cōplecteret. Is est tractatus, qui huic formulę subijcitur sub hoc titulo a Pandectarū Digestorib. collocatus, quod in primis ad eū pertinere videretur. Fuit aūt hic Sceuola non ex veterib. illis Pontificibus Max. quorū crebra apud Ciceronem mentio, & in l. 2. de orig. iur. sed recentior, qui M. Antonino Philosopho a cōsilijs fuit, Papinianiq; & Seueri postea Imperatoris præceptor. Breuitatē & concisum sermonē pene nimis affectauit, vt ex hoc capite, & alijs eiusdem toto hoc opere satis liquet. Et hæc sit qualisqualis tum Galli, tum Sceuolę commendatio, ne illotis, qđ dr̄. manib. interpretationē hanc aggressi videamur. Sic in hūc modū, his verbis, & tali conceptione. Nec propterea colligas, sic tm̄ posse institui, sed cū ex his verbis Galli mens appareat, qui prouidere voluerit, vt per institutionē eiusmodi nepotes a
3 rūpendis vt prius testamētis excluderentur, † nihil absurdi fit, cum a casu hic expresso ad similes proceditur, vt monet l. non pōt. ff. de legi. ꝙ a Sceuola factū esse inferius cognoscetur. Posse. cū antea fieri id non posse, putaretur. Innuitur ergo hoc verbo facultas instituendi per Gallū introducta, de cuius rōne satis in præcedentib. dictum est. Institui, hoc est substitui, inquit Accursius, sequuntur alij. Et tamen Africanus in l. si mater ꝗ. de vulg. eodem quo hic Sceuola instituendi verbo vtitur, & in l. cū in testamento. de hæred. instit. inf. substituti nomen ei solū
4 tribuitur, qui post nepotē institutus est, non ipsi nepoti, † vnde mihi fit verisimile, non temere, nec improprie hic positū instituendi vocabulū, cuius rei rō videri possit, ꝙ cū substō tum dicatur, cum de plurib. personis, diuersisque gradib. institutionis faciendis agit. Gallus vero vnicū tm̄ gradū attenderit, deq; vnica instōne senserit, cōmodius fuit instituendi, quā substituēdi verbo vti. nec tamen negarim, posse hanc instōnem relatione ad præcedentē quandoq; instōnem facta substōnem dici. similiterq; duo gradus in ea esse dicuntur in l. cum in testamento.
5 † nā nouum non est, substōni, quæ vulgaris dr̄, locū esse etiam præmortuo ī vita testōris primo hærede. l. 8. §. a primo. de bon.
6 poss. con. tab. inf. Est † tamen ēt interdū cū hæc instō recte substitutio dici nequeat, vt si filio apud hostes existente, obque id præterito, fiat vt ait §. in omnib. inf. Eo. n. casu vnicus est tantū gradus, in quē cadere non potest substōnis appellatio. Succurrit & alius casus, quo substō ista vulgaris, quo nomine fere oēs eā nuncupant, dici nō possit, vtputa si fiat filio exhæredato. neque. n. absurdū ducimus, filiū in Galli formula exhæredari, vt latius dicetur in § omnib. inf. qui locus est huius disputationis proprius. Si quis longiorē de hac re disputationem requiret, adeat cōmentarios. D. Marij Salomonij in hoc caput, in quib. nouā hanc esse vult substōnis speciē, eamq; aut posthumam, aut Aquilianam vocari, nam quæ a nobis dicta sunt, ea a nemi
7 ne, quod sciam, prius annotata sunt. Posthumos nepotes. † Nil dubitationis est, quin hi sint veri posthumi, qui post patris, atque aui mortē nascuntur, quamquā subdubitare videatur Accursius cū Bartolo. Certū. n. est eos, de quib. agit Gallus, etiam 12. tab posthumos dictos fuisse. Induxit. Hanc ego inductionē ex 12. tab. sumptam intelligo, vt supra declaraui, eaq; authoritate confirmatā, qua iureconsultis permissum erat leges ad casus nouos minime illis cōprehensos extendere §. & vt obiter. l. 2. de orig. iur. & §. responsa prudentū. de iure nat. gen. & ci. in instit. Similis est inductio Iuliani in § ille casus inf. similes sunt aliorū iurisconsultorū in hoc opere innumerabiles. Et hæc est inter Gallū, & Velleium diuersitas, quod Gallus casum suum induxit. Velleius legem tulit. neq; enim ita legem Galli appellari, vt legem Velleiam inuenio. Si filius meus viuo me morietur. Verba sunt formulę, in quib. filium, qui in potestate sit, pręinstitutum intelligi, nimisquam clarum est. Nec video, cur caducum hoc casu metui aliquod debeat, quod tamen nostrorū expositorum plerosque formidasse minime nos latet. Tunc.
8 † Extremum temporis notat hæc dictio. l. 4. de condi. & dem. ꝗ. & instōnem hanc a Gallo in tempus quo præmortuus esset filius, quoq; permissa iam esset nepotis institutio, dilatam esse ostendit, quamquā etiam si non apponatur ea dictio, nec temporis eiusmodi fiat mentio, non ob id minus valida erit institutio, vt inferius declarabitur. Sed sic Sceuolę visum est plenam Galli formulā exprimere, super qua postea disceptaturus esset. Neptis. Ait Accursius superfluam esse huius dictionis expressionem ignarus solitas fieri eiusmodi amplas rerum personarumq; in formulis, ac legib. concipiendis expressiones.
9 Notari hinc potest, † neptem posthumam præteritam olim solitam esse testamentum rumpere, quod etiam aperit. §. & in eo. par. de exhæred. libe. in institut. Diuersum ius erat in iam natis vt eodem tractatu declaratur. Post mortem meam. Hic est Galli casus, cum posthumus nepos nascitur post aui mortem, Vellei vero cum eo viuo, sed iam condito testamento, quod agnatione nepotis præteriti rumperetur. In decem mensibus
10 proximis quibus filius meus moreretur. Adijcit † Accursius, etiam paucis post diebus, forte duobus, natū ex hac institutione admittendum esse, cuius dicti confirmandi gratia nihil affert, quo satis id probetur, nam § post decem l. 3. de suis & legi. hæredibus infra. quo ius 12. tabularum referri existimo, non solum id non probat, sed & plane ei aduersatur. Et Iustinianus in auth. de restit. & ea quę par. vndec. mens. mulierem stupri arguit, quæ post finē vndecimi mensis a viri morte peperisset, in quo nō video quomodo quicquam ab eo iuuetur Accursij
11 snīa. vnde fit, vt suæ opinioni relinquendus sit, † nisi cui forte placuerit pro eo in mediū afferre decretū Adriani Imperatoris, cuius meminit Gellius lib. 3. cap. 16. Eius verba, qm̄ ad hūc locum non parum faciunt, huc transferenda duxi. Præterea, inquit, de partu humano præterquam quę scripta in libris legi hoc quoq; venisse vsu Romę cōperi. Fęminā bonis atq; honestis mo-

ſtis moribus, non ambigua pudicitia in vndecimo menſe poſt
mariti mortem peperiſſe, factumq; ei eſſe negotium propter
rationem temporis, quaſi marito mortuo poſtea concepiſſet,
quoniam decemuiri in decem menſibus gigni hominem, nõ
in vndecim ſcripſiſſent. Sed D. Adrianum cauſa cognita de-
creuiſſe in vndecimo menſe partũ ædi poſſe. Idq; ipſum eius
rei decretum legimus. In eo id ſtatuere ſe dicit, requiſitis vete
rum philoſophorum, & medicorum ſententiis. Quibus ver-
bis, & alijs eiuſdem capitis etiam ex ſentententia M. Varronis
innuit Gellius veteres Romanos, atq; etiam decemuiros vn-
decimi menſis fętũ non recepiſſe, quòd ſi de vndecimo poſt
mariti mortem intelligit, recte quidem, & ad 12. tabulas accõ-
modate ſentit, ſin vero (quo magis videnẽ eius verba tendere)
de vndecimo a cõceptione mẽſe, exiſtimatq; id abſurdũ decẽ
uiris eſſe viſum, nõ parũ mea ſentẽtia fallitur. Arbitror enim
talem fętũ minime a decemuiris repudiatũ eſſe, atq; id ſic pla
num facio. Decemuiri partũ eum iuſtũ videri voluerũt, qui in-
tra decẽ mẽſes a mariti morte naſceretur, vt innuit hic. §. & §.
poſt decẽ. minime aũt veriſimile eſt, eos cogitaſſe, cõceptionẽ
ſemper ipſo mortis mariti, aut præcedẽte eam die fieri, ꝙ neq;
adeo frequẽs eſt, neq; fere niſi violenta ſubita morte viri, quæ
præter vſum cõmunẽ ſit, cõtingit, ſed aliquot potius ante eã
diebus, qui dies ſi adiungantur ad decẽ menſes, quos partui a
morte mariti decẽuiri præſtituerũt, neceſſe erit, in vndecimũ
mẽſem poſſe pariẽdi ipſ aliqñ incidere, & legitimũ eo menſe
naſci partũ ꝫ ellij ſentẽtiam. Nam & cõtrouerſia, ſuper qua
Adriani decretũ interuenit, nõ de fętu ſimpliciter vndecimo
mẽſe ſuſcepto fuit, ſed de ſuſcepto tãto tẽpore poſt mortẽ pa-
tris, quẽ cum 12. tabulę reijcerent, nouo proculdubio Adriani
12 decreto ei opus fuit. † Non ab re erit hoc loco tollere diſſen-
tionẽ, quam inter Adrianum & Iuſtinianum inducit D. An-
dreas Alciatus lib. Paradoxorum. 3. cap. 7. Ait enim, Iuſtinia-
num contra ac Adrianum decreuiſſe in Authen. de reſtitut.
& ea quę pa. vn. men. cuius loci verba ſunt, Mulier nondum
cõpleto anno a morte viri, vndecimo menſe perfecto peperit
vt impoſſibile eſſet dicere, ex defuncto eſſe partum, neq; enim
tantum tempus geſtationi præfinitum eſt (nam ſic e Græco
reddenda verba nobis videntur ([illegible]) quibus verbis cum innuat mulierem vndecimo a viri
morte menſe iam finito peperiſſe, palam fit nihil ab Adriano
Iuſtinianum diſcordare, dum eum partum minime legitimũ
eſſe aſſeuerat, nec aliter iudicaturus forte fuiſſet Adrianus ſi-
mili cauſa propoſita, qui intra vndecimum tantum mẽſem a
13 viri morte natum admittẽdum eſſe duxit. † Liber etiã paucis
ex Mario referre, quæ cauſa decemuiris eſſe potuerit decẽ mẽ
ſium a mariti morte partui pręſtituendorum. fuit autem, & ꝙ
incertum eſſet conceptionis tempus, nec ſatis exacta dinume
ratio ab eo fieri poſſe videretur, & quod ſi nouem tantũ men-
ſes a morte viri ſtatuti fuiſſent, poſſent a conceptione frequen
ter ad partus tempus decem tantum, nec ij aliquando toti in-
tercedere, vt ſi mulier minus vno menſe ante viri mortẽ cõce
piſſet, quę res fętui non raro noceret, cui quandoq; vndecimo
menſe naſci contingit. Sin vndecim, poſſent ſimiliter a conce
ptione ad partũ plures vndecim interuenire, muliere aliquot
diebus ante viri mortem concipiente, quę res cõtra naturæ cõ
munẽ legẽ eſt, & nõ minima viduis peccãdi occaſio inde prę-
ſtaretur. Itaq; decemuiris ęquiſſimũ viſum eſt tempus quod-
dam medium ſequi, nec videtur vlla ratione melius terminus
hic tẽporis potuiſſe ſecundum ea quæ frequẽtius euenirẽt cõ-
cipi, nam & cauſa Adriano propoſita, & quod ex Maſurio Sa-
bino tradit Plinius lib. 7. cap. 5. L. Papirium prætorem ſecun-
do hærede lege agente bonorum poſſeſſionẽ cõtra eũ dediſſe
cum mater ſe eum 14. menſibus diceret tuliſſe in ijs a nobis
reponũtur, quæ ſunt ἐν παρέργοις quæ minime a legumlatoribus
14 curari monſtrat l. nam ad ea de legi. ſupra. † Adijciendum eſt
ſupradictis, (ne quid huc pertinens omittatur) dictionem, In,
hoc loco pro intra, poſitam, de qua, & alijs duabus nõ abſimi-
libus tractat Gellius lib. 2. cap. 14. vbi ait: Hac locutione In ca-
lendis, vel intra, & tempus quod calendas præcedit, & ab illis
quaſi clauditur, & calendas ipſas cõtineri. cum qua expoſitio-
ne conueniunt l. ſi ita ſtipulatus. ℸ. de verb. oblig. l. ſi quis dixe-
rit de verb. ſig. l. 1. §. & ꝙ dicimus de ſucceſſ. ædic. inf. Qui ergo
vno quouis decem menſium, vel etiam extremo decimi mẽ-
ſis die natus erit, is in decem menſibus natus rectę dicetur.
15 † Mihi natus erit, qui mihi ſuus & neceſſarius hæres ſit, & eſt
notandi locutio propter formulas maxime, de quibus agetur
in. § ſeq. Nam hic mihi natus hæres intelligitur, qui ſuus hæ-
res mihi naſcitur. Hæredes ſunto, ſiue vterq; ſiue alter tantũ
naſcetur. Hoc loco tractat Bartolus, an inſtitutionem Galli
præcedere debeat filij expreſſa inſtitutio, an vero ea Galli cõce
ptione ſatis cõprehendatur, quæ diſputatio magis cõuenit. §.
in oĩbus inf. vbi ſedes eius propria cum ſit, magis placet eã in
ſuum locũ reijcere. Cordi enim nobis eſt, ea tãtum, quę ad rẽ
quãq; neceſſaria ſunt, quãbreuiſſime pertractare, & de omni-
bus eo, qui id poſtulare, atq; adeo flagitare videbitur loco, diſ-
ſerere, qđ perpetuo fuere a nobis in omni noſtrorũ ſtudiorũ
16 parte obſeruatum eſt, † qui ſciamus ordinem non parum &
ad decorẽ, & ad rerum perceptionẽ, & ad memoriam deniq;
ipſam cuius præcipua Iuriſconſulto cura eſſe debet, prodeſſe.

§. I.

Q Vidam recte admittendum credunt etiam ſi nõ exprimat de morte filii, ſed ſimpliciter inſtituat, vt eo caſu valeat qui ex verbis cõcipi poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Poſthumum nepotem recte inſtitui poſſe nulla etiam de morte filij facta mentione.*

2 *Gallum Aquilium non eſſe a Sceuola reprehenſum, contra quam Accurſius ac cæteri eiuſdem farinæ interpretes opinati ſunt.*

3 *Superflua quæ dici debeant.*

4 *Simpliciter inſtitui nepos poſthumus quando dicatur.*

5 *Poſthumorum nepotem inſtituendorum ſublata mentione mortis filij formulæ aliquot Accurſij examinatæ.*

6 *Simplicitas in legitimis diſputationibus veritatis vt plurimum comes eſt.*

7 *Filius & nepos ex eo iam natus inſtituti vtrum ordine, an vero ſimul ad ſucceſſionem admittantur.*

QVuidam ex ijs qui formulam hãc examinarunt recte
credunt admittendum, hoc eſt recipiendum,
approbandum vt inſtitutio ſecundum Galli
conſilium facta procedat etiam ſi &c. Ne
1 † cui ſcrupulus orietur ex Galli formula, qua
ſi ab eius verbis recedi non poſſet, ſubiunxit ſtatim poſt for-
mulam Sceuola non adeo præciſa eius verba eſſe, quin aliter
quoq; poſſit poſthumi inſtitutio concipi, ſublata inquam
mortis filij mentione. Nam cum in id tempus nepos inſtitua-
tur, quo ſuus hæres naſcatur, naſci autem talis non poſſit, niſi
pręmortuo filio, ſatis ex forma inſtitutionis mors filij intelli-
gitur, nec eam exprimi adeo neceſſarium eſt. Videtur autem
motus ea ratione Gallus, vt mortem exprimeret, quaſi non
poſt filij mortem poſſit hic nepos inſtitui, non prius, & vt de-
finiatur tempus, ex quo ſit inſtitutus. Sed aliud inſpexit Sce-
uola, ſatis eſſe inquam natiuitatis poſthumorum tempus, in
quod neceſſario pendet inſtitutionis effectus, attendere, nul-
la habita medij temporis ratione, nec vlla propterea facta ſpe-
ciali expreſſione, vt apertius innuit idem Sceuola in primo ca-
pite legis Velleię infra. itaq; inſtitutus ſimpliciter in caſu Gal-
li, qui poſt teſtatoris mortem ſuus naſcetur, ſi eiuſmodi inue-
nietur natiuitatis tempore, rectiſſime inſtitutus habebitur.
2 † Sed ad Accurſium veniamus, qui putat hoc loco Gallum a
Sceuola, vt nimium verborum, & ſuperflua dicentem notari,
quod longe abeſt, vt mihi perſuadeam, Nam Galli exemplũ,
vt debuit, ita plenum eſt, atq; integrum, & eiuſmodi formu-
lam quę exempli vice eſſet claram, apertam, expoſitam nec
aliquid quod vel ſuppleri debeat, vel remorari intellectum,
queat, habentem eſſe oportet, ne ea, per quæ alia declarantur,
ipſamet declaratione opus habere videantur. Nec ferendum
eſt, Gallum ſuum iuriſconſultum aliquid reprehenſione di-
gnum admiſiſſe, nec ideo a Sceuola ſummi iudicij viro cul-
pari, quòd diffuſius mentem ſuam expreſſerit, cum poſſet bre
uius, expreſſit enim quod re ipſa ineſſe, & ſenſu intelligi par
3 erat, qualia exprimi vtile eſt. † ſuperflua vero ſunt, quorum
exprimendorum nulla eſt nec ratio, nec vtilitas. Adde quod
nec de Galli verbis, vt infra dicetur, quicquam hic loquitur
Sceuola, ſed de ſingulari cuiuſuis teſtatoris inſtitutione, quæ
ex iure per Gallum inducto fiat. monet enim teſtatorem hic
Sceuola, & ei conſulit, non Gallo, quæ cum ita ſint palam eſt
mere Accurſianum eſſe, quod hoc loco de reprehenſione vul
go aſſeritur. Et quid ſi in caſum præmorientis ſolum filij, non
etiam alijs caſibus contingentibus quorum inferius meminit
Sceuola vellet teſtator inſtitutionem conceptam eſſe, nec an-
nueret aliter ſublato filio de medio teſtamentum rumpi, an
non eſſet neceſſaria expreſſa mortis mentio, Ad hoc ſaltem
vtilis eſt mortis expreſſio, ſi quis forte vel eam tantum, vel ad
eius ſimilitudinem vnum aliquem ex illis caſibus qui per Sce-
uolam ſubiiciuntur, vellet exprimere, & eo tantum caſu te-
ſtamento conſulere. Item ſi nunquam mortis expreſsio fieri
ſine vitio poteſt, in vitio erit Sceuola, qui eam in §§. ſequenti-
bus non ſemel facit, & qualiter (rogo) potuiſſet ab eo fieri ex-
tẽſio ſup mortis caſu, niſi eũ expreſſum veluti materiã quam
extenderet, habuiſſet. Iuuat etiã nos Iulian, cũ commodiſsimũ
eſſe, ait, ſtipulationes ita componere, vt quęcunq; cõprehẽdi
poſsint, cõtineantur l. ſtipulationes cõmodiſsimũ eſt de verb.

oblig. Ex his, opinor, satis declaratum est, minime dignum esse reprehentione Gallum, nec eum [illegible] a Sceuola notari, quamquam non diffiteamur posse posthumi institutionem paucioribus, quam per Gallum factum sit, verbis generaliter concipi. Etiamsi nõ exprimat de morte filij, non dicat, Si filius meus me viuo morietur, vel simile quippiã. Verba igitur hæc, vel similia tolli possunt ex institutione non tamen quin sensu semper intelligantur. Inest enim semper huic institutioni ea conditio, licet non exprimat, testator scilicet quiuis, qui ex Galli inductione posthumum instituat, neq; enim põt ad Gallum dictio hæc pertinere. Sed simpliciter instituat † hoc est breuioribus verbis, inquit Marius, vel, vt ipse opinor, omissa ea conditione, nam & alias simplex dispositio appellatur, quæ conditionem non habet. Hac igitur conditione omissa, simplex quod ad eam attinet remanet institutio, nam aliæ in formula necessario exprimẽdæ sunt, si nascatur, si suus, si post testatoris mortem, qui est specialis Galli casus, si quis eum tantum complecti velit. Vt eo casu valeat, qui ex verbo, concipi possit. Eo casu quocunq; scilicet suus hæres nepos nascetur, & quocunq; filius gradu præcedens e medio sublatus sit, cum autem nullus in eiusmodi institutione simpliciter facta, casus expressus proponatur, necesse est eum, qui accidit, per quem sublato e medio filio suus hæres nepos nascitur, ex verbis testatoris concipi, hoc est intelligi, & coniectura apprehendi, tanquam de eo testator cogitarit. Concipi ergo hic perinde est, atq; intelligi, & quasi præsumi, seu coniectura percipi. Nec me latet, quosdã cum Accursio interpretatos, ex verbis, Galli scilicet, quasi satis concipiatur, & intelligatur ex eius verbis, voluisse eum simpliciter prouidere, vt instituerenetur nepos posthumus, 12. tabulis omissis, quandocunq; suus nasceretur, quod fieri potest ẽt omissa mortis filij mentione. Sed hunc sensum Sceuolę verbis minime conuenire arbitror, qui nihil de Gallo, vt supra diximus, hic loquitur, sed de testatore. Verum est tamen, Sceuolã ex Galli verbis mẽtem eius assecutum esse, quasi omnes vias, quibus ab huiusmodi posthumis rumpi testamenta possunt,
5 auferre in animo habuerint. † Restat vt formulas examinemus ab Accursio positas, in quibus nulla facta mortis expressione Aquiliana nihilominus institutio procedat, quarum hæ vtcunq; sustineri possunt. Filium instituo. Item, nepotem qui mihi ex eo post mortem nascetur. Item si filius hæres nõ erit, nepotem qui ex eo mihi post mortem nascetur, substituo. quãquam hic breuius concipi potest omissis videlicet verbis, si filius hæres non erit. Nam in his cõceptionibus, nepos qui suus nascetur, intelligitur ex dictione, mihi, quod ait Marius, & nos superius in fine primi reponsi annotauimus. Tertiam, & quartam in quibus nulla fit sui hæredis, nec post mortem natiuitatis mẽtio, generaliores esse existimo, quam par sit, nec cuiquã consuluerim vt illis vtatur. Non enim eadem nobis quæ alijs mens est, vt omnia potius miscere, & in partes omnes contorquere velimus, quam ab Accursij aut Bartol. placitis recedere.
6 † valde enim vt Iustinianus [illegible] sed quia stipulationes, de fideicommis. hæc communia ita & nobis placet in disputationib. legitimis simplicitas, veritatis plerunq; comes, quam si nostri interpretes Iustinianum secuti, amplecti pro viribus voluissent, multo profecto explanatiorem, ac faciliorem hãc disciplinam haberemus, nec ab ea tam multos perplexæ & pęne indeterminatæ quorundam quæstiones absterrerent. Formulas quibus hic §. declaratur, & quæ ei possint accommodari ponit Sceuo-
7 la in §. quid si is inf. Subdit † exemplis supra enumeratis Accursius quæstionem huiusmodi. Quid si, inquit, filium & nepotẽ iam natos habens, sic instõnem concipiat, filium & nepotem ex eo natum instituo, quid iuris erit? an simul an ordine tãtum admittentur? quod magis putat. Ego vero sic sentio aut superstites patri erunt nepotes, & filius qui in potestate semper fuerint, & hoc casu si ponat filius solus institutus qui adeat, peribit institutio, aut potius substitutio nepotis, quę etiam possit esse ea quæ fiat puber, & post aditam hæreditatem euiet? Si vero repudiabit filius, qd interest an nepos vt substitutus admittatur, an vt cohæres? nam vtroque modo ad eum tota hæreditas pertinet, sin præmorietur filius, vel alias exibit e potestate ante mortẽ, optimum erit eos, si qua fieri poterit (vt emancipato solum filio) simul admittere, ne si solum hoc casu filium admittamus suitate nepotis primo gradu præteriti testamentum cui consulere eiusmodi institutione testator voluit rumpatur. Ex his apparet non semper necesse esse in tali institutione ordinem successionis statui, nam id nisi ex necessitatis causa fieri non debere affirmant interpretes. Palam autem fit ex supradictis non solum id aliquando necessarium non esse, sed etiam aliquando obesse, cum per id testamentum rumpi contingat. Et sane absolute dici potest, nullam esse necessitatem eiusmodi successionis inducendę, cum etiam si cohæredem nepotem faciamus, sustineatur optime testamentum, & hæc satis superque de dubitatione quæ parum intellectum huius §. inuat, & omitti rectissime poterat.

§. II.

IDem credendum est Gallum existimasse & de pronepote, vt dicat testator. Si me viuo nepos decedet, tunc qui ex eo pronepos &c. Sed & si viuo filio iam mortuo nepote, cuius vxor pregnans esset, testamẽtum faceret, posit dicere. Si me viuo filius meus decedet, tunc qui pronepos &c. Num si & filius & nepos viuant, concipere vtrisq; se viuo mortuis, tunc qui pronepos nasceretur poterit? Quod similiter admittendũ est, si prius nepos, deinde filius decederet, ne successione testamẽtum rumperetur.

SVMMARIVM.

1 *Regulam exemplis non restringi.*
2 *Extensio ad casum similem ei qui lege expressus est, ex legislatoris mente facta censetur.*
3 *Concipere, quam significationem habeat.*
4 *Nepos iam natus poterat lege 12. tabul. impune præteriri.*
5 *Nepos superstes præmoriente post testamentum filio, rumpit testamentum avi in quo est præteritus, idq; beneficio legis Velleia.*
6 *Bartoli lapsus in interpretatione Aquilianæ formulæ.*
7 *Testamentum in quo suus hæres præteritus est, iure prætorio nunquam confirmatur.*

SVpponit Hoc loco Sceuola, eam Galli mentem fuisse, vt simpliciter induceret posthumorum testamenti tempore alienorum, qui sui hæredes post mortem testatoris nati fieri possent, institutionem, quamuis vnicam tantum in formula nepotis personam expressserit. cui sentẽtię consentire Paulus videtur l. pen. de leg. 1. cum ait verbis generalibus. Et recepta est sententia Galli, alienos quoque posthumos legitimos nobis hæredes fieri, quo lo-
1 co nec vllam ipse personarum distinctionẽ facit. † Et aliequin tritum in iure nostro satis est exemplis regulas, & generalia iura nõ restringi qualis mens Galli fuisse pręsumitur l. regula §. & licet de iur. & fac. igno. sup. vnde subdit Sceuola, idem credendũ est Gallũ existimasse, hoc est, quamquam vnicã personã Gallus proposuerit, mens tñ eius fuit oẽs ei similes cõple-
2 cti. † vnde notari põt. Extensiones quæ a casib. legib. expressis ad alios illis similes fieri a Iureconsultis solent, ex mente ipsorum legislatorum videri factas perinde ac si ipsi de illis sensissent. Non. n. (inquit Iulianus) põt omnes articuli singulatim leg ib. comprehendi, sed cum in aliquo casu sñia earum manifesta est, is qui iurisdictioni pręest ad similia procedere, atq; ita ius dicere debet. Nam (inquit eodem loco Vlpianus ex Pedio) quoties lege aliquid vnũ, vel alterũ est introductũ, bona occasio est. & cętera. quę tendũt ad eãdem vtilitatem vel interpretationẽ, vel certe iurisdictione supplere. Ex quib. videre est, q̃ recta sit hoc loco Accursij & assectarum eius sententia, dum a Sceuola Gallum vt minus plene, nec quantum par erat locutum, notari existimat. qua rõne vix vlla lex, aut regula dari posset, quæ non in similem reprehensionem incurreret. Nã quæ talis esse aut fieri potest, quæ exempla omnia, ad quæ adaptari possit, quorum numerus & ignotus, & infinitus est, contineat. An non satis est, mentem legem ferentis, legisq; (vt supra dixit Vlpianus) sententiam sic vno aliquo casu cognosci, vt non difficile colligi similia possint? Quis vnquã oẽs casus legib. cõtentos expressent, præsertim cũ noui quotidie emergant, qui accidere leg islatorũ tempore non potuerunt? In quo versabitur Iurisconsultorũ peritia, si id fiat? Tolletur sane ea re maxime pars authoritatis, ac prudentię eorum. Facit ergo hoc loco Sceuola, q̃ est Iuriscõsulti propriũ, & optimi legũ interpretis, nã similia exẽpla q̃ ad personas attinet, expressis in Galli formula profert, quo implicitã Galli mentẽ explicitã, apertioremq; reddat. Et hoc mõ semel rñsum sit Accursianę reprehensioni, quæ & inepta, vt ostendimus, & minime ferẽda nobis visa est. Notari ẽt hoc §. põt extẽsiones casuum legib. expressorũ ad similes non expressos nouũ prorsus ius efficere non videri, sed perinde ac si scriptę essent, legũ authorib. attribui, quod & ex § . seq. amplius liquebit. Existimasse, sensisse, cogitasse. Refertur. n. verbum hoc hic ad nudam animi cogitationem, quam q̃ vsitatior sit huius dictionis in alio sensu significatio, qua cogitationem sequitur existimatio, vt est apud Vallam. De pronepote, vt possit institui similiter atque nepos, idque in casu Galli & eius inductione. Vt dicat testator. In §. præcedent. exprimat, hic dicat testator. vnde palam fit, Sceuolam testatoribus consulere, non quicquam de Galli conceptione loqui. quod

minime

minime animaduertit Accursius. Si me viuo nepos decedet.
Tria hoc. §. exempla diuersa a Galli formula circa pronepotis
institutionem ponuntur. Primum cum solo nepote viuo præ-
mortuo filio pronepos instituitur. Alterum cum viuo filio ne
pote præmortuo. Tertium cū vtroque viuente in casum, quo
ambo testatori ipsi præmoriantur. Hoc loco disputationē lon-
gam tractant interpretes super dictione, & cætera, quę cum ad
interpretationem huius versiculi parum conducat, nobis aūt
in animo sit ea tantū persequi, quæ intellectum legis iuuent,
aut ad eam aliquo modo pertineant, merito eam omittimus,
locum ijs qui ea opus habuerint indicasse contenti. Formulas
autem quę hic a Sceuola inchoate ponuntur absoluere qui vo
let, id non difficile ei erit ex : alli verbis, quæ breuitatis studio-
sus Sceuola omisit. Possit dicere. Ex mente Galli hanc expres-
3 sionē facere. † Concipere, exprimere verba, vel dictare accipiē
da ab alio, & est hoc vsitatum antiquis linguę latinę authori-
bus verbum apud quos similes huic locutiones inuenias. Con-
cipere formulas, leges, cautiones, stipulationes, vota, dedicatio
nes, iuramenta, & cætera generis eiusdē, pro eo quod est effor-
mare, aut dictare alteri seu præire. Vtriusque se viuo mortuis.
ordine tamen qui inferius dicitur, vnde noto in eiusmodi lo-
cutionibus pluralis numeri non esse nouum, ordinem aliquē
inter sic expressos intelligi, nec æqualitatē semper tali expres-
sione notari, præsertim cum dispositio ipsa successione opus
habet. de qua te latius agūt interpretes in §. præced. si quis am-
plum eius tractatum legere cupiat. Quod similiter admitten-
dum est. hoc est ad similitudinē præcedentiū, & eodem modo
quo præcedentia ad quæ quod similia sint casui Galli eius mē-
tem pertinere diximus. Ita sane si prius nepos &c. Hoc præter
Galli mētē a Sceuola ob secundū legis Velleiæ caput dictū est,
4 de quo suo loco videbitur. Nam Galli tēpore quo lex. 12. tabu-
la. in hoc casu vigebat, poterat nepos iam natus præteriri, nec
præteritus vnquā testamentum rumpebat, vt declarat. §. 2. de
exhære. libero. in insti. vt autem rumpere possit, id per Velleiū
consecutus est. Ne successione testamentū rūpatur. Successio
5 hic intelligenda est, quę fit ex secūdo capite legis Velleię, † qua
præmoriente post testamētū filio fit nepos natus superstes su-
us hæres auo quasi agnatione, & ad mortem posthumi, rum-
pitque testamentum aui, in quo fit præteritus, quo rupto quin
6 posthumi institutio vanescat, nemini dubiū esse potest. † Intel-
ligi autem ex hoc loco datur, falsum esse quod ait Bart. in pri-
mo responso, supra, instit ione filij alia opus non esse, quam
ea quæ satis ex alli verbis possit intelligi. Nam similis hic fit
personæ nepotis expressio, vt filij, & eadem verba sufficere hic
in nepote deberent, quæ ab eo in filio sufficere dicūtur, ne prę-
teritus videretur & frustra de ordine decedentiū sollicitus fuisset
Sceuola, quæ omnia cum aliter sint, satis declaratur merū esse
illud Bar. cōmentum, præter oēm iuris constitutionē ab eo in-
ductū. Et quāquā huic obiectioni hic conetur respondere, diuer
sitatemque quandā inter filium & nepotem statuere, tamē id
nulla probabili ratione facit, nec in eo a quoquā probari debet
in quo expressis Sceuolę verbis repugnant. §. in omnibus. infra
vbi de hoc plenius agetur. Ei autem quod de rūpendo testamē
to in fine. §. dicitur, vt aduersaria opponitur. l. posthumus infra
tit. 1. qua dicitur iniustū testamentū non ita subuertit, quin ex
eo succedi possit. Iniustū autē testamentū ibi ab interpretibus
intelligitur, in quo suus hæres sit præteritus, ꝙ sustineri ibidē di-
citur data bonorū possessione ei qui rē ab intestato auferre pos-
set, qui casus huic loco videtur cōuenire, quo posthumus institu
tus qui ab intestato succederet, eā possessionē cōsequi potest,
& testamentū validū cōseruare. Hunc nodum soluit Alciatus
lib. Paradox. 3. capi. 8. ita vt a cæteris in testamenti iniusti intel-
lectu dissentiat. Ait enim in ea lege iniustū testamentū id dici,
in quo solemnia testamentorū iure ciuili requisita desiderentur
quodque Papinianus in l. 1. eiusdē tractatus non iure factū ap-
7 pellat. † Quæ responsio quamq̃ verisimilis videri possit, cum tñ
alijs quoq; iuribus palā fiat, eiusmodi testamenta cōfirmari, in
quibus suus hęres pręteritus sit, vt indicant. l. filio pręterito. eo.
titu. & l. etiam si. §. libertus patronum. de bon. lib. inf. adiecto ei
versiculo extremo. l. si quis cū quem. de vulga. substi. inf. ēt ea
exclusa nodū hūc ita tolli debere puto, vt fere omnes senserūt.
Eo loco agi de iure prætorio, cū hic Sceuola ciuile attenderit.
Nec cōstituit quicq̃ ciuili iure rescripto Adriani, qđ in ea lege
refertur, tñ enī eo datur iuris prætorij remediū, vel potius cō-
perere ostenditur. Itaque quin posthumus in hoc. §. possessio
ne sm testm̃ quo præteritus nepos esset petita, testm̃ ipsum ꝯ-
firmare possit minime dubito, sed tñ in eiusdē ptāte fore ar-
bitror, euerso testō intestato succedere. quam facultatem tol-
lere Sceuola voluit, itaque de causa ordinis moriendi mentio-
nem fecit. Credibilius enim est eum qui optionem habeat, an
ex testamēto, an vero ab intestato velit succedere, intestati po-
tius viam electurū, qua legata omnia cū fideicommissis apud
eū remaneant. Et hæc sit ratio huius dicti Sceuolæ, qui ne v lo
modo rūpi testamātum posset, id sibi exprimendum credidit.

§. III.

ET quid si tantum in mortis filii casum conciperet, qui deinde aquæ & ignis interdictionem pateretur, quid si nepos ex quo pronepos institueretur, vt ostendimus, emancipatus esset? Hi enim casus & omnes ex ex quibus suus hæres post mortem scilicet nasceretur, non pertinent ad legē Velleiam. Sed ex sententia legis Velleię, vt hæc omnia admittenda sunt ad similitudinem mortis & cæteri casus admittendi sunt.

SVMMARIVM.

1 *Cōditio mortis substitutioni adiecta trahatur necne ad casus mortis similes*
2 *Deportationem successisse in locum aquæ & ignis interdictionis.*
3 *Deportatum haberi loco mortui.*
4 *Posthumi institutio sicut in casum mortis filij vel nepotis concipi potest. sic & in casum emancipationis eorundem.*
5 *Filium non debere institui sub conditione, quæ non sit in eius potestate.*
6 *Bonorum possessionem inuito non acquiri, nec dari nisi causa cognita.*
7 *Bonorum possessionis petitionem nō sufficere, nisi qui eam dat voluerit euidenter dare.*
8 *Arbitrio hominis suppositum esse plurimum habet anxietatis.*
9 *Professio eius religionis, secundum quam ne priuatum aliquid nec commune possidere liceat, species est mortis ciuilis.*
10 *Argumenta a simili non esse ex legibus ducenda.*
11 *Extensio legis quæ fit per similitudinem, qua ratione differat ab ea extensione, quæ fit ex pręsumptione voluntatis.*
12 *Emancipato filio hærede instituto, & nepote ex eo, qui in potestate retentus est, pręterito, rumpatur necn. testamentum cōsiderato iure Codicis. & nu. sequen.*

QVamquam varij A diuersis expositionibus sensus ad hūc. §. accommodentur (nam Accursius Pilei vnum a cōmuni diuersum, Marius vero plures refert, quos refutare nō adeo arduum esset, nisi veritatem expositionis nostrę etiam sine ea refutatione satis cognosci posse putaremus) tamen nobis is maxime conuenire ei videtur, qui ab Accursio secundo loco positus communi plurium opinione receptus est. Is est, vt dubitatio hic fiat super casibus morti similibus, per quos sublata pręcedēte persona suus hęres post testatoris mortem aut nepos aut pronepos nascitur, an & hi vel exprimi possint, vel generali formula in qua nulla mortis mentio facta sit, intelligi debeant. quæ dubitatio non temere tertio loco subiecta est, cum iam duæ aliæ super Galli formula sublatę essent, de mortis inquam filij omissione, & pronepotis institutione. Quærit ergo Sceuola cum in Galli exemplo mortis tantum fiat mētio, videtur ex [illegible] non posse institutionem, nisi in casum etiam mortis concipi, quid ergo erit si testator quiuis mortis tantum vel filij vel nepotis præmortuo filio casum expressisset, filius vero deportetur, aut nepos emancipetur viuo testatore, post cuius mortem nascatur posthumus suus hæres, Nam hic casus institutione tali modo facta non continebuntur, ideoq; in illis rumpetur agnatione sui hæredis testamentum, quamquam institutio secundum Galli verba facta sit, nec possunt tales casus lege Velleia sustineri, aut per eam prohiberi posthumus, ne eis euenientibus testamentum rumpat, nam illa de natis post testatoris mortem nihil disponit. Sequebatur ex his tales casus esse indecisos, quod ne sit, ait Sceuola eos ad Gallum referendos esse, idque ob similitudinem quam habent cū casu mortis per Gallum expresso. Referri autem sic intelligo, vt scilicet vel exprimi & ipsi possint, vel simplici conceptione facta, vt in §. 1. supr. contineātur. Et quoniam hic de mortis expressa mentione agitur, non dubium est, quin horum casuum etiam expressam ad mortis similitudinem conceptionem fie-
1 ri posse innuatur. † Vnde nobis minime placet, quod ex hoc loco ab omnibus fere colligitur, institutionem in casu mortis factam porrigi ad omnes casus morti similes, nam si id de institutione a priuato quopiam testamento facta, vt est fere omnium communis opinio a qua dissentit Marius intelligas; id sane verum non esse nedū hoc tex. probari arbitror, sed casum omissum minime ea institutione contentum videri, vt in leg. commodissime. supr. eo. Sin de formula quadam instituendi a legislatore, vel interprete aliquo proposita, cuius mens multo formula ipsa latior fuisse præsumatur, tum demum vt in legibus, sic & in ea institutione extensionē ad casus in ea contētos similes fieri posse non difficile concedam. atque id hoc. §. quā optime demonstrari cōsentiam. Ergo vt in §. præced. ad nepo-

tis similitudinē pronepotis persona ex Galli mēte admissa est,
si modo tñ aut exprimatur, aut gñalis facta sit ɔceptio, sic & in
hoc § de casib. morti similib. dicendum est, & hæc secunda est
Sceuolæ extensio ad Galli formulā. In mortis filij casum con-
ciperet, s. testator quiuis posthumi instōnem, quemadmodū
solum eum casum expressit Gallus. Qui deinde, hoc est post
testm̄ viuo adhuc testatore aquæ & ignis interdictionem pa-
teretur. Hac pena vsi sunt prisci Romani in liberos homines
quos supplicijs affici, vitaq; mulctari nollent, vt eis vrbis & ci-
uium communione hac ratione interdicerent. Verba sunt de
hac re Lactantij diuinarum instōnum libr. 2. Exulibus igni &
aqua interdici solebat, adhuc. n. videbatur nefas quamuis ma-
los homines supplicio capitis afficere. Interdicto igitur vsu ea-
rum rerum quib. vita constat hominum, perinde habebatur,
ac si esset qui eam sentētiā excepisset, morte mulctatus. Huius
2 pęnę loco † successit postea in insulam portatio, vt testis est VI
pianus l. 3. ad leg. Iul. pecul. quo loco ait, eum qui in eum statū
3 deducitur, vt pristina omnia iura, sic etiam bona amittere. † Itē
mortui loco qui eam pęnā passus sit, haberi affirmat l. 1. §. qui-
dam filiū, de bon. poss. cont. tab. inf. Quid si nepos ex quo pro-
nepos institueretur &c. In hac parte nodus a plerisq; summe
ipsorum iudicio difficilis inuentus est, quo se nemo hactenus
satis explicuisse videatur. Is est huiusmodi. Cum hic emancipa
tio morti & interdictioni comparetur, & idem horū trium ef-
fectus constituatur, inferunt oēs, sicut morte ita & emancipa-
tione perire instōnem nepotis, quæ hoc §. facta absq; vlla du-
bitatione intelligitur. Hinc nata est Bart. & sectatorū eius sen-
tentia. Instōnem eiusmodi vel filij vel nepotis posthumū præ-
cedentis ea conditione factā intelligi debere, si sui hæredes ad
mortem vsq; testōris perseuerarent, qua conditione deficiēte
instōnem quoque ipsam deficere, vnde & has instōnes vitiari
aiunt non ob solam emancipationem, quæ causa ad eam euer
tēdam idonea non est, vt ostendit §. vltimus huius capitis, sed
ob conditionem suitatis, quæ si non alias saltem ex præsumpta
testatoris voluntate insit, qua deficiente merito pereat institu-
tio. Hunc nodum diuerso a cęteris modo tollit Alciatus libro
tertio Parad. cap. nono. a quo nihil fere dissentit Marius, & om
nes interpretum aliorum difficultates nouo huius § intellectu
tollit, quem qui legere velit, per me videat licet, neq; enim cō-
silium est aliorum opinionib. enarrandis aut notas has imple-
re, aut lectores morari, maxime dum absq; eis satis nobis expe
dita ad veritatem via patere videbitur. Itaq; cum communem
fere intellectum in hoc §. amplectendum supra dixerimus, re-
stat, vt eo posito quemadmodū dubitatio ista tolli possit, osten
4 damus. Vult Sceuola, † sicut in casum mortis filij vel nepotis
potest posthumi institutio concipi, sic posse & in casum eman
cipationis eundem. Verbi gratia, si filius vel si nepos meus
me viuo emancipatione potestatem meam exeat, tunc & cęt.
quomodo recte fit posthumi institutio, ex qua nepos, qui suus
post mortem nascitur rupturus testamentum si esset eo casu
præteritus, admittetur, nec necesse est dicere sub aliqua condi-
tione institutum eum qui gradu testamēti tempore præcedit,
non magis quam cū mortis casus exprimitur, sed pure & sim-
pliciter, qualis filiorum debet esse institutio quæ conditionem
5 nullam quæ extra eorū potestatem sit, admittat l. suus quoque
de hęr. insti. inf. & l. instō talis, de condit. institu. inf. at expressio
emancipationis hoc casu mortis expressioni similis est, cū per
eam vt morte suus quis hæres esse desinat, & in eū statū dedu-
catur, quo præteritio eius nihil iure ciuili testamento obstet, ex
eo aūt loiū tpe sit institutus posthumus, qui præteritus testm̄
haud dubie agnascendo rūperet. Pōt igitur emancipatio simi-
liter atq; mors in Aquiliana instōne exprimi, cum similem ef-
fectū operetur, & merito notatus est hic casus per Sceuolā, cū
vnus sit eorū, quib. posthumus suus hæres agnascens rumpere
testm̄ possit. Eo aūt expresso perinde perit emancipatione in-
stitutio, vt morte vel deportatione, qui tres casus hic ęquiparā
tur, & cū hæc vna sit ex vijs quibus posthumus hęres post mor
tem natus testm̄ possit rumpere, ei aliter occurri non potuit,
q̄ per eiusmodi conceptionē, vel gñalem, qua hic casus conti-
neri censeatur. Quod si mortis tm̄ casus expressus esset, teme-
rariū putarem, asserere sola emācipatione, institutionē filij, vel
alterius deficere, quin potius arbitrarer, eo casu præteritū po-
sthumum suum agnascentem testm̄ subuertere, qd incommo-
dū hic sustulit Sceuola, dū emancipationis mētionem fieri vo
luit. Restat scrupulus alter recepta hac īterpretatione, de bon.
poss. contra tab. quæ emancipatis filijs, quorū vitiata sit institu-
tio, dabatur, in quo tollendo non satis video, quid prętcr com-
munem omniū sententiam dici possit, qua respondetur. Sce-
uolam iuris ciuilis expositorem solum ius Ciuile attēdisse, nec
de prętorio quicquā cogitasse. Satis enim fuisset ei prouisum
ostendere, nec testamenta posthumorū agnatione rumpi pos-
sent, alios vero rumpendi modos hoc loco non curasse, nec il-
lis obuiam esse nunquāq. eos, qui extra ius ciuile essent, qualis
est ista bonorū possessio, quæ non ita præcise testamentū rum-
6 pit, vt agnatio posthumi † cum bonorū possessores inuiti non
fiant. l. 3. §. inuito. de bon. poss. inf. Nec transeat ad ius in hære-
dem §. acquirere ea. l. Item nō detur nisi causa cognita, & pro
7 tribunali §. pen. d. l. nec † sufficit petitio, nisi eam qui dat volue
rit euidenter dari. l. Paulus, sub eo. tit. Adde, quod certo tēpore
finitur, vt declarat tractatus, de success. edicto, quæ omnia nō
adeo sunt expedita, vt propterea minus curanda sit firmitudo
testamenti mero iure ciuili stabilita, neq. enim parum est ali-
quid per se habere, aut facere, vt hic posthumus qui rumpit, &
8 absq; hominis auxilio † a cuius arbitrio pendere sępe anxieta-
tis plurimū habet l. quod debetur, de pecul. sup. Et hæc in præ-
sentia satis sint, donec occurrant meliora, nam scio responsio-
nem hāc minime quibusdam probatam esse, in quo numero
est Alciatus, qui vt breuius se hoc modo extricaret nepotem
in hoc §. testatori præmortuum intellexit, quasi id necesse sit
dicere, quam recte, aliorum esto iudiciū, neq; enim vt pręsenti
tempore mihi alia occurrunt, quam quæ supra dicta sunt. Vt
ostendimus. Nā huius instōnis pronepotis Gallus non memi-
nit, sed Sceuola tm̄ in §. præce. Emancipatus esset, addo. Hic ca
sus instōne fm̄ Galli formulam in mortis tm̄ casum facta non
contineretur, nec etiam ad legem Velleiam referri pōt, vt inf.
dr̄, vnde expressio huius casus, vel casus ipse ad Gallū referen-
dus venit, vt in tex. sequitur. Hi casus & oēs &c. Innuit & alios
esse posse præter expressos hoc §. qui per extensionem ad Gal
li formulam accommodari debeant, vt in §§ seq. Idem dici po
test de ijs, qui pęnę serui fiunt, quorum meminit §. pęnę serui.
9 Quib. mod. ius pat. pot. sol. in insti. posset † etiam hodie idē dici
cum filius, aut alius gradu præcedens ei se viuē di formę astrin-
gat, q̄ professi nihil penitus nec priuatū, nec cōe aut possidere,
aut suū dicere liceat, q̄ mortis ciuilis nihil a naturali distantis
spēm esse affirmat Bar. l. 1. de test. sup. Item notandū hoc loco
esse generale Sceuolę dictū, quo ait Casus oēs, quib. suus hęres
post testatoris mortē nascitur, ad Velleium non pertinere. Sed
ex sentētia legis Velleię &c. hoc est expositione, & verborum
eius interpretatione. Nam hi casus, & similes specialiter lege
Velleia expressi non sunt, nam generalia verba sunt primi ca-
pitis. Is omnes virilis sexus, qui ei sui hęredes futuri erunt, &c.
Item secundi, si quis ex suis hæredibus suus hęres esse desierit,
quę verba declarantes Iurisconsulti interpretes casus hos par-
ticulares, quorum Sceuola meminit, expresserūt. Ab ea igitur
interpretatione seu sentētia legis ratione ducta, ne temere col-
ligere similitudines videatur, sic format argumentationē Sce-
uola, in sententia legis Velleię, quę ad Galli imitationem vias
aliquot, quibus rumpebantur testamento præcidit, omnes hi
casus enumerantur, per quos præcedentes de medio sublato
suus hæres fuit posthumus, & admissum est eam de omnibus
huiusmodi casibus locutam esse, cuius cum eadem causa fue-
rit, quæ Aquilianæ dispositionis, merito in Aquiliana, quoque
hi casus admittendi sunt, non ex sententia quidem verborum
similiter atq; in lege Velleia, sed ad mortis quę ī formula Gal-
li expressa est, similitudinem, nam vt morte sublatis ijs, qui gra
du præcedunt, nascitur suus hæres posthumus, ita eisdem de-
portatis, aut emancipatis, & in hoc similes sunt mors, deporta-
tio, emancipatio. Ergo hos casus morti similes ex interpreta-
tione legis Velleię sumpsit Sceuola, & ad eā quam hic senten-
tiam appellat, differens ab ea de qua loquitur l. contra legem
supra. de leg. quamquam διανοίαν appellat Vlpianus, in l. fraus.
quæ d. l. consequitur, pro eo scilicet quod lex quidem voluit,
10 verbis tamen eius non exprimitur. † Cū autem similitudines
Sceuola ex lege Velleia colligit, indicio est, non adeo temere
vt a plerisq; sit ducenda esse per locum a simili ex legib. argu-
menta, quo vitio, quamquam aliquib. etiam remotissima quæ
que placere scimus) vtinam non tam multi nostrę professionis
hominum laborarent, quorum absurdus plerunq; compara-
tionib. fit, vt nullum fere negotium satis legib. decisum videri
11 possit. Item differt hæc extensio legis per similitudinem ab ea
quæ ex sola voluntatis præsumptione fieri solet, qualis plerūq;
fit in priuatorum dispositionib. vt in l. iam hoc iure. de vulg. &
pupill. substi. inf. l. si mater & l. fi. de insti. & substit. C. l. mulier.
1. ad Trebell. infr. nam in his duab. posteriorib. legib. expressa
fit voluntatis mentio. Vix enim in hac secūda extensionis spe-
cie certa vlla regula dari potest, cū prior loco a simili, aut pari
fundetur, super quo non minima iuris nostri pars stabilita vide
tur. Et ex his cuiuis iudicare licet, quā recte sint Bart. in hoc §.
quod ad hanc partem attinet, conditionū distinctiones, præter
omnem iuris formam ab eo excogitasse. Libet ēt hoc loco, vt
breuissime licebit, redarguere quod ait idē author num. 7. illo
12 rum ad hunc §. commentariorū. † Si testator, vt ius hodie fert
filium emancipatum testō instituat, nepotem ex eo, qui in po-
testate, & suus ei hęres sit, pręte reat, non rūpi propterea testm̄.
Rationem facit, quod cum hic nepos nihil ab intestato habere
ex hereditate possit, nulla ei per preteritionem fiat iniuria. pro
positionem vero suam probari ait l. meminimus. C. de suis &
leg. hære. quo loco, inquit, statuit Iustinianus emancipatos pa-
rentibus

rentibus ad suorum similitudinem succedere, indeque infert Bar. ipse, cum non perdat ius sui hæredis emancipatus, solum in casu prædicto ab intestato admitti, & sublatã hodie esse successionem edicti, de coniungendis cũ emancipato liberis eius. Sed profecto non satis diligenter verba Iustiniani attendit Barto. quod si fecisset, non tam facile hanc iuris veteris mutationẽ induxisset, quæ non adeo temere fieri debuit, cum illius eo loco mentio nulla fiat. Verba ibi sunt in fine primę partis. Necessarium duximus, & si quid ex prætoria iurisdictione frugi inuẽtum est, & hoc cum perfectissima definitione disposito leges nostras ampliari. quibus verbis ostendit Iustinianus se ex iure prætorio ad ciuile inductionem, quæ sibi æqua videretur facere velle, tantum abest, vt vllam iuris eiusmodi partem sibi mutandam ducat. Sequitur eodem loco, cum igitur pretor filium emancipatum, licet subtili iure capite fuerat diminutus, attamen in patris successionem sine vlla diminutione vocet, non eodem autem iure etiam ad fratrum suorum successiones vocabatur, sed nec filij eius iure legitimo suis patruis succedebãt, necessarium duximus hoc primum corrigere, &c. quibus verbis satis liquet, quid corrigat Iustinianus, nempe ius antiquum de successione emancipatorum in fratrum hæreditatibus. Sequitur vt emancipati filius & filia non solum in paternis bonis ad suorum similitudinem succedant, &c. Hoc loco ius prætorium, de quo supra meminerat, commemorat, & a parentum successione, in qua iure prætorio sui hæredes filij & emancipati æquitati æquati erant, causam inductionis suę sumit, qua ius vetus corrigens, statuit idem ius esse debere in fratrum successione inter suos & emancipatos, vt scilicet æqualiter admittantur & cessare diminutionem, quam ex lege Anastasiana patiebantur emancipati. Quis autem sane mentis dicere ausit his verbis aut ius prætorium de coniungendis cum emancipato liberis eius, aut differentiam emancipationis, & patrię potestatis iure ciuili esse sublatam? maxime cum nulla ibidem iuris prætorij correctio fiat? An non plane hoc loco hallucinatur Bar. & qui eius sententiam sectãtur? Sed est & aliud quo quam assertionem confirmat, nempe geminis §§. auth. de hære. ab intesta. venien. Priore dicitur, descendentes siue suę potestatis, siue sub potestate sint, omnibus ascendẽtibus, & ex latere cognatis in ascendentium successione preferri. Sed hoc loco nihil de hac re disponitur, nec per hoc sublatã emãcipationis, & patriæ potestatis differentiam iure ciuili obseruatam recte dici possit. Nam cum ibi nulla mentio correctionis iuris antiqui fiat, quid prohibet talem descendentium successionem eo loco intelligere, qualis antea quoq; erat? nisi cui forte placeat, ne super re indubia disposuisse Iustinianus videatur, id eo loco ab eo contra ius vetus statutũ, vt emancipati parentibus suis in potestate morientibus succederent, cũ id antea nõ sic esset, sed ascẽdens qui defunctũ in ptãte habuisset, eũ excluderet, quę decisio nullo quod sciam loco facta nõ absurde inde sumi posse videatur, sed ita vt nihil tamen per eam iuuetur Bart. sñia. Alterius vero §. quo vtitur Bar. verba sunt, Nullam vero volumus esse dñiam in quacũq; successione inter eos qui ad hæreditatẽ vocantur masculos ac fęminas &c. sed in omnibus successionibus agnatorũ cognatorũq; dñias vacare præcipimus, siue per fęmineam personã, siue per emãcipationem, vel aliũ quemlibet modũ legib. tractabatur, & oẽs sine qualibet dñia secundũ propriũ cognationis gradum ad cognatorũ successionem ab intestato venire præcipimus. In hoc §. verba. in quacunq; successione exponit Bart. id est, vel ex testamento vel ab intestato, quæ expositio supremis illius. §. verbis, & Titulo Authentici, quo de successionibus intestatorũ agit, repugnans, alia refutatione opus nõ hẽt. Clarum enim est eũ §. de collateraliũ successione tm̃ loqui, & quod ibidẽ de emancipatione, & patria potestate dr̃ ob legem Anastasianam, quæ dñiam emãcipatorũ & suorũ, vt supra ostẽdimus, fecerat, dictũ esse, quę q̃q̃ prius sublata esset per l. Meminimus, tñ idem hoc loco repetere ad constõnis suę complemẽtũ cõgruũ duxit minime alias verborũ parcus Iustinianus. † Itaque si quẽ, vt sentit Bar. ponamus decessisse nepote præterito, patre aũt eius emancipato instituto, minime dubitarim dicere, nullũ esse eiusmodi testm̃. Item si quis ab intestato decedat relicto filio emancipato, & nepote ex eo, qui in morientis ptãte fuerit, ẽt hodie iure ciuili nepotẽ totum occupare, sed tũ prętermisso patrẽ ei ex edicto supra memorato cõiungi, nec quicq̃ in hoc esse mutatum prius arbitror, quam id locis euidentioribus probatũ legato. In qua re authorem sequimur Andream Alciatum qui hoc sensit cap. 10 lib. 5. Parad. nec tamen totam, vt nos, eo loco disputationem hanc complexus est.

§. IIII.

QVid si is, qui filium apud hostes habebat, testaretur: quare non induxit, vt si filius, antequàm ab hostibus rediret, quamquam post mortem patris, decederet, tunc deinde nepos: vel etiam adhuc illis viuis post mortem scilicet qui nasceretur, non romperet? Nam hic casus ad legem Velleiam non pertinet. Melius ergo est, vt in eiusmodi vtilitate, præsertim post legem Velleiam, quæ multos casus rumpendi abstulit, interpretatio admittatur, vt instituens nepotem, qui sibi post mortem suus nasceretur, recte instituisse videatur, quibuscunque casibus nepos post mortem natus suus esset: rumperetque præteritus, atque etiam si generaliter. Quicquid sibi liberorũ natum erit post mortem, aut quicunque natus fuerit, instituit, si suus nasceretur.

SVMMARIVM.

1 *Captiuus apud hostes decedens fingitur in ipso captiuitatis momento decessisse, & quo tempore incipiat hæc fictio locum habere.*

2 *Captiui filij ius ac status in pendenti esse dicitur, quemadmodum & eius, cuius pater captiuus est.*

3 *Nepos aũo suus hæres dici non potest, quamdiu pater eius captiuus apud hostes est.*

4 *Testatorum voluntates conseruari, ne pereant, publicę interest.*

PErsequitur Sceuola casus q̃ ad mortis similitudinem in Galli institutione exprimi possint, vel ea gñaliter concepta intelligi, vt impediatur posthumus a rumpendo testamento. Formularum conceptio non difficile ex verbis textus colligi põt. Difficultas aũt in hoc casu talis oriri põt.
1 † Quod cũ filio apud hostes decedẽte fingatur mors eius momento captiuitatis intercessisse, & ex cõsequenti suus hęres esse filius ẽt ante testm̃ desisse, vt asserit §. videndum. inf. sequi videtur, nepotem tanq̃ primum gradum testamenti tpe tenentem iure 12. tab. institui potuisse, nec ad Gallum casum hũc referendum esse, quod hic sentit Sceuola. Tollenda itaq; nobis inprimis est hęc dubitatio, idq; hac ratione. Cum enim supradicta mortis fictio non prius locum habeat quã vere apud hostes captiuus decesserit l. omnibus. cum sim. de ca. & postli. reuer. inf. interim etiam nec effectum habet captiuitas, vt ob eã sui hæredes fieri possint, qui captiuum gradu sequuntur, vnde
2 † pẽdere interea ad ius dr̃, quoniam licet suus nõ sit captiuus filius põt tñ & in potestatem, & in suitatẽ, quoties reuertetur, per postliminiũ redire. §. interdum. de hęr. quæ ab intest. defe. in Inst. sic & in l. bona §. qđ si filius. de cap. inf. status omniũ quorum patres in hostium ptãte sunt in pendenti esse dr̃. Sic & patre apud hostes existente ius quoddam suspẽsiuum in filij persona statuit l. pę. de suis & legit hęr. inf. Et quid attinet pluribus
3 in re non admodum obscura immorari. † Cum igitur pẽdeat interim captiui filij status, nũquã fieri potest, vt eodem tempore suus hęres nepos dicatur, nec quę fictio filiũ captiuitatis tempore mortuum fingit, eadem suum quoque nepotem ex eodẽ tempore fuisse inducit. Ad eũ enim nihil pertinet, nec in hoc quicq̃ mutat vereq; dici põt, nepotẽ hũc nõ nisi a patris captiui morte suũ hrẽdẽ fieri. Sed instabis in §. videndũ, ait Sceuola, filiũ viuo patre suũ hæredẽ esse in hoc casu desinere. Sequitur ergo, aut tps dari, quo nec filius nec nepos sui hæredes sint, aut nepotem eo tempore suum dici debere. Cui obiectioni satisfieri hoc modo potest. Quomodo audacter id a Sceuola dictũ est, ita etiam audacter hoc admitti posse, vt ibidem plenius dicetur. Clarum enim satis fit & ex hoc §. & ex §. vidẽdum nepotẽ de quo hic agitur, nunquam viuo patre captiuo suum hæredem dici posse, eamque esse causam, cur institutio eius hic ad Gallum per Sceuolam referatur. Quare non induxit, non expressit formula. Sic. n. positum & hoc casu vt in primo tñio supra nec ꝯprehẽdatur adeo facile hic casus forte solius mortis se viuo mẽtione a testatore in instõne facta, vñ puto Sceuolã speciale mortis mẽtionẽ, q̃ in Galli formula facta est, ad casum hunc inducere voluisse, vt specialis huius quoq; expressio fieri posset quãuis post mortẽ patris. Hec pars vel maioris dubitationis ostẽdẽde cã posita videri põt, cũ Gallus de eo tm̃. qui viuo testatore moritur, egerit, hic aũt nõ nisi eo defuncto mori ponatur, vel ẽt tollẽ [illegible] dubitatio oritur ob vitã filij apud hostes, q̃ tñ nullius effectus est, tũ ob captiuitatẽ, quæ morti similis est, tũ ẽt ob fictionẽ, quæ fit morte postea eius. dũ captiuus adhuc est, interueniente l. in oibus. de capt. [illegible] Et ob has causas nihil curatur eiusmodi filij vita. Vel ẽt adhuc illis viuis post mortem, [illegible] qui nasceretur. Illis viuis filio scilicet & ne[illegible]pote, sed captiuis, & in hostium potestate. Videtur autem id libenter obseruasse in

hoc ca-

hoc capite Sceuola, vt quod de filio dixisset, idem nepoti quoque tribueret, placet autem suprascripta lectio, tum quod ab Andrea Alciato ex emendato Codice prolata est cap. 13. lib. 3. Parado. tum quod eam secutus est Haloander in Nuremburgensi volumine, idque recte mea sententia, neq; enim ad Gallum pertineret casus, quo nepos viuo auo nasceretur, & proaui mors casu non aui exprimenda fuisset, quo de pronepotis institutione agitur. Nec puto, necesse esse aliter communes huius partis interpretationes ineptissimas refutare, cum veritatem aperuisse satis superque sit. Et ne cui incertum sit ius casus huiuscemodi, quo nepos viuo patre captiuo ante aui testatoris mortem nasceretur, videtur id ad primum Velleii caput posse accommodari, nam mortuo quandocunque apud hostes patre valida fit, vt in hoc. §. dicitur, eius institutio in tēpus, quo suus hæres post mortem fieret facta. Similiter ergo dicendum videtur & de nato in vita instituto per primum caput legis Velleię, in quo nulla est inter Gallum, & Velleum differentia, præterquam quod Velleius de natis viuo testatore tractauit. Hic casus, cum filius testamenti tempore captus, vel ipse, & nepos apud hostes decedit, & nepos, vel pronepos post testatoris mortem nascitur ad legem Velleam non pertinet, in qua tantum de ijs, qui viuis nobis nascūtur, agitur, qualis cum non sit hic casus ad eam referri non potest, sed ad Gallum pertinet. Melius ergo est vt in eiusmodi vtilitate &c. Quoniam vtile est nullos horum casuum indecisos relinqui, & id Iurisconsulti munus est testatoribus quoad eius fieri potest proui-
4 dere, † ne eorum voluntates pereant, quas seruari publice quoque interest. l. vel negare, quemadmo. test. aper. infr. Et eadem est vtilitas, quæ Gallo quoque in causa fuit, vt hoc ius introduceret, quod supra diximus. Pręsertim post legem Velleiā. Ne cui displiceat hæc Sceuolæ inductio vt a Galli formula remotior, duas rationes, quibus impulsus ad eam est, affert, quarum altera superiore parte visa est, altera hic ponitur. Ait enim, animum Velleio fuisse, casus rumpendi testamēti auferre, dignāque sua cura rē eiusmodi putasse, vt præter id, quod Gallus statuerat, huic rei multis adhuc modis implicite subueniret. Cū igitur ea fuerit Vellei mens, vt casus a Gallo prætermissos suppleret, merito Sceuolæ quoq; inductio ad eandem vtilitatem tendens, recipienda nobis est, vt tandem absolutum huius materiæ tractatum habeamus. Quæ multos casus rumpendi abstulit. Non enim omnes abstulit, quod ostendit. §. ille casus infra. Interpretatio admittatur. Videt hoc loco Sceuola, vt formulę Galli interpres interpretationem, id est diuersorum casuum ad Galli mentem accommodationem intelligere, quia si scilicet ea obscurior, & angustioribus verbis expressa cum sit exemplis eiusmodi, & illustretur, & veluti explicetur, dilateturque. Mentem autem Galli facit, vt institui possit ex ea, quæcūque post mortem testatoris natus ei suus hæres futurus sit, vt infra latius declaratur ex sequentibus, quæ peroptime huic loco coniunguntur. Vt instituens nepotem &c. Hæc est Galli mētis interpretatio, & explanatio, quæ diffusius aperitur, sub qua & qui præcesserunt, & qui sequuntur, quique enumerati hoc capite non sunt, casus cōtinentur, estque ea vtilissima, quæ plenissime alienis posthumis post mortem suis hæredibus futuris prouidet. Suus nasceretur. In nepote, qui viuo apud hostes patre nascitur, suum eum nasci vix est vt dicere possimus, cum suitas plene ante captiui mortem non deficiat. Satis itaq; videtur, quod post mortem natus suus fiat, rumpatque præteritus, quamquam suus plene dici non possit, vt supra ostendimus, nisi a patris morte. Valet autem eius institutio, & perinde præteritus testamentum rumperet, atq; si suus natus esset. Quibuscumque casibus nepos post mortem natus suus esset. Siue per mortē filij, seu per casus morti similes, vt in §. & quid si tantum. supra. Seu etiam per modos de quibus in hoc. §. & seq. aut alios hic non enumeratos. Et notari hic potest, reprobari hac parte posse communem interpretum opinionem, de qua a nobis in §. supra actum est. Quid enim generalibus his expressionibus opus esset, Aut cur ad eas Galli formula inducenda esset, si omnes casus Galli verbis a quouis testatore expressis continerentur? & esset ea conceptio æque atque ista generalis? Clarum itaque fit, eam non esse generalem, nec per eam plene prouisum, si quis eam tantum cōcipiat, has autem eiusmodi esse, per quas nulla amplius posthumis rumpendi testamenti via relinquatur. In libertate itaq; testatorum est, aut specialibus, si velint, aut etiam generalioribus his vti expressionibus. Si generaliter. Supra etiam generaliter locutus est, de quibuscumque casibus, sed in nepote tantū, quæ persona exēpli causa eo casu sufficiebat? hic generalius de personis, & quibusuis liberis instituendis agit. Quicquid liberorum. Quicumque natus fuerit. Aeque pollent hæc duo, nam & dictio, Quicumque, de liberis tantum potest intelligi, & videri possit breuitatis studiosus Sceuola, hanc vltimam conceptionem vt breuissimam alijs subiicere voluisse. Quæ tractat Barto. hoc loco nihil hoc argumentum iuuant.

§. V.

SI eius, qui filium habebat, & nepotem ex eo instituerat, nurus pręgnans ab hostibus capta sit, iisque viuis patre & auo pariat, mox ille post mortem patris, atque aui redeat, vtrum hic casus ad legem Velleiam, an ad ius antiquum aptandus sit? possitque vel ex iure antiquo, vel ex lege Velleia institutus non rumpere. Quod quærendum est, & si iam mortuo filio pronepotem instituat, qui redeat eo mortuo. Sed cum testamentum ab eo non rumpatur, nihil refert vtrum ex iure antiquo, an ex lege Velleia excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Postliminij ius, quod filio apud hostes nato & ad suos reuerso datur, quid operetur.*
2 *Fingi quem in ciuitate semper fuisse, & ut vere in ciuitate semper fuisse, multum differunt.*
3 *Mox, particulam esse ordinis.*
4 *Postliminium idem filio nato apud hostes, si solus reuertatur, competit, atque si cum matre redierit.*
5 *Liber vt quis dicatur, sufficit matrem eius aliquo tempore gestationis liberam fuisse.*
6 *Nepos captiuus, quem nemo gradu præcedit, ab auo præteritus, reuersus ab hostibus rumpit testamentum.*

SVbiungit Sceuola Casum alium, qui ad Galli quidem verba minime accōmodari posse videatur, sed tamen aliquam cū eius mente affinitatem habeat, in quo tamen dubitatio non leuis sit, an ad Gallum, an ad Velleium referri debeat, videri itaque possit, etiam ante Sceuolam admissum hunc casum fuisse, ideoque ab eo hic positum, partim quod ad tractatus perfectionem faceret, partim etiam quod Iurisconsultis peculiare fuit, vt cum casus de quibus aliquid legibus constitutū videri posset, tractarent, eos, quantum res ipsa pateretur, ad leges ipsas accommodarent, ne sua tātum authoritate quicquā introduxisse viderentur, quod in hac specie quoque factum fuisse hic innuitur, sed cum prolixior, nec admodum vtilis esset ea disputatio, satius sibi duxit Sceuola, eam omittere. Agitur itaq; hoc loco de nepote ex nuru concepto, quæ prægnans ab hostibus capta ibidem peperit, cuius partum mortuis prius patre, deinde auo in ciuitatem redeuntem suū hæredem esse, & præteritum testamentum rumpere minime dubium sit. In eo versatur ambiguitas, institutio eius ad Gallum, an ad Velleiū pertineat. Rationes in vtranque partem hę proferri posse vidētur. Pro Gallo. Quod quamquam hic nepos viuo testatore sit natus, tamē apud hostes, & seruus natus est, qualis suus hæres esse nequit, vnde obscura, & inefficax est eiusmodi maxime quod ad suitatem attinet, natiuitas, vim autem solum a tempore reuersionis habet, & ex eo tempore se, viresque suas quasi prodit, atque ostentat, quod tempus cum post testatoris mortem accidere ponamus, infertur casum hunc ad Gallum pertinere. Quid enim necesse sit attendere, cum de suitate agitur, natiuitatem, quæ nullius quod ad eam attinet, sit effectus? Nam ea a reditu solum nepoti inest, atque si eo tempore natus esset. At vero pro Velleio facit, Quod hic nepos vere testatore viuo na-
1 tus est, quamquam suus solum ex tempore reditus sit, † neque enim ius postliminij quod ei datur. l. qui in vtero. de statu ho. §. quicquam super eius natiuitate aut tempore fingit, neque ad id valet ius postliminij, sed tantum iura omnia personæ ab hostibus redeunti restituit. Sic enim loquitur Iustinianus in §. si ab hostibus. quibus mod. ius patro. pot. solu. in instit. Sic in filio apud hostes nato loquitur. l. 9. de capt. & postli. reu. inf. vt apud hostes susceptus filius si inde redierit, filij iura habeat, perinde ac si in ciuitate natus esset. Ergo postliminium super natiuitate quidem quæ facti est, aut eius tempore nihil disponit, quod recte hoc loco sensit Marius, sed eam præcessisse sinit, iura autē omnia posthumo redeunti restituit, quę haberet in pręsentia si in ciuitate natus esset, nec enim suitatem, cuius expers ante reditum fuit, ad tempus natiuitatis retrotrahi dixerim, alioqui casus hic sine dubitatione nato in vita aui nepote, & suo existēte ad Velleium pertineret, sed suum nunc cum redit fieri, & te-
2 stamentum quo pręteritus sit rumpere. † Nec leuis est differētia inter Semper in ciuitate fuisse, &. Iura omnia recipere, quę quis si in ciuitate extitisset, nunc haberet, sed quantum ad ea attinet fingi quem semper in ciuitate mansisse, vt loquitur. l.

retro-

retro. de capt. inf. nam cui posterius ex his cōpetit, multa amittit, quæ præsens non amisisset l. denique ex quib. caus. ma. sup. l. factæ, cum similibus eiusdem tractatus. de capt. infra. Summa esto, hunc nepotem, qui post testatoris mortem a captiuitate redit, viuo eo natum recte dici, & hac ratione Velleio opus habere videri, Suum tamē solum post aui mortem fieri, ideoque ad Gallum spectare, & has esse dubitādi rationes, quæ quā quam a Sceuola omissę sint, tamē interpretis officium fuit eas paucis vt melius mens Sceuolæ percipiatur, exponere. Institueret forte hoc modo, quo in fine. §. præce. Quicunque sibi suus hæres nasceretur, vel, Nepotem qui ex nuru nasceretur. Sic. n. generalis intelligenda videtur hoc casu institutio, cuius conceptio tam ad Velleium, quam ad Gallum spectare posit. Natus prægnans capta sit. vel ante testamentum, vel postea, nā in vtroque casu idem ius est. Viuis patre, & auo. Sic legit Marius, atque id opinor ex Pandectis Florentinis, ex quibus descriptum iussu Leonis 10. Pontif. Maxim. exemplum se vidisse non vno
3 suorum commentariorum loco testatur. Mox † ordinis particula hoc loco, vt & frequenter alias in plerisque iuris nostri locis. Vtrum hic casus ad leg. Velleiam &c. Quia scilicet natus vere est hic nepos viuo auo testatore, nec ī lege Velleia fit mētio temporis, quo suus fiat, an viuo testatore, an post eius mortem, an ad ius antiquum aptandus sit 1. ad Gallū, quia talis natiuitatis apud hostes tempus cum sine effectu sit, non attendatur, vt supra diximus, nec ex eo suus hæres fiat, cum pater eius eo tempore viuere in ciuitate potuerit. Libet autem hoc loco quid de huius nepotis postliminio sentiam, proferre, in qua re interpretes fere omnes hallucinatos comperio. Aiūt enim, in huius nepotis postliminio tempus, quo mater ab hostibus capta sit, inspici, & si cum filius redeat, omnia restitui, perindeq; haberi eum, ac si & ipse, & mater in ciuitate semper fuissent. Sin vero absque ea redeat, fingi eum tantum ex eo natū tempore, quo redit, & primo postliminij capite deficiēte tantum (quod inquit Alciatus) ex ęquitate quadam hoc ei tribui, & hunc esse huius. §. casum. Ipse autem arbitror, & matri suū postliminium esse & item filio suum a matris diuersum, quod aperte ostendit l. qui in vtero. de statu. hom. sup. in qua nihil di
4 stinguitur, an cum matre filius redeat, an non, † vnde puto filium sine matre reuertētem idem postliminium habere quod haberet cum ea reuersus, & omnia iura similiter restitui l. ab hostibus §. 1. ex qui. caus. ma. sup. Tantum igitur conceptio eius cum capta mater est, attenditur, & ob eam postliminium datur
5 forte † ad similitudinem eius, cuius matrem tempore aliquo gestationis liberam fuisse satis est, vt ingenuus nascatur l. & seruorum. de statu hom. sup. Sequitur filiū hūc nihil matris postliminio iuuari, nam & supra diximus. falsa esse, quæ de natiuitate huius nepotis, cum redit, vulgo iactantur, cum super ea nihil fingi, sed veritatem eius attendi affirmauerimus. Item nihil curandum esse hoc §. an cum matre redeat filius, qui hic nepos dicitur, an sine ea, de quo nec textus quicquam exprimit, nam diuersa ab ea, de qua hic agitur, species est in l. 1. de capt. per postl. reu. C. quæ huc non pertinet. Aptandus sit, vt scilicet ex mente Galli sustineatur in fi. §. præced. declarata. nam per similitudinem casus in formula expressi casum hunc longe ab ea diuersum admitti, mihi persuadere nō possum. Posit institutus nō rumpere. Hoc ipsum est quod inferius dicitur. A rumpendo excludatur. Palam enim hic ostendit, & Gallum, & Velleium id efficere contēdisse, vt hi posthumi per institutionē a se inductā testamēta rumpere prohiberētur, de quo latius in legis ratione §. dictū. Quod quærēdum est &c. Hoc loco vult Accursius idē qđ in priore parte dictū est de filio, & nepote huc statui de nepote & pronepote, qđ a Sceuola sępe in hac lege factitatum est, vñ mihi admodum probatur ea interpretatio, reiecta Pilei, & Ioannis lectione cum eorundē intellectu, qui superuacuus est, cū is nepos, quē intelligūt nullo præcedēte institutū, etiam si apud hostes sit testamenti tempore tamen iure 12. tab. saltem in tēpus quo redibit, institui possit, quid enim impediat? Alium sensum huius partis facit Alciatus lib. 3. Para. c. X5. qui quod a veritate alienus sit, huc pertinere minime potest. Nam quod ait pronepotē institutū, nepote, qui apud hostes esset, pręterito, nedū ibidē defuncto hæredem esse posse, contra ius affir-
6 matur. † cū nepos eiusmodi captiuus cuius status pendet expectandus sit, qui aui testm̄ quo præteritus est, iniustū facere reuersus possit l. 6. §. sed si pater inst. tit. 1. idē innuit §. 1. l. 11. sup. eo. Huiusmodi autē nepote prætetito reuertēte, quin testm̄ rumpatur, minime dubitandū est §. pen. l. maximū vitium. C. de liber. præt. Item reuersus idē nepos suitatē ex secūdo Vellei capite recuperare posset, ob quam testamentum præteritus rūperet. Non desunt alij modi hanc interpretationē refutandi, quæ textui quoq; parū conuenit. Sed hæc satis superq; solus veritatis quęrēde studioso. Qui redeat eo mortuo. Qui scilicet pronepos redeat eo mortuo, s. testatore. Itē nepote qđ cū satis ex pręcedētibus intelligi detur, a Sceuola pretermissum est. Nam & de natiuitate huius pronepotis, nulla hic fit mentio, quæ tamen similiter vt in priore parte intelligēda est, vt similis præcedenti sit hæc dubitatio. Satis aūt habuit Sceuola, reditū post aui mortē referre, super quo veluti fundata est ambiguitas. Cū testamentum ab eo non rumpatur. Hoc ponit Sceuola vt certum, nec tamen certam eius rationem aperit. Satis enim est ei, cum & ad Gallum, & ad Velleium referri casus iste possit, ad vtrumuis referatur, non rumpi testamētum, quod notandum est ad similes decisiones, quæ ad diuersas leges aptari possunt, vt procedat, licet nō sit ratio potior cur ad vnam, quam ad aliā legem adaptentur. Verisimile est autem alios a Sceuola Iurisconsul. inter se de hac specie contendisse, quam disputationē concisi sermonis amans omisit Sceuola exemplum nobis præbens, ne in huiusmodi superfluis disputationibus insistamus, cuius similes vtinam essent nostri interpretes. Nihil refert, nec curandum est id quod subtile magis quam vtile sit. Excludatur, aut nepos, aut pronepos institutus a rumpendo testamento, vt diximus supra.

§. VI.

Forsitan addubitet quis in istis casibus, Si nepos post testamentum nascatur viuo patre suo, deinde ex eo concipiatur is, qui mortuo patre, deinde auo nascatur, an non potuerit hæres institui, quia pater eius non recte institutus esset, quod minime est expauescendum. Hic enim suus hæres, & post mortem nascitur. Ergo & sic pronepos admittetur qui natus erit ex nepote postea viuo filio, atque si ex eo natus esset adoptatus.

SVMMARIVM.

1 *Institutio sub conditione facta euanescit conditione deficiente.*
2 *Nepos natus post testamentum præteriri potest, non secus ac si testamenti tempore natus esset, modo primum gradum nunquam occupet.*

MOuet hoc. §. Sceuola dubitationem, quæ circa Galli casus accidere posse videatur. Exempli causa, ponat hoc modo facta institutio. Si filius meus me viuo morietur nepotem qui mihi ex eo post mortem nascetur. Item pronepotem instituo, vel generaliter, quicunque nepos, vel pronepos, vel quicunq; sibi post mortem suus hæres natus erit, Si accidat nepotem viuo filio, & testatore nasci, deinde ex eo concipi pronepotem, qui patre suo primum, deinde auo mortuo post mortem testatoris nascatur dubium est an eiusmodi pronepotis institutio valeat. Ratio dubitationis est, quam ponit ipse Sceuola, quia nepos pater eius
1 non recte est institutus. † Est enim institutus si post testatoris mortem nasceretur, eo autem viuo natus est, & sic defecit institutionis conditio. l. commodissime, supra eodem. at eo gradu testamenti vitiato non posset amplius pronepos ex testamēto succedere. Et est hic casus diuersus ab eo in quo iam natus nepos esset pręteritus, cuius meminit, §. idem credendum. sup. Hic enim a voluntate, & sibi prouidere in eum casum cogitante institutus est nondū natus nepos, ibi præteritus a sciēte eiusmodi institutionem minime sibi necessariam. § in omnibus. inf. differt igitur satis superque casus hic ab illo Huic itaque dubitationi satisfacit Sceuola hoc modo. Ait enim satis esse, quod is nepos nihil impediat, quin pronepos suus hæres nascatur, & sub conditione, sub qua est institutus, post mortem scilicet testatoris. Et cum vitiata nepotis institutio nihil pronepotis suitatem impediat, nec etiam eius institutionem vitiat. Hoc ergo solum in Galli iure attendendum est, an nascatur suus hęres, is qui institutus est recte facto testamento, nec ante eius natiuitatem subuerso, quod quasi satis constaret, non subuerti, scilicet hoc casu testamentum, omisit concisus Sceuola. In istis casibus scilicet Galli, vel etiam Vellei cum liberi sui hæredes nascituri instituuntur. Et nota differentiam esse inter præteritionem simplicem, de qua in §. idem credendum, & institutionem factam sub conditione, quæ deficiat quæ non recte facta hic dicitur, & tamen vtriusque effectus par est, quia nepos taliter institutus nullo tempore suus hæres sit. Si nepos nascatur viuo patre suo. Hic innuitur vitiata nepotis institutio nō impleta cōditione sub qua fuerat institutus. Item viuo patre suo. Nam si eo mortuo nasceretur viuo testatore, quod necessario hic intelligendum est, vitiaret testamentum perperam institutus sub conditione, quæ defecisset. Et hæc est horum verborū ratio, & cur potius vitæ patris, quam testatoris, quæ satis ex sequentibus intelligi potest, mentio hic facta sit. Ex eo nepote.

Concipiatur

Concipiatur pronepos ex pronuro testatoris. Mortuo patre, deinde auo. Idem ordo morientium hic requiritur, qui in §. que post mortem testatoris, quod omissum est, quoniam ex Galli iure percipi satis poterat, quod etiã inferius dicitur. An non potuerit hęres institui. Hoc est, an tertius hic institutionis gradus fieri & subsistere non potuerit priore sublato. Nec enim potest testator facere, vt perperam facta institutione, & rupto vno testamenti gradu, alij postea valeant. No. recte institui pronepotem cuius pater nondum natus sit, & solus auus viuat. Quia pater eius non recte institutus esset. Fuit enim institutus huius pronepotis pater nepos. Si post testatoris mortem nasceretur, viuo autem eo natus est. Nec recte ergo institutus dicitur, cuius institutionis conditio deficit, sed id a posteriori, & quod vulgo dicitur, ex postfacto iudicatur, cum scilicet iam defecerit conditio. Quod minime est expauescendũ. Quæ difficultas timenda non est. Licet enim hunc nepotem
2 perperam instituere, qui etiam penitus præteriri potest. † Noto nepotem natum post testamentum similiter pręteriri posse, ac si iam testamenti tempore esset natus, modo primum locum numquam occupet. Nam hic institutio non recte facta nihil plus habet, quam pręteritio Hic enim suus hæres, & post mortem nascitur. Hæc sunt conditiones iuris Galli, quæ impletę in hoc pronepote inueniuntur, quod tamen non sufficeret, nisi alias validum esset testamentum, super quo hoc, §. dubitatum est, & tollitur satis hac responsione ea dubitatio, cum dicitur suus hæres nasci pronepos, sequitur enim nepotẽ nunquam suum fuisse, & ex consequenti quamuis perperam institutũ, testamentum rumpere potuisse. Item post mortem, scilicet testatoris, qui casus est Galli proprius toto hoc, §. intelligendus. Ergo & sic pronepos admittetur &c. In hoc versiculo exemplum ponit Accursius, nec tamen verum eius sensum assequitur, vt cuiuis diligenter intuenti patere potest. Similiter sentio de intellectu, quem facit Alciatus lib. Para. 3. ca. 15. Itaque vt quid ipse existimem proferam, supplicem hunc huius versiculi sensum facio. Sic admittetur pronepos, qui natus erit ex nepote, postea viuo, idest superstite nepote filio, & & hic est pronepos de quo supra actum est, atque si natus scilicet hic pronepos esset adoptatus ex eo, scilicet filio. Vel natus ex eo, scilicet nepote in vita testatoris, esset adoptatus ab ipso testatore. Vt enim hoc casu nihil est quod institutioni eius noceat, sic & præcedenti. Et hæc est similitudo quædam, qua quod in priore parte dictum est, confirmatur. Diffusius eã sic formo. Admittetur pronepos qui natus erit ex nepote, cui pater filius superstes fuit, similiter atque si tam natus testamenti tempore fuisset a testatore adoptatus, & institutus, & videtur mihi hic sensus magis huic loco conuenire, quam illis ceterum, quos viderim, de eius tamen liberum alijs iudicium relinquo. Qui natus erit post omnium præcedentium, & testatoris mortem.

§ VII.

IN omnibus his speciebus illud obseruandũ est, vt filius duntaxat, qui est in potestate, ex aliqua parte sit hæres institutus: nam frustra exhæredabitur post mortem suam. Quod non est necesse in eo filio, qui apud hostes est, si ibi decedat. Et certe nec in nepote & pronepote, quorum si liberi hęredes instituantur, institutionem nunquam exigimus: quia possunt præteriri.

SVMMARIVM.

1 *Institutio nepotis posthumi, quæ fit ex Galli formula, non potest subsistere, nisi præcedat filij, qui in potestate est, institutio aut exhæredatio, & num. 4 & 8.*

2 *Nepotes & pronepotes, qui primum gradum obtinent, institui vel exhæredari debent non secus ac filij.*

3 *Testamentum, in quo minus quam legitima filio relinquebatur, olim per querelam subuertebatur, hodie secus.*

5 *Exhæredato filio alius sub conditione hæres institui potest.*

6 *Intellectus ad l. si ita, §. fin. ff. de liber. & posthu. itemque ad l. fin. ff. de conditio. institut.*

7 *Ordo & forma conceptionis verborum attendi debent in exhæredatione.*

9 *Exhæredare filium ab eo gradu non est necesse, qui non nisi post mortem illius ad successionem admittitur.*

10 *Nepos posthumus ex filio, qui apud hostes est, potest ab auo hæres institui ex Galli formula, nulla filij institutione aut exhæredatione præcedente.*

QVoniam ex sola Galli formula nõ posset testamentum subsistere, cum filius dum ea fit, in potestate existens institutum [illegible] ea precedere intelligatur, qui præteritus testamẽtũ ipso
1 iure nullum redderet, † ideo subiungit Sceuola, vt Galli institutio quę non nisi integro testamento subsistere potest, locum habeat, necesse esse præcedere filij, qui in potestate sit, institutionem, si non in tota hæreditate, at saltem in parte. quæ institutio cum præter Galli casum sit, quęque ante eum introducta esset, clarũ fit loco optime refutari opinionem Bartoli in primo responso huius legis, qua existimat satis institutum intelligi filium ex solis Galli verbis. Si enim id ita esset, quid necesse esset hic nouam illius institutionis mentionem fieri, quasi sine ea Galli formula non sustineatur, quæ in ea insit, & satis superque intelligatur? Quæ Sceuolæ breuitatis pęnę nimię mens esset, de eo admonere, quod esset veluti superuacuum, Nec minus ineptum est, quod ait idem author, satis esse, Galli verbis filium abintestato vocari. nam cui dubium, quin vocatus ab intestato iure ciuili præteritus intelligatur? Itẽ quid si plures essent filij, e quorum vno tantum posthumus speraretur, an non essent illi instituendi ne præteriti testamentum rumperent? Nihil autem inter illos, & eum, ex quo speratur posthumus, differentiæ constitui põt, aut quomodo hic ab intestato vocabitur alijs institutis? Sequit̃ itaque, & hanc Sceuolę admonitionem necessariã fuisse, & eam Bartoli sententiã quæ huic §. repugnat, esse a veritate alien ſtimam. Et quia facile puto legibus ab eo pro sua sententiã citatis respondere, ideo eas omitto, ne sim æquo longior, cum superius quoque refutata a nobis sit hæc opinio. Speciebus, institutionibus ad Galli ius pertinentibus, Idem tamen õc in lege Velleia obseruandũ est. Filius duntaxat qui est in potestate. Loquitur Sceuola quoties viuit filius tempore institutionis posthumi, qui proprius est casus formulæ Galli. Potest tamen & hoc sic accipi, vt solus filius primum gradum testamenti tempore tenens institui necessario debeat, non etiam nepos qui similiter eo tempore primo loco sit, nam is præteriri olim potuit. §. 2. de exhæredatio.
2 lib. in institutio. idque vsque ad tempora Iustiniani. † qui statuit nepotes huiusmodi & cæteros descendentes ad morem filiorum institui, vel exhæredari debere. §. penulti. leg. maximum vitium. C. de libe. præteritis. Sed præcedenti expositioni magis cõgruunt sequẽtia, id est versiculus, Quod non necesse. Item filiũ duntaxat institui satis esse intelligendum est, modo Galli casus eueniat, & suus hæres nascatur is, qui est institutus qui est in potestate. Nam si filius in potestate non sit, nec pendeat, non pertinet ad Gallum nepotis institutio, sed ad ius. 12. tab. potest autẽ hoc videri dictum ob id, quod de captiuo infra subijcitur. Ex aliqua parte sit hæres institutus. Ex aliqua parte saltem, nã & ex toto potest. potest ergo Galli formula concipi etiam cohæredibus filio datis, possuntque hi cohęredes vel alij filij, vel etiam extranei intelligi. sic tamen vt patri, vel alij præ-
3 cedenti pręmorienti substitutus intelligatur. † Item aliqua parte etiam minore legitima, quod hoc iure sufficiebat, vt validũ esset testamentum, quãquam per querelam inofficiosi hoc iure rũpi posset, vt innuit. l. oĩmodo de inoffic. test. C. sed ea difficultas tollitur per id, quod præmori filius institutus posthumo hic dicitur. Idem est etiam ius hodiernũ, quo minore parte quam legitima filio relicta non subuertitur testamentũ. d. l. om-
4 nimodo. † Item hæres institutus, vel exhæredatus, non enim dubito quin quo iure instituere, eodem etiam exhæredare liceat, & hanc primam huius loci expositionẽ recitat Accursius quã sequimur. Probatur autem huius expositionis veritas locis compluribus, & in primis. l. fin. de condi. insti. infra in qua filio exhæredato nepos post eius mortem institutus dicitur. Itẽ
5 §. etiam si. infra vt in eo plenius ostendetur. † Nec nouum est est exhæredari filium alio hærede sub conditione instituto, vt aperte ostendũt. l. 6. sub. titu. 1. inf. & l. Titius. de suis & leg. hę-
6 red. inf. Sed † huic expositioni obesse videtur. §. vlt. l. si ita. supr. eo. cui respondere non adeo difficile arbitror. Verba eius sunt Testamentum quod hoc modo scribitur, id est hac forma, & verborum ordine. Titius post mortem filij mei hæres esto, filius exhæres esto, hoc est, vt ex scripturę cõceptione filius mortuus prius intelligatur, quam exhæredatus, nullius momenti est, quia filius post mortem suam exhæredatus est. Itaque exhæredationem post mortem ex scripturę ordine intelligi arbitror, qualis cõceptio nec hic est, nec in l. fi. de condi. insti. Vbi verba sunt, Quemadmodum si exhæredato eodem filio nepotes cum filius moreretur, heredes fuissent instituti. Ex quibus apparet, prius ibi filium exhæredatum, quam nepotes institutos. Et hoc modo hæc duo iura inter se cõuenire declaro. quæ alioquin implacabiliter vidẽtur discordare, nec geminata Bar-
7 tol. responsione satis inuicem concillata sunt. † Nouum autẽ non esse, aut commentum quod diximus, conceptionis formã & ordinem in exhæredatione attẽdi declarant. l. 3. §. filius. sup. l. si quis

l.si quis Sempronium.in fi.de hæred.inst.inf.l.2.§.prius.de vul-
8 ga.inf.cum simil. † Concludo igitur in Aquiliana institutione posse filium exhæredari.nam & cum hæredes alij instituti hoc loco dicantur, poterit eorum aditione confirmari testamentum, quem sensum facit Bartol.l.fina.de condi.& institu.& ex eo subuertitur ratio,qua fundata est communis interpretatio. Omissa est autem a Sceuola huius exhæredationis mentio,qđ satis ex relatione institutionis posset intelligi, nam & supra de institutione in parte tantum dixit, & tamen eandem etiam de toto fieri posse nimisquam clarum est. Accedant huc ea, quæ supra in ratione legis diximus de exhæredatione posthumorū a Gallo,& Velleio inducta, cuius tamen nulla tota hac lege fit
9 mentio. Nam frustra exhæredabitur post mortem suam.† Dubium hic tollitur,quod fuit, An filius a nepote posthumo, vel alio quouis instituto exhæredari deberet, ne præteritus eum gradum rumperet. Ait igitur Sceuola, non esse necessariam hanc exhæredationem, quæ post filij mortem fiat, quomodo in simili casu loquitur Vlpianus in §.vltim. leg.quarta.de hær. institu. infra innuitur ergo satis esse filium primo gradu institutum, vel exhæredatum esse, in alijs vero gradibus, qui non nisi mortuo eo accidere possunt,qualis est hæc posthumi insti-
10 tutio, nullam eius mentionem necesse esse fieri. † Quod non est necesse in eo filio qui apud hostes est, vt l. cum apud infra, cum simil. Nec inferas, ergo potest hoc casu posthumus vt primum locum tenens per 12. tabul.institui,hanc enim dubitationem sustulimus in §.quid si is. supra. Nota tamen posse eo casu posthumum primo gradu institui, quæ substitutio dici non poterit. Si ibi decedat. Nam cum mortuus ex tempore captiuitatis fingatur, aut etiam extra patris potestatem testamenti tempore,satis apparet,nihil necesse esse eum institui. Quorum institutionem nunquam exigimus, supple, vel exhæredationem. Et hoc,vt supra dixi, casu Galli eueniente,vt scilicet post mortem testatoris suus hæres nascatur posthumus, qui integrum testamentum inueniat. Item cum de pronepote hic mētio fit, indicio est Galli institutionem etiam ad abnepotem extendi. Item oportet hoc casu omnium postremum mori filiū, ne successione testamentum rumpatur,vt visum est in §. idem credendum supra. Si liberi hæredes instituantur, hoc est filij, vt in princip.§.& §.primo leg.9.supra. Quia possunt præteriri. Noto eos, quorum non est necessaria institutio, vel exhæredatio,quales sunt hi nepotes,& pronepotes,appellari tamen præteritos. nam cum præteritionis dictio priuationem continere videatur, ad eos tantum proprie referri debet, qui necessario vel instituendi, vel exhæredandi veniunt, Huius tamen locutionis ratio qualisqualis videri possit, quia in potestate sunt isti, & sui hæredes successione legis.Velleię fieri possunt,& sic quędam in illis est τῇ δυνάμει institutionis vel exhæredationis necessitas. Sed vereor,ne in hoc subtilior cuiquam haberi videar,qui subtiles eiusmodi disputationes, vt superfluas semper repudiandas existimarim.

§. VIII.

NVnc de lege Velleia videamus, quæ voluit viuis nobis natos similiter non rumpere testamentum. Et videtur primum caput ad eos spectare, qui cum nascerentur, sui hæredes futuri essent. Ergo si & filium habeas, & nepotem (nondū natum tamen)ex eo hęredem instituas, Si filius decedet,mox viuo te nepos nascatur,ex verbis dicendum est non rumpi testamentum, vt non solum illud primo capite notauerit, Si nepos ex eo tempore instituatur,quo filius non sit, verumetiam si viuo patre. Quid enim necesse est tempus testamenti faciendi respici, cum satis sit obseruari id tempus quo nascitur? Nam ita verba sunt, Qui testamētum faciet, Is omnes virilis sexus, qui ei sui hęredes futuri erunt &c.

SVMMARIVM.

1 §Lex Velleia a quo & quibus tempore lata.
2 Lex Velleia suppleuit,quod a Gallo minus perfectum fuerat.
3 Suum hæredem nasci,& suum futurum hæredem nasci,differant necne.
4 Suus hæres dicitur etiam qui viuo testatore nascitur.
5 Institutio nepotis,quæ fit ab auo ex sententia legis Velleiæ,fieri potest nulla mortis filij mentione facta.
6 Posthumæ præteritæ testamentum rumpunt.

EXplicito Galli iure transit Sceuola ad tractationem legis Velleiæ, de qua pauca nobis prælationis loco dicenda
1 sunt. Hanc † legem ait Marius temporibus D. Claudij, L. Iunio Velleio cons. rogante latam, quæ sententia conuenit cum diffinitione legis,quæ ponitur sub titu.de iure natu. gen.& ciuil.in instit.vt minime locus sit Accursij opinioni,qui Velleium iurisconsultum tantum fuisse asserit, & ea qua ob iuris peritiam præditus esset authoritate, istud statuisse. Nam & præter communem iuris vsum loquēdi esset, si prudentum responsa leges eorum appellarentur, nec alias similem locutionem in libris nostris reperiri arbitror. Addunt nonnulli eodem hoc Velleio authore factum senatusconsult. Velleianum, de quo nihil certi ausim asserere. præsertim cum authori illi tutoris cognomen subijciatur in leg.secunda.ad senatusconsul. Velleia.supra. Nunc de lege Velleia videamus. Transitio ab vno tractatu ad alium. Absoluto iure Galli, quo prouisum posthumis post mortem
2 nascituris, sequitur † videndum de lege Velleia, quæ absoluit id, quod a Gallo imperfectum quodammodo relictum videtur, vt scilicet neque a natis viuo testatore suis hæredibus rumpantur testamenta,sed hęredes quamquam alieni tempore testamenti, in tempus natiuitatis institui possint. An autem hi post testamentum tantū nati,posthumi dicendi sint,in eo non insisto,posse id tamen defendi ostēdit §.nominatim l.3.sub tit. 1.cū exhæredatione ibi sustineatur talis locutio,iūcta l.commodissime.sup. Viuis nobis natos. Institutos,inquit Accursius,vel exhęredatos. Recte. Similiter non rumpere. Quemadmodū non rumpunt ij, super quibus Gallus disposuit. Nec intelligas similitudine iuris motum Velleium,vt hoc statueret,nam præter quam quod remota esset similitudo, satis clarum est in lege ferenda nullo alio quam magistratus, & populi, vel principis auxilio opus esse. Nec tamen nego eadem causa impulsum Velleium,quæ Gallum,vt.s. testamenta rumpi prohiberet. Non rumpere testamentum. Quod prius faciebant præteriti,& sui hęredes agnascentes. Et videtur. Forma loquendi Iurisconsultis vsitata etiam in iis,quę dubitationem nullam habent, qualis est hæc interpretatio Sceuolæ. Item primū caput ob sequens,de quo.inf. Qui cum nascerētur sui hæredes futuri essent,id est,ipsa natiuitate sui hæredes fierent.† Hoc tamen loco notat Marius hęc inter se differre. Suum hæredem nasci,& suum futurum nasci. Nam suus,inquit,nascitur qui mortuo testatore nascitur. Suus vero futurus qui eodem viuo nascitur. Et hac distinctione vtitur ad sustinendam posthumi alieni definitionē de qua satis in ratione legis dictū est,ego eam nec certam esse,nec vtilitatis quicquam habere arbitror. Clarū enim
3 est,etiam viuo testatore natos suos hæredes dici l.in suis.supra cum simili. qui tamen ex hac distinctione semper sui futuri dici deberent. Item in §.videndum.inf.legis Velleię verba sunt. Si quis ex suis hæredibus suus hęres esse desierit,quibus aperte innuitur suū hæredē ēt viui appellari, cū desinere suus esse non possit qui nunquā fuit. Infero verorē esse interpretationē nostrā horū verborū. Ergo si filiū habeas, &c. Sensus est filiū habens nepotē nōdū ex eo natū instituit,idq; simpliciter, Si suus nascerēt, decessit post testm̄ filius, nepos viuo testatore natus est suus hr̄s,pertinet hęc intō ad verba primi capitis legis Velleię,& hoc modo institutus testamentum non rumpet. Ex verbis. Verba legis Velleię statuunt,eum posse institui, quicunq; viuo testatori suus hæres nasci possit. Cum igitur iste sit eiusmodi, conueniunt ei verba,quamquam nulla mortis filij mētio in eius institutione sit facta,vt dicet.inf. Notauerit,cauerit, ac statuerit. Non solum. Quod forte aliqui existimabant. Si nepos ex tempore instituantur,quo filius non sit. Communis huius loci interpretatio est,vt præmortuo testamenti tempore filio institutum nepotem hic intelligamus, quem casum nonnulli primo legis huius capite solum contineri putarent. mihi vero verisimile videri non potest, existimasse aliquos,hunc esse primi huius capitis casum. Absurdum enim nimis fuisset, existimare Velleium de ea institutione sensisse,atque eandem lege lata induxisset,quæ iam 12. tabulis concessa fuisset,qualis est ista,vt & Bartolus ipse hoc loco fatetur. Quid enim lege noua in eo opus esset,quod prius nemini non liceret? Licuisse autem hos institui posthumos, quorum patres testamenti tempore pręmortui essent,quiq; nati testamenti tempore sui fuissent,& communiter receptum est, & fateri nos necesse est,cū eis aliter postea prouisum nō reperiamus,vt enim daretur hoc lege Velleia inductum,vt posset talis posthumus, qui viuo testatore nascerentur, institui, quod de eo dicetur, qui post mortem nascitur? cui Velleium non prouidisse aperit hic.§. Nam nec de eo locutum esse Gallum constat, & ita esset is casus cui nemo prouidit,etiam hodie indecisus. Hęc res facit, vt minime huic interpretationi assentiar,aliamque potius inducendā putem,quę licet minus absurda sit, mihi tamen nō plene satisfacit, sed tamen eam sequar,donec vel ea melior, vel forte integrior

5 tegrior huius cõtextus lectio ab alio proferatur. † Sit ergo huius loci sensus huiusmodi. Institutionem in hoc primo capite fieri posse non solum apposita mentione mortis filij, vt post eam facta institutio intelligatur, sed etiam viuo patre, id est, et si filij, qui posthumi pater est, eiusque mortis nulla sit in institutione facta mentio, vt sit similis decisio, qualis est in §. quidam recte. supra. & sic etiam vitę filij tempus ea expresse non excludatur, & huic interpretationi, quam primus indicauit Marius peroptime sequentia conueniant, Quid enim necesse est testamenti faciendi tempus respici &c. Nam his verbis refutatur eorũ sentẽtia, qui posthumum eiusmodi non nisi post expressam filij mortem institui posse arbitrabantur, quasi scilicet nisi tp̃s vitę filij excluderetur, nõ recte fieret institutio, nec postea cõfirmaretur. Refutatur inquam hac rõne. Quod in sustentanda eiusmodi institutione non testamenti tempus attẽditur, sed natiuitatis posthumi. Nam verba legis, quibus inducta est ea institutio, sunt ista, Qui testamẽtum faciet, is omnijs virilis sexus, qui ei sui hæredes futuri erant &c. Ex verbis, qui ei sui hæredes futuri &c. Palam fit posthumum hunc in tp̃s suitatis, quod cum tpe natiuitatis, idem est, institui debere, & eam institutionem sic esse inductam, vnde consequens sit non inspiciendum testamenti tẽpus, nec viuũ eo tpe filium quicquã institutionẽ impedire, quæ nõ n. si in natiuitatis tp̃s facta intelligi põt. Quę rõ esse põt ẽt in §. quidam recte. supra. vt in eo dictum est. Hunc sensum iuuat, q in §. seq. dr̃ Mortuis vtrisque pronepos institutus &c. id est hoc modo cõcepta institutione, Si filius & nepos me viuo moriantur, pronepotem instituo. Et sic verba, mortuis vtrisque, ad formam institutionis pertinent. Sic etiam hoc loco, si viuo patre, id est, ita concepta institutione, vt minime tp̃s vitę filij expresse excludatur, quæ similis est locutio præcedenti. Itẽ inferri vr̃ posse, hoc a Gallo & Velleio inductũ esse, ne in institutione horũ posthomorũ, qui sui hæredes testamenti tpe nati esse non possent, testamenti tp̃s attenderet, sed tm̃ natiuitatis, cum antea. 12. tabulis solũ testamẽti tp̃s, quo alieni essent, inspiceretur. Is omnijs virilis sexus, hoc est per virilẽ sexum descendentes, neque enim de masculis tm̃ posthumis põt hoc intelligi. † cũ & posthumę prętéritæ

6 testamenta rumpãt. §. & in eo par. de exhære. lib. in insti. Et similiter locutus est Gallus de nepte atque de nepote ob eandẽ ci. Hi ergo hic sunt intelligendi, qui in princ. l. 3. sub ti. 1. inf. per virilem sexum descendentes appellãtur. Tractarunt nonnulli, quomodo perfici possent verba huius primi capitis, de qua re cum nihil habeam, quod certo affirmare possim, malo rem in medio relinquere. Satis enim patet sensus eius ex huius. §. verbis.

§. IX.

Etiam si parente viuo nascantur, sequente parte succedentes in locum liberorum non vult lex rumpere testamentum, & ita interpretandum est, vt etiam si & filium, & nepotem, & pronepotem habeas, mortuis vtrisque pronepos institutus succedens in sui hęredis locum non rumpat. Et bene verba se habent. Si quis ex suis hæredibus suus hæres esse desierit, ad omnes casus pertinẽtia, quos supplendos in Galli Aquilij sentẽtia diximus. Nec solum si nepos viuo patre decedat, non succedens pronepos auo mortuo rumpat, sed etiam si superuixerit patri, ac decedat, dummodo hæres institutus sit, aut exhæredatus.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes itemque, pronepotes auo vel proauo viuente nati. testamentum aui vel proaui, in quo præteriti sunt rumpunt decedentibus ijs, qui eos gradu pręcedunt. & nu. 3.*

2 *Neptes ac, reliqui descendentes primum gradum non obtinentes poterant olim impune præteriri.*

3 *Suppleri dicuntur casus ad quos lex extenditur.*

4 *Nepotis aut pronepotis institutio sub conditione, si suus nascatur, facta, vitiatur, si contingant eum nasci non suum.*

Qvamquam cõnectant Aliqui hanc partem cũ §. pręce. q innuit Accursius, hoc tamen communiter receptę lectioni damus, vt eam sequamur cũ optimum sensum

1 contineat. Tractat igitur hic Sceuola secundum caput legis Velleiæ, cuius sententia fuit, vt nepotes, & cæteri descendentes viuo testatore nati decedentibus ijs, qui eos gradu pręcederẽt, sui hęredes veluti agnatione similiter atque posthumi post testamenta nascentes fierent, ideoque testamenta facta quibus præteriti essent rumperent. Et probatur ista tum hoc. §. tum etiam. l. posthumos. sub ti. 1. inf. & §. posthumorum. de exhę. li.

2 in Inst. † Itaque ante hoc secundum caput eiusmodi descendentes quamquã sui hæredes vel ab intestato, vel ex testamento esse possent. §. sui autem de hæ. qual. & dif. & §. sui antẽ. cũ. §. ita demũ. de hæ. quæ ab inte. defe. in Insti. & §. si filius. l. 1. de suis & le. hę. inf. tamen testamento præteriti illud non rumpebant, vt declarat. §. 2. de exhęre. lib. in Inst. Succurrebatur tamẽ

3 eis modo quo in eo. §. dicitur. † Quod cum Velleio forte non satis ęquum visum esset, hoc secundum caput induxit, quo vetuit personas eiusmodi testamenta rumpere, dummodo aut institutę essent aut exhæredatę, nec tamen per id nouam quãdam institutionis, quæ antea in vsu non esset speciem induxit, licebat enim. 12. tabu. & ante eum tales personas vel instituere, vel exhæredare, sed institutionem tm̃, vel exhæredationẽ, hõi quę antea libera testatoris esset, facit necessariã præteritionisq; facultatem eisdem abstulit. Cum autem de ijs tãtum statuerit Velleius, qui testamento facto in suitate succedant, quid de illis dicemus, qui iam tempore testamenti primum locum teneret. Et sane licuisse eos tandiu pręteriti arbitror, quoad illis per Iustinianum prouisum est per §. pe. l. maximum vitium. de li. præte. vel exhę. Parente viuo nascantur nepotes, & cæteri descendentes. & cũ his verbis nihil dicatur de tempore testamẽti, arbitror hoc capite contineri etiam natum non suum hęredem post testamẽtum, qui tamen postea præcedente e medio sublato primũ locum occupet, qui est casus Iuliani. infr. Cum enim in eod. §. talis suus hæres fieri dicatur, & pręteritus testm̃ rumpere, non video qualiter id alia ratione, quam per hoc secundum caput contingat. Hoc autem ideo hic annotandum putaui, q in l. posthumorum. ti. 1. inf. & in §. posthumorum. de exhęre. lib. in inst. exempla solũ de nepotibus, & cæteris testamenti tempore natis ponuntur, quibus tamen secundum hoc caput restringi non puto, cum viam aliam non videam, qua testamentum rumpat is, de quo Iulianus loquitur. Sequẽti parte secundo capite. Succedentes in locum liberorum. Hęc est successio a Velleio inducta, vt nepos. & cæteri descẽdẽtes prioribus de medio sublatis in locum liberorum, id est filiorũ succedant, & perinde atque filij præteriti testamenta rumpant, & appellatur hæc successio quasi ex agnatione ad posthumorum similitudinem, qui agnascendo testamenta, quibus præteriti sunt rumpunt. Non vult lex rumpere testamentum. hoc est vetat. Sic enim loquitur Sceuola in §. ille casus infr. vetat autẽ vt diximus, modo sint personæ eiusmodi institutę. vel exhæredatæ, quæ res iure, 12. tab. licita erat. Ait autem Bar. in Oppositione secunda ad §. ille casus. inf. Velleium nihil hoc capite super institutione statuisse. sed id voluisse, vt quamquam nepos suus post testamẽtum esse quasi posthumus inciperet, & aliam conditionem acciperet quam testamenti tempore non haberet, non tamen ob id testamentum rumperet. Facit igitur hũc huius loci sensum. Ante Velleium institui nõ poterat, qui post testamentum suus hęres agnascendo fieri posset (de ijs loquor qui primum locum testamẽti tempore tenere non potuissent) at hi descendentes, de quibus Vellius hic statuit, illis pares sunt igitur nec ipsi institui posse debebant, quod impedimentum sustulit etiam hoc secundo capite Velleius vetando eiusmodi descendentes quamquam alienis posthumis per eum ęquatos testamenta rumpere, modo vt prius licebat, essent vel instituti vel exhæredati. Et hæc est ratio prohibitionis rumpendi, cuius hic fit mentio, quæ certe permissionem quandam habere videri possit. Nec obstat huic assertioni §. ille casus. infra vt in eo dicetur. Et ita interpretandum est. verba secundi huius capitis generalia sunt, & sine singularium personarum expressione, ideoque quo clariora fiant. exemplo aliquo indigent atque ea est Sceuolæ, quam hic intelligit, interpretatio. vel ita interpretandum est, id est, intelligendum verba secundi capitis, vt in princip. huius. §. Mortuis vtrisque pronepos institutus, hoc modo, Filium instituo, qui si me viuo morietur. nepotem substituo, si nepos morietur, pronepotem. Vel si filius & nepos instituti me viuo moriantur, pronepotem instituo. Et notam hoc. §. agi de institutione, quæ fit post mortem præcedentium in gradu cum hic dicatur, Mortuis vtrisque institutus pronepos. Succedens in sui hæredis locũ. post præcedentes e medio sublatos. Et bene verba se habent. Cum supra in exemplo proposito de casu mortis tantum locutus sit, ne quis de eo tantum locutam legem Velleiam putet, subiungit. Et bene &c. Bene concepta sunt in hoc capite verba, plenius que & perfectius, quam in Galli formula, in qua solus mortis casus exprimitur, cum sub his verbis contineantur modi omnes, quibus qui suus hæres esse desinat. Ad omnes casus pertinentia, hoc est, eos in genere complectentia Nam generalis locutio speciales omnes per quas eius veritas declarari non potest cõtinere dicitur, perindeque expressa videri debet singularia genere expresso, ac si peculiaris eorum mentio facta esset.

Casus

Casus autem sunt 2. de quibus agit. §. & quid si tantum, &
seq. In Galli Aquilij sententia. Sentētia hic vſ sumi a Sceuola
pro interpretatione, seu declaratione legis, vt in §. quid si is. su-
pre, quæ fit, cū ea proferuntur, ad quæ lex per similitudinē, aut
præsumptā legislatoris voluntatē extenditur, nā de eiusmodi
casibus. §. egit Sceuola. Qui ergo legē ad aliquos, qui expressis
eius verbis non cōtinentur, casus inducunt, hi legis sententiā
exponere, ac sequi dici possunt, in quo opere nō minima Iuri-
sprudētiæ pars versatur. Supplendos, vt scilicet in iure Galli per
inde exprimi queāt, & generali conceptione cōtineātur, vt ca-
4 sus mortis. † Nota suppletos dici casus, ad quos lex extenditur.
Itē cū suppeltione opus habuerint verba Galli, palā fit institu-
tionem per ea sola a testatore quopiā factā minime plenā esse.
5 Nec solū. † Sensus est. In casu Galli, & primo huius legis capi-
te, Si nepos, & pronepos qui nati sui hęredes futuri sint institu-
antur, & nascatur nepos non suus, vitiatur eius institutio, quod
ad filiū, & Velleiū pertinet cū neuter ei prouiderit, & talis ne-
pos patri superuiuens testm̄ rūperet, nisi forte noua Iuliani in-
ductione vetaretur, quæ eius Vellei secuta est. In nepote vero
iam nato instituto diuersum ius est, qui quomodo suus fiat,
semper institutū se reperit, nec pōt casus euenire, quo rumpe-
re testm̄ possit. Semel ergo hic instituto vel exhæredato nepo-
te nunquā ab eo testm̄ rūpitur, ēt si patri superstes sit durat enī
ea institutio. Institutū aūt intelligo, vel simpliciter, vt iure. 1a.
tab. licebat, vel in casum, quo suus hæres fieret. Et potest vide-
ri hic Sceuola aliquid innuere de difficultate ea, quā sustulit in
§. forsitan. s̄. Succedens pronepos. in locū filij, qui auus est. In-
telligitur aūt præmortuus nepos eius pater. Superuixerit patri,
scilicet filio testatoris & sic suus hęres per hoc s̄m caput factus
sit dūmodo hæres institutus sit aut exhæredatus. Supra visum
est in hoc. §. de ea institutione agi, per quā prohibet qui in suita
te succedit testm̄ rumpere. Et hic ergo credendū pronepotem
eo casu institutum, quo in suitate post aui ac patris mortē suc-
cederet, Sic enim supra dicitur, Mortuis vtrique pronepos in-
stitutus, Item. Si superuixerit nepos patri ac decedat, & sic im-
pleatur casus institutionis pronepotis. Quod cum ita sit, & di-
catur hic, nepotem facta hoc modo pronepotis institutione
posse exhęredari, sequitur hoc loco quam optime probari id,
quod asseruimus in §. in omnibus supra posse suum hæredem
exhæredari, hęrede post eius mortem instituto.

§. X.

VIdendum autem, num posteriore parte, Si
quis ex suis hęredibus suus hęres esse desierit,
liberi eius, & cæteri in locum suorum sui hæredes
succedunt, possit interpretatione induci, vt si filiū
apud hostes habens nepotem ex eo hæredem insti-
tuas, non tantum si viuo te filius decedat, sed etiam
post mortem antequàm ab hostibus reuersus fue-
rit, succedendo non rumpat: nihil enim addidit,
quo significaret tempus, nisi quod (audenter licet)
possis dicere, viuo patre hunc suum hæredem esse
desiisse, licet post mortem decedat: quia nec redit,
nec potest redire.

SVMMARIVM.

1 Nepos ita demum ex secundo capite legis Velleiæ institutus intelligitur si suus viuo testatore agnasci possit.
2 Filius captiuus decedens apud hostes post patris mortem, censetur patre viuo suus hæres esse desiisse.
3 Nepos, cuius pater apud hostes captiuus est, non prius auo succedit, quam pater eius apud hostes decesserit.
4 Filius captiuus si vel momento redierit, suus intelligitur.
5 Filius ante testamentum patris ab hostibus captus, ac postea ibidem decedens, censeri ne debeat suus esse desiisse ante testamentum.

DVbitatio hic Quędam a Sceuola ad se-
cūdū caput legis Velleiæ
ponitur, quærit igitur. Quid si testator filiū apud
hostes habens nepotem instituat, filius autem ca-
ptiuus post testatoris mortem decedat, an hoc ca-
su successio in nepote ex hoc secundo Vellei capite fiat, an ve
ro eo non contineatur hic nepos, qui viuo testatore suus hęres
fieri non potuit ob patrem captiuum eo tēpore pendentē, nec
1 plene ab omni suitate exclusum. † Nā is demū secūdo hoc ca-
pite contineri videtur, qui viuo testatore agnasci potest. §. 1. l. 6.
tit. 1. infra qualis hic non est, & hanc dubitationē sequitur alia
priori cōnexa, an iste ex ijs sit, qui secundo capite rūpere testa-
mentū vetant. Huic dubitationi satisfaciebāt nō nulli, q cū cer
tum sit filiū desinere aliquo tēpore esse suū hæredē, vsq; ad q
tēpus testamentū pendeat, quo casu successionē induxit Vel-
leius, nec tēpus expresserit, quo quis suus hęres esse desinat, ēt
si id post mortē testatoris accidat, tn̄ eū casum hac lege conti-
2 neri. † Sceuola tn̄ alio quoq; modo responderi posse putat fi-
liū qui ab hostibus non redit satis videri viuo testatore suū hæ-
redē eē desinere, ideoq; ad hoc caput hūc casum reduci posse.
quo dicitur. Si quis ex suis hæredibus suus esse desierit &c. To
ta itaque dubitatio super verbo, desierit, versari videtur, quod
de tempore vitę testatoris intelligi debere videatur. Si quis ex
suis hæredibus &c. Existimauit Dynus, vt refert Barto. aliquid
adhuc his secundi capitis verbis deesse, vnde addidit. Et institu
ti, vel exhæredati testamentum ne rūpant, quæ additio seu ad
verborum legis cōplementum fiat, seu ad eius sensum, nam
hoc secundo capite sensisse Velleium. §. pręcedēte affirmatur
nobis profecto huic loco non male cadrare videtur. Possit in-
terpretatione induci, hoc est exponendo ad hunc casum accō-
modari, vt eo contineri dicatur. vnde noto, leges per interpre-
tationem ad casus induci, qui sub eis absolute contineri non vi
dentur, quę interpretatio in §. pręced. sententia appellata est.
3 Vt si filium apud hostes habens &c. † In hoc casu cum vere su
us hęres esse non desinat viuo patre filius, sed tantum post eius
mortem, nec prius possit nepos succedere. §. si filius. l. 1. de suis
& legi. hęre. infra videbatur ea successio huc nō pertinere, nec
prohiberi talis nepos rumpere, vt dictum est supra. Non tantū
si viuo te filius decedat. Qui casus est secundo capite sine vlla
4 dubitatione contentus. Antequam ab hostibus recedat. † Nā
si vel momēto redijt, suus fuit, nec vlla est amplius suitatis suc-
cessio. l. 9. §. si filius. supra eod. Nihil addidit quo significaret tē
pus. Hęc est vna rationum, ob quas successio nepotis in casu no
stro ad secundum caput referri debeat, quia nihil in eo dicitur,
quo significetur tempus, quo quis suus hęres esse desinat. Nō
est ergo distinguendum, an id fit viuo testatore, an postea, quæ
responsio vtcunque tolerabilis est aliam tamen subuexit Sce
uola. nisi quod. Sic connecto hanc partem cum pręcedentibus
Vidēdum, id est disquirendum, inuestigandum quę de hoc ca
su, an verbis legis contineri possit, maxime cum in ea nihil ex-
pressum sit de tempore quo quis suus hęres esse desinat quę re
sponsio pōssit videri non absurda, vt hoc modo non videatur
hic nepos exclusus, nisi quod aliter quoque respondere licet, fi
lium, scilicet viuo patre suum esse desiisse. Audenter licet. In
veritate enim aliter est, nec desinit prorsus suus hęres dici pos-
se filius donec moriatur, & ex consequenti non nisi post eius
mortem succedit nepos. Ideoque audax est hæc Sceuolæ asser
tio contra veritatem, quæ tamen fictione fundari potest, qua
fingitur momento captiuitatis mortuus filius, & sic viuo pa-
tre suus hęres esse desiisse. nisi qs malit dicere satis habere Sce
uolam, vt hic casus hoc capite cōtineatur, quod captiuus filius
suus non fuerit, sed magis placet quod de fictione dicitur. Vi-
uo patre suum heredem esse desiisse, quia nec redit &c. Hęc vt
5 diximus fictione fundantur. † Sed cum hęc mortis fictio traha
tur ad tempus captiuitatis, captiuitas autem testamentum præ
cesserit, nonne sequitur hunc filium desiisse ante testamentū
suum esse, cum autem ante testamentum de medio sublatus
est filius non est locus legi Velleię, quæ eam suitatem induxit,
quæ fit sublata de medio persona aliqua post testamentū. De
hoc itaque sic mihi censendum videtur, Quanquam per fictio
nem filius ex quo tempore captus est, & mortuus esse, & suita
tem amisisse dici possit, tamen cum in veritate vsque ad mor-
tem pependerit, & tandiu nepotem a suitate excluserit, hanc
veritatem in nepote attendi nec quicquam eum fictione super
filio facta iuuari, sed tantum post veram filij mortem, ex quo
tempore etiam fictioni locus sit, suum heredem per hoc secun
dum caput esse incipere, & hac ratione eius successionem ad
hoc caput pertinere, vtq; per illud vetetur testamentum, quā-
quam succedat, rumpere. Et ex his patere potest, optime con-
uenire inter se hūc. §. quid si is. s̄. preter ea quę in ipso de hac re
dicta sunt. Summa est, fictione filij nihil iuuari nepotem, sed tā
tum ex vera filij morte suum hæredem fieri. alias non video,
qualiter & §. quid si is. ad Gallum, & hic casus ad secundum
hoc caput accommodari possit.

§. XI.

ILle casus in difficili est. Si filium habeas, & ne-
potem nondum natum instituas, isque nascatur
viuo patre suo, ac mox pater decedat, nō enim suus
hęres est tempore, quo nascitur, nec posteriore suc-
cedendo aliud prohiberi videtur rumpere, quàm
qui iam natus erat. Denique & superiore capite vt

licear

liceat institui nondum natos, qui cum nascerentur, sui erunt, permittit, posteriore non permittit institui, sed vetat rumpi, neve ob eam rem minus ratum sit, quod succedit. Porro procedere debet, vt vtiliter sit institutus, quod nullo iure potuit; qui nondum natus erat. Iuliano tamen videtur duobus quasi capitibus legis commistis in hoc quoque inducere legem: ne rumpantur testamenta.

SVMMARIVM.

1 *Posthumi alieni definitio.*
2 *Legis Velleiæ caput secundum de ijs duntaxat nepotibus tractat, qui testamenti tempore iam nati sunt.*
3 *Vtilis institutio quæ dicatur.*

NOn admodum Obscurus est casus, de quo tractat hoc §. Sceuola, sed in eo est difficultas, an, & qualiter sustineri possit eius institutio, & remedium dari quo in hoc casu prouideri possit, ne rumpatur testamentum. Nam ei nec lege 12. tab. nec per Gallum, nec per Velleium prouisum est. Ne ergo relicto hoc casu indeciso maneret tractatus hic posthumorum instituendorum imperfectus, non sublatis modis omnibus quibus per eos rumpi testamenta possent, hanc quoque Iuliani inductionē præcedentibus subiunxit Sceuola, cuius mens hoc capite videtur fuisse, vt vijs omnibus prouisum esse ostenderet, quibus testamenta ab huiusmodi descendentibus liberis rumpi solebant. quæ causa etiam fuit quare sub hoc titulo caput istud locaretur. Ille casus in difficili est. Sic scriptum est, inquit Marius, in Pisano Codice summę vetustatis, quem nos quoque communi Florentię palatio asseruatum Roma redeūtes vidimus. Si filium habeas, & nepotem nondum natum instituas. Forte generaliter. Quisquis mihi suus hæres nascetur, vel specialius, Qui nepos mihi suus hæres nascetur, eum instituo. Non enim suus hæres est tempore, quo nascitur. Nam, inquit Accursius, pater eo tempore ipsum præcedit. Solus ergo ex iure Galli, & primo capite Vellei institui potest, qui nascen-
2 do suus hæres esse possit. † Et hoc modo sumenda videtur alieni posthumi definitio, Qui natus inter suos heres testatori futurus non est, hoc est qui nascendo suus futurus non sit, & natiuitate suitatem non adipiscatur. Innuit ergo Sceuola hunc casum quo institutus viuo testatore, sed alio gradu præcedente natus est, nec nisi successione secūdo capite inducta suus fit, ad primum Vellei caput non pertinere. Nec posteriore alius succedendo, &c. Ostendit rec secundo Vellei capite contineri institutionem, de qua hoc §. agitur. De ea enim solum dubitari hic arbitror, non etiam de successione suitatis, quamquam nondum testamenti tempore natus esset iste nepos, eam enim vt minime dubiam supponere Sceuola videtur, quæ si non fieret, quomodo per nepotem testamentum rumperetur? Habēdum igitur pro explorato est, successionem eo, quo dicimus, modo hoc casu fieri. quæ facit vt nepos vel institui, vel exhæredari debeat, ne alioqui præteritus testamentum rumpat. Non potest autem hęc institutio alieni tempore testamenti posthu
3 mi secundo capite confirmari, † quia secundum caput de institutione tantum eorum loquitur, qui iam testamenti tempore nati essent quales institui 12. tabulis iam poterant, quorum de numero non est iste. Denique, &c. Alia, inquit Accursius, ratione ostendit Sceuola. cessare secundum caput in hac institutione, atque etiam vtrunque. Vt liceat instit tui, &c. Hic latius, quam supra aperitur permissio institutionis facta primo capite de ijs, de quibus in eo agitur, permittit enim vt liceat institui nondum natos qui cum nascerentur &c. quæ permissio ad casum huius. §. nihil pertinet. Posteriore non permittit institui, sed vetat rumpi. Ratio Sceuolę talis est. In primo capite fit expressa institutionis permissio quæ antea impermissa putatabatur. At vero in hoc secundo longe abest vt noua aliqua institutio inducatur nulla enim pęnitus eo inducitur sed ea tantum veluti approbatur quæ 12. tabulis antea fieri poterat, qualis cum ista non sit palam fit eam nullo modo ex hoc capite defendi posse, vetantur autem rumpere qui sic sunt instituti, cuius prohibitionis causam diximus satis supra. Quin autem hoc secundo capite permissio quædam contineatur negari non potest vt ex Bartolo ostendimus in §. etiam si. non tamen propterea Sceuolæ argumentatio subuertitur. nam permissio ea, seu potius rati habitio, & confirmatio institutionis supra ea tantū institutione fit quæ 12. tabulis inducta iam esset, plenius itaque dici possit. Nullam nouam institutionē quæ antea in vsu non esset permittit Velleius sed &c. Neue ob eam rem minus ratum sit quod succedit. His verbis peroptime probatur quod dictum a nobis est de prohibitione rūpendi quæ secundo Vellei capite continetur quæ est veluti ratificatio institutionis factę de eiusmodi personis iuxta 12. tab. quæ subuerti debere videbatur, propterea quoniam eiusmodi personæ, vt posthumi quasi agnatione sui post testamentum fiebant qualium institutio licita non videbatur. Mens ergo Vellei secundo capite fuit vt hunc quoque scrupulum tolleret, & institutionem non obstante successione a se inducta ratificaret. Porro procedere debet vt vtiliter sit institutus id est recipi admitti idque si omnes modos quibus ob suitatem testamenta rumpūtur sublatos volumus, quod toto hoc capite curasse & facere voluisse videtur Sceuola. Vt vtiliter sit institutus hoc est vt vtilis, & valida sit institutio & institutus a subuertēdo testamento prohibeatur. fru-
3 stra enim instituitur is cuius inutilis sit institutio. † Alciatus libro 4. Par. cap. vltim. vtilem institutionem hoc loco intelligi vult quæ directo ex legis verbis sumi non possit sed per interpretationem solum, quomodo in iure nostro frequenter vtilis actio appellatur, quæ dicta non est, quæ expositio nec nobis displicet, præsertim cum palam sit nullis verbis legis hanc institutionem defendi, & sic eo modo vtilem non temere appellari posse, quod præcedēti nostræ interpretationi non repugnat. Quod nullo iure potuit. Quod hic pro quia, vel quoniam sumi potest quo modo optime conueniant hæc verba cum sensu Alciati supra posito saltem procedere debet vt vtiliter sit iste institutus quod, id est, quia, vel quę res nullo iure procedere potuit. Ius autem pro directo ięptius intelligi satis clarum est. Potest etiā hęc pars parēthesi includi & procedere dēt vt vtiliter sit institutus (qđ nullo iure potuit scilicet fieri) qui nondum natus erat. Item nullo iure, nec 12. tab. nec Galli, nec Vellei. præter ista enim iura de posthumis instituendis nulla sunt. Quinō dum natus erat. Addendum hic ex casu huius. §. de alio, qui & testamenti, & natiuitatis tempore nepotem præcessit, quod omisit Sceuola, vt satis ex præcedentibus notum. Et hoc loco notant interpretes non licuisse per 12. tab. institui nondum natum, quem alius testamēti tempore pręcederet. de qua re quid sentiam, satis dixi in explicatione rationis huius capitis. Iuliano tamen videtur. Tractus vī fuisse ante Sceuolę tempora hic casus per Iulianum, qui in Adriani consilio fuit longe ante D. Marcū, cuius assessor fuit Sceuola. Ostēderat aūt pro sua prudentia Iulianus inductionem quandam legis Velleię ad hanc institutionem, idque opinor, ne priuata sua authoritate, fecisse id videtur, quod nec forte contra 12. tab. ei licuisset, quibus id cautum existimabatur. Eam itaque inductionem comprobasse cęteri quoque Iurisconsulti videntur, vt aperit. §. se. quam certam & receptam hic tantum affirmat Sceuola, nec rationē eius declarat, quā satis forte ex Iuliani ipsius libris haberi posse iudicaret, & ne alienis scriptis referendis commētarios suos quę vulgaris est nostrum interpretum culpa, implere velle videretur. Duobus quasi capitibus legis commistis. Hanc commistionem sic fieri quidam opinantur, vt quod in primo legis capite dicitur de ijs, qui sui nascuntur, etiam de ijs intelligatur, qui sui quasi agnatione ex secundo capite fiunt, etsi post testamentum nascantur, vt scilicet hi perinde atque pręcedentes institui possint, & sic confirmetur institutio, de qua hoc §. agitur quæ commistionis ratio, cum alia mihi cōmodior non occurrat, non displicet. In hoc inducere legem, ad hūc casum accōmodare, quę est nostris professoribus sępe vsitata locutio. Item legem totam intellige duo simul capita complectentem, quę notatu digna est argumentandi forma, cum ex duobus eiusdē legis capitibus iunctis, vel etiam pluribus legum diuersarum aliquid deciditur. Nam id hoc Iuliani exemplo perbelle defenditur. Ne rumpantur testamenta. Si enim inutilis esset talis institutio, minime dubium esset, quin semper pręteriri talis posthumus deberet, quem instituere & inutile, & superuacuum esset, & tamen idem pręteritus, & suus quasi agnatione factus testamentum rumpere. cui rei huius institutionis inductione occurritur, nec ea facta amplius rumpuntur testamēta, quę vt conseruarentur, studuit Sceuola.

§. XII.

QVæremus etiam tamē, cum recepta est Iuliani sententia, an si nascatur nepos viuo patre suo, deinde emancipetur, sponte adire possit hereditatem. quod magis probandum est. Nam emancipatione suus heres fieri non potuit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Institutio sui hæredis non vitiatur, quãuis idem postea emancipatus mortis testatoris tempore inueniatur.*

HVius §. sensum facit Marius, vt supposito casu præcedẽtis §. dubitetur in hoc An si nepos vt supra institutus, emancipatus inueniatur tempore, quo ei defertur hęreditas, & sic non suus, valeat tamẽ eius institutio vt nõ necessario, sed sponte sicut quiuis extraneus adire hęreditatẽ possit, quod magis putet Sceuola. Addit tamen idem Marius intelligendũ nepotẽ hunc aliquanto tẽpore post mortẽ patris sui emancipatũ fuisse, & sic semel in suitate successisse, quæ causa sit confirmandę institutionis sub conditione, vt ipse existimat, suitatis factæ, quam semel in vita testatoris euenisse sufficiat. Sed cũ in cõtextu nihil dicatur de eiusmodi emancipatione post filij mortẽ, nec de suitatis conditione semel impleta, simplicius forte & melius dici possit, institutionẽ hanc, etiam si suus nepos nunquã fuerit, cõfirmari. Nam & si qua esset suitatis eiusmodi institutioni apposita conditio, ea non minus tẽpore delatæ hæreditatis, & post mortẽ testatoris inspicienda esset, quam antea, nec satis esset, sic institutũ aliquo tẽpore suũ fuisse, nisi tẽpore, quo ei deferẽ hęreditas, talis inueniretẽ. Mihi itaq; verisimilius vr̃, in hoc dubitationẽ huius §. consistere, Quod cũ ea institutio de qua. §. præced. agiẽ, ex primo Vellei capite confirmetẽ, ex quo nõ nisi qui sui hæredes sunt, succedunt, & ad eos tantũ ea institutio pertineat, dubitetur hic, an ɔ̃firmari possit ea institutio, etiã si suus hęres non sit, qui per eam succedit, aut ẽt nunquam fuerit. Respon. Sceuola. Cũ recepta sit Iuliani sententia, vt valida sit talis institutio, receptũ esse similiter, vt quæ semel, ea ob suitatẽ
1 deficientem non infirmetur. nam † & communis fere oĩm est opinio, de qua egimus in. §. Et quid supra non vitiari institutionem sui hęredis, quamquam idem post ea emancipatus mortis testatoris tẽpore inueniatur. arg. §. seruus autem de hęred. inst. in Inst. põt & alia simplicior quęstio hoc. §. intelligi, quæ suo ordine post Iuliani casum definiatur. An si qui vt suus futurus & ea spe institutus est tpe delatę hẽditatis nõ suus inueniatur, nõ propterea vitietur eius instõ, sed adhuc vigeat, & ea spõte hęreditatẽ adire institutus possit. Cum recepta est Iuliani sententia. Vt valeat instõ. §. præc. vel simplicius, postquã decisa per Iulianũ est ea dubitatio. Si nascatur nepos. Institutus ne præteritus agnascendo testamentũ rumperet. Viuo patre suo. Sic ergo suus natus non est, patre eius, cũ natus est, pręcedente. Deinde emãcipetur, vel post filij mortẽ, vel etiam prius. nam in hoc vis nulla est, vt dixi supra. Spõte adire possit, hoc est hęres sit ex testõ quamquam non suus, nec necessarius, sed spontaneus inueniatur, nec corruat propterea eius instõ spe suitatis facta. Quod magis probandũ est. Vt adire possit, quãq̃ hæres spõtaneus, non vitiata ob id institutione. Nam emancipatione. i. propter emancipationẽ in quo statu tẽpore mortis testatoris inuenitur, suus hęres fieri non potuit. Innuitur hic potius nullo tẽpore suũ fuisse, quam aliud, licet secus senserit Maritus, vt dictũ est s̃. Impediuit ergo suitatem emancipatio, nec tñ propterea institutionẽ vitiauit. Et hæc est rõ cur spontaneus hęres sit hic nepos. Est igitur institutus vt suus futurus adit tñ vt voluntarius, cuius rei causa emancipationi tribuitur.

Forsitam hæc mala sint, fieriq; id posse fatemur,
Si mala sunt hæc, tu non meliora facis.

REPETITIO

Io Antonij Rubei Alexandrini I.C. in §. quidam recte ex l. Gallus Aquilius. ff. de lib. et posthum.

SVMMARIVM.

1 *Formam lege datam dici substantialem.*
2 *Galli Aquilij intentio quæ fuerit in inducendo formam, qua posthumi nepotes institui possent.*
3 *Actum in dubio videtur quis facere prout a iure disponitur. & an hoc sit perpetuo verum. nu. seq.*
5 *Simpliciter id fieri, quod sub ea conditione fit, quæ inest ex natura actus.*
6 *Respondens sub ea conditione, qua ex coniecturis tacite inest, an censeatur simpliciter respondere.*
7 *Iudicem posse ex causa recedere a iure scripto.*
8 *Responsionem suam conditionaliter factam an possit quis incontinenti reuocare. atq; inibi quando dicatur incontinenti.*
9 *Testes cuius testimonium est iam scriptum, potest incontinenti reuerti, vt illud corrigat.*
10 *Mens an semper attendatur, vbi ex verbis colligi potest, ac nũquam alias & num. 27.*
11 *Substitutio sic facta, filium instituo, & nepotem substituo, an sit duntaxat vulgaris non etiam fideicommissaria. & nu. 15. & 17.*
12 *Substitutionem quæ põt valere iure directo non trahi ad fideicommissum.*
13 *Substitutionem fideicommissariam non esse proprie substitutionem.*
14 *Fideicommissarium non venire proprie appellatione hæredis.*
16 *Substitutionem fideicommissariam non contineri in reciproca.*
18 *Clausula codicillaris an faciat substitutionem directã trahi ad fideicommissariam. & nu. sequen. & nu. 21. & 23. & 29.*
20 *Substitutio compendiosa facta filio pupillo per verba directa & ciuilia, an expiret in totum post pubertatem, an vero trahatur ad fideicommissum. & nu. 22. & 26.*
24 *Substitutio sic facta, filium meum instituo, & fratrem & eius liberos mihi substituo, an post aditam hæreditatem trahatur ad fideicommissum. & nu. seq.*
28 *Miles in dubio præsumitur testatus in iure communi.*
30 *Generali sermone non comprehendi ea, de quibus quis in specie verisimiliter non cogitasset.*
31 *Instituens filium & nepotem ex eo iam natum an censeatur eos vocare simul ad successionem an vero ordine successiuo. & nu. sequen. & nu. 35.*
33 *Filium hæredem institutum non posse hæreditatem repudiare & legitimam retinere.*
34 *Copulam, & æqualiter copulare non secus ac particula, cum.*
36 *Determinationem vnam respicientem plura determinabilia debere ea pariformiter determinare, an sit perpetuo verum.*
37 *Instituens fratrem & filios an censeatur eos vocare simul, an ordine successiuo. & nu. 40. & 48. & quid si instituat fratrem & eius liberos. nu. 49. & 51. & 128.*
38 *Alternatiuam positam inter conditiones resolui in coniunctam ex præsumpta mente testatoris.*
39 *Copulam (&) nonnunquam resolui in disiunctam.*
41 *Feudum receptum ab aliquo pro se & filijs suis masculinis & fęminis nõ aliter fęminis competere, quam si nulli masculini extent. & nu. 116. & quid si receptum sit pro se & hæredibus. nu. 121.*
42 *Testator si instituerit filios, quos ex diuersis vxoribus habet, & eos inuicem substituerit, an vno decedente omnes ęqualiter admittentur, an vero vtrinq; coniuncti alios excludant. & nu. 44. & 45.*
43 *Substitutione pupillari succeditur pupillo non ipsi testatori.*
46 *Intellectus ad c. Raynutius. & ad c. Raynaldus extra de test.*
47 *Testator instituens fratrem & eius filios & nepotes, an censeatur eos ęqualiter vocare, an ordine successiuo.*
50 *Intellectus ad l. Lucius in. §. Lucius. ff. de leg. 2.*
52 *Alternatiuę partem alteram esse veram quando non sufficiat.*
53 *Instituens vel substituẽs aliquẽ & suos an cẽseatur eos vocare ordine successiuo, an uero simul. atq; inibi qui veniãt appellatione suorũ. & n. 55.*
54 *Verba debere intelligi prout possunt adaptari.*
56 *Conceptus habetur pro existente in rerum natura.*
57 *Filij instituti cũ patre quo casu censeãtur vocati ordine successiuo. & n. 59.*
58 *Filiorum appellatione venire nepotes, vbi in fauorem filiorum aliquid disponitur.*
60 *Instituto fratre ac filijs eius an filiæ admittantur, stante statuto quod extantibus masculis fęminæ non succedant.*
61 *Filios prius admittendos quam filias ad emphiteusim quæsitam a patre pro se & filijs masculis & fęminis non succedant.*
62 *Testatorẽ in dubio præsumi se velle conformare cum dispositione statuti.*
63 *Instituens agnatos alicuius extranei per ipsum instituti an videatur vocare eos ordine successiuo, an simul. & nu. seq.*
65 *Fideicõmissum simplex & absolutum an videatur inductũ per hæc verba volo bona mea remanere in agnatione seu familia mea. & n. 68. & 71.*
66 *Fideicõmissum induci per quæcunq; verba enunciatiua, vbi potest de mẽte testantis constare.*
67 *Prohibitus alienare extra familiam an nolentibus illis de familia emere possit alienare.*
69 *Intellectus ad l. pater filium. §. pater. ff. de leg. 3.*
70 *Agnatos vocari ordine successiuo, si testator dicat, substituo fratrem & alios agnatos meos, & prohibeo alienationem bonorum meorum extra familiam.*
72 *Alienatione extra familiam prohibita per testatorem, ac fideicommisso per eam prohibitionem inducto, an proximitas attendenda sit respectu testatoris, an vero respectu eius qui prohibitus est alienare.*
73 *Ius accrescendi competere pro ratione proximitatis respectu testatoris, nõ respectu cohæredis.*
74 *Proximitatem respectu grauati non autem respectu testatoris attendi in substitutione fideicommissaria, vbi agitur, an positi in cõditione excludant substitutum.*
75 *Substitutione pluribus per nomen collectiuũ facta, si dubitetur, an persona quæ superest, tanquã prædicta excludat substitutum, proximitas respectu testatoris attenditur potius, quam respectu grauati.*
76 *Substitutione fideicommissaria pluribus ordine successiuo per nomen collectiuum facta, vtrius proximitas sit potius attendenda, grauati ne, an testatoris grauantis & nu. seq. & 79. & 82. & 85. & 88.*

78 Substituens inuicem eos quos instituit, eandem affectionem videtur habere in substituendo, quam in instituendo.

80 Fideicommissarium succedere testatori, nōn aūt haeredi grauato restituere.

81 Filius an substitueret in locum patris in legato relicto familiae in quo vocantur proximiores.

83 Substitutus per fideicommissum duobus si decesserint sine liberis an altero decedente admittatur ad partem eius, & nu. seq.

86 Emphyteusi ab aliquo quaesita pro se & descendentibus vsque ad tertiam generationem, proximitas attenditur respectu eius qui vltimo loco decesserit.

87 Substituto fratre & eius filiis, etiam eos filios censeri vocatos qui tempore testamenti nundum nati aut concepti essent.

89 Proximitas quomodo probetur.

90 Parentelae appellatione qui veniant.

91 Institutis vel substitutis illis qui sunt de familia, an videantur vocati illi de familia qui erant inimici ipsius testatoris.

92 Instituens parentelam vel familiam an censeatur vocare ordine successiuo eos, qui sunt de parentela vel familia.

93 Fideicommissum si factum sit familiae aut agnatis, & ordo succedendi attēdatur, an vocentur concepti & nati post mortem testatoris. & nu. 105. & 106. & 109.

94 Legatum factum agnatis an includat eos quos testator ignorat se habere. & nu, 97. & 99.

95 Generalem dispositionem non referri ad ignorata.

96 Praeteritionem militis, quae pro exhaeredatione habetur, non extendi ad eum filium, quem miles ignorabat se habere.

98 Tutorem datum filijs censeri etiam datum posthumo. & quae sit huius ratio. nu. 100.

101 Institutus agnatis, & extraneo eis substituto, etiam eos agnatos excludere substitutum, quos testator se habere ignorabat.

102 Legatum factum agnatis an debeatur ijs qui tempore testamēti non erant agnati, sed tempore mortis testatoris reperiuntur agnati.

103 Posthumae admittantur nec ne ad legatum factum filiabus.

184 Legatum factum agnatis in quibus ostenditur ordo succedendi, an eos includat, qui concepti viuo testatore, nati sunt post mortem eius.

107 Nepotes an veniant appellatione filiorum, & quando. & nu. seq. & quid si concepti sint post mortem testatoris. nu. 109.

110 Decedentibus aliquibus vel posteris institutis vel substitutis, an veniant concepti & nati post mortem testatoris.

111 Posterorum appellatione an veniant descendentes ex foeminis. & nu. 113.

112 Descendentium appellatione an & quando veniant nati & concepti post mortem testatoris.

114 Institutis vel substitutis agnatis vsq; ad sextum vel decimum gradū veniat eos, qui concepti sunt post mortem testatoris.

115 Instituens fratrem cum filiis ipsius fratris an vocet eos simul & semel, an vero ordine successiuo. & nu. 117.

118 Ordinem charitatis ex sententia [illegible] posse.

119 Instituens aliquem & eius filios & haeredes, an censeatur eos vocare ordine successiuo.

120 Instituens fratrem & eius haeredes an videatur eos vocare ordine successiuo, atque inibi quam significationem recipiat verbum, haeredes, in ea institutione.

122 Haeredum appellatione qui veniant, cum quis instituit vel substituit aliquem & eius haeres. & nu. seq.

114 Haeredum masculorum appellatione qui veniant, vbi quis instituit Titium, & post eum eius haeredes masculos. & nu, 126.

125 Statutum quod parentes masculi excludant foeminas in successione feudi, intelligitur de masculis agnatis.

127 Instituti vel substituti ordine successiuo quando dicantur aliqui.

129 Emens vel alio titulo quaerens rem aliquam pro se & filiis suis an censeatur eis acquirere ordine successiuo & tanquam haeredibus. & nu. 131.

130 Pater acquirens suo & filii nomine an praesumatur in dubio donare filio.

132 Pater si stipuletur sibi & filijs emancipatis, an veniant ordine successiuo, an simul cum patre.

133 Vsusfructus, quem pater stipulatus est pro se & filijs, an pertineat eos simul & semel, an ordine successiuo.

134 Vsumfructum indiuiduum esse non secus atque vsum.

135 Nepotes ex filio praemortuo, an simul admittantur cum patruis ad id quod auus eorum acquisierat pro se filijs ac nepotibus, an vero ordine successiuo, & quid in emphyteusi aut feudo. nu. seq.

137 Nepotes ex duobus filijs praemortuis an succedant patruo in capita an in stirpes in eo quod ille acquisierat pro se & suis nepotibus, & an ad talem acquisitionem veniant nepotes concepti post mortem ipsius aui acquirentis. num. seq.

139 Emphyteusis si quaesita sit ab aliquo pro se & filijs masculis & foeminis, an attendatur ordo succedendi ab intestato.

140 Masculi descendentes ex foeminis an praeferantur ipsis foeminis in successione emphyteusis quaesitę a patre pro se & suis haeredibus vsque in tertiam generationem masculinam & foemininam saluo quod masculi praeferantur foeminis. & nu. seq. & 145. & 146.

142 Masculorum descendentium appellatione venire etiam descendentes ex foeminis. & nu. 144. & 147.

143 Aduersatiuę particulę eam esse naturam, vt qualitates pręcedentium repetat in sequentibus.

148 Filij an simul cum patre vocentur ad id, quod pater stipulatus est, adijciendo, quod stipulatur pro se cum filijs & haeredibus.

149 Pater stipulando sibi & filiis in ijs quae sui natura transeunt ad haeredes, videtur stipulari filiis vt haeredibus, & quibus casibus censetur stipulari vt filijs, non vt hęredibus. nu. seq. & 151.

152 Emphyteusi quęsita a patre sibi & filio non vt haeredibus, sed vt filijs, quomodo poterunt filij conueniri ad pensionem.

153 Actio quaesita patri per filium censetur ei quaesita cum onere & qualitatibus adiectis in contractu.

154 Pater stipulando sibi & filiis an videatur stipulari filijs, & an tales veniant ęqualiter cum legitimis, an vero ordine successiuo. nu. 156.

155 Filiorum appellatione an veniant naturales, & an veniant foeminę.

157 Pater habens duntaxat filios naturales an stipulando pro se & filijs videatur eis stipulari ordine successiuo.

158 Filij legitimati an admittātur aequaliter cum legitimis ad emphyteusim, quam pater recepit pro se ac filijs suis legitimis & legitimatis, an vero ordine successiuo. & nu. 161.

159 Filiorum appellatione an veniant legitimati, & an legitimatus excludat substitutum. & nu. seq.

162 Legitimatus per subsequens matrimonium an admittatur ad emphyteusim quam quis recepit pro se ac filijs ex legitimo matrimonio procreatis.

163 Filij eius, qui recepit emphyteusim pro se & filijs fratris, an praeferantur filijs ipsius fratris.

164 Emphyteusis acquisita ab aliquo pro se filijs suis & haeredibus an transeat ad haeredes extraneos ipsius acquirentis exclusis filijs, non considerato ordine affectionis, & nu. 166.

165 Substituens filio suo sine liberis decedenti Titium & eius haeredes, de euiusmodi haeredibus censeatur intellexisse.

167 Substitutionem factam pluribus non resolui in singularitates, vbi superest persona charior ipsi testatori quam substitutus.

168 Filię an veniant secundum ordinem succedendi ab intestato ad id quod pater stipulatus est pro se filiis & haeredibus.

169 Haeredes extranei instituti cum filijs an admittantur aequaliter cum eis ad emphyteusim acquisitam per testatorem pro se filijs & haeredibus. & num. seq.

171 Pater stipulando rem ad haeredes trāsitoriam pro se & haeredibus suis donec vixerit, an intelligatur stipulari etiam extraneis haeredib. an duntaxat descendentibus.

172 Concessio alicui facta & suis haeredibus in vita de quibus haeredibus intelligenda sit.

173 Cōcessum simpliciter alicui pro se & suis an trāseat ad extraneos haeredes.

174 Suorum appellatione qui veniant ex communi interpretatione.

175 Feudum quaesitum pro se & suis an pertineat duntaxat ad eos qui sunt haeredes, & quid in feudo quęsito citra mentionem suorum vel hęredum. num. 181.

176 Pater acquirens aliquid quod de sui natura non est transitorium ad haeredes, an intelligatur acquirere filijs vt filijs, an vt haeredibus.

177 Confessus se habuisse quicquid in hęreditate paterna petere poterat, non prohibetur petere partem feudi vel fundi emphyteutici.

178 Renuncians bonis paternis an censeatur etiam renuntiare emphyteusi.

179 Emphyteusim ecclesiasticam stipulatus pro se & haeredibus an censeatur stipulatus liberis vt liberis, an vero liberis vt haeredibus, & quid si nullam filiorum aut hęredum mentionem fecerit. nu. seq.

182 Emphyteusim ecclesiasticam non posse sic alicui concedi, vt transeat ad eius hęredes extraneos, & nume. 192. contrarium disputatur. numero 191. & 197.

193 Filius mala mente exhęredatus an admittatur ad emphyteusim ecclesiasticam quam pater acquisiuit pro se & filijs. & nu. 185.

184 Filia dotata exclusa a successione patris ex forma statuti, admittitur ad emphyteusim ecclesiasticam quęsitam per patrem pro se & filijs.

186 Pater possit ne vni ex filijs in pręiudicium pręlegare feudum emphyteuticum, quem acquisiuit pro se & suis. & nu. 188. & 189.

187 Feudum a patre pro se & filijs quaesitum non posse vni ex filijs in praeiudicium aliorum praelegari.

190 Emphyteusis ecclesiastica quaesita ab aliquo pro se & haeredibus masculis an non aliter transeat ad descendentes acquirentis, nisi sint haeredes illius. & nu. seq.

195 Emphyteusis ecclesiastica quibus casibus concedi possit etiam pro haeredibus extraneis. & nu. 202. & 204.

196 Emphyteusis quando dicatur haberi titulo oneroso, & quando titulo lucratiuo.

198 Feudum an ob id transire possit ad extraneos haeredes, quod acquisitum sit pro se & haeredibus quibuscunque. & nu. 200.

199 Intellectus ad l. si mihi Meuia. §. si. ff. de lega. 3.

201 Quicunque, particula vniuersalis quam vim habeat.

203 Argumentū nō tenere simpliciter de feudo ad emphyteusim ecclesiasticā.

205 Locatio in perpetuum rei ecclesiasticę an sit prohibita, atque inibi qui differat locatio in perpetuum ab emphyteusi.

206 Emphyteutę an & quando fiat remissio pensionis propter sterilitatem.

207 Emphyteuta quo casu non cadat a iure suo, etiam si cessauerit per biennium in solutione pensionis.

208 Priuilegium concessum patri & filijs eius an viuo patre competat filijs. & num. 211.

209 Ius patronatus non competere filijs viuo patre, & quae sit ratio.

Priuilegium

210 *Priuilegium legitimandi concessum patri & filijs quibus casibus non competat filijs in vita patris.*
212 *Statutis duobus contrarijs in eodem volumine repertis, an posterius sit semper obseruandum.*

§. Pro intellectu huiusce. §. indaganda est ratio dubitandi ad id quod principaliter decidit in hoc text. i. q institutio vel substitutio facta de posthumo censeatur facta eo casu, qui ex verbis Galli concipi põt, & sic sub duabus conditionibus. i. si nascatur post mortẽ patris, & post mortẽ aui. dubiũ faciebat primo l. res propria. C. de leg. & l. nemo rem suã. ff. de ver. ob. vbi dr̃, q res propria nõ cẽsetur legata, si desierit esse propria, nec in stipulatũ deducta, si stipulatoris esse desierit, videbat̃ ergo dicendũ, q in instõne & substõne posthumi nõ deberet subintelligi aliqua conditio sicut in dictis iuribus nõ intelligitur sed potius vitiatur actus. Respon. primo, q in iuribus prædictis nõ subintelligitur, quia pro illius implemẽto requiritur factũ hoĩs extrinsecũ, sed ista solutio cõfundi vr̃ per tex. in l. 1. in fi. ff. de cõdit. & demõ. & in l. interdũ in fi. ff. de ver. ob. vbi in stipulatione facta per seruũ hæreditarium subintelligitur conditio, si hæreditas adeatur, & tñ hæreditatis aditio factũ hoĩs extrinsecũ requirit. Secũdo faciebat dubiũ in hoc tex. l. cũ filio. ff. de leg. 1. & §. seruo. insti. de legatis, quæ iura infr. Are. adducit, vbi si legetur ab hærede seruo hęredis simpliciter, vel a patre filiosfamilias, non subintelligitur in his iuribus illa cõditio, si seruus desierit esse hęredis vel filiusfamilias desierit esse in potestate patris, etiã ad validitem actus. Et si dicatur, hę cõditiones nõ subintelligunt̃, quia in ipsarũ implemẽto requiritur factũ hoĩs extrinsecũ in manumittendo seruũ, & in emancipando filiũfamilias. Replicatur, vt in prima dubitatione dixi, quod hæc solutio cõfunditur per d. l. interdũ in fi. sicut ergo in dictis iuribus vt actus valeat, requiritur expressio cõditionis, vt probatur in l. vbi pure. ff. ad Treb. cur non idẽ dicitur in tex. nostro, Tertio faciebat dubiũ in hoc tex. vt dicit præceptor meus d. Ias. quia Gallus Aquilius introduxit sic posse institui posthumũ, si nascatur post mortẽ patris & aui. illa ergo dictio (sic) vr̃ denotare quandam formã, vt illę duę conditiones exprimantur, ergo videbat̃ dicẽdum, institutionẽ aliter factã non valere, per regulam l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. ob. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transac. & l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de ver. ob. & eo maxime quia vt dicit Bal. in c. 1. de milite vasa. qui contumax est, & in l. 2. C. de legi. hære. formæ sicut nihil addi põt, ita etiã nihil potest detrahi. cũ ergo Gallus introducat talẽ institutionẽ ni fieri sub conditione, talis cõditio formã inducit l. prætor ait in principio cum si [illegible]bus. ff.
1 de colla. bono. & forma † quæ a lege datur substantialis dicit̃, vt Bal. dicit in l. comparationes col. 2. C. de fide instr. sequitur Socin. in consi. 31. & Decius in consi. 229. col. 1. ergo forma nõ deberet subintelligi in institutione posthumi. Ad tollẽdas has dubitationes dicitur primo, quod conditiones de quibus in hoc tex. sunt intrinsecę, & de natura actus, quia secũdum Gallum posthumus alienus aliter institui non potest. Nimirum si in institutione & substitutione posthumi subintelligitur conditio. argumen. l. Blanditus. C. de fideicom. sed ista ratio decidendi confund. vr̃ ex his, quæ Bart. hic dicit, dum dicit, quod Gallus solam potentiam instituendi posthumum alienũ induxit. Replicat quidã hispanus hic ex verbis tñ Iaso. quod illa potentia fuit formata a Gallo, vt sub conditione fieri deberet, ergo vr̃, quod institutio aliter facta tanquã peccans in forma de iure non subsistat, & sic nõ videntur tolli hę tres dubitationes, & quod sola potentia instituendi posthumos alienos, vt Ias. dicit, a Gallo inducta fuerit, probatur in l. pe. ff. de le. 2. sed, vt dixi in principio istius l. si Gallus solam potentiã instituẽdi posthumos alienos induxisset non fuisset necessaria prouisio Velleij & Iuliani, de qua in. §. nũc de lege. & in. §. eo casu inf. ea l. quia talis potentia fuisset indifferens tã ad posthummos nasciturõs post mortẽ patris in vita aui, quã ad nasciturõs post mortẽ patris & aui, & tñ puisio Velleij & Iuliani fuit necessaria, vt pro-
2 batur in d. paragraphis. Pro resolutione dici põt † q finalis intentio Galli, qui induxit posthumos nepotes debere institui, fuit prouidere ne eorum præteritione testm̃ rũperetur. §. nũc de lege. & §. si eius. ꝫ. hac lege, & quia si nati fuissent post mortẽ patris & aui, eorũ natiuitate testm̃ rũpi potuisset. ideo Gallus istas duas cõditiones expressit, sed hę conditiones dici non possunt de forma, qa non sunt cãę finales institutionis posthumi alieni. & vbi conditio non est causa finalis, nõ importat formam, vt Are. dicit in l. 2. §. si prius in fi. ff. de vulg. & pup. Item forma a lege tradita facilius impletur, quã tradita ab homine, vt est glo. cõmuniter approbata in l. iubemus. C. de testamen. vel aliter dici potest ex mente gl. hic in fi. quod illa verba vt eo casu valeat q ex verbis colligi põt, sunt referẽda ad verba testãtis, non autem ad verba Galli Aquilij quo casu omnis tollitur difficultas, qui intellectus suadetur, ex illis verbis etiam si non exprimat de morte filij, & est sensus etiam si testator non exprimat de morte filii, valebit institutio facta de posthumo simpliciter, & talis institutio valebit eo casu, qui ex verbis testatoris colligi poterit, & hunc intellectũ gl. sibi ascribit quidã hic, qui multa verba effundit, sed tu aduerte, quia stat simul, q illa verba, & si nõ exprimit testator de morte filij, sed simpliciter instituat, sint necessario referenda ad testatorem, & tñ illa verba vt eo casu valeat, qui ex verbis colligi potest, referantur ad verba Galli, non aũt testatoris, & q sint referenda ad verba Galli, satis probatur ex conceptione institutionis, quæ fit per Sceuolam, dum dicit, & nepos pronepoti præmoriatur, vel filius & nepos, vbi vterq; viuit. Si præmoriantur pronepoti, vt ibi dr̃ in versi. & de pronepote vt testator dicat, si me viuo nepos decedat, & in versic. nã si & filius & nepos viuat, concipiat vtriusq; mortuis viuo & se &c. fateor tamen quod intellectus gl. facile posset defendi, & tunc non obstarent dubitationes. s.
3 aduerte de quo tñ dicam. inf. † No. est primo, quod quis in dubio vr̃ facere actũ prout a iure disponitur. Ita Iaso. hic in 2. no. post Alex in 3. & per Dec. in primo, & facit dictũ Ioã. And. vt Deci. ait, in c. fin. de priui eccle. li. 6. & l. qui iure militari. ff. de testa. mil. & l. doris fructus in fi. cũ l. seq. ff. de iure do. & pro dicto Io. And. est dictum Bar. in l. si quis sub conditione ad fi. ff. de condi. insti. quod dictum sequitur Alex. in consi. 214. col. pe. versi. nam verba generalia. vol. 6. & Curtius in consi. 40. in fi. nam intẽtio disponẽtis in dubio semper regulari debet fm̃ iuris dispositionẽ pulchre Cor. in consi. 197. vol. 1. & Deci. in
4 consi. 400. col. fi. versi. 12. conclusio. istam tñ conclusionẽ † declara primo, nisi quis vellet probare contra talẽ præsumptionem, quia omnis præsumpta mens recipit probationem in cõtrarium l. plane. §. sed si corpus. ff. de legat. 1. Secundo declara hanc regulã nõ procedere, vbi adesset alia vrgens pręsumptio quæ aliã obumbraret, vt in casu l. cũ ita. §. in fideicõmisso. ff. de le. 2. vbi si testator leget Titio vel Sẽpronio ac familiæ, non vr̃ disponere fm̃ dispositionẽ iuris cõis, vt Titius & Sẽpronius inter eos videantur vocati ordine successiuo, & rõ est, quia si voluisset vocare eos ordine successiuo, vocasset eos sub noĩe collectiuo familię, sed ex quo ergo eos prius notauit, videntur vocati ęqualiter. Tertio declara hanc cõclusionẽ procedere, vbi verba testãtis põt intelligi salua rõne recti sermonis, quia isto casu vr̃ quis facere actũ prout ius disponit, alias secus c. 2. requiris de appel. Quarto declara, nisi adsit alia vrgẽs pręsumptio, vt testator vel disponẽs videatur referre verba fm̃ ęqualitatẽ personę circa quã disponitur, non aũt ad iuris dispositionẽ, iuxta l. plenũ. §. equitij ff. de vsu & habi. & l. ex militari. vbi in pulchro casu Bal. ff. de test. mil. & per Are. in l. impossibilis in 3. col. vbi dixit. ff. de verb. obl. & in l. cõtinuus. §. illud. ff. eo. & per Barba. in c. possessionis in versi. not. de reb. eccl. non alie. & per Moder. in l. sed si hac. §. qui libertos in primo notabili de in ius vocan. & in pulchro casu Fulg. in consi. 27. & Decius in c. cæterum quæ in 12. colum. de rescrip. & per do. And. sicu. in
5 consi. 18. volum. 4. in 3. colum. † Secundo no. ibi, licet simpliciter instituat iuncta glo. quod illud dicitur fieri simpliciter, quod fit sub conditione, vbi conditio inest ex natura actus, & inducitur ad quęstionem statuti, quo cauetur, quod quis teneatur respondere positionibus simpliciter, alias habeat̃ pro confesso. quod respondens conditionaliter, vbi conditio inest ex natura actus, dicitur respõdere simpliciter. ita Bal. & Imol. hic, & Aret in l. qui liberis inf. de vulga. & pupil. & l. 1. ff. eo. vbi substõ vulgaris simplex dicitur, licet in ea contineatur pupillaris, & ideo dicit Bal. relatus hic per Alex. in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. ob. & in l. 1. in 2. no. C. de ædil. actio. quod siquis interrogetur an vendiderit, põt respõdere, q vẽdidit pro decẽ & dr̃ rñsio simplex, attẽto q pretiũ est de substantia emptionis. §. Itẽ pretiũ. insti. de ɔ̃hen. emptio. Sed vt Aret. dicit, iste tex. non vr̃ hęc probare, quia pręsupponitur, si instituã filium & nepotẽ, q sit simplex institutio, & tñ si talis institutio extẽderetur fm̃ consiliũ Galli, nõ esset simplex institutio. eodem modo substitutio vulgaris dr̃ simplex l. 1. infr. de vulg. & pup. & tñ si pupillaris, q̃ inest in vulgari, extẽderet̃, nõ diceret̃ simplex qa tacita pupillaris nõ excludit matrẽ, secus ĩ expressa. itẽ l. qui liberis nõ probat, quia ibi substitutio pupillaris dr̃ fieri pure habito respectu ad aliã substitutionem, in qua inerat alia cõditio expressa. nã si dico, filio meo pupillo substituo Caiũ, ista est substitutio pura. si tamẽ dicã, quisquis mihi hæres erit, sit hæres filio meo pupillo, ista dr̃ substitutio ɔditionalis, quia nõ põt hæres esse filio meo, nisi sit mihi hæres, & prima substitutio est pura ppter hãc, quę est cõditionalis, vides ergo, q ista iura nõ probant, quia institutio dr̃ simpliciter facta si dicam filiũ instituo, & posthumũ substituo, secus si exprimant̃ cõditiones a Gallo considerate, & ideo dicit Archidiac. in c. ei qui de prębẽdis in 6 q id qđ fit per verba generalia, dr̃ simpliciter fieri, secus si enumerentur spẽs, quę sub genere continentur vt est casus, vbi not. Fulgo. in l. coiri. ff. pro socio. Dic. ergo qđ si volumus considerare formã verborum, qđ vbi exprimitur conditio quę inest de natura actus, responsio non põt dici facta sim-

ſimpliciter, ſed ſi volumus conſiderare effectum, ſatis dicitur
ſimplex reſponſio, & dixi late in l. 1. inf. de vulg. & pup. & in d.
l. 1. §. ſi quis ſimpliciter ff. de verb. obl. Et ſtatutum conſiderat
effectum, non aũt formaliatem verborum l. 1. §. fi. cum vulg.
6 ff. quod quiſq; iuris. † Limita tñ hanc concluſionẽ nõ procede
re, vbi quis reſponderet per cõditionẽ quæ ex coiecturis tacite
ineſſet, ita Bal. in c. quia pp. de præbendis. & hic per Ias. & ideo
ſm Bal. in d. c. quia pp. ſi quis ponat, an ego. Titium elegerim,
ſi reſpondeam cũ elegiſſe, ſi eſt dignus, iſta reſponſio ſimplex
dici nõ põt, licet in dubio quis præſumatur eligere dignos, arg.
l. merito. ff. pro ſocio. & c. 1. de poſtula. præla. in 6. & c. fi. de præ
ſumptio. & rõ eſt, quia ſepe quis fallitur coniecturando. vbi er
go conditio ineſt ex natura actus, rñſio ſimplex facta cẽſetur,
ſecus ſi ex coniecturis, nota tamen ſm Alex. in d. §. ſi quis ſim-
pliciter, quod iudex ſubſiſtẽte cauſa põt admittere rñſionem
duplicem ſtante prædicto ſtatuto, arg. l. iuſiurandũ & ad pecu-
nias §. non ſemper. ff. de iureiur. & tradit Soci. in d. l. 1. de vulg.
7 & pup. † quia põt iudex ex iuſta cã recedere a iure ſcripto. arg.
l. & ſi ſeuerior. C. de his qui not. infam. Barba. in c. de cauſis. in
prin. 5. col. de offic. delega. & ibi Dec. col. pen. & per Abb. in c.
niſi. in 2. col. de offi. ord. & ſubſiſtente iuſta cã põt alterare vo-
luntatẽ defuncti. l. vtilitatem, & l. in confirmando ff. de confir.
tuto. eſt verum ſm quoſdam Mod. in d. § ſi quis ſimpliciter, ꝙ
iudex admittendo talem rñſionem debet illam facere poni in
actis, ne alias teneretur in ſindicatu. arg. eorum quæ Bart. ſcri-
bit in l. Lucius in fi. ff de infam. vbi dicit, qđ licet teſtes probẽt
ſm verba, poteſt tñ iudex non adhibere fidem, tñ illud debet
fieri ex cauſa, ita quod appareat, ne iudex teneatur in ſindica-
tu, & debet in actis ſcribi ſm Abb. in c. ad ſedem. in pen. no. de
re. ſpolia. & per Barba. ad illud dictum Bar. in conſili. 75. col. 2.
8 vol. 4. & per Fel. in c. de cętero. col. 4. de re iu. † Et no. vnum, qđ
dicit Bald. hic, quod ſi quis reſpondeat conditionaliter poteſt
talem reſponſionem reuocare in continenti. Et dicitur incon-
tinenti, antequam pars acceptauerit. quod dictum ſequuntur
Rom. & Areti. in d. §. ſi quis ſimpliciter, poſſet ẽt dici, quod ta-
lis reſponſio non poſſet reuocari, vbi eſſet in ſcriptis tradita, vt
in ſimili dicit d. Barb. in d. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter ff. de verbor.
oblig. allegat glo. in rub. C. de omni agro deſerto. lib. 11. ſed in
oppoſitum vrget gl. in c. fi. de iureiur. quæ dicit, quod non ſuf-
ficit, quod reſponſio ſit redacta in ſcriptis, vt reuocari nõ poſ-
ſit, ſed debet eſſe poſita in actis tribunalis. Mihi tamen vř poſſe
dici, quod dato quod talis reſponſio ſit in actis redacta, nihilomi-
nus dũ-
modo fiat ante acceptationem partis, quod talis reſpõſio reuo
cari poterit, probatur ex his quę Bar. ſcribit in l. reper. ff. de quę
9 ſtio. dicit † quod teſtis poſteaquam dictum ſuum eſt ſeciſ tum,
poteſt incontinenti reuerti, vt illud corrigat. gl. in §. quia vero
multi. in auth. de teſt. gl. & dictum cum clamor. co. nit d. c. ꝙ
Bar. in d. l. repen. Bene dicit, quod põt incontinenti corrigere,
ſed Bal. in l. ſecta in fi. ff. ſi cer. pet. & in d. ca. præterea. co. pen.
de teſti. cogen. dicit, quod non poteſt corrigere dictum ſuum, ante
quam eſſet completum, & per Iaſo. in l. nutrigentium, in 4 col.
in 2. not. de pact. & per Hie. de Neapoli in l. iure. C. de oĩ agr.
10 deſer. lib. 11. † Nota ẽt ex hoc tex. ibi, vt eo caſu valeat, quæ ex
verbis colligi poteſt, hic etiam tex. quod mens attenditur, vbi
ex verbis colligi poteſt, alias non ita hunc text ponderat Bal. in
c. 2. ſequentes, de appella. & in ca. mandatum, de reſcriptis. & eſt
optimus tex. cum gl. in l. & puto. ff. fa. her. quem allegat Bald.
in l. cum virum C. de fideicommiſ. & in c. contin. ut. de dolo. &
contumac. & in c. fi. de tranſla. præla. & ſi dicatur vulgaris ſub-
ſtitutio cõtrariatur pupillari, tamen in vulgari ineſt pupillaris,
& econtra & tamen hæ ſubſtĩones non poſſunt colligi ex ver-
bis, idem probatur in l. tale pactum §. fi. ff. de pact. vbi id. quod
quis veriſimiliter diſpoſuiſſet, habetur pro diſpoſito, licet ex
verbis nõ colligatur, & in l. Lucius, §. Titius. ff. eo. vide pro re-
ſolutione Soci. plene in l. in ambiguo. ff. de reg. iur. dub. Ad vnum
tamen aduerte vltra eum, quia non vř, quod ẽt vbi mẽs poteſt
elici ex verbis, quod ſtetur menti, vt probari videtur in l. ſi alij.
ff. de vſufr. leg. vbi ſi lego vni fundum, & alteri vſumfructum,
licet mens teſtantis ſit, quod vnus habeat proprietatẽ, & alter
vſumfructum, non attenditur eius mens. Soc. in d. l. in ambi-
guo. dicit, quod mens ibi non attenditur. quia non erat legiti-
ma, ſed hoc eſt contra tex. in d. l. & puto. vbi gl. ff. fami. her. Nã
ibi adiudicatus vni fuit fundus, & alteri vſusfructus. & tñ ver-
bum, fundus. impropriatur. & capitur pro nuda proprietate,
& ſic vſusfructus alteri in totum adiudicatur. & alteri proprie-
tas nuda, & ſic attenditur mens, quæ elicitur ex verbis impro-
prijs in ſententia, & nõ in vltima voluntate d. l. ſi alij. & l. ſi tibi
decem milia. ff. de vſu & habitat. & l. vnde Neratius. §. non ſo-
lum ff. de vſufructu. dic, quod in caſu. l. & puto. proprium iu-
dicis, erat, diuidere, ſecus in l. ſi alij, & alijs iuribus. Sed iterũ conſi
dera, quare attendatur mens, quæ ex alio diſpoſito inſurgit. d.
l. nam hoc iure & l. tale pactum. & tamen non attẽditur in di-
ctis iuribus, in quibus ſolum fieret verbo ſi impropriatur, quo
11 caſu mens ſolet præferri verbis, vt infra dicam. † Circa glo. ha-
bes ex quarto intellectu ſecundum Bart. & alios, quod ſi quis
dicat filium inſtituo, & nepotem ſubſtituo quod iſta ſubſtitu
tio eſt tñ vulgaris, & ſic non continet fideicommiſſariã, quic
quid Bal. dixerit in l. humanitatis intuitu. in 12. col. C. de impu.
& alijs ſubſtitutio. idem tenet Bar. in l. centurio. in verſi. oppo-
no ad præ ſicta. ff. de vulga. & pupill. & dom. Alex. hic & idem
Alex. in l. recuſare §. Titius ff. ad Trebell. idem ſolet dici de re-
ciproca, quod fideicommiſſariam non continet, vt per Bar. in
l. Lucius in 13. quæſt. ff. eo. de vulga. & pupill. Bald. in conſi. 15.
incipient. ad euidentiam, in verſic. 5. & vlt. præmitto. & Angel.
in conſi. 151. & per Socin. in conſi. 290. & per Aret. in 17 cum
ſimilibus, quæ tradit Decius in l. in teſtamento. col. pen. C. de
teſta. mili. Principale fundamentum ſtat in eo tex. ſed vt Iaſon
dicit, teſtator voluit hic prouidere, ne teſtamentum rumpere-
tur, §. idem credẽdum, in fi. & §. ſi eius, infra eod. & idem dicit
Alberic. de Roſate ante eum hic, ſed ſi filius cenſeretur graua
tus reſtituere poſthumo per fideicommiſſum poſthumus tan
quam præteritus teſtamentum rumperet, quidam replicant,
quod Gallus ſolum induxit potentiam inſtituẽdi poſthumos
l. pen. ff. de leg. 3. ſed dici poteſt, quod ſi Gallus ſolum induxiſ-
ſet potentiam inſtituendi poſthumos, iſta poteſtas fuiſſet in-
differens, nõ autem reſtricta ad poſthumum naſciturum poſt
mortem patris & aui. Secundo pro hac cõcluſione adducitur
l. nam hoc iure infra de vulg. & pupill. in verſi. in vulgarem tan
tum, ſed Aret. in l. qui plures, col. 2. inf. de vulg. & pupill. dicit,
quod illa uerba, in uulgarem tantum, non excludunt fideicõ-
miſſarium ſed tamen pupillarem, de qua ibi quæſtio uidetur,
in qua quidem pupillari eſſet diſparitas inter puberem & im-
puberem, & hæc ſolum inæqualitas ibi ponderari uidetur, ut
ex ratione decidendi colligitur ibi. incongruum enim uideba-
tur ut in uno eſſet duplex ſubſtitutio. & in altero ſimplex. quæ
ratio ceſſat in fideicommiſſaria, & hanc ſolutionem in ſimili
tradit Iaſ. in dict. l. Lucius, in ultima charta. & in l. in teſtamen-
to. C. de teſt. militis eodem modo. in d. l. 2 C. de impub. & alijs
12 ſubſtit. reſponderi poteſt. Tertio pro hac ſententia facit, † quia
ubi ſubſtitutio poteſt ualere iure directo, non trahitur ad fidei
commiſſum c. ſi pater de teſt. in 6. gl. in l. uerbis ciuilibus ff. de
uulg. & pupill. facit ratio, quia diſpoſitio ſemper debet applica
ri extremo potentiori. l. fi. de fundo inſt. ſed replicatur, qđ ubi
diſpoſitio poteſt applicari duobus extremis ſecundum caſus
contingentiam, tunc applicatur utriq; ſed ſubſtitutio fideicõ-
miſſaria eſt ita proprie ſubſtitutio, ſicut uulgaris, ergo uerbũ
ſubſtituo utramq; etiam complecti debet arg. l. cum lege ubi
not. Aret. de teſt. & no. do. Abb. in c. Rodulphus, de reſcriptis,
ita dicebat Ruyn. me audiente, licet quidam id ſibi aſcribat,
ſed aſſumptum præceptoris mei non uidetur uerum ſecundũ
Bal. Sali. & pleroſq. alios in rub. C. de impub. & alijs ſubſt. ubi
13 dicunt † quod ſubſtitutio fideicõmiſſaria non eſt proprie ſub-
ſtitutio. & uult Corn. in conſi. 320. col. 4. uol. 4. & ſm iſtos tex.
in l. nam hoc iure de uulg & pupill. non probat hoc, ut ibi de-
clarat Decius & eſt cõis opin. pro qua ponderatur l. recuſare.
§. ſi Titius ff ad Trebell. & l. generaliter, in prin. iuncta rub. C.
de inſtit. & ſubſt. bi, ſubſtõne uel reſtõne, eſt uerum, qđ Alex.
qui tenet, quod ſubſtitutio fideicõmiſſaria ſit proprie ſubſtõ,
dicit, quod dictio alternatiua ponitur inter genus & ſpẽm, ut de
copela dr̃ in rub. C. de ſerui. & aq. tamen ſatis eſt qđ cõis opin.
ſit cõtra Alex. pro qua facit tex. in l. tutores §. hæres ff. de adm.
tuto. ubi ille, qui eſt grauatus reſtituere hæreditatẽ, non dr̃ ha-
bere ſubſtitutum niſi dicas, quod ille tex. intelligitur de ſubſti
tuto directo, non negat tamẽ quin fideicommiſſarius dicatur
ſubſtitutus, ut probari uidetur in l. Sceuola in uer. ſubſtitutio-
nẽ fideicõmiſſariam ualere, ff. ad Trebell. ueritas igitur funda
menti præceptoris mei dependet a ueritate iſtius cõis de qua
14 dixi late in rub. de uulg. & pupill. & ab illo arg. † an appellatio-
ne hæredis ueniat fideicõmiſſarius proprie, de quo per Mode.
in l. 1. §. de illo ff. ad Trebell. & per Soci. in conſi. 110. incip. in
cauſa filiorũ col. 3. uol. 3. & communis eſt. quod nõ ſit proprie
hæres, ut probatur in l. poſtulante ff. ad Trebell. in uerbo, hære
dis. & in l. ſi filius, in uerbo, quodammodo ff. quod cum eo. &
fideicommiſſarius nõ dr̃ proprie inſtitutus l. pater filium §. fi.
& l. Lucius §. fi. ff. de leg. 3 & appellatione hæreditatis non ue-
nit fideicommiſſum l. ſi Titius in fi. & ibi Bar. ff de leg. 3. & tra-
dit Cuma. in conſ. 141. incip. uiſis, cum ſimilib. quæ Dec. addu
cit in conſ. 55. in ult. col. in uerſi. præterea, & in conſ. 80. per to-
tũ. Stantib. ergo præmiſſis, quod ſubſtitutio fideicommiſſaria
non dicatur proprie ſubſtitutio, & quod fideicõmiſſarius non
dicatur proprie hæres, ſatis demonſtratur fundamentum do-
15 mini Ruyn. non ſubſiſtere. † Quarto pro hac ſententia addu-
citur illud uulgare, quod fideicommiſſaria ſubſtitutio eſt gra-
uamen. l. cohęredi. §. cum filię ff. de uulg. & pup. & in l. ex trib.
C. de inoffic. teſta. ubi ergo quis inſtituit Titium filium hære-
dem, & idem inſtituit nepotẽ, nõ debemus dicere, quod teſta-
tor uideatur noluiſſe ſubſtituere per fideicommiſſum, poſſet
tamen reſponderi, quod iſtud procedit in dubio, nõ aũt ubi ſi-
gnificatio

gnificatio verbi istud importat. vt in simili dicit notanter Bar. in l. si is qui ducēta. ff de reb. dub in prin. Nam licet regula sit, ꝙ in dubijs legatis sequimur id, quod est minimū. l. nūm. s. ff. de leg. 3 tamen istud nō procedit, vbi verba importāt maius sicut minus proprie. sequitur ibi Soc. qui allegat Alexan. in l. si ita scriptum in 3. not. ff. de leg. 1. sed negari potest, quod verbū (substituo) ita importet fideicommissariam, sicut directā proprie (vt statim dixi) posset forte ēt dici, quod sicut donatio in genere cōsiderata includit omnes spēs donationis etiam improprias. l. 1. de donatio. ita non videtur inconueniens, ꝙ verbum substituo includat etiam fideicommissariam, nec est inconueniens, ꝙ vnum verbum relatū ad duo stet quo ad vnū proprie, & quo ad aliud improprie. l. 2. vbi gl. ff. de officio consulis. sed dici potest, quod fideicommissaria non videtur includi alia ratione, quia est grauamen. item quia vbi potest valere iure dire-
16 cto, non trahitur ad fideicommissum, vt sup. dixi. † Quinto & vltimo pro hac sententia facit, quia etiam in reciproca non vr̄ includi fideicommissaria secundū magis communem opinionem, de qua per Moder. in d. l. Lucius. ff. de vulgar. & pupil. & in l. in testamento. C. de testa. mili. Et plene per Alexan. in cōsi. 208. col. 5. & in cōs. 252. eodem vol. & plenius per Soc. in cons. 290. reperio, quod Areti. in d. l. qui plures. de quo cæteri hic faciunt mentionem. dicit, quod ideo reciproca non includit fideicommissariam, quia talis fideicommissaria esset inutilis. nā si essent æqualiter instituti & substituti, vnus tantū daret, quā acciperet, & hoc esset sine vtilitate, vt p Bar. in l. ab omnibus. §. si Titio. in fi. ff. de lega. 1. si vero sint inequaliter instituti, tūc fideicommissaria non continetur, quia non est verisimile, qđ testator plus vnum dilexerit substituendo quam instituendo, contra vulg. l. Publius, & quod ibi Bart. nota. ff. de conditio. & Demonstratio. sed Decius in d. l. in testamento. replicat, quod ratio Areti. non cōcludit absolute. quia vbi essent ęqualiter instituti, & essent grauati restituere post mortem, tale fideicommissum non esset inutile. sed consideratio domini mei non videtur vera. quia vbi essent grauati post mortem restituere, non esset disputandum, an reciproca contineret fideicommissariam, quia sola mortis conditio inducit fideicommissariam. gl. in l. in testamento. C. de testamen. mil. vel dici potest & melius,
17 qđ sol. Decij non concludit generaliter. † retenta igitur communi snīa, qđ substitutio illa non contineat fideicommissariā, declara. Primo eam non procedere, vbi in testamento adesset illa clausula, quæ solet cōiter poni per notarios, id est, substituit vulgariter pupillariter, & per fideicommissum, & tunc liceret substituto succederet vel ex vulgari, vel ex fideicommissaria. in d. l. recusare. §. Titius. Aretin. in dicta leg. qui plures. facit. l. quærebatur. vbi Bartol. ff. de testa. mi. Secundo declara, vbi ex aliquibus coniecturis posset comprehendi, ꝙ etiam voluisset substituere per fideicommissum, vt in simili de reciproca cōcludit Aretinus in consi. 37. puta, quia testator cohæredi dato ipsi filio substituisset per fideicommissum, vt mihi probat tex. in l. cum præponeretur ff. de lega. 2. Tertio declara nō procedere, vbi testator diceret, quandocunque filius meus decesserit, talem nepotem substituo, hic sine dubio esset fideicommissaria eo decedente post aditam. vt dicit Imol. in simili casu de reciproca in l. Lucius. in vlti. col. ad fi. Soc. in consi. 290. nam illa verba, quandocunque decesserit, denotant substitutionem esse factam post aditam. glos. in l. in testamento, vbi Fulgo. &
45 tra Bar. Communis igitur docto. conclusio est contra Bar. hic & fundamentum cõis opi. stat in c. Raynutius. & in c. Raynal. de test. vt per docto. cõiter hic, & per Soci. in consil. 113. & in consi. 96. col. 4. vol. 4. & per Soc. in cons. 12. in 3. col. vol. 3. sed vt Soc. dicit, illa iura ex duplici capite non probant, & considerãdum est, quod in casu c. Raynutius in quo fuit substituta Alterocha & eius soboles adiectæ impuberi si ipsa adiecta decederet sine liberis, & etiam in casu, c. Raynaldus, ille qui reliquit dimidium bonorum quibusdam auunculis, & aliud dimidium patruo & eorum filijs, non erat contentio, an essent admittẽdi æqualiter, vel ordine successiuo, sed solum erat cõtentio super detractionibus fiendis, & super bonorum diuisione, alias sententia ibi lata non fuisset conformis libello, prout esse debet, l. vt fundus. ff. cõ. diui. Ex quo ergo fuit ibi lata sup detractionibus datur intelligi. ꝙ non erat cõtentio, an illi vocati essent admittendi æqualiter, an ordine successiuo, ergo ille textus nihil facit. Sed aduerte, quia adhuc pondero illa iura cõtra Bart. & subtilius, nã in casu c. Raynu. iudices mandauerunt hæreditatem restitui Alterochæ & eius filiæ. Si ergo Alterocha debuisset admitti prius, & eius filia post, illa sententia fuisset nulla in casu. c. Raynal. vbi fuit adiudicata pars hæreditatis Rayn. patruo & filijs ipsius Ray qui filij si debuissent admitti ordine successiuo, egissent sine actione, & sententia lata super inepto libello, in quo quis agit sine actione, est ipso iure nulla, glo. singularis in au. de obliga. in prin. & bo. tex. in c. cum dilecti, de empt. & vend. sed Soc. non insubtiliter rñdet, & consideratũ est ꝙ ex quo ibi Alterocha & pater consensit illis filijs agentibus, videtur voluisse, quod in necessarium antecedens ante euentum conditionis fieret restitutio eorum filijs, dato ꝙ essent vocati ordine successiuo, quia potuissent consentire pater & Alterocha, vt illi patruo & eorũ filijs fieret restitutio, qa a pari procedunt, vel quod pater & mater restituant, vel volentibus restituere consentiãt, iuxta no. per Bal. in l. is qui hr̃s, §. neque filius, ff. de acq. hæ. Sed illa cõsideratio Soci. nõ vr̃ vera, qa fateor ꝙ a pari procedũt, vel ꝙ pater restituat vna cũ filio, vel ꝙ filius iubẽte pr̃e, vt dicit Bal. in d. §. neque. Sed ibi præsuppo n. ẽ. ꝙ valeat sñia, sed nõ valuisset, si fuissent vocati ordine successiuo, attẽto ꝙ filij non habebãt actionẽ, nec potuisset pater cõsentiendo filijs agẽtibus eis dare actionẽ. quia fuisset necessaria cessio vel delegatio, iuxta no. in l. facta, §. si hæres, ff. ad Trebel. & in l. 3. C. de nouatio. Et eo maxime quia poterat tractari de p̃iudicio eorũ, qui potuissent opponere exceptionẽ nullitatis, iuxta no. in l. vbi pactũ, C. de tra. sa. alias fuisset in potestate illorũ cõualidare iudiciũ. Alio tñ modo dicit Soc. nã dato ꝙ in d. dictis iuribus fuerint vocati ordine successiuo, tñ ex quo Alterocha & filia & illi patrui & filij simul petierũt, visi fuerunt fateri contenta in eorũ libello, l. cũ p̃cũ, C. de lib. ca. & sic quod erant vocati æqualiter, potuit ergo iudex condẽnare ibi aduersantes restituere pr̃i & filio postea ꝙ̃ confessi fuere in eorũ libello, quod fuerãt vocati æqualiter, quia nihil aliud quærit prætor, nisi vt partes reducat ad concordiã, l. si conuenerit, ff. de re iudi. Sed iste secundus intellectus Soc. non videtur verus, quia illa cõfessio, ex quo si essent vocati ordine successiuo, esset ꝯ ius & sic errassent in iure, de iure nõ posset subsistere. l. ornamẽto
46 rum. ff. de au. & arg. leg. † Põt ergo alio modo dici ad textum, in d. c. Raynutius, & c. Raynaldus, quod in illis iuribus nõ possunt Alterocha, & filia, & illi patrui & filij censeri vocati ordine successiuo, qa ibi Raynutius & Raynaldus nolebãt seruare ordinem succedendi ab intestato, imo recesserant a tali ordine. Nã ab intestato illi auũculi & patrui successissent Raynaldo æqualiter, sed filij eorum Patruorũ, non successissent in locum patruorũ Raynaldo cũ illis auunculis, quia filij solũ subintrant locũ patris in duobus casibus, idest in successione ascẽdentis, & in successione patrui simpliciter, § reliqui si, in auth. de hære. ab intesta. venien. vbi Ang. in 2. notabili, & ita tenet Barto. in auth. post fratres, & probatur ratione, nam secundũ iura Codicis & Institutionum filij non intrabãt locum patris in successione transuersalium, vt est casus in §. sed si plures insti. de leg. agnato. successi, & declarat Decius in consilio suo primo, vbi dicit, quod solum fuit correctum in patruo, simpliciter ergo in alijs standum est iuribus antiquis. & idem Dec. in consil. 77. & in consil. 441. in 2. col. Sed considera, quia fateor, quod vocando patruum & filios vna cum auunculis, videtur peruertere ordinem succedendi, sed hoc est, de quo disputauimus, quia si esset verum id, quod Bar. dicit qđ quis vocando fratrẽ & alios, quo casu ẽt peruertit ordinẽ succedendi

vocando

vocando eos æqualiter, videretur eos vocare ordine successiuo
idem esset in casu c. Raynaldus, vbi vocat patruum & filios. nā
illa copula deberet resolui in disiunctam, & tamen non resolui
tur, ergo non recedit a proprietate verborum. Ad tex. in capit.
Raynutius. Datur alia responsio singularis, quod etiam ibi cō-
stabat expresse, quod testator nolebat seruare ordinem succe-
dendi, nam ibi substituit. adiecte, si decederet sine liberis, Alte-
rocham, & sobolem, & mater erat in medio, & in tali substitu-
tione, quæ erat compendiosa, includitur pupillaris expressa per
verba generalia, quę excludit matrem, vt communiter scriben
tes dicunt in l. præcibus. C. de impube. & alijs substitutio. & ta-
men secundum ordinē succedendi ab intestato, mater debuis-
set adm tti vna cū Alterocha. authentica defuncto. C. ad Ter-
tullia. & ita alias transiui dum legerem Papię regnante Chri-
stianissimo & potentissimo Galliarum Rege, sed nūc dico ad-
huc (vt statim dixi) quod id est de quo disputamus, an vbi appa
ret ex verbis, quod testator voluerit vocare fratrem & filios co
pulatiue, au debeamus recedere a verbis, vt videat voluisse se-
cundum ordinem charitatis eos vocare secundum ordinem
succedendi ab intestato, & ideo tenenda est opinio contra Bar
to. prout tenēt communiter scribentes per illa duo iura, a qua
in iudicando non recedas. Mihi tamen placet responsio, quod
in dictis iuribus non esset quæstio super ordine succedendi, sed
super detractionibus fiendis, & dico quod tex. saltem in capit.
Raynutius, nihil facit, quia ibi vocauit Alterocham & sobolem
& nomen sobolis est collectiuum & sic debuissent secundum
communem opinionem censeri vocati ordine successiuo. Er-
go datur intelligi, quod ibi non erat quæstio super detractioni
bus. Posset tamen replicari, quod ibi non potest considerari or
do successionis respectu sobolis, quam gestabat in vtero, quia
in ea non potest cadere affectio. argumen. glo. in l. qui filiabus.
ff. de legat. primo. Retenta hac conclusione quod vbi quis vo-
cat fratrem & eius filios, quod videatur eos vocare æqualiter,
47 discutiendæ sunt aliquæ dubitationes. † Prima erit dubitatio, te
stator vocauit fratrē, & eius filios & nepotes, an videantur vo-
cati ordine successiuo, vel ęqualiter. Angel. in consil. 29. incip.
Institutio. videtur velle, quod cēseantur vocati æqualiter, dum
dicit, quod in his quibus cadit ordo charitatis, & affectionis, si
sunt nominati tam primi quam secundi vel vlteriores per co-
pulam, & vel dictionem (cum) adhuc admittuntur simul, &
hanc opinionem sequitur Socin. in consil. 113. in 2. colum in fi.
& facit ratio, nam ea ratione qua demonstrato patre & filijs, q
sunt in gradu dispari, ęqualiter admittuntur, id videtur dicen-
dum, vbi adiunguntur nepotes. sed opinio Socin. apud me vi-
detur dubitabilis. quia Angel. non videtur loqui prout Soc. eū
intelligit, quia Angel. dum facit mentionem de vlterioribus, vi
detur loqui eo casu, quo quis vocauit fratrē & nepotes ipsius
fratris, non autem fratrem, filios & nepotes. Sed aduerte, quia
videtur, quod siue quis substituat, vel instituat fratrem, filios,
& nepotes, siue fratrem & nepotes, quod vtroque casu videan
tur vocati ordine successiuo ex duplici capite. Primo ex his, q
hic Soc. dicit. nam vbi quis vocat fratrem, & eius liberos, talis
substitutio videtur facta ordine successiuo, vt etiam dicit Ang.
in d. consil. 29. ratio, quia verbum (liberos) est collectiuum
plurium personarum existentium in diuersis gradibus l. libero
rum. ff. de verbor. significatio. sed si opinio ista est vera, idem
erit dicendū in casu isto, vbi quis vocat fratrem & filios ac eius
nepotes. quia etiam appellatione nepotum veniunt pronepo-
tes & abnepotes, quilibet enim est nepos, & solum additur præ
positio, vt decernatur primus a secundo. l. cui eorum §. 1. ff. de
postulando, & l. mirum, & l. socer. ff. de verb. signif. Et declarat
hoc Bartol. in §. instituens. infra hac nostra lege. Item ratio, qua
re vbi vocantur frater & eius liberi, quod videantur vocati or-
dine successiuo, est secundū Raph. Cu. quia esset absurdum, ꝙ
si frater institutus vel substitutus haberet filios & nepotes, ad-
mitterentur simul, & sic succederet nepotes cum auo. sed ista ra-
tio militat etiam in casu nostro. Nam si frater haberet filios ne
potes, & pronepotes, deberent admitti ęqualiter, quod esset ab
surdū. veritas ergo istius dubitationis dependet ab alia, quam
inf. tangam, an vbi vocantur frater & eius liberi, veniant ordine
successiuo, & demonstrabo, quod non, sed quod veniūt æqua-
48 liter, contra Ang. Raph. Socin. & plerosque alios. † Sed hic ca-
dit secūda dubitatio. nam communis opi. quę hēt. quod vbi qs
vocat fratrem & eius filios, qd videantur vocati æqualiter, pro-
cedit de plano, vbi quis vocat fratrem & filios fratris, sentiēdo
de certis filijs, quia dixit, instituo vel substituo fratrem, & Fran
ciscum ac Ioannem eius filios, sed quid si nō sentiat de certis fi
lijs ipsius fratris, an isto casu procedat cōmunis opi. Bal. in suo
consil. incip. charissima. tenuit, ꝙ vbi fit subst̄ō de p̄re & filijs in-
definite, qd isto casu videanē vocati ordine successiuo, p l. Lu-
cius. ff. de hæ. inst. & l. Titia Seio. §. Seia. ff. de leg. 2. & vltra Soc.
hic opi. Bal. confirmaē per tex. in l. cū ita §. in fideicommisso. ff.
de l. 2. vbi qñ al qs primo nominaē, & alij sub collectiuo expres-
se nominatus p̄ferē alijs. sed nomē filijus indistincte prolatū vr̄
collectiuū, vt ꝯcludit Bar. in l. re cōiūcti. vers. 2. principaliter q̄-
ro. ff. de le 3. & reperio, qd Alex. in cōs. suo 14. in ver. quarta con
cl. vol. 4 sequiē opi. Bal. de quo nullus facit mentionē. sed Soci.
hic tenet oppositū per casum in terminis in c. Rayn. vbi substi-
tuta fuit Alterocha & soboles, q̄ gestabat in vtero, & poterat
habere plures & pauciores filios in vtero. ar. l. si pater ff. de sol.
& l. antiqui. ff. si pars hær. pet. & sic patet, quod nō sensit de cer
tis filijs, sed de incertis, & tamen admittunē simul cū matre. sed
ad tex. in c. Ray. posset r̄nderi, vt supr. dixi, & eodē modo posset
c. Rayna. verū opi. Soc. videtur verior. Primo per copulam, quę
ita videtur coniūgere, vbi quis sensit de incertis, sicut de certis.
l. vnica. §. is ita. C. de ca. tol. & l. si Titio. ff. de vsufr. accre. & con-
tra Bald. facit rō vltra Soc. hic, nam potius videretur attenden-
dus ordo charitatis, vbi test̄ōr expresse nominauit & certifica-
uit, quam vbi sensit de incertis. quia quum sit expressa nomina
tio, prius nominati censentur magis dilecti. l. quoties ff. de vsuf.
item quia ad incertos nulla cadit affectio, per id quod habetur
in l. qui filiabus. ff. de leg. 1. & in l. si cognatus ff. de reb. du. ergo
non potest dari ordo charitatis. quia non entis nullę sunt quali
tates. & hac ratione vtitur Soc. in consil. 113. col. 3. in prin. Sed
aduerte, quia tex. in l. quoties. super quo se fundat Soc. nō pro-
bat. quia ibi nisi primo nominatus censeretē magis dilectus, di-
spositio vitiaretur. item rō Soci. non videtur concludens ex eo,
quia vbi sunt omnes expresse nominati & copulatiue, censen-
tur ęqualiter dilecti, vbi non potest vitiari dispositio rōne incer
titudinis, vt in casu l. quoties, vbi si quis vocat fratrem & eius fi
lios. & non sentit de certis filijs, saltem debet attendi ordo cha-
ritatis respectu fratris, qui est primo nominatus. licet respectu
filiorum nullus ordo possit attendi, quia sunt incerti, & hoc est
quod considerat Bald. tenenda tamen est opini. Socin. contra
Alex. in d. cons. 14. hoc potissimo fundamento, quod pp copu-
lam, quæ cōiūgit ęqualiter, sunt ęqualiter admittēdi, nec distin
guunt doc. an test̄ōr senserit de certis, an vero de incertis, facit
l. 1. §. quod aūt. de vul. ff. de aleato. nō ob. in l. cū ita §. in fideicō-
misso. ff. de leg. 2. quia pro responsione considerandi sunt duo
casus. Primus casus est, vbi aliqs est substitutus nominatim, &
alij per copulā, & p nomē collectiuū, & inter istos nō cadit or-
do affectionis, & in isto casu ęqualiter admittunē sine dubio, &
ita pōt intelligi c. Raynu. vbi fuit vocata Alterocha & soboles
quam gestabat in vtero, ad quā sobolem non cadebat affectio.
q̄ non erat in rerum natura d. l. qui filiabus. vbi gl. Secundus ca
sus est vbi qs nominatim vocatur, & alij per nomen collectiuū
inter quos est disparitas gradus & cadit ordo naturalis affectio
nis & isto casu qa inter eos succederent ordine successiuo, pri-
mo nominatus, q est prior in ordine, p̄ferē illis saltē in affectio-
ne, qa primo nominatus, si. n. voluisset testator, ꝙ nō præferreē,
vocasset eum cū alijs per nomen collectiuū familię d. §. in fidei
49 commisso. de quo tamen tex. statim dicam. † Tertia cadit dubi
tatio, quid si test̄ōr instituat fratrem & eius liberos, an isto casu
videantur vocati æqualiter, an vero ordine successiuo. Soc. hic
concludit quod censeantur vocati ordine successiuo. quia ver-
bū, liberos, est collectiuū pluriū & p̄sonarū existētiū in diuer-
sis gradib. sicut nomen familię & cognationis, & appellatione
liberorū veniūt oēs in infinitū l. liberorū ff. de ver. sig. & l. sed si
hac §. liberos ff. de in ius vo. proprie tñ liberi intelligunē vsq. ad
trinepotem l. iuris. §. parentis ff. de grad. & tradit Alexand. in
rub. de lib. & posth. inf. vero licet sint liberi, tñ non hñt speciale
nomē, & istud tenet ēt Rap. Cu. dicēs, qd sicut liberi inter se ve
niūt ordine successiuo, vt proximior p̄feraē remotiori, pari rō-
ne frater dēt præferri, vt pariformis sit determinatio. l. nā hoc
iure, ff. de vul. & pup. qa esset absurdū, si qs institueret fratrē, &
liberos, & frater hēret filiū & nepotē, qd nepos cū auo æquali-
ter admitteretē. & cū hac conclusione transit Alex. in cons. 14.
in 3. col. in vers. 2. concl. vol. 4. & 219. in fi. vol. 2 & 26. col. 3. vol.
3. & idem Soc. in cons. 113. in 1. & 2. col. Sed ista cōclusio vr̄ du
bitabilis. quia copula, & eos vr̄ copulare, ita vt eodē tpe censeā
tur vocati l. 1. §. si ita C. de cad. tol. liberi. n. inter se nō p̄nt cēseri
vocati ordine successiuo. qa ex quo sunt in altera parte copulę
solū respectu copulę debent ꝯsiderari, & respectu ipsorū inter
se nō sunt in ꝯsideratione, vt in simili no. d. Ant. de But. in cōs.
77. visis actis co. 2. vbi concludit, qd si factum sit cōpromissum
inter vnū pro vna parte, & alios plures pro alia parte, tale ꝯpro-
missum nihil operaē quo ad istos plures pp copulā, &, quæ vr̄
eos copulare ęqualiter. & ita in terminis ꝯcludit Dec. in ꝯs. 254
co. vl. Nō ob. rō Soc. qd ex quo liberi veniūt ordine successiuo
inter eos, frater dēt pariter venire cū liberis, vt sit æqualis deter
minatio. Nam ad istud patet responsum ex prędictis. nam natu
ra copulę operatur, vt hi liberi inter se cōsiderari non possint.
50 † & pro hac sniā vr̄ tex. in l. Lucius §. Lucius ff. de le. 2. vbi si te-
stator ita dicit, prædiolum meū dari volo. Seię & libertis liber-
tabusq; meis, quos & quas hoc test̄ō manumisi, nā ibi Seia nō
prefert, sed oēs ad viriles partes admittunē ad hūc tñ tex. potest
responderi dupliciter. Primo, quod ibi admittunē omnes ad vi
riles partes s̄m gl. ibi, quā sequitur Bar. ex quo ibi test̄ōr voluit
prædium

prædium non alienari extra familiam, propter quod præsumit voluisse cuique dari virilem, cum magis voluerit prouidere familiæ, q̃ Seiæ, quæ erat extranea, & sic ille tex. nih. l facit, vel aliter põt induci contra cõem. nam ibi quia testator vetuit prædiolum alienari, ideo admittuntur ad viriles, quia si non fuisset facta prohibitio de non alienando, admitterẽtur æqualiter pp copulam, &, tamen ibi erant vocati per nomẽ collectiuũ, quia fuit factũ legatum libertis & libertabus, qui erant iam manumissi tpe testamenti, & ẽt his, quos manumisit in testõ. & illa verba (libertis & libertab⁹) pñt verificari in plurib⁹ libertis existentibus in diuersis gradibus, puta in patre & filijs libertis, nisi dicas, q̄ dato q̄ possint dari plures liberti existentes in diuersis gradibus, tñ in his quo ad patronum non põt cõsiderari ordo successionis, nisi replicando dicas, quod posset considerari habito respectu ad primo loco admissum ad legatum vel fideicõmissum, vt probari vř in l. cũ ita. §. in fideicõmisso. ff. de lega. 2. Nota tñ quod per illũ tex. vř limitari. d. §. in fideicommisso. vbi primo nominatus præfertur. nã in casu. d. §. Lucius. Seia q̃ fuit primo nominata, nõ prefertur, & forte duplici ratione. Primo, quia dicta Seia erat extranea, & sic non erat de familia liberorum, sed in casu. d. §. in fideicõmisso. illi primo nominati erant de familia ipsius testatoris, ita limitat Bart. in d. §. Lucius. in fi. dum opponit. de. §. in fideicõmisso. si ergo testator diceret, instituo Caium extraneũ & illos de familia mea, isto casu Caius tanq̃ primo nominatus non præferretur, sed an isto casu essent Caius & illi de familia testatoris admittendi æqualiter, an per viriles? & videretur q̄ ad viriles partes deberent admittendi p̄ tex. in d. Lucius, sed ad illum text. põt dici, quod ibi admittunť ad viriles partes, quia testator vetuit prædiolum alienari extra familiam, quo casu præsumitur voluisse dari vnicuique virilẽ, quia vř legasse contemplatione familiæ libertorum, vt probať ibi, de noĩe familiæ meæ, ſm Dy. & Albe. de Ros. alias ſm eos Seia ibi admitteretur æqualiter. & no. idem Alb. in l. liber homo. in §. Titius hæres. in fi. de hære. instituen. vel aliter põt dici ad illum tex. quod ibi admittuntur omnes ad viriles partes, quia pñt dici oẽs vocati viriliter. nam ibi liberti vocantur ad vnã partem, libertę ad aliam. Item illi, quos manumisit in testõ, & qui non erant liberti nec libertę tpe testamenti, veniunt in aliã partem, & Seia in aliam partem, & hoc modo oẽs dici pñt viriliter vocati, quia sunt quatuor qui vocantur. s. Seia, liberti, & libertę, ac illi qui fuerunt in testõ manumissi. facit. l. interdum. ff. de hære. instit. & per hoc patet quod non est bona opinio Petr. & Cy. qui dicunt. q̄ ibi vocantur in viriles per demonstrationem factam per relatiuum, quos, quia solum fuerunt demonstrati, per relatiuum. quos, illi liberti, qui non erant manumissi tpe testamenti. vnde si ibi legasset testator simpliciter, Seia & liberti admitterentur æqualiter, & tñ verbum, libertis, est collectiuũ plurium libertorum existentium in diuersis gradibus, quia p̄ F libertorũ põt hẽre filios & nepotes libertos, & sic ibi vř tex. pro

51 opi. Deci. vltra alios. † & tenẽdo hanc opinionem, quod si quis leget fratri & liberis, vel instituat aut substituat fratrem & liberos, q̄ videanť vocati æqualiter, non autẽ ordine successiuo rñderi põt ad tex. in l. cum ita. § in fideicõmisso. ff. de leg. 2. quod ibi non apparet, q̄ vocauerit illos noĩatos & familiã per copulam, põt ergo dici, quod ibi legauit Petro & Caio, vel illis de familia, quo casu primo noĩati vñr prædilecti. vt probari vř in l. cum pater. in §. pe. ff. de leg. 2. & tex. in d. §. in fideicõmisso. ita intelligit Bar. hic in 2. col. in princ. vers. quæro. vbi si quis legat Titio & familiæ, vel vocat Titium & familiam instituendo vel substituẽdo, diuidetur eos vocare æqualiter, quia pp copulam, &, illi de familia non possunt censeri vocati ordine successiuo inter se, ex quo copula, &, eos æqualiter cõiungit. Finge enim, quod quis vocet Titium & eos de familia ipsius testatoris, & demus, quod plures sint de familia, qui sint in eodẽ gradu cũ Titio, certe esset absonum, quod non admitterẽtur æqualiter, & non tenet consequentia dicere, primo nominatus videtur magis dilectus, ergo preferendus, quia respondeo, quod vbi dispositio posset vitiari ratione incertitudinis, tunc attẽditur ista præsumptio. l. quoties. ff. de vsufruct. & l. qui soluendo. cum l. sequenti. ff. de hæredib. instituen. quæ iura ita loqui videntur.

52 † Item licet in alternatiuis sufficiat alteram partem esse verã, reg. in alternatiuis. de regu. iuris in 6. & l. si hæredi plures. ff. de conditio. institu. tamen vbi cadit inter honoratos, non procedunt ista iura, & ideo primo nominatus tunc videtur prædilectus, vt supra declaraui. non obstat ratio Cuma. dicentis, quod esset absonum, quod si frater haberet filium & nepotẽ, quod nepos succederet cum auo suo, quia respondeo, quod ex quo verbum, liberos, proprie comprehendit omnes descendentes vsque ad trinepotem, immo etiam non videtur absurdũ, quod succedat nepos cum auo, quia ex quo fuit vocatus per copulã, &, venit appellatione liberorum proprie, licet non habeat speciale nomen, & magis attenditur proprietas verborum, quam præsumpta mens testatoris, vt est tex. in l. si alij. ff. de vsufruct. leg. quicquid dixerit Barto. in l. vxorem. §. testamento. ff. de lega. 3. non obstant decisiones. supra allega. quia dico, quod Alexand. in dicto consil. bene dicit, quod verbum, liberi, est collectiuum, sicut gens & familia, & ideo fateor, quod si quis instituat vel substituat liberos vel familiam simpliciter, non vocando alium cum familia, quod videtur vocare illos de familia ordine successiuo. faciunt nota. per Paul. de Castr. in consil. 383. volum. 1. sed vbi vocat Titium & liberos, vel Titium & familiam, propter copulam, &, liberi non possunt esse in consideratione inter eos propter copulam. Et ista opinio videtur verior.

53 † Sed hic cadit alia dubitatio, quæ millies contingit in facto in Sabaudia & vltra montes, quid si testator dicat, instituo vel substituo fratrem meum & suos, an censeantur vocati ordine successiuo? videretur, quod deberent censeri vocati æqualiter, quia appellatione suorum proprie videtur, quod veniant solum filij, qui sunt sui, vel habent iura suorum. iuxta. §. sui. insti. de hære. qualit. & differ. & l. in suis. ff. de libe. & posthu. & l. meminimus. C. de leg. sicut ergo vbi quis vocat fratrem & filios, secundum communem opinionem videtur eos vocare æqualiter, ita videtur dicendum in casu isto. facit etiam, nam licet appellatione suorum veniant etiã nepotes. l. suus quoque. cum similibus. ff. de hæred. institu. tamen nepotes non dicuntur sui per prius & proprie, quia suitas non capit nisi primum gradum. l. 1. §. sciendum. ff. de suis & legiti. & verba debent intelligi per prius non autem per posterius. l. hoc legatum. ff. de leg. 3. Item existentes in primo gradu sunt sui simpliciter, patet, quia non possunt institui sub conditione casuali vel potestatiua. l. si pater. C. de institut. & substitut. Nepotes vero sunt sui conditionaliter, id est, si filij desierunt esse sui, & appellatione alicuius dispositionis non venit dispositio conditionalis proprie. l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verborum obligationibus, & tradit Soci. in l. 1. in 1 & 2. colum. vbi dixi. ff. de vulga. & pupil. Deci. in consil. suo 253. aliquando appellat suos id est liberos. Ideo aduertendum est, nam si verbum, suos, idem importaret, quod verbum, descendentes, prout videtur velle Alex. in consil. 26. col. 5. Certe secundum magis communem opi. vbi quis vocaret instituendo vel substituendo fratrem & suos, censerẽtur vocati ordine successiuo, sicut vbi quis vocat fratrem vel descendentes, vel fratrem & liberos, secundum Soci. hic in 3. col. & in consil. 11. vol. 3. & in consil. 113. videtur eos vocare ordine successiuo Sed tenendo opin. Decij in d. consil. 253. videretur dicendum, quod deberent admitti æqualiter, vt s̃ dixi. reperio q̄ Pau. de Cast. de quo nullus facit mentionem, in consil. 404. vol. 1. in nouis. & in cons. 374 volu. 2. vult, q̄ illud verbũ suos intelligatur de proximioribus venientibus ab intestato siue ex linea descendentium, siue ex transuersali. per tex. in l. maritus §. manente. ff. de iu. dotium & in l. 2. & in l. 3. ff. de accusat. & in l. fœmina. C. ad Tertull. subdit Paul. q̄ illud verbum suos nõ debet ita stricte intelligi, vt intelligatur de suis existentibus in potestate, quia testator de tali subtili interpretatione non cogitauit, & verba intelliguntur secundum intentionẽ proferentis. l. stipulatio ista. §. hæc quoque. vbi glo. ff. de verb. obl.

54 † Item verba debent intelligi prout possunt adaptari. l. si vno. in princ. ff. loca. l. sed & si possessio. §. item si iurauero. ff. de iureiu. & l. cum pater. §. cum in integ. ff. de leg. 2. facit. l. hæredibus. §. fi. ff. ad Treb. & l. nec seruus. ff. de peculio. l. quibus diebus. §. cũs ff. de condi. & demonst. ergo erit collectiuum. Pro resolutione

55 † istius materiæ, ego dicerem sic, aut testator instituit fratrem & suos, & tunc si tempore testamenti frater habẽt filios dicerẽ testatorem sensisse de filijs fratris vocando eum & suos, & isto casu deberent admitti æqualiter, sicut quando quis vocat fratrem & filios ſm communem opinionem, aut vero frater tpe testamenti non habet filios, & tunc testator uocando fratrem & suos, vř sentire de suis. i. de descendentibus, & vř q̄ isto casu censeantur vocati ordine successiuo, sicut vbi quis vocat fratrẽ & liberos, vel fratrẽ & descendẽtes. vt Soci. hic dicit. & facit id quod vult Dec. in d. cons. 253 in fi. dum dicit, q̄ si quis instituat vel substituat fratrẽ & filios, si frater nullos habet filios, cẽsenť vocati ordine successiuo, ex quo ad filios qui non extabant tpe testamenti, nullam potuit habere affectionẽ, & isto casu Deci. vř limitare cõem conclusionẽ, de qua hic per scribentes, q̄ frater & eius filij videantur æqualiter vocati. vt procedat, vbi sunt nati tpe testamẽti, alias secus. quidã alij dicunt, q̄ isto casu vbi filij sunt nati, q̄ pater consequitur solidum. & postea filijs natis restituit partem, allegantur no. per Bal. in l. fi. cur b. ff. de leg. 2. & per Cor. Peru. in cons. 17 col 4. vol. 4. Sed isti doct. hoc modo non dicunt in meo lib. solus Cor. tenet opin. communẽ hic, q̄ frater & eius filij censeantur vocati æqualiter. Ego autem in terminis q. Bar. dicerem. q̄ si quis instituat vel substituat fratrẽ & eius filios, q̄ si isti filij sunt concepti tpe testamenti, licet nõ

56 sint nati. q̄ censeanť vocati æqualiter cũ eorũ patre. † quia conceptus hř pro existente in rerum natura. l. Titius. & l. itẽ ꝑtor. ff. de suis & legi. aut vero nõ erant concepti, & isto casu si testator instituat fratrẽ & ei⁹ filios, vř q̄ talis institutio quo ad filios nõ subsistat, attento quod fuit facta de nõ existentibus in rerũ natura,

natura, arg. l. vnicç. §. & cũ triplici. de cadu. tol. nisi dicas quod talis institutio videtur facta de nasciturіs & hoc nõ videtur prohibitũ. arg. l. 1. in fi. ff. de condi. & demõ. & l. interdũ. ff. de verb. ob. facit. l. placet. ff. de lib. & posth. & istis duobus casibus videtur quod pater consequatur solidũ, & post natiuitatem teneatur restituere filijs natis statim partem. Nec reputatur absurdũ quod filij qui non erant in rerum natura, nec etiam erant concepti tẽpore dispõnis admittantur aliquando, dummodo reperiantur in rerũ natura tẽpore quo purificatur conditio substõnis, vt declarat Alexand. vbi refert alios in consi. 26. in 2. col. vol. 3. de quo latius dicã infra & in consi. 184. volu. 2. & plene per Soc. in consi. 104. 3. vol. Et verũ, quod isti doctores loquuntur vbi filij sunt vocati in euentũ alicuius cõditionis, vt si dicat testõr, quandocumque decesserit filius meus, substituo fratrem meũ & eius liberos, nam liberi fratris admittuntur, dummodo reperiantur in rerum natura tempore quo conditio fidei-
57 commissi purificatur. de quo infra dicam. † Sexta suboritur dubitatio iam vidimus, quod vbi quis vocat fratrem & eius filios, quod censentur vocati æqualiter, sed Socin. dubitat, an possit dari casus, in quo filij admittantur ordine successiuo, & cõcludit quod in casibus, in quibus appellatione filiorum veniunt nepotes, quod filij veniunt ordine successiuo, quia isto casu verbum (filij) videtur collectiuum pluriũ personarum existentiũ in diuersis gradibus, faciunt no. per Barto. in l. re coniuncti. in versi. 2. principaliter quęro. ff. de lega. 3. Sed aduerte, quia si opinio Soci. est vera, videtur confundi differentia, quam facit idem Soci. an quis instituat vel fratrem & eius liberos, an vero fratrem & filios, vt primo casu censeantur vocati ordine suc-
58 cessiuo per vulgarem. † Secũdo vero æqualiter. quia vera est iuris conclusio, quod vbi testõr loquitur de filijs in eorum fauorem disponendo, sicut est, vbi eos vocat instituendo vel substituendo, tunc appellatione filiorum veniũt nepotes, vt per Bar. in l. liberorũ. col. 4. ff. de verb. sig. alleg. l. Lucius. ff. de hę. insti. & cum Bar. transit Cuma. in consi. 119. & Alex. in consi. 9. visis verbis testamenti. col. 2. vol. 1. & in consi. 5. col. 3. volu. 3. & per Barba. in cõ. 11. col. 7. vol. 2. vbi ergo testõr vocat filios instituendo vel substituendo, appellatione filiorum veniunt nepotes ideo ad intellectum dictorum Soci. fieri possunt infrascriptę cõ-
59 clusiones. † Prima sit conclusio si quis instituat fratrem & eius filios, si tempore instõnis iste frater non habet filios sed nepotes ex filijs, dico quod isti nepotes debent admitti ęqualiter cũ auo, non aũt ordine successiuo, attento quod isto non potest habere locum in filijs, qui non erant tempore dispositionis, si enim censerentur vocati ordine successiuo, vt sentit Soc. certe redderetur elusor a cõis doctorum sententia hic, quæ habetur quod filij admittantur cum patre instituto ęqualiter, quia semper vbi agitur de fauore, appellatione filiorum veniunt nepotes. Secunda sit conclusio, si quis instituat vel substituat filios alicuius, dico quod isto casu bene procedit opinio. Socin. vt censeantur vocati ordine successiuo, si quis substitueret, vel institueret liberos alicuius, secus dicatur aduerte, nam appellatione liberorum veniũt descendentes vsque ad trinepotem proprie, vt tradit Alexan. in tali. ... sed appellatione filiorum veniunt nepotes ex quadã interpretatione ... sic improprie. ergo non bene arguitur, vt gl. dicit in l. filij appellatione. ff. de verb. sig. & Signo. de homo. in consi. 244. incipi. quidam fecit testamentum ... in fi. & probatur in l. quod si nepotes. ff. de testa. & tradit Alex. in consi. 26. in 2. colu. vol. 5. vbi dicit, quod fauore vltimę voluntatis verba impropriant. nimirũ si appellatione filiorum veniunt nepotes, igit & c. dico ergo, quod si tẽpore dispõnis factę de filijs alicuius nulli adsint filij, sed tñ nepotes, quilli debent admitti. vel si extant filij, & non velint acceptare hẽditatẽ vel legatũ, erunt admittẽdi nepotes ordine successiuo. Sed aduerte, quia sm. Io. de Imol. in § instituens inf. ca. in 2. col. appellatione filiorũ ita demũ veniunt nepotes, vbi verba testatoris sunt collata in aliquẽ futurũ euentũ, in quo verisimiliter incertum est, an tunc extarent filij vel nepotes, sed tene prædictam conclusionem verã in iure, Et fac secundã conclusionẽ, si testator dicat quãdocunq; decesserit filius meus sine liberis, substituo filios fratris mei, nam si eo tempore quo purificatur conditio fideicõmissi non adessent filij, sed nepotes. ipsi nepotes admittentur, vel si extarent filij, & repudiarent, nam tunc venirent nepotes per vulgarem substitutionem sed vbi filij acceptarent fideicõmissum, non censerentur grauati restituere nepotibus, quia fideicõmissum est grauamen. l. cohęrdi. §. cum filię. ff. de vulg. & pu. & l. ex tribus. C. de inof. testa. hic est quod appellatione filiorum non veniunt nepotes in tutela, quæ est grauamẽ. d. l. quod si nepotes & ita in terminis cõcludit Pau. de Cast. in cõs. 142. col. 2. & Cor. in consi. 182. col. 3. lib. 2. d. Frã. de cur. in cõs. 45. hinc est quod prohibitio de non alienando facta filijs non porrigitur ad nepotes. § non autẽ. cum glo. in authen. de restit. fideicom. & per Bartol. in l. filiusfa. § diui. ff. de leg. 1. & plene
60 tradit Deci. in consi. 95. † Septima cadit dubitatio, tu vides quod appellatione filiorũ veniunt nepotes. tu etiam vides, quod vbi quis vocat fratrem & filios, quod videtur eos æqualiter vocare. sed pone quod adsit statutũ in ciuitate, quod extantibus filijs masculis filię fęminę non succedant, an tali casu admittantur filię vna cum filijs masculis, vbi quis vocat fratrem & filios. Soci. hic col. 3. concludit quod isto casu appellatione filiorum non veniunt filiæ, quia testator videtur se conformare cum dispõne iuris municipalis, per ea quæ ponit Barto. in l hæredes mei. § cum ita ff. ad Treb. & ita consuluit Soci. in cõs. 113. in 2. col. & do. Pet. Phil. Cor. in consi. 22. col. 5. versi. & testamentum vol. 2. & sic videtur velle Soci. dum ita generaliter loquitur, quod si quis instituat fratrem & filios vel fratrem & descendentes, quod hoc casu filij masculi præferantur fœminis, nam dicitur in §. cum ita. quod licet ibi nepti substituta non excludatur a nepote masculo, quia cum sit in pari gradu, non dicitur superesse persona quæ ex præsumpta mente testatoris excludat substitutum. secus si superesset persona prior in gradu. vt. l. pe. C. de impu. tamen vbi essemus in casu in quo ex forma statuti filia & neptis excluderentur ab intestato per existentiã filiorum vel nepotum masculorum, tunc retentis eisdem terminis quod superesset nepos ex vno filio, & ex alio neptis substituta, isto casu excluderetur neptis per existentiã nepotis ex quo ex forma statuti excluditur ab intestato & sic testõr videtur voluisse præferre nepotem, qui ex iure municipali præferebatur ab intestato. & illam doctr. Barto. sequuntur ibi Ang. Com. & cõiter cæteri. & Pau. de Cast. in lectu. Paduana. Et si dicatur fateor quod testator videtur in dubio se conformare cum dispositione iuris, & maxime municipalis. sed quia in casu dicti §. cum ita. non videtur testator se conformare cum dispositione iuris communis, vbi non extat lex municipalis. Attento quod in vna dimidia portionis delatę illi vltimo filio potentius ius habet nepos, & sic neptis in illa sua dimidia non debuisset ex substitutione admitti. Respon. quod hoc fuit, quia simul concurrissent causa testati & causa intestati quod esse non debet l. quandiu. ff. de acquiren. hered. & in l. antequã. C. cõmunia de successi. ideo in pari causa præfertur potius in totum causa testati. & per hoc patet responsum ad id, quod Imol. dicit in d. §. cum ita. reprehendendo Bar. & facit sm Alex. in d. §. cum ita id quod dicit Anch. in l. tres fratres. ff. de pac. vbi refert se alias consuluisse, quod si statutum excludat fęminas a successione pr̃is extantibus masculis, si pater instituat filios, non includuntur filiæ, quarum natura est diuersa a masculis in succedendo.
61 † Confirmatur opinio Soc. ex no. per Barto. in l. iusiuran. §. si liberi. ff. de ope. liber. vbi vult, quod stante statuto, quod extantibus masculis filiæ fœminæ non succedant, si pr̃ recipit emphyteusim pro se & filijs masculis & fœminis, vult quod prius admittantur masculi quã fœminæ. & cum Bar. concordat Pet. in cle. 2. de iure patro. & Io. de Imol. in c. potuit. ad fi. locati. ff. fa-
62 cit quod no. Bal. in l. fi. in 3. col. C. de suis & leg. † & facit etiam id, quod dicit Io. de Imol. in l. fi. de condi. & demõ. vbi dicit, quod si testõr grauauit filium sub condõne, si decesserit, antequam possit administrare, licet de iure cõi intelligatur, si decesserit ante. 25. annum ætatis suę. d. l. fi. cum glo. sua. tamen si ex forma statuti minor. 25. annis potest administrare, intelliguntur verba testõris secundũ dispõnem statuti. quia in dubio testõr videtur se conformare cũ dispositione statuti. hinc fere in terminis dixit. d. Ant. de Bu. in consil. 9. quod si testõr instituit filium, cum hoc quod non posset immobilia alienare, quia volebat quod dicta bona peruenirent ad posteros, quod stante prædicto statuto masculi excludunt fœminas. Et facit vltimo id quod dicit Pau. de Cast. in consi. 77. incipien. in Christi nomine casus iste frequenter cõtingit. facit etiam. l. Labeo. ff. de supel. le. & l. cum de lanionis. §. asinã. ff. de fund. instru. vbi verba plus ex audiuntur ex cõi vsu loquendi, quam ex proprietate vocabuli aut iuris intellectu. facit etiam tex. in c. 1. §. 1. in ti. episcopũ vel Abbatem. & in c. 1. §. filia de succes. feud. sed Soc. & prædicta debent sane intelligi, vt masculi præferantur fœminis, vbi agitur de excludendo fęminas a successione illius, qui testatus est, vel qui recipit emphyteusim, vt si quis instituat filios & suos, & extet statutum, quod stantibus filijs filiæ fœminæ non succedant, sed si quis instituat fratrem & filios, appellatione filiorum bene veniunt fęminę filiæ. quia non reperiuntur exclusę a successione testantis patrui, secus tamen si statutum diceret, quod extantibus nepotibus ex fratre, nepotes non succedant. ita loquitur Ancha. in d. l. tres. & ita seipsum declarat idẽ Soc. in consil. 74. in 4. col. volu. 4. & ideo si instituas fratrem & filios ita demũ filiæ excluduntur, si a successione mea ab intestato sint a statuto exclusæ. & ita etiam declarat Soci. in consi. 33. in
63 2. col. vol. 4. † Octaua cadit dubitatio, tu vides quod quis vocãdo agnatos, videtur eos uocare ordine successiuo, quid si vocet agnatos alicuius extranei per ipsum instituti, an isto casu videatur uocare ordine successiuo. Iaf. hic post Alexand. & alios per eum relatos concludit quod non, quia hic non possumus capere illam præsumptionem, quod voluerit se conformare cũ dispositione iuris cõis sm ordinẽ succedendi ipsi testatori ab intesta-

ab intestato, quia nō sunt ipsius agnati. & ita tenet Bar. in l. sub
dubio forte. in l. si cognatis. in fi. ff. de re. dub. & pro Bart. vltra
alios hic facit tex. in l. is qui cū plures. vbi gl. & Bar. ff. de l. 3. ubi
dr̄. is qui plures libertos habebat fundum tribus ex his legauit,
petijtque ut curarent, ne de nomine suo exiret. quærebatur ex
tribus qui primus moriebatur, vtrum vtrique vel alteri ex his
qui in legato sibi coniuncti essent, relinquere partem suam de-
beret, vel posset alij colliberto suo relinquere. Respon. iurisco-
sultus satis illum facturū, si alij etiam non coniuncto reliquque-
ret, & dicit ibi glo. in uerbo, omnibus, quod omnes liberti sunt
pariter proximi patrono, & ideo alter alteri non est præferen-
dus, & sic in casu nostro omnes agnati ipsius extranei instituti
sunt pariter proximi ipsi testatori, & sic æqualiter debēt admit
ti, nec inter eos debet attendi ordo successionis, facit etiam bo
nus tex. in l. si quis Titio. in §. fi. ff. de leg. 2. & in l. cum pater. §.
libertis ff. eod. de leg. 2. & opinionem Bartol. in d. l. si cognatis.
sequitur Soc. ibi colum. 15. in versi. circa ista dicta Bar. & idem
Soci. in consil. 12. in 2. colum. vol. 3. Sed tu aduerte, quia in cō-
trarium videtur text. in l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de leg.
2. vbi est casus secundum communem intellectum, quod in fi-
deicommisso familiæ vocantur primo nominati, & post illos q
sunt proximiores in gradu primo nominati, non autem ipsius
testatoris. ut vult tex. dum dicit, & qui ex his primo gradu pro-
creati sunt. si ergo habetur respectus ad proximitatem respe-
ctu primo nominati, vbi quis vocat Titium, & eiusdem Titij a-
gnatos, deberent censeri vocati ordine successiuo habito respe
ctu ad ipsum Titium, & facit secundum Bald. & Paul. de Castr.
in d. §. in fideicommisso. nam si aliqui sunt proximiores de fa-
milia ipsi testatori, & aliqui ipsi nominato, præferuntur proxi-
miores ipsi nominato, & facit text. in l. 2. §. legitimis. ff. de suis
& leg. & dicit tex. in cap. primo. de natur. succes. feu. quod feu-
dum antiquum quod de sui natura debet transire in proximio
res, transit in proximiores vltimi decedentis, & sic non atten-
ditur proximitas primi inuestiti, sed vltimi decedentis, & ita
dicit do. And. de Isern. in d. cap. primo. & per text. in d. §. in fi-
64 deicommisso. † Sed pro responsione dic, quod vbi testator vo
cat aliquem de familia nominatim, & postea familiam in gene
re, quod videtur attendenda proximitas nominatorū, qui fue-
runt cęteris prædilecti, de quo tamen dicam infr. secus in casu
nostro, vbi nominatus est pęnitus extraneus, ideo videtur q ip-
se, & sui agnati æqualiter admittantur. ita colligitur ex mente
Soc. consil. 71. in 4. colum. in ver. sed si. vol. 4 quia in his non ca
dit ordo affectionis. Ad vnū aduerte, quod vbi quis vocat agna
tos vel suam familiam, quod videntur vocati ordine successi-
uo. ita quod si primus admittatur, videtur postea grauatus re-
stituere alijs. quia ex intentione testatoris apparet, quod voluit
conseruare bona in eius agnatione. & isto casu pōt saluari opi.
Pau. de Castr. hic, dum dicit, quod plures possunt censeri voca-
ti ordine successiuo etiam per fideicommissum. verū ubi quis
uocaret eius filios, & nepotes, censerentur solum uocati nepo
tes, si filij repudiarent, uel decederent ante aditam hæreditatē,
quia cēsentur solum uocati per vulgarem. secus tamen est, ubi
quis uocat eius agnatos, quia etiam admisso primo non exclu-
duntur alij, immo videtur quod sit grauatus restituere proxi-
mioribus. ita declarat Soc. in d. consi. 73. 4. colum. in fi. & in prin
cip. 5. uol. 4. sed ex mente Raph. Cu. in d. l. cum ita. in §. in fidei-
commisso. aduertendum est. Nam ubi testator uocat simplici
ter illos de familia uel de agnatione, isto casu uocantur proxi-
miores, quibus admissis, alij perpetuo excluduntur, quia uerifi
catum est semel legatum. & hoc secundum eum videtur fuis-
se de mente Bar. in l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. ergo Soci. male
loquitur. immo secundum Raph. illi proximiores. quibus vide
tur factum legatum, poterunt alienare l. vnū ex familia. §. sed
si in fundum. & § sed si quidem ff. de leg. 2. & ideo Soci. in l. si
cognatis. in 8. colum. ff. de reb. dub. considerat duos casus, quos
reputat notandos ad ea, quæ dixi in isto §. Primus casus est, ubi
quis uocat agnatos simpliciter, & isto casu admittuntur proxi
miores, quibus admissis, cæteri excluduntur. Secūdus casus est
secundum Socin. ubi quis uocat agnatos, sed non simpliciter,
sed addit, quia bona sua remanerēt in agnatione seu in familia,
& isto casu uno admisso non excluduntur cæteri, immo perpe-
tuo trāsit de uno in alium de familia. & isto casu videtur, quod
procedat id, quod Soc. dicit in d. consil. 73. uol. 4. ut illi de fami
lia censeantur uocati per fideicommissum, & sic admisso pri-
mo censentur alij grauati restituere proximioribus per fidei-
65 commissum, † quia per illa uerba, uolo bona mea remanere in
agnatione seu familia mea, inducitur fideicōmissum simplex,
& absolutum. idem dicit Soci. in l. qui Romæ in §. coheredes
in 6. col. ff. de uerbor. oblig. & in consil. 251. in 3. col. in uersic. 2.
hanc conclusionem. & in 5. col. in uersicul. secunda difficultas.
idem Soc. in consil. 9. quod consilium est insertum inter consi
lia d. Fran. de Curte in consil. 40. col. pe. & fi. & idem Soc. in cō
sil. 43. in 4. col. uol. 3. & illud secundum Socin. in locis præalle-
gatis colligitur ex no. per Bar. in l. qui Romę §. cohæredes. ff. de
uerbor. oblig. dum dicit, quod ubi testator prohibet alienatio-
nem bonorum extra familiam, addendo illa uerba, quia uolo
quod remaneant in familia non potest res alienari tanquā sub-
iecta restitutioni. & ita Bar. intelligit ibi Are. & cum Bar. tran-
seunt Imola ibi, Cuma. & Pau. de Cast. & alii quos refert Soc.
in locis, & cōsilijs præallegatis. Nam vbi testator prohibet alie-
nationem extra familiam, ista prohibitio de se est valida. quia
apparet, quod facta fuit contemplatione familiæ, si postea ad-
dat illa verba, vt in familia remaneāt, vel vt in familia relinquā-
tur. certe talia verba nisi inducerent fideicommissum absolu-
tum per mortem grauati sine filijs, iuxta l. hæres meus. ff. de cō
66 ditio. & demonstra. nihil operarentur, attento maxime † quod
per quęcūque verba etiam enunciatiua vbi potest constare de
mente testātis, fideicommissum inducitur l. vnum ex familia.
§. si. cum simi. ff. de leg. 2. & l. etiam hoc modo, & l. & eo mo-
do ff. de lega. 1. bene facit l. codicillis § matre ff. de lega. 2. nam
vbi testator addit illa verba, ut bona mea in familia remaneant
vel relinquantur, colligitur quod principalis intentio sua erat,
quod bona remaneant in perpetuum in agnatione, sed iste se-
cundus casus Soci. videtur dubitabilis. quia si bene aduertatur
ad dicta Bar. in d. § coheredes, apparebit, quod Bar. solum vult,
quod per illa uerba, ut bona remaneant in familia, solum indu
67 catur fideicommissum in casum alienationis, † nam Dyn. ar. il-
lius tex. dicit, quod ille qui prohibetur alienare extra familiam,
nolentibus emere illis de familia, potest alienare, sed Bar. ibi di
stiguit duos casus. Primus casus est, ubi quis est prohibitus sim
pliciter alienare extra familiam, & tūc vult, quod procedat opi
nio Dy. vt talis requisitis illis de familia, si nolint emere, possit
ad libitum alienare, & isto casu Bart. non vult, quod inducatur
fideicommissum in casum alienationis. quia si induceretur, da
to quod illi de familia non vellent emere, non posset prohibi-
tus alienare extra familiam, quia esset in facultate illorum de
familia dicere, nolumus emere, & nolumus quod alienes, po-
steaquam sumus vocati in casum contrauentionis per l. vnum
ex familia. §. si fundum. ff. de leg. 2 & l. cum pater. §. libertis. ff.
de leg. 2. Secundus casus est secundum Bart. vbi testator pro-
hibet alienationem, vt bona non exeant de familia, vel ut in fa-
milia relinquantur. & isto casu secundum Bart. etiam requisi-
tis illis de familia, & nolentibus emere non potest prohibitus
alienare, tanquam res subijciatur restitutioni. quia inducitur fi-
deicommissum. ideo quod si fiat alienatio per prohibitū, tunc
poterit reuocari, sicut ubi fit de rebus subiectis fideicommisso
non tamen vult Barto. quod inducatur fideicommissum post
mortē prohibiti, sed solum in casum alienationis inter viuos,
vel in vltima voluntate, & ita etiam intelligit Bar. Soc. in consi.
227. in vltima col. circa finem vol. 3. & istam opinionem tenet
Alex. in l. qui Romæ. § cohæredes. ff. de verb. obl. & in consi. 56.
in vlt. col. vol. 1. quod est repetitum in consil. 23. in fine. vol. 2.
& idem Alexā. in consil. 139. per totum vol. 6. & idem videtur
velle Deci. in consil. 357. vbi approbat opinionem Alex. in d. §.
cohæredes. & ita secundum eum tenet Bar. in l. pater fil. un. §.
fratre. ff. de lega. 2. vbi si testtōr prohibuit, ne domus sua aliena-
retur, vt in familia relinqueretur, dr̄ ibi, quod si hęres non par-
uerit uolūtati testatoris, sed domum alienauerit, proximior de
familia uocatus videtur ad fideicommissum. facit tex. in l. fi. C.
de uerb. sig. & in l. cum ita §. in fideicommisso ff. de leg. 2. & sic
ad fideicōmissum in casum alienationis admittitur. sed ad hūc
tex. responderi potest tenendo opinionem Aretini, Soc. & alio
rum in dicto. §. cohęredes, quod ibi illa verba, vt in familia relin
querē, fuerunt adiecta ad validandam prohibitionē, quæ erat
68 nuda a causa. † Pro opinione tn̄ Alex. stringit text. ubi vr̄ esse
casus sm̄ Ang. ibi in auth. de resti. fideic. ubi testator prohibuit
alienationē, addēdo, quod volebat eius bona perpetuo in fami-
lia remanere, tādem vnus ex cohæredibus prohibitis instituit
filiū suum posthumū, & si non nasceretur, vel decederet in pu
pillari ętate, substituit matrē ipsius posthumi, tandē nato post-
humo decessit postea in pupillari ętate, pp quod mater pete-
bat bona sibi adiudicari uirtute substitutionis pupillaris, illi de
familia testantis asserebant talem substitutionem fieri non po
tuisse uti factam contra prohibitionem de nō alienando. ibi ta-
men dicitur, matrem esse admittendam ea ratione, quia illa
prohibitio non extenditur vltra quartum gradum. ergo datur
intelligi, quod nisi de familia fuissent in quarto gradu, uel intra
quartum gradū, quod fuissent admissi exclusa matre posthu-
mi. ergo est ibi casus, quod licet testator dicat, prohibeo aliena
tionem extra famiam, ut bona mea conseruentur in familia. q
solum inducitur fideicommissum in casu alienationis extra fa
miliam. nam si ibi fuisset inductum fideicommissum absolute
etiam post mortem prohibiti habuisset locum, donec extasset
aliquis de familia, & sic in infinitum. & tamen dicitur ibi quod
non extenditur ultra quartū gradū. ergo videtur quod solū in-
ducatur fideicōmissum in casum alienationis. & hūc tex. addu
cit Soc. in d. cons. 227. in 5. col. ad finē sed huic tex. pōt respōde
ri eo modo quo dixi ad §. fratre, qd illa ratio, vt bona mea in

familia

familia conseruentur, fuit adiecta ad validandam prohibitionem de non alienando, quæ erat nulla. si enim testãor dixisset,
nolo bona mea alienari extra familiam, quia volo vt remaneãt
in familia, certe nisi induceretur fideicommissum absolute, illa verba, quia volo ꝙ remaneant in familia, essent sine aliquo
effectu operãdi. Sed replicari potest, ꝙ vbi testãor prohibet alienationem extra familiam, ista prohibitio quæ de se est valida,
non põt censeri facta nisi ob hanc cãm, vt bona prohibita alienari remaneãt in familia. si ergo istud exprimat eo modo quo
tacite inest, ergo talis expressio nihil debet operari. l. 3. ff. de l.
1. & l. non recte. C. de fideiuss. ergo talis expressio non debet inducere nouã spetiem fideicõmissi. quia nõ tenet cõsequentia,
voluit testãor eius bona remanere in agnatione, ergo voluit grauare eos gradatim per fideicommissum in infinitum. facit glo.
vulg. in l. Lucius. vbi Bar. Bal. Imo. & cæteri. ff. de here. insti. quæ
dixit ꝙ vbi substitutio est facta alicui decedenti sine liberis, si
filij supersint, excludunt substitutum. & tamen filij non cẽsentur vocati a testatore. & ideo dixit singulariter Alex. in consil.
139. vol. 6. ꝙ si testator instituat Titium & Semproniũ & eius
tor filium instituat, & de nepote nullam facit mentionem, si
filius fiat monachus, tunc nepos ex eo præteritus rumpit te-
stamentum, quia patre sublato de medio per monachationẽ,
per quam liberatur a patria potestate, nepos fit suus, & cum
inueniat se præteritum, rumpit testamentum l. posthumo-
rum in princip. ff. de iniust. rupt. Sed hoc dictum Specul. im-
pugnant ambo præceptores mei, videlicet, Socinus & Iason,
10 eo quia multi tenent, † quod per monachationem filius non
liberatur a patria potestate. Præterea dato quod liberetur,
per hoc non desinet esse suus hæres l. Deo nobis. C. de episco-
pis & clericis circa principium in verbo, nullo eis impedimẽ-
to ex sanctimoniali conuersatione generando. Nec ista est bo
na consequentia, aliquis est liberatus a potestate patris, ergo
non est suus, quia videmus quod filius adoptatus non est in
potestate adoptantis, & tamen succedit ei ab intestato vt suus
l. cum in adoptiuis. circa medium. C. de adopt. Præterea licet
liberetur a patria potestate per ingressum, in his tamen, quæ
eius commodum respiciunt, censetur adhuc esse in potestate
patris authent. sed episcopalis dignitas. C. de episco. & cleri.
Bartol. in l. item in potestate. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur.
11 & † quod monachus retineat iura suitatis, firmat Bar. in auth.
si qua mulier in. 2. col. C. de sacrosan. eccl. Bal. in l. apud hostes
C. de suis & legitim. & in l. cum in adoptiuis. C. de adoptioni.
Bald. & Ange. in l. nepotes. ff. de his qui sunt vel alie. iur. Con-
firmatur hęc opinio contra Specula. licet dici possit quod mo
nachus vere non dicatur suus, eo quia liberatus est a patria po-
testate, secundum Spe. in prælleg ato versi. de sta. monach. q.
12. glo. & Bar. in l. si ex causa. §. Papinianus. ff de mino. Tamẽ
quo ad ea, quę pariunt sibi comodũ, fingitur esse in potestate.
d. l. Deo nobis, sed lex loquens de suitate quo ad aliquem effe
ctũ, comprehendit illum, qui ficte suus hæres est, is aũt dicitur
ficte suus qui vere nõ est in potestate. Casus est nota. in l. lege
12 Cornelia. in fine. ff. de testa. † Secundo noto, quod sub com-
memoratione mortis, venit etiam mors ciuilis, sed cõtra hoc
opponitur de l. cum pater. §. hæreditatẽ. ff. de leg. 2. & de l. Sta-
tius Florus. §. Cornelio Fęlici. ff. de iure fisci. vbi commemora
tio mortis facta a testatore, non verificatur in deportatione,

quæ dicitur quedam mors ciuilis.l. si necem.§.finali.ff.de bo-
nis libertorum. In isto articulo varię dantur doctrinæ, & nulla
aperit veritatem istius difficultatis. Prima fuit doctrina glos.in
capitu.placuit.16. quæstione prima.& gl.in capitu.susceptum.
de rescriptis,libro sexto.quæ voluerunt, qđ appellatione mor-
tis, non veniat mors ciuilis,nisi in casibus a iure expressis. Pro
quibus adduci potest ratio, Nam verba in dubio intelliguntur
in sensu naturali,non autem ciuili. l. si quis ita. §.finali.infr. de
legat secundo. l. fideicommissum.inf.de condi.& demon. l.si.
C.de his qui ven. ęta. impetra. Sed ista doctri.communiter nõ
approbatur, vt per Aretin.in l.ea parte.§.insulam. ff. de verbo.
obliga. Secunda fuit doctrina do. Ant. in c. cum sit.de conuer.
coniug.qui distinxit hoc modo, Aut verbum mors ab homine
fuit prolatum in materia large interpretanda, & tunc eius ap-
pellatione comprehenderetur mors ciuilis. Aut fuit prolatum
in materia stricta, & tunc non comprehenditur. Aut fuit pro-
latum a lege, & tũc venit mors ciuilis in casu, in quo mors na-
turalis nil plus sit collatura, quã mors ciuilis. Ista opinio domi.
Ant.non est vera,& contra primum membrum suę distinctio-
nis adduco tex. in l.Statius.§.Cornelio Fęlici. ff. de iure fisc. vbi
verbum,mors,fuit prolatum a testatore in vltima voluntate. in
qua lata fit interpretatio.l.in testamenti.ff.de regul.iur.& tamẽ
non venit mors ciuilis. Contra secundum membrum adduco
tex.in l.Deo nobis.C.de episco.& cleri.vbi verbum, mors,pro-
latum fuit in cõtractibus, in quibus stricta fit interpretatio.l.ve-
teribus.ff.de pact.c. cum dilecti.de dona. & tamẽ verificatur in
morte ciuili quæ causatur ex ingressu religionis.c.placuit.15.q.
13 1.Tertia fuit doctrina do.Barth.Soci. dicentis,† ꝙ appellatione
mortis venit mors ciuilis per quam ciuitas & libertas amittitur
non autem comprehenditur mors ciuilis, per quam libertas
nõ amittitur, sed tantum ciuitas l.ex facto §.si quis rogatus.inf.
ad Trebell. l. res vxori. C.de don.inter uir.& vxo.quæ doctrina
non est passim vera & contra eum adduco tex.in l.cum hic sta
tus. in §. si donator. ff. de dona inter virum & vxorem. vbi per
mortem ciuilem quis libertatem amittit,& tamen non confir-
matur donatio facta vxori, quinimo perimitur, quę tamen cõ-
firmatur morte naturali ipsius donantis.l. donationes quas pa-
rentes. C. de don. int. vir. & vxo. l. cum hic status. § ait oratio.
ff.eod. Item contra eam vrget tex.in l.actiones.§.publicatione.
pro socio.vbi mors ciuilis,per quã libertas non amittitur,com-
prehenditur appellatione mortis,quo ad extinguendam socie-
tatem. Quarta est doctrina Cy.& Bald.in l.Deo nobis.C.de epi-
sco.& cleri.Bar. in l.ex ea parte. §. insulam. ff.de verb.obli. & in
leg.si cum dotem.in fin princip.ff.solut.matrimo.& in authen.
si qua mulier.C.de sacrosan.eccles.Imo. & Alexand. in l. ex fa-
cto. §.si quis rogatus. inf.ad Trebel. Et hanc doctrinam sequũ-
tur Canonistæ in d. c. cum sit. Nam dicunt præfati doctores,
14 † ꝙ mors ciuilis habens effectum mortis naturalis quo ad ca-
sum, de quo agitur,comprehenditur appellatione mortis. d. l.
actione.§.publicatione.ff.pro socio. Nã societas morte extingui
tur,quia non transit ad hæredem socij. l. hæres.& l.adeo. ff. pro
socio. Verum quia socius deportatus cum publicatione bono-
rum, fiscum habet hæredẽ.l.2.C.ad leg. Iul.de vi.ideo ibi mors
ciuilis venit appellatione mortis. Et hãc rationem considerat
ibi Iurisconsultus, si eius verba recte inspiciantur. Istud etiam
probatur in tex.isto. Nam ad causandam suitatem in personam
nepotis, eundem effectum operatur mors ciuilis, videlicet fi-
lii deportatio.§.pari ratione.institu.quibus.mod.ius pat.pot.sol.
quem operatur mors naturalis,quia utroque casu filius desinit
esse suus, ideo nepos ingreditur gradum suitatis patre sublato
de medio per deportationem. §. sui. institu. de hæred. qualita.
& differen. ideo hoc casu appellatione mortis veniet mors ci-
uilis. Si autem mors ciuilis non operetur eundem effectum
quem mors naturalis quo ad id, de quo agitur,tunc appellatio-
ne mortis non veniet mors ciuilis.leg.ex ea parte. §.insulam. &
15 dicta.leg.Statius.§.Cornelio. & † mors ciuilis non dicitur ope-
rari eundem effectum, quem mors naturalis, quando infertur
melior conditio expectando mortem naturalem propter ma-
iorem dilationem, vt in casu. dicti. §. insulam. & dicti. §. Cor-
nelio Fęlici. Ita declarant Imol.& Do. Alexan.in dicto. §.si quis
rogatus. Aretin.in d.§.insulam. & hæc est communis doctrina,
quæ traditur in hoc articulo arduo atque difficili. Contra in-
surgunt satis ingeniose Moderni quidam repetentes, dicentes
eam non esse veram. Et primo contra eam adducunt text. in §.
Cornelio Fęlici. vbi quo ad bona subiecta fideicommisso eius-
dẽ est effectus mors ciuilis, cuius est mors naturalis,quia hęres
grauatus de restituendo, ita priuatur bonis hæreditariis per de-
portationem, & sic mortem ciuilem, sicut & per mortem na-
turalem, & tamen ibi expectatur mors naturalis. Ad idem ad-
16 ducunt textum in dicto. §. insulam. † vbi bona deportati tran-
seunt in fiscum tanquam hæredem, & deportatus desinit esse
debitor, & actio quæ competebat contra eum, intentatur con-
tra fiscum.leg.2.C.ad leg.Iul.de vi.leg.2.ff.de capit. dimi. & ta-
men ibi expectatur mors naturalis, nec commodum maioris

dilationis considerari debet,ex quo ex parte illius,cuius fauore
fuit apposita dilatio, effectum non potest operari. leg. a filio.§.
alumno.infra ad Trebel.Salic.& Paul.de Cast. in l.ambiguita-
tem. C. de vsufructu. Sed defendendo hanc communem do-
ctrinam huic fundamento potest responderi qđ commodum
maioris dilationis consideratur licet non possit operari effectũ
in personam illius,cuius fauore fuit apposita conditio,dum tñ
operetur effectũ in personã hæredis eius.l. Publius.§.si.ff.de cõd.
& dem. In casu ergo dictorum iuriũ effectũ operatur dilatio in
personã fisci,qui censetur hæres deportati.l.2. C. ad l.Iul de vi.
Scđo adducunt idem repetentes tex.in l. Deo nobis.C.de epis.
& cle. vbi professio, & sic mors ciuilis non operatur eundẽ ef-
fectũ,quẽ mors naturalis, quia expectãdo mortẽ naturalẽ ma-
ius cõmodũ mulier professa consequi potuisset ex dote, illius
vsumfructũ saltẽ in cõi percipiendo, & tñ ibi verbum mors ve
rificatur in morte ciuili. Sed adhoc ẽt rñderi põt, ꝙ istud com-
modũ, ꝙ ipsi mulieri professę contingere potuisset ex ista lon-
giori dilatione,cũ veniat in quandã cõsequentiã nõ est cõside-
rabile.arg.tex.cũ ibi not.in §.legatarijs.Insti.de testa.& l.in tm.
§.vniuersitatis. & qđ ibi no. Bar.ff.de re. diui. Tertio adducunt
17 tex.in l.sed si alia.§.1.ff.de bo.dam.vbi dicitur † qđ filia depor-
tata,& affectionẽ ad maritũ mutante, actio ad dotẽ consequẽ-
dã insolidum patri acquiritur, sicut si filia mortua esset naturali
ter.l.vnica.§.videamus. C. de rei vxo.acti. & tñ ista mors ciuilis
non operatur effectum mortis naturalis. Patet quia si filia natu
raliter esset mortua actio nullo mõ sibi cõpeteret, & tñ si mu-
lier sui iuris deportetur,soluto demũ matrimonio sibi compe-
tit actio ad dotẽ consequendã, quasi hodie nata sit actio. Solu-
tio, tpe quo pater agit ad dotẽ consequẽdam, eundẽ effectum
operatur mors ciuilis, quẽ operatur mors naturalis,qa cũ filia sit li-
berata a potestate patris per deportationem. §. pari rõne. Insti.
quib.mod. ius pat. po.sol.& hoc ex delicto suo, sine qua patria
ptãte communio non põt esse inter filiam & patrẽ.l. 2.§.qđ si
in patris.ff. sol.mat. ideo soli patri actio quærit,ac si filia p mor-
tẽ suam a ptãte patris esset absoluta. Nõ obstat finis illius legis
quia ibi mulieri deportatę cõpetit actio ad dotẽ cõsequendam
quia tpe deportationis durabat matrimonium, ideo si post de-
portationẽ dissoluat, eidẽ competit actio ad dotẽ consequẽdã.
Nõ enim prohibetur deportatus acquirere post deportationẽ,
& pro acquisitis actionem exercere.l.si mandauero. §. is cuius.
ff.manda. Vltimo adducũt tex.in l.intercidit. ff. de condi.& de-
mon.in fi.vbi mors ciuilis non operatur eundem effectũ,quem
mors naturalis,& tñ comprehendit appellatione mortis. Patet
18 quia † damnatus in metallum,a principe restitui posset,& ad le
gatum admitti purificata conditione, prout deciditur in primo
casu illius. Nihilominus dicitur ibi qđ per illam mortem ciuilẽ
intercidit legatum conditionale, quia mors ciuilis, per quã serui-
tus irrogatur, morti assimilatur. Solutio. Ad illum tex.duplici-
ter potest responderi. Nam ideo ibi legatũ intercidit per mor-
tem ciuilem, ex qua libertas amittitur. quia qđ dãnatus in me-
tallum restituatur, non est cõsiderabile.& existimatur euenire
non posse, cum a solo principe fieri possit, & cũ difficultate fiat.
l.apud Iulianum.§.6.ff.de leg.1.l.qui cũ maior.in princ.ff.de bo.
lib.cũ simili. Nec obstat si opponatur de.d.l.intercidit.in princ.
in verbo, quia in ciuitate restitui poterat quia ille text. loquitur
in deportato, nõ aũt de damnato in metallũ,cuius pęna maior
est,& per consequens maius delictum.c. non afferamus.23.qõ.
7. ideo nõ est spes probabilis qđ restituatur iste dãnatus in metal-
lũ,licet secus sit in deportato. Secundo, & melius,potest respõ-
19 deri † qđ ideo ibi legatum extinguitur per damnationẽ in me-
tallum,quia cum sit factus seruus pęnę, ad legatum non possit
admitti,etiam si a principe restitueretur, vt declarat Bar. in l. si
cognatis.in 1.lec.ff.de reb.dub.& in l. 1.§.filius.ff.ad Tert. Fru-
stra ergo expectatur restitutio principis,cuius euentus nullum
debet effectũ operari.l.aliquando. ff.ad Velleia.c.cũ contingat
de rescri.& ista est vera solutio ad illũ tex. Ex quibus patet opti-
me defensatam esse cõem opinionem ab obiectionibus istorũ
repetẽtiũ. Ego in ista difficultate trutinatis & diligẽter ꝯsidera-
tis iuribus, quæ de hac mã loquuntur, puto principaliter posse
considerari duos articulos. Primus est qñ a lege fit mentio de
morte. Scđs casus est, vbi mentio mortis fit ab homine. Circa
20 primũ articulũ. Pono aliquas cõclusiones. † Vbi a lege fit mẽ-
tio de morte,verificatur etiã in morte ciuili, quę in casu,de quo
agitur,operatur eundem effectum,quem mors nãlis.vt s. dictũ
fuit. & hęc conclusio procedit ẽt si ex tali morte nõ contingat
amissio libertatis. sed tantummodo ciuitas amittatur. l. actio-
ne. publicatione.ff.pro soci.l.insulam.in princi.ff.solut.matri.
l.sed si alia.§. 1. ff.de bon.damnato cum alijs superius allegatis.
Fallit ista conclusio in casu.l.cũ hic status §.si donator.ff.de do-
nationi.inter vir.& vxor. vbi si donator fiat seruus alicuius pri-
uati soluitur matrimoniũ, sicut solueretur morte naturali,& ta-
men non confirmatur donatio. Immo perimitur, cum alias
soleat confirmari morte donantis. leg. donationes quas paren-
tes.C.de donati.inter vir.& vxorem. Ratio illius tex.est pulchra
& subtilis.

& subtilis, ad quam rogo diligenter aduertatis. Nam quis non
potest fieri seruus priuati, nisi patiatur se venundari ad preciũ
participandum §. fi. instit. de iur. person. itaq; cum liber homo
patiens se venundari trãsferat personam suã in aliũ, & per con
sequens censetur transferre bona quę hẽt, cũ bona sint acces-
soria personę, arg. tex. in l. si adoptauero. ff. de præcar. gl. & doc.
in auth. ingressi. C. de sac. sanc. eccl. & gl. in c. quod test. de cle.
coniug. & per istã translationẽ bonorũ censetur reuocata ipsa
donatio. l. si maritus tuus. C. de bon. inter vir. & vxo. & cũ sit re
uocata non põt confirmari morte ciuili, quia nec ẽt confirma
retur morte naturali d. l. si maritus tuus, & ista est vera & noua
21 intelligentia ad illum tex. † Secũda sit conclusio, appellatione
mortis a lege facta, non cõprehenditur mors ciuilis, nec in ea
verificaretur qñ expectando mortẽ naturalẽ idẽ effectus insur
gere possit, vt in casu l. res vxoris C. de don. inter vir. & vxo. vbi
dr̃ φ donatio facta a viro vxori, quæ morte cõfirmatur, nõ assu-
mit robur per deportationẽ ipsius donantis, quia matrimoniũ
non dissoluitur per deportationẽ. Itaq; cũ adhuc duret matri-
monium tpe mortis naturatis expectando illud tempus, nõ vi-
tiatur ipsa donatio. Non consideratur ergo mors ciuilis. Sic ẽt
intelligatur tex. in l. sed si interim §. 1. ff. de do. inte. vir. & vxor.
vbi donatio causa mortis facta a viro vxori, non infirmatur per
deportationẽ, nec ẽt confirmatur, licet secus sit in donatione
causa mortis facta ab extraneo, quæ per deportationẽ infirma-
tur l. si aliquis. ff. de don. cau. mort. sicut expirat alia vltima vo-
lontas l. eius §. 1. ff. de testa. Et ratio quare nõ infirmetur dona-
tio cã mortis facta a viro vxori est, quia censetur in dubio facta
affectione naturali, l. cũ hic status §. fi. ff. de don. inte. vir. & vxo.
in verbo, quia nõ quasi ad extraneũ, sed quasi ad vxorẽ fecerit.
Facit tex. in l. tutor. §. quæ tutoribus ff. de exc. tut. & cũ post de-
portationẽ adhuc duret illa affectio maritalis, quia nõ est solu.
matrim. vt dictũ est, durabit ẽt ipsa donatio cã mortis. Nõ etiã
confirmatur, quin possit reuocari, quia expectãdo mortẽ natu
ralẽ poterit ipsa donatio cõfirmari, cum illo tpe duret matri-
monium, & sic adsit qualitas affectionis maritalis, pp quam fa
cta fuit donatio. Iste ẽt est pulcher & subtilis intellectus ad prę
22 dicta iura, quæ ab aliis non ita declarata inuenietis. † Tertia sit
conclusio. Dispositio legis loquens de morte, non verificatur
in morte ciuili, qñ ex illa vitiaretur dispõ, quæ alias effectũ pos-
set sortiri expectando mortẽ naturalẽ l. intercidit ff. de condit.
& demõ. Sẽper. n. assumi debet interpretatio vt actus potius va
leat q̃ pereat l. quoties ff. de reg. iur. c. Abb. de verb. sig. Quarta
sit conclusio. Dispositio legis loquentis in causa mortis, verifi
catur in morte ciuili, quando expectando mortem naturalem
actus vitiaretur, vt in casu l. res vxoris, superius alleg. vbi si ma-
ritus damnetur in metallũ, quo casu dissoluitur matrimoniũ,
confirmatur donatio non expectando mortem naturalẽ, quia
vt confirmetur donatio oportet donantem esse maritum tem
pore quo donatio est confirmanda d. l. cum hic status §. si do-
nator. & l. donationes quas parẽtes. C. de don. inter vir. & vxo.
l. si quis stipuletur. vbi gl. & Paul. de Cast. ff. solu. matr. Expectã-
do aũt mortem naturalem non adesset ista qualitas, pp quam
donatio sumit robur, ideo vitiaretur. Non ergo expectandum
est dictum tẽpus mortis naturalis, quia vt actus potius valeat,
& nõ pereat, plerunq; admittatur verborũ improprietas l. quo-
ties inf. de reb. dub. cum vulg. Et istę quatuor cõclusiones suffi
ciant pro primo articulo. Secũdus est articulus, quando verbũ
mors exprimitur in dispositione hominis, in quo etiam pono
23 aliquas conclusiones. † Prima est. Dispositio hominis loquen-
tis de morte, non verificatur in morte ciuili, quę per omnia nõ
habet effectum mortis naturalis, licet ad id de quo agitur, ha-
beat effectũ dictę mortis. Iste est proprius & verus intellectus
l. Statius Florus §. Cornelio Fęlici. ff. de iure fisc. Nam quo ad
restitutionem fideicõmissi cessat causa dilationis ita per mor-
tem ciuilem, sicut cessat per mortem naturalem. Verũtamen
quia deportatus potest alia bona acquirere, vt ibi est text. quæ
non potest naturaliter mortuus, per omnia non habet eũdem
effectum dicta mors ciuilis, ideo in ea non verificatur disposi-
24 tio testatoris, qui de morte loquutus est. † Secunda sit conclu-
sio. Dispositio hominis loquentis de morte verificatur in mor-
te ciuili, quæ per omnia habet eundem effectum, quem mors
naturalis, in actibus tamen iuris ciuilis l. ex facto. § si quis roga-
tus, inf. ad Treb. & dixi in actibus iuris ciuilis, vt tollatur oppo-
sitio, quæ fieri posset de l. si in metallum inf. de his quæ pro nõ
scrip. vbi damnatus in metallum capax est legati alimentorũ,
quia cum viuat naturaliter sine alimentis viuere non potest.
25 † Tertia conclusio. Pactum conceptum in casu mortis verifi-
catur in morte ciuili, id est in ingressu religionis, quando mors
est necessaria ad validitatem illius actus, vt in casu l. Deo nobis.
C. de epis. & cler. nam sponsus non potest lucrari dotẽ sponsę
siue vxoris, nisi matrimoniũ soluatur morte vxoris, quia ↄstan-
te matrimonio, ẽt duntaxat per verba de presenti ↄ̃cto, prohi-
bita est donatio inter vir. & vxo. l. pen. ff. de don. inter vir. & vx.
Ista ergo conditio vt maritus lucretur dotem, si vxor præmo-
riatur est necessaria ad validitatem actus, ideo adimpleri põt in
morte ęquipollente morte naturali, in casu quo agitur, vt quia
per eã soluitur matrimoniũ iuxta ea, quę tradit hic Bar. inf. per
tex. in l. 3. C. de inst. & subst. sub cõd. fact. Ista est vera & propria
rõ. d. l. Ideo nobis, licet repetentes hic ↄsiderarẽt aliã rõnẽ, quę
26 satis est subtilis & persuasiua, mihi tñ parũ ↄcludens. † Vltima
sit ↄclusio, qñ spãliter prouisio est facta de morte naturali, tũc
sub generali dispõne loquente de morte, nõ comprehenditur
mors ciuilis. Ista potuit esse rõ. c. susceptũ. de rescri. lib. 6. prout
ẽt dñi repetẽtes adducentes no. per Bart. in l. hoc iure. ff. de sol.
dum rñdet ad l. non solum ff. solu. matr. Quod vltra eos confir
matur. Nã vbi appellatione mortis venit mors ciuilis, illud ꝓ-
cedit ex quadã mente disponẽtis, vt in text. nostro. Sed expres-
sum facit cessare tacitũ l. cũ ex filio. §. pen. ff. de vulg. & pup. fa-
cit ẽt in simili φ dicit Bald. sing. in l. in multis ff. de statu ho. vbi
dicit, φ qñ lex loquitur discretiue, id est, de masculo de per se,
itẽ & de fęmina de per se, tũc masculinũ non ↄcipit fęmininũ.
alleg. tex. in l. si ita scriptũ ff. de libe. & posth. Vel aliter dici põt
φ dispõ generalis non cõprehẽdit id, de quo spãliter facta fuit
prouisio. l. cohęredi. §. qui patrẽ ff. de vulg. & pupill. l. doli. ff. de
verb. obl. & istã credo esse veritatẽ in ista difficultate, q̃ a nullo
ita discussam reperiens. Et vt ista doctrina reddatur vtilior, & fa
27 cilius eius effectus intelligatur. † Quęro de vna qõne, testõr gra
uauit hẽdem de hẽditate restituenda sub conditione, si sine li-
beris decesserit. iste hẽs ingressus est religionem bonorũ in cõi
incapacẽ vt puta, Sancti Dominici, vel Sancti Francisci. Quæri
tur an fideicõmissarius statim vocabitur ad dictã hẽditatem.
Bar. in l. cũ pr̃ §. hęreditatẽ ff. de leg. 2. tenuit φ statim admitten
dus sit fideicõmissarius. Idẽ voluit Bar. in tra. minorica. in 3. par
te. Imol. Paul. de Cast. in l. ex facto. §. si quis rogatus ff. ad Tre-
bell. Ang. in d. l. ex facto. §. ex facto. qui per hoc adducit tex. in l.
intercidit, in fin. ff. de cond. & dem. Alex. in cons. 13. incip. circa
primũ dubiũ quo quæritur in 1. col. lib. 3. & est cõis conclusio.
pro qua facit tex. in d. §. Statius Florus. §. Corn. Fel. ff. de iur. fis.
arguendo a cessante rõne, dũ dicit ibi tex. potuit. n. alias res ac-
quirere deportatus, quæ quidẽ rõ cessat in casu nostro, in quo
nec ĩ particulari nec in cõi aliquid acquirere põt iste ingressus.
Hanc ẽt opin. tenent. d. Ant. & Abb. in c. in pręsentia, de prob.
col. 18. vers. sed circa hoc cadit alia qõ. Ioan. de Imol. in l. cum
pr̃ §. hæreditatem ff. de lega. 2. in hoc tenuit ↄ̃rium, quẽ sequi-
tur Alex. in d. l. ex facto. §. ex facto. dĩt. n. ipsi expectandam esse
mortẽ naturalem, cui inest maior dilatio, propter quam mors
ciuilis non operatur eundem effectum, quem mors naturalis,
vt dictum est sup. nec huic argumento obstat responsio repe-
tentium, qui dicunt quod ista maior dilatio non consideratur
in fauorem tertij. ex quo non potest operari ad commodũ gra
uati, sm̃ Salic. & Paul. de Cast. in l. ambiguitatem. C. de vsufru.
quia ista responsio est ↄ̃ tex. in d. l. Statius Florus. §. Corn. Fęlic.
vbi expectatur mors naturalis ad cõmodum fisci, & non ad cõ
28 modũ grauati. † Præterea quando quis ingreditur religionem
bonorũ incapacem, succedunt in eius bonis ab intestato proxi
miores, sm̃ dom. Ant. Abb. & cõiter scribentes, in d. c. in præ-
sentia, de probat. in 16. col. licet ergo dilatio expectationis mor
tis naturalis non operetur commodum respectu ipsius graua-
ti, operatur tamen commodum respectu succedentiũ ei ab in
testato, qui eius vice funguntur l. cum a matre. C. de rei vendi-
ca. in auth. de iureiur. a mor. præs. in princ. & istud sufficit. & l.
Publius §. fi. ff. de condit. & demonst. Paul. de Castr. in l. a filia.
§. alumno. ff. ad Trebell. Secundo contra dictam communem
sententiam vrget tex. in d. § Cornelio Fęlic. in ratione sui dum
dicit. Potuit enim fideicommissarius præmori ante ipsum gra-
uatum quo casu extenditur fideicommissum l. vnica. §. sin au-
tem sub conditione. C. de cadu. tollen. Præterea, & tertio, licet
grauatus ingrediatur religionem bonorum incapacem, & nõ
possit aliquas res acquirere, potest tamen honores & dignita-
tes ecclesiasticas, cap. nullus, de electione. libro 6. & per conse-
quens per omnia non habetur pro mortuo. prout contingit in
damnato in metallum d. l. intercidit. in fin. ff. de conditio. & de-
monstratio. Cogitabis super istis, quia disputatiue hæc opinio
29 posset teneri contra communem. † Secunda sit conclusio. Gra
uatus de restituendo post mortem, si ingrediatur religionem
bonorum in cõmuni capacem non statim tenebitur restitue-
re, quinimo expectãda erit mors naturalis, & interim bona re-
manebunt penes ipsum monasterium, secundum Bart. in d. l.
cum pater. §. hęreditatem. & in d. l. Statius Florus. dom. Ant. &
Abb. in d. c. in præsentia. Hanc conclusionem confirmo tripli-
citer. Et primo si ingrediens religionem bonorum in commu
ni capacem aliquem hæredem instituat, non statim conseque-
tur hæres hæreditatem sed ingressus expectabitur naturalis, &
interim hæreditas erit in pendenti, secundum Bar. in d. auth. si
qua mulier. C. de sac. san. eccl. & in l. res vxoris C. de don. inter
virum & vxo. Secundo confirmatur, nam si pater ingrediatur
religionem bonorum capacem, filio non debetur legitima an
te patris mortem naturalem, sm̃ Petr. Cyn. Bar. Salic. & Fulg.

in d. auth. si quis mulier. Alex. in l. si cum dotem in prin. ff. sol. mat. Bald. in c. si pater de testa. lib. 6. quia filio non cõpetit aliquod ius in bonis paternis eo viuente l. [illegible] si impubens. ff. de colla. bono. [illegible] præmatura est enim species col [illegible] ationis [illegible] nat is, de cuius hæreditate agitur. Nã quod filius possit mori ante patrem, ideo mors naturalis [illegible] patris expe[illegible]
30 d. §. Cornelio Felici [illegible] eterno † [illegible] naturalem habeat vsumfructum, non ex[illegible] per han[illegible] quinimmo [illegible] penes qd [illegible] te naturali postea [illegible] Ita decidit Specul. in tit. de sta. mo. q. 47. Imol. in l. cum [illegible] ff. de leg. [illegible] & communiter scribentes in auth. ingressi. C. de sac. san. eccle. Sed [illegible] quia cõtra hanc [illegible] cõclusionem [illegible] Testator grauans [illegible] de hæreditate restituẽda [illegible] tanquã hæredem [illegible] l. Lucius Titius testamento ff. de fideicõ. lib. sed expectãdo mortem [illegible] fideicõmissum, cum illo tempore nõ sit ista qualitas. Ne ergo [illegible] tur illa dispositio, non erit expectanda mors naturalis, vt dictũ fuit in 4. cõclusione. Cogita tũ, quia si vrgeri [illegible] respondere poteris huic [illegible] Secundo pondero tex. in d. §. Cornelio Felici [illegible] Potuit [illegible] res acquirere [illegible] commodum proprium nil sibi quærere potest. Et [illegible] considerandum l. cum [illegible] ff. de [illegible] edic. l. 3. §. 1. ff. de leg. præstan. † [illegible] tia leg. s Velleiæ, secundum Aret. & [illegible] quod vbi [illegible] ratione in [illegible] materia [illegible] sio [illegible] casu ad casum, tunc ex mẽte eiusdem legis [illegible] similli materia ad eundem casum [illegible] Declaro, l. ex [illegible] ducta a Velleio [illegible] testament[illegible] a nepote, extendit prouisionem Galli loquentis [illegible] ad omnes casus, quibus filius desi[illegible] esse suus, & [illegible] pos[illegible] naleatur in vita testatoris, vt [illegible] uers. & bene. propterea Iuriscõ[illegible] [illegible] naleatur post mortem, [illegible] ad omnes cas[illegible] [illegible] ductio [illegible] [illegible] contingent [illegible]
32 vt hoc per [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] institutio facta [illegible] hæredem [illegible] hæri [illegible] C. cõmu. de succe. [illegible] nepos veniens [illegible] testatore. Ex his doct[illegible] [illegible] persona magis directa a testatore [illegible] Pet. de Anchar. cons. [illegible]
33 Vel decreta, quod [illegible] fuit [illegible] [illegible] vxor, [illegible] & hic pro omni [illegible] posth. [illegible] fratres [illegible] discussio. Vt [illegible] Alexan. in l. cum [illegible] [illegible] hære [illegible] entes, quia ex [illegible] [illegible] quod [illegible] tur, cum fauore nepotis hoc [illegible] Iustio. C. [illegible] ff. de [illegible] Alias limita [illegible] regulam videre per Modest. in l. si ff. de vulg. & pupil. & in l. si [illegible] sed quos me remitto, quia tractare hic mater [illegible]

34 num, prout faciunt aliqui, est egredi terminos. §. nostri. † Vltimo noto quod dispositio facta in casu per modum conditionis, extenditur ad alium casum facit tex. in l. fi. C. de posth. hære. institu. & tex. in l. Titius. §. Lucius sup. eod. Et ratio est, quia conditio erat necessaria, & hoc per Barto. Sed contra hoc opponit Bar. iste casus de quo in tex. conditionaliter fuit expressus. Nam fuit dictum si filius meus me viuo morietur, conditio autẽ adimpleri debet in forma specifica l. Meuius, & l. qui hæredi in prin. ff. de condi. & demõ. Solutio, vt hic per Barto. priusquã discutiam veritatẽ eorũ, quæ tangit Bar. prius examinare proposui an verũ sit assumptũ Bar. inquantũ dicit quod conditio debet adimpleri in forma specifica. Nam semper etiã dũ fui scholaris reputaui istam regulã, quam vbique tradunt doctores esse falsam, & quod imò conditio põt adimpleri in casu æquipollenti. Istud multipliciter probatur, Et primo. Nam vbi aliquid formaliter est adimplendum per æquipollens, non potest adimpleri, etiã si casus sit multum fauorabilis l. qui Romæ. §. Flauius Hærmes ff. de verbo obliga. quem ad hoc no. Bal. in l. testamentum. C. de test. & in l. fi. C. si manci. ita fuerit aliena, & hoc firmant Bal. Ang. & Mode. in l. 1. sup. eo. Hinc est quod vbi pro forma in aliquo actu requiritur trina citatio, non sufficit vnica peremptoria, licet tribus æquipolleat l. ad peremptorium. ff. de iudi. Ita tenet glo. in clemen. 1. in verbo, tertio de vi. & hone. cleri. pro qua soleo põderare tex. in c. constitutionem in siuncto c. statuimus de sent. excom. lib. 6. illa iura hoc mo-
35 do inducendo vno prius præmisso videlicet † quod ista verba statuimus, sancimus, & similia, sunt noui iuris promulgatoria non autem antiqui iuris declaratoria. gloss. est in clemen. 1. in verbo, cẽsemus de cõcess. præben. glo. in c. 1. in verbo, receperit de cle. non residẽ. in 6. Dicitur ergo in c. statuimus, qđ participantes cum excommunicatis non aliter possunt excommunicari maiori excommunicatione, nisi prius ter fuerint moniti, vt desistant ab illorum participatione. Pondero illa verba, nõ aliter, quæ important illas citationes esse de forma l. de his. ff. de transac. vbi Barto. in l. 2. C. de venden. re ciui. lib. 11. Postea Romanus Pontifex in c. constitutionẽ de nouo statuendo disponit quod in casu dicti capituli, statuimus sufficiat vnica citatio peremptoria, ergo nisi ita de nouo statuisset in casu dicti c. statuimus in quo trina citatio pro forma requiritur, non vnica peremptoria, non satisfecisset, alioquin vana fuisset illa constitutio de nouo ædita a Romano Pontifice, qđ non est dicendũ c. si Papa de priuil. lib. 6. c. si Romanorũ. 19. distin. Facit etiam pro confirmatione glo. in cle. 1. in verbo, quinetiã, de cõcess. præben. Sed ego habeo qđ cõditio adimpleri potest in casu æquipollenti, vt probabitur, ergo non est vera illa regula, quã vbique tradunt Bar. & doc. videlicet qđ conditio sit adimplenda in forma specifica. probatur ista minor infrascriptis rationibus. Et primo, vbi pro forma aliquid est adimplendum, adimpleri debet in casu vero, non autem in casu ficto, secundum Arg. in l. 1. sup. eo. & l. vbi autẽ non apparet. §. ult. illud. ff. de verb. obli. vbi dicit qđ in casu cle. appellanti. de appel. nõ sufficit exprimere causas grauaminis per relationẽ quæ fiat ad acta cum talis expressio pro forma requiritur, & tamen talis expressio relatiua dicitur ficta expressio l. Titia. §. fi. & ibi no. doc. Franc. Areti. ff. de verb. obli. Sed conditio potest adimpleri in casu ficto l. si fundus. ff. de condi. & demõ. vbi conditio adimpleta in persona pupilli adimpleri potest in personam tutoris, qui ficte loco domini habetur l. qui fundum. §. tutor. ff. de viuc. pro empto. Secundo adduco tex. in l. in conditionibus. §. si patro-
36 nus ff. de conditionibus & demonstratio. † vbi conditio de dãdo sub conditione, si hæres non erit, verificatur etiam in bonorum possessore qui tamen impropriè, & ficte est hæres l. 2. ff. de bono. posses. hære. peti. in verbo, veluti hæredes, quod dictio denotat quãdam fictionem l. penult. C. de interdic. matrimo. inter tuto. & pupil. in verbo, veluti in confessum manet actio tutelæ. & ibi Bald. not. Tertio adduco tex. in l. Iulianus. ff. de cõditio. & demonstra. vbi dicitur, si cui legatum fuit relictũ sub conditione si hæredi decem dederit, & dictus hæres acceptotulerit 1. si legatario dicitur adimpleta conditio, non quasi dederit, sed quasi per heredem stetetit quominus cõditio adimpleatur, & tñ acceptilatio non est vera datio, nec vera solutio, imo ficta l. 1. in princ. in verbo, exẽplo solutionis. ff. de acce. §. nẽ per accept. in diem. inst. tu. quib. mo. tol. oblig. Quarto adduco textum in l. pater familias. ff. de vulga. & pupilla. vbi ista conditio, si Titius mihi hæres erit, verificatur in casu, in quo dictus Titius fuerit hæres hæredis dicti testatoris. De quo etiam per Barto. in l. qui duobus infra de cond. & dem. & per Aret. in l. cũ filio. in 9. col. ff. de leg. 1. & tamen hæres hæredis impropriè & nõ verè primi testatoris est hæres l. si quis filiũ. §. fi. ff. de acquir. hære. ponderando verbum, videtur, qđ denotat quãdam fictionẽ & impropriètatẽ l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi ar. Facit tex. in l. cum hæreditatem in fi. cum l. seq. ff. de acquir. hæred. Facit etiã tex. in l. si peculium. §. hæredi. ff. de sta. lib. & tex. in l. mortuo. in fi. eo. titu. in verbo, quia hæredi vt soluere, quia alii

eius

eius voluntates soluit. Quinto adduco tex. in l. si peculium. §.
37 1. & tex. in l. statulib. §. 1. ff. de statulib. vbi dicitur, † φ si alicui es-
set relicta libertas sub conditione, si hæredi decem dederit, dici
tur adimpleri cõditio, si legatarius cõpensat cum hærede, & ta
mẽ cõpensatio nõ dr̃ vera solutio. l. si debitor ff. qui pot. in pig.
hab. in verbo, perinde haberi dẽt, ac si priori creditori pecunia
soluta fuisset, φ verbũ, perinde, denotat fictionẽ l. sed si leg. . p-
inde. ff. de pe. hę. l. quia perinde ff. de cõfir. tut. Hinc est, φ cũ iu
ramẽtum adimpleri debeat in forma specifica, si quis iurat sol-
uere, cõpensando nõ euitat periurium c. ad nostram, & ibi cõi-
ter Canonistę de iureiur. licet Bar. in hoc teneat cõtrarium in l.
amplius nõ peti. in fi. ff. rem rat. hab. Sed communiter reproba
tur eius opinio. Vltimo facit text. in l. 3. §. sub conditione. ff. de
fideicom. liber. vbi seruus, cui fuit relicta libertas sub conditio-
ne, si decem dederit hæredi, adimplet conditionẽ dando ei, cui
bona adijciuntur gratia libertatum cõseruandarum, qui tamẽ
improprie & anomalus est hæres. glossa est reputata sing. inst.
de eo cui lib. cau. bona addicun. in princ. Non obstat tex. in d. l.
Meuius. nam ideo ibi cõditio adimpleri debet in forma, & sic
de facto, quia de iure adimpleri nõ potuit, & hoc casu cõditio
de facto adimplenda est l. mulier §. 1. ff. de condi. instit. Et cum
ibi non possit adimpleri in casu æquipollenti, ideo formaliter
est adimplenda. Non obstat tex. in d. l. qui hæredi. vbi conditio
38 † adimplenda in persona serui, adimpleri non potest in perso-
na domini, quia interim seruus posset effici liber & sibi acqui-
rere. Interest ergo serui, vt in eius persona conditio adimplea-
tur. Et quod hoc consideretur, probat tex. in §. libertas. insti. de
sing. re. per fideicom. reli. Hinc est φ domino dari potest volũ-
tate ipsius serui, cui dãdum erat l. Stichum §. vsumfructum. ff.
de solu. vbi qui seruo dari iussus est, domino d. modo non aliter
adimplesse conditionem videtur, quam si volũtate serui dede-
rit. Super quibus omnibus considerabitis, an vera sint, quia cre
do φ contineant veritatem. Prosequendo dicta Bar. ex eius di
39 ctis vsq; ad versi. præmissis. elicio tres cõclusiones. † Prima sit
cõclusio. Cõditio quę est necessaria ad actum, potest adimple-
ri in casu æquipollenti, vt in casu §. nostri. Et istud explicat Bar.
vt hic per eum. Aduertite in primis, anteq̃ vlterius procedam
circa hęc dicta Bar. quia in quantum dicit, quædam est cõditio
necessaria ad actum, vt in §. nr̃o. nam ad hoc vt substitutio vul-
garis habeat locum, est necesse quod institutus nõ sit hęres. In
illis verbis præsupponit Bar. φ substitutio facta de nepote, in §.
nostro sit facta in hęreditate, non autem in suitate, quod mani
feste falsum est, quia filius emãcipatus licet desinat esse suus hę
res §. emancipati. insti. de hær. quæ ab intesta. defe. posset tamẽ
hęreditatẽ adire, & sic excludere nepotem substitutũ. Sed quia
nepos dicitur substitutus in casu, in quo filius desierit esse suus
ideo nepos admittetur. Et φ in casu istius §. substitutio sit facta
in suitate, firmat Bartol. & scribentes in l. si mater. §. 1. infra de
vulg. & pup. Cogitabitis, quia nemo considerat hæc dicta Bart.
Contra istam primã conclusionem oppono. de l. commodissi-
40 me sup. eo † vbi instõ facta de nepote nascituro post mortem
testatoris, nõ cõprehendit posthumum, qui nascitur viuo testa
tore. Bar. format istam oppositionem in fi. suæ distinctionis, &
dupliciter respondet. primo φ illa cõditio, si nasceretur, est vo-
luntaria, ideo nõ porrigitur ad alium casum. Cum hac solutio
ne transeunt hic Alex. & communiter scribentes. Bart. in l. iam
hoc iure inf. de vulg. & pup. & ibi etiam alij doc. Sed hanc solu
tionem impugnant repetentes hic, in secundo notabi. eo quia
illa cõditio, si nasceretur, est necessaria. argum. l. 1. §. fina. ff. de
cõditio, & demõstrat. l. interdum ff. de verbo. obligat. Paul. de
Cast. in §. quidam recte sup. eo. ergo trahi debet ad aliũ casum
vt concludit hic Bar. Præfati doct. in hoc grauiter errant, iudi-
cio meo, quia ista conditio, si nasceretur, non est necessaria ad
actum, nec de necessitate exprimi debet, prout est exprimenda
conditio in casu § nostri. Si ergo exprimatur, illa expressio nõ
non est de necessitate, quinimo est voluntaria. Pręterea ista cõ
ditio non est necessaria quo ad ipsam institutionem, quia si in-
stituatur posthumus nasciturus valebit institutio & testamen-
tum, ex quo potuit nasci, licet post modum non nascatur post-
humus, sufficit enim potentialiter aliquo casu vt is qui est hæ-
res institutus, hęres esse posset, vt valeat institutio & testamen
tum l. pater filio infra de hæred. instit. §. posteriore. Instit. quib.
mod. testa. infir. & est glo. in proprijs terminis, quæ loquitur de
posthumo in l. cum in secundo, in princ. ff. de inusto rup. testa.
Secunda est solutio Bart. quod ibi non porrigitur ad alium ca-
sum, quia casus ille distinctus erat expressus. Multum enim in-
terest an quis nascatur in vita, an post mortem testatoris. Istam
solutionem reprehendit hic Alex. per istum tex. vbi aliud est,
nepotem nasci post mortem naturalem filij, vel post eius emã-
cipationem, & tamen dicit Iurisconsultus istos duos casus esse
similes. Sustineri potest etiam ista solutio secunda Bar. & con-
sidera quod quando testator instituit posthumum nasciturum
post eius mortẽ habito respectu ad eius mortẽ, & tũc posthu-
mus, qui nascitur viuente testatore, nõ dicitur institutus, quia
diuersitas temporis operatur quod ille non dicitur institutus,
quem testator vocauit, argu. tex. in l. si vsusfructus mihi in bien
niũ. inf. de vsufr. leg. Aliquando testator instituit posthumum
nasciturum post mortem filij, & post mortem suam, vt in ca-
su §. nostri. & tunc nepos, qui nascitur viuẽte patre suo, qui est
emancipatus dicitur institutus, quia habito respectu ad ipsum
testatorem, non variatur institutio, cum dictus nepos nascatur
post mortem ipsius testatoris, prout apposita fuit cõditio, & sic
vtraque solutio Bar. defendi potest. Vel aliter, & tertio respon-
deri potest prout respondet Bartol. in prin. huius legis. Quarto
modo soluunt hanc oppositionem dicti repetentes hoc modo
dicentes quod conditio necessaria trahitur ad alium casum, vt
hic, sed non trahitur ad aliud tempus l. si ita quis, & l. qui plures
in prin. inf. de vulga. & pup. no. Bar. in l. si mater. in §. 1. eo. titul.
41 quæ solutio potest tolerari. † Secunda sit conclusio. Conditio
necessaria quo ad effectum actus adimpleri potest in casu ęqui
pollenti l. mulier. §. 1. inf. ad Treb. l. si mater vos. C. de instit. &
substi. sub cond. fac. l. si ita. ff. quando dies leg. ced. Contra istam
conclusionem oppono de l. fideicommissa § si cui inf. de leg. 3.
vbi filiofamilias factum fuit legatum sub conditione, si fiat sui
iuris per mortem patris, & sic sub conditione necessaria ad ef-
fectum actus, & tamen conditio ista non adimpletur per ęqui-
pollens, quia legatarius, licet fiat sui iuris per emancipationem
patris, non prius ad fideicommissum admittitur quam mors
patri contingat. Iac. de Aret. & Bar. in d. §. si cui. respondent, φ
ibi filius non admittitur ad fideicommissum ante mortẽ per
actionem directam, sed bene admittitur per actionem vtilem
ex testamento, quæ solutio est verbalis, & sine effectu, cum in-
ter actionem vtilem & directam non sit effectualis differentia
l. ante penul. ff. de neg. gest. Si ergo in illo tex. admitteretur per
actionem vtilem, & per actionem directam in vita patris esset
exclusus, illa decisio verbis, non autem rebus esset imposita, cõ
tra l. 2. C. commun. de leg. Pet. & Cyn. in d. §. si cui, aliter respõ
dent, & dicunt quod ideo in casu dictę l. mulier conditio adim
pletur per æquipollens ex qualitate personæ testantis. Nã ma-
ter indignata erga maritum filium instituit sub cõditione, si fie
ret sui iuris per mortem patris, ideo ista conditio dicitur adim-
pleta, si filius alio modo fiat sui iuris. Sed hanc solutionẽ impu
gnant, & bene Imol. & d. Alex. in d. l. mulier, eo quia istud pro-
cedit, etiam quãdo mulier absque vlla indignatione apposuis-
set huiusmodi conditionem l. si ita inf. quando dies leg. ced. &
d. l. si mater vos. Ego autem nouissime considero aliam solu-
tionem quam credo continere meram veritatem, & credo qđ
placebit vnicuique recte intelligenti. Nam ideo in casu dictę l.
si mater, & l. si ita cõditio verificatur in casu, in quo filius fit sui
iuris per emancipationem, quia mater fuit, quæ apposuit istam
conditionem in personam liberorum, quos volebat admitti ad
eius bona. verum quia sciebat quod si legatum pure fuisset reli
ctum filijs, illud patri fuisset acquisitum illo iure l. placet. ff. de
acqui. hę. ideo posuit conditionem illã, si filius fiat sui iuris per
mortẽ patris. Si ergo contigerit qđ filius efficiatur sui iuris per
emancipationem de eo factam, statim admittetur ad legatum
cum sit remotum impedimẽtum quod prohibebat bonorum
acquisitionẽ ei faciẽdam. Et istud causatur ex verisimili mente
testatoris, ne videatur extraneum voluisse præferre filijs suis, q
tunc habiles reperiunẽ ad bona materna consequẽda l. cũ acu-
tissimi. C. de fideic. l. cum auus ff. de cõdi. & demõ. cum multis
sim. in casu aũt dicti §. si cui. ibi extraneus fuit, qui legatum reli
quit filiofamilias sub conditione si fiat sui iuris per mortem pa
tris, ideo expectatur mors naturalis patris, quia cessat ratio, de
qua sup. videlicet ne videatur testator prætulisse extraneum po
steritati suę. Et si dicatur, quis tibi reuelauit quod in d. § si cui, te
stator legabat extraneo, & non mater filio, respondeo qđ istud
suadetur optima ratione, & cõsidera quod dicta lex. mulier. &
l. si ita. in quib. ponit casus de matre, quæ liberis relinquit. sunt
leges Vlpiani. qđ patet ex ipsarum suprascriptione. Similiter
d. §. si cui. est decis. Vlpiani, in qua non dr̃ φ mater filijs reliquerit, sed simpliciter dr̃, si cui fideicommisso relictum fuerit &c. Ar-
guendo igitur a consuetudine Iurisconsulti loquẽtis in eadem
mã, apparet φ in d. §. si cui. Iurecõsultus loquitur de extraneo.
42 † Multum .n. attẽdẽda est consuetudo patrisfamilias ad inter-
pretandam eius voluntatem ambiguam l. si seruus plurium. §.
fi. ff de leg. 1. & istum credo esse verissimũ intellectum. Ad prę·
dicta iura quæ ab alio nõ ita enucleata reperietis. Rñdeo ad cõ-
clusionẽ Bart. credo illam nõ esse verã per tex. in d. §. si cui. vbi
conditio fuit necessaria quo ad effectum actus, & tamẽ nõ adim-
pletur in casu facto illi ęquipollẽte. Repetentes hic considerãt
aliam ronẽ ad d. l. mulier, & ad alia iura allegata superius, & di
cunt φ in illis iurib. admittitur honoratus, nõ ex eo φ sit puri-
ficata conditio, sed quia reiecta sit per legẽ ex tacita mẽte & vo
luntate mulieris testatricis, quæ ideo distulit legatum in euen-
tum dictę cõditionis, vt illud filio acquireretur, quod alias illo
iure patri fuisset acquisitum pleno iure l. placet ff. de acqui. hæ-
re. Si ergo filius alio modo quam per mortem patris fiat sui iu-
ris, sta-

ris, statim admittitur, nō quia conditio sit adimpleta, sed quia
cessabit causa dilationis. arg. l. a filio. §. alūno. inf. ad Treb. iste in
tel ectus ad dicta iura mihi non placet, per text. in l. si ita. infra
quando dies lega. ced. vbi dicitur quod dies legati, qui cessisset
tempore mortis, cedit si filius fiat sui iuris per emancipationē.
Sed quādo pater moritē dies legati relicti filio cedit ex eo, quia
conditio purificata est, ergo eodem modo & alio casu dies le-
gati dicitur cessisse ex eo, quia conditio est purificata. Præterea
43 † ubicunque ponitur conditio mortis in vltima uoluntate, illa
expectari debet antequam quis admittatur ad fideicōmissum
etiam si cesset causa dilationis. d. l. Statius. §. Cornelio Felici. ff.
de iure fisci. Non obstat. d. l. a filio. §. alūno. nam ideo ibi cessan
te causa dilationis cessauit dilatio, quia non solum cessauit ip-
sa dilatio, sed etiam conditio fuit adimpleta, quę causabatur ex
morte alumni. l. hęres meus. in prin. infr. de condit. & demon.
post cuius mortem substitutus vocabatur. Ego autem nouis-
sime considero aliam rationem ad prędicta iura, & plurimum
miror quod doctores in hoc tātum laborent. Dico ergo quod
in dictis iuribus conditio adimpletur in casu ęquipollenti, non
quia sit necessaria ad effectum actus, prout intelligunt Bart. &
doc. sed quia istud colligitur ex uerisimili mente testatricis,
quę ideo distulit fideicōmissum in morte patris filiorum & sic
mariti, quia non crediderat eum emancipaturum filios, non
dilatura in eius mortalitate si filium emācipaturum sperasset
Ita formaliter dicit tex. in d. l. mulier. Tunc sic casus omissus a
testatore pro expresso habetē, si testator de illo casu interroga-
tus uerisimiliter idem disposuisset. l. Titius. §. Lucius. sup. eo.
l. fi. C. de posthu. hęr. institu. glo. uulgata in l. tale pactum. §. fi.
ff. de pact. cum multis iuribus. Et ista fuit propria ratio illorū
iurium, & si Iurisconsultus viueret, non aliter sentiret. Super
quibus cogitabitis, quia pulchra sunt, & acuunt ingenia & præ
stant verum intellectum legibus. Tenendo tamen conclusio-
nem Bar. dubitatur an hodierno iure, quo patri solum vsusfru
ctus quæritur, filio autem proprietas in bonis maternis. l. 1. C.
de bon. matern. procedat ille tex. [illegible] d. l. mulier. Rapha. Cuma.
& do. Alex. ibi tenent quod sic, vt ibi per eos. Non examino ad
præsens istam difficultatē, quia iste §. satis est oneratus sua ma-
44 teria. Ponunt hic repetentes, quos per vos videte. † Et prædicta
inducuntur ad pulchram quæstionē, quidam testator rel quit
vxor. mille fruenda toto tempore vitæ suæ sub con[illegible], si
caste & honeste vixerit, post cuius mortem substituit [illegible],
vxor transiuit ad secunda vota, Quæritur an statim admittatur
substitutus an vero expectabitur [illegible] mors naturalis,
ita quod interim dicta mille remanere debeant penes hæ[illegible].
Ioan. Andr. in addit. ad Specu. in rubr. de test. [illegible]
quæstionem [illegible] disputatam per Thomam de For-
magl. [illegible] suum, & concludunt quod [illegible] ad-
mittetur muliere transeunte [illegible] vota, illius morte na-
turali non expectata. Mouentur [illegible] legatum [illegible]
donatio causa mortis l. legatum in princ. ff. de leg. [illegible]
autem videtur male [illegible], cui reliquit habere [illegible]
suum hæredem [illegible] § fi. inf. de cō[illegible]
[illegible] detract [illegible] etiam [illegible]
[illegible] coniecturando quod [illegible] testator [illegible] ad e-
sum mortis vxoris, quia non credidit vxorē transituram ad se-
cunda vota, non dilaturus si eam secundo viro nupturam cre-
didisset. Innuit ēt tex. in l. codicillis. § [illegible] de leg. 2. Hanc con-
clusionē firmat Pau. de Castr. in d. l. si mater. C. [illegible] Bar. [illegible]
arguit ad partes. in auth. quod locum. C. [illegible]
Pau. de Cast. & Aret. in l. si ita hæres scriptus. inf. de acqu. [illegible] hæ-
red. Alexan. hic, in d. l. mulier. in princ. & [illegible] d. l. si mater. vbi do.
Philip. & præceptor meus simpliciter idem tenent. Confirma-
tur hæc opinio communis ex eo quod in simili decidunt Sali.
& Pau. de Castr. in l. ambiguitate. C. de vsufruct. Dum allegant
tex. in d. l. a filio. § alumno. inf. ad Treb. Lud. Rom. in hac quæ-
stione tenuit contrarium in d. l. si ita hæres scriptus, & adducit
tex. in l. vxori vsumfructum villę. inf. de vsufr. leg. Ad quē text.
tenendo cōem conclusionē poteris respondere φ ideo ibi ex-
45 pectatur finis temporis, † quia apposita fuit dictio tūc, quæ de-
notat extremitatem temporis. l. 4. in fi. inf. de condi. & demon.
l. lecta & ibi no. ff. si cert. pet. sic respondet ibi Bar. & in l. in illa.
ff. de verb. oblig. Hanc tamen solutionem impugnat, & bene,
do. Alex. in l. Seius Saturninus. ff. ad senatuscon. Treb. per illū
tex. ibi, vbi testator considerauit finem temporis dum dixit, ad
25 annum peruenerit, quo casu oportet tempus esse comple-
tum. l. non putabam. & l. in singulis. inf. de condit. & demonst.
Barto. in l. si cui. in princ. inf. de leg. 1. & tamen ibi consideratur
ratio fauoris, nisi saluādo dictam solutionem dixerimus quod
in d. l. vxori. testator vsus fuit verbis geminatis, quæ magis oste
dunt euidentem voluntatem disponentis quòd noluerit vsumfru
ctum pertinere ad liberos, nisi peracto quinquēnio, arg. l. bar-
sta. inf. ad Treb. & l. mulier. C. ad senatuscon. Vellei. dixit enim
testator, peracto quinquennio, quod verbum peracto, denotat
perfectionem, & consummationē. l. vrbana. §. pernoctare. ff. de
verb. sign. c. si constiterit. de accusa. Demum subiunxit dictio-
nem tunc, quę etiam denotat finem temporis, vt dictum est, &
sic defensata est solutio Bar. Secundo contra istam communē
sententiam adduco tex. in l. cum hæres, in §. seruire Titio. ff. de
sta. libe. vbi si testator relinquit libertatem seruo sub conditio-
ne, si Titio anno seruierit, mortuo Titio ante annum non sta-
tim seruus libertatem consequetur, quia absurdum est quod
seruus Titius libertatem consequatur, conditione non adim-
pleta, quam si conditionem adimpleuisset, & illum tex. ad hoc
ponderat Pau. de Cast. in l. a filia. §. alumno. inf. ad Treb. in vlti-
timis verbis, & nihil aliud respondet, nisi φ ibi sit diuersus ca-
sus, & quomodo hoc sit, illud non declarat. Ego autem respō-
deo quod ibi est diuersitas casus in hoc, quia loquitur quando
conditio erat adimplenda per illum, qui erat consecuturus cō-
modum legati, de quo agitur, sed in casu proposito alius erat,
qui commodum legati debebat consequi, alius erat, qui condi
tionem debebat adimplere. Ratio autem illius tex. est, quia li-
cet seruus non seruierit Titio, cum sit mortuus ante annum,
tamen ex quo per eum non stat quominus seruiat fingitur ser-
uisse. l. qui operas. ff. loca. sed fictum implementum non plus
operatur, quam verum implementum. l. qui ad certum, in fi. ff.
loca. l. filio quem pater. sup. eo. Vere aut seruiēdo ante annum
seruus libertatem non consequeretur, ergo nec ficte seruien-
do ante dictum tempus ad libertatem peruenire potest. Ter-
tio contra dictam communem sententiam arguunt repetētes.
46 † Testator relinquendo Titio post mortem vxoris apposuit tē-
pus incertum. l. hæres meus. in princ. inf. de cond. & demon. φ
tempus facit conditionem. l. dies incertus. eo. tit. Si ergo dicta
mulier transeat ad secunda vota, adimpleta est vna cōditio, al-
tera vero nondū est adimpleta, quia vxor adhuc viuit, ideo di-
spositio non debet effectum sortiri. l. si hæredi plures. ff. de cō-
di. insti. Hoc argumētum potest solui hoc modo. legato, quod
factum fuit ipsi Titio dumtaxat fuit apposita conditio mortis,
non autem altera cōditio. s. si vxor caste & honeste vixerit, quæ
conditio mortis reijcitur de medio muliere trāseunte ad secū-
da vota ex verisimili mente testatoris, qui apposuit dictam di-
lationem, quam non fuisset appositurus, si pro certo credidis-
set vxorē transiturā ad secundas nuptias. d. l. mulier. §. 1. Quar-
to adducitur text. in d. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de
iu. fis. vbi hæres, cuius fauore apposita fuit dilatio restituendi
fideicommissi. priuatus fuit commodo hæreditatis, & in qua
fuit apposita cōditio mortis, spectatur mors naturalis grauati,
ante cuius euentum non fiet restitutio, & tñ verisimile est φ si
testator de illo casu cogitasset, substitutū sine dubio fisco præ-
tulisset. Solu. ideo in d. §. Cornelio Felici, expectatur mors na-
turalis ipsius grauati, qa hæres priuatur huiōi bonis ante mor-
tem ob delictū, & delinquendo offendit Rempublicam, & sic
fiscū, ideo talia bona interim applicari debent ipsi fisco vt ha-
beat suæ iniuriæ vltionē. ar. l. fi. ff. de lib. & c. 1. §. denique. in tit.
quæ fuit prima cau. benefi. ami. in vsi. feu. facit tex. in l. post lega
tū. §. amittere. inf. de his quib. vt indi. & tex. in l. si defunctus. C.
de suis & leg. in verbo, quorum commodo legem sancimus. s.
fideicōmissa. ergo interim excluditur a talibus bonis ne cōmo
dum consequatur ex delicto, ex quo alter fuit offensus, sed in
qōne proposita mulier transiens ad secūda vota priuatur lega
to ex voluntate testatoris, qui existimauit quādam iniuriā sibi
inferri per transitum ad secunda vota, ideo hoc legatū applica
ri debuit legatario, qui in re legata quasi loco hæredis est, &
quasi testatorē ipsi repræsentare vr. l. in tps. in fi. ff. de vsuc. & φ
in re legata magis censetur dilectus, quam hęres. l. si quis eū. in
fi. inf. de condi. & demon. Et ista est vera & pulchra declaratio
ad d. §. Cornelio Felici. Quinto ɔ̄ prædictam cōclusionem sic
arguitur. Ista conditio post mortem vxoris non est necessaria,
nec quo ad actum, nec quo ad effectum ipsius actus, quinimò
est voluntaria, ideo adimpleri debet in forma specifica. l. Me-
uius, & l. qui hæredi. & est doctrina Bar. hæc solutio negari po-
test, quod conditio voluntaria sit adimplenda in forma speci-
fica, prout supra multis rationibus hoc fuit ostensum. Sexto
adducitur text. in l. fideicommissum. §. si cui. infra. de leg. 3. vbi
testator reliquit filiofamilias sub conditione si fuerit sui iuris
per mortem patris, dr ibi quòd si fiat sui iuris per emancipatio
nem non consequitur legatum, priusquam mors patris cōtin-
gat. Solu. Ille tex. nihil obstat, intelligendo eum prout intelli-
git Bar. & scribentes ibi, & in l. mulier. in princ. ff. ad senatuscō.
Trebel. & sic patet defensatam esse cōmunem opinionem ab
obiectionibus, quæ fiunt a doctoribus contra eam. Vltra tamē
docto. contra prædictam opinionem arguo tribus medijs, su-
47 per quibus relinquam vos cogitātes. Et primo † quando testa-
tor adimit legatum legatario in pœnam, & nō dicit cui debeat
applicari hoc legatum applicatur hæredi ex testamento, aut
venienti ab intestato. l. vxorem. §. hæres. ff. de lega. 3. & ibi Bart.
no. & decidit pulchram quæstionem, cum quo transit Anch.
& Imo. in c. si hæredes. extra, de test. Bal. in auth. cui relictū. C.
de indic. vidui. tollen. sed testator in quæstione prædicta aufert
legatum

legatum mulieri transeunti ad secunda vota in eius. pęnam, &
non dixit cui debeat applicari in hoc casu. Ergo interim viuen
te muliere remanebit pęnes ipsum hæredem. Secundo argui-
tur, quando verba nullo modo deseruiunt voluntati testatoris,
etiam si improprientur, tunc stamus verbis, nō considerata vo
luntate testatoris. l. si alij. ff. de vsufru. lega. Bald. per illum text.
in l. cum virum. in fi. C. de fideicō. in versi. ex quo tacite colligi
tur. Pau. de Cast. in consi. 151. incip. sed dubium in fin. cum si-
mi. Alex. in l. 1. C. de lib. præteri. Sed verba prolata a testatore
in prædicta quęstione nullo modo possunt impropriari vt fidei
commissum debeatur Titio, viuēte muliere, immo disponit
contrarium, igitur non est attendenda voluntas ipsius testato-
ris. Facit tex. in l. quidam cum filium. ff. de hæred. insti. Tertio
& vltimo arguitur. Ademptio legati, & datio legati æquiparā-
tur. l. 3. §. si duobus Titijs. ff. de adim. le. sed testator imponens
onus legatario, videtur imponere fauore ipsius hæredis. l. qui
pecuniam. ff. de statulib. ergo adimens legatum legatario vide
tur illud adimere in fauorem hęredis, vt illi acquiratur. Cogi-
tabitis super istis. Demum Bar. in isto. §. an fiat extensio de casu
ad casum, ponit notabilem & magistralem doctrinam, ad quā
quotidie recurrimus, & vt ordinatum habeantur dicta Bart. ex
eius dictis colligo aliquas conclusiones, faciendo duos articu-
los, prout ipse facit. Circa primum articulum quādo prouisio
48 fit per modum dispositionis. † Prima erit conclusio. Quando
virtute casus expressi casus omissus potest intelligi, tunc ad il-
lum casum omissum porrigit casus expressus. §. illud insti. pro
socio. Ista conclusio Barto. debet intelligi secundum Are. hic,
quando vno expresso aliud tacite subintelligitur ex natura ip-
sius contractus. prout loquitur tex. in d. §. illud. quem Bart. alle
gat pro ista conclusione. Nam eoipso quod socij paciscuntur
super lucro, ex natura contractus societatis infertur quod vide
antur idem pacti super damno, quia hæc est natura societatis,
vt damnum sit ęquale & econtra. l. si non fuerint. cum. l. seq.
ff. pro socio. Hec conclusio Bart. extenditur vt procedat, quan-
do vnum exprimitur, & aliud tacetur, tunc ratione connexita-
tis, quę est, vt expressum non valeat sine omisso, vel si valet, nō
potest sortiri effectum, expressum extenditur ad tacitum, quia
qui vult vnum, videtur velle aliud, sine quo illud esse non po-
test. l. illud. in fi. ff. de acqui. hęre. l. ad rem mobilem. & l. ad le-
gatum. ff. de procu. Fallit etiā nisi verba repugnent, sm Areti.
ita quod non possunt adaptari vt cōprehendant casum omis-
sum, etiam si adsit mens disponentis. l. fideicom. §. filio. cū his
quę ibi notantur. ff. de leg. 3. Secundo extenditur ista cōclusio
49 † quando expressum est principale, tacitum est accessorium,
tunc dispositio facta super vno casu porrigetur ad casum con-
nexum & depēdentem, etiā si essemus in materia stricte inter-
pretāda. l. Lucius. §. Paulus. ff. de admi. tut. vbi fideiussor datus
tenetur ad ea quę gessit tutor finita tutela, si erant connexa cū
his, quę fuerunt gesta ante finitam tutelam. Facit text. in l. qui
proprio. §. item quęrit. & quod ibi not. Bar. de procura. & in l.
non cogendum. §. fin. eodem titu. vbi habens mandatum vel
aliquod negotium extraiudiciale, videtur habere mandatum
ad agendum in iudicio occasione illius actus facit tex. in l. cui-
cunque. §. non tantum. ff. de insti. versi. si ei, vbi habetur quod
is qui habet mandatum super aliqua re, principaliter censetur
habere mandatum super omnibus his, quæ sunt sequela illius
contractus, vel tendunt ad illum cōtractum. Confirmatur, nā
dispensatio licet sit stricti iuris. ca. 1. & 2. de filijs presbyterorū.
lib. 6. tamen extenditur ad ea, quæ sunt connexa & dependen-
tia ab his, super quibus principaliter emanauit dispensatio. c. si
quis in clero. 17. q. 1 & ibi glo. & glo. in cap. quia intantum. ex-
tra de præbend. bonus text. in cap. ex literis, in fine. extra de ex-
cessibus prę'ato. Ioan. Andr. in cap. cum ex eo. de electio. lib. 6.
in nouella. Istud limitatur quando principale posset stare sine
accessorio, tunc casus expressus in principali non extenditur ad
accessorium. l. fi. in §. Lucius. ff. de condictione indebi. & ita li-
mitat d. Ant. de Butr. & Fran. Aret. in c. at si clerici. in § de adul
terijs. de iudi. facit quod voluit Bar. in l. in quæstionibus. ff. ad l.
50 Iuli. maie. vbi dicit † quod licet sit dispēsatum quod mulier in-
famis, qualis fuit Furnia, quæ detexit coniurationem Catilinę,
possit esse testis in crimine læsæ maiestatis, tñ ad probandum
adminicula ipsius criminis, non poterit esse testis. vt quia accu-
satur aliqua quod non admisit successorem in officio. Nā per
mulierem infamen nō poterit probari quod ille, qui veniebat,
erat legitimus successor. Et istam doctrinam sequitur Bald.
in authen. si dicatur. C. de testi. Tertio & vltimo extenditur ista
conclusio, quādo duo casus sunt correspectiui, tūc enim casus
expressus porrigitur ad casum omissum. l. alteri. ff. de adimen.
51 lega. etiam in materia odiosa, prout loquitur ille tex. † Secun-
da sit conclusio Barto. Dispositio facta in vno casu extenditur
ad alterum ex verisimili mente testatoris. l. Titius. & in §. Lu-
cius. ff. de liber. & posth. hę. instit. Aduertite in primis circa istā
conclusionem, quia Bartol. pro ista conclusione allegat tex. in
d. l. fin. qui loquitur quando prouisio fit per modum conditio-
nis, nam ibi testator instituit filium vel filiam qui intra decem
menses proximos morti suę nascerētur. Relatiuū enim iunctū
verbo futuri temporis importat conditionem. l. Stichum, qui
meus erit in princ. ff. de leg. 1. & tamen cōclusio Bartol. loqui-
tur quando prouisio fit per modum dispositionis melius ergo
probat tex. in d. §. Titius. vbi prouisio facta fuit per modum di-
spositionis, & non per modum conditionis. Et pro ista conclu
sione Barto. facit tex. in l. mulier. in §. 1. ff. ad Trebel. vbi fit extē-
sio de casu mortis ad casum emancipationis ex verisimili men
te disponentis, qui interrogatus de isto casu verisimiliter idem
52 disposuisset, vt latius. supra declaraui. † Addite etiam econtra,
quod casus expressus restringitur contra verborum proprieta-
tem ex verisimili mente disponentis. Istud elicio ex dictis Pau.
de Cast. in consil. 354. inci. viso dicto testamento, vbi consuluit
in isto casu. Testator substituit filio sub ista conditione, si sine
liberis decesserit, quo casu secundum proprietatem sermonis
si decesserit relicta filia fęmina, vel nepote ex ea, euanescit sub
stitutio. l. 1. C. de condi. inter. iste filius institutus demum de-
functus ex superstite filia tantum, an substituti excludūtur per
istam filiam, dicit ibi Pau. de Cast. quod ex verisimili mente te
statoris, qui sicut prætulit filios masculos in ista substitutione
proprijs filiabus, quas habebat, ita eodem modo, & multo for-
tius videtur prætulisse nepti ex filia, quæ est in gradu remotio-
ri. arg. l. si viua matre. C. de bo. mater. Et istam decisionem se-
quitur d. Alex. cōs. 52. incip. circa hanc dubitationem. in 6. col.
in 4. vol. Ita alias de facto super ista difficultate consului sequē-
do prædictam decisionem, & per multas rationes cōprobaui
hoc dictum, & multi solēnes doct. se subscripserūt, inter quos
fuit consummatissimus ætate nostra Iurisconsultus do. Franc.
Pepus. & vera est decisio, licet nonnullos sciam consuluisse cō
trarium. Discutiam istam difficultatem in repeti. c. in pręsentia
de proba. quę intra paucos dies in lucem emittetur, tenete mē
53 ti ad multa. † Limitatur ista conclusio, quando extensio fieret
de persona ad personam, tunc enim, non habet locum extēsio
etiam ex verisimili mente testatoris, qui interrogatus de casu
omisso, verisimiliter idem disposuisset. l. si quis ita. in §. pen. ff.
de test. tutel. Facit quod voluit glo. communiter approbata in
l. Titius. in princ. sup. eo. quam approbant ibi Dyn. Ang. Nico.
de Neapo. & Rapha. Cuma. Cyn. in l. si pater. C. de hæred. in-
stitu. Dyn. & Bar. in d. l. si quis ita. ff. de testa. tute. Illam tamen
gl. reprobat Imo. & Pau. de Cast. ibi. & ibidē. d. Fran. Are. Pau.
de Cast. in l. sicut certe. C. de mi. te. & hęc vltima opi. in puncto
iuris est verior, & disputatiue de facili posset sustētari. Pro qua
in primis induco textum in lege tertia. C. de inofficioso testa-
mento, ponderando rationem illius textus dum dicit, repen-
tini casus iniquitas per coniecturam maternæ pietatis emen-
danda est. Quę ratio versatur in casu nostro, quia verisimile est
ꝙ testator filium instituisset, si sciuisset se habere illum filium.
Induco & fortius illum text. nam ib. filius præteritus fingitur
institutus ex verisimili mente testatoris. Cuius institutionem
verba prolata a testatore non patiebantur, quia testator duos fi
lios quos habebat instituit & non plures, multo magis in casu
isto in quo filius quem testator ignorauit se habere, potuit in-
54 cludi ipsa institutione. † Præterea licet testator non videatur
instituisse filium quem ignorat se habere, si tamen fuit huius
propositi, quod si sciret se habere filium, vellet illum esse insti-
tutum, tunc diceretur institutus. argu. l. qui iure militari. ff. de
milita. testam. Sed verisimile est ꝙ si pater sciuisset in specie se
habere filium, illum instituisset simul cum alijs, quia præsumi-
tur inter filios seruare ęqualitatem. l. illud. in fine. C. de collat. l.
fina. C. cōmu. vtriusq; iudi. Aretin. pulchre consil. 1. in vlt. col.
Præterea & tertio, si diceremus istum filium non esse institu-
tum, sed præteritum, testamentum erit nullum. l. inter cetera.
ff. de libe. & posthu. institu. de exhæred. libe. in prin. tūc sic nul-
litas testamēti dic tur esse quædam pęna. l. fi. C. de posthu. hæ-
re. instit. in verbo, ne pœnam prętentionis patiatur &c. Pœna
autem non inponitur, nisi delinquenti. l. absentem. ff. de pęn. l.
pater sa. ff. de hęre. insti. Sed ignorans non dicitur deliquisse. l. si
quis ignorans. ff. loca. l. item apud Labeonem. in §. si quis vir-
55 ginem. ff. de iniur. cum similib. Præterea quarto & † vltimo, in
hijs quæ non consistunt in solo animo, potius attenditur veri-
tas quam illud quod quis opinabatur. l. fina. ff. de crimi. expil.
hęred. in fine. l. 2. in §. si a pupillo. ff. de vsu. §. empto. Barto. in
l. si is qui putat. infr. de acquiren. hęredit. maxime quando agi-
tur de euitanda pœna, secundum Bartol. in l. genero. ff. de his
qui notan. infa. & in l. inter omnes in §. recte. ff. de furt. prout in
casu isto, in quo agitur vt testamentum valeat, & nō pereat. cu
ius nullitas censetur quędam pœna. d. l. fin. C. de posthu. hęred.
instit. Et tenendo hanc conclusionem non obstat tex. in d. l. si
quis ita. quia secundum Pau. de Cast. & do. Alexan. in d. l. Ti-
tius. loquitur in datione tutelę, quę licet sit fauorabilis ex par-
te pupillorum, quibus datur tutor, respectu tamen ipsius tu-
toris est odiosa, quia continet onus. l. tria onera. ff. de excus. tu-
to. & in ea stricta sit interpretatio. l. quod si nepos. ff. de testam.
tutel.

tutel. §. fin. institu. qui dari tuto. pos. Vel aliter secundum Aret. ibi, in datione tutelę versatur solus fauor filij, in institutione autem versatur & fauor filij & fauor ipsius testatoris, vt eius testamentum valeat. Hinc est quod si tutor detur certæ rei, vitiatur tutela l. si certarum. ff. de testa. tutel. §. 1. instit. qui da. tuto. pos. & tamē institutio facta in re particulari est valida, quia trahitur ad omnia bona defuncti, detracta mētione rei, si instituto nullus datus sit cohæres. l. 1. in §. si ex fundo infra de hær. insti. Vel aliter & melius posset responderi quòd ideo in d. l. si quis ita nō videtur datus tutor filio, quē testator ignorabat se habere, nec ibi sumitur interpretatio, vt ad dictum filium tutela extendatur, quia propter hoc non vitiatur testamentum, nec etiam vitiatur tutela respectu aliorum filiorum, quos testator sciebat se habere, sed in casu conclusionis vitiaretur totum testamētum, & institutio respectu omnium, si non censeretur institutus talis filius l. inter cętera inf. eod. Cum ergo hic agatur vt testamētum valeat, quod alias periret, expedit vt voluntas testatoris interpretatione adiuuetur. argum. text. in l. hoc modo. in fine ff. de condi. & demon. facit tex. in l. quoties. ff. de verbo. significa. cum multis similibus. Corroboratur ista solutio, nam vbi agitur de conseruando testamento, & hæredum institutione, dispositio facta in casu simplici extenditur ad casum mixtum l. si ita scriptum inf. eodem, & tamen in legatis, si consideretur persona legatarij, sub dispositione simplici non continetur casus mixtus l. hoc legatum ff. de legat. 3. Facit quod decidit Bart. in l. cum auus. in fine. ff. de conditio. & demonstrat. & in l. Quintus. la prima ff. de auro & argent. lega. cum simil. b. Ex quibus patet non esse veram communem sententiam in isto articulo
56 & ꝙ contraria opinio in puncto iuris est sustentabilior. † Pro communi tamen sententia posset sic argui, actus agentium nō operatur vltra eorum intentionem l. non omnis. in princip. ff. si certum peta. Sed dictus testator instituendo filios non considerauit de filio, quem ignorabat se habere l. si quis ita. in §. pen. ff. de test. tutel. ergo ad illum non trahitur institutio, quia illud esset vltra intentionem testatoris. Respondeo dupliciter. Primo, actus agentium non operatur vltra eorum intentionem, fallit in his, sine quibus voluntas suum non posset sortiri effectum, secundum Bartolum. in l. Barbarius Philippus. in 6. col. versicul. secundo oppono. ff. de offic. præto. per tex. in l. illud. & in l. ad rem mobilem. ff. de procur. sed voluntas testatoris non posset sortiri effectum, nisi filius prædictus diceretur institutus, quia vitiaretur filij præteritione. insti. de exhær. lib. in principio. tur &c. Secundo respondetur quod dicta regula non habet locum, quando adest voluntas implicita, licet voluntas explicita non adsit. tunc enim actus agentium operatur vltra intentionem explicitam, cū adsit voluntas implicita, quia sæpe extra id qd agitur, nascitur obligatio, l. sequitur. in §. si. ff. commoda. Secundo posset sic argu. Voluntas testatoris est interpretanda secundum id, quod testator opinabatur, non secundum id, qđ in veritate fuit l. qui loco. in §. 1. ff. de hæredi. insti. quem tex. ibi
57 ponderat Imol. † & illam etiam sæpius me audiente magni faciebat Socin. præceptor meus, sed testator credidit illum filium esse mortuum, qui tamen in veritate viuebat, ergo nō potest dici quod censeatur institutus, considerata opinione testatoris. Solutio, quando agitur vt voluntas testatoris valeat, & nō pereat, potius consideratur id, quod est in veritate quam id, qđ est in opinione §. si quis rem suam. Insti. de legi. hic autem agitur, vt valeat testamentum & hæredum institutio, quæ alias vitiaretur, igitur &c. & sic habetis istum articulum bene discus-
58 sum, in quo doctores sicco pede transiuerunt. † Tertia fit conclusio Bartol. Dispositio concepta in vno casu, extenditur ad alterum omissum, similem tamen expresso, & eūdem effectum habentem l. fin. in fin. ff. manda. Aret. dicit quod ista lex finalis, per quam Bar. tradit prædictam conclusionem generalem, nō probat eam procedere in omni dispositione hominis, quia loquitur in mandato, qđ fit principaliter gratia mandantis. Ideo de facili fit extensio ad alium casum importantem eundem effectum l. si quis mihi bona. in §. sed quid si mandauerit. ff. de acqui. hæredi. vt hic latius per eum. Miror quod Are. tantum errorem prædicauerit, quia expresse dicit contra illum tex. in d. l. fi. in fi. nam ibi non fit mandatum gratia ipsius mandātis, imò fit gratia aliena. Fuit enim factum mandatum Caio Seio vt fideiuberet pro Publio Meuio apud Sempronium, & sic istud mandatum factum fuit gratia ipsius Publij Meuij, & per consequens gratia aliena, non autem gratia ipsius mandantis. Ita dicit tex. expressus in l. 2. in §. aliena. ff. manda. Confirmatur ista conclusio Bart. per tex. in l. fi. C. de reb. alien. non alie. vbi in dispositione testatoris vel contrahentium appellatione alienationis venit alienatio impropria, per quam non transfertur dominium, vt est constitutio pignoris, & vsusfructus. facit quod voluit Bartol. in l. in quorum. ff. de pignor. Confirmatur & secundo ex eo quod voluit glos. notabilis in l. 2. C. de vsucap. pro emptore. quam sequuntur Bar. & doctores in l. filiusfa. in §. di-
59 ui. ff. de lega. 1. quæ vult † ꝙ prohibitio facta a testatore, ne bona sua possent vendi, comprehendit omnem contractum, per quem idem effectus potest insurgere, puta translatio dominij quæ insurgit ex ipsa venditione, & idem tenet Bal. vbi pulchre loquitur in c. 1. de controuer. inter domi. & emptor. in fine. in vsibus feudorum. Et ponderate ex prædicta decisione qđ ista conclusio Bartol. procedit etiam in materia odiosa, & stricte interpretanda. Nam prohibitio de non alienando dicitur odiosa, quia aufert ingenuo homini liberam suarum rerum administrationem l. non vsq; adeo. ff. si quis a paren. fue. manumis. Ange. consilio suo octauo. Hinc est ꝙ prohibitio de non alienando facta filijs, nepotes nō cōprehendit, quia est odiosa hæc prohibitio. Ita voluit gl. in §. nos ergo. in authen. de resti. & ea quæ per Bar. & scribentes, qui sequuntur istam gl. in d. §. diui. Confirmatur & tertio, ex eo quod voluit Bart. in l. alio. in 3. colum. ff. de alimen. & cibar. legat. vbi dicit quod licentia data a testatore executori vendendi bona sua, extenditur ad omnem contractum, per quem adimpletur causa, propter quam fuit tradita facultas vendendi, itaque secundum eum poterit permutare & dare in solutum, cum per tales contractus satisfiat legata-
60 rijs, quorum causa fuit permissa facultas vendendi. † Ista conclusio Barto. limitatur tripliciter, & primo in dispositione iudicis vel prætoris, quę non extenditur ad casum omissum, etiam eundem effectum importantem. Casus est multum singularis in l. si pupillorum. in §. si prætor. ff. de reb. eorum. ubi si iudex permittat tutori vt possit vendere prædium minoris, si illud pignori dederit, nihil dicitur egisse cum aliud egerit, quā quod a prętore decretum fuerit, & tamen ex obligatione pignoris, idem effectus potest insurgere, scilicet vt satisfiat creditoribus pupilli habita pecunia ab his, quibus prædium hypothecatur, quæ insurgit ex venditione, quæ est permissa vt satisfiat ęn alie-
61 no. l. ob æs. C. de præd. minor. † Secundo limitat Bald. hic istam conclusionem Bartoli vt non procedat quando casus, ad quē fit extensio, importaret eundem effectum secundum fictionē non autem secundum veritatem. Allegat text. in l. fina. C. de his, qui veni. æta. impetra. sed ille text. non probat istam limitationem, quia vt inquit hic Ioan. de Imol. illa ficta ætas, non per omnia operatur eundem effectum, quem operatur ætas legitima. Nam ille qui impetrauit veniam ætatis, licet possit alienare mobilia, immobilia tamen non potest alienare sine decreto l. penul. C. de his qui veni. ętat. impetra. quæ solutio non placet Aret. quia ille tex. procedit in qualibet dispositione, siue fiat super re immobili siue mobili, sed quantum ad rem mobilem is qui impetrauit veniam ętatis, totaliter ęquiparatur maiori viginti quinq; annis l. 1. C. eod. & sic ficta illo casu ętas idem operatur quod vera. Igitur ipse tradit duas solutiones de quibus hic
62 per eum. Prima est, quod † conditio ętatis debet adimpleri in forma specifica, non autem per casum fictum l. Iulianus. ff. de condi. & demon. Alia solutio est quod ibi non comprehēdit ficta ętas, quia testator istum casum non considerauit, cū dependeat a voluntate principis l. apud Iulianum. in §. cōstat. ff. de leg. 1. Facit tex. in l. 3. in §. 1. ff. de fideicom. lib. Pro qua solutione bene facit quod decidit Angel. qui dicit, si factum sit legatum alicui cum erit doctor, intelligitur mediante examine doctoris, non autem si doctorabitur a Papa vel ab Imperatore, qui sine examine & vno verbo creant doctorem dicendo, esto doctor, secundum eundem Ange. in l. cum salutatus. C. de senten. pas.
63 Vel aliter potest dici † quod ubi casus fictus non operatur eundem effectum, quem casus verus, propter commodum maioris dilationis insurgentis ex ætate legitima, & vera magis quā ex ætate ficta, quo casu dispositio facta in casu vero, non extenditur ad casum fictum l. ex ea parte, in §. insulam ff. de verbor. obligat. l. Statius Florus, in §. Cornelio Fœlici, ff. de iure fisci. Vel aliter Beneficium alicui concessum a principe non debet operari effectum in præiudicium hæredis, qui non cogebatur ante tempus præfixum a testatore soluere legata l. 2. in §. merito, & in §. si quis a principe ff. ne qđ in loco publico. Facit text. in l. impuberi. in principio. ff. de administra. tuto. & iste sunt verę solutiones ad illum text. Cogita tamen super hac vltima solutione, quia contra eam instare poteris, cum sit quod sit legatum alicui maiori sibi præstandum in tempus perfectę ætatis, illa dilatio censetur esse facta pro cōmodo ipsius legatarij, non autem hęredis l. in fideicommissis. §. cum Pollidius ff. de vsuris l. si ita relictum §. Pegasus, ff. de lega. secundo. Bartol. in l. cum pater §. curatoris, eodem titulo. Num ergo præiudicium dicitur inferri ipsi hæredi, cum posset minor, etiam non petita venia ætatis, renunciando suo fauori petere legatum, secundum Bar. in d. §. curatoris. Pro ista tamē limitatione Bald. potest ad-
64 duci tex. in l. 3. in §. illud. ff. rem pup. sal. fo. † nam tutor qui non administrauit tutelam in effectu, nō minus obligatur actione tutelę, ꝙ si negotia pupilli administrasset, & tamē fideiussor datus a tutore pupilli saluā fore nō obligatur, quando tutor non gessit tutelam, licet ipse obligetur, tanquā si gessisset tutelam. Ista limitatio Bald. non est vera, per text. in l. Deo nobis. C. de episc. & cleri. vbi pactum conceptum in casu mortis, verifica-

tur in morte ficta, quę operatur eűdem effectum, quam mors vera, per quem tex. ita tenet hic Imo. & Bal. Non obstat dictus §. illud, quia ille tex. loquitur in materia odiosa. Tutor enim qui non gessit, tenetur propter suam culpam. l. fi. C. si tutor gesserit ideo cum sit odiosa dispositio, nō extenditur ad fideiussorem. Ita respondet Franci. Are. hic. Ista solutio mihi non placet. Ratio est, quia illa dispositio non est odiosa, imò fauorabilis, cum principaliter fuerit introducta in fauorem pupilli. Institu. de satisda. tuto. in principio. ideo extendenda, iuxta notata per gl. in leg. sed si hac. in fin. §. ff. de in ius vocan. & gloss. in leg. 2. C. de in ius vocando. not. Abb. in cap. non dubium. de senten. excommu. & alibi sæpe doctores. Præterea ista solutio est contra illum tex. vbi dicitur, quod prouisio facta per fideiussorem rem pupilli saluam fore, habet locum quando quis protutor, id est qui non erat verus tutor, gessit negotia pupilli, & tamen dispositio odiosa seu pœnalis loquens in tutore, non habet locum in protutore. l. final. iuncta. l. penul. C. de matr. interdic. inter tuto. & pupil. Melius ergo potest dici ad illum textum, quod ideo ibi fideiussor non obligatur, quando tutor non gessit negotia pupilli, quia fideiussit in eo in quo, tutor ex propria obligatione cōueniri posset, vt sonant verba stipulationis, gesserunt tutelam

65 l. fina. C. si tutor non gessit, igitur &c. † Tertio limitat hic Baldus, quādo dispositio facta fuit in vno casu, in quo fit stricta interpretatio. tunc non extenditur ad alium casum eundem effectum importantem. c. susceptum. de rescrip. lib. sexto. vbi mandatum vt cōferatur beneficium. in casu quo vacet per resignationem, non extenditur ad casum, in quo vacet per mortem. Istam limitationem impugnat Imola, per textum in l. Deo nobis. iuncta. l. quicquid astringendę de verborum obligatio. Non obstat textus in dicto. c. susceptum, quia illud propter naturam mandati, quod debet adimpleri in forma specifica, ideo per æquipollens non potest adimpleri. Et pro ista opin. secundum Arc. facit tex. in c. si cui de nō sacerdotali. in fine. de præben lib. 6. Ista solutio est contra dicta Bar. in tertia conclusione, qui dū alleg. tex. in l. fi. in fi. super quo fundat cōclusionem suam. vult φ mandatum possit adimpleri per æquipollens. facit etiam cōtra istam solutionem Imo. text. in l. si quis mihi bona. in §. sed

66 quid si mandauit. ff. de acquir. hære. † ibi, mandatum adeunda hæreditate adimpletur, si agnoscatur bonorum possessio. Vera ergo est solutio, φ ideo ibi non fit extensio, quia dispositio erat odiosa & restringenda propter causam, ex qua inducebat cap. 1. de præbendis. lib. 6. Secus quando dispositio esset stricte interpretanda, non quia odium continet, sed ex natura contractus, sicut est stipulatio d. l. qcquid astringēdę. ff. de verb. oblig. Ita loquitur text. in d. l. Deo nobis. Et hoc modo, intelligendo limitationem Bal. ipse verum dicit. Et ex prædicta solutione infero, quod si Papa motu proprio mandaret cōferri beneficium vacaturum per resignationem, si vacaret per mortem ipsius antequam resignaret, beneficium esset conferendum, & per consequens mandatum ad hunc casum extenderetur. Istud alias colligebam ex dictis glos. in cle. ne Romani. in §. sane. in glos. in verbo, moritur. de elect. dum legerem Clementinas, inquantū vult illa glos. quod forma, de qua ibi, quæ traditur in electione Romani Pontificis quando moritur extra vrbem, debet seruari quando Papa renuntiaret Pontificatui, quia cessat ambitio, non cessat in casu dicti cap. susceptum. Sed quando motu proprio mandatur beneficium conferri, tunc cessat ambitio, igitur fieri debet extensio. Facit text. in cap. pluribus de præben. lib. 6. & ita alias publice disputando defensaui istam limitationem ad dictū cap. susceptum. Contra quosdam Canonistas vociferātes eam esse falsam, quicquid dicat Imol. hic, qui dicit quod prædictum capitulum habet locum in gratia motu proprio cō-

67 cessa, quia non credo esse verum, vt patet ex prædictis. † Quarta sit conclusio. In materia fauorabili, in qua fieri debet larga interpretatio, vt in testamentis, dispositio facta in casu simplici, comprehendit casum mixtum. l. si ita scriptum. in princip. ff. de libe. & posthu. Moderni repetentes ponderant Bartol. hic velle, quod dispositio dictę. l. si ita. habeat locum etiam in legatis, cum in ipsis larga fieri debeat interpretatio. leg. in testamentis. ff. de regu. iur. Cuius contrarium videtur voluisse in leg. cum auus. §. fi. ff. de condi. & demonstra. vbi dicit φ dicta leg. si ita scriptum, procedit fauore institutionis seu testamenti conseruandi. Itaque non procederet in fideicommisso, quod continet onus & grauamen hæredis. l. cohæredi. in §. cum filiæ. ff. de vulga. & pupil. Ipsi autem saluant Bar. a contrarietate, vt hic per eos. Si recte ponderentur dicta Bar. hic, non vult Bart. quod d. l. si ita. procedat in legatis. Immo sentit contrarium. dum dicit, Aut loquimur in mā fauorabili, in qua debet fieri larga interpretatio, vt in testamentis, testamentum autem respectu hæredis institutionis. l. 1. ff. de testamen. cum ibi nota. §. ante hæredis. Instit. de leg. l. proxime. ff. de his quæ in testamen. delentur. maxime considerando legem, quam allegat Barto. quæ loquitur in testamentis. & dictum doctoris interpretari debet secundum legem, quam allegat. Barto. in l. non solum. in §. liberatio nis verba ff. de lib. lega. cum multis similibus. Nunquid tamē ista conclusio procedat in legatis, in quibus larga debet fieri interpretatio. R o. in l. 2. in prin. ff. de verbor. oblig. expresse tenet quod nō. Pro cuius opinione potest induci tex. in d. l. si ita scriptum, inquantum ibi dicitur quod humanitate suggerente ad id decursum est, vt valeat testamentum. Sed quando lex decidit casum ratione cuiusdam humanitatis, illa lex non extendit vltra terminos, de quibus loquit sm Io. And. in c. 2. vt lit. pend. lib. 6. alleg. tex. in c. susceptum, de rescrip. lib 6. Breuiter tenetē contrarium, φ immo dicta lex procedat etiam in legatis. l. Titiæ textores, in princ. & ibi notat Imol. ff. de leg. 1. Moder. in di cta l. 3. in princ. Perfecte tamen explicando hāc materiam quæ pulchra est, subtilis & quotidiana, videlicet an in dispositione concepta in casu simplici comprehēdatur casus mixtus acci-

68 pite decem conclusiones. Prima sit conclusio. In materia fauorabili dispositio concepta in casu simplici comprehendit casum mistum, l. si ita scriptum, ff. de liberis & posthumis, l. Clemens infra de hæredibus instituen. Et ista conclusio de plano procedit, quando agitur de validādo testamēto, & sic de hæredis institutione, quæ est caput testamenti, §. ante hæredis. Institu. de leg. l. proxime, ff. de his quæ in testamen. delentur. Sed an procedat in legatis, dictum fuit supra quòd sic, licet Bar. sentiat contrarium in dicta l. cum auus. Ista conclusio procedit ēt, quando de vtroque simplici facta fuit dispositio, alias secus, quia tunc sub simplici non comprehenditur casus mixtus, l. hoc legatum, inf. de legatis tertio, quem tex. sic intelligunt cōmuniter docto. Sed contra istum intellectum adduco tex. in l. si quis seruos, inf. de lega. tertio, & tex. in l. pediculis, §. quidam, inf. de auro & argento legato, in quibus iuribus testator disposuit duntaxat de vno simplici, & tamen comprehēditur casus mistus. Ideo puto d. tam l. hoc legatum, aliter esse intelligendam, nā ibi testator negabat id, quod vxoris causa paratū erat dicitur ibi quod non veniūt ea, quæ sunt cōparata gratia promiscui vsus. Ratio est, quia testator legando ea quæ vxoris gratia parata sunt, cēsetur duntaxat legasse ea, quę eius causa principaliter erant parata, & non alia argum. l. si quis nec causam, & l. rogasti, ff. si cert. pet. Ideo in dicto legato non veniunt parata gratia promiscui vsus, cum principaliter gratia vxoris parata non essent. Et istud est quod proprie vult Iurisconsultus dum dicit, hanc interpretationem obtinuit quod magis vxoris cau-

69 sa, quam quod promiscui vsus causa paratum foret. Secunda sit cōclusio. In materia odiosa dispositio cōcepta in casu simplici non comprehendit casum mixtum l. vim passam, §. præscriptione, ff. de adulte. quem text. sic intelligit hic Bar. qui tamen prima facie videtur probare contrarium. Ideo induco illum tex. dupliciter, & primo, nā post quinquēnium cōmittens adulterium aut incę tum accusari non potest, l. mariti, §. quinquennium. ff. de adulte. Et per cōsequens post dictum tempus eius delictum remanet impunitum, quod redundat in odium reipublicæ, cuius interest vt delicta puniantur, cap. vt famę, de sentent. excommunic. l. ita vulneratus, ff. ad l. Aqui. Ideo dicit Bart. in l. 2. §. exercitum, ff. de his, qui not. infa. & l. quemadmodum, C. de agri. & censi. lib. 11 quod lex pœnalis extenditur de casu ad casum, ne delicta maneant impunita, quia versatur fauor Reipublicę, lex autem lata fauore publico, interpretatione est adiuuanda, l. hoc modo inf. de condi. & demonstr. Ideo lex. disponens quod quis post quinquennium non possit accusari crimine adulterij vel incestus, cum odium Reipublicæ cōtineat extēdi non debet ad casum, in quo quis cōmisisset adulterium simul cum incestu. Secundo induci potest illic tex. alio modo. Nam præscript. o quinquennij, de qua in d. ctis leg. bus, censetur odiosa d. l. mariti, §. quinquennium, iuncta doctrina Bar. in l. fina. in prin. ff. de eo per quem fac. erit ideo non extendi de casu simplici ad casum mixtum. Facit tex. in authent. vt eccles. Roman. in princ. vbi dixit lex quod præscriptio dicitur quoddam remedium impium, ad idem tex. in cap. cum contingat. de decimis, vbi præscriptio non extenditur de re ad rē. Sed contra istam conclusionem adducitur tex. in l. si ita infra de

70 iniust. rup. irri. quæ test. † vbi in materia exhæredationis, φ est odiosa l. cum quidam in hoc tit. in dispositione concepta in casu simplici comprehenditur casus mixtus. Domin. Hieronym. Tor. & communiter docto. moder. in l. 2. in princ. ff. de verbo. obli. respondentes ad illum tex. dicunt quod loquitur in materia fauorabili, cum agatur de conseruatione testamēti, & sic de fauore publico l. vel negare inf. quemadmodū tes. aperian. gl. in §. eius inf. eo. Hæc solutio non est bona, quia potius consideratur odium exhæredationis, quam fauor testamenti d. l. cum quidam, & l. 1. infra de ventre in possessio. mittend. Ideo puto aliter posse respōderi, & dici quod ideo ibi exhæredatio facta in casus simplici, extenditur ad casum mixtum, eo quia casus omissus a testatore, pro expresso habetur, quando testator verisimiliter dispofuisset idem in casu omisso, quod in expresso, si de illo fuisset interrogatus, l. Titius, §. Lucius sup. eo. l. fin. C. de posthu. hæredib. insti. Sed testator verisimiliter, φ exhæredauit filium

lium si nasceretur, & etiam filiam separatim, proculdubio vtrũque exheredasset, si cogitasset vtrunq; simul nasciturum igitur &c. Facit glo. vulg. in tale pactum. §. fi. ff. de pactis. & istum credo esse verum intellectum ad l. si ita. Secundo contra hanc conclusionem Are. in d. l. 2. adducit tex. in d. l. is qui in puteum. §. illud. ff. quod vi aut clam. Ad quem respondet ibi preceptor
71 meus, & bene, & placet eius solutio. † Tertia sit conclusio, quã do in eodem subiecto concurrunt duę qualitates incompatibiles, illa consideratur, quæ est potentior, & alterius non habet ur consideratio. l. generaliter. ff. de fideius. l. quæritur. ff. de sta. homi. & procedit hęc cõclusio, siue adsit illa qualitas ex se siue ex persona alterius. c. pro hoc de hæret. in 6. inquantum ibi potius consideratur iurisdictio delegati summi Pontificis quam ordinarij, quia delegatus maior est quocunq; ordinario ca. sane, extra, de officio delega. & tamen delegatus ex propria persona nullam habet iurisdictionem. l. 1. §. qui mandata. ff. de officio eius, cui man. est iurisdi quam habet ordinarius. l. more & l. & quia. ff. de iurisd. omni. iudi. & illa qualitas censetur potentior, quæ est humanior. l. pupillus. in prin. ff. ad l. Falcidiã. in quantum ibi potius consideratur quod hæres consequatur pecuniã a pupillo legatario, & debitore defuncti iure hęreditario quã gratia adimplendi conditionẽ, quia istud est humanius, cũ legatarij sint consecuturi legata sua pleniora, prout fuit voluntas testatoris, contra cuius voluntatem Falcidia detrahitur. l.
72 Titia. in fi. ff. ad l. Falci. † Illa qualitas etiam censetur potẽtior, & est consideranda, quę magis fouetur a iure communi. Ita pulchre decidit Bald. in l. si quis decurio. C. de fal. Pet. de Ancha. in repe. c. canonum statuta. de constit. Pro quo est bonus tex. in l. nam similes. inf. de iniust. rup. irri. que test. & quia subtilis est in inductione, illã induco, præmittendo id, ꝙ voluit gl. & Bar. in l. 3. §. fi. supr. eod. Ibi ergo ad validitatem substitutionis potius consideratur ius commune, quã ius speciale, secundum quod primus gradus institutionis fuit validus, quo considerato secundus gradus deberet vitiari, cum a primo gradu a principio valido de iure speciali dependẽtiam habuerit. Pro hoc etiam pondero bonũ tex. de iure canon. eo in c. super quæstionũ. §. si vero. extra, de officio dele. inquantum ibi dicitur, ꝙ si delegatus Pontificis vices suas committat suo collegę, non potest ipse suas vices alteri delegare, quia est mixtus, videlicet pro parte delegatus summi Pontificis, & pro parte delegatus inferioris, & sic in eo consideratur ista qualitas quod sit delegatus inferioris, & nõ summi Pontificis quia dicta qualitas magis fouetur a iure communi, secundum quod delegatus, qui ex propria persona nullam habet iurisdictionem, subdelegare nõ potest. l. a iudice. C. de iud. l. more. & l. & quia. ff. de iu. om. iud. & ista est vera rõ ad il. ũ tex. quę hactenus nõ fuit ꝯsiderata, nec a Legistis, nec a Canonistis. Facit etiam tex. in l. si quis adulterium cum incestu. §. liberto. ff. de adul. inquantum ibi non permittitur liberto occidere patronũ in adulterio deprehensum.
73 † Quarta conclusio. Si in vno eodem que subiecto concurrant duę qualitates incompatibiles, quæ sint paris potentię, tunc attenditur illa, quę nocet, non illa, quę prodest. Ita notat Bart. in l. si quis in graui. §. fi. per illum tex. inf. ad Syllan. & in l. si vir. ff. de vsuca. pro dona. Fallit nisi vna qualitas esset naturalis. Illa enim attenditur. l. qui habet. §. 1. sup. de tute. l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excusa. tut. Faciunt notata per doctores, maxime Alexan. in l. si donatione. C. de colla. Dicere tamen quod si cã accidentalis esset fauorabilior, illa potius consideraretur. l. hæreditatem. in prin. ff. de cast. pecu. quem ad hoc solco ponderare inquantũ ibi potius consideratur quod miles, qui relinquebat, fuit commilito, quia id, quod sibi donatur, aggregatur peculio castrẽsi, quam quod fuerit cognatus. Et per illũ tex. alias consului in quæstione facti. Mulier quædam nepotem ex filia, quam a teneris educauerat, arrogauit. demum illum heredem instituit dicendo, Titium nepotem ex filia filium meum arrogatum hęredem instituo, &c. prędicta arrogatio erat nulla, fuit dubitatum an prædicta institutio esset valida vel ne. Arguebatur quod sic per tex. in l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excusa. tuto. In contrarium conclusi per illum tex. vbi potius consideratur causa accidentalis quam naturalis, quando est vtilior, prout erat in casu nostro, considerata opinione testatoris, secundum quam eius voluntas est interpretanda. l. quo loco. §. 1. ff. de he-
74 redibus instit. l. seruo manumisso. ff. de condit. indeb. † Quinta cõclusio, qualitas extrinseca adueniens personę vel rei, de qua simpliciter disponitur, non tollit dispositionem factam de illa persona. l. per adoptionem. ff. de adop. l. senatoris filius. in fin. ff. de senat. Aret. in d. l. 2. Pro quo adduco quod voluit Barto. in l. exceptores. C. de numera. & actua. lib. 12. vbi dicit per illũ tex. quod ille, qui est notarius actorum, non desinit esse notarius, licet fiat tabellio priorum ciuitatis. Et hoc modo intelligatur tex. in l. falsa. §. 1. inf. de condi. & demon. Fallit quando non esset eadem ratio, quia tunc qualitas adueniens personæ vel rei, facit quod dispositio nõ extendatur ad illam rem, nec ad illam personam. cap. statutum. de elect. lib. vj. & ita procedat regula, quæ ibi traditur. Sic etiam intelligatur tex. in l. cum ex oratione. §. fin. sup. de excusa. tuto. qui contrariari videtur. d. §. 1. in l.
75 falsa. † Sexta conclusio. In contractibus dispositio concepta in casu simplici comprehendit casum mixtum. Elicio istam conclusionem ex notatis per Bar. in l. si extraneus. in fin. ff. de condi. ob causam dã. in quæstione de qua ibi per eum. Et pondera quod ibi per Bar. sentit ꝙ lex, si ita. de libe. & posthu. locum habeat in legatis, dum vult quod procedat in contractibus, in quibus strictior sit interpretatio. cap. cum dilecti. de donatio. l. in testamentis. ff. de reg. iur. Cuius contrarium voluit in d. l. cum auus. Contrarium tamen tenet. D. Anto. de Butr. in cap. per venerabilem. col. 22. qui fi. sint leg. Roma. in l. 2. in princ. ff. de verbo oblig. quorum opinio videtur verior, eo quia sub casu simplici comprehenditur mixtus, non ex vi verborum, sed ex quadam interpretatione. l. quid ergo. §. 1. ff. de his qui no. infa. ideo imputandum est cõtrahentibus, qui legem apertius dicere poterant. l. veteribus. ff. de pact. Hinc est quod in contractibus appellatione filij nepos non comprehenditur. Bart. in l. liberorũ. in 3. col. ff. de verbo. signif. nec genus masculinum concipit fœmininum secundum Archid. in cap. si quis suadente. 17. q. 4.
76 cum suis concordantibus. † Septima conclusio, In priuilegijs dispositio cõcepta in casu simplici non comprehendit casum mixtum, prout est immunitas a tutela quæ dicitur munus mixtum. Casus est in l. spadonem. §. qui accepit. sup. de excusa. tut. Fallit nisi tale priuilegium sit clausum in corpore iuris, quia tunc extẽditur ad casum mixtum. Sic intelligo tex. in l. 2. §. amplius. sup. de excus. tuto. Et ratio est, quia huiusmodi priuilegiũ sit fauorabilius, vt patet ex notatis per gl. & Bar. in auth. quã in prouincia. C. vbi de crim. agi opor. gl. in in l. 2. §. legatis. ff. de iu di. cum concordantibus de quibus per Do. Felyn. in c. 1. de te-
77 script. † Octaua conclusio, statutum loquens in casu simplici non comprehendit casum mixtum. Ita decidit Bal. in l. omnes populi. in 10 col. ff. de iusti. & iur. per tex. in l. quid ergo. §. 1. in verbo, ex sententia. iuncta. l. 1. §. is qui nauem. ff. de exerc. Et idẽ tenet Alex. in d. l. 2. in prin. dominus meus in §. 1. inst. de actio. Nona conclusio. Vbi est maior ratio, fit extensio de casu simplici ad casum mixtum, etiam in materia non fauorabili. Primum probatur in l. fi. §. hęc actio. ff. nau. cap. stabu. & in l. si viua matre. in fi. C. de bon. ma. Secundum probatur in l. is qui in puteũ. §. hoc interdictum. ff. quod vi aut clã, secus vbi sit diuersa ratio. d. l. vlti. §. aliam. §. pręscriptione. iuncta. l. 1. C. de rapt.
78 virgi. ibi, ex hac adiectione crimen acerbius puniri. † Decima sit conclusio, Stante statuto quod verba testamentorum aut alterius dispositionis intelligantur prout iacent absque aliqua interpretatione, tunc in casu simplici non comprehenditur casus mixtus, secundum Ange. in l. ita scriptum. in eod. tit. quam conclusionem confirmo dupliciter, & primo; Nam stante dicto statuto sub expressa vulgari non continetur tacita pupillaris. Bal. in l. precibus. in 5. col. de impub. C. Secundo confirmo; Stante pręmisso statuto, in grauamine iuncto filio de hereditate restituenda, non subintelligitur illa conditio, si sine liberis decesserit, & sic non habet locum pręsumptio, de qua in l. cum auus. inf. de condi. & demon. & in l. cum acutissimi. C. de fideicom. Ita tenet do. Baptista de sancto Seuer. in l. generaliter. §. cum autem. in 24. q. C. de insti. & subst. sub cõdi. fac. & late Soci. in d. l. cum auus. col. 37. vers. quarto quęritur de alia quęstione. Vlterius pro complemento supra dictorum non omitto, ꝙ Cuma. ponit vnum intellectũ ad d. l. si ita scriptum. quẽ sequitur Soci. in d. l. 2. in princip. & nullus eum ret obat. Nam dicit
79 † quod ideo ibi comprehenditur casus mixtus nõ fauore testi, quia si filius & filia fuissent instituti sine partium distributione successissent de subtilitate iuris, & testamentum fuisset validũ. verum quia non poterat verificari partiũ distributio prout voluit testator, ideo secundum subtilitatem iuris testamentũ corruebat. Sed ex humanitate sustinetur. Et dicit dom. Soci. quod iste est verus intellectus ad illum textum. Sed quicquid dicat Soci. iste intellectus est falsus, & nullo modo tenendus, quod ostendo occulata fide, quia si iste intellectus esset verus, testũ diceretur nullum ipso iure, non autem diceretur ruptum, prout vult ille text. quod verbum pręsupponit testamentum iure fuisse factum. §. alio. versic. sed quia. Insti. qui. mo. test. infirmã. Quod autem esset nullum in casu d. l. intelligendo eum prout intelligit Cuma. & Soci. demonstro. Nam ibi testator instituit filium ex besse, si nasceretur, & vxorem in triente, & si filia nasceretur, illam instituit in triente vxorem vero in besse. Et sic considera quod testator voluit filium habere duas partes hęreditatis, vxorem vero tertiam partem hereditatis, filium autem voluit habere tertiam, tunc sic, si filia consequitur dictam tertiam, vxor excluditur a sua portione, & econtra, si vxor admittitur, dicta filia excluditur. Et sic hic adest quędam perplexitas in voluntate testatoris. Ideo consideratis regulis iuris institutio, & per consequens testamentum ipso iure fuisset nullum, l. si Titius. inf. de condi. insti. Cum ergo dicat ille tex. quod testamẽtum rumpitur de rigore iuris, datur intelligi quod erat validum

lidum antequam posthumi nascantur, sed eis natis rumpitur de iuris rigore, cum illum casum omisisset testator, sed humanitate suggerente aliter statuitur. Super quibus cogitabitis,
80 quia est pulchra, & noua declaratio ad illum textum. † Prædicta inducunt ad quæstionem pulchram, & disputabilem videlicet an comes habens a principe facultatem legitimandi adulterinos & incęstuosos, possit legitimare natum ex adulterio & incęstu, & sic laborantem vtroque morbo. In qua difficultate Bartol. in l. 2. in princ. ff. de verbor. oblig. tenet quod sic. quem sequitur ibi Bald. Angel. Imol. d. Alex. & Bal. Angel. & Alex. in l. si ita scriptum. Abb. in c. fi. de sim. & in cap. at si clerici. §. de adul. de iudi. & dixit d. Hie. Tor. in d. l. 2. ff. de verborum obliga. se fuisse secutum sententiam Bart. consulendo. Et pro hac opinio. primo adducitur tex. in d. l. si ita scriptum. Ad quem potest responderi quod ille tex. fundat se super humanitate. Ideo extendi non debet ad alium casum. Doctrina est Ioan. Andr in cap. 2. vt lit. penden. lib. 6. quem sequitur, & refert Do. Abba. in cap. proposuisti. de probationib. Adducunt tex. in c. susceptum. de rescrip. lib. 6. vel aliter potest dici, secundum Cuma. in ea. l. 2. quod in casu d. l. si ita, & similium iurium, testamentum conseruatur, non ex eo quia sub casu simplici comprehendatur casus, sed in alio versatur ista specialitas, quia videbatur quod partes distributę per testatorem nullo modo possint habere locū in casu mixto. Ideo fauore testamenti conseruandi partes distributæ in casu simplici habent etiam locum in casu mixto. qui tamen intellectus ad illum tex. an procedat, dixi. sup. Secūdo pro ista parte Angel. adducit rationem, cui respondet Are.
dere iuri prætorio,illud statuisset cū aliqua præfatione & ma-
gna verborū pōpa,vt est sui moris,vt facit in l.lege. 12. tab. eo.
tit.& in d. l.meminimus. Non ob.tex.in §.nullā in auth.de hæ
red.quæ ab inte. defer. vbi dr̄ sublatam esse differentiā emanci
pationis & patriæ ptātis in quacunq; successione, ergo & in
successione ascēdentium quia qui omne dicit,nihil excludit l.
a procuratore.C.manda l.Iulianus. ff. de leg. 3. quia intelligitᷣ
in quacūq; successione delata de iure ciuili seu prætorio, inter
transuersales tm̄. Ista verba sic interpretatur do. Alex.in l. cer-
tis.C.vnde legiti. in 1. col. nō aūt includitur in illis verbis suc-
cessio ascendentiū, quia respectu successionis ascendentiū iā
erat sublata prius differentia agnationis & cognationis.§.neq;
illo in auth.de triē.& semis. Et cum ergo verba dicti.§. non cō
ueniant successioni ascendentiū,nō conueniet ēt eius disposi
tio,vulgata l. 4.§. toties.ff.de dam.infect.l.qđ constitutū.ff.de
mili.testa.Ista solutio ēt suadetur ex verbis eiusdem text.dum
108 dicit,nullā vero volumus esse differentiam. † Ponderando di-
ctionem vero,quæ est aduersatiua, quæ habet istam naturam
vt repetat omnes qualitates in sequenti oratione, quæ erant
in præcedenti l.Seio in.§.Caio.ff.de fundo instru.instrumen-
toq; leg.Bald.in l.omnes populi.in 12.colum.ff.de iusti. & iu.
est bona gloss.in § item lapilli.insti.de rerum diui.sed in §.præ
cedenti loquitur tex.de successione transuersalium. Ista ergo
qualitas in §. nullam censetur repetita,& illius tex.intentio ex
cludere illam differentiam,quam introducebat ius antiquum
quod agnatos cognatis præferebat, ex qua eueniebat quod
filius emancipatus, qui desiuerat esse agnatus. §. fin. insti. de
legiti. agna. tutel.non poterat succedere transuersalibus, ex-
tantibus agnatis, sed succedebat illis non extantibus in nu-
mero cognatorum. §. admonendi. insti. de hæredi.quę ab in-
te. defe. Hodie vero,cum sit sublata ista differētia agnationis
& cognationis.& consideretᷣ sola graduum ꝑrogatiua, eman-

cipatus succederet transuersalibus, ac si non fuisset emancipatus. Et ista est vera intentio illius §. nullam, si bene illum text. considerabitis. Quicquid tñ dixi, licet verissimũ putẽ, attamen disputationis gratia sit dictum, a cõi opinione non discedo. Et prædicta inducuntur hic per Bal. ad qõnem, in qua d. Alex. di-
109 cit se quinquies consuluisse. Statutum disponit † quod extantibus masculis vel agnatis filia fœmina non succedat, pater fecit testm̃, in quo agnatum hæredem instituit, filiam vero feminã præterijt, nullam de ea faciens mentionem, an poterit filia fœmina impugnare testm̃ patris. Ista est pulchra & subtilis inuestigatio. ideo vt latius & plenius discutiatur, eã diuido in duos articulos. Primus erit articulus an possit dicere nullum testm̃. Secundus erit, an possit contratabulare huiusmodi testamentum. Circa primum art. Bal. Rapha. do. Alex. & Aret. hic. Lud. Rom. in l. vt liberis. C. de collat. Bal. in l. posthumus, in §. si quis ex his. ff. de inoffic. testa. per illum tex. & per tex. in l. non est ambigendum, in §. vbicunq; de bon. poss. Lud. Rom. in consil. 13. idem videtur mihi dicendum. Aret. in consil. 161. incip. longa est ista consultatio. in 11. dubio. concludit quod non mouentur doctores, quia facultas impugnandi testamẽtum regulatur ſm successionẽ ab intestato delatam l. 1. in §. 1. ff. de bon. poss. contratab. sed filiæ ab intestato nõ competit successio in bonis paternis, igitur non competit ius impugnandi. Præterea, secũdum dom. Alex. non dẽt quis admitti ad id quod sua nõ interest, l. 1. ff. de appell. recip. l. ille a quo. in §. si de testam. inf. ad Trebell. sed filiæ non interest vt expugnetur testm̃, cum nihil sit latura ex ista hæreditate, quia statutum excludit eam extantibus masculis. Præterea si pater mortuus fuisset intestatus, tunc videretur reliquisse hæreditatem filiis vel agnatis exclusa filia,
110 † quia in dubio vr̃ testator conformasse voluntatem suam cũ dispositione iuris sui municipii, ſm Bar. & scribentes in l. hæredes mei. in §. cum ita. ff. ad senatusc. Trebell. & eundem Barto. in l. iusiurandi. in §. si liberi. ff. de oper. lib. in quo ergo pr̃ est inculpandus relinquendo bona sua, expressis illis, quib. tacite ex forma statuti potest relinquere, arg. l. cõficiuntur ff. de iure codicill. & cum annullatio testamenti dicatur quædam pena, nõ debet puniri in hoc, ne authoritate statuti dicatur circumscriptus l. 1. C. de his, qui ve. ęta. impe. Accedat pro cõfirmatione, filia priuata successione pr̃is ex dispositione statuti desinit esse sua, secundum Bal. in l. 1. in §. sciendum ff. de suis & legit. cum ergo in ea cessat suitas, quæ est causa nullitatis, dẽt & ipsa nullitas cessare, arg. l. adigere. in §. quamuis ff. de iure pat. & ca. cum cessante, de appell. Et ista est ratio insignis doctoris dom. Laurent. de Palacijs doctoris Patauini in suo tract. ędito super statuto extantibus masculis in 9. col. Item quis non debet admitti vt alteri noceat, & sibi non prosit l. in fundo. ff. de rei vendic. l. quia vias publicas. ff. de dam. infe. Sed ista filia expugnans testamentum alteri noceret, sibi autem non prodesset, igitur &c. Confirmatur ex eo quod voluit Bar. in l. 1. in §. pen. in 4. q. ff.
111 de bon. poss. contratab. vbi dicit † quod filius, qui renunciauit hæreditati paternæ cum iuramento, quæ renunciatio est valida, c. quamuis, de pact. lib. 6. si sit præteritus, non expugnat patris testamentum, quod etiam tenent Bal. & Imol. in l. filio prę terito. in 9. charta. ff. de iniusto, rupto testamento. Istam cõclusionem etiam sequitur Bald. in l. maximum vitium, in vlt. col. C. de libe. præte. per multa fundamenta, de quib. ibi per eum referam, quæ sunt præcipua. Primo mouetur Bal. priuatus facultate succedendi ab intestato, non admittitur ad impugnandum l. si post mortem in §. liberi ff. de bon. poss. contratab. Secundo, quia ista duo iura sunt connexa, & ideo connexe se habent in actu, & in priuatione l. si ita, in §. si. ff. de libe. & posthu. Tertio mouetur Bal. Absurdum est quod filia imputet patri, ne testatus decesserit l. si posthumus, in prin. sup. eo. Et ista sunt præcipua fundamenta, quibus est munita ista cõis sententia. Insignis doct. dom. Lauren. in præallc. tract. in 8. col. refert subtilem doctorem dom. Petrum Betucium in quodam cõsilio tenentem contrarium, eo quia si suus præteritus ideo dicit testm̃ nullum, quia dominium bonorum paternorum in eum continuatur, nisi exhæredetur l. in suis, inf. eodem. Si ergo alius instituatur, & filius non exhæredetur, non poterit institutus effici dominus, quia duo non pñt effici domini insolidum eiusdem rei l. si vt certo. in §. si duobus vehiculum ff. commoda. l. cõm. in §. vni duo. ff. de reg. iur. Itaq; cũ in ista filia continuetur dominium, & in ea sit suitas tempore mortis patris, ex dispositione iuris cõis vr̃ quod præterita dicat testm̃ nullum, quia exclusio filiæ, defertur in tempus successionis. cum dicat statutum,
113 extantibus masculis filia nõ possit succedere. † Qualitas enim adiecta verbo regulatur ſm tempus ipsius verbi. l. in delictis. in §. si detracta. ff. de noxali. Bart. in l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pupill. & licet Moder. repetentes hic per alia verba faciãt istud fundamentum, tamen est fundamentũ dom. Petr. de Betucio, vt sup. retuli. Defendendo cõem sniam potest dici quod cum statutum excludat filiam extantibus masculis, videtur dare licentiam patri vt filiam possit præterire, licet sit sua tempore sui testamenti quia regula iuris cõis disponit quod qui non potest succedere ab intestato non rumpat testamentum l. posth. in §. si quis ex his ff. de inoffi. testa. & statutum recipit interpretationem passiuam a iure cõmuni l. 1. in §. lex Falc. ff. ad l. Falc. & ibi Bar. & scribentes. Et ista præteritio facta authoritate statuti habet vim exhæredationis. l. sicut certi. & l. si cũ vel in vtero. C. de mili. testa. & in effectu dicta filia desinet esse sua ante mortem patris immediate facto testamento, cũ censeatur exhæredata. d. l. 1. in §. sciendum. Aret. hic, & Moder. Senenses dicunt quod si quis disputando vellet tenere opinionem contrariam, posset, quia quamuis qui non potest succedere ab intestato non admittatur ad expugnandum, vt supra fuit dictum, ista tamen regula habet instantiã, vt patet in filio emancipato, qui ab intestato non potest succedere, nisi bona, quæ post emancipationem acquisiuit, conferat l. 1. in prin. ff. de colla. bono. & tñ si sit præteritus, potest contratabulare antequam conferat, l. filium, in §. videamus ff. de bono. poss. ꝯtab. Patet in filio adoptiuo, qui de iure digestorum patri naturali mortuo ab intestato non poterat succedere, & tamen potest contratabulare, altero committente edictum l. non putauit. in §. in adoptione. ff. de bon. poss. contratab. Ad tollendum autem cõsequentiam, sufficit dare instantiam, c. sicut vrgeri. 1. q. 1. gl. in l. si autem ff. de rei vend. Item quia secundum Senẽses istud statutum est correctorium, & loquitur ab intestato, ergo non debet extendi, quando factum fuit testamentum, iuxta notata in authẽ. quas actiones. C. de sac. san. eccl. Sed ad primum respondetur quod emancipatus non simpliciter prohibetur succedere ab intestato, sed secundum quid, videlicet si cautionem non præstiterit de bonis conferendis, quæ post emancipationẽ acquisiuit. Sed ista filia simpliciter prohibetur succedere, & omni respectu,
114 igitur non sunt pares termini. Ad secundũ respondetur † quod ibi filius adoptiuus potest contratabulare non ex sua persona, sed ex persona alterius, quod non est incõueniens l. si post mortem §. si. ff. de bon. poss. contratab. Facit tex. in l. Arist. in fin. ff. quæ res pign. obligari nõ pñt. Ad vltimum respondeo, quod ex quo ius succedendi ab intestato, & ius cõtratabulandi sunt cõnexa, & vnum ab altero depẽdeat, sublato & correcto vno per statutum, censetur & alterum sublatum & correctum, c. mittamur, de seruis non ordin. c. a multis. de ętat. & qualit. & l. & do. Abb. in cap. non debet, de consanguin. & affin. optimus tex. in §. ex his, in auth. de hæred. quæ ab intest. defer. Istam conclusionem limitat hic Ioan. de Imol. quando sunt instituti illi, qui filiam ab intestato excludebant, sed si fuerunt instituti extranei, secus erit, quia tunc filia poterit contratabulare, siue sit emancipata & præterita cum causa, siue sit in potestate & præterita
115 sine causa, quia cessant verba legis. Et sic Io. de Imol. † constituit differentiam inter ius dicendi nullum, & ius contratabulandi, quia licet is, qui non potest succedere ab intestato, non possit dicere nullum, attamen contratabulare poterit. Quæ ratio non est bona, vt infra latius demõstrabitur. Paulus de Cast. in consilio 366. incipien. super primo puncto. tenuit contrariũ quod imò testamentum erit validum, & filia nulla via poterat expugnare testamentum. Mouetur ex doctrina Bartol. in l. 1. §. si pater ff. de coniung. cum emancip. lib. vbi dicit quod quando actus assignationis factę alteri, & actus priuationis alterius est vnus & idem actus, tunc ille priuatus obstat, ac si esset institutus. Allegat text. in l. 1. in §. fi. ff. de assign. libe. Ex quo infert ibi Bar. ad q. statutum disponit quod mater non succedat filio habenti fratres carnales ex patre, vnus filiorum moritur prætermisso fratre, instituto extraneo, qui non est turpis persona, succedit ne mater, dicit ibi Bart. quod non, quia iste frater priuatur successione facto fratris, qui alterum instituit hæredem, & iste actus priuationis non præcedit actum translationis, immo est vnus & idem actus, igitur & cæt. Et per istam rationem ita concludit dom. Alexan. hic, & in l. filiæ dotem. C. de coll. Opinionem tamen Ioan. de Imol. sequitur Ludou. Rom. in l. vt liberis. C. de colla. Aret. & Modern. Senenses hic, pro qua adducit Ludou. Rom. hanc rationem, filia est exclusa fauore agnatorum, ideo cum non succedant, debet cessare exclusio perinde, ac si non essent in rerum natura, arg. l. & si ex modica. in §. si filius ff. de bon. lib. & l. si necem in §. fin. ff. de bonis liber. & l. 2. in §. videndum ff. ad senatuscõ. Tertu. Præterea secundum
116 Areti. priuilegium, quod † conceditur statutum agnatis contra filiam, vt nõ possit succedere ab intestato, non debet communicari extraneis l. fin. C. commun. vtri. iudi. l. hac consultissima, in §. ex imperfecto. C. de testam. l. 3. C. de inoffic. testam. Facit quod decidit Barto. in l. Titia. in §. Imperator. in vltim. colum. ff. de leg. 2. Confirmatur, nam secundum Moder. Senenses statutum dedit facultatem patri filiam prætereundi, non passim, sed fauore agnatorum, & sic limitata est potestas patris respectiue ad agnatos, ideo limitatum pariet effectum, l. quod dictũ ff. de pact. l. in agris ff. de acquir. rerũ dominio cum simil. facit etiam, quia secundum Bart. in leg. 2. in §. videndum ff. ad Tertull. hoc statutum habet duo capita. Vnum inclusiuum agnatorum, &

torum, & alterũ filiæ exclusum, & vnum correlatiuum est alterius, & cum non habet effectum caput inclusiuum, cessabit caput exclusiuum. l. fi. C. de indi. vidui. tol. Facit text. in l. alter. ff. de adimen. leg. Non obstat text. in dicta. l. 1. in §. fi. quia ille qui subrogabatur in locũ exclusi, non subrogatur contra mentẽ legis deferẽtis ius successionis, de quo ibi dicitur, nam ibi fuit assignatus libertus vni ex filijs patroni, ad quem poterat transire ius patronatus. l. iusiurandi. in §. si liberi. ff. de ope. liber. Hic autem extraneus subrogabatur quod est contra mentem statuti quod voluit vocare agnatos filia exclusa. Alio modo respondent hic Moderni Senenses quod in d. §. fina. filius alterius patroni tractat de portione, quæ sibi non est debita, sed est acquirenda, hic autem filia tractat, ne portionem, quæ sibi est debita amittat, inter quæ est magna differentia. l. final. C. de iure codi. Et istam opinionem tenuit etiam domi. Lauren. de Palacijs in prædicto trac. in 8. col. Sed dicet aliquis, quod filia admittatur ad expugnandum, nullum commodum ex hoc consequitur, igitur non debet admitti vt alteri noceat, & sibi non prosit. Respondeo istud non esse inconueniens. l. si filius, qui in potestate sup. eo. Præterea, satis magnum commodum consequitur, ex quo satisfacit voluntati suæ expugnando testamentum patris, a quo fuit affecta iniuria, cum ab eo fuerit præterita. ar. l. pen. ff. de condi. ob cau. da. Est enim iniuria filij præteritio. l. Papinianus. in princ. ff. de inoffi. testa. In disputatione posset teneri opi-
117 nio contraria, quia, vt supra dictum est, † cum ab intestato nulla debeatur legitima, ideo si sit præterita, nõ potest dicere testamentum nullum, sed huic filię patre mortuo ab intestato nulla debetur legitima extantibus agnatis, igitur &c. Non ob. si diceretur, non sunt hęredes patris, imino sunt exclusi ab eius hęreditate, ideo debet cessare exclusio filię fęminę &c. quia quod sint hæredes, istud non requiritur, sed sufficit quod extent. l. filiusfamilias. in §. cum quis. ff. de legatis primo. In fine gl. Ista gl. est multum notanda, ex qua habetis quod licet restitutio dicatur in pristinum statũ positio. l. 1. C. de senten. pas. l. 3. in §. restitutio. ff. de mino. tamen nõ trahitur ad iura & bona alteri acquisita. Facit tex. in l. fin. C. de repud. hæredi. & tex. in l. quod si minor. in §. Sceuola. ff. de minori. Ista conclusio ampliatur vt procedat etiam quando ius est solum acquisitum spe, non autem re. c. quamuis. de rescrip. libr. 6. Idem enim iudicamus de iure acquisito, spe qđ de iure acquisito re, vt elicitur ex dictis Ioannis Andre. in c. iuris ignorantia. de regulis iuris in mer. Aret. in consil. 7. in vlti. col. Et ratio huius conclusionis est, quia restitutio, cum sit beneficium quoddam a principe cõcessum, debet interpretari taliter quod alteri præiudicium non fiat. leg. 2. in §. merito. & in §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publico. cap. ex tuarum. de autho. & vsu pal. Fallit ista cõclusio in restitutione, quæ conceditur per viam iustitiæ, vt est illa de qua in titulo de minoribus, & in titulo ex quibus cau. maior. hoc enim ad ius alteri acquisitum non trahitur. lege quod si minor in §. Sceuola. ff. de minori. per quem sic militat Raphael Cumanus. & nouissimi hic. idem tenet Nellus in tractatu bannitorum, in
118 prima parte tertij temporis. q. 11. † Ex quo infertur quod restitutio, quæ fit per modũ iustitiæ, est fauorabilior quam illa, quæ fit per modum gratiæ. & ita dicit Barto. in leg. cum quis. in §. si quis pro reo. ff. de solu. & inferius dicetur. Fallit secundo, quãdo ius est alteri acquisitũ immediate ex legis dispositione seu ex ipsa damnatione sine facto principis. Ita limitat Cy. & Bal. hic per tex. in l. siue patronus. in princ. ff. de iure patro. & tex. in l. final. C. de senten. pas. idem tenet Bartol. in capitulo domino guerram. in titu. hic finitur lex Corradi. Baldus in titulo de pace Constan. in verbo, priuilegia. cum concordatijs de quibus hic per dominum Alexand. Aretin. & nouissimos. facit tex. secundum Aretinum in lege non est nouum. ff. de condictio. indebi. vbi confirmatio legatorum, quæ insurgit ex aditione hæreditatis facta per minorem, rescinditur rescissa aditione beneficio restitutionis in integrum qui text. loquitur in alijs terminis, videlicet in restitutione, quæ fit per modum iustitiæ, quæ trahitur semper ad ius alteri acquisitum, cum sit fauorabilior restitutione, quæ fit per modum gratiæ, vt supra conclusi. Fallit & tertio, quando restitutio fieret propter publicam vtilitatẽ, vt quia rebelles restituuntur. Nam vt citius pax habeatur restitutio trahitur ad bona medio tempore alienata. Ita limitat hic Are. allegans Bal. in titulo de pace constan. in verbo, priuilegia. Facit tex. quem ibi ponderat dominus Abb. in cap. 1. in fine primi notabilis, extra, de in. pat. contra quam limitationem facit quod voluit gloss. not. in l. 2. C. de in ius vocan. quam notat ibi
119 Bart. pro compositionibus, † quæ fiunt tota die cum duce. domino. vel marchione, vt per has compositiones non possit remitti pena, ad quam quis parti esset condemnatus. Idem tenet Bal. in l. si dominus. ff. de serui. vrba. prædio. Pet. de Ancha. in c. peccatum. de reg. iur. lib. 6. in 30. column. vbi dicit se ita bis respondisse. Primo finito bello inter Genuenses & Venetos. Secundo, finito bello inter Florentinos & Senenses. Idem tenet Domi. in c. authoritate. de priuile. lib. 6. Sustinẽdo prædictam limitationẽ potest dici ꝙ doctrina in contrarium allegata procedit, quãdo remissio fit super his rebus, quæ nunquam fuerũt ipsius restituti, secus autem erit qñ fieret restitutio, & dubitaretur an propter bonum pacis consequendum trahatur ad bona, quæ quondam fuerunt ipsius restituti, & tũc potest dici qđ trahatur, cum agatur vt res reuertatur ad suam naturã, & omnis dispositio, per quam agitur vt res reuertatur ad suam naturam, est fauorabilis, & interpretatione est adiuuanda. Gloss. in c. statutũ. in verbo, numerandũ. de prębend. lib. 6. facit tex. in l.
120 si vnus. in §. pactus ne peteret. ver. ꝙ in specie. ff de pac. † Quarto limitatur, nisi fieret restitutio cũ hac clausula, qđ nihil possit obijci de confiscatione bonorum, quia tunc restitutus trahitur ad bona per alterũ apprehensa seu alienata. Ita dicit do. Car di. & Imol. in c. quia diligẽtia. de elec. sequitur do. Alex. hic, & do. Fęli. in c. inter quatuor. de maio. & obe. vers. limita secũdo. Sed ꝯ istam limitationem facit, quia princeps nõ minus obligatur ex suis ꝯctibus, q̃ quilibet priuatus. c. 1. de proba. Bal. in l. 1. ff. de pac. & in l. princeps ff. de legi. Pau. de Ca. in l. fi. C. de trãsac. ergo videtur ꝙ quæcũque verba sint apposita in restitutione, non debeant in ea includi bona alienata, ne cõcedatur per viam indirectam, qđ est prohibitum per viam directam. c. tuę. de procur. c. cum quid vna via. de reg. iur. lib. 6. l. scire oportet. in prin. ff. de tuto. & cura. da. ab his. Moder. Senẽses respondẽt qđ ideo præiudicatur iuri tertij, quia vr̃ superior disponere qđ non audiatur a suis magistratibus, & certum est principẽ posse moderari iurisdictione suorum iudicum. l. 2. in prin. ff. de orig. iur. Allegant dictum Bar. consi. 187. incip. dñi priores. relatum per do. Abb. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. in 20. col. de consti. quę solutio non satisfacit, quia quando prohibitum de necessitate non insurgit ex præmisso, si principaliter prohibeatur, nec in consequentiã permittitur. l. si sponsus. in §. 1. ff. de dona. inter virum & vxo. Bar. in l. 1. in prin. ff. de autho. tuto sed princeps licet possit moderari iurisdictionem iudicum, de necessitate non sequitur qđ debeat auferri ius alteri acquisitũ, qđ cũ principaliter sit prohibitũ, vt hic per Cy. Bal. & latius per do. Alex. & in consequentiam cẽsetur denegatum. Tenendo tñ dictam limitationem posset dici ſm Imol. sub dubio tamen forte, in d. c. quia diligentia. ꝙ emptor dictorum bonorum potest habere regressum contra fiscũ pro suo interesse, ex quo ab illo em.
121 l. 1. & 2. C. de quadri. pręscri. Cõfirmatur, licet † princeps possit cum causa auferre dominium rei suæ alteri. l. item si verberatum. ff. de rei vẽdi. l. Lucius. ff. de euic. tenetur tñ soluere precium illius rei secundum Inno. & alios in c. quę in ecclesia. ff. de consti. bona gl. in l. si locus. in §. fi. ff. quęmad. serui. amit. tex. in l. mulier in opus. ff. de cap. & postli. re. & in l. 2. C. in quibus cau. serui pro lib. præmi. acci. Notate tamẽ quod nullo casu recuperat fructus perceptos, etiam ex bonis per fiscum non alienatis, secundum Ange. hic Bal. in l. fin. C. de sen. pas. & in c. domino guerrã. hic finitur lex Corra. Alexan. & Are. hic allegant tex. in authen. idem de Nestorianis. C. de hæret. & Manich. in quo non quiescit animus, quia verbum restituo, est generale, & complectitur etiam fructuum restitutionem. l. videamus. in §. in Fauiana. ff. de vsur. l. in condemnatione. ff. de reg. iur. Præterea, restitutio est positio in pristinum statum. l. quod si minor. in §. restitutio. ff. de mino. l. 1. C. de senten. pas. Facit, nam postliminium & restitutio a principe concessa ęquiparantur. l. si quis filio exhæredato in §. pe. ff. de iniusto, rup. sed postliminium retro trahitur. l. retro. ff. de cap. & postli. reuer. ergo restitutio, si ergo retro trahitur, ergo ad fructuum perceptionẽ trahi debet. Istam consequentiam facit hic Aretin. per text. in leg. patri. in §. ex diuerso. ff. de minori. Facit text. cum gloss. in leg. donationes, quas parentes. C. de dona. inter vir. & vxo. & istam partem tenet Nellus in tractatu bannitorum, in prima parte tertij temporis. q. 7. Non obstat tex. in authen. de Nestorianis. quia ſm Nellũ dicto loco loquitur in cõcessione, quæ fit de nouo, non autem in restitutione. quæ solutio est contra illum tex. dum dicit, restituenda his, &c. & sic loquitur in restitutione, non autem in concessione ideo aliter, & melius, potest dici, & ideo ibi in restitutione non comprehenduntur fructus, quia lex processit vlterius expresse disponendo quod fructus non sint restituendi, igitur &c. Et ratio quare lex ita statuit ne fructus restituantur, fuit. ne nimium grauentur possessores talium bonorum, quia fide catholica non discesserunt prout, alij, & fauore fidei multa sont statuta cõtra regulas iuris communis in capite fidei fauorem de hæreticis libro sexto & sic ille textus posset torqueri ꝯ communem opi. arguendo a specialitate. l. ius singulare. ff. de legi. l. 1. in fi. ff. ad Municipa. cũ si. Tenendo tamen cõmunem sententiam limitare eam nõ procedere in restitutione, quæ fieret per viã iustitiæ l. patri in §. ex diuerso. ff. de mino. quia illa est fauorabilior, vt dictũ fuit. s. Et prædicta inducit hic Bartol. ad quæstionẽ, de qua hic per eum. Addo, quod uoluit idem Bar. in l. si indebitum in §. fin. ff. rem
122 ra. hab. ubi dicit † qđ ratihabitio, quæ solet trahi retro l. fi. C. ad Macc. non trahitur in præiudicium iuris alterius acquisiti. similiter

militer dixit Bal. in l.2. in 52. q. ff. de re. diui. si vasallus propter incęstum amisit, feudũ qđ domino fuit acquisitum, illud non recuperat obtenta dispensatione a Papa super tali crimine Dixit etiam do. Abb. in c. at si clerici. in. §. de adulterijs in. 3. colu. de iudi. cum multis alijs, quę allegat Feli. in c. inter quatuor de maio. & obe. Priusquam aggrediar alteram quæstionem Bar. de legitimatione, aggredior quandam difficultatem. Scitis ꝙ natiuitate liberorum reuocatur donatio. l. si vnquam. C. de reuo. do. an reuocetur ista donatio per legitimationem factã de filio naturali. Bal. in l. 1. in pen. col. C. de inoffi. dona. decidit qđ non, nisi fiat citato ipso donatario. Idẽ tenet Bal. in l. si. C. si qd in frau. pat. Sali. in l. si totas. C. de inoffi. dona. Moder. Senenses dicunt se alias consuluisse contra dictum Bald. nec exprimunt rationes, quibus moti fuerint contra Bal. Cogitaui pro opinione ipsorum posse adduci vrgentem rationem. Nam dispositio d. l. si vnquam, est fundata super præsumpta voluntate donantis, qui si cogitasset se habiturum filios, hanc donationem nõ fecisset. ar. l. cum acutissimi. C. de fideicom. in l. cũ auus ff. de cõdi. & demon. Et quòd ista sit ratio dictę legis, firmat Barto. in l. Titia Seio in. §. Imperator. ff. de leg. 2. Bald. in l. 1. C. de inoffi. don. Imo. & d. Abb. in c. fin. de dona. cum multis cõcor. quę possunt adduci. Et istud probatur in illo tex. si recte inducatur. Nam dicitur ibi ꝙ nato filio reuocatur donatio, & bona reuertuntur in ius & ditionem patris donantis, ergo fauore patris fit ista reuocatio, qui non donasset, si considerasset filium nasciturum, non autẽ consideratur fauor filij, quia tũc
123 illa bona illis acquireretur, † quia quãdo cuiquam aufertur lucrum alterius contemplatione, illud acquiritur illi, cuius fauore est inducta illa priuatio. l. post legatum in. §. amittere. ff. de his, quibus vt indig. l. si defunctus. C. de suis & legi. in verbo, quorum commodo l. sancimus l. pen. C. de lega. Hoc nũc præsupposito hic adest verisimilis & præsumpta mens donantis, qui non fecisset donationem, si cogitasset se habiturum filiũ legitimum, ad quẽ sua bona possunt peruenire, cum in nullo differat a filijs legitimis & naturalibus. §. illud in auth. quibus mo. nat. effi. sui. §. reliqui in auth. quibus mod. nat. effi. legi. cũ si. Facit, quia filius legitimatus nõ minus excludit substitutum, q̃ filius legitimus & naturalis, prout firmat Imo. & ibi late do. Alexan. in l. ex facto. in. § si quis rogatus. ff. ad Trebel. late do. Alexan. in consi. 2. qđ incipit, visis codicillis, & in consi. 25. incip. circa primum, de quo quęritur, & in consi. 66. inci. cõsideratis his, quę in themate narrantur in. 4. colu. & in consi. 94. in
124 1. volum. † Pręterea, vt inquit hic Barto. legitimatus dicitur quidam posthumus, sicut ergo natiuitate posthumi extinguitur donatio, ita etiã per legitimationem factam de filio naturali. Sequor opi. Bald. quam credo verissimam, pro qua adduco hanc rationem, Non possumus inficiari quin perfecta donatione sit acquisitum plenissimum ius ipsi donatario l. perfecta C. de dona. quæ sub modo. §. perficiuntur. Insti. de dona. Ideo in pręiudicium iuris sibi acquisiti non potest fieri legitimatio, nisi eo citato & consentiente, alioquin est inualida ipsa legitimatio. Doctrina est Bart. hic in vltimis verbis, cum quo communiter trãseunt doc. Si ergo fiat legitimatio, donatario prius non citato, & non consentiente, est inualida, igitur censeri debet perinde, ac si non esset facta l. si cum nullum. C. de legi. heredi. l. quoties. ff. qui satisd. cog. cum si. Non obstat ratio in cõtrarium allegata, quia illa procederet, quando legitimatio esset facta cum suis debitis solemnitatibus, videlicet citato & consentiente donatario, alias secus. Limita hanc conclusionẽ non procedere in legitimatione, quę fit per subsequens matrimonium, secundum Bal. in d. l. 1. Nunquid autem si pater faciat testm̃, in quo filium naturalem pręteréat, qui postmodũ legitimatur viuente patre, an dictum testamentum vitietur. Pet. de Anch. in consi. 292. incip. in successione ab intestato tenet quod vitietur ipsum testamentum. Idem tenet Bal. in l. filius a patre in. §. 1. ff. de libe. & postho. Paul. de Cast. in cõs. 221. inci. super puncto isto plura & subtiliter in pen. col. & Ang. in cons. 71. inci. per reformationem communis populi & Florẽtię. Panor. cõs. 87. inci. in quæstione, quæ vertitur inter Iulianũ in. 2. & 3. col. de quo etiam per Bal. in c. innotuit de elec. & in l. cum in adoptiuis. C. de adop. Postremo Bar. hic inducit istam glo. ad quæstionem de filio post mortem patris legitimato. Et quia ista quęstio diffuse est examinata per do. Alex. Are. mod. Seneñ & latius omnibus per insignem præceptorem meum, decreueram istam materiã intactã dimittere, sed vt morẽ geram votis vestris, aliqualiter in ista quęstione immorabor & eunt ũ post optimorum messorũ terga aliquas spicas, si quas inuenero recolligã, ideo vt ista materia per ordinẽ tradatur, vt ẽt dicũt hic Mod. aliqua sunt per ordinẽ dicenda. Primũ est, an legitimatio facta de filio trahat retro. Secundo, an legitimatio, q̃ fit post mortẽ p̃ris, auferat hẽreditatẽ veniẽtibus ab intestato. Tertio, an in legitimatione, q̃ fit filio, sit opus citare veniẽtes ab intestato. Circa primũ articulum facio duas ↄclusiones.
125 Prima sit conclusio, † legitimatio facta de filio trahatur retro quo ad ea, quę sunt sibi fauorabilia, & alteri non præiudicant. Ista conclusio probatur in l. fi. ff. de natal. resti. iuncto. §. liceat igitur in auth. quib. mo. natu. effi. leg. in verbo, naturę restituere, & antiquę ingenuitati. & tex. in. §. si quis ergo in auth. quib. mo. nat. effic. sui. ibi, & voluerit eos naturę restituere, & antiq; ingenuitati. Ex qua cõclusione inferuntur quatuor correlaria. Primũ inferẽ ꝙ stante consuetudine ꝙ filius primus succedat in regno vel in comitatu, si filius primo genitus legitimẽt post natiuitatem filij secundi legitime nati, nõ preferetur ei in successione regni. Ita concludit Io. And. in c. sine culpa de regu. iur. in merc. & in c. si pro te. de rescri. lib. 6. & in c. innotuit. de elec. Albe. Bal. Paul. de Cast. & Moder. in l. quoties per illũ tex. C. de rei ven. quia filio secundo genito est acquisitũ ius succedendi in regno spe probabili, in cuius præiudicium non debet trahi ista legitimatio c. quamuis de rescri. lib. 6. c. si pro te. eo.
126 tit. Infertur & secundo, † quòd ordinatio facta de illegitimo validatur per legitimationem sequentem, ex quo alteri nõ paratur pręiudiciũ. Secus si alteri, qui medio tẽpore ad eandẽ dignitatẽ fuit promotus, fieret pręiudiciũ. Sic intelligo not. per Io. And. in c. innotuit de elec. Inferẽ & tertio ꝙ si testator filiũ spuriũ instituat, quẽ postea facit legitimare eo viuente, recõualescet ista legitimatio, & trahetur retro, quia nulli præiudicat, cũ viuat p̃r, de cuius hẽreditate agiẽ l. 1. in. §. si quis impubes. ff. de colla. bon. Et ita tenẽt Ang. & Imol. in l. si alienum in. §. in extraneis. ff. de acqui. hęr. Bal. in l. certe. C. vnde legi. Are. & pręceptor meus hic. Infertur & quarto, quòd si pater substituat pupillariter filio naturali, qui legitimatur post mortẽ patris reconualescet ista substitutio pupilla. quia cũ nulli fiat præiudicium, trahitur retro ista legitimatio ad tẽpus natiuitatis. Et ita concludit Bar. & ibi doc. eum sequuntur in l. 2. in princ. in 2. q. prin. inf. de vulga. & pup. Infertur & quinto, ꝙ si pater faciat testamentũ inter filios naturales cũ duobus testibus, reconualescet huiusmodi testm̃, si postea legitimarentur, quia secundũ Bal. in c. de causis de offi. deleg. dispositio l. hac consultissima. in. §. ex imperfecto. habet locũ in filiis legitimatis. Et ista ↄclusio probatur in. §. reliqui. in auth. quibus mod. nat. effic. sui in verbo, legitimas. n. damus habere successionis, quas habent hi
127 qui ab initio sunt legitimi. Secunda sit conclusio, † Quo ad ea, quæ sunt alteri præiudicialia, & quæ auferũt ius alteri acquisitũ, legitimatio nõ trahiẽ retro. Tex. est in. §. liceat in auth. qbus mod. nat. effi. leg. in verbo, suos decętero, & dum dicit, & hoc facto filios exinde cũ solatio. & ibi no. Ang. illũ tenet. Et facit ratio, quia legitimatio est quædam restitutio natalium. d. §. liceat, sed restitutio nõ trahit retro in præiudicium iuris medio tempore alteri acquisiti. c. quãuis de rescrip. lib. 6. gl. & scribentes hic. Facit qđ voluit gl. Bar. in l. indebitum in. §. 1. ff. rem rat. hab. Ex qua conclusione verificatur decisio Io. And. in c. sine culpa de reg. iur. in mercu. de qua lege facta fuit mentio. Circa secundam difficultatem, an legitimatio auferaẽ a venientibus
128 ab intesta. Facio duas conclusiones prima est. † Si legitimatus fuerit filius viuente patre, non est dubium qđ pręiudicat, quia nullum ius habet viuente patre d. l. 1. §. si quis impubes l. qui superstitis. ff. de acqui. hęre. Item quia pater potest eis pręiudicare dilapidando bona sua, quod est ei permissum l. sed si lege in. §. cõsuluit. ff. de peti. hęre. ibi, dum se abuti putãt gl. in l. 1. C. de inoffi. dona. vel extraneos hęredes instituendo. ergo & filios naturales legitimando. Quæ conclusio limitatur quatuor modis, & primo vt procedat in bonis patrimonialibus, in quibus liberam habet potestatem l. non vlque adeo. ff. si quis a parẽ. fue. manu. secus in alijs bonis, de quibus libere non potest disponere. Verbi gratia, rex Francorũ non posset filium suum legitimare in præiudicium consanguinei, cui cõsuetudo defert regnũ rege moriente sine liberis legitimis. Ita limitant Ioan. de Imol. & Domi. in c. grandi. de supplen. neglig. prælа. lib. 6. quos sequitur d. Alexã. hic, & cons. 25. & 66. & 94. inci. cõsideratis his, quæ in themate narrantur in primo vol. & Alex. in cons. 60. in 2. volum. Secũdo limita, vt illud procedat in p̃re, qui põt facere legitimare in pręiudiciũ filiũ legitimorum. Secus tamen est in filio naturali, qui non posset se facere legitimare in præiudicium legitimorum tex. est in §. si qs igitur fuerit in auth. qbus mod. nat. effi. sui. Ex quo ĩfert ibi Ang. ꝙ habens authoritatẽ legitimandi, non posset filium naturalem legitimare ad eius petitionẽ, & idem tenẽt Are. hic, & alij
129 scribentes. † Sed hic insurgit difficultas, nunquid filius naturalis possit facere se legitimare non extantibus filijs legitimis, ita quod pater succedat vt legitimus. Doc. sentiunt qđ sic, pręsertim do. Fran. Are. dum dicit, viuente patre filius nõ potest se facere legitimari existentibus legitimis, patre non cõsentiẽte, ergo secus est nõ extantibus filijs legitimis. Et istud videtur probari in d. §. si quis igiẽ, ibi, qui vero ad hoc per semetipsum procedit, tũc audietur, cum nullus legitimorum filiorum existit. Breuiter puto contrarium in legitimatione, quæ fit per rescriptum principis, qđ patre non consentiente fieri non possit, etiam non existentibus legitimis, ne filius inuito patri suus

agna-

egnascatur l. in bello, in §. medio, ff. de cap. & postli. reuer. §. li
cet aūt Instit. de adop. Item quia filius non potest a patre legiti
mari, nisi ipse filius consentiat, §. generaliter, in authent. quib.
mod. nat. effic. sui. Igitur econtra, non debet filius posse facere
se legitimari nisi pater consentiat, arg. tex. in §. filium, in authē.
quib. mod. nat. effic. sui. Nō obstat tex. in d. §. si quis igitur, quia
procedit in legitimatione, quæ fieret per oblationem curię. Se
cus ergo est in legitimatione, quæ fieret per rescriptum princi
pis. Et rō diuersitatis est, nam legitimatio, quæ fit per oblatio-
nem curię, etiam si fit patre non consentiente, ipsi patri posset
prodesse, & filio obesse, quia huiusmodi filius non potest se ab
stinere ab hæreditate paterna, imò inuitus cogitur eam ample
cti. Casus est multum singularis in §. qñ autem varię. in auth.
quib. mod. nat. effi. sui. interest autem patris habere hęredem,
ne eius bona a creditorib. distrahantur. §. 1. Instit. quib. ex cau.
manu. licet. Instit. de hęre. qualita. & diffe. Sed istud non habet
locum in his, qui alijs modis legitimantur, quib. est permissa
facultas abstinendi se ab hæreditate paterna, vt tenet Bal. in c.
per tuas, de maio. & obe. Alex. in l. necessarijs. ff. de acqui. hær.
Et istud, quod dictum est de legitimatione, quæ fit per obla-
tionē curię, procedit in filio ingrediente religionem, qui fit le-
gitimus, cū offeratur curię cęlesti, secundū Bal. post Gulie. de
Cuma. in l. 1. in 5. col. C. de sac. san. eccl. & sic patri ab intestato
130 succedere poterit. † Tertio limita conclusionē Bart. qñ pater,
qui fecit filium legitimare, expressit se habere filios legitimos
& naturales, & eis non existentib. expressit habere cognatos si
bi legitimos successores. Alias huiusmodi taciturnitas vitiaret
legitimationem. Sic tenet Iac. de Belui. in §. qñ, in auth. quib.
mod. nat. effi. sui. d. Anto. in c. per venerabilem, qui fil. sint leg.
Aret. consi. pen. incip. magnifici & excelsi domini, in pen. col.
Paul. de Cast. hic, & in cōsi. 60. incip. visa legitimatione, in pen.
col. Alex. in d. consi. 25. Et rō est, quia si principi fuisset expres-
sum quod iste pr̄ haberet filios legitimos, non ita de facili legi-
timasset diminuendo spem, quam habent filij in bonis pater-
nis l. nec ei. in §. præterea. ff. de adop. taciturnitas autē eorū, qui
principem difficiliorem reddidissent ad concedendum, vitiat
concessionem. c. postulasti. de rescr. Quarto limitatur, quando
filius fuit legitimatus viuente patre, secus si cū eo fuerit dispē-
satum, quia tunc non valet huiusmodi dispensatio, nisi citatis
filijs legitimis, qui lędi possunt. Ita limitat Pet. de Anch. in con
sil. 240. incip. ex tenore priuilegij, quia s̄m eum dispensatio re-
quirit causæ cognitionem, alias dicitur quædam dissipatio, sed
vt aliquid dicatur factum causa cognita, requiritur citatio eo-
rum qui lędi pñt l. nam ita diuus ff. de adopt. l. in causæ. §. causa
cognita. ff. de mino. Idem tenet præfatus doctor in consi. 428.
& ita alias fuit consultum per do. Maria. Soc. & dom. Ioan. de
131 Ana. & † differentia inter legitimationem & dispensationem
est, quia quando filius legitimatur quo ad certos actus, vt quia
dicitur quod patri possit succedere ad honores, & ad dignita-
tes promoueri, hæc appellatur dispensatio, non autem legiti-
matio, s̄m dom. Petrum in loco superius alleg. & Paulum de
Castr. in consilio 221. incipien. super puncto isto plura & sub-
tiliter, & vt declarat magistraliter dom. Anton. in c. per vene-
rabilem, qui fil. sint leg. in 7. char. versic. nūc vltimo videamus
de effectu legitimationis, duplex est legitimatio, vna restituti-
ua, altera dispensatiua. Restitutiuam appellat, quādo filius per
omnia legitimatur, & per omnia reintegratur primęue natu-
ræ, & s̄m eum ista est duplex plenissima, quædam est plenior,
vt ibi latius per eum. Dispensatiua est, qñ secum dispensaretur
non obstante illegitimate, & aliquid ei particulariter confer-
tur, & ista non est legitimatio, sed est quædam dispensatio, &
de hac materia copiose & eleganter pertractat. dom. Anto. de
Rotellis in tract. legitimatio. sub rub. de causa fi. vel effectiua.
132 vbi prosequitur quatuor species legitimationum. † Quinto &
vltimo limitatur in Comite Palatino habente potestatem a
principe legitimandi, quia ipsi non censetur tradita potestas
legitimandi extantibus filijs. Ita firmat Paul. de Cast. cōsi. 222.
incip. super eo quod primo loco quæritur in 3. col. vbi dicit qđ
iste non censetur habere potestatem legitimandi, nisi in casu,
in quo deficiāt legitimi successores, quib. nulla fiet iniuria nec
præiudicium, arg. l. si quando C. de inoff. test. & idē sentit Paul.
de Cast. hic. Bal. c. domino guerram. in princi. in tit. hic finitur
lex Corradi. Bal. l. cum filius ff. de lega. in li. Alex. consi. 60. in-
cip. visa legitimatione in 2. vol. pro ista limitatione facit, quia
in dubio nunquam vr̄ data potestas, vt quisquam possit aufer-
re ius alteri quæsitum ēt si dicatur, ꝙ possit id, quod pōt conce
dens, s̄m Bar. l. dotalem ff. de mili. test. & l. ambitiosa. ff. de de-
cre. ab ordi. fact. & per eam rōnem idem tenet Aret. cōsi. pen.
incip. Magnifici & Excell. Domini. vlt. col. idem ēt tenet Aret.
133 hic. † Circa secundā difficultatem, legitimatus post mortē pa-
tris non pōt auferre bona his, qui ab intestato successerūt, quia
legitimatio est quędā restō. §. liceat, in auth. quib. mo. nat. eff.
sui. quæ non trahitur retro ad ius alteri acquisitum, per ea quæ
no. gl. nostra hic, cū his, quæ super ea deducta fuerunt. Et istam
conclusionē firmant hic Bar. Bal. Ange. & alij, quos allegat do.
Alex. Quæ conclusio limitatur, qñ hæreditas esset adita per ve-
nientes ab intestato. nam ex quo eis ius est acquisitum incom
mutabile, non potest per legitimationem auferri, secundum
Paul. de Cast. in cons. 222. incip. super primo dubio videtur di-
cendum. Idem tenent Alex. & Aret. hic cum alijs, quæ ipsi al-
legant. Sed quando hæreditas nondum esset adita, in corū prę
iudicium legitimatio fieri posset, quia ius adeundi hæreditatē
non dicitur esse in bonis nostris priusquam adeatur l. precia re
rum ff. ad legem Falci. quem text. Bal. dicit singularem l. 2. C.
de iuris & fact. igno. Dyn. tamen in cons. 10. incip. quæstio talis
est, tenuit opinionem contrariam, quod imò post aditam here
ditatem legitimatio fieri posset in præiudiciū adeuntium. Mo-
uetur primo, quia legitimatio est quædam restitutio prioribus
natalibus §. & liceat, in auth. quibus mod. nat. effi. sui. Sed resti
tutio ęquiparatur iuri postliminij l. si quis filio. §. quatenus. inf.
134 de iniusto, rup. irritoq; testamento. † Constat aūt quod filius,
qui post mortem patris reuertitur ab hostib. excludit oēs alios
remotiores contendentes de successione l. si nece. ff. de bo. lib.
& d. l. si quis filio. §. sed si pater. Secundo adducit causam, quæ
ab initio impedit actum, si ex postfacto superueniat impedit
effectū eius quod de iure procedere poterat l. si constante. §. fi.
ff. sol. matri. l. post finitam. ff. de suspec. tut. Sed si ille filius ante
aditam hæreditatem per hæredes fuisset legitimatus, remotio
res in gradu exclusisset §. reliqui. in authen. quib. mod. nat. eff.
sui. ergo si ex postfacto est legitimatus, eosdem debet exclude-
re. Tertio mouetur, multum refert an per actum superuenien
tem quis reponatur in nouum statum, quem nunquā habuit,
an vero restituatur statui, qui eidem ab origine naturę videtur
inhęsisse l. non putauit. §. si quis emancipatum ff. de contrata-
bulas. iuncta. l. filio quem pr̄ sup. de libe. & posth. Sed per legiti
mationem filius restituitur prioribus natalibus d. §. liceat. Nō
est ergo absurdū quod legitimatio de eo facta trahatur retro
in præiudicium illorum, qui adiuerunt. Tenēdo communem
sententiam, non obstant hæ rationes Dyn. licet pulchrę & per
suasiuæ. Et ad primam respondetur quod non est par ratio in
filio, qui reuertitur ab hostibus post mortem patris, & in filio
legitimato. Nam quando pater mortuus est filio capto ab ho-
stibus, spes est probabilis de iure quod iste reuertatur in ciuita-
tē, & liberetur a captiuitate, ideo alij remotiores in gradu non
possunt adire hæreditatem illius defuncti, vt per Bart. hic, & in
l. si quis sub conditione, in prin. sup. de test. tute. Non est ergo
mirum si filius post mortem patris liberatus ab hostibus recu
peret hæreditatē patris. Sed quando pater mortuus est relicto
filio illegitimo, non prohibentur legitimi successores eius hæ-
reditatem adire, quia quod filius legitimetur, hæc non cōside-
ratur, cum dependeat a voluntate ipsius principis, ideo non hr̄
in consideratione. l. 2. §. tractatum ff. ad Tertull. l. apud Iulianū
§. constat. ff. de leg. 1. Si ergo adeant hæreditatem, legitime ac-
quiritur eis ius in ea, quod non potest auferri per legitimatio-
135 nem superuenientem. Ad secundā rationem rn̄detur † quod
imo ex quo aditio legitimū sortita fuit effectum, non dēt pos-
se rescindi per legitimationē superuenientem l. nec. n. ff. de iti-
ne. actuq; priua. l. sancimus. C. de admi. tuto. Non obstat tertia
ratio, quia legitimatus non restituitur statui, in quo prius erat,
quia nunq̄ fuit legitimus, sed restituitur natalib. in quib. ab ini-
tio oēs homines fuerunt, antequam esset distinctio inter legiti
mum & inter illegitimum l. 2. ff. de nata. rest. iuncto. d. §. licet.
Et ita rn̄det hic Aret. multum subtiliter. Inquantum tamen di
ctum fuit ꝙ filius pōt legitimari anteq̄ hæreditas adeatur per
legitimos successores, hoc sane intelligatur, si facta fuerit mētio
in supplicatione de iure ipsorum agnatorum quibus com-
petebat facultas adeundi. Alioquin legitimatio illa censeretur
subreptitia, & sic nulla ipso iure. c. si motu proprio. de præben.
lib. 6. quia, vt sup. dictū fuit, pater faciens filium legitimari, dēt
exprimere se habere filios legitimos, ne diminuat eis spes pro-
babilis succedēdi. l. nec ei. § præterea. ff. de adop. Bar. l. is potest,
in 3. col. ff. de acquir. hære. Quod ius non est omnimodo certū,
cum multa possint contingere quod non succederent, vt quia
bona dilapidaret pater, vel ea in mari proijceret, iuxta ea, quæ
habentur in gl. l. 1. C. de inof. dona & per Bart. l. sciendū ff. qui
satid. cog. Multofortius in casu nr̄o fieri debebit mētio de iu-
re cognitorum, qđ ius est magis certum, cū sit mortuus is, de
cuius hæreditate agitur l. 1. §. si impuberis ff. de collat. bono. in
ver. præmatura est. n. species collationis. sumpto arg. a contra-
136 rio sensu. † Secundo limitatur hæc conclusio, quando hæredi
tas esset adita per agnatos, sed nondum esset apprehensa bono
rum possessio, quia in eorum præiudicium princeps legitima-
re posset. Ita vult Paul. de Castr. l. 7. sup. de testa. & in l. cum hæ-
res. in prin. ff. de acquir. pos. & in consil. 227. supra allegato. Eo
quia dominium acquisitum mediante aditione est de iure ciui
li, vt per glo. l. 1. ff. de acquir. rerum dominio. igitur per princi-
pem sine causa poterit tolli. Et hoc etiam tenet do. Alex. cons.
2. incip. visis codicillis. in 10. col. in 1. vol. Aret. in l. 3. supr. de te-

sta. quasi cachinnatur de ista consideratione Pau. de Castr. eo
quia dominiū semper est de iure gentium, licet aliqui modi il-
lud acquirēdi fuerint introducti de iure ciuili. per Bar. l. ex hoc
iure. ff. de iustitia & iure. Præterea Bald. rescripta. C. de preci-
bus Impera. offeren. dicit dominium acquisitum mediante adi
tione esse de iure gentium. Præterea, secundum eum, licet do
minium acquisitum ex aditione hæreditatis dicatur vtile, vt di
cit glo. l. fi. in verbo, in rem. C. de sacrosan. eccle. & auth. do-
nationum. C. de iure dotium. Bonus tex. l. 1. C. de don. quę sub
modo. Attamen tale dominium non potest auferri per princi-
pem, sicut nec directum l. possessores. C. de fundis patri. lib. 11.
c. 1. & qđ no. Bal. de natu. feudi. in vsibus feudo. His rationibus
137 † non obstantibus arbitror considerationem Pau. de Cast. esse
veriorem, quam anno transacto consulendo sequutus sum, &
ad sic tenendum adducebam aliam vrgentiorem rationē, &
considerabam ꝙ aditio hereditatis est de iure ciuili. Princeps
itaq; sine dubio potest istam aditionē rescindere. Rescissa er-
go aditione hæreditatis, in quandam consequentiam auferri
dominium acquisitum ex ea, licet dicatur de iure gentiū. Hoc
suadetur optimis rationibus. Nam per sententiam sequuta tra
ditione transfertur dominiū l. statu. libe. a cæteris. §. 5. ff. de sta-
tu lib. Bar. & scribentes in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. & in l.
Pomponius. ff. de acqui. pos. §. si iussu. Et tñ princeps potest
concedendo supplicationem rescindere sentētiam, & per cō-
sequens auferre dominium ex ea acquisitū auth. quę supplica
tio. C. de pręci. Impe. offe. & c. suscitata extra, de resti. in integ.
Similiter mediāte præscriptione quis acquirit vtile dominiū.
l. sicut. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. gl. & per Scribētes auth.
nisi tricennalis. C. de bonis mat. & pręscriptio excludit omnē
138 actionem c. ad aures. de præscri. † Et tamen rescindi pōt præ-
scripto beneficio restitutionis in integrū, qua rescissa auferret
dominium acquisitū, licet dicatur de iure gentiū, vt no. Bart.
in l. 1. §. si quis propter inundationem. ff. de iti. actuq; priua. cū
concordantibus, de quibus per do. Alex. in l. cū filius. §. in hac.
ff. de verb. obli. Et latius per d. Feli. in c. vigilanti de præscript.
Facit, & tertio, bonus tex. in l. 1. §. de qua re. ff. de postulando.
vbi inferior a principe, principaliter quempiā famæ restituere
non potest, potest tamen in quandam consequentiam tollere
infamiam rescindendo sententiā beneficio restitutionis in in-
tegrum, quia tūc incidenter tollitur infamia, quæ processit ex
ea. Et per illum text. refert do. Abb. in c. at si clerici. §. de adul-
terijs in. 7. col. de iudicijs ꝙ episcopus dispensando in crimine
adulterij. quod est ei permissum, tollit in quandam consequē-
tiam infamiam, quā incurrerat cōdemnatus eo crimine, iuxta
ea, quæ habentur in l. 1. ff. de his qui no. infa. Et ex prædicta ra-
tione patet responsio ad fundamentū do. Are. Circa tertiā vlti
139 mam difficultatem breuiter facio tres conclusiones. † Prima
sit, Si pater, dum viuit, filium suum faciat legitimare, vel man
det in testamēto ꝙ legitimetur, nō est citatio necessaria aliquo-
rū, quia nullius interest, cū viuat is, de cuius hęreditate agitur. Ita
concludit hic Bar. idē tenet Bal. in rub. de rescript. & l. fi. C. qui
bus res iudica. nō nocet. Abb. in cōs. 75. cū alijs concordātibus
de quibus hic per nouissimos. Limitatur hæc conclusio in ca-
su in quo pater habet filios legitimos & naturales. nam tunc
legitimatio de filio naturali fieri non potest, illis nō citatis. Ita
decidit Bal. l. nam ita diuus. ff. de adopt. Item Bal. in auth. præ-
terea. C. de natu. libe & do. Alexan. in l. ex facto in 6. col. inf. de
vul. & pupil. dicens se ita consuluisse in ciuitate Florentię qđ
etiam tenet Pet. de Anch. cons. 242. incip. ex tenore priuileg. j
apostolici. in ver. secundo pro hac, licet tamen loquatur in di-
spensatione, non in legitimatione. Circa quam limitationem
dubito, eo quia pater præiudicare potest filijs, dilapidando bo
na sua, vel illa alienando titulo oneroso, vt per gloss. l. 1. C. de
inoffi. dona. & per Bar. in l. hæreditarium. ff. de bonis auth. iud.
possi. Facit tex. l. non vsqueadeo. ff. si quis a parē. fuerit manu-
missus. ergo eis potest præiudicare etiam legitimando filium
naturalem, per quam legitimationem non in totum auferre-
tur ius succedendi, sed solum diminuitur. Præterea, excepta le
gitima, quæ filiis præstanda est, pater de bonis suis libere po-
test testari, & extraneos instituere l. parentibus. C. de inoffi. te-
stam. Cur ergo eis non pōt pręiudicare legitimando filiū na-
turalē, quia propter hoc ius non aufertur legitima. Pręterea,
140 † filius viuente patre ideo dicitur habere ius in bonis paternis
ex quadā pręsumpta voluntate ipsius patris, qui ex voto quo-
dam naturali omnia liberis parat l. pen. in prin. ff. de bon. liber.
Sed alio modo nō dicitur habere aliqđ ius viuente patre, arg.
tex. in. d. §. si qs impubes, & tex. l. ex Cornelia. ff. de vul. & pup.
in verbo, quia nulla bona in ciuitate relinquerat. Quod etiā pa-
tet, quia si filius viuente patre haberet spē in hæreditate pater-
na, de illa posset disponere eo viuente l. spem C. de dona. & in
l. 1. C. de pac. Sed hoc est falsum, quia nō pōt disponere, vt per
Bar. in l. filius ff. de solu. vbi dicit ꝙ si filius viuente patre libe-
rat debitorem patris ex causa lucratiua, illa nō nocet filio post
mortem patris, qđ etiam tenet Spec. in titu. de pac. in ver. si fi-
lius Domini. in c. quamuis de pact. lib. 6. Paul. de Cast. in l. fi-
lius paciscendo. C. de pac. Raph. Fulg. & Paul. in l. fi. C. de pac.
Idem tenet Bal. Paul & Alexan. in l. vt funm. §. si ante aditam.
ff. de pac. vbi dicit ꝙ si filius donaret partem hereditatis pater
nę viuente patre, ista donatio esse inualida, nisi pater consen-
tiret, de cuius hereditate ageretur d. l. fi. ergo pater ꝙ filius nō
debet citari, & qđ in eius pręiudiciū fieri potest legitimatio, &
ita si casus de facto contingeret, indubitanter consulere pro
ista opi. quam etiam tenuit Fed. de Sen. consi. 47. inci. videtur
mihi qđ in priuilegio legitimationis do. Ant. c. per venerabilē,
141 qui filii sint legitimi. † Secunda sit conclusio ex doc. Bar. Mor-
tuo patre filius se non potest legitimari facere in præiudicium
illorum, quibus est ius quæsitum, nisi illis citatis & consentiē-
tibus l. pen. ff. de nata. rest. Et illa decisio est multum notanda.
Ex qua infero, cōmunis est opi. quod legitimatus excludat sub
stitutum, vt per doc. late in l. generaliter. §. cum autem. C. de
insti. & substi. sub condi. fac. & latissime per Barba. in l. cum
acutissimi. C. de fideicom. Ista ꝯclusio procedet, si substitutus
sit citatus, & consentit legitimationi. alias secus, quia viuente
herede, habet ius in talibus bonis subiectis fideicommisso, vt
per Bart. in l. is potest. 3. col. inf. de acqui. hære. ideo in eius prę-
iudicium hęc legitimatio fieri non potest. Facit tex. in ratione
sui in l. fideicommis. ff. de condi. & demon. Et ita tenet Pet. de
Anch. in consi. 428. incip. circa primum quæsitum Alexand.
in consi. 57. incip. consideratis, & in consi. 94. in. 2. volum. Et
idem tenent communiter Scribentes hic. Contra quam con-
clusionē posset sic argui. de lega. 1. in. §. pe. ff. de ventre inspi. vbi
si est cōtentio inter heredem & alterū de hęreditate, substitutus
non debet citari, ex quo principaliter causa tangit hæredem.
Solutio. Responderi potest ex d. Barto. in l. in diem. ff. de aqua
142 plu. arcen. Tertia & vltima sit conclusio, † In omnibus casi-
bus, in quibus princeps potest legitimare in præiudicium iu-
ris alteri acquisiti, hæc legitimatio fieri potest non requisitis
his, de quorum præiudicio agitur, si princeps hoc voluerit l. 2.
ff. de na. resti. dum dicit, principes nō solent de facili restituere
patrono non consentiente, ergo si volunt, possunt, licet cū dif-
ficultate fiat, quia qđ vix fit, tamen fieri dicitur c. 2. de cogna.
supir. lib. 6. Idem tenet dom. Ant. in c. per venerabilem in. 33.
colum. qui filii sint legit. do. Abb. c. cō olim. de sent. & re iudi.
Bal. in l. fi. C. quibus res iudi. non nocet. Pau. de Cast. in consi.
127. in penul. col. in ver. postq̄ igitur Imperator. cum alijs con-
cordantibus, de quibus hic per dominum meum. Aduertite
tamen in primis, quia tex. in d. l. 2. super quo se fundat Bar. non
ꝓbat, quia nō innuit quòd restitutio fieri possit nemine cita-
to, sed innuit qđ fieri potest restitutio alteri pręiudicialis, cau-
sa tamen cognita. Et ita illum tex. intelligit Bar. l. 2. C. de tem-
po. appella. dum dicit, in his, quæ cognitionem causæ requirūt
vel partem multum ledunt, pars debet citari. Et allegat gl. l. 2.
143 ff. de natal. resti. Intelligit ergo Bar. illam legem ꝙ † princeps
non restituit aliquem faciliter, sed cum difficultate, quia requi
ritur causę cognitio. Facit tex. in c. 1. de causa pos. & proprieta.
vbi dicitur, parte inaudita quicq̄ non possumus nec debemus
diffinire. Similiter ratio domini Abb. in d. c. cum olim. quę an-
te eum fuit Bald. in l. fi. C. quibus res iudi. non nocet, nō mul-
tū concludit, dū dicit quòd in concessione priuilegii extraiudi
cialis, non est necessaria partis citatio, allegando cap. nisi cum
pridem de renun. Nam hoc non est verum, & contrarium vo-
luit Barto. in l. 2. C. de tempo. ap. Barto. in l. fin. C. de leg. Nec
etiam concludit ratio Paul. de Castr. in præallega. consi. dum
dicit, illis inuitis, de quorum agitur præiudicio, princeps po-
test legitimare, ergo eis non citatis l. 4. §. 1. in verbo, & cum
inuitis ff. de fideicommis. liberta l. qui potest inuitis. ff. de re-
gu. iur. quia ista non est bona consequentia, cum isti, si fuis-
sent citati, aliquid in medium adduxissent, quod auertisset
principem a legitimatione facienda, argumen. l. si in tres. ff.
de arbi. Propterea præceptor meus hic dixit posse teneri con-
tra Bartol. sequendo prędictam conclusionem, a qua non est
discedendum. Puto eam posse corroborari hac ratione: Ci-
tatio ex causa per principem tolli potest gloss. in l. antepe. ff.
ex quibus causis maio. Sed in principe aliquid faciente sem-
per iusta causa præsumitur gloss. in l. relegati. ff. de pęn. Cyn.
in l. rescripta. C. de præcib. impera. offer. Cano. in c. quæ ia ec-
144 clesiarum. extra, de consti. † Pro complemento quæritur etiā,
In priuilegiis legitimandi sepius apponitur illa clausula, quod
posset omnes legitimare sine præiudicio legitimorum hære-
dum, qualiter illa clausula debeat interpretari. Paul. de Castr.
in consi. 85. incip. præsupposito quod illa pater in fi. dicit quod
filii legitimati non poterunt succedere extantibus hæredibus
condito testamento, poterunt tñ succedere in præiudicium le
gitimorum heredum. Per. de Anchara. in consi. 152. inc. pro
fratribus defuncti. dicit quod illa verba debent interpretari si-
ne pręiudicio legitimorū filiorum, quia interpretādo hoc pri-
uilegiū alio modo naturalibus legitimatis potius in cōmodū
quā cōmodum infertur, & ibi latius per eū. Et hoc modo il-
lam

lam clausulam interpretatur Paul. de Cast. in consil. 226. incip. dicendum est dictam hæreditatem. Allegat in arg. no. per glo. & doct. in l. ex facto. in fi. ff. ad Trebell. Et hanc interpretationē arbitror esse magis tutam, & menti concedentis consonam, cui etiam inhæret. Dom. Alex. in consil. 51. incip. viso themate
145 suprascripto. in 2. vol. † Nunquid autem habens potestatem a principe legitimandi possit delegare legitimationem, quæ de aliquo fieri debet. Bald. in ca. fi. in vlt. q. decidit quod non, quia facultas legitimandi nō competit iure magistratus, sed est quędam potestas insignis & cęsarea l. 2. C. de adopt. ideo delegari non potest vbi latius per eum. Successiue prosequēdo aliquas quæstiones in ista materia legitimationis. Quæro, statutum disponit quod extantibus filijs masculis filiæ non possint ab intestato patri defuncto succedere. An filius legitimatus excludet filiam defuncti legitimam & naturalem. Ista est pulchra & dubitabilis quæstio, quam alias ad vtranque partem disputaui publice repetendo legem, si is, qui pro emptore. ff. de vsuc. in qua q. Bald. in l. cum acutissimi. C. de fideicomm. tenuit quòd legitimatus excludet, dictam fœminam. Et tenet Bal. in l. eam quā C. de fideicommiss. in 7. colum. vers. item fuit a me quæsitum. Et idem tenet Paul. de Cast. l. sed si hac. in §. patronum ff. de in ius voc. & in consil. 323. incip. super eo quod primo loco quæritur. in vlt. col. cum limitatione tamen, de qua ibi per eum in cōsil. 226. incipien. dicendum est. in prima. colum. dom. Alexan. in consil. 2. incip. visis codicillis. in pen. col. in 1. vol. Hanc etiam opinio. sequitur Dom. Ias. in d. l. cum acutissimi. vbi dicit quod ita bis consuluit, & quod ita fuit iudicatum. Et pro ista opinione multa adducuntur in prædictis locis, & per Lud. Roma. in l. si is, qui pro emptore. in 11. colum. ff. de vsucapio. Primo ita-
146 que adducitur. † Nam appellatione filij a lege prolati comprehenditur etiam filius adoptiuus, vbi de eius commodo tractaē. l. liberos, & l. senatoris filius. ff. de sena. l. lege Iuli. §. hoc capite. ff. de ritu nuptia. Quanto ergo magis veniet filius legitimatus, in quo adest vinculum ciuile, & naturale. argu. in §. sed hodie. Insti. de adop. & l. cum in adoptiuis. circa medium. C. de adop. Sed huic argumento tenendo opinionem contrariam posset responderi, quod assumptum procedit, vbi tractatur de commodo filij adoptiui, & alteri non fit præiudicium, quia si alteri inferatur præiudicium, appellatione filij facta a lege vel ab homine, non comprehenditur filius adoptiuus, vel legitimatus. l. 2. §. adoptiui. ff. de vaca. mune. l. fideicommissum. ff. de condit. & demonstr. l. si is, cui §. 1. & ibi Bald. & Imol. no. illum tex. pro legitimato. ff. de leg. 2. Sed in casu nostro fieret præiudicium filiæ fœminæ, quæ excluderetur ab hereditate patris sibi debita a iure naturæ. l. cum ratio. in princ. ff. de bonis damna. Igitur &c. Vel aliter, & secundo, respondetur quod cum sumus in materia statutaria, in qua verba proprie sunt intelligenda l. 1. §. is qui nauem. ff. de exercit. appellatione filij non comprehendetur filius legitimatus, qui non proprie dicitur filius, cum non sit natus ex viro & vxore l. filium diffinimus ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. Secundo adducitur tex. in l. 1. §. certe. ff. ad Macedo. vbi dispositio senatusconsulti Macedoniani loquens de filijs, quæ est odiosa. l. qui exceptionem. in princ. ff. de cond. indeb. & quę est exorbitans cum regulariter filiusfa. obligetur ex contractu l. tam ex contractibus. ff. de iudic. l. filiusfamilias. ff. de actio. & ob. comprehendit filium arrogatum. Solutio. Ista dispositio senatusconsulti Macedoniani non est correctoria iuris communis, sed est exorbitans. Ideo facilius extenditur de casu proprio ad casum improprium ex rationis similitudine l. filium ff. eod. tit. ca. cum dilecta. de confirm. vti. vel inuti. Sed statutum præmissum excludens filias fœminas propter masculos, est correctorium iuris communis, ideo difficilius fit extensio de casu ad casum, iuxta no. in auth. quas actiones. C. de sacr. sanc. eccl. Præ
147 terea, † maior versatur ratio in filio arrogato vt non obligetur ex mutuo, quam in filio legitimo & naturali, qui verisimiliter propter coniunctionem sanguinis, non ita insidiabitur vitę parentis, prout filius arrogatus, in quo deficit tale vinculum coniunctionis naturalis. Ideo ex ista maioritate rationis comprehēditur filius arrogatus. Sed in casu nostro nō militat maior, nec eadem ratio in filio legitimato, quæ versatur in legitimo & naturali, iuxta no. per Ioan. Andr. in cap. sine culpa. de regul. iur. in mer. Igitur, &c. Tertio sic arguitur, statuta recipiunt interpretationem passiuam a iure communi. l. 2. C. de noxa. Bart. in l. omnes populi. in 6. q. ff. de iusti. & iur. & in l. prima. §. lex Falcidia, ff. ad l. Falcid. Sed de iure communi legitimatus succedit patri ab intestato perinde, ac si ab initio fuisset legitimus. §. reliqui. in auth. quib mod. nat. effic. sui. colla. 7. ibi, semel enim eos efficiētes legitimos damus eis habere eas successiones, quas habent hi, qui sunt ab initio legitimi, & §. sit igitur. in auth. quib. mod. nat. effic. legit. colla. 6. in verbo, nihil a legitimis differentes. ergo prædictum statutum recipiet hāc interpretationem. Soluit hoc argumentum hoc modo, Nam id quod dicitur qđ
148 † statutum recipit interpretationem passiuam a iure communi, procedit quando ius commune disponit aliquid secundum veritatem. Secus si aliquid disponat secundum fictionem, quia tunc non fiet ista interpretatio. Doctrina est Ioan. Andr. in ca. pro possessore. de reg. iur. in mercur. quam no. Abba. in ca. innatum. de simo. Sed ius commune disponens quod filius legitimatus succedat patri, ac si esset legitimatus, procedit secundum fictionem, non autem secundum veritatem cap. tanta. in verbo, habeantur, qui filij sint legit. & ibi not. Dom. Anto. igitur cessabit ista interpretatio. Comprobatur hæc solutio. Nam de iure communi filius adoptatus succedit ab intestato, etiam extantibus filijs legitimis & naturalibus l. si te parens. C. de suis & legit. & tamen nemo dicturus est quod in casu præmissi statuti filius adoptatus in totum succedat exclusa filia defuncti, cum proprie sit filius l. fideicommissum supra de condit. & de-
149 monstr. † Quarto sic arguitur. Vbi conueniunt verba legis, & eius ratio, tunc dispositio sortitur effectum l. quarta. §. toties. ff. de damn. infect. l. quod constitutum ff. de milit. testam. Sed hic conueniunt verba legis dicta l. 2. §. certe, & d. l. liberos. Conuenit etiam ratio statuti, quod emanauit fauore agnationis conseruandę l. 1. §. penult. ff. de ven. inspici. Cyn. in l. publico. C. de adult. Ioan. Andr. in rub. de. successi. ab intesta. in addi. ad Spec. Bal. in l. maximum vitium. C. de libe. præte. quæ quidem ratio habet etiam locum in filio legitimato, qui patri agnascitur, & transfertur in eius potestatem §. generaliter. in authen. quibus mod. [illegible]tura. effi. sui. igitur &c. Solutio. Inquātum dictum fuit quod verba legis conueniunt filio legitimato, negatur, cū proprie non sit filius l. filium diffinimus. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. Nec etiam versatur tanta ratio in filio legitimato, quā ta in filio legitimo & naturali, qui semper & ab origine fuit legitimus hæres patris, & de eius agnatione. Ideo ad hunc casum fieri non potest extensio l. pen. iuncta l. fi. C. de interdict. matrimo. inter tutorem, & pupil. & ibi Bald. nota. Quinto sic arguitur. Posito quod legitimatus dicatur filius secundum fictionē non autem secundum veritatem, nihilominus prædictum statutum in eo debet verificari, eo quia in successione patris adęquatus est filio legitimo & naturali d. §. reliqui. & d. §. illud, & vbicunque casus verus, & casus fictus æquiparantur a iure cōmuni, noua dispositio loquens in casu vero, comprehēdit etiā casum fictum ca. cum dilectus, & ca. ad audientiam. de clericis non residen. & vtrobique not. Imol. & Domi. Abbas, eo maxime quando eadem est ratio, prout in casu nostro. Solutio. Re-
150 gula, quæ traditur in dicto ca. cum dilectus. procedit, quando † constitutio noua disponit id, quod ius commune, nam tunc recipit omnes interpretationes, & limitationes iuris communis. Secus vbi statutum aliquid disponat contra vel præter ius commune, nam tunc veluti odiosum non verificatur in casu ficto l. tertia. §. hæc verba. ff. de nego. gest. Sic declarat Abba. modernus, in dicto cap. cum dilectus, & in dicto ca. ad audientiam. Sexto arguitur. Dispositio legis & testatoris æquiparantur l. seruus hac lege. ff. de manumit. no. Bal. de statuto loquens in l. pen. C. de verbor. significa. & Roma. in l. quarta. §. Cato. ff. de verborum obligat. Tunc sic appellatione filij facta a testatore comprehenditur etiam naturalis, nisi repugnet conditio testatoris l. ex facto §. si quis rogatus ff. ad Trebell. ergo & multomagis [illegible] dispositione statuti comprehenditur filius legitimatus, in quo reperitur duplex vinculum, auth. itaque C. com. de success. Solut. Negatur quod quo ad extendendam dispositionem factum testatoris & iuris municipalis ęquiparentur. Patet, quia in dispositione testatoris larga fit interpretatio. l. in testamentis ff. de regul. iur. ca. cum dilecti. de donatio. non sic in dispositione statutaria l. quicquid astringendę. de verbor. obli. Septimo sic arguitur. Nam absurditas est euitanda l. nam absurdum. ff. de bon. lib. l. si viua matre. C. de bon. mat. Tunc sic, si filius legitimatus excluderet filiam fœminam in casu præmissi statuti, sequeretur quod quo ad quid admitteretur, & quo ad quid excluderetur. quod est absurdum, cum vna, & eadem res non debeat diuerso iure censeri l. cum qui ędes. ff. de vsucap. l. Titiæ ff. de condi. & demonstr. quod autem illud contingeret,
151 probatur sic, † Nam pone, superest filius legitimus & naturalis item filia legitima & naturalis, necnon filius legitimatus, certe isto casu legitimatus succederet in totum cum filio legitimo, & naturali, filia exclusa in totum. Et istud non habet dubium ergo si casu, in quo superest solus ipse legitimatus, filia fœmina non excluderēt, insurgeret absurdū, de quo s. Sol. licet in casu proposito filia excludaē per filiū legimatū succedētē cū filio legitimo & nāli, hoc nulla insurgit absurditas, cū plerūq; qs ɔsequaē ius ex persona alterius, qꝫ ex propria ꝑsona ɔsequi nō p̄ot. l. Aris. ff. quę res pi. obl. pot. l. si cōem. ff. quēad. ser. ami. gl. in c. 2. de iur. pa. l. 6. cū multis simılib. Istud suadeē optimo simili. Nā pone superest filius legitimus & nālis, nec non filius adoptiuus certe illi pariter succedunt p̄ri mortuo ab intestato l. si te parēs C. de suis & legit. & sic ꝑ eos excludeē filia fœmina virtute statuti. de quo s. & tn̄ solus filius adoptatus eā excludere nō posset, cū nō proprie sit filius, vt dictum est. Et ista est vera solutio ad hoc arg. qꝫ facit do. Bened. de Plūb. in disputatione incip. statuto Pisano

no Pisano in 4. dubio. Octauo arguit idem doctor sic, Causa in-
testati regulatur secundum causam rumpendi testamētum. l.
152 1. §. recte. ff. si tab. testa. nul. exta † Tunc sic, Si pater instituat fi-
lium legitimum & naturalem, legitimato præterito cōpetet
ius dicendi nullū. arg. tex. Insti. quibus mod. testa. infir. in princ.
& d. §. reliqui. iuncto tex. in d. §. recte. & tamen filiæ præteritę
hoc casu non competeret ius dicendi nullum, quia ab intesta-
to patri succedere non potest, cum extat filius legitimus & na-
turalis. §. item adoptiuos. Insti. de hęre. quæ ab intest. defer. &
est doctrina Bar. hic in pen. col. Illud. arg. potius est persuasiuū
q̃ verum, ideo pōt sic solui. Nam inquantum dicit qđ causa in-
testati regulatur s̃m causam rumpendi testm̄, responderi pōt
qđ hoc non sp est verum. Patet in filio adoptiuo qui ab intesta-
to patri succedere pōt cū filijs legitimis & naturalibus. l. si pa-
rens. C. de suis & legi. & tñ ipsi pręterito non competit ius dicē-
di nullum. l. cum in adoptiuis. C. de adop. & §. itē. Insti. de hę
re. quæ ab intesta. deferun. Vel aliter pōt dici qđ filiæ præteritę
in casu, in quo superest solus legitimatus, competit ius dicendi
nullum, cum abintestato possit succedere, nec intelligatur ex-
clusa propter filium legitimatum, vt sæpius dictum est. Nono
arguitur, nam statutum, de quo. sup. loquitur cōditionaliter dū
dicit, extantibus filijs masculis. l. a testatore. ff. de cōdi. & demō.
l. cunctis. ff. de vsu. ergo licet filius sit inhabilis, filia tamen debet
excludi. arg. l. 2. §. obijcitur. ff. ad Tertul. & l. filiusfa. §. cum quis.
licet. C. de natura. liber. Conditio enim de facto potest adimple
ri. l. Neuius. ff. de condi. & demon. Solutio. Negatur qđ filia ex-
cludatur per filium, qui esset inhabilis ad succedendum, cum
paria sint, aliquem non extare, vel extare, & succedere non pos-
se alicui abintestato. leg. 2. §. videndum. ff. ad Tertul. l. & si ex
modica. §. si filius. ff. de bo. liber. & inquantum dicit quod con-
ditio de facto potest adimpleri, solutio patet ex no. per Bart. in
153 d. l. Meuius. † Decimo vltra Scribentes arguitur, verba prolata,
etiā in dispositione stricte interpretanda, quæ possunt compre-
hendere plura sub se ex propria significatione, omnia illa com-
prehendunt, nec fieri debet restrictio talium verborum. l. cum
lege. ff. de testamen. c. ex parte. el. 3. & ibi no. Abb. mod. extra de
decim. Tunc sic, hoc verbum filius ex sui propria significatio-
ne cōprehendere potest filium legitimatum, vt probabitur, er-
go comprehenditur in hoc statuto, licet stricte sit interpretan-
dum Quod aūt filius legitimatus proprie dicatur filius, sic pro-
batur, Nā filius nomē est naturæ. l. tutę. ff. de cap. dimi. quę qui-
dē natura omnibus est communis. l. hos accusare. §. omnibus.
ff. de accusat. faciunt not. per Bart. in l. si is, qui pro emptore. in
43. col. ff. de vsu. vbi dicitur qđ legitimatus vere & proprie dici-
tur legitimus. Ad hoc argumentum potest responderi. negan-
do qđ ille, qui non est natus ex viro & vxore, proprie dicatur fi-
lius, maxime qñ refertur ad masculum ascendētem l. filiū diffi-
nimus. ff. de his q sunt sui vel alie. iur. auth. in successione. C. de
suis & legit. iuncta l. 1. C. de natura. lib. no. Io. de Imo. in l. ex fa
cto. §. si quis rogatus. & ibi Alex. in 15. colum. ff. ad senatuscon.
Treb. Respondentes ad tex. in l. tutelas. Sed statutum, de quo
supra refertur ad ascendentem masculum, dum dicit quod ex-
tantibus filijs masculis filia fęmina patri non succedat, igitur
non comprehendetur prædictus filius. Nec est verum qđ pro-
prie dicatur legitimus. c. tanta. extra, qui filij sint legit. Ideo di-
cit gl. in §. si vero. in auth. de inceś. nup. qđ legitimati dicuntur
154 legitimi, quia pro legitimis habentur. † Vndecimo arguitur,
Paria sunt qđ aliqua qualitas insit de iure communi, vel ex pri
uilegio principis. l. cum ex oratione, in princip. ff. de excusa. tut.
Paul. de Cast. in consil. 364. decidit pulchram quæstionem per
hoc fundamentum Ideo dicit Petr. de Ancha. in consil. 405. in-
cip. tria dubia &c. in prima dubitatione, quod si fuerit dispen-
satum cum aliquo vt possit consequi beneficium curatum, nō
obstante defectu ętatis, & postea detur facultas alicui Abbati
prouidendi de certis beneficijs personis idoneis, poterit dictus
Abbas prouidere de beneficio illi, qui est idoneus ex priuilegio
licet de iure communi sit inhabilis. Tunc sic filius legitimatus
propter priuilegium legitimationis habilis factus est vt patri
possit succedere, ac si ab initio fuisset legitimatus. dicto. §. reli-
qui. in auth. quibus mo. na. effi. sui. & d. §. illud. ergo excludere
debet filiam fęminam virtute dicti statuti, ac si legitimitas ines-
set de iure communi, vt quia natus esset ex viro & vxore. dicta
leg. filium diffinimus. Sol. Assumptum procedit quando qua
litas inest ex priuilegio proprie. Secus si inesset improprie le-
gitimitas, vt dictum est. Sed ista solutio non placet eo quia as-
sumptum procedit etiam in casu, in quo qualitas, quæ oritur
ex priuilegio, inest improprie. dicta. leg. cum ex oratione iun-
cta leg. fina. C. de iur. aur. annul. qui imaginem, non statum in-
genuitatis præstant. Ideo aliter, & melius, potest responderi
quod dicta regula non procedit, vbi alteri possit inferri præiu-
dicium. leg. final. C. de his, qui ven. ęta. impetra. prout in ca-
su nostro, in quo agitur de excludenda filia a successione pa-
terna, quæ est sibi debita iure naturæ. lege cum ratio. ff. de bonis
155 damnatorum. † Duodecimo & vltimo sic arguitur, quando
duo per omnia sunt adæquata a iure antiquo, tunc priuile-
gium concessum vni per ius nouum, alteri quoque conces-
sum intelligitur. l. illud. ff. dē dona. causa mor. l. qui neque, §. 1.
ff. de rebus eorum. Sed de iure antiquo filius legitimatus est
adæquatus filio legitimo & naturali per omnia, d. §. reliqui. &
§. si igitur licētia, in auth. quibus mod. na. effi. legit. colla. 6. ibi,
nihil a legitimis filijs differentes, pōderando illam dictionem
vniuersalem negatiuam, nihil, quæ ostendit ꝙ omnis differen-
tia sublata est, quæ erat inter filium legitimum ex vna parte, &
filium legitimatum ex altera, Ideo dicit Bal. in l. omnia, C. de
episc. & cle. ꝙ si studio Tholosano fuerint concessa omnia pri-
uilegia, quæ competebant studio Parisiensi, si postea conceda-
tur nouum priuilegium studio Parisiēsi illud idem competet
studio Tholosano virtute adæquationis per omnia facta ex cō
156 cessione antiqua. Huic argumento respondetur, † quód licet
filius legitimatus sit adæquatus filio legitimo & naturali, vt pa
riter cum eo succedere possit patri ab intestato, non tamē cē-
setur adæquatus per omnia, maxime quo ad priuilegiū exclu-
dendi illum, quem filius legitimus excludere potest. Istud pro
batur in l. coniun. in fi. C. de na. lib. vbi filius legitimatus nō po
test consequi plus de bonis patris, quam vnus ex filijs legitimis
& naturalibus, & ille, cui minus relictum est. Idem probatur
in §. & quoniam autem variç, in auth. quibus mod. na. effi. sui.
Cum ergo de iure antiquo filius legitimatus non possit plus
consequi de bonis paternis, quam vnus ex filijs legitimis & na-
turalibus, statutum, de quo supra excludens filias fęminas pro
pter filios masculos, non comprehendet filium legitimatum,
quem iura prohibent plus cōsequi de bonis patris, quam vnus
ex filijs legitimis. Cum ita sit ꝙ statutum recipit interpreta-
tionem passiuam a iure communi, l. 2. C. de noxa. Bart. in l. 1. §.
lex Falcidia ff. ad l. Fal. Contrariam tamen opinionem tenent
plures solemnes doc. & in primis hanc opinionem tenet Paul.
de Cast. sibi contrarius in d. l. cum acutissimi. C. de fideicom.
Hanc etiam tenet Do. Anto. in c. tanta, per illum text. qui filij
sint legi. & repeti. c. per venerabilem in 17. col. versic. nunc vlti
mo videamus, extra, qui fil. sint legitimi. Idē etiam tenuit Ra-
pha. Fulg. in cons. 62. incipiente, stante statuto ciuitatis Vero-
næ, D. Benedic. de Plum. in d. disputatione incip. statuto Pisa-
no. in decisione 4. dubij, cū modificatione tamen, de qua infra
fiet mentio. Et secundum istam opinionē reperio fuisse con-
sultum per solemnes docto. & ita consuluit eximius doc. Do.
Francisc. Cur. in consil. 13. cuius consilio se subscripserunt il-
lustres doc. d. Bartho. Soci. & Do. Vincent. Paleo. ambo præce-
ptores mei obseruantissimi. Idem etiam consuluit in cons. 73.
incipiente. super memorata facti narratione, in 5. char. versic.
transeamus modo, & ibi dicit quod ita iudicauit præstantissi-
mus doc. Dom. Ioannes de Besur. doctor Mediolanensis præ-
stantissimus. Idem etiam tenet Ludouic. Roman. in d. l. si quis
pro emptore, in 13. colum. ff. de vsucap. vbi dicit se ita consul-
uisse cum pluribus celeberrimis doc. Ioannes de Imol. & Ra-
pha. Cuma. in l. si ita quis, §. fin. ff. de leg. 2. & sicut videtis, ista
opinio est suffulta authoritate plurium doctorum, qui re & fa
ma celeberrima habentur. Et pro ista opinione plures rationes
adducuntur quę tamen parum stringunt, cum sint fundatæ in
authoritatibus docto. præfatum per D. Francisc. Cur. Capia-
mus ergo rationes vrgentes. Primo pro hac opinione adduci-
157 tur. † Nam verba prolata in qualibet dispositione, in dubio in-
telligenda sunt naturaliter, non autem ciuiliter. l. fin. C. de his,
qui vend. ætat. impetra. l. fideicommissum, ff. de condit. & de-
monstrat. l. ex ea parte, §. insulam. ff. de verbo. oblig. Ideo dicit
Bald. in d. l. fin. quod ad emphyteusim concessam alicui pro se
& filijs non admittentur filij legitimati. Simile est, quod ponit
Petrus de Ancha. in repeti. cap. canonum statuta, colum. 51. de
constitu. vbi dicit Bald. consuluisse in hac quæst. Testator man
dauit quod post mortem hæredis eius bona perueniāt ad duos
maiores de familia sua, quomodo, & qui dicentur maiores, an
respectu scientiæ vel dignitatis, an respectu ætatis, decidit quod
verbum maiores intelligendum erit de maioribus respectu
ætatis, quia verba naturaliter sunt intelligenda, dicta l. fi. Cum
ergo filius legitimatus non sit legitimus ab origine naturę, sed
ciuiliter mediante legitimatione facta per Principem, non
158 comprehendetur in statuto, de quo supra. Solutio. Cum † per
legitimationem filius dicatur restitui naturæ, & antiquæ in-
genuitati, vt dicit text. in §. si quis ergo non habens, in authen.
quibus modis natu. effi. sui. dicere possumus quod ratione hu-
ius fictionis translatiue de tempore ad tempus filius legitima-
tus dicatur legitimus naturaliter, non autem ciuiliter, cum fi-
ctio operetur eundem effectum in casu ficto, quem veritas in
casu vero l. filio quem pater, ff. de liber. & posthum. vbi Barto.
cap. ex parte, & ca. cum dilectus, de cleri. non residen. Hinc est
quod mentio facta de filio a testatore, verificatur etiam in fi-
lio legitimato, secundum Dominum Ioannem Andream in
rubri. de successione ab intesta. in addi. ad Spec. cum suis con-
cordantibus, de quibus per Dominum Alexandrum in l. gene-
raliter

raliter. in §. cum autem. C. de institu. & subst. sub condi. fac. & latissime in cons. 1. & in cons. 25. in cons. 57. in primo libro. & in cōsil. 77. incip. visis codicillis. lib. 2. & tamen verba testatoris etiam naturaliter interpretātur, non autem ciuiliter. l. Statius §. Cornelio Felici. ff. de iure fis. & l. fideicōmissum. ff. de condi. & demon. Secundo sic arguitur, præmittendo quod legitimatio dicitur quædam restitutio, quæ fit a principe prioribus natalibus. §. si quis ergo. in auth. quibus mod. nat. effi. sui tunc sic, restitutio principis & postliminium æquiparantur. l. si quis filio exhæredato. §. quatenus. ff. de iniust. rup. irritoque testa. Sed ius postliminij consistit in fictione. l. retro. & l. postliminium. ff. de cap. & postliminio reuer. ergo & eodē modo legitimatio consistit in fictione, quo stante prædictum statutū, cum sit correctorium iuris communis, non verificabitur in hoc casu ficto l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. Bartol. in l. fina. C. vnde vi. & in l. si quis maior. C. de transac. & in l. 1. §. hoc interdictum. ff. de solutio. Corroboratur ex eo quod voluit Ange. in l. iubemus. C. ad senatuscons. Treb. vbi voluit quod priuilegium illius legis concessum filio nō competit filio legitimato. Sequitur do. Alexand. in l. ex facto. §. si quis rogatus col. 8. infra ad Trebel. Solutio. Huic fundamento dupliciter potest responderi. & pri

159 mo † quod licet legitimatio ipsa consistat in fictione, effectus tamen ab ea productus consistit in veritate, & sic filius naturalis, qui efficitur legitimus, virtute dictæ legitimationis vere, nō autem ficte dicitur legitimus, prout voluit Bart. in l. si quis pro emptore. ff. de. vsucap. in col. 14. Ista solutio probatur optimo simili. nam constitutum est actus fictus. l. quod meo. in princ. ff. de acqui. pos. & tamen ex eo acquiritur vera & propria possessio. l. certe. §. 1. ff. de præcar. Bar. in l. ab emptione. ff. de pac. & in d. l. si quis pro emptore. colum. 18. Vel aliter & secundo respondetur quod præmissum statutum dicitur fauorabile, cum principaliter emanauerit fauore filiorum. l. qui exceptionem. in princip. ff. de condictione indebi. & no. docto. in l. 2. C. de in ius vocando. ergo extenditur ad casum fictum, licet loquatur in casu vero. Istam solutionem elicio ex dictis Bart. in l. libero-

160 rum. in 10. colum. ff. de verborū significatione. vbi dicit,† stante statuto quod fęminę non succedant extantibus masculis, ne pos ex filio præmortuo excludet filiam feminam, quia licet vere sit in secundo gradu, t ũe tamen censetur esse in primo gradu. cum subrogetur in loco patris præmortui. . cum filius. Institut. de hæred. quæ ab intest. defer. Tertio adducitur tex. in l. 1. §. si quis filium in fi. inf. si tab. testa. nul. exta. vbi dicit quod si filius emancipatus adoptetur a patre, & sic iterum subijciatur iugo patrię potestatis attamen non nocebit iur. nepotis sibi cōpetenti virtute tit. ff. de coniungen. cum emanci. lib. & tamen per talem adoptionem filius dicitur restitui pristinę naturę. l. si filio quem pater. ff. de lib. & posth. Sic dicamus in casu nostro, in quo filius legitimatus, licet dicatur restitui pristinę naturæ & antiquæ ingenuitati, attamen non debebit obesse filiæ in hęreditate patris, quo minus ab intestato ei pariter succedat cum filio legitimato. Et licet multi Moder. illum text. sibi ascripserint, & etiam Lud. Roma. in d. l. si quis pro emptore, tamen illum text. primitus ad hoc ponderauit Benedi. de Plumb. in d. disputatione in 4. dub. & nullus est qui respōdeat ad illum tex. Ego autem puto illum tex. non obstare, & ad illum respondeo quòd loquitur in adoptione seu arrogatione, quę licet fieri debeant authoritate principis, cum fiat de illo, qui erat sui iuris. §. 1. Insti. de adop. iudicatur tamen actus & dispositio hominis priuati, non autem ipsius principis. Sed legitimatio censetur dispositio principis legitimantis. Ista est doctrina Bart. cum quo transeunt ibi doct. in §. forsan. inf. eo. Tūc sic legitimatio, cum sit actus principis, magis operatur quo ad præiudiciū alterius, quàm dispositio hominis priuati. Probatur istud per tex. in l. et io princ. iuncta. l. Paulus. §. patroni filio. ff. de bonis liber. vbi per ista verba prolata a principe, concedo liberto liberam testandi facultatem, censetur libertus consecutus facultatem prętereūdi ipsum patronum, cui competit legitima in bonis liberti, quod secus est, si talia verba fuerint prolata ab homine priuato. Probatur etiam ista solutio per tex. quem puto esse sic intelligendum in l. 1. §. si quis filium. inf. de bono. possess. contratab.

161 † vbi filius deportatus restitutus a principe excludit sequentem in gradu, quemadmodum eum exclusisset ante deportationē, quia restitutio illa est actus principis, qui efficacius operatur quo ad præiudicādum nepoti, cui medio tempore ius fuit acquisitum. Cum ergo naturalis filius fiat legitimus ex actu principis, vel ab eo habentis potestatem, admittetur ad successionē patris virtute dicti statuti exclusa filia femina & ista est pulchra declaratio ad prædicta iura & vera, ni fallor, super qua tamen cogitabitis. Quarto sic arguitur, Dispositio alicuius non trahitur ad ea, de quibus non fuit cogitatum l. cum Aquiliana. ff. de transac. l. mater decedens. ff. de inoff. testa. circa medium. Sed princeps, a quo facta fuit legitimatio, non præsumitur cogitasse de dicto statuto, quia cum illud non sit facti, præsumitur de eo non habuisse notitiam. cap. 1. de constitu. lib. 6. Item & c.

Solutio, cum princeps legitimando voluerit filium legitimatum habere eas successiones, quas habent hi, qui ab initio sunt legitimi. §. reliqui. in authē. quibus mo. na. effi. lui. & ex forma dicti statuti filius masculus filiæ feminæ præferatur, idem videtur voluisse ipse princeps in filio legitimato, & licet in specie non cogitauerit de dicto statuto, in genere tamen videtur co-

162 gitasse, quod sufficit. l. qui iure militari. ff. de milit. testa. † Præterea, priuilegia principum potius recipiunt interpretationem passiuam a iure statutario seu consuetudinario quàm a iure cōmuni. c. quod dilectio. de cōsan. & affi. Ideo dicit Pet. de Anch. in reper. c. canonum statuta. de consti. in 14. q. princ. quod si testator instituat filium in eo, quod sibi de iure debetur, illa verba intelligentur de iure municipali, non autem de iure cōmuni. Itaque si statutum deferat filiæ quartam partem bonorum patris, extante fratre illam quartam consequetur, non autem dimidiam. Et sic reprobat Bal. tenentem contrarium. in l. quicunque in 4. col. C. de ser. fugi. Faciunt no. per Abb. in rubr. de consuet. Cum ergo ex forma statuti filius legitimus præferat filiæ feminæ, priuilegium legitimationis, per quam filius consequitur ius succedendi in bonis patris, quod habent hi, qui ab initio sunt legitimi, interpretabitur sm præmissum statutum, videlicet vt in totum succedat, exclusa filia femina, cum idem ius competat filio legitimo & naturali. Facit tex. in ratione sui in l. si quis filiū. §. pen. ff. de acquir. hær. Quinto arguitur de tex.

163 in c. tanta. qui filij sint legiti. vbi dicitur† ꝙ filij etiam legitimati per subsequens matrimonium, habentur pro legitimis, ergo proprie non dicuntur legitimi, sed improprie. l. qui fundum. §. tutor. ff. de vsucap. pro emptore. & illum tex. ibi notat. D. Ant. Sed in statutis, quæ sunt correctoria iuris cōmunis, verba proprie sunt intelligenda. l. 1. §. is, qui nauem. ff. de exercit. l. nō aliter. ff. de lega. 3. cum vulgaribus. Solutio. Ille text. non obstat, coniungendo ipsum cum tex. in d. §. reliqui. & cum verbis, Rubricæ, quæ dicit, quibus modis natu. effic. legit. Nam ista verba, habeantur, & sint, seu efficiantur, important veritatem, non autem fictionem. l. 1. ff. quod quisque iur. in alterum statut. notat Bald. in procem. Digestorum. in quarta col. Validum enim est argumentum a coniunctione duarum legum. §. ille casus. inf. eodem. Præterea quod aliquis sit legitimus, vel non est iuris. Ideo lex potest facere filium non legitimum, non secundum fictionem, sed secundum ipsam puram veritatem. Doctrina est Bart. in l. si quis pro emptore. colu. 14. ff. de vsucapio. Cum ergo princeps, qui est lex animata in terris, possit facere filium legitimum secundum veritatem, nō est præsumendum quod voluerit recurrere ad fictionem, quę est quoddam remedium subsidiarium, vt not. in d. l. si quis pro emptore, & ibi plene diximus. Vel aliter potest responderi, quod licet filius legitimatus improprie sit legitimus, nihilominus comprehendetur in premisso statuto, eo quia dictum statutum principaliter est fauorabile, vt dictum est, & licet sit iuris communis correctorium, attamen extendi debet ad casum improprium. Illam solutionem elicio ex dictis. Bald. Pau. de Castr. & Moder. in l. qui se patris. C vnde lib. vbi dicunt quod statutum de compromittis faciendis inter agnatos, cum sit fauorabile, quia emanauit fauore litium dirimendarum, comprehendit etiam emancipatos, licet improprie sint agnati. l. meminimus. C. de legit. hęre-

164 dibus. † Sexto sic arguitur, Is proprie dicitur filius, qui natus est ex viro & vxore. l. filium diffinimus. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iur. Tunc sic in dispositione stricte interpretanda verba, quę possunt capi proprie & improprie, capiuntur proprie, & in stricta significatione. cap. Rodulphus. de rescrip. t. & ibi Abbas notat. l. quod si nepotes. ff. de testamen. tutel. Mathesil. in suis nota. char. penult. Statutum ergo prędictum excludens fęminas extantibus masculis, cum sit stricte interpretandum, quia iuris communis correctorium, non verificatur in filio legitimato, qui improprie dicitur filius, cum non sit natus ex viro & vxore. Solutio. Dupliciter potest intelligi responderi huic argumento, & primo negando quod filius legitimatus non dicatur proprie filius, quia hoc nomen filius, est inuentum a natura. l. tutelas. ff. de capit. diminutio. quę quidē omnibus est communis. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusatio. Nec obstat text. in dicta l. filium diffinimus. quia ibi Iurisconsultus dicit illum esse verum filium, qui natus est ex viro & vxore, & non alium, quo ad effectum patrię potestatis, cum legitimus non sit constitutus in patria potestate. §. fin. Instit. de nupt. Ista solutio suadetur ex legibus precedentibus. argu. regulę traditę in l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. & in l. hęredes palam. § sed si notā. sup. de testamentis. Vel aliter & secun-

165 do, respondetur † quod licet filius legitimatus non proprie dicatur filius, tamen comprehendetur in hoc statuto, quia regula est quod quando duo sic se habent, quod vnum venit appellatione alterius largo sumpto vocabulo, & eadem ratio est in vtroque, tūc fit extensio de casu proprio ad casum impropriū, l. filium habeo. ff. ad Macedo. gl. in clem. 1. in verbo, eligatur. de elect. glo. in auth. minoris debitor. C. qui da. tuto. poss. Sed eadem ratio

dem ratio est in filio legitimato, quæ est in filio legitimo, quia
& per ipsum cõseruatur ius agnationis & familię, propter quã
emanauit dictum statutum l. 1. §. penul. sup. de ven. inspic. cum
suis concordantibus. igitur ad istum casum fiet extensio. Septi-
mo adducitur tex. in §. generaliter, in auth. qui. mo. natu. effic.
sui. in verbo, siue per aliam quamlibet machinationem, & sic
ibi legitimatio appellatur quędam machinatio seu fictio, ergo
prædictum statutum non comprehendet istum casum fictum
l. 3. §. hęc verba ff. de neg. gest. cum alijs superius adductis. Huic
argumento solutio patet ex his quæ dixi sup. in solutione secũ
166 di argumenti. Octauo arguitur sic. † Filius legitimatus & ado-
ptiuus æquiparantur l. cum in adoptiuis. in fine. C. de adopt. no.
glo. in l. prima. in fi. ff. ad Municip. & in l. filios. C. de municipa.
& origina. libro decimo. Tunc sic, appellatione filij facta a te-
statore non cõprehenditur filius adoptatus l. fideicommissum.
inf. de condi. & demonst. l. si ita quis §. is, cui ff. de legat. 2. Facit
text. in l. secunda. §. legitimos. sup. de excusatione tutorum, &
per consequens non comprehendetur filius legitimatus. ergo
eodem modo in dispensatione statuti appellatione filij non cõ
prehendetur filius legitimatus. Et facit quod voluit Paulus de
Castr. cons. 69. incipien. super eo quod quæritur, vbi dicit quod
statutum loquens de compromisso faciendo inter consangui-
neos. non extenditur ad legitimatos. Solutio, licet appellatio-
ne filij facta a testatore vel a statuto non comprehendatur fi-
lius adoptiuus, comprehendetur tamen filius legitimatus, in
quo concurrunt iura naturalia & ciuilia. Cum fortior sit legiti-
matio quam adoptio. Ideo non procedit argumentum de vno
ad aliud, secundum Baldum in l. si te parens. C. de suis & legi-
ti. Præterea secundum Ioannem Andr. in titu. de succes. ab in-
testa. ad fi. in addi. ad Spec. Ideo in casu l. fideicommissum ad-
optiuus filius non excludit substitutum, quia lex hoc introdu-
xit propter suspitionem, & fraudem, quæ facile posset fieri, cũ
vnusquisque per adoptionem vno eodemque momento pos-
sit fieri filius, & eodem momento per emancipationem possit
fieri extraneus. Et istud est ꝙ proprie voluit Iuriscõsultus in d.
l. fideicommissum. dum dicit, adoptionis commento substi-
tutus non excluditur. Nono sic arguitur. Bonum est argumen-
tum de consuetudine ad statutum l. de quibus ff. de legi. Tunc
sic. consuetudo loquens de filijs non extenditur ad legitimatos
c. naturales, in tit. si de feu. fu. contro. in vsi. feu. ergo nec prædi-
ctũ statutum excludens fęminas extantibus filijs masculis, ex-
167 tenditur ad filium legitimatum. Sol. Dicite † quod illud fuit sta
tutum specialiter in feudo. Et ratio specialitatis poterit esse, ne
fieret pręiudicium domino, qui cõcesserat vasallo feudum pro
se & descendentibus suis, in qua concessione non comprehen
debatur filius naturalis. Ideo si naturalis filius postea legitima-
tus succederet in feudo, fieret præiudiciũ dño in iure antea ac-
quisito. Et ita respondet do. Alex. in cons. 2. in 8. col. & in 2. lib.
Sed in casu nostro cum legitimatio facta fuerit viuente patre,
nullum præiudiciũ infertur ipsi filiæ, licet excludatur per filiũ
legitimatum, cũ viuẽte patre nullũ ius habeat in bonis pr̃nis l. 1.
§. si impuberes ff. de colla. bo. Facit glos. magna in l. 1. C. de in-
offi. dona. quæ vult quod pater potest etiã bona in mare proij-
cere, præiudicando filiis. Igitur diuersi sunt termini, ex quibus
vera non sit illatio. l. inter stipulantem. §. sacrã. ff. de verb. oblig.
Decimo & vltimo arguitur. Ex diuersitate nominis inducitur
differentia effectus l. si idem C. de iure codi. Sed verus filius ap
pellatur legitimus. iste autem appellatur legitimatus, vt no. gl.
Insti. de adoptio. in princ. & in l. Titia legitimę ff. de statu hom.
ergo legitimatus non proprie dicitur filius. Huic argumento
solutio patet ex his, quæ dixi in solutione præcedentium argu-
mentorum. Nonnullis alijs modis pro hac parte arguit Bene-
di. de Plumbi. in dicta disputatione, de qua supra feci mentio-
nem. Sed ad omnia eius argumenta potestis colligere respon-
sionem ex solutionibus prædictis. Ideo aliter non insisto. Sub-
latis itaque argumentis, quæ adduci possunt hinc inde, habetis
articulum disputabilem ad vtranque partem. Quid tenendum
in practica. Breuiter resoluendo hanc difficultatem plures ca-
168 sus possunt considerari. † Primus casus est, quando statutum di
ceret quod extantibus filijs legitime natis, filia fęmina nõ pos-
set succedere, & isto casu filius legitimatus non excluderet fi-
liam fæminam, eo quia statutum videtur inspexisse per prædi-
cta verba legitimationem originariam, quæ non reperitur in
hoc legitimato, ideo non comprehendetur in prędicto statuto
Ista conclusio est de mente domini Bñd. de Plumb. in dicta di
sputatione, in sol. quarti dubij. Comprobatur hęc cõclusio. Nã
licet cõiter concludatur ꝙ filius legitimus substitutũ excludat,
attamen si dictũ fuerit ꝙ substitutus admittatur, si hęres deces-
serit sine filijs ex eo legitime natis. tunc substitutus non exclu-
detur per filiũ legitimatũ, ſm Ang. in disputatione incipiente,
nobilis quidam gñe d. Anto. de But. in c. per venerabilẽ. col. 17.
extra, qui fil. sint legitimi. Ale. in l. gñaliter §. cũ autem C. de in-
sti & substi. do. And. Barba. in repeti. l. cũ acutissimi. C. de fidei-
com. char. pen. vers. & circa hæc ante oĩa do hãc breuẽ disputa-
169 tionem. † Secundus casus est, quando filius fuit legitimatus per
sequens matrimonium, & isto casu indubitanter concludo ꝙ
in eo verificabitur dispositio dicti statuti, & ita tenent do. Ant.
in d. c. per venerabilem col. 18. d. Abb. in c. tanta. in 3. no. qui filij
sint legi. vbi dicit quod ita communiter tenent doctores. Idem
firmant dominus Ant. & Io. de Imo. in c. Innotuit. extra, de ele.
licet idem dom. Ant. in c. tanta. per illum text. in hac limitatio-
ne teneat contrarium, & male. Et ratio est, quiã prædicta legiti-
matio est plenior & efficacior quacunque alia specie legitima
tionis. prout no. Bal. in l. 1. C. de inoffi. dona. Hinc est quod legi-
timatus per sequens matrimonium abstergit omnem maculã
præcedentem. gl. est in c. innotuit. in verbo, coniugata. de elec.
Hinc est quod etiam taliter legitimati admittuntur ad emphy-
teusim ecclesiasticam, ad quam alij legitimati non admittun-
tur. Ita tenet Pet. de Anch. in consil. 140. incip. ex tenore priui-
legij apostolici. Ioann. de Imol. in l. quod dicitur. in pe. col. ff. de
verbor. obliga. Admittuntur etiam ad successionem feudi, se-
cundum Bart. in d. c. naturales. Io. And. Host. & alij in ca. lator.
extra, qui fil. sint legit. Moderni in l. generaliter. in §. cum autẽ.
C. de instit. & substit & ita tenendum est quicquid dicat Ludo.
Rom. qui in hoc tenet contrarium in d. l. si quis pro emptore.
170 in 13. colum. † Tertius casus est, quando vitium illegitimitatis
causatur ex impedimento iuris diuini vel canonici, vt quia quis
ex adulterio aut incæstu suscepit filium, & isto casu per legiti-
mationem non efficitur filius vere legitimus, sed ficte. Ideo nõ
comprehenditur in dicto statuto. Ita determinat dominus Be-
ned. de Plumbi. in dicta disputatione. in 4. dubio. sequitur Alex.
in dicto consil. 2. in fi. colum. 8. in 1. lib. & in consil. 87. incip. vi-
sis codicillis. Et istum casum late prosequitur dom. Franciscus
Cur. in dicto consi. 73. in tertia dubitatione. Confirmatur, nam
quando legitimatio facta fuit de illo, qui natus fuit ex illis, inter
quos non poterat esse matrimonium. lege diuina prohibente,
non est proprie legitimatio, nec restitutio natalium, sed dicitur
quædam dispensatio, quia cũ non potuerit a principio esse veri
tas matrimonij, nec imago potest fingi. l. 1. C. de lat. liber. toll.
Ista est doctrina Pau. de Castr. in cons. 221. incip. super puncto
ista. col. 3. vbi dicit ita fuisse consultũ per collegiũ Bonõ. in ar-
dua quæstione, in qua Bal. & Petrus eius frater etiam consulue
171 rant. † Quartus casus, qñ quis fuit legitimatus simpliciter, quo
casu soli patri agnascitur, & illi succedit, non autem alijs agna-
tis patris l. communionum. in prin. C. de natura. lib. vbi Bart. &
Bal. notant Sal. in auth. item si quis C. eod. tit. Io. Andr. in tit. de
succes. ab intest. §. 1. ver. ex facto. d. Abb. in cons. 87. incip. in quę
stione. quæ vertitur inter Iul. in 2. col. Bal. in l. cum in adoptiuis
C. de adopt. Ideo tunc non comprehendetur in hoc statuto, cũ
non consequatur simpliciter & omni respectu ius agnationis,
ꝑp quam emanauit ipsum statutum l. 1. §. pen. ff. de ven. inspici.
172 cum alijs superius adductis. † Quintus casus est, qñ facta fuit le-
gitimatio de filio illegitimo, nec fuit expressum legitimanti ꝙ
pater habebat filios aut filios superstites, quia vitiabitur legiti-
matio tãq̃ surreptitia ob hãc taciturnitatẽ, & sic prædictus legi-
timatus non oberit filiæ fęminę in successione patris. Istud fir-
mat Iac. de Beluis. in §. qm̃. in auth. qui. mo. na. effi. sui. d. Ant. in
c. per venerabilẽ. circa medium. extra, qui filij sint legit. Pau. de
Cast. in consil. 224. incip. super eo. in pen. col. vbi inquit quod li
cet in legitimatione, quæ fit de filio illegitimo, nõ requirat cõ-
sensus agnatorum, quibus põt quis auferre hæreditatem suam
instituendo extraneos, attamen requirit ꝙ fiat de illis mẽtio vt
censeatur voluisse legitimatis illis pręiudicare, cum facilius cõ-
cedi soleat legitimatio, qñ nõ sunt agnati, quã in casu in quo ex
tant agnati. Et idem tenet Alex. in consil. 67. incip. consideratis
his. in pe. col. lib. 1. & in consi. 60. incip. visa legitimatione. in vlt.
col. lib. 2. Posset ergo dici quod in casu præmisso filia in totum
succedit patri, legitimato pęnitus excluso, cum inualida sit legi
timatio, & pro nõ facta habeatur, ar. l. quoties. ff. q satis. cog. &
l. non putauit §. non quæuis. ff. de bono. possessio. contra tabul.
173 † Sextus & vltimus casus est, quando illegitimus fuit habilita-
tus ad certos actus, & non quo ad omnes, vtputa ad successio-
nes parentũ. publica officia, dignitates, honores, & huiusmodi
hoc. n. casu non habebit locũ dictũ statutũ, quia ista nõ est pro-
prie legitimatio, sed dr̃ quędam dispensatio, quæ est odiosa, &
est restringẽda c. 1. & 2. de fil. presby. li. 6. Et istam doctrinam tra
dit Pet. de Anch. in cons. 222. inci. ex tenore priuilegij apostoli
ci. in primis verbis D. Anton. in d. c. per venerabilem, in 8. char.
vers. nunc videamus aliqua de effectu legitimationis. Do. Ant.
de Rosel. in trac. legit. in rub. de causa finali, & de effectu legit.
Cum ergo in casu præmisso non proprie dicatur legitimatio,
nec etiam proprie dicatur filius legitimatus, & per consequens
nõ habebit locũ prędictũ statutũ, in quo verba proprie sunt in-
telligenda, iuribus superius alleg. Et ex istis habetis hanc diffi-
174 cultatem plene, & perfecte absolutam. † Secundo principali-
ter quæro. An comes Palatinus habens a principe potestatem
legitimandi, filios proprios legitimare possit. Bal. in l. si consul.
in 4. q. ff. de adopt. Determinat ꝙ sic, & multo magis, ſm eum,
poterit

poterit legitimare filium fratris vel alterius coniuncti. Et hanc
decisionẽ sequitur Ioan. de Ana. in cons. 29. incip. visa imperia
li & apostolica legitimandi potestate. Idem etiã no. do. Abb.
in cap. per venerabilem. in 3. col. qui fil. sint legi. vbi dicit quod
princeps potest cum filijs proprijs dispensare, sicut cũ alijs sub
iectis, non tanquam pater cum filijs, sed tanquam princeps cũ
subiectis. Ex quo infert quod diuersę qualitates in eodem ho-
mine concurrere possunt, quæ faciunt vt sustineat vices pluri-
morum. Pro qua illatione faciunt no. per Ioan. An. & alios in
c. cum olim. de sen. & re iud. Sed contra istam decisionem sic
potest argui, Nam in legitimatione requiritur causę cognitio
arg. l. si pater. in fi. cum sequentibus. ff. de adop. ergo videtur q
coram ipso patre fieri non possit legitimatio. Præterea, per le-
gitimationem, quæ fit de filio, pater consequitur commodum
quia filius subijcitur eius potestati, qui prius erat sui iuris. §. &
generaliter. in authen. qui mod. na. effi. sui. iuncta. l. 1. C. de offi.
præto. & l. filiusfa. §. secundum vulgarem. ff. de lega. 1. ergo ad
commodum proprium non potest pater ipse istum actum ex-
pedire, cum nemo possit in facto proprio interponere authori
tatem. cle. fi. de reb. eccle. non alie. l. 1. ff. de authori. tuto. & istã
opinionem sentit gloss. in c. per venerabilem. super verbo, gra-
tia. Sed istis non obstantibus sequor prædictam decisionem, &
175 ad primũ inquantum dictum fuit † quod legitimatio requirit
causę cognitionem, negatur quod in casu proposito requira-
tur aliqua causę cognitio, cum fiat a patre, qui potest præiudi-
care alijs venientibus ab intestato, bona sua proijciendo in ma-
ri vel aliter illis abutendo. vt supr. dictum fuit. Et est conclusio
Barto. hic, quam alij sequuntur. & Pau. de Cast. in consil. 230.
incip. dubitatur primo. in secunda columna. Non obstat alia ra
tio in contrarium adducta, quia licet filius illegitimus facta le-
gitimatione subijciatur patrię potestati, attamen legitimatio
de eo facta principaliter respicit eius cõmodũ, cum fiat habilis
ad successionem patris, a qua prius erat exclusus, fuerit etiã ha-
bilitatus ad honores & dignitates, que erant sibi interdictę pro
pter infamiam facti, quo laborant illegitime nati. c. si gens An
glorum. 56. dist. in c. l. fi. in fi. C. de natur. lib. Azo in Sũma C. ex
quib. cau. infa. irrogat. Bal. in l. generaliter. §. cum autem. C. de
inst. & substi. Cy. Bald. & moderni in l. fratres. C. de inoffi. test.
Ludo. Ro. in l. admonendi. ff. de iureiur. vbi dicit quod illegiti-
mus non est testis omni exceptione maior, ideo probanti per
talẽ testem non defertur iurm in supplementum probationis.
Commodum ergo patrię potestatis, quod pater consequitur
ob legitimationem factam de filio, venit in quandã consequẽ-
tiã, ideo nõ prohibebitur in facto proprio interponere autho-
ritatem. l. 1. in fi. prin. ff. de auth. tut. Fateor tamen quod in casi
bus in quibus requiretur citatio & consensus eorum, qui pos-
sint ledi, prout est qñ substitutus excluderetur, tunc pater filiũ
proprium legitimare nõ posset. Item non potest legitimare fi-
lios, quos suscepit post obtentum priuilegium legitimandi, ne
detur materia delinquendi. Et ita tenet Pet. de Ancha. in cõs.
321. incip. primum dubium. in fine. cuius opinio in casu præ-
176 misso placet. † Tertio quæritur, An legitimatus ab Imperato-
re aut ab habente ab eo potestatem censeatur legitimatus quo
ad spiritualia, ita quod possit promoueri ad ordines. Breuiter
concludo quod non. glo. est in c. lege. 10 dist. & in c. si officia.
54. dist. Bart. in authent. ex complexu. C. de incest. nup. Idem
sentit Ioan. An. in d. c. per venerabilem. & expresse ibi. d. Abb.
col 6. glo. in c. peruenit. 101. dist. & Bart. in l. qua in prouincia §.
fi. ff. de ritu. nup. Bald. in l. eam quam. ver. quęro. C. de fideicõ.
Archidia. in c. quid est. 35. q. 9. Econtra, legitimatus a Roma-
no Pontifice quo ad spiritualia, nõ censeatur legitimatus quo
ad tpalia, nisi in terris subiectis ipsi Pontifici quo ad tempora-
lem iurisdictionem. Ita communiter cõcluditur in d. c. per ve-
nerabilem. vbi Abb. in 5. col. dicit quod ista opinio seruatur in
practica, quia de facto videmus quod legitimati quo ad ordi-
nes non admittuntur ad successionem parentum vna cum alijs
legitimis, & consuetudo est optima legum interpres. c. cum di
lectus. de cõsuetudine. l. si de interpretatione. ff. de leg. Et hãc
opi. etiam sequitur Rapha. Fulg. in consil. 72. incip. præsupposi
177 ta bulla apostolica. in 2. dubio. † Quarto quęritur. Nunquid Im
perator possit legitimare in terris subiectis ecclesię quo ad tẽ-
poralem iurisdictionem, & ecõtra summus Pontifex in terris
subiectis Imperatori. Ista quæstio trita est vulgata, & in varijs
locis tangi solet, in qua conclusione procedendo aliqui casus
possunt considerari. Primus casus est, quando legitimatio fuit
post mortem patris, & sic non fiat ad patris instantiam, & isto
casu sine dubio Imperator nec ab eo habens potestatem legi-
timandi legitimare poterunt aliquem non subditum in terris
subiectis ecclesię. Ita concludit Bald. in proœ. Cod. in fi. Pau. de
Castr. in consil. 230. incip. dubitatur primo. Et in istis terminis
procedat opinio Iaco. But. in l. 1. C. de iur. aur. ann. & quod vo-
lunt Inno. Hostien. & Ioan. An. & do. Antõ. & Abb. in c. per ve
nerabilem. qui fil. sint legit. & quod voluit Bald. in d. l. 1. C. de
iur. aure. ann. & in l. eam, quam in 8. colũ. C. de fidei. Alexand.
in consil. 67. in penul. col. lib. 1. in quibus locis concludunt præ-
fati doctores simpliciter quod Imperator nõ potest legitima-
re non subditũ in terris subiectis ecclesiæ. Secundus casus est,
quando legitimatio fit viuente patre, & ad petitionem ipsius
patris, & hoc casu fieri possit legitimatio per Imperatorem,
aut ab eo potestatem legitimãdi habente in terris subiectis ec-
clesiæ, quia ex hac legitimatione nulli infertur præiudicium,
cum potuerit pater sua bona in mare proijcere, & nullus eo vi
uente ius in eius bonis habuerit. l. 1. §. si impuberi. ff. de colla.
bon. & cum nullus isto casu sit citandus iuxta ea, quæ supra di-
cta sunt post Barto. & legitimare est voluntarię iurisdictionis,
quę potuit prorogari de loco ad locum, & de persona ad perso
nam. Et ita cõcludit Bal. in proœmio Cod. in fine. Pau. de Ca.
in d. consil. 230. in 2. col. Ang. pulchre in consil. 31. incip. pro de
cisione primi dubij. vbi dicit quod si pater haberet filium aut
filios legitimos, non potest diminuere legitimam isto casu pro
pter legitimatum. arg. l. nec ei. §. pręterea. ff. de adop. & sic cum
isto casu legitimatio requirat causæ cognitionẽ, non potest fie
ri in terris subiectis ecclesię. Sed contrarium in hoc etiam casu
tenuit. Pet. de Anch. in consil. 321. incip. primum dubium non
est nouum, eo quia territorium ecclesię in temporalibus est di
stinctum & diuisum a territorio imperij. d. c. per venerabilem.
178 & † nemo potest extra territorium iurisdictionem exercere. c.
vt animarum. de consti. in 6. l. fi. ff. de iurisd. omnium iu. Adducit
etiam tex. in cle. Romani. in §. porro. de iureiuran. in verbo. nec
quamcunq; iurisdictionem. iuncta. l. balista. ff. de ad senatuscõ.
Tre. Item & quia per legitimationem infertur præiudicium
venientibus ab intestato. Huic etiam opinioni inhęret do. Abb.
in d. c. per venerabilem. col. 7. per illum text. Item quia legiti-
mare est quid arduum, & censetur reseruatũ principi in signũ
priuilegij specialis. §. illud. in authẽ. quib. mo. nat. effi. sui. Ideo
non potest subiectus cõsentiendo legitimationi hanc potesta-
tem in alium trãsferre. Pręterea legitimatio dicitur iurisdictio
nis voluntarię eo respectu, quia non potest expediri nisi cõsen
tiente eo qui legitimatur. §. generaliter. in auth. quib. mo. na-
tu. effi. sui. alio tamen respectu, ista potestas seu iurisdictio non
est pure voluntaria inquantũ excludit agnatos non consentien
tes, qui alias legitimanti intestato defuncto fuerint successuri,
& ista opinio videtur verior. pro qua etiam viget text. in c. per
venerabilẽ. inducendo eũ, prout inducit dominus Abb. Prior
179 tamen opinio videtur esse magis cõmuniter approbata. † Sciẽ
dum tñ est q cũ isto casu fiat prorogatio de loco ad locũ non
solũ de persona, ad personã non sufficit in istã prorogatione taci
tus consensus partium, sed esset opus expresso consensu. Casus
est notabilis in c. statutum. in §. in nullo. de rescript. in 6. quem
ad hoc ponderat Ang. in consil. 88. incip. visis & inspectis om-
nibus. col. 4. vbi dicit illum tex. non esse ponderatum a doctori
bus. Tertius casus est, quãdo legitimatur in terris ecclesię sub-
iectis Imperatori, & isto casu valeat legitimatio considerata
persona, quæ legitimanda est, in quam Imperator habet iuris-
dictionem, licet locus, in quo fit legitimatio, non sit ei subie-
ctus. Ita tenet Angel. in d. consil. 301. in 3. col. Quartus & vlti-
mus casus est, quando Imperator legitimat filium sacerdotis
in loco sibi subdito, & hoc casu valeat legitimatio per eum fa
cta de dicto filio, qui est laicus, licet eius pater sit clericus, quia
legitimatio est actus principis, non patris, vt no. Barto. in §. for-
san. infra eo. Ideo satis est quod legitimatus sit laicus, in quem
princeps confert beneficium legitimationis. Et ita tenet Soc.
in dicto §. forsan. in vltimis verbis. Licet Dominic. de sancto
Geminia. in cap. fina. §. 1. de iudic. lib. 6. teneat contrarium, ad-
ducens decisionem Rotæ, decisione 481. in nouis. vbi conclu-
180 dunt † quod quando pater, qui est clericus emancipat filium,
emancipatio fieri debet coram iudice ecclesiastico, non secu-
lari, ergo idem in legitimatione. Sed ad hoc fundamentum
potest responderi quod legitimatio & emancipatio differunt,
quia legitimatio est actus principis, sed emancipatio est actus
ipsius patris. Ideo patre existente clerico requiritur superior
ecclesiasticus. Et ita respondet præfatus dominus Soci. in di-
cto §. forsan. Sed ista conclusio habet difficultatem, quia li-
cet emancipatio dicatur esse actus patris emancipantis, tamen
respicit commodum filij, non patris. l. 1. C. de inoffic. præto. §.
1. Institu. per quas perso. nob. acquir. Ideo potius inspici debet
persona filij, in quem confertur beneficium emancipationis,
quam patris. argum. tex. in l. tertia. § primo. infra de leg. prestã.
Facit. l. eum qui. §. si iniuria. ff. de iniur. Penultimo quæritur,
fuit concessa communi facultas legitimandi, exceptis filijs co-
mitum, ducum, & nobilium, qui dicentur in hoc casu nobiles.
Videte Paulum de Castro, in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad
181 Trebellia. & in consil. 230. in quarto dubio. Vltimo quæri-
tur, An mater filio legitimato ad preces patris, non autem
suas, succedere possit. Raphael. Fulgos. in consil. 83. incipien.
Nicolaus, decidit quod non, licet alij agnati & cognati ei-
dem succedere possint, ne ipsa honorem & commodum con
sequatur sua incontinentia, ex qua pœnam & odiũ debuit pro-
mereri,

mereri, cum pudicitia sit mulierum præcipuum ornamẽtum. l. si qua illustris. C. ad Orfici. Adducit etiam alias rationes, de quibus ibi per eum. Et ex istis cum laude Summi, & æterni Dei finem impono huic paruę repetitioni, in qua nihil alienũ a materia tacta per Bar. dictum fuit. Materiam substitutionum loco suo, dante Deo, opportune discutiemus. Finis.

REPETITIO

M. Antonij Niceti Iurisconf. Super l. Gallus ff. de lib. & posth.

SVMMARIVM.

1 Antiquitas non est ignoranda.
2 Galius quis fuerit.
3 Quæstiones non quotidianæ sunt leuiter tractandæ.
4 Galli intentio quæ.
5 Vocabulis intellectis facilius res ipsas percipi.
6 Posthumi qui sint & vnde dicantur.
7 Verba iniuriosa quæ.
8 Legitimatus continetur appellatione posthumi.
9 Monasterium quod quis facto testamento ingressus est continetur appellatione posthumi.
10 Donatio quæ reuocatur per superuenientiam liberorum non reuocatur per legitimationem naturalis, nec per natiuitatem naturalis & legitimi fauore piæ causæ.
12 Filij primi gradus habent plures prærogatiuas.
13 Lex scripta & si dura, seruanda tamen est.
14 Posthumi de iure antiquo quare non poterant institui.
15 Posthumi alieni qui.
16 Intellectus ad l. pen. de leg. 1.
17 Intellectus ad l. posthumus de inoffi. testamento.
18 Posthumus qui sit successurus ab intestato notabiliter differt ab eo qui non est successurus.
19 Posthumi seruum quare licebat instituere, & non posthumum.
20 Incerta persona vtrum posset institui ante Iustinianum.
21 Posthumos quis possit instituere.
22 Ratio quare de iure ciuili, vltima voluntas non debeat pendere ex alieno arbitrio.
23 Posthumi indefinita appellatio quos comprehendat.
26 Generare de facili qui non possunt.
27 Mulier sexagenaria parit legitimum.
28 Senex decrepitus potest matrimonium contrahere.
29 Lex ad ea quæ naturaliter, licet raro accidant accommodatur.
30 Alciati opinio non placet.
31 Posthumus an possit exhæredari hodie. & quare olim posset. nu. 36. & an eo exhæredato fiat lata interpretatio. nu. 24.
32 Exhæredatio fauorabilis laudanda. & 35.
33 Incapaces ab indignis differunt.
34 Illegitime nati qui.
38 Contra legem, vel in fraudem legis facere, & in legem committere.
39 Actio ex verbis & ex mente legis, & actio ex mente tantum.
40 Impossibilitatis species quatuor. de natura nu. 41. de facto. num. 42. de iure nu. 47. ratione perplexitatis. nu. 131.
42 Donatio causa mortis habet mixtam naturam inter contractus, & vltimas voluntates.
43 Modus impossibilis quare non vitiet contractum sicut conditio.
45 Mortuorum spiritus an reuertantur.
46 Conditio si non alienauerit quando respuatur.
47 Actus qui peccat in materia, forma, vel consensu non tenet.
48 Contra bonos mores facta nullam habere vim.
49 Contra bonos mores quæ dicantur esse facta. & 51.
Bellum inter Christianos damnatur, & ideo ementes captos ab alio milite, vt ad duriorem redemptionis mercedem cogant delinquunt & faciũt contra bonos mores.
50 Donatio inter virum & vxorem, an firmetur iuramento.
Donationi inter patrem & filium lex non assistit.
52 Finis impossibilis non inhonestus debet impleri prout est possibilis.
53 Morum appellatione quid veniat.
55 Maritus si confessus est in testamento se recepisse aliquid ab vxore, talis confessio etiam iurata præsumitur fraudulenta.
56 Stante statuto quę extantibus masculis filia non succedat, an pater possit cum filia pacisci vt sibi succedat.
57 Filij viuo patre nullum ius habent in legitima.
58 Intellectus ad §. fi. inst. de leg. agn. suc.
59 Bonorum obuentio non datur pacto.
60 Facultas testandi quare restringi, nec tolli possit.
62 Statutum prohibens vxorem testari sine consensu mariti non valet.
63 Statutum quod mulier non possit legare viro valet.
64 Captatoriæ institutionis materia, aliter declarata quam hactenus nemo fecerit. nu. & 69.
65 Religiosi non debent retrahere testatorum voluntates alias incurrunt pœnas.
66 Testamentum in quo duo mutua affectione se instituerunt valet. Quid si alterum pœniteat? An alterius institutio censebitur reuocata? & 67.
68 Milites duo si paciscantur, vt superstes alterius bonis potiatur, reuocata ab vno pactione, alterius quoque pactio reuocata censebitur.
69 Legata collata in voluntatem alterius an teneant.
70 Consuetudine vel statuto, vtrum induci possit, vt valeat institutio collata in alterius voluntatem.
71 Modernorum leue argumentum.
73 Ius canonicum solam benignitatem attendit.
74 Statutum ne mulier possit testari sine consensu duorum consanguineorum, valet.
75 Testamentum irreuocabile quibus modis conficiatur remissiue.
76 Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum an teneat remissiue.
77 Remittere iniuriam inultam præponendo commodum pecuniarium vindictæ domus suæ est contra bonos mores.
79 Pater an possit in testamẽto committere filiam dotari, & maritari arbitrio tertij remissiue.
80 Statutum faciens mentionem de moribus quomodo intelligitur.
81 Feudorum consuetudines, admittunt quę ratione improbantur.
82 Aduersus ius naturale nulli quicquam agere licere.
83 Discretio mater omnium virtutum.
84 Pactum ne pater teneatur alere filium cui dedit partem suam non valet.
85 Ratio quare in seruitutem quis dare se non possit per pactum.
86 Lex quibuscunque verbis concepta non includit defectus iuris naturalis.
87 Iniuriam vtrum possint pati furiosus vel impubes.
88 Ius agnationis non potest tolli pacto sed statuto.
89 Ius publicum priuatorum pactis mutari non potest, & quot modis accipiatur.
90 Priuatus non tenetur seruare fidem datam bannito de eo non offendendo.
91 Filius occidens patrem hostem. R. P. est præmio afficiendus, & è conuerso.
93 Stante statuto quod notarij priorum nihil salarij possint capere pro scripturis quas faciunt, quando capere possint, reprobata opinione Ias.
94 Fisco nihil innouari pactis priuatorum.
95 Fisci vtilitas & publica diuerso iure censentur.
96 Feudum citra solemnitatem inuestituræ constitui non potest.
97 Inuestitura noua quæ caret solemni per omnia vel confirmatione parium curiæ habetur pro infecta.
98 Formæ de publico inducta renunciari non posse.
99 Forma aliqua certa ratione a lege data, an cessante illa ratione omitti possit.
100 Ecclesia vendens omissa forma seruanda etiam si vtiliter agat, perperam agit contra omnium doc. opi.
101 Formæ ratione correcta cessat lex.
102 Papa non potest dispensare monachum contra substantialia regulæ.
103 Clausula annullatiua.
104 Formæ publica vtilitate inducta effectum tollere nemo potest.
105 Legi continenti publicam & priuatam vtilitatem quando possit renũtiari.
107 Iuri pro me non introducto renunciare non possum. & 118.
108 Ius publicum nec iuramento priuatorum nec authoritate magistratus lædi potest.
109 Donatio supra quingentos solidos quare non valeat.
110 Pupillus quando obligari possit.
111 Mulier quando possit renunciare Velleiano.
113 Statutum disponens vt nullus contrahat cum minore, vel quod mulier non possit facere aliquid sine tali solemnitate, an impediat cõtractum firmari iuramento.
116 Decretum si dat immunitatem ab omnibus oneribus per decem annos venientibus ad habitandum ciuitatem an ei possit renuntiari.
118 Bastar. & mulieres raro boni.
119 Ecclesia solet absoluere transgressorem iuramenti per metum extorti.
120 Contractui quid si insit fraus, & sit iuratus remissiue.
Contractus dolo malo initus, an sustineri queat.
121 R. P. potest expedire quatuor modis,
123 Feudum debet esse gratuitum.
124 Imperator debet augere imperium.
125 Rex Franciæ non potest alienare vnam bonam ciuitatem sine consensu procerum, sicut nec Papa sine consensu Cardinalium.
126 Dupliciter peccatur in consensu.
127 Abbas si contrahat cum monacho contractus est nullus quia peccat in materia.
128 Fideiussor qui promissit æstimationem cum principalis promisisset decem saccos grani ad nihil tenetur nisi iurauerit.
129 Abbas & capitulum non potest per compromissum pręiudicare Romanę ecclesiæ.
130 Obligatio naturalis an oriatur ex contractu cui lex resistat, & quid si lex resistat exceptioni, actioni, vel petitioni.
131 Verba conditionalia quando inducant dispositionem.
132 Statutum quod potestas possit inquirere de maleficijs an inducat necessitatem.
133 Verba deprecatiua quando inducant dispositionem.

Posse

GAllus Aquilius Sic posse institui posthumos nepotes induxit, Si filius meus me viuo moriet̃, tũc si quis mihi ex eo nepos, siue quæ neptis post mortẽ meã in x. mẽsibus proximis quibus filius meus moriet̃, natus natave erit hr̃des sun-
1 to. Gallus Aquilius vt † nihil antiqtatis ignoret̃ iuxta tex. inst.
de testa. i princ. & l. 1 §. & cũ triplici. C. de cad. tol. Primo quęro
2 † quis fuerit Gallus? R̃n. Gallus fuit vnus ex maximis viris, q iuris ciuilis sciam professi sunt, & qui maxime dignationis apud
populũ Romanum fuerũt. Ab eo fuit instructus Seruius Sulpitius qui & ipse in causis orandis primum locum, aut certe post
M. Tuliũ obtinuit, & reliquit in iure ciuili prope centũ & octoginta libros. l. 2. §. Seruius supra de origin. iur. Item Gallus fuit
Tribunus plebis & tulit leges in tribunatu quæ dicuntur plebiscita, inquit enim text. in l. 1. sup. ad l. Aquil. certe lex Aquilia
plebiscitum est, cum eam Aquilius tribunus plebis a plebe rogauerit. Concordat. §. capite tertio. Inst. eo. tit. fuit & inuentor
Aquilianæ stipulationis. l. & vno. §. 1. inf. de accept. & §. 1. instit.
quib. mod. toll. ob. vnus doctor Germanus in quibusdam suis
dialogis asserit Gallo positam statuam pro rostris allegat. d. §.
Seruius, qui [illegible] probat statuam positam Seruio Sulpitio de quo
3 principaliter erat sermo, ita sentit ibi gl. quam † q. vt potenon
quotidianam plenius non attingam l. legaui inf. de lib. leg. Se-
4 cundo quæro † quæ fuerit intentio Galli? Respon. debes scire
quod ante hanc legem qui nondum natus erat, nullo iure poterat hæres institui, vers. porro. inf. l. nostra. quod si instituebatur inutilis institutio erat tanquam præteritio, præteritus autẽ
agnatione rumpebat testamentum. l. Posthumorum inf. tit. 1.
quid ergo eis imputabatur quasi cur non intestati decederent
l. posthumus sup. de inoffic. testam. Proinde Aquilius tunc tantũ posse nepotes posthumos institui induxit, quum post mortem aui nascuntur ex filio præmortuo (post testamentum tamen) nam si viuo auo, imputari poterat cur nõ testamentum
5 mutasset l. tractabatur inf. de mil. testa. Tertio quia † vocabulis
intellectis facilius res ipsæ percipiuntur, argum. l. 1. sup. si cert.
6 pet. vellem quia sumus in materia posthumorũ scire † qui sint
posthumi? Respon. posthumorum summam diuisionẽ in duo
genera diuidere placet, aut enim proprie testatoris dicuntur,
aut improprie. Posthumos autem proprios & ex vi verbi, dicimus eos duntaxat qui post mortem parentis nascuntur. l. 3. §. 1.
infra tit. 1. dicti. quia patre humato nascuntur. Posthumorum
loco sunt omnes illi qui in sui hæredis locum succedẽdo quasi
agnascendo fiunt parentibus sui hæredes. l. posthumorum eo.
7 tit. † Fit autem quis suus hæres altero de infrascriptis modis,
Si de nouo quis nascatur, si de nouo adoptetur, si subducto de
potestate priore suo herede vlterior successit in proximum locum. l. filius. §. filiusfamil. supra eodem. Et si mortuo auo incipit tenere locum patris. l. si quis filio infra tit. primo. Adde
casum peregrinum in l. si patre redempto infra de cap. & post-
8 re. Ergo † & filius legitimatus, & monasterium quod facto te-
9 stamẽto quis ingressus est hac nuncupatione veniet, licet † Do-
10 natio quæ reuocatur per superuenientiam † filiorum non reuocetur per legitimationem naturalis Ias. in rub. C. eo. tit. Imò
nec per natiuitatẽ naturalis & legitimi fauore piæ causæ nisi
quo ad legitimam Bart. in l. filia. §. Imperator numero. 6. de le.
2. & antiqui loco quo supra. Nomen itaq; posthumorum licet
in hos largo modo cadere quæstionis nõ sit, tamen proprie nõ
cadere in eos qui iam in rebus humanis sunt certum est. l. nomen. filiarum de verb. sig. Commodissime secunda diuisio ita
fit, posthumorum quidam proprij & sui, quidam sui tantũ, quidam alieni. Primum genus est eorum qui post mortem patris
nascuntur. l. 3. §. 1. infra tit. 1. scilicet si nasci possint in potestate
11 l. quod dicit̃. supra eo. patris nomine † auũ quoq; hic demonstrari non credas contra l. iusta de verb. sign. eam enim vocem
certæ personæ graduitæ præsto. iuxta. l. liberorum eo. tit. Sui
posthumi tantum aut nascuntur, aut fiunt. proinde eorũ qui
nascuntur quosdam suos nascituros certum est. Quales sunt,
quorum pater, vel is demum qui primũ locum occupabat eis
in vtero constitutis prædecessit. Et de his ita loquitur lex Velleia. Qui testamentum faciet is omnis virilis sexus; qui ei futurus erit suus hæres cum nasceretur (hoc est quem certum erit
suum hæredem nasciturum, eo quia filius eo tempore quo nepos instituatur, non sit) instituendi necessario potestatem habeat. §. nunc de lege infra ea. l. Quidam ideo nascuntur sui qđ
patres eorum inopinate post testamentum aui ante eos natos
moriuntur, vt hoc casu satis sit obseruari id tempus quo nascũtur. §. vbi etiã constat eos hodie ex. l. Velleia posse institui. Fiũt
autẽ sui omnes quos improprios posthumos supra appellauimus. Exceptis his quos proxime inter suos nasci retulimus.
Alieni posthumi vox spectat ad eos qui cum nascerentur, inter suos omnino futuri non essent, vt ex emancipato filio conceptus nepos qui sine nouo facto suus nasci non potest. §. posthumo. inst. de leg. Quarto quæro an posthumos proprios &
suus ante. l. hanc posset institui? Respondeo puto quod sic. ipsum enim & gradus prærogatiua tuebatur, & quia inter suos
nasciturum certum erat. Sed contra, hæreditas aui nõ est minus delata nepoti quam filio, si modo filium decessisse proponas. §. sui. inst. de hær. qual. ergo idẽ iuris debet esse in posthu-
12 mo tantum suo, quantum in suo & proprio. Solu. † non est mirum quod primus gradus frueretur tali prærogatiua. Nam in
simili, filius primi gradus sub potestatiua tantum conditione
hęres institui potest. l. suus quoq; supra de hęr. inst. Nepotes &
deinceps cæteri liberi qui ex. l. Velleia instituti non rumpunt
testamentum, sub omni conditione institui possunt, & si rediguntur ad filij conditionem. l. sed & si. §. 1. eo. tit. Item filij primi gradus rogati de restituenda hæreditate suis filijs, vel etiam
fratribus, si decesserint sine liberis non pręstant satisdationem
fideicõmissorũ seruandorũ nisi cum testator exigi dispoluerit
& cum pater vel mater, secundis existimant nuptiis non abstinendum. Rursus, liberi primi gradus non computant fructus
in quartam, etiam si pater hoc expresserit. Cæteri computant
13 etiam si non expresserit. l. iubemus. C. ad Treb. Præterea † lex
ita scripta est, & si dura seruanda tamen est. l. prospexit inf. qui.
& a quibus, & nobis conuenit inculpare omnia prius quam legem. cap. ego solis. 9. distin. Quinto quæro an is quem certum
erat nasciturum suum posset hæres institui? Respon. prol aui
proxima q. quod non, hodie sic. Sexto quæro an qui fiunt sui
14 possent institui? Respõ. quod sic. Quia † ratio antiqui iuris prohibentis institutionem posthumi videtur illa fuisse quod institutio certa esse debebat argumẽ. §. posthumo, cum præced. &
seq. inst. de leg. Sed partus nondum editus nullus adhuc est. l.
eius seruum de hęr. instit. l. in l. Falcidia la secunda, inf. ad l. Fal.
& præterea incertum est nasciturus sit an non. l. vbi autem §.
Illud de verbo. obligat. Sed in iam natis cessat hæc ratio, ergo
cessabit lex. l. quæsitum, de testib. l. Adigere §. quamuis. de iu-
15 re patro. Septimo quæro de alienis? Respon. † Alieni posthumi sunt qui non sunt in potestate testatoris vt ex fratre nepos.
Hos ex sententia Galli posse hæredes institui obtinuit. l. penul.
de lega. 1. Gallus enim & ad eius exemplum Velleia lex illud
tantum obseruasse mihi videntur, vt hi qui ab intestato successuri sunt possint institui quæ successio quia frequentior & certior est in descendentibus. l. nam & si parentibus. de inofficio.
testam. cum similib. Ideo de iis tantum vnusquisque eorum in
aliquo casu prouidit verbis expressis deinde ex eorum sententia obtinuit, ex collateralibus posthumos posse institui, & ab eis
fideicommissum relinqui facit. l. 1. §. sciendum de lega. 3. sunt

enim

16 enim & ipsi legitimi quandoque, & ideo tex. † in l. penult. di-
xit. obtinuit ex sententia Galli, alienos quoque posthumos no
bis legitimos, hoc est quibus, & quoties per legem nostra eis
defertur hęreditas, posse hęredes fieri, in testamento videlicet.
17 Et hoc est quod etiam voluit dicere iurisconsultus in † l. po-
sthumus de inoffic. testam. dum inquit. Posthumus inofficio-
sum testamentum potest dicere eorum quibus suus hæres vel
legitimus potuisset fieri, si in vtero mortis eorum tempore nõ
fuisset. Huculque, tex. loquitur de eo posthumo, quem ex sen-
tẽtia Galli, & Velleia imitatrice licuit instituere. Demum sub-
dit tex. Sed & cognatorum quia & horum ab intestato potuit
bonorum possess. accipere. Hic tex. dubitauit aliquem oppone
re. Nullo iure põt alienus institui, quia ad eum nec sententia
Galli, extenditur. At iurisconsul. inquit. Potest scriptus hæres
in possessionem mitti &c. quasi dicat. Iure prætorio tutus est.
§. posthumus autem alienus instit. de leg. & quod tex. in d. l. pe.
dixit sola enim in fideicommissis volũtas attenditur. ita est in-
telligendum, vt dicas. Veniens ab intestato grauatus de fideicõ
misso censetur tacite institutus. l. si quis cum nullum & l. con-
ficiuntur, de iu. cod. ideo sicut in testamento in certa persona
expresse instituta non poterat grauari, videbatur idem dicen-
dum eadem persona tacite instituta. Sed iurisconsultus respon
det non est eadem ratio in fideicommissis quæ sola voluntate
nitunt̃ relinquentis, & non subiacent regulis rigoris iuris: Prę-
terea ex sententia Galli potest institui talis expresse, a quo po-
test relinqui ergo a simili posset relinqui ab eo si tacite institua
18 tur. Vltimo nota quod † inter eum posthumũ alienum qui nõ
est successurus ab intestato, & eum qui est successurus esse an
differentiam. Quod primo casu venter institutus non mittitur
in possess. bonorum nisi alias mater nõ habeat vnde se alat. Po-
steriore casu semper. l. extraneo & l. seq. de ventr. in poss. mitt.
Ex prædictis infero quinque cõclusiones. Prima est, quod per
l. 12. tab. nullus posthumus, nisi ex mea virga nasciturus, pote-
rat institui. Secunda est, ꝙ per Gallum in vno tantum casu in-
ductum fuit nascituros posse institui. s. si post aui mortem ex filio
post testamentum præmortuo nasceretur. Tertia est, ꝙ per
Velleiam inductum fuit, non natos posse institui qui nasceren
tur viuis nobis, eorum patre siue ante testamentum siue post,
ante nos prædecedente. Quarta est, ꝙ ex sententia Galli obti-
nuit de iure ciuili vnumquemque posthumum, qui natus suc-
cederet ab intestato de iure ciuili, vel de iure prætorio per vn-
de agnati posse institui. Quinta est ꝙ omnis alius posthumus
post Gallũ per prætores permittebatur institui. §. posthumus
autem inst. de leg. Sexta conclusio erit, ꝙ per Iustinianũ, vnus-
quisque posthumus recte instituitur, siue beneficio pretoris. §.
sed nec huiusmodi inst. de leg. inst. de bon. poss. in prin. Secũ-
do principaliter quæro, cum capacitas serui dependeat a capa-
citate domini. l. non minus de hæred. inst. l. si mihi & tibi. §. re-
19 gula de leg. 1. cur † Seruũ posthumi liceret instituere. §. seruus
etiam alienus inst. de hæred. inst. & l. si seruum. ff. eod. tit. Po-
sthumum vero non? Respon. nemo potest sperari seruus po-
sthumi, quin sit hæreditarius, sed talis hæres institui põt. Tan-
quam seruus certę personæ qui fuit defunctus quem represen
tat hæreditas. d. l. non minus in fine, non tanq̃ seruus incertæ
personæ. Et ꝙ hoc sit verum ꝙ seruus qui speratur futurus po-
sthumi representat defunctum, non hæredem futurum, vide
ꝙ attenditur capacitas defuncti, non hęredis futuri. l. seruus hę
reditarius de hæred. instit. Cum quis possit institui in tempus
quo capere poterit. l. in tempus de hæred. insti. miror quare nõ
poterat institui qui erat in vtero, collata institutione in tempus
quo esset natus? Respon. Hoc olim de rigore, illud nũc bene-
20 uole receptum est. Quæro an † ante Iustinianum posset incerta
persona quæ tamen veniebat certificanda hæres institui, vel ei
legari? Respondeo ex mei intellectus modicitate audeo dicere
sic. Incertæ personę, ex certis personis poterat legari. §. sub cer-
ta instit. de lega. dummodo ex postfacto veniret certificanda.
incertæ personæ ex incertis non poterat. §. incertus eodem tit.
Fallit si certificatio de necessitate veniebat ante mortem testa
toris. l. quidam relegatus de reb. dub. ibi siue quis alius &c. &
hoc siue fuisset impleta testatore sciente, siue non. Dum tamẽ
post testamentum l. hæc conditio §. fi. cum l. seq. de condit. &
21 demonstr. Tertio principaliter quæro † quis possit instituere
posthumos? & institutis posthumis de quibus intelligatur. Et
primo an is qui non habet vxorem? Respõdeo prima facie vi-
detur dicendum ꝙ non. Quia institutio non põt fundari super
nõ ente. arg. l. 1. §. si quis quasi tutor supra de eo qui pro tuto. l.
tutor. l. Seię de tut. & cur. dat. ab his. Sed posthumus nõ est, nec
re, nec spe, in rerum natura, ergo institutio non constat. cũ in-
stitutus non habeat testamenti factionem tempore testamẽti
facti §. si alienum. §. in extraneis inst. de hęred. insti. Et talis in-
stitutio tanquam inutilis non vr̃ posse tractu temporis confir-
mari d. l. si alienum in princip. Contrarium determinatur in l.
placet supra tit. nostro. Si enim non habes vxorem non posset
posthumum instituere, eo quia testator posset nũquam duce-
re vxorem, sequeretur quod habens vxorem attẽta hac ratio-
ne non posset instituere posthumos, quia posset diuertere ab
vxore, & sic res veniret ad eum casum a quo incipere nõ pos-
set, qđ est falsum, ergo &c. Et licet institutus, non sit in rerum
natura tamen subest spe, quia potest quis vxorem ducere, vt in
22 quit ibi text. Ad secundum dico ꝙ institutio † posthumorum,
cum ob ipsos liberos, & ob ipsius testm̃ sustinendum sit fa-
uorabilis vt vult glo. in d. l. placet. & si simpliciter fiat latissime
tñ extenditur. Si quis igitur posthumum instituerit & si mille
nascantur, & ex diuersis matrimonijs omnes instituti censebunt̃
arg. d. l. placet & seq. Quinimo & si quis post testamentũ abro-
gabitur cum quasi posthumus habeatur, erit & ipse hæres ex
testamento, omnes enim hæc institutio complectitur quos in-
23 stituere necesse fuit. Indefinita tñ appellatio † posthumi nõ cõ-
prehendit nisi nasciturũ ex legitimo matrimonio, non aũt na-
turalem tm̃, siue testator esset vxoratus, siue non. Quia illegiti-
morum præteritio testamentum non rumpit, & procedit hoc
dictum tam de iure. ff. quam de iure. C. Quando tñ posthumus
esset in solidũ institutus, an in maiori summa, quam posset nãli,
relinqui, verum enim esset appellationem posthumi non pos-
se in naturali verificari. l. humanitatis C. de natu. lib. iure autem
nouissimo, in casu quo naturalis posset vniuersaliter institui pu
ta quando tempore testamenti pater non haberet filios legiti-
mos & naturales iuxta auth. licet. C. de natura. lib. talis appel-
latio in naturalibus verificaretur quia liberorum appellatio &
olim, & hodie ad naturales tantum extenditur. l. ex facto. §. si
quis rogatus ad Treb. l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. &
substi. nisi testatoris dignitas, refragaretur, vt d. §. si quis roga-
tus. roboratur. quoniam dispositio taliter semper interpretan-
da est etiam verba impropriando vt actus sustineatur magis q̃
pereat. l. fundus qui locatus ff. de fund. instr. & facit decisio. Soc.
per illum. tex. in §. etiam parente. infra eod. Et quod dixi de na-
turalibus intellige de ijs qui extant ex concubina quæ sola fue-
rit & indubitato affectu testatori coniuncta. d. auth. licet. Hæc
tradunt doc. maxime Iaso. in l. placet. 3. not. de lib. & posthu. Vi-
glius in §. posthumi quoque inst. de exhæ. lib. Sed an exhæreda-
24 to † posthumo tam lata interpretatio fieri debeat? Et in confes-
so est idem cẽsendum, quod & in institutione Ias. in d. l. Placet.
Idem dixit exheredato quoque posthumo filio nepotem com-
prehẽdi, quod Faber ob dictionem vniuersalem admittit. Aret.
vult vt nulla sit inter natos, & posthumos differentia in hoc,
nisi ꝙ generalis exhæredatio ex primi posthumi natiuitate de-
monstrationem restrictionemque accipit, ita refert Viglius in
d. §. posthumi quoque. Illud palam est si testator legaret posthu
mo simpliciter intelligendum esse tantum de ijs, qui in vtero
matris tũc essent arg. l. boues. §. hoc sermone de verb. signi. hic
enim fauor testamenti non vt in institutione militat. An autẽ
posthumus exhæredari hodie possit infra dicam. Reuertor &
25 quæro † quis posthumos possit instituere? Et quidẽ fęmina põt.
l. posthumus in fine principij de inof. testa. l. sed est quæsitum. §.
26 fin. supra. tit. nostro. Et qui non † potest facile generare, vt puta
maior sexaginta annis, aut is cui valetudo, aut morbus in causa
sit. l. si paterfam. §. fin. & l. nec ei. §. & primum de adop. iuncta l.
Sed est quęsitum tit. nostro potest instituere, adoptare, vxorem
27 ducere. l. penul. C. de nup. Et licet sit mirabile ꝙ † mulier quin-
quagenaria pariat, filius vtpote legitimus succedet. l. si maior. C.
28 de legit. hæred. Et sic senex † decrepitus potest matrimonium
29 contrahere. Ratio quia lex † etiam ad ea quæ naturaliter (licet
raro) accidant accommodatur. Non tamen ad miraculosa &
contra naturam vt in Io. Baptista qui ex Elisabeth, quæ & steri-
lis natura, & in dies suos processerat natus est. Bart. in d. l. si ma-
ior. Qui vero coire non possunt omnino vel qui non attigunt,
non possunt contrahere matrimonium, quales sunt qui sine te-
stibus ante pubertatem fuerunt. c. 2. de frig. & malef. Qui vero
coeunt licet non generent, quales sunt qui puberes excecti sunt
cum hepate sint feruẽtiore, valaqua genitalia capaciora possi-
deant, causa vitandæ fornicationis permittuntur matrimoniũ
contrahere. Cano. d. c. secundo posthumos instituere. Alcia. in
30 l. spadonum de verbo. signi. ꝙ ego non probo † cum non nisi
adulterium partum expectare possint, neque enim fęminæ ex
spiritu sancto concipiunt. glo. in l. filium, de his qui sunt sui, vel
alie. iur. Et generaliter in hoc articulo ita definire placet, ꝙ qui
omnino generare non potest posthumum ex vxore sua, nasci-
turum instituere non potest, quia adulterinus speratur partus,
arg. l. si quis posthumos. §. 2. & §. sed & qui ex ea. Ex aliena autẽ
vxore posthumum vt alienum instituere põt, cessat enim rõ.
Item non interdicitur ei testamenti factio. l. Eunuchis. C. qui
testa. fac. pos. Nec cum posthumis alienis. l. pe. de leg. 1. inst. de
bo. pos. Solum enim illud spectatur ne quis ex ea quæ alij nupta
sit posthumum tanquam suũ hæredem instituat. d. l. si quis po-
sthumos in fine princip. iuncta gl. Spadones quibus vnus testis
relictus est, possunt instituere quia & generẽt. l. Pomponius in
fine, de ędil. edic. Quod si qui generare per casum nullo modo
possunt instituerint posthumos, intelligitur de adoptiuis gl. &
doct. in

doct. in d. l. Sed est quæsitū eo. arg. Si in sacris constitutus insti
tuat sibi posthumū intelligetur de ciuili quem licite hre pôt.
Ias. nu. 8. in d. l. si quis posthu. Possunt aūt institui posthumi, ex
ea quæ tūc sibi vxor esse non pôt honesta, sed est honesta spes,
q esse possit l. filius §. si quis eo tpe supra tit. nostro per conse-
quens ex qualitate vidua l. posthumum supra eo. Quod intelli
go si eo tempore instituatur quo possit sustineri non ex adul-
terio natum si tanq̃ suus instituatur. Illud omnib. constat non
subsequuto matrimonio ēt institutum ex ea quæ vxor esse po-
terat ex testō nihil consequi. §. si quis ex eo tpe. Institutus autē
ex ea quæ iure nostro vxor esse non pôt, nullo casu quicquam
consequetur §. posthumus aūt inst. de lega. Exemplum in mo-
nacha iudea heretica maioris hæresis &c. Quarto principaliter
31 fuit qōnis inextricabilis, num † posthumus exhæredari in pater
no testō possit? Et quidem posse quibusdam doctiss. visum est
id est de iure. ff. vt l. si posthumus supra tit. nostro. Cū mille si-
milib. ante Iustinianum ab Imperatore Alexādro permissum
est l. 2. C. de contratab. Quod ēt Iustiniani, lege permissum est
l. maximum in fi. C. de lib. prete. Et si quis dicat q lex si quis in
suo §. fi. C. de inoffi. testa. quæ est Iustiniani hoc non permittit.
Rñdetur, q illa lex probat oppositū, quia tm̄ prohibet filiū effi
caciter excludi ab hereditate materna, odio patris. Et si quis di
cat q in §. aliud quoq; capitulum auth. vt cum de appell. cogn.
ponuntur 14. causæ sine vna quarum recte filii exhæredari ne-
queunt. Quæ non pñt cadere in posthumo. Rñdetur q ēt iure
veteri, causa in exheredatione filiorum aliqua requirebatur l.
Cum ratio. de bon. damna. Et tamen posthumus tunc exhære
dari poterat. Et per hoc dicetur q cum iure veteri singulariter
concederetur, vt posthumus ēt sine cā exhæredari posset, con-
sequens est vt lex noua nihil in eo statuisse existimetur, cum re
gula sit, posteriorem legem quæ aliquid noui inducat, ad casus
speciales iuris veteris, produci nō debere gl. in l. sciendum qui
satisd. cog. in auth. offeratur. C. de lit. contest. ergo &c. Prete-
rea, vbi agitur de modico præiudicio non est valde contenden
dum l. 1. §. fi. de vent. insp. Sed posthumo exhæredato cū nulla
subsit causa, facile prætor in sui querelam aures inclinabit, &
sic fauore publico interim testm̄ sustinebitur l. vel negare quē
admo. test. aperi. ipsiq. exhæredato nihil deesse videbitur. Qui
remediū consequendi q sibi debetur habebit, l. qui actionem
32 de reg. iur. Præterea nemo est qui nesciat exhæredationē † fauo
rabilem etiā hodie extra casus expressos laudari l. multi, & ibi
doct. s. tit. nostro l. filijs matrem. C. de inoffi. testa. l. in fideicom-
si. §. cū Pollidius de vsu. l. si ita relictū §. Pegasus de leg. 2. sed si
pr̄ sit reus læse maiestatis poterit auus nepotem posthumū ea
cā bonis suis arcere, quod & rationibus probabile est. Tum qđ
constō ea Iustiniani non in 14. tm̄ causis, sed & in perduellio-
nis crimine procedit vt frequentiore snīa traditum esse Alex.
& Ias. testantur in auth. non licet. C. de lib. præt. tum q in filio-
rum fauorem introducta est, at si exhæredari hic nepos prohi-
beretur damnum illi fieret, cum fiscus ex paterno delicto filij
bona hoc casu sibi vēdicaret l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiest. His
accedit q si filium incapacem testō pater præterreat, testm̄ su-
stinetur. Bart. & quid si tm̄ l. si necem. §. 1. de bon. lib. Nam lex
in tali crimine, filij inquit, etiam proximorū hæreditate ac suc-
cessione habeantur indigni. ergo &c. Contrariam opinionem
his medijs adductis probo. Primo filiorum appellatione etiā
posthumi continentur l. si quis filiabus supra de test. tutel. Sed
Iustinianus dixit in §. aliud quoq; capitulum authē. vt cum de
appell. cogn. non posse filios exceptis causis ibi nominatis ex-
hæredari. Quæ causæ non cadunt in posthumis, ergo est idem
de posthumis quod de natis. Ad argumentum quod fit de le-
ge noua quæ non extēditur ad casus speciales iuris veteris. Re-
spondeo q in proposito non vrget, nam negatur olim iure sin
gulari receptum posthumos sine causa exhæredari potuisse.
Rñde etiam q cum ratio in l. sit expressa in l. si quis in suo §. le-
gis. C. de inoffi. test. est perinde ac si esset expressum de posthu
mis specialiter & non generaliter cum ratio. l. sit anima legis
& mens, & quod venit ex mente, dicitur ex verbis venire l. no-
minis & rei. §. verbum ex ll. ff. de verb. sign. Sciendum itaq; est
olim liberos exhæredatos nulla causa inserta testamento præ-
sumptos ingratos. quod in parētibus erat econtra l. liberi. C. de
inoffi. testa. quod hodie est immutatum l. omnimodo. eo. titu.
Et hoc est quod dixit Marcellus in l. 3. supra eo. titu. Inofficio-
sum testamētum dicere hoc est allegare quare exhæredari vel
præteriri non debuerat. Nimirum ergo si eadem ratio permit
tebat posthumos exhæredare, cum scilicet, voluntas patris ha-
beret presumptionem rationis & iustæ causę pro se. Neq. ideo
deterior conditio eorum erat quam natorum. Et quod dicit
tex. in l. cum ratio de bon. damn. ac ne iudicio quidem parētis,
nisi certis de causis summoueri ab ea successione possunt. Id
tale est, quale & illud Imperatoris dictum in l. si quis in suo §.
legis autem de inoff. testa. vbi inquit cum enim infantem suū
nō posse ingratum a matre sua vocari scripserit Iulius Paulus
neq; propter hoc ab vltima suæ matris hæreditate repelli hoc
est cum effectu quia ipso iure repellitur sed admissa querela
admittūtur ad hereditatem l. si mater eo. tit. Ad illud quod di-
citur non agi de magno præiudicio. Rñdeo q non est verum.
Quia hæc exhæredatio quantumuis iniqua, effectum sū cōse-
queretur, multi. n. recusant intentare querelam seu metu litiū,
seu alicuius alterius metus prætexto. l. 1. §. sublata ad Trebell.
variæ sunt. n. hominum volūtates quorundam offensas vel in-
uidiam timentiū, quorundam gratificari volentiū ijs quib. hæ-
reditas relicta est l. quia poterat eo. tit. multi serius. i. post quin-
quennium querelam instituunt l. si quis filiū in fi. C. de inoffi.
test. Multi ante querelam preparatam moriuntur l. posth. §. fi.
cum l. seq. supra de inoff. testa. quib. casib. exhæredatio sustine-
ret testamentum, & instituti hæreditate potirentur. Ad illud
de nepote qui patre perduellionis crimine reo, potest exhære-
dari ne fiscus habeat bona. Respondeo & dico, q si pater com-
miserit crimen lęsę Maiest. agnati succedunt auo non fiscus,
auth. bona damnatorū. C. de bon. proscrip. lex enim non indi-
gnos sed alienos hoc est incapaces a proximorum successio-
ne filios facit l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiest. inter quos magna
33 est differentia † indigni. enim succedunt sed eis aufertur hære
ditas, qualis est is qui testatorem post mortem offendit, vt pu-
ta si eum quasi illicite mercis negotiatorem detulerit. Si cum
vxore eius defuncti concubuerit l. 1. Si emancipatus filius con-
tra tab. bon. poss. patris vt præteritus petierit. Si quis viui igno-
rantis bona vel partem bonorum donauerit, aut de eis aliquo
modo disposuerit, l. 2. Item quis censetur indignus si per negli
gentiam & culpam suam is a quo quis erat institutus morere-
tur l. 3. Itē legatū factū concubinæ a milite, vel clerico, ei aufer
tur & datur fisc. l. mulierem, & ibi Bar. infra de his quib. vt in-
dign. & tot. tit. habes exempla. Incapacib. vero relicta pro non
scriptis habentur qualia sunt relicta fratrib. minorib. damnato
ad mortē, intelligo de relictis extra cām alimentorū. Item dā-
natis ad perpetuos carceres, his enim casib. relicta, non fisco,
sed apud venientes ab intestato remanent. l. si in metallum &
ibi Bar. de ijs quæ pro non scrip. haben. Pro non scriptis haben
34 tur relicta illegitimis † quorū alij sunt incestuosi, puta ex co-
gnatis procreati, alij nepharii ex descendentib. suscepti, alij spu
rij qui patrem demonstrare non pñt, de his Ias. in l. 2. C. de her.
inst. Alij adulterini ex adulterio nati. Quod nisi a principe, aut
eius authoritate legitimationis beneficiū impetrauerint, non
tm̄ a successione parentum excluduntur, sed etiam alimentis
iure ciuili censentur indign. auth. quib. mod. natu. effi. sui iun-
cta gl. Canones tamen creaturam a Deo creatam fame necari
non permittunt, ideo eis alimenta prestanda constituerunt c.
cū haberet de eo qui dux. in vxor. quam per adult. pol. Et quod
additur ex Bart. præteritionē incapacis non rūpere testm̄ non
probat eius exhæredationem qui incapax est, & ideo tamquā
mortuus, valere l. si ita scriptum §. 6. sup. tit. nostro. Ad vltimū
35 respondetur sic. Fateor bene quod interdum etiam † citra cau
sæ expressionē, valebit exhæredatio, vt puta si bona mente fiat,
quod supra legib. adductis probauimus, tacita. n. mens ibi ha-
betur pro expressa. Itē si quis sua manu se exheredem scriple-
rit, etiam non expressa causa exhæres recte erit l. non putauit,
§. si quis sua manu de contratab. Sed etiam in expeditione oc-
cupatus miles testm̄ faciens si sciens, liberos præterierit, recte
censebuntur exhæredati. §. sed si in expeditione de exhær. lib.
Sed & filia recte exhæredatur sine causa quæ ab intestato non
potest succedere, vt colligunt doct. in §. & quid si tantum. Sūt
& alij similes casus, quos not. Ias. in d. auth. non licet. Sed in ca
su nostro illa prouisio est superflua cum nepos habeatur pro
mortuo ergo non admittenda l. hæc stipulatio in fi. inf. vt leg.
seu fid. Illud mirū fuit, ius ciuile exhæredationem etiam mani-
36 feste iniquā vsq; ad querelę refugiū tollerasse. Sed ego † id cō-
cessum arbitror ob maximū patrię potestatis ius. Ait enim iu-
risconf. in l. in suis supra tit. nostro nec ob. q exhæredare licet,
cum & occidere liceret, quemadmodū aūt paulatim ius vitæ
& necis moderatum est, arg. §. fi. de his qui sunt sui vel alie. iur.
ita quoq; exhæredandi licentia querelę auxilio mitigata fuit.
Hęc loco premissorum sufficiant. (Sic) pro non alio modo. Est
enim particula demonstratiua qualitatis & formę, vt hic om-
37 nes admittunt. (Posse) † & necesse est, ne rumpatur testamen
tum, agnatione sui heredis l. posthumorū infra tit. 1. Et sic est
necessitas, causatiua, non precisa sicut & alias in l. si mādauero
§. fi. supra mandati. Ita sentit gl. hic & Bar. Nunc, quia, lex pro-
hibitoria frequēter vtitur hoc verbo preposita ei negatiua, hic
ego intendo aliquid tractare de ea. Ideo dico q habemus cōsi
derare tres terminos. facere ɔ legem. facere fraudē legi, & cō-
38 mittere in legem. Contra legem † facit, qui id facit quod lex
prohibet. l. contra ff. de legi. Exemplum res minorum quę ser-
uari possunt prohibentur distrahi his nō concurrentib. autho-
ritate tutorum vel eorum sub quorum cura sunt, decreti inter
positione, ob causam æris alieni, neq; vt id fieret a parentibus
testamento cauto. l. 1. de reb. eo. alias distrahens facit ɔ legis. Si
officialis paciscatur q communitas in fine officij donec ei vo-

C. de instit. & substit. & ita tenendum est quicquid dicat Ludo.
Rom. qui in hoc tenet contrarium in d. l. si quis pro emptore.
170 in 13. colum. † Tertius casus est, quando vitium illegitimitatis
causatur ex impedimento iuris diuini vel canonici, vt quia quis
ex adulterio aut incæstu suscepit filium, & isto casu per legiti-
mationem non efficitur filius vere legitimus, sed ficte. Ideo nõ
comprehenditur in dicto statuto. Ita determinat dominus Be-
ned. de Plumbi. in dicta disputatione. in 4. dubio. sequitur Alex.
in dicto consil. 2. in fi. colum. 8. in 1. lib. & in consil. 87. incip. vi-
sis codicillis. Et istum casum late prosequitur dom. Franciscus
Cur. in dicto consi. 73. in tertia dubitatione. Confirmatur, nam
quando legitimatio facta fuit de illo, qui natus fuit ex illis, inter
quos non poterat esse matrimonium. lege diuina prohibente,
non est proprie legitimatio, nec restitutio natalium, sed dicitur
quædam dispensatio, quia cũ non potuerit a principio esse veri
tas matrimonij, nec imago potest fingi l. 1. C. de lati. liber. toll.
Ista est doctrina Pau. de Castr. in cons. 221. incip. super puncto
ista. col. 3. vbi dicit ita fuisse consultũ per collegiũ Bonoñ. in ar-
dua quæstione, in qua Bal. & Petrus eius frater etiam consulue
171 rant. † Quartus casus, qñ quis fuit legitimatus simpliciter, quo
casu soli patri agnascitur, & illi succedit, non autem alijs agna-
tis patris l. communionum. in prin. C. de natura. lib. vbi Bart. &
Bal. notant Sal. in auth. item si quis C. eod. tit. Io. Andr. in tit. de
succes. ab intest. §. 1. ver. ex facto. d. Abb. in cons. 87. incip. in quę
stione, quæ vertitur inter Iul. in 2. col. Bal. in l. cum in adoptiuis
C. de adopt. Ideo tunc non comprehendetur in hoc statuto, cũ
non consequatur simpliciter & omni respectu ius agnationis,
pp quam emanauit ipsum statutum l. 1. §. pen. ff. de ven. inspic.
172 cum alijs superius adductis. † Quintus casus est, qñ facta fuit le-
gitimatio de filio illegitimo, nec fuit expressum legitimanti ꝙ
pater habebat filios aut filios superstites, quia vitiabitur legiti-
matio tãꝗ surreptitia ob hãc taciturnitatẽ, & sic prædictus legi-
timatus non oberit filiæ fęminę in successione patris. Istud fir-
mat Iac. de Beluis. in §. qm̃. in auth. qui. mo. na. effi. sui. d. Ant. in
c. per venerabilẽ. circa medium. extra, qui filij sint legit. Pau. de
Cast. in consil. 224. incip. super eo. in pen. col. vbi inquit quod li
cet in legitimatione, quæ fit de filio illegitimo, nõ requirat cõ-
sensus agnatorum, quibus põt quis auferre hæreditatem suam
instituendo extraneos, attamen requirit ꝙ fiat de illis mẽtio vt
censeatur voluisse legitimatis illis pręiudicare, cum facilius cõ-
cedi soleat legitimatio, qñ nõ sunt agnati, quã in casu in quo ex
tant agnati. Et idem tenet Alex. in consil. 67. incip. consideratis
his. in pe. col. lib. 1. & in consi. 60. incip. visa legitimatione. in vlt.
col. lib. 2. Posset ergo dici quod in casu præmisso filia in totum
succedit patri, legitimato pęnitus excluso, cum inualida sit legi
timatio, & pro nõ facta habeatur, ar. l. quoties. ff. q satis. cog. &
l. non putauit §. non quæuis. ff. de bono. possessio. contra tabul.
173 † Sextus & vltimus casus est, quando illegitimus fuit habilita-
tus ad certos actus, & non quo ad omnes, vtputa ad successio-
nes parentũ. publica officia, dignitates, honores, & huiusmodi
hoc. n. casu non habebit locũ dictũ statutũ, quia ista nõ est pro-
prie legitimatio, sed dr̃ quędam dispensatio, quæ est odiosa, &
est restringẽda c. 1. & 2. de fil. presby. li. 5. Et istam doctrinam tra
dit Pet. de Anch. in cons. 222. inci. ex tenore priuilegij apostoli
ci. in primis verbis D. Anton. in d. c. per venerabilem, in 8. char.
vers. nunc videamus aliqua de effectu legitimationis. Do. Ant.
de Rosel. in trac. legit. in rub. de causa finali, & de effectu legit.
Cum ergo in casu præmisso non proprie dicatur legitimatio,
nec etiam proprie dicatur filius legitimatus, & per consequens
nõ habebit locũ prędictũ statutũ, in quo verba proprie sunt in-
telligenda, iuribus superius alleg. Et ex istis habetis hanc diffi-
174 cultatem plene, & perfecte absolutam. † Secundo principali-
ter quæro. An comes Palatinus habens a principe potestatem
legitimandi, filios proprios legitimare possit. Bal. in l. si consul.
in 4. q. ff. de adopt. Determinat ꝙ sic, & multo magis, sm eum,
poterit

poterit legitimare filium fratris vel alterius coniuncti. Et hanc decisionẽ sequitur Ioan. de Ana. in cons. 29. incip. visa imperiali & apostolica legitimandi potestate. Idem etiã no. do. Abb. in cap. per venerabilem. in 3. col. qui fil. sint legi. vbi dicit quod princeps potest cum filijs proprijs dispensare, sicut cũ alijs subiectis, non tanquam pater cum filijs, sed tanquam princeps cũ subiectis. Ex quo infert quod diuersę qualitates in eodem homine concurrere possunt, quę faciunt vt sustineat vices plurimorum. Pro qua illatione faciunt no. per Ioan. An. & alios in c. cum olim. de sen. & re iud. Sed contra istam decisionem sic potest argui, Nam in legitimatione requiritur causę cognitio arg. l. si pater. in fi. cum sequentibus. ff. de adop. ergo videtur ꝙ coram ipso patre fieri non possit legitimatio. Praeterea, per legitimationem, quę fit de filio, pater consequitur commodum quia filius subiicitur eius potestati, qui prius erat sui iuris. §. & generaliter. in authen. qui mod. na. effi. sui. iuncta l. 1. C. de offi. praeto. & l. filiusfa. §. secundum vulgarem. ff. de lega. 1. ergo ad commodum proprium non potest pater ipse istum actum expedire, cum nemo possit in facto proprio interponere authoritatem. cle. fi. de reb. eccle. non alie. l. 1. ff. de authori. tuto. & istã opinionem sensit gloss. in c. per venerabilem. super verbo, gratia. Sed istis non obstantibus sequor praedictam decisionem, &

175 ad primũ inquantum dictum fuit † quod legitimatio requirit causę cognitionem, negatur quod in casu proposito requiratur aliqua causę cognitio, cum fiat a patre, qui potest praeiudicare alijs venientibus ab intestato, bona sua proiiciendo in mari vel alteri illis abutendo. vt supr. dictum fuit. Et est conclusio Barto. hic, quam alii sequuntur. & Pau. de Cast. in consil. 230. incip. dubitatur primo in secunda columna. Non obstat alia ratio in contrarium adducta, quia licet filius illegitimus facta legitimatione subiiciatur patrię potestati, attamen legitimatio de eo facta principaliter respicit eius cõmodũ, cum fiat habilis ad successionem patris, a qua prius erat exclusus, fuerit etiã habilitatus ad honores & dignitates, quę erant sibi interdictę propter infamiam facti, quo laborant illegitime nati. c. si gens Anglorum. 56. distinc. l. fi. in fi. C. de natur. lib. Azo in Sũma C. ex quib. cau. infa. irrogat. Bal. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inst. & substi. Cy. Bald. & moderni in l. fratres. C. de inoffi. test. Ludo. Ro. in l. admonendi. ff. de iureiur. vbi dicit quod illegitimus non est testis omni exceptione maior, ideo probanti per talẽ testem non defertur iurm in supplementum probationis. Commodum ergo patrię potestatis, quod pater consequitur ob legitimationem factam de filio, venit in quandã consequẽtiã, ideo nõ prohibebitur in facto proprio interponere authoritatem. l. 1. in fi. ꝑ rẽ. ff. de auth. tut. Fateor tamen quod in casibus in quibus requiritur citatio & consensus eorum, qui possint lędi, prout est qñ substitutus excluderetur, tunc pater filiũ proprium legitimare nõ posset. Item non potest legitimare filios, quos suscepit post obtentum priuilegium legitimandi, ne detur materia delinquendi. Et ita tenet Pet. de Ancha. in cõs. 321. incip. primum dubium. in fine. cuius opinio in casu praemisso placet. † Tertio quaeritur. An legitimatus ab Imperatore aut ab habente ab eo potestatem censetur legitimatus quo ad spiritualia, ita quod possit promoueri ad ordines. Breuiter concludo quod non. glo. est in c. lege. 10 dist. & in c. si officia. 54. dist. Bart. in authent. ex complexu. C. de incest. nup. Idem sensit Ioan. An. in d. c. per venerabilem. & expresse ibi. d. Abb. col. 6. glo. in c. peruenit. 101. dist. & Bart. in l. qua in prouincia §. fi. ff. de ritu. nup. Bald. in l. eam quam. ver. quaero. C. de fideicõ. Archidia. in c. quid est. 35. q. 9. Econtra, legitimatus a Romano Pontifice quo ad spiritualia, nõ censeatur legitimatus quo ad tpalia, nisi in terris subiectis ipsi Pontifici quo ad temporalem iurisdictionem. Ita communiter cõcluditur in d. c. per venerabilem. vbi Abb. in 5. col. dicit quod ista opinio seruatur in practica, quia de facto videmus quod legitimati quo ad ordines non admittuntur ad successionem parentum vna cum alijs legitimis, & consuetudo est optima legum interpres. c. cum dilectus. de cõsuetudine. l. si de interpretatione. ff. de leg. Et hãc opi. etiam sequitur Rapha. Fulg. in consil. 72. incip. praesupposita bulla apostolica. in 2. dubio. † Quarto quaeritur. Nunquid Imperator possit legitimare in terris subiectis ecclesię quo ad tẽporalem iurisdictionem, & ecõtra summus Pontifex in terris subiectis Imperatori. Ista quaestio trita est vulgata, & in varijs locis tangi solet, in qua conclusione procedendo aliqui casus possunt considerari. Primus casus est, quando legitimatio fiat post mortem patris, & sic non fiat ad patris instantiam, & isto casu sine dubio Imperator nec ab eo habens potestatem legitimandi legitimare poterunt aliquem non subditum in terris subiectis ecclesię. Ita concludit Bald. in proce. Cod. in fi. Pau. de Castr. in consil. 230. incip. dubitatur primo. Et in istis terminis procedat opinio Iacob. But. in l. 1. C. de iur. aur. ann. & quod voluit Inno. Hostien. & Ioan. An. & do. Anto. & Abb. in c. per venerabilem. qui fil. sint legit. & quod voluit Bald. in d. l. 1. C. de iur. aure. ann. & in l. eam, quam in 8. colũ. C. de fidei. Alexand. in consil. 67. in penul. col. lib. 1. in quibus locis concludunt praefati doctores simpliciter quod Imperator nõ poterit legitimare non subditũ in terris subiectis ecclesiae. Secundus casus est, quando legitimatio fit viuente patre, & ad petitionem ipsius patris, & hoc casu fieri possit legitimatio per Imperatorem, aut ab eo potestatem legitimãdi habente in terris subiectis ecclesiae, quia ex hac legitimatione nulli infertur praeiudicium, cum potuerit pater sua bona in mare proiicere, & nullus eo viuente ius in eius bonis habuerit. l. 1. §. si impuberi. ff. de colla. bon. & cum nullus isto casu sit citandus iuxta ea, quae supra dicta sunt post Barto. & legitimare est voluntarię iurisdictionis, quę potuit prorogari de loco ad locum, & de persona ad personam. Et ita cõcludit Bal. in prooemio Cod. in fine. Pau. de Ca. in d. consil. 230. in 2. col. Ang. pulchre in consil. 31. incip. pro decisione primi dubij. vbi dicit quod si pater habeat filium aut filios legitimos, non potest diminuere legitimam isto casu propter legitimatum. arg. l. nec ei. §. praeterea. ff. de adop. & sic cum isto casu legitimatio requirat causae cognitionẽ, non potest fieri in terris subiectis ecclesię. Sed contrarium in hoc etiam casu tenuit. Pet. de Anch. in consil. 321. incip. primum dubium non est nouum, eo quia territorium ecclesię in temporalibus est distinctum & diuisum a territorio imperij d. c. per venerabilem.

178 & † nemo potest extra territorium iurisdictionem exercere. c. vt animarum de consti. in 6. l. fi. ff. de iurisd. omnium iu. Adducit etiam tex. in cle. Romani. in §. porro. de iureiuran. in verbo. nec quamcunq; iurisdictionem. iuncta. l. balista. ff. de ad senatuscõ. Tre. Item & quia per legitimationem infertur praeiudicium venientibus ab intestato. Huic etiam opinioni inhęret do. Abb. in d. c. per venerabilem. col. 7. per illum text. Item quia legitimare est quid arduum, & censetur reseruatũ principi in signũ priuilegij specialis. §. illud. in authẽ. quib. mo. nat. effi. sui. Ideo non potest subiectus cõsentiendo legitimationi hanc potestatem in alium trãsferre. Praeterea legitimatio dicitur iurisdictionis voluntarię eo respectu, quia non potest expediri nisi cõsentiente eo qui legitimatur. §. generaliter. in auth. quib. mo. natu. effi. sui. alio tamen respectu, ista potestas seu iurisdictio non est pure voluntaria inquantũ excludit agnatos non consentientes, qui alias legitimanti intestato defuncto fuerint successuri, & ista opinio videtur verior. pro qua etiam viget text. in c. per venerabilẽ. inducendo eũ, prout induxit dominus Abb. Prior

179 tamen opinio videtur esse magis cõmuniter approbata. † Sciẽdum tñ est ꝙ cũ isto casu fiat prorogatio de loco ad locũ non solũ de persona, ad personã non sufficit in ista ꝓrogatione tacitus consensus partium, sed esset opus expresso consensu. Casus est notabilis in c. statutum. in 6. in nullo. de rescript. in 6. quem ad hoc ponderat Ang. in consil. 58. incip. visis & inspectis omnibus. col. 4. vbi dicit illum tex. non esse ponderatum a doctoribus. Tertius casus est, quãdo legitimatur in terris ecclesię subiectis Imperatori, & isto casu valeat legitimatio considerata persona, quae legitimanda est, in quam Imperator habet iurisdictionem, licet locus, in quo fit legitimatio, non sit ei subiectus. Ita tenet Angel. in d. consil. 301. in 3. col. Quartus & vltimus casus est, quando Imperator legitimat filium sacerdotis in loco sibi subdito, & hoc casu valeat legitimatio per eum facta de dicto filio, qui est laicus, licet eius pater sit clericus, quia legitimatio est actus principis, non patris, vt no. Barto. in §. forsan. infra eo. Ideo satis est quod legitimatus sit laicus, in quem princeps confert beneficium legitimationis. Et ita tenet Soc. in dicto §. forsan. in vltimis verbis. Licet Dominic. de sancto Geminia. in cap. fina. §. 1. de iudic. lib. 6. teneat contrarium, adducens decisionem Rotae, decisiõne 481. in nouis. vbi conclu-

180 dunt † quod quando pater, qui est clericus emancipat filium, emancipatio fieri debet coram iudice ecclesiastico, non seculari, ergo idem in legitimatione. Sed ad hoc fundamentum potest responderi quod legitimatio & emancipatio differunt, quia legitimatio est actus principis, sed emancipatio est actus ipsius patris. Ideo patre existente clerico requiritur superior ecclesiasticus. Et ita respondet praefatus dominus Soci. in dicto §. forsan. Sed ista conclusio habet difficultatem, quia licet emancipatio dicatur esse actus patris emancipantis, tamen respicit commodum filij, non patris. l. 1. C. de inoffic. praeto. §. 1. Institu. per quas perso. nob. acquir. Ideo potius inspici debet persona filij, in quem confertur beneficium emancipationis, quam patris. argum. tex. in l. tertia. §. primo. infra de leg. praestã. Facit. l. eum qui. §. si iniuria. ff. de iniur. Penultimõ quaeritur, fuit concessa communi facultas legitimandi, exceptis filiis comitum, ducum, & nobilium, qui dicentur in hoc casu nobiles. Videte Paulum de Castro, in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad

181 Trebellia. & in consil. 230. in quarto dubio. Vltimo quaeritur, An mater filio legitimato ad preces patris, non autem suas, succedere possit. Raphael. Fulgos. in consil. 83. incipien. Nicolaus, decidit quod non, licet alij agnati & cognati eidem succedere possint. ne ipsa honorem & commodum consequatur sua incontinentia, ex qua poenam & odiũ debuit promereri,

176

177

mereri, cum pudicitia sit mulierum pręcipuum ornamētum. l. si qua illustris. C. ad Orfici. Adducit etiam alias rationes, de quibus ibi per eum. Et ex istis cum laude Summi, & ęterni Dei finem impono huic paruę repetitioni, in qua nihil alienū a materia tacta per Bar. dictum fuit. Materiam substitutionum loco suo, dante Deo, opportune discutiemus. Finis.

REPETITIO

M. Antonij Niceti Iurisconf. Super l. Gallus ff. de lib. & posth.

SVMMARIVM.

1 *Antiquitas non est ignoranda.*
2 *Gallus quis fuerit.*
3 *Quaestiones non quotidianae sunt leuiter tractandae.*
4 *Galli intentio quae.*
5 *Vocabulis intellectis facilius res ipsas percipi.*
6 *Posthumi qui sint & vnde dicantur.*
7 *Verba iniuriosa quae.*
8 *Legitimatus continetur appellatione posthumi.*
9 *Monasterium quod quis facto testamento ingressus est continetur appellatione posthumi.*
10 *Donatio quae reuocatur per superuenientiam liberorum non reuocatur per legitimationem naturalis, nec per natiuitatem naturalis & legitimi fauore piae causae.*
12 *Filij primi gradus habent plures praerogatiuas.*
13 *Lex scripta & si dura, seruanda tamen est.*
14 *Posthumi de iure antiquo quare non poterant institui.*
15 *Posthumi alieni qui.*
16 *Intellectus ad l. pen. de leg. 1.*
17 *Intellectus ad l. posthumus de inoffi. testamento.*
18 *Posthumus qui sit successurus ab intestato notabiliter differt ab eo qui non est successurus.*
19 *Posthumi seruum quare licebat instituere, & non posthumum.*
20 *Incerta persona vtrum posset institui ante Iustinianum.*
21 *Posthumos quis possit instituere.*
22 *Ratio quare de iure ciuili, vltima voluntas non debeat pendere ex alieno arbitrio.*
23 *Posthumi indefinita appellatio quos comprehendat.*
26 *Generare de facili qui non possunt.*
27 *Mulier sexagenaria parit legitimum.*
28 *Senex decrepitus potest matrimonium contrahere.*
29 *Lex ad ea quae naturaliter, licet raro accidant accommodatur.*
30 *Alciati opinio non placet.*
31 *Posthumus an possit exhaeredari hodie. & quare olim posset. nu. 36. & an eo exhaeredato fiat lata interpretatio. nu. 24.*
32 *Exhaeredatio fauorabilis laudanda. & 35.*
33 *Incapaces ab indignis differunt.*
34 *Illegitime nati qui.*
38 *Contra legem, vel in fraudem legis facere, & in legem committere.*
39 *Actio ex verbis & ex mente legis, & actio ex mente tantum.*
40 *Impossibilitatis species quatuor, de natura nu. 41. de facto. num. 42. de iure nu. 47. ratione perplexitatis. nu. 131.*
42 *Donatio causa mortis habet mixtam naturam inter contractus, & vltimas voluntates.*
43 *Modus impossibilis quare non vitiet contractum sicut conditio.*
45 *Mortuorum spiritus an reuertantur.*
46 *Conditio si non alienauerit quando respuatur.*
47 *Actus qui peccat in materia, forma, vel consensu non tenet.*
48 *Contra bonos mores facta nullam habere vim.*
49 *Contra bonos mores quae dicantur esse facta. & 51.*
Bellum inter Christianos damnatur, & ideo ementes captos ab alio milite, vt ad duriorem redemptionis mercedem cogant delinquunt & faciūt contra bonos mores.
50 *Donatio inter virum & vxorem, an firmetur iuramento.*
Donationi inter patrem & filium lex non assistit.
52 *Finis impossibilis non inhonestus debet impleri prout est possibilis.*
53 *Morum appellatione quid veniat.*
55 *Maritus si confessus est in testamento se recepisse aliquid ab vxore, talis confessio etiam iurata praesumitur fraudulenta.*
56 *Stante statuto quę extantibus masculis filia non succedat, an pater possit cum filia pacisci vt sibi succedat.*
57 *Filij viuo patre nullum ius habent in legitima.*
58 *Intellectus ad §. fi. inst. de leg. agn. suc.*
59 *Bonorum obuentio non datur pacto.*
60 *Facultas testandi quare restringi, nec tolli possit.*
62 *Statutum prohibens vxorem testari sine consensu mariti non valet.*
63 *Statutum quod mulier non possit legare viro valet.*
64 *Captatoria institutionis materia, aliter declarata quam hactenus nemo fecerit. nu. & 69.*
65 *Religiosi non debent retrahere testatorum voluntates alias incurrunt poenas.*
66 *Testamentum in quo duo mutua affectione se instituerunt valet. Quid si alterum poeniteat? An alterius institutio censebitur reuocata? & 67.*
68 *Milites duo si paciscantur, vt superstes alterius bonis potiatur, reuocata ab vno pactione, alterius quoque pactio reuocata censebitur.*
69 *Legata collata in voluntatem alterius an teneant.*
70 *Consuetudine vel statuto, vtrum induci possit, vt valeat institutio collata in alterius voluntatem.*
71 *Modernorum leue argumentum.*
73 *Ius canonicum solam benignitatem attendit.*
74 *Statutum ne mulier possit testari sine consensu duorum consanguineorum, valet.*
75 *Testamentum irreuocabile quibus modis conficiatur remissiue.*
76 *Donatio omnium bonorum praesentium, & futurorum an teneat remissiue.*
77 *Remittere iniuriam inultam praeponendo commodum pecuniarium vindictae domus suae est contra bonos mores.*
79 *Pater an possit in testamēto committere filiam dotari, & maritari arbitrio tertij remissiue.*
80 *Statutum faciens mentionem de moribus quomodo intelligitur.*
81 *Feudorum consuetudines, admittunt quę ratione improbantur.*
82 *Aduersus ius naturale nulli quicquam agere licere.*
83 *Discretio mater omnium virtutum.*
84 *Pactum ne pater teneatur alere filium cui dedit partem suam non valet.*
85 *Ratio quare in seruitutem quis dare se non possit per pactum.*
86 *Lex quibuscunque verbis concepta non includit defectus iuris naturalis.*
87 *Iniuriam vtrum possint pati furiosus vel impubes.*
88 *Ius agnationis non potest tolli pacto sed statuto.*
89 *Ius publicum priuatorum pactis mutari non potest, & quot modis accipiatur.*
90 *Priuatus non tenetur seruare fidem datam bannito de eo non offendendo.*
91 *Filius occidens patrem hostem. R. P. est praemio afficiendus, & ē conuerso.*
93 *Stante statuto quod notarij priorum nihil salarij possint capere pro scripturis quas faciunt, quando capere possint, reprobata opinione Ias.*
94 *Fisco nihil innouari pactis priuatorum.*
95 *Fisci vtilitas & publica diuerso iure censentur.*
96 *Feudum citra solemnitatem inuestiturae constitui non potest.*
97 *Inuestitura noua quae caret solemni per omnia vel confirmatione parium curiae habetur pro infecta.*
98 *Formae de publico inducta renunciari non posse.*
99 *Forma aliqua certa ratione a lege data, an cessante illa ratione omitti possit.*
100 *Ecclesia vendens omissa forma seruanda etiam si vtiliter agat, perperam agit contra omnium doc. opi.*
101 *Formae ratione correcta cessat lex.*
102 *Papa non potest dispensare monachum contra substantialia regulae.*
103 *Clausulae annullatiuae.*
104 *Formae publica vtilitate inductae effectum tollere nemo potest.*
105 *Legi continenti publicam & priuatam vtilitatem quando possit renūtiare.*
107 *Iuri pro me non introducto renunciare non possum. & 118.*
108 *Ius publicum nec iuramento priuatorum nec authoritate magistratus laedi potest.*
109 *Donatio supra quingentos solidos quare non valeat.*
110 *Pupillus quando obligari possit.*
111 *Mulier quando possit renunciare Velleiano.*
113 *Statutum disponens vt nullus contrahat cum minore, vel quod mulier non possit facere aliquid sine tali solemnitate, an impediat cōtractum firmari iuramento.*
116 *Decretum si dat immunitatem ab omnibus oneribus per decem annis venientibus ad habitandum ciuitatem an ei possit renunciari.*
118 *Bastar. & mulieres raro boni.*
119 *Ecclesia solet absoluere transgressorem iuramenti per metum extorti.*
120 *Contractui quid si insit fraus, & sit iuratus remissiue.*
Contractus dolo malo initus, an sustineri queat.
121 *R. P. potest expedire quatuor modis.*
123 *Feudum debet esse gratuitum.*
124 *Imperator debet augere imperium.*
125 *Rex Franciae non potest alienare vnam bonam ciuitatem sine consensu procerum, sicut nec Papa sine consensu Cardinalium.*
126 *Dupliciter peccatur in consensu.*
127 *Abbas si contrahat cum monacho contractus est nullus quia peccat in materia.*
128 *Fideiussor qui promisit aestimationem cum principalis promisisset decem saccos grani ad nihil tenetur nisi iurauerit.*
129 *Abbas & capitulum non potest per compromissum praeiudicare Romanae ecclesiae.*
130 *Obligatio naturalis an oriatur ex contractu cui lex resistat, & quid si lex resistat exceptioni, actioni, vel petitioni.*
131 *Verba conditionalia quando inducant dispositionem.*
132 *Statutum quod potestas possit inquirere de maleficijs an inducat necessitatem.*
133 *Verba deprecatiua quando inducant dispositionem.*

Posse

134 *Posse pro necesse est nu.37.& de hoc verbo.*
135 *Institui hoc est substitui.*
136 *Naturales an & quando possint substitui.*
137 *Statutum faciens mentionem de institutione trahetur ad substitutionem.*
138 *Conditio adiecta institutioni, an censeatur repetita in substitutione.*
139 *Stante statuto quod testamentum certæ personæ non valeat si in eo non sit institutus aliquis de familia, quid si sit substitutus talis vulgariter non institutus.*
140 *Testamentum conditum secundum formam Galli an hodie sustineatur late.*
141 *Præteritio filij quibus casibus non vitiet testamentum.*
142 *Testamentum in quo instituti sunt venientes ab intestato amoto filio, non est nullum ratione præteritionis filij.*
143 *Bar. non bene intellexit.§.interdum in l.denique ff.de pecu.leg.*
144 *Inducere quid.*
145 *Iason reprobatur.*
146 *Nepotum appellatione qui veniant.*
147 *Rex Franciæ non potest alienare ea quæ sunt de substantia suæ iurisdictionis.*
148 *Luna planetarum septima seruat septenarium numerum præ cæteris.*
149 *Substitutus si fecit inuentarium pendente conditione, an ei prosit veniente conditione.*
150 *Intellectus ad le.2.C.de natur.lib.& ad leg.si is qui ex bonis.ff. de vulga & pup.*
151 *Filij appellatione qui veniant late.*
152 *Meus de hac dictione vide.*
153 *Casus ad quem doctores non aduerterunt.*
154 *Testamentum conditum secundum formam Galli vtrum sustineretur filio & patre simul morientibus.*
155 *Mater si acquirat feudum pro se & filijs quos habebit cum morietur, quod comprehendatur filius qui exsecto ventre natus est.*
156 *Tunc, extremitatem temporis significat.*
157 *Menses in casu legis nostræ quomodo computandi.*
158 *Pactum de non diuidendo quando valeat.*
159 *Mulier quo tempore pariat perfectum partum. Et multa de hoc quæ a nemine hactenus ita plene discussa sunt.*
160 *Mulier si pariat eo tẽpore quo dubitetur an partus sit primi viri vel secundi, quomodo decidetur hic casus.*
161 *Passiones animæ quando sunt vehementes faciunt mirandos effectus.*
162 *Redemptionis pretium non debet solui nisi semel a captiuo.*

Allus Aquilius Sic posse institui posthumos nepo
tes induxit, Si filius meus me viuo morietur, tũc
si quis mihi ex eo nepos, siue quæ neptis post
mortẽ meã in x. mẽsibus proximis quibus filius meus morietur, natus nata ve erit hæredes sunto.
1 Gallus Aquilius vt † nihil antiquitatis ignoret iuxta tex. inst.
de testa.i princ.& l.1 §.& cũ triplici.C.de cad.tol. Primo quæro
2 † quis fuerit Gallus? Rñ. Gallus fuit vnus ex maximis viris, qui iu-
ris ciuilis sciam professi sunt, & qui maximæ dignationis apud
populũ Romanum fuerũt. Ab eo fuit instructus Seruius Sulpi
tius qui & ipse in causis orandis primum locum, aut certe post
M.Tulliũ obtinuit, & reliquit in iure ciuili prope centũ & octo
ginta libros.l.2.§.Seruius supra de origin. iur. Item Gallus fuit
Tribunus plebis & tulit leges in tribunatu quæ dicuntur ple-
biscita, inquit enim text.in l.1. sup. ad l. Aquil.certe lex Aquilia
plebiscitum est, cum eam Aquilius tribunus plebis a plebe ro-
gauerit. Concordat.§.capite tertio. Inst.eo. tit. fuit & inuentor
Aquilianæ stipulationis.l.& vno.§.1.inf.de accept. & §.1.instit.
quib. mod.toll. ob. vnus doctor Germanus in quibusdam suis
dialogis asserit Gallo positam statuam pro rostris allegat. d. §.
Seruius, qui probat statuam positam Seruio Sulpitio de quo
3 principaliter erat sermo, ita sentit ibi gl. quam † q. vt potenon
quotidianam plenius non attingam l.legaui inf.de lib. leg. Se-
4 cundo quæro † quæ fuerit intentio Galli? Respon. debes scire
quod ante hanc legem qui nondum natus erat, nullo iure po-
terat hæres institui, vers.porro.inf.l. nostra. quod si instituebatur inutilis institutio erat tanquam præteritio, præteritus autẽ
agnatione rumpebat testamentum.l. Posthumorum inf. tit.1.
quid ergo eis imputabatur quasi cur non intestati decederent
l.posthumus sup.de inoffic.testam. Proinde Aquilius tunc tan
tũ posse nepotes posthumos institui induxit, quum post mor-
tem aui nascuntur ex filio præmortuo (post testamentum ta-
men) nam si viuo auo, imputari poterat cur nõ testamentum
5 mutasset l.tractabatur inf.de mil testa. Tertio quia † vocabulis
intellectis facilius res ipsæ percipiuntur, argum.l.1. sup. si cert.
6 pet. vellem quia sumus in materia posthumorũ scire † qui sint
posthumi? Respon. posthumorum summam diuisionẽ in duo
genera diuidere placet, aut enim proprie testatoris dicuntur,
aut improprie. Posthumos autem proprios & ex vi verbi, dici
mus eos duntaxat qui post mortem parentis nascuntur.l.3.§.1.
infra tit.1.dicti. quia patre humato nascuntur. Posthumorum
loco sunt omnes illi qui in sui hæredis locum succedẽdo quasi
agnascendo fiunt parentibus sui hæredes.l. posthumorum eo.
7 tit. † Fit autem quis suus hæres altero de infrascriptis modis,
Si de nouo quis nascatur, si de nouo adoptetur, si subducto de
potestate priore suo herede vlterior successit in proximum lo-
cum.l.filius. §. filiusfamil. supra eodem. Et si mortuo auo in-
cipit tenere locum patris. l. si quis filio infra tit. primo. Adde
casum peregrinum in l.si patre redempto infra de cap.& postl.
8 re. Ergo † & filius legitimatus, & monasterium quod facto te-
9 stamẽto quis ingressus est hac nuncupatione veniet, licet † Do-
10 natio quæ reuocatur per superuenientiam † filiorum non re-
uocetur per legitimationem naturalis Ias.in rub.C.eo.tit Imò
nec per natiuitatẽ naturalis & legitimi fauore piæ causæ nisi
quo ad legitimam Bart.in l.filia.§.Imperator numero.6. de le.
2.& antiqui loco quo supra. Nomen itaq; posthumorum licet
in hos largo modo cadere quæstionis nõ sit, tamen proprie nõ
cadere in eos qui iam in rebus humanis sunt certum est. l. nomen filiarum de verb.sig. Commodissime secunda diuisio ita
fit, posthumorum quidam proprij & sui, quidam sui tantũ, qui
dam alieni. Primum genus est eorum qui post mortem patris
nascuntur.l.3.§.1.infra tit.1.scilicet si nasci possint in potestate
11 l. quod dicit. supra eo. patris nomine † auũ quoq; hic demon-
strari non credas contra l.iusta de verb.sign.eam enim vocem
certæ personæ graduiuise præsto. iuxta. l. liberorum eo. tit. Sui
posthumi tantum aut nascuntur, aut fiunt. proinde eorũ qui
nascuntur quosdam suos nascituros certum est. Quales sunt,
quorum pater, vel is demum qui primũ locum occupabat eis
in vtero constitutis prædecessit. Et de his ita loquitur lex Vel-
leia. Qui testamentum faciet is omnis virilis sexus, qui ei futu-
rus erit suus hæres cum nasceretur (hoc est quem certum erit
suum hæredem nasciturum, eo quia filius eo tempore quo ne
pos instituatur, non sit) instituendi necessario potestatem ha-
beat. §. nunc de lege infra ea. l. Quidam ideo nascuntur sui quod
patres eorum inopinate post testamentum aui ante eos natos
moriuntur, vt hoc casu satis sit obseruari id tempus quo nascũ
tur.§.vbi etiã constat eos hodie ex.l.Velleia posse institui. Fiũt
autẽ sui omnes quos improprios posthumos supra appellaui-
mus. Exceptis his quos proxime inter suos nasci retulimus.
Alieni posthumi vox spectat ad eos qui cum nascerentur, in-
ter suos omnino futuri non essent, vt ex emancipato filio con-
ceptus nepos qui sine nouo facto suus nasci non potest. §. po-
sthumo. inst. de leg. Quarto quæro an posthumos proprius &
suus ante.l.hanc posset institui? Respondeo puto quod sic.ip-
sum enim & gradus prærogatiua tuebatur, & quia inter suos
nasciturum certum erat. Sed contra, hæreditas aui nõ est mi-
nus delata nepoti quam filio, si modo filium decessisse propo-
nas.§.sui.inst. de hær. qual. ergo idẽ iuris debet esse in posthu-
12 mo tantum suo, quantum in suo & proprio. Solu. † non est mi
rum quod primus gradus frueretur tali prærogatiua. Nam in
simili, filius primi gradus sub potestatiua tantum conditione
hæres institui potest.l.suus quoq; supra de her.inst. Nepotes &
deinceps cæteri liberi qui ex. l. Velleia instituti non rumpunt
testamentum, sub omni conditione institui possunt, & si redi-
gantur ad filij conditionem.l.sed & si.§.1. eo. tit. Item filij primi gradus rogati de restituenda hæreditate suis filijs, vel etiam
fratribus, si decesserint sine liberis non præstant satisdationem
fideicõmissorũ seruandorũ nisi cum testator exigi dissoluerit
& cum pater vel mater, secundis existimant nuptiis non absti-
nendum. Rursus, liberi primi gradus non computant fructus
in quartam, etiam si pater hoc expresserit. Cæteri computant
13 etiam si non expresserit.l.iubemus. C. ad Treb. Præterea † lex
ita scripta est, & si dura seruanda tamen est.l prospexit inf.qui.
& a quibus, & nobis conuenit inculpare omnia prius quam le
gem.cap.ego solis.9. distin. Quinto quæro an is quem certum
erat nasciturum suum posset hæres institui? Respon. probaui
proxima q.quòd non, hodie sic. Sexto quæro an qui fiunt sui
14 possent institui? Respõ. quod sic. Quia † ratio antiqui iuris pro
hibentis institutionem posthumi videtur illa fuisse quod insti-
tutio certa esse debebat argumẽ.§.posthumo, cum præced. &
seq. inst. de leg. Sed partus nondum editus nullus adhuc est.l.
eius serui in de her.instit.l.in l. Falcidia la secunda, inf.ad l. Fal.
& præterea incertum est nasciturus sit an non. l. vbi autem §.
Illud de verbo. obligat. Sed in iam natis cessat hæc ratio, ergo
cessabit lex.l.quæsitum, de testib.l. Adigere §.quamuis. de iu-
15 re patro. Septimo quæro de alienis? Respon. † Alieni posthu-
mi sunt qui non sunt in potestate testatoris vt ex fratre nepos.
Hos sententia Galli posse hæredes institui obtinuit. l.pen.l.
de lega.1. Gallus enim & ad eius exemplum Velleia lex illud
tantum obseruasse mihi videntur, vt hi qui ab intestato succes-
suri sunt possint institui quæ successio quia frequentior & cer-
tior est in descendentibus l.nam & si parentibus. de inofficio.
testam. cum similib. Ideo de iis tantum vnusquisque eorum in
aliquo casu prouidit verbis expressis. de inde ex eorum senten-
tia obtinuit, ex collateralibus posthumos posse institui, & ab eis
fideicommissum relinqui facit.l.1.§.sciendum de lega. 3. sunt
enim

16 enim & ipsi legitimi quandoque, & ideo tex. † in l. penult. dixit. obtinuit ex sententia Galli, alienos quoque posthumos nobis legitimos, hoc est quibus, & quoties per legem nostra eis defertur hęreditas, posse hęredes fieri, in testamento videlicet.
17 Et hoc est quod etiam voluit dicere iurisconsultus in † l. posthumus de inoffic. testam. dum inquit. Posthumus inofficiosum testamentum potest dicere eorum quibus suus hæres vel legitimus potuisset fieri, si in vtero mortis eorum tempore nõ fuisset. Hucusque, tex. loquitur de eo posthumo, quem ex sententia Galli, & Velleia imitatrice licuit instituere. Demum subdit tex. Sed & cognatorum quia & horum ab intestato potuit bonorum possess. accipere. Hic tex. dubitauit aliquem opponere. Nullo iure pôt alienus institui, quia ad eum nec sententia Galli, extenditur. At iurisconsul. inquit. Potest scriptus hæres in possessionem mitti &c. quasi dicat. Iure prætorio tutus est. §. posthumus autem alienus instit. de leg. & quod tex. in d. l. pe. dixit sola enim in fideicommissis volũtas attenditur. ita est intelligendum, vt dicas. Veniens ab intestato grauatus de fideicõ misso censetur tacite institutus. l. si quis cum nullum & l. conficiuntur. de iu. cod. ideo sicut in testamento in certa persona expresse instituta non poterat grauari, videbatur idem dicendum eadem persona tacite instituta. Sed iurisconsultus respondet non est eadem ratio in fideicommissis quæ sola voluntate nitunẽ relinquentis, & non subiacent regulis rigoris iuris: Pręterea ex sententia Galli potest institui talis expresse, a quo potest relinqui ergo a simili posset relinqui ab eo si tacite institua-
18 tur. Vltimo nota quod † inter eum posthumũ alienum qui nõ est successurus ab intestato, & eum qui est successurus esse an differentiam. Quod primo casu venter institutus non mittitur in possess. bonorum nisi alias mater nõ habeat vnde se alat. Posteriore casu semper. l. extraneo & l. seq. de ventr. in poss. mitt. Ex prædictis infero quinque cõclusiones. Prima est. quod per l. 12. tab. nullus posthumus, nisi ex mea virga nasciturus, poterat institui. Secunda est, ꝙ per Gallum in vno tantum casu inductum fuit nascituros posse institui. s. si post aui mortem ex filio post testamentum præmortuo nasceretur. Tertia est, ꝙ per Velleiam inductum fuit, non natos posse institui qui nascerentur viuis nobis, eorum patre siue ante testamentum siue post, ante nos prædecedente. Quarta est, ꝙ ex sententia Galli obtinuit de iure ciuili vnumquemque posthumum, qui natus succederet ab intestato de iure ciuili, vel de iure prætorio per vnde agnati posse institui. Quinta est ꝙ omnis alius posthumus post Gallũ per prætores permittebatur institui. §. posthumus autem inst. de leg. Sexta conclusio erit, ꝙ per Iustinianũ, vnusquisque posthumus recte instituitur, siue beneficio prętoris. §. sed nec huiusmodi inst. de leg. inst. de bon. poss. in prin. Secũdo principaliter quæro, cum capacitas serui dependeat a capacitate domini. l. non minus de hæred. inst. l. si mihi & tibi. §. re-
19 gula de leg. 1. cur † Seruũ posthumi liceret instituere. §. seruus etiam alienus instit. de hæred. inst. & l. si seruum. ff. eod. tit. Posthumum vero non? Respon. nemo potest sperari seruus posthumi, quin sit hæreditarius, sed talis hæres institui pôt. Tanquam seruus certæ personæ qui fuit defunctus quem representat hæreditas. d. l. non minus in fine, non tanq̃ seruus incertæ personæ. Et ꝙ hoc sit verum ꝙ seruus qui speratur futurus posthumi representat defunctum, non hæredem futurum, vide ꝙ attenditur capacitas defuncti, non hęredis futuri. l. seruus hęreditarius de hæred. instit. Cum quis possit institui in tempus quo capere poterit. l. in tempus de hæred. insti. miror quare nõ poterat institui qui erat in vtero, collata institutione in tempus quo esset natus? Respon. Hoc olim de rigore, illud nũc bene-
20 uole receptum est. Quæro an † ante Iustinianum posset incerta persona quæ tamen veniebat certificanda hæres institui, vel ei legari? Respondeo ex mei intellectus modicitate audeõ dicere sic. Incertæ personę, ex certis personis poterat legari. §. sub certa instit. de lega. dummodo ex postfacto veniret certificanda. incertæ personæ ex incertis non poterat. §. incertus eodem tit. Fallit si certificatio de necessitate veniebat ante mortem testatoris. l. quidam relegatus de reb. dub. ibi siue quis alius &c. & hoc siue fuisset impleta testatore sciente, siue non. Dumtamẽ post testamentum l. hæc conditio §. fi. cum l. seq. de condit. &
21 demonstr. Tertio principaliter quæro † quis possit instituere posthumos? & institutis posthumis de quibus intelligatur. Et primo an is qui non habet vxorem? Respõdeo prima facie videtur dicendum ꝙ non. Quia institutio non pôt fundari super nõ ente. arg. l. 1. §. si quis quasi tutor supra de eo qui pro tuto. l. tutor. l. Seię de tut. & cur. dat. ab his. Sed posthumus nõ est, nec re, nec spe in rerum natura. ergo institutio non constat, cũ institutus non habeat testamenti factionem tempore testamẽti facti. §. si alienum. §. in extraneis inst. de hered. insti. Et talis institutio tanquam inutilis non vr̃ posse tractu temporis confirmari. d. l. si alienum in princip. Contrarium determinatur in l. placet supra tit. nostro. Si enim non habes vxorem non posset posthumum instituere, eo quia testator posset nũquam ducere vxorem, sequeretur quod habens vxorem attẽta hac ratione non posset instituere posthumos, quia posset diuertere ab vxore, & sic res veniret ad eum casum a quo incipere nõ posset, qđ est falsum, ergo &c. Et licet institutus, non sit in rerum natura tamen subest spe, quia potest quis vxorem ducere, vt in-
22 quit ibi text. Ad secundum dico ꝙ institutio † posthumorum, cum ob ipsos liberos, & ob ipsius testm̃ sustinendum sit fauorabilis vt vult glo. in d. l. placet. & si simpliciter fiat latissime tñ extenditur. Si quis igitur posthumum instituerit & si mille nascãtur, & ex diuersis matrimoniis omnes instituti censebunẽ arg. d. l. placet & seq. Quinimo & si quis post testamentũ abrogabitur cum quasi posthumus habeatur, erit & ipse hæres ex testamento, omnes enim hæc institutio complectitur quos in-
23 stituere necesse fuit. Indefinita tñ appellatio † posthumi nõ cõprehendit nisi nasciturũ ex legitimo matrimonio, non aũt naturalem tm̃, siue testator esset vxoratus, siue non. Quia illegitimorum præteritio testamentum non rumpit, & procedit hoc dictum tam de iure ff. quam de iure. C. Quando tñ posthumus esset in solidũ institutus, an in maiori summa, quam posset nãli, relinqui, verum enim esset appellationem posthumi non posse in naturali verificari. l. humanitatis C. de natu. lib. iure autem nouissimo, in casu quo naturalis posset vniuersaliter institui puta quando tempore testamenti pater non haberet filios legitimos & naturales iuxta auth. licet. C. de natura. lib. talis appellatio in naturalibus verificaretur quia liberorum appellatio & olim, & hodie ad naturales tantum extenditur. l. ex facto. §. si quis rogatus ad Treb. l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & substi. nisi testatoris dignitas, refragaretur, vt d. §. si quis rogatus. roboratur. quoniam dispositio taliter semper interpretanda est etiam verba impropriando vt actus sustineatur magis q̃ pereat. l. fundus qui locatus ff. de fund. instr. & facit decisio. Soc. per illum. tex. in §. etiam parente. infra eod. Et quod dixi de naturalibus intellige de ijs qui extant ex concubina quæ sola fuerit & indubitato affectu testatori coniuncta. d. auth. licet. Hæc tradunt doc. maxime Iaso. in l. placet. 3. not. de lib. & posthu. Viglius in §. posthumi quoque inst. de exhæ. lib. Sed an exhæreda-
24 to † posthumo tam lata interpretatio fieri debeat? Et in confesso est idem cẽsendum, quod & in institutione Ias. in d. l. Placet. Idem dixit exhęredato quoque posthumo filio nepotem comprehẽdi, quod Faber ob dictionem vniuersalem admittit. Aret. vult vt nulla sit inter natos, & posthumos differentia in hoc, nisi ꝙ generalis exhæredatio ex primi posthumi natiuitate demonstrationem restrictionemque accipit, ita refert Viglius in d. §. posthumi quoque. Illud palam est si testator legaret posthumo simpliciter intelligendum esse tantum de ijs, qui in vtero matris tũc essent arg. l. boues. §. hoc sermone de verb. signi. hic enim fauor testamenti non vt in institutione militat. An autẽ posthumus exhæredari hodie possit infra dicam. Reuertor &
25 quæro † quis posthumos possit instituere? Et quidẽ fęmina pôt. l. posthumus in fine principii de inof. testa. l. sed est quæsitum. §.
26 fin. supra. tit. nostro. Et qui non † potest facile generare, vt puta maior sexaginta annis, aut is cui valetudo, aut morbus in causa sit. l. si paterfam. §. fin. & l. nec ei. §. & primum de adop. iuncta l. Sed est quęsitum tit. nostro potest instituere, adoptare, vxorem
27 ducere. l. penul. C. de nup. Et licet sit mirabile ꝙ † mulier quinquagenaria pariat, filius vtpote legitimus succedet. l. si maior. C.
28 de legit. hæred. Et sic senex † decrepitus potest matrimonium
29 contrahere. Ratio quia lex † etiam ad ea quæ naturaliter (licet raro) accidant accommodatur. Non tamen ad miraculosa & contra naturam vt in Io. Baptista qui ex Elisabeth, quæ & sterilis natura, & in dies suos processerat natus est. Bart. in d. l. si maior. Qui vero coire non possunt omnino vel qui non attigunt, non possunt contrahere matrimonium, quales sunt qui sine testibus ante pubertatem fuerunt. c. 2. de frig. & malef. Qui vero coeunt licet non generent, quales sunt qui puberes exsecti sunt cum hepate sint feruẽtiore, valaqua genitalia capaciora possideant, causa vitandæ fornicationis permittuntur matrimoniũ contrahere. Cano. d. c. secundo posthumos instituere. Alcia. in
30 l. spadonum de verbo. signi. ꝙ ego non probo † cum non nisi adulterium partum expectare possint, neque enim fęminæ ex spiritu sancto concipiunt. glo. in l. filium, de his qui sunt sui. vel alie. iur. Et generaliter in hoc articulo ita definire placet, ꝙ qui omnino generare non potest posthumum ex vxore sua, nasciturum instituere non potest, quia adulterinus speratur partus, arg. l. si quis posthumos. §. 2. & §. sed & qui ex ea. Ex aliena autẽ vxore posthumum vt alienum instituere pôt, cessat enim rõ. Item non interdicitur ei testamenti factio. l. Eunuchis. C. qui testa. fac. pos. Nec cum posthumis alienis. l. pe. de leg. 1. inst. de bo. pos. Solum enim illud spectatur ne quis ex ea quæ alii nupta sit posthumum tanquam suũ hæredem instituat. d. l. si quis posthumos in fine princip. iuncta gl. Spadones quibus vnus testis relictus est, possunt instituere quia & generẽt. l. Pomponius in fine, de ędil. edic. Quod si qui generare per casum nullo modo possunt instituerint posthumos, intelligitur de adoptiuis gl. &

doct. in

doct. in d. l. Sed est quæsitũ eo. arg. Si in sacris constitutus insti
tuat sibi posthumũ intelligetur de ciuili quem licite hr̃e pôt.
Iaf. nu. 8. in d. l. si quis posthu. Possunt aũt institui posthumi, ex
ea quæ tũc sibi vxor esse non pôt honesta, sed est honesta spes,
q̃ esse possit l. filius §. si quis eo tpe supra tit. nostro per conse-
quens ex qualitate vidua l. posthumum supra eo. Quod intelli
go si eo tempore instituatur quo possit sustineri non ex adul-
terio natum si tanq̃ suus instituatur. Illud omnib. constat non
subsequuto matrimonio ẽt institutum ex ea quæ vxor esse po-
terat ex testõ nihil consequi. §. si quis ex eo tpe. Institutus autẽ
ex ea quæ iure nostro vxor esse non pôt, nullo casu quicquam
consequetur §. posthumus aũt inst. de lega. Exemplum in mo-
nacha iudea heretica maioris hæresis &c. Quarto principaliter
31 fuit q̃onis inextricabilis, num† posthumus exhæredari in pater
no testõ possit? Et quidem posse quibusdam doctis visum est
id est de iure. ff. vt l. si posthumus supra tit. nostro. Cũ mille fi-
milib. ante Iustinianum ab Imperatore Alexãdro permissum
est l. 2. C. de contratab. Quod ẽt Iustiniani, lege permissum est
l. maximum in fi. C. de lib. prete. Et si quis dicat q̃ lex si quis in
suo §. fi. C. de inoffi. testã. quæ est Iustiniani hoc non permittit.
R̃ndetur, q̃ illa lex probat oppositũ, quia tm̃ prohibet filiũ effi
caciter excludi ab hereditate materna, odio patris. Et si quis di
cat q̃ in §. aliud quoq; capitulum auth. vt cum de appell. cogn.
ponuntur 14. causæ sine vna quarum recte filij exhæredari ne-
queunt. Quæ non pñt cadere in posthumo. R̃ndetur q̃ ẽt iure
veteri, causa in exhæredatione filiorum aliqua requirebatur l.
Cum ratio de bon. damna. Et tamen posthumus tunc exhære
dari poterat. Et per hoc dicetur q̃ cum iure veteri singulariter
concederetur, vt posthumus ẽt sine cã exhæredari posset, con-
sequens est vt lex noua nihil in eo statuisse existimetur, cum re
gula sit, posteriorem legem quæ aliquid noui inducat, ad casus
speciales iuris veteris, produci nõ debere gl. in l. sciendum qui
satisd. cog. in auth. offeratur. C. de lit. contest. ergo &c. Prete-
rea, vbi agitur de modico præiudicio non est valde contenden
dum l. 1. §. fi. de vent. insp. Sed posthumo exhæredato cũ nulla
subsit causa, facile prætor in sui querelam aures inclinabit, &
sic fauore publico interim testm̃ sustinebitur l. vel negare quẽ
admo. test. aperi. ipsiq. exhæredato nihil deesse videbitur. Qui
remediũ consequendi q̃ sibi debetur habebit, l. qui actionem
32 de reg. iur. Præterea nemo est qui nesciat exhæredationẽ† fauo
rabilem etiã hodie extra casus expressos laudari l. multi, & ibi
doct. s. tit. nostro l. filijs matrem. C. de inoffi. testa. l. in fideicom-
si. §. cũ Pollidius de vsu. l. si ita relictũ §. Pegasus de leg. 2. sed si
pr̃ sit reus læsę maiestatis poterit auus nepotem posthumũ ea
cã bonis suis arcere, quod & ration. bus probabile est. Tum q̃d
contrõ ea Iustiniani non in 14. tm̃ causis, sed & in perduellio-
nis crimine procedit vt frequentiore sñia traditum esse Alex.
& Iaf. testantur in auth. non licet. C. de lib. præt. tum q̃ in filio-
rum fauorem introducta est, at si exhæredari hic nepos prohi-
beretur damnum illi fieret, cum fiscus ex paterno delicto filij
bona hoc casu sibi vẽdicaret l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiest. His
accedit q̃ si filium incapacem testõ pater prætereat, testm̃ su-
stinetur. Bart. & quid si tm̃ l. si necem. §. 1. de bon. lib. Nam lex
in tali crimine, filij inquit, etiam proximorũ hæreditate ac suc-
cessione habeantur indigni. ergo &c. Contrariam opinionem
his medijs adductis probo. Primo filiorum appellatione etiã
posthumi continentur l. si quis filiabus supra de test. tutel. Sed
Iustinianus dixit in §. aliud quoq; capitulum authẽ. vt cum de
appell. cogn. non posse filios exceptis causis ibi nominatis ex-
hæredari. Quæ causæ non cadunt in posthumis, ergo est idem
de posthumis quod de natis. Ad argumentum. quod fit de le-
ge noua quæ non extẽditur ad casus speciales iuris veteris. Re-
spondeo q̃ in proposito non vrget, nam negatur olim iure sin
gulari receptum posthumos sine causa exhæredari potuisse.
R̃nde etiam q̃ cum ratio in l. sit expressa in l. si quis in suo §. le-
gis. C. de inoffi. test. est perinde ac si esset expressum de posthu
mis specialiter & non generaliter cum ratio. l. sit anima legis
& mens, & quod venit ex mente, dicitur ex verbis venire l. no-
minis & rei. §. verbum ex ll. ff. de verb. sign. Sciendum itaq; est
olim liberos exhæredatos nulla causa inserta testamento præ-
sumptos ingratos, quod in parẽtibus erat econtra l. liberi. C. de
inoffi. testa. quod hodie est immutatum l. omnimodo. eo. titu.
Et hoc est quod dixit Marcellus in l. 3. supra eo. titu. Inofficio-
sum testamẽtum dicere hoc est allegare quare exhæredari vel
præteriri non debuerat. Nimirum ergo si eadem ratio permit
tebat posthumos exhæredare, cum scilicet, voluntas patris ha-
beret præsumptionem rationis & iustæ causę pro se. Neq. ideo
deterior conditio eorum erat quam natorum. Et quod dicit
tex. in l. cum ratio de bon. damn. ac ne iudicio quidem parẽtis,
nisi certis de causis summoueri ab ea successione possunt. Id
tale est, quale & illud Imperatoris dictum in l. si quis in suo §.
legis autem de inoff. testa. vbi inquit cum enim infantem suũ
nõ posse ingratum a matre sua vocari scripserit Iulius Paulus
neq; propter hoc ab vltima suæ matris hæreditate repelli hoc

est cum effectu quia ipso iure repellitur sed admissa querela
admittitur ad hęreditatem l. si mater eo. tit. Ad illud quod di-
citur non agi de magno præiudicio. R̃ndeo q̃ non est verum.
Quia hæc exhæredatio quantumuis iniqua, effectum sũ cõse-
queretur, multi. n. recusant intentare querelam seu metu litiũ,
seu alicuius alterius metus prætextu. l. 1. §. sublata ad Trebell.
variæ sunt. n. hominum volũtates quorundam offensas vel in-
uidiam timentiũ, quorundam gratificari volentiũ ijs quib. hæ-
reditas relicta est l. quia poterat eo. tit. multi serius. i. post quin-
quennium querelam instituunt l. si quis filiũ in fi. C. de inoffi.
test. Multi ante querelam preparatam moriuntur l. posth. §. fi.
cum l. seq. supra de inoff. testa. quib. casib. exhæredatio sustine-
ret testamentum, & instituti hæreditate potirentur. Ad illud
de nepote qui patre perduellionis crimine reo, potest exhære-
dari ne fiscus habeat bona. Respondeo & dico, q̃ si pater com-
miserit crimen lęsę Maiest. agnati succedunt auo non fiscus,
auth. bona damnatorũ. C. de bon. proscrip. lex enim non indi-
gnos sed alienos hoc est incapaces a proximorum successio-
ne filios facit l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiest. inter quos magna
33 est differentia† indigni. enim succedunt sed eis aufertur hære-
ditas, qualis est is qui testatorem post mortem offendit, vt pu-
ta si eum quasi illicite mercis negotiatorem detulerit. Si cum
vxore eius defuncti concubuerit l. 1. Si emancipatus filius con-
tra tab. bon. poss. patris vt præteritus petierit. Si quis viui igno-
rantis bona vel partem bonorum donauerit, aut de eis aliquo
modo disposuerit, l. 2. Item quis censetur indignus si per negli
gentiam & culpam suam is a quo quis erat institutus morere-
tur l. 3. Itẽ legatũ factũ concubinæ a milite, vel clerico, ei aufer
tur & datur fisc. l. mulierem, & ibi Bar. infra de his quib. vt in-
dign. & tot. tit. habes exempla. Incapacib. vero relicta pro non
scriptis habentur qualia sunt relicta fratrib. minorib. damnato
ad mortẽ, intelligo de relictis extra cãm alimentorũ. Item dã-
natis ad perpetuos carceres, his enim casib. relicta, non fisco,
sed apud venientes ab intestato remanent. l. si in metallum &
ibi Bar. de ijs quæ pro non scrip. haben. Pro non scriptis haben
34 tur relicta illegitimis † quorũ alij sunt incestuosi, puta ex co-
gnatis procreati, alij nepharij ex descendentib. suscepti, alij spu
rij qui patrem demonstrare non pñt, de his Iaf. in l. 2. C. de her.
inst. Alij adulterini ex adulterio nati. Quod nisi a princi pe, aut
eius authoritate legitimationis beneficiũ impetrauerint, non
tm̃ a successione parentum excluduntur, sed etiam alimentis
iure ciuili censentur indign. auth. quib. mod. natu. effi. sui iun-
cta gl. Canones tamen creaturam a Deo creatam fame necari
non permittunt, ideo eis alimenta prestanda constituerunt c.
cũ haberet de eo qui dux. in vxor. quam per adult. pol. Et quod
additur ex Bart. præteritionẽ incapacis non rũpere testm̃ non
probat eius exhæredationem qui incapax est, & ideo tamquã
mortuus, valere l. si ita scriptum §. fi. sup. tit. nostro. Ad vltimũ
35 respondetur sic. Fateor bene quod interdum etiam † citra cau
sæ expressionẽ, valebit exhæredatio, vtputa si bona mente fiat,
quod supra legib. adductis probauimus, tacita. n. mens ibi ha-
betur pro expressa. Itẽ si quis sua manu se exhæredem scriple-
rit, etiam non expressa causa exhæres recte erit l. non putauit,
§. si quis sua manu de contratab. Sed etiam in expeditione oc-
cupatus miles testm̃ faciens si sciens, liberos præterierit, recte
censebuntur exhæredati. §. sed si in exped. tione de exhær. lib.
Sed & filia recte exhæredatur sine causa quæ ab intestato non
potest succedere, vt colligunt doct. in §. & quid si tantum. Sũt
& alij similes casus, quos not. Iaf. in d. auth. non licet. Sed in ca
su nostro illa prouisio est superflua cum nepos habeatur pro
mortuo ergo non admittenda l. hæc stipulatio in fi. inf. vt leg.
seu. fid. Illud mirũ fuit, ius ciuile exhæredationem clam mani-
36 feste iniquã vsq; ad querelę refugiũ tolerasse. Sed ego † id cõ-
cessum arbitror ob maximũ patrię potestatis ius. Aut enim iu-
risconf. in l. in suis supra tit. nostro nec ob q̃ exhæredare licet,
cum & occidere liceret, quemadmodũ aũt paulatim ius vitæ
& necis moderatum est, arg. §. fi. de his qui sunt sui vel alie. iur.
ita quoq; exhæredandi licentia querelę auxilio mitigata fuit.
Hęc loco premissorum sufficiant. (Sic) pro non alio modo. Est
enim particula demonstratiua qualitatis & formę, vt hic om-
nes admittunt. (Posse) † & necesse est, ne rumpatur testamen
37 tum, agnatione sui hęredis l. posthumorũ infra tit. 1. Et sic est
necessitas, causatiua, non precaria sicut & alias in l. si mãdauero
§. fi. supra mandati. Ita sentit gl. hic & Bar. Nunc, quia, ex pro-
hibitoria frequẽter vtitur hoc verbo preposita ei negatiua, hic
ego intendo aliquid tractare de ea. Ideo dico q̃ habemus cõsi
derare tres terminos, facere 9 legem, facere fraudẽ legi, & cõ-
38 mittere in legem. Contra legem † facit, qui id facit quod lex
prohibet. l. contra ff. de legi. Exemplum res minorum quę ser-
uari possunt prohibentur distrahi nisi nõ concurrentib. autho-
ritate tutorum vel eorum sub quorum cura sunt, decreti inter
posit one, ob causam æris alieni, neq; vt id fieret a parentibus
testamento cauto. l. 1. de reb. eo. alias distrahens facit 9 legis. Si
officialis paciscatur q̃ communitas in fine officij donec ei ve-

aut æger, neq; fur, neq; vespertilio, neq; eger sit l. si quis ita sti-
pulanti de euict. verũ est. n. neq; pacta, neq; stipulationis factũ
posse tollere. Quod. n. impossibile est, neq; pacto, neq; stipula-
tione pôt comprehendi, vt vtilem actionem aut pactum effi-
cere possit l. verum de reg. iur. Et hanc regulam fac generalẽ,
tam ad Deum, quã ad homines, quod intellige iuxta exẽpla in
singulis membris suprapositis relata. Impossibile qđ alias dif-
ficilime fieri dr̃ constat hisce exemplis. Construere monumẽ-
tum maximi artificij & laboris triduo l. si quis ita institutus de
cond. insti. Quod patronus meus hinc ad centum annos face-
ret diuitem, esset difficile & quasi impossibile arg. l. si vsusfru-
ctus, de vsufru. leg. nisi viueremus ambo plusquã Zosimus ab
bas qui vixit prope centũ & viginti annos, vt in auth. de mona.
Idem si putaret aliquis mihi benefacere cum moriar l. fin. de
manumit. testa. V[illegible] est. n. vt credam mihi aliquid gratũ in tem
pus mortis conferri, & per istud dictũ bene infertur quod ban
nitus per centum annos non est in spe restitutionis l. cum hæ-
res §. 1. de stat. lib. Sed domini Veneti non curant de illo textu
quia conferunt tẽpus banni quandoq; vsq; ad terminum lon-
giorem centum annorum. Item difficile est principẽ loca pro
eius solatijs destinata non magis facere quam cuiusvis valde
diuitis priuati nummos l. idẽ Iulianus §. fi. de leg. 1. quę enim
a sola principis potestate dependent regulariter existimantur
impossibilia. Et quia generales regulę generaliter impossibili
bus vnæ eędẽq; fere cõueniunt, hic loco regulæ subdam duo
45 dicta. Primũ est Bar. quod finis † impossibilis non inhonestus
debet impleri prout est possibilis, & per hoc si testator relin-
quit centũ fratribus predicatoribus promissis cantandis & ci-
uitas est interdicta ita qđ missa non pôt cani, tũc debet aliud
fieri in locũ illius honesti finis arg. l. legato de vsufruc. leg. & l.
legatam de adm. i. re. ad ciui. perti. Et sic possibilis conditio pro
parte impossibili reijcitur l. Qui dotem de dot. præleg. Facit l.
pen. de cond. & demon. Et per hoc exemplũ dico ꝙ si testator
relinqueret centũ pro expensis fiendis inquisitoribus qui ex-
pellunt spiritus mortuorũ quos vulgus credit reuerti, illa cen-
tũ deberent expendi, pro expensis inquisitorũ hæreticę praui-
tatis, Sed qm̃ vulgi sñia hac in parte non est vndequaq; falsa,
vt Theologorũ doctrina docet quemadmodũ asserit sanctus
Thomas prima parte summæ. q. 89. articulo. 8. in respon. ad
s̃m argm̃. Cum tñ raro accidit, & (vt, hic doctor sanctus, ait) in
ter miracula sit ascribendũ, an opus sit alio exemplo subsisto.
46 Secundum dictũ est, ꝙ † conditio si non alienauerit respuitur
si non est persona cuius fauore sit prohibitum l. filiusfamil. §.
Diui de leg. 2. Aduerte tamen ꝙ conditio de præterito nõ ve-
ra est impossibilis l. verum de reg. iur. & ideo dixi tibi ꝙ Deus
non posset facere te cauere cohæredi qui nõ est, quia hoc cõsi
stit in facto de præterito. Igitur sciendum est quòd conditio
de pręterito vel de præsenti non vera vitiat dispositionem si-
ue in contractibus l. cum ad præsens, cum duabus seq. si cer.
petatur l. conditio de verborum obligatio. Quapropter si in lu
do taxillorum vel chartarum vnus diceret pono istam postã
præsentem quæ est scutorum centum, & alius teneret & vin-
ceret, si postea reperiantur minora cẽtum vincens nihil debet
habere. Ratio quia intelligitur tacita conditio, si modo sint cẽ
tum las per illum tex. in l. si ita stipulatus fuero hanc summã
de verb. oblig. Sed oppono de l. si seruus legatus §. qui quinq;
de leg. 1. Solu in l. si ita stipulatus fuit numerus taxatus cum
demonstratione ad oculum, & fuit facta demonstratio per di-
ctionem hanc, & sic illa verba hanc summam referuntur ad
substantiã rei, quæ deducitur in stipulatione ideo vitiatẽ in to-
tum, quia non reperitur subiectum demonstratiuum l. si sic
§. 1. de leg. 1. Sed in contrario fuit solus numerus sine præsen-
tia & sine demõstrationẽ ad oculum, posses forte addere ꝙ in
casu nostro tractamus de damno vitando, in §. qui quinq; de
lucro captando vnde debet diuersum ius statui l. 1. §. largius de
succes. edic. l. assiduis in fine. C. qui potio. in pigno hab. cum si
mi. siue in testamentis l. cũ in secundo de inoff. rup. l. 2. de hæ-
red. instit. l. etiam §. si patronus de bon. lib. & est ratio quia talis
conditio est magis causa finalis quã cõditio l. demõstratio. §.
ꝙ aũt & ibi Bar. de cond. & demon. Et nota ꝙ cõditio quę nõ
pôt impleri de iure, sufficit ꝙ impleatur de facto l. mulier §. fi.
47 de cõd. insti. & c. Septẽ † sunt regulæ q̃ declarant actus nostros
48 impossibiles de iure, quarũ illa prima est. † Quæ contra bonos
mores fiunt nullam habere vim indubitati iuris est l. pacta. C.
de pac. l. generaliter de verb. obli. Et hoc siue actus noster ten-
dat, vt quod fieri non debet fiat, aut econtra vt non fiat ꝙ fieri
debet exemplum de vltimo in l. pactũ quod dotali. C. de pac.
in l. si quando §. illud. C. de inof. testa. l. fi. ff. de suis & legi. Hęc
regula tres casus respicit quorum primus est. Ne quis ad deli-
cta quodãmodo cogatur dũ promissa vel iurata seruare vult.
Qui igitur aut iugulare animam patris, aut gerere stuprum
Sacratissime Virginis aut necẽ Ioannis promiserit aut si Da-
uid Nabal atq; omnia ad eum pertinentia demoliri iurauerit
in malis huiusmodi ꝓmissis rescindat fidẽ. In turpi voto mute
tur decretũ, impia namq; est promissio quæ scelere adimple-
tur, vide in 2. quæst. 4. in sexto cap. Eodem pertinet cũ quis li-
cet non expresse & specialiter sub talibus tamẽ verbis promi-
serit quæ & turpem casum ex sui generalitate cõprehendere
videantur, vt si is cuius mandato stare iuraui aliquid mihi pre-
cipit contra iuramentum per me prius licite factum, vel si mã
dauit, vt filium exhęredem, vel a me propriam vxorem remo-
ueam. c. veniens & c. Quintauallis de iureiu. Sed posterior hic
casus regulariter caret mente iurantium l. si libertus de ope. li-
ber. Ita, indefinite promittens boni viri arbitrio teneri vult. l.
49 Thais §. sorore de fideicõ. liber. Quædam † contra bonos mo-
res ideo dicuntur ꝙ inuitent ad delinquendum, exemplum in
l. fin. C. de pac. l. reprehendenda. C. de insti. & substi. cum suis
concord. & l. conditiones la. 1. infra de cond. & demõ. cui cõse
quens est vt dolus futurus remitti nõ possit l. si vnus §. illud in-
fra de pac. l. 1. §. illud de pa. l. in commodato supra commoda,
sic nec pactũ quo maritus cauit ob res amotas non agere quia
eo mulier ad furandam inuitatur non tenet l. cõuenire de pac.
dot. & ista ratione in generali remissione vel liberatione facta
alicui non venit dolus l. quidã decedens de admi. tuto. l. si ser-
uus vetitus de leg. 1. & ideo quãuis hæres damnetur non pete-
re a gestore, tñ propter dolose gesta agere poterit l. non solũ §.
pen. & fi. cum l. seq. l. Aurelio §. 1. de lib. leg. Adde quod ꝓpter
hanc rationem in nulla latitudine potestatis dolus includitur
l. creditur §. Lucius supra mand. vide Deci. in l. contractus de
regu. iur. Sic. puto eos delinquere & cõtra bonos mores face-
re qui in bello inter christianos quod (si ciuile damnatur l. si
quis ingenuũ §. in ciuilibus de cap. & post. reuer. plus quam ci
uile ex eo quod lauacrũ regenerationis inter nos fraternitatẽ
induxerit, & facit Deum posse vocari, ne dum creationis, sed
& cõmunem gratiæ patrem c. ad mensam. 11. quæst. 3.) dam-
nabitur, captos ab alio milite emunt, vt ad duriorẽ redemptio-
nis mercedem cogant arg. l. inuitus de fideicõ. liber. l. 1. C. de
episc. aud. semel enim tantum redemptionis pretium consti-
tui debet l. postliminium §. si is qui emerat int. de cap. & post
reuer. Tertio & generaliter dicitur fieri contra bonos mores
cũ ea quę vnusquisq; obseruare solet aliquis despicit, ecce per
libertatem permittitur vnicuiq; facere quod sibi libet §. & li-
bertas insti. de iure persona. & sic nec iure gentium nec ciuili
quisquã impeditur plura exercere quæ irrogant infamiam, &
si quis exercere talia promiserit tanquã ꝯ bonos mores, pro-
misso nulla est l. generaliter de ver. obl. nec pęna ꝓmissa solue-
tur l. cũ principalis de reg. iur. sunt nam q; tales ꝯctus quibus
ab initio lex resistet facit optime l. 2. C. de inut. stip. Item tu vi-
des quod si permittitẽ libere disponere inter viuos, multo ma-
gis deberet permitti morientibus insti. de leg. Fus. Cani. tol. Sed
si qs vestes secũ sepeliri iusserit, aut alia superuacua in funus
impẽdi tanq̃ inepta volũtas sua sit non seruabitẽ l. seruo alieno
§. fi. de leg. 1. Boni. n. mores non docent ineptias, Probrosum
quoq; est reliquias alicuius in mare abijci cũ laudabile sit me
moriã humanæ ꝯditionis sepulturæ tradi. l. pen. de ꝯd. instit. In
summa boni mores neq; derisoria approbant l. Sed sciendum
& l. facta §. si in danda ad Trebellia. neque lædunt pietatẽ, neq;
existimationẽ, neq; verecundiã nostrã l. ꝯditiones & l. filius de
cõd. insti. aduersus igr bonos mores erit ea pactio qua iuueni
amatori citharedus matutinas cantiones promisit Ang. l. itẽ
§. meminisse de iniu. Quid de iis qui viduas nubentes adigunt
vt bigami nomine sportulas promittãt? Respondeo facile erit
promissa nõ seruare, difficile soluta repetere arg. l. si ob turpẽ
cãm de ꝯd. ob. can. Ad se quæ facta lędunt libertatẽ ad substã-
tiam actus requisitam, cõtra bonos mores esse gl. in l. pactum
quod dotali. C. de pac. vt pœnæ vinculum additum matrimo-
nio quòd lex non sinit vllo prorsus nexu impediri l. Titia de
ver. ob. Itẽ in his quę lædunt humanitatẽ vt l. alta §. eleganter
sol. matr. Idẽ puto in his quę lædunt honorẽ, quare si quo casu
mulier rerum amatarum conueniri debet, patiatur se actione
furti conuenire etiam expresso consensu in honorem matri-
monij turpis actio aduersus vxorem negabitur l. 1. & 2. rerum
amot. igitur perfectior erit cõclusio definire cõtra bonos mo
res esse ea facta quæ vel derisoria sunt, vel pietatem lædũt, vel
existimationem, vel liberam facultatem, vel humanitatẽ, vel
honestatem, & semper aduerte ad regulam illam quę dicit nõ
esse obligationem contra bonos mores præstitum iuramentũ
c. nõ est obligatorium de reg. iur. lib. 6. de quo tamen inf. aper
tius diceretur. In malis enim promissis neq; vtile, neq; æquũ,
neq; honestum est fidem obseruari c. in malis eo. tit. Et quia fa
cilius res ostenditur ad oculum corporalem quam intellectua-
lem §. fi. inst. de grad. Subijciam adhuc aliquas species quę ha-
bebunt se ad supradicta, tanq̃ practica ad theoricam, dũmodo
illud meminerimus, exẽpla non arctare regulam § pen. inst.
de grad. ecce igitur fideiussio a marito vxori dotis restituendę
vel conseruandę causa data, nullius est momenti, si. n. creden-
dã mulier se se suamq; dotẽ marito aut eius patri existimauit
quare fideiussor veleius intercessor exigiẽ, vt cã perfioię in cõ-

nubio eorum generetur? l. 1. & 2. C. ne fideiuſ. dot. dentur nec alias factum firmabitur iuramento vt ibi Bar. cenſet, ſic pactio ne quis cedere bonis poſſit nõ valet, ne diutino carceris pudore quiſquã afficiatur. Bar. in l. alia §. eleganter ſol. matr. Sic donatio inter vir. & vxo. prohibetur ne mutuo ſe ſpolient, & matrimonia venalia fiant, neue inuicẽ ſe blandicijs captent. l. 1. &

50 ſeq. de dona. inter vir. & vxo. An aũt † donatio inter vir. & vxo. firmetur iuramento? Hunc paſſum valde dignum aliqualiter diſputabo. Finaliter non recedam a concluſione peritiorũ q̃d eſt tutius c. ſtatutum, circa fi. prin. in 6. Volo tñ pręmittere vnũ dictum doctorum ſm eos clauem in hoc articulo. Sciendũ itaque ſm eos eſt, de iure ciuili quicquid eſt improbum vel inho

51 neſtum illud dici contra† bonos mores. Improbum ꝙ alias dr̃ impium, eſt vt ſi quis adoptiuam filiam etiam emancipatã ante eam quam de ſacro fonte leuauit vxor. ducat. l. ſi quis alumnã. C. de nup. inhoneſtum eſt præceptum arbitri ꝙ iubet in popinam vel lupanar adeſſe cui merito impune non paretur l. ſi cũ dies §. compromiſſo & §. ſed ſi in aliquem de arbit. Sed de iure canonico illud ſolum dicitur cõtra bonos mores quod in alterius præiudicium redundat, vel quod obſeruatũ vergit in diſpendiũ ſalutis ęternæ. c. cum contingat de iureiurando. Exemplum qñ iuramentum redundaret in præiudicium alterius, ecce vaſallus dẽt adiuuare dominum contra omnes, & cõtra fratrem & patrem & filium niſi contra alium dominũ antiquiorem, hic. n. eſt cæteris præferendus §. fi. in tit. hinc ſinit lex. Si ergo vaſallus iurauerit ſimpliciter adiuuare dominũ contra oẽs, non tenetur adiuuare contra Imperatorem, vel regem tñ quia ſemper debet excipi eorum perſona. c. 1. de noua. forma. fideli. & c. vnic. in fin. de prohib. feu. alie. per Fed. tum quia non valet iuramentum præſtitum in præiudicium iuris ſuperioris. ca. venientes de iureiurando. Exemplum quando iuramentum ſeruatum tenderet ad diſpendium ſalutis ęternæ habes in authẽ. quod eis. C. de nup. vbi ſi mulier iurauerit ſemper permanere in libidinis infamia tale iuramentum nõ valet, & pęna periurij ſi qua eſt, in eum cõuertenda eſt qui exigit. Homicidam n. vincit qui hominem ad periurium prouocat, c. ille qui. 22. queſ. 5. Canon. aũt neminem cogit ad perdendã animã, c. exceptionẽ ex de except. Et aduerte ne decipiaris quia exempla quæ ſupra declarant quid ſit improbum vel inhoneſtum non reſtringuntur ad ius ciuile tantum, ſed expreſſa fuerunt pro maiori declaratione illorum terminorum improbum & inhoneſtum. Infra tamen proxime referam caſus qui de iure ciuili ſunt cõtra bonos mores, de iure canonico non. Licet hanc differentiam faciant omnes doct. vt refert Iaſ. in l. pact. quę contra, tñ mihi placet plenius diſtinguere. Si vis ergo plene ſcire quæ ſunt contra bonos mores de iure naturali, quaſi naturali ciuil. vel canonico, dic ſi filius maior. 18. annis iuraret pulſare patrẽ, vel non procurare eum furioſum, vel captiuum non redimere, iuramentum eſſet contra bonos mores, de iure naturali §. cauſas auth. vt cum de appell. cogn. Idem in eo qui iuraret furtum facere §. 1. inſt. de oblig. ex delict. vel adulterium committere vt voit gl. in l. regula de iu. & fact. igno. & et tex. in l. ſi adulter. um. §. nonnunquam de adult. Ego illum text. nihil facere arbitror quia dicit naturã delicti quandoq; grauiorem, non autem delictum grauius de iure naturali, ſed vera eſt ſnĩa gl. per c. ſic nõ ſunt facienda & c. meretrices. 32. q. 5. Qui iuraret non præſtare reuerentiam patrono, contra bonos mores iuris quaſi naturalis iuraret. l. 2. C. de in ius vocando. Idem in eo qui iuraret facere pro viribus ne nauis ad ſeruitia principis cui naturaliter reuerentiam debemus duceretur l. iubemus. C. de ſacroſan. eccl. Idem in matre quę iuraret non petere tutorem filijs ſuis, idem in eo qui iuraret non euitare contractum mutui cum filioſa. vide gl. in d. l. regula. Hic fac regulam, quæcunq; acta inuitant ad delicta, ſeu ad ea quodammodo cogunt, turpia, & cõtra bonos mores tam legibus ciuilibus, quam canonicis cenſeri, c. 1. & 2. de concel. præben. Igitur nec iuramento firmabuntur q̃d non debet eſſe vinculum iniquitatis, c. inter cętera 22. q. 4. & c. quanto extra de iureiurando. De iure ciuili tantum ea proprie dicuntur ꝯ bonos mores quæ apud bonos & graues viros opinionẽ agẽtes, quoquo modo ſugillant arg. l. apud Celſum §. aduerſus parentes de doli excep bene facit tex. in l. probrium. Et quod ibi no. infra de verb. ſign. Ecce contra bonos mores iuris ciuilis, tantum facit qui facilis eſt ad iurandum l. Quæ ſub conditione de cond. inſt. facit l. 2. C. de indic. vidui. toll. cuius rei illam rationem aſſigno, quod licet neminem diuini timoris cõtemnendo iuſiurandum arbitremur immemorẽ vt ſaluti propriæ vllum commodum anteponat l. fi. C. ad l. Iul. repet. tamẽ cum humana natura ad delinquẽdum quodammodo labatur l. de Papinianus §. meminiſſe de inoffi. teſt. Viſum eſt melius, eſſe ſubtilis reuerentiæ l. fi. §. fi. C. de fide inſtru. Sic igitur qui iuraſſet rogatis parere recte iuraſſet, c. eſt etiam contra. 22. qõ. 3. Finge tale iuramentum præſtitum et qui demum ſub conditione alterius iuſiurandi tibi legauit, an ſecundo iurabitur? Et de iure ciuili neceſſitas ubi remiſſa eſt d. l. quæ ſub conditio ne §. fi. & l. non dubitamus de cond. & dem. At de iure canonico putarem teneri te. Non. n. diſpendium ſalutis ęternę verſatur. ſi iam contractam obligationem iureiurando firmius ſtringis, c. 1. & c. licet de iureiurãdo lib. 6. Item dico tibi ꝙ maritus, qui vouiſſet, vel iuraſſet non confidere vxori ſuæ licet faceret contra bonos mores de iure ciuili vt not. in l. vnum ex familia §. fi. de leg. 2. tñ teneretur ſeruare iuramentum de iure canonico, quia non inducit peccatum mortale, idem in eo qui voluit nimis impendi in eius ſepultura l. at ſi quis §. quid ergo cũ glo. de relig. & ſumpt. fune. non. n. bonos mores demonſtrat talis voluntas ſed ineptiam. Sic ille nobilis qui iuſſit ſe ſepeliri abſq; facibus contra conſuetudinem regionis, deuiabat a bonis moribus. Ratio quia eſt modus in rebus, c. 1. de offi. cuſto. Sed ipſe tendebat ad extremum quod eſt vitioſum l. ſolet §. fi. de offic. procõſ. Item ius ciuile præſumit eam quæ intra tempus luctus ſecundo nupſit turpiter vixiſſe in primo matrimonio auth. de teſti. & ea quæ parit &c. col. 4. Apoſtolus patuifacit hanc præſumptionem, & vult mulierem viro ſuo mortuo ſolutam eſſe a lege viri. c. pen. & vlt. de ſecund. nup. Et licet lex ciuilis prohibeat ſenatorem & deſcẽdentes ex eo per lineam maſculinam nuptias vel ſponſalia contrahere cum liberta, vel cum ea cuius pater vel mater artem ludricam exercuit iuxta tex. in l. lege ita cauetur de ritu nup. tamen de iure canonico quos Deus coniunxit homo non ſeparat, c. an quod, in ſubditos 33. qõ 3. ergo & ſi quis iurauerit veſpertilionis turpe nomen aſſumere l. ſed ſciendum, ad Trebell. licet ad turpe te arctauerit, non auſim tamen aſſerere citra abſolutionem ſacerdotis eum ipſo iure abſolutum, poteſt. n. & tale iuramentum non ſpernere & ſalutẽ æternam aſſequi. c. ſi vero aliquis de iureiurando. Neq; enim puto ius canonicum leuib. vulgi coniecturis & opinionibus famulari in diſpendium animarum quib. fauere ſtudet, c. vt animarum de conſt. lib. 6. & c. 1. de ſepul. eod. lib. Et iuri canonico in fauorem animæ eſt ſtandum, ca. nouit de iud. & c. nos inter de purg. cano. Reuertamur modo ad noſtrũ articulum, vtrum donatio inter virum & vxo. firmetur iuramento. Et ad probandum ꝙ non firmetur proceditur hoc mõ, animaduertendum eſt ꝙ iuſiuran. hos comites habeat, veritatem, iudicium, atque iuſtitiam, ſi iſta defuerint erit periurium c. animaduertendum 22. q. 2. Sed firmata tali donatione reſultarent hæc iniqua & iniuſta. ſ. quia coniuges mutuo amore ſe deprædarent, nec eſſet eis ſtudiũ liberos procreandi nõ daret qui poſſet oriretur diſcordia, reijceretur concordia, cui eſſet ſpes conciliationis per pretium raro eſſet inuenire amorem honeſtũ qui ſolis animis non lucro ęſtimatur. Sępe melior pauperior & deterior ditior fieret l. 1. & 2. de dona. inter vir. & vxor. ergo &c. Quod aũt valeat probatur hoc modo, iuramentũ & vltima volũtas de pari procedũt, hoc patet quia ſicut poſt vltimũ velle, nullum aliud velle hr̃e poſſumus, l. 1. C. de ſac. ſan. eccl. ſic poſt iuramentum non poſſumus aliud velle. Qua pp ſi mulier quæ iurauit non alienare dotem vel donationem propter nuptias, nec alienationi conſentire, niſi ex rationabili cauſa, & authorizante iudice, & ſi conſenſerit reuocabit pro poſſe, ſuo poſtea conſenſit iudice non authorizante, & iurauit non ꝯuenire, primum iuramẽtum ſeruabitur gl. in c. licet de iureiurando lib. 6. Sed clarũ eſt ꝙ donatio ꝯfirmatur morte & vltima voluntate l. Papinianus de don. inter vir. & vxo. ergo & iuramento. Secundo donatio inter vir. & vxo. & don. inter patrẽ & filiũ qui eſt in ptãte ęquiparantur, l. dona. quas parentes. C. de don. ante nup. Sed dona. inter patrem & filiũ in ptãte q̃uis prohibita a lege ciuili, tñ firmatur iuramento Bal. in l. fi. de vſuc. pro don. ergo &c. Tertio appellatione morũ ſimpliciter, intelligitur ius ciuile non ſcriptum, & ſic ius conſuetudinariũ, doct. in l. morib. de vulga Sed tex. in d. l. 1. de don. inter vir. & vxo. dicit ꝙ talis donatio prohibetur moribus & conſuetudine, ergo contrarijs moribus poſſet permitti generaliter ita per pactum iuratum in caſu particulari arguendo a pacto iurato ad conſuetudinem, quod valet Bar. in l. fi. C. de pact. ad argumentum factum pro parte negatiua. Reſpondetur hoc modo. Omnes rationes per quas prohibetur donatio regulariter & directe non contingunt, ſed occaſionaliter & ſic per cauſam remotam, ſed cauſa mediata nõ attenditur l. ſi quis nec cauſam. Et ibi Bart. ſi cer. pet. l. ſed ſi plures §. in arrogato, & ibi Bar. de vulg. bonus tex in l. ligni de leg. 3. melior in l. Socium qui in fine pro ſocio. Ergo cum iuramentum non tendat principaliter in diſpendium animæ ſeruandũ eſt ca ſi vero de iureiurãdo. Et in ſimili ſunt exempla. Ecce lex Iulia prohibet alienationem fundi dotalis l. lex Iulia de fund. dota. Sed tamen talis alienatio firmabitur ſacramento c. cum contingat de iureiurando tamen illa alienatio fuit inducta ratione euitandę fraudis inſt. Quib. alie. licet. Idem in inſinuatione donationis cui non poſſit renuntiari eo quia talis redactio in ſcriptis coram iudice inuenta fuit ne fiat fraus vt per Bar. in l. Modeſtinus de don. tñ firmabitur iuramento, hæc eſt opinio valde ſubtilis & docti Hiſpani Gomeſij in §. quędam numero 17. 18. 19. inſtitut. de actionibus. Sed hæc non obſtant, nam.

Primum

Primum argumentum ſoluitur hoc modo fateor ꝙ primum iuramentum valeat pro vltima voluntate, ſed hoc procedit in licitis. c. ea te. c. tua nos eod. tit. Ideo dicitur ꝙ matrimonio nō preiudicat iuramentum, ſecus e conuerſo. c. fide de ſponſal. qđ autem ſimus in caſu illicito patebit infra. Ad ſecundū reſpondetur qđ licet ſit aliqua ſimilitudo inter illas donationes tamē
52 ſunt valde diſſimiles in caſu noſtro. Donationi enim † inter patrem & filium lex non aſſiſtit, huic autem lex reſiſtit inter quæ eſt magna differentia. Et hęc ſol. probatur per illum tex qui vtitur diuerſis verbis in ſingulo & eodem caſu, dicit enim cui cōſtante matrimonio donare non licet. Et cum loquitur de donatione, inter patrem & filium, vel alij perſonæ cui donare non poterant, magis enim odioſa ſunt illicita ꝗ impoſſibilia. Et ne putes qđ ſim infraſchatus in hac ſolutione, dico qđ eſt gl. in d. l. quæ dicit donationem inter patrem & filium non valere iuris impoſſibilitate aliam non valere iuris prohibitione. Faciet etiā qđ tangam infra in quæſtio. Ergo iuramentum contra leges præſtitum nullius eſt momenti. c. ſi diligenti de foro compet.
53 Ad ſecundum reſpondetur. primo † negatur qđ appellatione morū ſimpliciter intelligatur ius ciuile non ſcriptum quia hoc reprobat Curtius conſ. 67. ſapienter optimus col. 2. dicens, qđ ſi lex loquatur ſimpliciter dicendo moribus debet intelligi de iure ciuili ſcripto fundato in bonis moribus prout loquitur tex. in d. l. 1. de dona. inter virum & vxor. ſi vero loquitur de moribus adiecto aliquo, tunc debet intelligi de iure ciuili non ſcripto, & ſic de conſuetudine per tex. in l. more de acqui. hæreditate. Sed quia ēt iſta diſtinctio deſtruitur per tex. in l. moribus vt ibi inquit Ripa de vulga. Ideo volo probare meum dictum per aliam meliorem rōnem. Ego dico ubi qđ verba intelligu. itur ſecundum ſubiectam materiam l. quibus. §. dominus de condi. & demon. l. ſi is cui nummos. §. Flauius de ſolu. l. nec ſeruus de pecul. Facit. c. ſolite de maio. & obedi. c. cum de beneficio de præben. lib. 6. & l. pater Seuerinam. §. conditionum verba de cond. & demō. Ideo auderem dicere hæc dictio moribus ſi ſimus in mā iuris poſitiui vt in mā pupillaris ſubſtitutionis uel teſtamenti in qua uoluntas iuris ciuilis requirit patriā ptātē, ēt ſimpliciter prolata non eſt mirū ſi intellig. tur de iure ciuili cōſuetudinario, cum alias eſſet impoſſibile de alio iure intelligere multo magis ſi exprimatur locus uel perſona. l. more de iuriſ. om. iu. l. more de ferijs. Idem in aditione hæreditatis. l. more de acq. hę. Hęreditas. n. eſt nomē iuris ciuilis. § quos aūt inſt. de bo. poſ. Cū uero ſumus in diſpoſitione quæ habet rōnē nālem paratam, non pro diſpoſitionibus ciuilibus fabricatam intelligam moribus aliquid approbari vel reprobari qđ lex ſcripta in bonis moribus fundata loquetur vt in d. l. 1. & per hæc poſſet ſaluari Curtius & eſſet reſponſum ad argu. de pacto iurato ad ſtatutū quia ibi ſumus in licitis, vt ibi per Bar. in caſu noſtro. Non ob. ꝙ dr̄ primas rationes non per conſequentias contingentes ſpeclari. Quia rn̄detur. Primo quia nihil refert ſiue quæ prohibeantur eo ꝙ ſint mala per ſe ſiue, quia ſi fiant ad libitum frequenter ex his mala ſequūtur. Exemplum, iuramentum per ſe malum nō eſt, cum ſit confirmatio veritatis ſed tm̄ prohibetur ex cauſa, qm̄ ex frequenti & in cauta iuratione periurium ſæpe contingit ita loquitur tex. in c. & ſi Chriſtus de iureiu. Sed tex. in l. 2. de dona. inter virum & vxo. dicit ꝙ ſæpe futurum eſſet vt diſcuterentur matrimonia ſi promiſſam donationem non daret is qui poſſet ergo &c. Secundo probo hoc & facio ut tangas ſummo digito & quaſi per indicem, ut dicit impe. in fi. inſti. Si mulier & maritus iurauerunt ꝙ nunꝗ diuerterēt ad inuicem hoc iuramētum certe pōt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, tm̄ non eſt ſeruandum ſicut nec pęnalis ſtipulatio teneret, ut ſi culpa alterius diuortium factum fuerit dabis cētum? l. ſi ita ſtipulatio facta fuerit de uerb. oblig. ſicut. n. libera debent eſſe matrimonia in ꝯhēdo. Ita ī diſſoluēdo. l. fi. C. de ſpōſa. l. neque. C. de nup. c. gēma de ſpōſa. Ita uult gl. in c. tua nos de iureiur. uides ergo cum lex talē rōnē aſſignet ꝙ nihil refert, utrum neceſſario, an occaſionaliter fiat contra bonos mores. §. ſi eius infra in l. noſtra. idem uides in rubrica ne fideiuſ. dot. dētur cui non pōt obuiari iuramento, & tm̄ illud prohibetur pp cauſam occaſionalem. Tertio habeo regulam ꝙ ubi tenet pęna ibi & iuramentum gl. in d. c. tua nos de iureiurando. Sed ſtipulatio pęnalis adiecta donationi non tenet. Ratio quia nō pōt mulier ſiue directo ſiue per obliquum donare uiro. l. ſi ſponſus. §. generaliter de dona. inter uirū & uxor. ergo &c. Non obſtat arg. de fundo dotali quia illud nō eſt ppetuo prohibitum, ꝙ patet quia etiam ſine iuramento de iure ciuili. ſi ſcđo poſt bienniū conſentiat mulier, cōfirmatur alienatio auth. ſiue a me. C. ad Velleia. Sed donatio inter uirum & uxo. eſt ꝯtra leges, & habet perpetuam cauſam prohibitionis, adeo ut & millies conſenſus adhibitus nihil operetur. l. hęc ratio. §. prohibetur & §. ſciendum de dona. inter uirum & uxor. Et ſi tu diceres nō eſſe perpetuo prohibitum quia confirmatur morte. Reſpon. ꝙ tunc tranſit in aliam ſpeciem. Vide quæ notat Ripa in leg. 1 §. ſi quis ita de uerb. ob nu. 21. Non ob. quod dicitur de inſinuatione, quia illam opinionem non credo ueram. Quæ. n. prohibentur rōne ſolemnitatis probatoriæ prohibentur fauore publico cui renūciari non poteſt. l. ius publicum. ff. de pac. l. nemo pōt de leg. 1. l. qđ de bonis. §. 1. ad l. Falc. Et ideo ualet ſtatutū, nec ei ualet priuata pactione derogari quo cauetur ne inſtrumento iuſiurandum continenti fides ulla præſtetur niſi certa ſolēnitas adfuiſſet. Paulus conſ. 61. in 2. uol. uide tamē quid dicam circa hoc in 6. quartæ regulæ. Ad vnum tm̄ aduerte ꝙ iuramētum interpoſitum ſuper aliquo importat idem ac ſi diceret, ſi non ualet iſto modo quo agit ualeat omni meliori modo quo valere pōt. l. cū pater. §. filius matrem de l. 2. Illa ſunt de mente Bar. in l. ſi quis pro eo verſ. ſeptimo prohibetur. Sed non nulla ſupra ex d. ctis doc. ſunt incaute diffinita, ergo laudabiliter
54 corrigenda c. magnę, & c. diffinitio. 22. q. 4. Ad † plenam igitur huius verbi moribus cognitionē pręmitte ꝙ omne ius legibus & moribus conſtat, lex eſt conſtitutio ſcripta, mos vero ius nō ſcriptum, ſed hoc nomen moribus ſumitur pro frequentibus actibus hominū. c. ius generale cum duob. cc. ſeq. & ibi gl. diſt. 1. Secundo præmitte, ꝙ qui exponunt moribus. ſ. Lacedemoniorū indiſtincte ſæpe errāt, quia vīr innuere ꝙ alij non eſſent mores qui obtinerent ꝗ quos Romani a Lacedemonis retulerūt quia hoc eſt a doctri. gl. in c. cōſuetudo in verbo deficit circa medium diſt. 1. tex. in §. & nō ineleganter inſt. de iur. natu. dicit ꝙ ius noſtrū ex ſcripto vel non ſcripti vr̄ fluxiſſe ex inſtitutis duarū ciuitatū, hoc eſt dicere ꝙ agit ſicut in his ciuita. agi ſolitum erat, agit dico in genere. i. vt ſicut quod placebat Lacedemonis ēt ſine ſcriptis obtinebat, ita etiā ꝙ placet gnāliter apud nos ēt ſine ſcriptis obtinet. non vt reſtringar, vt nobis debeant particulariter placere omnes mores qui placebant Lacedemonis vel vt nulli alij mores poſſint nobis placere. Tertio præmitte ꝙ hodie mores redacti in ſcriptis, dicuntur ius ſcriptū Ripa in l. moribus de vulg. nu. 14. Quarto præmitte ꝙ omnes mores ſaltē largo modo, dicuntur de iure ciuili, iuxta. l. obuenire de verb. ſig. videamus quot modis apud leges dicatur aliquid moribus ſubſiſtere. Et quidem ꝙ ſubſtantiā authoritatemque a mera voluntate, & frequentibus actibus hominum accepit, id proprie moribus introductum eſt arg. l. Adoptio. la. 2. de adop. Poſſunt. n. per conſuetudinem obtinere non ſolum ea quorū rō reddi non pōt. l non omnium cum l. ſeq. de leg. ſed & ea recipi quæ ꝯ rōnē iuris aperte ſunt. l. quod vero. Pōt quoq; cōis error ius facere l. ꝙ nō rōne eo. tit. Ecce feſtorū principium & finis ſm diuerſarum conſuetudinem regionum debet attendi. c. 2. de ferijs. quia dies quantum ad officij celebrationem incipit in veſperis. d. c. 2. In ordinibus conferendis fictione canonica mane iungitur veſperi. c. litteras de tempor. ord. quo ad iudicium in mane, & terminatur in fine diei ante noctis tenebras. §. ſedebunt authen. de iudi. col. 7. Quo ad contractus media nocte terminatur, & incipit. c. conſuluit de ferijs & ff. eo. l. more. Quo ad æſum carnium poſt cœnam. cap. de æſu. de conſecr. diſtinc. 3. Quantum ab obſeruationem treguę in ortu ſolis finit. cap. 1. de treug. vides ergo ꝙ dies incipit & terminatur diuerſis horis diuerſo reſpectu & hoc per canones & leges tm̄ alibi canon ipſe dixit ꝙ in omnibus iſtis vnaquæque prouincia abundet in ſuo ſenſu. Et præcepta maiorum leges apoſtolicas arbitramur. c. vtinam. 76. diſtinc Ita loquitur gl. in d. c. 2. de ferijs. Hic fac regulam, ꝙ moribus conſtitutum eſt ꝯrijs moribus tolli pōt. Ratio nullum eſt enim ius mere poſitiuum ꝙ conſuetudine mutari nō poſſit, niſi talis conſuetudo eſſet irrationabilis. c. fi. de conſuetu. ita loquitur Iaſ. in l. de quibus nu. 35. Ad ſupraſcriptam ſpeciem pertinet cum mores laudabiles a legiſlatore approbantur & expreſſe confirmantur tunc enim iuris ſcripti appellatione non continentur, caſus e. l in c. 2. de præben. lib. 6. Ita Iaſ. in l. de quibus nu. 36. Cum enim ex ſola voluntate confirmantis negotium non pendet qui confirmat non dat l. legata inutiliter, de leg. primo & c. examinata extra de cōfir. vtil. vel inutil. vt cum hæres centum quæ author ſuus Titio legauerat rurſus ipſe legat. l. vnum. §. ſi de Falcidia de leg. 2. Secus ſi legiſlator cum idem quod moribus obſeruatur lege ſtatueret, exprimeret ſe id agere vt nouum actum induceret arg. l. quærebatur de teſt. mil. Do tibi bonum exemplum dicit tex. in l. 2. de vulg. & pupil. quod moribus introductum eſt vt quis liberis impuberibus teſtamentum facere poſſit &c. Item dicit in fine qđ expreſſa vulgaris cōtinet in ſe tacitam pupillarem, demum habes tex. in l. iam hoc iure eo. titu. vbi dicitur qđ tacita pupillaris ex conſtitutione diui Marci & Seueri inducta fuit & ſic vides quod vulgaris continet in ſe tacitam pupillarem de iure ſcripto non moribus vt antea. Ratio quia licet actus ſit validus, ſi tamen cōfirmans hoc egit vt actum nouum induceret, actum dare dicitur. d. l. quęrebatur hoc eſt de mente do. Ripæ in d. leg. moribus numero. 15. Ergo poſſet tentari & dici quod nō erūt mores laudabiles ſi honeſtus amor pendeat ex lucro quia Deus ſolum cor interrogat cap. ſi quid inueniſti. 14. q. 5. neque conſuetudo valebit quę inuitat ad peccādum, vel propter bona diſſipandum. c. ex parte de conſuetu. quod eſſet ſi permitteretur donatio inter virum & uxor. & hoc importat illa uerba, nec

esset studiũ liberos procreandi & mutuo se spoliarent amore.
Item & illa vt famię eorũ cõsuleretur ergo nec iuramentum
quicq̃ operabitur arguendo de cõsuetudine ad iuramentũ vt
Bar.in fi.C.de pac.vis plura? Personę quę prohibẽtur a lege ali
quid facere, nunquã firmant actũ iuramẽto vt oẽs admittunt
ita Ias.in auth.sacramẽta puberũ nu.54.Sed maritus & vxor p
hibent ꝯhere donationes inuicẽ vt eo.tit.de dona.inter virũ &
vxo.ergo peccabũt mortaliter veniendo de directo ꝯ leges, &
nihil agent c.qđ ꝯ dist.8. Pręterea patet ꝙ ea facultate qua in-
ducuntur ad donandum eadem facilitate & fragilitate indu-
cẽtur ad iurandũ, ergo nihil debebit operari iuramentũ iuxta
regulã in l.doli mali versiculo diuersum de noua.& delega.cũ
eadẽ ratio amoris sed & blanditiarum in vtroq; casu militet,
55 Adde qđ & illud receptum est † cõfessionem mariti quamuis
iuratam qua in testamento se aliquid recepisse ab vxore atte-
statur fidei faciendę non sufficere Bar.in l.cum quis decedens
§.Titia de leg.3.Censetur in fraudem legis facta, nec iuramẽ-
to confirmatur.Quod cum assertiue de re iam gesta prolatum
sit periurium potius censetur. Alciatus vero in l. pacta quę ꝯ
in.5.casu principali, iuramentum valere arbitratur sed conce-
dendam absolutionẽ ideo ꝙ lex non tñ, non fauet danti, sed
ẽt odit accipienten l.si sponsus in fine eo.tit.Quod non placet
per tex.Iul.si id qđ §.1.& l.sed si vir.vers.Proculus eo. tit. non
obstat l.si sponsus, quia tñ fauet donatori dum non vult aliũ
qui est donatarius locupletari,cum ipsius donantis iactura.Fi-
naliter teneo qđ licet lex ciuilis procedat annulãdo actũ vt to-
to titulo.de dona. inter virũ & vxo. Tutius tñ puto impetrare
absolutionem a iuramẽto. Et sic teneo opi. Alcia. accedamus
ad alia exempla. Ecce implementum causæ iniustæ non vesti-
ti ꝯtum innominatum l.iurisgentium. §. si ob maleficiũ de
pac. Quapropter ciuitates vel principes occupantes alienas ter
ras, qui nolunt postea restituere nisi habita pecunia, turpiter
accipiunt,& habitã pecuniã teneñt restituere,nec iuuant pro-
pter capitula pacis,ex quo impressio est turpis Bal.in l.fi.per il-
lum tex.C.de ꝯd.ob turp.cau.facit tex.in l.idem qđ §. 1. ff. eo.
Sic nõvalet pactum inter colludentes,ne possint a ludo disce-
dere donec alter eorum totum perdiderit,habes per Ias.in d.l.
iurisgentium §. pretor. Quia qđ quis viuat honeste est vnũ ex
præceptis iustinię hoc est Dei in proœ. decret.ideo semper in
contractibus non solum quod liceat considerandum est, sed
& quod honestum est l.semper de reg.iur. Et ius honestatis ab
omni reuerentia semper exemptũ intelligitur l. quod ex liber
ta C.de ope.liber.per quẽ tex. infertur qđ subditi alicui domi-
no non debent cõpelli vt eorum mulieres vadant ad domum
domini ad tripudiandũ.Quomodo ergo permissum est a prin
cipibus nostris quosdam feudatarios regni vel prouinciæ Pe-
demontij vigore conuentionum florem virginũ delibare? Et
ideo nõ miremur flagella domini. Rõne honestatis Lenones
de vrbibus pelluñt,& meretrices de vicinia pudicarũ.Sicut hę
retici ab vrbiũ męnibus scolaris facinorosus de collegio, le-
prosus vel pestilens de ciuitate, ne alios inficiant.& malo sint
exemp.doc.in l.nullus C.de summa Tri.& fide catho. Sic me
retrices cogi possunt portare aliquod signum vt discernantur
ab alijs per illum tex.in l.mime.C.de episco. audien. Et ratio-
ne honestatis potest compelli maritus ad instantiam vxoris &
coniunctorum ad dimittendam concubinam.Eadem ratione
si maritus teneat concubinam vxor adultera non perdit do-
tem,quia delicta,mutua compensatione tolluntur l. viro solu.
matr.c.intelleximus de adul. Et hos casus habes per Decium
in d.l.semper de reg.iur. Sed quid diceres de hoc casu? Tu scis
quod inter liberos sufficit quoquo modo quis voluntatẽ suã
declaret l.fi.C.fam. hęrcis. Item scis ꝙ pactum quod superstes
alterius rebus potiatur nec in vim quidem donationis causa
mortis sustinetur quasi contra bonos mores cum sit de futura
successione vt l. fina. C.de pac. licet inter milites vim supremi
56 iudicij obtineat l.licet.C.de pac.† modo caueatur statuto ne ʃtã
tibus masculis fœmina dotata succedat. Pater pacto egit vt fi-
lia sibi succederet,an succedet vigore talis pacti? vr̃ qđ nõ quia
pactum successioni ab intestato deuolutę non concordat arg.
§.fi.inst.de leg.agn succes.Secundo quia vt pacto succedat est
speciale in milite. Pau.de Cast.in d l.licet. Contrarium est ve-
rũ per rõnem qđ inter liberos sufficit quoquo mõ declarata
patris voluntas etiam si imperfecta sit & portionem egredia-
tur quæ ab intestato defertur l. hac consultissima §. ex imper-
fecto.C.de testa & ibi nota Non obstant adducta in ꝯrium, &
primo.Respondetur ad §.fi. quia illa conuentio nõ ideo tenet
qđ potius conseruandæ quam acquirendæ successionis ius re-
spicit. Nam si viuo† patre filij nullum ius in bonis habent vt
57 per Bar.in § quid si tñ col.fi.& probat (vt mihi vr̃) tex.in l.mi-
les ita §.exhr̃dato inf. de mil.testamento multo minus nõ ha-
bet pater in bonis filij l.scripto hęrede infra vnde lib. Et fortius
arguit l.nõ vsq; inf si a paren quis fue.manu.qui tex.est clarus
pro hac solutione,sed illud ideo admittitur in d.§.quia nõ pôt
videri iniusta causa conuentionis, si aliquid pater habere vo-
luerit propter quod a filio post emancipationem magis cura-
58 retur. Hæc ratio† & noua, & vera est sumpta ex l.verũ turpem
de verb.obli.non obstat l.licet,quia ibi pactum,non præsentẽ
obligationem sed obuentionem bonorum & successionẽ re-
59 spiciebat quæ obuentio† pacto non datur,ita in terminis Bart.
respondet cons. 212. Quod si pater pacto non detulit succes
sionẽ sed promisit qđ institueret nihil proderit filię pactum.
Aliud.n.est dare,aliud promittere daturum Ias.in l.in bonęfi-
dei de eo quod cer. loco. nam hoc casu non constat qđ dede-
rit,idq; pactũ tanquã libertatem testantis restringens est ꝯ bo-
nos mores, & ideo nunquam reconualescit. Nec obl. dicere
qđ sit ꝯ bonos mores quia de futura successione, nam respõ-
detur qđ nec pr̃ teneẽ stare huic pacto cũ possit aliter testari vt
no.in l.pactũ qđ dotali.C.de pac.& sic nõ aufert liberã testãdi
facultatẽ. Et sic cõluditur,pactũ patris valet nunc & de pręsen
ti tanquã vltima voluntas inter liberos, non tanquã pactũ. At
inter alios nec tanquã pactũ nec tanquã vltima voluntas vale
re pôt, quia si valeret vt pactũ esset obligatoriũ, & auferret li-
berã testandi facultatẽ. Si vero valeret pro vltima volũtate vio
lareẽ solẽnitas publico iure inducta qđ fieri non pôt per priua-
60 tos ergo &c. Sed q̃.nã est rõ quare† facultas testandi nec pacto
nec stipulatione (etiã per indirectum) restringi pôt l.si fratres
§.idem respondit pro socio? Ias.in l.stipulatio hoc modo cam
rõnem assignat ne incidamus in impossibile perplexi.Cum.n.
vltima voluntas debeat esse ambulatoria vsq; ad supremũ vi-
tæ exitũ l.cũ hic status §.ait oratio de dona.inter vir.& vxor. c.
cũ marthæ de celebratio.missa. Aut esset ambulatoria volun-
tas, & sic nec restricta sed libera, aut si restricta neq; vltima.
61 Mihi videtur † ea ratione prohiberi liberæ testandi facultatis
ademptionem,q̃a id & imaginem seruitutis pręseferat & bo-
nos mores ius naturale respicientes offendat. probo per l. 1. in
prin.C.de lat.liber.tol.iuncto.§.fi.inst.de succes.liber.ibi bona
eorũ quodã modo iure peculij &c. Vbi libertas dicitur imper-
fecta eo qđ quis cogitur habere præcisum successorem, si er-
go lex manumittenti patrono beneficiumq; ex mera volũta-
te præstanti id efficere non permittit vt eam legem imponat
manumisso per quam liberum filium decedens non habeat d.
l. 1. §. illo proculdubio. Quanto magis non licebit inter inge-
nuos pactionibus id assequi vel alijs modis? Hoc voluit dicere
iuriscõs.in l.nõ vsq; si a paren.quis fue.manu. Vbi dixit esse ini
quum ingenuis hominibus non esse liberã rerũ suarũ alienatio
nem solitis modis & casibus. Et si tu diceres, video qđ aliquo
casu debeẽ patrono tertia bonorũ etiã eius liberti qui testatus
decedit §.sed nostra inst.de succes.liberto. Respõdeo qđ legis
authoritate id fit, honoris quẽ liberti patronis debent tẽperan
di gratia, nãq; & antea soliti fuerant durissimas res exigere ad
remunerandũ tã grande beneficiũ quod in libertos confertur
cum ex seruitute ad libertatẽ Romanam perducuntur l.1. in-
fra de bon.liber. ergo non est bonũ argumentũ ad casum no-
62 strum.Ex hac ratione infero † non valere statutum quod vxor
non possit testari sine consensu mariti tum quia timor mariti
posset subuertere vxoris iudicium Pau.de Cast.in l.ex facto de
63 vulg.& pupil.Sed an† valeat statutum quo cauetur ne mulier
possit legare vel donare viro? Respondeo sic,rõ, quia propter
reuerentialem timorem, vel forte truculentiam mariti vxor
non posset contra niti, vel non ita facile. Facit text. in l. 1. §.
quæ onerandæ cum ibi not.inf.quarum rer.actio non datur.

De captatoria institutione.

64 Quæro an † captatoria voluntas possit consuetudine vel statu
to confirmari Respondeo. Primo est videndum quotuplex,&
quę sit captoria institutio. Secundo quæ sint eius species. Ter-
tio vnde dicatur. Quarto soluetur quæstio nostra. Ad primũ
respondetur, quod captatoria institutio est duplex, una est ad
quam mutua affectione prouocamus.Secunda est quę confer
tur sub ea cõditione quæ secretum alienæ uoluntatis detegat.
Hęc reprobatur,illa licita est l.captatorias de hęred.institu.De
prima do exemplum. Cum ęgra mulier uellet testari, vir mari
tali sermone & blando,vt fieri assolet,intercessit vt instituere-
tur. Institutio hęc iudicio meo est captatoria & valet secundũ
Bart. in l. Lucius §.Sempronia de leg.2. & est fere casus in l.fi-
65 na.infra si quis aliq. testa.prohibu. Religiosi † tamen non de-
bent de trahere testatores a legato vel electione sepulturæ in
sua ecclesia matrice blandis verbis alias incurrunt pœnas de.
1. §. Quibus dę priuileg.& excel. præl. & hæc species captato-
riæ inde denominatur quia blanditijs,affectionibus,amicitijs,
vel officijs, & suggestionibus eius in quem confertur causa
fuit. Aucupari igitur officijs institutiones laudabile est. Natu-
ra quoq; suadet vt benefacientibus benefaciamus l.sed & si le
ge §.consuluit de pet.hæred.meritis enim tacite prouocantur
homines ad legandum l.nec adiecit supra pro socio. Et blãdis
verbis plerunq; assequimur institutiones l.fi. inf. si quis aliquẽ
testa.prohibu. Et per Bar.in d.§.Sempronia.Hinc rethores, au
ram quod aiunt,populi captant dum illũ ad se blanditijs aucu-
pantur

66 pantur alliciunt. Ex prædictis infero † valere testamentū in quo
duo mutua affectione inuicem se instituerunt, doct. per illum
tex. in l. licet. C. de pact. ad quod facit, l. eo quod a multis. C. si
cer. pet. Captatoria institutio cuius cōditio confertur ad secre-
tum alienæ voluntatis detegendū dicitur captatoria quasi de-
ceptoria & aucupatoria. Captare enim est desiderio & aucu-
pio aliqd habere. Hęc captatoria principali hac rōne improba
tur. Quia ꝯ bonos mores est velle aliorum secreta rimari, & nu
dare alicuius intima. Facit. l. 3. §. tametsi de arb. Est. n. odiosum
si palam sit cui vni cæteros postponas, c. quia propter cum gl.
in verbo de collegio extra de elect. Sic in proposito si aliquem
quis ita instituat. Qua ex parte me Titius hæredem scriptū in
tabulis suis recitauerit, ex ea parte hæres esto improbam instō
nem facit, l. 1. de his quæ pro non scrip. haben. Idem si ita scri-
pserit Titius si Mæuium tabulis testamenti sui hęredem a se
scriptum ostēderit probaueritq; hæres esto l. ille autem de hę-
red. insti. Ratio in vtroq. casu, quia non potest quis parere his
conditionibus quin detegat secretum suum l. Paulus. §. fin. de
cond. & dem. Nā & hæc odij præsumptione non carent apud
eos qui cognoscunt se honoratis postponi à testatore, sit quo-
modocunq. non est secundum leges quęrere secreta testantiū
in vita eorum l. 1. §. si dubitetur inf. quemad. testa. aperian. Ad-
de quod est turpis etiam, quia verisimile est, eam institutionē
factam propter præmium mutuæ nuncupationis futurum, di-
xerint doct. quicquid velint, non intellerunt quid esset capta-
toria institutio improbata ita dixit Soc. Iunior in l. moribus de
67 vulg. & pupill. Hic moueo vnam quæstionē † si alterum ex his
qui mutua affectione in eadem charta inuicem se instituerūt
pęniteat, an altera institutio censebitur reuocata? Respondeo
non placet videri reuocatam, quia recipio affectionis in dubio,
nobiliorem præsumptionē, quā spem præmij. l. merito cū con
cord. supra pro socio. nec probabiliter quisquam allegaret nō
existimasse alterū, fore vt alter pęnitentia duceretur arg. l. cum
don. C. de transac. cum hmōi sint voluntates quib. nemo se ip-
sum astringit. l. si quis in principio de leg. 3. Non procedit id cū
non de instōne quæritur, sed de pact. Oldrad. cons. 164. & ideo
altero paciscentium nō implente altera institutio extinguetur
doct. in d. l. ille autem. Non ob. quod ad illā pactionē attenden-
dū non videatur quæ nulla est l. ex eo. C. de inut. stipul. quia cū
sequuta sit ex vnius parte executio constat eam tametsi nul-
lam neglectam non fuisse, debuit. n. fieri quod potuit l. hæredi-
bus §. fi. ad Trebell. Sed & ex testatoris mente pro efficace ha-
bitam talem voluntatem existimandum est l. si de reb. eo. Sed
68 & si duo milites † pacti sunt vt alteruter superstes alteri succe-
deret reuocata ab vno pactione ex alterius quoq. parte reuoca
in l.non quicquid de iud.& ibi Paul.de Cast. in fine expresse di
cit contrarium,& text.in l.1.C. qūo & quando iudex. Nec ve-
rum est d.l. non quicquid. venire exceptiue,regulariter autem
ea quę committuntur iudicis potestati habere necessitatem,vt
sentit Dec.in l.1.de iurisdi.omni iud.sensus enim ille non con-
uenit legi & est contra mentem glo allegantis illam legem in
c.nosse 76.dist.& Decij argumento non est bona,non enim te-
net consequētia quam facit. Non quicquid potestati iudicis cō
mittitur subijcitur necessitati. Ergo regulariter quod commit-
titur,habet necessitatem. Sed sic aliquid committitur quod ha
bet necessitatē,& aliquid quod non hēt. Sed quod dicta limita
tio non firmetur per l.1.apparet quod verba nō dirigunt ad iu-
dicē alias quotiescūq; lex de iudice loqueretur dicēdū esset in
eū verba dirigere,& necessitatem imponere. Sed iurecōsultus
procedit

procedit declarando q̃ late pateat ipsius ius dicẽtis officiũ, &
q glo. inquit necesse habet, fateor ex alio & per alias leges, sed
non ex vi verbi posse, sic etiam respondeo ad eos qui limitant
vt inducat necessitatem præcisam ratione subiectæ materiæ.
Nã si alijs legibus necessitas inducetur nihil operabitur verbũ
posse arg. l. asse toto. de hered. instit. sed illud erit quia alia lex
per aliam intelligi debet. l. non est nouum de legi. Et ex his di-
co q statutum de quo supra, non inducit necessitatem inqui-
rendi sed illud ipsum in iudicis arbitrium relinquit, vt etiam
tenet Alexan. hic & Ias. quod si in rescriptis habeatur possit &
debeat, fateor necessitatem induci, Sed illud est propter ver-
bum debet, quod per se importat necessitatem, vt Pau. de Cas.
in supra allegata. l. non quicquid. Quandoque tamen verbum
debet non inducit necessitatem, vt tit. apud quem, vel quos cõ
133 tro. feu. in fine, & ibi vide. Tertia conclusio sit quod † in vlti-
mis voluntatibus verbum potest, vel alia deprecatiua verba si
referantur ad grauatum inducunt dispositionem, secus si ad
honoratum licet aliter sit in verbis præceptiuis glos. in l. peto
in princip. de leg. 2. fateor tamen quod ad quemcunque refe-
rantur verba, si appareat de voluntate testatoris fideicommis-
sum relinquere volentis, omnino testatoris voluntatẽ esse ser-
uandã & induci fideicõmissum. l. fideicõmissa. §. hæc verba. de
leg. 3. l. in conditionibus de cond. & demõ. & illud potissimũ
est in materia vltimarum voluntatũ, voluntatẽ præ omnibus
dominari, sed in dubio non recedo à distinctione glo. in d. l. pe
to, quã puto verissimam per l. etiã hoc modo. & l. & eo modo.
de leg. 1. Cæterum verbum potest de sui natura potentiã sim-
plicem importat non necessitati coniunctam. l. 1. de iniu. rup. te
sta. & ibi Barto. veruntamen ex coniectura mentis potentiam
cum actu importabit. l. 3. §. si quis acceperit, de statulib. Ita etiã
quandoque possibilitatem naturæ tantum importabit. l. inter
illam secundum lecturam Oldra. de verbo. sig. Quandoq; pos-
sibilitatem explicãdi actus respectu certæ personæ. l. nepos Pro
culo de verbo sig. vide de hoc Barto. in d. l. 1. de iniust. rup. testa.
Et de verbo potest vide glo. in c. sciscitatus. de rescrip. Barto. in
l. suus quoque. §. sed & si, de hæred. instit. l. si ita quis de. l. 2. gl.
in c. cum super de offi. deleg. glo. in c. cum teneamur de præ-
ben. c. non potest de consecra. dist. 4. Nunc rogo vt venia di
gnus sim si aliquãdo pro extricãdis inextricabilibus, à materia
134 deuiaui. [Instituo] † idest substitui, verbum enim instituo tam-
quam genus comprehendit sub se non solum primas institu-
tiones sed & secundas & tertias & successiue. Omnis ergo sub
stitutio directa, est conditionalis institutio. l. in ratione § quod
vulgo. & § si filio, melius in §. quæsitum, ad. l. Fal. clarior tex. in
l. in duplicibus. eo. tit. Ideo est quod legata relicta ab instituto
censentur repetita à substituto vulgari. l. licet de leg. 1. Ratio,
quia per substitutum vulgariter subintratur locus instituti &c.
dic vt per doc. in rubrica de vulga. & pupilla. Ex hoc elicio plu
res quæstiones prætermissas. Tu scis quod heres institutus tene
tur conficere inuentarium alias amittit beneficium. l. falcidiæ
l. scimus. C. de iure delib. Authen. sed cum testator. C. ad. l. Fal.
Ad idem tenetur fideicommissarius vniuersalis qui habetur
loco hæredis instituti l. si filius. §. 1. supra quod cum eo. l. si po-
stulantem infra ad Trebel. & in terminis ponit Barto. in præ-
135 alleg. §. quod vulgo. nume. 9. & 10. Modo pone † substitutus
vulgariter pendente conditione facit inuentariũ, an sibi suffi-
ciat si postea cõdõ existat? & vr̃ quod premature factum sit arg.
l. is cui. §. si ab impuberis infra vt in poss. leg. l. 1. §. si impuberi-
bus de colla. bono. & l. Statius. §. fi. de iur. fisci. Contrarium vr̃
verius. Quod probo sic. Si primo loco institutus sub conditio-
ne, pendente conditione petat secundum tab. & faciat inuenta
rium illud sufficiet sibi si postea extat conditio. Ratio secundũ
Barto. in d. §. quod vulgo num. 7. quia illa bonorum possessio
secundum tab. conuertitur in legitimam aditionem existente
conditione vt l. 2. §. si sub conditione. de bo. poss. sm̃ tabu. Sic in
proposito illa confectio inuentarij ipsius substituti cõuertetur
in necessariam &c. Item inuentarium est inductum vt fiat, ne
hæres habeat necesse petere tempus deliberãdi. l. scimus. §. sin
autem dubius. C. de iur. delib. & sic ne patiatur damnum arg.
l. 1. §. 1. cum sua glo. infra de iure deliber. Sed quando quis est
solicitus vt adueniente conditione sibi cautum sit non dicitur
præmature agere. Facit gloss. singul. in l. secunda. § interdum,
in verbo solicitus, de vulg. ergo &c. Et sic est responsum ad du
bium. Secundo infertur quod licet legati translatio intelliga-
tur sub eadem conditione qua prius fuerat data l. legatum sub
136 conditione. de adimen. lega. tamen † conditio adiecta in insti-
tutione non videtur repetita in substitutione. l. sub conditione
de hæred. instit. & est ratio secundum Bar. & glos. ibi, quia talis
substitutio, cum sit conditionalis institutio est magis fauorabi
lis quam sint legata ad instar puræ institutionis. Sed de hoc vi
de Ias. in l. licet Imperator num. 44. de leg. 1. quia effectus veri-
tatis, est magnus. Tertio quæro, si quis te hæredem ita instituit,
si tu hæredem eũ, in præteritum intellige, instituisses, aut quid
sibi legasses, modo tu substituisti eum aut ei a substituto lega-
sti, an extiterit conditio? Respondeo quod sic, l. melier §. fin. de
condi. instit. vbi de hoc est tex. sing. vides ergo quod conditio
institutionis quæ debet impleri in forma specifica. l. Mæuius de
cond. & demon. dicitur impleta per substitutionẽ. Et per hoc
dico quod quãuis statuta sint stricti iuris, l. si vero §. de viro sol.
mat. l. quod constitutum de mil. testa. l. constitutionibus infra
ad Municip. ca. in nostra de iniurijs & damno damnato. Et in
statutis verba sint proprie intelligenda, l. 3. §. hæc verba de neg.
137 gest. Tamen † statutum faciens mentionẽ de institutione tra-
hetur ad substitutionem, ex propria significatione quatenus
rõ patietur. Ad quod faciunt notata per Bar. & doct. in rubrica
138 sol. matr. in verbo petatur. Quarto quæro † dicit statutum, q
testamentum mulieris, cæci, vel minoris, non aliter valeat, quã
si in eo fuerit institutus aliquis de familia, ad quẽ pertinent ista
bona? Respõdeo per suprascripta præsuppono valere testamẽ
tum, & certe cum quæritur de vno, regula est quòd præsuppo-
nitur habilitas in cæteris, l. si quæramus supra de testamen. vi-
detur dicendum sic. Institutio quæ non potest valere iure dire
cto, vel ratione volũtatis, vel ratione personæ, valeat iure fidei-
commissi ad exemplum substitutionis l. cum quis decedens §.
Seiam de leg. 3. & l. Sceuola vbi Bar. in princip. ad Trebel. facit
tex. a nemine allegatus in l. Pater filium §. fi. de leg. 3. Sic ergo
in casu nostro, cum talis institutus sit persona quę non poterat
institui, sed bene substitui, videretur dicendum quod haberet
bona iure fideicommissi. Contrarium puto verũ scilicet quod
scriptus primo loco nihil habebit, sed substitutus totum. Su-
mus enim in casu vbi tm̃ incipit a secundo gradu. Nã aut iste
institutus primo gradu vult adire, & nihil facit cũ statutũ non
sustineat eius institutionem, aut non adit, & vtroque casu inci
piet testamentum a substituto. arg. l. 3. §. fin. supra tit. nostro. Et
l. si miles, de iniust. rupto. & l. si filius substituatur. de hæred. in-
stit. regulariter enim verũ est testamentum a substitutione in-
cipere, si institutio sit nulla l. ex facto §. Lucius de vulg. & pu-
pil. Testamẽtum autem substineri fauorabilius est, l. si pars su-
pra de inoff. testa. l. vel negare quemad. testa. aper. c. fin. de reg.
iur. Et plus dico quod stante prędicto statuto non posset qui nõ
est de familia substitui vulgariter vel pupillariter quia talis de-
bet esse substitutus qui ab initio potuerit institui. l. parabolani
& ibi notat Pau. de Cast. C. de episc. & cleric. Non obstat quod
dicitur de fideicommisso, quia hic non erat defectus neq; per-
sonæ, neque voluntatis, sed defectus testamenti in quo nõ erat
is institutus quem instituere oportet, vt per Bar. d. l. 3. §. fin. de
lib. & posth. Et vide Bar. in l. paterfam. in fi. de hære. insti. &c.
de verbo instituo. Et an substitutio sit proprie institutio dic vt
139 per Ripã in l. 1. de vulg. & pupil. Quinto. Lex. 2. † C. de natura.
libe. disponit quod extantibus liberis legitimis naturales non
possint institui nisi in vncia, dubitatur. Nũquid in totum pos-
sint substitui? Hæc quæstio videtur determinari per text. in l. si
is qui ex bonis. de vulga. & pupil. iuncta glo. vbi si is qui ex bo-
nis testatoris capere non poterat, nempe filius naturalis, substi
tutus sit filio impuberi, ad bona quidem filij admittetur, sed nõ
patris. Hinc colligunt doc. quod naturalis potest filio substitui
pupillariter non, cum nec etiam ex pupillari possit succedere
in bonis quæ a patre ad pupillum peruenerunt. Ego dico con-
trarium, & teneo quod possit substitui, vulgariter & etiam pu-
pillariter per tex. in l. Lucius de vulga. & pupil. Nam non est ve
rum, quod naturalis prohibeatur succedere ex pupillari in bo-
nis paternis vt omnes existimant, cum enim non simpliciter
prohibeatur testatori succedere, sed ita si non extabunt libe-
ri, mortuo impubere, verum erit liberos non extare. Non er-
go prohibebũtur in testatoris bonis succedere. Et sicut a prin-
cipio non extantibus legitimis potuisset institui naturalis, ita
ex postfacto si deficiet vel repudiabit institui posse videtur l. 2.
§. sed si sint ad Tertul. tex. autem in d. l. si is qui, generaliter loq
tur de ijs qui simpliciter prohibentur capere, aut sub ea condi-
tione quæ tunc etiam vigeat cũ successioni locus sit vt in spu-
rio vel similibus, glo. in auth. quib. mod. naturales effi. sui in gl.
magna in fi. Non autem de ijs, qui sub ea conditione prohiben
tur quæ per mortem impuberis verificari potest, ut de natura-
li, qui non extantibus liberis potest capere. Et si mauis dicas q
quamuis principium legis glosa in naturali exemplificauerit,
versiculus tamen sed hoc, non potest ad illud exemplũ referri.
Verum tamen est quòd etiam Imo. in l. Lucius dicebat quòd,
si pater habeat plures legitimos, quòd vni eorum non poterit
naturalem substituere, vulgariter nec pupillariter in bonis ip-
sius testatoris, cum vigeat dispositio quæ prohibet naturales
capere. Gloss. in cap. non satis. 86. dist. quærebat. Si pater meus
est infidelis, & æqualiter indiget cum fideli cui magis teneor?
Petrus vocauit hanc quæstionem aquam tenebrosam in nubi-
014 bus aeris, Ias. hic, dum quærit † an hodie valeat testamentum
conditum secundum formam Galli, dicit, verba Petri conue-
nire huic quæstioni. Et quasi omnibus scribentibus videtur
perplexa sicut nerui testiculorum Leuiathan de quibus in ca.
Nerui testiculorum. 13. dist. Mihi in omnibus his speciebus il-
lud ob-

lud obseruari placet, vt dilig ẽs attentio facilitatẽ afferat. Quod
minime est expauescẽdum. Pro veritatis inuestigatione quærendum
est de duobus. Primum est, vtrum filius sit vocatus ab
intestato, cæteri vero ex testamento. Secundum vtrum sit institutus.
Nunc pro singulo casu allegabimus pro, & contra. Et pro
primo casu affirmatiuo facit tex. in l. si quis ita hæres sup. de hæ
re. insti. Sed ad illũ tex. breuiter respondetur in forma hoc modo.
Vniuscuiusque verba ad dispositionem iuris referri debẽt
quia quilibet secundum leges agere voluisse præsumitur. l. quidam
cum filium. de verbo. obliga. Sed testator in casu illius legis
vsus fuit verbo legitimus, quod proprie significat illũ qui
a lege vocatur ad successionem, vt per glo. cap. 1. §. & quia in
verbo frater, in vsi. feu. tit. de his qui feudare poss. habetur plene
per Ias. in l. vnica. quando non peten. par. ergo ille succedit
ex pręsumpta mente defuncti quam verba indicant, quod non
est in casu nostro vbi filius est tantum positus sub conditione.
Ergo &c. Secundo facit quia ex mente defuncti potest esse locus
prius successioni ab intestato quàm ex testamento, etiam
quòd verba per se id non soneat. l. Lucius la secunda de hære.
insti. vbi filij fratris sunt tantum positi sub cõditione, & tamen
censentur tacite vocati ab intestato. Et sic ibi non sumus in claris
pro vt in d. l. si quis ita hæres, vbi verba importabant ex sui
proprietate successionem ab intestato. Sed ad hoc Respondeẽ
ꝙ filij institutio in testamento adeo est necessaria, vt si etiam viuo
patre moriatur semel inualida dispositio amplius non cõualescat
inst. de exhæ. lib. §. 1. sed qui sub conditione refertur nõ
censetur institutus. l. ex facto la prima de hæred. insti. ergo &c.
At in casu. l. Lucius non sumus in tali necessitate. Tertio arguitur
sic. Præteritio reddit testamentum nullum ▪ quia est iniuriosa
filio. §. hæc autem disposuimus auth. vt cum de appel. cogno.
collat. 8. Sed vbi non est iniuriosa filio vt in casu nostro in
quo filius post mortẽ aui nulli postponitur, debet sustineri testamentum
vsquequo filius non superuixerit patri arg. l. si pater
filium impuberem. in fi. de vulg. vbi est tex. singularis iũcto
tex. in l. cum ex filio eo. tit. & l. si emancipatus la 2. inf. de cõtra
tab. l. si patronus. §. si quis non mala, & l. Paulus cũ concord. de
bon. liber. & l. filius. C. de inoffi. test. Breuiter dico ꝙ per supradicta
nõ possumus sustinere testamentum præsupposito filio
141 præterito in casu Galli. Dic ergo tu & considera altius. † Præteritio
filij non annullat testamentum tribus casibus tantũ. Primus
casus est, si præteritio fiat vt consulatur filio, ita procedũt
supra prox. allegata. Secundus est si filius consenserit præteritioni
ante factum testamentum. l. si is qui in fi. sup. de inoffi. testa.
& arg. l. non putauit. §. si quis sub manu de contratab. Ias. in
auth. non licet. C. de lib. præte. modo sic. In casu proposito cessat
coniectura cõsulend. filio cum eum testator se viuo decessurũ
putaret. Quod si superuixisset omnes fatentur ab intestato
filium successurum. Item nõ scripsit filius præteritionẽ sua
manu. Item nec tertius casus potest habere locum cũ filius aut
præmoriatur, & non poterit testamentũ approbare, aut superuiuat
& conditio institutionis deficiat. Sicq; nullo casu patet
posse sustineri tale testamentum per filium approbantẽ eius
præteritionem. Qui ergo vellet hanc opinionẽ tueri posset dicere
nouiter. Habeo pro cõstanti ꝙ præteritio fauorabilis filio
non reddit testm̃ nullum. Præteritio vero quæ prouenit ex paterna
imprudentia sic & hoc in odium ipsius sp̃ernẽtis solẽnitatem
ex publico inductam, tamen posset dici ꝙ præteritio nõ
fauorabilis sustineatur eo casu quo cõfertur in tempus in quo
non est necessaria institutio præteriti arg. l. in tempus de hære.
instit. & cap. de vxore extra de sepul. quasi in hoc prouidus non
imprudens censendus sit testator. Secundo potest dici ꝙ sicut
testator potest facere vt si intra certum tempus decedit decederet
intestatus, si vero post, decedat testatus. l. potest. de hære.
insti. sic in proposito, prætereundo filium deberet sustineri testamẽtum
filio prædecedente, vel reddi nullum patre præmoriente.
Non obstat quod si filius in potestate sit præteritus & viuo
patre decedat ꝙ testamentum nõ valet. l. si filius qui in potestate
supra tit. nostro. Quia respondetur ꝙ regula non intelligitur
in eo qui est præteritus sub conditione quæ habet purificari
142 viuo testatore. Tertio arguitur sic. † Testm̃ in quo instituti
sunt hi qui amoto filio pñt obtinere hæreditatem ab intestato
nõ est nullum ratione præteritionis filij. l. si duobus. §. si prius,
& ibi Bar. de ꝯtab. Sed in casu nr̃o est institutus nepos qui amoto
filio succederet, ergo &c. Quarto facit quia hic agimus de testamenti
validitate, & quia R. P. interest ne testamenta rũpantur.
§. quid si is, cum gl. 1. inf. ea. l. ergo melius est vt in hmõi vtilitatem
pręsertim postquam adducta sunt superiora argumẽta
quæ etiam auferunt multas oppositiones & afferunt rationes
pro hac opinione satis coloratas interpretatio admittatũ, vt instituens
nepotem qui sibi post mortẽ suus nasceretur recte instituisse
videatur ꝗnis filius sub conditione tm̃ positus non institutus
proponatur. Nam & alibi habemus quod in dubio iudicãdum
est pro testõ. l. si pars supra de inoffi. test. c. fi. de re iudi.
Itẽ facit quia in dubio præsumitur pro testamẽto nisi ex inspectione
aliud appareat. l. si post diuisionem & ibi gl. & Bar. C. de
iur. & fact. igno. Sed aduerte quia dictum Bar. arguit cõtra. Nã
dicit, nisi ex inspectione aliud appareat. Sed ex inspectione testamẽti
apparet vitiũ præteritionis ergo &c. Nõ obstat si dicas
ꝙ illa inspectio non est vitiosa probabis disputando, quia respond.
si opus est argumentis ad probandum ꝙ intendis, ergo
prima facie aliud apparet & præsumitur. Melius ergo faciunt
quæ sequuntur. videlicet quod sicut pro matrimonio opinio
vnius doc. contra communẽ est sequenda in iudicando, vt per
cano. in c. 2. de cogna. spiritua. Ita ad præsens propositum causa
testamenti est sustinenda per opiniones aliquot illustrium
doc. qui hãc sententiam hic sequuntur quod. s. filius tacite vocetur
ab intestato & testamẽtum valeat. Facit etiam in proposito
quod dixit tex. in l. si quis hęredem. C. de institu. & substitu.
quod in testamentis nõ est vtendum nimia subtilitate ne iudicia
testantium defraudentur. Sed cũ testamẽto ſm Galli formulam
scripto inesse institutionẽ filij credam idq; ꝭ statim (vt
opinor probaturus sim nihil vel parum referre arbitror si pro
hac sententia copiosius arguam, venio igitur ad ſm quæsitum
Quęro igitur an hęc verba, si filius me viuo morietur &c. Inducant
filij institutionem? Respondeo. Quidam recte admittendum
credunt, cũ in testamento ita scribitur si filius meus me
viuo morietur, tunc nepos ex eo post mortem meã natus hæres
esto duos gradus hæredum esse. l. cum in testamento infra
de hæred. instit. Ex quo apparet si filius, & ex eo nepos posthumus
ita hæredes instituãtur, vt Gallo Aquilio placuit. 1. his verbis
si filius meus me viuo morietur, Et nepos post mortẽ ex eo
mihi nascatur hæres esto, & nepoti si is hęres non erit Titius
substituatur filio hęrede existente Titium omnimodo. s. etiã si
nepos natus non fuerit excludi. l. si mater. §. fin. infra. de vulga
quia hic Titius licet substitutus fuerit vulgariter per verba si
hæres non erit, & nepos hæres non sit tamen intelligitur Si nepos
hęres non erit cum secundo gradu delata erit hęreditas nõ
cũ primo. Ita sentit glo. d. l. cum in testamẽto. Sic libertus si patronum
suum ita hæredẽ subscripserit. Si filius meus me viuo
morietur patronus hæres esto non male videtur testatus. l. et ã
§. libertis infra de bonis liberto. In cõtrarium videtur facere. §.
in omnibus infra ea. l. vbi inquit text. in omnibus Galli speciebus
illud obseruandum esse vt filius duntaxat qui est in potestate
ex aliqua parte sit hęres institutus frustra inquit exhęredabitur
post mortẽ suã quæ verba superficie quidem ipsa, institutionem
expressam filij efflagitare videntur, quam vt comprehendatur
sub illis verbis si filius meus me viuo morietur. Sed
in intimis institutum per illa probant, solam tantummodo exhæredationem
vitandam ostendunt quæ non sit nisi expresse
à patre. Et sic intẽtio illius literæ est filium debere institui ita ꝙ
non exhæredetur, quia licet testamẽtum in casu Galli sustineatur
per tacitam institutionem non tamen per exhæredationẽ,
quia esset inutilis, nam ibi loquitur quando Auus filium exhæredauit,
Et si eo viuo moriatur substituit nepotem. Nam tunc
non valet testamentum quia videtur exhæredatus post mortẽ
quæ exhęredatio cum non possit confirmari in vita filij per aditionem
hæreditatis facit testamentum nullius esse momẽti. l.
si ita scriptum. §. fi. supra eo. Vltro tamen fateor tũc expressam
requiri institutionem cum pater non totam hæreditatem sed
partẽ aliquam vult filio relinquere. Nam regulariter proditũ
est tacitam institutionem semper esse in totum, & non de aliqua
parte. Nam de parte non potest fieri expresse, & ita respondetur
ad illum. §. qui vult ex aliqua parte eum hęredẽ instituti.
Secundo facit tex. in l. si quis eum. §. fin. infra de vulga. vbi si pater
ita fecerit secundum testamentũ vt sibi hęredem instituat,
si viuo se filius decedat potest dici non rumpi prius testamentum
quia hoc secundum nõ valet, ▪ quod in eo præteritus sit
filius. Sed ad illum text. respondetur quod illud ideo est, quia
non est substitutus aliquis de descendentibus successiuo ordine.
Sed contra istam solutionem facit tex. in l. cohæred. §. fin.
infra eo. titu. de vulga. vbi placuit non videri cum vitio factam
substitutionem his verbis. Ille filius meus si (quod abominor)
intra pubertatis annos decesserit tunc in locum eius Titius hæres
esto. Et tamen ibi non dicitur substitutus aliquis de descendentibus
ordine successiuo, & sic ille tex. facit contra argumẽtum
& contra solu. Sed ad illud text. Respondetur quod in eo
fuerunt expressa verba quæ de sui natura important pupillarẽ
substitutionem, quæ pupillaris substitutio non potest consistere
nisi prius quis sibi instituerit hæredem. l. 2. §. prius. cum simil.
de vulg. Nimirũ ergo si subintelligitur institutio tacita cũ
143 & alias regula sit, † quod conditionaliter profertur non inducere
dispositionẽ nisi in aliquo antecedenti vel consequẽti, ex
pręsumpta volũtate testatoris, quando illud antecedens vel cõsequens
poterat de volũtate testatoris induci. Quapropter qui
ædium illatũ quo ad altius quã vti nũc sunt ædificatę nõ erunt
illi vsumfructum legat, plenam proprietatem legasse videtur.
cũ alias dispositio annexa verbis per modũ conditionis prolatis
non sortietur effectum l. Proculus & ibi gl. & Bart. supra de
vsufruc.

vsufruc. Sic dominus grauãdo seruum vt det cẽtum hæredi videtur ei legare peculium l. deniq; §. interdum de pecul. leg. vbi text. est singularis pro hac opinione. Et est ratio quia licet alias cum seruus grauatur de dandis 10. alicui possit illa 10. ex peculio, cum hæredis tamen consensu, illi dare, non tamen per hoc inducitur legatum peculii, cum, & possint ex eo decẽ dari tertio & dominium eius remanere pęnes heredem. At cum grauatus est dare hæredi non potest illa conditio impleri si concedatur peculium remanere pœnes heredem, cum qui dominus sit, amplius dominus fieri non possit §. sic itaq; inst. de actio. & iste est intellectus illius, & interdũ quẽ (si fas est dicere) non vẽ
144 bene intellexit Bar. † ibi. Sed vt reuertamur ad rem, illa verba si filius meus me viuo morietur talẽ instituo, non inducunt institutionẽ filii, eo quia sunt verba enũciatiua cõditionaliter prolata quæ non inducunt dispositionẽ l. ex facta la 1. de hær. insti. Et quia verborũ prolatorum natura illud non patitur l. Titia §. Caius, & ibi Bar. de l. a. Ista fuit in effectu doctrina Bar. in l. ex hac scriptura. inf. de dona. Qui putaret licere diuinare, posset dicere quod l. cohæredi. §. fin. vertebatur duplex fauor scilicet testamẽti paterni & pupillaris substitutionis. Tertio videtur text. in §. idem creden. um in versiculo. Num si & filius & nepos, vbi ponuntur verba testatoris, quod si testator dicat hoc modo si filius & nepos me viuo moriantur tunc pronepos qui nascetur post mortem sit hæres. certe si contingat filium primo mori propter præteritionem nepotis rumpitur testamentum, ergo per illa verba conditionalia non censetur nepotis tacite institutus. Sed cum supportatione. Respondeo quod ille text. probat oppositum, quia quantum ad filium sic conditionaliter nominatum præsupponit testamentum valere. Et tamen ibi respectu filij, alia institutio non interuenit, licet respectu nepotis decidat rumpi testamẽtum si cõtingat filium præmori, sed quia hęc difficultas requirit declarationem §. idem credẽdum. ideo eam repetam. Quæritur ergo quomodo possit sustineri filium censeri institutum cum dicitur, si filius me viuo morietur, &c. Nepotem non item videri institutum per hæc verba si filius, & nepos, me viuo moriantur tunc qui pronepos &c. §. idem credendum. infra eo. Respondeo inter cætera quæ ad ordinãdum testamenta necessario desiderantur principale ius est de liberis hæredibus instituẽdis vel exhæredandis. Namq; filio qui in potestate præterito inutile est testament um l. inter cætera infra titulo nostro, quod intellige de liberis suis §. posthumorum inst. de exhę. lib. Cum ergo filius qui apud hostes est in potestate patris non sit pater recte cum preterijt, & iure fecit testamentum l. pen. inf. eo. S c quia nepotes præcedente eorum patre sui non sunt, præteriri possunt patre eorum instituto, & eorum met liberis institutis §. posthumorum. inst. de exhæ. lib. iũcto §. in omnibus inf. l. nostra. Solum igitur illud inspicitur, vt qui suus est, aut institutus, aut exhæredatus sit nec refert filius an nepos sit. Et ideo credendum est Gallum existimasse, si testator dicat, si me viuo nepos decedat tũc qui ex eo pronepos &c. per illa verba nepotem qui suus sit censeri institutũ, quia prima causa fuit eius quem necessarium fuit instituere. Quod si filius & nepos viuant & dixerit testator, si filius, & nepos moriantur tunc qui pronepos &c. non æque respondeti potest nepotem institutũ, quia potuit præcedente filio præteriri atque ita non rumpere, ita sentit d. §. idem credendum & §. in omnibus. Nec est insolitum iure aliquid fieri permitti quod nõ sit alias valiturum quã exempto per mortem qui potuit obstare l. qui soluendo. inf. de hæ. inst. per quẽ tex. dixit Bar. quod testamentum vsurarij factũ nondum præstita cautione de restituendo vsuras fm formam c. quamquam de vsur. lib. 6. reconualescit præstita cautione post testm̃. Et ad prædictam regulam benefacit tex. in l. seruũ filij de l. 1. Sed contra prædicta arguitur. Quod vna determinatio respiciẽs plura determinabilia, debet ea æqualiter determinare l. Iã hoc iure. de vulga. & pupill. ergo cum dicitur si filius, & nepos me viuo moriantur, aut vtrunq; dicere debemus institutũ, aut neutrum. Rñdeo quod regula procedit qñ est par ratio, vbi per Ias. sed in casu nr̃o non est par ratio filij primi gradus qui nisi institui rumpit, & præteriti nepotis qui non rumpit nisi agnascendo §. posthumorum insti. de exhæ. lib. sed Ias. hic respondet qđ istud est speciale in liberis primi gradus in quibus, & alia plura sunt specialia quæ non conueniũt nepotibus vt l. si mater. C. de inst. & l. iubemus §. fina. C. ad Trebell. l. quod de bonis §. quod
145 anus, & ibi Bar. infra ad l. Falc. cum simil. Quod aperto ore † ausim damnare cum Scæuola idem credendum esse de nepote, quod de filio suadeat. Si dicat testator, si me viuo nepos decedat tunc qui ex eo pronepos &c. Cum alias regula sit. Eandem esse cõditionem mediorum ad inferiora quæ extremorum ad medii, & econtra c. cum caput. & ibi glos. 33. q. 5. Quarto videtur facere tex. in l. fina. C. de hæred. insti. vbi probatur quod cũ vna instĩo non potest sustineri nisi alia præcedat non per hoc illa videtur præcedere. Ad quem tex. iam responsum est illius institionem q̃ necesse fuisset subaudire nõ fuisse necessario fiendã vt in casu nr̃o, ergo &c. Finaliter qđ per illa verba si filius meus me viuo morietur &c. Inducatur filij instĩo mihi videtur probare tex. in l. si. C. fam. hær. vbi instĩo filiorum sustinetur quibuscũq; verbis vel indicijs inueniatur scripta. ad idem tex. in Auth. de testa. imperfec. coll. 8. vbi sufficiet hodie per vigorem constõnis Constantini institutionem filij primi gradus ex indicijs colligi posse. Et quod plus est vr̃ quod hodie proauus possit facere substitutionem vel instõnem nepotis hoc modo. Si filius & nepos morientur me viuo, tunc qui pronepos nasceretur post mortẽ meam in 10. mensibus proximis quibus nepos meus morietur hæres esto. Et sic posset forte dici per tex. in d. Auth. de testamẽtis imperfectis quã supra proxime allegauimus, Theodosium correxisse. §. idem credendum et versiculo. Num & si, quia ille tex. dat & extendit hoc priuilegium liberis vtriusq; sexus, & gradus vt eorum institutio sustineatur etiam si aliter quam ex coniecturis colligi non possit. Summam ergo opinionis meæ hanc esse apparet, vt vtar verbis tex. in l. cuncta. in fi. sup. de cuic. filium testamento condito secundum Galli apparentem formulam censeri institutum. De quibus tamen omnibus subij-
146 cio me censuræ peritiorum. [Posthumos] † proprie & ex vi verbi duntaxat dicimus eos qui post mortem parentis nascuntur l. 3. sup. tit. 1. Et posthumorum appellatione tam filij posthumi quam cæteri liberi nasci turi continentur l. quod si nepotes dixerit supra de testa. tutel. . fina. inst. qui tuto. testa. dar. pos. si tamen posthumis quis dederit tutores iiq; viuo eo nascanť magis est vt vtilis datio fiat l. si quis ita dixerit. in fine, eo. tit. In vltimis enim voluntatibus casus omissus habetur pro expresso si non sit diuersitatis ratio, cum sit verisimile testatorẽ ad casum omissum extensurum verba si fuisset recordatus l. si. C. eod. tit. Sed & qui ita dixerit posthumus exhæres esto, natus viuo testatore fauore testamẽti, & ex coniectura mẽte defuncti exhæres erit d. l. 3. in fi. Nam & alias fauore certæ personæ vel causæ verba impropriari palam est l. si ita scriptum, & ibi Bar. quem text. valde cõmendo ad id quod ibi no. Barto. de manumis. testa. Et nota quod oĩs dispositio loquẽs in posthumo habet locum ẽt in posthumo secto de vẽtre matris. Ias. in l. qđ dicitur sup. eo. Cęterum de hac voce dixi supra plenius. Illud ẽñ nouitet addere placet. Rationẽ quare posthumi ante Gallum, & Velleiam in-
147 stitui non † possent, potuisse esse hanc ne duo specialia quorũ effectus tendit ad idẽ cumulentur cõtra doc. gl. in l. 1. C. de dot. promil. & gl. in l. cum post. §. gener a socero sup. de iure dot. Primum speciale est quod quis possit disponere de rebus suis post mortẽ glo. in l. illa institutio. de hæred. instit. ratio est quia tunc suæ esse desinunt, ad hoc bene facit c. de vxore ex. de sepu. Et pariatur aliquid fieri tempore prohibito, vel conferri in tempus prohibitum l. libertas. inf. de manumis. testa. l. Quod sæp. C. de don. ante nup. Secundum speciale est quia olim incertæ personæ erant incapaces testamentorum dispositionum inst. de leg. §. incertæ. Quas tamen regulas benignitas respiciens fauorem vltimæ voluntatis sustulit l. in tempus. de hæred. instit. [Nepo-
148 tes † sicut nurus appellatio etiam ad pronurum & vltra porrigenda est l. cui § item de postul. l. virilis versiculo nurus. de leg. præstan. l. Nurus de verb. signif. Et nepotis ad pronepotem extẽdetur vt omnes admittunt, & alias probatur in d. l. Nurus, & in l. natorum eo. tit. Quod tamen cũ per extẽsionẽ fit bene probat tex. in l. 2. §. prætor. qui satis. cog. vbi dubitatur an edictum prętoris quo qualẽcunq; fideiussorem nurui in iudicio sistẽdæ sufficere ait, ad pronurũ extẽdatur, cum ipsius nurus personam respiciemus non procedet, ad quod bene facit l. liberorũ de verb. signifi. ibi, quoties non omnibus qui post eos sunt &c.
149 Induxit † hoc est, de nouo respondit cum facultate, & authoritate tali, vt eius responsum obtineret vim legis §. responsa prudentum insti. de iure natu. alias istud verbum inducere hẽt aliã significationem, vt per Bar. in l. proxime. inf. de his quæ in testamento delent. non est locus hic. Nota tamen qđ de nepotibus tantum nasciturus post mortem Aui dicit Gallus vt hic, Velleius autem de nasciturus viuo Auo vt intra §. nunc de lege. Iuxta hoc quæro quare prouisio Galli nõ extẽdatur ad alios casus de quibus infra vt per Bar. & per Ias. hic? Respondeo, dispensatio est stricte interpretanda, vt late per Ias. in l. beneficiũ. sup. de consti. prin. sed Gallus hic dispẽsabat cũ iure veteri ergo &c. vel aliter fm Bar. & Ias. hic, ad quos te remitto. [Si,] † illa particula re-
150 gulariter importat condõnem, de qua vide per Barto in l. 1. de
151 condi. & demõ. [Filius] † Filii appellatione nepotes ex sermonis proprietate non cõtinentur. Quod ex eo patet quia habent diuersa nomina. Alter enim filii, alter nepotes appellãtur, ita inquit tex. in l. quod si nepotes, sup. de testa. tute. per interpretationẽ tñ filii appellatione oẽs liberos intelligimus l. filii. de ver. signific. Liberorum autem appellatione nepotes, & pronepotes cæterique qui ex his descendunt continentur. l. liberorum eo. titulo. interpretatio autem ideo fit quia filius dicitur a filios voce Græca quæ Latine significat amorem, quasi sub ea demonstretur is quem prę cęteris amamus. Sed in nepotibus adest & ille mutuus Aui amor, ergo merito nomen filij ad nepotes quandoq; porrigitur. Ita sentit gloss. in §. fin. inst. qui testamento

mento tuto. dar.pos. Natura nos quoq; docet, parētes pios qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt, filio appellatione omnes qui ex nobis descendūt cōtineri neq; enim dulciori nomine possumus nepotes nostros quam filij appellare, etenim idcirco filios filiasue concipimus atq; ædimus vt ex prole eorum earumue diuturnitatis memoriam in æuum relinquamus d.l.liberorū. Sed quādo admittatur interpretatio extēsiua videndum est. Puto igitur recte generaliter diffiniri a propria verbi significatione non esse recedendum si res aliter salua esse potest gl. in c.ad abolendam, super verbo in secularibus extra de fil.presbyt. Res autem salua esse tūc nō potest secundum verborum proprietatem cum aliam loquētis mentem fuisse conijcimus ea mens in dispositione legis facilius dignoscitur quam in hominum verbis, cuius rei illa est causa quod lex semper meliorem rationem suæ constitutionis assequitur. Facit. c. Abbate. versiculo hic autem sensus rectior, extra de verbo. sign. At hominum incertos animi motus discernere nemo possit. Sed vt aliquid pro regula custodiatur placet in hac re ita distinguere. In vltimis voluntatibus prouidēs filijs videtur prouidere & nepotibus l. Lucius & ibi in addi. ad Bar. infra de hæred. inst. Primo fallit vbi quis solis his succurrere quos nominatim enumerauit, voluit d.l.liberorum: quare si quis decedēs duobus filijs superstitibus & nepote ex tertio præmortuo institutus testamento ita cauerit: Annua. 10. illi ex filijs meis qui studiorum causa peregre absuerit ab alio filio & nepote præstari volo iure prælegati, nepotē & si studiorū causa absuerit a cohæredibus annua. 10. non cōsequuturum placet. Secundo fallit, si filijs cū alterius grauamine prouidetur d.§.si. inst. Qui testa. tuto. dar. po. Hæc limitatio non procedit vbi sequeretur absurdū. Quare si quis filio non expresso proprio nomine tutorem dederit & plures filios habeat propter incertitudinē omnibus dedisse vt l. si quis ita de testa.tutel. non enim est ratio cur magis de vno, quā de alio accipiamus. Quod si ex tertio filio præmortuo nepotes habeat an illis quoq; dedisse censebitur? Respondeo q non, tum quia appellatio filiorū regulariter non comprehendit nepotes, est enim stricta gl. in l.cognoscere.de verb.sign. tū quia non multum inde cōmodi nepotibus oritur cum cessante testamento de tutore illis per iudicem prouidendum sit, & ita Bart. sensit in d.l.liberorum, quid modo si ita scriptū sit, filio filijsq; meis hos tutores do? Respondeo nepoti quoq; his verbis tutorē datū quia nō est verisimile cū qui filiis primi gradus per numerū singularē satisfecerat incontinenti se corrigere, per regulā l.non ad ea de cond. & demon. In cōtractibus autem quia vltro citroq; sunt obligatorij l. Labeo in fine, de verbo.signi. Et sic vbi non potest fieri interpretatio pro vno quin offendatur alter, placet hanc interpretationem regulariter non admitti sibi enim imputet qui legem apertius non dixit l.veteribus supra de pact. l. Labeo scribit obscuritatem de contrahen. emp. In priuilegijs quæ non onerant alios, sed tantum eos quibus conceduntur iuuant, appellatione filiorum veniunt nepotes l. emancipatum §.fi. supra de senato. l. milites, & l. Diuo Marco C. de quæstio. l.decurionum. C. de pœnis l.moris §.parentes inf. tit. de pœnis alias cū priuilegia in forma verborū custodiēda sint c.porro, & c.sane de priuileg. non est fienda extēsio cū grauamine alterius l.sed & milites sup. de excu.tuto. Fallit vbi lex vlterius procedit, auth. vt exac.instru.dotis per coll. 7. vbi vide, & aliquid per Bart. in l.3.supra de interd.& relega. In rescriptis quoq; non recedimus a verbis cum dilecta extra de rescrip. Idem in dispensationibus vt late per Ias. in l. 1. & latius fin. supra de consti. princip. Et cum in beneficijs fiat latissima interpretatio c.cum dilecti extra de dona. Et feudum sit beneficium c.1.in fine in quib. cau. feu.amit. sequitur vt inuestitus pro se & filiis suis transmittat feudum ad nepotes vigore talis inuestituræ vt per glo. in c.1. in verbo reneretur de alie. feud. Lex prouidens filijs extenditur ad nepotes Ias. in l. 2.§. prætor supra de in ius vocando. Amplia etiam si partim odiosa sit. Ecce, senatuscōsulto cautum est ne tutor pupillam vel filio suo, vel sibi nuptui collocet. Hoc ideo ne puellæ in re familiari circunscribantur ab his qui rationes eis gestæ tutelæ reddere cōpelluntur. l. libertum in fin. de ritu nup. Et sic principaliter illud S.C. est inductum vt prouideretur pupillis. Item alia lege cauetur vt huiusmodi tutor, vel curator qui ausi fuerint talia matrimonia contrahere sint infames vt pote confessi tutelam ex dolo administrasse propter quod laborant tegere fraudem administrationis, huiusmodi coniunctione l. si tutor vel curator. C. de interd. matri. Et sic hæc lex est penalis & odiosa licet nō directo. An S.C. et nepos signabitur? Respōdeo q sic l.senatusconsulto.§. de ritu nup. consequens est n. hoc probare ex idētitate rationis l.si quis tutor in fine.eo. titulo. Do tibi aliud exemplum, tu scis quod in petendis filio tutoribus, matris solicitudo obseruatur l.1.sup. qui petāt tuto. Et ideo mater quæ vel nō petierit tutores idoneos filiis suis, vel prioribus excusatis rejectisue, non cōfestim aliorū nomina ediderit, ius nō habet vendicandorum sibi bonorum intestatorum filiorum l.secunda & tertia eo. titulo. Et sic constitutionem hanc introductā ea ratione liquet vt subueniretur pupillis. Quatenus aūt decernit vt mater damnū patiatur dum expellitur a legitima filij hæreditate est odiosa. Pone modo qd non petit tutores nepotibus an punietur supradicta pena? Respondeo q sic l. secūda.§ si mater non petierit inf. ad Tertul. Et hæc in præsenti specie sufficiant. Fallit hoc pronunciatum in lege correctoria, vbi appellatione filiorū non cōprehenduntur nepotes ēt in reseruata filijs prærogatiua. Ad hoc mihi videtur facere bona glo. in Clem.1.de bap. Secundo in dispositione hominis in odiosis filiorum verbo non contineri nepotes certius est, vnde qui filios exhæredat, nepotes exhæredes fecisse non videbitur l. 1. §. sed & si incertum. Et ibi Bart. infra de ventre in poss. mit. Idē cum testator filijs alienationem bonorum interdixit, glo in §. nos igitur de test.fidei. de quo tamen articulo vide late in §.diui. Quę n. odiosa sunt restringi debere perpetuum est c. si gratiose de rescrip. in 6.& in c. seq. in dispositione legis in odiosis idē placet definire q in dispositione hominis. Fallit vbi esset penitus eadem ratio l. filium habeo, supra ad Mace. Quod si aliqualiter ratio cesset procedet regula. Et ideo lex Iulia quę ius patri facit filiam adulteram occidendi in nepte non habet locum l.patri infra de adul. Ad aui enim dedecus adulteræ turpitudo non ita pertinet, sicut ad patrem sanguine iunctiorem hinc eadem lex Iulia, quę senatori prohibet ne filiam eius vxorem ducat, cuius pater artem ludicram fecerit, non videtur prohibere, si nō pater, sed auus fecerit l. lege Iulia de ritu nup. qm quo magis ille gradu distat, eo minus artis infamia descēdentes afficit. arg. l.Diuo. Marco. C. de quæst. in statutis autē idem in vnaquaq; specie obseruator, prout supra relatum est hoc est si fauorabilia extēdentur ex eorum ratione arguendo, si odiosa non ita late. Tertio cum de filijs alterius respectu disponitur, non comprehendi nepotes constat. Fallit pietatis intuitu l.vxorem.§.codicillis additis concor. per glo.& §.concubinæ de leg. 3. Secundo fallit, si consuetudo sermonis ita suaderet l. Alimēta.§.1.inf. de Aliment. leg. Et generaliter si quæ aliæ causæ sunt similes, vt quando alias actus effectum nō sortiretur, vel absurdū aliquod sequeretur. Quarto quoties filij ponuntur sub conditione, & conditio vel cā fauorem filiorū respicit, ēt nepotē eo sermone contineri concludendū est l. Cū Auus inf. de cd.& demon. l.cū acutissimi. C. de fideicommis. l. generaliter. C. de inst. & sub. Fallit si principaliter de alterius, non de filiorū fauore agitur, vt in eo exēplo, cum lex a tutela eum excusat, qui tot filios habuerit, non.n. nepotes excusationis causam præstarent, n si lex liberorū verbo vteretur l. 2.§.hoc aūt, qui tex. est singularis sup. de excus. tuto. vnde si filiorū fauor non vrgeat, a proprietate verborū nō recedemus quæ in cōditionibus maxime attēditur. Et primū locū in casibus dubijs tenet l. Nō aliter de leg. tertio l. Mæuius, & l.qui hęredi. inf. de cd.& demō. Excipiuntur tū iterum aliqui casus, in quibus filiorum appellatione generaliter dicendum est nepotes non significari. Primus est, in cōmuni loquendi vsu, ex cōsuetudine enim alter filios, alter nepotes appellamus, & ita sentit Accursius inst. qui testamento tuto. dari pot. Secundus casus est, cum de filio non disponitur ea solum ratione quia sit filius, sed etiam respectu alicuius qualitatis ei inhærētis: Nam dispositio huiusmodi ad eum non refertur cui ea qualitas nō insit, veluti cum lex filiū spurium insti tui prohibuit, non enim existimabitur vetita institutio legitimi, ex filio spurio nepotis in eo enim qualitas illa deficit l.fi. C. de natu. lib. Tertius casus est, cum sub alio nomine potest cēseri magis proprie nepotes vocatos, quam suo nomine filiorū, vt si fratri meo, & eius filijs & descentibus fideicōmittam, admittuntur nepotes, nō enim filij quam nepotes, tanquā prius non in ... cum de nepotibus potius verbo descendentis, quam verbo filij actum censeatur. Facit l. cū ... §.fi. de leg. 2. & hæc non procedere pauci asserent. Cæterū non negauerim quin plerunq; & augeatur vel restringatur dispositio contra has regulas. Qui enim huius verbi perfectiorē doctrinam tradere vellet, eum oporteret quoruncunq; casuū decisionis in promptu habere, quod ego non modo sup. debilis ingenij mei & modicæ doctrinæ vires, Sed & sup. humanas esse arbitror. Ecce, si lex aliquid soli patri concedere se dicat, an saltem per eam dictionē restrictiuam auus excludetur? Et ex subiecta materia faciendam interpretationem adhuc respōderi posset, imò in dubio casu proprius est vt non excludatur. Nam & lex contra iuris veteris regulas, solis matri & Auiæ tutelam defert. ... vt liceat matri & Auiæ &c. & tamen frequentius prod...tum est, proauiam non excludi vt per Mod. in § instituens. Ita didici ab Alciato. In l. iusta de verb.sign. Secūdo principaliter de huius vocis significatione notatur q per sępe relicta verborum figura, mens testatoris eo vsq; sequitur vt filiam comprehendat, vt per Iaso. in l. qui filiabus de leg. fi. & Alcia. in l. quisquis mihi. Et l. Herennius de verbo. significatio. nolo de quolibet articulo facere vnum tractatum.

Meus,]

152 [Meus,] † quoniam meum dicitur id, quod vĕdicare possum. l. Quintus la secunda. §. argento infra de au. & arg. sequitur vt filijs qui adiecta cã vendicari possint. l. 1. §. 1. Et ibi Bar. supra de rei vend. Illud pronomen meus, quod dominium, vel quasi im portat. l. cum suæ cum aliquot sequen. de leg. tertio conuenıat. Illud notandum est, nomina possessiua, meum, tuum suum, simpliciter & indefinite prolata regulariter ad præsens tempus referri. l. si ita legatum esset. infra de aur. & arg. lega. Et ibi pulchre Bar. de futuris enim non necessario contingendis raro mens humana cogitat. gl. in c. cum olim el. 1. extra de officio
153 de leg. [Me uiuo,] † quid si eo moriente moreretur filius? Respondeo, illud verbum moriens vitę tempus amplectitur. l. qui duos. §. 1. de manumis. testamento. Sæpe enim languescentes & morientes questi sunt se veneno occidi a seruis suis. l. Caius Cassius. infra ad Syllan. Et sic patet moriĕtes viuos, quare alias non loquerentur, & idcirco secundũ vim verborum rectè nepos videtur institutus conditione in forma specifica impleta prout requiritur. c. susceptum. de rescrip. lib. 6. Licet hic exponĕdum sit morietur hoc est, mortuus erit, ꝙ quidem ex vnum voluntate loquentis accipiendum est. Facit. l. verbum erit. de
154 verb. sign. At † tñ nemo aduertit quod est magni momenti Præsuppone filium in casu Galli præteritum, & testamentum conualescere, vel de æquitate prætoria, vel de benignitate iuris ciuilis prout notat Bart. in l. si duo. infra de leg. præst. Et sequitur Ias. hic. Certe si filius patre moriente moreretur, vix est vt testũ aliquo iure reconualescet. Cum patre & filio pubere simul decedĕtibus præsumatur filium superuiuere patri. l. qui duos. §. si Lucius. infra de reb. dub. & sic filio inueniĕte se præterito testamentum esset nullum. Quæro de vtili quæstione,
155 † Mater feudum vel emphiteusim sibi, filijsque quos cum mo rietur habebit acquisiuit, modo quæritur an eo filio, qui exciso ventre e matris alueo extractus est, prouisum quoq; sit? Rñdeo ex proprietate verbi esset dicendum ꝙ non arg. l. si cũ mater. C. de inof. testa. Sed generaliter proditum est, quæcunque cæteris filijs indulgent huic quoque Cęsari competere. Ias. in l. qđ dr supra eod. Et est casus. l. etiam ea mulier. infra de verb. sign. [Morietur,] quid si aquę & ignis interdictionem pateret &c? scribam in §. & quid si tm. (Si modo mihi per conditionẽ humanã ptingerit vt dicebat testatoris in l. Titia. §. si. infra de auro
156 & arg. lega.) [Tunc,] † hic articulus tunc, extremitatẽ tẽporis signficat l. 4. in fin. cum concor. infra de cond. & dem. quasi dicat in eũ casum pũctualiter &c. qđ & Ias. supra vr̃ annotasse. Igit qui vxori vsumfructum villę legauit in quinquennium, deinde hæc verba adiecit, & peracto quinquennio, cũ eius vsusfructus esse desierit, tũc villam illi dari volo. Si vxor intra quinquennium decesserit, licet certũ sit eam amplius non posse vti frui, fundus non nisi post completum quinquennium ad illum pertinebit. l. vxori. infra de vsufruct. leg. Inde etiam responsum est, patre ingresso monasterium filio competere condictionem ex. c. cum simus. extra de regula. ad consequendam legitimam patre non dum mortuo naturaliter, quia ille canon dicit tunc liberi esse filio bona paterna quæ ipsi ex successione proueniunt postulare. Et hoc refert Ias. in Authentica si qua mulier. C. ad Velleia. [Si Quis,] verbum hoc si quis tam masculos ꝗ fœminas cõplectitur. l. 1. Et ibi Alcia. de verb. signi. Et ideo glo. hic in verbo neptis reprehĕdit de superfluitate Sed & eam reprehĕdit Ias. hic. [Siue] quæ neptis, Quid si & nepos, & neptis nascerentur? Respondeo vtrosque censeri institutos, arg. l. si ita scriptum. supra eod. Et facit l. si ita facta sit. in tra titu. 1. [Intra] decem menses,
157 † Hoc autem in tractatu ex cursus lunæ videntur considerandi menses, non habito respectu anni quem Cęsar ordinauit. De eo enim. Hyppocrates cæterique antiquissimi medici diuinare nõ potuerunt, quia id humanum nõ est. c. vt nostrum. §. cum ver-
158 siculo porro, extra, vt eccle. benef. Luna † autẽ planetarum septima, & nobis proxima, septenarium numerum pręcęteris obseruat, motumque eius ac lumen hic numerus dispensat. Nam in uiginti diebus & octo, totius ambitu circuit, quem dierum numerum, septenarius, septem suis terminis ab vno videlicet usque ad septem, quantum singuli numeri exprimunt antecedentibus addendo conficit & implet. efficitque quatuor septenarios dietum quibus luna omnem zodiaci longitudinẽ & latitudinem, metiendo remetiendoque circum perque discurrit, similibusque dierum septenarijs lumen suum sempiterna lege variando dispensat. Primo enim septenario vsque ad medietatem tãquam diuisi orbis crescit. Secundo septenario orbẽ totũ lumen cõplet. Tertio decrescendo, rursum in orbem ꝯhiẽ diuisum. post quartũ vero septenariũ vltima luminis sui diminutione renouatur. Eisdemque septenarijs maris incrementa decrementaque disponit. Nam primo ab initio crescentis lunæ septenario minuitur paulisper. Secundo gradatim augetur. Tertius quoque septenarius sit similis primo. Et quartus eadẽ facit quæ
159 secundus. Mulier † igitur vsque ad 280 dies quod concepit, in utero retinere pôt. Quod si plus retineat excedet decẽ menses ex cursu lunæ computandos, quamuis & lunæ cursum, cũ spatium posse amplecti aliquibus constet. Et cum hodie menses secundum Cæsaris ordinationem obseruentur, frequẽtius est mulieres nono mense cõpleto parere. Quare si fingamus aliquem cõceptum prima die Martij, consequens erit vt per spatium 265. dierum gestetur a matre. fateor tamen quod si vsque ad 262. dies, portaret non ideo minus legitimus esset partus, quia tunc per duos dies & decem menses ex cursu lunæ computatos tantum vterum gestasset, quod posse fieri, forte, etiam opinatus est Accursius. In authentica de restitut. & ea quæ parit in 11. mense. Post x. igitur menses mortis natus & & duos dies, non admittetur ad legitimã hæreditatẽ qui erunt 262. l. intestato §. fina. infra de suis & legit. alioquin quæ post eos dies pariet, intra 11. mensem enixa magis videbitur, & per consequens illegitimum. Ita intelligo d. auth. collat. quarta tit. 7. Nec obstat quod tex. videtur eam damnare quę 11. mẽ se perfecto peperit, quasi ante perfectum 11. mensem partum æditum approbet. Quia respondetur illa verba. 11. mense perfecto, esse contingentis casus enunciatiua, quę non restringunt legem, ad casum expressum vt in ca. si Papa. de priuil. lib. 6. Septimum quoque mensem maturos infantes producere receptũ est propter authoritatem doctissimi viri Hyppocratis l. septimo mense supra de sta. hom. Sed & qui septimum mensem non impleuerit, sed dimidiũ vsque, hoc est quatuordecim dies attigerit, ex eiusdem Hyppocratis scriptis probatur perfectus. Ascendit autem is numerus mensium ad centum octoginta duo dies, vt est casus in d. l. intestato in fi. infra de suis & leg. Septenarius autem numerus variç & multiplicis potentię est, vo cantque ipsum Pythagorici humanæ vitæ vehiculum, quod nõ tam ex partibus suis imitatur quam totalitatis suæ proprio iure perficit. Complectitur enim corpus & animam. Nã corpus constat ex quatuor elementis, & quatuor qualitatibus afficitur. Ternarius quoque ad animam spectat propter triplicem vim eius, scilicet rationalem, irascibilem & concupiscibilem, facit glo. in l. 2. §. sed cum omnia, vers. & in septem, C. de vete. iure enucl. Septenarius itaque animam corpori coniungit, ad genituram quoque hominum vis huius numeri pertinet, hominemque concipi formari, ędi, nutriri, viuere, omnique constare facit. Nam cum in aluo mulieris genitale semen receptum est, si per horas septem absque effusione permãserit, hæsisse in vitam certum est. Tum primis septem diebus coagulatur fitque ad recipiendum figuram humanam idoneum, deinde maturos infantes producit, qui septimestres vocanẽ vltra hunc enim numerum, tradidere quoque non leues authores multas Aegiptiacas mulieres vno vtero septenos edidisse. l. Antiqui supra si pars hære. Sed tamen quod vltra tres nascantur fere portentosum videtur l. vtrum infra de rebus dub. Post partum deinde an victurus sit infans septima hora discernit, vltra hunc enim numerum qui aeris anhelitum sustinuerit intelligitur natus ad vitam. Hinc licebit arguere. Nondum sunt septem menses quibus mulier quę nũc peperit cum secundo viro concubuit. Item ęditus ante septem menses tamquam imperfectus ex defectu temporis viuere nõ potest vltra septem horas. Sed hic partus post septem horas vixit, ergo non est conceptus ex coitu secundi viri. Idẽ si alias dubitetur an puer perfecto tempore in matris vtero steterit, licebit dicere, hic partus post septem horas vixit ergo perfectus erat. Cum itaque lex permittat eos præteritos rumpere testamentum qui nascuntur viui, & perfecti, licet illico decesserint l. tertia. C. eodem titu. si dubitetur an abortiuum per imperfectionem temporis mulier enixa sit, septima hora discernet. Solumque eo casu natus & illico mortuus rumpet, quo de temporis spatio quo in vtero fuerit quęstio nõ sit. vide Soc. in l. cum Auus. infra de condi. & demonstrat. nume. 110.
160 Sed quid si † mulier pariat eo mẽse qui nonus sit a die quo inita fuit a primo viro, & septimus a die à quo inita fuit a secũdo, uel gñraliter, quid si eo tempore pariat quo partus ita uni ꝗ alij possit in filiũ assignari? Prima resp. est, ꝙ præsumaẽ filius eius in cuius domo nascitur ut l. si uicinis, C. de nup. & l. filium, supra de his q sunt sui uel alie. iu. Et bñ dixi presumatur qa filiatio quo ad patrẽ plene probari nõ pôt. l. Lucius, inf. de cõd. & dem. & p gl. in c. Michael. extra de filijs presb. Mater aũt temp certa est. l. quia temp. supra de in ius uo. Ista opinio reprobatur, quia in illis legibus si negabaẽ filius unius nõ erat alia præcisa psona cui assignareẽ in filiũ, & ideo stamus vbi maior nos trahit præsumptio, Secũda rñsio est ꝙ dẽt dici filius vltimi, & ꝙ imputet sibi qui nõ cogitauit hũc casum posse euenire, ꝙ pateret intra tps pręd. ãu. arg. l. si quis domũ, p totã l. supra loca & c. cũ Hadrianus 63. dist. Mihi vr̃ ꝙ ista secũda rñsio ꝗ est Imo. solũ pcedat qñ vltimus negaret ex se natũ, & filius ꝯrium assereret & sic cũ ageret de prejudicio patris, nõ aliter, vt per Innoc. in c. p tuas, extra qui filij sint legit. Irẽ vereor ꝙ psona patris admitteret ad probandã ꝯrium. Iuxta nota. p gl. in l. 2. supra de prob. Tertia responsio est, quod sit standum testimonio matris arg. l. etiam. supra de proba. Sed ad illum tex. Respondetur tripliciter. Pri

ter. Primo quod aliud est facere fidem ętatis aliud filiation's quod est plus. Et ideo requiritur plenior fides pro hac solutione facit text. in l. 1. §. si quis non ab aliquo, viq; ad §. Pomponius, exclusiue infra de Carb. edic. Secundo respõdetur quod non recipitur matris professio vt testis, licet iudex ex eius responsis quærat veritatem & ita quandam minorem præsumptionem facit. Ad hanc solutio. tendunt nota. in l. parentes. C. de testib. & l. penul. supra de proba. Tertio respondetur quod mater potest decipi. l. 1. §. si mulier esse. iuncta gl. supra de lib. agnos. & l. 1. §. per calumniam supra si mulier ventr. no. Et facit text. in l. ea quę falsa. supra de ijs qui notantur infr. & quod plus est obstetricum quoque manus & oculus sępe fallitur. c. nec aliqua. 27. quæst. 1. c. causam matrimonij, extra de prob. Et c. fraternitatis extra de frig. & malef. & quod dicto matris nõ sit standum faciunt nota. in c. per tuas, etra de proba. & c. trãsmissæ, qui filij sint leg. & c. officij de pœnit. & remis. Sed hæc iura loquuntur quando filius est quasi in possessione filiationis, & parentes eum negant. Secundo pro hac tertia responsione facit tex. in l. vxorem infra de manumis. testamento, vbi recognitio matris tribuit filium marito, qui filius nunquam fuit in quasi posses. filiationis. Sed ad illum text. respondetur quod ibi alia concurrebant fortiora dicto matris. Primum est quia olim filij sumebant nomina patrum c. Olim. 8. q. 1. Nam filius gratior fit patri quando eodem nomine nuncupatur, vt patet in l. cum filius. §. pater de leg. 2. nimirum ergo si in casu d. l. vxorem, qui vocatur eo nomine quo vocabatur pater prę sumitur eius filius. Et facit pro hoc tex. in ratione sui in l. filiæ. §. fi. infra de cond. & demon. Ista etiam refert Gomesius in. §. sic itaq; numero. 18. instit. de act. secundum est quia ibi non solum mater sed etiam Aua paterna filium agnouerunt. Quę Aua non præsumitur consentire huiusce modi suppositionibus. Quarta responsio est quod debet inspici cui assimiletur, & ei attribui. arg. l. Quod si nolit. §. qui mancipia. supra de ædil. edict. si non apparet cui assimilatur tunc debet inspici in cuius domo natus est per d. l. si vicinis. C. de nup. alias null us filius diceretur arg. l. liberorum. §. 1. supra de his qui no. inf. ista quarta responsio quantum ad assimilationem non satisfacit, quia coeuntes ad prolem, plerunq; vultus quos ipsi tunc, vel agunt, vel imaginatur, solent nascituris filijs imprimere. Notatur in l. non sunt liber. supra de sta. ho. Et in l. quęret aliquis
161 infra de verbo. signi. passiones † namq; animæ quę phantasias sequuntur quando vehementissime sunt, non solum possunt immutare corpus proprium, verum etiam possunt transcendere ad operandum in corpus alienum, ita quod admirabiles quędam impressiones inde producantur in elemẽtis & rebus extrinsecis, atq; etiam morbos quosdam animi, siue corporis, sic possent auferre, vel inferre. Nam passiones animæ sunt potissima causa temperamenti corporis proprij. Sic anima fortiter eleuata, & vehementi imaginatione accensa, immittit sanitatem vel ægritudinem, non solum in corpore proprio, sed etiam in corporibus alienis. Sic qui morsus a cane rabido in rabiem incidit, apparent in vrina eius figuræ canum. Sic prægnantis mulieris cupiditas in corpus alienum agit, quãdo inficit fœtum in Aluo, rei desideratæ nota. Sic multæ monstruosæ generationes ex monstruosis prægnantium imaginationibus, ceu quale refert Marcus Damascenus apud petram sanctam Oppidum in Pisanis conf nibus situm, Carolo Boemiæ Regi & Imperatori, oblatam puellam, toto corpore feræ instar, hirsutam, & villosam, quam mater religiosè quodem horrore in imaginem diui Ioannis Baptistę, quæ ad lectulum erat dum conciperet affecta, talem postea progenerauit. Atq; id non solũ in hominibus, sed etiam in brutis animantibus fieri spectamus Hortensium cum gl. in l. infra de verbo. signi. Sic legimus Iacob Patriarcham, virgis in aquam proiectis discolorasse oues Laban. Sic pauonum aliarumq; volucrum cubantium imaginariæ vires pennis colorem imprimunt vnde albos producimus pauones, cubantium habitacula albis linteis circumpendentes. Iamq. his exemplis patet quomodo phantasiæ affectus, vbi vehementius se intenderit, non modo corpus proprium sed & alienum afficiunt. Cęterum reuertamur ad rem. Circa illud quod dicitur inspiciendum in cuius domo nascatur non est opus insistere, quia dixi supra in secunda rep. gloss. tamen in lege liberorum. §. 1. de ijs qui notantur infam. non dicit filium nemini attribui, sed dicit quod nescitur cuius sit filius, & intelligo nescitur hoc est dubitatur. Ita dixit gl. in authentica de nup. coll. quarta §. si igitur cum ergo dubitetur & careamus decisione videamus an veritatem argumentis & indiciis assequi possimus iuxta l. ind. cia. C. de rei vend. & ibi no. & c. cum causam extra de proba. Sed quæ erunt ista argumẽta? Mulieris ne gestatione vteri conf etudo. arg. l. Non omnis. § a barbaris infra de re milita vel numerosorum sup. de pig. act. & l. 1. §. bestias supra de posthu. & si ista non apparet tunc esse committendum medicis & obstetricibus peritis in arte illa l. 1. §. 1. supra de ventre inspiciendo. Ex qualitate enim personæ potest medico persuaderi. Sed & iudicantis religio plura considerabit. Quare aduertendum est, vt dictum matris pro vnico teste recipiatur (ni fallor) aliquibus casibus. Ecce, verisimilius est mulierem attribuere partum secundo marito quam primo quo ei magis placeat, vel ab ipso facilius vota tua consequatur l. 1. §. si omnes vel plures cum gl. supra de vent. inspi. Item scis quod mulieres pariunt frequentius in fine non mẽsis quam septimi, vt docet experientia quæ est rerum magistra l. ipsis rerum. C. vt in pos. Pone modo quod aliqua mulier attribuat partum primo viro in themate proposito, cur eius dictum trium medicorum sententiam contra quatuor, vel obstetricum, non probabit fide digniorem? hæc enim & contra quodammodo est testis. Et ideo ei credendum l. publica. §. fi. supra depositi. & quod frequentius accidit deponit. Ideo pro eius dicto præsumẽdum. Authentica vt fine prohib. mat. deb. coll. 7. Quid item si dubitetur an a legitimis hæredibus primi viri pecuniam acceperit quo partum supponeret? vel quid si inimica secũdo marito fuerit, vt merito præsumi possit, nolle eam gaudio acquisitę prolis virum exultare. vt l. Cicero. infra de pœnis? Et ex diuersitate specierum diuersimode ius statui congruum est. Ex varijs enim circunstantijs deprehendi veritas potest, atq; magis ex ostensione facti, quam expressione alicuius diffinitionis cognosci c. Apostolicæ. extra. de dona. Vnum tamen nota, quod partus mulieris adulterę præsumitur legitimus l. miles §. defuncto. ff. ad l. Iul. de adul. In cæteris articulis me remitto ad doctores hic. Et per hæc impono finem huic principio. Sed nescio an plane venia dignũ sit, me hominem ingenij ac litteraturæ minoris, tam arduum negotiũ in ipsa mea adolescentia aggressum esse. Quamobrẽ quęcunq; hic a me dicta sunt, & inferius (ni fata resistant) aliquando dicentur his nolo quenquam plus assentiri, neq; ego ipse plus assentior, nisi quatenus a peritiorum cętu non fuerint reprobata. Si igitur curiosa iuuentus aliqua emiserit reprehensione digna, reprehendentes amplectar. Benescripta autem si qua leguntur influxerunt a gratia cœlestis irrigui, quæ scripturarum ænigmata reserat, soluit nodos, obscura dilucidat, dubiaq. declarat c. 1. circa medium, de reliq. & vene. sancto. libro 6.

REPETITIO

Signoroli de Homodeis in l. Si ego. ff. de iniusto rup. & irrit. testa.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatem nunquam adiri quamdiu de verbis testamenti dubitatur. & num. 23.*
2 *Hæreditatem non agnitam non transmitti ad hæredem.*
3 *Aditio hæreditatis solo animo fit.*
4 *Clausula posita in principio, medio, vel fine, ad quid referatur.*
5 *Substitutum præferri coniuncto.*
6 *Pluralitas an & quando plurium concursum requirat. & nu. seq.*
8 *Substitutionem vulgarem locum habere ante aditam hæreditatem.*
9 *Substitutio pupillaris quando locum habeat, & quo tempore fiat.*
10 *Substitutum vulgariter tunc præferri coniuncto, quando singulariter & separatim cuilibet instituto datus est.*
11 *Regula si vinco vincentem te, vinco te quando vera sit.*
12 *Agnis no. postumo in pupillato succedit patre exclu. so.*
13 *Successio ab intestato quando locum sibi vendicet. & nu. 18.*
14 *Testator quo casu præsumatur ius accrescendi prohibere.*
15 *Testator prohibere potest ius accrescendi inter legatarios, non etiam inter hæredes. & nu. 36.*
16 *Indicta ad vnum aliquem effectum non operantur contrarium.*
17 *Posthumus præteritus quando excludat substitutum.*
19 *Testatus & intestatus pro parte an possit quis decedere*
20 *Testamentum quãdo pro parte rumpatur, & pro alia parte firmũ maneat.*
21 *Causa testati quando trahat ad se causam intestati. & nu. 30.*
22 *Actus libertatoris qui sint, & quid operentur.*
24 *Institutio sic facta, instituo. Titium in fundo tantum, & nolo ipsum plus habere quid valeat. & nu. 25. 26. & 35.*
27 *Seruum non posse hæredem institui sine libertate.*
28 *Matrimonium vitiari, si in contrahendo aliquid contra substantiam eius adijciatur.*
29 *Institutio an vitietur per adiectionem quæ ipsam reddat impossibilem.*
31 *Testamenti substantialia quæ sint & quæ accidentalia. & nu. seq.*
33 *Adiectio actui repugnans vitiatur, actu seu dispositione manente. & nu. 38. & 40.*
34 *Institutio sic facta, instituo Titium excepto fundo, qualiter intelligatur.*
37 *Dispositio quando per adiectionem vitietur, & quando valida maneat adiectione reiecta.*
39 *Ademptio facta per testatorem quando valeat, & quando non.*

41 *Filio a primo gradu exhæredato & præterito a secundo, si unus ex hæredibus repudiet, an cohæres admittatur, an venientes ab intestato.*

SI ego. Si in portione defecta nõ potest esse locus successioni ex testamento
propter obstaculum legis, in totum fit locus
successioni ab Itestato, ne testator decedat pro
1 parte intestatus, alias secus, † quamdiu est dubium de virib. testamenti ex eo non pôt adiri
hereditas, h.d. Diuido in duas partes. Primo dicit, quando instituti sunt dati extranei substituti. Secundo ibi, sed si ego, quãdo
instituti sunt adiuuicem substituti. Item prima in tres. Primo
ponitur dictum. Secundo ratio dicti. Tertio infertur ex prædictis ibi, secunda, iam enim tertia, in prima tamen specie. Nota
primo quod posthumus hic fuit exhæredatus a primo gradu,
& præteritus a secundo. no. quod vno ex hæredib. repudiante,
locus fieret successioni, si gradus valeret, sed quia gradus fuit
ruptus per natiuitatem posthumi, fit in totum locus successioni ab intestato. Et sic nota tria per ordinem. Primo nota quod
vbi substitutio valet, substitutus præfertur coniuncto. Secundo nota quod vbi substitutio non valet in primo casu, fit locus
successioni ab intestato, secus in secũdo casu, rationem statim
2 dicam. Tertio no. † quod hæreditas non agnita non transmittitur ad hæredem. Ratio est, quia ante aditam hæreditatẽ non
est ius hæreditatis in personam heredis, sed quędam mera facultas possendi adire, & consequi ius, ideo ad hæredẽ non trãsmittit. l. vnam §. in nouissimo. C. de cadu. toll. & l. cum quis Titio. de verbo. oblig. Materiam huius notabilis non ponam hic.
Remitto ad notata in l. ventre præterito. inf. de acqui. hær. Et si
dicas, imò est ius, quia potest præscribi. l. licet de iure delib. dic
vt dicam in l. suus inf. de iure delib. Vltimo nota hic casum
quod vnus ex hæredibus non potest adire sine alio. Ratio, quia
ante aditam hæreditatem amborum est dubium de virib. testamenti, an vno repudiante vel mortuo non agnita rumpatur testamentum, ergo ex eo hæreditas adiri non potest l. sed & si de
3 sua. inf. de acqui. hæred. Ratio rationis est, † quia aditio hæreditatis perficitur ex solo animo libero. l. gerit. & l. pro hærede. inf.
de acqui. hæred. Modo quando hæres dubitat de viribus testamenti, vtrum sit hæres vel non, & sic animus suus non sit liber
ad adeundum, deficit substantiale aditionis, ergo aditio nulla.
Contra primum notabile oppono, nonne posthumus fuit exhæredatus ante omnes gradus, vel post omnes gradus, vel intra omnes gradus, ergo in omnibus erit exhæredatus l. 3. §. filius vers. 1. & vers. ante hæredis instituti. sup. tit. 1. glo. 1. solu. sic
istud contrarium duob. modis, primo modo sic, quod hic fuit
exhæredatus intra gradum institutorum, intra vero gradũ substitutorum de hoc nulla fuit facta mentio, & pro tanto quia exhæredatio ista respicit primum gradum tantum, & ab eo dicitur facta, sed si exhæredatio esset facta inter gradus vel ante vel
post quia respicit omnes gradus, nec est maior ratio respiciendi vnum quam alium, respiciet omnes. Istam rationem ponit
4 tex. in l. 1. C. de lib. preteri. Ex qua solutione † nota quod clausula posita in principio, vel in medio, vel in fine, respiciens plura extrema, omnia ęqualiter respiciet, si non est maior ratio respiciendi vnum quam aliud, alias si esset maior ratio respiciendi vnum quam aliud, non respiceret omnia, vt dicit tex. in d. l.
1. & est casus in l. cohęredi. §. qui patrem, de vulg. & pupill. alio
modo soluitur illud contrarium quod hic posthumus erat exhæredatus inter gradus vel ante omnes, alias post, sed testator
expresse dixit quod esset exhæredatus a primo gradu tantum,
& præteritus a secundo, ergo voluntas testatoris, cum sit possibilis, seruabitur l. in conditionibus inf. de cond. & demõ. Item
ex ista sol. nota quod clausula in fine posita respicit omnia prę
cedentia, si voluntas testatorum non repugnat. De materia huius clausulæ remitto ad no. in l. talis scriptura. in fi. de leg. 1. Ca-
5 pio secundum notabile † in quo colligebam quod vbi substitutio valet, substitutus præfertur cõiuncto. Contra hoc opponit
gl. 2. de l. 1. C. de impub. & alijs subst. Solutio. dicatis sic, interdum cuilibet instituto est datus substitutus separatim & singulariter, siue tunc loquor in pupillari, siue in vulgari, eueniente
casu in personã vnius, substitutus præfertur coniuncto. In vulgari est casus in l. 2. §. si duo. inf. de secundum tab. In pupillari
casus est in l. vel singulis, de vulga. & pupill. Et est ratio huius,
quia hoc testator voluit, vt clare patet ex verbis, ergo voluntas
eius seruanda. Sed in contrario duobus pupillis institutis fuit
datus substitutus simul & coniunctim per hęc verba, si vterq;
decesserit, vño moriente coniunctus præfertur substituto, vt
in contrario. Sed contra istam solut. extra glo. opponitur, nonne in l. penul. C. de impub. fuit institutio pupillaris facta duobus impuberibus per hæc verba, si vterque decesserit, sic ergo
ibi tractamus de duabus hæreditatibus diuersorum pupillorũ,
sic ibi pluralitas illa respicit plures personas diuersorum effectuum, ergo debebat resolui in plures singularitates l. cum falsa §. fina. de condit. & demonst. Vno ergo decedente deberet
substitutus admitti, vt l. vel singulis. de vulga. & pupill. sic ideo
in fideicomm. facta duobus per hæc verba, si vterque, verificatur ex persona vnius decedentis, ex quo ibi tractatur de diuersis partibus restituendis, vt l. fina. §. filius, de leg. 2. & l. Lucius
Titius §. Caio. infra. ad Trebell. Pro solutione huius contrarij
6 primo est videndum † an pluralitas requirat concursum plurium? Et hic dico sic, interdum considero propriam significationem verborum prolatorũ, tunc requirit concursum plurium
l. inter illam §. 1. de verb. sign. & l. vbi numerus, de testi. licet gl.
innuat contrarium, & male, in l. quamuis. C. de impub. & alijs
subst. Interdum considero iuris interpretationem. Verbi gratia, requiruntur plures qualitates ad qualificandũ vnum si bie
ctum. Exemplũ, testes dixerunt falsum pecunia corrupti, tunc
ista pluralitas requirit concursum plurium qualitatum, c. licet
extra, de testi. l. Fulcinius §. 1. ex quibus cau. in poss. ea. Ita debet
seruari opin. Placenti. secundum Bar. Idem si ex pluribus insimul iniungendis debet vna substantia in esse produci, quia adhuc pluralitas requirit concursum plurium, cum vno omisso,
in esse nõ producentur, vt l. 1. C. qui numero tutel. & in l. iurisiurandi. C. de testibus, & iste est casus in omni dispositione vbi
ad essentiam sui requiruntur plura extrema l. cum hi. §. si prætor. de transact. & l. ad testium. §. si quis ex testibus, de testim.
Interdum pluralitas respicit plura determinabilia, vt puta plures personas, vt in materia nostra, tunc aut illa pluralitas respicit plures personas communi respectu vnius effectus, & requirit concursum plurium, vt lege quamuis. C. de impube. & alijs
7 subst. † cumque pluralis respicit plures personas respectu diuersorum effectuum, & sic vnumquemque separatum respectu sui effectus separatim & singularis, & tunc a iure interpreta.
resoluitur in plures singularitates l. falsa. §. fin. de condit. & demonst. nisi voluntas testatoris repugnet, quia tunc ipsa seruabitur l. cum quidam C. de impube. & alijs. Hoc pręmisso respondeo contrario clare, namque cuilibet instituto datus est substitutus separatim & singulariter, tunc veniente casu substitutionis in personam vnius substituti admitteretur & præferretur
cõiuncto, vt hic, si substitutio valeret, vt l. 2. §. si duo & l. vel singulis. Ratio, quia isto casu apparet de voluntate testatoris clare quod substitutus præferatur coniuncto, ideo pręfertur; quia
in incertis & non certis locus est coniecturis, vt leg. continuus.
§. cum ita. de verborum obligationibus. Quandoque pluribus
institutis simul & coniunctim datur substitutus, & tunc aut
loquor in substitutione vulgari facta duobus per hæc verba,
si vterque, vel si talis & talis non erunt hæredes, & tunc vno
moriente vel mortuo hæreditate non adita coniunctus admittetur per ius accrescendi, & non substitutus, vt l. quamuis, in
fine. de impuber. Et hoc membrum est vtile ad intellectum
huius legis, vt statim dicam. Ratio huius membri est duplex.
Substitutio vulgaris habet locum ante aditam hæreditatem
tantum l. post aditam. C. de impube. & patet ex verbis vulgaribus positis in l. prima. de vulga. & pupilla. Vnde si testator dicit sic, si vterque non erit hæres, vel si talis & talis non erunt
hæredes, ista pluralitas respicit istas personas respectu vnius
effectus, scilicet hæredita. testatorum, ideo non resoluitur in
plures singularitates, sed in propria sua significatione stabant
8 vt requirant plurium concursum. † Præterea substitutio vulgaris, vt supra dixi. habet locum ante aditam hæreditatem, &
fit tali tempore, quo inter hæredes habet ius locum accrescendi, vt l. prima in fin. de vsufruct. ac. Vnde cum testator dicat, si
vterque non erit hæres, ex quo eos cõiunxit, & sic coniunctim
vnum corpus videntur, vt l. vna. §. his ita. de cadu. toll. videtur
voluisse ius accrescendi habere locum inter hæredes, & substitutos non admitti, nisi euenerit casus substitutionis in personam vtriusque, vt verba sonant. Interdum loquor in substitutione pupillari facta duobus per hęc verba, si vtraque decesserit, vno moriente regulariter substitutus admittitur, & præfertur coniuncto, vt l. cum quidam, sumpto argumen. a contrario sensu. Et ratio huius membri est duplex, quia substitutio pupillaris vendicat sibi locum post aditam hæreditatem,
vt l. secunda de vulga. & pupilla. Idem dicas in ipsa principali,
ergo ista pluralitas, respicit plures personas, vnumquemque
respectu suæ hæreditatis, secundum iuris interpretationem resoluitur in plures significatio. leg. falsa. §. fin. de conditionib. &
9 demonstratio. † Præterea substitutio pupillaris vendicat sibi
locum post aditam hæreditatem, & fit eo tempore, quo non
habet locum ius accrescendi inter hæredes l. 1 §. final. de vsufruct. accres. ergo viuo pupillo decedenti in pupillari ætate nõ
videtur testator voluisse excludere substitutum per coniunctum, cum eo tempore cesset ius accrescendi. Fallit vbi appareret de voluntate testatoris. In contrariũ quod substitutus præferatur coniuncto, quia tunc præfertur, vt l. cum quid, in fi. de
impube. & alijs, & l. is qui ducenta. §. si pater. inf. de reb. dub. Interdum loquor in fideicommissaria facta duobus per hæc verba, si vterque decesserit, tunc regulariter vno moriente admittitur substitutus, vt l. fina. §. filium. & l. Lucius Titius §. Caio.
& hoc

& hoc rationibus, quibus dixi in precedenti membro. Fallit cū fideicommissaria uendicat sibi locum, ut post aditam, ut in l. ad Trebel. Fallit cum apparet de voluntate testatoris in contrarium, vt l. hæredes. §. 1. ad Trebel. Interdū loquor in compendiosa facta duobus per hæc verba, si vterque, tunc quia cū prouidit vulgariter & pupillariter & per fideicommissum. vt l. Centurio de vulg. & pup. si euenit casus substitutionis vulgaris, dic vt §. in vulgari si euenit casus pupillaris. Ex prædictis nota ꝙ † quandoque cuilibet instituto est datus substitutus vul-

10 garis singulariter & separatim, ꝙ substitutus præfertur coniūcto, vt l. 2. si duo. de bono. possess. sm tab. quoniā tamen dicit gl. quatuor, coniunctus plus habet quam substitutus. allega. l. si ex pluribus. inf. de suis & legitimis. ibi lex hoc vult, quod coniunctus transmittat ius accrescēdi ad hæredem suum, sed substitutus non transmittit ius substitutionis ad hæredem suum. Ratio huius est, dicit ibi gl. quia ius accrescēdi cohæret portioni aditę. l. Titio. §. fi. supra de vsufruc. non est dubium ꝙ portio agnita transit ad hæredem, ergo & ius accrescendi ei cohærēs. Sed ius substitutionis est vere personale, ideo non transit ad hæredē, sed extinguitur cū persona. arg. l. & quia. sol. mat. Præterea in substituto ante casus substitutionis euentū aut eueniēte casu substitutionis ante aditam hæreditatem non est aliquod ius hæreditatis, sed est mera facultas adeundi. ex institutione, quę non transit ad hæredem. l. vna. §. in nouissimo. de caducis tollēdis. ita facultas adeundi ex substitutione. De materia huius nota. ad id quod no. doc. in l. cohære. in princ. de vul. & pup. aliquid dicā de vulg. & pup. in l. quæ patris. de acqui. hære. Sed

11 vlterius oppo. prosequendo illam regulam † si vinco vincentem te, multo fortius debeo vincere te l. de accessionibus. ff. de diuer. & tempo. præscri. sed hic cohæres vincit posthumum, ergo cohæres semper debet vincere substitutum. Contra prædictam solu. dicit gl. regula est in contrarium, hic fallit in auth. quibus mo. na. effi. sui. §. sed si quis autem. ecce ibi exemplum, vt sequentia declarentur, naturales filij vincunt agnatos, agnati vincunt vxorem, vt in tit. vnde vir & vxor. C. & tamen naturales non vincunt vxorem, immo vincuntur ab ea. Sic fit in l. 2. §. obijcitur. coniuncta l. ęquissimum. §. 1. ad Tertul. ecce auus nepote emancipato mortuo vincit patrem, qui est in eius ptāte, pater vincit matrem, & tamen auus non vincet matrem, vt §. obijcitur. immo mater vincet eum. sic alleg. fallit in l. Clodius. qui po. in pig. habeantur. Vos in isto brocardo sic dicatis. Interdum loquor in diuersis casibus, & non sequitur regula, si vinco vincentem te in vno casu, ergo vincam te in alio casu diuerso & separato in natura. Sic video, nam nō sequitur, vinco vincentem te ad facie dum calculū rationis ergo vinco te ad brachia, qui vinceris ab alio ad calculum. ergo ita erit in arte. l. nam adoptio. de adoptio. Et iste est casus hic. Declaro, Cohæres hic vincit posthumum a se exhæredatum, quia hæc est volūtas testatoris & possibilis, posthumum præteritum vincit substitutum ratione præteritionis & defectus solemnitatis nō sequitur ergo cohæres in alio casu, vbi substitutio valet, vincet substitu-

12 tum, quia volūtas defuncti repugnat. † Sic in l. æquissimum. §. 1. nepote emācipato mortuo, vbi pater, qui est in potestate aui, est in medio, auus excludit patrem, pater excludit matrē, & per consequens auus excludit matrem ratione circuitus euitandi. Nam si auus nō excluderet matrem statim induceretur patrē excludere matrem, demum rehaberet auus, ergo ratione circuitus euitandi a principio auus excludet vtrūque. Et ista est rō tex. in l. equissimū. §. 1. Sed vbi pater non est in medio, auus non excludet matrē, quia nūc est vlterior nepoti in gradu suo, ergo cessat circuitus. In diuersis ergo casibus propter rōnis diuersitatem non sequitur regula. Interdum loquor in eodē casu, tūc interdum vinco vincentem te ex sntia iudicis, & tunc sequitur regula si vinco vincentem te, ergo vinco te, quia res inter alios acta nunq̄ egreditur personas litigantium. c. inter alios. per totum. Interdum vinco vincentem ex legis dispositione, & tunc aut subest eadē rō vincendi te, & non sequitur regula, vt in ca-

13 sibus allegatis. In discutiendo poteritis rationē videre. † Capio tertium notabile, in quo colligebam, ꝙ vbi substitutio nō valet vno exhæredibus repudiante vel mortuo non agnita hæreditate in totum fit locus successioni ab intestato. Contra hoc opponitur de ver. seq. Sol. dicit text. vester. Interdū cuilibet instituto est datus extraneus singulariter substitutus vulgaris, & posthumus est exhæredatus a primo, & præteritus a secundo, nato posthumo, & vno ex hæredibus repudiante, fit in totū locus successioni ab intestato, vt in primo casu. Interdum instituti sunt adinuicem substituti, & posthumus est præteritus a secundo, & exhæredatus a primo tunc nato posthumo, & vno ex heredibus repudiante, in totum valet testamentum vt in secundo. Sed videamus rationem diuersitatis inter casum & casus glo. parua in ver. sed si ego. super verbo puto. per talem rationem, in primo casu posthumo nato, & vno ex heredibus institutis repudiante, reperitur persona substituti, a quibus posthumus est præteritus, ideo rumpetur in totum testamentum in secundo casu vero reperietur aliqua persona, a qua posthumus non sit exhæredatus, ideo non rumpitur testamentum. Ista ratio non placet Dy. quia in ista lege posthumus fuit exhęredatus a primo gradu institutorum, & pręteritus a secundo gradu, non a persona, cum tunc exhæredatio esset nulla, vt l. 3. §. filijs. 2. supra. tit. 1. verum sicut in primo casu vno ex hęredibus repudiante vel mortuo non agnita, reperitur posthumus præteritus a secundo gradu, ita & in secundo per omnia, vt di-

14 cit tex. per omnia. quare Bal. assignat rationem, † quando cuilibet institutorum est datus substitutus vulgaris separatim & singulariter, testator videtur velle prohibere inter hæredes ius accrescendi, cum substitutus præferatur coniuncto, vt authen. amplius de fideicom. & l. 2. §. si duo deserta. & no. in l. qui patri inf. de acqui. hæredi. si posthumus ex hęredibus institutis repudiat, vel moriatur non agnita hæreditate, cohæres non potest admitti ad portionem defectam per ius accrescendi, quia testator prohibuit ius accrescendi, & pro tanto in parte defecta de necessitate isto casu fit locus successioni ab intestato, & sic in totum fiet, ne testator decedat pro parte testatus. & pro parte, &c. quia ius nostrum non patitur. de reg. iur. Sed in secundo quando plures sunt instituti, & ad inuicem substituti, per substitutionem testator noluit tollere ius accrescendi, sed ius hæredum augere, portionem defectam cohęres haberet, & ex iure accrescendi, & ex substitutione, vt l. si quis hæres. de acqui. hære. & quod ibi not. in fi. gl. & in l. in testamento. C. de impu. & alijs substi. Si ergo vnus ex hæredibus postea repudiat, alius cohæres ibit ad hæreditatem defectam per ius accrescēdi, quia testator isto casu nō prohibuit, sed permisit in totum, ergo valebit testamentum. Ista ratio hic recitata per Bar. est falsa. ꝙ sit verum, probatur, quando testator cuilibet hæredum dat substitutū vulgariter & singulariter, videtur prohibere ius accrescēdi inter cohæredes, si gradus substitutorum valet, sed si gradus substitutorum non valet, videtur velle ius accrescendi inter cohæredes locum habere, vt d. §. si duo. Si ergo vnus ex hęredibus repudiat, & gradus substitutionis non valet ratio, quia cohęres non admittitur ad portionem defectam per ius accre-

15 scendi, cum testator non prohibuit isto casu. † Præterea, licet testator inter legatarios posset ius accrescēdi prohibere, vt. leg. dominus. §. 1. de vsufruc. tamen in hæredes non potest prohibere ius accrescendi, ne succedatur defuncto diuerso iure, vt no. in l. seruus cōmunis ab extraneo. de acquir. hære. & per Dy. in l. si ita quis hæres instituatur. de hære. institu. Præterea hoc probatur ratione, ideo quod inter succedentes contra voluntatem defuncti, est locus iuri accrescendi, hoc non potes dicere esse ex voluntate defuncti, cum contra voluntatem defuncti succedatur, sed hoc ideo est, ne defuncto succedatur diuerso iure. l. si duobus. in princi. de contrata. Igitur ita dicam quod inter succedentes ex testamento, nisi testator prohibuerit, habeat locum ius accrescendi, vt defecto succedatur diuerso iure. Et si dicam, tibimet contrarius es. primo dicis quod testator potest prohibere ius accrescendi, cum substitutio valet, vt in §. si duo. postea dicis quod testator non potest prohibere ius accrescendi. Sol. Quandoque si prohibitio iuris accrescendi facta valeret, reperiretur succedi defuncto diuerso iure, partim ex testamēto, & partim, ab intestato, & semper reijcitur prohibitio testatoris, cum sit a iure impossibilis. l. ius nostrum. Quandoq; si prohibitio iure accrescendi facta per testatorem, vt est quando est facta in fauorem substitutorum valeret, cū ipsa valente non reperiatur succedi defuncto diuerso iure, & ita loquitur. §. si duo. Et pro tanto alia ratio est adducenda, & pro euidentia

16 pręsuppono duo. Primo † ꝙ inducta ad vnum effectum, nunq̄ effectum contrarium possunt operari, ut l. cum tale. §. falsam. de condi. & demon. communiter alle. l. legata inutiliter. de leg. 1. Sol. pręmitto quod quando cuilibet instituto data est substitutus uulgaris extraneus separatim, quod testator fauore substitutorum dicitur prohibuisse ius accrescendi inter hęredes, ergo ita demum si substitutio ualet, ideo substitutione non ualente, cum cesset fauor substitutorum, pręsumitur contrarium sensisse. ar. l. regulariter. de epis. & cle. cum si. no. in l. re coniuncti. de le. 3. Sed quando duo sunt instituti & adinuicem substituti, testator noluit prohibere ius accrescendi, sed ex quo ipsos adinuicem substituit, dicitur augmentasse ius eorum, ut portionem defectam haberent cohęredes, & ex iure accrescendi, & ex iure substitutionis, ut l. si quis hęres. in fin. gloss. & l. quidam testamento supra alle. & no. gloss. in l. nec his. §. hęres. de acqui.

17 hęre. † His pręmissis uidetis rationem claram, in primo casu posthumus nascendo rumpit secundum gradum substitutionum, a quo est pręteritus, & submittitur in loco illius, qui in principio aliquis fuit ad istum effectum ut faciatis ibi locum esse successioni ab intestato, ut l. nam & si sub conditione. § fina. supr. eo. tit. si post unus ex hęredibus repudiat uel moriatur hęreditate non adita, cohęres ibi non ibit ad portionem defectam per ius accrescendi, quia etiam nec hac ratione tantum. quia gradus substitutorum ruptus est. Ne ergo ruptela gradus inuca-

catur ad istum effectum, vt fiat locus successioni ab intestato, operetur contrarium effectum vt faciat tūc locum ab intestato successioni ex testamento iure accrescendi inter cohęredes, vbi alias non esset locus, vt §. si duo. & in portione defecta deficiat ius accrescendi. Item non ibi, ad substitutum, quia gradus ruptus est, ratio in parte defecta de necessitate fit locus successioni ab intestato, & per consequens in totum fiet locus successioni ab intestato, ne testator reperiatur decedere pro parte intestatus, & pro parte, &c. quod ius nostrum non patitur l. ius nostrum, de reg. iur. In secundo casu posthumus nascendo rūpit for gradum, & submittitur in loco ipsius, vt faciat esse locū successioni ab intestato, si post vnus ex hæredib. repudiat, portio defecta non ibit ad substitutum, quia gradus ruptus est, nō ibit ad posthumū submissum in locum gradus, quia submis-
18 sus est vt faciat tunc locum successioni ab intestato, & † quamdiu est locus successioni ex testamento, cessat ab intestato. l. quamdiu. de acqui. hæred. sed ibit ad cohæredem per ius accrescendi, quia cohæres ibi non hac ratione quia gradus sit ruptus, sed etiam iret gradu valente vt l. si quis hæres, & licet cohæres habeat portionem defectam iure accrescendi, non reperitur ruptela gradus operari contrarium eius, ad quem est inducta. in totum ergo mutatur testamentum, ex quo in parte defecta iuri accrescendi locus esse potest. Et pro tanto ex prædictis nota tria seu quatuor. primo est videndum an substitut[illegible] valente fiat in totum locus successioni ab intestato, an coniunctus admittetur per ius accrescendi [illegible] Quandoq; sunt instituti adinuicem substituti, & indistincte [illegible] valentis in portione defecta cohæres ibit per ius accrescendi [illegible] secundo casu huius legis. Quandoq; extranei sunt [illegible] stituti, & tūc aut cuilibet [illegible] est datus substitutus [illegible] separatim, tunc [illegible] gradus substitutorum est ruptus [illegible] sa destinata [illegible] deducat ab intestato [illegible] portio [illegible] non ibit ad cohæredem per ius accrescendi, vt ruptela gradus [illegible] retur [illegible] effectum eius, ad quem est inducta. [illegible] ta lex in principio. Aut gradus substitutorum [illegible] ex aliqua causa, quia substituti repudiarunt, vel [illegible] non nati, vel alio modo [illegible] incapaces, & portio defecta [illegible] cohæredem per ius accrescendi, vt [illegible] stitutis simul & communiter est datus [illegible] non valente [illegible] portionem defectam per [illegible] nec solutione [illegible] de impu[illegible] necessitate [illegible] princ. huius legis [illegible] cuilibet institu[illegible] datus [illegible]
19 liter & separatim. † Secundo infero quod [illegible] quis a [illegible] pro non potest decedere pro parte testatus [illegible] pro parte testatus [illegible] Sed contra hoc opp[illegible] Solu. Dicatur sic. Quandoq[illegible] posth[illegible] in parte [illegible] testamentum [illegible] intestatus [illegible] pro parte ex [illegible] pro parte ab intestato [illegible] mediate [illegible] Quandoq; ex [illegible] personas [illegible] non hoc & [illegible] petitionis, vt l. in [illegible] pro parte, & [illegible] tantum, in alia [illegible] & iste est casus in [illegible] Eodem modo [illegible] rumpatur pro parte ex benefi[illegible] rigore totum [illegible] est talis [illegible] nisi quatenus petere habet ius, vnde [illegible] in totum, rumpi[illegible] totum, si in partem, rump[illegible] remanebit, vt [illegible] patrono, in prin. [illegible] l. si duo [illegible] de lega. præstan. Sed cōtra [illegible] solutionem. Opponitur de [illegible] ex ea & [illegible] in gl. [illegible] per natiuitatem [illegible] præ[illegible] rumpatur te[illegible]m pro parte ex beneficio iuris ciuilis in alia parte rema-
20 net firmū. Sol. Dicit gl. [illegible] † quandoq; [illegible] frater posthumus præteritus est [illegible] tutus, qui cum sit successurus ab intestato [illegible] cum posthumo, rumpitur test[illegible] pro parte, & pro parte remanebit firmū. Illa solu. bene esset [illegible] sed [illegible] falsam, quia ius ciuile [illegible] annullat test[illegible] in parte, quin annullet in totum, nam hoc reputamus pro [illegible] posthu[illegible] de re iudi. Præterea est contra casum l. filio præterito [illegible] inspiciatur, sup. eo. qui [illegible] quod [illegible] posthumus erat exhæredatus, & frater posthumus institutus, & posthumus exhæredatus per querelam rumpit testm̄ in parte, in alia parte remanebit firmum pp̄ sui naturā, bene hæres [illegible] ptus de equitate non tenebitur ad legata [illegible] portione sua, & iste est casus in l. cum ea. sed quando testm̄ rumpitur [illegible] te ipso iure ex beneficio iuris ciuilis [illegible] in totum [illegible]

tur, vt hic. Non curo si sint instituti extranei vel venientes ab intestato, vt l. filium, in secūdo casu, nam ibi dr̄ quod si filius pręteritus immisceat, quod nullū est testm̄ in totum, ēt si instituti sint fratres eius, & legata in nihilū debebuntur. Ratio est, quia ibi rumpitur ex beneficio iuris ciuilis. Sexto oppo. ista lex dicit φ cā intestati trahit ad se causam testamēti, contra de l. 1. §. si ex fundo. de here. inst. de l. quoties. §. si duo. de l. si ita quis. eo. tit. hic cā testati trahit ad se cām intestati. Sol. dicit Bar. hæc regula est
21 ista, † φ causa testati trahit ad se cām intestati, nisi testātor inhibuisset institutum hr̄e plus parte sua, quod hic fecit dando substitutum, vt §. si duo. Ista solu. est falsa φ hic ista cā intestati trahit ad se cām testamenti, non quia hęc fuerit voluntas testatoris, sed imo ꝯ voluntatem defuncti ex legis dispōne, vt ruptela gradus operetur cōtrariū effectum eius ad quam inducitur, vt sup. declaraui. Præterea voluntas testatoris nō est potens impedire ius acquirendi, vt sup. tibi declaraui. Non obstat cōtrariū, nam interdum institutus in re vel in parte non potest admitti ad portionem defectam ad ius accrescendi obstaculo legis impedientis, tunc quia in parte defecta sit locus successioni ab intestato, de necessitate fiet in totum, ne testator reperiatur decedere pro parte intestatus, & pro parte testatus, quod ius nostrum non patitur. Interdū institutus in re vel in parte pōt admitti ad portionem defectam, licet obstaculo non impediente, & in totum erit locus successioni ex testō, vt in iurib. s. alle. Sed vlterius opp. ꝯ istam partē, hic posthumus præteritus a secundo gradu substitutorū vulgarium natus est deliberantibus primis hęredib. & dicit tex. φ rūpit nascendo sm̄ gradum. Cōtra, quod non est, non pōt rumpi. vt l. iam & si sub condōne §. post tēpus. §. eo. sed secundus gradus substitutorū vulgariter non habet effectū primis hęredib. deliberantib. l. 1. de vulg. & pupil. ergo ipse gradus per natiuitatem posthumi non dēt posse rumpi. Sol. quod non est re nec spe non pōt rumpi. Ita intelligatur contrarium. Sed hic secundus gradus substitutorum vulgariter deliberantib. primis hęredib. erat in spe reducēdus ad prin. institutionem. Vnde sicut per institō potest rumpi, ita & spes deducendi ad putam. Rō, quia sicut per institōnem, ita per spem institōni conditionalis impeditur successio ab intestato, quia quādiu est locus successioni ex testō, cessat ab intestato l. quamdiu. de acqui. hęre. & l. 1. si tabu. te. nullę. & cōsequenter spes & veritas eundem effectum representant, idem dissoluitur de vtroq. l. Gallus §. nunc videndū sup. ti. 1. & quod ibi not. & l. Sempronius Attalus, de vulg. Sed contra istā solutionem opponitur, imò nunquam spes infringitur, nisi donec est deducta ad actum l. quæ sub condōne & de solu. l. quoties, de nouatio.
22 Solu. † quidā sunt actus liberatorij & liberatio est talis naturæ quę presupponit obligationem natam esse l. decē de verb. obl. & l. stipulatio ista. §. interdū, de verb. obl. & isti actus nunquam tollunt spē obligationis, sed demū tollunt obligationē, cū est in esse producta. quidā sunt actus transfusorij vnius obligationis ad aliam, vt nouatio, & adhuc isti præsupponūt obligationē esse productā l. 1. de nouati. isti non tollūt spem obligationis, sed demū cū obligatio est in esse producta l. quoties, de nouati. Quidā sunt actus infractorij, & isti ita infringūt spē, sicuti veritatē, vbi reputantur idē effectus per spē, vt per veritatē, & iste est casus hic, & in l. si posthumus, & l. si a primo. & l. si ita
23 scriptū §. testm̄ s. tit. 1. † Sed vlterius oppo. cōtra vltimū notabile in quo colligebā φ quādiu est dubiū de virib. testamenti, non pōt adire hæreditas, ꝯ de l. illud. in princ. inf. de cōtratabu. Sol. vt in gl. in l. quamdiu inf. de acqui. hær. Interdū dubitatur de virib. testamenti omni iure pretorio & ciuili, & non potest adiri hęreditas de iure ciuili, nec bon. poss. sm̄ ta. peti. Ita intelligatur ista l. in fi. & l. illud. in fi. inf. de cōtratab. Interdū dubitatur de virib. testamenti de iure ciuili, & nō de iure prætorio, & non potest adiri hæreditas de iure ciuili, sed poterit peti bonorum possessio contratab. vt l. 3. § si quis, de contratab. Interdū dubitatur de viribus testamenti de iure prætorio, sed non de iure ciuili, & ex eo testamento nō poterit peti bonorum possessio. secundum tab. sed adiri hęreditas sic, vt l. illud. in princ. de contratab. Expeditus sum de contrarijs, formo talem qōnem,
24 † testator sic dixit, instituo Titiū in fundo tantum, & nolo ipsum hæredem plus habere, an ista adiectio vitiet institutionē, & in totum fiat locus successioni ab intestato, an institutus admittatur ad vniuersum ex voluntate defuncti, an ex beneficio legis contra voluntatem defuncti. Et quidam dicunt quod admittatur contra voluntatem defuncti, quia ex quo testator prouidet testando in vna re, videtur in alijs testari velle l. cum prætor. ff. de iudicijs. Glo. iuris ciuilis tenent quod mittatur ex voluntate. Hoc no. glo. in l. si miles vnum inf. de mil. testam. & §. si vnum. Instit. de hæred. insti. Præterea, hoc probatur ratione. Si esset verum quod ex beneficio legis admitteretur cōtra voluntatem testatoris, decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus in re certa, a milite qui potest decedere pro parte testatus & pro parte intestatus etiam in vnico patrimonio, vt lege si miles vnum infra de mil. testamento, & l. quamquā C. de mili. test.

mili.test. Dicendum est ergo ꝙ hoc est ex voluntate defuncti. Præterea, potest probari ista ratione, quod quando quis vult vnum, videtur velle omne id, sine quo velle suum explicare non pōt, vt l.illud dubitari.de acqui.hære. Si ergo testator insti tuit vnum in fundo simpliciter, vult hæredem institutum in totum capere fundum, ergo per consequens videtur velle ēt in alijs bonis testari, cum sine eo institutus non posset capere fundum. Non obstat l. cum prætor, quia ibi prouisio in vno non trahitur ad alium separatum, cum de separatis separata est ratio l. fi. de calū.. Sed hic loquimur in vno patrimonio in vnaquaq; hæreditare. Ideo si disposuit de vna re testando, præsumemus ipsum velle disponere in alijs propter connexitatē & vnionem patrimonii, quæ ratio cessāt in separatis patrimo-
25 nijs l.1.C.de mili.test. † Præterea, ex quo testator exprimit, institutio hæredum opprimit, & tale nomen, quod de natura re quisita significat vniuersitatem, vt l.quoties.§.hęredes de hære. instituen. Ideo propter adiectionem rei prolatæ non videtur noluisse restringere nomen hæredis: admittetur ergo ad vniuersum, vt significat nomen hæredis, detracta mentione fundi, sed propter adiectionem vniuersitatis, puta vnius patrimonij, præsumetur restringere nomen hæredis, & non portexisse ad aliud patrimonium separatum, & non nominatum in institutione l.2. C. de mili. te. Et hoc est verum quando dispositio testatoris in vno patrimonio tm̄ pōt valere, alias si nō pōt valere, præsumetur dispositio in alijs omnibus bonis conformiter, ne dispositio sua pereat, per l.nec is, & l. illud de acq. hæredi. sed in quæstione nostra apparet de voluntate defuncti in ɔtium ꝙ non vult ipsum plus habere, ergo cessabit legis cōiectura, cū in incertis non certis sit locus, &c. l.cōtinuis. .cū ita de verb.obli. repugnātia ergo volūtatis clare in alijs bonis, institutus in fundo nō admittetur ad alia bona, ergo in totum
26 fiet locus successioni ab intestato l.ius nostrū. † Secundo vr̄ casus in l.quoties.§.si duo.de hæred.insti. nam ibi dr̄ quòd instituti in certis rebus sunt hęredes æqualiter s̄m voluntatem testatoris manifestissime non refragantis, sed in quæstione nr̄a volūtas testatoris manifestissime refragatur, ꝙ nō vult ipsum habere plus, ergo ad alia bona non admittetē refragante testatoris voluntate. Non obstat ratio aliquorū dicentiū ꝙ illa verba. s. manifestissime, referantur ad id qđ dicit, ęquis partibus, & est sensus ꝙ hæredes ęqualiter, nisi voluntas testatoris aliter voluerit, nō aūt refragatur ꝙ cā testati trahatur ad causam intestati, volūtate manifestissime refragante. Iste intellectus nō est bonus, dicit Bar. nā in distributione partiū nō requirit̄ manifestissima voluntas, sed sufficit de mente, qualitercunq; appareat, ēt si in testō aliter sit scriptum, vt dicā in l.quoties. §. 1. eo. tit. Pręterea, testator pōt prohibere ius accrescendi l.dn̄s. §. 1. ff. de vsufruc. ergo refragante voluntate defuncti non admittitur ad vniuersum. Pręterea, quoties de verbis testatoris insurgit impossibilitas, ipsa impossibilitas vitiat, & non vitiatur, vt l.si Titius inf. de condi.insti. Sed hic testator apponendo tantū & non plus, habere voluit impossibile, quia impossibile est qđ decedat pro parte testatus, & pro parte &c. Et impossibilitas prouenit ex verbis testatoris, vt l. ius nostrum, ergo dispositio
27 nulla. † Præterea, sicut institutio de fundo simpliciter præsumitur facta de toto, ita institutio facta de seruo, intelligitur facta cum libertate l.fin. C. de ne.seruis modo si testator exprimit sine libertate, ista adiectio est impossibilis, & vitiat institutionem l.quia ratio de condi.insti. ergo ita dicemus in proposito. Præterea, si instituo seruum alienum sine libertate, institutio valet, tamen si adijcio, cum libertate, ista adiectio inutilis vitiat l.seruus alienus inst. de here. insti. ergo ita dicā in proposito. Præterea, interdum dispositioni adijcitur cōditio impossibilis, & tūc impossibilitas dr̄ l.1. de cōdi. insti. cū materia sua. Pręterea, aut dispositio in se ipsa est impossibilis, vt est ista, quia volo per suam dispositionē decedere pro parte testatus, & pro parte &c quod est impossibile, vt l. ius nostrū, tunc semper impossibilitas vitiat dispositionē, vt l.apud Iulianum. §. cōstat de leg. 1. & c.nemo impossibile, extra de re iud. lib.6. Præterea, quoties in ipsa dispositione apponitur a principio ad cōtrariam substantiam dispositionis vel rei deductæ in dispositione, dispositio est nulla l.per seruum.§.1.de vsu & habi. Nec dicat aliquis quod hoc sit fauore institutionis & testamēti qđ tenciatur, quia cū ista adiectio semper inducat repugnantiā,
28 semper vitiat l.sibi repugnantia de reg. iur. † Præterea, matrimonium est fauorabile sicut institutio, tamen adiectio contra substantiam matrimonij vitiat matrimoniū c.si. extra, de cōdi. appo. sed hic in ipsa institutione est apposita adiectio, quæ est contra substantiam testamenti, cū testator non potest decedere pro parte testatus & pro parte, &c. ergo ista adiectio deberet vitiare testm̄. Præterea, vbicunque modus disponendi est impossibilis de iure, & tunc dispositio est nulla l.sibi repugnantia supra alleg. sed hic iste modus disponendi est impossibilis a iure ciuili, ergo ista dispositio deberet vitiari. Præterea, aut ista dispositio in re certa admittitur ad vniuersum ex volunta-te defuncti, & hoc non est bene dictum, quia voluntas expresse repugnat, & vbi verba sunt clara, non est recurrendum ad coniecturas l.ille aut ille. §. cum in verbis de leg. 3. Præterea, aut dicit quod veniet ex iure accrescendi, & hoc non potest, duplici ratione, quia ius accrescendi accrescit portioni, & sic toto, & nō rei singulari l.si. Titio.§.fi.de vsufr. Item alia ratione, quia ius accrescendi venit ex voluntate defuncti l.si testamento.de vulg.& pupil. Cum ergo in istis bonis & alijs fit intestatus, de necessitate in totum fiet, per l. ius nostrum, & in ista lege erit casus de quæstione. Præterea, ista verba, tantum & non plus, inducunt collationem adiecti l.peto. de leg. 2. ergo multo magis impedient acquisitionem collati. argu. l. patre furioso. de his, qui sunt sui vel alie. iur. Ex istis rationibus videtur concludendum in totum esse locum successioni ab intestato. In oppositum puto veritatem, & quod hoc sit uerum, primo not. gloss. ordinariam in l.quoties. coniuncto tex. C. de hæred. insti. & iubeo ipsum esse tacitum & contentum in illa re. quæ uerba inducunt exhæredationem in alijs bonis l.quia uolebat de hęred.inst. & perinde habetur, ac si dixisset, nolo ipsum habere plus, & instituerit illum in uniuersum, quæritur ibi nunquid admittatur ad uniuersum. Dicitur quod non, sed habetur pro legatario. Opponit gloss. de leg. 1. §.si ex fundo.de her.insti. dicit gloss. ibi, solus est hæres institutus in re incerta. Vult ergo gloss. illa coniuncto text. quod solus hæres institutus iussus esse tacitus & contentus admittatur
29 ad vniuersum. † Præterea quoties adijcitur institutioni quod reddit ipsam impossibilem de iure vel de facto, ipsa adiectio vitiatur l.1.de condi.insti. sed ista adiectio, tantum & non plus reddit istam institutionem impossibilem de iure, ergo vitiabitur adiectio. Præterea & not. tex. istam rationem, licitum est arguere de re ad tempus in materia ista l.si miles in princ. inf. de milit. test. sed si testator dicat instituo Titium vsq; ad tale tempus, & nolo ipsum plus esse hęredem, ista adiectio vitiatur in pagano ne testator decedat pro parte testatus & pro parte intestatus & erit hæres in vniuersum, vt l.hæreditas ex die, de hære.instit. ergo ita dicam in proposito quod ista adiectio, tantum & nolo plus habere, vitiabitur, & erit hæres in vniuersum. Præterea faciebam talem aliam rationem. Si testator instituat Titium in fundo tantū, & dicit, nolo quod habeas plus hæredem admitti in totum, & fit contra voluntatem defuncti, saltem in parte, & venientes ab intestato admitti in totū, & fit contra voluntatem defuncti, saltem in illo in quo est institutus alius, uoluntatem defuncti seruare, ut disposuit nō possumus, quia modus sic disponendi est impossibilis de iure l. ius nostrum, ex quo non potest eligi alia uia, per quam seruetur uoluntas defuncti, trahemus causam intestati ad causam testamenti, & non econtra cum causa testati sit nobilior & dignior quam causa intestati l.quandiu. ff. de acquir. hær. & magis nobile trahit ad se minus nobile, ut no. gl. in l.a Diuo Pio.
30 in prin. ff. de reg. iur. s. Sed ista ratio non ualet unam muscam, quia † causa testati est nobilior quando habet uoluntatem defuncti annexam, uel expressam in totum. quia tunc præfertur causa testati, ut l.quandiu. Eodem modo quando uolantas est expressa in totum in contrarium ut uenientes ab intestato pręferantur hæredi instituto, quia causa intestati tunc præfertur causæ testati l.si ita quis, de hęredibus instituen. in ultima charta. Sed quando causa testati in parte habet uoluntatem defuncti expressam, & causa testati similiter uoluntatem defuncti expressam in alia parte, una non est nobilior alia, tamen quia illa adiectio apponitur in testamento, est uidendum an uitiet testamentum, an ipsa uitietur. Et sine dubio ipsa uitiabitur, & remanebit testamentum ualidum, & perfectum sine adiectione illa. Et quod hoc sit uerum, præsuppono duo ad euidentiā, & primo præsuppono quod ius nostrum inquantum potest naturam imitatur l.nam adoptio ff de adop. sed in natura ego uideo quod quædam sunt substantialia in nomine, & ista sunt ex quibus homo componitur, & ista sunt posita in diffinitione hominis, homo est animal rationale mortale. nam diffinitio debet continere substantialia rei diffinitę, ut notat glo. in l. omnis bona diffinitio.de regu.iur. l.1. §.dolum.ff.de dolo. Vno istorum deficiente non esset homo, sed esset una alia species, ut puta asinus. Quędam sunt ultra substantialia requisita a natura, sine quibus homo subsistere non potest, ut comedere bibere, dormire, & ista appellantur naturalia. Quædam sunt acci dentalia in homine, ut esse albus, rubeus, niger, esse patiens, es-
31 se discretus, ita est in ar † Nam testamentum habet sua substātialia, & sunt illa, ex quibus componitur testm̄, posita in diffinitione testamenti, ut l.1. C. de testa. & sunt uolūtas testātis legitima cum hæredis institutione. Vbicunq; ergo est uolūtas testantis legitima cum institutione hæredis, etiā in una re facta, satisfactum esset uerbis disponentis, testm̄ dr̄ habere sua substantialia, quod autem capiat uniuersum, ac defuncto non succedatur pro parte ab intestato, non est de requisitis in diffinitione testamenti, sed vltra substantialia testī est requisitum a

iure ciuili, quod reputauit pro inconuenienti q̄d' vni priuato vnicum patrimonium habēti succedatur diuerso iure, vt l. ius nostrum. de re. iu. Id appellatur naturale testamenti, & ꝙ hoc sit verum probatur duplici ratione. Primo sic, nam militi non sunt remissa substantialia testi, sed tm̄ naturalia & accidētalia a iure ciuili requisita, vt l. 1. de mil. test. Vnde si miles diceret, lego fundum Titio, & volo esse testm̄, non esset testm̄, cum non haberet sua substantialia. l. hæredis institutionem. Sed si miles instituit vnū in vno fundo, & in alijs bonis vult decedere intestatus, istud appellabit testm̄, in illo fundo tm̄, vt l. miles. C. de de mili. te. ergo patet ꝙ testm̄, in quo est voluntas testantis & hæredis instō, ēt in fundo, habet substant alia testamenti, alias ēt in milite non diceretur testm̄, cui substantialia non sunt remissa per ꝯns patet ꝙ aliud est in totū decedere ex testō, & nō pro parte intestatus, & pro parte ab intestato, naturale est testa

32 mēti & hoc militi est permissum. † Præterea, si decedere ex testamēto, & non decedere pro parte ex testō & pro parte ab intestato esset substantiale testamenti, non posset tolli per aliud ius militi remanēte substantia testamēti, ut l. 3. ff. de vsufru. ea. re. quæ vsu. consu. & tñ pōt tolli per ius ciuile remanēte essentia testamenti, vt in testō militis. de testa. mil. Et si dicas, nonne hæres esset successor in vniuersum ius defuncti, vt l. quoties. §. hæredes. Cū ergo dicit diffinitio, cum hæredis institutione &c. ergo ex verbis diffinitionis colligitur quod debet esse hæres in vniuersum. Solu. Hæres qui capiet totam hæreditatem, bene est successor in vniuersum ius defuncti, sed non dicit diffinitio quod hæres debeat institui in vniuersum, sed simpliciter dicit quod cum hæredis institutione. qualiter ergo sit institutus hæres, & in vna re satisfactum est verbis & propriæ significationi verborum. quod autem succeditur defuncto in vniuersum ex toto, hoc est vltra propriam significationem verborum in diffinitione positorum requisitorum a iure ciuili. Et ꝙ sit verum, probatur tali ratione, dicit. l. inter cætera. sup. eo. tit. ꝙ filius debet institui vel exhæredari. l. inter cætera. sup. eo. tit. modo si filius est institutus etiam in vna re, satisfactum est verbis, & valebit testamentum, quia posita ad terminum. Cum ergo diffinitio testamēti dicat, legitima dispositio cum hæredis institutione, & non dicit in vniuersum satisfactum est verbis, nisi reperietur voluntas legitima cum hæredis institutione in vna, sed ꝙ capiat in vniuersum, & defuncto non succedatur diuerso iure, hoc est vltra substantialia a iure ciuili requisita, ideo apponitur naturale. Item habemus accidentalia testamenti, & istę

33 sunt solemnitates testamentorum a iure ciuili requisitę. † Secundo præmitto ad euidentiam quod quandocunque adiectio est contra naturam actus expresse vel contra adminicularia, ꝙ semper adiectio vitiatur, & remanebit dispositio perfecta sine illa adiectione. Et de hoc est casus in l. 1. §. si vsufr. peta. Do casum in l. hæreditas ex die. de hæredi. institu. Do casum in l. 1. §. 1. de latina libert. tol. Nam testator ibi manumittit seruum vsque ad certum tempus, & vltra illud tempus volebat esse liberum. Illa adiectio, volo eum vltra habere libertatem, non est contra substantiam dispositionis, quia libertas pro illo tempore quo disponitur perfecte cōceditur, nec per adiectionem illā tollitur id quod concessum est. Sed dr̄ contra naturam actus expresse, quia requisitum est a iure ciuili qd libertas nō præstetur ad tē. us, igitur ista adiectio vitiatur. Do casum in l. 1a quas excepto fundo. de hære. insti. Nec obstat ratio Bar. ad illam dicit

34 testator sic, † instituo Titiū excepto fundo, excluditur fundus ab expressa cōcessione. ꝙ autem nō accrescat hæredi instituto, expresse non prohibuit, ideo accrescet. Ista solutio non placet, non est dubium ꝙ institutio simplex facta comprehendisset vniuersum. Cum ergo testator dicit, instituo Titium excepto fundo, excludit fundū ab institutione a persona instituti. nam ista verba, exceptio, ademptio, & similia, sunt exclusiua, vt l. per seruum. ff. si vsufr. pet. & l. nam quod liquide. §. fi. de penu. leg. Vnde clare patet ꝙ testator noluit istū habere fundum ergo in illo decedere intestatus, tamen quia ista adiectio est contra naturam testamenti, vitiatur, & remanet dispositio sine adiectione illa. Præterea aut dices quod accrescet instituto fundus contra voluntatem testantis, & adiectio vitiatur, & habeo intentū. Aut dices ꝙ ex voluntate defuncti accrescet, vel præter voluntatē, & hoc est falsum, quia expresse exclusit institutum a fundo, vt ex verbis apparet, ergo ibi casus de quæstio. His præmissis

35 restat cōcludere, † ꝙ quia ista adiectio, tantum & non plus, est contra naturam testamenti, quod vitiabitur, & testamentum remanet perfectum & validum reiecta ista adiectione, & sic hæres admittetur ad vniuersum contra uoluntatem defuncti ex uoluntate iuris ciuilis reijcientis talem vitiosam adiectionē. Modo non obstant contraria. Nec obstat primum, quia interdum instituo unum in uno fundo simpliciter, & fateor quod admittitur ad unum ex uoluntate defuncti ut in iuribus supra alle. Interdum instituo in uno fundo tantum, & expresse dico, nolo eum plus habere, tunc ista adiectio est contra naturam testamenti, ipsa reijcitur & admittetur ad uniuersum contra uoluntatem ex potestate iuris illam adiectionem reijcientis, ut in iuribus supra alleg. Non obstat. §. si duo. & illa uerba, si manifestissime &c. pertinent ad distributionem partium, & est sensus, communiter hæreditas æqualiter diuidetur detracta mentione rerum, nisi uoluntas &c. quia tunc erunt hæredes ex uoluntate defuncti. Non obstat motiuum Barto. quia fateor ꝙ in distributione partiū sufficit apparere qualitercunque de uoluntate testatoris, licet uerba sint in cōtrarium, quia tex. hoc dicit causa dubitationis tollendę. Vel dic qualitercunque appareat de volūtate testantis, dicitur manifeste apparere de eius voluntate. l. licet imperfectum. de leg. 1. Non obstat. l. dominus testamento. quia verum est quod in legatis testator potest prohibere ius accrescendi, sed in hæredis institutione ius accrescēdi prohibere non pōt, vt in iuribus. supra per me

36 alleg. † Præterea testator prohibendo ius accrescendi inter hęredes, disponit contra ius testamenti, ideo ipsa prohibitio vitiatur. Non obstat. l. si Titius. quia ibi loquitur per prolixitatē quæ est circa idem, & inducit repugnantiam in dispositione. vt no. gloss. in lege. vbi repugnantia. prouenit immediate a verbis testatoris, & non aliūde, & ideo vitiat dispositionem, sed in quæstione nostra non est aliqua prolixitas, nec repugnantia. Testm̄ enim, in eo ꝙ concedit̄ sua substantialia nec habet id ꝙ cōceditur, reperitur vnq̄ tolli, sed modus sic disponendi bene est impossibilis a iure, & ista impossibilitas nō puenit a verbis immediate, sed a iure ciuili, ꝙ eā inducit, vt l. ius nostrū non vitiatur. vt in iuribus. sup. alle. Non obstat. l. quia ratio quia adiectio, sine libertate, sit contra substantiā dispositionis, alias institutionis, hęres institutus est successor eius, in quo institutus est, ideo de substantia est quod sit capax. Ista ergo adiectio, sine libertate, est contra substantiā, quia seruus est capax. Præterea, ista adiectio facit deficere subiectū, super quo fundatur testamentū, & hæredis institutio, sed quia persona hęredis est in capax, ideo ista adiectio inducit repugnāt ā in dispositione perinde, ac si diceret, testator, instituo, & non instituo, ideo vitiatur dispositia, vt. l. vbi repugnantia. Sed ista adiectio, tantū & non plus, non est contra substantiam testamēti. Testamentū enim in eo quod conceditur, sua substantialia habet, nec ista inducit repugnantiā in dispositione, cū quod conceditur, nunquā tollatur, sed bene est contra naturā testamenti, ideo vitiatur, & valet dispositio sine adiectio, vt in iuribus. sup. alle. Non obstat. l. seruus alienus. in prin. quia testator ibi instituit seruum alienū cū libertate, per ista verba, testator voluit vt seruus caperet hæreditatem si posset capere libertatem in testamento, & si non posset, quod in totū admitterent venientes ab intestato, & sic disposuit modo possibili, & sic voluntas sua seruanda, quia ex quo non potest capere libertatem ex testō, in totū ad mittētur veniētes ab intestato. Sed hic testator disposuit, mō impossibili ꝯ naturā testamenti, & ideo vitiatur modus, ille, & remanebit di

37 spositio valida sine illa adiectione, vt in iuribus supr. alle. † Vel aliter, si ibi reijceretur adiectio illa, fieret in totum contra volūtatem defuncti, ideo adiectio illa vitiat. Sed in quæstione ista reiecta adiectione non fit in totum contra voluntatē defuncti, ideo adiectio ista vitiatur, cum sit contra naturā expressi actus. Vel aliter ibi adiectio illa, cum seruo alieno, facit deficere substantiale vel subiectum, super quo fundatur testamentū & hæredis institutio, & ideo vitiat. Sed in quęstione ista est subiectū & respectu personæ, & respectu rei concessę, super quo fundatur dispositio, ideo adiectio illa contra naturam expresse reijcitur & vitiatur. Non ob. aliud de. c. nemo ad impossibile. Interdū in dispōne deficit subiectū, sup quo fundat̄ dispō, tūc dispō vitiat̄. Sed in qōne ista adest subiectū possibile & respū rei & respectu ponæ, sup quo fundat̄, sed modus sic disponēdi est impossibilis & ꝯ naturā actus expressi, iō reijcit iste modus, & va

38 let actus, vt in iuribus. sup. alle. No ob. l. per seruū. §. fi. † Interdū adiectio est ꝯ substantiā rei deductę in dispōne, tūc aut est apposita in ipsa dispōne, aut, post dispōnē perfecte in esse productā primo casu aut adiectio ꝯ substantiā fit ad augendum, tunc adiectio vitiatur, & nō vitiat, vt l. si peculiū. §. 1. ff. de pecul. leg. l. cū pcario. in prin. ff. de preca. Rō est, quia per istā adiectionē nihil tollit̄ de contentis in dispōne, sed aliquid ꝯ substantiā adijcit, ideo ista dispō nō dr̄ cōtinere repugnantiā, cū per istā adiectionē non tollat̄ id, quod est concessum, sed aliquid adijcitur, ideo adiectio ista vitiat̄, & remanet dispō sine adiectione. Præterea, ista adiectio fit ad augendū, & in fauorē eius, cui cōcedit, ergo nō operabit vitiū dispōnis in eius odiū. l. quod fauore. de legib. Interdū ista adiectio fit ad diminuendū. v. g. lego vsumfructū addendo pro vsu, tūc dic ꝙ vitiat dispositionē. Rō. quia ista adiectio diminutiua tollit de substantia rei in dispositione deductę & sic facit cessare essentiā rei, vnde dr̄ inducere repugnantiā in disposit one, & perinde est, ac si diceret, concedo & non concedo, ideo tota dispositio vitiatur. l. vbi repugnantia. de reg. iur. Secundo casu, qñ post dispositionē perfecte in esse productam in illa dispositione separata adijcitur ad diminuendum de substantia rei in prima dispositione deductæ, tunc ipsa ademptio

ademptio vitiatur, & remanet prima dispositio valida, vt l. per seruum. §. si cum duabus legibus sequentibus, & l. si ita scriptũ §. regula. de libe. & posthu. & l. sed & si in conditione. §. fin. de hære. instituen. Ratio, reperitur, isto casu, prima dispositio perfecte in esse producta in se non continere aliquam repugnantiam, sed ademptio sequens dicitur impossibilis, quia impossibile est in indiuiduo partem adimi. Ideo ista adiectio tanquã impossibilis vitiatur, nec primam dispositionem præstandam vitiabit. Præterea, multa impediunt in esse producenda, quæ producta non tollunt l. patre furioso. Sed contra istam solut. oppo. nonne testator potest se corrigere, & vltima voluntas
39 præualet, vt l. si mihi & tibi. §. in legatis. Solut. † quãdoque testator vnum, quandoque duo separata concedit. Primo casu aut postea adimit in totum modo possibili & solemni & tunc valet ademptio, vt in contrario, vt l. si quis in principio testamenti de lega. 3. Aut postea adimit partem tantum, & hoc constat, tunc aut pars est possibilis separari a toto, remanente essentia rei in prima dispositione deductę, & ademptio valet l. si ita scriptum de leg. 1. Aut pars est impossibilis separare a toto remanente essentiã rei in prima dispositione deductæ, & ista ademptio vitiatur tanquam impossibilis, & prima dispositio remanet valida l. sed & si de fructu. de vsu & habi. Et pro hoc facit, quia sicut qui partem indiuidui facit, nihil fecisse videtur l. si is, qui quadringenta. §. quædam ad l. Fal. l. furiosum, qui test. fac. ita nihil ademisse videtur. Secundo casu principali. l. quando duo separata in prima dispositione conceduntur, tunc aut vtrunq; postea adimit possibili modo & solemni, & vtrunq; erit ademptum, vt. §. in lega. Aut constat ꝙ vnum tãtum vult adimere sine alio, tunc aut non ademptum potest remanere sine adempto, & valet ademptio, vt l. si cum eatum, §. si eadem de mili. te. & l. si seruus de adimen. lega. Aut non ademptum non potest remanere sine adempto, tũc ademptio ista reputatur impossibilis ideo vitiatur, & vtrunq; concessum primo remanebit validum, in l. si ita scriptũ. §. regula, & l. sed
40 & si in conditione. §. fi. † Interdum adiectio est contra voluntatem disponentis expresse, vt est ista, tantum & nolo plus habere, tunc ista adiectio nihil tollit de substantia dispositionis, reperietur enim dispositio habere sua substantialia in eo qđ concedit, ista non inducit repugnantiam in dispositione, cum id quod conceditur, nunquam tollatur, semper ista adiectio vitiatur, & remanebit dispositio valida sine adiectione, vt in iuribus supra alleg. De hoc do casum vltimat. de quæstione de l. militari. §. fi. cum l. seq. de mil. testa. Aut est contra adminicula tiua seu accidentalia dispositionis vel rei deductę in dispositionem, tunc semper vitiatur adiectio illa, si non reiecta non posset actus valere, & actus valebit, si ipsa reiecta reperitur actus solemnis l. 1. §. 1. si vsusfruc. pet. sed si vitiata adiectio repetitur actus non solutionis, actus vitiatur, vt l. adtestium. §. si quis ex testibus de testa. & prædicta no. quando adiectio non potest valere, quia fit contra publicam vtilitatem, vel quia ipsa valente actus non affert vtilitatem, sed si pacto valente posset actus valere, tunc aut pactus est cõtra publicam vtilitatem, & ipsum pactum vitiatur, & remanet actus, vt c. si diligenti. extra. de foro compe. & l. ius publicum de pact. Aut est contra priuatam vtilitatem paciscẽtis tantum & vtrunq; valet l. paciści. de pac. & l. si quis in conscribendo. Non obstat l. vbi repugnãtia, quia quandoq; modus impossibilis disponendi inducit repugnantiam in dispositione, & vitiat, vt l. vbi repugnãtia. Aut modus impossibilis disponendi non inducit repugnantiam in dispositione, sed est contra naturam actus expressi, & semper vitiatur, & dispositio remanet inualida expsso sine illo mõ obstat aliud, quia iste admittitur contra voluntatem defuncti ex beneficio iuris ciuilis reiicientis illam adiectionem vitiosam, vt in iuribus sup. alleg. Non obstat l. peto quia quandoq; per ista verba tantum reperitur dispositum modo possibili non contra naturam actus expressi, & tũc illa verba inducunt iam collati ademptionem multo magis impedirent acquisitionem non collati. Quandoq; per ista verba reperitur tantum dispositum modo possibili contra naturã actus expressi, & tunc inducunt ademptionem collatio. nec impediret non collati. acquisitionem, sed reiiciuntur ista verba, & dispositio remanet valida sine illa adiectione. Vltimo quæro de tali quæstione,
41 † filius iam natus est exhæredatus a primo gradu & præteritus a secundo, vnus ex hæredibus repudiat, nunquid admittetur cohæres, an venientes ab intestato. Dicatis quod admittitur cohæres. Ratio est, quia quando filius iam natus est præteritus a secundo gradu a principio, primus gradus est nullus ij so iure, vnde iste præteritus non potest submitti in locum illius gradus vt faciat locum successioni ab intestato, cum nunquã ille gradus fuerit aliquis, ideo habetur pro non scripto, igitur cohæres ad ittitur per ius accrescendi. Nec per hoc quod hæres habeat ius accrescendi, nullitas secundi gradus operatur eios contrarium, ad quem est inducta, cum fuerit nullus ipso iure, non ad illum effectũ vt faciat locum esse successioni ab intestato. Casus in terminis in ista lege sic figuratur. Ego & Titius sumus hæredes instituti, & cuilibet nostrum datus est substitutus vulgaris, posthumus suus est exhæredatus a primo gradu, & præteritus a secundo, mortuo testatore posthumus nascitur eo modo. Titius moritur hæreditate non adita, nunquid ego cohęres potero adire hæreditatem. Respondetur quod non. ratio dicit text. iam enim propter substituti personam mortui hæreditate non agnita, a qua posthumus est exhę redatus, in totum fit ruptum testamentum. Ex prædictis infertur in fine legis quod Titio viuente, nec ego sine Titio, nec ille sine me possumus adire hęreditatem. Ratio, quia ante aditam hæreditatem ab ambobus, est dubium an altero omitten te in totum rumpatur testamentum. Patet ergo quod ambo simul adire possunt instituti. Pone quod ego & Titius simus hæredes instituti & adinuicem substituti, posthumus suus exhæredatus a primo gradu, & preteritus a secundo, mortuo testatore nascitur posthumus: Titius repudiat vel moritur non adita hæreditate, nunquid ego adire potero. Respondit quod sic, & efficitur hęres in totum ex testamento. hoc dicit. Ista lex fuit repetita per dominum Signorolum de Homodeis in felici studio Papiensi. 1384. hora. 20. in festo Sancti Nicolai &c. Finis.

REPETITIO

Dom. Thomæ Calanchi. Super Rubr. ff. de vulga. & pupilla.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio an recte definiatur esse secunda institutio. & nu. 5.*
2 *Substitutio an vere dicatur conditionalis institutio.*
3 *Definitio quid sit, & quid præpositio seu conclusio.*
4 *Instituendi verbo quid significetur.*
6 *Institutionem nepoti posthumi secundum Galli consilium esse secundam institutionem, nec tamen esse substitutionem.*
7 *Substitutione locum habente ex capite impotentię, ius quæsitum instituto non transfertur in substitutum.*
8 *Substitutio reciproca quare tertium genus substitutionis vocatur.*
9 *Substitutio reciproca an possit dici mixta.*
10 *Substitutio reciproca an sit genus, an vero species.*
11 *Genus iureconsultis quid dicatur.*
12 *Genus generalissimum quid, & subalternum.*
13 *Substitutio an sit genus generalissimum ad omnes substitutionum species.*
14 *Substitutionum arbor.*
15 *Substitutionem aliquando reperiri obliquam cuius prior institutio est directa, & contra.*

1 Contra glo. Rubricę inquantum dicit † ꝙ substitutio est secunda institutio, arguunt omnes qđ illa diffinitio non est bona, quia non conuertitur cum suo diffinito, iuxta l. 1. §. dolum de dolo. Nam dicunt ipsi, substitutio fieri potest in legatis, & in donationibus causa mortis l. vt hæredibus inf. de leg. 2. & l. vnica. §. fin. C. de cad. tollen. & tamen tunc non potest dici secunda institutio, quia titulus particularis legati differt a titulo vniuersalis institutionis l. cogi. §. & generaliter inf. ad Treb. Item reperitur aliqua secunda institutio, quæ non est substitutio. Præterea verbum institutio, significat hæredis institutionem, vt inf. l. 1.
2 in prin. Vnde extra glo. addunt secundam diffinitionem, † qđ substitutio dicitur conditionalis institutio l. cohæredi §. cohæredi. §. inf. eo. & l. in ratione. §. si filio. infr. ad legem Falci. & l. Gallus in prin. sup. de lib. & posthu. sed contra eam incontinẽti opponunt ꝙ nõ est generalis, quia fideicõmissum est substitutio l. generaliter. §. cum autem iuncta gl. in verbo, substituit. C. de insti. & substi. sub ꝓdi. fa. & tñ illa fieri potest pure, vt per totum inf. & C. ad Treb. Adde vltra eos tex. in l. nules ita hęre dem in prin. inf. de testa. mi. vbi probatur ꝙ secunda institutio est substitutio, & tamen non est cõditionalis, sed in diẽ. Omissis igitur tñsionibus aliorũ dico primo ꝙ gl. nõ meruit reprehẽdi, quasi male diffiniuerit substitutionem, dum dixit, substitutio est secũda institutio. Nã glo. noluit diffinire substitutionẽ, sed intel exit facere vnam cõclusionẽ seu propositionẽ veram. l. ꝙ substitutio est secũda institutio, & eius intẽtio nõ fuit tradere perfectã notitiã substitutionis. Ideo sicut qui dicit. hõ est anim al. nõ debet reprehẽdi, ita neq; gl. quæ dixit, substitutio
3 est secũda institutio. † Qm ꝓpositio seu cõclusio est oratio indicatiua verũ vel falsum significans, diffinitio vero est, ergo qđ est esse rei significãs. q. vt sit bona, debet simpliciter cõuerti cũ suo diffinito. Propositio aũt seu conclusio requirit ꝙ oratio sit indicatiua verũ vel falsum significans. Cuius cõuersio est triplex, vthis

et his versibus cōtinetur vulgatissimis apud Logicos. Feci sim
pliciter conuertitur Eua per acci. Asto per contra, sic fit con-
uersio tota. Nō obstat ꝙ in legatis & donationibus causa mor-
tis dicitur substitutio, & tamen non est institutio. nam dico ꝙ
in legatis & donationibus causa mortis est institutio. Nec enī
institutio est semper hęredis institutio, sed sicut dr̄ institutio ꝓ
curatoris, ita erit institutio legatarij. Non obstat. l. 1. in princ. ꝗ.
eo. quoniam institutio absolute posita, accipi debet secundum
subiectam materiam, modo pro institutione procuratoris, mo
do pro institutione hæredis, modo pro institutione legatarij.
4 † Instituere enim statuere, decernere, & ordinare. Vnde secun
da ordinatio facta in locum primæ institutionis vocatur substi
tutio, aut hæredis, aut procuratoris, aut legatarij. Et nota quod
licet omnis secunda dispositio facta in locum primę dispositio
nis posset videri substitutio, tamen ego non video quod soleat
appellari substitutio, nisi qñ noua persona subrogatur in quā
transeat ius primi instituti directum & vtile, vel vtile tantū. &
ideo institutio & substitutio procuratoris hæredis & legatarij.
sępe legitur, substitutio vero pęnalis non dicitur, sed dispositio
pęnalis, vt in l. si pęnum. inf. qñ di. leg. ce. quando testator gra-
uat hæredem dare pęnum, & si pęnum non dederit, dare mille
5 ideo diffiniri substitutio ita posse videtur. † Substitutio est se-
cunda institutio, quæ facta circa eandem rem cum prima ideo
fit, vt aliquādo si prima nō haberet effectum, & interdū si ha-
beret effectū, transeat ius decretū vel acquisitum ex dispositio
ne testatoris primo instituto, directū & vtile tantū in secundo
loco institutū, maxime post mortē testatoris, facta vero circa
diuersa est pars & sequela primæ institutionis. Ponitur institu-
tio, loco generis, reliqua omnia sunt loco differentiæ. Nam se-
cunda, quæ facta, &c. ponuntur ad differentiā secundę insti-
tutionis, quæ non substitutio, & cui non cōpetit hæc diffinitio,
vt similes faciat testamentū singulis impuberibus solis, nec ēt
sibi cum illis, vel si eundem non instituit sibi hæredem, quem
substituit filio, tunc quia alterum testamentū nō est pars & se-
quela alterius, neutrum dicitur substitutio, quamuis sit secun-
da institutio circa diuersa. Secus si eundem substituit filio, quē
sibi instituit hęredem. Tunc enim testamētum pupilli est pars
& sequela paterni testamenti, quia qui erit hæres patris, idem
6 filio necessarius & inuitus hęres erit. † Item institutio nepotis
ſm consiliū Galli est secunda institutio circa eandem rē cū pri
ma instōne, tamen quia est facta vt si prima institutio non ha-
beret effectum, substitutus admittatur in locum partemque
primi instituti, maxime post mortem testatoris, non dr̄ substō
nam fuit facta, quia nepos suus heres erit si filius viuo testatore
moreret̄, nec etiam pōt videri facta in casu, quo prima habuis-
set effectū, qm̄ concepta est in casum, quo primus institutus
moriat̄ viuo testatore, quo tempore instō nōdum pōt hr̄e effe
ctum. Dixi, transeat ius decretū vel acquisitū ex dispōne testa-
toris primo instituto in secundo loco institutū, propter hære-
dis adiectionē quæ si defendatur esse secunda instō, tamē quia
non transit ius primi instituti in secundo loco institutū, non dr̄
substō. Et hanc dr̄ iam vr̄ considerasse text. in l. qui non milita-
bat in fi. ꝗ. ita dū ait. Titius adiectus aut substitutus hr̄s nō erit.
nā si primus institutus fuisset capax tm̄ pro parte, videret̄ tm̄
institutus in illa pte, in reliqua vero pte, cuius nō esset capax, di
ceret̄ institutus Titius, & nō substitutus quia super eadē re nō
fuit alter prior institutus. Sed qñ primus institutus esset nullius
ptis capax, tunc Titius secundo loco institutus, optime diceret̄
substitutus quia alter potior eo fuit prior institutus sup eadem
re. Nā nō possumus dicere ꝙ primus institutus nō fuerit insti-
7 tutus in aliqua pte. Itē dixi, ius decretū, & non delatum, † quia
qñ substitutio habet locū, ex capite impotētię, tunc ius neq; de
latū neq; acquisitū primo instituto transfert̄ in substitutū, sed
tantūmodo decretū seu cōstitutū & omne ius delatū est decre
tū, sed nō ecōuerso. Itē dixi, vel acquisitū, ꝓp id ꝙ sequit̄, dire-
ctum & vtile, vel vtile tantū, quoniā si est decretū, transibit di-
rectū & vtile. Si vero erat acquisitū, transfertur vtile tm̄. Et di-
xi directū, & vtile, vel vtile tantū, ꝓp substitutionē obliquā, vbi
ius quidē acquisitū primo instituto transit in fideicōmissariū,
nō tn̄ directū & vtile, sed vtile tantū. Itē dixi, maxime post mor
tē testatoris, ꝓp huiusmodi secundā institutionē, si primus in-
stitutus me viuo moriat̄, qualis est institutio nepotis ſm consi-
lium Galli. Item dixi, maxime, quia erit substitutio, etiam si vi-
uo testatore transeat ius decretū primo instituto in secūdo lo-
co institutū, dūmodo nō fuerit facta vt solum viuo testatore
transiret, sicut qñ nepos instituitur ſm consilium Galli. Item
dixi, ex dispositione testatoris, quia si legitimus hæres rogatur
restituere vniuersam hæreditatem, nō debet hoc fideicōmis-
sum appellari substitutio, licet in fideicōmissariū transeat vni-
uersum ius primi hæredis, quia non est secūda institutio, prout
debet esse substitutio. legitimus heres enim non fuit institutus
Itaque dicatur hmōi fideicommissum potius institutio obli-
qua. Dixi præterea, & interdum si haberet effectum, quoniam
licet substitutio circa eandem rem fiat regulariter in casum,
quo prima institutio non sortiretur effectum, tamen etiā inter
dum fit si sortiretur effectū. l. miles ita. in prin. inf. de test. mili.
Tu vero cādide lector, quia oīs diffinitio in iure periculosa est,
vt opus erit, boni cōsulens nostræ diffinitioni adde vel adime.
8 † Consueuit rationabiliter quæri quō substō reciproca appelle
tur tertium genus substōnis a Iurecōsulto in l. iam hoc iure. ꝗ.
eo. Super quo vr̄ esse quot capita, tot sniæ. Alij .n. dixerūt im-
proprie dici substōnem, cum sit quædam adiectio substōnis,
vt in simili dr̄ in actione de peculio institoria & tributoria. Hęc
responsio in se potest stare, sed nihil est ad propositum, qm̄ qō
nō est cur eam appellauerit substitutionem, sed quō sit genus
substitutionis distinctū a vulgari & pupillari. Nam si actio de
peculio dr̄ actio, tn̄ aut est actio depositi, aut cōmodati, aut ex
mutuo, non aūt actio diuersa ab eis, ita si reciproca dr̄ substō,
tn̄ aut est vulgaris, aut pupillaris, & ideo nō debuisset appellari
tertium genus substitutionis distinctum a vulgari & pupilla-
ri. Præterea ex opinione istorum non habetur ratio quare di-
cta sit potius tertium genus, quā secūdum vel quartū aut quin
tum. Vnde alij dicebant quod immo est species de per se, quia
non potest fieri nisi pluribus, alię vero vni soli. Sed hæc rō nō
est bona, quia plus & minus non faciunt differe specie. & non
dicit quomodo est tertia species magis, quā secunda aut quar-
9 ta vel quinta. † Alij vero dicebant ideo esse tertiam speciē, quia
est mixta comprehendens & vulgarem & pupillarem, sicut di
cimus de actionibus mixtis. l. actionū duo sunt genera. infr. de
acti. & obliga. Isti manifestę decipiuntur, qm̄ substitutio reci-
proca non est mixta. Nam ante constitutionē diui Marci erat
substitutio reciproca, & tamen non erat mixta. i. comprehen-
dens vulgarem & pupillarē, qm̄ si cōprehēdisset vulgarē, quo
ad illud genus substitutionis nō fuisset extensa constitutio duo
rum, quia quo ad illam constitutionē esse tractam ad tertium
genus substitutionis quę vocatur reciproca, ergo prius nō erat
mixta. Præterea contingenter est mixta. Licet enim hodie sit
mixta quando fit impuberibus, tamen si fiat puberibus vel ex-
traneis, erit simplex & nihilominus reciproca. Item si duo in-
stituti sunt inuicem rogati, vt prior decedens restituat superstı-
ti partem suam, vt in l. Titia. §. Seia libertis. de leg. 2. in l. hære-
des mei. §. cū ita. ad Trebel. substitutio est reciproca, & tamen
10 non est mixta. † Quidam postremo alioquin eruditissimus, cu-
ius ego nō sum dignus soluere corrigiam calciamenti, animo
se profitetur eam proprie appellari genus, & non speciē, quia
prædicatur de pluribus differentibus specie, videlicet de vulga
ri & pupillari. Sed eius opinio confunditur ex his, quæ s. proxi-
me dixi. s. ꝙ nō cōprehendit vulgarē & pupillarē. ꝙ aūt nō præ
dicetur de vulgari & pupillari & per cōsequens non debeat di
ci genus ad vulgarē & pupillarē. Quod genus debet prædicari
de suis speciebus, ostendo similitudine manifesta. nā illud dr̄
prædicari de altero, qđ positū in propositione vniuersali potest
esse prædicatū, qñ illud, de quo prædicat̄, esset subiectū, vt ani-
mal prædicat̄ de homine, quia hæc est vera, oīs homo est ani-
mal. Prędicatū aūt dicitur terminus sequens verbum subiectū
vero præcedens verbū. Sed substitutus in reciproca nō potest
esse prædicatum in propositione vniuersali, cuius subiectū sit
vulgaris. nam hæc est falsa, omnis substitutio vulgaris est sub-
stitutio reciproca, ergo &c. Nos demum quid sentiamus audi,
& breuibus expediam vt vos amantissimos mei promerear.
11 † Genus apud Iureconsultos & reliquos scribentes vocatur
aliquando collectio multorum similium aliquo modo, vt si
dicimus, genus hominum est præstantius cæteris animātibus.
Aliquando pro specie, vt genus musicorum est genus homi-
num, idest vniuersa collectio musicorum est species hominū.
Aliquando etiam genus dicitur modus agendi seu operandi,
vt si dicamus, genera loquendi & genera scribendi sunt tria. i.
modi loquendi & modi scribendi sunt tres. Vñ facta sunt hæc
nomina demonstratiua & relatiua cōposita ex nomine demō
stratiuo vel relatiuo, & mō indeclinabilia, & oīs generis, videli
cet hmōi, istiusmodi, eiusmodi, illiusmodi, cuiusmodi, in quib.
modus stat pro genere. i. pro huius generis, illius gñis, eius ge-
neris, illius generis, cuius generis. Quando ergo genus accipi-
tur pro specie, tunc quia genus prædicatur de pluribus differē-
tibus numero, contingit ꝙ ea, de quibus prædicatur, quādoq;
& ipsa prædicentur de alijs, & deinceps illa de alijs. Vnde fit vt
primum genus, secūdum, tertium, & quartū, & deinceps alia
in infinitum gña eiusdem rei cōstituantur, & ideo post primū
genus inferiora genera vocantur genera subalterna, vel species
12 subalternæ, itaq; ꝙ si respicimus ad arborem Porphyrij, substā-
tia erit genus generalissimum, deinde substantia corporea &
incorporea erit primū genus substantiæ, subinde animata &
inanimata erit ſm genus substantiæ generis generalissimi, &
primū substantiæ corporeæ, postea substantia sensibilis erit ter
tium genus substantiæ generis generalissimi, & secundū sub-
stantiæ corporeæ, & primum substantię animatę, & sic de alijs.
Ad propositum modo substitutio reciproca est tertiū genus
substitutionis, & secundū substitutionis directæ aut obliquæ,
& primum

& primum substitutionis vulgaris & pupillaris, militaris, exemplaris, & fideicommissariæ. Nam substitutio directa & obliqua sunt primum genus substitutionis, deinde vulgaris, pupillaris militaris, exemplaris, & fideicommissaria, sunt secundum genus substitutionis, & primum directę, aut obliquæ, demum reciproca & compendiosa sunt tertium genus substitutionis, & secundum substitutionis directę & obliquę, & primum vulgaris, pupillaris, militaris, exemplaris & fideicōmissariæ. Vbi nota quod non dicimus substitutionem ipsam simpliciter sumptam esse primum genus substitutionis, sicut hominem nō diceremus esse primum genus hominis, sed bene primū genus animalis, quia nihil creatum est genus summum, propterea incepimus a substitutione directa vel obliqua, & eā appellauimus
13 primum genus substitutionis. † Et genus generalissimum substitutionis obliquæ & substitutionis directę non est ipsa substitutio, vt aliqui existimarunt, quoniam illud dicitur esse genus generalissimum, quod cum sit genus, non potest esse species, vt substantia. Substitutio autem est species substantię & vltimę voluntatis & institutionis. ergo non est genus generalissimum sicut etiam animal nō dicitur esse genus generalissimum, quia cum sit genus, potest esse species substantiæ, & species corporis. Quod si volumus analogiam substitutionis plenius videre, inchoandum est a substantia, quod est genus generalissimum quæ diuiditur in substantiam corpoream, & incorpoream. deinde incorporea diuiditur in cōtractus inter viuos & vltimam voluntatem, mox vltima voluntas subdiuiditur in legatum & institutionem heredis. Postea institutio hæredis diuiditur in institutionem hæredis primam, & institutionem hæredis secundam. Institutio hæredis secunda diuiditur in institutionem secundam, quæ non dicitur substitutio, & in eam quæ dicitur substitutio. Deinde substitutio diuiditur in directam, & obliquam. Directa diuiditur in vulgarem & pupillarem, militarem & exemplarem. Hæ postremo diuiduntur in reciprocam, & compendiosam, & in quouis alio modo conceptam. Quæ, vt liquido omnibus innotescant, & persuaderi magis va-
14 leant. † Arborem subiecimus instar arboris Porphyrij.

Substantia.
Corporea — Incorporea.
Incorporea.
Contractus inter viuos — Vltima voluntas.
Vltima voluntas.
Legatum — Institutio hæredis.
Institutio hæredis.
Institutio hæredis prima — Institutio hæredis secūda.
Institutio hæredis secunda.
Instō secūa, q̄ nō est substō — Instō secūa, quæ est substō.
Substitutio.
Directa — Obliqua.
Directa.
Vulgaris Pupillaris — Militaris Exemplaris.
Exemplaris
Militaris
Pupillaris
Vulgaris
Reciproca — Compendiosa.

Simili modo substitutio obliqua ponatur in recta linea prædicamentali cum omnibus generibus supra se, quæ habet substitutio directa, & infra eam ponatur ab vtroque latere fideicōmissum, quia prædicatur solum de vna specie superiori ad reciprocam, & compēdiosam, deinde sub fideicommisso ponatur reciproca seu reciprocum, & compendiosa seu cōpendiosum, & quocunq. alio modo factum. De fideicommisso reciproco est casus in l. Titia §. Seia libertis inf. de legat. 2. & in l. hæredes mei §. cum ita. ad Trebel.

Substitutio.
Directa — Obliqua.
Obliqua.
Fideicommissum — Fideicommissum.
Fideicommissum.
Reciprocum — Compendiosum, & quouis alio modo conceptum.

Non sunt visę autem immediatę species substitutionis obliquę reciproca & compēdiosa, quia censeo fideicommissum esse speciem substitutionis obliquæ superiorem ad reciprocam, & compendiosam, quamuis contingenter idem sit quod substitutio obliqua. nam sicut non reperitur nisi vnicum indiuiduum speciei phenicis, quod quidem est manifestum differre ab ipsa specie, tamen vere dicimus quod omnis phenix est illud indiuiduum. Ita omnis substitutio obliqua est fideicommissum, ex quo reperitur substitutionis obliquę tantum vna species, tamē est quoque apta nata prædicari de pluribus speciebus superioribus ad reciprocam & compendiosam, vt si induceretur quod substitutio obliquę facta quibusdam verbis appellaretur fideicommissum, & ex eo posset detrahi quarta, facta vero alijs verbis appellaretur præcarium, & nō liceret detrahi quarta. Et no-
15 ta quod † sicut potest esse substitutio obliqua, cuius prior institutio sit directa, ita potest esse substitutio directa cuius prior institutio sit obliqua. Primum patet, quando hæres directo institutus est rogatus per fideicommissum restituere hæreditatē. Item quando legatarius rogatur per fideicommissum restituere alteri quod acceperit, vt §. 1. Institu. de sing. re. per fideicom. reli. De secundo est casus in l. 3. §. idem dicendum inf. de adi. leg. quando fideicommissum relinquitur a legitimo hærede alicui, & si ille prior decesserit, quam dies fideicommissi cedat, præstetur alteri. tūc enim secundus fideicommissarius directo succedit in locum primi, vnde erit institutus quidem oblique, sed substitutus directo, quia non capit fideicommissum de manu primi fideicommissarij, sed ab hęrede. Nam est substitutio institutionis directę & substitutio institutionis obliquę & sicut substitutio institutionis directe aliquando est directa aliquando obliqua, ita substitutio institutionis obliquę aliquando est directa, aliquādo obliqua, & sicut substitutio diuiditur in obliquam & directam, eodē modo instō prima diuiditur in obliquam & directam. Vnde fit vt fideicommissum non semper sit substitutio obliqua, & omnis substitutio obliqua appelletur fideicommissum, sed non econuerso. Item omnis prima institutio obliqua appelletur fideicommissum licet non ecōuerso. Propterea si in codicillis rogatur hęres legitimus restituere hęreditatem, hoc fideicommissum non erit substitutio obliqua, ex quo non precessit institutio hęredis legitimi, sed verius dicetur institutio obliqua, ex quo ei non conuenit diffinitio substitutionis. Compendiosa est etiam ipsa tertium genus substitutionis sicut reciproca. Vtraque enim subalternatur pupillari, & neutra inter se subalternatur alteri, sed vtraque ponitur sub pupillari in pari linea transuersali. Finis.

REPETITIO

Io. Cephali Ferrariensis Iurisconf. Super Rubrica ff. de vulg. & pupil. substit.

SVMMARIVM.

1 *Testamenta conseruari reipublicæ interest.*
2 *Testamenta conseruari pium est.*
3 *Substituendi facultas quare fuit introducta.*
4 *Hæres potest non adire vel quia nolit vel quia non possit.*
5 *Testamentum corruit vbi hæreditas non aditur.*
6 *Votum captandæ mortis inducitur per substitutionem.*
7 *Votum captandæ mortis improbatur.*
8 *Collatio Pōtificis per quam quis substituitur in beneficio post mortem primi beneficiati non valet.*
9 *Pontifex in beneficialibus habet liberam potestatem.*
10 *Votum captandæ mortis non cōsideratur vbi interuenit consensus illius cuius mors captari potest.*
11 *Votum captandæ mortis non attenditur vbi non principaliter sed secundario venit in consideratione.*
12 *L. fi. C. de pact. declaratur.*
13 *Votum captandæ mortis quare non consideretur in substitutione.*
14 *Continuatio rubricarum quare fiat.*
15 *Substitutiones dicuntur institutiones.*
16 *Accessoria postponuntur.*
17 *Specialia debiliora sunt ordinarijs.*
18 *Doctor qui iure communi est ex collegio præfertur ei qui est iure speciali.*
19 *Possessio iure communi quæsita præfertur possessioni quæsitæ iure speciali.*
20 *Ciuis originarius præfertur ciui ex priuilegio.*
21 *Institutio tertia & quarta dicitur substitutio.*
22 *Definitio non est probabilis cum non conuertatur cum suo definito, & infra nume. 78.*
23 *Nuptiæ omnes post primas dicuntur secundæ.*
24 *Matrimonium tertium venit appellatione secundi, & hoc facit ad quæstionem de qua ibi.*
25 *Guerra omnis post primā pōt dici secunda, quod facit pro salutatione testiū.*

Testium

26 Testium verba vulgariter non autem legaliter sunt intelligenda.
27 Nuptiæ omnes post primas dicuntur æqualiter impudicæ.
28 Testium verba etiam legaliter sunt intelligēda ad hoc vt falsitas euitetur.
29 Testes quomodo concordari possunt si vna pars eorum dixerit quid factum fuisse ante nuptias & altera pars post nuptias.
30 Factum in guerra dicitur quod fit in ipsius gueræ trepidatione.
31 Testes aliaque probationes saluamus per distinctionem temporum vel locorum.
32 Vbi sumus in actu reiterabili.
33 Primogenitus ex secundo matrimonio an succedet in baronia non extantibus liberis ex primo matrimonio si statutum dictet, quod primogenitus ex primo matrimonio succedat in Baronia.
34 Aequitas inter filios iure communi est seruanda.
35 Statutum iuris communis correctorium propriè, & strictè est interpretandum.
36 Verba impropriantur vbi agitur de saluando teste, & de contrarietate euitanda.
37 Glo. §. talem l. si quis prioris, C. de secund. nup. damnatur.
38 Cap. cleros 21. dist. explanatur.
39 Glo. pen. c. cum Vintoniensis, de electio. in antiq. declaratur.
40 Electiones cessatæ & annullatæ sunt tamē electiones impropriæ & abusiuæ.
41 Primogenitus vere & proprie præsupponit fratres sequentes.
42 Iesus Christus Dominus noster dicitur primogenitus & si vnicus sit.
43 Lucri si mētio fiat intelligitur de omni lucro secus si fiat de lucro & questu.
44 Substituo verbum fit directum ex verbo hæredem adiuncto.
45 Vt econuerso si iungatur verbo restituo.
46 Matrimonium secundum quando possit dici & non dici primum.
47 Verba etiam in materia statuti stricte intelligenda potius secundum subiectā materiā quam secūdū propriam significationem sunt interpretanda.
48 Substitutio pupillaris quandoque non est secunda institutio nec in hærede pupilli nec in ipso pupillo.
49 Substitutio pupillaris prouidet pupillo.
50 Testator non potest pupillariter substituere nisi prius sibi faciat testamētū.
51 Substitutio pupillaris, facit secundam institutionem ac secundum gradum.
52 L. 2. §. fi. ff. de vulg. inducitur.
53 Substitutus pupillariter dicitur secundus hæres, & in secundo casu substitutus.
54 Substitutio pupillaris quando faciat & non faciat secundam institutionem secundumque gradum.
55 Gradus secundus in transuersalibus dicitur habita relatione ad lineam ascendentium.
56 Gradus primus in transuersalibus non datur.
57 Fratres inter se in quo sint gradu.
58 Substitutio pupillaris dicitur secunda institutio inspecta eius forma.
59 Euentus tristis non est considerandus.
60 Filius facile patrem non offendit.
61 Substitutio pupillaris a milite an fieri possit absque eo quod sibi hæredem faciat.
62 L. 2. §. quisquis ff. de vulg. subst. declaratur.
63 Testamentum filij factum a patre quandoque est substitutio quandoque non, vt ibi.
64 Substitutio pupillaris quando dicatur sequella testamenti paterni vel potius testamentum principale filij.
65 Sequella a principali dependet.
66 Gabella non soluitur de accessorijs & sequellis.
67 Substitutio fieri potest in legatis ac donationibus causa mortis.
68 Instituo verbum an comprehendat etiam legata.
69 Verba in definitionibus an proprie vel improprie accipi debeant.
70 Definitum esse proprium sufficit licet verba acciperentur improprie.
71 Donatio causa mortis æquiparatur legato.
72 Obligationes instituuntur.
73 Actiones instituuntur.
74 Institutio datur in re particulari.
75 Substitutio qualis definiatur in hac rubrica.
76 Substitutio etiam fit in vitibus arboribus, ouibus, & simil.
77 L. Quærebatur §. fi. de mil. test. declaratur.
79 Institutionem accipi in genere & in specie.
80 Institutio 2. non consideratur in genere & in specie.
81 Hæres adeundo censetur cum legatarijs contrahere.
82 Substitutus quando ad legata tenetur ex eo solo tenetur quia primus hæres non tenetur ne legata corruant.
83 Substitutio est conditionalis institutio.
84 Successuri ab intestato non admittuntur donec extat hæres scriptus ad tempus.
85 Legata an & quando a substituto debeantur.
86 L. Quærebatur §. fi. de mil. test. loqui de substitutione.
63 *Filios in potestate non esse necessarios hæredes ex testamento, nisi posteaquam se immiscuerint.*
64 *Suitatem non tolli per dationem cohæredis extranei.*
65 *Tabulæ pupillares an confirmetur per nudam existentiam suitatis.*
66 *Substitutus filio abstinenti an teneatur respondere creditorib. hæreditarijs.*
67 *Institutus pro parte pure & pro parte sub conditione, repudiando partem pure delatam, an in reliqua sibi præiudicet.*
68 *Filius ab hæreditate patris abstinẽs nõ desinit esse suus hæres nudo nõe.*
69 *Substitutionis vulgaris effectus per quæ impediri seu extingui soleant.*
70 *Substitutio facta pluribus hæredibus singulis diuisim facta creditur.*
71 *Copulatiua an differat a copulato.*
72 *Substitutio sic facta, si mihi filius aut filia hæres nõ erit, Caius hæres esto, qualiter intelligatur. & nu. 75.*
73 *Et, particula in quibus differat a dictione, neque.*
74 *Copulatiua quando requirat concursum copulatorum.*
76 *Substitutio sic facta, si neq; Titius neque Mauius &c. an sit copulatiue concepta ex duabus conditionalibus.*
77 *Propositiones quæ quibus æquipolleant.*
78 *Substitutio facta, si vterque hæres non erit, quando sortiatur effectum.*
79 *Substitutio pluribus sub vna verborum conceptione facta, an censeatur facta singulis separatim, an omnibus collectiue.*
80 *Substitutio pupillaris expressa quando cõtra fratrem admittatur, & quãdo non. & nu. seq.*
82 *Substitutus duobus, si vterque sine liberis decesserit, an admittatur altero decedente sine liberis.*
83 *Substitutum admitti hærede aduersus aditionem in integrum restituto.*
84 *Filio post aditã hæreditatẽ matris abstinẽte, veniũt legitimi ab intestato.*
85 *Abstinendi beneficium quare a pretore fuerit introductum.*
86 *Substitutus vulgaris an excludatur per nudam existentiam sui hæredis.*
87 *Institutio in quo differat a substitutione.*
88 *Legata in secundis tabulis sub conditione relinqui præsumuntur.*
89 *Nepos secundum legem Velleiam institutus quando admittatur, & an excludat filium emancipatum.*
90 *Institutio nepotis secundum consilium Galli, an possit dici substitutio.*
91 *Galli Aquilij prouisio ad quid inuecta fuerit.*
92 *Filius an sit necessario instituendus vel exhæredandus.*
93 *Pater filium instituens vel exhæredans eum emancipabitur, quare non satisfaciat necessitati instituendi vel exhæredandi.*
94 *Substitutus hæredi sub conditione instituto, quando iungatur ei qui est pure institutus.*
95 *Filio præterito testamentum approbante, an institutus, qui iure prætorio adire potest, sit potior substituto succedente de iure ciuili.*
96 *Testamentum, in quo filius in potestate præteritur, & venientes ab intestato hæredes scribuntur, an valeat.*
97 *Substitutio tacita vulgaris quæ in expressa pupillari continetur, an extinguatur extincta pupillari.*
98 *Substitutio pupillaris facta maiori vel extraneo an cõtineat in se vulgarẽ.*

HAeredes. Opponitur ad principiũ tex.
qui dicit ꝙ instituti dicũtur
primo gradu, substituti secũdo vel tertio, quia
substitutus pupillo exhæredato est hęres pri-
mi gradus, & vocatur substitutus. Itẽ est sub-
stitutus, nec est hęres in secũdo vel tertio gra-
du. Ideo dicamus ꝙ Iureconsultus non intellexit per illa verba
diffinire quis esset institutus aut substitutus, sed illa verba solũ
dixit ad denotandũ diuersitatẽ inter institutos & substitutos,
& ad confirmationẽ eius ꝙ dixerat. s. ꝙ hęredes aut instituti di
cũtur, aut substituti. Quod esse verum probat ex eo ꝙ instituti
dñr primo gradu, & non secũdo vel tertio, substituti vero secũ
do vel tertio, & hoc mõ non excluditur quin substitutus ẽt di-
catur aliquando in primo gradu, quia sensus est ꝙ instituti nõ
dñr nisi in primo gradu, quia in secundo vel tertio appellãtur
2 substituti. † Sequitur Iurisconsultus, & dicit ꝙ hęredis substõ
aut duplex est aut simplex, & intelligit substõnem duplicem,
qñ tacite vel expresse est in vtrumq; casum, & quo hęres erit,
& quo hęres non erit. Substitutionem vero simplicem intelli
git quando est in alterum casum tm̃, adeo ꝙ etiam si ex ea suc-
cederetur patri & pupillo in eundem casum, nihilominus eam
vocat simplicem, vt videtur probari in l. iam hoc iure. §. 1. inf.
eo. vbi substitutio quidem facta in vnum casum tantũ, si tamẽ
trahatur etiam ad alterum, appellatur duplex, ergo si non tra-
hatur ad alterum casum, erit simplex. Et ex ea, si forte est vul-
garis, succeditur patri in illum casum, & etiam pupillo, si con-
tingat mori in pupillari ætate, probatur, quia substitutio pupil-
3 laris alia est in primum casum, & alia in secundum. † Substitu-
tio in primum casum est ista, si hæres non erit, absque ꝙ aliter
habeatur mentio de pupillari ætate, & ita substitutionẽ in pri-
mum casum iura ostendunt, qñ de ea separatim loquuntur a
substitutione facta in secundum casum. Substitutionem vero
factam, si filius hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, appel-
lant substitutionem in secundum casum. d. l. iam hoc iure. & l.
Lucius. inf. eo. & l. quamuis. C. eo. Siquidem in d. l. quamuis. hẽ
formaliter hmõi substitutio, si mihi Firmianus filius & Elia
vxor mea (quod abhominor) hæredes non erunt, in locũ eorũ
Pub. Firmianus hæres esto. hic non est facta mentio de pupil-
lari ætate, & nihilominus est substitutio in primũ casum, apta
extendi ad secundum, licet ibi non extendatur ob imparitatẽ
personarũ. Præterea in d. l. iam hoc iure. Iurisconsultus volens
docere quõ quis debeat substituere duob. filijs, quorũ vni vult
substituere in primum casum tm̃, quia pubes est, & alteri etiã
in secundum casum, quia impubes, monet nõ esse vtrique vul-
gariter substituendum, qm̃ licet substitutio vulgaris facta pu-
pillo alias soleat porrigi etiam ad s̃m casum, tamẽ hic propter
imparitatem institutorum voluntatis, quæstionẽ relinqueret,
nũquid voluerit vt substitutio videretur in altero duplex id est
in primũ & in secundũ casum, & in altero sola esset vulgaris,
an vero de vna vulgari tantummodo substitutione in vtrius-
que persona senserit, ꝙ si vulgaris substitutio non porrigeretũ
ad s̃m casum nisi post formam vulgarem esset additũ, & in pu-
pillari ętate decesserit, testator non relinqueret voluntatis quę
stionem personis imparibus vulgariter substituẽdo, si post vul-
garem substitutionem non adderet, si in pupillari ætate deces-
3 serit. † Postquam vidimus quæ dicatur substitutio in primum
casum, & quæ in secundũ, restat videre ꝙ substitutio vulgaris
facta absq; eo ꝙ etiam dictũ sit, si in pupillari ætate decesserit,
est ea substitutio, quæ fertur porrigi de primo casu expresso ad
s̃m casum tacitũ. Item ꝙ ex substitutione vulgari facta pupillo
si non est dictum, si in pupillari ętate decesserit, succedatur pu-
pillo si hæres non erit, & impubes decesserit, argumento maxi
mo, est, quod si ex ea succederetur soli testatori, non posset as-
signari congrua ratio quare illa vulgaris magis porrigitur ad
casum, si hæres erit. & in pupillari ætate decesserit, quam ad ca-
sum, si hęres non erit. & impubes decesserit. Ideo necessarium
est dicere quod olim & hodie succedatur pupillo ex substitu-
tione vulgari facta sine eo quod dictum sit, si in pupillari ætate
4 decesserit. † Et not. quod substitutio facta pupillo, si hæres non
erit, quamuis in illũ casum pupillo succedatur, potest dici vul-
garis, ex quo est concepta in casum vulgarem. Ita enim appel-
lat eum casum Iurisconsultus in d. l. iam hoc iure sed nihilomi
nus etiam est pupillaris, ex quo per eam succeditur pupillo,
quia nomen vulgaris, ostendit casum, in quem substitutio est
concepta. i. in casum vulgarem, non etiam ostendit cui succe-
datur. Pupillaris vero non ostendit casum, quo hæres non erit,
aut hæres erit, sed ostendit personam, cui succeditur. Dicta eñ
est vulgaris, eo quod sit magis frequens, & magis communis,
quia frequentius cõtingit eo modo substituere, quam alio mo
do. ex quo potest quilibet eo modo substituere. Hinc apud Va-
le. Maximum quidam titulus inscribitur de morte non vulga-
ri. i. minus frequenti. Hinc etiam vulgo, aduerbialiter ponitur
pro regulariter, & frequẽter, & passim. l. in ratione. §. quod vul
go. inf. ad. l. Falc. Adde quod non ob aliud dicimus factum esse
vt hodie substitutio facta pupillo in primũ casum trahatur ad
secundum, & econuerso, non autẽ vt vulgaris trahatur ad pu-
pillarẽ, & econuerso, nisi quia vulgaris facta pupillo est pupilla
ris in primũ casum, & inepte fuisset statutũ quod expressa sub-
stitutio in primũ casum facta pupillo traheretur ad pupillarẽ,
quia videretũ quod expressa nõ esset pupillaris in primũ casum.
Sic inepte diceremus qđ substõ expressa ĩ s̃m casum facta pu-
pillo trahit ad vulgarẽ, quasi nõ potius, & magis principalr tra
hat ad pupillarẽ in primũ casum, ideo inscitiã illius constõnis
fatentũ manifestam, qui dicunt ꝙ hodie substitutio vulgaris ex
constõne Diui Marci porrigiẽ ad pupillarẽ, & econuerso. Nec
mihi obijciatur ꝙ aliqñ ipse quoque vtar simili modo loquen
di, vt quia dicã sępenumero ꝙ expressa vulgaris continet in se
tacitam pupillarẽ, & econtra, qm̃ licet cõi vsu loquendi vtar,
quo facilius intelligar, tamen cõstat ꝙ in effectu diuersus abeo
5 a cõmuni opinione. † Et ex his sufficienter apparet quod voluit
Bal. in l. precibus. C. eo. quẽ ibi sequunẽ cõiter scribẽtes, nõ es-
se verum ꝙ ad hoc vt sit substõ pupillaris, debeat fieri mentio
pupillaris ętatis cõditionaliter hoc mõ, si filius meus decedat
in pupillari ætate, talẽ substituo. Nam substitutio põt esse pu-
pillaris,

pillaris,quamuis non dictũ , ſi in pupillari ætate deceſſerit, vt
nuper oſtendi.& eſt tex.in pupillari.& in l. qui filiũ habebat in
quantũ loquitur de ſubſtitutione facta filię,ſi deceſſiſſet ante-
quam nuberet inf.eo.& in c.ſi pater de teſt.lib. 6.¦vbi ſubſtitu-
tio fit in longius tempus ætate,pupillari, & tamen eſt pupilla-
ris. Nec obſtat ſi diceres,videtur quòd ex ſubſtitutione vulga-
ri facta perſonis imparibus non ſuccedatur pupillo ſi hęres nõ
erit, & impubes deceſſerit, propter inęqualitatẽ.ne vnus ſuc-
cedat teſtatori & pupillo,alter vero ſuccedat ſoli teſtatori. Nã
dico quod cum ille,qui ſuccedit teſtatori & pupillo,cenſeatur
ſuccedere in vnũ patrimoniũ , vt inf.oſtendã in proxima quæ-
ſtione,non reſultat inęqualitas,non aliter, quam ſi ambo fuiſ-
ſent impuberes inuicẽ ſubſtituti,& hæreditas vnius eſſet opu-
6 lentior hæreditate alterius. † Quomodo aũt ſubſtitutus pupil
lo ſolũ vulgariter ſuccedat teſtatori & ẽt pupillo, ſi forte ad-
huc in prima ætate conſtitutus deceſſerit, dic qđ cũ pater ha-
beat poteſtatẽ cõdendi teſtm̃ filio impuberi , bona filij cẽſenẽ
eſſe aliquo modo bona patris quantũ ad ptãtem nudam, quã
habet de illis teſtandi. Non obſtat ſi diceres, aliqñ quis prohi-
betur capere bona teſtatoris,qui non prohibetur capere bona
pupilli.l.ſi is,qui ex bonis inf.eo.quia dico ꝙ bona pupilli cen-
ſentur bona teſtatoris, ſumpta perſona teſtatoris ſimpliciter
prout perſona teſtatoris, qm̃ hactenus cenſenẽ bona patris,ꝙ
de illis eſt teſtatus,ſed ſumẽdo perſonam teſtatoris aliter, quã
prout perſonam teſtatoris,puta prout perſonã patris,tũc bona
pupilli nõ cenſenẽ bona teſtatoris, ideo filius naturalis ſubſti-
tutus impuberi fratri legitimo & naturali prohibitus capere
bona teſtatoris,capiet bona pupilli, qui non ſimpliciter prohi
bet capere bona teſtatoris ,;quia ſint bona teſtatoris, ſed quia
ſunt bona patris. Nã tolle perſonã patris, vt ga ſit ſubſtitutus
pupillariter ab extraneo, perſona teſtatoris ei nõ erit impedi-
mento quin capiat bona impuberis & teſtatoris,& hoc nõ eſt
inconueniens qđ aliquis multipliciter cõſideretur, & habeat
plures perſonas,vt pulchre oſtẽdit Lauren. Vallen. lib.6. elegã
7 tiarum linguę Latinę. c. 454. Igitur ad propoſitum † quando
teſtator aliquem ſubſtituit filio impuberi in primum caſum,
eſt perinde, ac ſi eum ſubſtituiſſet in bonis proprijs pro parte
pure,& pro alia parte ſub hac ꝯditione,ſi filius decedat impu-
bes l.cohęredi.§.cohæres inf.eo.l.in ratione.§.quod vulgo.inf.
ad l. Falcid. Tamen hæc interpretatio nõ fit, niſi mortuo pu-
pillo intra pubertatem, quoniam ſi in continenti quod pupil-
lus repudiaſſet hæreditatem patris, cenſeretur ſubſtitutus, eſ-
ſet ſubſtitutus pro parte pure, & pro alia parte ſub conditione
bona pupilli pertinerent omnimodo ad ſubſtitutum,ſiue im-
pubes moreretur,ſiue pubes factus,quoniam qui ex parte hę-
res inſtitutus eſt pure,ex parte ſub ꝯditione,ſolus ẽt pendente
cõditione ſi adierit hæreditatẽ,ex aſſe hæres erit.quia ſolus fu-
turis eſt hæres omnimodo, niſi habeat in conditionem patrẽ
8 ſubſtitutum l.cohæres.§.fi.inf.de acquirẽ.hære. Hinc eſt † qđ
ſubſtitutus pupillo, ſi fuit hęres patris pupilli,neceſſario etiam
erit hęres pupilli,adeo quod ẽt ſi viuo pupillo mortuus erit,de
inde pupillus impubes deceſſerit,nihilominus is,qui hęres ex-
titit ſubſtituti,neceſſario quoq; habeat eſſe hæres pupilli.l.qui
patri inf.de acqui.hære.& l.quidam elogio.C. de iur. deli. Nã
cum vnum ſit teſtm̃, & vnum ſit iudicium quamuis duę ſint
hæreditates, eſt indiuiduum vſqueadeo, vt quos quis ſibi facit
neceſſarios,eoſdem filio faciat l.1.§.prius ver.cæterum, & ſed
ſi plures.§.1.inf.eo. ergo cum ſit vnum teſtamentum duarum
cauſarum, non poteſt agnoſci vna cauſa, & alia repudiari, ſed
quia agnouit vnam cauſam, neceſſario quoq; ei altera accre-
ſcit. Non tamen hoc caſu habet locum ius accreſcendi ea de
cauſa,quaſi ageretur de ſucceſſione tantum vnius hæreditatis
quo caſu ideo habet locum ius accreſcẽdi,ne teſtator decedat
pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus l.ſi ex pluribus inf.de
ſuis & legi. & l. vnica. C.quando non peten. par. peten. accre.
Nam ſi eo modo haberet locum ius accreſcendi,quando agi-
tur de hæreditate patris & pupilli ſimul,quo ſi ageretur de hæ
reditate vnius tantum, ſequeretur ꝙ ſi teſtator vnum ſibi in-
ſtituiſſet,& alium impuberi ſubſtituiſſet,repudiante ſubſtitu-
to pupilli, illa accreſceret hæredi patris. Item ſi inſtitutus nol-
let adire hæreditatem patris,illa accreſceret ſubſtituto impu-
9 beris,quorum neutrum contingit.† Ideo tu debes ſcire, quod
in vltimis voluntatibus qui vnum agnouit, non poteſt aliud
repudiare, aut quia ius noſtrum non patitur eundem in paga-
nis & teſtatũ & inteſtatũ deceſſiſſe l. ius noſtrum infra de reg.
iur. aut quia non licet ſcindere placitum teſtatoris ſuper eadẽ
re, vel etiam ſuper diuerſis repudiare habentem onus l.nemi-
nẽ cũ l.ſeq. .1.& l.ſeq.de le.2.& l.ſi ſolus in prin.inf.de acqui.
hęre.propter primam rationem ius accreſcendi nunquam ha
bet locum,ſi hæreditas patris adeatur,& pupilli non adeatur,
vel econtra,quoniam ſi teſtator ſibi vnum inſtituit & filio ſub
ſtituit alium,quicunq; ſit,qui repudiat hęreditatem ſuam,ſiue
ſit hæres teſtatoris, ſiue ſit hæres pupilli, non poteſt videri te-
ſtatus pro parte bonorum,& pro parte inteſtatus quoniam pa
tri licuit ſibi ſoli facere teſtamentum,quod non extenderetur
ad bona pupilli. Sed ſi videretur teſtatus de parte bonorum
tm̃,eo quia non eſſet teſtatus etiam de bonis pupilli, extẽdere
10 tur vtiq; ad bona pupilli. † Quoniam teſtm̃ factum ſuper vna
parte bonorum extenditur ad omnia bona l.cohæredi.§.fi. ſe-
cundum verum intellectũ infr. eo. itaq; pater decedit teſtatus
quo ad omnia bona ſua,& filius eſt,qui decedit inteſtatus,pro
pter ſecũdam rationem quoq; qui agnoſcit vnam hęreditatẽ
non vetatur aliam repudiare,quia nõ agitur de ſcindẽdo iudi-
cium teſtatoris ſuper eadẽ re,ſed ſuper diuerſis, & vbi ſunt di-
uerſę res, qui vnam agnouit, vetatur alteram repudiare ita de-
mũ,ſi vni & eidem perſonæ fuerint ambę relictę,quoniam ſi
fuerint relictę diuerſis,ius accreſcendi nõ habet locũ inter diſ-
iunctos re & verbis. Non obſtat quod aliquando licitum eſt
omittere hæreditatem paternã,& pupillarem amplecti. vt qñ
habet cohęredẽ l.quæſitum inf.de acqu.hæred.& l.apud.Iulia
num.§.idem Iulianus,& l.ita tñ. §. qui ſuſpectam inf.ad Treb.
vbi voluntas teſtatoris pro parte omittitur & pro parte agno-
ſcitur Et non poſſumus dicere illud eſſe, quia voluntas teſta-
toris conſeruetur a cohærede, quoniã etiam quando eſt datus
cohæres vel ſubſtitutus vulgaris,non licet ſcindere voluntatẽ
teſtatoris l.ſi ſolus in princ.infra de acqui.hære.ideo dicas eſſe
fauore pupilli, qui ipſe ſaltẽ põt habere ſucceſſorẽ, ꝗuis. n. ex
aſſe inſtitutus a patre, & idẽ ſubſtitutus nõ poſſit iudiciũ pr̃is
ſcindere agnoſcendo hæreditatẽ paternã repudiatã, tñ qñ eſt
11 datus cohęres,permittitur,† quoniam qñ ſolus eſt inſtitutus,
duo faciunt ꝙ nõ poſſit repudiata hæreditate patris pupillarẽ
amplecti. Primo,ga hr̃ditas pupilli non põt adiri, niſi hæredi-
tas patris prius fuerit adita. Itẽ ne iudiciũ teſtatoris ſcindatur.
Sed quãdo habet cohæredem,vnica tantũ ratio viget, & quã-
uis quando duę rationes prohibitiuę concurrunt,ſi altera ceſ-
ſet,dummodo altera vigeat, ſoleat adhuc habere locum iuris
diſpoſitio. §. affinitatis. Inſti. de nup. tamen in iſto caſu fauor
pupilli,qui ipſe ſaltem poteſt habere hæredem, pręualet illi ra
tioni. & quamuis idem fauor ſubſit, quando inſtitutus eſt ex
aſſe,tamen quia tunc duę rationes vigent, facilius tollitur vna
ſola,quam tollantur duę.§.ſed hodie. Inſtit. de adop. Fallit in
ſeruo communi duorum hęrede inſtituto,qui poteſt pro par-
te adire, & aliam partẽ repudiare, ſi habet ſubſtitutũ, ex quo
ſuſtinet perſonam duorũ,& eſt perinde, ac ſi duo fuiſſent in-
ſtituti l.fin.in princ.inf.eod.l.& Proculo.de lega.2.Et ita ſolui
debuit terribile contrarium formatum per Moder. Papi.de d.
l.ſi ſolus in d. l. quidam elogio. non autem vt ſoluit Barto. in
12 l.ſi ſolus,& dicti Mod.in loco præallegato.† Ex hoc etiã quod
ſubſtitutus pupillo,qui vocatur etiam ad hæreditatem patris,
videatur ſubſtitutus quo ad hęreditatem patris pure, & quo
ad hæreditatem pupilli ſub conditione reſultat notabilis effe-
ctus, ꝙ ſubſtitutus, qui repudiauit hæreditatem patris,poſſet
poſtea cũ pupillus moritur hæreditati pupilli ſe nihilominus
immiſcere, & hæreditatem patris,quam repudiauerat, reha-
bere l.filius,qui ſe paterna infra de acqui. hęre. quia non licet
agnoſcere iudiciũ teſtatoris pro parte, & pro parte repudiare.
Non enim poteſt videri repudiaſſe iudicium patris quo ad hę
reditatem pupilli,cum illa ſub conditione competeret, & an-
te conditionem exiſtentem repudiaſſet l.is,qui hæres.§. 1. inf.
de acqui hære. Et hunc eſſe puto verum intellectum ad d. l.fi-
lius, qui ſe paterna.præter communem ſententiam doctorũ,
qui volunt ꝙ ibi exiſtentia ſui hæredis confirmet tabulas pupil
lares.Neq; enim eſt credendum ꝙ ille tex.ſm̃ communẽ opi.
velit dicere ꝙ filius,qui ſe paterna hæreditate abſtinuit, poſſit
ex ſubſtitutione hæreditatem pupilli exhæredati obtinere, ſi
ſe exhr̃dati fratris hęreditati ſe immiſcuent,& pro hærede ge
rit,ꝙ nullo modo eſt dicendum,quia inepte loqueretur, & di-
ceret idem per idem. Vide quæ inf.dicam in illa quęſtione, an
vulgaris ſubſtitutio faciat de ſuo & neceſſario voluntariũ, cir-
ca intellectũ l.ſi filius,qui patri infra.eo.vbi cõis opin.infinitis
rationibus manifeſte confunditur,& noſter intellectus magis
13 corroboratur. † Inquantum Barto. quęrit, nunquid ſubſtitu-
tio facta in vnum caſum, vt ſi nolet hæres eſſe, porrigatur ad
alium caſum.ſ.ſi hæres eſſe non poterit,vel econtra.concludit
ꝙ ſic.Et cũ eo tranſeunt omnes per tex. in l. Gallus. §. & quid
ſi tm̃.ſ̃.de lib.& poſth.& l.mulier inf. ad Trebel. Ego cenſeo
Bar. & alios cõmuniter errare, ga inſtitutio vel ſubſtitutio fa-
cta in vnum caſum nõ porrigiẽ ad aliũ l.commodiſſime.ſ̃. de
lib.& poſth. Et non probatur in d.l. Gallus. §. & quid ſi tantũ.
opinio eorum, Imò magis totũ contrarium dicit,ſi diligẽter
eam conſideremus. Si quidem nõ ob aliud ſuppletur ibi Gal-
lus,niſi ga prouiſio eius facta in vnum caſum, non porrigeba-
tur ad aliũ. Præterea, ſi forma inſtituendi poſthumum alienũ
introducta a Gallo extenderetur ad omnes caſus quos poſtea
Sceuola ſuppleuit, non video ad quid poſtea formentur in. §.
inſtituens eadem lege, modi generales inſtituendi poſthu-
mum alienum in omnem caſum, quo ſuus hæres naſcaẽ poſt
mortẽ teſtatoris. Nam ſi inſtitutio ſpecialiter cõcepta in vnũ

casum porrigitur ad omnes alios, cui dubium q etiam institu-
tio generaliter concepta vt in d.§.instituens.comprehēdit om
14 nes eosdem casus? † Sed fortius dico q ibi Sceuola non exa-
minat formam instituendi posthumum alienum inductam a
Gallo, tanquam verba testatoris, sed tāquam verba Galli. nam
in §.quidam recte dicit q licet Gallus non potuerit facere sine
omnibus illis verbis volens introducere q nepos possit hæres
institui in illum casum, tamen testator potest recte facere cum
aliquibus tantum ex eis. vt si nepotem simpliciter instituat, &
non exprimat de morte filij. neque enim illa verba simpliciter
prolata intelligentur vltra quam sit permissum huiusmodi ne-
potem hæredem institui, vt in simili dicimus quod verba legis
Velleię cum essent generalia, & apta comprehēdere etiam ca-
sum Iuliani, tamen quia Velleius tantummodo induxerat qđ
posthumus alienus, qui viuo testatore nasceretur suus, posset
hæres institui, casum vero quo nasceretur alienus, quamuis po
stea adhuc viuente testatore fieret suus, reliquit sub dispositio-
ne iuris communis, non accipiebantur vltra quā tunc esset per
missum huiusmodi posthumū hæredem institui. Itaque Sce-
uola examinans verba Galli dicit omnibus illis non indigere
15 testatorem. sed posse facere cum aliquibus tantum. † Postea
in §. idem credēdum. dicit q Gallus idem intellexit de prone-
pote quod statuit in nepote, vt s. possit institui sub eadem cōce-
ptione verborum, qua permissum est posse nepotem instituit,
& non dicit quod si testator instituerit filium & nepotem fm
formam traditam, aliquo casu censeantur illis verbis instituti
nepos & pronepos. In §. & quid si tantum. considerat Sceuola
quod Gallus volēs premunire testamentum aduersus agnitio-
nem sui hæredis contingentem mortuo testatore, induxit for-
mam instituendi posthumū alienum, qui suus nasceretur post
mortem testatoris, minus tamen plene prouidentem in omnē
casum, quo suus nasceretur post mortem testatoris, quoniam
si bene considerentur verba eius, concedebant tunc demum
posthumū alienum posse hęredem institui, qui propterea suus
hæres post mortem testatoris nasceretur, qđ ille qui suus fue-
rat tempore testamēti, viuo testatore prædecessisset, casum ve-
ro, qñ propterea suus hęres post mortem testatoris nasceretur,
quod ille, qui suus fuerat tpe testamenti, viuo testatore fuisset
emancipatus aut deportatus, relinquebant sub dispositione iu-
16 ris communis. † Sceuola autem videns quod illi casus non
erant comprehensi sub illa forma institutionis, & non minus
erant cōprehendendi, quam casus mortalitatis, existimauit val
de utile esse, vt hi casus, & omnes, ex quibus suus hæres post
mortem testatoris nasceretur quamuis non pertinerent ad le-
gem Velleiam, tamen admitterentur, ut scilicet posthumus
alienus omnibus illis casibus nasciturus suus post mortem te-
statoris posset de iure hæres institui, ex sententia quidem legis
Velleię. i. sequendo sententiam & animi iudicium legis Vel-
leiæ, quæ in casu suo omnes istos casus rumpendi pariformiter
abstulit. In §. quid si is. admittitur nouus casus, quo posthumus
alienus valeat institui, differens a præcedentibus, quoniam in
præcedentibus nascitur nepos uere & indubitate suus hæres
post mortem aui. hic autem non nascitur suus, quia post mor-
tem patris adhuc filius uiuit apud hostes, & speratur reuerti,
sed cum moritur postea filius apud hostes, fingitur mortuus
præambula hora captiuitatis. & sic nepos fuisse natus suus hæ-
res. Sequitur in §. instituens. ubi postquam receptum est quod
ualeat in omnem casum institui, quo suus nasceretur post mor
tem aui, demum tradit modos eum instituendi non solum ge-
nerales ad quemlibet posthumum alienum siue nepotem siue
pronepotem, & deinceps, sed etiam generales ad omnes casus,
ex quibus suus hęres post mortem testatoris nasceretur. Quæ-
dam alia uideas pro intelligentia dictę. l. Gallus. contra com-
munem. infra in illa quęstione, an nuda existentia sui hęredis
17 excludat substitutum uulgarem. † Non obstat text. in l. fina. C.
de insti. & substi. sub condi. factis. ubi substitutio facta posthu-
mo, si non nascatur, comprehendit etiam casum, quo natus
erit. & infra pubertatem decesserit. Nam ex iure constituto &
speciali diuorum Marci & Seueri fuit introductum quod sub-
stitutio facta filio impuberi in casum, quo hęres non erit, por-
rigatur ad casum, quo hęręs erit, & in pupillari ętate decesserit,
& econuerso facta in casum, quo hęres erit, & impubes deces-
serit, porrigatur ad casum, quo hęres non erit. Et hoc procedit,
siue substitutio facta in casum, quo hęres non erit. fuerit gene-
ralis, uel indefinita, siue particularis in aliquem casum specia-
liter expressum, quo heres non erit, sed extra dispositionem di-
ctę constitutionis substitutio particulariter facta in aliquem ca-
sum, quo hęres non erit, non porrigitur ad alium casum, quo
similiter hęres non erit ut probare uidetur. d. l. in fi. si bene con-
sideretur, dum concludit substitutum admitti duobus casibus
tantum, uidelicet si posthumus non nascatur, uel si mater im-
puberi filio pręmoriatur. & non exprimit casum, quando na-
tus esset, & nollet adire quod si etiam fuisset iure cautum qđ
substitutio uulgaris facta in unum casum, quo institutus hęres
non erit, extendatur ad quoscunque, propter quos institutus
non erit hęres, esset correcta dispositio. d. l. commodissime. Si-
militer si tempore Galli fuisset iure cautum qđ institutio de
nepote facta in unum casum, quo suus hęres erit extenderetur
ad omnes casus, quibus nepos esset suus hæres, non metuisset
Gallus suppleri per legem Velleiam, & Iulianum, & Sceuo-
lam. Non obst. d. l. mulier. quia loquitur in fideicommissis, quę
vel nutu relinqui possunt. leg. & in epistola. C. de fideicom. Ad
idem est tex. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebel. sed in insti-
tutionibus & substitutionibus sola voluntas non sufficit. debet
enim esse solemnizata. Ideo sicut non sufficit constare de volū
tate, nisi sit etiam solemnizata, ita nō sufficit, nisi ēt sit expressa
saltem verbis generalibus, & casus omissus habetur pro omis-
so in institutionibus & substitutionibus, qui in fideicommissis
habetur pro expresso d. l. mulier. & l. si ita esset. inf. quando di. l.
ce. Non obstat. leg. Titius. §. Lucius. supra de libe. & posth. quo-
niam generale est in quacūque dispositione, vt si iam facta sint
quæ conditionis loco ponuntur, & sciat testator, quæ iterum
18 fieri possunt, expectentur vt fiant, si vero ne sciat, pro impletis
habeantur. l. si iam facta. de condi. & demonstra. † Non obstat
etiam. l. si mater. C. de instit. & substit. sub conditio. fa. vbi filius
fuit institutus sub conditione emancipationis, & institutio ha-
bet locum quomodocunque sui iuris efficiatur. nam dico qđ
ibi non porrigitur ad alium casum, quam qui ex verbis con-
cipi potest, iuxta. d. l. Gallus. §. quidam recte. Quomodocūque
enim filius exeat de potestate patris, dicitur emancipari largo
modo, nec debet videri mirum, quia emancipatus aliquando
ponitur pro dedito, & veluti in mancipium adscripto. quod est
longe maius. Cic. de Senectute, Ita senectus nimis honesta est
si se ipsam defendit, si ius suum retinet, si nemini emancipata
est, si vsque ad extremum dominatur in suos. Item Seneca,
Mihi & tibi, qui adhuc longe a sapiente absumus, non est com-
mittendum, vt incidamus in rem commotam, impotentem,
alteri emancipatam. vilem sibi; non fuisset sic, si fuisset institu-
tus cum pater morietur, & filium pater emanciparet, quia pa-
ter non videtur mori, si filium emancipet, & ideo institutio
non haberet locum quamuis pater filium emanciparet. &
quamuis intentio testatoris fuerit q quomodocunque factus
sui iuris succederet. Hoc fere expressit tex. in d. §. quidam recte.
dum in qui institutionem eo casu valere, qui ex verbis conci-
pi potest. & non dixit, qui ex mente concipi potest. Item in §.
etiam si parente. ea. l. Gallus. dicitur, & bene verba se habent.
& in cap. si pater. de testamen. lib. 6. dicitur substitutionem in-
telligi debere in sensu directo, si verbis & personis institutis cō-
uenit. Ex quo datur intelligi q in institutionibus & substitu-
19 tionis directis verbis verba plurimum attenduntur. † Scias
tamen in conditionibus testatorum voluntatem magis quam
verba obseruari. leg. in conditionibus primum locum. & leg.
pater Seuerinam. in princi. infra de condi. & demonstra. quod
cum sit generaliter dictum, referri debet tam ad institutiones
conditionales quam ad fideicommissa conditionalia, & sensus
est quod si verba sunt lata & generalia comprehendentia plu-
res casus, debent ex voluntate testatoris coniecturata restringi.
Et tunc non dicitur dispositio facta in vnum casum, porrigi
ad alium, quoniam casus, ad quem solum reducuntur uerba
generalia, inerat sub illa generalitate. immo illa dispositio non
debet censeri latior & generalior quam voluntas testatoris ex-
tendatur. sed quādo verba non comprehendunt casum omis-
sum, & est necesse exire significatum verborum, vt dispositio
procedat aliquo casu, quem non comprehendunt verba quan-
tumcūque generaliter prolata, tunc vere dicitur agi vt disposi-
tio facta in vnū casum trahatur ad aliū. propterea in institutio-
nibus & substitutionibus extensio non fieret, quamuis consta-
ret de voluntate testatoris tacita volentis fieri extensionem.
Limitabant doc. conclusionem communem, vt non procede-
ret, quando institutio fieret in tempus certum, quod tunc non
trahitur ad aliud tempus, per textum in leg. si pater filium inf.
eodem. Sed contra eos est fortis text. in leg. fin C. de posth. hær.
insti. qui tamen aduersus me nihil facit, quia est ius nouum, &
non disponit generaliter quod institutio concepta in vnum ca-
sum extendatur ad alium ęquipollentem, sed specialiter tan-
tum disponit, vt institutio filij facta, si post mortem patris na-
scatur, valeat, etiam si viuo patre fuerit natus, ne pęnam pa-
20 tiatur prætereitionis, qui suos filios non pręterijt. † Bart. & com-
muniter alij secum, dicunt quod substitutio vulgaris habet
duo capita, videlicet si hęres esse noluerit, aut esse non pote-
rit. leg. cum proponas. C. de hære. institu. nisi quando substitu-
tus est in potestate instituti, quod tunc non comprehendit nisi
casum impotentiæ, & non etiam uoluntatis. leg. Iulianus. infra
si quis omissa causa testamen. Ego autem dico quod etiam in
casum uoluntatis intelligitur facta, quia substitutus admitti-
tur si institutus repudiat, licet locum habeat ædictum si quis
omissa causa testamenti. quod si non intelligeretur substitu-
tio facta in casum voluntatis, non haberet locum instituto
repudiante.

repudiante. Alioquin dicendum esset, nunquam substitutio nem esse factam in casum voluntatis, quia etiam quando substitutus non est in potestate instituti, habet locū edictum si quis omissa cā testa. vbicunq; institutus repudiat, quia prestitit ei velit, qui se repudiante venturus est, non repudiaturus, nisi prestitum ei vellet. l. si quis pecuniam, in prin. inf. si quis omiss. causa testa. Præterea non semper vbi substitutus est in potestate instituti, committitur edictum si institutus iubeat substitutum adire, sed ita demum si idcirco fecit, ne legatum prestaret l. cui seruus inf. si quis omis. causa testa. Et hanc rationem cōsiderauit etiam Iurisconsultus in d. l. Iulianus, quia non caret dolo pater, qui honore proprio omisso propter compendium, & vt nō solueret legata, alienam institutionem maluit. Vnde infert secus esse, quādo filiæ pater substitutus adiuit hæreditatem, quia tunc etiam si idcirco fecit, ne legata prestaret, nihil dolo facere existimatur, quia nemo filię patrem contra votū parentum substituere videtur, sed vt arbitrium eligēdi relinqueret, quia parentes naturaliter abominantur ipsi succedere exclusis filiis. Vbi autem facultas eligendi data est, vnde malit ex institutione, an ex substitutione adire, non committitur edictum l. 1. §. si proponatur, infr. si quis omis. cā testa. Conclusio igitur in d. l.

21 Iulianus, est † quod vbi non est data facultas eligendi, edictum si quis omis. causa testa. habet locum, sed vbi data est facultas eligendi, non habet locum, quia dolus non potest interuenire, & procedit siue substitutus sit in potestate instituti, siue non. Et intellectus datus per Bald. ad illam non est verus, quamuis de eo lętetur, & dicat esse suum nouum dictum, in l. 1. in 1. oppo. C. si quis omis. causa testa. quoniam qua ratione in primo casu illius legis non licet abstinere ab institutiōne & adire ex substitutione, eademmet ratione non deberet etiam licere in secundo casu, quando pater est substitutus filię. Nec intellectus quē tradit Bar. in d. l. Iulianus, est bonus, quoniam procedit ille tex-

22 etiam in filio testatoris. † In tertia principali quæstione Bart. primo quærit, an in vulgari substitutione sit necesse quod institutio hæredis præcedat, & concludit quod non est semper necessarium, quia possibile est fieri substitutionem vulgarem nō præcedente institutione, arg. l. si quis ita hæres instituatur, & l. cum in testamento sup. tit. 1. Sed aliqui dicūt quod non est dare substitutionem vulgarem proprie, nisi præcedat institutio tacite vel expresse. Ego sum in tertia opin. quod non detur substitutio vulgaris & pupillaris, nisi præcedat institutio expressa, & vt aliqua institutio dicatur substitutio, oportet esse factam post primam institutionem, si non realiter, saltem intellectu, vt quia ita verba se habeant quod intelligatur, non habitura locum durante alterius institutione, quia non ordo scripturæ, sed ordo successionis spectatur. l. 1. § prius. infr. eod. vt si dictū esset, si filius meus intra. 14. ann. decesserit, Seius hæres esto, filius hæres esto, vel ita, si filius mihi hæres non erit, Seius hæres esto, filius hæres esto. Sed quando ex verbis non comprehenditur ordo successionis, tunc ordo scripturę attenditur, quādo quidem successionis ordo spectari non licet, ideo non valeret substitutio ita concepta, si filius meus intra 14. ann. decesserit,

23 Seius hæres esto filium exhæredo, Caius hæres esto. † Dicta est enim substitutio, sicut subordinatio, quasi subter & post primam facta institutio. L. proxi. in fi. verbis inf. eod. vbi Iurisconsultus videtur respexisse ad ethymologiam substitutionis, nā sub, in compositione aliquando significat post, & subter. vnde subdit, subinfert, subscripsit dicimus, & ille text. ante me non fuit ita consideratus & declaratus ab alio. Non obstat l. si quis ita & d. l. cum in testamēto, quoniam ibi nulla est substitutio, sed est institutio quædam conditionalis, nec enim omnis institutio conditionalis, est substitutio. Et in d. l. si quis ita. legitimū successorem quo minus hæres fiat, non impediet regula quod quamdiu est locus causa testati, cessat causa intestati, quia ibi conditionalis causa testati cessat deficiente eius conditione, videlicet legitimo successore hæreditatem vendicante, non tamen credatur illis verbis testatorē voluisse vt quamdiu esset locus causæ intestati, cessaret causa testati, quoniam nunquam cessaret causa intestati, & causa testati nunquam haberet locū, sed intelligatur sensisse de primo hærede legitimo tantum, vt si primus hæres legitimus non vendicasset hæreditatem, tunc causa testati haberet locum, iuxta l. eum, qui calendis infra. de verbor. oblig. & l. Boues. §. hoc sermone, de verborum signifi.

24 † Non obstat etiam d. l. Gallus, in princ. quia illa lex tota loquitur de sola institutione nepotis, non autem de substitutione, quamuis in ... in omnibus, loquatur etiam de institutione fil. j. Nam illa verba, si filius meus viuo me &c. sunt omnia institutionis nepotis. Item in §. instituens, non continet nisi institutiones nepotis, quæ tamen necessario præsupponunt institutionem quoq; filij præcedere, vt in d. §. in omnibus, & inconuincibili ratione ostenditur, quia institutio nepotis ideo fit, ne testamentum, in quo filius est institutus, rumpatur. ergo necesse est dicere quod filius fuerit institutus. Nec est congrua, responsio, si dicatur quod ex illis verbis conditionalibus, si filius meus &c. censetur filius tacite institutus. Quoniam quod ex huiusmodi verbis non censeatur quoq. tacite institutus, proba-

25 tur in l. ex facto etiam, supra tit. 1. quam pro se allegat Bar. † Et omisso omni alio intellectu dato ad illū textum per alios, cui nullus conuenit, volo quod eum singulariter notes ad vnum quod diebus tuis a nemine audisti. iuncta l. si quis ita hæres instituatur, eod. tit. quod quotiescunq; testator aliquem instituit sub huiusmodi conditione, si Titius hæres non erit, hæc institutio ita demum est vtilis, si ille Titius est vocatus ad eam hæreditatem vel ab intestato vel ex testamento. dicta. l. si quis ita hæres instituatur. Si vero ille Titius nullo modo est vocatus ad eam hæreditatem, institutio est inutilis, d. l. ex facto, propter rationē ibi adductam, quia huic institutio pars esset data, quæ nulla esset, nam intelligitur vocatus in locum partemq; Titij, ideo si Titij pars nulla erat, vocatus ad partem Titij videtur vocatus ad partem, quæ nulla est id est ad partem, quæ non sit. Et hunc intellectum confirmat plurimum ratio ibi tradita, secundū quem necesse est dicere corrupte legi an hic Seius, pro an hic tertius, vt etiam ibi gl. testatur esse in aliquibus codicibus. Igitur apparet quod aliquis positus in conditione non intelligitur institutus etiam tacite, quia in d. l. ex facto. Sempronius institutus recte succederet, si Titius positus in conditione hæ-

26 res non esset. † Dum Bar. in secunda quæstione primi effectus vulgaris substitutionis concludit quod transmissio iuris deliberandi impedit substitutum, quia hic & alibi cōmuniter doc. sibi falso persuadent quod hodie transmissio iuris deliberandi competat aliis hæredibus, quam filijsfam. in hæreditate paterna, per l. cum ant quioribus. C. de iure deli. Ego, vt vobis opera mea semper grata sit & vtilis, delibero illam legem explanare cum l. vnic. C. de his, qui ante aper. tab. & l. apud hostes. C. de suis & leg. quæ habent materiam connexam, & sibi inuicem videntur aduersari, sed re vera loquuntur in casibus diuersis,

27 & se inuicem non impediunt. Nam manifestum est † quod suus hæres transmittit hereditatem patris ad omnes suos successores etiam extraneos, siue sciuerit delatam, siue ignorauerit, quia mortuo patre statim hæres efficitur ipso iure. & hoc casu loquitur d. l. apud hostes. Fallit si suus hæres deliberās moriatur, quod est quando impetrauit tempus ad deliberandum, vel quando scit delatam; & se non immiscet, neq; renunciat hereditati, sed ita supersedet quod ex causa deliberare videtur, tunc si interim decedat, eam non transmittit, quia eam ipse nō acquisiuit, dum deliberans decessit. Factus est enim velut extraneus & voluntarius suus hæres, qui deliberat. Tamen antiquitus obtentum fuit quod eam ita decedens transmitteret saltem in suam posteritatem, vt dicitur in d. l. cum antiquioribus in princip. & hodie per Iustinianum amplius est introductum quod eam transmittat in omnes successores siue cognatos siue extraneos, nedum in suam posteritatem, ita tamen vt exprimitur in d. l. cum antiquioribus. Nec debet intelligi quod loquatur in alio hærede, quam suo propter multas rationes.

28 † Primo, quia ius antiquum quod filiusfam. deliberans transmittat hæreditatem paternam in suam posteritatem, fuit extensum per Iustinianum altero de duobus modis, vel vt non solum hæreditatem patris, sed etiam cuiuslibet alterius transmittat quis in suam posteritatem, vel sic extensum vt hæreditatem patris transmittat filiusfam. non tantum in suam posteritatem, verum etiam in extraneos successores, quoniā tex. si diligenter eum intueamur, nullo modo probat extensionem esse factam propter vtrumque. Sed ineptum est credere extensionem factam vt quis transmittat hæreditatem extranei, sicut hæreditatem patris in suam posteritatem sed eo modo, quia non est eadem ratio in hæreditate extranei, quæ in hæreditate aui l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. ergo restat quod extensio fuit facta vt hæreditatem patris filius transmittat non solum in suam posteritatem, sed etiam in successores extraneos. Consequentia est bona, a disiunctiua affirmatiua cum destructione vnius partis ad alteram partem. Præterea dic. l. l. ex præst. tort spatium annuum ad deliberandum. Ex

29 quo datur intelligi quod loquitur in hæreditate patris. † quia liberis & parentibus datur annus ad cognoscēdam bonorum possessionem, extraneis vero dantur centum dies. Hinc videtur sumptus modus concedendi tempus ad deliberandum, vt non minus spacium detur ad deliberandum, quam datur ad agnoscendam bonorum possessionem l. 2. inf. de iure deliber. Nam edictum de iure deliberandi, est ita factum propter creditores, vt facile scirent quem haberent conuenire, sicut successorium edictum l. pen. infr. de iure delib. & in l. 1. in prin. inf. de succe. edi. Item non fuit tam æquum & rationabile quod hæres extraneus transmitteret hæreditatem non aditā, sicut suus, quia conditio hæredis extranei fieret melior dum deliberat, quam si non deliberet, sui vero hæredis fieret deterior. Nam suus hæres si non deliberabat, transmisisset hæreditatem ad quoscunq; & perpetuo adeundam d. l. apud hostes, nunc autem cū deliberat, eam quidem transmittit ad omnes successo-

res, non tamen perpetuo adeundam, sed vt intra anni spatium
adeatur, extraneus vero hæres si non deliberabat, nihil omni-
no trāsmisisset, ergo nec si deliberet, ne sit melioris ꝯditionis
decedens non adita hæreditate si sciuerit delatam, quā si igno
rasset. minor enim habenda est negligentia ignorantis, quam
30 certiorati. † Venio nunc ad declarationem l. vnicę. C. de his qui
ante aper. ta. quæ disponit vt hæreditatem ascendentium tam
ex latere patris, quā ex latere matris, non aditam quis trāsmit
tat in liberos, & non loquitur quando non fuerat adita, delibe
raret, imò siue sciuerat, siue ignorauerat delatā, habet locum,
& videtur solummodo procedere facto testamento, vt ex ru-
brica ostenditur quæ habet de his, qui ante apertas tabulas hę-
reditatem transmittunt. Item ex tex. ibi scriptos hæredes, &
inuicem substituti, & ante apertas tabulas defuncti. Item ex
eo quod dicit tex. ne alios ꝯ auitum vel proauitum desideriū
vel institutum insperato hæreditatis commodo cōtingat gau
dere. Hoc. n. non contingeret ab intestato, vbi affectio non ca-
dit magis in vno, quam in alio determinate, licet proximior
tm̄ succedat. Nam affectio habetur ęqualis omnibus, quia vo-
catur iste, vel iste, vel iste, qui erit proximior tempore delatę
hæreditatis. Item non vr̄ facta hæc lex propter suos hęredes,
quamuis loquatur ēt de hæreditate patris & ascendentiū per
lineam paternā, qa loquitur de hæreditate non adita. Suus au-
tē non pōt decedere hęreditate nō adita, si eam nō repudiauit
neq; deliberans decessit l. in suis inf. de suis & legit. ideo intel
ligatur dictum propter filios emancipatos, qui non fiunt hæ-
redes ipso iure, nisi dicamus etiam cōprehendi suos hæredes,
& dum dicit transmissionem fieri in descendentes, dicatur re-
linquere sub dispositione iuris communis transmissionē quo
ad alios non descendentes. Et ex hoc sequetur quod sui dicē-
tur transmittere ad quoscunq; hęreditatem non aditam, cæ-
teri vero non sui dicentur nullam hæreditatē transmittere nō
aditam. Nec debuit dubitari an dispositio. d. l. procederet etiā
dato substituto cum tex. dicat aperte quod sic, dato cohære-
de, & tunc demum substitutus vulgaris veniat, cum succede-
rent venientes ab intestato, si nō esset datus cohæres, nec sub-
31 stitutus vulgaris, vt statim in proxima quæstione dicā. † Circa
tertiam principalē quæstionem Bar. vbi quærit, nunquid sicut
si seruus nolit adire, licet dominus velit, locus est substituto,
vt l. cum proponas. C. de hære. insti. ita dicendum sit de mo-
nacho instituto nolente adire, licet monasterium velit. In pri-
mis est aduertendum quod præsuppositum communiter ap-
probatum non est verum. l. quod seruo instituto nolente adi-
re licet dominus velit, locus sit substituto. Nam tunc locus est
substituto vulgari, cum venientes ab intestato succederent, si
non est datus cohæres neq; substitutus. Sicut enim quandiu
ex testamento potest hæreditas adiri, ab intestato non defer-
tur l. quandiu potest inf. de acqui. hær. ita quandiu institutus
admitti potest, substituto locus non est l. quandiu institutus ꝗ.
de acqui. hær. Sed sic est quod quando non est datus substitu-
tus nec cohæres, si seruus institutus nolit adire, nō propterea
ipso facto succedunt venientes ab intestato, sed quia repudia-
re solus non valuit, poterit nihilominus adhuc vel sponte vel
a domino coactus adire l. 1. §. 1. infr. si quis omi. causa test. ha-
be... dñs ... nec ... ptāte ... 2. Inst. de his, qui sunt sui
32 vel alie. iur. † ergo & quando datus est substitutus, non debet
incontinenti succedere, vt seruus recusauit adire, sed demum
cum seruus erit mortuus hæreditate nō adita, aut cum seruus
& dñs simul repudiauerint, quoniam non debet haberi hære-
ditas pro repudiata statim quod seruus recusat adire, quia so-
lus nequit repudiare, propterea adhuc nihilominus potest adi
re vel sponte vel coacte, & tantę vis est aditio coacta quantę
sit spontanea & voluntaria l. nam quod. §. si quis compulsus.
inf. ad Treb. & ideo sicut quandiu institutus voluntarie potest
adire, substituto locus non est, ita quandiu institutus pōt coa-
cte adire, non debet substitutus vocari. Non obstat d. l. cū pro-
ponas, quia non dicit quod si seruus repudiet, continuo substi
tutus admittatur excluso domino, sed dicit, si neq; per se-
met ... fecisset hæredem, tunc substitutus admittatē.
Quando aūt verum sit dicere quod per semetipsum alium nō
fecerit hæredem ... eo casu substitutus admittatur, dicas tu, li-
cet text. non dicat esse quando seruus repudiasset iubente do-
mino, vel seruus esset mortuus non adita hæreditate, vt substi
tutio quo ad caput voluntatis intelligatur de voluntate serui
& domini simul. Adde quod ille text. etiā videtur sentire hoc
quod si seruus semel recusauit adire, nihilominus mutata vo-
luntate postmodum possit adire, dum inquit, si tamen paruę-
33 rit domino, & adiit, substitutioni locus non est. † Sequitur vi-
dere quando monachus est institutus, & nō vult adire, an sub-
stitutus præferatur monasterio. Et siquidem cum æquipara-
mus seruo, quæstio est expedita ex his, quæ proxime dicta sunt
sin autem cum æquiparamus filio, est primo videndū nunquid,
quæ dicta sunt de seruo instituto nolente adire, vendicent sibi
locum etiā in filiofa. instituto nolente adire, vt filio repudiate
pr̄ præferatur substituto. Circa quod est considerandū, & est quar-
ta principalis quæstio Bar. quod olim quicquid acquirebat fi-
liusfa. acquirebat patri pleno iure, sicut seruus, exceptis castrē
sibus, vnde solus ipse non poterat adire, vel repudiare, magis
quā seruus l. is, cui. §. fi. inf. de acqu. hęr. hodie vero separata est
conditio filiorū a seruis, qa filiis acquirūtur aduentitia quo ad
proprietatē, & patri solum quo ad vsumfructū, ideo dispositū
est vt patre nolēte consentire, solus filius possit adire, & econ-
tra, filio repudiante solus pater possit adire l. fi. C. de bon. quæ
lib. Sed adhuc dubitāt doc. nunquid d. l. fi. procedat etiam vbi
esset substitutus vulgaris. Conclusio communis & vera est qđ
pater excludit substitutū. Pro qua vltra alios facit, quia, vt sup.
34 proxime dicebam, † tunc locus est substituto, cum succederēt
venientes ab intestato si non sit datus cohæres nec substitutus,
ratione de qua ibi. Item quia substitutio quo ad caput nolun-
tatis intelligitur facta in casum noluntatis patris & filij simul,
vt supra in simili dicebam de seruo. Contrariam opin. tenue-
runt subtiles Vltramontani, moti secūdum Ang. primo quia
in libero homine instituto requiritur quod ipse sit institutus
hæres vel alium mutata conditione faciat hæredem l. si pater-
fa. sup. tit. 1. Sed hoc non obstat, quia non prius apparet quod
filiusfam. institutus non sit hæres, aut alium non fecerit hære-
dem quam fuerit mortuus, vt in simili paulo ante dicebam
in seruo. Secundo arguunt quod substitutus venit ex expressa
prouisione hominis, pater autem ex dispositione legis. Pro-
pterea expressa prouisio testatoris debet facere cessare proui-
sionem legis l. 2. §. si duo inf. de bono. pos. secundū tabu. l. fi C.
de pac. conuentis. Hoc etiā non obstat quia tūc expressa proui
sio hominis solet facere cessare prouisionē legis, qn̄ vtraq; cō-
currit, sed hic vna est habitura locum post aliam, quia substitu
tus dum vocatur ex capite noluntatis, intelligitur vocatus in
noluntatem filij & patris simul. Vnde pater est in primo gra-
du, & substitutus in secundo. Tertio dicebāt, prius admittun-
tur substituti quā hæredes legales l. fi. C. de neces. seruis hære.
insti. pater autem est hæres legalis, quia lex eum fecit hæredē,
ergo &c. Similiter hoc non obstat quia intelligitur de venien-
tibus ab intestato, qui dicuntur hęredes legitimi, & veniunt
post substitutos, quia quādiu potest habere locū causa testati,
cessat causa intestati l. quādiu potest de acqui. hær. hic aūt hæ-
res legalis succedit ex testamēto, & non sicut veniens ab inte-
35 stato vocatur post substitutum. † Quarto dicebant. quando fi
liusfa. repudiat hæreditatem, & habet coheredē, cohæres per
ius accrescendi excludit patrē l. 2. & ibi Bal. no. C. ad Orfi. tunc
sic, si ius accrescendi excludit patrem, ergo multo fortius sub
stitutus, qa substitutus excludit ius accrescendi. d. l. 2. §. si duo.
& si vinco vincentē te, multo fortius vincā te. l. de accessioni-
bus. ꝗ. de diuer. & tēp. præscr. Sed hoc dictū non est verū qđ fi-
lio repudiante cohæres excludat patrē, & d. l. 2 C. ad Orfi. non
loquitur qn̄ filius repudiauit, vt etiam referunt hic Mod. Pa-
pi. Quinto arguunt quod filiofa. repudiante, pater admittitur
ex priuilegio contra regulas iuris communis & substitutus
admittitur iure cōmuni, qui autē venit de iure communi, ex-
cludit eum, qui venit ex priuilegio l. antique circa princ. C. ad
Vellei. Sed hoc argumentū soluitur sicut secundū, quia tunc
qui venit de iure cōmuni forte posset excludere eū, qui venit
ex priuilegio, qn̄ concurrunt, hic autem sunt in diuersis gradi-
bus, quia substitutus vocatur ex capite voluntatis filij & pa-
tris simul. Vltimo non obstat l. quidam ita in testamento. ad
Treb. quam allegant, quia non loquitur in istis terminis, &
postea etiā est speciale in casu illo, vbi mater erat substituta, ꝙ
transmissio impediatur. Sed regulariter seruatur contrarium.
l. 3. inf. de adi. leg. non autē est quia ibi sit translatio, & nō sub-
stitutio. Quoniam omnis substitutio vulgaris, est translatio,
quāuis econtra forte non omnis trāslatio sit substitutio. Nam
videtur appellari in legatis & fideicōmissis etiā vniuersalibus
translatio, quę in hæreditate directo data dr̄ substitutio. Sicut
non dicimus instituere legatarios nec fideicōmissarios, tamen
nō vetat, quin sit institutio legatarij & fideicōmissarij, vt in ru
brica vidimus. Præterea dicitur qn̄q; hæreditas transferri ad
36 substitutū vulgarē l. si sequēs in prin. inf. ad Sylla. † His itaq; sic
præmissis pro expeditione d. 3. quæstionis Barto. videndum
sup. test modo cui magis æquiparandus veniat monachus ser
uo an filio. Nam aliqui æquiparāt eum seruo potius quā filio,
qa sicut quidcquid acquirit seruus, acqrit dño, ita monachus
quicquid acquirit, acquirit monasterio. Filius aūt acquirit sibi
aduentitia quo ad proprietatē, & castrensia pleno iure. Itē fi-
lius a patre vendi pōt propter famem, vt habetur in l. 2. C. de
patri. qui filios distrax. monachus autē vendi non potest per
monasteriū stante necessitate famis. Aliqui vero putant ma-
gis pium & consentaneū rationi esse quod æquiparetur filio ꝗ
seruo, qa filius in potestate pr̄is est liber homo, ita monachus
sub potestate abbatis. nā admittitur ad testimoniū, sicut liber.
text. est in. §. cogitandum in auth. de monach. Secus in seruo.
qui nō potest esse in iudicio, nec regulariter esse testis l. seruus.
C. de

C.de iudicijs.l.serui.sup. de testi. Itẽ monachus debet alia mo-
nasterio,sicut filius a patre,vt in c.ex parte. extra, de accusa.l.si
quis a liberis.§.si vel parens. sup. de liber.agno. Secus in seruo,
quem dominus potest pro derelicto habere,& nolle alere. Itẽ
monachus succedit vt agnatus.& vt suus,sicut filius.l. Deo no-
bis.C.de episc.& cler.quod non est in seruo.l.1.§.1.inf.vnde co
gna.& l.Iurisconsultus.§.inter agnatos.infr. de gradi. Et hanc
opin.dicunt esse tenẽdam,quoniam est ratio, quæ pro religio-
ne facit.l.sunt personæ.infra de relig. & sump.fun. His tamen
non obstantibus puto quantum ad pręsentem quęstionem,es-
se æquiparandum magis seruo quam filio, quoniam ipse quo-
que filius æquiparabatur olim seruo quantum ad præsentem
quæstionem,antequã sibi acquireret aduentitia,& hodie quo-
que esset æquiparatus,si aduentitia sibiipsi non acquireret. nã
propter vnam causam,quæ solum militat in hęreditate aduen
titia,& non etiam in profectitia,fuit facta dispositio.d.l.fi.vt in-
fra ostendam in quęstione an d.l.fi.procedat etiam in hęredita
te profectitia,& ideo cessante causa, debet cessare legis dispo-
sitio.l.adigere.§.quamuis. de iure patro. Non obstant similia
adducta de filio & monacho, quia si in aliquibus ęquiparãtur,
non tamen sequitur quod in omnibus, quia a particulari affir-
matiua vel negatiua ad suam vniuersalem non valet argumen
tum. Vnde non sequitur, Aliquis homo currit, ergo quilibet
homo currit. vel,aliquod animal non currit,ergo nullum ani-
mal currit. Secundum igitur casus contingentiam ęquipara-
bitur modo seruo, modo filio, & subiectio monachalis faciet
speciem distinctam a subiectione filiali & seruili. Nec debet vi
deri impium quod monachus ęquiparetur seruo, cũ summus
Pontifex non verecundetur deferre nomen serui seruorum
37 Dei 1.quęstio.3.Saluator.in tit. † & ideo si monachus est institu
tus,& nolit adire,substitutus incõtinenti non succedit, sed de-
mum cum monachus non poterit amplius adire, vt cum erit
mortuus, vel cum monachus repudiauerit ex iussu monaste-
rii.quia solus repudiare non potuit, cum omnis voluntas mo-
nachi dicatur translata in Abbatem,sicut voluntas serui in do-
minium cap.non dicatis.12.quęstio.1. Dubitant hic docto. in-
cidenter an. d.l. fi. habeat locum etiam in hęreditate profecti-
tia delata filiofam.vt si filius repudiet, solus pater possit adire,
& econuerso. Aliqui ita pręcipites fuerunt in decidendo hanc
quęstionem,vt fatuum esse dixerint credere quod non. Tamẽ
si rem accuratius examinabitis, facile mecum iudicabitis eam
non habere locum in hęreditate profectitia, quia ratio quod
ita prouideretur in hęreditate aduentitia fuit,quod cum Impe
rator prius statuisset vt filijsfamil. acquirerentur bona aduen-
titia quo ad proprietatem, contingebat, si eis deferebatur ali-
qua hęreditas aduentitia, quòd eam plerunque non poterant
consequi, quia sine consensu patris non poterant adire, & pa-
ter nolebat eis adeuntibus consentire. Vnde beneficium legis
volentis quod filijfam.valeant sibi acquirere bona aduentitia,
erat eis in hoc casu parum vtile, quoniam hęreditatem opor-
tebat eos adire de consensu patris,pater autem nolebat eis cõ-
sentire. Ex quo efficiebatur vt ipsis nullum remedium esset pa
tre nolente consentire, quia non poterant ipsi verberibus co-
gere patrem consentire,quoniam pater habebat quidem pote
statem in eos.l.in suis.sup.de lib.& posthu. ipsi vero in patrem
non habebant. Est enim turpe, vt filij parentum castigatores
existant,& ideo fuit necessaria prouisio. d.l. fin. Sed in hęredi-
tate profectitia hęc ratio cessat,quoniam si pater non vult con
sentire, filij non interest,ex quo [illegible] non erat sibi acquisiturus
sicut aduentitiam, & si filius noluisset adire, poterat pater ex
potestate,quam habebat in filium, eum cogere adire, & sic in
hęreditate profectitia neque ratione filij neque ratione patris
visa est necessaria prouisio.d.l fin. Ticeo tex.qui solummodo
38 meminit de aduentitię. † Et si quęras quare [illegible] hęreditate pro-
fectitia non statuit Imperator quod patre nolente consentire
solus filius posset adire, & illam hęreditatem suam facere ple-
no iure, sicut aduentitiam. Dicas quod hoc non statuit pro-
pter plura specialia,quę concurrerent ex eodem fonte. Nam
ex hoc quod pater nollet consentire filius primo faceret hęre-
ditatem profectitiam suam pleno iure contra regulas iuris cõ-
munis. item consensus patris in adeundo non foret necessa-
rius,sed in hereditate aduentitia ex eo quod pater non vult cõ-
sentire, inducitur solum quod filius potest adire sine consen-
su eius. Nã quod hęreditas adita contra acquiratur filio,non est
ex eo quod pater noluit consentire, sed quia sibi defertur con-
templatione filij, & non contemplatione patris. Et si dicas ex
eo quod pater non vult consentire inducitur non solum quod
filius possit adire sine consensu patris, sed etiam quod hęredi-
tas aduentitia acquiratur filio pleno iure, cum prius non ac-
quireretur,nisi quo ad proprietatem. Nam dico quod hoc ꝙ
vsusfructus consolidetur cum proprietate, non procedit quia
Imperator id statuerit, sed ipso iure & naturaliter contingit,
quia enim pater eũ repudiat,necessario consolidatur proprie-
tati. Propterea nimirum si Imperator statuit vt eã sibi acqui-
rat pleno iure. Statutum quoque econtra, vt filio nolente adi-
re,solus pater possit adire,& eam hęreditatẽ sibi acquirere ple
no iure nõ inducit nisi vnicum speciale, videlicet ꝙ pater pos-
sit adire eam hęreditatẽ,in quo non fuerat institutus.nã hoc ꝙ
eã sibi acquirat pleno iure, quã alioquin non acquisiuisset nisi
quo ad vsumfructũ,non est speciale, si non ex eo quo proprie-
tas repudiata accrescat habenti vsumfructũ,sicut vsufructus re
pudiatus consolidatur proprietati,tamen ex alio,contingit nõ
esse speciale,videlicet quia res deuenit ad naturam suam,dum
39 fit vt hæreditas aduentitia acquirat patri pleno iure † Quoties
autem res formę suę redditur,non debet videri aliquod specia
le induci. Quęmadmodũ si mulier pacta sit vt præsenti die dos
reddatur, deinde paciscitur vt tempore ei legibus dato dos red
datur, incipiet dos redire ad ius suũ. Nec dicendũ est deterio-
rem conditionem dotis fieri per pactum.l. [illegible] vnus ex argenta-
riis.§.pactus ne peteret versiculo,quod si non,supra, de pactis.
Non obstat si diceres,secundum hoc prouisio. d. l. non fuerat
necessaria patri, sed tãtum filio,quia pater poterat cogere filiũ
adire,sed non filius patrẽ. Responde quod licet non fuerit ne-
cessaria,tamẽ fuit ęqua, vt ius, quod filius impetrauit aduersus
patrem malignantẽ,in seipso etiam malignante sentiret. Non
obstat.§.similique modo.ea.l.vbi si filiofa.defertur. hæreditas
ex causa castrẽsi,& eam nolit adire,potest solus pater eam sibi
pleno iure acquirere,& tamen non potest dici id esse quia Im-
perator voluerit occurrere malignitati filij, qui non vult adire
ne patri acquiratur, quoniam licet filios adiuisset huiusmodi
hæreditatem,non propterea aliquid eo obueniebat patri. Ideo
dicamus tunc nouam rationem fuisse vt ita statueretur, vide-
licet quia ęquum visum est vt filius in hoc casu non mereatur
esse priuilegiatus aduersus patrẽ, quando hoc non nocet filio,
& prodest patri,& ideo illa hæreditas considerabitur vt aduen-
40 titia, & non vt castrensis. † Quinta quæstio principalis Barto.
est nũquid si filius decesserit ante aditã hæreditatem, sit locus
substitutioni, an magis veniet pater. Et recte concludit quod
pater non veniet sed substitutus. Tamen cõmuniter dicitur se
cus esse, si filius malitiose neglexisset adire in fraudem patris,
quia tunc talis negligentia hr̃ pro repudiatione vt.l.recusare. ſ.
de acqui.hæred.& locum habent ea,quæ dicta sunt, quod filio
repudiante solus pater potest adire. Hoc.n. puto falsissimum,
quia filio recusante pater potest adire, dum tempora largiunt
quod est quandiu filius potest adire,& non vult adire, quia in-
terea non vocatur substitutus, sed postquam filius non potest
adire,fit locus substitutioni,& pater non poterit adire,quia, vt
intelligas,pater adit ex institutione filij.quæ durat quamdiu fi-
lius potest adire,filius autem potest adire,etiam, post repudia-
tionẽ,quamdiu viuit.quia repudiatio solius filij nulla fuit. Vn-
de nõ obstante dicta repudiatione nihilominus permanet cau-
sa institutionis, & filius mutato proposito poterit iterum velle
adire secundum ius antiquum & nouum, vel tantum secundũ
ius nouum poterit solus pater ex illa institutione adire, qua ex
tincta neque filio neque patri licebit adire. Et ita constat, quo-
modo ex repudiatione filij competat patri ius adeundi quia nõ
competit, vt perpetuo possit adire, sed quamdiu filius potest
adire,quoniam ex institutione filij,& non propria,sibi licet adi
re. alioquin non esset differentia quod solus filia instituatur,
vel filius & pater simul instituerentur. Non obstat.§.similique
modo. vbi dicitur, quasi ipse pater ab initio fuisset hæres insti-
tutus.quoniam verbum,quasi,denotat aliqualem.& non om-
nimodã similitudinem. Et post mortem filij imputabitur pa-
tri sua negligentia. qui filio viuente & repudiante non adiuit,
dum institutionis causa vigeret,ex qua sibi licuisset adire.nunc
vero post causam dictę institutionis extinctam, quod potuit
41 noluit,quod adimplere nequibit.† Circa sextam quæstionem
Barto.quamuis Bart.distinguat tamen concludendum est, fi-
deicommissarium præferri substituto vulgari,quoniã quãdiu
institutus admitti potest,substituto locus non est.l.quãdiu. in-
stitutus infra de acquir.hered. Institutus autem postquam re-
pudiauit, potest cogi adire, & quæcunque sunt in testamento
ex eius aditione coacta perinde valent, ac si sua sponte hæredi
tatem adiuisset.l.nam quod.§.si quis compulsus infr. ad Treb.
ergo interea substituto locus non erit, quia quãdiu institutus
potest sponte vel coacte adire,substitutus non vocatur.& vere
dicitur institutus adire,licet compulsus adeat. Vltimo non ob
stat deniq[ue] cens forte aures vestras argumentum nuper ab acu-
tissimo viro more suo ingeniose excogitatum, dum ait, quo-
tiescunq[ue] data est licẽtia abstinendi, hæres non debet posse co
gi adire,si omnia in testamento contenta non præstarentur.l.
debitor.in si. prin. ad Treb. sed per datione m vulgaris substi-
tuti censẽ data licentia abstinendi, ergo dato substituto vul-
gari non debet hæredem posse cogere fideicõmissa[illegible]dire,
quia omnia cõtenta in testamento non conseruare[illegible],quia
vulgaris substitutio perit, si heres cogatur adire. Propterea cõ-
cludit quod non debet fideicommissarius præferri substituto.
Nã respondeo ꝙ maior quidem videtur manifesta per text. in

d.l.de-

d.l.debitor. vbi quia vtrunque præstatur, ideo hæres potest cogi adire, ergo a contrario sensu, si vtrunque non præstaretur, nõ potuisset cogi adire. Sed minor est falsa, quod per dationẽ vulgaris substituti censeatur data licentia abstinendi, licet communis opinio eam approbet, vt inf. late videbimus in quinto effectu, vbi egregie respõdetur ad d.l. debitor. sed venia dignus est, quem circumuenit communis error, & licet multis alijs rationibus corroborauerit dictum suum, tamen propter reuerentiã viri estote contenti duntaxat eius argumenti solutione, qua sola confido vobis, & illi abunde fore satisfactum etiam quo ad reliqua. Expeditus Bar. de primo effectu & quæstionibus emergentibus circa illum, subsequenter transit ad secundum effe-
42 ctum, vbi in secunda quæstione duo concludit. † Prima conclusio est, quod si filius institutus fiat de suo & necessario voluntarius præfertur ei nepos substitutus. Et cum eo transeunt communiter doct. circa quod puto eos nimium reuocari a veritate, vt infra ostendam, vbi agetur an nuda existentia sui hæredis excludat substitutum vulgarem. Secunda conclusio est quod emancipatus hodie non desinit esse suus hæres. Communis opin. omnium est, nemine discrepante, quod ab intestato nulla sit differentia emancipationis & patriæ potestatis, sed condito testamento, licet aliqui idem esse dicant quod ab intestato, tamen communis opinio est quod hodie sicut olim maneat differentia emancipationis & patriç potestatis, ego alienũ ab ęquitate & veritate existimo esse dicere quod filius emancipatus excludat nepotem, qui post mortem aui æque sui iuris est ac pater emancipatus, & cui non propter aliam rationem nomen sui hæredis inditum est, nisi quia venit pene ad bona propria, a quibus ne iudicio quidem parentis, nisi certis de causis, summoueri potest l. 1. §. largius. inf. de succe. ædi. & l. cum ratio. in princ. inf. de bon. dam. Non obstat l. meminimus C. de leg. hæred. ibi, ad suorum similitudinem succedant, quia si ad similitudinem suorum, ergo non vere vt sui. Et similitudo sufficienter habetur ex hoc quod succedit, & emancipatus succedit, & suus non præfertur emancipato, licet non fiat hæres ipso iure, & nepotem nõ excludat sicut faceret suus. habet enim causam succedendi, sed non habet causam vt fiat hæres ipso iure, & ne-
43 potem excludat. nam hodie imperator in auth. de hæred. ab intest. † introduxit tria capita successionis ab intestato. Ex primo vocat descendentes. Ex secundo ascendentes. Ex tertio collaterales. In primo, ex quo vocantur descendentes, continetur emancipatus, quia illo capite non habetur ratio emancipationis & patriç potestatis, sed duntaxat exigitur quod sit de descẽtibus, quem nemo pręcedat, filius autem, quantumcunq; emãcipatus, est descendens, sicut filius in potestate, propterea succedit cum eo, qui remansit in potestate, si eiusdem gradus ambo reperiantur, licet qui remansit in potestate, fiat hęres ipso iure, & emancipatum oporteat adire. Non enim sicut habet causam succedendi, ita habet causam vt fiat hæres ipso iure, quoniam hoc quod filius manet in potestate patris est causa vt mortuo patre fiat hæres ipso iure, cum filius & pater censentur vna, & eadem persona, sicut in potestate patris, idcirco videtur quodammodo dominus viuo patre, & post mortem patris credit magis dominium bonorum cõtinuare in illum, & liberam bonorum administrationem consequi, quam delatam hæreditatem acquirere.
44 † Adde quod hoc, vt filius emancipatus succedat ad similitudinem suorum, non est recenter introductum per Iustinianum, sed erat etiam tempore Anastasij Imperatoris. Nam cum illo tẽpore solus proximior agnatus succederet de ciuili l. pronuntiatio §. 1. inf. de verbor. signific. emancipatus non succedat, quia per minimam capitis diminutionem agnatus esse desierat. Anastasius induxit vt filius possit emancipari cõtracta fiducia. i. vt agnatus remaneret l. si ab eo. C. de legi. hæredi. ex quo fiebat quod emancipatus succederet patri, ad similitudinem suorum, quia illo tempore vt succederetur defuncto, non requirebatur quod esset suus hæres, sed quod esset agnatus proximior, filius autem emancipatus contracta fiducia erat agnatus, sicut filius in potestate, & quia tunc temporis emancipatio non aliter intelligebatur processisse contracta fiducia, quam si fuisset specialiter dictum Iustinianus induxit, vt etiam si non fuerit dictum, omnino intelligatur facta cõtracta fiducia l. fi. C. de emancipa. lib. § fina. Insti. de legi. agna. succes.
45 † Itaque apparet quod ante d. auth. de hæred. ab intesta. & ante d.l. meminimus. emancipati succedebant ad similitudinem suorum. Non obstat si diceres quod ius ciuile poterat facere quod emancipatus fieret hæres ipso iure, sicut induxit, quod legatum acquiratur ipso iure l. a Titio. de fur. quia non sequitur, potuit facere, ergo fecit. Et ad dict. l. meminimus. fuit responsum quod nihil probat. Quod autem emãcipatus non debeat hodie iure ciuili excludere nepotem retentum in potestate aui, ita ostendo, quia prætor quoque olim vocabat emancipatos, ad similitudinem suorum, & æque, ac si non fuissent emancipati per vnde liberi, secũdum quos filius emancipatus veniebat præferendus nepoti, tamen ex ædicto de coniungen. cum emanc. lib. eius. retinebat sibi solummodo dimidiam, apud nepotes dimittens alteram dimidiam. Ergo eadem ratione dici debet & hodie quod ædictum de coniungen. cum emanci. lib. eius. cum sua dispositione maneat incorrectum. licet enim filius emancipatus succedat, sicut si esset in potestate, tamen est emancipatus, & nepos est suus hæres, quoniam, vt non esset suus hæres, oporteret dicere quod post mortem aui recideret
46 in potestatem patris. † Tertia principalis quęstio Bartoli est, nũquid testamentum possit assumere vires a tacita vulgari. Communis opinio est quod semper possit. argumẽto l. neque enim §. finali infra, de testamento militis. & quia inest æque principaliter cum pupillari. Veritas est quod non semper potest assumere vires a tacita vulgari, sed tunc demum cum succeditur pupillo, quia subintelligitur accessorie, & velut necessarium antecedens ad substitutionem pupillarẽ, vt tabulæ popillares confirmentur, vt dicam in sequenti proxima quęstione. Et dicta l. neque enim. nihil facit, quia loquitur in diuersis terminis & ex diuersis non infert l. Papinianus exul. de mino. loquitur enim de substitutione facta ab initio in vnam speciem tantum, videlicet in fideicommissariam, quæ postea commutatur in aliã speciem, videlicet in vulgarem, & non poterat habere effectum secundum vtranque speciem simul. Nos vero loquimur de duabus substitutionibus ab initio simul factis, quarum vna subintelligitur, & altera exprimitur, & subintellecta est accessoria, & velut necessarium antecedens ad substitutionem expres-
47 sam, & vtraque potest pariter habere effectum. Quarto principaliter quærit Bartol. an si pupillus, cui facta est substitutio pupillaris, decedat viuo patre substitutus possit succedere ex tacita vulgari. Prima fuit opinio glos. in l. ex Corneliana in gl. super verbo non existimo. infra eodem, quod sic. Secũda fuit opinio Dyn. quod non, maxime per tex. in l. quod si filius. in t. de capt. ibi, nihil est &c. Tertia fuit opin. dicẽtium quod prima opi. procedat quando pupillus habet cohæredem, cuius aditione confirmatur tacita vulgaris. Secunda vero procedat quando non habet cohæredem. Quarta demum est opinio Bart. concordantis prędictas opin. & dicentis quod omnes dicunt bene, diuersis tamen respectibus, vt hic per eum. Ego omissis rationibus & fundamentis aliorum, puto solam opinio. Dyni esse veram, non tamen per eius fundamentum, quod statim impugnabo, sed ex noua ratione, quam non considerarunt scribentes. neque Dyn. nouit, videlicet quia vt succedatur pupillo in vtrunque casum inductum est vt substitutio illi facta in casum quo hęres erit, & in pupillari ætate decesserit, porrigatur ad casum quo hæres non erit, sicut econuerso facta in casum, quo hęres non erit, porrigitur ad casum, quo hæres erit, & impubes decesserit, vt decedat testatus vtroque casu. Cum igitur substitutio principaliter extendatur ad casum tacitum, vt eo casu succedatur pupillo, sequitur quod successio patris tacita accessorie & velut necessarium antecedens ad substitutionem pupilli
48 est in consideratione. † quia necessaria est aditio ex testamento patris, vt confirmentur tabulę pupillares. Sed si successio patris accessorie & velut necessarium antecedens ad substitutionem pupilli est in consideratione, oportet dicere quod successio patris tacita non sit in consideratione, nisi cũ agitur de successione pupilli, & quod extincta pupillari sit etiã extincta vulgaris tacita, quia sublato consequenti, antecedens non est amplius necessarium. Quod enim substitutio facta pupillo porrigatur ad casum tacitum ex constitutione Diui Marci & Seueri, vt eo casu principaliter succedatur pupillo, manifestum est ex eo quod nusquam legitur quod substitutio vulgaris expressa contineat in se tacitam pupillarem, aut quod sub pupillari expressa comprehendatur tacita vulgaris, sed bene quod substitutio facta pupillo in vnum casum porrigitur ad alterum Ita loquuntur iura, quæ faciunt mentionem de constitutione diuorum, & vidimus supra. Præterea quod successio patris subintellecta non prius sit in consideratione, quam si agatur de suc-
49 cedendo pupillo, probatur, † quia casus tacitus indistincte siue respiciat successionem solius pupilli, siue patris, & pupilli simul, non est in consideratione, priusquam cum agitur de succedendo pupillo l. fin. C. de institu. & substit. vbi si mater viuit tempore mortis filij, & sic cum succedendum est pupillo, casus tacitus non subintelligitur. Si vero prædecessit, substitutio sortitur effectum in casu tacito, & sic vtrum casus tacitus insit vel ne, consideratur eo tempore quo succedendum est pupillo. Sed quando pupillus moritur viuo patre non potest amplius existere tempus, quo agatur de succedendo pupillo. ergo nec haberi potest quæstio vtrum casus tacitus insit vel ne, & ideo si pupillus abstinet, illico substitutus non admittitur ex tacita vulgari, sed demum mortuo pupillo infra pubertatem. Facit l. paterfamilias infra de priu. credi. vbi dicitur quod bona patris veneunt ideo, quia pupillus abstinuit. non dicit ideo quia pupillus, & substitutus abstinuit. Item quæstio, de qua ibi, quod substitutus teneatur creditoribus paternis, non fuit mota viuo pupillo. Ex quo datur intelligi quod viuente pu-

te pupillo non adiuerat hæreditatem patris. Nec est etiam credendum quod repudiasset, quia tex. non dixisset, quia pupillus abstinuit, sed ideo quia pupillus & substitutus abstinuerunt. Non ob. si diceres, interest pupilli vt substitutus quam primū adeat ex vulgari, & nō expectet quod prius moriatur pupillus, qm̄ non esset postea periculum quod decederet intestatus, nā si substitutus postquam adiuisset hæreditatē patris postea adhuc viuente pupillo moreretur, nihilominus relinqueret hæredem suum obligatum agnoscere hæreditatē impuberis decedentis intra 14 an. l. qui patri. infr. de acquirenda hæreditate. quoniam dico quod interim non debemus esse soliciti de hęreditate viuentis. l. proxima. §. interdum. infra, eodem. & l. ita
50 tamen. §. a patre. infra, ad Trebell. † Item quod extincta pupillari, extinguatur etiam tacita vulgaris, probatur ex. l. in pupillari. infra, eodem. vbi dicitur quod licet in pupillari substitutione longius tempus comprehensum fuerit, tamen finietur substitutio pubertate. Sed si extincta pupillari superesset tacita vulgaris, falso diceretur substitutio pubertate finiri, quia quoties substitutio quo ad vnum casum extinguitur, si superest in alterum, non dicitur substitutio finita, vt probatur in l. post aditā. C. eodem, argumento a contrario sensu. dum inquit, post aditam hæreditatem directæ substitutiones non impuberibus filijs factæ expirare solent. ergo impuberibus filijs factæ nō expirarent post aditam, & tamen post aditam vulgaris expirat, quantumcumque facta sit pupillo, sed ideo substitutiones impuberibus filijs factæ non dicuntur expirare post aditam, quia supersunt in alterum casum, & adhuc post aditam possunt habere effectum, si filij decederent impuberes. Et opin. Dyn. non probatur in d. l. quod si filius, quia loquitur de secundis tabulis, & nihil dicit de vulgari, per quā succeditur patri. Et licet Moder. post Are. conentur defensare Dyn. quòd allegauerit illum textū, optime pro opinio. sua inducendo vt hic per eos, tamen nullo modo probat, & inductio illorum non procedit, quia ipsi, quantum valeo iudicio consequi, arbitrantur quod in l. præceden. ad d. l. quòd si filius, vbi fit mentio de legitimo hærede, intelligatur de legitimo hærede patris, & non impuberis, nec animaduertunt quòd ibi non poterat esse quæstio de succedēdo patri ex tacita vulgari, quæ sumit effectum in casu hæreditatis nō aditę, nec etiam de succedendo patri ab intestato quia filius in potestate superuixit patri, & mortuus est impubes nō repudiata hæreditate patris, vnde præsumitur hæres extitisse ex his, quæ infra dicam circa intellectum. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ad Trebell. & ideo dicamus quod ibi fit mentio de legitimo hærede impuberis, quia tractabatur nunquid succederetur pupillo ex secundis tabulis, an vero ab intestato. Et ex his habes q testamentum potest assumere vires a tacita vulgari, non semper, sed tunc demum cum agitur de succedendo
51 pupillo. † Vltimo quærit Bar. quid si substitutio pupillaris facta est ventri, & venter non nascatur, an substitutus admittatur ex tacita vulgari. Communis conclusio est q indistincte admittatur. Tu dicas idem q sup. in præcedenti quæstione. Nec obst. l. qui vētris. §. de ven. inspi. qm̄ non apparet qualis fuerit illa substitutio, an in primum vel in secundum casum, & ideo ppter id, quod ibi h̄r, credendum est fuisse factam in primum casum generaliter, videlicet si hæres non erit, vel specialiter, vt si nō na-
52 sceretur. Dum Bar. in 1. q. tertij effectus quærit, † an tacita pupillaris contineatur sub expressa vulgari, qn̄ mater est in medio, cōis opin. scribentium est q non contineatur, per tex. in l. fi. C. de insti. & substi. & l. precibus. C. eod. Sed omissis rationibus & dictis eorum, verū propius puto q regulariter tacita pupillaris contineatur sub expressa vulgari, siue mater sit in medio, siue non, nisi quando fuisset instituta cū pupillo, & superstes foret, quando pupillus moreretur. d. l. fi. quia tunc propter rationes, de quibus ibi, non creditur substitutio facta in alterū casum, quam in expressum. Non obst. d. l. precibus, qm̄ dictum Imperatoris debet intelligi cum effectu, quādo dicit, in primo casu tantum habuit substitutum. l. 1. §. 1. sup. quod quisque iur. vt perinde sit, ac si dixisset, si quidē re vera, & cū effectu primo casu tm̄ habuit substitutū, &c. s̄m quod dictio taxatiua potest videri expressa ab Imperatore. Aliquando .n. substitutio fit in primum casum tantum s̄m verba, quæ quantum ad effectū nō est in primum casum tantum, sed in primum & secundum simul. l. iam hoc iure. inf. eo. & l. quāuis. C. eo. Et hoc modo non est mirum, si substitutio, quæ re vera & effectualiter est facta in primum casum tantum, expirat post aditam hæreditatem, sed etiam si dictio taxatiua non fuisset expressa in text. puto q adhuc intelligeret de substitutione re vera & effectualiter facta in primum casum tantum, præsupposito quod Imperator loquatur cum effectu, & non verbotenus, quia si substitutio, quā cognominat in primum casum, porrigeretur etiam ad secundum casum, non contineret contrarium eius, quod dicitur de substitutione, quam postea cognominat in secundū casum, & sicut dicitur quod substitutio facta in secundum casum, non expirat post aditam, ita diceretur de substitutione facta in primum & secūdū casum, qm̄ quod habetur ex parte, multo magis ex toto. Sed Imperator in lege nostra dicit de substitutione, quā cognominat in secundū casum, q habet locum, etiā si pupillaris adierit hæreditatem. Illa vero quam cognominat in primum casum, q expirat si pupillus hæres existit, ergo dum loquit̄ de substitutione facta in primū casum, non intelligit q̄ si porrigitur ad secundum casum, & non est quia tacita pupillaris ibi nō admittatur ꝯ matrem existentem in medio, sed ideo est, quia si substitutio re vera & in effectu est facta in primū casum tantum, non potest dici quod extendatur ad secundum, qm̄ si diceremus eam extendi ad secundum casum, re vera & effectualiter esset facta in primū & secundum casum, nō aūt in primū casum tantū. Et hunc intellectum puto esse de mente
53 Imperatoris, secundum quem omnia sunt plana. † Iuxta prædicta quæro quando tacita pupillaris contenta sub expressa vulgari non admittitur ꝯ matrem, an expressa vulgaris, quatenus pertinet ad bona impuberis, admittatur contra matrem. Solutio pendet ab eo, nunquid ideo tacita pupillaris non admittitur contra matrem, quod regulariter substitutio non porrigit̄ ad casum tacitū, si mater fuit instituta, & superest tēpore mortis filij, an vero q regulariter non creditur p̄rem fecisse test̄m filio impuberi, si mater fuit instituta, & superest tēpore mortis filij. Et quidem videtur q ob primam causam tacita substitutio non subaudiatur, quia nūquam est quęstio de expressa substitutione an admittatur ꝯ matrem, sed semper quæritur de tacita, veluti an tacita pupillaris admittatur cōtra matrem pupilli, vt hic. Item an tacita vulgaris admittatur contra matrem testatoris, vt infra, in 3. quæstione. 4. effectus. Item nunquid vulgaris partim tacita & partim expressa admittatur in casu tacito contra matrē, vt. inf. in 5. q. 4. effectus. si ita est quod ob primam causam substitutio tacita nō subintelligat̄ cōtra matrē, dici debet q vulgaris expressa, quatenus pertinet ad bona impuberis, & quatenus ptinet ad bona p̄ris, excludat matrem. vt. s. dicebā de substitutione vulgari expressa facta personis imparibus, q licet non porrigatur ad secundū casum, tn̄ ex ea succeditur patri & pupillo in casu expresso. Et de hoc v̄r esse text. in l. fi. C. de insti. & sub. vbi tractabatur de succedendo in hęreditate pupilli. Et dicitur quod substitutio non habet locum, nisi in casu expresso, & demum in casu tacito, si mater moriatur ante filiū. Ecce q in casu expresso substitutio habet locum indistincte. Tamē d. l. nihil facit, quia qō quidē erat de succedendo in hæreditate pupilli, sed postea solutio dictę quæstionis videlicet super substitutione vulgari facta posthumo cōclusiue est generalis ad bona posthumi, cū nascet̄, & ad bona testatoris, si non nascet̄, & ideo cū dicit substitutionē habiturā l̄c cū indistincte in casu expresso, hoc est, si non nascetur, loquitur solum modo quo ad bona testatoris, quia in dicto casu expresso, si non nascetur, nō poterat esse quæstio de bonis posthumi, quoniā qui nō
54 nascitur, bona habere non potest. † Si vero propter secundam causam substitutio non admittitur contra matrē, dici debet q vulgaris expressa tantummodo quatenus pertinet ad bona impuberis, non excludat matrē, & pater credatur sibi soli substituisse, & noluisse auferre matri legitimā successionem in bonis filij. Et ex hoc audacter infero nouam conclusionē contra tritam & vulgatam opinionē nostri miserrimi seculi, quod expressa pupillaris, nedum tacita, non admittitur contra matrem pupilli, quando est instituta cū pupillo, & superest tēpore mortis pupilli, sicut alias substitutus non admittitur in casu expresso contra fratrem cohęredem ex præsumpta mente testatoris volētis ius legitimarum hęreditatum inter fratres integrum custodiri. l. pe. C. eo. Ad hoc facit ratio generalis. d. l. fi. ne matrem quam participem proprię hereditatis fecit, videatur voluisse postea excludere a luctuosa filij hæreditate. Non obstat d. l. pręcibus. quia ibi mater non fuerat hęres instituta. Alioquin si dicamus ob primam causam substitutionē tacitam nō subaudiri ꝯ matrem, sequeretur q tacita vulgaris contenta in expressa pupillari non subaudiretur ꝯ matrem, propter quod, & propter rationem generalem. d. l. fi. & propter alia prædicta, censeo non ob primā causam substitutionē tacitam nō subaudiri contra matrem. Non obstat simile de substitutione facta personis imparibus in primum casum, quoniam tunc non creditur patrē noluisse facere testamentum filio, sicut credit̄ quādo mater est instituta, & superest tempore mortis filij. Pro quibus vide omnino quę dicā infra in quæstione, quę impediāt & extinguant effectum vulgaris substitutionis circa intelligentiam.
55 d. leg. pen. † De prima & secunda quæst. 4. effectus visum est. s. an ex vulgari succedat̄ pupillo, ideo tertia quæstio quarti effectus est, vtrum tacita vulgaris admittatur contra matrē testatoris. Omnes tenent quod non, vt sicut tacita pupillaris non admittitur contra matrem pupilli, ita neque tacita vulgaris admittatur contra matrē testatoris. Ergo existimo cōtrarium esse de iure tenendum, quia regulariter, vt supra vidimus, tacita pupillaris admittitur contra matrem pupilli, nisi quando esset instituta cum pupillo quia tunc propter rationes. l. fi. C.

de inst. & subst.;placuit debere præferri substituto. Sed dicere
rationes, quæ faciunt quo magis mater pupilli præferatͣ substi-
tuto, in matre testatoris faciunt quominus preferenda esse sub-
stituto censeatur. Mater enim pupilli repellit substitutum si
fuit instituta vna cum pupillo, ne testator credatur voluisse ma
trem excludere a luctuosa filij hereditate quam participē pro-
prie hereditatis fecit, sed mater testatoris instituta cū filio eius-
dem testatoris non potest dici propter eādem rationem exclu-
dere substitutum. Nam particeps facta est hereditatis, a qua
non debet videri exclusa. In casu autem dicta l. fi. mater erat ex
clusa ab hæreditate filij, a qua non debebat videri exclusa. Et
ideo infero quod ibi si mater fuisset particeps facta hereditatis
filij, dispositio dictę legis non haberet locum, puta si pupillari-
ter mater pupulli fuisset substituta cum extraneo, non impedi
ret extraneum substitutum quin haberet partem suam heredi
tatis pupilli, cum non esset exclusa ab hæreditate filij. Item pro
pter expressam voluntatem defuncti, qui noluit ad matrem pu
pilli amplius peruenire de hæreditate filij, quam in testamento
dederit, sed si matrem propriam testator non instituit, adhuc
dici debet non preferri substituto, quia intelligitur exhæreda-
ta, cum talis preteritio habeatur pro exhæredatione, & ideo si-
cut exheredatus non impedit substitutum quominus adeat,
56 ita neque mater testatoris præterita. † Quarta quæstio quarti ef-
fectus est, vtrum per aditionem, quę sit ex tacita vulgari, confir
metur expressa pupillaris. Bartol. se remittit ad ea, quę dicit in-
fra l. proxima, vbi concludit quod sic, & ita recte sentiunt om-
nes. Quinta quæstio quarti effectus est de vulgari partim taci-
ta, & partim expressa, an admittatur contra matrem in casu ta-
cito. Hęc quæstio videtur emanasse propter communem opi.
superius relatam, quæ vult quod vulgaris substitutio facta in
vnum casum non existentium hæredum, porrigatur ad omnes
alios casus similiter non existentium hæredum. Et ideo si in-
telligamus quæstionem iuxta præfatam communem opinio-
nem, nunquid substitutio facta in vnum casum specialem non
existentium hæredum, porrigatur ad omnes alios casus nō exi-
stentium heredum, quęstio non fuit dubitabilis, quoniam non
porrigitur, etiam quando mater non est in medio, vt supra suo
loco diximus, & lex fi. C. de insti. & subst. hic allegata, non fa-
cit ad propositum, quia loquitur quando vnus casus singula-
ris non existentium heredum expressus porrigatur ad casum
omissum existētium hæredum. Quæstio vero est an singularis
casus non existentium heredum expressus porrigatur ad alios
casus omissos similiter non existentium hæredum, & sic an sin
gularis casus vulgaris expressus porrigatur ad alios casus vulga-
ris omissos, & ideo si volumus quęstionem intelligere secun-
dum dicta l. fin. quæ hic allegatur, concipienda fuit aliter dicta
quæstio, videlicet hoc modo, nunquid si substitutio facta est
pupillo expresse in vnum casum specialem non existentiū hæ-
redum, porrigatur ad casum omissum existentium hæredum,
quando mater est in medio. Communiter Doctor. dicerent
quod non, per dictā l. fi. vbi volūt quod tacita pupillaris non ad
mittatur contra matrem, & non distinguūt, si vulgaris expres-
sa fuit generalis ad omnes casus non existentium heredum, an
specialis in quendam casum non existentium hæredum. Nos
autem de veritate huius quæstionis sic intellectę, & de vero in-
tellectu dictę l. fin. & l. præcibus. C. eod. vidimus supra in pri-
57 ma quæstione tertij effectus. † Circa quintum effectum com-
munis conclusio est quod vulgaris expressa facit de suo, & ne-
cessario voluntarium l. si filius hæres supra de lib. & posthum.
Miseratio vestri, quę me quotidie tangit, non patitur vt vos diu
tius videam in tam sordida atque damnosa ignorantia versari.
Ideo contrariam opin. vobis ita decreui insinuare, quod pęnite
bit didicisse ea, quæ super hoc inepte admodum veteres fabu-
lantur. Potissimum fundamentum eorū est, quod testator dan
do substitutum vulgarem, intelligitur dare licentiam abstinen
di, quoties autem pater dat filio licētiam abstinendi, facit eum
de suo & necessario volūtarium l. iam dubitari supra tit. 1. Hoc
autem fundamentum non est verum, primo quia si per datio-
nem vulgaris substituti intelligeretur data licentia abstinendi.
institutus ideo repudians vt substitutus admittatur, nunquam
incideret in ędictum si quis omi. causa testa. sicut cum datum
est a testatore arbitrium eligendi, nō incidit in ędictum si quis, si
repudiat, vt locus fiat substitutioni. l. 1. §. si proponatur infra si
quis omi. causa testa. contra l. si pecuniam. eod. tit. præterea per
facultatem datam abstinēdi suo hæredi non intelligitur factus
de suo, & necessario voluntarius. Prętor enim tribuit benefi-
cium abstinendi suo hæredi, tamen non facit quin filius mor-
tuo patre fiat hæres ipso iure inuitus, sed bene facit quod post-
quam est factus hæres inuitus, possit dissolui abstinendo quam
diu se non immiscuerit, & ideo si se immiscuerit fit de necessa
rio voluntarius propter facultatem abstinendi quam habebat.
58 † Et est speciale in pupillo, vt, quamuis se immiscuerit, non vi-
deatur voluntarius quousque est minor 14. an. l. impuberibus,
& l. necessarius infra de acquiren. hære. Nam prætor non tollit
dispositionē iuris ciuilis, sed remedijs opportunis occurrit, &
medetur effectibus causatis a iure ciuili. Idem dico, si testator
daret facultatem abstinendi filio suo, posito quod de iure præ-
torio non competeret, & testator posset eam dare. Si enim de
iure communi non competeret, testator non posset eam tri-
buere, quia hæreditas ad diem dari non potest l. hæreditas sup.
titu. 1. quamuis contrarium teneant aliqui in d. l. si filius hæres.
Non obstat d. l. iam dubitari quoniam aliud est quod filius di-
catur institutus si volet, & aliud quod dicatur habere faculta-
tem abstinendi, quia si est institutus si volet, non aliter fit hæ-
res nisi velit, & ideo si postea fiat hæres, ei prętor non imparti-
tur amplius beneficium abstinendi, quia voluntarijs heredibus
non subuenit, sed necessarijs, & inuitis. Sed si non est institu-
tus si volet, necessario quidem, & inuitus alligabitur hæredita-
ti, verum postea dat ei prætor non sponte implicito hæreditati
facultatem abstinendi, & si etiam prætor non dedisset faculta-
tem abstinendi, sed disposuisset quod filius esset heres patris si
volet, nullus esset hæres ipso iure post mortem testatoris, sed
59 ita demum si vellet. † Præterea, quando est institutus sub con-
ditione si volet, non est sublata suitas, quia est futurus suus he-
res, si volet l. fin. infra de condi. insti. vbi est proprie casus, & in-
fra videbimus circa intellectum dicta l. fin. necessitas ergo, i. qd
necessario, & inuitus fiat hæres, est sublata, sed suitas, i. qd fiat
heres ipso iure sine aditione, est posita in voluntate institut. &
ideo in vanum laborant volentes probare quod per dationem
vulgaris instituti filius fit de suo & necessario voluntarius, si po
stea tantum probant quod filio intelligitur data facultas absti-
nendi. Ideo aliqui aliter dicebant quod per donationem vul-
garis substituti intelligitur filius esse institutus, si volet, quia sub-
stitutio fit si filius nolet heres esse l. cum proponas. C. de hered.
insti. Ademptum autem sub conditione facit censeri relictum
sub contraria cōditione l. si legatū pure infra de adi. leg. & l. ali-
quando. de cond. & demo. & l. si post mortem. de leg. 1. ergo fi-
lius, cui datus est substitutus vulgaris, debet censeri institutus
sub conditione si volet, & factus esse de necessario voluntarius
sed hoc argumentū nihil obstat, & ab oscitante vel semisom-
no posset dici formatum. Dicant enim qualis est conditio sub-
stitutionis vulgaris, vt inde qualis sit contraria conditio institu
tionis, etiam intelligere valeamus nonne est hęc si institutus
heres non erit. Vnde ergo habent quod eius conditio contra-
ria est hæc, si volet heres esse. Et si diceres quod eam sumunt
ex interpretatione horum verborum, si heres non erit, vt in di-
cta l. cum proponas. tunc ego respondeo quod in dicta l. cum
proponas, non fuit facta substitutio per hęc verba, si heres non
erit, sed si hereditatem meam adire noluerit, vel non potuerit.
Prętrerea loquitur in extraneo hærede instituto, quo casu recte
exponuntur illa verba, si heres non erit, vt ibi, sed quando esset
institutus suus heres, & esset dictum, si heres non erit, tunc non
est quare debeant illa verba exponi potius, si non possit, aut
nolit heres esse, quam si non possit aut se abstineat, immo ne-
cessario debent exponi in suo herede, si heres non erit, vt quia
non possit vel se abstineat, quoniam velit nolit est futurus hæ-
res. Dicamus ergo quod illa verba, si heres non erit, diuersimo
de exponantur secundum diuersitatem personarum, institutа-
rum, vt si est institutus suus heres, exponantur si heres non erit
vt quia non possit, vel se abstineat. Si vero sit institutus extra-
neus, exponantur si heres non erit, vt quia nolit vel non possit.
Nam fateor quod si esset dictum simpliciter, si nolet heres esse
vel disiūctiue, si non poterit aut nolet heres esse, quod tunc cē-
seretur institutus filius si volet, aut si poterit & volet. Vnde ali
dicebant, vt Bald. & Angel in d. l. si filius heres, quod per datio
nem vulgaris substituti, bene tollitur necessitas, sed non tolli-
60 tur suitas, nec effectus suitatis. † Et isti etiam volebant quod
per beneficium abstinendi cōcessum a prętore tollatur neces-
sitas. Hoc autem dictum non est verum, quia neque per datio-
nem vulgaris substituti, neque propter beneficium abstinendi
est sublata necessitas. De vtroq; visum est sup. incontinenti. Et
vt omnia succincte exequar, quę ponuntur per scribentes, qui
hunc articulum late disputant in d. l. si filius heres. primo non
obstat dicta lex, si filius heres, vt ibi per Moder. secundum intel
lectum domini Christophori de Castro. Nec obstat si diceres
quod intellectus domini Christopho. ad illum tex. non proce-
dit, quia secundū eum versic. quod si nemo non posset proce-
dere vbi dicitur certū esse in vltimo vitę spiritu filij instituti, ne
minem ex eo testamento heredem fore, propter pendentiam
natiuitatis posthumi preteriti, & quia neminem substitutū ha-
bebat, quoniam cōtra istud fortissime stringit quod in vltimo
vitę spiritu filij etiam posthumus potuit nasci abortiuus, & sic
sublato obstaculo posthumi filius posset ex testamēto fieri he-
res in vltimo vitæ spiritu. Nam licet Raphael Cum. dicat quod
huic argumento non videt bonū responsum, tū ita responderi
posse videtur, quod vt ibi filius non sit heres ex testamento,
sufficit pendere natiuitatem posthumi preteriti. Nec obstat
qd posthumus potuit nasci abortiuus in illo vltimo vitę spiri-
tu, quia

tu, quia etiã potuit nasci viuus, & quia non sumus magis certi de vno casu quam de altero, propterea non pôt hæres esse ex testamento, quia vt hæreditas ex testamento possit adiri, nulla debet esse spes ꝙ testamentum rumpatur, & quãdiu testamẽtum potest rumpi, hæreditas ex eo non defertur. & hæc est sua vera responsio, quicquid dicant Rapha. Pau. de Cast. dominus Alexan. & Areti. ibi, & communiter al. j. Magis poterat dubitari de hoc quod in articulo mortis fil. j posthumus poterat esse in vtero extinctus, & hoc cum esset certum per rerum nãm, filius fuisset hæres ex testamento. l. cum quidam. in fr. de acqui. hære. Non obstat quod si filius pendente natiuitate posthumi præteriti in vltimo mortis articulo efficeretur hæres, ipso iure ab intestato non transmitteret secundum tabulas nec contra tab. bonorum possessionem, contra l. illud in fi. de bo. pos. con-
61 tra tab. † quia quandiu potest locum habere secundum tabu. & sic ex testamento succedi, nunquam abintestato succeditur. l. quandiu. la secunda. inf. de acqui. hær. & optime probat text. in l. 2. §. si sub conditione. & §. expectandi. & l. si sub conditione. cũ l. seq. inf. de bonorum pos. s̃m tab. Nam respõdetur ꝙ ab intestato non succeditur quandiu bonorum possessio secundum tabulas vel ꝯ tab. edictalis competere pôt. l. 1. inf. de succes. edi. sed abintestato successio non impeditur pp bonorum poss. secundum tab. vel ꝯ tab. decretalem, & de iure ciuili quandiu ex testamento potest succedi, nunquam successio defertur ab intestato, sed bene de iure prætorio cã cognita, vt l. ventre. inf. de acqui. hær. & d. l. illud § fin. cum l. seq. nam bonorum possessio decretalis cõceditur causa cognita cum decretum intercedat, qđ nunquam interponitur de plano. l. 2. §. pe. inf. de bono. poss. Nec est verum quod voluit Paul. de Castr. in d. l. si filius hæres. ꝙ tex. in d. l. illud §. fi. cum. l. seq. procedat demum quando filius habebat substitutum vel cohæredem. tunc enim non est verũ quod prouisio illius legis sit maxime necessaria emancipato, prout vult ille tex. nam tunc est ęque necessaria filio in potestate sicut emancipato, quia si filius in potestate habens cohæredem vel substitutũ decedat hæreditate non adita propter pendentiam natiuitatis posthumi præteriti, nihil transmitteret ex testamento nec abintestato. Ex testamento quidem, quia sperarẽ rumpi. Ab intestato vero quia sperarẽ testm̃ valere, & quandiu pôt habere locum cã testati, cessat cã intestati. Sed qñ non est datus substitutus nec cohæres, bene tunc est maxime necessaria prouisio illius legis emancipato, quia si filius in potestate non potest esse hæres ex testamento, quod speratur rumpi natiuitate posthumi, destituitur testamentum, quoniam solus hic filius erat institutus hæres, & ille non potest ex testamento hæres fieri propter pendentiã natiuitatis posthumi, ideo aperitur via venientibus ab intestato, inter quos filius in potestate est potior omnibus. Vñ est suus hæres ipso iure. Sed si esset emancipatus dum moritur non adita hæreditate ex testamento, non fieret abintestato hæres ipso iure, sicut suus, nec bonorũ possessor, quia bonorũ possessio non acquiritur ipso iure, sed mediãte agnitione, q̃ constitutus in articulo mortis nequit peragere. Dicamus ergo quod d. l. illud loquatur siue datus siue nõ datus sit substitutus vel cohæres, & quando dicit id esse maxime necessarium emancipato, intelligitur quia filio in potestate aliqñ non est necessaria prouisio. d. l. vt qñ non est datus cohęres nec substitutus, emãcipato autem omni casu est necessaria, siue datus sit substitutus vel cohęres siue non. Et ex his dicatur esse verus intellectus domini Christo. de Ca. quem nemo sufficiẽter hactenus defenderat ab impugnationibus aliorum. Non probat ergo. d. l. si filius hæres. quod per donationẽ substituti vulgaris tollatur suitas, per ea, quę dicta sunt, nõ aũt ex eo quod volunt Moder. qa ibi nepos fuerit substitutus ex cõsilio legis Velleię quo casu substitutio facta propter necessitatẽ, s̃m eos, non tollit existentiã sui hæredis. Nam trufa est manifesta vt latę videbimus. inf. in quęstione, an nuda existentia sui heredis excludat substitutũ vulgarẽ. Itẽ neque rõ, quam dicti Moder. tertio loco allegant, est ea, propter quam. d. l. si filius hæres, non probet. & ad tex. in l. Iulianus. inf. si quis omi. caus. testa. fuit datum præter alios verum & bonũ responsum. Secũdo nõ obstat glo. magna in l. Pau. . . quarta. in gl. magna. in uerbo, ad substitutũ. circa mediũ. §. de inoffi. testa. quoniam, ut etiam dicunt ibi Moder. authoritas glo. est probabilis, & non necessaria. Tertio non obstat quod testator dando substitutum uulgarem videtur conditionaliter instituere filium, si hæres esse voluerit, quo casu filius non est hæres inuitus, sed voluntarius d. l. iam dubitari. Ad hoc enim fuit supra responsum in princip. questionis. Nec obstat leg. 1. §. si proponatur. si quis omi. causa test. & l. deb tor. in fi. princi. ad Treb. quoniam, vt conclusimus, illa verba, si hæres non erit, alio modo interpretantur, quando suus hæres est
62 institutus, & alio modo quando extraneus. † Preterea per illa verba, si heres non erit, non intelligitur absolute data licentia abstinendi, sed ita demum si heredi instituto relinquatur aliquid, si heres non erit, vt si quem primo instituit testator, eundem, si heres non erit, secundo loco substituat, vt d. l. 1. §. si proponatur, vel si eum non substituat, tamen aliquid ei præstitum velit, si hæres non erit, vt in d. l. debitor, non ita si alium substituat, si primus hæres non erit, vel alicui alteri leget si institutus hæres non erit. Aduerte tñ quod facultas abstinendi cõcessa a prætore filio in potestate instituto, non facit quominus incidat in edictum si abstinuerit in necem legatariorum, sed illa demũ quæ tribuitur a testatore. Non enim plus tribuit facultas abstinendi concessa necessarijs hæredibus a prætore, quam tribuat liberum arbitrium quod extranei habent nõ adeundi, & ideo sicut extraneo hæredi liberũ est nõ adire, si sibi prospicit & nõ facit in necẽ legatariorũ, ita suo hæredi licet ex beneficio prætoris abstinere si sibi prospicit & non facit in necẽ legatariorũ. Item beneficium prætoris abstinendi non tribuit principaliter quod institutus deserat causam testati, sed quod deserat hæreditatem patris. Licentia autem abstinendi concessa a testatore tribuit principaliter licentiam deserẽdi causam testati. Et ideo quando filius deserit causam testati, & adit ab intestato, hoc
63 non facit ex beneficio abstinendi, sed ex libero arbitrio. † Filij enim in potestate sunt quidem necessario hæredes, tamen nõ sunt necessario ex testamento, sed demum cum se immiscuerint videntur ex testamento hæredes, l. 1. §. qui sunt in prãte, inf. si quis omi. causa test. Quarto loco non obstat l. vnica, §. in nouissimo. iuncto §. cum autem, ea. l. C. de cadu. tollen. quoniam in d. §. cum aũt, tex. dicit exceptis quibusdã personis, & intelligit de his, quas exceperat in d. §. in nouissimo. Amplius dico quod in d. §. in nouissimo a regula quod hæreditas non adita non transmittitur, non excipitur causa suorum hæredũ, quoniam exceptio debet esse de regula. Sui autem non decedũt hę reditate non adita, si ab ea se non abstinuerint, nec deliberãtes decesserint, sed excipiuntur liberi, de quibus loquitur lex vnica, C. de his, qui ante aper. tab. inter quos & suos hęredes manifestam differentiam esse, sup. vidimus. Quinto non obstat l. & si fine, §. sed quod Papinianus, de mino. quia necessario intelligitur ille tex. in hærede extraneo, vt in primis datur intelligi p tex. ibi, & quidem in extraneo hærede, quasi dicat, & quidẽ in casu Papiniani vt Pomponius, dicat, Imperatores hoc statuerunt proprie in casu Papiniani. Sexto nõ obstat, l. qui fundum, §. qui filium inf. ad legem Falcid. vbi erat datus substitutus vulgaris, & dicitur, si filius priusquam patri hęres extiterit, decessisset. Ex quo videtur quod velut extraneus potuerit decedere priusquam patri hæres existeret. Sed non obstat, quoniã suus quoque potest decedere priusquam patri hæres existat, vt propter pendentiam natiuitatis posthumi præteriti, vel quia fuerit institutus sub conditione. Et non est hoc diuinare ad illum tex. vbi constat quod loquatur de aliquo casu determinato, & exempla damus, non vt ita sit, sed vt legẽtes melius intelligãt. Septimo ęquiparant dationem cohæredis extranei ad dationẽ vulgaris substituti, vt quemadmodum per dationem cohæredis extranei tollitur suitas, l. apud Iulianum, §. idem Iulianus, ad Treb. vbi, secundum eos, si pupillus remansisset suus hæres non fuisset necessaria aditio cohæredum ex testamento paterno, quia existentia sui hæredis pupilli abunde confirmasset tabulas pupillares, eodem modo per dationem vulgaris substi-
64 tuti. Hoc quoque nihil est, quia non est verum quod per dationem cohęredis extranei tollatur suitas, vt est tex. optime probans, qui per me solum fuit ponderatus ad hoc in l. suus quoque, §. 1. sup. tit. proxi. vbi etiam dato cohærede non potest filius institui sub alia conditione quã protestatiua, & ita demum patrẽ intestatum non facit non parendo conditioni, si sub ea conditione sit institutus, quæ in arbitrio eius sit quod si per dationem cohæredis esset sublata suitas, nõ referret sub quali cõditione institueretur. Et etiam tex. idem probans in l. cum hęreditate inf. de acquir. hęr. vbi si per dationem cohęredis extranei fuisset sublata suitas, filius non potuisset abstinere tanquã extraneus, & si forte per in integrũ restitutionẽ abstinuisset, cohæres eius non cogeretur cõditionem, de qua ibi agnoscere, vt in l. si minor annis, eod. titu. Sed quid in verbis diuinamus, tex. ibi appellat filium, cui datus est cohęres extraneus, necessarium. Responsio Bar. ad illum tex. communiter approbata non potest esse deterior & insipidior. Nam in contrarium est d. l. suus quoque vbi cohæres ideo potest pendente cõditione filij instituti adire, quia conditio erat protestatiua, quæ si nõ fuisset protestatiua, non potuisset adire, quia testamentum nõ valeret. propterea ꝙ filius suus hæres esset institutus sub conditione non protestatiua, & tamen quoad facultatem adeũdi non desinisset esse in consideratione existentia sui herdis, quia facultas adeundi pendet a validitate testamenti. Neque enim aliter potest ex testamento hæreditas adiri, quam si testamentum valeat, & non speretur rumpi. Non obstat d. l. apud Iulianum §. idem Iulianus, quoniam ibi filius remansit suus hęres, & abstinuerat se ab hereditate patris, propterea cohęredes grauatos fideicommisso oportuit adire. Nec est diuinare ad illum tex. quod filius se abstinuerit, quia est plusquam manifestũ ex eo quod cohęredes coguntur adire hereditatẽ patris, qui alias

non

non fuissent coacti adire, si filius patri extitisset hæres in effectu. Alioquin in dubio non præsumitur aliquid interuenisse, propter quod fuerit impeditus hæres esse, aut desierit hæres esse. l. siue possidentis. C. de probatio. Facit in simil. quod dicitur quod cum de iure communi quælibet res sit libera, non præsumitur serua, nisi probetur seruitus imposita. l. altius. C. de
65 seruit. & aqua. † Præterea, nusquam probatur quod nuda existentia sui hæredis confirmet tabulas pupillares, adeo quod nō sit necessaria aditio ex testamento paterno. Non obstat. l. paterfami. de priuil. cre. & l. Iulianus. & l. filius qui se paterna. inf. de acquir. hæred. & l. si filius, qui patri. inf. eod. qui enim reuelauit doctoribus nostris quod in dictis iuribus nō adierit substitutus hæreditatem patris, aut qua alia de causa volebat Iulianus, qui erat præceptor iuris, substitutum compellendum esse creditoribus paternis respondere, si ex secundis tabulis pupillo hæres extitisset, & non etiam si ab intestato, nisi quia vnū est testamentum duarum causarum, & debet vel vtrumque agnosci, vel vtrumque repudiari, vt dicitur in d. l. paterfamil. quæ sententia a Marcello recte notata est, vt inquit text. in d. l.
66 Iulianus. † Nam si filius est institutus, & abstinet, non debet compelli eius substitutus respondere creditoribus patris, quāuis patris adeat hæreditatem, quoniam eam non adit animo principaliter vt fiat hæres patris, sed impuberis, impugnaret enim vtilitatem pupilli, qui ipse saltem potest habere successorem, & metu onerum patris timidius quis etiam impuberis hæreditatem adibit, propterea visum est æquum, vt substitutus quamuis adeat hæreditatem patris, non ideo magis obligetur oneribus patris non aliter quām hæres hodie, qui solemniter confecit inuentarium secundum formam l. fin. C. de iure delibe. Non obstat d. l. filius, qui se paterna, quia quomodo debeat intelligi vidimus supr. Non obstat etiam d. l. si filius. qui patri. quoniam omnino ibi vtriusque hæreditas fuit adita, patris & pupilli, nam tempore, quo substitutus factus est hæres fratris, erat quoque hæres patris. Et est speciale ibi, vt postquam factus est hæres vtriusque, & consecutus est hæreditatem fratris mediante hæreditate patris, non alias eam habiturus, scilicet ex testamento, nisi fuisset hæres patris, postea possit hæreditatem patris repudiare, & fratris retinere, propter duo. Primo, quia necessarijs hæredibus datur beneficium abstinendi, & hoc fuit, vt possit abstinere. Secundo, & hoc est quare separatio hæreditatis paternæ conceditur, quia remotis quoque tabulis secundis legitimam fratris hæreditatem obtineret, & nisi opinione fallar, ille tex. necessario loquitur in eo impubere, cui facta est substitutio, & non extiterat hæres patri, siue quia fuerit exhæredatus, siue quia fuerit quidem institutus, [illegible]. Et hic intellectus non [illegible] est manifestius ex hoc, quia se [illegible] si adiuisset, [illegible] substitutus repudiaret hæreditatem patris, & [illegible], quia portio sua quam repudiat, accresceret portioni fratris. l. si ex plurib. ff. de sui. & leg. & l. sed si plures. [illegible] loquitur in eo fratre substituto, qui poterat se abstinere, [illegible] potest [illegible] obtinere. [illegible] concedit [illegible] separatio. l. [illegible] acq. hæ. & l. quoniam [illegible] de iure [illegible]. Verbi gratia [illegible] erat [illegible] & nondum [illegible] se abstinuerat, quo casu [illegible] est hæres patris necessarius ipso iure, ita quod [illegible] necessarius hæres erit. l. si pater [illegible] quos [illegible] eod. Si vero [illegible] bes, etiam si se immiscuerit, potest abstinere, & ideo si fuerat pubes & [illegible] hæres patris & fratris per [illegible] mixtionē, non haberet [illegible] d. l. quia [illegible] fuit voluntaria, & separatio non conceditur [illegible] hæredibus [illegible] beneficio. Idem si iure delatam hæreditatem ex secundis tabu. abstinuisset ab hæreditate patris, [illegible] postea morte fratris [illegible] hæres necessarius. Propterea si [illegible] delata hæreditate ex secundis tab. abstinere [illegible] hæreditate patris & [illegible] hæreditas ex secundis tab. vellet eam a. [illegible] hæreditate patris non posset, quia tempore quo pupillus debet habere hæredem, pater non habet. Sin autem velit eam acquirere cum hæreditate patris, potest. d. l. filius qui se paterna. Si enim [illegible] pupillo repudiet, ita demum [illegible] nocet [illegible], si successio ex secundis tabulis non committatur, quæ si committitur, videtur ab initio fuisse institu-
67 tus pro parte pure, & pro alia parte sub conditione, [illegible] casu quando quis est institutus pro parte pure, & pro alia parte sub conditione, si repudiet partem pure delatam, non præiudicat sibi, si postea conditio extiterit, quasi partem repudiauerit, & non [illegible] l. secunda, & l. is, qui hæres [illegible] primo. infra de acquirenda hæreditate. Qui ergo [illegible] hæreditate patris si postea velit hæreditatem pupilli ex secundis tabulis, potest, si patri prius hæres extitit, sed postea non potest amplius abstinere, nedum separationem obtinere, quia sponte factus est hæres, hic autem licet agnoscere [illegible] testatoris pro parte, quoniam fuit hæres necessarius, propter quod sibi daretur beneficium abstinendi. Item quia remotis quoque tabulis secundis legitimam fratris hæreditatem obtineret. Et dictus tex. præsupponit confusionem factam hæreditatis patris & hæreditatis pupilli, non intelligitur quia pupillus, cui facta est substitutio, extiterit hæres patri, sed intelligitur de confusione facta a substituto, qui patri & fratri vel per immistionem vel ipso iure hæres extitit. Dixi qđ pupillus, cui facta est substitutio, nō extitit hæres patri. Non obstat si diceres quod secundum hoc legata relicta in secundis tabulis non deberent præstari, quia neque ad personam, cui fit substitutio, neque ad substitutum aliquid de hæreditate patris peruenit, vt in simili dicitur de substituto exhæredati. l. qui fundum. §. qui duos infra ad l. Falc. Nā dico quod si tabulæ pupillares valent, inconueniens est dicere quod legata ei relicta non valent, & non debeantur, eo quod ad substitutum non perueniunt bona testatoris, cum stet per ipsum substitutum quominus perueniat. Sed iam videamus an intellectus antea dati ad illum text. per alios sint boni. Primus ergo intellectus est quod frater impubes & frater substitutus repudiauerunt hæreditatem patris. Hunc intellectum reprobant communiter docto. quia, vt etiā inquit Paul. de Cast. si pupillus repudiasset hæreditatem patris, esset facta separatio ab eo. Sed hęc ratio non est sufficiens, quia licet non essent vnita bona patris & bona pupilli ab ipso pupillo, tamen poterant esse vnita a fratre substituto, qui patris & postea fratris hæres extitit. Imol. & Alexand. saluant hunc intellectum ab argu. Pauli, & dicunt quod in illo tex. frater substitutus volebat separare partem, in qua fuerat institutus, non autem pupilli hæreditatem. Mode. Papien. mordent eos indigne nam illi non dicūt quod substitutus separet suā a paterna, sed quod suam, hoc est patris hęreditatem, in qua est institutus, separat a fraterna hæreditate. Tamē dictum eorum ex alio puto minus verum, quia ad quid petit separationem, si neuter adeundo vniuerat, Dicas ergo quod hic primus intellectus non est bonus, quia si vterque repudiasset frustra peteretur separatio, vbi nulla esset vnio. Secundus intellectus glos. est quod impubes adiuit hęreditatē patris. Hic intellectus etiam communiter damnatur, quoniam dicunt ipsi, si impubes adiuit, est effectum vnum patrimoniū, & substitutus non debet posse illud diuidere. quia impubes, qui se immiscuit, non potuisset illud diuidere. ergo multo minus frater substitutus. l. hæredem infra de reg. iur. & l. quod si minor. §. Sceuola in fi. de mino. Hęc responsio non est bona. Nā
68 fateor † quod quando filius se abstinet, non desinit esse suus hęres nudo nomine, sed propter hoc efficitur ne quod non dicatur separasse hæreditatem patris a bonis fratris, nam & in casu legis, de qua nunc loquimur, nō negamus quin remaneat suus hęres post separationem. gloss. autem timore istius contrarij dicit quod est speciale in fratre, vt possit impetrare separationem, & extraneus non possit. l. sed si plures. §. filio infra eod. Sed contra eam insurgunt prefati Mod. per tex. nostrum in verbo, præsertim, qui innuit idem esse etiam in alio quam fratre. Sed ipsi non considerant quod dictio presertim, fuit posita propter rationē præcedentem, quæ quia videbatur non sufficere, propterea quod licet haberet beneficium abstinendi, ex hoc tamen sibi non debebat esse licitum abstinere pro parte. merito subdit tex. præsertim, &c. quasi dicat licet prior ratio non cōcludat quod debeat concedi separatio, & maxime etiam attenta hac ratione, debet concedi, videlicet quia remotis quoque tabulis secundis legitimam fratris hæreditatē obtineret. Tertius intellectus est communis, quod filius impubes erat exhæredatus, ad quem ideo cōuolant, quoniam secūdum eum cessat impossibilitas, & hæreditas impuberis vnita cum hæreditate patris possit separari. Contra hunc intellectum arguit Bald. vt hic per eum. Sed ad eius argumen. respondet Raph. Cuma. recte. Reor enim dispositionē huius legis posse accommodari, quando filius est exhęredatus, sed non timore illius impossibilitatis, quia ego non existimo impossibile ꝙ hæreditas pupilli vnita cum hæreditate patris non possit separari ab ipsomet pupillo, vel ab eius hærede per abstentionem. l. si quis filium. §. 1. & l. si is, qui immiscuit. inf. de acqui. hęr. sed ideo puto posse procedere in filio exhęredato, quoniam inutiliter se abstineret si candē esset habiturus in hæreditate pupilli. Sed contra hunc intellectum communiter approbatum arguūt Moder. Papien. & dicunt non videre bonum responsum, quia si impubes erat exhæredatus, certe separatio bonorū impuberis a bonis paternis esset facta re ipsa, & non esset substitutus qui postea separaret, ideo amplectūtur ipsi quartū intellectum, quod impubes fuerit institutus & mortuus est hæreditate non adita neq; repudiata, quo casu cessant omnia contraria superius facta. Nam non adiuit, vt postea sit impossibilis separatio, nec etiam repudiauit, vt substitutio pupillaris corruerit propter destitutum patris testamentum. Hic intellectus laborat non solum morbo cōmuni, sed etiā peculiari nam est diuinatiuus, quia quod filius decedat non adita hæreditate patris, contingit extrinsecus ab aliquo, vt propter pendentiam natiuitatis posthumi pręteriti, vel quia fuerit captus ab hostibus, aut quia fuerit institutus

sub con-

ſub conditione poteſtatiua, cui priuſquam pareret, deceſſerit.
accidentia aũt non preſumuntur. Faciunt ea quæ dixi ſup. cir-
ca intellectum l. apud Iulianum §.idem Iulianus,ad Treb. Præ
terea ipſe arbitratᷓ,ſicut alij, quod impoſſibilis ſit ſeparatio bo-
norum patris a bonis impuberis. Vlterius argumentum eorum
factum contra communem intellectum non concludit, quo-
niam licet non fuiſſent vnita bona patris, & impuberis ab ipſo
impubere,tamen poterant eſſe vnita a ſubſtituto impuberis,vt
quia factus eſſet hæres patris,& poſtea impuberis. Et hæc dicta
ſufficiant, quantum ad perſonam impuberis cui facta eſt ſub-
ſtõ. Quantum vero ad perſonam ſubſtituti variatur ſimiliter le
ctura tribus modis. Primus & ſecundus intellectus, quia diui-
nant,reprobantur communiter. Tertius ergo communiter ap
probatus eſt,quod nullus extitit heres patris,& quod exiſtentia
ſui hæredis, quæ remanet poſt abſtenſionem, confirmat tabu-
las pupillares. Sed neque hunc intellectum vllatenus puto ve-
rum, quia nuſquam probatur ꝙ exiſtentia ſui hæredis confir-
met tabulas pupillares. Non obſtat iſte tex.quia debet aliter in-
telligi,vt ſup.vidimus. Non obſtat etiam quod filius remanet
ſuus hæres poſt abſtenſionem, qa hoc non ſufficit, & quando
filius ſe abſtinet oĩa, quæ pendent a validitate teſtamenti patris
69 corruunt. † Expedita quarta quæſtione principali circa quinq;
effectus ſubſtitutionis vulgaris, quinto Bart.quærit quę impe-
diant & extinguant effectum vulgaris ſubſtitutionis,& ſucceſ-
ſiue vtrum aditione vnius ex hæredibus extinguatur ſubſtitu-
tio facta omnibus. Ipſe concludit quod aut ſubſtitutio eſt plu-
ribus facta ſeparatim, aut coniunctim vel copulatiue, ſi facta
eſt ſeparatim,tunc,inquit,vno repudiãte admittitur ad eius par
tem ſubſtitutus,& expirat ſubſtitutio ſolum quo ad adeuntem
non quo ad alios non adeuntes. Si vero ſubſtitutio eſt facta plu
ribus copulatiue vel coniunctim,vno adeunte expirat ſubſtitu-
tio quo ad omnes. Inquantum Barto. loquitur de ſubſtitutio-
ne facta pluribus ſeparatim, cum eo tranſeunt omnes nemine
diſcrepante,& quidem bene. Sed inquantum loquitur de ſub-
ſtitutione pluribus facta coniũctim vel copulatiue,& exempla
ponit ſubſtitutionis coniunctim & copulatiue conceptę,quidã
tenent cum eo in omnibus,quidam vero in aliquibus ſic, & in
aliquibus non, tamen maior eſt numerus eorum, qui dictum
Bartol. in omnibus exemplis fatentur verum. Ego autem exi-
ſtimo ſingulas opiniones magis in errore quã in iure eſſe fun-
datas, quamuis veritas minus latuiſſe Imol. cæteris videri poſ-
ſit. In primis vero,quia vt meminit Lau. Vall in proœmio tertij
libri ſuarum elegantiarum. Quint.ait quod omne ius aut in ver
borum interpretatione poſitum eſt, aut in æqui,prauique di-
ſcrimine. Rogatum lectorem interim volo,ne me vt nimis ver
boſum odeꝛit,ſi hanc quæſtionem aliquantiſper prolixius exa-
minabo, exiſtimetque nihil eſſe lectoris inconſtantia turpius.
70 Dico igitur † quod ſubſtitutio facta pluribus inſtitutis,regula-
riter cenſetur facta ſingulis diuiſim,ſiue dictum ſit, ſi hæredes
non erunt,ſiue,ſi hic & ille hæres non erit,vel,ſi hic hæres non
erit.& ille hæres non erit,ſiue,ſi vterque hæres non erit, nõ ita
ſi fuerit dictum,ſi neque hic neque ille heres erit, vel, ſi neuter
hæres erit.nam aut plures conditiones ſunt coniunctę per no-
tam diſiunctionis,& habet locum lex,ſi is,qui ducenta infra de
reb.dub.aut ſunt coniũctę per notam copulationis,& hæc pro-
prie eſt quæſtio noſtra. Ideo in primis eſt aduertendum, quod
non omnis propoſitio,vbi ſit nota copulationis, dicitur copu-
latiua apud Logicos, ſed illa demum vbi coniunguntur plures
cathegoricæ per notam copulationis,vt, Titius erit hæres,& Se
ius erit hæres. Nam ſi nota copulationis coniungit plures ter-
minos, & non propoſitiones,vt Titius,& Seius erit hæres, ap-
pellãt copulam ſeu cathegoricam de extremo copulato,& no-
tam copulationis,dicunt teneri copulatim,quia propoſitio eſt
copulatum, ſed quando propoſitio eſſet copulatiua, dicerent
71 notam copulationis teneri copulatiue. † Tamen iuriſconſulti,
& ferre omnes obſeruant conſuetum modum loquendi,ſecũ-
dum quem non ſit differẽtia inter copulatiuam & copulatum
quando ex copulato licet inferre copulatiuam de cõſimilibus
terminis, vt Titius, & Seius erit hęres, ergo Titius erit hæres,
& Seius erit hęres. Ideo nos competenter dicere poſſumus vnã
copulatiuam explicitam & alteram implicitam. Explicita ha-
bet minus dubij, quando concurſus requiratur copulatorum
quam implicita,quia copulatiua,ſi eſt affirmatiua,requirit con
curſum omnium copulatorum,ſi eſt negatiua, ſufficit verifica
ri in vno,quoniam ad veritatem copulatiuę affirmatiue requiri
tur vtramque partem eſſe veram,ad falſitatem ſufficit alteram
partem eſſe falſam. Hoc autem quando ſit affirmatiua vel ne-
gatiua,magis dignoſcitur quando eſt explicita,quam ſit impli
cita. Nam hęc,ſi Titius,& Seius hæres non erit,lego mille,po-
teſt dupliciter explicari & ſecundum duplicem explicationem
habere duplicem ſenſum,quia ſi explicetur in copulatiuam ne
gatiuam hoc modo,ſi non Titius hęres erit,& Seius hæres erit
lego mille, tunc altero non exiſtente hærede,legatum debebi-
tur. Sed ſi explicaretur in copulatiuam affirmatiuam compo-
ſitam ex duabus cathegoricis negatiuis hoc modo,ſi Titius hę
res non erit,Seius hæres non erit,lego mille,altero non exiſten
te hærede,legatum non cõtinuo deberetur,ſed demum ſi neu-
ter hæres eſſet l.ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem aureos. in ſe-
cundo & tertio exemplo infra de verborum oblig. Et hoc eſt
quod iuriſconſultus conſiderauit in dicta l.ſi is,qui ducenta.§.
72 fina. vbi inquit † quod ſi teſtator ita dixit,ſi mihi filius aut filia
hæres non erit, Caius hæres eſto, non ſatis voluntatem ſuam
declarauit, ſi non aliter extraneum hęredem eſſe volet, quam
neque filius neque filia hæres ſit. nam ſicut eſt copulatiua ex-
plicita,& copulatiua implicita,eodem modo eſt diſiunctiua ex
plicita,& diſiũctiua implicita.& qua de cauſa copulatiuam im-
plicitam contingit eſſe dubiam,eadem ratione quoque diſiun-
ctiuam implicitam contingit eſſe dubiam. Nam illa,ſi mihi fi-
lius aut filia hæres non erit Caius hrs eſto, põt dupliciter expli-
cari, & ſecundum duplicem explicationem habere duplicem
intellectum. poteſt enim explicari in diſiunctiuam negatiuam
hoc modo,ſi mihi nõ filius hæres erit,aut filia heres erit Caius
hæres eſto,quo caſu ſignificaret quod demum ſi neq; filius ne
que filia hæres eſſet,tunc ſubſtitutus veniret,non autem etiam
ſi duntaxat alter non eſſet hæres,quia diſiunctiua negatiua de-
bet verificari in vtroque parte,quoniam ad veritatem diſiuncti
uę affirmatiuę ſufficit alteram partẽ eſſe veram, ad falſitatẽ re-
quirit vtranq; partem eſſe falſam. Põt quoq; dicta propoſitio,
ſi mihi filius aut filia hæres non erit, explicari in diſiunctiuam
affirmatiuam compoſitam ex duabus cathegoricis negatiuis
hoc modo,ſi mihi filius hęres non erit, aut filia hæres non erit,
Caius hęres eſto, & tunc altero non exiſtente hærede inſtitu-
tus admitteretur, quia ad veritatem diſiũctiuę affirmatiuę ſuf-
ficit vnam partem eſſe veram d.l.ſi quis ita fuerit ſtipulatus de-
cem aureos.in fin. Vnde iuriſconſultus ait quod ſi teſtator no-
lit relinquere quęſtionem voluntatis, & velit non aliter extra-
neum hęredem eſſe,quam ſi neque filius neque filia hęres erit
debet hoc modo verba concipere,ſi mihi nec filius,nec filia hę
res erit. Et ratio eſt, licet eam ipſe non dicat, quia a diſiuncti-
ua negatiua ad copulatiuam affirmatiuam factam de partibus
contradictorijs diſiunctiuę affirmatiuę eſt bonum argumentũ,
& econuerſo, vt non tu curris. vel tu ſedes,ergo tu non curris,
73 & tu non ſedes,& econuerſo.† Et ex his nota differentiam eui
dentem inter dictionem,& & dictionem neq; contra maximę
authoritatis virum, qui nobis audientibus publice damnauit
Imol. & Alexan. obſeruantes talem differentiam.de quo ideo
palam non loquor,quia eum in ſumma veneratione loco parẽ
tis habeo. Et ſimile adductũ non eſt bonũ, dum ait in l. ſi quis
ita ſtipulatus fuerit decem aureos,de verb. oblig. tex. non facit
differentiam quantũ ad concurſum copulatorũ vtrum dicatᷓ,
promitto tibi centũ ſi nauis ex Aſia venerit,& ſi Titius conſul
factus fuerit,vel dicatᷓ, promitto tibi centum ſi neque nauis ex
Aſia venerit,neq; Titius conſul factus fuerit. ergo idem dicen
dũ eſt etiam quando non fuiſſet appoſita dictio neq; ſed fuiſſet
poſita copula hoc modo,promitto tibi mille,ſi Titius non erit
conſul, & ſi Imperator non venit in Italia,quoniam iſtę tres co
pulatiuę ſunt omnes affirmatiuę explicite, nimirum ſi in eis re
quiritur concurſus copulatorũ. nam duę poſteriores ſingule
conſtant ex duabus cathegoricis negatiuis. Imol. vero & Ale-
xan.loquunt quando copulatiua eſt implicita,vt ſi Titius & Se
ius hęres non erit,tũc eſt differentia inter eam & iſtam, ſi neq;
Titius neq; Seius hæres erit,quoniam ſuperior eſt ambigua,&
dupliciter poteſt explicari,vt ſup.vidimus.hæc autem,neq, Ti-
tius neque Seius hęres erit,non poteſt niſi vno modo explicari,
& conſequenter vnicum tantum habere intellectum,videlicet
ſi neque Titius hęres erit. neque Seius hęres erit.id eſt, ſi neu-
74 ter hæres erit,adde quę paulo infra dicam in ſimili.† Pro intel-
ligentia ergo quęſtionis noſtræ tu debes ſcire quod ea quę di-
cta ſunt hactenus de copulatiua affirmatiua & negatiua proce
dũt quando diſpoſitio conditionalis ſemel tantũ poteſt com-
mitti,quando enim poſſet committi pluries, videlicet per ſin-
gulas conditiones,tũc ad veritatem copulatiuæ affirmatiuæ nõ
requiritᷓ concurſus copulatorũ,vt ſi ſubſtituam te vni filio im-
puberi,ſi impubes deceſſerit,deinde & aliter filio impuberi ſi-
militer te ſubſtituam, ſi impubes deceſſerit,tũc eſt verũ dice-
re qđ tu es ſubſtitutus,ſi vterq; impubes decedat & ſi hic & il-
le deceſſerit impubes, & tamen vt ſubſtõ habeat effectũ, non
requiritᷓ concurſus copulatorum. ſed vt primũ alter deceſſerit
impubes ſubſtitutioni factus eſt locus. Intellige de rigore iu-
ris,quoniam de ęquitate quando pater ſubſtituit impuberibus
cenſetur noluiſſe inter fratres cuſtodiri ius legitimarum here-
ditatum ſecũdum quod ſubſtitutus non veniet niſi vtero. fra-
ter fuerit mortuus l.pen. C.eo.idem dico quando teſtator ſub-
ſtituiſset huic,ſi hęres non erit,& illi, ſi hæres non erit,verum
eſt dicere ꝙ te ſubſtituit ſi hic hęres non erit,& ille heres non,
quo caſu ſimiliter eſt copulatiua affirmatiua cõpoſita ex duab.
cathegoricis negatiuis,& ſecũdũ regulam copulatiuę affirma-
tiuę nõ deberet ſubſtitutus admitti,niſi vtraq; ɔdõ exiſteret.tñ

admittitus

uersalis negatiua. Tamen vt cessent hæc cõtraria possumus dicere aliter, & breuius, ꝙ terminus vniuersalis negatiuus æquipollet huic, neque iste, neque iste. Terminus vero vniuersalis affirmatiuus ęquipollet huic, iste & iste. ideo hæc, vterque non currit, æquipollet huic, iste & iste non currit. hæc vero, nõ vterque currit, æquipollet huic, non iste & iste currit. Similiter hęc neuter nõ currit, æquipollet huic, neque iste neque iste nõ currit. hæc vero, nõ neuter currit, æquipollet huic, non neque iste neque iste currit. Nota hæc diligenter, quia forte bonam partẽ eorum non reperires apud Logicos. Vidimus itaque hactenus quando dispositio conditionalis potest committi per singulas conditiones, ꝙ tunc non est necessarius concursus copulatorũ. Item vidimus qualiter dispositio concepta sub pluribus cõditionibus coniunctis per notam copulationis potest dupliciter
79 interpretari. † Nunc videamus si hoc est verum, ꝙ substitutio facta pluribus sub vna conceptione verborum, intelligatur facta singulis separatim, an vero collectiue omnibus, quia si regulariter intelligatur facta singulis separatim, tunc dico quod non ideo minus intelligetur facta singulis separatim, quia forte sit dictum, si hic & ille hæres non erit, vel, si vterque impubes decesserit, qm̃ quoties dispositio est concepta sub pluribus conditionibus coniunctis per notam copulationis, & potest committi per singulas conditiones, vt in casu nostro, vbi substitutio facta pluribus sub vna cõceptione verborum regulariter censetur facta singulis diuisim vt statim probabo, tunc nunquã requiritur concursus collectiue omnium conditionum, vt nuper vidimus. Et quidem videtur in omni substitutione vulgari, pupillari, & fideicommissaria, & in legatorum, & fideicõmissorum tam particularium quam vniuersalium substitutione, qđ regulariter substitutio censeatur facta singulis, diuisim, nisi qñ aliter constaret de volũtate testõris expressa vel tacita ꝙ voluerit inter cohæredes seruari ius accrescendi vel ius legitimarum hæreditatum. l. quidam testamento. inf. eo. & l. pen. C. eo. Nam in d. l. quidam testamento. constabat hoc modo de voluntate testõris ꝙ nolebat tertio loco substitutos venire nisi tota hæreditas vacaret ab omnibus, quia diuiserat inter dictos substitutos totam hæreditatem taliter ꝙ erat impossibile ꝙ ad eos perueniret s̃m partitionem factam a testatore, nisi tota vacasset, & ita hinc colligitur mens testatoris fuisse ꝙ tertio loco substituti nõ venirent, nisi tota hæreditas vacaret ab omnibus superioribus institutis & substitutis, non autem ex dictione, neque ibi repetitat quoniam illa tantum probat qđ nisi vacaret a Sosia & Floro, non succederent tertio loco substituti. & in casu dictę legis si non fuisset ratio prædicta, debuissent tertio loco substituti venire. quia hæreditas vacabat a Sosia & Floro. De vulgari est casus in leg. fina. in princip. infra. eod. Cui respondet Barto. sed eius responsio nihil est, quam aliter non ostendo esse falsam, quia aliunde satis superque probatur intentio nostra, & grande negotium mihi se offerret in materia l. re coniuncti. de leg. 3. qđ non expeditem sine longissima mora. De pupillari est tex. in d. l. pe. intelligendo quod ibi illa interpretatio sumitur ratione fratrum. Alioquin si non diceremus substitutionem eo modo cõceptam, regulariter intelligi vt si alteruter decedat, illico substitutus admittatur in locum & partem defuncti, necesse est dicere quod temere aut stulte fuit dubitatum per iurisconsultos de casu illius legis minus dubitabili reliquis. quod est nefas dicere. Nam si regulariter, etiam quando essent instituti omnino extranei, substitutio intelligeretur facta si demum neuter hæres erit. quid est quod secus videatur dici posse quando fratres sunt in-
80 stituti. † obiter no. quod ibi expressa pupillaris non admittitur contra fratrem, & non possumus dicere illud esse propter terminum vniuersalem, quia vt nuper ostendimus, substitutio quantuncunque facta per terminum vniuersalem, intelligitur si alteruter impubes decesserit, & est perinde, ac si vnicuique diuisim fuisset facta sua substitutio. Et si diceres retenta opinione tua pro vera, posset dici quod in dicta. l. pen. ideo substitutio pupillaris non habebat locum aduersus fratrem propter dubiã interpretationem termini vniuersalis, in qua id eligitur, quod magis reputatur fuisse de mente testatoris. l. si is, qui ducenta. §. fina. de rebus dub. vt terminus vniuersalis, qui potest accipi diuisiue & collectiue, sumatur collectiue, tanquam magis expediens fratri, vt substitutus intelligatur vocatus demũ post mortem vtriusque defuncti in pupillari ætate, & ideo sit secus, si mens testatoris non posset interpretari collectiue, vt quia substituisset vni soli vel singulis separatim, quia tunc ex quo constaret de mente testatoris non dubia, non esset recedendum ab ea Sed dico quod hæc interpretatio non potest videri sumi in dicta. leg. pen. propter dictam rationem, quia non est verisimile quod testator voluerit substitutum tantummodo succedere, si vterque impubes decessisset, quia sequeretur qđ si vnus ex impuberibus factus esset pubes, & moreretur, deinde qui remanserat in pupillari ætate etiam moreretur impubes, substitutus non veniret. quia non est verum quod vterque impubes decesserit. quod esset maximum absurdum. Præterea tex. in d. l. pen. assignat aliam rationem magis probabilem, quod ideo ibi substitutus non admittitur contra fratrem, quia testator non creditur fecisse testamentũ impuberi superstite altero fratre æque instituto. secundum quam cessat prædictum absurdum, quia si vnus ex duobus impuberibus factus pubes moriatur, deinde alter quoque moriatur in pupillari ætate, substitutus admittetur per rationem. d. l. pen. Igitur non est quærenda alia ratio, quam
81 assignetur in d. l. penul. † per quam ego concludo manibus & pedibus esse tenendum quod expressa pupillaris non admittitur contra fratrem æque institutum, & multominus cõtra matrem. Sed posses quærere quare in substitutione pupillari expressa testator creditur voluisse conseruare legitimam successionem in bonis impuberis fratri vel matri ęque instituto vel institutę contra expressam substitutionem, in substitutione vero expressa vulgari nõ putatur eodem modo voluisse matrem præferri per ius accrescendi substituto vulgari, quoniam substitutio vulgaris habet effectum contra fratrem æque institutum substitutio vero pupillaris non habet effectum. Nam in substitutione pupillari fingitur testatorẽ non substituisse impuberi superstite fratre æque instituto sed in substitutione vulgari cẽsetur omnino substituisse quantuncunque frater æque institutus sit superstes. Solutio istius quæstionis habetur. supra. in illa quæstione an tacita vulgaris admittatur contra matrem testatoris. vbi diximus, in substitutione pupillari ideo substitutionẽ nõ habere locum, quia persona, aduersus quam substitutio haberet locum, excluderetur ab hæreditate, a qua non debet videri exclusa, sed in substitutione vulgari quãuis substitutio habere effectum, non propterea persona, aduersus quã substitutio habet locum, excluditur ab hæreditate, a qua non debet videri exclusa, quia est pro parte instituta. non est sic in pupillari, quia si substitutio haberet effectum, persona aduersus quam substitutio sumit effectum, pęnitus excluderetur ab hæreditate, a qua non meretur excludi, nam nihil haberet de hæreditate impuberis. De fideicommissaria est casus in lege Lucius. §. Caio. in-
82 fra ad Trebellianum. & in l. fina. §. filium. de leg. 2. Non obstat lex hæredes mei. §. cũ ita. ad Trebelliañ. Vbi substitutus † duobus, si vterque sine liberis decesserit, si altero tantum sine liberis decedente substitutus admissus sit dicitur admitti contra verba substitutionis. Nam dico quod ibi non poterat videri vocatus substitutus si alteruter tantum sine liberis decederet, quia in illum casum fuerat separatim facta reciproce inter ipsos institutos, tamen quia reciproca nõ poterat habere locum ex quo alter institutorum iampridem prædecesserat, & in fideicommissis voluntatem magis quam verba spectari conueniat. absurdum esse visum est, cessante prima substitutione, scilicet reciproca partis petitionem substitutę nepti negari, quã totam habere voluit auus, si nouissimus fratris quoque portionem suscepisset. Non obstat lex codicillis. in principio. infra de vsufructu lega. quoniam ius accrescendi, quod testator voluit habere locum in primo legato, censetur repetitum in secundo, maxime propter verbum, hoc amplius, ibi positum. lege cum seruus. infra de condition. institu. lege si tibi pure. de legatis tertio. & lege auia & lege liberis. infra de condi. & demonstra. Responsio ad illum textum ibi data per Bartolum & in leg. hæredes mei. §. cum ita ad Trebellia. non est bona, quoniam dispositio dictę legis codicillis. procederet etiam in substitutione vulgari facta in proprietate post mortem omnium institutorum, quo casu sicut potest habere locum vulgaris substitutio, ita potest habere locum ius accrescendi, & tamen substitutio præualet iuri accrescendi. lege. finali. in principio. infra eodem. Et ex his paucissimis verbis destruuntur infinitæ conclusiones doctor. communiter approbatę hic, & in leg. si pater impuberis. & in lege vel singulis. infra eodem. & in dicta lege penulti. & dicto. §. cum ita. Et vt reliqua taceam text. in leg. Titia. §. Seia libertis. de legatis secundo. super quo fundãtur ibi plures conclusiones, non probat quod per substitutionem factam post mortem plurium institutorum ab vltimo moriente in tota hæreditate censeantur instituti inuicem substituti quoniam dicitur ibi, quod substitutio reciproca fuit facta in prima parte testamenti, qua fundum prælegauerat, & postea in secunda fuit dictum, qui nouissimus &c. ergo substitutio reciproca non põt videri inducta ex illis verbis nouissimus &c. cum ambę substitutiones, reciproca. & illa, quę fuit facta nouissimo decedẽti, non fuerint factę in eadem parte testamenti. sed in diuersis & dici debet verba formalia primę partis testamenti, quia fundum pręlegauerat, & legatarios inuicem substituerat non sunt in tex. & sufficit nos esse admonitos a Iu-
83 risconsulto ꝙ præcessit substitutio reciproca. † Circa tertiam quæstionem Barto. hic concludit ꝙ si hęres qui adiuit hæreditatem, est in integrum restitutus aduersus aditionem peracta, admittitur substitutus. l. & si sine. §. sed quod Papinianus. §. domino. & in l. ex contractu. inf. de re iud. & est communis omnium conclusio. Contrariũ existimo magis verum per textũ in lege si. J. de success. ædicto. & maxime hac ratione, quia qñ hęres pri-

res primi gradus adiuit, exclusit omnes gradus sequentes eiusdem capitis, & sic substitutum, qui est heres secundi gradus, non autem inferiora capita, quia inferioribus capitibus nõ fuit delata hæreditas, vt possint videri exclusa, sed huic capiti fuit delata, & sic omnibus de illo capite, non tamen vt omnes pariter admittantur, sed ita demum si prior non adibit, sequens proximior succedat, & nõ aliter excludatur quã si prior adiuerit, & ideo vbi prior adiuit, spes succedendi inferioribus gradibus extinguitur, ita quod quamuis postea restituatur in integrum aduersus aditionem, non ideo tamen reuiuiscit spes semel extincta, sed inferiori proximo capiti nunc demum incipit deferri, & nunquam amplius ante fuit ei delata, ex quo possit videri semel exclusum, & ideo si cognatus primus heres factus abstineat, non succedit inferioris gradus cognatus, sed caput sequens caput cognatorum, videlicet fiscus si nõ extat vir aut vxor, siquidem qui moriuntur, vt plurimum non sunt coniugati, d.l.fin. Idem in lege prima §. si quis adita, infra ad Ter-
84 tullianum, † nam si filius postquam adiuit hereditatem matris abstineat vocantur legitimi ab intestato, quia ipsi non succedent ex eodem capite quo liberi vocantur ad hereditatem matris abintestato. Similiter in l. secunda, §. si bonorum, ad Tertullianum, si filius emancipatus adita patris hereditate abstineat, mater patris admittitur, quia non succedit ex eodem capite quo succedebat filius, nam filius succedebat per vnde liberi, mater autem succedit ex Tertulliano. Non obstat lex penultima infra de acquirenda hæreditate, vbi si vnus ex institutis, postquam adiuit, abstineat, cohæres prefertur venientibus ab intestato, nam illud ideo est, quia primũ caput & primus gradus non vacabat. Substinebatur enim per coheredem & primũ caput, & primus gradus, propterea ipse prefertur venientibus ab intestato, non tamen cogitur acceptare partem vacantem, sicut si antequam adierit, repudiasset, lege si minor. infra de acquirenda hereditate. Non obstat d.l. ex contractu, vbi filius in potestate institutus qui est heres ipso iure, se abstineat vocatur sequens gradus, hoc est substitutus, & nõ sequens caput, hoc est venientes ab intestato. Nam fateor quod si filius se abstineat ex beneficio abstinendi concesso a pretore hered.b.
85 necessarijs, substitutus admittit. Hoc † enim beneficium abstinendi est introductum pro libero arbitrio non adeundi, ꝙ habent extranei, & ideo quando testator substituit heredi suo & necessario, si heres non erit, intelligitur substituisse si mediante dicto beneficio abstinuerit se ab hereditate, sicut in extraneo herede intelligeretur, si ex libera voluntate nollet adire, & sicut quamdiu extraneus institutus non adit, & habet rẽ integram, subõ non expirat, ita quamdiu suo heredi cõpetit beneficium abstinendi, dicitur heres necessarius habere rem integram, & subitõ non expirat. Sed si dictum beneficium amplius non cõpeteret, vt quia factus pubes se immiscuisset, tunc si abstineret per restõnem in integrum substitutio non reuiuisceret, quæ fuit extincta ꝙ desijt competere beneficium abstinendi. Non obstat etiam l. a roxi. §. interdum. infr. eod. quoniã loquitur in eo, qui prius repudiauerat, & nũc restituitur ad adeundum, non autem in eo, qui prius adierat, & nunc abstinet. continuat enim ver. ego. ad precedentia, vbi est similis casus, quando quis primo repudiat, & non vult adire, si postea adeat, proficit secundis tabulis. Non obstat d.l. si fine. §. sed quod Papinianus, quam Bar. allegat pro se. Facit enim contra eum, vbi dicit nõ per omnia verum esse ꝙ substitutus non admittatur, si institutus, qui adiuit, mox abstineat per in integrum restõnẽ, quia si hereditas non est soluendo, placuit locum esse substituto, nam datur intelligi quod regulariter substitutus nõ admittitur instituto abstinente per in integrum restitutionem & qđ est speciale vt admittatur si hæreditas non est soluendo. & glo. ibi non dicit verum, quæ vult, quod si hereditas est soluendo possit substitutus hæres esse inuito legitimo herede, sed quod non potest cogi heres esse, nam dicit de directo contra illum tex. qui dicit non posse heredem existere, & non dicit non co-
86 gi heredem existere. † Quinto loco quçrit Bar. an nuda existentia sui hæredis excludat substitutũ vulgarẽ. Et concludit quod si est facta ex necessitate, vt ex consilio Galli, vel legis Velleię, nuda existentia sui heredis excludit substitutum, l. Gallus, sup. de liberis & posthum. In opinione Bar. sunt communiter omnes. Hunc errorem haud quamquam existimo oculis conniuentibus esse pretereundum, & hic pariter expediam quçstionem secundam secundi effectus, sup. formatam. In primis non animaduertunt qđ Gallus & lex Velleia dicunt posthumos & nepotes esse instituendos, & nunquã dicunt esse substituẽdos, potest enim esse consultum per instõnem, quod non esset cõsultum per substõnem, vt si filium instituo & nepotem substituo, deinde si filium emancipo, nepos qui incipit esse suus hæres, reperitur preteritus, & ideo rumpit testamentũ, quia licet sit substitutus & substitutio sit institutio, tamen est cõditionalis institutio. suus autem heres sub conditione, quæ non sit in potestate eius, institui non põt. Item cum sit substitutus filio, non erit heres, nisi si filius hæres non erit, nec etiã si fuisset substitutus si filius suus hæres non erit, magis proficeret, quoniã substitutio facta suo hæredi, si suus hæres esse desierit, non potest videri facta in suitate, quia non eodẽ modo suitas quo hæreditas per substitutionem confertur, sed cẽseretur substitutio conditionalis in hæreditate, si filius hæres nõ erit, & si suus hæres esse desierit, quæ nõ aliter habitura est effectum, si filius heres nõ erit, nisi etiã desinat esse suus. & ideo quis filium emancipem, nõ propterea substitutio habet effectum, imò potest ad-
87 huc deficere, si filius emancipatus adeat. † Et in hoc differt institutio a substitutione, quia si in casu proposito fuisset nepos institutus si filius desijsset suus hæres esse, tunc si filius emanciparetur. nepos nõ rumperet testamentum tanquam preteritus, qui est institutus, & oĩmodo hæres erit aut insolidum si emancipatus nõ adibit, aut pro parte si emancipatus adibit. Nec debet videri inconueniens ꝙ nepos factus suus hæres non excludat patrẽ qui desijt esse suus. Licet enim suus hæres debeat esse institutus, ne testamentum rumpat preteritus, tamen non est necesse ꝙ insolidum sit institutus, quinimo sufficit esse institutũ ex aliqua parte, vt. d. le. Gallus. §. in omnibus. vbi proprie testatur termino particulari ex aliqua parte. Igitur existente conditione, vt quia filius desinat esse suus nepos iungetur emãcipato, sicuti quando testator instituit vnum pure, & aliũ sub cõditione, nõ intelligitur velle ꝙ sub conditione institutus auferat ab intestato pure vniuersam hæreditatem, si conditio extiterit sed magis ꝙ illi iungatur, si conditio extiterit. l. Lucius. §. titu. prox. vbi si frater ille non fuisset institutus ex asse expresse, & alię rationes, de quibus ibi, non fuissent, substitutus oĩmodo iungendus veniebat instituto. Probatur etiã hoc in l. hæc scriptura. §. fi. de cõdi. & dem. iũcta l. cohęred. §. cohęres. ff. eo. vbi tex. æquiparat hos duos casus, quando eadem res vni pure & alteri sub conditione legatur, & cum vnus pure, & alter sub conditione hæres instituitur, postea in d. §. cohæres. dicit ꝙ cum legatum primis tabulis Titio datur, secundis autem tabulis eadem res Sempronio, Sempronius quandoque Titio concurrit. Et ibi tex. dicit illud esse, † quia legata relicta in secundis tabulis, videntur relicta sub conditione, vt ostendit ex eo quod legatarius ex primis tabulis, & legatarius ex secundis tabulis concurrunt, quasi vni pure & alteri sub conditione fuerit legatum relictum, ergo si quando eadem res vni pure & alteri sub conditione legatur, concursus admittitur, & legatum & institutio æquiparantur. In d. l. hæc scriptura. dicendum est, si filius instituitur pure, & nepos instituitur sub hac conditione generali, si filius desinet esse suus, vel sub hac speciali, si filius emancipabitur, ꝙ nepos existente conditione iungatur patri existẽti hæredi, si non suo & necessario, tñ voluntario. Præterea si ab intestato filium emancipatum non excluderet nepos retentus in potestate, imò tunc est deterioris conditionis ꝙ̃ filius emancipatus, quia filius emancipatus habet tantum ipse solus, quantum oẽs nepotes simul, toto tit. de coniungen. cũ emancip. lib. eius. quanto minus debet eum excludere, si facto testamẽto est institutus, quo casu penitus extraneus non excluderetur, si esset institutus vna cum nepote retento in potestate. Concludendũ ergo est ꝙ d. l. Gallus. loquitur de institutione posthumorum,
89 & ꝙ † nepos institutus sm consilium legis Velleiæ, non excludit ab hæreditate filium emancipatum simul institutum, sed vterque pariter succedet, si nepos fuit institutus cum suus hæres erit, & conditio extiterit, idem si non sub ea cõditione fuisset institutus sed pure, tamen ille casus extiterit, quia si ille casus non existeret, vt quia nepos pure institutus non fieret suus, tunc institutio attento iure Digestorum, esset inutilis incontinenti post mortem testatoris, quia siue nepos erit hæres, siue non erit, pater est futurus heres insolidum. Et licet viuente testatore interim potuisset filius aliquo modo exire de manu patris, & propterea nepos fieri habilis ad acquirendum sibiipsi, tamen post mortem testatoris regulariter non est spes ꝙ eam possit sibi acquirere, quia inter mortẽ testatoris & acquisitionem hæreditatis in suo hærede non datur medium, vt eo interim posset sui iuris fieri, & sibi acquirere, omnes enim liberi, cuiuscumq; gradus, si sunt in potestate, cẽsentur quodãmodo domini bonorum ascendentis, in cuius sunt potestate, quãuis verum & plenum dominium non continuet ab intestato, nisi in eũ qui alios est habiturus in potestate, & facto testamẽto in eum, quem testator voluit. Cum igitur testator instituit filium & nepotem, dominium mortuo testatore continuabitur in filiũ pro parte, & in nepotem pro alia parte, sed pęnes nepotem nõ residebit pars sua per momentũ, & velut per nepotẽ transiens acquiretur filio, in cuius est potestate. l. placet. ff. de acquir. hę. & ideo si auus filio exheredato instituit nepotẽ, nepos facit patrem exhæredatum, necessarium hæredem. Ita obiter declaro tex. in l. qui in aliena. §. interdum. de acquir. hęred. quem doct. communiter aliter exponũt. Hodie autem posset habere effectum etiam post mortẽ testatoris huiusmodi institutio nepotis pure instituti cum patre suo, in cuius potestatem casurus est post

est post mortem aui, cum hæreditas aui sit aduentitia l. anus
sup. de iur. dot. & in aduentitijs patris quçratur solus vsusfru-
90 ctus† Item q̃ institutio nepotis facta s̃m consilium d.l.Gallus
non sit substitutio, probo per tex.in.§.in omnibus ea l. quę, vt
audacter nostrę huic opinioni accedas, declaro nouo modo.
Quærunt enim doct.quomodo ibi dicatur q̃ filius frustra ex-
hæredabitur post mortē suam, quia si necessario tota illa lex in
telligitur quãdo esset datus cohæres ipsi filio, vel substitutus
vulgaris, tūc est cohæres vel substitutus, cuius aditione posset
confirmari exhæredatio in vita filii. Vnde alij tenebant oppo-
situm, quod non deberet intelligi, quando erat datus cohæres
vel substitutus vulgaris. Sed nihil boni respondent ad hoc, qđ
non dato cohærede nec substituto, si moriatur filius institutus
viuo testatore, testamētum esset in causa caduci l.vnica.§.pro
secūdo. C. de cadu.tol.& sic esset incontinenti nullum, etiam
antequã nepos præteritus nasceretur, & consequenter frustra
toria fuisset prouisio Galli inducta, ne testamentum rũpat
natiuitate posthumi præteriti. Ex quo enim semel erat irritũ
factum propter mortem filij insolidum instituti contingentē
viuo testatore, amplius rumpi non poterat l. nam & si sub cō-
ditione.§ post defectum.s̄.de iniusto, rup.irritoq; testa.& c. ad
dissoluendũ de despon. impube. Propterea alij dicebant quod
de necessitate intelligebatur quando erat datus cohęres vel
substitutus, non quidem simpliciter, sed si filius viuo testatore
moreretur. Vltra quod hic intellectus est diuinatiuus & non
necessarius, ex alio reddit̄ ineptus, quo modo enim filius, qui
nũquam fuit hæres, post mortem poterit habere cohęredem
91 Ideo dicas tu melius † quod prouisio Galli fuit inducta quan-
do mortuo filio in vita aui, testamentum alioqui valiturum
erat si posthumus pręteritus non fuisset natus, vt quando fi-
lius habebat cohęredem vel substitutũ vulgarem. Suppletio-
nes vero Sceuolę non necessario intelliguntur & ipse dato co
hęrede, vel substituto. Procedunt enim etiam quando post-
quam filius desijt esse suus testamentum nihilominus dura-
bat validum aliter, quam per rationem cohęredis vel substi-
tuti, vt si filius viuo auo emancipetur, testamentum quidem
remanet validum, sed non sustinetur per cohęredem aut sub-
stitutũ. Hinc manifeste decipiuntur, qui putant totam legem
intelligi debere quando datus erat cohęres vel substitutus. Itē
illi, qui non simpliciter volunt esse datum, sed post mortem
filij propter tex. qui dicit, nam frustra exhęredabitur post mor
tem suam eo quia, secundum eos, non frustra exhęredaretur,
si esset datus hęres, cuius aditione posset confirmari exhęre-
datio in vita filij. Nam dico plerasque suppletiones ad Gallũ
non necessario intelligi dato cohęrede vel substituto, quam-
uis principium legis necessario intelligatur, quando est datus
cohęres vel substitutus, & siue simpliciter, siue post mortem
fuerit datus non refert, nec repugnat ei quod postea dicitur in
dicto. §. in omnibus, quoniam si est exhęredatus, impossibile
est quod habeat cohęredem vel substitutum vulgarem, vt di-
ci possit eius aditione exhęredationem confirmari. Sed dicas
exhæredationis cōfirmationem necessario futuram post mor
tem exhæredati, hoc modo, quia is hæres instituitur, qui na-
scetur post mortem filij. Nã instituitur, qui nascetur suus post
mortem patris, & deinde aui, quia si filius remaneret post auũ
ipse obtineret primum locũ tempore mortis aui, & obstaret
nepoti quominus esset suus hęres auo l.si quis filio exhæreda-
to. supra de iniu. rupto & irrito testamento. Sed dubitari de-
92 buit longe magis de alio, quia tex. dicit † quod filius necessa-
rio est instituendus, ita quod non sufficeret exhæredari in om-
nibus præcedentibus casibus, & sic non solum in casu Galli,
sed etiam in casibus additis per Sceuolam. Et ratio, quam al-
legat, id est quia frustra exhęredaretur post mortem suam, nō
est generalis ad omnes illos casus, quoniam licet quando ne-
pos est institutus secundum consilium Galli, exhæredatio fi-
lij non possit habere effectum, quia exhæredatio veniret con-
firmanda mortuo exhæredato & viuo testatore, exhæredatio
autem debet confirmari demũ mortuo testatore & viuo ex-
hęredato, tamen quando nepos instituitur in casibus additis
per Sceuolam, vt sit nepos institutus si filius emancipabitur,
videtur quod exhæredatio filij possit habere effectum, quia
eius confirmatio potest contingere post mortem testatoris
viuo exhæredato. Nam exhæredatus potest emancipari & vi-
uere post auum. Ad hoc respondeas quod licet exhæredatio
posset sortiri effectum, tamen impeditur sortiri effectum, &
perinde habetur, ac si non esset facta, quia filius debet institui
vel exhæredari, dum est in potestate, ex certa causa necessaria,
quę cessat quando filius emancipatur, videlicet propter con-
tinuationem dominij in filium, quę si expręsse non interrum
pitur a testatore, omnino procedit si non interrumpitur ante-
quam continuet, quia postquam continuauit, amplius non po
test interrumpi, quia id, quod nostrum est, sine facto nostro
ad alium transferri non potest l. id quod nostrum infra de re.
iur. & ideo quando nepos instituitur, si filius emancipabit̄, &
filius postea exhęredatur intelligitur exhæredatus cum emã-
cipabitur, quandiu vero manebit in potestate, non est neq; in-
93 stitutus neq; exhęredatus † Et verum est dicere quod necessi-
tati instituendi vel exhęredandi filium in potestate non satis-
facit, qui filium instituit vel exhæredat cũ emancipabitur. Re-
medium enim futurum est post necessitatē pręteritam, & nō
in tempore necessitatis. Ratio autē, quia frustra post mortem
exhæredabitur, non accipitur vt generalis, sed exempli gra-
tia. Et ex hoc.§.sic intellecto probatur quod institutio nepotis
secūdum consiliũ Galli non est substitutio, quia dum ait, illud
obseruandum est, vt & filius ex aliqua parte sit hæres institu-
tus, nota copulationis tacitæ infert nepotem esse institutũ, &
filium cum eo esse instituendum, item videtur ex eo quod ibi
dicitur ex aliqua parte & propter tacitum sensum quem ha-
bet in se nota copulationis quod nepos fuerit institutus in re-
siduo eius partis in qua filium dicit esse instituendum, sed quo
ties aliquis est institutus in aliqua portione, tunc si alius insti-
tuitur in residuo eius, ille non dicitur substitutus, sed cohęres,
seu adiectus vel coniunctus l. qui non militabat in fi. sup. tit. 1. &
l. vnica.§.in primo.& §. pro secundo, & §. si autem aliquid. C.
de cad. tol. nisi eiusdem partis fuissent duo instituti, vnus po-
tior altero, vt l. si te. in prin. sup. tit. 1. ergo si filius est institutus
ex aliqua parte, & nepos sit institutus in reliquo, non debet di-
ci nepos substitutus, sed cohæres. Non obstat l. si mater. §. 1.
inf. eod. & l. cũ in testamento supr. tit. proxi. qñ loquuntur de
nepote instituto, non autem substituto, & in eis nulla alia fue-
94 rat ratio dubitandi, nisi hęc, quia † quoties instituo vnum pu-
re, & alium sub conditione, & substituo hęredi sub conditio-
ne instituto, tunc si institutus pure adeat, institutus vero sub
conditione non adeat, vel quia nolit, vel quia non possit, substi
tutus iungitur instituto pure, sicut persona, cui substitutus
est iuncta fuisset, vt sup. proxime vidimus. Idem videbatur es-
se dicendum in casu, quando nepos erat institutus secundum
consilium Galli, deinde nepoti erat datus substitutus vulgaris
quod tunc si nepos non nasceretur, vel alias non esset hæres,
substitutus iungeretur filio, tamen cōtrarium determinat Iu-
risconsultus quod substitutus hæredi conditionaliter institu-
to, iungatur hæredi pure instituto, quando institutus pure, &
institutus sub conditione erant instituti in eodem gradu, qñ
tunc sicut instituti possunt concurrere vt supra visum est, ita &
substitutus conditionaliter instituto debet posse concurrere
alteri pure instituto. Sed quando duo gradus hæredum sunt,
nullo casu vterq; institutus pariter ad hęreditatem venit, ita ēt
substitutus hæredi conditionaliter instituto non erit cohæres
hæredi pure institut. quia non in primum, sed in secundũ gra-
dum substituitur, vt in casu nostro, quando filius & nepos in-
stituuntur s̃m consilium Galli, & datus est substitutus vulga-
ris nepoti. ex eo enim solo q̃ duo esse dicuntur gradus hęredũ
necessario non probatur substitutio, vt licet videre sup. in eius
diffinitione. Hęc autem si vera sunt, iudicio tuo existima quã
innumerabiles conclusiones sunt contra ius in pluribus locis
95 cōiter approbatę. † Vlterius dñ Bar. quærit, qñ filius approbat
testamentũ, in quo est pręteritus, an institutus, qui potest adi-
re de iure prętorio l. filio pręterito. supra, de iniust. rupto & ir-
rito testamen. sit potior substituto, qui succederet de iure ci-
uili. Satis superq; perdidit tempus in distinguendo casus, quo-
niam siue institutus possit hæres esse de iure ciuili, siue de iu-
re prætorio, excludit substitutum, vt optime probatur in con-
ditionibus. §. si patronus infra de condi. & demon. Nec obstat
si filius post mortem patris approbat testamentum, non pos-
sit ex eo auferri ius acquisitum substituto. nam dico quod qua
ratione si non esset datus substitutus, auferretur venientibus
ab intestato, eadem ratione potest auferri substituto. Sed am-
plius dico quod in d. l. filio præterito. testamentum non con-
ualescit post mortem testatoris, sed ab initio valet, & post
mortem legata debentur & libertates, si filius non auocat par
tem suam a scriptis hęredibus, & sic ad hoc vt huiusmodi te-
stamentum valeat, non est necessaria filij approbatio, sed suf-
ficit non reprobari. Ita sentit ille text. si bene animaduertis.
96 † Nam testamentum, in quo filius in potestate est pręteritus,
& scripti sunt hęredes venientes ab intestato, ab initio valet
de iure prætorio, ita quod superius iure factum tollitur, in quo
instituti erant extranei l. 2. & d. l. filio præterito supra de iniust.
rup. & irri. testa. & l. si duobus. §. si prius. inf. de bo. pos. contra
tab. q̃uis cōis opinio velit, q̃ in d. §. si prius filius pręteritus fue
rit emancipatus, & testamētum fuerit imperfectum propter
defectum solemnitatis numeri testiũ. Quę expositio non fuit
necessaria, vt statim videbitis. nam pręcipua causa huius expo-
sitionis fuit qđ in l. si filius, qui in potestate supra de liber. &
posth. dicitur contrarium eius, quod dicitur in. d. §. si prius.
& nemo vnquam sciuit bene tollere contrarietatē, q̃ est maxi
mopere admirandum, cum super eo laborauerit totus mun-
dus, vt ait Paul. de Cas. quem referunt Moder. Papien. in l. si
filius. Vt ergo quandoq; nos exeamus de tam notabili erro-

restat videre de secunda. Verũ qa omnis substitutio est secũda institutio vt in l. in rõne. §. si filio. inf. ad l. Fal. igitur præmittit rubricã de vulga. & pupil. substi. Circa quod vtrũ substitutio dicatur institutio vide quod disputauit Pe. & Vltramon. Insti. de here. insti. in prin. Quærit gl. rubricæ quotuplex est substitutio. Respõdet, & bene, cuius prosecutionem hic omitto, quia prosequar in lec. ordinaria, cuius materiã prosequitur Gul. de Cun. in l. præcibus C. de impu. & ali. sub. latius clare memoriæ prẽ meus in substitutionum materia per eũ Benoñ. cõpillata. Expeditus de primo venio ad scm. Et licet doc. legẽ nostram communiter diuidãt in tres partes. Ego ipsam diuidam in quinq; quia in prima parte ponit thema & quæstionem. In secunda parte responsionẽ quæstionis. In tertia iuris consultus ponit duas obiectiones, & earum responsiones. In quarta ponit responsionem responsionis. In quinta & vltima ex præmissis concludit. Secũda ibi, audiri debet. Tertia ibi, iustius enim. Quarta ibi, præterim. Quinta & vltima ibi, itaque legata. Ad euidentiam, & sic venio ad tertium, quod timore contrariorũ positorum in glo. litera nostra variatur in ipso substituto tribus modis. Primo quod ipse substitutus adierit hæreditatem patris, idemq; institutus & ipsam repudiauerit beneficio restitutionis in integ. & hoc tangit glo. 2. ibi. Vel dic quod recusat per restõnem in integrum. Secundo variatur, quod ipse substitutus, idemq; institutus repudiauit hæreditatẽ patris, sed habuit cohæredẽ, qui adiuit, per eius aditionem sunt confirmatæ tabulæ pupillares. Et hoc vult glo. 2. ibi, item pone istum habuisse cohæredẽ. Tertio variatur quod ipse substitutus, idemq; institutus repudiauit patris hæreditatem, sed existentia sui hæredis confirmat tabulas pupillares. Et hoc sentit gl. 1. in prin. ibi, non per immistionem vel aditionem, sed ipso iure, quam lec. sequũtur communiter Vltramon. & Dy. & Iac. de Are. & doc. nouiter legẽtes. Quarto variatur in eo, cui fuit facta substitutio tribus modis. Quinto, quod filius, cui fuit facta substitutio, fuit institutus, sed repudiauit hæreditatem patris. Et istam lec. ponit secunda glos. in prin. ibi, quia frater repudiauit paternam. Secundo variat, quia ille frater, cui fuit facta substõ, fuit institutus, & adiuit patris hæreditatẽ, & tunc est speciale in fratre substituto, vt possit repudiare paternam & recipere pupillarem, & vult glo. 2. ibi, idem adiuit, & sic est speciale in fratre, &c. Tertio & vltimo legitur per Iac. de Are. cuius intellectus est cõmunis. quod iste frater, cui fuit facta substitutio fuit exhæredatus. fm quem intellectum,
Venio ad quartum, & dico quod litera nostra breuiter hoc in
2 tendit secundum lec. doc. cõmunem. † Filius suus institutus a patre, fratri impuberi exhæredato substitutus pupillariter, põt repudiare hæreditatem paternã, & recipere pupillarem. h. d. secundum verã lec. Venio ad quintum, & dico quod casus in terminis positus &c. Venio ad literę expositionẽ ibi, qui patri authoritate iuris ciuilis non per immistionem secundum veram lec. ac postea fratri impuberi exhæredato, fm hanc lec. recuset bñficio prętoris cõcedẽtis suo beneficiũ astinendi. Audiri. hic secunda pars. Iustius hic tertia pars. Concesserit. quãuis cõtra ius fraternã pupillarẽ retinere velit. Ius dicẽtis ptoris, qui concedit beneficium abstinendi suis hæreditariis parẽtibus, si nõ habes in glo. Subsecutus per ius ciuile qd facit eos hæredes inuitos liberorum cõcedendo beneficiũ abstinendi hæreditate fraterna remouere nec fauore &c. vt l. qd fauore. C. de legi. Secundis. i. dato qd non esset fratri pupillariter substitutus hæredi ab intestato repudiata paterna. Itaque vltima pars debet non ex primis, quia ex eis nõ fuit adita hæreditas, vel eã quam C. de fideicom. Solet qñq; substitutus adit hæreditatem patris & si i secundum Dy. Ex lege nostra habemus inter alia
2 principaliter no. † quod existẽtia sui heredis operatur quando ... filii cõmodo, & beneficiam abstinẽdi eo casu, quo prætor concedit suis ius suitatis, non tollit nec eius vires eneruat. Venio ad apparatum, & intro glo. quas expedio per aliqua contraria. Et primo sic, tex. non facit alias, dicit filius substitutus repudiauit hæreditatem patris, & potest adire pupillarem ex pupillari, ergo ad hoc vt valeat pupillaris substitutio, est necesse quod sit adita hæreditas ex testõ, alias si testm paternum est nullum pupillare erit nullũ. Vnde opp. de l. 2. §. adeo. §. eo. Timore huius cõtrarij tex ista variatur tribus modis. Vno modo quod iste filius substitutus, idẽque institutus, adiuit hęreditatẽ patris, & postea se abstinuit beneficio restõnis in inte. per prætorem, vnde cum semel fuit hæres beneficio prætoris, qm restitutio non potuit desinere esse hæres, vt l. & si fine. § quod si Pa... remanserit hæres, confirmantur tabulæ pupillares. §. ... 2. §. ergo & si minor 5 quã lec. doc. Bar. qa vbi minor adiit hereditatẽ, & postea se abstinet beneficio ... minoris ætatis non valet, valet ... diminuunt hæreditatẽ, valet legata singularia ... ibi, sed pupillaris substitõ licet ... valeat vel valeat, non diminuit hæreditẽ paternã † Vtrum autem vbi mi-
3 nor adiuit hereditatem, & postea eam repudiat, ... seu beneficio minoris ætatis, ... tratur vulgaris substitutus, dic vt no. Dy. in l. post aditam C. de impub. & alij subst. & dicã in l. 2. §. ergo sup. eo. Sed ista sol. & ista lec. non placet, quia ista lec. 2. ista sol. loquuntur in beneficio prætoris, quod cõceditur minorib. quibuscunq; ratione minoris ætatis, tex. autem videtur loqui in beneficio prætoris abstinendi, quod solum conceditur suis & in potestate, vt patet in tex. ibi, liberis, & c. ergo ista sol. & ista lect. licet in se sit vera, non congruit ad literam, quæ sol. tangitur in prima glo. in fi. ibi, vel dic quod recusat. Et ideo glo. soluit aliter videlicet iste filius substitutus, idẽq. institutus, qui repudiauit, habuit cohæredem, qui adiuit, per cuius aditionem confirmatæ sunt tabulæ pupillares. Et ista solutio ponitur in gl. 2. ibi, item potest istum, quæ lect. licet sit vera in se, vt probatur in l. quæsitum. & l. Iulianus, de acqui. hær. tñ continet diuinationem, & ideo pro tanto doct. Vltram. & Dyn. & Iaco. de Aret. & omnes legentes soluunt, quod ibi filius substitutus idemque institutus repudiauit paternam, & tamen propter existentiam sui heredis, quam non tollit hoc casu beneficium prætoris concedentis suis beneficium abstinendi, confirmãtur tabulæ pupillares, vt patet in l. qui se inf. de acqui. hær. Et istam sol. & lect. sequitur gl. 1. in prin. ibi, non per immistionẽ & ista ver-
4 ba. † Secundo oppo. dr hic, iste substitutus frater idemq; institutus, potest repudiare paternam & adire pupillarem. Illud est falsum, quia si paterna & pupillaris sunt simul mixtę, non põt vna adiri, & altera repudiari. Vnde oppo. de l. sed si plures §. filios §. eo. de l. quidam elogio. de iur. delib. Timore huius cõtrarij soluunt quidam quod hic iste frater, cui facta est substõ, adiuit hęreditatem patris, & sic hęreditates fuerunt cõmixtę, est speciale in fratre substituto, vt possit separare hęreditates cõmixtas, & ratio specialitatis ponitur hic in tex. pręterim istam sol. & lect. tangit glo. 3. ibi, sed speciale, in fi. est & glo. 2. in princip. Sed ista sol. non est benetuta, quia contraria loquũtur indistincte in quocunq; volente separare hereditates commixtas, qđ non licet. Igitur indistincte intelligendo, vt l. de pretio. cũ suis concord. sup. de pub. Et ideo soluunt quidam, quod in lege nostra filius cui facta fuit substitutio, fuit heres institutus pro parte, & repudiauit hæreditatem patris, ita quod hereditates non fuerunt commixtę. Et istã sol. sequitur glo. 2 ibi, qui frater repudiauit. Sed ista solut. parit scrupulum, quia licet frater repudiet hæreditatem patris, remanet hæres de iure ciuili, vnde propter existentiam sui hæredis iste hæreditates videntur ..., & sic non deberent posse separari, nisi respondeamus quod existentiam sui hæredis tollat datio cohæredis, quod an sit verum, plenissime, inf. in materię prosecutione tractabo & declarabo, & ideo ista solu. non est sine dubio. Docto. communiter transeunt ad
5 aliam, videlicet † quod ille filius, cui fuit facta substitutio, fuit exhæredatus a patre, cui exhæredato bene potest fieri substitutio pupillaris l. prima substitutione, supra eod. & sic cum fuit exhæredatus non adiuit patris hæreditatem, & sic hæreditates non fuerunt commixtæ, vnde substitutus potest vnam amplecti, & aliam repudiare, quia hæreditates non fuerunt commixtæ, in contrario secus. Tertio cõtra istum intellectum sic opp. secundum istum intellectum lex nostra loquitur in substituto exhæredato, a quo legata fuerunt relicta, vt patet in versic. itaque legata. Sed illud est falsum, quia substituto exhæredati nõ potest legatum relinqui. Vnde oppo. de l. plane, in prin. & l. exheredati, de leg. 1. Sol. secundum doct. a substituto exhæredati non potest legatum relinqui, vt in contrario, quod est verum, nisi fuerit institutus, nec curo vtrum adiuerit vel nõ, vt in l. qui fundum §. qui filius infra ad leg. Falc. & ita volunt doct. & bene. Quarto oppo. contra supradictos intellectos, tu intelligis istam legem, quod ista frater institutus idemq; substitutus fuit hæres patri, ideoq; per immixtionem, sed authoritate iuris ci-
6 uilis, contra † vbi vna determinatio venit ad determinationem duorum extremorum, illa extrema equaliter & vniformiter determinare debet l. si legatarius §. fi. de leg. 3. not. Cyn. in authen. item nulla communitas. C. de epis. audi. l. iam hoc iure §. eo. Sed video quod text. noster dicit, quod ille filius fuit hæres patri & fratri, fratri fuit heres re ipsa & vere. ergo eodem modo & patri, vt sit vniformis determinatio in fratre & patre, cuius contrarium tu dixisti, ergo. Sol. Fateor quod vbi vna determinatio venit ad determinationem duorum extremorum, ea æqualiter debet determinare, quãdo in quolibet extremorum est identitas rationis, secus si diuersitas, sed hic est diuersitas rationis in fratre & patre, quod patet, quia in patre & hereditate paterna est dare ius suitatis, cui patri quis potest esse heres authoritate iuris ciuilis sola, in fratre non, igitur &c. Istam solut. ponit Guil. de Cuman in l. iam pridem. C. commu. de s. ... Facit quod no. in l. si idem cum eodem supra de iurisdict. omn. iud. & quod no. Vltramont. in l. talis scriptura, de leg. primo. & ibi dicã, vbi clausula generalis æqualiter dẽt determinare. Vltimo ego oppo. dicitur hic quod facultates patris & filii non cõtribuunt in Falcidia detrahenda. Contra istud oppo. de leg. in ratione §. quod vulgo. ff. ad leg. Falcid. & §. filio. Sol. Ibi ad substitutum pupillariter peruenit vtraque hereditas scilicet patris & filij, hic autem solius filij, vt hic patet. Expeditus venio

nio ad vltimum. s. ad quęstiones, in quibus quęstionibus mate-
riã suitatis plenissime pertractabo. Quęram principaliter qua-
tuor, qa primo quærã quotuplex sit hæres. Secũdo quærã qua-
re hæres suus dicat̃ suus & necessarius. Tertia quęram quis sit
suitatis effectus. Quarto & vltimo quærã, quæ impediũt suita-
7 tis effectum. † Circa primum quęro quotuplex sit hæres. Et
certe habemus triplicẽ speciẽ hæreditatis, qa quidã est volũta-
rius tantũ, qui nõ est in nostra potestate, quidã necessarius tã-
tum, puta seruus, de quibus nil ad nostram materiam, sed de
istis tractatur sup. de hęre. insti. per totum, de necessario tracta
tur in l. 3. §. 1. & in prin. sup. eo. tit. in l. sed si in conditione. sup.
eo. tit. C. de neces. seruis per totum, & de istis nihil ad nostram
materiam: habemus tertium hæredem verum suum & neces-
sarium, qui est filius, qui est in potestate patris, & probatur in-
8 sti. de hęre. qual. & dif. §. sui. & de lib. & posthu. l. in suis. † Se-
cundo quæro quare dicantur sui & necessarij. Pro tanto dicun
tur sui, quia domestici, & quodãmodo viuo patre domini bo-
norum paternorum, & in largo quodam modo respectu pos-
sessores, vt no. gl. in l. in suis sup. de lib. & posth. quæ est sing. &
notabilis, quæ incipit, & ꝯ possessores, & probatur etiã in præ-
alleg. §. sui. Necessarius ideo dr̃, quia de iure ciuili velit nolit
est hæres, sed per pretorem habet beneficiũ abstinendi, vt pro-
batur in præal. §. & in l. necessarijs sup. de acqui. hære. instit. de
hære. quali. & dif. §. sed & is, & l. neq; emancipatis de leg. 1. Cir
ca hoc quæro vtrum nepos, qui est in potestate aui, dicatur es-
se suus ad hoc vt non possit institui seu conditione casuali vel
mista, & hoc filio subtracto de medio. de quo gl. variatur in l.
in suis in prin. de hę. insti. l. sed si ꝯ. §. nepotes eod. tit. quod dic
vt ibi in glo. & per doct. & quod ibi dicam. Pro hoc male volo
9 esse contentus. † Secundo principaliter quęro, quid sit suitatis
effectus. Suitatis effectus est, secundum quosdam, quod filius
hæreditatem patris non aditam transmittat ad quoscunq; suc
cessores, quocirca vt hæc quæstio dilucidius excutiatur & exa-
minetur, quæram talem quæstionem. Quæstio, Paterfamilias
habens filium in potestate decessit, & eundem filium heredẽ
instituit, vel decessit ab intestato, ita quod filio hæreditas pa-
tris extitit delata, filius decessit ante aditam patris hæreditatẽ,
extraneo instituto hærede, quæritur vtrũ filius iste patris trãs-
mittat ad illum extraneum suum hæredem. Et quia cõ[illegible]
est vtilis, quotidiana, & commoda & dubia, ideo tanto diligẽ-
tius attendenda. iuxta l. legaui infr. de lib. leg. Arguo ergo pri-
mo ad partem affirmatiuam, quod filius prædictam hæredita-
tem transmittat ad hæredem extraneum, quod sic probo: iste
filius de iure ciuili est suus & necessarius, vt præal. §. sui. [illegible]
de iure ciuili est hæres perinde, ac si adiuisset, sed si adiuisset,
10 transmitteret, ergo & modo. † non obstat quod ipsi filio com-
petat beneficium abstinendi de iure prætorio, quia illud bene
ficium operatur filio volente & acceptante, filio renuente &
non acceptante non, & in lege nostra vers. & eum [illegible].
Sed in quæstione leg. [illegible] filius non implorauit beneficiũ,
igitur remanet heres suus & necessarius, ergo trãsmittit. Pro
hoc l. necessarijs sup. [illegible] l. 1. §. qui sunt in potestate infr. si
[illegible]. Pro hoc allegant docto. pro casu
leg. [illegible] l. apud hostes. C. de suis & leg. [illegible], eam sic inducen-
[illegible] testatorem defunctum non potest adire, secun-
dum quod patet inf. de acquir. hæredit. [illegible] qui heres. [illegible] quis du
biũ, sed in l. apud hostes. filia ignorabat patrem decessisse, er-
go eius hęreditatem non adiuit, & tamẽ ibi filia hæreditatem
patris non aditam transmittit ad matrem, vt ibi patet. Secun-
do ad idem dicit lex, qđ si veteranus ignorans patrem deces-
sisse facit testamentũ, & extraneũ instituit hæredem, hæredi-
tatem patris non aditam transmittit ad extraneũ, ergo & c. vt
patet in l. ex militari §. si. & l. si ita de testa. mili. & inf. de castrẽ.
pecul. hæreditatẽ §. si filius, & tamen in veterano nõ est forte
speciale vt videtur sentire glo. in d. l. neq; enim in prima gloss.
quæ incipit, cũ contrarium [illegible] de testamẽ. mil. Licet forte
in aliquibus veterani habeant priuilegium, vt [illegible] in l. qui in
[illegible] §. [illegible]. Pro illa parte videtur esse casus in l. Lucius in-
11 fra de iure fisci † arguendo a communiter accidentibus quod
argumentum in iure est validum l. prima. C. de arbit. & l. cum
qui in principio. ff. de pub. sed in l. Lucius ibi. filius posthumus
decessit incontinenti post mortem patris, vnde communiter
accidit, qđ non potuit adire patris hæreditatem. in qua adeun
da expediret tutoris vel iudicis authoritas, iuxta materiam l.
[illegible] de iure delib. & tamen ibi filius dictam hæreditatem
transmittit ad matrem, vt ibi patet. Pro hac parte facit l. liber
homo. §. fina. infra de stipula. seruo. & quod ibi not. per docto-
res. [illegible] ibi filia ignara se non posse esse patris hæredem propter
existentiam sui hæredis acquirit pretia rerum hęreditariarũ,
vt ibi patet. Prõ illa parte videtur casus in l. qui duos. §. cum in
bello infra de rebus dub. vbi pater & filius in bello fuerunt oc-
cisi simul. & sic filius patris hęreditatem non adiuit. tamen il-
lam transmittit ad suos heredes, vt ibi patet. Pro illa parte vi-
detur casus in l. si fratris. C. de iure delib. vbi distinguitur in-
ter filium in potestate qui transmittit, & illum qui non est in
potestate, qui non transmittit. In contrarium arguitur secun-
dum quosdam inconuincibiliter, & sic illud est speciale, cuius
contrarium est ius commune, l. 1. in fi. inf. ad Municip. l. ius sin
gulare, de legibus. Sed Iustinianus dicit qđ est speciale in filio
vt hæreditatem non aditam transmittat in suos descendentes
igitur in suo seruabimus ius cõmune, vt in extraneum trans-
missio fieri non debeat. Secundo sic ad idem, si filius hęredita-
tem non aditam transmitteret ad extraneos, tunc sequeretur
quod titulus de his qui ante aper. tab. esset superfluus, cum ille
12 tit. exigat † quod ad hoc vt fiat transmissio hęreditatis non adi
tę, quod ille, in quem transmittitur, sit de descendentibus, &
quæstio nostra loquitur de trãsmissione in extraneum fienda,
ergo &c. Tertio ad idem, vbi filius non adit hr̃ditatem patris,
transmittit ius deliberandi, sed si dictam hæreditatem trãsmit
teret, non esset necesse quod transmitteretur ius deliberandi,
ergo &c. vt probatur in l. cum antiquioribus. C. de iure delib.
Quarto ad idem, contrariorum cõtraria debet esse iuris dispo-
sitio. l. fi. sup. de calum. cum suis concord. sed vbi hæres est im-
peditus adire iusto impedimento, hr̃ditatem non aditam tunc
transmittit, vt l. neutro. inf. de acquir. hęr. & ibi notatur, ergo a
contrario sensu, si quis non est impeditus iusto impedimento
non transmittit. Ad illud, idem de iure prętorio pętor pręstat
emancipatis, quod ius ciuile suis, sed filius bono. possessionem
non agnitam de iure prętorio non transmittit, vt l. 3. §. acquire
re inf. de bon. poss. l. illud §. fi. de bon. poss. ꝯtab. igitur &c. Pro
hoc videtur esse casus C. ad Orfic. l. 2. & videtur esse casus inf.
ad Tertull. l. 2. §. sed si non sit. In istis ergo sic dubijs quid dice-
mus, & certe gl. variant, vt patet per eas in l. si infant. C. de iure
delib. & patet in l. vna. C. de his, qui ante aper. tab. patet in l. fin.
§. fin. autem, de cura. fu. Iac. de Bel. disputauit istam quæstionẽ,
& plene in auth. de trien. & semis. colla. 3. & finaliter determi-
nauit quod non transmittat. Cyn. referendo multorũ opin. de-
terminauit qđ sic, in præalle. l. apud hostes, & idem ad l. 2. §. si
quis ex liberis inf. ad Tertull. Claræ memorię pr̃ meus in pręal-
leg. l. ex militari. §. si. & d. Bar. inclinant in partem affirmatiuã,
quod transmissio fieri debeat, licet idem claræ memorię pater
meus in tanta quæstione, & sic dubia, nunquam voluit consule
re suum apponendo sigillum. Si quis ergo vult tenere partem
negatiuam, ad supradicta obiecta in contrarium patet respon-
sio. Primo ad id, quod dicitur. Filius est suus & necessarius de
iure ciuili, cuius existentiam non tollit beneficiũ pętoris non
13 impetratum, quia † dico filium de iure ciuili nõ esse necessariũ
secundũ iura communia, nec habere necesse implorare bene-
ficiũ prętoris, & sic remanet voluntarius, vt patet, in l. 1. si vt se
ab hęre. absti. quod vr̃ sentire Iac. de Bel. in pręalle. §. de trien.
& semis. Nec obstat l. apud hostes, per quem multi tenent illã
opin. quia potest responderi altero de duobus modis. Vno mo
do quod ibi sit speciale fauore matris, nam ibi agitur de trans-
missione fienda in matrem. Hoc videtur sentire gl. in pręalleg.
l. ventre. inf. de acqui. hęre. & quęstio nostra procedit in extra-
neo. igitur &c. Secundo ibi pater erat captus ab hostibus & ibi
decesserat filio ignorante, qui filius iustam causam ignorandi
habebat patrem mortuum. igitur propter iustam ignorãtiam
transmittat, cum sit impeditus iusto impedimento, vt pręalle.
l. ventre & in l. cum quid §. quod dicitur. Ista est clara sol. Non
obstat d. l. ex militari. §. fi. cũ l. seq. & l. hereditatum §. filius, de
Castren. pecu. quia ibi speciale in veterano, si volumus ibi dice
re vt no. in d. l. qui in domini & l. de statu. C. de testa. Vel ibi lo-
quitur in filio ignorante patrem suum decessisse, & iustam cau
sam ignorantię habente, vnde mirum si transmittat, qđ secus
est in quęstione nostra. Pręterea id non operatur existentia sui
heredis, sed operatur ratio, ne quis decedat pro parte testatus
& pro parte intestatus, vt patet in d. l. neque enim ipsum, quæ
ratio locum habere potest in quocũq. etiam non suo, vt patet
primo de iure nat. ius nostrum. Non obstat l. Lucius sup. alle.
quia illa lex intelligitur quod ibi posthumus natus adiuit hæ-
reditatem patris dato sibi tutore, vel cum eius iudicis authori-
tate, vnde ibi loquitur in hęreditate adita quęstio nostra loqui-
tur in non adita, vnde ista sol. continet diuinationem, nõ
valet, licet eam teneat Iac. de Bel. in præa. leg. auth. de trien. &
semis. Possumus aliter soluere, videlicet quod ibi posthumus
natus incontinenti decessit post patrem, vnde non potuit adi-
re impeditus iusto motus impedimento, vnde mirum si trans-
mittet, vt quęstio nostra loquitur in filio, qui patris hæred. ta-
tem potuit adire & non adiuit. Et eodem modo respondeo ad
leg. qui duos §. qui in bello, quia ibi filius simul cum patre oc-
cisus, vnde iusto impeditus impedimento non potuit adire,
quod secus in quæstione nostra. Non obstat l. liber homo. §. fi-
nal. quia ibi non agitur de transmissione fienda, sed agitur an
existẽtia sui hæredis operetur viuo filio, & ibi dicitur quod sic,
quia ibi principaliter de commodo filij viui agitur, vnde mirum
si existentia sui heredis operatur. In quęstione nostra agi-
tur de transmissione in extraneum fienda filio mortuo, vnde
agitur

agitur principaliter de cōmodo extranei. faciat. l. nostra rōnē.
14 † Preterea ibi loquitur in filia ignorāte se hrēdem patris, extāte
filio masculo cui filię, cū sit mulier, permittitur errare in iure,
& sic habuit iustam cām ignorātię, arg. eorum, quæ no. in l. fi.
C. de iur. & fac. ignor. ff. eo. l. regula. qō vero nostra loquitur in
masculo, in quo iuris ignorantia minime toleratur. Nō obstat
præalleg. l. 3. C. de iure delib. quia ibi filius adiuerat patris hære
ditatem, vt ibi no. in gl. & sic illa lex non facit ad quæstionem.
Si quis autem vellet tenere partem affirmatiuam posset ad iu-
ra in contrarium allegata respondere, primo quod illud specia
le, &c. fateor. Sed dū dicit quod est speciale in filio quod trans-
mittat in descendentes, ad illud dico quod est speciale inquan-
tum agitur de hæreditate ascendentium, quibus non est suus,
puta hæreditas matris, aut materni vel aliorum ascēdentium,
quorum non est in potestate, quas solas hæreditates transmit-
tit ad suos descendentes. Quæstio nostra procedit in hæredita-
te paterna, in cuius potestate filius est & suus, ergo eodem mo
do respondetur ad legem vnicam. C. de his qui ante apertas ta
bulas, quia ibi agitur non solum de hæreditate patris, in cuius
potestate est filius, transmittenda, sed etiam de hæreditate om
nium ascendentium, in quorū filius non est potestate. *Et que-
sta è la verità*, quia non transmittitur nisi ad descendentes, quæ-
stio nostra loquitur in hæreditate paterna, in cuius filius est po
testate, circa quam transmittendā operatur existentia sui hære
dis. Et eodem modo respondeo ad l. cum antiquioribus. Non
obstat, l. quia ibi loquitur in extraneo, qui hæreditatē non adi-
tam non transmittit nisi iusto fuerit impedimento impeditus.
15 † Et est ratio, quia existentia sui heredis in extraneo non potest
operari, cum non sit suus, quæstio nostra loquitur in filio suo.
Non obstat l. tertia §. acquirere, & lex illud §. fi. quia ibi loqui-
tur in emancipato, quamuis & non cognoscit, & ideo existen-
tia sui hæredis in eo nil operatur, quæstio nostra procedit in
suo de iure ciuili, igitur nō obstat lex secunda. C. ad Orfic. quia
ibi loquitur in hereditate materna, cui matri filius non est suus
cum non habeat eum in potestate l. illud §. ad testamenta. inf.
de contratab. Præterea ibi filius habebat fratres quo casu ces-
sat transmissio. Ad l. 2. §. sed si solus filius inf. ad Tertullianum
per quam tenet hoc Iacobus de Bel. vel si vis respondere ad l.
secundam §. sed si solus ibi filius decesserit ab intestato, vnde
mater tanquam propinquior admittitur, quæstio nostra, pro-
cedit in extraneo instituto. Quid ergo dicemus in quæstione
præsenti, in qua cuiuslibet melius sentiētis iudicio semper me
humiliter subijciendo dico quod aliquādo filius suus & in po-
testate hæreditatem patris repudiat, & isto casu transmissio lo
cum non habet, præalleg. l. vnica. C. de his, qui ante apertas ta-
bulas, ibi memoratasq. personas, si hæreditatem non recusant.
Ad hoc facit d. l. 2. §. sed si solus. infra ad Tertull. Aliquando fi
lius hæreditatem patris adit, & tunc non est dubiū quod trans-
mittit, sicut quilibet extraneus, verum existentia sui hæredis
operatur hoc plus in filio quā in extraneo, quia in extraneum
possessio, quæ erat penes defunctum non transmittitur in hæ-
redem, nisi apprehensa. quod secus in suo, in quem transmitti-
tur possessio defuncti. Preterea de extraneo probatur in l. cum
hæredes, in princ. de acquirenda possessione, secūda in l. cum
miles, ex quibus caus. maio. & quod ibi no. in prima solut. Ali-
quando vero filius patris hæreditatem non adit, neq. repudiat,
sicut in quæstione nostra, & tunc aut agitur de fauore illius, in
quem debet fieri transmissio, quia est mater filij de descenden
tibus filij, tunc isto casu fit transmissio hæreditatis non aditę.
Prima in d. l. apud hostes, ſm vnum intellectum, similiter pro-
batur in d. l. Lucius, de iure fisc. ſm vnum intellectū, rationem
16 faciat præalle. l. 1. de his, qui ante aper. tab. † Ex quo determina
tur qō vtrū filius in sacris hæreditatem patris non aditā trans-
mittat ad matrem, quia certe transmittit, vt ex superiorib. pa-
tet. & statim inferius inferam. Et sentit Cyn. in pręall. l. si infan
ti. Aut non agitur de fauore illius, in quē dēt fieri transmissio,
vt in qoęstione nostra, quia est extraneus, & tunc aut filius im-
peditus impedimento naturali fauore, & habet locū l. 1. C. de
his, qui ante aper. tab. cur. furio. Aut impedimento ętatis, & ha
bet locum materia. l. si infanti. Aut fuit impeditus alio impedi
mento accidentali iusto, & tunc transmittit, vt l. ventre, cū sua
materia, præalleg. l. apud hostes, & l. cū in duos, & l. cum in bello.
Aut nullo iusto impedimento fuit adire impeditus, & tūc qō
nostra residet in hoc verum filius suus & necessarius possit ab-
stinere de iure ciuili. ꝙ si est, efficitur de iure ciuili volūtarius,
& sic non transmittit. Si autē non habet benefic ū abstinendi
de iure ciuili, remanet suus & necessarius, & sic transmittitur.
17 In ista quæstione dico qđ si filius suus necessarius de iure ciui-
li non habet beneficium abstinēdi, correcta esset lex qui se pa-
tris C. vnde liberi. contra quod ibidem Cyn. clamat, & omnes
doctores legentes, licet glosa ibi aliter innuat & male. Non ob
stat l. 1. C. si vt se ab hære. absti. vt ibi per Cyn. quia ibi Cyn. in-
telligit illam legem in filio abstinēte de iure prætorio, vt ibi pa
tet per eum. Ex quibus concludo ꝙ suitatis effectus operatur
quod filius hæreditatem patris non aditam transmittat in quē
cunq; successorē, etiam extraneum, & sic est cōis opin. Secun
dus effectus est, ꝙ existentia sui hæredis confirmat tabulas pu-
pillares vt patet in l. nostra. Circa quod quęro an existentia sui
hęredis ꝯfirmet tabulas pupillares existente matre in medio,
in casu legis nostrę. Et vr̄ quod sic, nam pupillariter substitu-
tus excludit matrem l. Papinian. §. sed nec impuberis, de inof-
fic. testa. igitur iste frater substitutus in lege nostra matrem de
beret excludere. Sol. sic dico, dictio maxime, denotat identita-
tem iuris in casu contrario, vt no. in l. illud ad l. Aqui. Facit l. 2.
§. vel maxime inf. de coll. bon. sed in tex. nostro præponitur di-
ctio præsertim, per quod innuitur ꝙ idem esset, si frater fratris
non esset habiturus legitimam hęreditatem, quod esset si ma-
ter huius exhęredati, cui facta est substitutio, esset in medio, vt
l. fi. & auth. ibi posita. C. ad Tertull. In contrarium facit, & pu-
to verum, quia ratione legis finalis cessante, cessat dispositio. l.
adigere §. quāuis, de iure patrono. no. plene Vltram. in reperi.
l. 1. sol. matri. Sed ratio finalis huius legis est, quia frater fratris
legitimā esset habiturus hęreditatis, quod sit ratio finalis not.
gl. in l. filius, in gl. fi. in fi. inf. de acquir. hęre. quam ibi sequūtur
doctores, maxime ego ibi, existente in medio cessat ibi ratio.
18 ergo &c. † Secundo sic, quod filius abstinens se a patris hæredi
tate sit hæres, & operetur existētia sui hęredis, ita procedit de
iuris necessitate & quasi quadam fictione, vt probatur & not.
in l. in suis, de libe. & posth. Sed secundum nostros doct. in ma
teria fictionum loquentes fictio non fingit contra ęquitatem,
vt l. sciendum & l. deniq. sup. ex qui. cau. maio. not. plene doct.
in l. si quis pro emptore. inf. de vsuc. tit. generali, sed ꝯ æquitatē
esset quod mater excluderetur, igitur mater excludi non de-
bet. Ad idem facit, tacite intellectus a iure præsumptus nō ad-
mittitur contra matrem, vt l. fi. C. de insti. & substi. sub condi-
tio. fac. Igitur in quæstione nostra in præiudicium matris non
præsumetur, istum filium repudiantem patris hęreditatem
adijsse in matris præiudicium. Pro hoc facit optime l. 2. §. ita
demum. ad Tertull. Non obstat præalle. §. sed nec impuberis,
quia ibi loquitur, vbi fuit adita hæreditas ex testamento pater-
no vere & ficte, & sic substitutio pupillaris valet de iure com-
muni, & omni iure, & fortior est substitutio, quæ valet iure cō-
muni, l. eius militis §. militia missus, de testa. mil. in auth. de nō
alie. §. quia vero. coll. 2. Non obstat arg. de ista dictione maxi-
me, quia ista dictio præsertim, abundat, vt patet ex gl. in præal-
19 leg. l. filius, quam doct. sequuntur illic. † Circa quæ quæro suo
sequenter an effectus suitatis confirmet tabulas pupillares, vbi
extraneus fuit huic filio exhæredato substitutus, non frater.
Et videtur quod existētia sui hęredis non confirmet prędictas
tabulas, quod tenent doctores, quia existentia sui hæredis op-
eratur demum, vbi ageretur de filij fauore. quod patet hic in le
ge nostra ibi, & cum infdicētis, & doct. in l. cū dotem. §. trans-
grediamur, sol. mat. & ibi dixi. Sed in nostra quęstione non agi
tur de fauore filij, imò extranei substituti, igitur existentia sui
hęredis nil operabitur. In ꝯtrium quod existētia sui hęredis cō-
firmat tabulas subst. fideicommissarię ad commodū fideicom
missarij extranei, vt l. ita tamen §. si pater inf. ad Trebell. primū
puto verius. Nō obstat §. si pater. quia ibi agitur de commodo
ipsius filij restituere grauati quantū ad quartę detractionem.
Vel aliter ſm quosdam ibi licet existentia sui hęredis nil opere
tur, tamē substō fideicommissaria esset valitura alio iure, quia
filius repudians posset cogi adire, & restituere, vt C. eo. l. quia
poterat, cum sua materia ibi. ergo existentia sui hęredis nō cō-
firmat substantiam fideicommissarię substōnis, cum ea valitu
ra esset alio iure, quę ratio cessat in qone nostra, tamen si extra-
neus non admitteretur vi substōnis, nō posset admitti alio iu-
re. Rōnem faciat optime lex, talis scriptura, & quod ibi no. de
leg. 1. licet dubium faceret quia existentia sui hęredis operatur
nō solum in fauorem filij non adeuntis, sed ēt in fauorem alia
rum personarum quib. fauor deberetur, vt l. vnica in princ. C.
de his qui ante aper. tab. licet ergo in quæstione nostra nō aga-
tur de fauore ipsius filij repudiantis, agitur de fauore fratris,
cui substō facta fuit, nam fauor est sibi vt pupillaris sua substi-
tutio valeat, quod tollitur ex l. 1. §. substituere, supra eo. tit. Ex
quo videtur quod etiam extraneus vbi est substitutus, confir-
metur pupillaris. Primum tū puto verius non ob. arg. l. 1. præ-
alleg. quia ibi agitur de fauore descendentiū, talis fauor nō ex-
tenditur ad fratres collaterales, vt probatur in ea. l. in tex. & gl.
20 † Quæro subsequenter vtrum existentia sui hæredis cōfirmet
legata singularia, adeo quod filio insolidum hæredi instituto,
& repudiante patris hæreditatem, legata illo testamento de-
beantur. Et videtur ꝙ sic, vt l. cum quasi §. sed & si quis, de fi-
deicommis. li. & no. in l. 1. §. idem Sceuola, infra ad Sylla. Con-
trarium verum est, vt patet in littera nostra in fi. ibi. itaq; patet
in l. 1. §. hi sunt in potestate. infra si quis omis. causa test. clarius
in l. 1. in fi. vt in pos. le. & ista vera. Non obstat. l. cū quasi §. sed
& si quis, quia ibi speciale fauore libertatis, vt no. in pręall. l. fi-
lius, infra, de acquir. hęre. secūdū vnam sol. Non obstat §. idem

Scenola. & quod ibi no. quia illa gl. refert se ad libertates, non ad legata pecuniaria, licet dominus Bartol. hic eam reprehēdat, & male. Circa quæ moueo duo dubia. Primū qa illud, qđ supra dixi, habet locum in filio repudiante patris hæreditatem quid in filio, qui non repudiauit hæreditatem, sed decessit ante aditam hæreditatem patris, nunquid legata debeantur: In isto tamen dubio putarem legata non deberi ex generalitate l. eam quam. C. de fideicommiss. cum sua materia. Secundum dubium est, si testator repetijt legata a venientibus ab intestato, an talia legata debeantur ex testamento hoc operante suitatis effectu: Et videtur quod sic ex his, que supra dixi. respondeo ad l. ita tamen. §. si pater inf. ad Trebell. secundum vnum intellectū, quem docto. Vltramon. ibidem sequi videntur, videlicet quod ibi substitutio fideicōmissaria erat alio iure valitu-
21 ra. † Quæro deinde vtrū existentia sui hęredis confirmet tutelas testamentarias. Et ista quęstio potest dupliciter intelligi. Vno modo quod agatur de tutore dato ipsi suo hęredi. verbi gratia, testator vnum filium habens, hęredem instituit solum, & eidē debit tutorē. Quęstio ergo est an iste tutor ante aditā hæreditatem per illum filium sit tutor de iure, operante existentia sui hæredis, vt per hoc iste tutor possit præstare authoritatem ad hęreditatem adeundam. Secundo modo potest intelligi, quando agitur de commodo alterius quam sui. Verbi gratia, pater habet duos filios suos & in potestate, vnum instituit, alium exhęredauit. exhæredato tutorem dedit, quod potuit, vt l. pater supra de testa. tu. filius suus institutus non adiuit patris hæreditatem. Quæritur an datio tutoris facta fatri suo exhæredato confirmetur operante existentia sui hæredis. Et certe in primo intellectu dico quod existentia sui hęredis cōfirmat tabulas testamentarias, vnde ipse pupillus cum authoritate tutoris poterit adire patris hęreditatem, vt not. Dyn & doct. communiter in l. si nemo supra de testa. tu. licet gloss. aliter innuat, quam opin. doct. sequuntur Cyn. in l. 1. vel. 2. C. de tutelis. Secundo casu & secundo intellectu puto existentiam sui hæredis nil operari, cum non agatur de fauore sui vel fratris exhæredati. argumen. eorum quę dixi in præcedentibus
22 quæstionibus. † Subsequenter quæro vtrum suitatis effectus impediat esse medium tempus inter mortem & aditionem. Et gloss. in l. Iulianus infra de condi. & demon. in gloss. fin. dicit quod existentia sui hęredis non impedit medium tempus, vt sic sit idem in suo quod in extraneo. quam opinio. sequitur Dyn. in l. nam nec emancipatus de lega. 1. gloss. no. contrarium in l. si alienum. §. in extraneis in gloss. 2. de hęre. instit. Et doct. communiter sic dicunt, quia aut nos inspicimus ius ciuile, & ipsius rigorem, & tunc existentia sui hęredis impedit omne medium tempus inter mortem & aditionem. Et ita intelligatur gloss. in dicto §. in extraneis. Aut inspicimus ius prætorium, & ipsius ęquitatem, & tunc existentia sui hęredis non impedit medium tempus inter mortem & aditionem, & ita intelligatur pręalleg. gloss. l. Iulianus videtur. Sed quod pręualet an ius ciuile & eius rigor, an ius pretorium & eius ęquitas: Et certe ex his, quę supra dicta sunt, habemus determinationem, quia aut inspicio ius ciuile, & eius rigor tendit ad commodum filij, & tunc illo casu debemus inspicere ius ciuile, nec erit dare medium tempus inter mortem & aditionem. Aut inspicio ius pretorium, & ipsius equitas tendit ad commodum filij, & illud debet inspici, & est dare medium tēpus ar. legis nostræ, & eorum, quæ supra dixi. & ista omnia fa-
23 ciunt ar. ad talem quæstionem. † Pone statuto cauetur, quod pro homicidio non possit cancellari de banno, nisi habeat pacem ab hęrede occisi, qui bannitus pro pace habenda hæredi debeat soluere decem, occisus fuit aliquis relicto filio suo & in potestate, qui filius suus patris repudiauit hęreditatem, quā quidā consanguineus occisi adiuit. Ex pręd ictis quęritur, a quo bannitus iste pacem habere debeat, & an prędicta decē soluere teneatur. Et videtur primo quod pacem habere debeat cum consanguineo, & sic eidem soluere decem, quia cū filius repudiat hęreditatem, ex hęreditate paterna repudiata, non debet habere commodum vel incommodum, sed omne commodum & incommodum spectat ad adeuntem hęredem l. qui hęreditatem supra de acqui. hęre. contrarium tenet hic Bar. in si. lec. dicens quod facere pacem illam de morte occisi & aliquid pro ea recipere, non est in hęreditate, nec in bonis hęreditatis, & per consequens cessat ratio supra facta. alle. ipse l. pro hęrede. §. fi. inf. de acquirenda hęredita, quia filius recipiendo ista. x. non recipit ex hęreditate repudiata. Sed istud nō multum vrget, quia statutū facit mentionem de hęrede, igitur siue sit in bonis hæreditarijs, siue nō, ab hęrede pax est habenda, nihilominus tamen teneo illud idē. Quod sic fortifico, vbicunq; dispositio aliqua potest intelligi duobus modis, vno modo secundum prius, id est proprie, alio modo secūdum posterius, id est, improprie, debet intelligi secundū prius, id est, proprie, & maxime statuta, quę nō recipiunt interpretationem secundū opi. Dy. vt omnia ista ponuntur in l. §. si imperpetuum supra si ager vec. vel emph. pe. no. Di. in l. 1. infra. de verbo. sig. l. quęsitum. §. illud fortasse de le. 3. sed statutum vult q̄ bannitus habeat pacem cū hęrede, & appellatione hęredis continetur proprie hæres, qui adiuit de iure ciuili, non ille, qui adiuit de iure prætorio per bonorū possessionem, quia prętor non potest facere quem hęredem, vt Instit. de bonorū possessione. §. quas antē l. & si fine. §. sed qđ Papinian. de minori. Sed in quęstione nostra filius repudians remansit hæres a iure ciuili l. eum, qui & l. necessarijs infra, de acqui. hęre. ergo cōsanguineus, qui adiuit, non potuit esse hęres, de iure ciuili, imō fuit necessarium quod adiret de iure prætorio per bonorum possessionem de iure præto. non ergo fuit hęres de iure ciuili, sed bonrū possessor, vt patet ad literā in l. qui se patris. C. vnde li. Et si ergo non fuit hęres, sed bonorum possessor, ergo statutum, qđ loquitur in hęreditate, nō habet locū in persona eius quia cui non conueniunt verba statuti, ego nec statuti dispositio. l. 1. C. de adul. l. inuitus. §. Campanus infra, de fideicom. li. Ex quibus concludo q̄ cū filius remanserit hęres de iure ciuili verba statuti sibi adaptātur, & sic ipse pacem facere debeat, &
24 decem recipere. † Quæro principaliter & consequenter, quę impediant suitatis effectum. Circa qđ est prius sciendū an datio cohęredis impediat suitatis effectum. Et primo videtur q̄ sic, quia pater dando cohęredem filio, sibi prouidet de herede vnde videtur renūciare legis prouisioni, quę facit hęredē suū. ar. l. & habet. §. cū quis. ff. de pręca. l. fi. C. de pac. conuen. q̄ plene no. doc. in l. cum dotem in prin. sol. mat. sed communis legis prouisio debet prouidere in casu necessario, vt l. 1. §. hoc rescripto. C. de ven. insp. l. q̄ Labeo. C. de Carb. ędic. sed ibi pater prouidit sibi de hrđe, ergo non est necessaria suitas filij. Pro hoc tenet in l. apud Iulianum. §. idē. Iulianus infra, ad Treb. & est communis opi. doc. vt no. Cy. 3. q. 5. in l. pręcibus. In contrarium videtur quod datio cohrđis non tollat ius necessarij hæ-
25 redis l. ex parte infra, de acquir. hęre. † Præterea datio cohrđis, non tollit ius suitatis quo ad transmissionem. Tex. est in l. si fratres. C. de iure deli. Pro hac parte videtur tex. in l. 2. §. filium de hære. insti. Pro hoc etiam videtur tex. in l. liber homo. de stip. ser. Doctores in huius quæstionis determinatione duas ponūt opi. vt ex scriptis intelligere possum: prima quidem est opin. qa aut nos quęrimus vtrum datio cohrđis impediat suitatis effectum quantum ad transmissionem fiendam, & tunc dico qđ non, vt in pręalle. l. fratres. Aut nos quærimus ad confirmandas tabulas pupillares, & tunc dico quod datio cohrđis impedit suitatis effectum. Ita intelligatur l. apud Iulianum. §. idem Iulianus infra, ad Treb. Istam opin. ponit Cy. in pręall. l. si fratres. C. de iure deli. & quærit de ratione diuersitatis, quia per dationem cohæredis non impeditur ius suitatis quantum ad transmissionem, sed bene impeditur quantum ad pupillares substitutiones confirmandas. Et dimittit istud dubium insolutum. Recolendæ memorie pater meus dominus Raynerius post Cy. scribendo assignat rationē, quia si existentia sui hrđis non operaretur transmissionem, hæreditas non adita nullo
24 deicommissi † Decimotertio & vltimo, nam substitutio in dubio videtur facta vsque ad ætatem, in qua non potest filius testari, quæ non durat nisi ad finem pupillaris ætatis, ergo post pupillarem ætatem non videtur se extendi dicta substitutio. Pro opinio. Ioan. Andr. quòd verba directa obliquantur post pupillarem ętatem, & sic valeat fideicommissum adducuntur infra scripta. Et primo quoniam voluntas testatoris est obseruāda, etiam a verbis recedendo. l. non aliter. in prin. inf. de leg. 3. sed manifestum est, testatorem voluisse bona sua debere peruenire ad substitutum quouis tempore decedat intestatus, vt patet ex significatione aduerbij, quandocumque, igitur &c. Secundo, huic accedit, quoniam eadem verba ponuntur in propria significatione respectu vnius temporis, & impropriantur respectu alterius. Casus est singularis in l. pater Seuerinam. §. conditionum verba. inf. de condi. & demon. ergo idem dicendum in re nostra, vt verba substitutionis directę ponantur proprie ante pupillarem ætatem, & improprie post pupillarem ætatem obliquantur. Tertio, pro hoc videtur casus in l. ex facto. in prin. inf. ad Treb. vbi si testator grauat hæredem suum, vel alium faciat hæredem, non valet huiusmodi dispositio, tamen ibi dicitur ꝙ videtur grauatus hæres restituere hæreditatem per fideicommissum, non absurdum erit in re proposita, vt licet substitutio directa durare non possit post pupillarem ætatem, videatur tamen rogatus hæres de restituendo substituto. Ista sunt fortiora argumenta quæ possent fieri pro hac parte, quæ optime cōcludunt. Quarto adducitur. l. præcibus. prællег. quæ tamen, vt iam dixi, non facit, quia secundum verum intellectum ibi fuit facta substitutio per verbum commune, substituo. Quinto adducitur. cap. si pater. iuncto. cap. Raynutius, sed nihil faciunt, vt dixi. sup. Sexto facit, quia nō videtur testator elegisse viam impugnatiuam sui iudicij, vt in l. 3. inf. de test. mili. Septimo facit. §. si fundo in ratione sui. sup. tit. 1. Octauo, quia facilius vna species mutatur in aliam, quàm pereat, vt est videre in nouatione. Nono facit lex nostra, vbi speciale est in milite vt valeant iure directo, ergo iure communi obliquabitur in pagano. Decimo facit, quia in compēdiosa inest ꝙ si decesserit sine liberis, vt in l. generaliter. §. 1. C. de insti. & substi. & l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. & in l. reddendum. §. 1. C. qui pe. tuto. nomi. sup. ergo erit fideicommissaria, per no. in gl. per d. l. præcibus. Vndecimo, verba debent aliquid operari. l. si quando. de leg. 1. Sed si expiraret substitutio post pupillarem ætatem, illa verba, quādocumque decesserint, nihil operarentur. Duodecimo substitutio facta inter liberos habet in se clausulam codicillarem. l. fi. C. famil. hercis cun. ergo obliquabitur virtute dictæ clausulę, vt in l. Sceuola. ad Trebel. Decimotertio, pro hoc facit tex. in l. codicillis. § pe. de leg. 2. Decimoquarto, si expiraret compendiosa pubertate superueniente, nulla esset differentia inter pupillarem & compendiosām, quod est falsum, quia si eadem essent, cur diuerso nomine nuncuparentur. l. si idem. C. de codic. Decimoquinto, in fideicommissis non est attendenda verborum subtilitas. l. cum quidam. C. de neg. ge. Decimosexto, plus debet ponderari aduerbium quandocumque, quàm verbum vel nomen. l. Pomponius scribit. sup. de neg. gest. quia aduerbium qualificat, cui semper innititur, vt l. cum interdictum. C. arbit. tute. & sic dat qualitatē verbo directo vt possit obliqua-
25 ri. † Decimoseptimo, Verba, hæres esto, habent hunc sensum, id est, dominus esto, vt in l. his verbis in prin. sup. tit. 1. & Instit. de hære. quali. & differētia. § pen. Sed illa verba, dominus esto, possunt verificari vtiliter per fideicōmissum, ergo idem in istis verbis, hæres esto. Decimooctauo, Verba debent intelligi secūdum subiectam materiam. l. plenum. §. & quid si. sup. de vsu & habita. ergo intelligentur secundum ætatem, ad quā referuntur. Decimonono, Quando non peccatur in forma, sed solum in materia, si non valet vt ago, valet vt valere potest. l. si vnus. §. acceptilatio. sup. de pac. Vnde in proposito, si non poterit valere vt directa, valebit vt obliqua vel fideicommissaria. Vigesimo, Siue dicamus directam, siue obliquam, vtrobique dicitur substitutio, & sic nō est magna digressio, ergo poterit obliquari, quia in habentibus symbolum facilis est transitus. l. in rem. §. idem quicumque. sup. de rei vend. Vigesimoprimo, Quæ dinumerantur ex parte, ex parte recipiunt valorem & substantiam secundum varietatem temporum. l. si seruus Meuij. §. fi. de stip. seruo. Sed ista substitutio, quandocumque decesserit, dinumeratur ex tempore mortis, & sic ab ætate, igitur &c. l. si in annos. sup. quib. mod. vsusfruct. amit. Vigesimosecundo & vltimo, Nam sicut dicimus quod in vulgari expressa non continetur pupillaris contra matrem, & tamen si probetur contraria voluntas, continebitur. l. in testamento. C. de test. mil. ergo idem in hac substitutione, vt licet non contineatur de natura substitutionis directę, tamen propter voluntatē testatoris continetur fideicommissaria, quæ volūtas colligitur ex illis verbis, quandocumque decesserit, & voluit substitutionem durare in quandocumque tempore mortis. Ex quo articulo vides quinque diuersas opiniones, & nulla est vera simpliciter, nisi opin. Bald. quæ continet meram veritatem. Et cum sua distinctione ad concordiam reducuntur opinio communis & opi. Io. And. Ideo cum vtraque possit saluari in casu suo, non est opus ad argumenta in contrarium alleg. respondere. Causa tamen disputandi sum cōtentus dictas causas interseruisse. Vnum superest necessarium pro complemento præsentis conclusionis, quod nemo tangit. Et hoc pro limitatione dicti do. Bald. sup. relati.

quem

26 quem Mod. sequuntur, videlicet † ꝙ si apponatur clausula codicillaris in testamento, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, substō cōpendiosa facta per verba directa obliquat post pupillarem ætatem hoc illud non puto verum, qñ verba substōnis sint relata ad filium, vt quia testator dixerit, qñcunque decesserit filius meus, Titius sit heres filij mei, quoniã videntur grauari venientes ab intestato per fideicommissum de restituendo hæreditatem filij post mortem ipsius filij. quod fideicommissum non tenet decedēte filio post pupillarem ętatem. Tex est in l. si fundum per fideicommissum §. fin. cum l. seq. inf. de leg. 1. quod est menti tenendum. Ex quibus omnib. pro veritate primæ conclusionis habenda, sunt exurpandæ quatuor conclusiones, & tenendæ in iudicando. Prima conclusio vbi substitutio est facta per verba directa, & verba substitutionis sunt relata ad testatorem, vel simpliciter sunt prolata, substitutio directa est, obliqua post pupillarem ætatem. Secunda cōclusio. Facta substitutione vt supra si verba substitutionis referantur ad filium, compendiosa expirat superueniente pubertate. Tertia conclusio. Facta substitutione compendiosa per verba directa, si est apposita clausula codicillaris in testamento. Si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum. Si verba substitutionis sunt relata ad testatorem, vel sunt prolata verba directa, obliquabuntur post pupillarem ætatem, & sic valebit iure fideicommissi. Quarta conclusio. Substitutione facta per verba directa, si verba substitutionis referantur ad personam substituti, clausula codicillaris in testamēto apposita nihil operatur. Ratio harum conclusionum patet ex his, quæ in anterioribus plene enarrata sunt. Si quis tamen vellet defensare opin. Ioan. And. de facili posset. Et facilis est responsio ad legem, vel ciuilibus dum dicit, frustra fieri cōuenit, quoniam intelligitur quod frustra sit substō post 14 ann. vt valeat tanquam substitutio pupillaris, vel tanquam substitutio directa. An autem valere possit vt fideicommissaria, nihil ibi dicitur. Minus obstat lex in pupillari, quæ expresse loquitur in pupillari, non in compendiosa. Et quod dicebatur, eandem rem non diuerso iure censeri, faciliter tollitur, quoniam hæc operatur dictio, quandocunque propter quam datur intelligi, testatorem voluisse in quocunque tempore decederet hęres, substitutionem durare eo modo, quo poterat, quod non poterat durare iure directo omni tempore, nisi in pupillari ætate. Igitur vt actus potius valeat quam pereat, potius iudicabitur substitutio fideicommissaria, quam quod pereat l. quoties. de reb. dub. Ad argu. in forma respondeo, dicendum est quod eadem res non potest diuerso iure censeri. verum est, nisi ratione diuersitatis temporis resultet diuersitatio, vt patet in re nostra. Cętera in contrarium allegata soluuntur per rationes factas pro parte Ioan. And. & ideo nō

27 insisto. † Sequitur igitur conclusio secunda, quę talis est, substitutio compendiosa facta per verba directa puberi, omni tempore valet tanquam fideicommissaria, & iure fideicommissi. Hanc conclusionem tenet glo. in l. verbis ciuilibus supra eod. dum dicit, vel propter suam personam. Idem tenet glo. in l. Sceuola infra ad Trebell. dum dicit Idem hic quod trahitur ad fideicommissum. est verum, si in illo tempore potuit valere iure directo. Et hanc conclusionem habent vel tenent Salic. & Ioan. de Imol. pro indubitata quæ etiam placet do. Raph. Quã etiam secutus est Baran l. 1. §. si ou. sita. de verbor. oblig. in illo brocardo Si non valet vt valere potest. cum dicit, si substitutio est inualida, trahitur ad fideicommissum, licet in dicta l. verbis ciuilibus, dixerit hoc verum, si apparuerit testatorem voluisse codicillari alias non. Pro ista sententia faciunt infrascripti tex. l. cum ... in fi. inf. de leg. 2. l. Sceuola prçalle. l. pen. in fi. de concu... & C. de testa. l. hac consultissima. §. pen. & inf. de leg. 2. l. cum quis decedens §. Sceuola, & de leg. 1. l. si filiusfamilias. §. vt hæredem. Et tex. in l. ex facto. in princ. inf. ad Treb. & tex. in l. qui filium in prin. eo. tit. & tex. in l. Imperator. in §. pen. inf. de leg. 2. In omnibus istis iuribus quis suam hęreditatem volebat transferre directo, & cum non potuerit, dicitur ibi, quod valet iure fideicommissi, & sic videtur casus pro hac cōclusione. Secundo pro hoc faciat, quia nos recedimus a propria verborum significatione, vbi volūtas testatoris refragatur. & de cuius voluntate constat, vt in l. non aliter in prin. de leg. 3. Vnde licet secundum propriam verborum significationem ista verba sint directa, & consequenter non debeat substitutio valere. tamen cum volūtas testatoris fuerit. hæreditatem suam debere ad substitutum peruenire, istud obseruandum erit, quod illa ratio persuadet, et actus potius valeat, quam pereat vt in l. quoties. de rebus dubijs, & vt etiam verba aliquid operentur, vt in l. si quando in prin. de leg. 1. Et maxime quia vt plurimum testatores nesciunt et in istis subtilitatibus. iuxta no. in l. quoties. C. fa. hęre. per

28 gloss. † Tertio, quoniam non est verisimile, & si notarius hæc verba scripserit, hoc voluisse testatorem, si vim verborũ intellexisset, cum non sit credendum testatorem viam elegisse, quę suũ iudicium videt impugnare, vt in l. 1. inf. de test. mil. Fatuus enim diiudicaretur testator faciendo substitutionem inualidã, cum posset facere validam, & potissime cum validitas cōsistat in mutatione vnius verbi, s. ponendo directum pro communi. Apud n. imperitos nulla videtur differentia, sit mihi heres, vel substituo. Quarto, quoniam hodie non videtur differentia inter verba directa & obliqua, vt in l. qui quoniam indignum. C. de testam. Quinto, nam interdum fideicommissaria trahitur ad directum, vt defuncti volũtas seruetur l. neq; §. fi. inf. de test. mil. & l. Panthonius. de fideicom. liber. ergo idem dicēdum in re nostra, vt directa trahatur ad fideicommissariam pro conseruatione voluntatis defuncti, quia contrariorum eadem est disciplina. Contrariam sententiam tenet gl. in §. extraneo. Insti. de pupil. substi. in glo. fin. Et idem tenuit Rayn. de Forli. in tracta. suo substitutionum. & etiam Iac. de Are. quod talis substitutio non valeat, quam sequitur do. Rapha. Cu. Pro qua sententia primum allegatur lex, verbis ciuilibus, quæ loquitur generaliter, secundum eos, non distinguendo vtrum fiet substitutio puberi, an impuberi. Sed nil facit. Et respondeo, vt dixi respondendo oppositioni cōmuni contra Io. And. in præcedenti conclusione. Secundo allegatur tex. in l. 2. de iure codicillorũ. Sed potest responderi illi, quod loquitur de principali substitutione directa hęredis, in qua consistit substantia testamenti, vt in l. 1. sup. eo. quæ si non valet iure directo, non valebit iure fideicōmissi, si constat testatorē voluisse facere testamentum. Tertio introducit ꝙ casus sit in l. verbis ciuilibus. inducendo alio modo quam sup. induxerim. Quoniam illa lex debet intelligi de substitutione facta puberi, quia si esset facta impuberi, nulla esset dubitatio, & omnis lex debet esse de dubitabili. Cui respō

29 dendum est vt sup. dixi. † Quarto facit quod no. in l. Sceuola, ꝙ vbicunque potuit substitutio aliquando valere iure directo, nō poterit obliquari vt valeat iure fideicommissi. Sed ista substitutio, quandocunque decesserit, talis sit hæres, continet in se vulgarem directam, vt no. glo. in §. qua ratione. Insti. eod. ergo nō poterit obliquari. potest responderi quod prędicta intelliguntur de substitutione directa, quę præsupponit hæredem. Et ita est de mente glo. in l. Sceuola, vt patet in prin. glo. dum dicit, patet hoc quod fuit pupillaris directa, & trahitur ad fideicommissum, & probatur in ea gl. circa medium, dũ dicit, & sic detrahetur quarta, & sic præsupponitur fuisse aditam hęreditatē quia solus hæres detrahit Trebellianicam, qui sponte adiuit & restituit, vt in l. quia poterat infra ad Trebell. Item probatur in ea gloss. dum dicit. Item hoc, quod trahitur ad fideicommissum, & c. no. quod ista verba referuntur ad pręcedentia propter pronomen hoc, quod est demonstratiuum ad oculum & not. in l. 1. de ope. no. nun. Et sup. glos. fecerat mentionem de pupillari, quæ trahitur ad fideicommissum. Et sic non obstat etiam lex fin. C. de hære. insti. quę etiam allegatur pro hac parte, quia ibi substitutio vulgaris fuit, quę potuit valere iure directo, ideo non trahitur ad fideicommissum. Quinto adducitur talis ratio. Vbi sunt verba fideicommissi ex contraria voluntate fideicommittentis coniecturata, deficit fideicommissum l. generaliter C. de insti. & subst. ergo in proposito verba directa impediunt fideicommissum. Istud nihil est dicere, quoniam hoc non constat de contraria voluntate defuncti, immo totum oppositum, quia arbitrandum est in totũ testatorem noluisse voluntatem suam infringi quod fieret, si substitutio in totum periret. Sexto adducitur brocardum illud, si non valet quod ago vt ago, non valet vt valere potest. vbi agitur de obligatione inducenda. vt in leg. prima infra de iure codic. Sed istud tollitur per ea, quę dicta fuerunt in conclusione pręcedenti principali. Septimo arguitur quod quis eligendo vnam viam, etiam incompetentem, videtur alteri viæ competenti præiudicare. Faciliter respondetur quod hic eligit ignoranter viam incompetentem, cum non sit verisimile testatorem sciuisse vim verborum in apicibus iuris cōsistentem, sicuti est in hac materia substitutionum, ideo sibi non præiudicat, vt in l. mater decedens. ff. de inoffi. testa. De quo plene dixi in l. Clodius Clodianus. infra de acquir. hæred. dic vt ibi plene. Adducitur quod cum sit manifestus sensus testatoris volentis directo substituere, nō est recurrendum ad interpretationem, vt substitutionem directam interpretemur obliquam, quia interpretatio nō cadit circa manifesta, vt in l. ille aut ille. §. cum in verbis infra de leg. 3. Sed istud nihil valet, per supra dicta. potius enim coniecturãdum est testatorem voluisse facere substitutionem validam quam inualidam, & ideo a propria verborũ significatione recedimus, ut testatoris conseruetur uoluntas, ut d. l. non aliter.

30 † Octauo & ultimo firmatur ratione, quia ex ultima uoluntate minus solemni, etiam si sit clara, non oritur obligatio, vt notatur in leg. prima C. de fideicomm. & in l. cum quis. de iuris & facti ignoran. Facit, quia, ut iam sæpius dictum est, cum uerba dissona sint a uoluntate testatoris, sequitur uoluntatem, uerbis omissis, & ar. procedit ut est defectus in substantia testamenti, quia non adest numerus debitus testium, tunc non dicitur constare de voluntate defuncti, nimirum si non oriatur obligatio. quod nō est in re nostra. Ex quibus patet hanc opi. non esse veram,

veram, neque posse defensari. Ang. autem in l. precibus. voluit has opi. concordare distinguens, Aut verba sunt directa ciuilia & vera sit opin. Ray. & sequacium. Aut fuerunt verba directa non ciuilia, & tunc si in testamento, & idem. Aut in codicillis, & tunc sit vera opi. contraria. Ista distinctio Ang. procedit circumscripta voluntate defuncti. Sed cum sæpius relatum est in superioribus quod voluntas testatoris præferatur proprię verborum significationi substitutionis. ideo primam opi. tãquam veriorem puto tenendam, & hoc per rationes, pro hac parte in superioribus alle. Quibus ex omnibus colligo vnam conclusionem cum correlario, quæ talis est, Substitutio compendiosa facta per verba directa, quæ ex aliqua causa nũquam potuit valere iure directo, obliquatur, & valet iure fideicommissi. Ex quo sequitur correlarium, Substitutio compendiosa facta per verba directa maiori. 14. annis, siue in testamento, siue in codicillis, statim valet iure fideicommissi, & sic censetur a prin-

31 cipio fuisse fideicommissaria. † Tertia principalis conclusio sit ista, Substitutio compẽdiosa facta a pagano filio impuberi per verba communia, intra pupillarem ætatem est directa, & post pupillarem ætatem est fideicommissaria. Hanc sententiam firmat glo. in §. sua ratione. Insti. de pu. substi. Quam etiam tenuit Ia. de Aret. & Cyn. in l. præcibus. Si facta est per aduerbium distributiuum temporis, veluti est, quandocunque decesserit filius. eam quoque sequitur Ang. dicens ita communiter teneri. Salic. in d. l. præcibus. hanc distincte sequitur. Et ita etiam consuluit collegium doctorum Bononiæ, vt refert do. Pan. cui placet hæc op. Placuit etiam do. Raph. non putat procedere Cyn. & Ia. de Are. vbi non adesset talis dictio distributiua, sed si simpliciter dictum fuisset, si filius meus decesserit sine liberis, talẽ substituo, Nam tunc omni tempore fideicommissariam aiunt. Licet eorum primum dictum arbitrer verissimum, posterius tamen est falsum, & contra eos est casus in c. si pater. de testa. li. 6. vbi fuit de directo hæc forma substitutionis, & ibi dicitur fore pupillarem, & hoc tenendo quod verbum moriatur, ibi positum sit commune, vt voluerũt nonnulli, licet ego tenuerim contrarium. sup. Quicquid sit, indistincte teneo conclusionem pro vera, pro qua casus est expressus in d. l. præcibus. Nam ibi fuit facta substitutio per verba communia. i. per verbum substituo, vt etiam tenuit Bart. & ibi probatur in text. in verbo substituit. Ibi enim dicitur quod si moriatur filius intra pupillarem ætatem, quod substitutus erit hæres. Si post pupillarem ætatem decedat, mater iure fideicommissi tenetur restituere substituto bona testatoris, & fideicommissaria est. Nec est verum quod nonnulli doc. asseruerunt, quod ibi sit speciale in milite quoniam in illa lege non apparet quod dispositio illius legis sit fundata super aliquo priuilegio militari, quod si voluisset Imperator expressisset, sicut fecit Iurisconsultus in nostra lege. Præterea videamus in quo consistat priuilegium mili-

32 tare. † In hoc enim consistit vt possit substituere directo post pupillarem ætatem, quod non est permissum in pagano, vt in §. extraneo. Insti. eo. At in l. præcibus. miles nõ substituit directo post pupillarem ætatem, cum vsus sit verbo communi. Vnde licet miles possit testari, & substituere ex priuilegio militari, non negatur quin possit substituere etiam vtendo iure communi. Hoc expressius apparet in fi. d. l. pręcibus, vbi dicitur, ex causa fideicommissi bona, quæ fuerunt testatoris, peti posse, si decesserit filius post pupillarem ętatem, ergo non valuit talis substitutio iure directo post pupillarem ętatem, & sic non ex priuilegio militari. licet do. Raph. Fulg. per illam legem intellexit substitutionem post pupillarem etiam valuisse iure directo ex priuilegio militari. illum tex. in fi. subtiliter inducens, vt sit sensus quod mater obtineat successionem filij sui, & bona testatoris possint peti ab ipsa per substitutum, velut ex causa fideicommissi. i. ad similitudinem illius, qui est grauatus fideicommissum restituere, in quo fideicommisso non veniunt bona filij, sed solum testatoris vt in l. coheredi. §. cum filię. inf. eo. Et sic ly velut, in tex. positum stabit similitudinarie. Iste intellectus, licet sit subtilis & defensabilis in disputando, tamen cęteri doc. tenent illum tex. debere intelligi q ly velut, sit nota veritatis, q ipsa mater decedẽte filio post pupillarem ętatem intelligatur rogata restituere substituto hæreditatem, & substitutio ista obliquatur. Sunt ẽt qui dicũt, inter quos fuit Bar. & Bald. q stante tali compendiosa. si mater est in medio inter pupilla. ętatem, substitutio erit fideicommissaria. Sed dicunt contra dictum casum d. l. pręcibus. in ver. sin vero. In text. ibi eos habent hęredes, quos pater eius substituit. & adiret hereditatem. Nam verbum hæres, in potiori significato debet intelligi, scilicet de directo hærede. arg. l. 1. C. qui in paternum. supr. si ager vecti. Si enim ibi intelligeretur de hęrede, cui fit substitutio, non esset directus hęres, sed utilis ut l. 1. infra ad Treb. & in l. si filius. C. quod cum eo, qui in alie. Ioan. And. in d.

33 cap. si pater. tenet hanc opin. † Et pro ista opin. Primo facit, quia dubia substitutio debet interpretari directa. ut in d. cap. si pater Secundo, quia quod regulariter ex tempore variatur, secundum tempus iudicatur. l. g. pretia rerum ad leg. Fal. ergo in pupillari ætate erit directa, & post pupillarem erit fideicommissaria. Tertio, quia verba declarantur & interpretantur secundum qualitatem personæ, de qua loquimur, vt in l. penum, de vsu & habitatione. Quarto sic demonstratur, quando tempora sunt distincta, est certum. accipi substitutionem quod in pupillari ætate sit directa, post fideicommissaria, veluti si testator dicat, si filius meus decesserit in pupillari ætate, vel postea, talem substituo, secundum gl. in d. l. pręcibus, in fin. gl. magnæ, quam omnes sequuntur, ergo idem dicendum quando adest verbũ, qñcunque, cum per illud dicantur tempora distingui. Quinto, in dubio credendum est, testatorem magis voluisse prouidere pupillo, quam grauare tanquam amicus, cum nullus sit amor, qui vincat paternum, vt in l. fi. in princ. C. de cura. furio. ergo potius iudicanda est pupillaris intra pupillarem ætatem, quam fideicommissariam, quia per pupillarem prouidetur, & per fideicommissariam aggrauatur, vt in l. ex tribus, cum glo. C. de inoffi. test. Sexto, vulgaris comprehensa in compendiosa continet tacitam pupillarem, ergo non erit dubitandum quin ex pupillari succedat substitutus. Septimo, verbum commune trahitur ad directam substitutionem, quando vnus est vniuersaliter substitutus, vt l. his verbis, in princ. de hæred. insti. ergo iu-

34 dicanda est pupillaris. † Octauo ostenditur sic. Ius successionis variatur, si mutetur vel deficiat ius institutionis, vt patet in filio instituto sub conditione casuali, qui habet bonorum possessionem sm. tabulas quę postea conuertitur in contratab. l. 2. §. sub conditione, & in l. sub conditione, infra de bo. poss. secundum tab. ergo ita in proposito. Nono adducitur. l. Lucius. infra eod. vbi fuit facta substitutio per verbum commune, & ibi dicitur quod est pupillaris matrem excludens. Decimo, nam interpretari debemus id, quod verisimiliter fuit a testatore cogitatum. Sed est magis verisimile voluisse pupillarem includere, quam fideicommissariam, igitur &c. Ex quibus concludo substitutionem, de qua in præsenti habetur sermo, esse pupillarem in pupillari ætate, & post pupillarem ætatem fideicommissariam. Contrariam tamen sententiam, quod omni tempore sit fideicommissaria, tenet hic gl. nostra, & gl. in d. l. præcibus. Idem tenuit Azo in Summa sua, & gl. in c. Raynutius, extra, de testa. & gl. in d. c. si pater. Idem tenuit Ray. Dyn. Mar. & Sali. & secundum hanc opi. inquit Bald. in d. l. pręcibus, & in l. ex tribus, C. de inoff. testa. se sępius consuluisse. Pro hac opi. Primo facit vniformitas in dispositionibus, ita in temporibus, quemadmodũ & in personis, vt in l. quamuis, C. eod. iuncta, l. vel singulis, & l. qui plures, infra eodem. Et hoc est dicere, sicut verbum substituo relatum ad certas personas, quarum vni non poterit substitui nisi vulgariter, alteri vero vulgariter & pupillariter, non importat nisi illam substitutionem, quæ poterat fieri vtriusque scilicet vulgarem, vt in l. iam hoc iure, supra eod ita & relatum ad plura tempora, in quorũ vno substitui potest pupillariter & per fideicommissum, vt est tempus pupillaris ætatis, & altero, non nisi per fideicommissum, puto post pupillarem ætatem non debet importari nisi illa, quę poterat fieri vtroque tempore, & sic fideicommissariam tantum. Sed respondetur quod cum verbum substituo, possit adaptari ad vtramque substitutionem, ex euentu apparebit quæ substitutio facta fuerit, quare si decesserit in pupillari, cẽsebitur sola facta pupillaris, si autem decesserit post pupillarem ætatem, cẽsebitur fideicommissaria, & sic futurus euentus declarat qualitatem substitutionis. Nam & alibi futurus euẽtus declarat q sit, vt in l. quidam, inf. de reb. du. Non sic est, quando verba substitutionis sunt directa, quia ibi necessario cõtingeret variatio, cũ illa non adaptetur ad fideicommissariam. Secũdo, quia eadem dispositio non debet diuerso iure censeri, l. cũ qui hæres, de vsu. ergo vtroque tempore erit fideicommissaria, cum non

35 possit vtroque tempore valere tanquam directa. † Tertio. verbum substituo, parit fideicommissariam substitutionem, l. ab omnibus, in prin. de leg. 1. & l. talem, §. 1. de hære. insti. Huic respondẽtur quod etiam parit directam, vt in l. fin. C. de hæred. b. instit. Quarto pro hoc facit, quia ex consuetudine, fideicommissaria consueuit fieri per verbum substituo, ut per gl. in l. pręcibus, ergo illa attendenda l. liberorum, §. quod tamen. C. al. ius de leg. 3. Sed istud nõ obstat, quia immo etiam fit per alia verba vt per verbum restituo, per uerbum perueniat, & per verba, de quibus, supra est habita mentio, nec per talem cõsuetudinem substitutio est directa fideicommissaria, nec consuetudo appa ret quod ubi substitutio fit per uerbũ substituo, si non potest ualere iure directo quod debeat ualere iure fideicommissi, sed est bene uerũ quod lex disponit interdum ubi non ualet dispositio directo, ualeat in uim fideicõmissi, ut in l. ex facto, in prin. ad Trebell. cum simi. Quinto, quia sequeretur absurdũ si ualet in uim directę pupillaris, quod mater excluderetur a tota ipsa hæreditate filij, ut l. fin. C. de insti. & substit. Istud non habet obstare, quia hoc fit lege permittente, in l. Papinianus, in §. sed nec impuberis sup. de inoffi. test. nec istud est absurdũ. quia ista pupillaris substitutio est de appenditijs testamenti pa...

ecl- ni, vt

ni, vt in l. patris & filij, & ibi no. infra eo. Sexto facit, quia dubia substitutio non admittitur cōtra matrē. l. si. C. de inst. & subst. Respondeo, istam non esse dubiam substitutionē, quia casus est in l. præcibus. & in c. si pater. & d. l. fin. loquitur in alio casu. Septimo, quia in dubijs capiēda est interpretatio vt actus potius valeat quam pereat. l. quoties. de reb. dub. Sed si erit fideicommissaria, valebit omni tempore, secundum aliam opin. secus, hoc reputo falsum, immo secundum aliā opi. vtroq; tempore valet, vt in pupillari ætate sit pupillaris, & postea fideicōmissaria. Octauo adducitur tex. in c. Raynutius, vbi fuit facta substitutio per verbum succedat, quod est verbum cōmune. & ibi dicitur quod omni tempore est fideicommissaria. potest respondeři, & bene quod ibi non dicitur quod omni tempore sit fideicommissaria, sed quia filia decessit post pupillarem etatē, cui facta erat substitutio, & dicitur quod ille substitutus, habebit iure fideicommissi. Si autē decessisset in pupillari ætate, an esset fideicommissaria vel ne, ibi non exprimitur. Ex quibus omnibus concluditur, primam opi. veriorem & iure tenendā. fuit tamen tertia opi. Bald. hic, qui habuit maximam dubitationem, tandem se reduxit ad talem considerationem, qđ primo debeat aduerti ad coniecturas, ex quibus appareat testatorem voluisse intra tempora pupillaris ætatis esse directam, & tunc intra eam ætatē sit directa pupillaris, veluti si dixerit testator, volo meam totam hæreditatem ad Titium perueni se, vel volo sine diminutione deuenire, vel similia verba. & hoc p tex. in l. in testamēto. in fi. de testa. mili. Sinautem non apparet de dictis coniecturis, si mater non est in medio, tunc dicit omni tempore esse fideicommissariam fauore matris. Si autem mater non est in medio, tunc tenet veriorem illam opi. q intra pupillarem sit pupillaris, & postea fideicommissaria. Ang. reprobat Bartol. in l. c. præcibus. Et mihi placet in eo, quod dicit debere considerari cōiecturas, & maxime exempla, quę ponit Bald. quoniam Trebellianica detrahit contra voluntatem testatoris, sicut & Falcidia, vt in auth. sed cum testator. & ibi no.

36 C. ad l. Fal. † Vnde licet testator nō expresserit omnia bona, vel sine diminutione, & similia verba, tamē tacite intent. vnde expressio nihil operatur, vt in l. hæc uerba inf. de leg. 1. Quod aūt dixit Bar. de matre in medio existente, falsissimum est, vt. supr. latissime declaraui. Vnde si bene consideretur Bart. tenet illā opi. in omni casu quod intra pupillarem ætatē sit pupillaris, & postea sit fideicōmissaria, nisi mater sit in medio, vel alia persona, cōtra quam nō admittitur tacita pupillaris, vt tunc omni tempore sit fideicommissaria, & non expiret. Sed Bald. in d. l. precibus. dicit expirare. quod non puto verum, etiam si non esset vera opi. Bar. quæ esset contra expressam mentem testatoris, qui substituendo per aduerbium multiplicatiuum quandocunq; decessent, voluit substitutū admitti decedente filio quo uis tempore, nec est dubitandum conditionem substitutionis quandocunq; decesserit, regulari a voluntate testatoris, vt in l. cum virum. C. de fideicom. l. quæstio. C. de le. & l. pater Seuerinam. §. conditionum verba. de condi. & demon. Quibus ex omnibus subijcio cōclusionem hanc intrepide tenendam in consulendo & iudicando, obiectis in contrarium nequaquam obstantibus. Substitutio compendiosa facta impuberi per verbum commune intra pupillarem ætatē est pupillaris, & post pupillarem ætatem est fideicommissaria; & hoc siue mater sit in medio, siue non. Quæ conclusio probatur ad litteram in l. præcibus. deducendo illam legem prout s. declaraui. Quam etiam conclusionem approbabat do. Pau. maximus practicus & realiter, cui in his, quæ concernunt practicam, magis credo quā ceteris nouissimis, cum etiam sit fulcita hęc conclusio fortissimis rationibus, & plurimorum doctorum authoritate cum etiā sic consuluerit collegium Bononiensium, text. est in vitiij obseruantia, cui non potest respondere in d. l. præcibus. *E questo basta che per lo menare de la posta el pane se affina, basta.* Quarta conclusio. si verbo substitutio, posito in compendiosa, adijciatur verbum hæres, vel hærede, seu hæredes, vt quia dixerit testator, quandocunque decesserit filius meus, Titium sibi substituo heredem, talis substitutio iudicatur directa propter verbū heredem. Et hoc multum animaduertendum est in materia substitutionum, quia communiter omnes dicunt substitutionem compendiosam factam per verbum substituo, esse fideicommissariā post pupillarem ætatem, nec habetur aduertentia ad illud verbum hæredem, quod facit substitutionem directam. l. his verbis supra tit. 1. est singularis doctrina Bald. in rub.

37 C. de impub. & alijs substi. † Quinta conclusio, Substitutio huiusmodi, quandocunque decesserit filius meus sine liberis, Titius sit hæres, est directa pupillaris. Casus est in l. nostra, & in c. si pater. de testa. lib. 6. Quam conclusionem firmant communiter doc. licet glo. in l. præcibus. dicat omni tempore esse fideicommissariam, quam nititur sustinere Ia. de Bel. sed sustineri non pōt propter dicta iura. Non est ergo differentia vtrum dicat, quandocunq; decesserit filius, talis sit hæres, non adiecto verbo, sine liberis, vt in prima conclusione, an vero adijciatur verbū, sine liberis. Sexta conclusio, Si testātor faciat substitutionem per verbum substituo, nulla conditione adiecta, nec habita mentione mortis, puta quia testator dicat, filium meum hæredem instituo, & Titium ei substituo, ista est substitutio directa & vulgaris & etiam pupillaris, & est facta filio impuberi. Hanc conclusionem firmat hic Bart. & bene. per tex. in l. Gallus in princ. fm vnum intellectum gl. & verum. sup. de lib. & posthu. Septima conclusio, Si testator substituit per hęc verba, vt quia in testamento sit scriptura, vt vidi in multis testamētis, talis testator filium suum hæredem facit, & eidem instituit & substituit Seium. Ista substitutio est directa & fideicōmissaria, directa, propter verbum instituit, fideicommissaria, propter verbum substituit. Hæc est conclusio Bar. in l. reculate. §. Titius. infr. ad Treb. & ibi probatur. Octaua conclusio. Vbi in testamento sunt illa verba, substituit vulgariter & pupillariter & per fideicommissum, intelligitur facta substitutio vulgaris, pupillaris & fideicommissaria. Et sic ante aditam hæreditatem erit vulgaris, post aditam hæreditatem intra pupillarem ætatem erit pupillaris, & post pupillarem ætatem erit fideicommissaria, secundum Baldum, & Ang. in d. l. præcibus, & idem tenet Bar. in l. Titius. qui tex. est melior, qui sit in corpore iuris ad hoc secundū docto. & commodius per prędicta verba fient substitutiones directa & compendiosa, licet nō exprimantur verba formalia conuenientia dictis substitutionibus vnde nō erit opus ad faciendam vulgarem dicere, si hęres non erit, vel ad faciendam pupillarem quod dicatur, si morietur in pupillari ætate, & ad faciendam compendiosam, quandocunque decesserit, talem substituo. Nam prædicta verba, substituo vulgariter, pupillariter & per fideicommissum, important prædictas substitutiones, ac si essent verba formalia dictarū substitutionum expresse. Nona conclusio. Substitutio fideicommissaria non est proprie substitutio. sed large. Hæc est cōclusio Bal. in rub. C. de impu. & alijs substi. Et ibi sequitur do. Pau. Et est ratio, quia substitutio est secunda institutio, & consequenter debent esse iura directa in substitutione, sicut in institutione. Sed fideicommissaria substitutio non tribuit iura directa, sed

38 vtilia. † nā ille, cui ex fideicōmisso restituitur hęreditas, nō est hęres directo, sed vtiliter, vt l. si filius. C. quod cum eo. Ex quo infertur secundum do. Pau. quod si statutum mentionē faciat de substitutionibus, non intelligeretur de substitutione fideicommissaria, cum verba statuti debeant intelligi in propria significatione, vt in l. constitutionibus. ad Muni. cum si. &c. Decima cōclusio; Vbi fit substitutio compendiosa per hæc verba quandocumq; filius meus decesserit, omnia bona lego Titio, talis substitutio omni tempore est fideicommissaria. text. est sing. in l. fi. inf. ad Treb. nam verbum lego, licet dicatur directū quantum ad legatarium, quia per tale verbum dicuntur verba ad legatarium dirigi, vt no. gl. in l. Lucio. inf. de leg. 2. facit tamē directam substitutionem. Vndecima conclusio. Compendiosa substitutio facta in certa re per verba directa, est directa, vt in l. cohæredi. in fi. infra eo. Sicut enim dicimus in institutione, vt in l. 1. §. si ex fundo. sup. tit. 1. Et potest tale exemplum poni, vt quia testator dixerit quandocunq; decesserit filius meus, talis sit hæres in tali fundo. Hanc conclusionem firmat hic Bart. &

39 cæteri sequuntur. Duodecima conclusio, Substitutio compendiosa facta per verbum obliquum vel commune, omni tempore est fideicommissaria, vt quia testator dixerit, quandocunq; decesserit filius meus, volo quod talis res perueniat ad Titiū, vel substituo Titium, secundum Bar. & hoc, quia verbū commune adiectum certę rei vel quantitati, nunquam trahitur ad institutionem, vt in l. cogi inf. ad Trebel. §. generaliter. & in §. aliud quoq; capitulum. ver. tertium. in auth. vt cum de appell. cogno. Idem est de verbo relinquo, vt no. glo. in l. his verbis in princ. sup. tit. 1. Decimatertia conclusio, Vbi compendiosa fit per verba obliqua in tota hæreditate, vt quandocumq; decesserit filius meus, volo quod omnia bona mea restituantur Titio, omni tempore est fideicommissaria, vt in toto tit. ad Treb. fm omnes. Decimaquarta conclusio, Si testator hoc modo substituerit, quandocumque decesserit filius meus, volo quod bona mea dentur pauperibus per suos fideicommissarios, talis substitutio est directa intra tempus pupillaris ætatis, quia intelliguntur fideicommissarij, vt ipsi accipiant propria authoritate, & distribuant inter pauperes. Pro hoc est casus in ca. cum tibi. extra, de testa. vbi dicit quod qū non est alius hæres institutus, fideicommissarij habentur loco hæredum. Hanc conclusionē firmant hic Bar. & Ang. & Bal. in l. si quis ad declinandam. C. de epi. & cler. Et hoc casu si moriantur fideicommissarij ante aditam hæreditatem, hæreditas non erit caduca, imò succedet episcopus in locum eorum hæres, secundum Io. And. in tit. de instr. edi. in §. nunc aliqua. in addi. ad Specu. & hic per Angel.

40 † Decimaquinta conclusio, Vbi testator substituit compendiose per hæc verba, quandocumque decesserit filius meus, volo quod bona mea dentur pauperibus, nullos fideicom. exprimendo, talis substitutio omni tempore est fideicommissaria, secundum

ſm Bar. & Ang. & Bald. & Idem in d. l. si quis ad declinandam. Et bonam rationē adducit Bald. qm̄ talis hæres habeor, qualis est, per quem hæres efficior, vt in l. qui in aliena. §. interdū. inf. de acquir. hær. sed hic episcopus est loco pauperum, in quorū persona substitutio est fideicommissaria pp verbum detur, seu distribuatur, quod est verbum obliquum, ergo eadē erit substitutio in personam episcopi. Decimasexta cōclusio, Si testator in testamento suo dixerit, qñcunq; decesserit filius meus sine liberis, volo quod bona mea vendantur, & pretium detur pauperibus per meos fideicōmissarios, talis substitutio est directa intra pupillarē ętatē, quia illa verba, per meos fideicōmissarios & per eos vendi, deinde pretiū pauperibus erogari, & sic succedit dispositio decre. cū ibi præalle. Diuersum est, ſm Bar. si testator vsus fuerit his verbis, volo quod bona mea vendātur, & pretium detur pauperibus, quorū electio fiet per fideicōmissarios meos. nam tūc omni tēpore ista substitutio erit fideicōmissaria, q ly per suos fideicōmissarios ad solā referē electionem pauperum. Ego autē puto non procedere illā sententiā, quia cōiter in testis solet apponi qđ omnia ordinata in præsenti testō mādentur executioni per fideicōm. &c. Nam erit sensus qđ venditio & distributio fiat per ipsos fideicō. Idem erit in alia cōclusione Bal. quā sup. posui, vbi testōr dixerit, qñcunque decesserit filius meus sine liberis, volo q bona mea dētur pauperibus, & non dixerit per quē, non voluit Bar. q hoc casu sit fideicō. vt ēt ego tenui. sup. nam pp dicta verba, omnia ordinata in testō meo mandenē executioni per fideicō. talis substitutio erit directa intra pupillarem ætatem, qđ bene nota, quia nemo adducit, quē viderim, & quotidie est de facto. Si aūt dicta verba non reperirenē in testō, procederet sententia Bar. &

41 conclusio, quā sup posui. † Decimaseptima conclusio. Vbi testator substituit hoc modo. quādocūq; decesserit filius meus, vel filij mei sine liberis, vel filij eorū sine liberis, talē substituo vel volo qđ bona mea perueniant in talē, cæteris decedētibus, filiis filij sine filiis perit substitutio, si grauamen est oppositum filijs filiorum. Si aūt filio est appositum, valet substitō ſm Barto. qui ita determinauit in l. si sic inf. de leg. 3. Ratio primi dicti est quia quē non honoro, grauare non possum l. ab eo. C. de fideicom. sed filij filiorum testatoris nō dñr habere hęreditatem a testatore, licet vsus fuerit his verbis, qñcunq; filius meus decesserit sine liberis, nā per hoc nō videntur tacite substituti filij ex filio nascituri, sed ipsi succedunt ab intestato. Glo. est singul. in l. Lucius, & est gl. si. sup. tit. i. Et pōt poni exemplum, si testator dixerit, quandocunq; decesserit filius meus sine liberis, vel filij eius sine liberis, volo q dicti filij filij mei restituant hęreditatem tali. nam nō valet huiusmodi substitutio, cū onus sit impositum nepotibus, per sup. dicta. Ratio secundi dicti est qm̄ filij testatoris fuerunt honorati per testatorem, ideo potuerunt grauari per substitutionem, & tunc videntur grauari sub duplici cōditione, s. si filij mei decesserint sine filijs, vel filij eorum sine filijs. Or noteris istud, quia est quotidianū, & vidi in plurimis testīs. Decimaoctaua conclusio, Vbi in substitutione testator vtitur simplici verbo, puta si filius meus decesserit sine liberis, volo bona mea deuenire ad Titium iure substitutionis vel fideicōmissi. nam erit in electione substituti vel capere iure directo propter verbum substitutionis q est cōe, & hoc habetur pro directo vt aliquid operetur, vel accipere hæreditatē iure fideicō. & hoc per tex. in l. recusare. §. Titius infr. ad Treb. Et ita consuluit Bar. vt in ista l. refert. & idem si dixerit, quandocunq; filius meus decesserit, Titium sibi substituo, & ei hæredem facio. Nam erit in electione substituti vel venire iure directo vel fideicommissi iure, per prædicta, quia hoc verbū substituo, vt aliquid operetur, deseruit verbo obliquo.

42 † Decimanona conclusio. Vbi in substitutione ponitur aliqđ verbum directum, q potest se habere per modum demonstrationis & dispōnis, in dubio debet intelligi demonstratiue positū ſm Bar. Casus est in l. Titius § i. infr. de lib. leg. & pōt tale exemplū poni, quia testator dixit, si filius meus decesserit sine filijs, tunc ego substituo Titium hęredem meum, quē postea hæredē instituit. Nam ista verba, hæredē meū, possunt referri ad testatorē, & tunc stant dispositiue, vt sit sensus per illa verba, hæredem meū, testator videatur Titium instituere, si referantur ad substitutū, tunc ponunē cā demonstrationis, vt demonstretur q est ille, q est substitutus. Vigesima conclusio, Si factis aliquibus legatis postea testator vtatur illis verbis, residuū bonorū meorū volo peruenire ad Titiū, inducitur hæres institutio vbis. arg. l. 2. C. de hær. inst. Vigesimaprima cōclusio, Vbicunq; in compendiosa cōtinetur pupillaris, tunc ēt cōtinetur vulgaris, vt in l. iam hoc iure sup. eo. q qū cōtineatur pupillaris, ex sup. dictis cōstat. Vigesimasecunda conclusio, Vbi cōpendiosa substitutio fit per verbū obliquū nunq̄ cōtinetur vulgaris, vt si dicatur, qñcunq; decesserit filius meus bona mea restituantur Titio. Casus est in l. ille, a quo. §. si testamento inf. ad Treb. vbi non adita hæreditate per hæredem fideicommissarius non cōsequitur fideicommissum. Et est ratio, propter regulam generalē, hæreditate non adita non debentur relicta in testō l. cum, quam. C. de fideicō. Nimirum ergo si in compendiosa facta per verbum obliquum, non contineatur vulgaris. Vigesimatertia conclusio, Vbi compendiosa est facta per verbum cōe, tunc continetur vulgaris, secundū Iac. de Are. Cy. & Ray. & sequitur Bar. q hoc importat propria verborū significatio, s. qñcūq; decesserit, q verificatur siue moriatur ante aditem hæreditatem, siue post. Pro quo facit tex. in l. 2. in prin. inf. de adi. leg. & tex. in l. hæc conditio. §. si. de cōd. & demon. Vigesimaquarta conclusio, Si fiat huiusmodi substitutio, si nullus filiorum meorum decesserit sine liberis, talem substituo. licet secundū corticē verborū sit sensus, q si oēs filij testatoris decedant sine liberis, sit locus substituto, tñ attento communi vsu loquendi vulgaris est sensus, se alguno di mei filioli morira senza fioli, talis hæres &c. & sic vno ex filio decedente sine liberis habebit locum substitutio, quia cōis vsus loquendi derogat propriæ verbo. signi. vt in l. Auricularis, & in l. signi. infra de ver. sig. & maxime qm̄ sequendo propriam verb. sig. fieret contra mentē testatoris. Nam sequeretur incōueniens & absurdum q morientibus omnibus filijs testatoris relictis liberis admitteretur substitutus, & vno decedēte vel omnibus sine liberis, substitutus non admittatur, imo est totum oppositum. Et hoc videmus a communiter accidentibus quod testatores dant substitutum in casu defectus liberorū instituti, non autē in casu existentium liberorū. Hoc decidit tex. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. & hęc quæstio cum fuisset de facto in Castello plebis fuit transmissa consulenda do. Frā. de Bis. & Bar.

43 qui consuluerunt modo prædicto, & bene, per prædicta. † Vigesimaquinta conclusio, Vbi compendiosa fit per verba obliqua, vel per verbum commune, quod trahitur ad fideicommissum, substitutus venit ad hęreditatem vigore fideicomissi, & hæres filij, qui fuit substitutus & rogatus de restituēdo post mortem, detrahit duas quartas, vel hodie detrahit tertiā pro legitima, & de residuo detrahit quartam. Casus est iuris canonici in c. Raynutius extra de test. Et hoc per totum mundum seruatur. secūdum doct. Si autem restitutio pure fieri debeat, non detrahitur nisi vna quarta, s. legitima tantum, quæ hodie est tertia vel semis secundum numerum liberorum, vt in authent. nouissima. C. de inoffi. test. Aduertēdum enim est propter practicam, quia vbicunq; post mortem debet restitui hæreditas per hęredem filij, hic modus seruandus est, in primis & ante omnia detrahatur legitima filij, tanq̄ ęs alienum, quia est debita filio, nec potest illa legitima in aliquo grauari, vt in l. qm̄ in prioribus. C. de inoffi. test. Postmodum de residuo detrahatur quarta Treb. Iste modus traditur per modum no. in d. c. Raynutius, & si sic fiat recta computatio hoc casu restituens habebit dimidiam partem, & sic duas quartas. Et potest subnecti exemplū, Testator habet in bonis trecenta, si debet deduci legitima, & tunc deducentur centum, & remanent ducenta. De istis ducentis debet detrahi quarta Trebellianica, & sic quinquaginta. Ecce quomodo consequitur restituens dimidiam partem, & sic duas quartas. Est ergo differentia vtrū testator pure roget filium de restituendo hæreditatem, puta quia dicat, filiū meum hæredem instituo, & volo quod restituat hęreditatem meam Seio, tunc filius non habebit nisi legitimam. An vero dicat q restituat post mortem filij, quia tunc succedit doctrina sup. tradita, quæ est menti tenēda, quia practicabilis, & secundum communem sententiam, vt iam dixi, ita seruat totus mūdus, licet tex. iuris ciuilis sit in oppositū cui non potest respondēri in l. iubemus in prin. C. ad Trebel. vbi filius fuit rogatus restituere post mortem, & tex. dicit qđ dodrās restituitur, & sic tres vncię remanēt penes filium, quæ sunt quarta pars totius hæreditatis, quæ hæreditas, vt noscitis, secundum libras diuiditur in 12. vncias, & consequenter tota hæreditas consistit in 12. vnciis. vt in §. hæreditas. Insti. de hęr. insti. De hac mā quartarū traditur in d. c. Raynutius & in l. quanquam. C. ad l. Fal. & in d. l. iubemus, & in auth. res quę C. communia de le. & in l. Papi. meminisse & ibi per glo. sup. de inoffi. test. Tamen quicquid dici posset in hac materia a doctrina sup allegata in iudicando & consulendo non est recedendum. Et hęc sufficiant de mā compendiosę.

44 † Vigesimasexta conclusio, Si testator faciat substitutionem fideicommissariā expressam vel comprehensam in compendiosa, duobus vel pluribus hæredibus institutis per hunc modū. Titiū & Seium hęredes meos instituo, & qñcunq; decesserint sine liberis, vel dicat, si decesserint sine liberis, volo q bona mea perueniāt ad talem, &c. quod substitutus admittetur ad hæreditatē pro portione primi hæredis morientis, non expectata morte vtriusq; tex. est in l. Lucius. §. Caio. inf. ad Treb. & in l. si. §. filiū. infr. de l. 2. Tamen Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita inf. ad Treb. & in l. quidā testō infr. eod. vult prædicta intelligere, qñ instituti erant extranei, & hoc qa non est verisimile testatorē voluisse alienā successionē propriis anteponere, vt in l. cum acutissimi. C. de fideicom. Sed non bene dicit, qa esset nimis restringere dicta

lura. Item dicit ꝙ casum legis dicti. §. filium. Ideo indistincte tenenda est prædicta doctrina, vt et scribit D. Pau. in d. l. cum quidam. Nec obst. sm D. Pau. lex, cum acutissimi. quia non præsumitur ꝙ testator hoc voluerit, quia hoc potuisset facere si voluisset per nomen collectiuum, puta dicendo, si ambo decesserint sine liberis, quo casu tunc non admittetur substitutus, nisi ambobus præmortuis, vt in l. cum quidam prealle. Vigesimaseptima conclusio, Si testator vtatur his verbis, in substitutione fideicommissaria Titium & Seium heredes meos instituo, & si ambo decesserint sine liberis, volo quod bona mea deueniant in talē, tunc vt sup. dixi, cū debeat expectari mors vtriusque per substitutum, vt primus decedens tacite grauatus de restituēdo portionem suam superstiti vi tacite fideicommissariæ substitutionis. Et hoc per text. singularem. l. Titia Seio tesserā frumentariam. §. sua. de lega. 2. quæ vult quod fideicōmissaria substitutio possit tacite induci. Et ita refert D. Pau. se de facto consuluisse. quod est no. Et hoc insurgit magnus effectus. nā si non induceretur tacita substitutio fideicōmissaria venientes ab intestato primi decedentis venirent ad hæreditatem illius mortui, & illā possiderent, donec moreretꝰ alius coheres, quod
45 non erit propter directam tacitam substitutionem. † Iuxta ordinem traditū dicendum est de substitutione breuiloqua, quæ fit per hmōi verba, Titium & Seium hæredes meos instituo, ipsosque inuicē substituo, vt in l. Lucius. & in l. cohæredi. §. qui patrē. & §. qui discretas. inf. eo. & in l. iam hoc iure. §. eo. & in l. 2. C. de impu. & alijs subst. & in l. in testō. C. de testa. mili. Secūdo fit per hæc verba, Titium & Seium heredes meos instituo, & vter eorum viuat alteri hæres esto, vt in l. Titius & Seius. cū l. seq. sup. tit. 1. & in l. si fundū sub conditione. §. his verbis. inf. de leg. 2. Tertio fit his verbis, Titium & Seium hæredes instituo & substituo, vt in l. si pater impuberi. inf. eo. sm vnam lecturam. Quarto fieri potest per verba deueniat, seu perueniat, hoc modo; Titium & Seium heredes meos instituo, & qui eorū prædecesserit, volo quod bona mea ad superiorē perueniāt. sm Guil. de Cu. quem sequitur Bar. licet Rav. hanc dicat fideicommissariam, quod est falsum, quia verbum peruenio, est cōmune, vt dictum est in materia compendiose, ergo idem dicēdū quod de verbo substituo. Hæc aūt substitutio duplici noīe nūcupatur, l. reciproca & breuiloqua. De hoc noīe reciproca, vnicum tex. reperio, l. iam hoc iure. sup. eod. De breuiloqua. l. non habeo, licet Bal. ad hoc alle. tex. in l. cum in testa. §. hæc verba. sup. tit. 1. qui tex. nō vtitur verbo breuiloqua, sed verbo breuiter. Melius est ergo vna cum C y. dicere, istud verbum breuiloqua, esse magistraliter positum, vt breuiloqua nūcupetur eo ꝙ in breuibus verbis plures substitutiones continentur. Nam illa substitutio semper plures cōtinet substitutiones, ad minus duas, & pōt cōtinere eīque ad octo substitutiones, duabus personis dumtaxat institutis, & semper fit pluribus personis, & hoc est speciale in hac substitutione, quod nunquā possit fieri vni personæ, & hoc respectu potest dici hanc substitutionem esse propriam specie substitutionis, vt in l. iam hoc iure. ver. quod ius ad tertium quoque genus. sup. eo. alle. Cōiter tenetur, hanc nō esse propriam speciem substitutionis, sed dumtaxat quādā qualitas, cum in ea contineantur reliquę substitutiones. Sępe enim in hac substitutione pares, non aut dispares, vt probatur in l. iam hoc iure. & in l. in testō prealle. Si enim fiat substitutio reciproca duobus puberibus, continentur duæ vulgares dumtaxat, & item si fiat duobus, vni impuberi, & alteri puberi, vt in l. iam hoc iure. Si fiat duobus impuberibus filijs in potestate testatoris constitutis, continentur quatuor substitutiones, duæ vulgares, & pupillares. Si vero fiat substitutio duobus impuberib. furiosis, cōtinentur sex substitutiones, duæ vulgares, & duę pupillares, & duæ exemplares, sed exemplaria non posset sibi vendicare locum, nisi altero moriente post pupillarem etatē. Possunt etiam contineri in hac substitutione octo substitutiones, duæ vulgares, duæ pupillares, duæ exemplares, & duę fideicōmissariæ. Quod contingit in exemplo premissi habita mentione mortis hoc modo; Titiū & Seium hæredes meos instituo, & ipsos inuicem substituo, etiam post mortem, licet D. Raph. in l. in testō. C. de test. mil. hoc dicat impossibile, quoniam post pupillarem etatem est locus exemplarię, ergo cessabit fideicōmissaria, & sic sex solum erunt substitutiones. Sed non dicit ve
46 rum, qm id quod dicitur, † hanc substitutionem continere tot substitutiones, debent intelligi aptitudine, quia apta est verificari in qualibet illarum, quia si alter non adeat hæreditatem, erit locus vulgari. Sed si adita hæreditate alter moriatur in pupillari ætate, erit locus pupillari. Et si finita pupillari ætate alter in furore decesserit, erit locus exemplarię. Et si decesserit post pupillarem ætatem postquam peruenerit ad sanam ætatē, erit locus fideicommissariæ. Vn quia possibile est istos impuberes furiosos ad sanam mentem peruenire posse, nimirum si in hac substitutione cōtineatur & fideicōmissaria, & hæc vēdicāt sibi locum duabus personis insti. Sed si sint tres personæ institutę, multiplicabunt substitutiones, vt sint sex ad minus, & quato

plures personæ instituuntur, tanto plures accumulantur substitutiones, sm doct. Reperio ꝙ gl. nostræ hanc substitutionē breuiloquā appellant. gl. in §. 1. Inst. de pupil. sub. & gl. in l. Lucius. & in l. nam hoc iure. & in l. in testō prealleg. & in l. precibus. in gl. mag. C. de impube. & alijs subst. His præmissis pro intelligentia huius materię hāc substitutionem expedio per infrascriptas conclusiones. Prima conclusio, Breuiloqua continet substitutiones ex præmissis verbis generalibus, sed sunt tacitę verbis specialibus, secundum Bar. & per hæc concordantur gl. cōtrariæ, quia glo. in l. precibus. & in l. nam hoc iure. dicunt quod sunt tacitę. Secunda conclusio, Substitutiones, quæ continentur in breuiloqua, excludunt matrem. Casus est in d. l. Lucius. Ex quo sequitur ꝙ illud, quod solet dici ꝙ tacita substitutio nō admittitur contra matrem, debet intelligi quādo est tacita generaliter & specialiter, vt sentit no. Bar. Tertia conclusio, Substitutio reciproca regulariter non continet fideicommissariā, vt in l. iam hoc iure, licet contrarium sentire videatur text. in l. qui plures. prima. inf. eo. vt probatur in tex. ibi, causam. Sed nō obstat ꝙ debet exponi secundum cōmunem sententiam doc. in omnem causam, id est in omnem euentum. Quam conclusionem limitat Ang. veram. in l. 2. C. de impu. & alijs subst. vbi substitutio est facta per verba directa, vel per verba cōia. secus si per verba obliqua, vt si dicatur, Titiū & Seiū hæredes meos instituo, & ipsos ad inuicem grauo, vt alter moriens restituat superstiti, & c. & est notandum. Secundo limitat Io. de Imo. in l. in testamento. C. de testam. mili. nisi sit facta mentio mortis, vel si hoc modo, vos inuicem substituo, etiā si alter decedat sine liberis, iuxta no. per gl. in d. l. precibus. Et sic videtur Imo. aduersari supra dictæ limitationi Ang. Ego autem probabilius esse existimo concordare has limitationes, vt dicamus procedere limitationem Ang. in casu do. Ioan. de Imo. quia id quod dicit Ang. non contineri fideicommissariam nisi sit facta substitutio per verba obliqua, videtur intelligendum, nisi sit facta mentio mortis, etiam substituendo per verbum cōmune. Largior itaque est limitatio Io. de Imol. quæ potest verificari etiam in substitutione facta per verba communia, & ita tenete. Tertio limitatur hoc verum in testamento. secus in codicillis, vbi reciproca continet fideicommissariā secundum omnes, vt in
47 l. Sceuola. inf. ad Treb. † Quarta conclusio, Vbi facta est substitutio breuiloqua duobus impuberibus, si alter maturius peruenerit ad ętatem perfectam, & sic finitur substitutio pupillaris in personam suam, tñ remanet pupillaris substitutio in personam alterius impuberis, qui nondum venit ad adultam ætatē. Hęc fuit sententia originalis Vber. de Cremo. quam postea secuutus est Bar. in l. Lucius. sup. eod. & Bald. in l. in testamento. in 8. q. Et ratio conclusionis hęc est, quia duo considerantur in breuiloqua, s. voluntas & æqualitas. Vnde licet ex post facto superuenerit inæqualitas, tamen durat voluntas testōris. Quinta conclusio. Si testator plures filios natos ex diuersis matribus, puta duos ex vna, & duos ex altera, vno decedente, admittentur pariter ad substitutionē nati ex alia matre cum vtrinq; coniuncto, sm Sali. in d. l. in testamento. Et idem Bald. in l. iam hoc iure. in 5. q. Quos sequitur etiam Io. de Imo. qm inter illos pariter habet locum ius accrescendi, vt not. in l. vnica. qm non per. par. pet. accre. Sexta conclusio, Duobus filijs vniuersaliter hæredibus institutis, & filia in re certa instituta, si facta est adinuicem substitutio reciproca, non intelligitur filia substituta, quia substitutio reciproca intelligitur solū facta inter vniuersaliter institutos. Septima conclusio, Si duobus filijs institutis tertius substituatur vltimo morienti, reciproca substitutione expressa non facta, vt qa testator hoc modo dixerit, filios meos hæredes instituo, & vltimo morienti substituo Seium in omnibus bonis meis, videntur filij adinuicem tacite instituti intra se tacitę reciprocæ, quod apparet, cum voluerit substitutū succedere vltimo morienti in omnibus bonis suis, iam per hoc videtur voluisse quod primo filio mortēti succedat filius superstes, cui postea vltimo morienti succedit substitutus in omnibus bonis testatoris. Nam si hoc nō voluisset testator, potuisset primo filio moriente bona sua alteri relinquere, & sic non posset reperire substitutus illa bona vltimi morientis. Pro hac cōclusione est tex. sing. in l. Titio Seio tesseram frumentarīā. §. Seia. ff. de le. 2. Diuersum esset, si testator simpliciter dixisset, filios meos hæredes instituo, & vltimo morienti substituo Seiū. Nam tunc non vꝛ facta substitutio reciproca inter filios, & sic substitutus non habebit nisi portionem vltimi morientis. Pro hoc est casus in l. vel singulis. inf. eod. Est enim magni effectus vtrum inducatur tacita substitutio vel non, qm vbi inducitur tacita substit. tio, neuter eorū poterit alienare in vita sua portionē suam, quasi subiaceat restitutioni, in l. fi. C. com. de le. secus aūt si non inducitur substō, &c. † Octaua conclusio. Si bre-
48 uiloqua substitutio sit facta duobus impuberibus, vno postea emācipato per testatorem, expirat pupillaris etiā in personam impuberis pp. æqualitatē seruandā inter filios, vt in l. Lucius C. de codi. & in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de le. 2. Item quia emanc pa-

emancipatio contingit ex mera volũtate testatoris. & sic vide-
tur voluisse cessare substitutionẽ pupillarẽ in personã vtriuſ-
que potius, quam ducere inequalitatem. Pro qua opi. alle text.
Bar. in l. alteri. ℈. de adi. le. ꝙ dicit Bar. non procedere, si eman-
cipatio fuisset facta coacte. Ang. autem in l. Lucius. ℈. eo. ꝓdicit
Bar. qm̃ interest conseruare substitutionem pupillarem, quæ
concernit prouisionem filij. & idem vr̃ tenere Bal. ponens ca-
sum, qñ vnus ex filiis intrauit monasterium, vt ipse scribit in l.
in testamento. C. de testa. quod ibi etiam placet Sali. præceptor
autem meus in d. l. Lucius tenet cum Bart. & idem Inn. in d. l.
Lucius. moti per. l. alteri. alle. per Bar. quæ loquitur in materia
fauorabili, vbi ex destructione vnius sequit̃ destructio alterius
Vnde idem erit in q. proposita, vt ex destructione vnius pupil-
laris, quæ prouenit ex spontanea voluntate testatoris, sequatur
destructio alterius pupillaris. Et ego teneo opi. Bar. Nona con-
clusio, Si facta est substitutio reciproca filio impuberi & filio
naturali simul, licet testator adoptauerit naturalem, & sic am-
bos habeat in potestate, nulla comprehenditur pupillaris, cum
ab initio non fuerint comprehensę tales substitutiones. Ita te-
net Bar. in l. Lucius. ℈. eo. respondendo ad l. 2. §. sed si extraneũ.
§. eod. qui videtur aduersari. Sed dicit quod ibi fuerat facta spe-
cialiter substitutio pupillaris, hic autẽ, loquimur in breuiloqua
continente pupillarem generaliter. Ex quibus verbis Ang. ibi
determinauit questionem quod si testator substituit per verba
solita apponi a tabellionibus, puta, substituit vulgariter, pupilla-
riter, & per fideicommissum, institutis pluribus filiis inter quos
erat naturalis, quem pater postea legitimauit, dicit quod vale-
bit pupillaris in persona legitimati, & hoc propter illud verbũ,
pupillariter. Secus autem si fuisset simplex restitutio reciproca.
Et hanc sentẽtiam Bar. primo loco tenuit Ray. in suo trac. sub-
stitutionum. & etiam Guil. de Cu. moti, quoniam dispositio re-
spectu pupillaris substitutionis ab initio fuit inutilis, ergo po-
stea non potest reconualescere, obstante regula Catoniana, vt
49 in toto tit. inf. de reg. Cato, Et etiam sequitur Sal. † Decima cõ-
clusio, Reciproca facta duobus impuberibus & vno puberi in-
stitutis, non continet pupillares quo ad personam impuberum,
ita vt si moritur vnus impubes in pupillari ætate, alter impubes
admittatur vigore pupillaris, excluso pubere, secundum Bar. &
hoc per l. iam hoc iure. motum ratione, quoniam verisimile
non est, testatorem voluisse impuberem preferre puberi in suc-
cessione alterius impuberis, cum nõ sit præsumendum patrem
vnum filium amare, & alium odio habere. Quæ sententia pla-
cuit Bald. in terminis quæstionis Bar. Sed vbi essent duo impu-
beres, vel vnus esset extraneus, tunc non stat cum Bar. quia ces-
sat ratio Bar. Quod mihi placet. licet Sali. improbet Bal. quoniã
non distinguitur, vbi mater excluditur per substitutionem pu-
pillarem, & vtrum fuerit substitutus filius vel extraneus, vt in l.
Papin. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. test. Hæc ratio nihil fa-
cit ad propositam quęstionem, quoniam maior est affectio pa-
terna erga filium, quam erga vxorem, quo fit vt magis pręsumi
debeat, testatorem voluisse filium preferre in successione extra
neo, quæ præsumptio non ita cadit circa personam vxoris, vt de
facto videmus, & hoc etiam ipsa ratio naturalis dictat, cum so-
leat dici, pater plus diligit filium quam seipsum, vt in l. quidem
supra quod me. causa. Vndecima cõclusio, Substitutio recipro-
ca facta filio impuberi, & filio impuberi furioso instituto, non
continentur nisi vulgares substitutiones, secundum Bar. in d. l.
Lucius, quod limitat do. Io. de Imo. primo nisi constaret substi
tutionem fideicommissariam esse factam furioso. Secundo li-
mitat, nisi furiosus careret filijs, quia tũc quo ad effectum quod
substitutio pupillaris & fideicommissaria sint similes licet in
aliquibus differant, nam aliqua dicũtur esse similia quando re-
gulariter sunt similia, licet adsit aliqua dissimilitudo, vt in cap.
translato. extra, de consti. Illo ergo casu furiosus censebitur sub
stitutus pupillariter impuberi, & impubes censetur substitutus
furioso exemplarie. Duodecima conclusio. Vbi duo sunt insti-
tuti pro portionibus inęqualibus, & sunt adinuicem substituti,
talis inæqualitas portionum non impedit substitutionem reci-
procam, secundum Bar. in d. l. Lucius, & cæteri sequuntur. De-
cimatertia conclusio, Vbi testator instituit filios masculos vni-
uersaliter, & filia in certa quãtitate. Deinde adiecit, quod si quis
eorũ decesserit sine liberis, eius portio deueniat ad superstites,
vno filio mortuo, non admittentur filiæ, secundum Bar. in l. fin.
infra ad Trebel. Pro quo est casus in l. Lucius. § pater puberum.
infra ad Treb. & prædicta procedunt, si ratio recte sermonis hoc
patitur, vt quia instituit tres filios vel plures, adiectis illis verbis.
secus si instituisset duos filios & vnam filiam, vt supra adijcien-
do illa verba, quod si vnus decesserit sine filijs, portio eius deue-
niat ad superstites, tunc comprehenditur etiam filia, quoniam
si aliter diceretur, resultaret praua grãmatica. contra l. Plautius.
infra de au. & arg. leg. & fieret contra mentem testamenti & si
testator in proposita quæstione substituerit vt supra. Sed si nota-
rius illud verbum, in superuiuẽtes, ascripserit ob breuitatem, re-
solueretur illud, quia potest significare in superuenientem & in
superuiuentes, nisi appareat ex præcedentibus vel sequentibus
vtrum accipi debeat in singulari vel in plurali numero secun-
dum bonam grammaticam, in dubiò debet accipi in singulari
quia quos testator predilexit in institutione, pręsumitur etiam
prædilexisse in substitutione. ar. l. cohęredi. §. quidi ceteras. infr.
eo. & in d. l. Lucius. §. pater puberum. quod est notandum, quia
potest sæpe de facto venire. Et istud vltimum debet intelligi,
quando fuerunt solum instituti duo masculi filij, vniuersaliter
50 & vna filia vel plures incerta quantitate. † Decimaquarta con-
clusio, Si fiat huiusmodi substitutio duobus impuberibus in-
stitutis, si quis eorum hæres nõ erit, eos inuicem substituo, dr̃
cõtineri tacita pupillaris in expressa vulgari, quia est expressus
casus vulgaris, si hæres non erit. Non dicetur contineri breuilo
qua, secundum Gul. Rav. & Bal. & est magni effectus, quoniã
si mater erit in medio, substitutus pupillariter non excludet
matrem, quoniam tacita pupillaris in expressa vulgari non ad-
mittitur contra matrem, vt in l. fi. C. de inst. & sub. Sed pupilla-
ris contenta in breuiloqua excludit matrem, vt in l. Lucius. in
fra. eod. Decimaquinta cõclusio, Si duobus filijs impuberibus
facta est reciproca substitutio vno instituto, & altero exhere-
dato, in tali reciproca non continetur vulgaris, sed tantum
pupillaris, quæ congruit etiam filio exhæredato, vt in §. non
solum. Inst. de pup. sub. Hæc est sententia Bart. licet contrariũ
tenuerunt Gul. & Rayn. sed opin. Bart. propter text. l. iam hoc
iure. sup. eod. vbi dicitur quod vna determinatio respiciens plura
determinabilia debet equaliter determinare. Sed vulgaris nõ
potest conuenire filio exhæredato, ideo nec etiam intelligitur
facta filio instituto. Nec habet aduersari ratio Rayn. dum di-
cit ꝙ vulgaris concipitur in casum, si hæres non erit. quę ver-
ba non sunt cõtraria exhæredationi. Respondet ipse Bar. imò
sunt contraria & diuersa. nam in persona instituti ista verba, si
hęres non erit, faciunt conditionem, sed in persona exhęreda-
ti faciunt causam, & exponitur si, pro quia, quia dictio, si appo-
sita verbo præsentis temporis resoluitur in quia, vt in l. 3. infra
de leg. 1. Decimasexta conclusio, Si substitutio reciproca est
facta duobus filijs furiosis cõtinet vulgaris & exemplaria, ſm
Bar. quia hodie exemplaris est redacta ad exemplum pupilla-
ris, vt leg. humanitatis. C. de impu. & alij sub. Et ista sufficiunt
pro substitutione reciproca. Vulgaris substitutio. Circa vulga-
rem substitutionem aliqua sunt præmittenda postea subijciẽ-
tur conclusiones in materia. Videmus diffinitionem substitu
tionis vulgaris, quæ sic diffinitur secundum d. Ioan. de Imol.
51 † Substitutio vulgaris est substitutio directa, quæ a quolibet,
& cuilibet fieri potest, nihil habens specialitatis. Secundo prę-
mitto quod pluribus modis dicitur vulgaris secundum Azo.
in summa. C. eo. & gl. in inst. de vul. sub. ꝙ ideo vulgaris dici-
tur, quia potest fieri a vulgo, i. ab omni persona, & etiam cuili-
bet hęredi instituto. quod non placet Bar. quoniam fideicom-
missaria substitutio põt regulariter fieri a quolibet testatore
& etiam cuilibet hæredi instituto, vnde secundum hoc debe-
ret dici vulgaris. quod est falsum. præceptor meus reprobat
opi. Bar. sustinẽdo Azo & gl. quoniam fideicommissaria licet
possit fieri a quolibet & cuilibet. tamen quia propter quandã
singularem proprietatem, quam habet separatam ab alijs sub
stitutionibus dicitur fideicommissaria, quia soli fidei hęredis
relinquatur grauamen, & est obliqua institutio. de fideic. lib.
post prin. Sed vulgaris nullam habet specialem proprietatem,
ideo relicta est sub hoc termino vulgaris. Et placet hæc consi-
deratio præceptoris mei. Gul. de Cu. dicit quod etiã alijs mo-
dis dicitur vulgaris, i. omnibus aperta & manifesta, vt in l. vul-
garis. inf. de fur. & in l. filius. §. secundum vulg. inf. de l. 1. Alio
modo dicitur vulgaris, i. directa. Alio modo dicitur vulgaris
facta verbis consuetis & vulgaribus ar. l. 3. §. 1. infr. rem ra. ha.
Dicitur etiam vulgaris, i. expressa. l. liber talis. inf. de fideic. Vl-
timo vulgaris dr̃, quia nihil habet specialitatis. Sed quo ad
propositũ melior est expõ Azo de qua. §. Bar. dicit bene vul-
garem substitutionem habere vnã spãlitatem, quia per eã suc-
cedit pupillo. ſm hoc non esset bona diffinitio Io. de Imol. sũ
non puto Bar. bene dicere, cũ etiam per fideicommissariam
succeditur defuncto, vt in l. cohęr. d. § cum filiæ. inf. eo. Et sic
nulla est specialitas in illa vulgari. Et consequenter procedit
diffinitio Ioan. de Imo. Tertio premitto ꝙ substitutio vulgaris
est multiplex. Ia. de Rauc. & sequaces in l. præcibus. decerũnt
52 † ꝙ quędã est vulgaris tacita, quædam expressa, & quędã præ-
sumpta. Bar. visus est alio mõ loquẽdi dicẽs ꝙ aliqua est substi-
tutio vulgaris expressa. quędã tacita, & partim expressa Quar-
to premitto ꝙ vulgaris substitutio quo ad verba. quæ referunt̃
ad eũ. cui fit substõ. sp̃ sunt negatiua hoc modo, Titium hære-
dem instituo, & si hæres nõ erit, talem substituo. Sed si consi-
derentur verba relata ad eũ, qui substituit̃, sunt affirmatiua &
dispositiua. vt in exemplo. s. posito. His præmissis venio ad cõ-
clusiones. Prima conclusio, Substitutio vulgaris facta in vnum
casum dicit̃ continere alios casus non expressos, veluti si testa-
tor dixerit, Titiũ hęredem meũ instituo, & si hęres esse noluẽ-

 rit, Se-

rit, Seius hęres esto. Nam includitur etiã alius casus, s. si hæres
esse non poterit, & hoc per l. Gallus. §. & quid si tñ sup. de lib.
& posth. Hæc est sententia doctorum, cui vr̃ obstare tex. in l. pr̃
Seuerinam inf. de condi. & demon. Sed respondetur ꝙ ibi ex-
pressio in illo legato habet vim translationis in pęnã, i. si non
potuit, non debet pati pęnam. Natura ergo translationis in pę-
nã tollit ꝯtrium. Sed in casu nostro loquimur in substituto, vbi
idem est si non potuit, sicut si voluit, quia ille dr̃ nolle, qui non
potuit. ar. l. 1. §. vsus sup. de procu. Secunda conclusio, Vbi sub-
stitutio vulgaris fit ei, qui est sui iuris. intelligitur si ipse hęres
non erit vel mutato statu alterum hæredem non fecerit l. si pr̃
sup. alleg. Tertia cõclusio, Monacho instituio hæreditatẽ repu
diante, monasterium seu abbas excludit substitutũ vulgarem,
ſm Bar. in l. 1. sup. eo. & Bal. in l. cum proponas. C. de hęr. insti.
& in l. Deo nobis. C. de epi. & cle. licet idem Bal. aliter dixerit
in l. 1. C. qui admit. ad bo. poss. possunt. Idem tenuit Io. de Imo.
in d. l. 1. & ẽt pręceptor meus. Ratio conclusionis secundum
Ioan. de Imol. quoniam monachus non habet velle neq; nol-
le, sed eius voluntas est in superiore, vt in c. si religiosus de ele.
li. 6. & 12. q. 1. c. nolo. & in c. non dicatis. Et voluit Ioan. And. in
c. in præsentia. extra, de prob. Et sic ad hoc vt substitutus ad-
mittatur, exigitur ꝙ superior monachi declaret suam volun-
tatem quod non velit hęreditatem. Istam conclusionẽ tenuit
Nico. Alexandri. in suo trac. substitutionũ, & Archi. 18. q. 1. c.
1. Et hoc quoniam simile videmus in filio instituto, qui si re-
pudiat hęreditatem, pater poterit illam adire excluso substitu-
to vulgari. Pro quo addit casum Bar. in l. fi. §. simili modo. C.
de bo. quę lib. vbi dicit tex. perinde habeatur. ac si ab initio ip-
se pater fuisset institutus. Contrariam opi. tenuit Spe. in tit. de
sta. mona. ver. octauo quęritur, & idem Iac. de Are. & Richar.
Malũ. Idẽ Ang. quia in materia acquisitionis monachus ęqui-
paratur seruo, vt no. Inn. in c. cum olim. extra, de priui. Sed cõ-
stat ꝙ seruo repudiante dñs non excluderet substitutũ, vt in l.
cum proponas de hær. insti. ergo idẽ dicendum in monacho
repudiante vt admittatur substitutus. Est tamen verior opin.
Bar. & sequaciũ, quia monachus magis æquiparatur filio, quã
seruo, quia sicut pater tenetur alere filium, ita monasteriũ te-
netur alere monachũ. Quarta conclusio, Filio vel monacho
instituto & mortuo ante aditam hæreditatem, pater excludi-
tur ab hæreditate, & est locus substituto, secus est in monacho
53 quia monasteriũ adire poterit, ſm Bar. in d. l. 1. sup. eo.† Quin-
ta conclusio, Hęres, ad quem fit transmissio iuris deliberandi,
excludit substitutum vulgarem, secundum communem sen-
tentiam, quam tenet Old. Bar. Bal. Ang. & etiam d. io. de Imo.
Pro qua conclusione videtur casus in l. vnica. in. §. in nouissi-
mo. ver. hęreditatem. C. de cad. tol. vbi dicitur, hæreditatẽ non
aditam non transmitti, exceptis personis, de quibus lex Theo
dosiana loquitur, quæ est l. vnica. C. de his, qui ante aper. tabu.
Et exceptis his, qui deliberantes, i. qui intra tempus deliberã-
di decedunt, iuncto. §. quod. s. etiam in ea l. vbi dicitur ꝙ cum
in superiori parte, i. in d. ver. hæreditatem. dispositum fuerit
hæreditatem non aditam ad hęredes non transmitti, exceptis
quibusdam personis, necesse est quod si quis hęreditatem nõ
adierit, substitutum ipsam habere, ergo apparet quod substi-
tutus admittitur ad hęreditatem non aditam, exceptis quibus-
dam personis, quæ personæ referuntur in d. ver. hęreditatẽ. Fa
cit ẽt tex. in l. vnica. ff. de his, qui ante aper. tab. ibi, ne cõtra vo-
tum auitũ, vbi etiam apparet ꝙ habebat substitutũ. Item pro
hac conclusione videtur tex. in l. si quis filium. §. 1. supra. de ac-
quit. hę iũgendo illum. §. cum princ. legis. Item pro hoc facit
tex. in d. l. si pater sup. tit. 1. vbi dicitur quod substitutio vulga-
ris habet hunc intellectum, si hæres non erit, vel alium non fe-
cerit hæredem, sed eo tempore, quo morietur, transmittit, &
sic alium facit hæredem. Ang. autem tenet contrarium quod
imò substitutus præferatur, quoniam substitutus venit ex vo-
luntate testatoris expressa, & hęres, ad quem fit transmissio,
venit ex prouisione legis, & prouisio hominis tollit ꝓuisionẽ
legis, vt in l. fi. C. de pac. cõuen. Secundo, quia ir pleta est con-
ditio vulgaris in specifica forma, qđ est verum directe ꝙ insti-
tutus nõ fuit hæres, nec esse posse hæredẽ, qa mortuus est. er-
go erit locus vulgari substitutioni. Pręceptor meus dicit a cõ-
muni opi. non esse recedendũ propter authoritatẽ do. tñ dicit
sibi plus placere opi. Ang. Nec obstat d. l. si pr̃. qa intelligit, si
alium non fecerit hæredẽ per suã aditionem, qa tũc transit per
eum, & momento non remanet pęnes eum, vt l. cum filio. &
ibi no. inf. de l. 1. Sed in casu nr̃o licet transmiserit ius deliberã
di, nõ sequit̃ qđ fecerit aliũ hęredẽ, quia ipse nondũ est hæres,
quia põt repudiare, imò sua aditio facit ipsum hæredẽ l. aditio
inf. de acqu. r. her. Item datio vulgaris substituti impedit ius ac
crescendi, qđ vr̃ fortius, quam ius trãsmissionis l. pen. §. de in. u.
te. ergo multo magis datio substituti impedit transmissionem.
Istę sunt fortes rationes do. Io. de Imol. in noua cõsideratione,
distinguentis vtrum substitutio vulgaris sit facta per illa ver-
ba, si hæres non erit, vel si hæres noluerit esse, & tunc vera sit
opi. Ang. quia ibi cõditio est purificata & per mortem finitur
vt in l. 4. loca. Aut substitutio est facta per illa verba, si hęres nõ
potuerit esse. & tunc vera sit opin. Bar. quonia n per mortem
non est purificata conditio. si nõ potuerit esse hęres, qu a stant
simul hęc, quod mortuus sit hęres ante aditam hæreditatem,
& non potuerit esse hæres, & de iure, & de facto, non placet in
eo quod dicit de substitutione facta per illa verba, si hæres nõ
erit, quoniam in illis verbis continetur, si hęres esse nõ potue-
rit, vt in l. cum proponas. C. de hær. insti. Ideo puto dicendum
oppositum quod si substitutio est facta per illa verba, si hęres
54 non erit, ꝙ verior sit opi. Ang.† Sexta conclusio. Mortuo filio
instituto ante aditam hæreditatem, pater non excludit substi-
tutum, secus est si filius repudiauerit, vt in l. fi. C. de bo. quæ lib.
& est opi. communis, quod limitat Bal. in d. l. fi. §. 1. nisi ex ali-
quibus coniecturis appareat substitutum voluisse pręferri pa-
tri, vel nisi substitutus fuisset frater filij instituti. Septima con-
clusio, Instituto repudiante substitutus pręfertur fideicõmis-
sario vniuersali, nisi fideicommissum repetitum sit a substitu-
to, vt in l. si patroni. §. fi. infra ad Treb. ſm Bart. quod etiam se-
quitur Bald. licet Ioan. de Imol. indistincte videatur tenere fi-
deicõmissarium esse pręferendum, per l. facta. §. Iulianus infra
ad Treb. dicens Bar. ibi fore sibi contrarium. Præceptor tamẽ
meus sequitur doctrinam Barto. Vbi autem esset idem substi-
tutus & fideicommissarius vniuersalis, electio est an velit hæ-
reditatem iure substitutionis an iure fideicommissi, vt in l. re-
cusare. §. Titius infra ad Treb. Octaua conclusio, Vbi est insti-
tutus indignus, an præferatur substitutus vel fiscus, est contro-
uersia inter Bar. & Ang. Sed pro concordia sic est dicendum:
Aut indignus adiuit hæreditatem, sed aufertur sibi tanquam
ab indigno, & tunc pręfertur fiscus, quia deficit conditio si hę-
res non erit, vt in l. ex facto. §. Longinus inf. eo. Aut non adiuit
indignus, & tunc præfertur fiscus, quia præsumitur in fraudẽ
fisci repudiasse. alias autem si de hoc nõ appareret, & testator
ignorasset ipsum indignum, pręferretur substitutus. Nona cõ-
clusio, Testamẽtum potest incipere a tacita vulgari, secundũ
Bal. & communiter doc. in l. 1. sup. eo. licet Dy. tenuerit oppo-
situm volens ꝙ sit adita hæreditas saltem pro parte cohæredũ
de quo dicto Dy. admiratur pręceptor meus, quia eiusdẽ natu
ræ est vulgaris tacita, cuius est vulgaris expressa. Sed expressa
habet locum hæreditate non adita, s. si hæres institutus nõ erit
ergo idem in tacita vulgari contenta in expressa pupillari, vt
moriente pupillo in pupillari ætate ante aditam hæreditatẽ sit
locus substituto vulgari, vt adeat hæreditatem vigore tacitæ
vulgaris comprehensę in pupillari. Nec obstat ratio Dy. si ces-
sat expressum quod debeat cessare tacitum, vt in l. 3. § qui ha-
bet de ser. ru. prę. quia illud procedit quando tacitũ est accesso
riũ ad expressum, vbi autem tacitũ est ęque principale sicut ex
pressum, & tunc potest stare tacitum sine expresso, secundum
præceptorem meum. Et istam conclusionem tenet etiam Bal.
in l. lex Cornelia sup. eo. & tenuit Signo. vt patet in consi. suo
quod incipit, Albertiolus. Quam conclusionem limitat Bart.
in l. 1. sup. eo. nisi defecisset spes pupillaris in vita testatoris, pu-
ta quia pupillus mortuus fuisset viuo testatore. nam hoc casu
potest procedere opin. Dyn. quod etiam placet do. Paul. in d. l.
Cornelia, & habemus tres gl. tenentes, testamentum posse in-
cipere a tacita vulgari, s. gl. in l. lex Cornelia. cum l. seq. infr. eo.
& idem esset secundum Bar. si testator decessisset mortuo pu-
pillo, ita quod non potuisset prouidere de alio hærede, quia
tunc testamentum inciperet a tacita vulgari, & est locus substi
tuto. Decima conclusio, Si est facta substitutio pupillaris ven-
tri, ventre non nato post mortem testatoris, vel etiam in vita
per modicum tempus, in vita testatoris admittitur substitutus
vulgaris vigore tacitę vulgaris contentę in pupillari expressa.
Ita tenet glo. in l. pen. supr. de ven. inspi. Vbi autem defecisset
spes natiuitatis posthumi multo tempore postea viuẽte testa-
tore, tunc non admitteretur substitutus, per ea, quę dicta sunt
in præcedenti conclusione. Vndecima conclusio, Vbi quis ve-
nit ad successionem vigore tacitæ vulgaris contentę in expres-
sa pupillari, puta quia pupillus decedit in pupillari ętate, adita
hæreditate non solum succedit pupillo, & consequenter trahi
tur ad bona pupilli, sed ẽt iste substitutus venit ad bona testa-
toris & ad bona pupilli, & sic vtraque substitutio habebit locũ
tam pupillaris expressa quã tacita vulgaris, ſm Iac. de Are. &
sequitur Bar. in l. 1. sup. eod. Duodecima conclusio, Expressa
vulgaris nõ continet tacitam pupillarẽ matre existente in me-
dio. Hanc conclusionẽ firmat Bar. in infra lege, & tenuit Bald.
& cõmuniter citramontani. & idem voluit gl. in lege nostra,
licet ꝯtrium voluerit glo. in l. præcibus. C. eo. & glo. in l. fi. C. de
insti. & subsnt. Pro qua conclusione facit ratio, quia si tacita
pupillaris non contineret ab initio in expressa vulgari, nõ pos-
set postea cõprehendi, per l. quæ ab initio infra de reg. iur. er-
go sequit̃ qđ si moreret vel repudiaret, substitutus non posset
admitti. ꝯ l. præcibus, & l. fi. C. eo Pe. tamen & Vltramõ. quos
sequit̃ Cy. videntur tenere ꝯtrium in l. pręcibus sup. eod. quia
tantum

tantum debet operari tacitum, quantũ expreſſum, ſed expreſ-
ſa pupillaris admittitur contra matrem l. Papin. §. fi. ſ. de inoff.
teſta. ergo idem in tacita. Ad hanc rationem reſpõdent Citra-
montani quod hæc regula non ſemper procedit, quod contin
git quando pro forma eſt traditum aliquid debere exprimi, vt
videmus in exhęredatione, quę debet fieri nominatim, & non
ſufficit tacita, vt in l. nominatim, ſup. de libe. & poſt hu. ſic ẽt in
pupillari exigitur quod ſit expreſſa verbis vel cõiecturis, vt no.
in l. moribus, inf. eo. igitur nõ ſufficit tacita pupillaris ad exclu-
ſionem matris, niſi appareat per aliquas coniecturas &c. Deci-
matertia concluſio, Si inſtitutus repudiauit hæreditatem, qui
beneficio reſtõnis in integrum poteſt admitti ad hęreditatem
ſubſtitutus vulgariter poteſt adire hæreditatem quam primũ
eſt facta repudiatio, non expectato quod deſinat ſubeſſe ſpes
reſtitutionis in integrum, vt in l. & ſi ſine, §. ſed quod Papin. ff.
55 de mili. † Decimaquarta concluſio, Subſtõ vulgaris expirat, ſi
eſt facta pluribus hæredibus copulatiue, vno hærede adeunte,
vt in l. quidam teſtamento infr. eo. puta quia dictum ſit, Titiũ
& Seiũ hęredes meos inſtituo, & ſi hęredes non erunt, Caium
ſubſtituo. Nam ad hoc vt ſit locus ſubſtitutioni vulgari, exigi-
tur quod neuter ſit hęres. Facit etiam tex. in l. quamuis. C. eod.
Si autem facta eſſet ſubſtõ ſeparatim plurib. tunc vno adeun-
te expirat ſubſtitutio quo ad ipſum adeuntem, nõ quo ad alios
non adeuntes, vt in l. ex duobus. §. filium, & l. cum ex filio. §. fi.
& l. cohæredi. §. cohęres, inf. eo. Decimaquinta concluſio, Exi-
ſtentia ſui hęredis non impedit ſubſtõnem vulgarem, ſi eſt fa-
cta voluntarie, vt in l. ſi filius hęres, de libe. & poſt h. & not. in l.
Papin. §. qm. ſup. de inoffi. teſt. ſecus eſt vbi ſubſtõ vulgaris eſt
neceſſaria, & fit ex neceſſitate ne rũpatur teſtm̃, vt in l. Gallus,
ſup. de libe. & poſth. Ratio concluſionis ſumitur ex tex. l. Cor-
nelius, ſup. tit. 1. Tacita aũt vulgaris non impeditur per exiſten
tiam ſui hæredis, quod patet, quia exiſtentia ſui hæredis cõfir-
mat tabulas pupillares in quibus continentur tabulæ patris te-
ſtatoris, vt in l. ſi filius, qui patri, inf. eo. & in l. ſi filius, qui ſe pa-
tri, inf. de acqui. hær. Decimaſexta concluſio, Si inſtitutus non
põt ſuccedere niſi de iure pretorio, vel per bono. poſſ. quę ha-
buit originem in vita teſtatoris, ſubſtitutus vulgaris non admit
titur, vt inf. de cond. & dem. §. ſi patronus. Decimaſeptima con
cluſio, Inſtitutus non põt venire ad ſucceſſionem niſi de iure
pretorio per bon. poſſ. quę incipit hr̃e originem poſt mortem
teſtatoris, ſubſtitutus vulgariter prefertur inſtituto, vt in l. cum
in ſecundi, & ibi gl. ff. de iniu. teſt. Et poteſt poni exemplum in
filio præterito approbante teſtm̃ patris, ſm̃ quod habetur in l.
filio pręterito. ſup. de iniu. rup. teſt. Ratio concluſionis eſt, quia
talis approbatio filij non põt tollere ius quęſitum ſubſtituto tẽ
pore mortis, & quia in his tempus mortis inſpicimus, vt in l. ſi
alienum §. in extraneis ſup. de hęre. inſti. Glo. autem in l. ſi quis
eum §. fi. quæ tenet contrariũ, ab omnib. reprobatur. Decima-
octaua concluſio, Subſtitutus vulgariter repellitur per inſtitu-
tum qui poteſt adire de iure ciuili, ſi omiſſa aditione de iure ci-
uili petat bon. poſſ. de iure pręorio. vt in l. puberem, de iu. deli.
Decimanona concluſio, Si inſtitutus ſub conditione non pa-
reat conditioni, ſubſtitutus admittitur ad hęreditatem. Caſus
eſt in l. 2. de inſt. & ſubſt. Vigeſima concluſio, Si per emancipa
tionem extincta ſit expreſſa pupillaris ſubſtitutio, extincta eſt
vulgaris tacita in ea contenta, hoc tenent cõiter omnes doct.
Ratio concluſionis eſt, quia ex quo pupillarẽ ſua ſponte eman
cipando annullauit, imputet ſibi cur circa vulgarem nõ proui-
dit, vt in l. tractabatur, inf. de teſt. mil. Vigeſimaprima conclu-
ſio, Si pupillaris ſubſtitutio fiat maiori, 14. annis vel extraneo,
licet pupillaris ſubſtitutio non valeat, tamen continetur tacita
vulgaris, ſm̃ Gul. quem ſequitur Bar. in l. fi. C. de hęr. inſtit. Et
ibi probatur vbi teſtator dixit, Sempronij hæres eſto, & ſic ſunt
verba pupillaris ſubſtõnis, quia per pupillarem ſucceditur inſti
tuto, nõ autem teſtatori, & tamen lex reſoluit eam in tacitam
vulgarem, & gl. quæ eſt in §. extraneo. Inſti. de vulg. ſubſti. quæ
innuit contrarium, reprehenditur per doct. & eam Ray. repre-
hendit in tractatu cõpendio. Et ſic eſt finis vulgaris. Pupillaris.
56 Accedo nunc ad pupillarem ſubſtitutionem. † Pro euidentia
præmitto quod ſubſtõ pupillaris eſt introducta moribus, vt di-
cit tex. in l. 2. in prin. ſup. eod. & idem inſti. eod. tit. §. 1. & gloſ.
exponit moribus, id eſt iure Lacedemoniorum, quaſi velit di-
cere quod originem habuit hæc ſubſtitutio a conſuetudine il-
lius ciuitatis Lacedemoniorum. Sed cum hodie talis ſubſtitu-
tio pupillaris ſit in ſcriptis redacta, & a iure ciuili approbata, po
teſt dici ſecundum Dyn. eſſe de iure ciuili. Pro quo facit in ſi-
mili tex in l. more. inf. de acquir. hæred. & in l. more. ſup. de fe-
rijs, quod non placet Bar. quoniam licet ſit in ſcriptis redacta,
ſcriptura nõ inducit hanc ſubſtitutionem, ſed quod prius erat
inductum, in ſcripturam inducitur, arg. l. cum res. C. de proba.
Videmus hoc in ſimili in vſibus feudorum, nam per prius cõ-
ſuetudo induxit obſeruantiam certam in feudis, poſtea fuit in
ſcriptis redacta, & nihilominus adhuc dicuntur cõſuetudines
feudorum, & hoc eſt verum, & tenendum. Secundo præmit-
to quod in pupillari ſubſtitutione octo requiruntur, quinque
colligũtur ex gl. in d. l. moribus, & tria ex tex. ibi etiam eliciun-
57 tur, vt etiam tenet Bartolus. † Primo exigitur quod ille, cui fit
ſubſtitutio pupillaris ſit de liberis teſtatoris. Secundo, quod il-
le, cui fit ſubſtitutio, ſit impubes. Tertio, quod ſit in poteſtate
teſtatoris. Hæc probantur in d. l. moribus, in princip. Quarto,
quod per mortem teſtatoris efficiatur ſui iuris, vt in d. l. mori-
bus, ver. plene. Quinto, quod nõ deſierit eſſe in poteſtate teſta-
toris ante mortem, vt in l. cohęredi. §. cum filij, inf. eod. Sexto,
quod pater facit ſibi teſtamentum, vt in l. 1. in fi. ſup. eod. Septi
mo, quod impubes, cui fit ſubſtitutio ſit inſtitutus vel exhære-
datus, vt in d. l. moribus, verſic. quod ſi eos. Octauo & vltimo
exigitur quod patris adeatur hæreditas, vt l. moribus, verſicul.
adeo ſup. eodem. Tertio præmitto quod licet gloſ. in l. præci-
bus. C. eod. dixerit quod iſta verba, ſi filius meus hæres erit, &
in pupillari ætate deceſſerit, ſunt verba neceſſaria ad pupillarẽ
ſubſtitutionem, quod videtur probari inſti. de pupill. ſubſti. in
princip. tamen Rayn. de Forli. in tracta. ſuo ſubſtitutionum nõ
ſequitur iſtud, quoniam exhæredato poteſt ſubſtitui pupillari
ter, vt in §. non ſolum. Inſtitu. eod. Quam ſententiam ſequitur
Salic. in l. ſi teſta. C. de impub. & alijs ſubſt. & ibi probatur cum
in l. fi. C. eo. tit. & l. 2. §. fin. ſup. eo. & l. pater, cum l. ſeq. & l. qui
duos inf. vnde illa verba, ſi hæres erit, non ſunt neceſſaria, ſed
ſunt ad bene eſſe. Et ita intelligitur tex. Inſti. de pupill. ſubſt. in
58 princip. † Quarto præmitto quod duplex eſt ſubſtitutio pupil-
laris, quędam expreſſa, & quædam eſt tacita. Expreſſa eſt illa,
quæ fit verbis expreſſis conuenientibus pupillari, vt inſtit. de
pupill. ſubſti. in princip. Tacita eſt illa, quę fit verbis tacitis ſeu
ſubintellectis, ſicut contingit in illa pupillari, quæ continetur
in expreſſa vulgari, vt in l. iam hoc iure. Quinto pręmitto quod
pupillaris fit per verba affirmatiua inſpectis verbis, quæ reſpi-
ciunt perſonam ſubſtituti. Inſpectis autem verbis reſpicienti-
bus perſonam eius, cui fit ſubſtitutio, ea verba ſunt priuatiua,
vt contingit in hoc exemplo, ſi filius meus in pupillari ætate
deceſſerit, Titius ſit hæres. Sexto præmitto quod per ſubſtitu-
tionem pupillarem ſucceditur pupillo, nõ autem teſtatori im-
mediate, vt inſtitu. eod. circa princip. Septimo præmitto quod
pupillaris ſubſtitutio ſex modis finitur ſcilicet per ſuperuen ẽ-
tiam ætatis. Per confectionem ſecundi teſtamenti validi. Item
agnatione poſthumi. Item ſi non adeatur hæreditas ex teſta-
mento paterno. Item capitis diminutione, etiam minima pu-
pilli. Sexto & vltimo vbi teſtator taxauerit ætatẽ citra. 14. ann.
illa ętate finita, vt in l. ſi ita quis inf. eod. Hos modos poſuit glo.
no. in l. in pupillari. inf. eo. His præmiſſis venio ad materiam,
pro qua enucleanda has ſumo cõcluſiones. Prima concluſio,
Vbi ſubſtituitur pupillaris poſthumo, qui non eſt in ventre, ta-
lis ſubſtitutio dicitur vulgaris, & dicitur vulgariter fuiſſe ſub-
ſtitutum, vt in l. qui ventri, ſup. de ven. inſpi. & l. ab exhęredato
§. fi. inf. de leg. 1. Secunda concluſio, Pupillaris ſubſtitutio ex-
preſſa concludit venientes ab inteſtato, etiam ſi ſit mater im-
puberis, vt in l. Papinianus §. ſed nec impuberis, ſup. de inoffic.
teſta. & in c. ſi pater, de teſta. lib. 6. Et hæc eſt communis opin.
quod mater excludatur per ſubſtitutionem pupillarem, licet
Mar. Syl. tenuerit contrarium, & alij ſequaces. Adducebant
ſubtile argumentum, nam de iure Digeſtorum pater exclude
bat matrem in ſucceſſione filij, vt in l. 2. §. obijcitur. ad Tertull.
quod hodie non licet de iure Codicis, cum pariter admittan-
tur ad ſucceſſionem, vt in auth. defuncto. infr. ad Tertull. & in
§. conſequenter in authent. de hæred. ab inteſt. ergo non po-
tuerit excludi mater per ſubſtitutum pupillariter datum per
patrem, quia ſi ipſe pater viueret, non poſſet excludere matrẽ
a ſucceſſione filij, per ſupra dicta. Iſta eſt fortis ratio, & maxi-
me concludit quantum ad legitimam debitam matri, qua fi-
lius teſtando non potuiſſet matrem priuare, vt no. in auth. no-
uiſſima. C. de inoffi. teſt. Ideo dicit Gul. de Cuma. per ſubſtitu
tum pupillariter matrem a legitima nequaquam excludi. & al
leg. auth. presbyteros. C. de epiſc. & cle. ſed d. auth. non hẽt ob-
ſtare, quę loquitur de filijs puberib. teſtm̃ per ſe condentib. Sit
quicquid velit, communis opin. ſe habet, vt ſup. dixi, maxime
quia hodie eſt approbata per ius canonicũ, per c. ſi pater, de te-
ſtam. lib. 6. Poſſet diſputando teneri contrarium quo ad legitimam,
per d. auth. presbyteros, quę licet loquatur vbi filius eſt pubes,
eadem tamen eſt ratio filio exiſtente impubere. Ita enim de-
betur matri legitima in bonis impuberis, ſicut in bonis filij pu
beris, nec vlla poteſt reddi ratio diuerſitatis, & §. ſed nec impu-
beris, loquitur de iure Digeſtorũ, quo iure ſi deceſſiſſet filius
inteſtatus ſine deſcendentibus, pater in totum ſucceſſiſſet ma
tre excluſa. Nimirũ ſi pater poſſet priuare matrem a ſucceſſio-
ne filij dando ſibi alium ſubſtitutum, quod hodie non proce-
dit de iure Codicis, vt iam dictum eſt. Deciſio autem l. ſi pater
procedit de iure canonico, & procedit in foro ſuo. quę decreta
lis habuit reſpectũ ad ius Digeſtorum. Qui autem defendere
cupiat cõem opin. poterit aſſignare diuerſitatẽ rationis quare
filius pubes faciendo teſtamẽtum non poteſt matrem priuari

legitima. Secus in testatore pupillariter substituendo filio im-
puberi hoc euenire, quoniã pupillaris substitutio censẽ pars
testamẽti paterni, & sic censetur mater exclusa a legitima pro-
pter testm̃ paternum, non autẽ censetur exclusa mater a filio,
qui reuera non fecit testm̃. Hanc rationem sensit tex. in d. c. si
59 pater. in fi. quæ ratio cessat in filio pubere. † Tertia conclusio:
Testator filio impuberi potest facere heredes necessarios, quos
posset sibiipsi testatori, vt in l. sed si plures. §. quos possum. ꝟ. eo.
Ex hoc sequitur ꝙ substitutus hoc casu non minus transmitte
ret hæreditatem nõ aditam ex substitutione, q̃ ex institutione,
iuxta no. in l. si filius, qui patri. inf. eo. Quarta conclusio, Si testa
tor hoc modo dixerit, si filius meus hæres erit, & in pupillari
ætate decesserit, Titius sit hæres, si filius repudiauit, & deinde
decesserit in pupillari ætate, substitutus erit hæres tam in bo-
nis patris, q̃ pupilli, secundum Salic. in l. si testa. C. de impub. &
alijs substi. & est nouissimum dictum. & Iac. Butr. dicit ꝯtrium
ea ratione, quoniam substitutus est vocatus sub duplici condi-
tione copulatiue posita, & ad veritatem copulatiuę exigitur
vtramq; partem verificari, vt in l. hæredi plures. inf. tit. 1. hic au-
tem deficit vna pars copulatiuę. i. si hæres erit, quod patet, quia
repudiauit. Sali. autem mouetur, quoniam in expressa pupilla-
ri inest tacita vulgaris, ex qua vulgari succeditur in bonis pa-
ternis, vt in §. extraneo. Insti. eo. & in l. cohæredi. in §. cum filię.
inf. eo. quæ tacita vulgaris non potest subesse sine pupillari. Et
sic vult Sali. ꝙ succedatur in bonis paternis ex tacita vulgari, &
in bonis pupilli ex expressa pupillari, quod nõ placet D. Raph.
quo ad rationem Sali. sed admittit eius opin. Est enim opi. D.
quod substitutus admittatur ad successionem ad vniuersa bo-
na tam testatoris quàm pupilli vniformiter, quia dicit, licet pu-
pillus repudiauerit, tamen remanet suus hæres, & sic oĩa bona
habebit vigore pupillaris hoc sua ætate operãte, & alle. l. pater-
fa. de priu. cred. & l. ex contractu. inf. de re iu. Melius facit tex.
in l. cum quasi. §. si quis. inf. de fideicom. lib. & l. 2. §. & si sint. ꝟ.
ad Tertel. & ẽt mihi placet, & est fortissima conclusio. Ex qui
bus patet responsum ad rationẽ Iac. But. quia verificatur vtra-
que pars copulatiuę, cum filius sit heres ratione suę ætatis vt iã
dictum est, & ẽt in pupillari ætate decesserit. Istam partẽ repe-
rio etiam tenuisse D. Petr. præceptorem meum in l. 2. §. fi. s. eo.
60 † Quinta conclusio, Si filius naturalis, cui facta est substitutio
pupillaris, legitimetur post testamentum, substitutio valet se-
cundum Barto. quem sequitur præceptor meus. Ratio, secun-
dum eum, quia illa legitimatio retrotrahitur vsque ad tempus
natiuitatis, & sic perinde est, ac si retro fuisset legitimus, vt in l.
2. & l. fi. inf. de na. relli. imò plus dico ꝙ legitimatio retro trahit̃
vsque ad tempus conceptionis. tex. est singularis in l. diuus. sup.
de rit. nupt. quem text. Bald. ibi ad hoc singulariter not. Sexta
conclusio, Tacita pupillaris contenta in expressa vulgari non
admittitur contra matrem, vt in l. fi. C. de insti. & substi. Quam
determinationem Bar. extendit ad patrem, ad auum, & ad fra-
trem impuberis, cui est facta substitutio ea ratione, quoniam
tacita pupillaris nõ venit ex vera voluntate testatoris, sed ex p̃-
sumpta, vt in l. iam hoc iure. s. p. eo. Sed non est præsumendũ
ꝙ testator si cogitasset de patre, de matre, & cęteris, ꝙ ipsos ex-
clusisset casu quo filius decessisset in pupillari ætate, cum non
sit verisimile alienas successiones velle proprijs anteponere, vt
in l. cum acutissimi. C. de fideicom. Ex quo sequitur ꝙ si appa-
reret de voluntate testatoris ꝙ voluerit excludere patrem vel
matrẽ & cæteros, substitutus illos repelleret. Septima conclu-
sio, Pupillaris partim tacita & partim expressa excludit matrẽ,
vt in l. Lucius. inf. eo. vt est in substitutione pupillari tacita con-
tenta in reciproca, quæ dicitur tacita quo ad verba specialia, &
expressa quo ad verba generalia, & sic est partim expressa, &
partim tacita, vt sup. dixi in materia reciprocæ. Octaua conclu
sio, Si testamẽtum patris est minus solemne, puta quia factum
cum quinque testibus, filio instituto, cui etiam est substitutus
pupillariter, non valet substitutio pupillaris secundum Barto.
quem sequitur pręceptor meus ea ratione, quia si ipse pupillus
factus pubes faceret testamentum, non posset sibi extraneum
instituere, vt haberet suam hæreditatem testamento existente
minus solemni, ergo nec pater poterit hoc facere sibi conden-
do testamentum. Hæc ratio non est bona, per l. Papinianus. §.
sed nec impuberis. supra de inofficio. testamento. coniuncta
authent. presbyteros. C. de episcop. & cler. tamen potest susti-
neri contra id, quod dicit Bart. quod immo valeat substitutio
pupillaris vt censeatur istud testamẽtum paternum quatenus
concernit fauorem filij, nec dubium est quod vbi agitur de va-
lore pupillari substitutionis, de vtilitate filij tractatur, cum talis
substitutio sit filij prouisio, vt in l. ex tribus. C. de inofficio. te-
stamento, & ibi nota. Pro hac consideratione videtur text. in
cap. si pater. de testamentis. libro sexto. vbi talis substitutio
pupillaris censetur testamentum paternũ, vt non irritetur pro-
pter matris præteritionem. Pari ratione dicendum est in præ-
senti casu debere istud testamẽtum censeri paternum, vt sub-
stitutio pupillaris non euacuetur, cum testamẽtum paternum
minus solemne valeat cum quinque testibus, & etiam paucio-
61 ribus, filio instituto. Hæc opinio mihi verior videtur. † Nona
conclusio, Tacita pupillaris continetur in expressa vulgari, ma
tre existente in medio, sed non admittitur cõtra matrem. hoc
voluit Bald. in l. præcibus. C. eodem. dum dixit tacitam pupil-
larem contineri conditionaliter, scilicet si mater moriatur an-
tequam expectet, vel si mater repudiet, hoc sensit gloss. in di-
cta l. præcibus. in gloss. penultima. circa princip. ibi dum dicit,
licet alios ab intestato repellat. Est enim magni effectus, si ta-
cita pupillaris non cõtinetur in expressa vulgari matre existẽ-
te in medio, quia ipsa repudiante hæreditatem pupilli morien
tis, vel moriente ante acceptationem dictæ hæreditatis, alij ve-
nientes ab intestato excluderent substitutum. Vbi autem taci-
ta pupillaris continetur, sed si non admittitur, matri proderit.
vnde prædictis casibus repudiationis vel mortis matris ante
acceptationem hæreditatis pupilli, substitutus vulgariter ex-
cludet venientes ab intestato. quod nota. Decima conclusio,
pater non potest filio pupillariter substituere maiori 14. anno.
& minori 20. stante statuto quòd minor. 20. annor. non posset
facere testamentum, secundum Barto. ea ratione, quoniam
duplex fuit ratio substituentis pupillariter. Prima, quia filius
est in ea ætate constitutus, in qua non potest facere testamen-
tum. Ratio secunda, quia in eadem ætate filios habere non
potest. Vnde licet prima ratio subsit in casu statuti, tamen ces-
sat secunda ratio. Hæc determinatio Barto. potest procedere
quando filius esset in ætate proprie. 20. ann. puta in 19. vel 18.
vel circa. Sed si esset in 15. licet esset maior. 14. ann. cum rato
contingat in ea ætate quem posse habere filios, tunc non puta
rem procedere dictum Barto. sed tenerem posse substitui pu-
pillariter ex identitate rationum, cum vtraque concurrat ra-
tio, quę in minore. 14. ann. vt supra dictum est. Vndecima con-
clusio, vbi pupillaris substitutio est facta per testatorem pupil-
lo, extraneo heredi instituto, licet non valeat iure directo in vim
pupillaris substitutionis, tamen valebit in vim fideicommissi
intra tempora pubertatis. Hanc conclusionem voluit glo. in
leg. verbis ciuilibus supra alle. quam sequitur Raynu. Gul. &
Barto. & est communis opi. licet gloss. videatur tenuisse con-
trarium in extraneo. Insti. de pup. subst. quam glo. ibi sequitur
Dyn. tamen potest glo. a contrarietate saluari dum dicit in d.
§. extraneo. non valere, vt intelligatur. s. iure directo, non autẽ
prohibet quin valeat iure fideicommissi. Et pro hac conclusio
ne videtur text. in l. filiusfa. §. vt quis heredem. ff. de leg. 1. cuius
opin. sequitur etiam Iacob. de Areti. Duodecima conclusio,
substitutio pupillaris facta impuberi non trahitur ad fideicom
missum. Hanc conclu. firmat Raynu. in tracta. substitutionum,
& Dynus. in l. Sceuola. ff. ad Trebel. & Bart. in leg. verbis ciui-
libus supra alle. Ratio conclusionis est, quia substitutio pupil-
laris finitur adueniente pubertate, ergo a pubertate, non põt
62 incipere. l. si vsufruc. cum moriar. infra de vsu. leg. † Decimater
tia conclusio, mater non potest filio pupillo substituere pupil-
lariter, vt in l. si mater. infra eo. Ratio est, quoniam non habet
filium in potestate. Decimaquarta conclusio, filio spurio legi-
timato põt pupillariter substitui, si est impubes, si apparet abro
gatus, quia abrogato potest talis substitutio fieri, secundũ om-
nes, cum sit filius ciuilis tantum, Decimaquinta conclusio, si
filius exeat de potestate patris per dignitatem pupillaris substi-
tutio non finitur, secundum Gul. quia per dignitatem omnia
iura naturalia & legitima firma permanent, vt probat in auth.
consti. quæ de dignita. §. illud quoque. sed substitutio est actus
legitimus, ergo debet remanere valida quod etiam placet Bar-
tol. Decimasexta conclusio, Pupillaris substitutio facta pupil-
lo, superueniente emancipatione extinguitur, nec potest vale-
re iure fideicommissi. Ratio, quia cum semel potuerit valere
iure directo. scilicet ante emancipationem, non potest penitus
obliquari vt postea valeat iure fideicommissi. vt no. in dicta. l.
verbis ciuilibus supra eodem Decimaseptima conclusio. Si te-
stator non facit sibi testamentum, sed codicillos, in quibus sub
stituit filio pupillariter, talis substitutio licet non valebit in vim
pupillarem, tamen obliquabitur, & valebit in vim fideicommis-
si. vt no. in dicta. leg. verbis ciuilibus. & sequitur Gul. Dynus.
Francis. Tigri. & Bartolus. pro quibus est casus in dicta. lege
illud. §. tractari. ff. de iure codi. Decimaoctaua conclusio, si te-
stamentum rumpitur per contratab. post aditam hæreditatem
durat pupillaris substitutio. l. 2. post prin. s̃. eo. Si vero rumpe-
retur ante aditam hæreditatem, tunc etiam tolleretur pupilla-
ris substitutio ipso iure. Glo. est in l. illud. in prin. inf. de contra-
tab. & in l. vt liberis. in prin. inf. de coll. Ratio est, quia tunc po-
tius propter hæreditatem non aditam, quam per l. contratab.
rumpitur testamentum, ideo pupillaris substitutio tollitur, vt
in l. 2. §. adeo. Decimanona conclusio. Si testamentũ patris nõ
rumpitur in totum per querelam, rumpitur substitutio pupil-
laris. secus si pro parte tantum rumpatur testamentum. In
no. in leg. 2. §. adeo. & in l. patris & filij. & l. Papinianus. §. sed
nec impuberis. s̃. de inoffi. te. tamen hodie impubes non potest

exhæredari, cum nō possit committere crimē ingratitudinis, sicut dicimus in posthumo l. si quis in suo. C. de inoffic. testa. quod verū est, nisi impubes sit doli capax, vt no. glo. in. §. non
63 solū. Insti. de pup. substi. Et sequuntur doc. † Vigesima conclusio. Rupto testamento ex causa preteritionis, substitutio pupillaris reseruatur per auth. ex causa. Hęc conclusio probatur in d. auth. ex causa, ibi, cætera namq; firma permanent. nam appellatione cæterorum continentur tabulæ pupillares, vt in l. cū quid. §. si quis compulsus inf. ad Trebel. & in l. qui plures. in. §. fi. inf. eo. Hanc conclusionem tenet Iaco. de Are. Bar. & generaliter omnes doc. hanc partem tenuit glo. in l. 1. in fi. sup. eod. Dyn. tamen tenuit contrarium dicens quod illa auth. ex causa loquitur tantum in his, quæ sine institutione hæredis valere possunt, vt legata & fideicommissa, quæ possunt ab intestato relinqui, quod non est in pupillari substitutione. Gul. de Cun. qui tenet opi. glo. & communem respondet ad rationem Dy. dicens quod per auth. ex causa remanet firma datio tutoris, vt in l. iure nostro. §. fi. sup. de test. tu. & in l. 1. eo. tit. Et tutela non potest in codicillis dari, nisi codicilli sint testamento confirmati, vt in l. 2. C. de test. tu. Item per ædictum si quis omit. causa test. vitiatur institutio, & cætera firma remanent, & tamen per illud ædictum conseruantur tabulæ pupillares. Casus est in l. 2. in. §. pen. sup. eo. ergo eadem ratione substitutio pupillaris cōfirmabitur per auth. ex causa, & hæc pars est tenenda. Vigesimaprima conclusio, Si hęreditas est adita ex tacita vulgari, cōfirmabuntur tabulæ pupillares si pupillus est institutus exiſtēs in potestate testatoris, secundum Barto. in l. maioribus in trac. pupil. Vigesimasecunda conclusio, si mater non est capax hæreditatis pupilli filij sui ex aliquo suo defectu, puta quia nō petijt tutorem filio, vel si post mortem pupilli aliquid inhonestū commiserit, vt dicit gl. in l. sororem. C. de his. quib. vt indi. & in d. l. si fideicom. C. de fideicom. excluditur a tacita pupillari, per Bar. quia hoc casu perinde est, ac si mater non esset in medio, vt no. in l. 2. in fi. inf. ad Tert. & in l. 1. §. pen. ff. de contrarab. & in l. si necem. §. si deportatus inf. de bo. liber. Vigesimatertia conclusio, pupillaris substitutio extinguitur si pupillus efficiatur religiosus ex dispensatione Papæ, quia filius efficitur intestabilis remoto ætatis impedimento, vt in authent. ingressi. C. de sacr. san. eccle. Vigesimaquarta conclusio, Si filius a casu contra communem consuetudinem habuerit liberos in pupillari ætate, finita est substitutio pupillaris per natiuitatem filij, vt in l. ex facto in prin. inf. eo. Et hoc tenuit Bar. in repetitione substitutionis pupillaris. Finis.

Lancelloti Galiaula Iuriscon clarissi Commentarius seu Repetitio in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. Cum additionibus Ferdinandi de Loaz.es Hispani.

SVMMARIVM.

1 *Substitutionem principaliter diuidi in directam & in fideicommissariam.*
2 *Substitutio directa quid operetur.*
3 *Substitutio fideicommissaria quid operetur.*
4 *Substitutio fideicommissaria per quæ verba fiat.*
5 *Paganum non posse directo substituere hæredi post aditam hęreditatem aut post pubertatem, sed tantum per fideicommissum, rationem huius vide num. seq. & 9. & 95.*
7 *Testatorem posse disponere de re hæredis.*
8 *Testari posse aliquem de bonis alienis consentiente domino.*
9 *Hæres an possit desinere esse qui semel est hæres.*
10 *Legem non vti potestate absoluta regulariter, sed aliquo casu ex magna causa.*
11 *Substitutum pupillariter censeri hæredem pupilli.*
12 *Miles vt habeat priuilegium directo substituendi post tempora pubertatis vel post aditam hæreditatem, an necesse sit quod testetur eo tempore quo in castris degit. & nu. 15.*
13 *Lex simpliciter & absolute loquens comprehendit omnem casum, etiam si maior sit ratio in vno quam in alio.*
14 *Priuilegia concessa militibus circa facultatem testandi durare duntaxat per annum post reditum e castris.*
16 *Militem non habere priuilegium ne detrahatur Falcidia vel Trebellianica ex hæreditate sua nisi cum in castris testatur.*
17 *Militibus nostri temporis an competat priuilegium olim militibus concessum circa testamenta. & nu. seq.*
19 *Priuilegium militum in testamentis condendis an competat doctoribus legentibus vel aduocatis. & nume. 23. & 36. & 40. & 42. & 45. & 47.*
20 *Doctoratum esse dignitatem.*
21 *Militiam non esse dignitatem.*
22 *Doctorem regulariter præferri militi.*
24 *Doctores vtentes legibus prout debent, meliorem atq; etiam duriorem vitam egere quam monachos.*
25 *Militem non posse conueniri nisi inquantum facere poterit, nec etiam doctorem.*
26 *Doctor torqueri non potest quemadmodum nec miles.*
27 *Donationem concubinæ factam a milite non valere sicut nec a doctore.*
28 *Miles quēadmodum pro debito capi non potest, ita nec doctor nec eius filij.*
29 *Peculium quasi castrense acquisitum ex doctoratu priuilegiatum esse ad instar peculij castrensis.*
30 *Militem pro delicto suspendi non posse, nec etiam doctorem.*
31 *Priuilegia concessa militibus ea ratione, quia militant pro repu. competere etiam doctoribus.*
32 *Priuilegia concessa militibus ratione præsumptę ignorantiæ iuris, non competere doctoribus.*
33 *Doctorem minorem annis. 25. læsum ignorantia iuris non posse petere restitutionem in integrum.*
34 *Priuilegia concessa militibus circa testamenta qua ratione sint concessa. & nu. 39. & 41.*
35 *Priuilegia concessa militi respicientia eius personam an competant ei nō occupato in expeditione.*
37 *Priuilegia concessa militi, quæ respiciunt personam instituti hæredis vel legatarij, competere etiam doctoribus.*
38 *Priuilegium cōcessum militi, quod possit instituere deportatos, & alios cū quibus nō est testamenti factio, quādo cōpetat ei, & an doctori cōpetat.*
43 *Testamentum militis patris familias non subijci querelę inofficiosi testamenti nec. respectu bonorum castrensium, nec etiam respectu aliorum bonorum, & quare hoc priuilegium non concedatur doctoribus & aduocatis patribusfa. nu. seq.*
46 *Priuilegia non esse extendenda etiam ex identitate rationis, quomodo intelligendum sit.*
48 *Pręsidem prouincię non habere priuilegium testandi iure militari, nisi in hostili loco deprehendatur, & illic decedat.*
49 *Priuilegia concessa doctoribus non solum competere doctoribus legentibus sed etiam doctoribus aduocatis. & nu. seq.*
51 *Priuilegia concessa scholaribus an competant illis qui non intrant scholas, sed habitant in locis in quibus sunt studia generalia.*
52 *Priuilegiū concessum militi circa testamenta an cōpetat clericis. & n. 54.*
53 *Clericos habere peculium quasi castrense de quo testari possunt.*
55 *Priuilegia concessa militibus ratione præsumptæ ignorantię non competere clericis.*
56 *Priuilegium cōcessum militibus circa testamenta an cōpetat principibus & dominis terrarū, dato qd̄ non sint de ordine militari. & n. 58. & 61.*
57 *Principis contractum habere vim legis.*
59 *Principem debere in testamentis vti iure cōi quomodo sit intelligendum.*
60 *Principem non recognoscentem superiorem posse testari non obseruatis solemnitatibus iuris ciuilis.*
62 *Cardinales an habeant priuilegium concessum militibus circa testamenta supposita quam inferiores clerici non habeant. & nu. seq.*
64 *Pagano testanti ad pias causas an sit concessum hoc priuilegium vt possit substituere directe post pubertatē vel post aditam hæreditatē. & n. 66.*
65 *Patrem non habere priuilegium directo substituendi post pubertatem vel aditam hæreditatem etiam in testamento condito inter liberos, licet in eo seruetur ius ciuile non ius gentium.*
67 *Substitutione directa militari vocatus succedit militi, non autem hęredi instituto. & nu. 115. & 180. & 182.*
68 *Donationem aliquam faciens potest etiam de iure gentium eam legem a principio apponere, quam vult.*
69 *Substitutio directa militaris an & in quibus sit vtilior, quam substitutio fideicommissa. & nu. 96.*
70 *Substitutio directa filio puberi a milite facta an tollat legitimam filij in præiudicium matris existētis in medio. & n. 73. & 85. & 91. & 92. & 93.*
71 *Substitutio pupillaris excludit matrem a legitima.*
72 *Ius commune ... quam priuilegiam. & nu. 170. & 173.*
74 *Substitutio fideicommissaria filio facta a milite an comprehendat legitimam filij. & nu. 78. & 82. & 84.*
75 *Filius in legitima habet ius particularius & fauorabilius q̄ in alijs bonis.*
76 *Disponens quantumcunq; generaliter nunquam præsumitur id velle, quod non est sue potestatis.*
77 *Legitimam filiorum non dici hæreditatem aut partem hæreditatis, sed portionem bonorum.*
79 *Filia licet prohibeatur per statutum petere legitimam contra voluntatem patris, instituta tamen a patre & fideicommissi onere grauata potest retinere legitimam & Trebellianicam.*
80 *Legitimatus si non possit succedere nisi in eo quod patri videbitur, potest nihilominus retinere legitimam & Trebellianicam, si institutus sit, & grauatus restituere.*
81 *Filius tametsi approbat testamentum patris, sibi tamen non præiudicat, quo minus possit de fideicommisso legitimam detrahere.*
83 *Patria esse, non dare a principio vel dare onere inuncto.*
85 *Substitutionem directam militarem non comprehendere in dubio legitimam, nec ad illam extendi.*
86 *Legitimam filijs deberi ex dispositione iuris ciuilis, licet ratione naturali hoc statutum sit.*
87 *Miles an possit expresse priuare filium legitima.*

Substi-

206 Substitutus an admittatur ex tacita pupillari, si mater quæ pupillo superuixit, non veniat ad successionem ipsius pupilli.
207 Intestati causam locum non habere quamdiu testati causa locum habet.
208 Substitutio vulgaris, quæ expirauit per aditionem hæreditatis reuiuiscit, si hæres restituatur aduersus aditionem.
209 Substitutus sub conditione, si hæres decedat sine liberis, an admittatur si liberi extantes non succedant.
210 Intellectus ad l. filiusfamilias §. cum quis ff. de lega. 1.
211 Conditionem & si sine liberis appositam a testatore intelligi etiam de naturalibus tantum subauditam autem a lege intelligi de naturalibus & legitimis tantum.
212 Donationem reuocari propter superuenientiam liberorum, & quid si tales filij postea moriantur ante donatorem.
213 Argumentum de cōtractu ad vltimam voluntatem an & quando valeat.
214 Fructus perceptos per hæredem post aditam hæreditatē repertos in hæreditate tempore mortis hæredis venire in substitutione directa militari.
215 Fructus non præsumuntur durare vltra triennium.
217 Substitutus potest ante euentum conditionis cogere hæredem vt satisdet de restituendo bona eueniente casu substitutionis, item vt inuentarium conficiat.
218 Substitutio compendiosa quæ dicatur, & quare sic vocetur, nu. seq.
220 Actum illum in dubio censeri factum cui naturaliter vel essentialiter conuenit qualitas expressa.
221 Substitutio complectens plura tempora sub alia conditione quam mortis an sit compendiosa.
222 Substitutio vna & eadem potest & reciproca dici & compendiosa.
223 Alternatiuam esse veram, cuius altera pars est vera.
224 Seu, particula sit ne alternatiua an coniunctiua.
225 Substitutio compendiosa sit ne species substitutionis.
226 Paganum posse directo substituere post pubertatem & post aditam hæreditatem stante statuto quod filiæ fœminæ teneantur omnia obseruare a testatore disposita.
227 Testator an possit prohibere detractionem Falcidiæ filijs primi gradus.
228 Statutum quantumcunq; odiosum ad ea omnia extenditur, quæ sub verborum generalitate comprehenduntur.
229 Statutum ita debere intelligi, vt aliquid operetur vltra ius commune.
230 Statutum debere potius censeri superfluum, quam quod quis indebite damnum patiatur.
231 Statutum excludens filiam a successione ab intestato stantibus masculis censetur etiam excludere eam a legitima.
232 Substitutio compendiosa facta a milite verbis directis an semper valeat iure directo, an vero trahatur ad fideicommissariam post pubertatem fauore matris, & nu. 234. & 235. & 237. & 238. & 239. & 245.
233 Regulam non fallere vbi æquitas suadet, iniquum est.
236 Verba directa facilius obliquari in dispositione militis quam in testamento pagani.
240 Intellectus ad l. precibus. C. de impub. & alijs subst. & nu. 242. & 244.
241 Alienationis prohibitionē factam a patre filius vsq; ad certum tempus extendi ad legitimam, aliter atq; si simpliciter & perpetuo fieret.
243 Dominus non potest rem suam ab alio possessam propria authoritate capere, sed iudicialiter debet procedere.
246 Substitutio compendiosa verbis communibus a milite facta an post pubertatem valeat iure directæ militaris si mater non sit in medio, an vero trahatur ad fideicommissariam.
247 Substitutio compendiosa facta secundum ius commune per verba communia obliquatur post pubertatem vt valeat iure fideicommissi.
248 Substitutio verbis communibus facta potius censetur directa quam fideicommissaria, vbi iure directo valere potest.
249 Interpretatio plenior debet habere locum in testamentis.
250 Verba communia iudicari in dubio directa.
251 Substitutio compendiosa verbis obliquis a milite facta est omni tempore fideicommissaria, prout in pagano.
252 Lex sit ne certa de futuris, & an de præsentibus & præteritis, nu. sequen. & 258.
254 Præsumptionem vel coniecturam non habere locum in certis.
255 Præsumptiones legum fundari super factis extrinsecus, non autem super ijs, quæ remanent in animo.
256 Mulierē præsumi meretricem cuius domum scholares nocte ingrediuntur.
257 Probationem per testes admitti aduersus præsumptionem iuris, & per confessionem partis aduersus præsumptionem iuris & de iure.
259 Verba an possint dici directa simpliciter vel de iuregentium.
260 Verbum, capiat, an sit directum, et an importet quod quis accipiat propria authoritate.
261 Verbum accipiat, non importare de se quod in accipientem debeat transferri dominium.
262 Substitutio compendiosa verbis directis & ciuilibus a pagano facta filio impuberi an in totum expiret si filius veniat ad pubertatem, licet postea moriatur sine liberis. & nu. 266. & 276. & 283. & 287. & 288. 293. & 296.
263 Intellectus ad l. verbis ciuilibus ff. de vulg. & pupill.
264 Substitutionem verbis directis filio puberi factam, quæ nunquam potuit valere vt pupillaris, trahi ad fideicommissariam. & nu. 272.
265 Intellectus ad l. in pupillari ff. de vulg. & pupill.
267 Intellectus ad c. si pater in pen. respon. de testa. lib. 6.
268 Error in nomine appellatiuo an & quando vitie dispositionem.
269 Intellectus ad l. si quis in fundi vocabulo §. 1. ff. de leg. 1.
270 Fideicommissarium posse contineri sub appellatione hæredis. & nu. 275.
271 Domini appellatione venire dominum vtilem saltem improprie.
273 Substitutio fideicommissaria quando trahatur ad directam.
274 Plus non contineri sub eo, quod est minus.
277 Rigorem iuris nonnunquam remitti fauore vltimæ voluntatis.
278 Libertatem directo relictam seruo alieno non valere nec vt fideicommissariam quidam, an sit perpetuo verum. & nu. 283.
279 Intellectus ad l. cogi. §. sed si seruo. ff. ad Trebell. & nu. seq.
281 Legatum libertatis seruo relictum quando præualeat legato alteri facto de eodem seruo.
284 Impuberi succedi non posse ex testamento nisi per directam substitutionē.
285 Interpretationem verborum in vltimis voluntatib. nunquam debere tanti fieri, vt sensui præferatur & voluntati testatoris.
286 Verba non curanda modo habeatur voluntas testatoris.
289 Actus a principio ipso iure nullus difficilius trahitur ad aliam speciem, quam si aliquando poterat valere.
290 Verbum significationem variari secūdum quod variatur persona ad quam referuntur.
291 Opinionem communem interpretum iuris æquiparari dispositioni legis.
292 Testatoris dispositio irrita si non valet iure directo, an valeat iure fideicommissi.
294 Clausulam codicillarem efficere vt substitutio compendiosa verbis directis impuberi facta trahatur ad fideicommissariam post pubertatem. & num. 297.
295 Clausulam codicillarem censeri appositam in testamento inter liberos.
298 Substitutio reciproca an trahatur ad fideicommissariam virtute clausulæ codicillaris. & nu. 300.
299 Substitutum in testamento in quo apposita est clausula codicillaris, habere electionem an veniat ex testamento, an ex codicillis.
301 Substitutio compendiosa hoc modo a pagano facta si filius meus decedat sine liberis, Caius capiat seu accipiat hæreditatem, an post pubertatem valeat iure fideicommissi.
302 Testatorem posse dare licentiam fideicommissario vt capiat bona propria authoritate.
303 Substitutio impuberi sic facta, quandocunq. filius meus decesserit sine liberis, talis sit hæres, an infra tempora pupillaris ætatis sit pupillaris.
304 Conditio, si sine liberis decesserit, an possit verificari in eo qui liberos habere non potest, cuiusmodi est impubes, & num. 310.
305 Prudentissimis non esse credendum aduersus præsumptionem iuris in ijs quæ sunt facti.
306 Mulierem esse grauidam ex tali. an & quando possit probari.
307 Probationem apertissimam præstandam ab eo, qui præsumptionem iuris contra se habet.
308 Mulieri asserenti se grauidam ex tali viro non credi.
309 Consuetudinem non debere extendi contra ius.
311 Sine, particula solam abnegationem denotat, non etiam priuationem.
312 Intestatus, dictio quid denotet, atq. inibi quod non sit idem decedere intestatum, & decedere sine testamento.
313 Statutum quod filij testantium non emancipati teneantur pro debitis paternis, an extendatur ad infantes qui emancipari non possunt.
314 Substitutus filio impuberi sub conditione, si decedat in pupillari ætate & sine liberis, an censeatur substitutus post pubertatem.
315 Pupillus an possit dici decedere intestatus.
316 Substitutionem pupillarem dici testamentum pupilli.
317 Substitutio sic facta filio impuberi, quandocunq; filius meus decedet ab intestato, talis sit hæres, an sit pupillaris intra tempora pupillaria.
318 Substitutus compendiosè pupillo in re certa an pupillo decedente in pupillari ætate debeat habere omnia bona pupilli, an id duntaxat in quo est substitutus. & nu. 320.
319 Intellectus ad l. cohæredi. §. si. ff. de vulg. & pupill.
321 Verba directa facilius obliquari in substitutione quam in institutione.
322 Substitutio compendiosa facta pupillo in re certa an expiret post pubertatem, an vero valeat vt legatum particulare.
323 Substitutionem compēdiosam factam per verba communia vel directa non ciuilia in re certa semper haberi pro legato particulari.
324 Legatario an censeatur data licentia accipiendi legatum propria authoritate per id quod legato adiectum est verbum accipiat.
325 Legatum omnium bonorum factum sub hac conditione, quandocunq. filius meus sine liberis decesserit, an possit dici substitutio pupillaris intra tempora pupillaria, & quid si testator vsus sit verbo, relinquo. num. 128.
326 Legandi verbum adiectum vniuersitati bonorum an trahatur ad institutionem. & nu. seq.
329 Substitutio compendiosa facta a pagano per verba mere obliqua an sit omni tempore fideicommissaria, & an saltem contineat vulgarem.
330 Substitutum compēdiosè per verba mere obliqua non admitti, si institutus moriatur viuo testatore.
331 Testatoris dispositionem nunquam trahi ad id, quod ex verbis eius nullo modo comprehenditur.
332 Substitutio filio impuberi sic facta, quandocunque filius meus decesserit sine liberis, volo quod bona mea dentur & distribuantur in pauperes per meos fideicommissarios, an sit pupillaris intra tempora pupillaria. & num. seq. & 334. & 342. & 343. & 345.

Verba

335 Verba directa non ciuilia an & quando equiparentur verbis cõmunibus.
336 Verbum, accipiat, adiectum vniuersitati bonorum an & quando trahatur ad institutionem vel substitutionem directam.
337 Executores seu fideicommissarij an & quatenus habeantur loco haeredum vbi nullus alius haeres institutus est.
338 Haeres institutus censetur grauatus vbi grauati sunt executores testamentarij.
339 Substitutionem in dubio censeri potius directam quam fideicommissariã.
340 Legata posse relinqui nutu.
341 Substitutio directa an & quando possit fieri nutu.
344 Legitimam filij venire in restitutione fideicommissi iniuncti non ipsi filio, sed eius haeredibus, & num. 396. & quid si mater sit haeres ab intestato, num. 411.
346 Probationem incumbere ei, qui dicit substitutionem includere aliquem casum.
347 Substitutionem his verbis factam, si filius meus decesserit sine liberis bona mea dentur pauperibus, esse omni tempore fideicommissariam, & quod ex ea substitutione legitima filij sit distribuenda. num. 351.
348 Episcopum censeri tacite datum executorem ab eo testatore, qui potuit dare alium executorem nec dedit.
349 Pupillaris ętatis mentio efficit, vt substitutio, quae alias omni tempore esset fideicommissaria, fit pupillaris haerede decedente intra aetatem pupillarem.
350 Substitutionem verbis obliquis factam non trahi ad directam ex sola mentione pupillaris aetatis.
352 Expressionem eorum, quae tacite inerant a lege contra voluntatem testatoris, nihil operari.
353 Qualitatem vel restrictionem positam post duo verba vtrumque verbum qualificare, ampliare, aut restringere, & an hoc procedat in diuersis orationibus. num. seq.
355 Substitutionem sic factam, quandocunq; filius meus decedet, volo quod bona mea vendantur & precium distribuatur inter pauperes, quorum electio fiat per meos fideicommissarios, esse fideicommissariam.
356 Generalem prouisionem legis tolli per specialem prouisionem in vno casu.
357 Speciali concessione vnius alia videri denegata.
358 Participium futuri temporis resolui in relatiuum & verbũ futuri tẽporis.
359 Promissionem aliquot modiorum vini nasciturі ex aliquo fundo singulis annis, esse conditionalem.
360 Substitutione fideicommissaria ad pias causas facta, iura haereditaria transire in piam causam etiam nulla facta restitutione.
361 Substitutio compendiosa facta a pagano verbis communibus adiecta mentione pupillaris aetatis an intra tempora pupillaria sit pupillaris etiam ad exclusionem matris.
362 Substitutio compendiose facta puberi & impuberi adiecta mentione pupillaris aetatis an trahatur ad pupillarem in persona impuberis, & numero sequen.
364 Substitutionem compendiosam factam per verbum directum non ciuile sine speciali mentione pupillaris aetatis esse pupillarem intra tempora pupillaria, etiam si mater sit in medio, post ea autem esse fideicommissariam.
365 Substitutus pupillariter an teneatur in foro conscientię dare legitimam ijs qui pupillo successissent ab intestato, dato quod in foro contentioso non teneatur. & nu. 367. & 369.
366 Legem positiuam contrariam aequitati naturali non habere locum in foro conscientiae.
368 Canones nonnunquã permittere id quod [illegible] est licitum in foro conscientiae.
370 Statutum auferens legitimam valere.
371 Matrem priuari legitima filij ex substitutione pupillari non quidem ab ipso filio, sed a patre, qui per hoc non censetur quicquam agere contra officium pietatis.
372 Intellectus ad c. si. 17. q. 4.
373 Substitutionem compendiosam simpliciter a pagano factam per verbum commune matre nõ existente in medio esse pupillarem in pupillari aetate & postea fideicommissariam, & quid si mater sit in medio, nu. 377. & 379. & 328. & 386.
374 Substitutio respiciens plures personas ad eam tantum speciem substitutionis trahitur, quae potest omnibus conuenire, & an idem dicendum sit, si respiciat plura tempora, & num. 375.
376 Verbum commune, cuiusmodi est, substituo, an ex sui natura magis adaptetur ad substitutionem directam quam ad fideicommissariam.
378 Dispositio testatoris dubia an & quando possit interpretari cõtra matrem.
380 Dictum speciale ampliari per rationem generalem an sit perpetuo verum.
381 Intellectus ad c. si pater, de testam. in 6.
383 Substitutio pupillaris tacita contenta in vulgari expressa facta in fauorem pię causae an excludat matrem. & nu. 385.
384 Ecclesia non captat haereditatem exclusis filijs.
387 Substitutio tacita pupillaris an & quando excludat matrem si filius testatoris est substitutus.
388 Substitutio pupillaris tacita quae continetur sub compendiosa verbis communibus concepta quibus casibus excludat matrẽ, & nu. 391. & 394.
389 Clausulas executiuas positas in instrumẽto vel rescripto non limitare aut ampliare principalem dispositionem, an sit perpetuum. & num. seq.
392 Filiarum appellatio, si extendatur ad posthumam in vna parte testamenti, extendetur etiam in alia.
393 Clausula, libere accipiat, vel libere deueniant, adiecta substitutioni compendiosae factae per verbum commune quid operetur.
394 Substitutus compendiose filio hoc modo, si filius decedat sine liberis, volo quod tota haereditas, vel omnia bona mea deueniant &c. an excludat matrem a legitima filij. & num. seq.
397 Trebellianicae detractio an possit hodie prohiberi etiam filijs primi gradus, & num. 407.
398 Trebellianica an possit detrahi ex fideicommisso per quod testator voluit integram seu totam haereditatem restitui. & nu. seq.
400 Trebellianicę detractio vt censeatur prohibita, an sit necesse quod testator expresse prohibuerit eam detrahi.
401 Expressum videri quod ex verbis generalibus disponentis colligitur.
402 Trebellianicae detractio an censeatur prohibita his verbis, volo omnia bona mea peruenire ad talẽ, vel volo bona mea pleno iure peruenire &c. & num. 405.
403 Tota haereditas an & qui differat ab omnibus bonis.
404 Falcidia an censeatur prohibita per prohibitionem alienationis factam a testatore volente bona remanere in familia.
406 Substitutione fideicommissaria non posse testatorem cõsequi vt substitutus habeat integram haereditatem non imminutã ex detractione Falcidiae.
408 Fideicommissum sit ne iniunctum ipsi filio, an eius haeredibus, quid intersit, atque inibi an in dubio censeatur ipsi filio iniunctum, an haeredibus eius, & num. seq. & 412.
410 Trebellianicam an possint detrahere succedentes filio defuncto in pupillari aetate, si ipsi sint grauati fideicommisso.
413 Substitutionem compendiosam non ob id restringi ad solam pupillarem, quod verbum impuberi iungitur verbo dispositiuo, sed trahi etiam ad fideicommissariam post pubertatem.
414 Verba in dubio censeri apposita demonstratiue, non dispositiue aut limitatiue.
415 Substitutionem compendiosam restringi ad pupillarem si dictio, impuberi, sit adiecta verbo executiuo.
416 Qualitatem adiectam verbo debere adesse tempore verbi.
417 Substitutiones recipere latissimam interpretationem an & quando verum sit.
418 Adiectiuum certę personę adiectum quando dicatur stare demonstratiue.
419 Substitutio sic concepta, si filius meus impubes decesserit, substituo Caium, an post pubertatem trahatur ad fideicommissariam.
420 Substitutionem compendiosam factam per verba mere obliqua esse omni tempore fideicommissariam.
421 Substitutio fideicommissaria an recte negetur continere vulgarem, quia requirat aditionem haereditatis, quam vulgaris respuit.
422 Substitutionem compendiosam factam per verba communia continere vulgarem etiam in casibus in quibus pupillarem non continet.
423 Substitutio compendiosa facta per verbum commune in qua adijcitur dictio significans tractum temporis, est fideicommissaria.
424 Substitutio fideicommissaria quare non contineatur sub vulgari, pupillari, aut reciproca quemadmodum continetur sub compendiosa.
425 Substitutio sic facta, substituo talem filio meo, qualis sit.
426 Substitutio sic concepta, si filius meus decesserit, vel post mortem filij mei Caium substituo, an sit compendiosa continens fideicommissariam, & num. seq. & 429. & 430.
428 Substitutio reciproca quando possit dici mixta cum compendiosa, vt sic comprehendat fideicommissariam.
431 Substitutionem compendiosam factam per verbum commune in re aliqua certa non continere directam substitutionem, & quid si esset facta per verbum directum.
432 Filium institutum in re certa etiam infra legitimam non posse dici praeteritum, aliter atque si ei relicta esset citra titulum institutionis.
433 Verbum commune adiectum certę rei an possit trahi ad institutionem. & nu. 436. & 438.
434 Clausulam, Titius esto, tantum denotare, quãtum istam, Titius haeres esto. & num. 437.
435 Verbum commune magis se habere ad directum quam ad obliquum.
439 Substitutionem compendiosam factam per verbum commune in certa portione non trahi ad directam substitutionem, sed continere tantum fideicommissum, & quid si verbum commune est adiectum quotę haereditatis, num. 442.
440 Verbum commune an & quando trahatur ad institutionem nullo alio haerede instituto.
441 Verbum intellectum in dubio ita accipiendum vt salua sit mens testatoris & significatio verborum.
443 Verba obliqua adiecta quotę haereditatis inducere fideicommissum, aliter atque si sint adiecta quota bonorum.
444 Substitutio compendiosa facta per verbum commune in quota haereditatis quando trahatur ad directam.
445 Fideicommissum iniunctum filijs filiorum an valeat.
446 Restituere grauatus si sine liberis decedat, an censeatur grauatus restituere liberis. & num. 448.
447 Conditionalia verba non disponere.
449 Substitutione alicui facta si sine liberis decederet, quibus casibus censeantur liberi substituti, nedum in conditione positi.
450 Legatum an censeatur factum liberis illius, qui grauatus est restituere illud legatum si sine liberis decedat. & nu. seq.

452 *Substitutio facta alicui si sine liberis decesserit, expirat modo relinquat filios, licet postea liberi moriantur sine liberis, atque inibi quod hoc procedat etiam si primo substituto alius sit substitutus.*

453 *Testator non præsumitur velle id quod non loquitur.*

454 *Fideicommissum an valeat quo institutus est grauatus restituere hæreditatem si decedat sine liberis, vel si eius liberi decedant sine liberis, & an solus institutus est grauatus, an etiam liberi eius sint grauati.*

455 *Fideicommissum iniunctum liberis ipsius instituti non honoratis si non valet, an debeat censeri iniunctum ipsi instituto, vt actus potius valeat quam pereat.*

456 *Fideicommissum an in dubio censeatur iniunctum ipsi filio instituto, an filijs eius positis in conditione, & quæ sit vtilitas huius considerationis. & num. seq.*

458 *Fideicommissum iniunctum liberis hæredis instituti positis in conditione an valeat, num. 460. & 468.*

459 *Opinionem illam in dubio præsumi veriorem pro qua collegium doctorum consuluit.*

461 *Intellectus ad l. ab eo C. de fideicom.*

462 *Totum dicens nihil excludit, atque inibi quod plus negat oratio negatiua, quam affirmet affirmatiua.*

463 *Consequens qui vult an & quando censeatur velle antecedens.*

464 *Fideicommissum posse induci ex tacita voluntate.*

465 *Inducta ad grauamen non debere operari contrarium effectum, an sit perpetuo verum.*

466 *Dispositionem non inducere quæ in conditione sunt posita.*

467 *Testatoris mens quando attendatur.*

469 *Peculium non ob id videri seruo legatum, quod seruus grauatus est dare centum ex eo alteri quam hæredi.*

470 *Verba conditionalia quando inducant dispositionem.*

471 *Filij positi in conditione an & quando censeantur vocati, & nu. 475.*

472 *Duo imperfecta simul iuncta nihil operari, vbi neutrum per se positũ quicquam operaretur.*

473 *Filios naturales positos in conditione excludere substitutum, non etiam omissos.*

476 *Ius accrescendi locum non habere in proprietate post agnitam portionem.*

477 *Testatoris dispositionem non esse in dubio ita interpretandam quod aliquid a iure exorbitans inducat.*

478 *Fideicommissum non induci ex sola probibitione alienationis inter probibitos alienare.*

479 *Antecedẽs velle præsumitur qui vult consequens, etiam in materia odiosa.*

480 *Substitutio in qua apponitur verbum directum & verbum commune an sit partim directa, partim fideicommissaria.*

481 *Duo verba respicientia vnum subiectum debere sic interpretari, vt vtrunque verbum aliquid importet.*

482 *Intellectus ad l. sed si adijciatur ff. pro socio.*

483 *Substitutio sic facta, filium meum institno, & eidem institno & substitno Caium, qualis sit.*

484 *Substitutio sic facta, quandocunque filius meus decedet, bona mea perueniant ad Caium, qualis sit.*

485 *Substitutus verbũ directum & cõe, vel per verbum cõe & obliquũ, vel apposita clausula vulgariter pupillariter & per fideicõmissum an habeat electionẽ veniendi vel per directã vel per fideicommissariã. & n. 487.*

486 *Succedere potens ex testamento tanquam hæres, & ex codicillis tanquam fideicommissarius, habet electionem vero nomine velit succedere.*

488 *Suitatem non tolli in filio instituto per vulgarem substitutionem sub verbis generalibus contentam.*

489 *Substitutio vt censeatur plene & perfecte facta, adijciẽdam esse hanc clausulam, vulgariter pupillariter & per fideicommissum.*

490 *Clausula, vulgariter pupillariter & per fideicommissum, apposita per notarium an aliquid operetur si nullus est pupillus.*

491 *Substõne hoc modo facta, substituo Titiũ infrascriptũ hæredem meum, an hæc verba, hæredem meũ, stent demonstratiue, an dispositiue, & an censeatur substitutio facta per verbũ cõe, an per verbum directũ & ciuile.*

492 *Verbum, mando, licet sit præcarium in legatis particularibus, tamen in vniuersalibus importat etiam hæredis institutionẽ, sicut verbum volo.*

493 *Substitutio, in qua apponuntur duo verba communia, qualis sit.*

494 *Verbum commune adiectum certæ portioni an & quando trahatur ad institutionem.*

495 *Bartoli locus emendatus in l. Centurio. ff. de vulga. & pupil.*

496 *Substitutus vocatus per verbum directum & ciuile in re certa & quantitate, erit hæres ad vniuersitatem bonorum.*

497 *Substitutorum altero vocato in re certa per verbum directum & ciuile, altero in residuo, vel simpliciter per verbum commune an vterque sit hæres & quatenus, & nu. 501.*

498 *Substitutio qualis censeri debeat, cũ vnus vocatus est per verbum commune ad certam portionem, alter per verbum obliquum simpliciter ad certam portionem.*

499 *Substitutio cuiusmodi sit, per quam certa portio minor tamen dimidia relicta est alicui per verbum obliquum, & residuum est relictum alteri per verbum commune.*

500 *Substitutionem factam de residuo per verbum commune, factis prius alijs particularibus legatis trahi ad substitutionem directam.*

502 *Verbum directum quod dicatur, atque inibi quid dicatur ius directum, & nume. 587.*

503 *Verbum obliquum quod dicatur.*

504 *Verbum commune quod dicatur.*

505 *Mixtum quid dicatur.*

506 *Verbum, hæres esto, an sit directum & ciuile, & nu. 509.*

508 *Verbum, dominus, esse directum, non quidem ciuile, sed iurisgentium.*

510 *Verbum, instituo, esse directum, & ciuile.*

511 *Verbum, substituo, sit ne commune an directum. & nu. 513. & 515.*

512 *Substituendi verbo quare in dubio significetur directa substitutio, non fideicommissaria.*

514 *Institutio an sit verbum generalius quam substitutio.*

516 *Verbum, perueniat, esse commune, quemadmodum & verbum, deueniat, & quibus rationibus efficiatur directum. nu. seq.*

519 *Verbum, pertineat, esse commune.*

520 *Bartoli locus emendatus in l. Centurio. ff. de vulg. & pup.*

521 *Verbum, habeat, esse verbum commune.*

522 *Habere an censeatur is qui habet per fictionem.*

523 *Verbum, remaneat, esse commune.*

524 *Verbum, reddat, esse commune.*

525 *Verbum, succedat, sit ne commune an directum, & nu. 527.*

526 *Successionis appellatione venire fideicommissarium.*

528 *Verbum, teneatur esse verbum commune.*

526 *Petitionem esse necessariam etiam in ijs quæ ipso iure competunt.*

530 *Dare an teneatur quis, quod alteri competit ipso iure, etiam si non petatur.*

531 *Fructus restituendos ab eo, qui priuatur ipso iure dominio bonorum, ab eo tempore quo cecidit a iure.*

532 *Donatarius quatenus teneatur ad restitutionem fructuum in casu l. si vnquam C. de reuocan. dona.*

533 *Fructus suos interim facere eum qui venit priuandus per sententiam condemnatoriam.*

534 *Verbum, deuoluatur, esse commune.*

535 *Verbum, accrescat, esse directum.*

536 *Verbum moriatur, esse directum.*

537 *Verbum, competat, esse commune.*

538 *Verbum, hæreditet, esse directum & ciuile.*

539 *Verba hæc relinquo filium meum viuum & mortuum Titio, quid importent. & nu. 542.*

540 *Mater iussa per testatorem morari cum liberis, censetur constituta tutrix testamentaria.*

541 *Testator relinquens filium in potestate matris, censetur hoc ipso constituere matrem tutricem filij.*

a Sequitur lex Centurio. [a] ff. de vulgari. & pupillari.

EXordiaris In hac lege, vt hic per Bart. & per Moder. in l. precibus. in primis verbis. C. de impube. Diuide in tres partes, vt hic per præceptorem meũ. hoc dicit in summa. Substitutio compẽdiosa directo facta filio impuberi a milite intra tempus pupillaris ætatis trahitur ad omnia bona patris & filij. Postea vero solum ad omnia bona patris cum fructibus ex privilegio specia-
1 li militis. † Pro introductione ad figurationem casus habẽt iuuenes præmittere, qđ dixi sup. in rub. s. q substitutio principali-
2 ter est duplex, directa. s. & fideicommissaria. † Directa operat̃, quod substitutus capiat omnia bona illius, cui directo succedit propria authoritate & sine diminutione. & fit verbis hoc denotantibus, vt per verbum hæres esto, vel instituo, hic per glos. 2. & traditur per glo. in cap. si pater. in uer. absque deductione. de testa. in 6. glos. in c. Raynaldus. in uersic. absque liberis. de te-
3 stamen. † Fideicommissaria uero operatur, quod substitutus
b capiat bona de manu heredis, [b] aliter perdit ius suum l. Paulus. ubi Ang. & Alex. ff. ad Treb. l. non dubium, cum glo. C. de leg. pulchre

---

a Centurio est, qui præest centum l. de inofficioso. & ibi not. de inoffi. testa. l. & militibus. de militi. testa. & quod sit eius officiũ ponit tex. in l. milites agrũ. §. irreuerens miles. ff. de re militari. & quis possit milites facere l. banni. l. prima. C. de dignita. li. 12. Ferdinan. de Loazes.

b Adde Ludo. Bolo. consil. 15.

Adde hoc esse verum saluo iudicio rectius sentientis, quando verba mere obliqua, per quę fideicommissaria fit substitutio, sunt ad grauatum directa, puta restituas Titio hæreditatem. Secus vero si verba mere obliqua sint per testatorem in sua persona directa, vt puta, si testator dicat, si filius meus in furore decesserit, ego testator hæreditatem meam Titio restituo. quo casu cum talis substitutio quantumcũque per verba mere obliqua facta sit directa substitutio, vt mirabiliter inquit Bald. in l. humanitatis. in nona, columna circa finem versicul. mirabile dicam C. de impu. & aliis. habebunt locum ea, quæ in directe substituto statuuntur. cogita, quia noua erit extensio ad illud dictum Bald. vt in tali casu possint substituti propria authoritate, bona illius cui succedit capere. Ferdinand. de Loazes.

pulchre Soc.consil.33. vltim. col. Item operatur, quod habeat fideicommissarius bona cũ de tractatione Trebellianicę & aliquando legitimę si sit descendens grauatus non pure iuxta do-
3 ctrinã glo.& Bar. in l. Papinianus.in §.meminisse.ff. de inoffi. testam.per c.Raynutius,& Raynaldus.de testa.tradunt doctor. in l.filium quem habentem C.fami.hercis.vbi autem esset non descendens.ipse grauatus etiam quod esset ascendens non detraheret nisi vnam quartam.Bald.singulariter in l.si a milite.§.
4 patre.de testamen.milit. † Et fit hęc substitutio per verba obliqua importantia, quod substitutus capiet bona de mano alterius,vt per verbum,restituat gl.in c.Raynutius.in ver.fideicommissaria.de testamentis.Barto.in l.eam quam.in fi.C. de fidei-
5 commis.in pen.col. † Secundo habent præmittere, quod paganus.i.omnis non miles post aditam hæreditatem & post pubertatem instituti non potest facere substitutionem directam,sed tantum fideicommissariam.l.post aditam C.de impub.l.cohæredi.§.cum filiæ inf.eodem.imo si faciat substitutionẽ per verba mere directa,vt qñcũque filius meus decedat,talis sit hęres si potuit infra tempora pupillaris ætatis potentialiter valere iure directo,eueniente pubertate filij & adita hęreditate per eundem expirat in totum substitutio.ita quod licet postea decedat filius nõ valet etiam vt fideicommissaria.l.verbis ciuilibus. vbi Bart.& alij.supra eo.& dicetur de hoc latius.inf. post Bart. Hoc fallit in milite,quia talis substitutio, & post aditam hæreditatẽ & post pubertatem valet iure directo, & sic substitutus habet omnia bona testatoris, & fructus inuentos in hæreditate. hoc vult in effectu hæc lex, & fit pro figuratione casus. Nunquid autem etiam comprehendat legitimam filij, & de quibus fructibus loquatur textus,dicẽ infra loco suo,vbi videbimus an loquitur de fructibus repertis in hæreditate tempore mortis filij vel testatoris vel tempore aditionis hæreditatis per filiũ.
6 Pro intelligentia textus cadit prima dubitatio. Quare est,quod paganus non possit substituere directo post aditam hæreditatem & post pubertatem, sunt qui dicant rationem esse, quia postquam adita est hæreditas, bona testatoris efficiuntur proprium patrimonium hæredis,gloss.in lege prima in §. veteres ff. de acquiren. possess. & sic testator substituendo post aditam disponeret de bonis alienis contra auth.ingressi C. de sacrosan. eccl. hanc rationem refert præcep.meus.in l. post aditam C. de impub.in primis verbis.sed non est bona ex multis. Primo quia attenta hac ratione nec miles posset substituere directo.non.n. reperitur priuilegiatus miles in hoc.imo contrarium vult text.
7 in l.eum filiusfamilias.in fi.ff. de test. mil. † Secundo hæc ratio non est bona. quia quicquid sit de bonis alienis de heredis bonis potest testator disponere. l.vnum ex familia. §.si rem. ff.de lega.2.l.hæredem C.de fideicommiss. Bart.in l.nemo potest. in §.oppo. ff.de legat.1.vbi dicit,quod de re heredis prout de sua potest testator disponere,facit quod vult Bald.in l.1.in vlti.colum.sup.tola.matrim.in l.assiduis.post C.qui pot.colum.in princ.ver.quę hodie contra C.qui po.in pigno.hab.vbi etiam antequam quis instituat hæredem, potest obligare bona heredis futuri.
8 Tertio hæc ratio non est bona, † quia quis potest testari de rebus alienis domino consentiente l.sicut §.venditionis. ff.quib.mod.pign.sol.cap.1.in princip.de prohib.feud.alie.per Feder. vbi Bald.no.tradidit præcep.meus.in l.si quando §.nullam 2.col. ver.4.C.de inoffic.testam.& in l.eum proponas in prima.C. de pact.sed hæres adeundo hęreditatem consentit omnibus dispositis in testamento per testatorem.§.hæres mihi de oblig.quę ex quasi contractu nascuntur,ergo &c. Quarto hæc ratio non est bona, quia ea attenta post aditam hæreditatem etiam per fideicommissum non posset grauari hęres, quod tamen est falsum l.1.& per totum titulum ff.ad Treb.
9 † Secunda itaque ratio assignatur, quod ideo paganus non potest substituere directo post aditam,quia qui semel est hęres amplius nõ potest desinere esse hæres l.et qui sup.titul.1.l.& si sine,in §.sed quod Papinianus ff.de mino. Vnde si postquam primus est effectus hæres, alius etiam efficeretur hæres directo, reperirentur duo heredes, & sic duo domini in solidum, quod esse non potest l.si vt certo §.si duobus vehiculum ff. commo. hanc rationem voluit in effectu Bart. in l. prima.C.de sacrosan.eccle.in antepe.colum.ver.sexto quæro.vbi idem Bald.in 3.colum. versi. octauo incidenter. Angel. in l. precibus. in prima columna.C. de impu.in l.post aditam.vbi præcep.meus.eodem titul.& in l. in testamento C.de testam.mili.in secunda columna,& ita transeunt omnes. Sed aduerte, cum illa regula, qui semel est hæres, &c. deberet procedere, quando simpliciter, & absolute a principio constituitur hæres. sed vbi a principio testator facit eum hæredem cum modificatione, vt aliquando desinat esse hæres, quare non debet desinere esse hæres, cum debeat posse rebus suis imponere legem quam vult etiam contra regulas iuris,vbi vtitur liberalitate l.quoties C.de dona. quę sub modo. Et si diceres, aduerte, quia vbi quis semel efficitur hæres iura personalia actiua, & passiua hęreditatis radicantur, & imprimũtur tanquam quidam caracter igneus in persona ipsius heredis casus ita quod ipso iure non possunt amplius euelli l.quis ergo casus. vbi gloss. ff.de pecu.glos.in l.tertia.ff.pro soc.& declarat magistraliter Bartol.in l.quarta.ff. de serui. columna secunda. in vers. sed tunc vltra quæramus, vbi dat exemplum de caractere baptismi,quod imprimitur in anima,& de caractere igneo quod imprimitur in corpore. respondeo, quod hoc attento si non posset instituere directo,dependet ab hoc, qđ non possent euelli iura directa semel affixa,& sic nõ posset amplius desinere esse hæres, ergo nec etiam miles deberet posse substituere directo post aditam hereditatem. contra istum text. & l. miles ita.infra de testam.mili. Item si esset bona similitudo de impressione characteris ignei, & characteris baptismi, ergo nec etiam lex ciuilis posset facere aliquem desinere esse hæredem ipso iure,quia non debet plus posse lex mortua,quã princeps,qui est lex viua §.fina.in auth.de consulibus.glo. in l. more.ff.de iurisdict.omn. iudi. sed princeps non posset imprimere characterem igneum,& ad libitum auferre.ergo nec lex, attenta prædicta similitudine, posset auferre statum sine alio facto iura directa iam infixa,contra l.in substitutione.vbi glo.inf. eod. Item licet non possent euelli iura directa,deberet saltem testator substituendo posse transferre in alium iura vtilia insolidum etiam de iure ciuili, iuxta doctrinam Bartol.in l.1. sup. in 5. principali. vers. item dubitatur. Item saltem dominium bonorum,quod non est infixum personę,& quod potest transferri de vno ad alium ipso iure per ipsum testatorẽ l.fi.C. de lega.

Breuiter

---

a Secundum quam conclusionem consuluit Angel. consil. 151. vers.& ideo mater,& consil. 124. colum.fina.& consil.131.ad fi.& consil. 286. versic. quarto præmitto. & consil. 306. in fin. Pau.de Castr.consi.355.colum.secunda,secundum antiquam impres. secundum eandem consuluit Rapha. Fulg. consil. 26. in princip.& Pet.de Ancha.consil.27. colum. prima. Car.consil.133.colum.pen.ad fin. Egi.Bellame.consil.27.colum.tertia. ver.quod autem sit.Socin.in consil.78.columna 1.& in consil. 80.colum.sexta Are.consil.18.colum.pe.& consil. sequen.columna secunda,& consuluit secundum eam.dicit communem Alexan.in consil.139.colum.1.lib.1.& in consil.43.in fin.libro 2.& in consil.3.colum.fi.in princip.libro 3.& in consilio 32. in fin.eodem libro tertio,& in consilio 29.colum. secunda. libro 5. & dicit hanc communem tam de iure canonicó quam ciuili domi. Decius in consilio 55.colum.quinta.post Roma.consilio 185. colum. prima. vbi etiam ponit casum quando detrahuntur tres quartę,& ista conclusio procedit sine dubio in suis terminis. Sed dubium est, quid si filius pure vel incontinenti est grauatus restituere,an detrahet duas quartas? Bartol.in dicto §. meminisse tenet quod non.& Bald. in l.quamquam. C. ad l. Falc.cum simili.vt per Fab.in repet.authen.nouissima.colum. 80 versicul.super 24.quæstio.& duabus columnis sequẽ. C.de inofficio.testamento, & pro ista parte consuluit Alexan. consil.142. columna quinta.versicul.sed his non obstant. libro 2. Contrariam tamen quod filius etiam pure vel incontinenti grauatus restituere detrahat duas quartas tenet gloss. antepenul.in cap.Raynutius.de testa.& ibi Innocen.& Ioan. Andr.sequuntur,& Fab.in d.repe.auth.nouissima. colum. 85. in fi.ante versicul.& ad contraria.hanc firmat.istam etiam tenet Guido Papæ in decisio. Parlamẽ.delphi. quęstio.52.vbi dicit ita obseruari per totum mundum,& de hoc vide Lancel. Pol. disputantem in repet.l filium quem habentem.colum.45.in fi.vers. circa quartum.§. nunquid.C.fam.hercis.

tem, ita intelligens, l. precibus. C. cum hac conclusione trãseunt
communiter doctores, vt [illegible] col. versic. quintus ca
sus. Sed aduerte, quia videtur indistincte tenendum quod isto
casu siue mater sit in medio siue non, semper obliquetur post
pubertatem, quia miles in dubio censetur velle vti iure com-
muni, [illegible] verba secundum suum significatum patiantur l.
in testa[illegible] C. de testa[illegible] & dictum est supra se-
247 [illegible] † Sed de iure communi compẽdiosa facta per
verbum commune obliquatur, vt in pupillari ętate valeat iu-
re directo, post pubertatem iure fideicommissi, vt concludit
Bart. [illegible] princ. vbi dicetur, & dicit Alex. hic 13. col. in fi.
quod [illegible] hoc fundamentum non potest resp[illegible], sed ad hoc
respondeo multipliciter tenendo communem, quod ideo in
pagano obliquatur post pubertatem, quia [illegible] etiam si vellet,
non posset substituere directo, nõ autem quia [illegible] de iure com
muni verbum commune capiatur in significatione obliqua,
248 † hoc probatur, quia vbi datur potestas substituendi directo ẽt
in pagano substitutio facta verbis communibus interpretatur
potius directa quam fideicommissaria, c. si pater, de testa. in 6.
glo. in l. verbis ciuilibus sup. eodem in gl. finali [illegible]. Hoc proba
tur quia facilius fit digressio de directa in directa [illegible], quã de di-
recta in fideicommissariam vt per Bar. sup. in 1. opp. [illegible] si in
pupillari ętate valuit iure directo debet etiam valere iure dire-
cto post pubertatem data potestate substituentis, & tanto ma-
gis quia sic fit vniformis determinatio prout in dubio fieri
debet, arg. l. Arrian. hoc iure, sup. [illegible] dici potest, quod immo
miles in dubio censetur velle testari non solum de iure cõmuni
ẽt de iure speciali, & ita plenius adimpletur eius voluntas, arg.
l. 3. ff. de test. mil. vel respondendo in forma dic, ꝙ in casu no-
stro sunt duę prćsumptiones, vna ꝙ prćsumatur vti iure cõmu
ni, alia ꝙ prćsumatur in dubio quis directo substituere, nõ per
249 fideicommissum d. c. si pater, & [illegible] fortior † Quia in testa-
mẽtis plenior interpretatio debet habere locum, l. in testamẽ-
tis ff. de reg. iur. c. cum dilecta de dona. prćsumptio autẽ fortior
tollit aliam prćsumptionem l. Diuus cum ibi no. ff. de testa. in
test. Tñ aduerte ad l. in testa. & ita habes defensatã opin. Bart.
& cõem, contra q̃ tu pondera istum tex. dum tex. facit vim, qd
substitutio erat facta directo, & sic verbis directis, ergo secus

innuit, si verbis cõibus, sed põt dici, ꝙ bene secus innuit si ver-
250 bis obliquis, non aũt si verbis cõibus † cum verba communia
ẽt iudicentur in dubio directa, d. c. si pater, & per gl. in d. l. ver-
251 bis ciuilibus, sup. eo. Tertia est conclusio † ꝙ vbi compendiosa
fit a milite verbis obliquis, vt est verbum, restituat, omni tẽpo-
re est fideicõmissaria prout ẽt in pagano, ita vult Bar. dum alle
gat l. cohęredi. §. cum filię, inf. eo. & sic vult quod sicut substi-
tutio fideicommissaria a pagano nõ comprehendit legitimã,
ita nec ẽt facta a milite & per hoc vr̃ contrarius ad ea quę dicit
in l. precib. C. de imp. 2. col. vers. vlterius oppo. ante fi. dic vt di-
252 ctum est supra in nona dubitatione. † Circa secundam q̃onem
tertię q̃onis principalis. Aduerte primo inquantum Bart. vult,
b ꝙ lex sit certa ẽt de futuris, quia hoc non est verum, est n. solũ
lex certa de prćsentibus & pręteritis, gl. in §. conditiones, insti.
de verborum ob. in verbo, per naturam, l. si pecunia, §. si seruũ,
vbi Bar. ff. de cond. ob cãm, l. cum ad prćsens, ff. si cer. peta. Bar.
in l. eius qui in prouincia. 2. col. eo. tit. ita loquitur text. in d. l. cũ
quidam §. suum ff. de acqui. hęred. vbi ipsemet Bar. hoc declara-
rat. Alex. hic 17. col. in prin. pręceptor meus, col. 15. & facit, qa
de futuris contingentibus non est determinata veritas l. vẽtre,
253 ff. de acquir. hęr. † sed tu aduerte, quia vr̃ etiã quod nec de prę-
sentibus & prćteritis sit certa, nam de prćsentib. & pręteritis
lex prćsumit, & cõtra suã prćsumptionẽ admittitur probatio
in cõtrariũ, l. fin. in prin. ff. quod met. cau. cum si. ergo nõ est certa.
254 † Quia in rebus certis non cadit prćsumptio vel coniectura. l.
continuus, §. cũ ita ff. de verbo. obli. nec admittitur probatio in
cõtrarium. Et si diceres, lex est bene certa de his quę homo per
rerum naturam scire potest, vt tenuit Bar. in d. §. suum sed ho-
mo non potest per rerum naturam esse certus de his, quę sunt
in animo alterius, quia de his solus Deus est scrutator, respon-
255 deo, qd † hęc solutio esset vera, si lex tñ prćsumeret super his,
quę consistunt in animo, vt in l. 1. cum gl. C. ad legem Cor. de
Sica. cum similibus, sed prćsumptiones legum etiam fiunt su
per factis extrinsecis, quę non remanent in animo, vt in d. l. si.
quod metus cã, & in l. si qui adulterij. C. de adul. & in c. literis,
de prćsump. & in l. filium diffinimus, ff. de his qui sunt sui vel
256 alieni iuris. Item prćsumit, ꝙ † qñ scholares intrãt de die & de
nocte domum alicuius mulieris, ꝙ illa sit meretrix. quia scho-
laris non prćsumitur dicere pater noster, vt est dictum Bal. in l.
neq; natales, 1. col. C. de probatio. & sic super hoc non est cer-
ta, & tñ hęc non consistunt in solo animo. Si tamen clericus
amplectatur mulierem, est bene prćsumendũ fm gl. in c. absit,
c 11. q. 3. declarando tñ vt per Panor. in c. 2. de cler. non residen.
ad fin. in c. 2. de reg. iur. notabiliter in c. quanto, vlt. col. de prę-
sump. Itẽ si diceres, posse videri quod licet ipsa lex sit certa de
prćsentibus & pręteritis, tñ apud iudicem nescitur, an lex teneat
illud.

a Ita tenet Lancelot. Pol. in tracta. substit. charta 42. col. 3. versic.
quarta conclusio. Sed contrarium videtur velle Alex. cons. 12.
col. 5. lib. 3. dum dicit, quod ex eo, quod testator miles in substi
tutione apposuit verba directa, censetur voluisse valere substi-
tutionem post pubertatem iure directo. quasi innuẽs, quod si
miles vsus fuisset verbis communib. non constaret de mente
sua quod voluerit post pubertatẽ valere iure directo, sed cense-
retur vsus iure communi, & clarius tenet Alex. cons. 17. col. 5.
versi. adeo dico, lib. 3. sed Ioan. Baptist. de Sancto Seuer. in rep.
l. precibus. colum. 11. versicul. interdum facit. C. eod. videtur
transire cum Paul. de Castr. qui eadem adducit fundamenta
quę infra & vult, quod siue matre in medio, siue non, sit fidei-
commissaria. sed Paul. de Castr. in consilio 255. colum. fina. se-
cundum antiquam impressionem, tenet quod tunc non erit
directa post pubertatem.
b Contra Barto. etiam tenet Lancelot. Poli. in tractat. substi. char-
41. columna quarta, versiculo secundo quæri posset, sed proto
lut one Barto. dic, quod ipse Bart. voluit dicere, quod lex est cer-
ta, quia habet suam certam & insolidam determinationẽ siue
substitutionem, quæ tantum vnica esse potest siue eueniant in
fra tempora pupillaris ætatis, siue post, vtroq; casu inuenit de-
terminationem factam a lege, & sic substitutio non variatur,
sed dispositio de ea, quia vno tẽpore lex aliter disponit de sub-
stitutione facta per verba communia, & alio tempore aliter &
de vtroque certa est data determinatio. ista est mens Barto. ta-
cit l. Arriani. C. de heret. & quod dicit Bart. in l. prima, colum-
na prima. versicul. sed contra hoc ff. de condictio. ex l. Alexan.
in l. prima, in princip. in gloss. in versi. constitutus. ff. de offic. eius
cui mand. est iurisd. ẽt.
c Vide Bald. in leg. quid ergo, §. si hæres, ff. de legat. primo. Ale-
xand. in leg. prima, de varijs & extraord. crimin. Angel. de Are-
tin. in tractat. maleficiorum in gloss. in verbo che me hay adul-
terato la mia donat. colum. na tertia in princip. & qua pęna pu
niatur clericus se iactans de adulterio, si scandalum sequatur,
vide Paul. de Castr. in consilio 205. & in consil. 345. secundum
antiquam impressionem. Ferdinandus de Loazes.

illud, de quo agitur, vno modo vel alio, ideo de hoc constare debet vt est de mente Bar. in d. §. suum. rndeo, hoc procedere in iis in qbus lex præsumit nec pro nec ꝯ, sed vbi lex præsumit ita esse, ex quo ipsa debet esse certa, non deberet admitti probatio in ꝯrium.
257 † Et tñ per testes admittitur, si sit præsumptio iuris. & per confessionem partis etiam qđ sit præsumptio iuris & de iure vt traditur in c. is qui fidem. de sponsa. per Pan. post gl. & alios. & per Bar. in auth. sed iam necesse. C. de dona. inter virũ & vxo.
258 † Ego puto itaque sic posse dici, qđ qñ sunt facta, licet non consistentia in animo, tamen sunt talia facta, quæ per rerum naturam ab aliquo homine non possunt verisimiliter cõiter sciri, cum pro certo lex hoc non sciat, sed præsumat, & admittat probationem in ꝯrium ita loquũtur prędicta. Vbi vero est tale factũ, quod est possibile sciri ab aliquo homine per rerum naturam, vt qđ aliquis sit mortuus, vel qđ in vtero non sit nisi vnus partus, & tunc lex de istis dicatur certa, & qđ fuerit certa in præteritum, constat, ex eo, quod postea in futurũ apparet, ita loquuntur iura primo loco allegata. cogita tamen diligentius, quia noua est difficultas. Secundo aduerte, inquãtum Bartolus vult quod sunt quædam verba, quæ dicantur simpliciter directa, seu directa de iure gentium, quædam verba, quæ dicantur simpliciter directa, seu directa de iure gentium, quædam vero directa & ciuilia, & hæc difficilius obliquãtur. & idẽ repetit Bartolus in penultima columna & videtur probari in l. verbis. in ver. similibus. sup. eodem.
259 † nam videtur, quod non possint appellari directa simpliciter seu de iure gẽtium, ex quo secundum eundemmet Bartolum non habent a iure propriũ significatum, & intelliguntur directa vel obliqua secundum quod casus eueniet. vnde videtur potius communia, & ita cõsiderat Lancellotus Poli. hic. sed declarando mentem Bartoli hic dic, quod ipsa verba de se & ex sui principaliori natura bene sunt directa, quia denotant, qod bona deueniant ad vocatos propria authoritate, sed tamen non ita hoc importãt, quin etiam possint significare, quod de manu alterius capiat. Item licet importent, quod propria authoritate, tamen possunt importare quod capiat propria authoritate vt legatarius, vel vt fideicommissarius, non vt hæres, vt dicit Bar. secus autem est in verbis directis & ciuilibus, quæ salua ratione recti sermonis non possunt trahi ab obliquum, nec ad legatarium, vt dixi sup. allegando Bal. hic col. 1. ista est differẽtia quam vult Bar. quicquid dicant isti Senen.
260 † Tertio aduerte, quia tex. in l. Titia. §. 1. ff. de lega. 2. non videtur probare, quod verbum, capiat, de per se sit verbum directum, & dicitur qđ propria authoritate capiat, vt dicit Bar. nam tex. ibi non loquitur simpliciter de verbo capiat, sed de verbo, capiat a se ipso, quod verbum, a seipso, bene declarat quod propria authoritate, & quod verbum capiat siue accipiat non importet quam propria authoritate, videtur text. in l. libertus libertabusque. in versicu. vt quæcunque & c. ff. de ali. & cib. quem allegat Aretin. in column. penulti.
261 † Et scias quod verbum, accipiat, non importat de se, quod in accipientem debeat transferri dominium. Barto. in l. 1. ff. de rerum permu. & in l. naturalis. §. 1. ff. de præscri. verb. tamen Barto. ibi loquitur in contractibus, non in vltimis voluntatibus. His sic declaratis habes modo colligere duas conclusiones ex dictis
262 Barto. † Prima est conclusio, quod substitutio compendiosa facta a pagano impuberi, cui potest substitui pup. illariter verbis directis[a] & ciuilibus, vt quãdocũque, vel si decedat filius meus sine liberis, talis hęres esto vel talem instituo, in totum expirat, si filius veniat ad pubertatem, & postea moriatur sine liberis. & sic substitutus neciure directo nec per fideicommissariam substitutionem admittitur, ista cõclusio est communis, vt per Imo. 4. colum. in fi. per Alexan 15. colum. Aretin. 7. colum. & per do. meum. 15. colum. per Cor. consil. 370. in vlti. colum. in 1. parte. Pro hac conclusione adducitur primo text. super quo principaliter fundatur in l. verbis, supra eodem vbi frustra uerbis ciuilibus sit substitutus post 14. annum. sed non fieret frustra, si traheretur ad fideicommissariam substitutionem, & ibi
263 constabat de uoluntate testatoris. † Ad istum tex. respondetur quod dicitur frustra fieri quantum ad hoc, quia ipsa uerba ciuilia non possunt habere suum effectum in sensu directo. sed quantum ad hoc ut etiam non obliquentur, illa lex urgenter non probat. & hæc solutio probat. 1. quia si in illo uerbo, frustra, iureconsultus uoluisset actum nullo modo ualere, non fecisset dubitationẽ, an saltem tanquam cohęres debeat admitti. præterea tex. ibi dicit, quod non debeat admitti ut coheres, qa fieret contra uoluntatem defuncti, ubi ergo trahitur ad aliam dispositionem, per quam non fiat contra uolũtatem defuncti, imò eius uolantas aliquãdo seruetur, ille tex. potius innuit, qđ põt trahi, sic il'e text. hoc modo potest retorqueri in contrarium Item ille textus loquitur generaliter quando fit uerbis ciuilibus post 14. annum. unde potest intelligi, quod institutus tempore substitutionis factę uerbis ciuilibus debet esse ma-
264 ior. 14. anno, ut hic uult Imo. colum. 5. & tamen hoc † casu cõmunis opinio est, quod quando fit substitutio uerbis directis filio puberi, quæ nunquam potuit valere vt pupillaris, trahatur ad fideicommissariam,[b] per l. Sceuola. ff. ad Trebe. confirmatur hęc solu. per §. si. insti. vbi dicitur, qꝫ extraneo vel puberi nemo potest ita substituere, si hæres extiterit, & intra aliquod tẽpus decesserit alius sit hęres, & tamen secundum communẽ opin. isto casu trahitur ad fideicommissariam, vt per Bar. post gl. in l. verbis. supra eodem tradit Alex. hic col. 18. ad fi. versi. ex prædictis. & Soc. col. antepe. versi. 2. casus est, licet do. Gui. Papæ determinet cõtrarium in hoc vltimo in deci. 534. sed ma-
265 le & contra communem cũ reuerentia tanti practici. † Secundo adducitur. l. in pupillari. supra eodem. sed responde, quod adueniente pubertate expirat substitutio pupillaris, non autẽ ille text. negat, quin remaneat fideicommissaria, vel aliter & melius dici potest, quod ibi constat, quod voluit facere tantũ pupillarem, tanquam dixerit, si intra 25. annum decedat substituo pupillariter, vel talis sit hæres filio meo. & quod super illo tex. non posset fieri capitale, facit, quia non apperit, an ibi esset substitutio facta per verbum directum ciuile, vel verbum commune, & tamen dicit indistinctè, quod expirat substitutio ergo est necesse dicere. quod constaret testatorem tantum fecisse pupillarem, alias si esset ibi verbum commune, substitutio secundum omnes non expiraret eueniente pubertate, sed trahitur ad fideicommissariam, vt infra per Bart. in 3. quæstio.
266 princips. † Tertio adducitur. l. 1. ff. de iure codicil. vbi si nõ tenet vt testamẽtum, nõ trahitur ad codicillos, nisi sit dictum. & per cõsequens si non valet vt dispositio directa, prout volebat testator, non trahitur etiam ad fideicommissariam. Ad illum tex. potest responderi, quod illud procedit in institutione primi hæredis, non in substitutione. nam si fiat institutio, apparet, quod omnino voluit testari. l. non codicillum. C. de testamentis leg. illud §. tractari. C. de iure codicillorum & ideo non trahitur ad codicillos. sed nos loquimur in substitutione, ex qua, licet fiat verbis directis, non tamen apparet quod testator ita voluerit valere iure directo, quod non iure fideicommissi, vt patet in dicta leg. Sceuola. infra ad Trebell. & ratio diuersitatis est, quia primo casu est habilis ad testandum, secundo casu non est habilis ad substi. tuendum directo post pubertatem, & ideo licet sit vtus verbis directis, tamen per hæc non est dicendum, quod noluerit valere iure fideicommissi. arg. leg. 3. ff. de testa. mili. Item in d. l. 1. agitur de principali & totali[c] dispositione, scilicet de institutione, & ideo difficilius trahitur in aliã speciem, nisi ibi testator hoc expresse dixerit, vt declarat Bart. in termini s. l. 1. §. si quis ita. ff. de verbo. oblig. Quarto adducitur. l. coheredi. §. cum filia. infra eodem vbi tex. vult, quod fideicommissaria substitutio habeat locum, etiã vbi verbis pręcatiis conditio substitutionis egreditur ætatem pupillarem. ergo secus si verbis directis, & re vera, ille text. quem adducit hic Alexand. & non responcet, videtur satis stringere. tamen dicendum est, quod ibi procedere non debeat suum argumentum a contrario sensu, per ea quæ infra dicentur, præterea si ibi inhereamus præcise illis verbis, ergo etiam si fieret per verbum commune (substituo) non valeret post pubertatem contra

a Istam conclusionem examinat ample Phi. Fran. in rep. cap. si pater. colum. 17. versic. sed si quęratur, & duabus colum. seq. eam distinguit per. 7. q. tandem nullam opinionem firmat. Istam conclusio. examinat Lance. Poli. tract. substitu. chart. 42. colum. 4. uersicu. 1. quod substitutio & duabus colum. seq. ubi tandem concludit cum opin. Ioan. And. Abb. in cap. Raynutius. colum. 7. dicit quod opin. Bar. est uerior de rigore iur. opi. uero Ioan. And. ibi placet de aequitate. istam pariter opin. dicit communem, & eam sequitur Bald. in l. sicut in annos. ff. quæmadmo. usufru. amit. Sed opinionem Ioan. Andr. dicit equiorem do. Phili Deci. in l. precibus. colum. 11. C. eod. & ibi Io. Bapt. de Sancto Seue. colum. 12. & tribus sequen. examinat & refert infinitos pro utraque opi. Bart. sequitur Alex. consil. 22. lib. 3. & plura per do. Deci. in consil. 95. column. 2. unde etiam Guido. Papæ consil. 203. colum. 2. uers. ad tertium. lib. 1. & retenta communi de qua hic q post pubertatem non obliquetẽ uerba directa, limita primo qñ cum uerbis directis esset adiunctum uerbum commune uel obliquũ tunc bene obliquantur ita late Fulg. consil. 43. per totum. Alex. in d. cons. 82. col. 1. uer. & antequam. lib. 2. & consil. 40. col. 1. uersic. & anteqꝛ am. lib. 3.

b Ita tenet Ang. cons. 118. Alex. cons. 82. col. 1. uer. quin imò. lib. 2. ubi plures allegat. & idem Alex. cons. 40. col. 1. lib. 3. ꝯrium tñ tenet Bal. cons. 272. lib. 2. idem etiam tenet Bal. cons. 129. lib. 1. ubi dicit hanc opin. esse meram ueritatem. & ibi fatetur communẽ in contrariũ sed hanc tenet Soc. cons. 12. col. 4. in o. uolu.

c Facit qđ uult Bart. in l. si fundus. §. fi. in 2. o. p. ff. de pig. ubi uult qđ quando contractus principaliter committitur arbitrio incertę personę, non ualet. secus si aliquando particularis obligatio ipsius contractus. Barto. refer & sequitur Corneus. consil. 50. colum. 1. lib. 1.

contra iura & docto. Quinto adducitur per Aretin. textus in
cap. si pater de testamen. in 6. in penulti. respon. vbi text. dicit,
quod quando verba & persona, cui fit substitutio, possint
conuenire substitutioni directæ, tunc debet interpretari vt di
recta, quãquam directa interdum ad fideicommissariam ex
causa trahatur pondera dicit ipse illa verba, quamquam in-
terdum ex causa &c. nam si consideremus, quod semper post
pubertatem substitutio compendiosa obliquaretur, tunc illa
obliquatio fieret regulariter, vbicunq; non posset habere lo-
267 cum substitutio directa, non interdum. † Sed ad illum tex. pōt
dici, qđ mens illius tex. est dicere, ꝗ substitutio debet iudicari
directa si verba & persona patiatur, licet aliqñ hoc fallat ex cā,
puta fauore matris post pubertatē, vt in d. l. precibus vel inter-
dū scilicet vbi non valeret vt directa, & sic vbicunq; cā, inua-
liditatis directæ hoc suadet. Præterea text. vult, quod vbi ver-
ba & persona conueniant &c. sit directa, ergo vult a contra-
rio sensu, ꝗ si persona non conueniat, vt quando filius est effe
ctus pubes, quod non obstantibus verbis directis sit fideicom-
missaria, & sic retorqueo illum text. contra Aretin. Sexto ad-
ducitur, quia testator faciendo substitutionem post puberta-
tem & aditam hæreditatem verbis directis videtur errare in
268 nominibus appellatiuis. † sed error in nomine appellatiuo vi-
tiat dispositionem l. si quis in fundi vocabulo. §. 1. ff. de leg. 1.
nisi vt ibi traditur, constet expresse, ꝗ voluerit vno appellati-
uo pro alio vti, vt per gl. & Bar. ibi. isto arg. vtitur Aret. hic col.
8. ver. pro declaratione, & sensit Alex. col. 15. ad fi. dū allegat.
l. si quis in fundi. Sed aduerte ad hoc argu. quia d. l. si quis in
a fundi. loquitur in nominibus appellatiuis a iuregentium [a] in-
troductis, non a iure ciuili, vt per Bald. in l. si in nomine. C. de
testa. & traditur in d. l. si quis in fundi. per præcep. meum col. 5.
versi. 4. dato. nos autem loquimur in nominibus appellatiuis
inductis a iure ciuili, sed quia ego ibi ex multis hanc declara-
tionem reprobaui, ideo aliter & 2. respodeo ad hoc argumen-
269 tum † & dico quod d. l. si quis in fundi. procedit vbi aliquo mo-
do nec proprie nec improprie sub vno vocabulo aliud con-
tineri potest, vt loquitur expresse ille tex. & declarat gl. in l. La
beo ff. de supel. le. in l. in ambiguo, vbi glo. Barto. & pulchre
270 Spec. ff. de re. dub. † sed in casu nostro sub isto vocabulo, talis
hæres esto, vel talem instituo, potest comprehendi fideicom-
missarius saltem improprie l. si filius. §. 1. ff. quod cum eo l. 1. cō
uenerunt. §. licet autem. ff. de peti. hæredita. l. 1. §. de illo. vbi Bar.
ff. ad Treb. optime probatur in l. ex facto in prin. inf. ad Treb.
vbi per illa verba, talem hæredem facias, intelligitur grauare
hæredem restituere hæreditatem illi tali, & sic illum talem
constituere fideicommissarium, ad idem tex. in l. filiusfami-
lias. §. vt quis hæredem infra de le. 1. ibi, vt quis hæredem insti-
tuat aliquis grauare non potest, & tamen valet in vim fideicō-
missi. Et facit quia hæres idem est quod dominus. §. pe. instit.
271 de hæred. qualita. & differen. † sed appellatione domini saltē
improprie venit dominus vtilis, vt per Bar. in l. sed & si posses-
sori. §. item si iurauero ff. de iureiuran. & de verbo instituo, fa-
cit decisio Pau. de Cast. in l. si ita scrip. §. si testamentum supra
de liberis & posthu. Si itaq; verba saltem improprie possunt
adaptari ad fideicommissariam substitutionem, videtur quod
ad hoc vt voluntas testatoris sortiatur effectum, qui vocauit
substitutum, quandocunque moreretur filius, & sic quando
etiam post pubertatem, debebit trahi ad fideicommissa, quia
hoc etiam fit in sustinendo libellum in quo etiam verba im-
propriissime capiuntur vt sustineatur. Imol. in cap. ex literis
de pignoribus quem refert præceptor meus in d. §. item si
iurauero. 3. colum. versi. quinto facit, & quod verba in casu no
272 stro omnino non repugnent † Patet, quia communis opinio
fatetur quod si substitutio facta verbis directis & ciuilibus nū-
quam potuit valere vt directa, bene valeat vt fideicommissa-
ria, vt per glo. Barto. & alios in l. verbis ciuilibus sup. eodem. &
tamen si haberetur in consideratione, quod hic esset error in
nomine appellatiuo, ita quod verba omnino repugnarent, vi-
tiaretur dispositio, dato quod nullo modo a principio actus va
leret, vt probatur in d. l. si quis in fundi. & sic argumen. hoc
273 etiam retorquetur in contrarium. † Septimo adducitur, quia
substitutio fideicommissaria nō trahitur ad directam, nisi vbi
b concurrit fauor libertatis [b], & si testator paganus non habuit
tempus sibi prouidendi de directa substitutione l. nec enim.
§. si. cum l. seq. ff. de testa. mili. l. Antoninus. ff. de fideicom. lib.
ergo substitutio non debet nisi in tali casu directa trahi ad fi-
deicommissariam. Quia contrariorum eadem debet esse iu-
ris dispositio l. fi. §. fi. ff. de leg. 3. præcep. meus pulchre in rubr.
ff. de acqui. pos. Sed ad hoc respondetur, quod vbi fecit fidei-
commissariam substitutionem per verba mere obliqua nullo
modo sub illis verbis obliquis nec proprie nec improprie po-
test comprehendi directa substitutio, sicut fideicommissaria
274 sub directa. † Quia sub eo quod est minus [c] non potest conti-
c neri, id quod est plus etiam improprie & largo modo. Et per
consequens dispositio minus continens difficilius trahitur ad
dispositionem plus continentem quam econtra Barto. in l. tu-
tores. §. curator. ff. de admini. tuto. sed substitutio directa se
habet in plus quam fideicommissaria, vt per Bartol. in oppo.
ad. 2. partem, & dixi in 9. disputatione, ergo facilius directa ad
fideicommissariam quam econtra trahi debet, & sic non ob-
stat quod cōtrariorum eadem debet esse iuris dispositio, quia
procedit vbi est eadem ratio, alias secus gl. fi. in l. & si ꝯ inf. eo.
Octauo adducitur regula, qđ potui nolui & ꝗ volui adimple-
nequiui. l. multū interest. si quis alteri vel sibi. Sed dic ꝗ ibi cla
re constabat, ꝗ voluit acquirere vxori nō sibi, & ita verba im-
portant, nec aliter importare poterant, sed in casu nostro, licet
d vtatur verbis directis, tamen non constat clare [d] quod volue-
rit ita valere iure directo. quod non iure fideicommissi, cum
verba directa saltem possint improprie trahi ad fideicommis-
275 sum † quia fideicommissarius vt dixi, potest dici hæres largo
modo l. si filius. ff. quod cum eo. & quod non clare constet, sa-
tis patet in l. Sceuola. ff. ad Treb. vbi non obliquaretur substi-
tutio directa propter prolationem verborum directorum, ap-
paret quod non voluerit valere iure fideicommissi, quia lex
contra voluntatem testatoris non sustinet eius dispositionem.
276 † Nono adducitur, quod testator non potest facere quin le-
ges habeant locum in suo testamento l. nemo potest. ff. de le-
ga. 1. sed leges volunt quod non possit paganus substituere di-
recto post pubertatē. §. finali. institu. de pupillari substitutio-
ne. ita Imol. hic, sed istud nihil est, quia fateor, quod non po-
test facere testator, quod valeat, iure directo contra legem, sed
dico bene, quod dispositio directa trahitur ad fideicommissa-
riā, vt patet in d. l. Sceuola. adduco text. in d. l. generaliter. §. si
quis pignorato. ff. de fideicommissar. liberta. Fauore libertatis
dispositio, quæ non potest valere iure directo, valet iure fidei-
commissi contra regulas iuris, ergo secus, vbi cessat fauor li-
bertatis, miror quod nullus aduertat. Ad illum tex. tamen re-
sponde, quod quandoq; a iuris rigore receditur fauore liber-
277 tatis. † Non negatur tamen, quin etiam fauore vltimæ volunta
tis recedatur a iuris rigore l. si ita scriptum in verbo, subtilis
iuris regula, & in verbo, humanitate sugg. rente. ff. de liber. &
posth. & l. in tempus in verbo, beneuolentia. de hær. insti. & si
dicis quod hæc solutio non est tuta. quia in d. §. si quis seruo pi
gnorato. concurrebat fauor vltimæ voluntatis, & tamen non
ille fauor, sed fauor libertatis consideratur. Respondeo, ꝗ fa-
uor vltimæ voluntatis non ponderatur in particulari relicto,
e sed bene in principali dispositione hæredis, vt in iuribus sup.
allegatis, tamen cogita, quia in d. iuribus agitur de principali
institutione, hic de substitutione cui non videtur deberi tan-
278 tus fauor. † Vltimo adducitur per Imol. hic colu. 5. l. si seruus
legatus. §. si seruus alienus. ff. de leg. 1. vbi si relinquitur liber
tas seruo alieno directo, quæ directo relinqui non potest, non
valet etiam vt fideicōmissaria, dato qđ concurrat fauor liber-
tatis & vltimę voluntatis. idem probatur in l. seruo tuo. iuncta
gloss.

---

a Et pro hac solu. facit l. insulam. ff. de præscrip. verb. Sed contra eam facit illud, quod consuluit Bolog. post Ioan. de Ana. in addi. ad suum consil. 29. colum. 1. versi. condescendo. vbi consuluerunt, quod si quis errando Imperatorem se nominauerit, vbi solum erat rex, non vitiatur dispositio. & tamen hæc appellatiua Imperator & rex sunt a iure gentium inuenta l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. facit l. si olei. C. locati iuncta d. l. ex hoc iure ad hanc tamen solutionem facit, quod consuluit Barb. consil. 27. colum. 6. in 2. dubio. lib. primo. vbi consuluit, quod si aliquis instituerit Titium tanquam filium proprium, institutio non valet, quia talis error vitiat.

b Socin. consi. 116. colum. 7. versi. primo, quia licet regulariter vbi ampliat procedere etiam in pia causa. Alexand. consil. o primo colum. 4. versicu. & primo. lib. primo. Angel. in consi. 40. colum. 2. Olar. consi. 125. in proposito. colum. 2.

c Immo videtur per textum in leg. Diuus Adrianus. ff. de vsu & habita.

d Igitur si clare non constet non est recedendum a proprietate verborum l. non aliter. ff. de lega. 2. Bar. not. in l. contra. ff. de legibus. ita consuluit Bal. consi. 53. lib. 3.

e Ista solutio optime probatur in l. ex parte. ff. de adim. lega. Bene facit quod inquit Iason. in l. quod seruitus colum. 2. ff. de condi. ob. causa. & in leg. venia. colum. fin. C. de in ius vocando quod iuradicentia interesse reipublicæ voluntates morientium confirmari l. vel negare. ff. quemadmodum testamenta aperiantur l. Gallus. §. quod si is. ff. de lib. & posthum. habere locum in hæredis institutione, & sic in principali dispositione secus in legatis, & sic in particulari relicto. sed salua eius pace non videtur verum, & contra Iaso. expresse oppositum firmaui in repet. §. Diui. l. filiusfa. col. 25. versicu. nec obstat. ff. de leg. primo per tex. quem nouiter ponderaui in l. 2. C. vt in pos. leg. de cuius textu in dictione & veritate ad ibi per me dicta me remitto. Ferdinandus de Loazes.

glo. C. de testa. manumissis. Et bene facit, quia in dispositione
pro libertate debet testator vti verbis aptis. l. libertates. ff. de fi-
deicom. liber. si ergo ibi directa dispositio non trahatur ad fi-
deicommissariã vbi agitur de tanto fauore, ergo multominus
hic. Are. hic col. 8. ad fi. respondet duobus modis, & primo, qđ
licet non obliquetur directa dispositio fauore libertatis, tamẽ
fauore conseruandi fideicommissi & sic voluntatis testatoris
obliquatur, vt per glo. in l. cogi. §. sed & si seruo. ff. ad Trebell.
sed hęc solutio nihil valet. Quia imò facilius obliquatur dispo-
sitio fauore libertatis, quam alterius dispositionis. l. neque eiñ.
§. fina. cum. l. seq. ff. de testa. milit. item in d. §. si seruus alienus.
cõcurrit fauor conseruandę vltime voluntatis, sicut libertatis,
279 & tamen non sic obliquatur. † Non obstat quod in d. §. sed &
si seruo. obliquatur, quia ibi seruus erat hæredis, & agebatur
de conseruanda voluntate testatoris ad totam hæreditatem
vt ibi per glos. Secundo respondet Aret. ꝙ ideo ibi seruo alie-
no legatur libertas directo, & non trahitur ad fideicommissa-
riam, quia fieret diuersa mutatio, primo de directa in fideicõ-
missariam, secundo de pura in dispositionem conditionalem.
l. si redimi possit, sed in casu nostro non esset nisi vna mutatio.
Sed hæc solu. etiam non est tuta quia imò non fieret mutatio
de pura in conditionalem. nam vbi relinquitur etiam directo
res aliena, censetur relinqui sub conditione si redimi poterit,
alias solui debet rei æstimatio. l. non dubium. in fi. de leg. 2. itẽ
non est bona per l. seruo tuo. C. de manumis. testam. vbi non se
quereretur mutatio de pura in conditionalem, cum seruus esset
hæredis, tamen non trahitur directa libertas ad fideicommis-
sariam, nec facit. l. si seruus. §. de hæredi. insti. quia ibi potest su-
mi arg. a cõtrario sensu. s. de libertate fideicommissaria, & ibi
est etiam seruus communis. Tertio itaque Alex. respondet, qđ
ibi est quod imputetur testatori, quia fuit in culpa in nõ emẽ-
do illum seruum, sed hic non fuit in culpa, quia nullo modo
potuisset facere, ꝙ post pubertatem valeat iure directo facit. l.
tractabatur. ff. de testa. mili. ita Alex. licet Decius aliter referat
in l. precibus. Vt facilius responderis, tu dic, quod hęc solu. non
est bona, quia emere non dependet a sola voluntate testatoris,
sed etiam a voluntate domini ipsius serui, facit ꝙ tradit Barto.
in l. 1. 2. & 3. col. maxime in versicu. venio ad quartum. infra de
reg. Cato. itẽ similiter posset dici, ꝙ hic imputatur testatori,
qui post pubertatem fecit directam substitutionem, quam fa-
cere non poterat. Quarto itaque respondetur per Alex. quod
ibi a principio iure directo fuit nulla; ergo non obliquatur, sed
hic a principio iure directo fuit valida. nimirum si facilius de-
bet obliquari. arg. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie.
iuris. Sed hęc solu. vt etiam dicit dominus meus hic, nihil est,
quia est contra casum. l. Sceuola. ff. ad Treb. item contra con-
clusi. quæ habebat, ꝙ quæ a principio non valent iure directo,
etiã ꝙ sit substitutio facta verbis directis & ciuilibus, obliqua-
tur, vt per gl. & Barto. in l. verbis ciuilibus. supra eodem. Item
facilius seruatur actus, vbi nullo modo valeret, quam vbi ali-
quo modo potuit habere effectum, vt infra dicetur, nec facit. l.
patre furioso. quia procedit, vbi ageretur de conseruãdo rem
in illo esse, quod a principio validum habuit effectum, sed hic
agitur de contrahenda directa ad fideicõmissariã, & sic de pri-
mo esse ad aliud esse. Quinto itaque respondet Politus hic, qđ
ibi hoc fit fauore hæredis, vt non teneatur redimere seruũ alie-
num. difficile enim procedunt iura in grauando ipsum hęredẽ
seu bona hęreditaria, vt in mille iuribus patet secundum eum.
Sed hæc solutio nihil est, quia omnimodo in dicto. §. si seruus
alienus. tenebatur redimere seruum, vt posset dare legatario,
cui seruus relictus erat, vnde ad pauca respicientes de facili de-
nuntiant. Sexto itaque respondet Socin. hic colum. 11. in fin. l.
quod ibi si traheretur ad fideicommissariam, remaneret gra-
uatus ille, qui nullum commodum consequeretur ex testa-
mento, scilicet legatarius serui, sed in casu nostro remaneret
grauatus hęres, qui consequitur commodum hęreditatis a te-
statore. hinc est, quod si dominus serui consequitur aliquod
commodum ex testamento, etiam libertas directo relicta tra-
hitur ad fideicommissum secundum eum per leg. cogi. §. si se-
ruum. in glos. ff. ad Trebellianum. l. generaliter. §. si quis seruo
pignorato. ff. de fideicommiss. liberta. Hæc solutio videtur satis
colorata, tamen non est tuta per l. seruo tuo. cum glo. C. de te-
stamen. manumiss. vbi dominus serui erat institutus, & tamen
directa libertas non trahitur ad fideicommissum. item. §. si qs
seruo pignorato. fundat se solum in fauore libertatis. Septimo
respondetur per do. meum, quod ibi testator nullum ius habe-
bat in seruos patet, quia si habuisset aliquod ius etiam solum
pignoris, traheretur ad directum. l. generaliter. §. si quis seruo
pignorato. sed hic testator habebat ius in bonis & in heredita-
te, igitur &c. Hec solutio licet sit colorata, non est tamen de
mente iuriu[m], qui non se fundant super hoc. prętereà text. in
d. §. si quis seruo. fundat se in fauore libertatis ergo secus vbi
280 fauor libertatis cessat, nisi dicas vt dixi in 2. argumen. † Octa-
uo itaque respondet dominus meus hic, & in d. l. verbis ciuili-
bus, col. 5. insf. eod. quod ideo ibi nõ valet legatum libertatis di-
recte in vim fideicommissi, quia testator ibi reliquerat liberta-
tem seruo alieno, quem postea alij legauit, propter quod lega-
tum relictum tollitur præsumptio, quod testator voluerit vale-
re legatum libertatis in vim fideicommissi, hinc est, quod si ne-
mini esset legatus, tunc traheretur ad fideicommissum, vt d. l.
generaliter. §. si quis seruo pignorato. & ratio diuersitatis est,
quia vbi est legatus alteri, non debet trahi in præiudicium ter-
tij scilicet legatarij, l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publico. vn-
de legatum factum tertio est expressum, vnde illud expressum
a facit cessare libertatem fideicommissariam quæ esset tacita,[a] l.
cum [illegible] filio, in prin. insf. eod. Item concurrerent duo specialia,
primum, quod per secundum legatum non esset in effectu di-
scessum a primo, contra glo. institu. de ademptio. lega. Secun-
dum speciale esset, quia legatum quod non potest valere iure
directo, valeret iure fideicommissi, nec obstat text. in l. si idem
281 seruus, ff. de leg. 2. † Vbi videtur præualere legatum libertatis
legato serui facto alteri, quia ibi legatum libertatis erat recte
& rite factum, hæc solutio probatur in l. quę testamentum, ff.
de legat. 2. & in l. seruum filij. §. si idem seruus, de legat. 1. hæc
solutio videtur de mente iurisconsultorum, in d. §. si seruus le-
gatus, quia aliud est, si absque eo quod ille seruus fuisset lega-
tus alteri, directa libertas non traheretur ad fideicommissum,
& si legatum libertatis erat omnino nullum, sine mysterio ibi
iurisconsultus posuisset de legato facto alteri, & facit decisio.
282 Bart. in l. libertates, l. Lucius, ff. de annuis lega. † Et per hec di-
co etiam, quod si ibi testator nullum haberet ius in seruo, & il-
li reliquit directam libertatem, valet legatum in vim fideicom
missariæ dispositionis, si alteri seruus nõ est legatus, quicquid
teneat glo. & doct. transeant cum ea in l. seruo. C. de testa. ma-
numiss. nec obstat ibi text. quod non potest relinqui directo,
sed tamen illud relictum directo factum trahitur ad fideicom
missariam libertatem. non etiam obst. l. 3. §. 1. ff. de iur. codicil.
quia potest dici, quod immo ibi probatur idem quod dixi, te-
nendo quod ibi non sit speciale, quando relinquitur in codi-
cillis. Et sic apparet, quod communis opin. non probatur iu-
283 re. † & ideo teneo, quod illa substitutio compendiosa. quando
cunq; filius meus decedat, Titius sit hæres, in pupillari ætate
erit pupillaris, post pubertatem erit fideicommissaria, & pri-
mo per tex. in cap. Raynutius, de testam. vbi dictum est, quod
si impubes instituta absque liberis moreretur. Alterocha &
eius soboles eidem impuberi succederent, & tamen post pu-
bertatem habet locum fideicommissum, & dicere, quod ibi
verbum succedat sit verbum commune, vt dicit Bar. hic in vlt.
columna versi. quinto dubitatur, non videtur bene dictũ, quia
quicquid sit, quando simpliciter profertur, an sit directum vel
ne, tamen quando dicit ipsi impuberi succedunt, videtur sim-
284 pliciter directum. † Cum impuberi non possit succedi nisi per
directam substitutionem Bald. in l. fi. versi. idem dico. C. de sa-
crosanct. eccles. vlt. col. & consi. 12. in secunda parte, & Fulgo.
consi. 25. incip. d. Titius. Barb. consi. 32. in secunda parte, facit
quod no. Alex. in l. iam hoc. Innoc. in 2. col. in verbo. limita ta-
men in eod. & fortius procedit ille tex. in d. c. Raynutius, quia
ibi non fuerat dictum, quandocunq; moreretur, sed simplici-
ter, si moreretur sine liberis, quo casu non ita videbatur appa-
rere de voluntate testatoris, qđ vellet qñcunq; admitti substi-
tutum, sicut in quęstione nostra. Et si dicis vt dominus meus.
col. 14. circa prin. quod illa verba, eidem impuberi succedant,
important. i. in eundẽ locũ per l. qui quadringenta ff. ad Treb.
l. fi. C. de hære. instit. respondeo, ꝙ non tollitur difficultas, quia
dato quod tali expositioni stari possit, tamen ipsa verba impro
propriantur, cum respicerẽt substitutionem in bonis ipsius in-
stituti, imò successionem, per quam succederetur ipsi institu-
to, vnde qua ratione ibi vis facere impropriationem, eadem ra-
285 tione fiat in casu nostro. † Secundo pro illa opin. quæ videtur
magis ęqua & conseruatiua voluntatis testatoris, bene facit,
quia in dispositionibus testatorum nunquam verborum inter
b pretatio tãtum valere debet, vt melior sensus existat,[b] l. 3. C. de
lib. præte. & ne dum nimia verborum subtilitate, iudicia testan-
tium defraudentur, l. si quid heredi. in fi. C. de insti. & subst. sed
si dicimus, talem substitutionem non trahi ad fideicommis-
sariam post pubertatem, certe verba magis considerantur,
quam sensus & voluntas testatoris, quæ tun. substitutionem de-
bere

a Istam tamen solu. reprehendit meus Decius, in l. præcibus, co-
lumna vndecima, C. eod.

b Sed caue quia lib. 3. & alia hic allegata loquuntur, quando sen-
sus est clarus, vt ibi Bar. cum si. vt per Barba. consi. 8. colum. 10.
lib. 1. & in consi. 20. col. 5. lib. 1. in consil. 62. col. 10. lib. 1. & cons.
55. col. lib. 2. ista autem conclusio procedit, quando dubitatur,
an quando testator vsus est verbis directis voluerit substitutio-
nem ad fideicommissum trahi, vt dicit ipsemet author. sup. in
responsione ad tertium fundamentum.

bere admitti instituto quandocunque decedente. nec verba
omnino repugnant, quia saltem impropriando possunt de-
seruire men. & voluntati testatoris, iuxta c.2. requiris de appel-
a latis possit dici, quod talis sit hæres.[a] fideicommissarius, vel
talem instituo heredem, scilicet fideicommissarium f. l.
quoniam indignū C. de testa. l. cum virum. C. de fideicom. l. 2.
286 C. communia de leg. † In quibus patet, quod de verbis non est cu-
randum, modo habeatur voluntas testatoris, quæ aliquo mo-
do ex verbis testatoris colligi possit. nec potest dici, vt dicit præ-
ceptor meus, quod sint verba contraria, quia si sic esset, & mi-
sceret puberi verbis directis, non valeret in vim fideicommissi
contra communem opin. de qua in l. verbis ciuilibus sup. eod.
nec possunt dici contraria, vbi saltē largo modo vel largissime
aliquo modo comprehendi possunt sub vocabulo. l. acl. omni
287 verb. ff. de actio. & oblig. † Præterea si vulgaris trahatur ad
pupillarem & econtra, in quibus verba vnius substitutionis
contrariantur alteri l. iam hoc iure supra eo. & hoc propter cō-
iecturatam mentem testatoris, vt ibi dicitur per Barto. & Pau.
quanto magis debeat trahi directa ad fideicommissariam, vbi
de voluntate testatoris non ex coniectura sed expresse appa-
reret, quod voluerit substitutū quomodocunque admitti, & verba
sua omnino non repugnant, & dato quod intentio sua fuisset
eum non admittere directo, quare non debet admitti per fi-
deicommissum, cum verisimiliter si fuisset interrogatus hoc
voluisset. Quia qui vult aliquem habere illud, quod est plus, ve-
risimiliter censetur & velle quod habeat illud quod est minus. Attē-
to maxime, quia omnes testatores nesciant vti verbis colligē-
b tibus omnem substitutionem.[b] vt in simili dicit glo. & Bald.
ibi in l. quoties. C. fam. hercis. nec etiam debet nocere ignoran-
tia notariorū, qui sæpe minus complectuntur voluntatem testa-
toris in verbis suis, iuxta l. fin. C. de fideicommis. cum sua glo.
traditur Aret. consi. vlt. colum. penul. Tertio adducitur l. præ-
cibus. C. de impub. vbi substitutio, quæ potuit valere iure di-
recto ante pupillarem ætatem obliquatur post, & si dicis, quod
est fauore matris. Respondetur, quod non debet esse maior
fauor matris, quam fauor sustinendi voluntatem testatoris
eo modo quo potest. argumen. l. vel negare. ff. quæmad. testa.
aperian. Et si dicis, quod ibi erant verba communia, est aper-
288 te diuinatio, vt supra discussum est. † Quarto adducitur l. Sce-
uola. ff. ad Trebel. & communis conclusio glo. & doc. in l. ver
bis ciuilibus supra eod. vbi substitutio facta verbis directis tra-
hitur ad fideicommissariam, & si dicis hęc procedunt, eo quia
nullo modo in illis casibus potuit valere iure directo. vnde ne
substitutio sit penitus inutilis admittitur quod verba directæ
substitutionis trahantur ad fideicommissariam. Respondeo
quod aut vis dicere, quod verba directa repugnant fideicom-
missariæ substitutioni, nec eam aliquo modo importare pos-
sunt, & tunc etiam quod a principio non potest valere iure di-
recto non trahetur ad fideicommissum l. si quis in fundi voca-
bulo. secundo responso. de leg. 1. l. in ambiguo. in fin. ff. de re-
bus dubijs, vbi Barto. Aut vis dicere, quod verba directa pos-
sunt aliquando importare fideicommissariam substitutionē
nec omnino ei repugnant, & tunc dico, quod vt dispositio,
& voluntas testatoris habeat locum, ipsa verba debent im-
propriari, per ea quæ dicta sunt supra in secundo fundamen-
to, & ista est regula firmissima in omni materia, maxime vlti-
mæ voluntatis. Præterea si vbi nullo modo potuit valere vt
directa, trahitur ad fideicommissariam. ergo multomagis vbi
potuit valere iure directo, si modo valuit, debet trahi ad fidei-
289 commissariam. † Quia vbi actus est a principio ipso iure nul-
lus difficilius trahitur ad aliam speciem, quam vbi actus ali-
quando valere poterat, vt Barto. in l. 2. colum. 2. in 3. requisito.
supra eodem & facit tex. in d. l. Stichus seruus in fin. ff. de ma-
nu. testa. ibi, qui nullum casum vtilem habet &c. Et si dicis, vt
dicit Alexand. quod in l. Sceuola. poterat testator substituere
directo, sed non poterat in codicillis, hic vero non poterat si-
militer substituere directo respondetur, quod illud retorque-
tur potius in contrarium, quia sicut ibi licet posset valide substi-
tutionem directam facere faciendo testamentum, & non fe-
cit, succurritur, vt saltem valeat iure fideicommissi, ita etiam
hic debet succurri. nam ex quo volebat testator in casu nostro
valere substitutionem iure directo in pupillari ætate, habuit
vti verbis directis, quę largo modo post pubertatem possunt
continere fideicommissariam. Nec est inconueniens, quod
c vnum & idem verbum fiet proprie & impropriē,[c] iuxta l. 2. ff.
290 de offic. procon. & lega. hoc adducitur. † Nam verba de vno
significato ad aliud significatum variantur, secundum quod
variatur persona circa quam proferunt l. pater Seuerinā. §. cō
d ditionum[d] ff. de condi. & demon. vbi verbum tutela in pu-
pillari ætate capitur proprie pro tutela, post pubertatem pro
cura, vt voluntas testatoris conseruetur, ergo etiam in casu
nostro verba directa tempore pupillaris ætatis importabant
directam substitutionem, post pubertatem fideicommissa-
riam. Et si dicis, vt dicit Barto. in l. in pupillari supra eod. in §.

conditionum. variatio semper fit ad eundem
effectum, hic vero ad contrarium, quia pupillaris est tutor pu-
pilli, fideicommissaria est onus respondetur, quod de hoc non
est curandum. primo per istū tex. vt dixi in l. oppo. Bar. secūdo,
quod seruet volūtas testatoris, qui voluit substitutū habere bona
et pupilli, si decessisset i pupilli ętate. ergo multomagis voluit
habere bona ipsius testatoris per fideicō. & ita teneo op. Io.
Andr. cōtra cōem. Et si dicis, nō ne testor ... quia doct.
291 cōiter tenetur. † Quia cōis opi. æquiparatur dispositioni legis,
vt per Bar. in fi. de pœna iudi. qui male iudi. ... aliquē
substituit stimulat, quē nolebat substituere, & vt ... de
vento, cōsidera. ta cōi opi. fecit sub ... verbis directis re-
spondeo, quod vbi circa hoc concurrerēt aliquæ præsumptiones,
posset teneri cōmunis opi. sed in dubio non esset recedendum
a voluntate testatoris, quæ talis præsumitur, qualiter verba im-
portare possunt etiam impropriando verba quando impro-
priatio colligitur ex alijs verbis testatoris per quæ appareat de
eius voluntate, & ita vt supra iudicando & consulendo tenen-
dum esset secundum opin. Io. An. tanquam melioribus
fulcitam rationibus, & magis æquam, & hæc opin. videtur
Ioan. Bap. de Sancto Seuerino in l. precibus. C. de impube.
maxime haberet locum in curia, vbi æquitas debet seruari
vt coram arbitratore. & sic persona substituta esset multum
dilecta a testatore, vel esset pia causa substituta, & ideo dicit do-
mi. Decius in d. l. precibus colum. 9. in princ. quod opi. Ioan.
And. obseruaretur in curia Delphinali, vbi et plurimum æqui
tas abundat. & voluntas testatoris inspicitur. Sed in adueniente ad
hoc vltimum verbum doc. Decij quod dominus Guido Papæ opti-
mus practicus in hac patria Delphinali & in prædicta curia
adhuc tenet in fortioribus terminis, quod vbi nunquam po-
tuit valere iure directo, non trahitur ad fideicommissariam,
ergo multomagis idem dixisset in terminis nostris ipse in quę-
stione. 534. & tamen ibi nullam mentionem facit an curia illa
determinauerit vel ne. & puto quod in isto casu doc. Guido
cum reuerentia sua dixerit contra cōmunem, de qua in l. ver-
bis ciuilibus per Barto. & alios sup. eo. & contra equitatem. &
hæc opin. Ioan. And. procederet indubitanter, vbi in testamen-
to esset clausula, & alias omni iure, via, & forma, modo & cau-
sa &c. per tex. in l. cū pater. §. filius matrem. cum multis ... no.
292 per Barto. & Bald. de leg. 2. † & per quem tex. in specie Bal. in
l. verbis ciuilibus sup. eo. Dicit, quod dispositio testatoris ... irrita,
quæ non potest valere iure directo valebit iure fideicommissi,
quia iuramentum habet vim clausulæ, & omni meliori mo-
e do[e] &c. & vt dicit Barto. in d. §. si filius matrem. & tradit Ful-
go. cons. 44. col. 1. in specie ad propositū nostrum de illa clau-
293 sula, & omni meliori modo &c. † Itē indubitanter procede-
ret opi. Io. And. quando diceret testator, quandocunque decesserit filius,
talis sit heres vel talē instituo vulgariter pupillariter & per fi-
deicom. prout solet quotidie fieri. & hoc per doct. Barto. in l.
quærebatur. ff. de testamen. milit. Item indubitanter proce-
deret

---

a Sed ista verba sunt adeo directa quod minime ad fideicom.
adaptari posse videntur secundum Bald. consi. 54. lib. 3 Aret.
pariter in cons. 82. colum. 1. & maxime si esset adiectum ver-
bum instituo mihi, quia non potest exponi, i. restituo mihi, vt
dicit Bald. cons. 272. lib. 2.

b Quam glo. refert Paul. de Monte Pico in repet. l. Titia. §. fin.
col. 16. in fi. ff. de leg. 2. ad vnam quęstionem de qua ibi per eū,
vbi nonnulla singularia dicta refert. Fed. de Loazes.

c Adde glo. 4. in l. si filius heres. ff. de liber. & posthu. Barto. not.
in l. 1. colum. 3. ff. de testamen. Abb. in c. cum dilectus in 6. not.
de consue. Barb. consil. 27. colum. 15. versi. & si dicatur, & in
consi. 64. colum. 8. in prin. lib. 1. & in consi. 17. col. 6. & in cons.
34. colum. 14. & in consi. 44. col. pen. lib. 2.

d Et istam opi. ibi sentit Barto. d. lin in prin. dicit illum tex. face-
re ad materiam compendiosę, sed Bald. in l. sicut in annos. ff.
quemad. vsufruct. amit. respondet ad hunc textum.

e Adde Are. cons. 24. col. 1. in cons. 28. col. 1. Bar. in l. si quis pro
eo. in prin. in. 7. membro. ff. de fideiul. Bal. in l. tanctimus col. fi.
de test. Fel. & d. Deci. c. cum super. col. pen. de off. dele. Socin.
cons. 103. col. fi. in nouo vol. & in terminis Soc. cons. 66. col. 4.
ver. confirmatur eo. vol. & plura per Fran. cur. senio. in cons.
suo 44 colum. 5. in prin. Barb cons. 16. colum. 3. lib. 1. Vide quę
latius dixi nonnulla noniter inferendo in rep. ... l. filius fa.
col. 20. in prin. ver. 4. principaliter. ff. de le. 2. Fed. de Loazes.
Ita loquitur Ful. in d. cons. 43. ita Alexan. cons. 82. col. 1. lib. 1. &
cons. 40. col. 1. lib. 3. Soc. consi. 77. col. 1. consi. 144. colum. 1. in
antiq. & cons. 6 colum. 3. ver. sed hoc insurgit. & consi. 12 col.
5. in princ. in nouo vol. quod tamen sublimita procedere, quan-
do talis clausula esset concepta verbis futuri temporis, secus si ver-
bis præteriti temporis. ita tenet Ange. post Petrucium in l. preci-
bus, & ibi. Ioan Bap. colum. 3. Philip. Franc. in c. si pater co-
lum. 29. de testa. in 6.

dicere opin. Io. And. sine scrupulo, quando in testamentum dice
retur, si in pupillari ætate vel postea decesserit filius, talis sit hæ-
res, quia tunc post pubertatem est facta separata substitutio se-
294 cundum Alexand. hic. columna. 18. † Item indubitanter pro
cederet in testamento, in quo esset clausula codicillaris. Barto.
in dicta. l. verbis ciuilibus. vbi Alexand. supra eod. & Alexand.
hic. colum. 18. versic. iuxta hoc adde. respondens fundamento
295 Paul. † Et ideo cum in testamento inter liberos censeatur esse
clausula codicillaris, per glo. sing. in l. cohæred. §. cum filia. in
a verbo, valuit. supra eo. & in multis a alijs casibus subaudiatur di-
cta clausula, vt per do. meum in l. eam quam. col. 5. C. de fideic.
in talibus, testamentis habebit locum sine dubio opinio Ioan.
296 Andr. † Opinio autem communis posset tantum procedere,
quando simpliciter diceretur, si filius meus decedat, Caium
substituo, vel Caius hæres esto, quia tunc posset interpretari
non recedendo a proprietate verborum, quod voluerit facere
pupillarem, & ita procedat opi. Ange. in leg. in pupillari. supra
eodem & in leg. precibus. C. eod. Sed vbi diceret, quandocun-
que filius meus decedat, talis sit hæres, vel talis sit ei hæres. vel
si diceret, si decedat sine liberis, &c. & tunc tenendum est con
tra communem. licet Bald. vt refert Alexand. hic in 7. colum.
dicat, quod quando dicit testator, quandocunque filius meus
decesserit, tunc posset procedere communis opinio. Sed vt etiā
dicit Alexand. hic, hoc casu deberet trahi ad fideicommissariā,
per cap. Raynutius. de testa. vbi dictum fuerit, ei impubes suc-
297 cedat &c. & tamen trahitur ad fideicommissariam. † Et illud
quod dictum fuerat. supra eo. de clausula codicillari. dicit do.
Decius in dicta. l. precibus. colum. 11. de impub. quod potest
procedere in compendiosa. secus in reciproca substitutione
simpliciter facta, vel substitutione facta de vno alteri hoc mo-
do, quia filium instituo, & eius liberos substituo, quia tunc clau
sula codicillaris non faceret, quod traheretur ad fideicōmissa-
riam substitutionem. allegat Bald. consil. 319. incipiente, qui-
dam Nicolaus. quod hic notandum est, quia etiam doctissimi
298 viri non aduerterūt, vbi laus per eum. † Ego Papiæ habui hūc
casum de facto, & dum ibi legerem leg. Lucius. infra eodem.
tetigi hunc passum quia aduocati quidam tenebant contrariū
scilicet quod etiam in reciproca clausula codicillaris trahebat
reciprocam ad fideicommissariam. allegabant primo Ang. &
Imol. hoc velle in dicta leg. Lucius. sed dixi quod nullum ver-
bum dicebant Ange. Imol. pro hoc secundo allegabant Bald.
in leg. verbis ciuilibus. cum concordantijs. sed dicebam, quod
Bald. & alij doctores ibi loquebantur in compendiosa, quæ est
facta per verbum significans tractum temporis, quo casu appa
ret de mente testatoris, quod etiam post aditam hæreditatem
& post pubertatem vult habere locum substitutionem, & ap-
paret quod si non potest valere directe, vult quod valeat tan-
quam per vim codicillaris. & ideo per expressam volūtatem te
statoris verbum directum trahitur ad obliquum iuxta doctri-
nam Bart. in l. quærebatur. ff. de testamen. milit. sed in recipro-
ca & in prædicta simplici substitutione nullum est verbum si-
gnificans tractum temporis, ex quo colligatur, quod voluerit
etiam post aditam hæreditatem vel pubertatem substituere,
nec clausula codicillaris hoc importabat, solum enim impor-
tabat hoc, quod vbi testamentum non teneret vt testamentū,
transiret in vim codicillorum, sed in casu reciprocæ & prædictæ
substitutionis præsupponimus testamentum tenere, & substi-
tutionem directe valere, igitur &c. vnde si esset aliquis defe-
ctus, per quem non posset valere testamentum, bene tunc reci
proca substitutio quæ nunquam potuit valere iure directo, tra-
hitur ad fideicōmissariam. dicta l. Sceuola. probabam quoque quod
clausula codicillaris non deberet hoc operari. Nec valeret ar-
gumen. de compendiosa ad reciprocam. quia compendiosa fa
cta per verbum commune trahitur ad fideicommissariam post
pubertatem & aditam hæreditatem sine clausula codicillari,
tamen reciproca non. faciam hoc [illegible] supra, eodem in princ. §. 1.
Item adducebam Imo. in l. Lucius. penul. col. in ad [illegible] di
cit, quæ est ratio, quare reciproca facta in codicillis trahitur ad
299 fideicommissariam. † Sed aduerte, quia vbi est clausula codicil
laris, electionem habet substitutus venire ex testamento vel ex
codicillis. l. fin. C. de codicil. ergo si eligeret venire ex codicil-
lis, perinde erit, ac si substitutio facta esset in codicillis, & trahi-
tur ad fideicommissariam. Nisi dicas quod dicta l. fina. proce-
dit in instituto, qui eodem tempore cum venientibus ab intestato
habet venire vel ex testamento vel ex codicillis, secus si
sit substitutus qui a principio habet spectare, an hæres institu-
tus adeat vel non, quo casu si non adiret, veniret ex testamen-
to per vulgarem, sed si adeat, non dicetur posse venire per co-
dicillos, ex quo testamentum valuit vt testamentum, sed quia ille ca-
sus fuit alia via defensatus absque remedio clausulæ codicillo-
300 rum, præsens articulus remansit indecisus. † Nunc autem quic-
quid dicat Decius allego vbi Rapha. Fulgo. Paul. de Castr. &
Philip. Corne. in l. si fratres. C. de fide com. volentes, quod
reciproca substitutio per clausulam codicillarem etiam sim-
pliciter facta trahatur ad fideicommissariam, & similiter illa
simplex substitutio, Titium substituo, & Caium ei substituo,
& illam decisionem sequitur Socin. iun. continuendo. consilio
sexto, in nouo volumine, columna secunda & sequen. quia illa
clausula codicillaris dicit, & si non valet vel valebit iure testa-
menti, valeat iure codicillorum, quæ verba important secun-
dum omnes docto. in l. verbis ciuilibus, quod si non valet vel
valebit iure directo, valeat iure fideicommissi, sed post aditam
hæreditatem & post pubertatem non valet iure directo, ergo
debet valere iure fideicommissi post mortem instituti, & sic
domi. Decius in dicta l. precibus, qui dicit, quod quandoque
doctissimi viri decipiuntur, ipse valde se decipit in hoc, & mi-
rum est, quod non viderit præcedentes authoritates per præ-
301 dictam rationem in casu ita lucroso & quotidiano. † Secun-
da est conclusio, quod vbi substitutio compendiosa esset facta
hoc modo a pagano, si filius meus decedat sine liberis, talis ca-
piat seu accipiat hæreditatem, post pubertatem valebit iure fi-
deicommissi. Illam conclusionem etiam retenta communi
opinio. in præcedenti puto verissimam, licet Sabice. teneat con
trarium. quem sequitur Alexand. & dominus meus hic, & tan
to magis quia hanc conclusionem Barto. multi tenent, quos
refert Alexand. hic. columna prima, & 16. in fine, & vltra illos
idem tenet Alexand. sibi contrarius in consil. 165. in principio.
in quinto volumine. loquens de verbo, moriatur. Fulgos. con-
silio 13. columna secunda. Areti. consil. 155. in octaua colum-
na, incipien. periculosum est. Moueor, quia talia verba non di-
cuntur directa, nisi quia ostendunt substitutum debere capere
bona propria authoritate. sed hic etiam caperet bona propria
authoritate, & hoc capere propria authoritate non repugnat
302 fideicommisso ex voluntate testatoris. † Patet, quia testator po
test dare licentiam fideicommissario, vt capiat bona propria
authoritate. Angel. in l. Paulus. vbi Alexand. ff. ad Trebell. Se-
cundo moueor, quia l. verbis ciuilibus. sup. eod. præcise dicit,
verbis ciuilibus, ergo secus a contrario sensu si alijs verbis. Ter
tio moueor, quia licet verbum, accipiat sit directum dicto re-
spectu, vt propria authoritate &c. tamen iudicatur de eo in cæ-
teris prout de verbis communibus, vt vult Barto. infra. penult.
colum. vt tradit Alexand. consil. 165. Aretin. dicto consil. 155.
303 columna septima, & dicam infra, aliquid † Circa quæstionem
Barto. in versicu. quod si testator, habes primo, quod si fiat sub-
stitutio, quandocunque filius meus decedat sine liberis, talis
sit hæres,

a Imò videtur quod semper. nā dicit. do. meus Philip. in c. cū. M.
Ferra. col. 2. ver. & ex sup. dictis. de constit. quod clausula codi-
cillorum censetur apposita in testamentis, cum sit de cōsuetu
dine eam apponi. vnde notarius censetur rogatus de apponen-
do clausulas consuetas. Bal. in l. [illegible] C. de fideicō. Barb. consi. 6. ad
fi. lib. 3. & in consi. 54. col. 5. lib. 3. in consil. 51. in fi. lib. 4. & in
consil. 58. col. 9. & seq. lib. 4. facit q voluit idem Barb. consil. 5.
col. 5. lib. 2. & ideo cum semper subintelligatur semper habebit
locū opi. Io. And. facit q dicit Bal. notat. in rubr. ff. de verb. obl.
in princ. vbi vult, q cum hodie sit consuetum in quolibet [illegible]
apponere stipulationē, si repetatur vnū instrumentū, in quo
non interuenerit stipulatio, tñ subintelligitur, sed illud dictum
non procedit sine dubio. & credo esse falsum, quia q notarius
præsumitur rogatus de clausulis cōsuetis, procedit quando [illegible]
ctus est in fieri, secus qñ est celebratus, & propterea bene pro-
cedit, q dī hic de testō inter liberos. idē est in testamento ami-
citiarum, in quo subintelligitur clausula codicillaris. Rom. cō-
sil. 170. amplissime. Barb. in c. cum specialis. col. [illegible] post [illegible]
de offi. lega. Socin. in repe. l. cum auus. col. 3. ff. de condi. & de-
mon. allegando Bal. in l. si non iure. C. de test. manu. dicente, q
ardor [illegible] habet vim clausulæ codicillaris. facit q dicit
Barb. in repe. l. cum acutiss. col. [illegible] ver. & si verbis [illegible]
cia. C. de fideicommiss. vbi dicit quod [illegible] acutissimi habet lo-
cum in intimo amico, vt in fideicommisso ipsius tacite subin-
telligatur conditio, si sine liberis. facit quod dicit Mathe. not.
4 [illegible] & facit gl. in l. si vnus. §. 1. in verbo vide [illegible] ff. de pac. vbi li-
cet alteri stipulari nemo possit, tamen falle in amico, qui pro
amico stipulari pōt. Sed [illegible] obiter [illegible] in [illegible] ff. de pre
ca. vbi donatio facta pp amicitia reuocatur [illegible] volt de-
nās, licet alias in donatione simpl. [illegible] non sit permissa reuocatio
nisi in casibus, de quibus in l. fi. [illegible] C. de reuoc. don. dicas q
talis donatio cū amicitiæ [illegible] [illegible] cū illa pdōne, q̄ ū
durauerit amicitia. facit. cap. cum venisset. de iudi. & gl. in l. 2. in
verbo, & cuius. C. in quibus cau. colo. capi cen. [illegible]
An etiam in testō inter [illegible] ascendentes condito censeatur apposita
clausula codicillaris sicut in testamento condito inter liberos,
est noua qō. & vī q sic per glo. sing. & [illegible] in l. [illegible] ff. de
testa. manu. vbi in testamento condito inter amicos intelligi-
tur apposita clausula codicillaris, multo fortius inter ascenden
tes, qui magis amici reputantur. Isti quidem. [illegible] quod [illegible]
cogita pro nunc. Ferd. de Loazes.

a sit hæres, illa verba (sine liberis)[a] non faciunt quod intelligatur substitutio solum facta post pubertatem, immo intra tempus pupillaris ætatis si decedat filius, erit pupillaris, cum Bartol. transeunt omnes, vt hic per Alexandrum, columna quinta, versicu. in text. ibi, sine liberis. per Aretinum. colum. 9. versicu. consequenter & cum Soci. in secunda colum. l. no. per domi. meum 16. colum. in princ. & est tex. in c. 1. de testa. in 6 qui nõ potest cauillari. & tex. hic. & tex. quẽ allegat Imo. in l. credẽ si §. mater. versi vero maritus. ff. qui per tuto. vel cura. vbi ista cõditio. si sine liberis. decesserit, apposita in fideicommisso verificatur in filio decedẽte in pupillari ætate, & sic eo tempore quo non poterat habere liberos. nec dicas, quod ibi decessit pubes. quia ibi textus facit differentiam, quia licet amiserit successionem filij ab intestato non petendo tutores, tamen non amisit fideicommissum. sed si decessisset pubes, non esset differentia, quia nec successionem ab intestato amisisset leg. matres. C. ad
304 Tertu. † Huic conclusioni obstat, quia non debet dici decedere sine liberis, qui liberos habere non potest. sicuti non dicitur decedere intestatus, qui non potest testari. Alexand. & domi. meus respondent, quod imò pupillus potest habere liberos. gl. in summa. 20. q. 1. Sed hęc solutio nõ est bona quia hoc est de ra
b ro contingentibus, quod non habetur in consideratione[b] l. nã ad ea. ff. de legi. Licet de raro contingentibus possit fieri lex. l. fi. C. de consu. lib. 12. Item sequeretur quod si decederet infans non verificaretur illa conditio, si sine liberis &c. contra generalitatem illius tex. & d. c. si pater. & licet per glo. in summa. 22. q. 1. faciat illud Hieronymi ad veritatem, qui dicit de habente
c decem annos & suscipiente liberos, & Host.[c] dicit de viro qui habebat vndecim annos, & Salomon in duodecimo anno generaui, & facit. cap. fi. de eo qui cogno. consang. vxoris suæ. vbi
305 Host. & Card. † Tamen dico quod ex quo est præsumptio iuris in contrarium. institu. de nuptijs. in princ. non est credendum prudentissimo in ijs quæ sunt facti. l. 2. ff. de iuris & fac. ign. Itẽ
d nec sanctissimo, nisi quatenus ratione nititur. ca. ego solus.[d] 9.
306 dist. † Item impossibile est probare quod aliqua mulier sit gra
e uida ex tali. l. Lucius[e] ff. de condi. & dem. nisi quando constaret, quod duo stetissent cõtinuo soli in vna camera inclusi per debitum tempus, vt per Barto. in l. e. filius. ff. de his qui sunt sui vel alie. sed dicat etiã Bar. qui custodiunt custodes, vnde in hoc non puto standum dicto Gregorij, quod ille puer nouem annorum reddiderit prægnantẽ nutricem suam. Nec etiam staretur dicto Papę, iuxta clementinam primam de probationibus. cum de hoc non possit esse certus, per tradita per Aretin.
307 consil. 145. & tanto magis, † quia quando quis habet præsumptionem iuris contra se, debet in contrarium adduci apertissima probatio. leg. fina. ff. quod metus causa. & ita quod debent esse tres testes ad minus duo multum excellentes. ita singulariter Speculariter in titulo. de probationibus. §. fina. versi.
308 h. † Non etiam staretur dicto mulieris, quod esset grauida ex tali viro, & multo minus ex aliquo pupillo. l. si. ff. de probationibus. ad finem. Secundo itaque respondet Barto. quod sicut secundum communem vsum loquendi dicitur decedere intestatus, qui nõ potest testari. l. 1. ff. de suis & leg. ita dicetur secũdum cõmunem vsum loquẽdi decedere sine liberis qui liberos habere nõ potest. Sed hæc solutio secundum Aretin, & dom. meum non est tuta. † Quia consuetudo contra ius non debet extendi. c. fina. & quod ibi per Imol. de elec. Archid. cum
f similibus vnde facit. quia tantum[f] est consuetudine pręscriptũ quantum est possessum. l. 1. §. si quis hoc interdicto ff. de itinere actuque priua. vbi Barto. tamen hęc solutio posset defendi, si probaretur vsus loquendi. iuxta doctr. Bart. in l. quod Labeo.
310 ff. de suppel. leg. † Tertio itaq; respondet Bart. quod non sequitur, non dicitur decedere intestatus, qui non potest facere testamẽtum, ergo etiam non dicitur decedere sine liberis, qui liberos habere non potest. & ratio est secundum Aretin. quia facere testamentum pendet simpliciter a voluntate disponentis, sed habere liberos secus. Hæc solutio seu ratio nõ videtur tuta. quia etiam testamentum non pendet simpliciter a voluntate disponentis. cum aliquando etiam si vellet, & haberet potestatem de iure. tamen non posset impeditus impedimento facti, per l. conficiuntur. ff. de iur. codicil. & tamen dicto casu dicitur decedere etiam intestatus. quia in eo solum consideratur aptitudo testandi. & ita est etiam in liberis procreandis. Quarto itaque potest responderi, quod istud argumẽtum stringeret hoc modo, non dicitur sine testamento decedere, qui non potest facere testamentum, ergo nec etiam sine liberis qui non potest habere liberos, sed istud non reperitur, quod non dicatur decedere sine testamento, qui non potest facere testamentum
311 licet non dicatur intestatus, decedere. † Et ratio differentię
g est, quia dictio sine[g] non denotat priuationem, sed simplicẽ abnegationem. diceremus enim congrue, lapis est sine oculis.
312 non autem lapis priuatus est oculis. † Sed dictio intestatus denotat potentiam ad priuationem actus. lege ab intestato. vbi Baldus. ff. de legi. tut. & sic non potest dici intestatus, qui non habet potentiam testandi, & hæc doct. probatur hic, & in dicta leg. prima. ff. de suis & legiti. vide l. generaliter. in princip. C. de insti. & sub. sit. Ponit tanquam diuersa decedere intestatus, & decedere sine testamento, & ibi Alexand. concludit, quod ista verba sine testamento conueniunt proprie etiam
313 intestabili, licet intestatus non proprie conueniat. † Faciũt hæc ad quæstionem, dicit statutum, quod filij testantium non emãcipati teneantur pro debitis paternis, nunquid infantes filij teneantur? dicendum videtur, quod non, quia statutum debet intelligi de filijs, qui possunt emancipari, licet non sint emancipati, per d. leg. prima. ff. de suis & legit. glos. in d. l. præcibus, & docto. hic, sed filij infantes non possunt emancipari. l. iubemus. C. de emancipat. lib. nisi cum rescripto principis, quod non haberetur in consideratione l. apud Iulianum. §. final. ff. de lega. primo, & ita determinat Corneus consilio 163. in prima parte, quia etiam infantes non possunt capi. l. nec impuberi. ff. de in ius vocan. sed statutum disponit, quod debent filij
314 capi. igitur &c. † Item faciunt prędicta, si testator dicat sic, substituo talem filio meo si decedat in pupillari ætate, & iterum addat, si decedat in pupillari ætate, & sine liberis, an dicatur substituisse etiam post pubertatem. Breuiter de hoc vide in terminis Corn. consilio sexagesimoprimo, in secunda parte, & pro nunc nihil determino, quia articulus apud me est valde dubius, inclinarem tamẽ quod diceretur facta substitutio post pubertatem, vt verba testatoris aliquid operentur, & illa repe-
315 titio non sit omnino superflua. † Tertia sit conclusio ex dictis Bartol. quod pupillus ex proprietate vocabuli non dicitur intestatus,

---

a Ad hanc conclusionem plura adduxi. supr. l. 1. notab. quibus adde Lancell. Poli. in tract. subtili. Cardin. 43. colum. in versi. agitur quęritur. examinantem conclusionem.

b Et est tex. expressus in capitulo primo. de delic. puer. vbi non habetur in considera. quod pueri nondum 12. ann. attingen. delinquere possint, & sic generare membris genitalibus. bene etiam faciunt text. l. cum auus, & l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. vbi l. non subintelligit conditionem liberorum nisi in fideicommissaria, quæ vt communiter fit eueniente pubertate, quasi volens quod ante pubertatem liberi concipere non possit, sed dicas quod hoc parum est, quia fideicommissaria non potest etiam fieri impuberi, vt sic conditio illa in pupillo subintelligatur, & idem in pubere. Bar. in l. præceden. ad fin. & pro solutione ad opiniones dic, quod aliquando lex prouidet aliquo casu, & censetur prouidisse circa casus solitos euenire, & ita procedat. l. nam ad ea. non autem circa insolitos. vt l. ex his ff. de legi. Aliquando homo prouidet in euentum alicuius casus, & tunc porrigitur in euentum casuum insolitorum l. fi. stulas. fina. ff. de contrahen. empt. & ita procedet quęstio Alexand. quod quando testator dixit si sine liberis, censeatur hoc dixisse, vt prouideret etiam quod pupillus haberet liberos intra pupillarem ætatem.

c Adde quod hoc dicit in summa, de poenitentia. §. cui confidendum.

d De quo Dom. Iason in l. qui accus. colum. fin. versic. ad istam regulam. C. de ędem. & ibi d. præce. meus Philip. columna secunda, in tertia. not. quod tamen limitatur, nisi qualitas personæ esset adeo eminens, vt ei simpliciter crederetur. vt in cap. nouissimus. 97. distinctio. per Roma. consilio 59. in 4. dub. Troylus Maluicius in tract. de canoniza. sanc. in 2. dubio. columna secũda ante versic. quantum vero, & dicit Baldus in ipsa præfatio. ff. in fine. quod valde disciplinati sunt honoribus attollendi, & plura per Barb. in tract. Card. in prima parte. quęst. 1. col. 26. versicul. & si quispiam. Istud tamen sublimita, vbi ageretur de præiudicio tertij. tunc. n. eminẽti viro nõ creditur. Ang. consil. 182. Secũdo limita, quod dicitur hic, quod nõ creditur sanctissimo vt nõ procedat. quã stylus & cõsuetudo esset in cõtrarium. Lapus al. 33. quẽ sequitur Alc. cons. 206. col. 6. in fi. li. 2. sublimita tñ istud vt procedat in his, quę Papa solet cõmittere viuę vocis oraculo. secus in his, super quibus bullę confici solent. ita Bal. in c. cum in iure peritus colum. 1 de offi. dele. vide etiam Rotam in nouis deci. 397. in tit. de offi. vic.

e Ad declarationem illius l. vide præce. meum do. Phil. in l. 1. col. 2. versic. & ista conclusio. C. de test. mil. Pau. de Cas. in consilio 176. super princ. column. pen. secundum antiquam impres. & qualiter probetur filiatio. vide Alexan. consil. 51. colum. 1. & 2. libro primo. Barba. consilio 14. column. pen. & fin. libro 3. & in consilio 27. colum. prima. libro primo, & in consil. 58. colum. 2. & 3. libro 1. Capra consil. 2. in 2. dub. Ang. consil. 236. colum. 3. & no. in consil. 87. ad fi. Soc. consil. 39.

f Et quod cõsuetudo tantum habeat de effectu & potentia quantum habet de viu. vltra Bar. in loco hic alle. dixit hic Bal. in l. fi. C. cõ. vtriusque iud. & in c. 1. in 5. col. in prin. qui feud. da. pos. in vlt. seu. Fran. de cur. in consi. in inci. statuto par mẽsi. Ferd. Loazes.

g De dictione sine, vide Bal. consil. 229. lib. 1.

a testatus, sed bene de communi vsu loquendi, [a] ita intelligitur l. prima ff. de suis & legi. secundum eundem Aret. hic colum. 10. in prin. dicit sed hoc dictum non probatur iure, quia licet text. in d. l. 1. de iure communi fingat eos decedere intestatos, nō tamen declaratur ibi, quod hoc contingat, quia ita sit communis vsus loquendi. preceptor meus dicit, quod ideo habentur pupilli pro intestatis, quia possunt testari mediante patre, qui potest
316 substituere pupillariter, † quia pupillaris substitutio dicitur testamentum pupilli §. liberis. instit. de pupil. facit leg. 2. §. impuberem ff. ad Tertul. ibi, certum est impuberem decessisse cum omiserint substituti hæreditatem. Aduerte, quia hoc esset nimium restringere. l. 1. ff. restringere ad pupillos, qui habent patres, qui possunt pro illis testari, vt ita demum illi habeatur pro intestatis, non autem illi, qui non habent patres, qui pro his testari possint, vt spurij & naturales tantum, & alij alio modo nō existentes in patria potestate, & tunc dicendum est quod in d. l. 1. habentur pro intestatis largo modo & impropriè, & nō propriè, nec ibi probatur de communi vsu loquendi, licet idem voluerit Bart. in d. l. 1. vbi infert ad statutum loquens de intestato, de quo quia non est locus suus, vide Bald. consil. incipi. statuto cauetur. in 1. parte numero 264. Alexand. consil. 15. incip. circa dubitationem. in qua quæritur. in 2. volum. Alexand. in l. generaliter. colum. 5. C. de instit. & substit. Bald. Ioan. Fab. Nico. de Neapol. Ioan. de Pla. instit. de hæredi. quæ ab intestat. Vbi late posui, & etiam an sit differentia inter intestatum, & ab intestato & sine testamento. Et inquantum domi. meus hoc post Signorol. de Homod. consil. 120. incipien. infans decessit. videtur distinguere, aut statutum est fauorabile loquens de decedentibus sine liberis, & comprehendit pupillum, vt hoc text. aut est odiosum, & non comprehendit, vt per glo. in dicta l. credendū. in princ. Aduerte, quia illa glo. est approbata per Alexan. col. 5. & Aret. colum. 9. item l. credendum §. 1. loquitur in fideicommisso, & sic in onere. l. cohæredi. §. cum filiæ infr. eodem, & in conditione voluntaria, quæ debet propriè impleri, & tamen habet locum in pupillo, & sic hæc distinctio non videtur bona, &
317 faciunt prædicta, † si substitutio fiat hoc modo, quandocunq; filius meus decedat ab intestato, talis succedat, erit pupillaris, si in pupillari ętate decedat. tradit Corn. consilio 138. in quarta parte, & determina vt per eum. Tu aduerte, quia videtur quod nō possit esse pupillaris, quia si esset pupillaris non decederet ab intestato, cū substitutio pupillaris sit testam. vt supra dixi, & testator requirat, quod decedat ab intestato respectu testamenti, quod ipsemet filius possit sibi facere. & sic quod testator noluit ligare filium quin posset testari si perueniret ad legitimam ætatem dicta l. generaliter. in princ. pio C. de instit. & substitu. tamen per hoc non est dicendum, quod noluerit eidem prouidere in pupillari ætate, quo tempore non potest testari. Circa quæstio.
318 † Bart. in versicul. quid si testator &c. Habes primo, quod si testator substituat hoc modo, quandocunque filius meus decedat sine liberis, talis sit hæres vel talem substituo in tali do-
b mo, [b] vel tali possessione, si filius meus moriatur in pupillari ætate erit pupillaris, & sic substitutus capiet non solum illū fundum vel possessionem, sed etiam omnia alia bona patris & filij, cum hac conclusione transeunt communiter doctores, vt per Aretin. hic columna 10. Alexand. columna 36. in fine, & similiter dominus meus columna 17. in fine. sequitur, & dicit eam esse communem Alexand. consilio 45. incipiente, ad dicta [illegible] tertia, vers. secundo considero. in primo volum. [illegible] adducit. Corn. consilio 94. incipien. Petrus. [illegible] adducitur text. in l. cohæredi. §. fi-
319 na. infra eodem. Sed aduerte [illegible] quia ille textus loquitur, quando dixi, Titius hęres esto in locū [illegible] parte mve pupilli, & sic non erit facta in re certa, sed in portione [illegible] titatiua. quia licet ille textus arguat, quod debeat trahi ad omnia bona pupilli, sicut hæres institutus in re certa [illegible] de habet omnia bona testatoris, tamen non debet [illegible] venere argumentum, ergo similiter substitutio in re certa debet trahi ad omnia ita pupilli, quia facilius ius arguit de substitutione facta in quota ad substitutionem factam in portione quota [illegible] ne nostra argument. retorse [illegible] substitutione facta in portione quotitatiua ad substitutionem in factam in re certa, & sic [illegible] nori dubio ad maius dubium. Secundo ille text. loquitur quando substituit expresse, si in pupillari ætate decederet filius alio modo casu cum sit facta mentio de pupillari ætate, videtur aliud constare de mente testatoris, quod voluerit pupillariter substituere. iuxta gloss. in l. præcibus. C. de impube. in glo. magna in fin. & regula l. cum dotem. vbi Bald. C. de iur. do[illegible] ibi semper est duntaxat pupillaris, sed in casu nostro nunquam fit mentio pupillaris ætatis, sed dicit simpliciter, quandocunque decedat filius &c. vnde non constat ex verbis testatoris quod voluerit substituere impuberi. Item si esset in casu pupillaris, saltem in pupillari ætate traheretur ad omnia, & post pubertatem vero esset particulare legatum l. & generaliter infra ad Trebel. & sic esset maxima dignitas ergo

320 † sit vniformis determinatio, debemus dicere, quod omni tempore sit legatum particulare. argu. l. iam hoc iure supra eodem. Bald in l. præcibus. columna quinta. C. de impub. vbi dicit se ita
321 consuluisse. † Item adducitur l. prima. §. ex fundo. ff. de hæred. instit. Sed dic, quod non valet argum. de institutione ad substitutionem, quia verba directa facilius obliquantur in substitutione quam in institutione l. prima. C. de iur. codic. iuncta do ctri. glo. Barto. & aliorum in l. verbis ciuilibus supra eodem, facit theorica Barto. in l. prima. C. si quis ita de verbo. oblig. item hic non videtur militare ratio, quod decedat pro parte testatus & pro parte intestatus, quia potest dici, quandocunque filius meus decedat, talis in tali re hæres esto, id est legatarius. Quia legatarius in re legata saltem largo modo dicitur hæres l. in tempus §. fina. ff. de vsucap. Amplia, si diceretur, talis sit hæres ipsi filio in tali fundo, & ita videtur hęc communis opinio non te-
322 nenda, ne plus habeat substitutus quam voluerit testator. † Retenta tamen opinione Bartol. cadit dubitatio, an post pubertatem expirauit in totum, an vero erit legatum particulare. Salic. in l. præcibus. C. de impub. & Alexand. hic columna 27. tenent quod erit legatum, quia non erit inconueniens, quod in pupillari ætate valeat vno modo, post ea alio modo dicta l. præcibus. Sed tu aduerte, quia mens Barto. fuit quod expiret, tanquam facta verbis directis & ciuilibus, dum dicit, secundum ea quæ dicta sunt supra & cet. non obstat l. præcibus. & ibi fit transgressio de directa vniuersali ad fideicommissum particulare, teneo tamen vt supra quod sit semper fideicommissaria. † Secunda est
323 conclusio, quod compendiosa facta per verba communia vel
c directa non ciuilia semper est particulare legatum, si sit facta in re certa. doct. transeunt. Corn. consilio 94. & consilio 47. in 1. parte. & consilio 35. in 2. parte, & consilio quarto, in 3. parte. per funda. Bartol. hic. Amplia vt dicatur in re certa particulare legatum, etiam si dicat substitutio, vel accipiat omnia bona mobilia & immobilia. Bartol. in 7. columna in fi. Alexand. in l. 1. 2. colum. in fi. supra eodem, idem consilio 45. in 1. volu. 2. colum. in fin. Secundo amplia, etiam quod pupillus esset institutus in re certa pro legitima, & in tali re esset ei facta substitutio, quia tunc erit particulare legatum, & censebitur iniunctum hæredibus ipsius pupilli, vt sic valeat iure fideicommissi. Bartol. in l. qui duos infra eodem, & l. si fundum per fideicommissum. §.
d fina. [d] cum l. sequen. de leg. primo. ita Rapha. Comen. & Alexand. hic columna 27. licet contrarium videtur præsupponere d. Guid. Papæ decis. 522. si veniret ad pubertatem filius expiraret tunc legatum per dictū §. fin. cum l. sequen. de l. prima. Limita modo conclusionem, quando substitutio esset facta per verbū cōe in re certa cum illa clausula, vulgariter, pupilla-
e riter [e] & per fideicōmissum, quia tunc erit pupillaris. Cor. cōsil. 35. in 2. par. Secundo limita, quando pupillus esset institutus in re certa, si substitutio esset facta simpliciter, nam tunc etiam in pupillari ętate esset pupillaris. ea. pater. de testam. in 6. Alexan. hic colum. 27. & domi. meus 18. An autem d. c. si pater. procederet, si esset ibi verbum commune, pendet a dicendis infra in 3.
324 quæstio. principali. † Cadit etiam alia dubitatio, an vbi verbum accipiat, adijcitur certę rei, ita quod importet legatum particulare, saltem censeatur data licentia legatario, vt capiat rem propria authoritate. Breuiter Barto. hic dum dicit, quod in legatis particularibus nulla est differentia, an ponantur verba directa vel obliqua, videtur velle, quod non censeatur data licentia sed obstat, quod ipse dicit supra in [illegible] column. in principio. allegando l. Titia §. pri. [illegible] propriam authoritatem, & tamen ille tex. loquitur, quod verbum capiat de re particulari, si dicas, quod loquitur in præ [illegible] hoc autem quod Barto. dicit hic, pōt dici, quod non [illegible] ex quentia quantum ad hoc, vt non inducat potius directam

a [illegible] etiam tenet Bartol. consilio 138. cum multis similibus per Barb. consilio sexagesimoseptimo, columna secunda, libro tertio. Corn. consilio 75. columna prima. infinitas adducit authoritates contra hanc cōclusionem, & colum. quinta. ante fi. plures pro ea. etiam firmat eam in 1. libro & in cōsilio 326. column. pen. libro 1. idem facit, & ad materiam not. quod si quis sit grauatus restituere bona, si intestatus decedat, si ipse testet de alijs bonis quam relictis sibi a testatore, adhuc dicitur quo ad illa decedere intestatus.

b Vide Angel. consilio 148. dominus Quirinus. columna tertia & sequen. Philip. Franc. in capitulo si pater. columna 208. versic. quinto quæritur. de testamen. in sexto. Lancell. Poli. in tracta. substitut. char. 43. columna secunda. versicul. quęro secundo quid si testator.

c Idem Corneus consil. 46. col. 3. lib. 1. per Rom. consilio 58. eundem Roma. co. 200.

d Vide Math. ad declaratio. nota. 144. nota pulchram.

e Vel est facta mentio pupillaris ætatis. Angelus consilio 248. columna quarta.

directam substitutionem quam aliam tamen placet quod nõ
possit propria authoritate capere. quia text. in d. §. 1. loquitur,
quando dicit capiat a seipso, in prælegato facto instituto. mo-
uetur primo per id quod dicit Barto. in q. immediate sequenti
de verbo lego. In quæstione Barto. in ver. sed quid si testator
compendiose substituit per hęc verba &c. Habes conclusionẽ,
325 quod † si testator dicat, quandocunq; filius meus decesserit si-
ne liberis, lego Titio bona mea, infra tempora pupillaris æta-
tis non erit pupillaris substitutio, sed semper erit quoddam fi-
deicõmissum vniuersale. cum hac conclusione transeunt cõ-
326 muniter doc. totum fundamentum est. Quod verbum, † lego
etiam relatum ad vniuersitatẽ bonorũ non trahitur ad institu-
a tionem.[a] Substitutio autem directa, vt pupillaris, est institutio,
vt dictum est in rub. supra eo. quod autẽ verbum, lego, nõ tra-
hatur ad institutionem, est cõmunis opi. vt patet ex adductis
per Alex. 27. col. per pręcep. meum. 18. per Alex. in l. prima col.
2. de leg. fundatur hæc communis solum per tex. in l. mulier. §.
fi. ff. ad Treb. sed reuera ille text. nihil facit quia ibi erat alius in-
stitutus hæres vniuersaliter, & postea alteri per verbum (lego)
testator legauit dimidiã hæreditatis, nimirũ si ibi nõ importat
hæredis institutionẽ, sed fideicõmissum, quia etiã si fuisset ibi
b verbũ (relinquo,) quod relatũ ad vniuersitatẽ, trahitũ ad institu-
tionẽ tñ in illo casu non importasset hæredis institutionem, ex
quo alius erat hæres vniuersaliter institutus. vt per gl. Bart. etiã
Imo. in prin. l. his verbis in prin. sup. de hęr. insti. & tradit Alex.
hic. Secundo vr̃ moueri Bar. per l. verbis legis. ff. de ver. sig. vbi
fm cũ est restricta significatio verbi, lego, vt nõ importet hęre
dis institutionem. Sed dic, quod ille text. vult aliud dicere, s. ꝙ
hodie est restricta non significatio. sed potestas legandi, vt non
possit quis legare vltra dodrantẽ per dispositionem. l. Falcid. ę.
327 tex. est insti. de leg. Fal. in prin. † quod itaque verbum, lego, pos-
sit importare hæredis institutionem. tenet Bald. d. in l. fi. C. fa-
mil. hercisc. vlt. col. Alex. in d. l. 1. de le. 1. simpliciter tract. dom.
Decius in rub. de impu. ante fi. pro hac opin. adducitur tex. in c.
Raynaldus. de test. post princ. vbi testator legauit reliqua bona
patris, & Papa appellauit testamentum, & illos patruos hære-
des. non obstat si diceres de mente Imo. & Are. hic, ꝙ non fuit
verbum testatoris, sed Papę, qui locutus est impropriè, quia nõ
est verisimile, quod Papa vsus esset circa institutionẽ & testa-
mentum aliquo verbo, quod non posset importare institutio-
nem, & si diceres etiam de mente Aret. quod in d. cap. apparet
de mente testatoris, cum postea in eodem testamento appel-
lauerit illos patruos hæredes. Respõdeo, quod hæc solutio ad-
mittitur, quod vbi constat de mente testatoris, verbũ lego im-
portare potest institutionem, vnde dico quod vbi refertur ad
vniuersitatem bonorum verbum, lego, in casu in quo nullus
alius est institutus, videtur satis constare testatorem voluisse fa
cere hæredis institutionem, in qua facienda non refert quibus
verbis testator vtatur. l. quoniam indignum. C. de testa. facit do
ctri. gloss. in d. l. his verbis. Vnde ego tertio modo respondeo,
quod cap. Raynaldus, loquitur in prima institutione, in qua si
verbum, lego, non importaret institutionem, testamentũ non
valeret, & decederet ab intestato. vnde hoc casu debet impor-
tare hæredis institutionem, & in istis terminis tenendum est
cum [illegible] & Alexand. licet Imo. in l. his verbis. 2. col. sup. de hæ-
redibus [illegible] tuendis, hoc casu velit cõtrarium, intelligens Bar.
etiam hoc [illegible] sed non respondet ad cap. Raynaldus. nos
vero loquimur in [illegible] tutione, in qua dato quod non sit substi
tutio directa, postquam [illegible] nõ fecit testator, tamen testamẽ-
tum valebit, & licet pupillus [illegible] dat ab intestato, hoc non est
inconueniens, postquam testator [illegible] & [illegible] vsus verbis, per quæ
appareat, quod voluerit filio testari, & [illegible] secundum quod pupillus nõ potest tenuir ad ius com-
mune, secundum quod pupillus nõ potest teneri ad ius com-
328 stitutione procedit illa opinio Bart. † Secundo cõ̃t sic in sub-
detur facere, quia si in hac quæstione testator fuisset Bart. vi-
bo, relinquo, saltem matre non existente in medio impone-
ret substitutionem pupillarem in ætate pupillari. Cum verbũ,
relinquo, sit verbum commune iuxta determinationem Bart.
inf. in 3. qõ. principali. & vult dominus Alexan. hic col. 28. Ergo
idem debemus dicere in verbo, lego, alias videtur imponi lex
verbis. contra. l. secunda in fi. C. communia de lega. & dicere,
quod verbum relinquo sit verbum commune, non verbum le
go, nõ video probabilem rationẽ diuersitatis, propter ea quic-
quid sentiat Alex. puto tenendum, quod decisio Bar. hic proce
deret etiam in verbo, relinquo, per ea quæ nunc subijcio. Ter-
tio itaque contra Barto. videtur obstare, quia quæstio sua vide-
tur indubitata. nam cum est dubium, quod nõ potest esse pupil-
laris substitutio, cum testator dixerit, lego bona mea, & per pu-
pillarem substitutionem succeditur immediate in bonis pupil
li & ipsi pupillo. instituta de pupillari substitutione. in fi. princi
pij. Non obstat si dicas, quòd etiam si dico, si in pupillari ætate
decedat, talis sit mihi hęres, illa dictio, mihi, non impedit, quin
sit pupillaris. l. 1. in princ. sup. eo. l. si ita. §. 1. ff. de bonorum pos-
sess. secũdum tab. similiter si dico, si in pupillari ætate decedat,
bona testatoris deueniant in talem, vt per Barto. in d. §. 1. quia
respondeo, quod in istis casibus est expresse facta mẽtio de pu-
pillari ætate, ex qua mentione patet, quod voluit substituere
pupillariter, iuxta glo. in l. præcibus. C. de impub. vnde verbum
mihi, & verbum, mea, habetur pro non apposito, vt dicit tex.
in d. §. 1. in casu vero nostro solum dictum est, quandocumque
filius decedat, lego bona mea &c. & per consequens nulla sunt
verba denotantia, quod velit disponere de bonis pupilli, seu fa-
cere pupillarem substitutionem, & hanc considerando in simi
li facit Aretinus in l. 1. sup. eo. in 4. col. & reuera ista videtur me
ra veritas, per quam infero, vt supra dixi, quod decisio Bar. hic
procedit, etiam quod vsus esset verbo, relinquo, vel verbo, sub-
stituo. Item infero, quod si dixisset, lego simpliciter bona mea,
vel dixisset lego omnia bona mea vel totam hæreditatem, vel
dixisset si in pupillari ætate decedat vel postea quandocunq;
lego bona mea in pupillari ætate fuisset pupillaris substitutio p
ea quæ dixi in l. 1. sup. eod. in gl. in verbo, Caius. post Aretin. ibi
col. 4. Alex. col. 2. & seq. Socin. colum. 6. & 7. & diligenter tene
329 menti. quia docto. non aperiunt os in materia ista. † Circa se-
cundam quæstionem principalem de compendiosa pagani ha
bes conclusionem ex dictis Barto. quod compendiosa substi-
tutio facta per verba mere obliqua, vt est verbum, restituat, est
c omni tempore fideicommissaria. l. cohæredi. §. cum filio. infr.
eodem. sed hic dubitatur, an saltem hoc contineat vulgarem,
dominus Decius in l. præcibus. C. de impuberum. 9. colu. ver-
siculo, sed tamen considerandum est tenet quod sic, quia ex
quo dicit testator, quandocunq; decedat filius, restituat here-
ditatem Caio, apparet de voluntate testatoris quod etiam si de
cedat ante aditam hæreditatem, substitutus habet bona. vnde
vt voluntas testatoris seruetur, etiam verba impropriè intelli
guntur, vt notat Barto. in l. in ambiguo. ff. de rebus dub. item
in specie vbi constat de voluntate testatoris, etiam verba obli-
qua trahuntur ad directam substitutionem. Barto. in l. quære-
batur. infra de testamen. milit. Breuiter proculdubio tene, quod
d imo compendiosa facta per verba obliqua nullo modo con-
tineat vulgarem, ita expresse tenet Barto. cum quo transeunt
omnes differenter ibi infra, colum. 10. versiculo quæro vtrum
substitutio cõpendiosa. vbi per hoc dicit, quod hęc substitutio
per hoc dicit, quod hæc substitutio facta per verbum obliquũ
euanesceret in totum instituto non adeunte, & sic non poterit
substitutos venire per vulgarem per. l. ille a quo. §. si de testamẽ
to. inf. ad Trebel. & ita etiam tenet Corneus consi. 199. in secũ
330 da parte. † vbi per hoc vult, quod substitutus non admittatur si
institutus moriatur ante testatorem, ex quo non continet vul-
garem, & fideicommissaria requirit, quod institutus adeat. d.
§. si de testã. non obstat quod verba propriè non intelliguntur
vt voluntas testatoris seruetur, quia fateor, sed dico, quod ver-
ba obliqua nullo modo nec propriè nec impropriè continent
directam substitutionem, quia quod est minus, vt dixi supra,
non potest continere id quod est plus. l. tutore. §. curator. ibi
e Bart. ff. de aministra. tuto. vbi autem verba nullo modo ali-
quid comprehendunt, ad id non trahetur dispositio testatoris,
immo spreta mente stamus verbis, vt per dominum Alexan.
in l. 3. C. de libe. præteri. ibi dominus meus col. 2. versicu. 2. intelli
go post

---

a Hanc conclusionẽ examinat Lancel. Poli. in tract. substi[illegible] 44. col. 2. versic. quęritur. tertio ponit Philip. Franc[illegible] ter. col. 31. ver. septimo quæritur. de testa[illegible] & [illegible] Ante. de Butr. in consil. 15. ante fi. vbi dicit [illegible] verbum relinquo [illegible] nullo alio substituto [illegible] gatur vsufructui bonorum omni[illegible] Philip. Fran. in d. repe. c. si pa- trahitur ad vniuersum. eum [illegible] ff. de test. in 6. ter. col. 20. versic. in ea [illegible]

b Soci. consil. 13. col. [illegible] versic. circa secundam. vbi late Argel. consil. 29. post princ.

c Istam conclusionem ponit Ioan. Bap. de sancto Seuerino. in re- [illegible] l. præcibus. col [illegible] undecima nota, versicu. secunda pars est. [illegible] Lancellot. Poli. in tract. substitutionum. char. [illegible] secunda conclusio. Philip. Fran. in repe. cap. si pa- [illegible] col. 31. ver. circa secundum princ. de testa. in 6.

d In isto casu videtur, ꝙ contineat. [illegible] verbum quandocumq; est superfluum [illegible] l. si qñ. de le. 1. præterea a fortiori debet hic dicta contineri. cum verbum quandocumque adiectum in [illegible] denotet enixam voluntatẽ testatoris, si in qõne. seq. in qua B[illegible] sequunt. & author pariter, directa continetur sub fi- dei [illegible] missaria ex sola subintelligẽtia verbi accipiant direct. sub illis [illegible] bus obliquis dentur & distribuantur subintellecti.

e Quod sequitur Iason. in l. si quis in fundi vocabulo. col. 7. ff. de leg. Sed sustinendo præceptorem meum Decium dicas, quod nõ nonnunquam substitutio minus cõtinens trahitur ad [illegible] stitutionem plus continentem. l. iam hoc iure. sup. eod. vbi [illegible] aris expressa trahitur ad pupillarem tacitam. & tamen in [illegible] plus venit quàm in vulgari, vt supra. l. 1. & l. sed si [illegible] substitutos. [illegible] f. cod.

go post Bart. in d. l. in ambiguo. excellentissimus doctor domi-
nus Carolus Ruynus in lege Gallus. §. & quid si tãtum. 19. col.
versiculo, sexta &c. non obstat doctrina. Bar. in d. l. querebatur
ff. de testamen. mili. quia loquitur Bartol. quando testator ex-
a presse • dicit, quod vult sub verbo obliquo comprehendere di
rectam substitutionem, vt quia dicit, filius meus restituat hære
ditatem vulgariter, pupillariter & per fideicommissum, quo
casu quando expresse apparet quod vult sub vno vocabulo ali
quid comprehendi, quod nullo modo cõprehenditur. & hoc
expresse dicit, vt quia vult per vocabulum asinus, significare
bouem, & ita expresse protestatur, bene attenditur voluntas te
statoris alias secus, vt declarat egregie Barto. post glo. in l. 4. de
332 lega. 1. † Circa primam quæstionem secundæ quæstionis prin-
b cipalis Bartoli, habes conclusionem, ᵇ quod testator dicat, quã
documque filius meus decesserit sine liberis, volo quod bona
mea dentur vel distribuantur inter pauperes Christi per meos
fideicommissarios, erit pupillaris substitutio. infr. tempora pu
pillaris ętatis, & sic distribuentur inter pauperes bona patris &
filij integraliter etiam exclusa matre. cum hac conclusio. tan-
dem tenet Alexand. hic. 23. colum. versi. extra gloss. dominus
meus. 19. colum. Ange. tertia columna. versiculo, vbi autem
testator. idem tenet Bartol. in l. fundi Trebatiani. ff. de vsufr. le-
gato vbi dicit se quater consuluisse. & tria cõsilia referunt hic
Alexand. & præcep. meus. idem tenet Pau. de Cast. in l. præci-
bus. C. de impu. & in consilio 47. incip. in casu præsentis quan-
tum ad idem. in secunda parte. secundum nouam impræssio-
nem. Pet. de Ancha. in c. cum tibi. de testa. in 6. & cap. Raynal-
dus. de testa. Abb. in consil. 40. inci. viso testamento. in prima
parte. Alexand. late consilio 22. 3. volum. & dicit Imol. hic. 10.
colum ante fin. quod ita communiter tenent doct. & cum fa-
ueat pię causę, in dubio videtur tenenda. l. sunt personæ. ff. de re
lig. & sump. fune. & dicit Angel. in fina. instit. de pupillari. qđ
in actu practico in iudicando & consulendo seruaretur opinio
Barto. & idem dicit Angelus in tract. de testamentis. in gl. & si
omnes eius filij. quod hæc opinio Barto. de subtilitate iuris est
verior & hanc opinionem etiam tenet magister Stepha. aufre.
333 in quæstio. Tholosa. quæstione. 21. † Contrariam opinionem,
quod non sit pupillaris, sed tãtum fideicõmissaria. tenet Imol.
hic. 10. colum. & sequenti, & in eandem opinionem inclinat
Aretin. qui eam dicit veriorem in 11. colum. & sequenti. Bal. &
Salic. in l. præcibus. C. de impu. Bald. in repe. c. si pater. de testa-
men. in 6. Card. in c. cum tibi. de testa. Ioan Calde. consi. 10. po-
sito sub rubr. de testam. vt hic per Alexan. colum. 24. in fin. &
Cardi. in loco præallegato. dicit quod ita consuluit collegium
Paduanum. & ita etiam dicit se consuluisse Ioan. de Imol. in c.
Raynaldus. 7. colum. & sequẽti de testa. & ita etiam consuluit
Rapha. Comen. consil. 225. incipien. magister Ioannes Castel-
lanus. vt hic per dominum meum. 20. colum. in princ. & hanc
opinionem tenet etiam Barba. & dicit communem cõtra Bar.
in d. c. cum tibi. & ita etiam tenet Alexand. sibi contrarius, &
dicit magis communem in consil. 142. incip. circa primum du
bium. in vlt. col. in 2. vol. & in hanc partem etiam inclinat Ale.
consi. 45. in 1. vol. 4. & 5. col. & dicit Ang. Are. in d. tracta. de te-
sta. in d. glo. quod hæc opinio considerata mente testatoris est
verior. ex quibus apparet, qđ periculosum esset in actu practi-
co inter has opiniones facere electionem. Omissis itaq; autho
ritatibus, videamus, quis iustius induat arma. & postea prout
334 Deus subministrabit, concludam, quid tenendum. † Pro pri-
ma itaque opinione Bart. potissimum fundamentum est, quia
in hac substitutione subintelligitur, quod ipsi executores te-
stamentarij accipiant bona, & distribuant &c. l. alio. & gl. 1. in
fin. ff. de alimen. & cib. lega. §. si quis autem in auth. de eccle-
sia. titu. illud autem verbũ (accipiant) est uerbum directũ, deno
tans quod ipsi executores capiant bona, licet non sit uerbũ
ciuile, ergo est directa substitutio pupillaris. & sic ipsi executo
res censentur substituti etiam pupillariter. c. si pater. in uerbo,
moriatur, quod est uerbum directũ non ciuile. de testa. in 6. & per
hęc tollitur, si diceres, ut dicũt tenentes contrarium, quod illa uer
ba dẽtur & distribuant, sunt simpliciter obliqua, ergo nõ pos-
sunt importare directam substitutionẽ. l. neq; §. si per arg. a spe
ciali. ff. de testa. mili. l. cohæredi. §. cum filio. ꝰ eo quia responde
335 tur, quod ultra illa uerba subauditur uerbum (accipia.) † Item
huic fundamento non obstat, si diceres, qđ Barto. uult uerba
directa nõ ciuilia æquiparari uerbis cõmunibus, ut. ꝰ in pe. q.
ante hanc secũdam principalẽ quæstionem. & tamen Bar. ꝰ in
3. q. principali concludit, quod ubi substitutio est facta per uerbũ
cõmune, nõ importat pupillarem ad exclusionẽ matris. & hic
vult, quod per verbum, accipiat, etiam subauditum excludatur ip-
sa mater, quia respondetur tenendo pro nunc quod dicit Bart.
ibi, quod vbi verba directa non ciuilia & verba communia re-
feruntur ad certam rem, verum est quod æquiparantur, & ita lo-
quitur Bar. sup & inf. in vlt. char. & 1. col. versi. quæro vlterius
quid si substitutio, sed vbi referuntur ad vniuersitatem bono-
rũ, tunc verba directa non ciuilia sunt maioris efficacię ad im-
portandum directam substitutionem etiam in præiudiciũ ma
tris, quam verba communia. ita probatur ex his quæ vult Bart.
hic. ꝰ in precedenti. q. principali. iunctis ijs, quæ dicit. inf. in 3. q.
principali. ita in effectu declarat Aret. consil. 155. incip. pericu-
losum. 7. col. versic. sed tamen diligenter & mature & vide eũ-
dem hic col. 12. vers. sed cum Bar. Item non obstat huic funda-
mento, si dicas, dato quòd hic subaudiatur verbum, accipiant,
tamen hic non refertur ad vniuersitatem bonorum, sed ad cer
ta bona, quia dicit, volo quod bona mea &c. quo casu dicitur ver-
bum ipsum respicere certa bona, non vniuersitatem. ita Alex.
in l. 1. 2. col. sup. eo. vnde etiam quod sit verbum directum tanquã
relatum ad certa bona, non debet trahi ad substitutionem di-
rectam, vt vult Bar. in locis. sup. allegatis. nam respondetur per
do. meum hic in vltima lectura, quod Alex. loquitur sine lege, &
fundat se in decisione Bar. in 8. col. in fi. qui loquitur, qñ testa-
tor dicit, volo omnia bona mea mobilia & immobilia peruenire
re ad talem, nõ aũt qñ dicit simpliciter, volo bona mea &c. Ex
quo notabiliter colligo, quod vbi testator dixisset, volo quod omnia
bona mea mobilia & immobilia distribuantur inter pauperes
per tales fideicommissarios, non haberet locũ ista decisio Bar.
& sic non esset pupillaris. & ita in terminis consuluit Alexand.
336 consil. 45. colum. 3. 1. volu. † Item non obstat huic fundamen-
to, si diceres, quod verbum, accipiat, etiam relatum ad vniuersi-
tatem bonorum non trahitur ad institutionem vel substitu-
tionem directam, nisi quando alius non est hæres institutus.
sed hic fuit institutus hæres vniuersalis ipse filius, & reperitur
post mortem filij. hæres filij, igitur &c. vt dicit ipsemet Barto.
infra in 11. colu. versic. quæro. vlterius quid si hæc substitutio.
Respondeo breuiter, licet dominus meus hic col. 20. reprehẽ-
dat Barto. ibi, quod Bar. ibi loquitur, quando est verbum com-
mune, & refertur ad certam portionem sub nomine quotę, vt
ad tertiam vel quartam bonorum. sed hic Barto. loquitur, quã
do simpliciter refertur ad bona ipsius testatoris quo casu ver-
bum accipiat, quod est directum, trahitur ad substitutionem
pupillarem. d. c. si pater. in verbo moriatur. de test. in 6. & ita vi-
337 detur defensatum hoc primum fundamentum Barto. † Secũ-
do principaliter mouetur Barto. quia isti executores seu fidei-
commissarij. vbi nullus alius est hæres, habentur loco hæredũ.
c. cum tibi. extra de testamen. secundum intellectum Inn. qui
est communis. vt ibi per Panor. & tradit Barto. in l. hæreditas
ad Statium. supra de hæredi. institu. Barto. in l. alio. colum. 2.
versic. quæro igitur. ff. de alimen. & ciba. lega. sed hic post mor
tem filij nullus alius reperitur hæres institutus, igitur censentur
instituti ipsi executores seu fideicommissarij, qui habent distri
buere bona &c. Et huic fundamento non obstat, si diceres, quod
immo nõ sunt hęredes. vt probatur in d. §. si quis autem iuncto
§. si autem hæres. in auth. de eccle. titu. adductus per Aret. 12.
col. in fi. quia respondetur, quod Barto. non vult, quod sint hæ-
redes, sed sint loco hæredũ quo ad actiones actiuas & passiuas,
non quod ipsi habeant aliquod emolumentum vel damnum.
& ita etiã respondetur ad d. l. nulli. C. de episc. & cler. quicquid
dicat Aretin. Ex alio tamen hoc fundamentum Barto. non vi-
detur stringere, quia vt dicit Bald. in d. l. præcibus. pe. col. tex. in
cap. cum tibi. loquitur, quando nunquam aliquis fuit institu-
tus hæres sed hic fuit institutus filius. vnde debet ipse censeri
grauatus, & post mortem suam eius hæres, & sic detrahetur le
gitima, nõ Trebellianica, p. l. si quis ad declinãdã. C. de episc. &
cler.

---

a Ista responsio non procedit sine dubio, & cõtra eam obstat tex. in l. tractabatur. ff. de testam. mili. vbi in pagano qui reliquit libertatem directo, & hereditatem per fideicommissariam substitutionem, dicit tex. quòd si hæres institutus viuo testatore & ignorante moriatur, illa fideicommissaria traheretur ad vulgarem, & sic hoc ibi ideo est non quod ponderetur expressa voluntas testatoris, sed ex tacita mente ipsius testatoris. arg. l. 3. C. de in offic. testamẽ. nec dicatur quòd hoc ibi fauore libertatis, quia ibi textu, non ponderat fauorem libertatis, sed solum scientiam vel ignorantiam testatoris. præterea ille textus, inquantum tractat de danda hæreditate per vulgarem, non respicit fauorem libertatis.

b De hac conclusione remissiue per Ioan. Bapt. de sancto Seuerino, in repe. l. præcibus. col. 29. C. de impub. per Philip. Franc. in repe. cap. si pater. col. 13. vers. sed quæritur. de test. in 6. qui tandem videtur transire cum opi. tenentium contra Bart. eandem opi. ꝯ Bar. tenet Lancel. Pol. in tract. suo subst it. char 44. col. 3. & Rapha. Comen. cons. 130. & Bal. in consilijs seq. in cõl. 120. lib. 2. & in cons. 125. eo. lib. in cons. 34. lib. 3. & apertius in consilio 296. lib. 5. idem Alexand. consil. 45. colum. 5. & sequen. lib. 1. Sed opinio. Barto. sequitur Ang. consi. 97. Abb consil. 59. col. prima, in primo dubio, lib. 1. & post longam relationem Bart. opinionem firmat Soci. in consil. 116. col. 2. ver. his tamen nõ obstan. & ad mate. vide Ana. cons. 8. & Barba. consil. 8. col. 10. lib. 1. Roma. cons. 200.

338 cler.† Firmatur hæc responsio, quia vbi aliquis est institutus hę
res, & grauantur executores testamẽti, censetur ipse hęres gra
uatus vt vult glossa, & ibi Bartolus in dicta l. alio. in prima colũ
na. in prima oppositione, & sic ipse institutus censetur graua-
tus dare fideicommissarijs, seu executoribus, qui postea dent,
& distribuant inter pauperes. Sed aduerte vtiliter & subtiliter,
quod dato quod esset fideicommissaria, tamen non detrahere-
tur legitima filij morientis in pupillari ætate, ex quo onus cen-
seretur iniunctum venientibus ab intestato ad successionem fi
lij, iuxta doct. Bar. in l. qui duos. infra eodem, & per l. si fundum
per fideicommissum. §. fin. de leg. 1. & sic Bald. non videtur be-
ne considerasse respectu legitimę, potest etiã dici, quod ex quo
distributio bonorum debet fieri post mortem filij illo tempo-
re non reperitur alius hæres institutus, igitur Bartol. videtur be
ne adducere dicto cap. cum tibi. Tertio itaque mouetur Bart.
quia eoipso quod grauantur executores dare, & distribuere in
pauperes, videtur eis tacite relinqui hæreditas, quã capiant pro-
pria manu. arg. l. denique §. interdum ff. de pecu. leg. Sed aduer
te, quia dato quod subaudiatur verbum, accipiant, tamen non
est necessarium antecedens, quod propria manu, possunt enim
accipere bona de manu hæredis instituti, vel eius hęredis. & sic
accipiant per fideicommissum. prout in dicta l. alio. vbi glo. sub
auditur enim verbum, accipiant quantum ad hoc, vt ipsi execu
tores possint agere contra hæredem ad dandum bona, vt per
Bartol. in l. si quis Titio. ff. de leg. 2. & dato quod propria autho
ritate, hoc nõ repugnat fideicommissariæ substitutioni, per de-
cisio. Angel. in l. Paulus ff. ad Trebell. sed pro defensione Bart.
potest dici, quod licet verbum, accipiat, sit verbum dubium, ta-
a men insurgit regula. † Quod in dubio substõ dẽt iudicari di-
339 recta, non fideicommissaria. glos. in l. verbis ciuilibus supra eo-
dem tex. in ca. si pater. de testam. in 6. Quarto mouentur Alex.
& domi. meus, quia si illud verbum, accipiant, subaudiretur in
persona pauperum, certe secundum eos in pauperibus haberet
locum substitutio, vt si dixisset quandocunque filius meus de-
cedat, pauperes accipiant bona mea per ca. si pater. de test. in 6.
quia ita est directum verbum, accipiat sicut verbũ, moriatur, vt
dictum est, ergo etiam debet esse pupillaris, si verbum accipiat,
subaudiatur in persona ipsorum pauperum, quorum contem-
platione ipsi executores vocantur l. annua §. Titia ff. de annu. le
ga. l. fideicommissa §. interdum ff. de lega. 3. l. peto. §. motum.
de leg. 2. Sed aduerte, quia hoc argum. potest retorqueri in con-
trarium nam si executores veniunt ex persona pauperum, cer
te ipsi pauperes sunt vocati per verba mere obliqua, vt fatetur
Bar. ergo etiam per verba obliqua debent cēteri vocari ipsi exe
cutores, & hoc ex verbis Bald. in l. præcibus. pen. colum. in prin
cip. & bene facit, quia sicut quando pauperes sunt instituti, exe-
cutores tenent locum pauperum vt hæredes. l. si quis ad decli-
nandam. C. de episcop. & cler. ita etiam quando ipsi pauperes
sunt vocati per verba obliqua, & sic sunt fideicommissarij, de-
bent ipsi executores tenere locum fideicommissariorum, vt di-
cit Bart. in sequenti quęstione in episcopo & Imol. 12. colum.
340 in fi. † Vel aliter respondetur ad hoc argumentum in forma, &
tene menti, quod l. fideicommissa. §. interdum cum supra alle-
gatis loquuntur in legatis quæ possunt dari nutu l. nutu ff. de le
ga. 3. Vnde dictum in persona vnius censetur dictum in perso-
341 na alterius, cuius contemplatione sit legatum. † Sed nos loqui-
mur in substitutionibus directis quæ non possunt fieri nutu, cũ
sint institutiones, nisi in casibus, in quibus reperitur substitutio
subaudita a lege l. hæredes palam ff. de testam. & ita in alio pro-
posito respondet Soci. in l. prima. 26. columna in fin. supra eod.
si ergo subaudiatur in persona executorum verbum, accipiat,
non in persona pauperum, non debet operari substitutionem
directam in ipsis executoribus, cum sint nudi ministri. Aduer-
te tamen, quia potest dici, quod illud verbum, dentur vel distri-
buantur, licet sit obliquum, tamen non denotat aliquam spe-
ciem substitutionis, sed ostendit naturam ipsorum pauperum
quibus est fienda distributio per manum alterius, dato quod ip
si essent principaliter instituti vel substituti directo expresse, vt
patet in l. si quis ad declinandam C. de episcop. & cler. & sic de
342 fenditur opin. Bartol. contra † quam tamen aliud fortius strin-
git, quia in hac q. Barto testator dicit, quandocunque decedat
filius meus, volo quod bona mea dentur, & distribuantur per
meos fideicommissarios, & sic restrinxit se ad bona ipsius testa
toris. vnde nõ videtur quod possit esse pupillaris, per quam suc-
cedimus in bonis pupilli. ita vult Salic. in l præcibus. C. de impu
be. & licet Alexand. hic inclinet contra Salic. tamen idem Ale-
xand. consilio 45. in 1. volum. in 7. columna teneat cum Salicet.
quod si dicit, bona mea habeat, non habeat locum decisio Bar.
sed solum militet disputatio, quando dicit, volo quod bona vel
omnia bona &c. absque dictione, mea, & idem vult Alex. con-
sil. 162. incip. circa primum. in 2. volum. non obst. l. si ita. § 1. ff.
de bon poss. secundum tab. alleg. per Alexan. & do. meum hic
cum no. ibi per Bar. quia loquitur tex. Bar. quando est facta mẽ-
tio pupillaris ætatis in indiuiduo, quo casu vt dixi, denotatur pu-
pillaris substitutio. hic vero nulla est facta mẽtio pupillaris æta-
tis, vnde non sunt pares termini, vt patet ex his quæ vult Bar. in
fra in 3. quæst. principali. in princ. vbi dicetur. faciunt quę con-
clusimus post alios. in l. 1. in glos. in verbo Caius. supra eod. vbi
concordant doct. quod si non est facta mentio pupillaris ęta-
tis, & dicat testator, quandocunque filius meus decedat, bona
mea perueniant ad talem, nõ erit pupillaris substitutio, licet se-
b cus, si esset facta mentio pupillaris ętatis. & hoc maxime dicen
dum esset vbi mater esset in medio. cogita pro resolutione,
& defensione Bartol. si potest dici, quod in d. l. 1. in glos. in ver-
bo Caius docto. loquuntur, quando testator vsus est verbo cõ-
muni perueniant, hic vero subauditur verbum accipiant, quod
est verbum directum, licet non ciuile, & sic est maioris effica-
cię ad inducendum directam substitutionem quam verbum
commune vt inf. per Bar. in 3. quæstione principali in sua quar-
ta opinione. & ita videtur defensata ab omnibus impugnatio-
nibus opinio Bartoli, quid igitur tenendum. Breuiter enumera
bo aliquos casus, in quibus non videtur scrupulus, & postea di-
343 cam, quid sentiam in terminis Barto.† Primo itaque si testator
diceret, bona mea distribuantur pro anima mei testatoris, quã-
docunque filius meus decedat, vt sæpe vidi in testamentis, nõ
esset in casu pupillaris substitutio, quia bona pupilli nõ possunt
prodesse animæ testatoris secundum Petr. de Anchar. consilio
8. incip. difficultas colum. 2. per c. non putandat q. 1. Secun-
do, quando testator diceret, quãdocũque filius meus decedat,
bona mea dentur vel distribuantur, sine vlla diminutione, vel
tota hæreditas distribuatur &c. nam tunc esset pupillaris, quia
alio modo eius dispositio non sortiretur effectum, quia vbi es-
set fideicommissaria, saltem detraheretur legitima, quod non
fuit de volũtate testatoris, igitur debemus dicere qđ sit directa
pupillaris intra pupillarem ætatem. ita Alexã. hic col. 24. versic.
tanto magis. Sed tu aduerte ex duobus, quia etiam q non esset
pupillaris, tamen distribueretur etiam legitima filij decedentis
344 in pupillari ętate.† Quia vbi onus fideicommissariæ substitutio-
nis non iniungitur filio, censetur in dubio iniunctum hęredibus
filij: quo casu venit legitima per Bar. in l. qui duos. infr. eodem,
iuncta l. si fundum per fideicommissum §. fi. de leg. 1. Item le-
gitima comprehenderetur ex alio, quia dicemus eam esse dire-
ctam ad similitudinem directę militaris fauore piæ causæ tenẽ-
do opinionem Abb. quam defensaui supra in dubitationibus,
& hęc vltima consideratio procedit, etiam quod moreretur fi-
345 lius post pubertatem. tene menti, quia nemo aduertit.† Tertio
quando testator diceret, quandocunque filius meus decedat,
volo & bona mea & filii dentur & distribuantur &c. nam tunc
esset pupillaris in pupillari ætate, quia alias non possent venire
bona filij, & hoc est sine dubio. Quarto, quãdo testator institue
ret filiũ vel filios simul cũ vxore vel alijs extraneis, vel vnus fi-
lius esset pubes, & alius impubes, nam tunc non esset pupillaris
substitu-

---

a Sed in contrarium facit alia regula l. in rẽ §. itẽ quæcũq; ff. de rei
ven. vbi in non habentibus simbolum non est facilius trãsitus
& de plumbo ad ferrũ non est bona subintelligentia, sic ex ver
bis obliquis non possunt subintelligi verba directa. facit l. natu
raliter. §. nihil cõe ff. de acq. pos. vñ tenendo opin. ꝯ Bar. nõ ob-
stat fundamentũ suũ, videlicet q sub verbis, dẽtur & distribuã-
tur subintelligatur per necessarium antecedẽs, quod per prius
accipiant, quod verbum accipiant est directum simpliciter. ga
nũdeo, quod licet verbum accipiant intelligatur, dico tamen q
stat oblique, & non directe, & ita procedit text. in d. l. alio. alias
vbi staret directe, non posset fieri talis subintelligentia propter
regulam d. §. item quæcunque, & l. etiam. C. de iur. dot. & per
Soc. consil. 230. colum. fin. & quod quando verbum directum
sub obliquis imperfecta oratione subintelligitur illud stet obli
que est tex. si bene inspicitur. in l. fi. C. commu. de leg. Pręterea
quod ista verba des inducant fideicommissum dato quod nul-
les sit institutus est tex. in l. & eod. mo. & in l. etiam hoc modo.
ff. de leg. 1. in super, & hoc potissimo fundamento moueor cõ
tra Bart. quod illi fideicommissarij nõ censeantur directo sub-
stituti per l. fi. C. de hæredi. insti. vbi si dico si filius meus moria
tur, substituo Caium nulla alia præcedẽte institutione, per hoc
filius non censetur institutus & est communis opinio per Ale
xand. in l. Gallus. in prin. in 3. colum. supra de lib. & posth. ita in
proposito nostro, & multofortius dicendo, bona mea dentur
& distribuãtur per fideicommissarios, isti fideicommissarij nõ
debẽt censeri substituti pupillariter subaudiendo talem substi-
tutionem, nam hæreditas nutu ex sola subintelligentia dari nõ
potest sicut fideicommiss. l. nutu infra de leg. tertio, & distin-
ctio quam author ipse dat. infra in 2. limitatione ad quartam cõ
clusionem tertiæ quæstionis principalis Bar. per cle. 1. de præb.
optime facit pro pręmissis. vide eam.

b Et ita etiam tenet Corn. in consilio 152. columna quarta, versi-
cul. sexto. principaliter. vbi loquitur de pia causa. volum. secun-
da. Ferdinandus de Loazes.

substitutio ex quo est facta personis imparibus.l.hæreditatem.
& l.quamuis.C.de impub.& l.iam hoc iure.sup.eo.& ita in ter
minis vult Corn.consil 93.in 3.par.versic.tamen ex quo substi
tutio.circa hoc vide omnino quæ dicam. inf. in 3.q.princ. in 1.
cõclusione. Quinto quando testator diceret,si filius meus de-
cedat in pupillari ætate,vel postea quandocũque. volo ꝙ bona
mea dentur & distribuantur &c. nam tunc erit pupillaris pro-
pter mentionem pupillaris ætatis,per dicta.sup. in l.1.in glo. in
verbo,Caius.& dicam in sequenti quæstione.Sexto quando te
stator diceret,si filius meus decedat in pupillari ætate vel post-
ea quandocumque,volo quod bona mea mobilia & immobi-
a lia [a] distribuantur inter pauperes, tunc erit tantum fideicom-
missaria de talibus bonis mobilibus & immobilibus testatoris,
per dicta post decisio.Bar.inf.in 8.col.ad finem.Septimo quã-
do essemus in meris terminis Barto. vt quia diceret, quando-
cumque filius meus decedat, volo quòd bona mea distribuan
tur inter pauperes per tales fideicommissarios,& tunc existen-
te matre in medio ne ipsa mater excludatur, teneo opinionẽ
tenentem contra Bar.tanquam ęquiorem,quia ex quo non est
facta mentio pupillaris ætatis,& testator locutus est tantum de
bonis suis,nec expressit verbum directum, non video, qũo ex
cõiecturis vel verbis debeamus interpretari, quod voluerit ex-
cludere matrem a luctuosa hæreditate filij.ar.l.fi.,C.de insti. &
substitu.& l.præcibus. C.de impub. Vltimus casus est, quando
b mater non est in medio,& sumus in meris terminis.Bar. [b] nec
etiã est alia persona,de qua idem iudicemus vt de matre, iuxta
ea quę tradit Bar.sup.in l.2.antepe.col.& vlt.& tunc nõ audeo
pro nunc eligere aliquã partem maxime militante fauore piæ
causæ, tamen adhuc non firmando mihi magis placet opinio
contra Bart.quia vt dixi,nõ est facta mentio pupillaris ætatis &
testator locutus est tantum de bonis suis,non pupilli. Item ver
bum directum non est expressum per testatorẽ. Item ex quo
reliquit in pauperes,censetur reliquisse pro anima sua. gl. in l.
si quis Titio.de leg.sed pro anima testatoris non prosunt bona
aliena,& sic filij, vt dictum est. Et si dicis, ex quo non expressit
magis pro anima sua quã filij, põt intelligi etiã pro anima filij,
Respondeo, ꝙ pupilli anima nõ videt̃ tantũ indigere eleemo-
syna iuxta ea quæ traduntur in tit. de delic. puerorum. Item ex
quo dicit bona mea debet intelligi etiã pro anima mea.arg.l.&
magis.ff. de solu. Item in materia substitutionũ hæc est regula
345 generalis, hoc casu nõ loquitur substitutio. qui † aũt dicit sub-
stitutionem includere aliquem casum,habet hoc ostendere vt
voluit Io. And.in addi. Spec.in titul.de testa.§.1.vers. occurrit.
in fi.Old.consilio.21.incip.thema tale est.do. Abb.cons.140.in
cipiẽte,facti contingentia.in prima parte.Soc.consil. 52.in no.
volu.2.colum. versiculo,& in primis: sed in casu nostro verba
testatoris non comprehendunt pupillarem. ergo qui vult di-
cere,quod comprehendatur, debet hoc ostendere. dico tamẽ,
quod de bonis testatoris non detrahitur legitima filij mortui
in pupillari ætate,sed integraliter distribuentur, per ea quæ di-
xi supra.in secundo casu, & ita eligo quandam mediam viam
inter opinionem Bartoli & opinionem aliorum contra Barto-
lum.iuxta legem adeo.§.cum quis.ff.de acquirendo rerum do
minio. hoc tamen quod dico de legitima, firmabitur melius
in tertia quæstione.Barto.quia videtur obstare.cap.si pater. de
347 testamen.in sexto.† In secunda quæstione,secundæ quæstionis
principalis Bartolus concludit,quod si testator dixerit,si filius
meus decesserit sine liberis, tũc bona mea dentur pauperibus,
est fideicommissaria omni tempore, quia non dicit, per quos
distribui debeant bona, cum hac conclusione transeunt om-
nes hic.& fuit in specie determinatum per doctor. Tholosan.
quæstione ducentesima decimasexta, & si dicis, nonne subau-
diuntur illa verba,quod episcopus accipiat etiam,prout in præ
cedenti quæstione,respondet Bart.quod subaudiuntur ex me-
ra dispositione legis etiam cõtra voluntatem testatoris, vt hic
348 latius per eum,sed aduerte † quia licet eo casu,quo testator nõ
prouidet de executore, episcopus sit distributor etiam contra
voluntatem testatoris disponentis,quod episcopus se non im-
pediat,tamen quando testator non prohibet episcopum se im-
pedire, ex quo potuisset dare alium executorem & non dedit,
censetur sensisse de episcop iuxta dispositionẽ iuris. argumẽ.
l.conficiuntur. in principio. ff. de iure codicillo. & in isto casu
episcopus venit ex tacita voluntate defuncti. Item in materia
substitutionis tantum operatur subauditio testatoris quantũ
subauditio legis, nisi quo ad excludendam matrem vel aliam
personam similem matri vt patet in tacita vulgari & pupillari,
igitur hoc casu matre vel simili persona non existente in me-
dio,ex quo verbum,accipiat, subauditur saltem a lege in perso
na episcopi.d.§.si quis autem.in auth. de eccle. tit. debet idem
dici prout in præcedẽti quæstio.Credo quod ab istis impugna-
tionibus non de facili defendes Bart. quem omnes sequuntur.
non recedas tamen ab eius opinione per ea quæ dicta fuerunt
349 in præcedenti quæstione in fortioribus terminis. † Limita mo
do hanc conclusionem,quando dixisset sic, si filius meus dece
dat in pupillari ætate, vel postea quandocũque, volo quod bo-
na mea dentur pauperibus,nam tunc propter mentionem pu-
pillaris ætatis præsumitur testator voluisse substituere pupilla-
riter, alias frustra de pupillari ætate fecisset mentionem. iuxta
glo.ma.ad fi.in l.præcibus.C. de impub. & ita in specie limitat
Bald.in l.si quis ad declinandam.in 3.col.C.de episc.& cler.se-
quitur Corneus consi.137.col.3.in 3.parte.sed Alc.hic 25. col.
350 post Imol. reprehendit. Quia mentio † pupillaris ætatis facit
quod sit pupillaris, quando substitutio fuit facta per verba di-
recta vel communia. ita loquitur.d. l. præcibus. secus secundũ
eum si per verba obliqua & verum dicit. & pro eo allego text.
in l.cohæredi.§.cum filię.infra eo.Et si dicis,nonne verba obli-
qua ex voluntate testatoris collecta etiam ex coniecturis tra-
huntur ad vim directorum,vt dicitur velle Aretin. in l.1.4.col.
in prin.supra eo.& ibi Soci.7.col.respondeo, quod mentio pu-
pillaris ætatis non est sufficiens coniectura,vt verbum obliquũ
trahatur ad directum.d.§.cum filię.secundo dico quod immo
non sufficit coniecturata mens testatoris ad trahẽdum verbũ
obliquum ad directum, sed requiritur quod expresse testator
dicat,vt vult Barto.in l.quærebatur.ff.de testamẽ.milit. & vult
idem Aret.5.in hac.l 8.col.vers.& pro declaratione. Et bene fa
cit,quia vt dixi.sup.vbi testator vult ponere vnum vocabulum
pro alio penitus diuerso, necesse est quod hoc dicat expresse,
non autem sufficiunt coniecturę,vt declarat Bar. post gl.in l.4.
ff.de leg.1. posset tamen defendi limitatio Bal. per illud quod
dixi.sup.in præcedenti quæstione, iuncto eo quod consideraui
de episcopo in hac quæstione,in cuius persona subauditur a le
ge verbum,accipiat, & iuncta mentione pupillaris ætatis facta
351 per testatorem,& ita teneo cum Bar. Secundo † pro limitatio-
ne scias,quod licet sit substitutio fideicõmissaria, vt dicit Bart.
tamen si moriatur filius in pupillari ætate, distribuitur etiam
legitima filij,per doct. Bar.in l.qui duos,inf.eo. iuncta. l. si fun-
dum per fideicommissum.§.fi.de lega.1. Item non detrahetur
c Trebellianica,ex quo est fideicommissum ad pias causas, iux-
ta doctr.Bar.in l. Marcellus.inf.ad Treb.3.col.& communem.
quam etiam tenet Corneus cons.93.in princ.in 3.parte. vtilitas
ergo est isto casu,ꝙ sit fideicommissaria,quia non venient bo-
na pupilli aliunde prouenta quam a testatore, item vtilitas est,
quia si veniat ad pubertatem,detrahet legitimam,& eius hære
des etiam ab intestato illam habebunt, per d. l. si fundum per
fideicommissum.§.fi.cum l.seq. ꝙ tene menti, quia nullus ad-
uertit.dicam tamen inferius in tertia quæstione principali. Li-
mito etiam,quando testator expressisset, quod distributio fie-
ret per episcopum,quo casu per verba testatoris & ex eius vo-
luntate subaudiretur verbum,accipiat, & sic per omnia dicen
352 dum esset, vt in præcedenti conclusione.† Et si dicis immo ex-
pressio eius,quod tacite inerat a lege contra voluntatem testa-
toris,nihil operatur.l.3.ff.de leg.1. sed inerat tacite a lege con-
tra voluntatem testatoris, quod episcopus acciperet, vt dicit
Bar.ergo expressio testatoris nihil debet operari. Respondeo,
ꝙ ex quo testator potuisset prouidere de alio distributore, &
auferre distributionẽ episcopo,ideo si illam dedit expresse epi-
scopo,dr̃ tunc episcopus illam habere a testatore, nõ a lege. &
sic expressio operatur per ea quæ tradit Bar.in d.l.3.de leg.1.te
ne menti.quia etiam nullus hoc declarat, & esset magna vis in
practica. In sequenti quæstione Bar.docto. communiter tran-
seunt cũ Bar. & sic dicendũ est, prout in prima qõne huius se-
cundæ qõnis principalis.habes tamen colligere notabilem re-
353 gulam ex Barto. † Quod qualitas vel restrictio posita post duo
d verba vtrũque verbum qualificat,& ampliat,& restringit [d] per
l.mulieri & Titio.ff.de condi.& demonst.facit optimus tex. in
l. hæres meus vxori. ff. de legatis. 3. vbi si lego vestem mulie-
brem,ornamẽta omnia,mundum, aurum, argentũ quod eius
causa

a In istis terminis consuluit Capta.consil.78.
b Retenta tamen opi.Bar.pro vera tanquam faueat piæ causæ, li-
mita,quando testator dixisset,instituo filium meum, & si effi-
ciatur religiosus, volo ꝙ bona mea per eum dentur & distri-
buantur pauperibus,quia tunc eueniente conditione censere-
tur grauatus per fideicommiss.per illa verba mere obliqua,dẽ-
tur,&c.nec sub eis subintelligeretur verbum accipiat directũ,
cum ipse filius iam habeat. & de hoc vltimo casu vide Pau. de
Cast.consi.338.col.2.secundum antiquam impressionem.
c Capta consil.78.in fin.& consil.seq.& per Paul.de Castr. in l. in
testamento.C.de testa.mili.& Oldr.tenet in cons.247.in 6. du-
bio.post Arch.& Io. And.tenet quòd detrahatur.de quo tamẽ
per Roma in repe.authenticę,similiter col.55. versic. quadra-
gesimo,quòd de relictis.C.ad l. Falc.& Philip. Franc. in cap. si
pater.col.41.versic.in ea.glo in fi.de test.in 6.
d Facit.l.cum seruus.ff.de condi. & demonstr. quæ tamen regula
recipit quatuor limitationes quas ponit præceptor meus De-
cius in l.in testamento.co um.4 & sequen. C.de testamen. mi-
lit.ad tertium nota.ibi collectum.

causa paratum est &c. illud quod eius causa, determinat omnia
præcedentia, similiter si lego vineam & fundum fructibus ple-
num, illud plenum refertur etiam ad vineam. Bartol. in l. cum
filiofami. in fi. de leg. 1. & tradit Aretin. hic. colum. 13. facit cap.
vbi periculum §. nulli. de elect. in 6. vbi lex prohibet mittere nũ
cium, vel epistolam, vel loqui secrete quando Cardinales sunt
in cõclaui pro electione Papæ. illud, secrete, determinat omnia
præcedentia secundum Ioan. And. & Gemi. ibi, facit etiam qđ
consuluit domi. Decius consil. 92. per totum. vbi consuluit, qđ
si testator legauit vxori suæ omnes campas tam lineas quam la
neas, & alias massaricias domus, illa qualitas domus, refertur
ad omnia præcedentia. bene facit quod notat Barto. in l. doli. in
princip. ff. de seruo corrupto. iuncta. l. prima. §. si quis aduentu.
a ff. vi bonorum raptorum. a Si statutum dicat, quem puniri cer-
ta pena, si furto rem subtraxerit, vel vulnerauerit aliquẽ de no-
cte, illud intelligitur etiam repetitum in furto. sequitur Alexã.
354 hic. † Contra tamen hanc regulam videtur obstare decisio Bar
tol. in l. in repetendis 2. colum. in fin. in versi. quæro vidimus. ff.
de lega. 3. vbi si dico, lego Titio fundum, item eidem domum
sub tali conditione, illa conditio non refertur ad legatum fun-
di. Aretinus hic adducit, & non respondet, sed dicit materiam
tradi per Bartolum in l. auia ff. de conditio. & demõstratio. Tu
potes pro nũc dicere, quod ibi est propter dictionem, item, quę
operatur vt sint duę orationes separatę, & non repetit rem, sed
solum verbum, lego, vt ibi per Bart. vide tamen tex. in §. item la
355 pilli. cum glos. sua. instit. de rerum diuisione. † In quarta quæ-
stione secundæ quæstionis principalis habes, quod si testator di
cat, quandocũque si filius meus decedat volo quod bona mea
vendantur, & precium distribuatur inter pauperes, quorum ele
ctio fiat per meos fideicommissarios, erit fideicommissaria tã-
tum, non pupillaris, quia solum ad fideicommissarium spectat
b electio pauperum. b sequuntur communiter doc. Aretinus ta-
men colum. 14. in princip. insurgit contra Barto. quia dicit ipse
inter casum præcedentem & istum non est differentia, cum in
vtroque casu post verba præcedentia adijciantur illa verba, per
meos fideicommissarios, quæ debent referri ad omnia pręcedẽ
tia iuxta legem mulieri & Titio ff. de conditioni, & demonstra
tioni. nec obstat quod dicit Bartolus de relatiuo, quia ad id itto,
dicit Aretinus, quod illud relatiuum, quorum, non refertur ni-
si ad pauperes eligẽdos, sed illa verba, per meos fideicommis-
sarios, bene possunt referri ad omnia. Tu defendendo Bartol.
dic, quod in hac quæstione non potest negari, quin illa verba, per
meos fideicommissarios, habeant suum verbum determinatũ
scilicet fiat, cum dicat, quorum electio fiat per meos fideicom-
missarios secus in præcedenti quæstione quando dicitur, bona
mea vendantur, & precium detur per meos fideicõmissarios,
nam tunc verbum, vendantur, sicut verbum, distribuantur, de-
terminatur per illa verba, per meos fideicommissarios, cũ non
sit aliquod relatiuum in medio, quod impediat, & hoc est qđ
recte considerauit Barto. quicquid dicat Are. præceptor meus
hic, etiam ponderat contra Bar. tex. in l. hæres §. vxori. de legat.
3. vbi relatiuum quod singularis numeri determinat verbum,
vestimenta, & sic non solum suum antecedens argentum, sed
etiam verbum, vestimenta, quod non potest, esse antecedens re
latiui, quod, cum sit pluralis numeri secundum eum. Tu dic,
quod immo verbum, vestimenta, ibi est etiam antecedens ad
relatiuum, quod, vt per Bartol. in terminis in l. Plautius in pri-
ma oppositione ff. de auro & arg. lega. vbi respondet ad faltam
grammaticam. Limita modo hanc conclusionem, quando te
stator illosmet executores, quibus dedit electionem pauperũ,
in alia parte testamenti, constituisset executores generales, quia
tunc ad eos spectaret venditio & distributio precii, & per con-
sequens esset pupillaris retenta opinione Barto. in 1. quæstione
huius secundæ quæstionis principalis. ita Imo. hic column. 11.
in princ. ver. sed certe. sequitur Alexand. 26. colum. in princip.
Aret. 14. in princ. præcep. meus. 22. in fi. nec hoc videtur præter
intentionem Bartol. dum dicit, nisi ex alijs verbis infra vel su-
356 pra positis in testamento appareat testatorem aliud sensisse † Ta
men aduerte, quia videtur obstare regula, quæ habet, quod per
specialem prouisionem in vno casu tollitur generalis prouisio
357 legis l. doli clausula. ff. de verbo. oblig. vbi Bar. † item vbi vnum
in specie conceditur, alia censentur denegata l. maritus. C. de
procu. Breuiter dic, quod vbi in alia parte testamenti constituit
eos executores generales declaratur per hoc quod tũc illa ver-
ba per meos executores non debent restringi ad electionẽ pau
perum sed omnia debent determinari, & vide ad hanc limita-
tionem Alexan. consilio 124. volum. colum. antepen. in fin. &
358 sequen. † Vltimo dum Bar. dicit, quod participium, eligendos,
resoluitur in relatiuum, & verbum futuri temporis, id est, qui
c eligentur. c Adde Bart. in l. prima 9. colum. 7. quæst. princ. ff. de
cond. & demõstra. glos. in Cle. prima in vers. dignitatibus. de
præb. & per hoc alias dicebam, licet esset modicę dubitationis
coram iudice paucarum literarum, quod sicut illa promissio
promitto centum modios qui nascẽtur ex tali fundo omni an-
no, est promissio conditionalis, & habet locum doctrina Bart.
in l. inter stipulantem. §. sacram. 11. colum. in princip. ff. de ver-
359 borum obligat. † Ita etiam illa promissio, promitto centũ mo-
dios vini ex vino nascituro ex tali fundo singulo anno, erit con
ditionalis, vnde concludebam, quod creditor debet probare vi
num fuisse natum, & si nõ erat natum illo anno, quod debitor
non tenebatur dare de alio vino. per doctri. Bartol. in dicto §. &
etiam iuncta doctri. Bartol. hic, & hoc no. propter iudices igno
360 rantes qui non intelligũt nisi verba ad literam. † Et scias, quod
vbi substitutio est fideicommissaria ad pias causas, ista hæredi-
d taria transeunt in piam causam etiam nulla restitutione facta.
per l. fina. C. de sacrosanct. eccle. ita Imol. hic 12. column. post
princip. Alexand. 26. & idem Alexand. in l. 1. §. sed quotiens ff. ad
Trebel. Bartol. in l. fi. in antepen. colum. versic. secundo quæro.
C. de sacrosan. eccle. cum alijs adductis per Alex. hic qui respõ
det ad fundamenta tenentium contrarium. vide per eum. Et
e hæc do. Bart. posset adduci an bullæ e his diebus præterita præ-
sentatæ valerent, quod in ciuitate diceretur tantum vna missa,
vel an in qualibet ecclesia poterat dici vna missa, non decido ca
361 sum, qui tamen apud me erat clarissimus. † Circa tertiam quæ
stio. principalem de compendiosa facta a pagano per verba cõ
munia. Prima sit conclus. quod vbi in compendiosa facta per
f verbum commune fit mentio in specie de pupillari ætate, vt
quia dicit, si filius meus decedat in pupillari ętate vel postea
quandocunque, Titium substituo, tunc etiam ad exclusionem
matris erit pupillaris in pupillari ætate, & postea fideicommis-
saria. glos. in l. præcibus. C. de impu. in verbo, fideicommissi. in
fin. & ita tenent omnes secundum Bartol. hic, & ex hoc habes
notare, quod tẽpus pupillaris ętatis expressum specialiter plus
operatur ad inducendum, quod testator voluerit facere pupil-
larem, quam si comprehẽdatur sub generalitate, quia tunc ma
gis est dubia voluntas testatoris. Et tamen mẽtio pupillaris ęta
tis non est sufficiens ad trahendum verbum obliquum ad dire
cta substõnem l. cohæredi. §. cũ filię inf. eo nisi dixerit testator
pupillariter, quia tũc significaret non solum tẽpus pupillaris sub
stõnis sed ẽt pupillarem substõnem, vt per Bar. in l. quęrebat ff.
de testamen. mili. Item vbi substitutio esset facta in certa re, pu
g ta in quantitate dotis, ẽt expressa mentio pupillaris ætatis nõ
traheret verbum commune, immo nec directum nõ cum e ad
362 pupillarem substõnem. Cor. in terminis. cõs. 40. in 3. p. † Simi-
liter qñ substitutio esset facta cõpẽdiose personis impuberibus vt
puberi

a Adde Bartol. in l. cum filio. in fina. verbis. ff. de lega. 1. Imol. dom.
Anto. in Cle. 1. de supplen. negligen. prælato.

b Pro confirmatione facit reg. l. seruis legatis. §. fina. ff. de lega.
3. l. doli clausula. ff. de verbo. obliga. quod prouisio siue dispositio
spiritualis facit cessare generalem per quam do. meus Phi-
lipp. in rubr. C. de eden. colum. pen. quod quando in aliqua par
te dispositionis est facta mentio rationum, si postea subijcia-
tur terminus generalis instrumentorum sub appellatione in-
strumentorum non comprehenduntur rationes. facit quod
eleganter consuluit Aret. consilio 83. circa columnã versic. e-
mo ad illud. vbi cõsuluit quod si aliqui habent iurisdictionem
concessam a communitate ordinariam & generalem si ab ea-
dem communitate eis committatur specialiter declarare man
chamenta illa specialis cõmissio derogat ordinariæ potestati.

c Facit ad statuta huius florentissimæ vniuersitatis Valẽñ. Del-
phi. quę statuta dum assignant pręmium & mercedem inclito
Rectori Cancellario doctoribus & bidellis eiusdem pro gradi
bus a graduatis in ea sumptis loquuntur per hæc participia gra
duandos, & promouendos, quæ debent resolui .i. qui gradua-
buntur & promouebuntur.

d Roma. in repet. authen. similiter columna 38. versicu. 27. quod
licet alias C. ad l. Falcid. Alexand. in consilio 40. columna secun
da vbi hinc inde refert opin. in libro tertio. Mathe. nota. 42. li-
mita tamen illud quod fideicommissum transeat sine restitu-
tione, quando testator vel hæres non possideret aliquid de re-
bus sub fideicommisso comprehensis per ea quę cõsuluit Cor
ne. consi. 117. col. pen. lib. 1. quem vide.

e Hoc enim anno 1516. mẽse Septembris applicuit Valẽñ. Theo-
dorus nepos Imperatoris Constantinopolitani habens indul-
tum a summo Pontifice, quod non posset dici nisi vna missa
die Dominico per eum delecta vt facilius congregaret vniuer-
sum populum, & haberet eleemosynam pro redemptione
captiuorum.

f Vide Philip. Frã. in repe. c. si pater colum. 36. vers. secundo quæ-
ritur. de testam. in 6. Baptis. Seueri. in rep. l. præcibus. columna
19. & sequen. C. de impube. Lancel. Poli. in trac. substit. cha. 43.
colum. 3. Bar. consil. 33. præsupponitur. Rom. consilio 185. An-
na. consil. 79. Capra. consil. 7. col. 2. in consil. 16. & in consil. 84.
Alex. consi. 71. in fi. lib. 2.

g Roma. consil. 58. Corne. consil. 47. colum. 3. lib. 1. vide Philipp.
Fran. in c. si pater col. 38. vers. quinto quæritur. de testa. in 6.

puberi & impuberi, talis mentio pupillaris ætatis non traheret substitutionem compendiosam ad pupillarem substitutionem in persona impuberis, quia fortior est regula, quod debet capi illa substitutio, quod conuenit omnibus personis, & sic quod vna determinatio æqualiter determinet, quam mentio pupillaris ætatis. ita Richar. de Salic. in consilio incipi. quidam testator habens tres filios, loquitur in reciproca mixta
a cum compendiosa. a sequitur Alexand. in l. in testamento. C. de testamen. milita. & ibi præceptor meus columna secunda in fine. & sequen. & ita etiam concludit in simplici compendiosa, Corne. consilio. 180. in prima parte, vbi alias authoritates adducit, & dicit, quod ab illis authoritatibus non putaret tutum iudicantem recedere, & loquitur etiam quod sit verbum directum, & idem vult Corne. consilio 114. in tertia parte, sed non loquitur, quando est facta mentio pupillaris ætatis, & similiter in consilio. 93. in eadem parte. Contrarium tamen consuluit Raph. comen. consilio 126. incipien. Ioannes quondam, & sequitur domi. Decius in d. l. in testamento colum. 2. princ. & Corn. consi. 142. in 4. parte. imò voluit fortius Paul. de Cast. in d. l. in testamento, quòd imparitas personarum in substitutione compendiosa non impediet quin sit pupillaris, etiam quod non sit facta mentio de pupillari ætate, sed opin. Paul. de Cast. non est vera. solum ergo remanet dubium, quando est facta
363 mentio pupillaris ætatis. † Ego in hoc passu eligerem mediam
b viam, vt scilicet esset pupillaris, si mater nō esset in medio, b vt sic illi regulæ, quod vna determinatio debet æqualiter determinare l. iam hoc iure supra eodem præualeat mentio pupillaris ætatis, & regulæ, quòd in dubio substitutio debeat interpretari directa, vbi vero mater esset in medio, tunc fit fideicōmissaria omni tēpore, & sic præualeat fauor matris, & sic illa regula quòd vna determinatio &c. præualeat mentioni pupillaris ætatis locum habet fauore matris, non illa regula, quòd in dubio substitutio debeat iudicari directa, & pro hoc pondero quòd tex. in c. si pater. de testa. in 6. non ponit sine mysterio, quod filia & filius erat impubes, nō autem vnus pubes & alius impubes, & ideo dicit, quòd ibi substitutio directa conueniebat personis, & tanto magis hoc procedit, quia text. in l. iam hoc iure, vult, quod data imparitate personarum, vt sit pupillaris, debeat expresse fieri pupillaris substitutio, sed sola mētio pupillaris ætatis non facit pupillarem substitutionem repugnante verbo obliquo. dicta l. cohæredi. §. cum filiæ, ergo etiam repugnante imparitate personarum quæ consideratur non solum in reciproca, sed etiam in alia substitutione simplici. l. quamuis. C. de impuber. & per hæc tolluntur funda. Rapha. Comen. & domi. Deci. si diligenter considerabilis. † Se-
364 cunda est conclusio, quod substitutio cōpendiosa facta sine specificatione pupillaris ætatis per verbum directum licet non ciuile, quandocunque filius decedat, moriatur Caio, vel Caius accipiat bona, est in pupillari ætate pupillaris, & postea fideicommissaria, etiam quod mater sit in medio. ita vult Barto. hic ita intelligens cap. si pater de testa. in 6. & ita etiam potest intelligi. l. precibus. C. de impube. & in hoc non reperio discrepantem.
365 † Solum cadit dubitatio, an saltem debeat substitutus pupillaris dare legitimam in foro conscientiæ, dato quòd in foro contentioso non teneatur. Archi. in dicto. cap. si pater de testamen. in 6. colum. 4. in fine. tenet, quod in foro conscientię natio debeat habere legitimam, per c. fina. 17. quæst. 4. iuncta l. l. nam etiam si parentibus. C. de inofficioso testamento. facit, quia quod natio excludatur in totum, videtur contradicere æquitati naturali. Baldus in l. precibus. columna 3. versi-
366 culo. circa tertium. C. de impuber. Sed lex positiua contradicens equitati naturali non habet locum in foro conscientiæ. Innocen. in c. quia plerique. de immunita. eccle. facit text. in cap. fina. 9. distinctio. & in fin. de consuetud. & hec conclu. videtur multo magis procedere, quando filius habet alia bona,
367 quam paterna. † Socin. in l. 2. 3. colum. vbi aliquando dixi in tertio effectu de pupilla. substitutio. arguit fortiter in contrarium. Nam lex canonica disponit substitutum excludere matrem etiam respectu legitimæ. d. cap. si pater. Ius autem canonicum non disponit aliquid, quod sit prohibitum in foro cōscientiæ, quia canon considerat vtilitatem animæ, vt dicit glo. in cap. cum contingat. versicu. debeat de iureiur. facit cap. fin. extra de præscrip. vbi Abb. & Abb. in cap. vigilanti eod. titu. & quod tradit Abb. in cap. clerici de iudi. & latius in præfat. Grego. colum. 6. & hanc opini. contra Archidia. tenet Corne. in l. precibus. C. de impube. colum. ma. in fi. & ibi dom. Lancell. Decius, colum. 2. in fin. & mouentur in effectu fundamento, de quo per Socin. & idem vult domi. Philip. Fran. in dicto cap. si pater. domi. Decius in dicta l. precibus colum. in princip. tenet cum Archidia. & respondet quòd cap. si pater procedit in foro fori, non in foro poli, & quod vbi canones distinguunt forum conscientiæ a foro contentioso, tunc non sequitur ius canonicum hoc disponit, ergo debet habere locum in foro con-
c scientiæ. c Abb. in cap. 1. de constitu. colum. 3. versicu. sed quæro an lex positiua. per cap. tua nos. de sponsa. & c. inquisitionis de senten. excom. sed in casu nostro canones distinguunt per dictum cap. fin. 17. q. 4. solu. non est tuta, quia c. fi. loquitur de exclusione filij, non autem de exclusione matris, non obstat. l. nam & si parentibus, ibi, non minus pie, &c. quia licet non minus pie relinquantur &c. non tamen sic debetur, prout liberis, in quibus concurrit votum naturæ parentum, quod votum non concurrit in parentibus. ita declarat tex. in l. scripto. in fin. ff. vnde liber. vnde ego alias dicebam quod ad cap. si pater. responderi potest, quod ibi erat substitutus filius testatoris, & filio erant substituti pauperes, nimirum si excludebatur mater etiam a legitima de iure canonico. Archidia. vero loquitur de substituto extraneo, sed hæc responsio non satisfacit propter rationem illius tex. quæ est generalis, & propter. d. ca. fin. vnde secundo respondebam, quod non est bona conse-
368 quentia † lex canonica hoc permittit, ergo est licitum in foro conscientiæ. nam lex canonica permittit, quod contrahentes se decipiant, modo non sit deceptio vltra dimidiam iusti pretij. cap. penulti. & cap. cum dilecti. extra de emptionibus & venditioni. & tamen hoc non est licitum in foro conscientiæ, nec bono viro gloss. in l. semper in stipulationibus de regulis iuris. Ioannes de Anania, in cap. in ciuitate. de vsu. cum alijs adductis per dominum meum in lege penultima, in quinto notabili de pactis, licet in contrarium videatur glo. in hoc vlti-
369 mo in cap. si capis. 16. q. 1. quid tenendum. † Breuiter tamen
d teneo d saluo iudicio theologorum, quod in foro conscientiæ substitutus pupillaris non teneatur dare legitimam matri. moueor, quia nunquam reperies, quod in casu certo & manifesto, vbi non agitur de ijs quæ consistunt in corde, vel in cōiectaris, seu in præsumptionibus, vel in alijs aliter occultis ius canonicum dispositiue aliquid disponat, quod sit peccatum, immo si foueret dispositiue peccatum, non esset canon. iuxta cap. sunt quidam. 25. quæstio. 1. final. 9. distinctio. cap. fina. de consuetu. cap. fina. de præscrip. est bene verum, quod aliquando permissiue vel comparatiue hoc facit, vt in capitulo, denique. 4. distinct. vbi gloss. not. & in cap. 1. vbi gloss. 14. distinctio. Item similiter in occultis aliud est in foro ecclesiæ, aliud in foro conscientię in d. cap. tua nos, & in d. cap. inquisitioni, sed in casu nostro lex canonica dispositiue disponit, quòd etiam
370 substitutus retineat legitimam in præiudicium matris. † Secundo moueor, quia volunt doc. quod statutum auferens legitimam valeat, tanquam legitima debeatur de iure ciuili, vt per Dy. in reg. indultum de reg. iur. Alex. in l. quod de bonis. §. fi. ff. ad legem Falc. & tñ si hoc esset peccatum non valeret cent aũt tex. 4. distin. Bar. in repet. l. oẽs populi in 3. qō. 3. principa-
371 lis. ff. de iustit. & iure. † Tertio moueor. quia pater est ille, qui priuat matrem sua legitima sed pater non dicitur aliquid facere contra officium pietatis, licet ipse filius faceret, si priuaret matrem, ita vult tex. in d. c. si pater in fin. & in l. Papinianus. §.
e sed nec impuberis. e ff. de inoffi. testa. si ergo non facit contra
372 officium pietatis, ergo non est peccatum. † non obstat cap. fi. 17. q. 4. quia ibi in primo casu nec in foro fori nec in foro poli erat licita exhæredatio filij propter ecclesiam ex aliqua iuris dispositione. item ibi in secundo casu donatio reuocatur tam in foro fori quam in foro poli. per l. si vnquam. C. de reuo. dona. nec est lex quæ dicat contrarium, sed solum in hoc est differentia inter forum fori & forum poli, quia forum fori non disponit, quod bona donata nascentibus filijs debeant restitui non petenti, nec etiam disponit contrarium, sed forum poli bene vult, quod etiam patri inopinanti & sic non petenti debeat fieri restitutio post susceptionem liberorum. Ita intelligo notiter illum tex. ex quo nullo alio iure probatur, quod donatio facta ecclesiæ a non sperante de futuris filijs non reuocetur propter superuenientiam liberorum, & si docto. videãtur velle contrarium, scilicet quod non reuocetur nisi respectu legitime, vt ibi per gl. & per Bar. in l. Titia in §. Imperator. de leg. 2.
Tertia

a Vide Ang. consi. 183. quidam Nicolaus. Philipp. Fran. in repeti. c. si pater col. 40. uersi. 13. quæritur de testa. in 6.

c Limita tamē istud, quando filius testatoris esset substitutus quia siue mater sit in medio siue non erit pupillaris. Paul. de Cast. cōs. 255. col. 3. fm antiquā impressionē. idē. Ang. cōs. 151. col fi.

d Facit tex. in §. hinc colligitur. 1 q. 3. & in capit. agathosa. 27. quæstione. 2.

e Comprobatur ex regula quæ habet quod quando lex ciuilis & canonica concordant nunquam est periculum in foro conscientiæ, est glo. in versi. ecclesię in cap. ad nostram de here. & lat. ssime scribit Fely in c. vigilanti. colum. final. de præscrip. in c. 1. in 6. fallen. de constitutionibus.

e Illa iura debent, quod fingitur test. m patris, quæ fictio est iniqua & rigorosa, quia priuat matrem legitima contra naturam fictionis, quę debet fingere suadēte æquitate. l. denique. §. nec vulem. ff. ex qui caus. maio. Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuca.

373 † Tertia est, conclusio, quod substitutio compendiosa facta per verbum commune matre non existente in medio est pupillaris in pupillari ętate,[a] & postea fideicommissaria. & ita tādem cōcludit Barto. in istis terminis intelligens glo. in §. qua ratione. in gloss. magna. in fin. insti. de pupil. substitu. & hoc, siue sit distributiuum, quandocunque decesserit, siue simpliciter sit dictum, si filius meus decesserit sine liberis, talem substituo. & siue sit facta mentio de pupillari ætate siue non, hæc opinio est vera & proculdubio tenenda secundum præceptorem meum, & est magis communis, vt patet per authoritates, allegatas per eum in 3 columna ad finem, & eam tenent omnes doct. hic post Barto. & in l. precibus. C. de impube. vbi etiam præceptor meus col. 10. & ibi domi. Decius colum. 12. allegat aliqua consilia, vt per eum, licet non videatur dicere quid tenuerit. Et pro hac opinione dicit determinatum fuisse in parlamento Delphina. Guido Papę conclusione 521. per c. si pater. de testamen. in 6 & c. Raynutius. eo titu. licet secundum eum aliqui dicerent contrarium.[b] & ista apparebit vera ex his quæ dicemus in sequenti conclusione in fortioribus terminis. Solum restat itaque, vt tollantur ea, quæ adducuntur

374 in contrarium. † non obstat igitur primo, quod quemadmodum substitutio respiciens plures personas solū continet illam substitutionem, quæ potest omnibus conuenire, ita etiam si respiciat plura tempora, debet continere tantum illam, quæ omnibus temporibus potest conuenire. l. iam hoc iure supra eo. iuncta l. vel singulis cum l. sequen. infra eo. nam ad hoc respondet Barto. hic in fi. huius quæstionis, licet satis obscure & corrupte, volunt sic dicere Bartol. Quod argumentum de personis ad tempus non valet hoc casu propter diuersitatem rationis, quia vbi substitutio respicit plures personas, ideo capitur illa quæ est communis omnibus personis, ne alias sequantur duo diuersi effectus in personam pupilli, in personam vero aliorū non sequatur nisi vnus nam pone, quod in pupillo esset pupillaris, in aliis vero nisi vulgaris certe in pupillo si repudiaret hereditatem, vel alio modo ad eam non veniat, haberet locum vulgaris. & si postea decedat in pupillari ætate, haberet locum pupillaris, in aliis vero non posset sequi nisi effectus vulgaris, qui absurdum est ... inconueniens d. l. iam hoc iure in casu vero nostro non potest sequi nisi vnus effectus. quia aut erit pupillaris, si decedat in pupillari ætate aut fideicommissaria, si post decedat. non enim poterit esse pupillaris & postea fideicommissaria ... nisi semel moriatur. Sed aduerte, quia etiam in casu nostro possunt sequi diuersi effectus, nam pone, quod pupillus, cui est facta compendiosa substitutio per verbum commune, repudiat hæreditatem paternam, certe habebit locum vulgaris, per Barto. infra eo. in ... pone postea quod decedat in pupillari ætate certe habebit locum pupillaris, & sic sequuntur diuersi effectus. sed forte diceret Barto. ad hoc respondere, quod non cōtingit ex diuersitate temporum nec personarum, sed ex diuersitate casuum, ideo non debet haberi in consideratione, nec facit ad propositum nostrum, quicquid sen-

375 tiat Imol. & Aret. ... in primis verbis. Aret. vero 18. col. reprehendit Barto. ex alio, scilicet quod lex vniformis determinat ... l. iam hoc iure ... C. de impu. non cōsiderat, quod possint contingere diuersi effectus in executione ipsius substitutionis, sed considerat, quod vnum verbum & vnica oratio non debet quo ad plura sub eo comprehensa diuersimode accipi. Sed aduerte, quia ad hoc potest defendi Barto. nam dico, quod lex vult vnicam orationem & vnicum verbum determinari vniformiter, ne postea sequantur diuersi effectus ex eodem verbo. hinc est, quod vbi sequuntur semper idem effectus & idem finis, idem verbum variatur propter varietatem temporis. l. pater Seuerinam. §. conditionum infra de cond. & demō. quam ita declarat Barto. in l. in pupillari infra eodem & ita vides defensatam solutionem Barto. licet omnes alij damnent, nec aliquis est qui Barto. defendat, qui sine cōtrouersia est auriga legistarū. Alias solutiones dant hic doc. maxime Aret. & Alex. sed quia est defensata solutio

376 Barto. non curo mihi ... † Alio tamen modo vltra cōmuniter doctores posset responderi, quod ex quo verbum cōmune magis secundum sui naturam adaptatur ad directam, quam ad obliquam substitutionem, vnde in dubio substitutio iudicatur directa, glo. in l. verbis ciuilibus. supra eo. in casu nostro substitutio non debet esse semper fideicōmissaria quia nō satisfaceret naturę verbi & potiori sue significationi, si semper pariformiter determinaret, sed in l. iam hoc iure, pariformiter determinando seruat verbū, substitutio, suam potiorē significationem ... &c. hæc tñ solutio non est bene tuta quia infra ostēdam, quod verbū cōmune ... proprie significat fideicōmissariā quā directā substitutionem. Potest ēt dici, quod substitutio reciproca circa personas diuersimode determinant. si aliquomodo constat de voluntate l. in testamento. C. de testam. mili. sed in casu nostro ex quo verbum ponitur complectēs etiam pupillarem ætatem & pubertatē & verbum commune conuenit etiā pupillari, videtur satis constare de voluntate testatoris, quod in pupillari ætate sit pupillaris, & postea fideicommissaria. Non obstat quoque huic conclusioni diuisio voluntatis testatoris, l. cum quis. post ff. de his quibus vt indig. quia fateor quantum ad hoc, vt pro parte valeat, & pro parte non, sed quantum ad hoc, vt si vno tempore verificetur conditio substitutionis sit vna substitutio, si vero alio tempore sit alia, bene admittitur variatio,[c] vt patet in d. §. conditionum, & in d. l. precibus. C. de impuberum, cætera dic vt hic per Imolam Alexandr. & Aret.

377 † Quarta est conclusio, quod substitutio compendiosa facta per verbum commune, si non est facta mentio de pupillari ętate in specie matre existente in medio est omni tempore fideicommissaria, ita vult Bart. intelligens in istis terminis opinionem[d] glo. hic & in l. præcibus, C. de impub. & sequacium, idē tenet Bal. in l. precibus, 11. col. versic. 7. dico, vbi videtur dicere, quod ista est communis opinio. Ange. in consilio 13. incipien. Iacobus. Ioannes de Anania consilio 79. incip. casus sic se habet, vbi audacter dicit, quod ista est communis opinio hic & vbique & quod ita concludunt doctores, & ibi etiam hoc firmat Ludou. Bologn. in additio. ad consilium domini Ioan. de Anania dicens se ita consuluisse, & ita vult Bald. in l. iam hoc iure, versiculo hoc itaque sup. eod. vbi dicitur quod ita concludunt doctores, & ita etiam tenet Aret. dicens hanc esse communem opinionem, consilio 16. alias, 150. ad finem, alios etiā allegat dominus Decius, qui hoc tenent in d. lege precibus 12. col. dicit tamen, quod facile iudicare non potest, quæ dicatur communis opinio, sed mihi videtur, quod si consideramus authoritatem Barto. & aliorum, qui eum sequuntur, licet authoritatem antiquorum, inter quos sunt glo. quæ tenuerunt cum Bartolo simpliciter, quod esset fideicommissaria, qui vbique idem magis tenebant, si mater esset in medio apparebit istam esse communem opinionem, & tanquam ęquam tenendam in practica. Pro hac opinione potissimum fundamentum est quia dispositio dubia non debet interpretari contra naturā, l. si. C. de insti. & substit. sed ista dispositio est dubia propter verbum commune, quod habet se ad directam & fideicommissariam, & propter varietatem opinionum iuxta ea quæ tradit Barto. in l. qui Romę. §. duo fratres. in 6. opposito. ff. de verbo-

rum obligatio.[e] Sed ad hoc potest respōderi, illud esse verum, quando verba testatoris non bene possunt importare dispositionem contra matrem, secus si verba hoc possunt importare, vt in casu nostro, & tanto magis cū verba hoc importēt ex eorū potiori significato. & hoc est quod vult velle dicere text. in c. si pater. de testa. in 6. non obstat l. qui duos, in princi. iunctis nota. per gloss. ibi in versic. superfic... infra de reb. dub. quæ etiam verba ibi non bene cōueniebāt illi casui, qui contingit. & ideo in dubio

---

a Istam opin. tenet Oldr. Lauden. in consi. 125. in proposito Brid. cons. 18. lib. 2. etiam matre in medio propter verba sine liberis vide late per Alex. hic col. 37. & infinitas adducit remissiones. d. Dec. in l. præcibus col. 12. C. de impub. pro vtraque opin. & hanc conclusionem ample examinat Ang. consil. 125. per totum, quibus adde Card. Floren. consil. 79.

b Et pro ista opin. contra Bar. adduco vltra coll. fundamentum, nam testator vtendo verbis communibus sibi ... & eius mens est dubia, sed in dubio non est præsumendum quod ipse voluerit venientes ab intestato a successione pupilli excludere, quod contingeret, si substitutio compendiosa valeret ante pubertatem iure directo, quod autem in dubio testator non censeatur priuare venientes ab intestato, est tex. no. arg. a contrario sensu in l. si testamento. C. de impu. vbi probatur quod nisi verbis directis testator censeatur voluisse priuare successione venientes ab intestato. facit l. Lucius, la. 2. ff. de hæred. inst. ideo cogita, quia pro hac parte consuluit Old. consi. ... 99. Bal. in cons. 350. in princ. lib. 4. attestatur communem hanc & vere erat communis tempore Bal. idem tenet Bald. consil. 456. versic. hoc ergo præsupposito, libr. eadem Bald. consilio 175. colum. 2. post princip. lib. 5. vbi dicit, hoc maxime procedere matre existente in medio.

c Et limita hanc conclusionem vt per istum dominum sup. in prima quæstione secundæ quæstionis principalis quando substitutio esset restricta ad bona testatoris, & tradit Philipp. Corne. in consil. 152. incip. in hac consultatione, col. 5. versi. ... principaliter moueor, volum. 2. Ferdinandus de Loazes.

d Angel. consilio 97. Vitalianus columna secunda l. ... d. consilio 175. columna secunda lib. ... de quo plene per domin. Decium in l. præcibus. col. 13. C. de impub. vbi ad satietatem habentur remissiones, adde Lancel. Polit. in tractat. substitutio. char. 43. col. 4. in materia compendiosæ.

e Vbi Alexan. plene facit quod dicit Bal. in l. captatorias, circa medium, C. de testamen. milita. quod eligere possimus in dubiis articulis vnō opinio solius doctoris excusat secundum Abb. post Old. in c. 1. col. 4. ad fi. de postu. prælato.

in dubio fauemus matri ibi, hic vero secus. Item vbi mater est in medio, substitutus non repetit bona primi filij morientis in hæreditate alterius vltimo morientis, & sic cessat ratio, super qua se fundat ille tex. vt ibi declarat Bart. 1. colum. in fine, & si dicis, vt dicit præcept. meus, quod melius facit l. qui duos, §. 1. eodem titu. vbi fauore matris præsumitur pater prædecessisse, vt habeat mater hæreditatem filij, non agnati hæreditatē patris, respondeo similiter, quod ibi nulla erant verba testatoris, ex quibus excluderetur mater, prout hic, & sic hæc opinio
379 non est bene fundata. † Cōtrariam autem opinionem, quod
a immo sit pupillaris etiam ad exclusionem matris, tenent Imola, Paulus de Castro, Aret. & dominus meus hic, & Bald. sibi contrarius in l. si quis ita, ff. de vsufructu, & dicit præceptor meus in dicta l. præcibus, 2. col. quod ista est magis communis opinio contra Bartolum, & ita etiam dicit Alexand consil. 12. in tertio volumine colum. 4. vers. 2. Respondeo, vbi tamen tenendo Bart. limitat & declarat, & hanc etiam opin. Barto. esse veram, secundum quam est solitus consulere, dicit Alexander consil. 17. incip. ponderatis, in tertio volumine. Et istam opinionem tenet etiam timoratę conscientiæ & optimę intelligentiæ Domin. Lancellotus, Decius, vbi dicit communem, in l. præcibus, penultima columna, vbi multa cōsilia allegat. Paulus de Castro in l. ex tribus, vbi etiam hanc dicit communem, & esse veritatem, C. de inoffic. testamento. Pau. de Cast. consil. 18. in 2. parte incip. si bene consideretur, vbi etiam communem contra Bartolum, & tenendo Barto. limita vt per eum. Pro hac opinione videtur in primis textus in l. præcibus, C. de impuber. vbi secundum opinionem Bar. erat substitutio compendiosa facta per verbum commune a milite, & tamen valet intra tempora pubertatis iure pupillaris substitutionis, nec dicas, quod loquatur in milite, qui poterat substituere directo etiam post pubertatem, vnde satis est quod obliquetur fauore matris post pubertatem, vt voluit dicere Bart quia dico, quod infra tempora pubertatis ibi miles vtitur iure communi in dicta l. præcibus, est substitutio pupillaris de iure communi non ex priuilegio, vt hoc textu, & latius istam responsionem confundit Aretin. hic columna 17. versic. 2. est aduertendum, & Alexander columna 21. in primis verbis, tamen defendendo Bartolum ad l. precibus, dic, quod ibi erat facta substitutio verbis directis, vt dictum est supra late in distinctione intellectus dictæ l. præcibus. Secundo contra Bartolum stringit tex. in cap. si pater, de testam. in 6. in 1. responso. nam tradit regulam, quod etiā in præiudicium matris quando verba & personæ patiuntur, debet iudicari substitutio directa non fideicōmissaria, sed in casu nostro ex quo sunt verba communia, & filius est pupillus, omnia patiuntur directam substitutionem pupillarem, ergo eam ita iudicare debemus non obstante matre, nec obstat, si dicis, vt Bar. quod ibi prima substitutio erat facta per verbum (moriatur) quod est verbum directum non ciuile, secunda vero per verbum, pauperes instituo, quod verbum directe ciuile dicitur, & similiter si diceres, quod ibi erat in prima substitutione substitutio reciproca inter filium & filiam testatoris, secunda vero substitutione substituta erat pia causa, quia dato quod hæc sint vera in illa facti contingentia, tamen responsio ipsa, super qua textus se fundat, est generalis, etiam quod esset verbum commune, & etiam quod esset substitu-
380 tus extraneus. † Vnde insurgit regula, quod dictum speciale ampliatur per rationem generalem, l. regula, §. fin. vbi Bart. ff. de iuris & facti ignoran. cum similibus, & in dispositione testa
b torum habes theoricam [b] Bar. in l. fundum, §. pater filium, de lega. 3. tamen ita defendendo Bar. aduerte quia non est inconueniens, rationem generalem restringere ad terminos, super quibus est posita ipsa ratio, vbi alias sequeretur absurdum vel iniquitas, l. cui cum glos. ff. de ędil. edic. sed in casu nostro sequeretur iniquitas, quod mater excludatur in totum, vbi testator expresse non exclusit, ex quo verba communia sunt ambigua, scilicet apta ad directam & fideicommissariam substitu-
381 tionem, sicut quod dicit, supra in l. 2. col. antepenul. ergo † dicamus quod cap. si pater, procedat in terminis suis, scilicet quando testator est vsus verbo directo, nam tunc verba conueniūt pupillari & per talia verba magis constat de voluntate testatoris, attento maxime, quia erat substitutio facta de filiis pauperibus, vnde mirum si fuit ibi iudicatum contra matrem, & quod illa ratio generalis debet restringi ad terminos illius tex. quia tex. non simpliciter dicit, quod vbi verba personæ conueniunt, debeat iudicari directa substitutio, sed loquitur limitatiue, & dicit, dummodo sicut in casu proposito earum verbis & personis conueniat institutis, & sic ille tex. videt expresse requirere, quod illa regula hēat locū extantibus terminis, de quibus in casu illius tex. & si diceres, quod ibi dictio, sicut, non exstat similitudinarie vel limitatiue, sed declaratiue, aut causatiue ad rationem ibi positam, est diuinare & uiolare illū text. & ita remaneat defensata solutio Bart. non obst. etiam si diceres, vt dicit Alex. post alios, quod non debet esse maior fauor matris quam filij, sed fauor filij est, quod sit directa, non fideicommissaria, responde, quod vbi ageretur de admittendo filiū vel matrem ad successionem, tunc bene ex præsumpta voluntate testatoris esset magis fauendum filio, ita loquitur Bar. sup. in l. 2. penult. colum. & vlti. sed vbi solum agitur, quod substitutio sit directa pupillaris, vt filius habeat hæredem, & mater excludatur, ille non est tantus fauor, vt debeamus ei in dubio fauere ad exclusionem matris, quam ipse filius verisimiliter non exclusisset, si fuisset maior, argu. l. nam & parentibus, ff. de inoffi. testamen. alias in dubio præsumeremus etiam, quod tacita pupillaris excluderet matrem ea ratione, vt filius habeat hæredem ex testamento, quod est falsum, l. fin. C. de institu. & substitu. d. l. præcibus, & ita ex prædictis remanet in tanta doct. varietate defensata opin. Bar. in puncto iuris, & videtur etiā magis communis vt ostendi, multa alia potuissent etiam discuti, sed hæc sufficiāt tamquam principaliora & magis vrgentia retenta hac opinio.
382 Barto. † Amplia eam mirabiliter ex intentione eiusdem, etiā quod pia causa esset substituta per verbum cōmune, quia non interpretatur pupillaris ad exclusionem matris, ita vult Barto. dum dicit, c. si pater procedere, quia ibi erant verba directa nō communia, & re vera Papa ibi nullam vim facit super fauore pauperum, mirū est quod nullus hoc ponderet, & si dicis hoc
383 non potest procedere. † Quia docto. volunt in fortioribus terminis, quod vbi substituitur pia causa per vulgatē expressam, etiam pupillaris omnino tacita excludit matrem, hic autem videtur expressa saltem verbis generalibus, ita determinant
c Ang. [c] Paul. de Cast. in d. l. præcibus, cū alijs adductis per Alexan. & dominum meum qui idem volunt in l. 2. sup. eod. vltima colum. Nam respondetur, quod contrarium tenet Socin. in dicta l. 2. Aretin. consil. 145. in fin. Ego nouiter pondero Bar. etiam contrarium velle in pupillari omnino tacita, sup. in 1. q. 2. q. princip. dum distinguit, an sit tacita pupillaris omnino, & tunc pia causa non excludat matrem. Aut vero colligitur pupillaris aliquo modo ex verbis testatoris subaudiendo verbum
d directum, vel alijs coniecturis, [d] & tūc bene mater excluditur, & sic ibi aperte vult Bar. quod hoc solum, quod sit substituta pia causa, non sit sufficiens coniectura ad excludendum matrem, & quod opin. Angeli & sequa. non sit vera, patet, quia se fundant ex eo, quod testator magis animam suam præsumitur dilexisse quam matrem filij, argu. l. sancimus, C. de sacrosanct. eccle. Sed hæc ratio non procedit, quia bona filij non videntur prodesse animæ testatoris, vt per Petrum de Ancha. consil. 8.
384 Præterea vt dicit Soci. vbi supra † Ecclesia non vult hęreditatē filijs exclusis, c. si. 17. q. 4. ergo nō debet etiam velle exclusis parentibus, l. nam & si parentibus, de inoffic. testa. tamen ad hoc fundamentum posset dici, quod æquiuocat ipse Socin. & sibi attribuit Dom. Decius in l. præcibus col. 5. in fin. quia an pupillaris substitutio excludat vel non excludat matrem, consideramus affectionem testatoris, non autem an debeatur magis hęreditas

---

a Istam partem tenet Pau. de Cast. cons. 111. col. 1. & 2. cons. 147. colum. 1. & 2. secundum antiquam impressionem, istā tenuit Christof. de Castel. in publica disputatione, quæ incipit, Sceuola pater habens duos filios, vltim. char. & vide Bar. in l. si arrogator. char. vlt. supra de ado. istam tenet Oldr. cons. 125. in proposito themate. late Are. in consil. 145. & certe in hoc articulo discernere magis communem non est facile, vnde dicebat Ioan. de Monte Sperello in l. præcibus, C. eo. quod qui haberet iudicare ex æquitate & pro suo arbitrio, nō inique iudicaret, si eligeret mediam viam, ita quod mater haberet legitimam, & non Trebell. refert & sequitur Soci. & Io. Bapt. de sancto Seueri. in cōsil. 150. inter cons. Soci. col. fin. præcept. meus Decius in l. præcibus, col. 13. C. de impu. & ita etiam vidi consultum per eundem Dom. Decium dū Valen. esset, & inci. eius consil. in casu proposito conclusiue procedā, nec est inconueniens & nouū, quod propter varietatem opi. media quandoque via eligatur, vt no. Pe. de Anch. cons. 210. cum si. vt per D. Decium in cap. 1. col. 5. in fi. de proba. Idem etiam in ista conclusione concludit Bapti. de sancto Seuer. in l. præcibus, col. 22. & duabus seq. ver. vndecima conclusio, C. de impu.

b Quē sequitur Soc. in l. qui Romæ, §. cohæredes, col. 8. in princ. ff. de ver. obl. Philip. Dec. cons. 182. incip. in casu occurrēti in ciuitate Regij. col. 2. versic qui bis, tamen non obstantibus, & in cons. 23. incip. & pro tenui facultate, col. 3. vers. 6. moueor, ideo singula dixit Ioā. Crottus de Montesertato in repet. §. diui. l. filiusfamilias in 14. col. vers. secunda sit conclusio, ff. de lega. 1. qd̄ si testator ꝓhibuit bona sua extra familiā p suos hæredes vsq; ad 33. ann. alienari, eo quia uolebat dicta bona remanere apud suos descēdētes ī infinitū, virtute illius rōnis nec post 33. ann. fieri poterit alienatio extra illos de familia. Fer. de Loa.

c Ang. sequitur Alex. cons. 28. col. 2. ver. hoc pro bo. lib. 1. & in cōsil. 66. col. 2. vnde dicit Ang. no. lib. 2.

d Roma. cons. 130. Ana cons. 39. in fin.

hæreditas pupilli matri quam substitutio, vt declarat sæpe Bar. in d.l. 2. penul. & vlt. colum. sed mater pupilli respectu testatoris non est de ascendentibus, & præsumitur quod magis dilexerit animam suam, quam ipsam vxorem: Igitur sicut frater pupilli per tacitam pupillarem excludit matrem, ita etiam pia causa.† Secundo itaq; mouetur Socin. & sibi attribuit domi. Decius, quia ecclesia expresse substituta, ex præsumpta mente testatoris propter illam coniecturam legis, quod non præsumitur testator voluisse postponere prolem suam alienæ successioni, iuxta l. cum acutissimi. C. de fideicommissis, excluditur a prole testatoris. Bald. in d. l. cum acutissimi, ergo etiam pia causa debet excludi a matre propter illam coniecturam, quæ habet, quod non præsumitur testator voluisse matrem excludi a luctuosa hæreditate filij. Tamen ad hoc potest similiter responderi, quod respectu testatoris non ita debentur bona matri sicut filijs, & affectio testatorum est illa, quæ habetur in consideratione, vt dixi, quæ est maior ad animam, quam ad vxorem. facit quod vult Barto. in l. cum auus. ff. de condi. & demonstratio. vbi dicit, quod illa lex non procedit, si ascendens sit institutus a descendente. mouetur etiam Soci. per aliud fundamentum, sed tollitur eadem ratione. Dico ergo, quod opinio Angel. & sequa. non est vera per decisionem Petri. de Anchar. in cons. 8. per tex. in dicto. c. si pater declarando, vt supra & per authoritatem Barto. supra in 1. q. 2. q. princi. & hic in fortioribus terminis, & si dicis, saltem procedit decisio Angel. quando esset facta pro exoneratione cōscientiæ, & male ablatis, vt declarat Aretin. consi. 155. in fine Socin. vbi supra & domin. Decius in d.l. precibus colum. 6. in princ. & facit, quod no. Angel. in authent. ex causa de lib. præteri. & exhære. Vbi legata relicta pro exoneratione conscientiæ tenent, etiam filio ignoranter præter. to. & faciunt in materia no. Barto. in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de lega. 3. Quam respondeo, & semper subrisi de hac declaratione Modernorum in terminis, in quibus ipsi loquuntur, scilicet quādo est facta vulgaris substitutio expressa filio de pia causa pro male ablatis, nam qualem conscientiam & quam curam animæ suæ habet ipse testator, si habet male ablata, vt fatetur, & pro satisfactione vulgariter substituit piam causam, nam vt satisfactio locum haberet, nonne necesse esset, quod filius non sit hæres, vel quod saltem ex coniectura legis decedat in pupillari ætate, pone ergo, quod filius sit hæres, nec decedat in pupillari ætate. nonne vult testator, quod filius gaudeat bonis, nec satisfaciat male ablatis, & sic plus diligit filium, quam
a animam suam, vnde videtur sepultus in inferno.[a] præcipue cum secundum contingentiam communiter & communem cursum naturæ filius habeat adire hæreditatem, & effici pubes. argumen. l. fin. C. de sacrosan. eccle. Cogita pro defensione istorum modernorum, quia proculdubio sunt vertices iuris nostri, & hanc cōiactationem admisit etiam quidam Reuerend. Theologus huius ciuitatis. Præterea si habet male ablata debet satisfacere illis quibus abstulit, non autem substituere ecclesiam, nisi quod sint male ablata incerta. Item attenta hac ratione non esset facienda differentia, an substitutio
b sit facta de male ablatis an vero simpliciter pro anima,[b] vt facit domi. Decius, quia dato quod testator non haberet male ablata, habet proculdubio alia peccata, quibus debet satisfacere eleemosynis, ergo semper deberet habere locum opinio Ang. vt semper testator intelligatur magis dilexisse animam suam, quam vxorem, non autem restringere, quando est substitutio pro male ablatis. Et aduerte, quia inter decisiones Angel. & Bartol. hęc est differentia, nam in casu Angel. si vulgaris non traheretur ad tacitam pupillarem, substituta pia causa, certe mater haberet (expirata vulgari per aditionem filij) non solum bona filij, sed etiam testatoris, & sic nec bona testatoris prodessent animæ suæ, sed in casu nostro saltem pia causa haberet bona testatoris per fideicommissariam comprehensam sub compendiosa facta verbo communi, & vide vltra prædicta etiam omnino Corne. consilio 151. vbi substitutio facta de pia causa interpretatur fideicommissaria etiam matre non
386 existente in medio. † Secundo principaliter adhoc mirabilius amplio hanc conclusionem Bartol. ex intentione Bartoli hic, vt compendiosa facta per verbum commune non contineat pupillarem ad exclusionem matris etiam quod filia testatoris sit compendiose substituta filio per verbum commune. ita vult Barto. hic dum dicit, quod ideo in capitu. si pater per pupillarem comprehensam sub compendiosa fuit exclusa mater, quia ibi erat facta per verbum (moriatur) quod erat directum, & tamen ibi erat substituta filia filio, ergo si erat verbum commune, vult Bartol. quod non fuisset exclusa mater, sed contra hoc obstat. l. Lucius cum sua gloss. infra eodem. Et
387 illud † quod vult ipsemet Barto. supra in l. 2. in vltima colum. vbi vult, quod tacita pupillaris excludit matrem, si filius testatoris sit substitutus, nisi dicas, quod in reciproca & tacita pupillari contenta sub vulgari excluditur mater per filium substitutum, nec alias mater haberet partem in bonis testatoris magis debitus filijs quam vxori, secus in simplici substitutione cōpendiosa quia omnino filius substitutus licet nō veniat per pupillarē, per fideicō. tñ habebit bona testatoris, & adhuc habebit partē cū matre ab intestato in bonis fratris pupilli defuncti iuxta auth. defuncto. C. ad Tertullianū, & hæc consideratio est mihi ęqua, licet a nemine tradatur. Contra hanc limita. obst. qđ ipsemet Bar. dicit hic, scilicet quod compendiosa facta per verbum cōe excludit matrem qñ est substitutus filius testatoris, & sic Bar. seipsum cōfundit & sibi ipsi inconuenienter dicit, licet nemo aduertat, nec scio ipsum saluare. Tertio amplia sm Bar. vt hęc cōclu. procedat non solū in matre, sed ēt in alijs personis, quæ similiter sicut matres non excluduntur a tacita pupillari, nā ēt non excluduntur a pupillari cōtenta sub compendiosa facta per verbum cōe. istę aūt personæ ponūtur per
388 Bar. sup. in l. 2. col. antepen. & sequent. † Limita modo hanc cōclusionē etiam de mente Barto. hic quando concurret aliqua ex coniecturis, ex quibus dictum est in l. 2. penultima colum. ad finem & sequen. quod mater excluditur per tacitam pupillarem, nam per illasmet coniecturas excluditur a pupillari cōtenta sub compendiosa facta verbis cōmunibus, tamen aduerte, quia vt dixi in secunda ampliatione, non sunt pares termini. Secundo limita, quando in testamento essent illa verba, qđ substitutus capiat bona propria authoritate, quia tunc compendiosa facta per verbum commune virtute pupillaris sub ea contente excludet matrem, quia per talia verba vult quod habeat bona iure directo per l. Titia. la prima. §. 1. de lega. 2. transeunt alij. sed tu aduerte pro intelligentia, quasi est verbum (accipiat) siue (capiat) ergo substitutio est facta per verbum directum, & sic sumus extra terminos compendiosę factæ verbis communibus. Credo quod Barto. velit, quod testator vsus fuerit verbo communi circa dispositionem substitutionis, sed postea circa executionem vsus fuerit ipso verbo, accipiat, vt quia dixerit, si filius meus decedat sine liberis, substituo Caium. qui capiat bona propria authoritate. sed tūc obstat, quia non videtur necessaria consequentia, voluit quod capiat propria authoritate, ergo voluit substituere pupillariter,
c quia potuisset velle substituere per fideicommissum,[c] & dedisse fideicommissario potestatem capiendi bona propria authoritate, prout potest, vt determinat Ange. in l. Paulus, & ibi domi. Alexand. ff. ad Trebel. imò si voluisset substituere directo, verba illa, propria authoritate, essent superflua, contra l. si quando. §. 1. ff. de lega. 1. Sed defendendo Bar. dici pōt, cum capere propria authoritate conueniat proprie & naturaliter substituto directo non fideicommissario, licet possit ei conuenire de voluntate testatoris, debemus dicere, quod voluerit substituere directo, cum verbum dispositiuum substitutionis sit commune etiam ad directam substitutionem, & per verbū executiuum, accipiat propria authoritate, declaratur prolatū
d etiam in directa significatione, per regulam l. cum dotē.[d] vbi Baldus. C. de iure dotium, & licet solutio deseruiat ad multa alia dicta Barto. hic, vide tamen pro limitatione Corne. consilio 152. penulti. colum. in secunda parte, sed tunc & secundo modo videtur obstare, quia si illud verbum, accipiat, est po-
389 situm ad executionem substitutionis, non in dispositione, ergo insurgit regula aurea, quod clausulæ executiuę positę in instrumento, vel in gratia, vel in rescripto non limitant principalem dispositionem, nec faciūt quod plus comprehendat, quā si non essent appositæ. textus est in clemen. prima de præbendis, vbi habes duo exempla. tradit Alexand. in l. more. ff. de iurisdi. omnium iudi. colum. 4. versicul. & inquantum dom. meus in l. ius autem ciuile. 2. colum. versicu. limita prędicta. ff. de iustitia & iure. Abbas in c. cum nostris in 2. colu. de cōcessio. præbend. Imo. in l. qui Romæ. §. duo fratres. colum. 4. circa medium, & ibi Aret. col. 12. ad fi. de verborum obliga. domi. meus in l. ex pupillari infra eodem. Decius consilio 2. in fin. & con-

---

a Prout legitur de diuite malo, qui iacet in inferno, ex cuius visceribus procedit lata arbor, cuius ramis pendent vtriusq; sexus eius hæredes in bonis male ablatis suadentes vt refert venerabilis doct. Io. hærede, sermone 114. ante fin. & in sermone. 104. in fi. aliud pulchrum meminit exemplum, & sicut defunctus ad restitutionem male ablatorum tenetur, ita & eius hæredes quicunq; sint Fran. de plate in tract. restitutio. §. 275. incip. restitueret tenetur quilibet hæres &c.

b Quando dicatur dispō pro anima, vide Barba. consi. 58. colum. 12. circa medium. libr. 1. & an legatum factum a damnato ad mortē pro restōne male ablatorū valeat, per Bal. cōs. 253. li. 5.

c Bald. consil. 234. libr. 3. ponit quid operentur illa verba, in fideicommissario.

d De qua per Barba. in rub. extra de emp. & vend. colum. 1. post prin. per Alexand. in l. 2. in prima limita. ff. si certum petat. per Cępo. consi. 2. colum. 1.

cons. 124. col. cons. 38. col. 6. cons. 90. col. pen. cons. 115. col. vlt.
clarissimus doct. dom. Franc. Cur. cõs. 3. post tract. feud. si ergo
verbũ, substituo, non continebat pupillarem ꝯ matrem, si illa
verba, accipiat propria authoritate, non fuissent apposita, ergo
& his appositis non debet cõtinere, cũ sit quędã clausula exe-
390 quutiua quæ non ampliat principalẽ dispositionẽ. † Breuiter re
spondeo, & aduerte, quia erit vtilis declaratio & ad multa, qđ
aut in principali dispositione nullũ est verbum aptum ex vi vo
cabuli & ex propria natura ad cõprehendendũ illud, qđ vis cõ
prehendi virtute clausulę executiuę, & tũc clausula executiua
a non operatur, ꝙ comprehendatur, [a] ita loquitur cle. 1. de pręb.
aut vero in principali dispõne est verbũ de se & ex sui natura
aptũ comprehendere duo, sed tñ est dubiũ de mente disponẽ-
tis, an voluerit comprehendere vtrumque, vel ne, vt in substõ-
ne facta per verbũ cõe, & tunc clausula executiua declarat du-
biam mentẽ disponentis, ita vř mihi Bar. hic hactenus nõ pon
deratus ad hoc, nã verbũ, substituo, de sui natura est aptũ com
prehendere directam & fideicommissariã substõnem, sed du-
bitatur, an voluerit testator vtrumq; cõprehendere ad exclu-
sionẽ matris, certe clausula illa executiua, & accipiat propria
authoritate, declarat dubiã mentẽ testõris, bene facit, quod di
cit de clausula, non obstante. Bal. in l. eam quã, in 9. col. versic.
sed pone quidã, C. de fideic. & quod vult Panor. in c. pro illorũ.
de præb. in gl. 1. & quod ponit d. Lãcel. Decius in l. 3. §. si is pro
quo. ff. quod quisque iur. & sic breuiter concludendo clausulæ
executiuę non habent vim ampliatiuam principalis dispositio
391 nis, sed bene declaratiuam. † Tertio limita, qñ in aliqua parte
testamẽti apparet, quod testõr verbũ cõe accepit pro directo,
b quia tunc debet ẽt accipi pro directo in substõne [b] compendio
sa ad exclusionem matris, transeunt simpliciter doct. & est ver
bũ valde not. bene facit tex. in l. qui filiabus, in princip. de leg. 1.
392 † Vbi probatur, ꝙ si in vna parte testamenti sub verbo filiarum
cõprehenditur posthuma, comprehenditur etiam in alia par-
te eiusdem testamenti, vide notabiliter Raph. Comen. consil.
117. incip. in testõ. Abb. in cons. 36. incip. vř. lib. 1. & Soci. inter
393 consilia dom. Franc. Cur. senioris, cons. 2. Quarto limita, † qñ
testator post substõnem factam verbo cõi diceret, quod substi
c tutus accipiat libere [c] bona, vel ad substitutum libere deueniãt
bona, verbũ libere denotat, quod propria authoritate ẽm Bar.
hic. quia alias non diceretur libere accipere, si alius posset im-
pedire, per l. vim facit. ff. de vi & vi arma. & quod dicit Bar. in l.
Meuius. §. fundo, in pen. q. ff. de leg. 2. facit quod no. Panor. per
illum tex. in c. de multa. de pręb. Bal. in c. quæ in ecclesiarum,
per illum tex. vbi dom. Dec. in textualibus de consti. & hic per
dominum meum, col. 25. & vltra eum, vide Bar. in l. alio. col. 3.
ff. de alimen & ciba. leg. gl. in clem. dudum, in verbo, libere, de
sepult. in c. cum plures, in verbo libere. de off. deleg. in 6. latissi-
me per Barb. cons. 4. in 1. par. & in c. 1. in 2. col. cum trib. seq. de
off. ordin. dominus meus in l. 2. C. de sac. sanc. eccl. in notabilib.
in l. filiam, in 4. not. C. de inoffi. test. Fely. in c. inter quatuor. de
maiori. & obed. & per hoc dictũ Bar. videř male dicere Raph.
Comen. cons. 114. incip. Anton. Benedicto. in 2. col. dum vult,
per hæc verba, libere reuertatur, non censeatur data licẽtia ap-
d prehendẽdi bona propria authoritate, [d] & ita eũ reprehendit
dominus meus in l. nemo potest, col. 7. de leg. 1. sed vt ibi ẽt di-
xi, Raph. Comen. in casu suo optime loquitur, quia ibi res de-
bebat libere reuerti factis quibusdã deductionib. per prius, vn-
de quantũ ad illas deductiones quæ fiendę erant, reuerti nõ de
bebant, facit quod dictũ est supra in intellectu do. Christopho-
ri de Castell. & Fulgosij ad legem præcib. C. de impuberum.
394 † Quinto limita, qñ faceret compendiosam testator per verbũ
e cõe [e] hoc modo, si filius meus decedat sine liberis, volo quod
tota & integra hæreditas mea, vel omnia bona mea, vel hære-
ditas mea sine diminutione perueniant ad Caium. Nam licet
verbum, perueniat, vel, deueniat, vel, pertineat, sit verbũ cõe, ta
men ꝓpter adiuncta, tota, integra, omnia, sine diminutione,
patet ẽm Bar. quod testator voluit substituere directo, quia ẽm
cum non possunt bona peruenire integraliter, nisi virtute pu-
pillaris substõnis, nam si esset fideicommissaria ẽm cum detra
heretur legitima & Trebellianica, ita quod substitutus in effe-
ctu non haberet nisi dimidiam partem hæreditatis testatoris,
aliam vero dimidiam haberent succedentes ipsi filio pupillo
defuncto. hæc dicta Bar. sunt maximi momenti, ideo diligẽter
395 sunt excutienda † Aduerte itaq; primo, † quia imo vř, quod ex
quo per talia verba Bar. vult, quod testator voluerit hereditatẽ
integraliter peruenire ad substitutum etiam sine diminutione
legitimę & Trebellianicæ, dato quod esset fideicommissaria,
tamen si filius decederet in pupillari ætate, non detraheretur
396 Trebellianica nec Falcidia. † Patet, quia tale fideicommissum
ex quo non est nominatim iniunctum filio, censetur iniunctũ
succedentib. ab intestato ipsi filio Bart. in d. l. qui duos, ad fin.
quo casu in fideicommisso venit etiam restituenda legitima fi
lij morientis in pupillari ętate l. si fundum per fideicommis-
sum, §. fin. de lega. 1. & similiter non poterit detrahi Trebellia-
nica, ex quo testator voluit, quod integraliter bona peruenirẽt
ad substitutum, & sic prohibuit detractionem Trebellianicæ.
397 † Et communis opin. est, quod hodie potest prohiberi detra-
ctio Trebellianicæ, vt per Bar. in l. Marcellus, vbi alij. ff. ad Tre-
bellia. & hoc videtur etiam verum in filijs primi gradus, vt pa-
tet ex ijs, quæ tradit Alex. ibi 4. col. in fi. versic. tenendo tñ post
Cyn. & Raph. Comen. & alia consilia allegat ibi præcep. meus
col. 11. dom. Guido Papæ consi. 6. col. 1. in princip. in prima par
te. Corneus consilio 22. in secunda parte, columna 9. quid er-
go voluit dicere. Barto. hic ego alias dicebam posse dici, quod
per verba, totam & integram hæreditatem &c. ideo Barto. vo-
luerit iudicare directã substõnem, non quia non posset conse-
qui per fideic. substõnem qđ substitutus hẽret integrã hẽditatẽ
moriẽte filio in pupillari ętate, sed quia hoc idem non põt con
sequi

---

a Sed huic mẽbro obstat fortiter conclusio Bar. & plurimorũ se-
quentium, sup. in 1. q. 2. q. princ. Bar. dum concludunt, quod si
testator dicat, si filius meus decedat, bona mea dentur & distri
buantur inter pauperes per meos fideicommissarios, qđ quia
in tali substitutione subintelligitur in executione verbũ, acci-
piant, erit illa substitutio pupillaris, & tamen verbum, dẽtur &
distribuantur, sunt omnino obliqua, quæ quoquo modo non
sunt apta comprehendere directa verba, vt ibidem fuit dictum
vide ibi latius.

b Bene facit quod cõsuluit Rom. cons. 231. vbi si testator legauit
liberis ex vna parte testamenti declaratur alia pars de quib. li-
beris intellexerit. Sed huic limita. obstat dictum Bart. in l. præ-
tor. la 2. § eritq; col. 2. versi. aut quęris ff. vi bon. rap. vbi dicta in
vno cap. distanti & separato non cẽsentur repetita in alio. Bal.
cons. 358. lib. 4. Raph. Cuma. cons. 22. col. 1. Card. cõsi. 58. ad fi-
nem. Secundo moueor, quia verbum commune matre existẽ-
te in medio non põt importare directam, vt s. fuit conclusum,
ergo nec eius tacita repetitio, tanquam stet directo, & ꝙ mater
excludatur, exorbitat a iure l. fi. C. de inst. & subst. vnde in exor
bitantib. non fit extensio de simplici ad casum mixtum l. vim
passam, §. præscriptionem ff. de adul. vnde putarem saluandam
hanc limit. quãdo appareret testatorem in illa alia parte decla-
rationem illam fecisse generaliter, volendo interpretari sic to-
tum suum testamentum, vel specialiter illam substitutionem,
arg. doct. Bart. in d. §. eritque, in fi. & hanc limitationem sequi
tur Corn. consil. 97. col. 5. in princip. lib. 1. & in consil. 90. col. 3.
versic. idcirco, lib. 3.

c Lancel. Polit. in tracta. substit. char. 43. col. 4. & de verbo, libere,
per Franc. Cur. senio. consi. 48. col. 1. & ista dictio, libere, capi-
tur tribus modis. Bal. consil. 383. lib. 3. & de uerbo prohibito uo
luntatis per Bal. in consilio 195. col. 5. lib. 2. de uerbo, libere, ui-
de Anto. de But. in c. quem in ecclesiarum, in 4. notab. de con-
stit. text. in c. 1. in uerbo, libere, de regula. in 6. vbi Gemin. post
Ioan. Andr. & quod intelligatur libere, id est propria authori-
tate, est tex. in c. cum episcopus, in fin. & ibi Ioan. Andr. & Ar-
chid. de offic. ordin. in 5. cum simil. per Alexã. consilio 12. post
princip. libr. 2. & de hoc his verbis plena & libera potestas per
Fely. in c. auditis, de præscript. Barba. in c. preterea, de offic. de
lega. attamen si statutum daret iudici liberam potestatem pro
cedendi super maleficijs, non per hoc poterit ponere aliquem
ad torturam nisi præcedentibus indicijs, vt per Ias. in l. miles, in
fin. in 1. lect. ff. de re iud. & ad terminos quæstionis nostræ uide
Lancel. Polit. in tract. substitutio. char. 43. col. 4. uersicul. tertio
quęrendum. Gemin. consil. 73. col. 2. in fi.
Adde de significatione istius uerbi libere, Alexand. in consilio
80. incip. uiso & diligenter animaduerso colum. 6. uolum. pri-
mo, Gemin. in consilio 112. incip. Titius & eius uxor. in fi. uer-
bis. Ludouic. de Bologn. in consilio 67. incip. cor mũdum col.
2. uersic. nec dicatur mihi. Barba. in consil. 16. incip. uiso pun-
cto & solemni animaduersione, colum. 10. uolum. 4. & in con
silio 47. incipien. scribitur, colum. 4. uolum. 1. & in consilio 59.
colum. penult. circa fin. uolum. 3. & in consi. 88. incip istud re-
feram in medium, quod bellissime, col. 5. in princ. eo. uol. Old.
in consilio 45 Philipp. Corne. in consilio 60. incip. quamquam
prima facie, colum. 2. uersic. & uerba sunt clara, uolum. 2. & in
consi. 106. incip. multum diffuse & eleganter, col. 3. uersi. & ꝙ
non dicatur, eod. uolum. Bart. Socin. in consilio 43. incipien. ui-
so testamento. colum. 3. circa fin. uolum. 4. quod uolumen nu-
perrime fuit inuentum, per Philipp. Decium in consilio 51. in-
cipien. & pro tenui facultate, in 2. columna circa princip. & in
consil. 131. incipien. reuocatur in dubium, columna prima, in
princip. & in consilio 152 incip. in causa exemptionis. colum-
na secunda. in princip. domin. præceptorem meum Francisc.
Curtium in consilio secundo, incip. uasallus habens, columna
prima circa finem. Ferdinandus de Loazes.

d De hoc pacto plura elegantia per Bar. in l. tertia, columna quar-
ta, & sequen. C. de pigno.

e Bar. in hoc reprehendit Rapha. Fulg. consil 43. col. fin.

sequi secundum regulas iuris, vnde testator videtur voluisse
totam & integram hæreditatem peruenire ad substitutum
per directam pupillarem, quia per fideicommissariam secundum regulas iuris detraheretur legitima & Trebellianica. Et
hoc maxime, quia pupillaris est fauorabilis, fideicommissaria
vero non & quod hoc velit Bar. patet, quia alle. in argu. l. in testamento. in fin. C. de testamen. mili. vbi præsumitur, quod in
dubio miles voluerit disponere secundum regulas iuris communis, licet aliter posset ex priuilegio, tamē hæc consideratio
398 non est multum tuta. † Quia Bart. expresse dicit, quod per fideicommissariam nō posset fieri, quod integra hæreditas perueniret ab substitutum. Are. hic. col. 14. circa medium. versic.
quam doctrinam. dicit quod bene testator voluerit, quod tales detractiones legitimę & Trebellianicę non fierent, sed voluit testator minus sufficienter, tanquam senserit Barto. quod
in fideicōmissaria substitutione vt sit prohibita detractio Trebellianicę, necesse sit. quod testator expresse prohibeat, non
autem sufficiunt illa verba, totam & integram &c. & ita etiam
Barto. intelligit Aretin. consilio 12. columna penultima versicu. quartum fundamentum. ita etiam intelligit Pau. de Cast.
in authen. sed cum testator. C. ad legem Falcid. & consil. 150.
incipien. in causa quæ vertitur in 3. column. in princip. versicu.
sed si bene & subtiliter, & cum isto intellectu videtur transire
dominus meus hic. columna 26. tamen iste intellectus ad Bar.
hic nullatenus placet, quia Bartol. non considerauit, quod testator non fuerit vsus verbis aptis ad prohibendum Trebellianicam, sed dicit, quod hoc non potest fieri per viam fideicommissarię substitutionis, ita clare cantant verba Bartol.
399 Præterea non defenditur Bartol. † Quia communis opinio.
est, quod per illa verba testatoris, volo hæreditatem meam totam & integram vel sine aliqua diminutione peruenire ad Ca
a iuim post mortem filij, est sufficienter prohibita [a] detractio
Trebellianicę in casu, in quo testator prohibere potest, per
tex. cum gloss. in l. decem. ff. de fideicom. liberta. & in leg. pœnales. §. fina. in versicu. totum. & in leg. si post missionem. in
versi. plena. inf. ad l. Falcidiam. ita Ange hic colum. 3. Imo. 12.
Alexan. 22. Areti. 15. Bal. in authen. sed cum testator. colum. 2.
C. ad legem Falcid. vbi etiam Pau. de Castr. & hoc etiam vide
Cy. Bald. Ange. & Sali. in l. fi. C. ad leg. Falcid. & idem Alexan.
consil. 5. colum. 3. in 3. volu. vbi ad hoc alleg. Bar. hic. & respondet argumentis tenentium contrarium. idem Alexand. consil.
133. in 1. colum. in fi. in 5. volu. vbi etiam alle. Bar. hic, & tangit
aliqua ad propositum, & idem vult Are. in d. consilio 12. in penultima colum. domi. Ioā. de Monteferrato in l. nemo potest,
13. columna ff. de leg. primo. Reuerendus episcopus Mar. hic.
colum. 7. allegans in quibusdam consilijs. licet contrarium ve-
400 lit † Ange. in authen. sed cum testator. vbi vult, quod sit necesse
testatori dicere expresse sine detractione. sequitur Ludo. Roma. consilio 75. incipien. nescio qua ex re. & consilio. 79. incipien. totum fundatur, vbi adducit aliqua iura ad hoc. & late
idem Roma. in repet. authen. similiter. C. ad leg. Falcidiam. in
antepenultima column. Angel. de Aretin. in princip. institu. ad
leg. Falcidi. do. Maria. Socin. consil o. 14. vltima columna vbi
dicit, quod authen. sed cum testator non habet locum, nisi vbi
testator expresse prohibet detractionem Falcidiæ. si vero per
alia verba prohibet, adhuc hodie detrahitur contra voluntatem
testatoris, & hanc opinionem etiam tenet Oldra. consilio 112.
& dominus Mari. Socinus. consilio 13. column. penul. vbi facit
duodecim fundamenta, quæ tamen tendunt ad idem. Breuiter
teneas primam opinionem tanquam magis communem &
b veriorem. [b] Et moueor, quia omnes tenentes contrarium fundant se præcipue super isto fundamento, quod licet per talia
verba totam & integram, intentio testatoris fuerit, quod nō detraheretur Trebellianica, tamen detrahi debet, quia non prohibuit expresse secundum formam traditam in dicta authent.
401 cū testator. sed hoc fundamentū nō est verum. † quia expresse
dicitur fieri, modo voluntas disponentis colligatur etiam ex
c verbis generalibus, [c] vt tradit Bart. quem omnes sequuntur in
l. 1. columna 2. sup. eodem. & ibi in specie Alexander. Aretinus
Socinus meus reprehendunt hoc fundamentum Angeli, vt ibi
dixi. hanc etiam opinionem tenet Corneus consilio. 187. in prima parte secunda col. & consilio 317. penultima col. in 4. parte
402 ubi limitat † Est bene uerum, quod maius dubium est, si testator dicat, uolo omnia bona mea peruenire ad talem, an censeatur prohibita Trebellianica. uel si diceret uolo bona mea peruenire pleno iure, licet Bartol hic uideatur hoc ęquiparare, sed
ꝙ isto casu non censeatur prohibita Trebellianica, tenent om-
d nes, [d] qui tenent contrarium in præcedentibus uerbis, & ultra
prædictos docto. uult Are. hic & in dicto consi. 12. do. meus hic.
26. col. Pau. de Castro in auth. sed cum testator, ubi Corneus, &
bēne facit, quia talia uerba necessario non inferunt prohibitionem detractionis Trebellianicę, cum possint aliud importare,
quod perueniant omnia bona scilicet cuiuscunque generis
sint, non tamen integraliter & totaliter. l. item quod Sabinus. §.
de hæredi. insti. facit, quod tradit Corneus consil. 207. in secūda parte in 3. colum. in fin. & sequen. vbi in substitutione facta
in omnibus & singulis bonis, quia poterat capi alia interpretatio quam prohibitio detractionis Trebellianicę, illam interpretationem capit. Et si dicis, nonne tacite inerat, quod haberet omnia bona cuiuscunque generis, Respondeo, quod si
inerat, ergo expressio nihil debet operari. leg. non recte. C. de
403 fideiuss. ita Angel. consil. 225. columna penultima. † Item si dicis, quam differentiam facis inter totam hereditatem & omnia bona. Respondeo ex dictis Aretin. hic quod hæc dictio tota est nomen integrale, & sic significat totalitatem & integralitatem. dictio vero, omnia, est vniuersalis, & significat vniuersalitatem, & potest intelligi omnia, idest, cuiuscunque generis
vnde si aliquid detrahatur, non diceretur habere totam hereditatem, sed bene vniuersalitatem bonorum, facit text. iuncta
gloss. institu. pro socio. in principio gloss. & Bartol. in proœmiorum in princip. Ioan. Fab. & Ange. Aretin. in §. restituta. in-
404 stitu. de fideicommis. hære. Et aduerte ad practicam † quia si
in testamento testator procederet ad prohibitionem alienationis, vt bona remanerent in familia, vt quotidie fit, tunc censeretur prohibita Falcidia. text. est ad literam in authent. vt
sponsa. largi. in §. si quando. quem allega. hic solus Aretin. loquitur tamen ille text. de vna re legata & prohibita alienari, vt
in familia legatarij perpetuo maneat. & ita etiam loquitur tex.
in authen. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. tamen ibi Bal. dicit quod censetur etiam prohibita detractio Trebellianica
per generalem prohibitionem de non alienando bona, licet
secundum eum aduocati & docto. communiter non aduertant. Et idem vult Angel. in §. si vero expressim. in 4. columna in authen. de hære. & Falcid. Corne. consilio. 22. in secunda
parte. 8. columna versicul. duo obijciuntur, & per hoc etiam
apparet, quod non est necesse prohibere expresse & formaliter Falcidiæ detractionem. cum per prohibitionem de nō alienando inducatur talis prohibitio, & sic remanet fundamentum contra Bartol. s. quod immo per fideicommissariam substitutionem potest testator consequi, vt integra hæreditas perueniat ad substitutum filio moriente in pupillari ætate absque
detractione Trebellianicæ & legitimę. Quid ergo voluit di-
405 cere Bar. proculdubio solus verus legum interpres. † Pro resolutione itaque huius ardeę & practicabilis difficultatis dico,
quod Bartol. bene voluit, quod testator per verba de quibus s.
censeatur prohibuisse detractionem legitimę & Trebellianicæ, nec hoc negat Ang. col. 5. ver. pone pulchra exempla Imo.
col. 12. vers. tertio casu. Alex. 22. col. ver. nota tñ. alias si Bar. hoc
nō vellet, scilicet testatorē voluisse substitutū habere hæreditatē absque detractione legitime & Trebellianicę, potius dixisset, substitōnē fore fideicōmissariā. Et si dicis. si hoc voluit testator, ergo ēt per fideicōmissariā substōnē poterat consequi filio
moriēte in pupillari ætate. ꝙ substitutus haberet integrā hæreditatē ꝑ prædicta, & tñ Bar. hoc negat, rñdeo, ꝙ Bar. hic primo
fuit in illa opinione, q̄ ponit in l. cohæredi. in §. cū filię. inf. eo. t.
ꝙ fideicōmissaria substitō in dubio censet inuncta filio, nō heredibus filij, quo casu per fideicōmissariā nō pōt substitutus habere legitimā filij, q̄ filius nō pōt grauari in legitima. l. ex tribus. & l. qm̄ in prioribus. C. de inoffi. te. Scđo fuit in alia opinione, ꝙ licet testtōr voluerit ꝓhibere detractionē Treb. tñ nō pōt
hoc velle

a Adde adductis hic, quod idem tenet Ang. Areti. in tract. de testa. char. 63. col. 2. in gl. item sciens vires sui patrimonij. Guido
Papæ in decisio. sua. q. 527. cum sup. vbi attestatur ita seruari in
curia parlamenti Delphinatus, & plura per do. meum Decium
in l. precibus. col. 14. versi. an autem. C. de impu. & vide Alex.
consil. 141. viso testamento in fi. lib. 2.

b Opin. tamen sunt adeo varię, ꝙ periculosum esset eligere in hoc
articulo. nam Barto. hic vt videmus, videtur tenere, quod per
talia verba generalia non censeatur prohibita Trebellianica
eam tenet Ro. per plura in repet. auth. similiter. col. fi. C. ad l.
Falcid. vbi testatur pro hac opi. omnes sui temporis doct. Italiæ
consuluisse. eandem tenet Ang. consil. 125. substitutiones. col.
fina. Ro. consilio. 32. visa. ad fi. & in consi. 239. in hac circa med.
vbi dicit communem. refert Alexan. cons. 122. viso. colum. 4.
lib. 4. & vide remissiue eundem Alexan. in l. qui totam. in prin.
col. 2. ff. ad Trebel.

c Quando dicatur specialiter & expresse factum. Card. Zab. consi.
52. col. 2. versic. contrarium de iure, per Fel. in c. ad aures. col. 1.
& 2 de rescri. Barb. cons. 15. col. 7. lib. 2. & quando aliquid fieri
requiritur specialiter & expresse, non potest fieri per æquipollens. Car. consil. 30. colum. 2. versi. item licet alias Barba. cons.
47. col. penul. lib. 2.

d Tenent omnes. Pau. de Ca. consil. 151. in causa quæ. colum. 2. &
consil. 165. visa facti. col. 2. versi. ad aliud. secundum antiquam
impressionem in istis terminis consuluit Alex. cons. 133. col. 2.
ante ver. & licet. lib. 5.

a hoc velle in filijs primi gradus[a] quibus nō pōt prohibere detra
406 ctionem Trebellianicę. † & ideo dicit Bart. hic. quod testator per fideicommissariam non possit consequi, quod substitutus habeat integram hęreditatem, quia in fideicommissaria hęredes filij ex persona detrahent legitimam & Trebellianicā, & sic in effectu dimidiam partem hæreditatis paternæ. iuxta. cap. Raynutius, & cap. Raynaldus de testamen. ita nouiter intelligo Bartol. hic. Et si dicis, in istis quæ Bartol. præsupponit,
407 dicit ne verum? † Breuiter inquantum vult. quód testator nō possit grauare filium primi gradus nec detrahat legitimam, vi
b detur magis communis opinio, [b] nec hactenus fuit ponderatus Barto. ad hoc. & ita etiam magis communem opinionem dicit dominus meus vbi multa allegat in l. Marcellus. ff. ad Trebel. 11. colum. & do. Decius consi. 81. in 2. colum. in fin. & sequen. & ita dicit seruari de stylo curiæ Delphinalis do. Guido Papę conclusio. 2. vide etiam eundem in duabus quæstionibus sequentibus, nihil tñ firmo pro nunc, quia tentio articulū dubium, nec est locus suus hic, vt possit discuti veritas, & casus
460 Barto. † In quo semper solet esse veritas, præcipue cum sit approbata a sapientissima curia Delphinali. Item quia in dubio illa opinio est tenenda per quam defenditur vltima voluntas testatoris, & hoc etiam si sit opinio vnius singularis doctoris. Hostien. & Panor. in c. 2. de coniug. lepros. cum alijs allegatis vbi declaraui in l. 2. supr. solu. matri. in prima conclusione collecta ex figuratione casus Barto. item in dubio est capienda coniectura, per quam actus conualidatur, & hæc coniectura est fortior quibuscunque alijs coniecturis. Pau. de Cast. in l. ex imperfecto. de testa. do. Decius consil. 14. columm. 2. & in cap. quoniam abbas. in 7. nota. de offi. deleg. † Non obstant ea su-
461 per quibus se fundant tenentes contrarium, & primo. l. ab eo. [c] C. de fideicommiss. quam adducit Imo. col. 11. sequitur Alex. & præcep. meus vbi grauatus nõ censetur honoratus, nam dico vltra solutiones aliorum, quod vbi licet in necessarium antecedens censeretur honoratus, tamen ille honor nihil commodi affert, sed tantum grauamen, procedit d. l. ab eo. quia tunc in effectu est quis grauatus non honoratus. lex enim abhorret hoc casu, quod absque eo quod me expresse honoraueit, voluerit testator me grauare, im mo quod est plus, etiam si expresse sum honoratus, si tamen nihil commodi sum consequutus, possum si volo non adimpleri grauamen, non acceptãdo honorem legati. l. imperator. cum gl. 1. ff. de leg. 2. & in casu dict. l. ab eo. fortassis dici potest, quod vbi ille grauatus vellet adimplere grauamen, deberet censeri in consequentiam [d] honoratus. Aut vero si in consequentiam censeatur honoratus, consequitur commodum, & tunc grauamen valet. & in consequentiam censetur honoratus, vt in casu nostro, in quo filij filiorum tempore quo venient, gaudebunt bonis, & postea et detrahent Trebellianicam ex persona propria, & legitimam ex persona patris instituti, & ita procedit. quod dicit Barto. hic. & hæc solutio videtur mihi rationabilis. & melior, quam ratio Aretin. qui dicit. colum. 21. quod aliquando quis grauatur in genere de præstando certam quantitatem vel rem, quæ nõ est de patrimonio testatoris, & tunc ex grauamine non consequitur relictum, quia quantitas in genere vel res non est in patrimonio testatoris, etiam si aliquis non sit hæres vel legatarius, & ita procedit. l. ab eo. secundum eum. Aliquando vero quis grauatur restituere rem, quæ est de patrimonio testatoris, vel quotam hæreditatis ipsius testatoris, & tunc quia impossibile est præstari, nisi ab eo, cui est relicta, debet censeri in necessariam consequentiam prius relicta ipsi grauato, nam hæc doctrina secundum dominum meum est contra l. cum quasi. §. si plures. ff. de fideicommiss. liberta. vbi si cohæres grauatur dare totam rem hæreditariam, per hoc non videtur tota illa res sibi prælegata, sed illam debet redimere a cohæredibus, tamẽ reuera ille text. nihil facit contra Aretin. quia ibi non erat necessarium antecedens. nam cum ibi grauatus esset institutus heres, satis dicebatur honoratus, vnde hæc doctrina Aretin. ex alio non placet. s. quia tex. d. l. ab eo. dicit generaliter, ab eo cui nihil est relictum. nihil relinqui potest. pondera illam vniuersalem

---

a Liberis. Bar. sequuntur Anch. Cu. Paul. de Cast. & Imol. quos refert. Alexand. consil. 64. colum. 1. versicul. tamen ponit. lib. 5. idem Alexand. consilio 13. columna fina. circa med. libro 4. Bartol. sequitur Paul. de Castr. consil. 38. dubium facit. post princip. secundum antiquam impressionem. hanc opinio. tenet Corneus. consil. 74. in princip. lib. 2. & in consil. 146. colum. 9. eodem. lib. & prius hanc tenuit in consil. 97. columna 1. libro. 1. & in consil. 226. colum. 4. in princip. lib. 4. & in consilio 273. columna 2. eodem. lib. Guido Papæ q. 39. vbi attestatur ita seruari in curia parlamenti Delphinalis. Cur. senior consil. 52. columna 9. versicul. si ita est vt conclusimus. Barba. consil. 27. columna 13. versicu. & plus dico. & vide Socin. in consil. 140. columna 3. & consil. 218. colum. 3. & licet multi contra hanc teneant, videlicet Imol. Alexand. in pluribus consil. Cuman. Ancha. Alber. & Bart. mei sibi contrarii. Richardus malumb. & Raynu. vt refert hic Iason. columna 24. & dicit communem, tamen opinio. Bartol. est magis communis. & Alexand. vltimo loco videlicet in d. consil. 64. lib. 5. pro ea. se corrigens supra consuluit, istam conclusionem ample examinat Lancelo. Polit. in tract. substitu. char. 44. column. 2. & duabus sequen. Philip. Franc. in tepe. c. si pater. colum. 37. versic. 7. quæritur. de testamen. in 6.

b Quam doctrinam refert & sequitur Franc. de curte in consil. 46. incipien. super eodem. columna tertia in finalibus verbis. Ferdi. de Loazes.

c Ad istam. l. plures dat limitationes Alex. in l. cũ filiofa. col. 2. in 2. nota. ff. de leg. 1 & vide Aret. consil. 156. col. 2. & duabus seq. Fran. cur. senior consil. 46. col. 3. circa me. & in consil. 42. col. 3. versi. & ita firmatur.

d Sed ꝯ hoc facit, nã si dispõ testatoris in principio non valet, non videtur ꝙ possit stare in pendenti. l. si in fi. ff. cõmunia prædiorum, cogita super hoc, & cogita etiam, quid si grauatus esset præsens, iuxta. l. si consensit venditioni. ff. quibus mod. pig. vel hypo. sol. Ferdi. de Loazes.

falem negatiuam, nihil, ergo siue sit quantitas, siue res ex patri
462 monio, siue in patrimonio. † Quia qui totum dicit, nihil exclu- dit l. a procuratore. cum glo. C. manda. l. Iulianus. in princip. de leg. 3 & a. solue. de maio. & obe. Et tanto magis, quia plus negat oratio negatiua, quam affirmatiua affirmet. gloss. in l. hoc genus. ff. de condi. & demonstr. in c. cum dilectus. de consuetudi. tene ergo solutionem quam supra dedi. Secundo non obstat tex. in l. sed & si sic §. fi. de leg. 3. quia respondeo ex verbis Aretin. & clarius quam ipse faciat, & concludo, quod ibi nec tacite nec expresse poterat grauatus censeri honoratus, ex quo expresse testator dixerat, si Stichus Seii heres factus iussu eius adie rit hæreditatem, & sic expresse testator ponebat in volūtate hæredis, an institueret Stichum, quem ipse grauauerat, vel ne. cū ergo non consequatur hæreditatem necessario ex dispositione testatoris, ergo grauari non potuit. hoc autem dici non potest in casu nostro, quia non cōstat ex verbis testatoris, quod posuerit in voluntate instituti, quod hæreditas ipsius testatoris perueniat vel non ad eius instituti liberos. vnde vt valeat grauamen iniunctum ipsis liberis, debemus dicere, quod voluerit institutum esse grauatum restituere ipsis liberis. Tertio non obstat l. hæreditas ad Statium. supra, de hæredibus instituendis, quia respondet dominus meus sic columna trigesimatertia, quod propter particulare legatum verum est, quod testator nō intelligitur grauato in particulari legato relinquere hæreditatem. sed nos loquimur, quando aliquis grauatur onere fidei-
463 commissi vniuersalis, & ratio est, † quia qui vult consequens. intelligitur velle antecedens, nisi illud antecedens sit longe maius. ita Ludouic. Roma. in l. illud infra de acquiren. hæredi. per text. in l. penultima. §. illo C. de necessar. seruis hæredib. institu. & l. fin. C. de hæredibus instituendis. tamen hæc solutio non est multum tuta, per l. denique §. interdum. ff. de pecul. leg. & leg. 2. C. de dotis promiss. vbi ex solutione vsurarum, quæ sunt minus, arguitur ad principale, quod est maius, faciunt quæ adducit dominus Decius cōsilio 77. columna penultima. Vnde melius potest dici, quod in lege ex facto. sumus in heredis institutione, quæ induci non potest ex tacita voluntate testatoris, quia requirit quod expresse & nominatim instituatur hæres l. quoties. [illegible] si quis nomen, & §. sequenti. supra, de heredib. instit. & l. iubemus C. de testamen. tex. optimus in l. 1. ff. si tabul. testam. ē.
464 exta. † Nos vero loquimur in fideicommisso, quod induci po-
a test ex tacita a voluntate. Bald. post Dyn. in l. voin. §. proxi. 3. columna in fi. & sequenti. vers. & hęc faciunt ad quæstionem. C. de cad. toll. en. vbi proprie Bar. facit hanc differentiam inter substitutionem & institutionem directam ex vna, & fideicomm. ex alia. Pau. de Cast. in l. penul. C. de impub. in l. Titia §. Seia. de leg. 2. Roma. in l. si cum dotem. in principio. soluto matrimonio.
465 Soc. consil. 140 prima columna & dixi supra. † Non obstat quarto, quod inducta ad grauamē nō debent operari cōtrariū effectū. l. legata inutiliter. de adimen. leg. l. legata inutiliter. de leg. primo l. Titia. in fi. ff. de manum. testam. quia respondetur ex verbis Bart. hic & clarius in l. denique §. interdum. in summario per illum tex. de pecu. legato. quod vbi non posset valere grauamē, nisi præcederet honor. tunc inducta ad grauamen operantur etiam honorē. bene fac. t singularis tex. in l. Proculus. ff. de vsu fruct. vbi si lego vsumfructum ędium cum hoc, ne legatarius altius tollat, videor legasse proprietatem, ex quo aliter illud onus locum habere non possit, vt ibi declarat gl. & tradit de materia illius text. domi. Decius consil. 41. per totum, & dominus Francisc. Curtius consil. 14. columna prima. Et si dicis, quod in l. legata inutiliter non potest operari ademptionem, nisi prius operetur dationem. & tamen datio[illegible] non operatur, dico quod [illegible] ibi ademptionis finis haberi [illegible] sed hic non ha-
466 betur finis grau[illegible] aliquo mo[illegible] & c. † Quinto non ob stat, quod posita in co[illegible] dispo- sitione [illegible] quæ sub cond. [illegible] decem [illegible] testa quia respōdet [illegible] quod ibi non erat necesse [illegible] verba condi[illegible] ad [illegible] hoc est contra l. fina. C. de hære. inst. [illegible] item sub [illegible] antecedens institutio [illegible] quod [illegible] item [illegible] hic [illegible] quod ibi loq[illegible] tacite induci. Item ibi null[illegible] condi- tionali[illegible] in condi- tione [illegible] fideicōm[illegible] hoc [illegible]
467 & per hoc [illegible] te- statoris [illegible] propria [illegible] te

stator in dispositionem, vt per Alexan. & Mod. in l. 3. C. de libe præte. post Bartol. in l. in ambigue. vbi notabiliter Soc. infra de reb. dub. l. 4. de leg. 1. vbi Bart. sed verba conditionalia nec proprie nec improprie important dispositionem, nam respondeo, quod in fideicomisso quod tacite induci pōt, & quod venit in necessariū antecedēs fideicōmissi expresse, & sic alterius dispositionis expresse factę in testō prędicta nō militāt, per ea quæ infra dicā, & per
468 theoricā Bal. in l. vnica. col. vlt. C. de his qui añ aper. tab. † & sic vides, quod in puncto iuris procedit opi. Bar. pro quo ēt optime faciunt adducta per eū, quæ tēdunt ad ostendendū hoc, quod ex quo liberi præteriti in conditione sunt grauati fideicōmisso vniuersali, videantur ēt tacite honorati & vocati ex testō ad ipsam hęreditatem, & sic substituti per fideicommissariā substitutionē patri instituto, & hoc probat in primis text. in l. denique. §. interdū. ff. de pecul. leg. nec obstat sm Imol. col. 11. quod ille procedat in peculio, qd solet sequi seruum, cui datur libertas inter viuos. etiam quod nihil dicatur l. 1. cum ibi nota. C. de pecu. eius qui liberta. meruit. & licet non soleat sequi tacite, vbi relinquit libertas in vltima voluntate. tñ vbi de eo peculio seruus grauatur, de facili tūc peculium sequitur seruum, cum ēt inter viuos absq; grauamine tacite videatur datum. nam licet hæc solutio sit valde colorata, quam sequitur Alex. col. 29 & in l. cum filio 2. col. ff. de leg. 1. & ibi Soc. col. 10. in fi. tamen non est tuta secūdum Are. hic d. l. 2. vers. nec placet, quē sequitur pręcep. meus, quia ille tex. non se fundat ex eo, quod alias peculium soleat sequi seruum, sed quia grauādo quod soluat centum de peculio cum aliter fieri non possit nisi peculium videretur relictum. ergo censeretur reliquisse peculium. vnde idem in qōne nostra debet dici, testatorē liberos honorasse, cum aliter nō posset valere grauamen eis iniūctum. Item licet soleat peculium sequi seruum manumisum in vita, tamen in §. interdū. non sumus in illo casu, ergo ex eo argui non potest, quia arguendum est in terminis, in quibus tex. loquitur.

ADDITIO.

Non obstat etiam solutio præcep. mei col. 52. qui dicit, se retorquere illū tex. contra Bar. nam sm eum ibi seruus fuerat grauatus de dando centum ex peculio ipsis hæredibus. vñ per hoc vr voluisse, quod hæredes aliud non haberent de peculio, meri-
369 to seruus habebit reliquū. † Hinc est, quod si grauasset dare alteri non hæredi centum de peculio, per hoc non censeretur legatū peculiū ipsi seruo l. 3. §. fi. iuncta gl. in verbo, dare ff. de cōdi. ob causam, quia respondeo, quod licet hæc sit pulchra consideratio, quæ tñ fuit ante eum d. Alex. in consil. 101. in 1. vol. cons. 24. 3. vol. & cons. 55. in 4. vol. quicquid dicat Pol. dicens quod ibi dicitur de hæredibus exempli causa, aliter tñ non respōdens ad dictū in l. 3. §. fi. tamen per hoc hæc consideratio nihil facit contra Bar. nec tollitur eius fundamentum, quia vbi seruus esset grauatus dare extraneo non heredi, vt tale grauamen valeret, non esset necessarium peculium esse legatum, vt patet in d. l. 3. §. fi. vnde nimirum si non censetur legatum sicut in d. §. interdum, & in q. nostra vbi est necessariū antecedēs, & ideo meo iudicio multū fallitur præcep. meus retorquendo illum text. in cōtrarium. posset etiam rñderi ad d. l. 3. §. fi. vt per Bar. in d. §. interdum. sed non insisto & ita habes defensatum Bart. ab impugnationibus doctorum super d. §. interdū, qui mihi valde cōcludit, vt etiam dicit Are. Secūdo adducit Bar. tex. in l. si ita stipulatio ff. de ope.
470 libe. † vbi verba conditionalia inducunt dispositionē, ne dispositio in totum reperiatur inutilis, & ne patronus excludatur & a pœna promissa & ab operis positis in cōditione. & per hoc tollitur [illegible], quod verba conditionalia non disponunt, quia illud non vr procedere, quia si non disponerent excluderet quis cōtra voluntatem expressam disponentis & dicere vt dicit Imol. hic col. 12 in princ. quod ibi loquitur in cōtractu, & est speciale ibi contra regulam [illegible] si quis sub conditione [illegible] decē. ff. si cuius omn. causa test. non videtur bene dictū, licet hoc sequatur Alex. col. 29. & præcep. meus col. 52. post alios per alios allegatos, quia ratio illa ne omnis excludatur in totum, super qua se fundat ille tex. videtur militare etiam in casu nostro & si dicis, ex quo non de iure communi [illegible] libertatis excluditur ibi patronus a pecunia deducta in dispositionem, ideo fuit visum æquum prętori, quod saltem haberet patronus operas deductas in conditione, prout considerat Alexan. dicendo quod non debet esse [illegible] in casu nostro, vt voluntas testatoris expressa habeat suū effectum, & hoc modo ille text.

potest

a Contra hanc solutionem obstat, quod ipsemet dixi supra in si tertia limitationis ad primam conclusionem huius quęstio. Bar. [illegible] volt, quod l. nutu non habet locum, nisi nutus & tacita voluntas [illegible] verba conditionis non disponunt [illegible] qui sub conditione ff. si quis omiss. causa testamen. ergo &c.

potest optime defendi per Bart. qui fortassis per prædicta di-
xit, quod ille text. optime facit. Tertio adducit Barto. text.
in l. alio. in fin. 1. glo. ff. de alim. & ciba. lega. Imol. hic respon-
det post Bartolum. in dict. l. alio, quod ibi erat grauatus ille, qui
erat constitutus executor testamentarius, ideo tale grauamen
valet, quia censetur relictũ ab hærede, & ita et tenet Alex. 19.
col. & videtur communis intelligẽtia, vt hic per præcep. meũ.
32. col. Sed aduerte, quia hæc vr̃ diuinatio ad illum text. quia
non apparet, quod ibi alio modo esset constitutus executor, li-
cet fortassis videatur necesse hoc præsupponere per l. ab eo. C.
de fideicommiss. vel quod illud procedat ibi fauore alimen-
torum, & ita videtur defensatus Bar. in iuribus allegatis per cũ.
471 tamen. l. denique. §. interdum. melius stringit. † Quarto ex ver-
bis Barto. hic colligitur tale fundamentum, licet doctores Pe-
rusini consulendo sibi attribuant, nam fateor dicit Bart. quod
vbi liberi sunt positi in conditione, illa verba non operantur, vt
censeantur vocati ex testamento, item quod vbi non essent po
siti in conditione, sed essent solum grauati, quod grauamen
non teneret. l. sed & si sic. §. 1. de leg. 3. sed duo dicit in effectu
Bar. quod ista duo simul iuncta bene operantur quod censean
tur liberi honorati & vocati ex testamento. ita quod pater sit
grauatus etiam ipse liberis restituere hæreditatem, quia duo
magis stringunt quam vnum, bene facit vltra eos, quia ex tali-
bus geminatis verbis habet̃ enixa voluntas testatoris, quæ ope-
ratur quod actus valeat omni meliori iure &c. l. cum pater. §.
filius matrem. ff. de leg. 2. Alex. in l. cum filio. 4. col. & ibi Soci.
7. col. ad fi. & seq. ff. de lega. 1. Ad hoc fundamentum præcept.
472 meus. col. 32. in fi. respõdet. † Quod vbi duo imperfecta simul
iunguntur, quorum vnumquodque de per se nihil operatur,
tunc etiam simul iuncta nihil operantur, secus vbi de per se
vnumquodque aliquid operaretur. ita Bal. in l. si quis ex argen
tarijs. §. 1. ff. de eden. vbi notabiliter loquitur. & est tex. in l. 1. C.
qui nu. tutel. & in l. spadonem. §. qui iura multa. ff. de excu. tut.
tradit idem præcept. meus in l. admonendi. in 83. col. ff. de iure
iur. & aliquid Fely. ĩ c. clerici ante fi. de iud. Sed in casu nostro
solum grauamen de per se nihil operatur, nec etiam de per se
illud, quod sint positi in conditione nisi quod testator cogita-
uit eos ab intestato successuros l. Lucius. in fi. cum gl. ff. de hæ-
re. instit. sed illud secũdum cum est nullius effectus, cum om-
nino ab intestato successissent. igitur &c. Sed tu aduerte, quia
imò quod sint expresse positi in conditione a testatore aliquid
473 plus operatur, quam si non fuissent positi. † Quia vbi sunt ex-
pressi in conditione, naturales etiam excludunt substitutum.
vbi vero sunt omissi solum legitimi & naturales & hoc in de-
scendentibus. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. l. genera-
liter. §. fi. C. de insti. & substi. & hoc vt dixi in descendentibus.
sed vbi esset alius non descendens institutus, tũc filij ipsius in-
stituti excludunt substitutum si sint positi in conditione, alias
secus, vt per Bar. in l. cum auus. ff. de condit. & demon. Secũdo
aduerte, quia hic agimus de declarãda voluntate testatoris, an
voluerit honorare ipsos liberos in fideicommisso, quod vt su-
pra dixi, etiam nuta & tacite indicari potest, vt declarat Pau. de
474 Cast. in l. pe. C. de impu. & alijs substi. † Sed vbi agitur de aliquo
declarando, tunc duo imperfecta simul iuncta operantur, licet
de per se nihil operarentur. ita declarat nota. Bar. in l. spadonẽ.
475 in §. qui iura multa. in fi. ff. de excusat. tut. † dicitur ergo, quod
licet ex solis verbis conditionalibus non appareat de voluntate
defuncti, quod voluerit liberos positos in conditione honora-
re & substituere patri instituto, tamen vbi sunt positi in condi
tione, & etiam sunt grauati, satis voluntas testatoris remanet
declarata, imò plus videtur posse dici, quod dato quod ipsi libe
ri ipsius filij instituti essent solum grauati non positi in condi-
tione, tamen deberent censeri honorati, per illud quod dixi sup.
in responsio. ne ad l. ab eo. & quia satis sunt positi in cõditione
a lege. d. l. cum acutissimi. C. de fideic. d. l. cum auus. vnde si di-
ceret. instituo filium meum, & ei & eius filiis substituo Caiũ,
videtur quod ipsi liberi censeantur substituti ipsi patri institu
to, ex quo etiam item patri substituit Caiũ. Quinto pro Bart.
adducitur tex. in l. Titia Seio. in §. Seia libertis. ff. de leg. 2. vbi si
quis legat fundum patribus, quos prohibet fundum vendere,
& grauat vltimum morientem ex eis restituere fundum alteri,
certe censetur primum morientem grauasse restituere vltimo mo-
rienti, & hoc nõ ex alia ratione, nisi quia aliter vltimus moriẽs
nõ posset adimplere grauamen, nec dicas, quod ibi vltimus ve-
niat per ius accrescendi, quia primo hoc esset contra regulam,
476 † quod in proprietate nõ habet locũ ius accrescendi post agni-
477 tam portionem. l. 1. §. fi. ff. de vsufr. accr. † Et in dubio est inter-
pretandum, quod dispositio testatoris non inducat aliquod exorbi
tans de iure communi, etiam quod hoc possit. l. vxori. §. 1. de leg. 3.
Bar. glo. fi. in l. talis scriptura. ff. de leg. 1. item ibi tex. dicit, testa-
tricem videri gradus duos substitutionis fecisse, ius autem ac-
crescendi nõ est propriè substitutio l. si Titio. §. Iulianos. ff. de
leg. 2. Et verba præcipue iureconsulti debent capi propriè. l. 1.
§. si is nauem. ff. de exerci. Item non dicas, quod ibi fideicõmissum
sit inductum de primo moriente ad vltimum propter prohibi
tionem alienationis, quia vt dicit Bar. in d. §. Seia. & Aret. hic.
478 col. 10. & sequenti. † per solam prohibitionem alienationis nõ
inducitur tacite fideicommissum inter prohibitos alienare, vt
a per Bartol. in l. qui Romæ. in §. cohęredes. ff. de verbor. obli-
gat. & in l. si ita quis. §. ea lege. ff. eo. tit. & hoc probatur in d. §.
Seia. vbi tex. dicit, quod in prima parte testamenti, in qua erat
facta prohibitio alienationis nõ erat tale fideicommissum in-
iunctum. Item non dicas, vt dicit Imo. hic & Alex. col. 10. quod ibi
primus, qui censetur grauatus restituere vltimo, erat in parte
restituenda expresse grauatus, in præsenti autẽ quæstione nõ.
vnde eo ipso quod vltimus moriens grauatur, censetur etiam pri-
mus moriens grauatus restituere vltimo fundum alteri. vnde
in necessarium antecedens debet primus censeri grauatus re-
stituere morienti, quia vt etiam dicit Areti. text. non se fundat
super hoc, sed ex eo, quod vltimus erat grauatus restituere, & vlti-
mus possit totum restituere prout grauatus est, & dicere, quod pri
mus potest censeri grauatus, quia erat honoratus, dico simili-
ter econtra, quod hic dicunt censeri honorati liberi, ex quo erant
grauati, non etiam dicas, vt dicit do. me. hic. col. 31. quod ibi fidei-
commissum censeatur inductum propter duo copulatiue. pri-
mo quia testator iunxit onus vltimo morienti, quod totũ restitue
ret. vt per Bar. in l. vel singulis. in f. eo. quia dato quod hæc intelligẽ
tia sit vera ad illum tex. tamen non facit, quia ille tex. nõ facit
pro Bart. hic. quia etiam hic liberi vltimo loco morientes fue-
runt grauati, & grauati in tota hæreditate, & si fortassis velles
dicere, quod hic non dixit totam hæreditatem, sed simpliciter hæ
reditatem vel bona mea, dico quod similiter in d. §. Seia non dixit
totũ fundum, sed eum fundum &c. Item si diceres, quod ista
duo simul iuncta. s. prohibitio alienationis & grauamen impo
situm vltimo operantur illud tacitum fideicommissum, vt vi-
detur velle gl. in §. vel singulis. insti. de pupil. & tenent quidam
consulentes inter consilia Alex. consil. 14. 4. vol. pen. col. refert
do. Marcus Anto. Bauerius in repe. l. cum filio. 12. col. non ali-
mitatione de le. 1. respondeo. quod etiam in casu nostro ista duo di
cunt operari ipsum tacitum fideicommissum. s. mentio facta
de liberis in verbis conditionalibus, & grauamen eis iniunctũ,
imò solum grauamen vt sup. dixi, ex quo sunt præcise grauati
de eo quod nisi consequerentur ex testamento testatoris non
479 possent restituere. † Sexto pro opi. Bar. adducitur, qui vult con
sequens vult omne antecedens ad illud necessarium. l. illud cũ
similibus ff. de acquir. hære. & hoc etiam in materia odiosa, vt
materia dispensationis. Abb. in cap. ex parte. de deci. cum alijs
deductis per præcept. meũ hic. col. 30. & licet soleat dici, quod nõ
veniant maiora expressis in necessariũ antecedens, tñ hoc non
est verum, vbi actus aliquo modo nõ valeret, vt per Bal. in l. id
quod pauperibus in 14. q. in fi. C. de epis. & cler. Ro. consil. 7. inci.
visis dubijs. col. 2. Alex. cons. 45. col. 1. in 4. vol. Præterea hic an-
tecedens non est maius expresso, nec est diuersę speciei. non et
dicas, vt dicit do. meus, quod hæc regula non habeat locum in
regula. l. ab eo. C. de fideicõ. quæ aliter fin eum non posset pro-
cedere, quia fateor, quod non habeat locum in terminis, in quibus
licet in necessarium antecedens censeretur quis honoratus, tñ
ille honor nullum commodum honorato afferret, alias secus,
vt declarani circa cõtrarium in d. l. ab eo. & si dicis, fateor, quod testa
tor voluerit hoc in necessarium antecedẽs, tñ sola voluntas nõ
sufficit, nisi transeat in dispositionem. l. quidam cum filiũ. sup.
de hær. insti. ress. õdeo, quod illud procedit, qñ est volũtas simplex,
quæ ex verbis dispositiuis testamenti nullo modo colligit, sed
vbi colligitur ex verbis dispositiuis, vt quia venit in consequen
tiam ad expresse dispositum in testamento, tunc bene talis vo-
luntas attenditur, vt per Bal. in l. vnica. C. de his qui ante aper.
tab. vlt. col. & satis vult Bar. sup. in 1. quæstio. secundæ quæstio-
nis principalis. & in l. 2. in antepe. col. vers. vlterius quæro. s. eo.
Septimo adducitur lex pecunia. ff. de lega. 1. per Politum hic
vbi si grauo debitorem meũ de re mihi debita, censeor in con
sequentiam sibi relinquere liberationẽ, ergo ibi in consequen
tiam grauaminis venit honor, tamen ad illum textũ posset di-
ci, quod ex quo nõ interest debitoris magis soluere hęredi quam
alteri, ideo grauamẽ valet, & ideo si soluat alteri de iussu testa-
toris creditoris, debet esse liberatus saltem ope exceptionis, ne
bis soluat, hæc est ratio illius tex. & satis hoc argumentum vo-
luit Bar. hic, dum allegat l. si seruus legatus. §. qui margaritam.
ff. de lega. 1. & ita habes, vt puto, optime defensatum Bart. &
ita teneas opinionem Bar. tanquam æquiorem & fauorabiliorem
voluntati testatoris, & in puncto iuris veriorem. Et ista ex pro-
prio originali assumpsi, quæ in alia impressione minime repe-
480 riuntur. Ferdinandus de Loazes. † Circa quartam quæstionẽ
principalem habes primam conclusionem, quod si in substi-
tutione

a De veritate istius articuli quia latissime scrips. in repet. mea. §.
diui. l. filiusfamil. col. 101. cum de alijs seq. ff. de leg. 1. ideo hic
non referam ad ibi dicta me remitto. Ferd. de Loazes.

tutione adsit verbum directum & verbum commune, directū
importabit directam, commune fideicommissariam substitu-
a tionem.[a] vnde hoc casu cessabit disputatio supra in 1. quæstio-
ne principali de compendiosa pagani, & de qua supra in 3. quæ
stio. principali. transeunt communiter doc. & tradit Imol. col.
13. articulo 22. Alexan. penul. colum. do. meus 33. cum aliis ad
ductis per eos, & idem vult Bart. vbi etiam Alexand. in l. recusa
481 re inf. ad Trebel. fundatur hæc conclusio, † quia vbi duo verba
respiciunt vnum subiectum, debent sic semper interpretari, vt
b vtrunque verbum aliquid importet,[b] vt per Bald. in rubr. C. de
contrahen. emp. in [illegible] quæst. per glo. in c. solite. in verbo, quam-
quam. de maio. & obedi. non obstat l. si seruus plurium. §. fi. ff.
de leg. 1. vbi vnum verbum æquiuocū declaratur per aliud cla-
rum, & sic verbum commune deberet declarari per verbum
directum clarum, quia respondetur illud procedere, quando si
declararetur per aliud, non redderetur superfluum, vt quia ip-
sa verba respicerent diuersa, siue essent in diuersis capitulis po-
sita, nam tūc si in vno capitulo apparet verbum clare positum
in vna significatione, præsumitur etiam quod in alio capitulo
in eadem significatione fuerit prolatum, & idem vult Bar. sup.
in 3. q. principali. de compendiosa pagani, vbi notaui. sed in ca-
su nostro sunt duo verba prolata in eadem dispositione circa
idem, ideo interpretatur vt sup. ne vnum reddatur superfluum
482 † Non obstat tex. in l. sed si adijciatur ff. pro socio. vbi illa verba
quæstus & lucri socij fiunt, idem important, & illud verbum,
lucri, restringetur per verbum, quæstus, & tamen sunt prolata
in eadem dispositione circa idem, quia respondet Bar. ibi, & se
quuntur omnes, quod ideo ibi illud verbum, lucri, restringitur
per verbum, quęstus, vt sic intelligatē de lucro quæstuario pro-
ueniente ex industria, non alio modo, quia ita solet coiri socie-
tas de lucris quæstuarijs l. coire. ff. pro soci. Tu potes etiam ad-
dere, quod ibi sunt duo verba, quorum vnū potest esse adie-
ctiuum alterius, iuxta l. 1. cum glos. in verbo. placitum ff. de pac.
Secundo principaliter fundatur hæc conclusio in l. recusare. §.
Titius ff. ad Trebe. Lanc. Pol. hic dicit, quod ibi diuersę fuerūt
concessiones & dispositiones, hic vna concessio, & vna dispo-
sitio. Item ibi erat verbum directum & verbum obliquum, vn
de verbum directum non potest ita ad se trahere obliquū om-
nino contrarium. prout verbum commune, & propter hoc so-
lum tenet contra Bar. nec respondet primo fundamento supra
facto. Sed tu aduerte primo, quia in §. Titius, non erat verbum
directum & obliquum, sed erat verbum commune substituo,
& verbum obliquum, vnde sicut ibi verbum obliquum nō tra
hit ad se verbum commune, ita hic verbum directum nō de-
c bet trahere verbum commune,[c] ne sit superfluum. Tertio ad-
uerte, quia fateor, quod ibi sunt diuersę concessiones & dispo-
sitiones, sed dico, qđ sicut vna dispositio non trahitur ad aliam
ne sit superflua, ita vnum verbum non debet trahi ad aliud, ne
sit superfluum. hoc est, quod voluit dicere Bart. magister legi-
starum. Ex quo infertur aliud, scilicet qđ idem est, vt dicit Bar.
per d. §. Titius. quādo in substitutione esset verbum commune
& obliquum, vt scilicet commune capiatur in significatione di
recta, ne sit superfluum, & sic cessaret disputatio de qua sup. in
tertia quæstione principali. & in 2. quæstione principali de cō-
pendiosa pagani, & ideo infertur, quod si dicitur, quod si filius
meus decesserit sine liberis talem instituo, & substituo, erit fi-
deicommissaria substitutio post pubertatē, & ante directa vul-
483 garis & pupillaris etiam contra matrem. † Sed hic cadit dubi-
tatio, qđ si nō dixerit illa verba, si sine liberis decesserit, sed sim
pliciter dicat, filium meum instituo, & eidem instituo & sub-
stituo Caium. si enim dixisset solum. & ei Caium substituo, si-
ne dubio secundum communem esset tantum directa substi-
tutio vel vulgaris tantum, vel etiam pupillaris, si institutus erit
capax, iuxta doctrinam Bart. sup. in 2. oppositione post secun-
dam quæstionem tertiæ quæstionis principalis. Quid modo si
dixit, instituo & substituo, an verbū, substituo, stabit in obliqua
significatione, ita quod importet substitutionē fideicommissa-
riam, quandocūque decedat filius, & eadem est dubitatio, si di-
ceret, instituo filios meos & eos inuicem instituo & substituo,
nam si esset solum verbum, substituo, sine dubio esset solū di-
recta l. iam hoc iure sup. eod. Alexan. in l. recusare §. Titius ff. ad
Trebell. vult quod sit tunc directa & fideicommissaria, & dicit
ibi Bar. ita velle, & Bart. hic & communiter docto. Sed re vera
Bartol. loquitur, quando apposita sunt illa verba, si sine liberis,
non autem quando illa verba nō adsunt. Et si dicis, decisio Ale
xand. debet esse vera, vt verbum aliquid operetur, vt dicit Bar-
tol. hic & sic haberes compendiosam etiam continētem fidei-
commissariā, in qua nō est aliquod verbū significans tractū tē-
poris, vt quandocunque, vel si sine liberis, vt verba non sint su-
perflua. tū dici potest, qđ satis operabitur verbum. substituo, si
importabit fideicōmissariā ante pubertatē, nō aūt post, ex quo
nō est verbū significās tractū tpis post pubertatē, vt sic minus
484 grauetē filius. † Aduerte etiā dum Bar. dicit, qđ si dico sic, qñcūq;
filius meus decedat, bona mea perueniant ad Caium, & in his
eundem hæredem instituo, qđ tunc erit directa etiā in casibus,
in quibus non esset, si essent solum illa verba, bona mea perue-
niant &c. vt qñ mater est in medio. iuxta ea quæ dicta sunt sup.
nam hoc non videtur posse procedere, licet docto. simpliciter
transeant per theoricam sm̄ § fi. in versic. sed quæro aliquis te
stator ff. de leg. 2. vbi vult, qđ si testator dicat, ego relinquo par-
tē bonorū Titio, & in ijs eundem hæredē instituo, non dicit tñ
institutus hæres, licet si simpliciter dixisset, Titium in parte bo
norū meorum hæredem instituo, fuisset hęres institutus. Mo-
uetur, quia natura illius dictionis, in ijs, & similium est, vt faciat
relationem præcedentium cū omnibus suis qualitatibus l. a fi-
lio §. testator, & §. sequenti. de alimē. & ciba. legatis, & sic intel-
ligitur secūdum eum in ijs, eundem hęredem instituo, in ijs sci
licet quæ continent legatum certę partis bonorum, & sic erit
hæres institutus in re certa. ergo eadem ratione debemus dice-
re in casu nostro, vt non limitetur substitutio prima. Potes di-
cere quod ibi prima verba de se non erant apta importare insti
tionem vniuersalem, quia verbū, relinquo, erat adiectum par-
ti bonorum. sed hic illa verba, bona mea perueniant, poterant
importare substitutionem directam, quia erat vniuersalis bo-
norum. iuxta l. his uerbis. ff. de hæred. instituen. tamen dubium
erat, an hoc testator uoluerit, & ideo hic declaratur per illa uer
ba, & in ijs hæredem instituo, licet Bartol. uideatur uelle, quod
per illa uerba non declarē quod prima uerba, bona mea perue
niant &c. sint prolata in propria significatione, sed vult, quod
sint prolata in obliqua, ne illa verba directa, & in ijs hæredem
instituo, sint superflua.

ADDITIO.

Tamen aduerte, quia etiā hæc verba de se non importabant
pupillarem substitutionem propter verbum, bona mea, ex quo
non erat facta mentio pupillaris ætatis, vt dixi sup. dic ergo qđ
in d. l. si quis seruum §. fin. bene operantur, qđ ille efficiatur hæ-
res directus, sicut etiā hic, sed solum differentia est, quia ibi est
solum hæres directus particularis, hic vero est vniuersalis ratio
ne supra immediate assignata, & ista habui ex proprio origina-
li, quæ in alia impressione minime reperiuntur. Ferdinandus
485 de Loazes. Secū la cōcl. † qđ ubi est appositū verbū directū &
cō:, uel uerbū cōe & obliquū, uel est apposita clausula vulgari
d ter pupillariter & per fideicommissum, est in electione[d] substi-
tuti

a Hanc conclusionem sequuntur Bolo. in addi. Ana. consil 46 co-
lum. 1. Et Alexan. consil o 82. colum. 1. lib. 2. & consilio 40. co
lum. 1. li 3. Raph. Ful consil. 44. per totum. Abb. cons 32. colu.
1. li. 2. transit Io. Bap. de sancto Seu. in repe. l. præcibus colum.
24 uers. 3. ro. cōcl. C. de impub. Sed contrariū tenet Lanc. Pol.
in trac. substi. char. 44. uers. quarta conclusio. Et in hanc opi. cō
tra Bar. libenter inclinarē, & hoc dupli. modo, quia siue dica-
mus substitutionem sic fuisse conceptā, substituo & hęredem
facio, tunc illud uerbum, hæredem facio, uenit declaratiue ad
uerbū, substituo, illud declarans stare directo l. sed si adimatur.
ff. pro socio. ita tenet idē Bart. sup. in 2 q. principali. in coniectu
ris, ex quibus uerbum commune iudicatur directū arg. l. si ser-
uus pluriū §. fi. de leg. 1. & qđ illud uerbū, substitutio, stet dire-
cta, appiaudit regula l. 1. §. 1. ff. si ager. uectig. uel emph. & regu-
la c. si pater. de test. in 6. Siue etiā dicamus substitutionem hoc
modo conceptā, instituo & substituo, & hoc propter naturam
copłe, &, inter hæc duo verba positæ, cuius natura est attribue-
re qualitatē præcedentis copulati sequēti copulato vt sic tradat
qualitatē huius verbi directi instituo sequenti copulato videli-
cet verbo cōmuni. l. Seię. §. Caio. vbi Bart. in vlt. col. ff. de fun. in
struc. Idem Bart. in l. prætor la 2. §. cuiq; col. 1. ff. vi bo. rapt. per
Ias. in l. 1. in prin. col. 4. ff. de iust. & iure. præterea nonne est tan
tus fauor matris sicut substituti? & tamen fauore matris uerbū
commune iunctum directo non obliquatur, ut supra uidimus
in 2. quęstione principali, igitur &c.

b Istud fundamentum tollit, quia satis operanē uerba. nam cū te-
stator dixit, substituo & hæredem facio, illa uerba, hæredem fa
cio, operantur, quod declarant uerbum, substituo, dubium sta
re directo.

c Sed non ualet consequentia minus dignum non trahit ad se ma
gis dignum ergo nec econtra. maior enim est potentia attracti
ua dignorum quam minus digni. l. si quis sciens. C. de rei uen-
di. l. iustissimæ ff. de ędili. edic.

d Istam conclusionem sequitur Socin. consil. 20. columna quinta
in fin. uers. insuper hanc conclusionem Bartol. tenuerūt Bald.
Angel. Paul. de Castr. Benedic. de Plumb. Alexand. & Aretin.
ut refert & sequitur Soc. consilio 290. columna fi. ubi col. præ-
ceden. contrarium tenuisse attestatur Imola. Cuman. & Rom.
opin. Bart. sequitur Philip. Franc. in repe. ca. si pater. colum. 39.
uersic. decimo quęritur. de testam. lib. 6. Corne. consilio 35. co-
lum. 3. uersic. tam. in lib. 2.

tuti venire per directam vel per fideicommissariam substitutionem, hanc conclusionem tenet Areti. 22. colum. post principium late insistens. Alexand. colum. pen. & fin. domi. meus. colum. 34. in principio nihil dicens, sed solum se remittens ad Alexand. & Aretin. idem vult Barto. in l. si Titio. prima. ff. de vsufruct. leg. & ita dicit fuisse determinatum in camera consilij Delphinalis dom. Guido Papæ, quæstione 532. & tradit etiam dom. Ludo. Bologni. consil. 15. incip. en. inuocato. Pro hac conclusione adducitur primo text. in l. si quis seruo. ff. de manomiss. testa. vbi seruus cui est relicta libertas directo & per fideicommissum habet electionem, sed aduerte, quia ibi aut solum directa, aut fideicõmissaria poterat habere locum, sed in casu nostro quælibet substitutio potest habere locum loco suo, scilicet ante aditam vulgaris, post aditã & in pupillari ætate pupillaris, post aditam & pubertatem fideicommissaria, ergo earum quælibet potest venire prout casus contingit, quia testator videtur voluisse prouidere in quolibet casu, non autem dare electionem substituto. Secundo itaque melius facit text. in l. recusare. §. Titius. ff. ad Treb. vbi idem tenet Bart. & communiter cæteri excepto Imo. ibi enim est optimus text. in quo quis potest venire per vulgarem & fideicommissariam, & habet electionem. Sed aduerte quia ille text. videtur clare procedere, vbi vellet venire per fideicommissariam non per vulgarem, quia hoc casu non facit aliquod præiudicium testatori, cum habeat hæredem ex testamento, sed vbi posset venire per pupillarem, & vellet venire per fideicommissariam, videretur dicendum secus, quia sic faceret, quod pupillus non haberet hæredem ex testamento, cuius contrarium videtur considerasse testator, cuius intentio fuit prouidere filio de hærede, & sic tolleretur honor & fauor pupilli contra intentionem testatorum qui præsumitur plus dilexisse filium, quam substitutũ. tamen ad hoc considera, quod etiam testator præsumitur magis se diligere, & honorem suum quam substitutum. arg. l. lo-
486 lanus ff. ad Sylla. † & tamen ego habeo, quod si quis potest venire ex testamento tanquam hæres, & ex codicillis tanquam fideicommissarius, quo casu facit testatorem intestatum, & non habere hæredem ex testamento, & tamen habet electio-
a nem. l. fin.[a] C. de codic. institu. de codicil. in princ. [illegible] quia hæc mera consideratio tollit difficultatem, ideo non est necesse recurrere ad fundamentum Aret. qui dicit, quod sicut ex quo respectu vulgaris habet electionem, ergo etiam respectu pupillaris, vt vna determinat [illegible] determinet. [illegible] codi. [illegible] vna pars alternatiue declaratur per aliam l. 3. ff. de reb.
487 dub. Amplia † hanc conclusionem procedere etiam quod dicta clausula, vulgariter pupillariter & per fideicommissum, esset coniuncta verbo mere obliquo, nam tunc posset venire virtute dictæ clausulæ per substitutiones etiam directas. Barto. in l. [illegible] ff. de testamen. milit. Reuerend. episcopus Massil. limitat [illegible] hanc conclusionem si testator distribuisset plures casus expresse, verbi gratia, si diceret, si filius meus non sit hæres, vel sit hæres, & decedat in pupillari ætate, vel postea quandocunque, substituo Titium vulgariter pupillariter & per fideicommissum tunc non esset electio substituto, quia [illegible] testator distinctas substitutiones [illegible] separatim posuit, & idem vult dominus Decius, cum [illegible] dicta non [illegible] non præterit in l. præcibus. C. de impuber. colum. 13. licet de dicto [illegible] episcopo non faciat mentionem, sed vterque [illegible] contra dictam l. recusare in §. Titius. vbi [illegible] substitutiones distinctas testator, vulgarem scilicet & fideicommissariam, non autem sub compendiosa, & tamen est electio substituto
488 tenet ergo [illegible] prædictam conclusionem. † Ex qua infertur, quod ex quo vi [illegible] dicta clausula, ve[illegible] dicta verba generalia, est in electione substituti venire per directam vel fideicommissariam, & sic potest cogere hæredem adire &
b restituere, tenet [illegible] in [illegible] testamento per vulgarem substitutionem, quod est bene notandum, cum quot. dicit [illegible] dicta clausula [illegible] Angel. quem hic refert Aret. in l. Papinianus. §. quoniam autem. ff. de inofficio. testamen. vbi facit aliqualem distinctionem, & idem vult clare Baldus licet Aretin. non alleget in l. [illegible]. C. ad Trebell. & sequitur dominus meus, vbi dicit se consuluisse & obtinuisse, in l. 1. 15. colum. supra eodem. & ibi Socin. 3. colum. versiculo, circa sextam. Adde etiam quod Baldus in l. iam hoc iure. §. fina. supra
489 eodem, dicit, † Quod vt plene quis substituat, debet adijcere illa clausula, vulgariter pupillariter & per fideicommissum, licet notarij nesciant quid importet, vnde dicit Imo. in l. Lucius. penultima columna, infra eodem in fin. quod non bene facit Tabellio dicta verba apponere, nisi intelligat eorum sensum,
490 & illum declaret testatori. & ideo cogita † quando notarius apponit illam clausulam, & nullus est pupillus, ex quo apparet, quod notarius tunc non intelligit vim verborum ipsius clausulæ,
c an talis clausula debeat operari. Bald. vt supra vult quod sic.[c] Cogita pro nunc, quia fortassis dicam in l. 1. [illegible] de verb. obligat. vbi tangam, an istæ clausulæ, quæ ponuntur de stilo notariorũ debeant operari, & dabo vt puto nouam & veram resolutionem, cæterç circa hanc conclusionem videbitis hic per Are. & Alexand. qui tamen aliqua non multum substantialia dicunt, ideo consulto omisi, solum enim instant in responsione quorundam fundamentorum Imol. contra hanc conclusionem,
491 vide per eos. † In prima quæstione quartæ quæstionis principalis habes, quod si dico, substituo Titium infrascriptum meum hæredem, qui reperitur infra institutus hæres, illud verbum,
d meum heredem,[d] stat demonstratiue, & sic dicitur substitutio facta per verbum commune tantum, hoc clare procedit, quando ille substitutus reperitur infra institutus, sed vbi infra nõ scripsisset eum hæredem, sed legatarium, vel de eo mentionem non fecisset, tunc de mente Barto. staret dispositiue, & sic substitutio diceretur facta per verbum directũ & ciuile, per illud quod determinat Bal. in l. præcibus. 12. col. ad fi. C. de impube. vbi vult, ꝙ si dico, substituo Titium hæredem meum, dicitur substitutio facta verbo directo & ciuili, sequitur Alexand. in l. recusare. in §. Titius. ff. ad Trebell. tamen hoc casu posset dici, quod esset minus dubium talem substitutionẽ trahi ad fideicommissariam post pubertatem, quàm quãdo esset mere verbum directum & ciuile, per [illegible] quæ dicit Bar. hic. & nũc subijciam. Iuxta hanc quæstionem posset etiam dubitari, quid si reperiatur scriptus hæres in testamento ipse substitutus, tñ non dicit testator, infrascriptum vel suprascriptum, sed simpliciter substituo Titium hæredem meum, an illud, heredem meum, stet tunc dispositiue vel demonstratiue. Bar. & docto. non aperiunt, vt vides, putarẽ per regulam Bart. hic, ꝙ deberet etiam tunc stare demonstratiue, & hoc satis voluit Corn. cons. 47. in i. par. imò voluit Fulg. cons. 43. in vlt. col. incip. in princ. ꝙ quando dico, substituo Titium heredem meũ, ex quo verbum, substituo, est principale verbum orationis, & ab eo tota regitur & gubernatur oratio, non debeat restringi per illud verbum, hæredem meum, tñ quod dixi est cõmunius & verius. dicit tamẽ vnum notabile verbum Fulgos. quod si dicat testator Titium hæredem vna-

---

a Vbi Barto. in vlt. col. & ad illius l. declarationem vide Rom. consil. 125. versic. præmissis.

b De quo per Alex. in l. recusare. §. meminisse. col. 1. ff. ad Treb. per Soci. cons. 20. col. 7. vers. est tamen aduertendum. de rege. vide Abb. in cons. 90. col. 2. lib. 2. vnde per existentiam sui hæredis confirmatur fideicommissaria. l. ita tamen. §. si pater. ff. ad Treb. Pau. de Cast. cons. 237. col. 3. & dicit idem Pau. cons. 303. col. 2. in princ. ꝙ per nullam substitutionem quàm vulgarẽ expressam tollitur suitas, secundum antiquam impressionem.

c Sed Bar. in l. 1. col. 3. ver. sed pone. ff. de iure codicil. vult ꝙ nihil operetur. sequitur Barba. consil. 42. col. 8. lib. 1. vbi declarat. & consil. 43. col. 7. & consil. 58. col. 7. eod. lib. & consil. 16. col. 1. & consil. 34. col. 15. & consil. 41. col. 7. vbi in iuramento solito apponi. & cons. 60. col. 1. lib. 2. & non declarat in consil. 6. col. fi. & in cons. 54. col. 15. lib. 3. & cons. 52. col. 8. lib. 3. & Alex. dicit, ꝙ clausula codicillorum non censetur apposita ex consuetudine notariorum, ideo operet in cons. 102. col. 4. vers. præterea lib. 3. & vide ad præmissa D. meum Deci. in c. cum M. Ferrar. col. 2. vers. ex supradictis de ꝯstit. Et per istud ꝙ clausulæ cõsuetç apponi magis ex stilo notariorum, q̃ ꝙ intellexerint, nihil operatur, redditur dubia decisio Albe. in l. item quæritur. §. exercitu. ff. loca. volentis, ꝙ si in instrumento dicatur renũciat omni exceptioni doli. ꝯdictioni sine causa, & omni legum auxilio, quo se tueri posset a præstatione pensionis, tunc tenebitur conductor ad pensionem, non obstante guerra vel sterilitate, & illam decis. sequitur Ias. in l. 1. col. 1. in prin. C. de iur. emphy. vbi dicit ꝙ clausula prædicta est solita apponi, & propterea si est solita, nec partes nisi essent doctissimi viri, nõ cẽsentur sciuisse vim verborum dictæ clausulæ, videtur quod nihil operetur, imo quod nihil operetur tenet expresse Bar. in l. fin. §. idem quæsit. post princip. ff. de condict. indeb.

d Sed hic cadit no. dubitatio, quis veniat sub appellatione hæredis mei, an tantum ipse hæres scriptus, an etiam ipsius hæredis hæres. & breuiter est tex. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vul. ꝙ solum sub verbis illis hæredes meos, veniant tantum primi hæredes. ad [illegible]em est text. in l. in causç. la 2. §. Pomponius. vbi Bal. no. ff. de mino. per Alex. cons. 36. col. 2. lib. 3. limitatamen præmissa, vbi constaret ex coniecturis de mente testatoris, ꝙ ipse testator sub appellatione hæredum volebat venire hæredes hæredum, tunc comprehenduntur, vt alias habui in facto, ita illum. [illegible] hæc verba. limitat Bar. ibi in princ. & Ias. col. 2. vers. quarto. Corne. in 279. consil. col. 3. ver. pro quo etiam. lib. 3. quibus adde Bald. in l. quidam elogio. ad finem. C. de iure delib. imò fortius sub appellatione heredum veniunt heredes heredum ex mente testatoris etiam ad ipsorum secundorum heredum grauamen, vt consuluit Bart. consil. 245. sed quid si testator dicat, si filius meus decedat sine herede, qui veniãt sub appellatione heredis, vide Guid. Papa consil. 591.

dem vniuersalem substituit, ac etiam esse voluit & mandauit,
quia illa verba, esse voluit, & mādauit, sunt verba fideicommis-
si. l. 2. C. communia de leg. erit substitutio directa & fideicom-
missaria & sic erit in electione substituti, an veniat per directā,
an vero per fideicommissariam. tamen hoc vltimum puto du-
bium, quia illa verba, heredem meum, viderentur prędicta om
492 nia verba determinare. † & licet verbum mando, sit verbū præ
carium, & similiter verbum, volo, in legatis particularibus, ta-
men in vniuersalibus importat etiam hęredis institutionem l.
quoniam indignum C. de testam. Cogita super prædictis. quia
493 alij non tangunt, & nihil dicunt super hac quęstione Bar. † Cir
ca quam etiam aduerte, quia Bartol. non tangit quando essent
duo verba communia in vna & eadem substitutione. Breuiter
hunc casum decidit Bartol. in consilio 241. incipiente, pater fi-
lio, vbi vult, quod si dico si filius meus decesserit sine filiis, talē
substituo, & ad ipsum, volo quod deueniant bona, erit fideicō-
missaria substitutio, ac si esset facta per vnum verbum commu
ne tantum, sed meo iudicio videtur obstare istud fundamentū,
vnumquodque verbum debet taliter capi ut aliquid operetur,
ergo dicendum est, quod verbum, substituo, stat in significatio
ne directa, alia vero verba in significatione obliqua, & præci-
pue hoc casu propter verba generalia videtur constare de enixa
voluntate disponentis, quod substitutus habeat bona, sed cre-
do quod Bart. considerauerit, quod verbum directum decla-
ret, uerbum commune, sed licet hoc velit, tamen militat funda
494 mentum, quod verbum debet capi. ne sit superfluum. † Circa
vltimam quæstionem huius quartæ quæstionis principalis ad-
uerte primo dum Bartol. dicit esse præsupponēdum regulam
quod verbum commune adiectum certę portioni non trahi-
tur ad institutionem, vbi est alius hæres vniuersalis institutus in
testamento, alias secus, quia hæc regula non potest sic stare, nā
secundum hoc Bartol. vellet, quod verbum commune adiectū
certę portioni traheretur ad institutionem, vbi esset alius hęres
institutus, & tamen hoc est falsissimum, quia immo etiam ver-
bum commune adiectum vniuersitati bonorum, si est alius hę
res vniuersalis institutus, nō trahitur ad hęredis institutionem
glos. in l. his verbis. in principio. ff. de hæred. instit. & in §. fin. ve
ro nullus. in verbo, relictis. in auth. de hæredi. & Falcid. Et si di-
cis, quod illa negatiua, non. esse non debeat in textu. Bart. respō
de quod etiam tunc non videtur bene loqui Barto. quia sic Bar
tol. veller, quod verbum cōmune adiectum certę portioni vbi
alius non est hæres vniuersalis institutus traheretur ad institu-
tionem & substitutionem directam, & tamen cōtrarium vult
ipsemet Bart. supra in penul. quæstione tertiæ quæstionis prin-
cipalis, & in hacmet quæstione in octauo membro suæ distin-
495 ctionis. † dic ergo quod Bart. est corruptus, & quod deficit vna
dictio etiam ante distinctionem vbi etiam superfluunt illa ver-
ba. alias secus. & sic debet dicere verbum commune adiectum
certę portioni non trahitur ad institutionem etiam vbi non est
alius vniuersalis hęres institutus in testamento, hoc sic declara
to, facias nunc in hac materia istas conclusiones de mente Bar
tol. & Imolę, columna 13. in fine, & sequenti, & alij non tangūt
496 excepto domino meo, qui dicit duo verba. † Prima sit conclu-
sio, substitutus vocatus per verbum directum & ciuile etiam in
re certa & quantitate, erit hæres vniuersalis, si alius sit vocatus
per verbum obliquum etiam ad vniuersitatem bonorum, vt si
dicat, quandocunque filius meus decedat, talis sit hæres in tali
fundo, reliquū restituat Sēpronio, nā vocatus in fundo erit per
pupillarem substitutionem hęres vniuersalis filij, & censebitur
grauatus restituere residuum bonorum Sempronio. Sed hic
cadit dubitatio, quid si substitutio directa non possit habere lo
cū, vt quia filius decedat post aditam, & post pubertatem, quid
habebit vocatus in fundo. Item an habebit locum illa fideicom
missaria de residuo. Breuiter de prima directa facta in fundo
dic vt dixi supra in secunda quæstione primæ quæstionis princi
palis de compendiosa pagani. de secunda fideicommissaria fa-
cta in residuo dic quod habebit locum, & censebuntur graua-
ti venientes ab intestato, vel ipse filius secūdum distinctionem
factam supra in tertia quæstione principali. Bartol. in quarta cō
clusione collecta in quinta limitatione. Secunda sit conclusio
substitutus vocatus per verbum directum, & ciuile in certa re
erit hæres vniuersalis per vulgarem vel pupillarem, si alius sit
vocatus per verbum commune vel in certa re vel in certa por-
tione bonorum vel hæreditatis, vt si dicat, si filius meus de-
cedit, talis sit hæres in tali fundo. in tertia autem parte hære-
ditatis substituo Caium, nam iste Caius, non habebit nisi fi-
deicommissum istius tertiæ partis hæreditatis, & alius erit per
vulgarem vel pupillarem hæres vniuersalis. ita videtur esse de
mente Imolæ, & Bartoli, licet non bene aperiantos, tamen hoc
puto verum, & moueor, quia si ibi tantum est substitutus per
verbum commune in certa portione, non trahitur ad dire-
ctam substitutionem, vt per Bartolum. supra, in penultima
quæstione tertiæ quæstionis principalis, ergo multo minus vbi
est alius substitutus verbis directis, & ciuilibus, licet in re cer-
ta, & hoc stante etiam multo magis hæc cōclusio habebit lo-
cum, si vocatus per verbū directum & ciuile esset vocatus ad
certam portionem, & simul alias per verbum commune ad
certam portionem, puta si diceret, si filius meus decedat sine
liberis, Caius sit hæres in quarta parte hæreditatis, & in alia
quarta parte Semproniū substituo. nam Caius erit hæres vni-
uersalis per vulgarem vel pupillarem, alius vero non habebit
nisi fideicommissum illius quartæ partis, & si filius perueniret
ad pubertatem, tunc an substitutio facta de Caio videretur tra-
hi ad substitutionem fideicommissaria respectu illius quar-
tæ partis, pendet ad his quæ conclusa fuerunt supra in prima
quæstione principali de compendiosa pagani, & secūdum opi-
nionem quam ibi tenui dicendum esset, quod traheretur ad fi-
deicommissariam, vide etiam quomodo tenui ibi in secunda
497 quæstione illius primæ quæstionis principalis. † Si autem vnus
sit vocatus in re certa per verbum directum, & ciuile, alius in
residuo, vel simpliciter per verbum commune, tunc vocatus
per verbum commune erit hæres vniuersalis directus, si casus
contingat, quod possit trahi ad directam substitutionem. alius
vero vocatus per verbum directum & ciuile in re certa erit hæ
res particularis in dicta re certa, tunc enim verbum commune
censetur adiectum totalitati bonorum. vnde succedunt nota-
ta in l. his verbis supra, de hæredibus instituendis. secundum
Imolam. Imo plus vult Bartol. hic, licet Imo. hoc non tangat,
quod etiam si unus esset uocatus per uerbum directum, & ci-
uile ad certam portionem, & alius ad residuum, tunc uerbum
commune traheretur ad directam substitutionem, quia in il-
lo residuo nullus alius reperitur hæres institutus, & idem di-
cendum esset, quando esset uocatus simpliciter per uerbum
commune. ubi autem vnus vocaretur in dimidia per verbum
directum, & ciuile, & alius simpliciter in dimidia per verbum
commune, censebitur hæreditas distributa per quotas, & voca-
bitur quilibet in directo. ita vult Imola hic argumento eorum
quæ habentur per gloss. in l. quoties. C. familię herciscundæ, &
in lege filio. cum sequenti de legatis primo, & facit quod di-
cam immediate in sequenti conclusione, & sic habes expedi-
tum, quando per verbum directum, & ciuile vnus est substi-
tutus, alius vero per verbum commune, & illud quod dixi de
vocato per verbō commune in ista materia, intellige idem de
498 vocato per verbum directum non ciuile. † Tertia sit conclu-
sio, vbi vnus est vocatus per verbum commune ad certam por
tionem, alius per verbum obliquū simpliciter ad certam por-
tionem tota substitutio censetur fideicommissaria, & intellige
etiā quod sit distributa tota hęreditas, puta quia vnus in dimi-
dia per verbum commune, alius in alia dimidia per verbum
obliquum sit vocatus, ita vult clare Bartol. & clarius Imola. &
transeunt cæteri, qui nihil tangunt, totū fundamentū est, quia
vt verbum commune trahatur ad directam substitutionem,
requiritur quod adijciatur vniuersitati bonorum, & alius non
sit hæres vniuersalis institutus, vt per glo. in l. his verbis. in prin-
cipio. supra de hæredi. institu. hic autem non est adiunctum ni
si portioni, igitur &c. Sed aduerte, quia hoc fundamentum
non videtur tutum, quia hoc attento sequeretur, quod vbi
vnus est vocatus ad certam portionem per verbum directum,
si alius vocetur ad residuū per verbum commune, ex quo non
est tunc adiectum totalitati bonorum, quod non traheretur ad
directum, & tamen Bartolus supra vult contrarium, & simili-
ter sequeretur, quod si vnus esset vocatus per uerbū directū in
dimidia, & alius in alia dimidia per verbum commune, quod si
mul non traheretur ad directam substitutionem, & tamen in
præcedenti conclusione dictum est contrarium post Imolam.
Potest forte dici, quod in istis duobus casibus verbū commu-
ne interpretatur per directum quod sit prolatum in significa-
tione directa, sicut dicit Bartolus in hac cōclusione, quod ver-
bum commune declaratur per obliquum. Item in primo ca-
su verbum, residuum, denotat vniuersitatem bonorum. In se-
cundo vero casu est portio, quia tunc censetur distributa hæ-
reditas tota in plures portiones. quo casu verbum commune
bene trahitur ad directam, dato quod non respiciat in vna vni-
uersitate bonorum, ut uult Bartolus, infra. Tertio mouetur
Bartolus, quia uerbum commune debet declarari tanquam
obscurum, & ambiguum per verbum clarum obliquum lege
si seruus plurium. §. final. de leg. primo, cum similibus. & si di-
cis, quod videatur obstare doctrina Bartoli. supra in hac quar-
ta quæstione principali. respondeo, quod ibi Bartolus loquitur
quando verbum commune, & obliquum respiciunt eandem
dispositionem, unde ne sit superfluum, capitur in significatio-
ne directa, hic uero loquitur quando unumquodque uerbum
respicit diuersam dispositionem, ut dixi in dicta quarta quæst.
Quarto mouetur Bartolus, quia ex eo, quod testator non reli-
quit fideicommissum ab eo, qui erat substitutus in certa por-
tione per uerbum commune, constat testatorem uoluisse ius
primi hæredis permanere, ex quo fundamento infertur clara
limitatio ad hanc quæstionem scilicet, quod non procederet,

vbi fideicommissum esse t relictum vocato per verbum obliquum ab eo, qui esset vocatus ad certam portionem per verbũ commune, vt si diceret, si filius meus decedat sine liberis, substituo Titium in dimidia hæreditatis, aliam vero dimidiam restituat Caio, nam tunc vocatus per verbum commune traheret substitutionem suam ad directam substitutionem, quod est multum notandum, quia hoc casu inductum ad grauamen operatur honorem, quod tene menti, sed quid si filius hoc casu decederet post aditam aut post pubertatem, putarem quod hæreditas debet restitui vocato per verbum commune, & ipse postea restitueret dimidiam alteri vocato per verbum obli-
499 quum. † Item quid si vni sit relicta certa portio per verbum obliquum, minus tamen dimidia, & residuum sit relictum alteri per verbum commune, Barto. & Imol. non videntur tangere punctum in specie, tamen in eorum generalitate videntur velle conclusionem procedere cum isto, scilicet quod tota substitutio sit fideicommissaria, tamen ego valde dubito per illud quod dicit Barto. infra allegando. l. 2. C. de hæred. insti. dicam ibi considerandum Barto. dicit quod in hac conclusione vult testator ius primi hæredis remanere, quia videtur quod remaneret multo magis si traheretur ad pupillarem per quam succeditur ipsi pupillo hæredi instituto. Quarta est conclusio, quod vbi hæreditas est distributa inter plures vocatos per verbum commune, tunc trahetur ad substitutionem directã, per l. 1. §. diuus. ff. de hære. instit. ista conclusio fuit expedita in pe. q.
500 3. q. princ. & ideo ad ibi dicta me remitto. † Quinta sit cõclusio,
a substitutio facta per verbum commune [a] de residuo factis alijs particularibus legatis trahitur ad substitutionem directã. arg. l. 2. C. de hæred. instit. Contra hanc determinationem videtur decisio Barto. in l. cogi. in si. princ. ff. ad Trebell. vbi dicit se cõsuluisse quòd hæc substitutio, si filius meus decesserit sine liberis, deductis debitis & legatis residuum bonorũ meorum deueniat in talem non potest esse directa, quia verbum commune tunc adijcitur certę rei magis quàm vniuersitati. hanc contrarietatem deducit do. meus hic, & latius Alexan. hic ad fi. de quo do. meus non facit mentionem, & eorum resolutio est, quod ibi ex quo deductum fuit es alienum, non potest esse verbum commune adiectum vniuersitati, in qua veniunt debita & credita, hic vero non fuit hoc dictum, igitur tanquam adiectum vniuersitati potest trahi ad substitutionem directam, vt etiam declarat Raph. Comen. in l. 1. ff. ad Trebel. & sic ipsi præsupponunt, quòd si non fuissent deducta debita & credita, quod traheretur ad directam & ad pupillarem substitutionem, tamen tu aduerte, ex quo testator se restrinxit ad bona sua, vnde dic vt dixi sup. in 2 q. 2 q. principa. & sequen. & in vlt q. 1. q. principa. Sexto habes colligere, quod licet substitutio facta in re certa per verbum directum & ciuile vel in certa portione trahatur ad substitutionem pupillarem l. cohæredi. § fi. inf. eod. tamen secus est si fiat per verbũ directum nõ ciuile, & fuit dictũ. sup. in 1. q. 1. q princ pa. Et aduerte, quia etiam Barto. vult, vt ponderat eum do. meus, quod. d. . fi. procedat etiam si in alia portio-
501 ne alius sit vocatus per verbum commune. † Vltimo aduerte inquantũ Bart. dicit, quod si quis substituitur in certa portione per verbum directum, & in residuo alius vocatur per verbum cõmune, tunc verbum commune potest trahi ad directam substitutionem, quia in ea portione nullus alius reperitur hæres institutus. nam hoc videtur contradicere ijs, quæ dixi supra in pen. q. 3. q. princip. vbi vult, quod inquantum dicitur, verbum commune non trahi ad vniuersitatem alio vniuersali herede instituto, satis dicatur adesse alius vniuersalis hæres vbi est pupillus institutus & post eius mortem eius hæres, sed ita est in casu nostro, quia præsupponitur filius hæres institutus, igitur &c. Breuiter dic, quod Barto. loquitur, quando alius fuit substitutus verbis directis in certa portione. & in residuo alius per verbum commune, & sic de tota hæreditate disposuit, vnde excludit hæredem institutum. & per consequens non potest dici, quod sit hęres institutum post eius mortem, cum prouisum sit in tota hæreditate de substituto. in d. versic. in pen. quõ. Barto. loquitur, quando est prouisum de substituto in certa portione tantum per verbũ commune, quo casu non excludit a reliquo hæredes instituti, immo tacite vocat, vnde vocatus per verbum commune ad certam portionem non potest esse nisi fideicommissarius, vt ibi dixi, licet si fuerit vocatus per verbum directũ & ciuile, traheretur ad directam substitutionẽ, & excluderet alios venientes ab intestato. d. l. cohæredi. §. fi. & ita remanet expedita hæc subtilis quæstio, & distincte vt puto, si bene singula considera-
502 bis. † Circa quintam & vltimam quæstionem Barto. Prima sit
b conclusio, quod illud est verbum directum, [b] quod de sui natura imperat, vt ille cui relinquitur, sua manu accipiat. gl. in l. cã quam in verbo, directis. C. de fideic. & ita tran eunt omnes. Tu aduerte bene facere, quia illud dicitur directum ius, quod non petitur sed præter petitionem competit ipso iure, ita Azo in summa. C. de fideicom. liber. ad fi. vnde hæres directo non
c petit ius hæreditarium, sed petit res hæreditarias, [c] nisi in casibus, de quibus in l. sancimus. §. fi. C. ad Trebel. cum gl. in Bal in l. fi. col. antepen. C. de sac. san. eccl. item facit, quia verbum directum est illud quod denotat immediate succedere testatori, vel significat successionem descẽdere ab instituto in substitutum immediate quod institutus sublatus est de medio, ita quod omne alterius ministerium excluditur, vt est de mente Bar. hic, & gl. in d. l. cam quã. Et aduerte pro intelligentia, quia vt sit verbum directum, nõ est necesse, quod importet tale ius, ex quo possit agnosci bonorũ possessio de iure prætorio, quia licet prætor nõ faciat hæredem directum, sed tantum vtilem. §. quos autem. insti. de bo. poss. tamen bonorum possessor dicitur succedere directo capiendo directo vt capimus in proposito nostro, vt patet in tota materia de bo. poss. & tradit Bald. in d. l. fi. col. antepe. ad fi. C. de sac. san. eccl. declara etiam conclu-
503 sionem per illud quod dicam. ĩ. in 4. cõclusione. † Secunda est conclusio, quando illud est verbum obliquum, quod requirit
d factum alterius [d] ad transferendum ius in substitutum & conclusiue, vbi significat totum cõtrium eius quod significat verbũ directum. d. l. cam quam. aduerte tamen, quia si esset mera restitutio facti facienda ius habenti, tunc illa se cõpatitur cum directa substitutione. l. inter omnes. ff. qui satisd. cog. Bal. in d. l. fi.
504 col. antepe. C. de sacrosan. eccl. † Tertia est conclusio, quod illud est verbum commune, quod æque proprie stat sub significatione directa & obliqua, & ita qñq; reperit proprie in significatione directa, & qñq; in obliqua, cum. n. eius significat cõpetat pluribus speciebus substõnum, ideo dr cõe. Sed aduerte, quia si participat de duobus, deberet dici mixtum. l. imperiũ.
505 ff. de iurisd. om. iud. † Responde [e] quod mixtum dicitur, quod
e de vtroque participat simul & eodẽ tempore, nec de vno sine alio etiam in actu executionis. cõmune vero dicitur, quod importat

a Vide Ang. consil. 81. col. 1. sed idem Ang. consil. 48. col. fin. tenet contrarium quod immo aptetur directam cõcurrentibus coniecturis, & vide Alex. consil. 70. col. 2. ver. nec me mouet. lib. 2. & de verbo residuum, vide Alex. consil. 130. col. fin. lib. 2. & vide eundem Alex. consil. 151. col. 2. versic. nec ad hoc obstat. lib. 2. & in consil. 168. penul. col. 2. lib. & in consil. 17. lib. 3. Corne. consil. 94. lib. 1. post princ. & consil. 35. col. 2. lib. 2. & in consil. 40. col. 2. lib. 3. Rom. consil. 57. Soci. consil. 33. col. 5. versic. circa secundam. Alexand. consil. 178. col. 3. vers. tertio principali lib. 2.

b Adde Bal. cons. 175. lib. 5. Philip. Franc. in repe. c. si pater col. 22. de testa. in 6. in verbo, in glo. in vers. filiæ. ex quo infertur, quod deportatus qui non habet iura ciuitatis, non potest substitui. tex. in l. 1. C. de hære. instit. l. edicto. ff. de bon. poss. quod etiam amplia in bãnitis nostri temporis ab aliqua ciuitate vel prouincia, vel etiam transfugis, qui incapaces existunt successionum, quæ sibi deferuntur ſm ius ciuile illius ciuitatis a qua sunt banniti. ita Alex. consil. 23. col. 4. vers. 8. probatur. lib. 1. & consil. 16. col. 2. lib. 1. & consil. 116. col. 3. versic. & dictam opinio. lib. 2. Soci. consil. 58. col. fi. ver. circa secundam.

c Propter ipsum ius hereditarium, quod iam habet fideicommissarius vero vniuersalis bene petit ius hæreditarium, quia oportet quod primum transferatur in eũ mediante restitutione facienda per grauatum antequã petat res hæreditarias. Ferd. de Loa.

d Adde Alex. consil. 12. col. 1. versic. & constat lib. 3. per Philip. Franc. in cap. si pater. col. 24 versic. in ea. glo. in fi. de testa. in 6. vbi enumerat vndecim verba obliqua, & plura de natura verborum per Ioan. Bapt. de sancto Seuer. in repet. l. præcib. char. pen. col. fi. & char. seq. per totum. C. de impub.

e Sed aduertendum puto, quia huic doct. obstat tit. ff. cõia prædior. &. C. cõmunia vtri. iudi. vbi Azo in summa. & cõia de legat. vbi cõmunia inter iudicia & inter legata, & fideicommissa de quibus ibi omni tpe ẽt executiones conueniunt vtrique extremorũ, & tamen dicunt cõmunia. imò plus videt, quod postquam subitò est deducta in executionẽ, quia trãsiuit in spẽm directę vel fideicõmissariç, verbum cõe amplius non dicatur cõe respectu illius substõnis. sicut videmus de re cõi duobus quæ per diuisionẽ transit in dominium alterius sociorum. l. 2. C. cõmunia vtri. iudic. l. si mater. C. cõi. diui. ideo dicit Bald. consil. un. 252. ver. hoc modo. lib. 2. quod verbũ substituo, aliquando stat directe, vt de pupillarẽ dicendũ, quod illud dic. ẽ cõmune cuius substantia potest adaptari diuersis, vt in re cõi, quæ inspecta veritate neutrius est gl. in l. id quod nostrũ. ff. de regul. iur. & tamen est apta transferri ad vtrunq. dñm etiã in totum vel pro pte. l. 1. C. cõmu. diui. vnde dicitur cõis. sic est in vase ex auro meo & tuo argento fabricato, quod est nobis cõe. & potest ad vnum nostrum insolidum transire vel solui possunt illa metalla, & ad dominos suos reuerti. & dicuntur cõmunia. illud vero dicitur mixtum, quod semel confusum non põt resolui in præcedentes substantias suas vt mel & vinũ confusum ex quo confectum erat mulsum. ista est doctrina Iurisconsu. in l. adeo. §. cum quis ff. de acqui. re. dom.

portat vtrunque sed non eodem tempore, quo actus sortitur effectum. imò eodem tempore, quo in actu est vnum, nō importat aliud. si enim eueniat casus directę substitutionis, tunc verbum commune non importat fideicommissum, nec econtra. & si substitutus eligat, tunc etiam importat tantum substitutionem electam, quia vnam tantum eligere potest. l. fi. C. de codic. Et aduerte, quia vbi verbum commune nō adiiceretur vniuersitati, semper esset obliquum. l. cogi. §. generaliter. inf. ad Trebel. vt fuit dictum sæpe. sup. & inquantum dixi, ꝙ æque
506 proprie &c. vide quæ dicam in sequen. q. † Quarta est conclu-
a sio, ꝙ verbum, hæres esto, est verbum directum & ciuile. [a] glo. in l. præcibus. in glo. in verb. hæredi. & in glo. magna. C. de impu. glo. in l. verbis ciuilibus sup. eo. & glo. paruula huius legis. & ita tenent omnes. sed aduerte pro intelligentia, quia etiam fideicommissarius dicitur heres saltem large. l. filius. §. 1. ff. quod cum eo. l. 1. §. de illo. vbi Bart. ff. ad Trebell. facit, quia hæres idē est quod dominus. §. penul. institu. de hæred. quali. & differen. dominus autem dicitur non solum habens ius directum, sed etiam habens ius vtile. l. si mater. § eandem. vbi Bartol. colum. vlti. ff. de excep. rei iudica. ergo debet dici verbum commune.
507 † Breuiter dic, quod illud verbum directum dicitur & ciuile quod inuentum est de iure ciuili, & de sua propria significatione significat iura directa, licet improprie possit importare etiā iura obliqua, vt est verbum, hæres, ita sentit aperte Bal. in l. fin. colum. penul. C. de sacrosan. eccle. dum dicit, quod omne verbum generale quod æque proprie stat in significatione directa & obliqua, adiectum vniuersitati est commune. & sic Bal. ibi vult, quod si non significat vtrunque æque proprie, sit directum vel obliquum secundum quod importat sua propria significatio. & per hoc quicquid velit Aretin. supra colum. 11. in
508 princip. † Dico quod verbum dominus [b] est verbum directum
b ex quo ex sua propria significatione significat ius directū tm. leg. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectigal. vel emphyten. & ita vult Bal. in d. l. fina. vltima colum. Intelligo tamen, quod sit verbum directum non ciuile, sed iurisgentium. per l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure contra tamen hanc conclusionem videtur obstare, qa Bar. sup. in 4. quæ. l. principali vult, quod verbū, substituo, sit verbum commune, & tamen appellatione substitutionis proprie non videtur venire nisi directa substitutio, nō obliqua, cum secundum communia substitutio sit secunda institutio, & fideicommissaria substitutio etiam secundum communia non potest dici secunda institutio vt dictum est supra in rubrica. Credo, quod sit necesse dicere, quod immo verbum substitutio de se sit uerbum directum non ciuile, sed directum & commune de iuregentium, ut dicit Bartol. supra de uerb. capiat, accipiat, & moriatur & dum Bartol. appellat commune. supra in 4. q. princip. dicatur commune sed de iure gentium, ut etiam est uerbum moriatur, ut infra per Bartol. tamen re uera mens Bartol. fuit quod uerbum substituo sit uerbum commu-
509 ne, sicut uerbum substituo, de quo dicam infra. Limita † modo hanc conclusionem procedere quando quis per verbum hæres constituitur hæres a testatore, secus si ab alio esset constitutus heres de mandato testatoris, quia tunc in re particulari significat fideicommissum particulare, in uniuersitate fideicōmissum uniuersale, ita probatur hic in quatuor iuribus adductis per Bar. scilicet in l. pater filium. §. fi. l. Lucius. §. fi. de l. 3. ubi de fideicommisso particulari & in l. ex facto in princip. in leg. filiusfamilias. §. ut quis hæredem. de leg. 1. ubi de fideicommisso uniuersali. Et per hoc habes notare, quod nullum uerbum est ita directum, quod si sit positum in alterius ministerio quā testatoris, non efficiatur obliquum, ita dicit Bal. in l. fin. in pen.
510 co. de sacrosan. eccle. † Quinta est conclusio, quod uerbum in-
c stituo [c] est uerbum directum & ciuile. cum hac conclusione transeunt doc. hic & ubique & dicit Bald. in l. fin. ad fi. de sacro. sanc. ecclē quod hoc ideo, quia certum est uerbum institutio esse directum, quia talis modus significandi datus est a iure, ut ff.
d & C. de hæredi. institu. per totum. aliam rationem [d] assignat Bald. in l. 1. supr. eod. in nota. dicens, quod uerbum, instituo est directum, quia non capit proprie nisi primum gradum, ut ibi probatur, unde non potest esse obliquum, quia uerbum obliquum importat, quod quis capiat hæreditatem de manu alterius, ut per Bart. hic. sed ille qui capit primum gradum, non pōt dici ꝙ capiat de mano alterius. & licet dominus meus ꝑtra dom. Anto. de Bu. cons. 76. teneat hic ꝙ uerbum instituo uerificetur proprie in substitutione, & sic in secundo gradu tñ nō est uerum & ꝯ cōem opin. de qua in d. l. 1. i. no. & 2. nec ob. iura alle. per eum quia est uerum qd uerbū, instituo, in genere sumptum & in sua larga significatione importat etiam substitutionem, vt per glo. in l. [illegible] allos. in prin sup de lib. & po. lh. vbi dixi, sed in specie sumptū & in sua propria & stricta significatione solum importat institutionem primi gradus. d. l. in prin. supr. eo. nec ob. l. mulier. §. fi. ff. de condi. insti. quia sæpe fuit tñsum, ꝙ ibi fuit conditio de præterito quæ non est proprie conditio & per consequens in ea nō capiuntur verba proprie, & tōnem ponit ibi Paul. de Castr. declarans illum tex. & vide quæ dixi in d. l. [illegible] allos. in prin. in 2. op. Bar. & in d. l. 1. sup. eo. in 2. & 3. nota-
511 bi. † Sexta sit conclusio, qd verbum instituo, [e] est verbum cōe,
e & magis generale quam verbū instituo, & ita cōiter trāseunt doct. ex quo habes inferre, ꝙ verbum, substituo, ita proprie importat substitutionem fideicommissariam sicut substitutionē directam, quia vt dixi. sup. si nō æque proprie importaret fideicommissariam substitutionem, diceretur verbum directū non cōmune, & ita ꝙ æque proprie importet vtrunque, vult Alex. in rubri. supr. eo. vlti. col. & Soc. ibi 2. col. & do. meus hic in discursu. sed tunc stat difficultas, si æque proprie importat vtrū-
512 que, quare est † quod in dubio significat directam non fideicommissariam substitutionem[f], vt probatur in d. l. iam hoc iure. sup. eo. & dicit in specie Aretin. in l. 2. col. 5. sup. eo. in prin. ꝙ verbum, substituo prolatum a lege vel a testatore significat directam substitutionem. alleg. §. & hoc quidam. in authenti. de hæred. & Falci. & d. l. nam hoc iure. Et si dicis, quod ratio sit, qa quando dubitatur, cui extraneo dispositio applicetur, debet applicari in dubio digniori. l. si ff. de fun. instru. l. quod per manus. ff. de iure codicil. & potentiori. l. 1. ff. si ager vectigal. l. quæritur. ff. de statu homin. sed directa substitutio est dignior & potentior, igitur &c. Respond. quod prædicta procedunt, quādo est necesse quod dispositio applicetur vni extraneo, ita qđ si applicatur vni, non potest applicari alteri, nam tunc applicatur in dubio digniori & potentiori. sed quādo dispositio potest
f vtrunque importare, vt hoc casu [f] directam & fideicommissariam in substitutionem secundum contingentiam casuum, certe vbi vtrunque venit ex propria significatione, tunc vtrunque importat etiam in materia odiosa, lege cum lege vbi Aret. ff. de testamen. cum ergo verbum, substituo, in dubio nō importet nisi directam substitutionem, non fideicommissariam, certe videtur dicendum necessario, quod non ita proprie importet directam sicut fideicommissariam substitutionem, &
513 sic ꝙ sit verbum directum non commune. † Cōfirmatur, quia si substitutio nihil aliud est, quam secunda institutio, & verbū, instituo, est directum, quomodo verbum, substituo, potest esse commune, & habere se æque proprie ad directam & fideicōmissariam, cū institutio & substitutio solum proprie se habeāt ad directam, & dicere, vt dicit Barto. quod verbum, substituo, est generalius, quia quomodocunque quis in alterius locum ponatur, dicitur substitutus etiam in legatis, & tamen non dicitur institutus, non videtur bene dictum, quia imò et ar potest dici institutus in locum primi legatarij, cum illa substitutio sit
514 institutio, vt dictum fuit. sup. in rubrica. † & quod institutio sit verbum magis generale quam substitutio, patet, quia se habet tanquam genus ad substitutionem, ita quod omnis substitutio est institutio, non econtra, vt per glo. in leg. Gallus. in princi. supra de lib. & posthu. & dicere, quod verbum substituo sit generale, eo quia se habet ad directam & obliquam verbum instituo nisi ad directam. Respōdeo, quod sicut in dubio verbum instituo, non habet se nisi ad directam, ita nec etiam verbum, substituo, vt supra & sicut verbum, substituo, importat quandoque fideicommissariam substitutionem, vt qñ constat de voluntate testōris, ita ēt verbū, instituo. l. 1. ff. de iure codicil. Pau. de Ca. in l. si ita scriptum. §. testiū. sup. de lib & post. & sic impegno Bar. h. c. alias ğ per do. meū, qui facit duas impugna-
515 tiones, & cñdet. † vnde pōt teneri disputando, ꝙ verbum substituo non sit verbum cōe sed directum, ex quo magis proprie se habet ad directam q̄ ad fideicommissariā, vt probaui. Non obstat. l. iam hoc iure sup. eo. ibi, hoc cōi verbo qa appellat ibi cōe verbū, substituo, eo ꝙ respicit plures psonas, nō aūt respectu substōnis directę & fide cōmissariæ, & hoc disputatiue dictū sit, nō tñ recedas a precedenti cclusione, qa pōt dici, ꝙ licet æque proprie importet verbū, substituo, directā & fideicōmissariam

a Raph. Com. cons. 2. col. fi. Bal. 319. & consil. 170. & consil. 53. lib. 3. Socin. consil. 77. columna 1. Bal. consilio. 39. libro. 2. vbi dat no. doctr.

b Facit a 1 q. si testator reliquerit vxorem suam dominam & usufructuariam omnium bonorum suorum de qua late per Bart. in auth. hoc locum. C. si secundo nup. mulier. & ad terminos uide in not. q. Bal. consil. 455. colum. 1. lib. 4.

c Bald. consilio 272. colum. 2. lib. 2.

d Istam rationem sequitur Bal. cons. 136. col. 2. lib. 1.

e Alex. consil. 12. col. 1. lib. 2. Lu. l. Bolog. in addi. ad consil. Anna. consil. 46. vbi limitat quando illud verbum esset iunctum verbo hæredem, tunc staret directe, ita etiam consuluit Bal. consil. 272. versi. or modo lib. 2.

f Hoc casu. imò non vtranque quia repugnat vt sup. sæpius visum est. vnde tanquam pugnant a non potest ex eodem verbo in illo product. l. scripturæ. C. de fide instru. leg. vbi repugnantia. ff. de regulis iuris in dubio iudicatur directa cap. si pater. de testamen. in 6.

tem in l. fina. columna vltima, de sacro san. eccles. distinguit.
Aut verbum, succedat, refert ad res, vel stat impersonaliter, vt
bona mea succedant Titio, vel Titio succedat, & tunc est ver-
bum commune. Aut vero refertur ad personam, vt filio meo
succedat Titius, & tunc sit directum. & hoc puto verum, vt di
xi etiam supra in prima. q. principali de compendiosa pagani.
Et si dicis, ad quid deseruit hoc, breuiter deseruit, quia vbi
refertur ad personam, apparet magis de voluntate testatoris,
quod voluit infra pupillarem etatem facere pupillarem sub-
stitutionem, quam vbi refertur ad bona, vel extat impersonali-
ter, & ideo vbi refertur ad personam, erit etiam pupillaris con-
tra matrem, alias secus, tenendo opi. Barto. supra in 3. q. princi-
pali quam ibi tenui. & pro hoc adduco, quod vult Bald. in leg.
eam quam, C. de fideicommiss. & in l. præcibus, C. de impube.
vbi dicit quòd licet sit dubium in compendiosa facta per ver-
bum commune, an contineat pupillarem contra matrem, ta-
men totum verbum commune refertur ad eum cui fit substi-
tutio, vt quia dicitur substituit sibi Titium, tunc propter dictio
nem, sibi comprehenditur magis expressa pupillaris, & mater
excluditur. refert Soci. in l. 1. col. 4. in fi. & seq. supra eo. Deci-
528 materia sit conclusio † quod verbum, reuertatur, est verbum
a commune. & ita transeunt doc. & vltra iura allegata per Bar.
alleg. Areti. text. in l. vt quisque. C. de omni agro deserto. lib.
11. vbi Barto. no. & do. meus alleg. glo. in verbo, reuertatur. in
l. si vnquam. C. de reuo. dona. & tex. in authen. de restitu. & ea
quæ parit. in prin. vbi Ang. notabiliter in verbo, reuertatur. alle.
etiam Aretin. text. iuncta gloss. in l. si totas. C. de reuoc. dona.
Bald. tamen in d. l. si vnquam. C. de reuoc. dicit, quod vbi ver-
bum reuertatur, est verbum directum, cum significet, quod ip
so iure sit reuocata donatio per superuenientiam liberorum,
vt declarat Barto. in l. Titia. §. Imperator ff. de de lega. 2. tamen
potest dici, quod Bald. per hoc non negat, quin sit commune,
529 licet ibi velit, quod stet in significatione directa ibi. † Et si di-
cis, si ipso iure est reuocata donatio superuenientibus liberis,
ergo etiam iure ctori debet fieri restitutio bonorum donatorũ
etiam non petentibus. tamen supra dixi cõtrarium c. intellectũ
c. si. 17. q. 4. ita considerauit quidam ex vobis. respondeo, quod
non sequitur, aliquid competit ipso iure, ergo non requiritur
quod petatur. quia debet intelligi, quod ipso iure competat, si
tamen petatur. iuxta glo. in l. si constat. C. de compensationi-
bus. & est tex. & glo. in verbo, ipso iure. in l. scimus. C. de inoffi.
testa. vbi no. Bald. & Salic. & do. meus ibi. & in l. vniuersa. C. de
530 præci. Impera. offe. in prin. † Et per hoc videtur inferri, quod
licet vbi lex velit aliquid competere ipso iure, nõ teneatur quis
dare, nisi petatur. tamen hoc nõ habet locum in foro consciẽ-
tiæ, per d. cap. si. 17. q. 4. & facit tremenda decisio Panor. in c. 1.
de constitu. 4. col. tamen ibi Panor. loquitur, quãdo non est notum
illi, cui ius competit, ius sibi competere. Item prædicta viden-
tur facere, quia si post superuenientiam liberorum donatarius
possedit bona, eo quod ab eo nihil petatur, si postea petatur in
foro contentioso, non tenetur ei ad restitutionem fructuum,
perceptorum a tempore susceptionis liberorum ex quo in fo-
ro contentioso nõ tenebatur bona donata restituere nisi pete
531 rentur. tamẽ hoc vltimum de fructibus videtur dubiũ. † Quia
vbi quis ipso iure priuatur dominio bonorum, a tempore quo
cecidit a iure, tenetur etiam ad fructus. glo. notabilis. in authẽ.
de incest. nup. in verbo, innuere. in fi. vnde Ange. in §. si vero. in
authen. de non alienandis. vult, quod licet emphyteuta cadat
ipso iure propter non solutionem canonis, ita demum si domi
nus voluerit, tamen si postquam a solutione, cessauit, domino
nihil dicẽte perseueret in possessione, & colligat fructus, tenea
tur domino postea petẽte ad restitutionem fructuũ. idẽ tenet
Specu. in titu. de loca. §. nunc aliqua. versi. decimo. idem est in
vsufructuario, quia tempore finiti vsufructus tenetur ad resti-
tutionem fructuũ, per l. si pater. C. de vsufru. facit, quod vult
Bal. in auth. incestas. in fi. C. de incest. nup. facit quod dicitur de
fructibus rei legatæ. & per Barto. & alios in l. legatis. C. de vsu.
& vsufru. leg. Corne. consil. [illegible] 4. parte ad fi. & sequenti, &
consil. 167. in secunda parte. bene facit quod in fortioribus ter
minis tradunt Ange. & Paul. de Castr. in l. 1. C. de his quibus vt
indi. in textualibus, vbi dicunt, quod si feudatarius committit
feloniam, propter quam possit priuari feudo, vel clericus de-
lictum, propter quod possit priuari beneficio, licet habeant ius
in re quousque sint priuati. postquam tamen erant priuandi, te-
nentur restituere omnes fructus, quos perceperant a tempore
felone commissæ, siue percipere poterant, siue extent, siue
sint consumpti, & siue sint effecti locupletiores, siue nõ per illũ
532 textum. † Breuiter in casu dictæ l. si vnquam. C. de reuocan. do
natio. puto, quod si ipse donatarius ignoraret filios susceptos,
quod non teneretur nisi vt bonæfidei possessor, immo vsque
ad tempus ignorantiæ non teneretur ad fructus. vbi vero sciret
tũc casus videtur dubius. quia prædicta procedunt, vbi quis pri
uatur ex facto proprio, vel vbi nũquam habuit dominium illa
re. tamen dicendum est, quod cum ipso iure est resolutus ti-
tulus donationis, quem habebat. teneatur ad restitutionem
fructuum. nam etiam filius habet supplementum legitimæ si-
mul cum fructibus a tempore mortis patris, licet supplemen-
tum quod sit ipso iure, non fiat nisi petenti. d. leg. scimus. cum
gloss. ita vult Cardina. Zabarel. consil. 80. in fin. vbi plus vult,
quod habeat fructus quos ipse filius potuisset percipere, licet
hæres obligatus ad supplementum legitimæ non perceperit.
decisio autem Ange. & Paul. de Cast. in d. l. 1. C. de his quibus
533 vt indignis. non placet. † Quia vbi quis venit priuandus, ita quod
requiratur sentẽtia condemnatoria, interim facit fructus suos,
vt per gloss. in dicta authentica, de incæst. nup. in versic. innue-
re. secus si requireretur tantum sententia declaratoria, vt vult
Bald. in dicta authentica, incæstas. C. de incæst. nup. & ita latis-
sime concludit Felynus contra Angelum & Paulum de Ca-
stro in cap. de quarta. de præscriptio. colum. 9. versiculo, faciũt
postremo. & cap. cum causa. colum. penultima & sequenti. de
re iudicata, & vide dominum Antonium de Burgos in cap. ad
nostram. columna. 11. de emptio. & venditio. vbi examinat,
quando titulus est reuocabilis, an debeant restitui fructus, si po
534 stea reuocetur. † Decimaquarta sit conclusio, quod verbum
b (deuoluatur b) est verbum commune, vt patet ex adductis hic
535 per Barto. & ita simpliciter transeunt cæteri. † Decimaquinta
sit conclusio quod verbum (accrescat) est verbum directum,
536 idem tenet Bald. in l. si. penul. col. C. de sacrosan. eccles. † De-
c cimasexta sit conclusio, quod verbum (moriatur c) est verbũ
directum, idem Baldus in l. fina. C. de sacrosan. ecclesijs. vbi di-
cit, quod est verbum directum. quia significat quod inter mor-
tem instituti & & ius substituti nullum sit medium. cap. si pa-
ter. de testamen. in sexto. facit. §. fi. in authenti. de incæst. nup.
dum dicit, quod pater moriatur filijs legitimis &c. Item alia est
ratio secundum dominum meum, quia quando dicitur, Titius
moriatur tali, de natura illius datiui est significare per modum
acquisitionis. Barto. in leg. impuberum. §. fina. ff. ad l. Falci. Sed
hæc ratio non stringit. quia posset dici, quod licet significet per
modum acquisitionis, tamen per hoc non sequeretur, quod ita
recta via significet hoc, quod non per obliquum vnde Angel.
hic tenet, quod sit verbum commune, & sic sit directum &
obliquum secundum subiectam materiam. & videtur tenere
Bald. in d. cap. si pater. & Card. Imol. in cap. cum tibi. de testa-
men. & videtur stringere. cap. si pater de testamen. in 6. quia si
ibi fuisset verbum mere directũ non diceret tex. quod essemus
in casu dubio nisi diceret, quod ibi non dicit text. quod sumus in
casu dubio, sed bene dicit, quod interpretatur substitutio dire-
cta, quia omnia conueniunt, scilicet ipsum verbum directum,
& persona pupilli, licet enim esset verbum directum, tamen
quia non erat directum, & ciuile, videretur etiam aliquod du-
biũ de voluntate testatoris propter matrem existentem in me-
dio. Imo. hic dicit, quod ex quo est verbum directũ non ciuile, non
multũ differt a cõi, ideo non est multũ curandũ de hoc sed vt s.
visum est in prima q̃one principali. & in tertia questione princi
pali de compendiosa pagani, est in aliquibus magna differentia
537 ideo tene quod dicit Bar. hic. † Et aduerte quia etiam verbum (com
petat) est verbum cõe secundum Are. hic. & ideo vult Ang. in l. præci-
bus. in fine. C. de impub. licet quod sit obliquũ, velit Ange. in auth.
538 de testi. fideiuss. §. primo. † Item est verbum (hæreditet) quod
vr esse verbum imò directum & ciuile, vt hic per dominũ meũ,
post Rapha. comen. cons. 2. incipien. proponitur. licet Bart. hic
dicat, quod nullũ est directum & ciuile nisi verbum (hæres) & ver-
bũ (instituo) sed idẽ põt dici de verbo (hæreditet) de multis alijs
verbis vide per Phili. Fran. in c. si pater. de testa. in texto. in gl. in
verbo filiæ. vbi succincte accumulat primo directa, postea ver-
ba obliqua, postea verba cõia, & tradit et Fely. in c. si in præsen-
539 tia in 1. col. de probatio & c. † Vltimo dominus meus hic tãgit.
Quid si testor dicat, relinquo filiũ meũ viuũ & mortuum. Tunc
quid importent hæc verba Soci. in l. qui duos. ff. de reb. du. bis in
secũdo notabili cõcludit, quod quatenus reliquit filium viuũ, cense-
tur reliquisse illum tutorem filij nam tutela est vis aut potes-
tas in capite libero ad tuẽdum eum. insti. de tutel. in prin. vnde
censetur reliquisse sub eius tutela & administratione, quatenus
autem reliquit mortuũ, censetur testator intellexisse filiũ mo-
ri debere ad vtilitatem suam, & sic impuberi illum substituisse,
per dictum c. si pater. in verbo, moria. de testa. in texto. & hæc
opinio videtur sapere magnam æquitatẽ, quia debemus sequi
mentem & voluntatẽ defuncti quocũque genere loquẽdi vta-
tur. l.

a Reuertatur de hoc verbo reuertatur per Guido Papæ consi. suo.
07. col. 5. ver. nec ob. lib. 2.

b De quo verbo per Guido Papæ consi. suo. 225. versi. ad primum.
lib. secundo.

c De quo Bald. consil. 38. libr. 2. cum simili. per Alexand. consil.
163. column. 2. in prin. libr. 5. pro quo etiam quod sit directum.
alleg. text. Roma. consil. suo 158. ante finem in auth. de incæst.
nup. §. penult.

tur l. quoniam indignũ. C. de testamen. tamen dominus meus tenet contrarium in vtroq; membro. Et primo quod non sit constitutus tutor mouetur per decisionem Bald. in l. omnem. 1. col. C. ad Tertu. vbi dicit, quod mater est tutrix testamentaria, si per verba congrua relicta est tutrix in testamento, secus si verba sunt alterius sollicitudinis demonstratiua l. qui aliena. §. quanquam. ff. de nego. gest. l. filio. ff. soluto matri. l. quidam decedens in prin. ff. de administra. tuto. Secundo mouetur per decisionem Bal. in l quanquam in primo notabili, vbi per illum textum cum glo. vult, quod si testator in testamento dicat, relinquo filium meum matri suæ, vel in custodia matris, non trahitur ad officium tutelę, sed tu his non obstantibus teneas cum Socin. quia prædictę decisiones Bal. non sunt verę. & fundatę super tex. qui nihil facit, & in primis adduco
540 decis. † Paul. de Cast. in l. si vir vxori. §. cum vir vxori. ff. de cõditio. & demonst. vbi non solum si testator relinquat matri curam filiorum, vel curam bonorũ, sed etiam si testator iubeat matrem morari cum liberis, censetur constituta tutrix testa-
541 mentaria. Secundo adduco decisionem † Bald. in c. ex parte in
a fi. de appella. vbi si testator relinquat filium in potestate[a] matris suę, per hoc censetur eam reliquisse tutricem, & tamen in istis casibus non sunt verba importantia omnino tutelam, nõ obstat l. qui aliena §. quanquam. ff. de nego. gest. quia ille loquitur de iure digestorum, quo iure mater non poterat dari tutrix. l. si ff. de tutel. vnde nimirum si illa verba nõ poterant importare dationem tutelę, & ita respondet Bald. & Paul. de Castro in locis præallegatis dicit etiam dominus meus secundũ membrum non esse verum, scilicet quod secundo censeatur illum substituisse filio, nec probari in dicto. c. si pater de testa. in 6. ibi dixerat quod filius moriatur filię, vnde illud verbum, moriatur, iũctum datiuo stat per modum acquisitionis, & sic
542 importat quod filiæ acquiratur directe. † sed in casu nostro reliquit filium mortuum ipsi Titio. & licet sit datiuus, tamen reliquit filium mortuum, non autem dixit, quod moriatur ipsi Titio, vnde non est tante efficacię. bene facit, quia etiam in relinquendis libertatibus debet testator vti verbis cõgruis ex quibus euidenter appareat de eius voluntate libertates. ff. de fideicommis. l. 1. & si dicis, talia verba non videntur posse aliud importare nisi substitutionem. respondeo, quòd talia verba possunt censeri prolata ex abundantia cordis, & ad maiorem expressionem confidentię, quam voluit ostendere testator se habere de eo, cui reliquit filium suum & mortuum, non autem quòd voluerit substituere, & vere esset periculosum inducere substitutionem per talia verba. facit l. 4. ff. de legatis primo. Item potest dici, quod ex quo reliquit illi filium mortuũ, quod intellexerit rem, quere illi facultatem eligendi sepulturam. Item [illegible] qualitate per one cui reliquit filium viuum & mortuum [illegible] dici, quod testator talia verba protulit, vt talis persona haberet aliam [illegible] commendatum post mortem ipsius testatoris. Et ita remanet expedita hæc solemnis repetitio Anno d[illegible] millesimo quingẽtesimo decimo sexto in vigilia omnium sanctorum Val. [illegible] Delphinatus, in qua infinita noniter [illegible] & multa ad concordiam reduxi, & difficultates que [illegible] contra omnes, reto [illegible] ita quod Centurio nunquam [illegible] bene militauit in armis, prout hoc anno militauit in iure. Si quid reperiatur male dictum, imputetur ætati & paruitati ingenij mei. si vero bene, non mihi, sed illi qui linguas infantium facit disertas attribuendum est reuelat enim plerumque paruulis. Finis.

---

a De hoc ample per domi. præcep. meum Philipp. in cap. ex parte. el. 2. col. 1. de appel.

REPETITIO

Ioan. Cephali I. C. toto orbe celeberrimi super l. Centurio ff. de vulg. & pupil.

SVMMARIVM.

1 *Paganus an directo vel per fideicom. filio suo qui hereditatem adiuit. substituere possit.*
2 *Paganus quare filio puberi directo substituere non valeat.*
3 *Miles potest filio puberi directo substituere.*
4 *Substitutus ex directa substitutione propria authoritate capit omnia absq; vlla diminutione, & quare infra nu. 7.*
5 *Substitutio est secunda institutio, vel conditionalis institutio.*
6 *Hæres hæreditatem solo animo acquirit.*
7 *Hæres potest propria authoritate res hereditarias accipere.*
8 *Substitutus, ex obliqua capit res hæreditarias de manu alterius, & quando.*
9 *Hæres grauat. quando possit Treb. detrahere.*
10 *Trebellianica quando incipiat debari.*
11 *Trebellianica debetur ex restitut. bonis onere.*
12 *Trebellianica non debetur nisi hæres grauatus sponte adeat & restituat.*
13 *Substitutio directa vtilior est quam indirecta.*
14 *Testatoris voluntas prævalet in substitutionum materia.*
15 *Voluntatem difformẽ in vno & eodem actu quis habere non præsumitur.*
16 *Substitutio facta alicui decedenti sine filijs videtur facta tempore quo possit habere filios.*
17 *Substitutio fideicommissaria non comprehendit bona filij cui est facta.*
18 *Miles non videtur priuilegiatus in bonis filij, sed suis tantum.*
19 *Substitutio a milite facta filio impuberi infra 25. annum decedenti compendiosa dicitur.*
20 *Substitutio compendiosa inducitur ex verbis tractũ temporis significantibus.*
21 *Et ex verbis 25. annis.*
22 *Substitutio compendiosa, vsq; ad pubertatem in pupillarem resoluitur.*
23 *Substitutus pupill. succedit in bonis pat. & filij.*
24 *Substitutio pupillaris dicitur testamentum duarum hæreditatum.*
25 *Actus etiam priuilegiatæ personæ vbi potest subsistere iure communi interpretatur vt valeat eo iure.*
26 *Priuilegia in subsidium debent operari.*
27 *Fictio non debet operari vbi veritas subsistit.*
28 *Minor non vtitur priuilegio restitutionis in integ. vbi iure communi sibi potest succurri.*
29 *Testator in dubio præsumitur testatus secundum ius commune & infra. num. 450. 458.*
30 *Dispositio facta iure communi est fortior quam facta iure speciali.*
31 *Testator censetur testatus iure speciali, vbi testamentum iure communi non sustinetur.*
32 *Filius præsumitur in potestate patris.*
33 *Glo. fideic. l. precib. C. de impub. damnatur.*
34 *Miles est priuilegiatus in bonis filij substituendo pupillariter.*
35 *Miles potest substituendo non solum de omnibus sed de parte tantum bonorum filij disponere vel etiam solummodo de suis licet pupillariter substituat.*
36 *Substitutio pupillaris facit vt succedatur pupillo & illius est fauor.*
37 *Substitutus dicitur succedere testatori nisi in pupillari substitutione.*
38 *Testator an possit disponere de bonis filij pupilli per pupillarem substitutionem.*
39 *Substitutio facta impuberi expirat cum ætate pupillari, dic, tamen vt infra num. 41.*
40 *Substitutio directa an detur vltra vulg. & pup.*
41 *Hæres qui semel fuit non potest desinere esse hæres.*
42 *Substitutus post aditam hæreditatem cur hæres directo fieri nequeat.*
43 *Hæredis duo in solidum esse non possunt.*
44 *Rigorem iuris paganus seruare tenetur nec potest ei renunciare.*
45 *Miles potest testari quomodo vult, & potest.*
46 *Miles testando non tenetur leges seruare.*
47 *Substitutus ex compend. resoluta in pupillarem, succedat tam in bonis filij quam patris.*
48 *Et quare, dic tamen vt infra num. 128.*
49 *Substitutio pupillaris dicitur vnicum testamentum quantum ad ordinationem.*
50 *Substitutio pupillaris vere est testamentum patris ficte & filij.*
51 *Barto. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testa. declaratur.*
52 *Substitutio pupillaris compendiosa quando non comprehendat bona pupilli.*
53 *Testator an possit facere substitutionem in bonis suis tantũ vel filij tantũ.*
54 *Substitutio pupillaris facta filio emancipato non valet, dic tamen vt infra num. 133. cum seq.*
55 *Substitutio pupillaris censetur testamentum filij & filius in suis bonis videtur testatus, dic tamen vt infra num. 57.*
56 *L. Impuberi, in fi. de admin. tut. declaratur.*
57 *Spurius an possit substitui pupillariter a patre.*
58 *Filius in tabulis pupillaribus an censeatur de bonis paternis disposuisse.*
59 *Glo. magna. §. pen. auth. quib. mo. nat. effi. sui. declaratur.*
60 *Substitutio compendiosa facta impuberi post pubertatem quomodo resoluatur si sit facta a pagano vel a milite.*
61 *Substituo verbum commune est.*
62 *Substitutio compendiosa facta a pagano verbis ciuilibus in codicillis nec ab initio valet sustinetur tamen ex benignitate.*
63 *L. Sceuola. ff. ad Trebel. communis intellectus.*
64 *Substitutiones directa militaris & fideicommissaria an sint similes respectu bonorum in quibus succeditur.*
65 *Filius a patre non debet priuari facultate testandi.*
66 *Priuilegium patris militis non debet obesse filiæ.*
67 *Substitutio compendiosa militis quomodo habeat naturam obliquę.*
68 *Substitutio compendiosa post pubertatem an comprehendat fructus, & si comprehenderet de quibus intelligatur.*
69 *Substitutio compendiosa post pupillarem ætatem extinguitur*
70 *Hæres de necessario fit voluntarius.*
71 *Substitutio vna directa an transire possit in aliam directam.*
72 *Substitutiones contente sub compendiosa an omnes dicantur vno eodem tempore vel vna dicatur succedere alteri.*

Obli-

73 *Obligationis nouatio quando dicatur facta.*
74 *Nouatio fit cum omnibus qualitatibus, ac priuilegijs praecedentis obligationis.*
75 *Actiones plures possunt concurrere origine non autem exercitio.*
76 *Substitutio vna directa facilius transfunditur in aliam directam quam in fideicommissariam & quare.*
77 *L.3.in fi.cum duabus,ll.seq.de bon.poss.declaratur.*
78 *L.si accepto latum,de acceptil.intelligentia.*
79 *Ius gentium dignius iure ciuili nec illo tolli.*
80 *L.in rem §.item quecunq; ad fi.de rei vend. intellectus.*
81 *Brachium est vnitum corpori vno spiritu.*
82 *Statutum an potius ab alio statuto interpretetur quam iure communi.*
83 *Verba sunt intelligenda secundum qualitatem proferentis.*
84 *Testamentum in scriptis facilius transit in nuncupatiuum quam in codicillum & quare.*
85 *Dominium & si iuris sit magis tamen applicatur corporalibus quae sunt facti quam incorporalibus quae sunt iuris.*
86 *L.non codicillum.C.de testam.intellectus.*
87 *Substitutio directa ex mente testatoris an possit obliquari,& econtra.*
88 *Substitutio directa facilius conuertitur in fideicommissariam quam e conuerso & quare.*
89 *Substitutio directa in plus se habet quam fideicommissaria, dic vt inf. sub num.105.*
90 *Possidere facile ponitur pro tenere, quod minus est quam possidere.*
91 *Tutor nomen exponitur pro curatore,& quare.*
92 *Iudex in causa summaria maiorem habet potestatem,quam in ordinaria.*
93 *Causa summaria facile fit ordinaria, & quare, & quid econtra.*
94 *Monachus facilius quis fit, quam vt transeat de vno ad aliud monasterium,& quare infra num.107.*
95 *Prohibito vno,censetur prohibitum aliud simile,sed non aliud inferius.*
96 *L.pater Seuerinam §.conditionem,de cond.& demonst.intellectus.*
97 *Trãsitus facilis est in habentibus symbolum, quo intelligatur haec regula.*
98 *Testamentum militis si sustineri non potest iure communi, sustinetur potius,vt testamentum militare, quam vt codicillus.*
99 *Clausula, quod testamentum valeat iure alterius vltimae voluntatis, quomodo intelligatur.*
100 *Substitutio directa militaris est propria substitutio.*
101 *Substit.fideicommiss.est improp.substit.*
102 *Transfusio facilius fit, quam ablatio.*
103 *Res de facili reuertitur ad pristinam naturam.*
104 *Res facilius conseruatur.*
105 *Error in nomine appellatiuo, tolleratur ob magnam similitudinem.*
106 *Extensio fit facile ad causam similem non obstante taxatiue.*
107 *Iasi.l.si arrogator col.2.versi.item apud Canones,de adopt.declaratur.*
108 *Substitutio facta filio impuberi, an trahatur ad bona filij, & praecipue filij arrogati, & vt infra, nu.128.*
109 *Filij naturales,& arrogati, eiusdem iuris dicuntur.*
110 *Substitutio pupillaris est fauor pupilli & infra nu. 119.& 138.*
111 *Pater naturalis,quando non differat ab adoptiuo.*
112 *Substit. pupillaris tacita continetur sub vulgari expressa a patre arrogante facta.*
113 *Patria potestas requiritur in pupillari substitutione.*
114 *Delictum non praesumitur.*
115 *Votum captandae mortis inducitur ex quacunq; substitutione.*
116 *Nepos ex filia dicitur de descendentibus aui.*
117 *Substitutio pupillaris facta filio arrogato pro patrem arrogatorem, quare non trahatur ad bona filij.*
118 *Substitutio pupillaris patris naturalis euanescit eo ipso, quod filius in arrogationem se dedit.*
119 *Substitutio pupillaris concernit commodum filij.*
120 *Fraus non est committenda in legem.*
121 *Pater arrogator potest substituere filio in quartam & quomodo.*
122 *Filius arrogatus non est filius verus nec venit appell.filij.*
123 *L.cum acutissimi.C.de fideicomm.an locum habeat in filio adoptiuo.*
124 *Filius arrogatus est filius fictus.*
125 *Substitutio facta filio emancipato non comprehendit, nisi bona patris substituentis, de hoc tamen vt infra nu. 133.cum seq.*
126 *Emancipatus filius tenet medium inter suum, & extraneum.*
127 *Obligatio rem restitui, est media inter obligationem rem dari, & rem tradi.*
128 *Substitutio pupillaris facta per patrem militem filio arrogato,an trahatur ad bona filij.*
129 *Lex simpliciter loquens includit etiam militem.*
130 *Dispositio generalis in materia odiosa non comprehendit personas priuilegiatas.*
131 *Dummodo priuilegiate sint in illa materia.*
132 *Miles vtitur communi praeterquam in casibus in iure specificatis, & inf. num.350.*
134 *L.miles ita haeredem § exhaeredato, de milit.testam.intellectus.*
135 *Accidentalia non considerantur.*
136 *Dispositio indefinita omnia amplectitur.*
137 *Substitutio pupillaris filio exhaeredato facta sustinetur, & comprehendit nedum bona patris sed & filij.*
138 *Substitutio pupillaris est inuenta ad beneficium filij.*

139 *Afflicto non est reddenda afflictio.*
140 *Miles potest extraneo instituto substituere directe in bonis, quae a milite ipse habuit.*
141 *Miles,an pupillariter substituere extraneo possit.*
142 *Substitutio pupillaris a milite facta quae bona contineat.*
143 *Filij interest,vt de bonis suis sit dispositum.*
144 *L. precibus in primo responso C.de impuber.& l.fi.C.de instit.& substit. intellectus & num.148.158.256.*
145 *Substitutio pupillaris contenta sub compendiosa an tacita sit.*
146 *Substitutio compendiosa continet pupillarem expressam.*
147 *Expressum dicitur quod natura verborum importat.*
148 *L.precibus,versic. si vero substitutio C.de impub. declaratur. & infra numero 158.*
149 *Possessio mobilium est propria licet magis propria sit immobilium.*
150 *Substitutio pupillaris contenta sub vulgari, an sit omnino tacita, vel praesumpta.*
151 *Expressum dicitur,quod colligitur ex mente.*
152 *Testator aliquando censetur plus cogitasse, & dixisse quam fuerit scriptũ.*
153 *Expressum duplex, & de quo sit intelligendum in substitutionum materia.*
154 *Testatoris tacita dispositio illa est, quae colligitur saltem ex coniecturis.*
155 *Porrigi verbum extensiuum est.*
156 *Substitutio pupillaris tacita praesumpta, an excludat matrem, & infra num.257.*
157 *L.fi.C.de instit.& substit. perpenditur.*
158 *L.precibus,C.de impub. consideratur.*
159 *Expressa faciunt cessare tacita.*
160 *Item & praesumpta.*
161 *L.quamuis,C.de impub.& alijs substi.perpenditur.*
162 *Substitutio vulgaris facta duobus inaequalibus non continet pupillarem.*
163 *Lex benignius agit, quam homo.*
164 *Lex praesumit patrem noluisse excludere matrem a luctuosa filij haereditate, nisi aliter const. t de voluntate expresse.*
165 *Praesumptio cessat in claris.*
166 *Pupillaris tacita,an contineatur sub expressa vulgari matre in medio existente,& inf.num.191. secundum opin.auctoris.*
167 *Taciti & expressi idem est iudicium,declara tamen vt infra numero 169. cum sequen.*
168 *Vulgaris expressa excludit matrem.*
169 *Filius nominatim, & expresse exhaeredatus excluditur, secus si tacite per praeteritionem exhaeredetur,quia tunc non excluditur.*
170 *Nomina diuersa denotant diuersas res.*
171 *Tacitum, & expressum non aequiparantur, vbi a diuersis dispositionibus causantur.*
172 *Tacitum aequiparatur expresso cum illud transiuit in dispositionem.*
173 *Substitutio tacita quando aequiparetur expressae.*
174 *Substitutio tacita aut est probata aut praesumpta aut dubia.*
175 *Pupillaris substitutio an insit vulgari ex necessitate, vel ex voluntate.*
176 *Praesumptio cessat in casu certo.*
177 *Actus potius praesumitur purus, quam conditionalis,& infra num.223.*
178 *Substitutio quae ab initio pupillarem nõ continet nec ex post facto illã &c.*
179 *Tempus testamenti spectatur ad cognoscendum quid in dispositione contineatur.*
180 *Substitutus admittitur ex pupillari matre, quae prius erat in medio, deficiente,& inf. nu.216.*
181 *Testamentum filij praeteritione nullum conualidatur & fingitur fuisse validum mortuo filio.*
182 *Testamentum filij praeteritione est nullum sub tacita tamen conditione si praeteritus voluerit illud esse nullum.*
183 *Clausula ipso volente, subintelligitur regulariter in quolibet actu ad priuaturum beneficium ipso iure facto.*
184 *L.quae ab initio,de reg. declaratur.*
185 *Lex superflua inducere non solet.*
186 *Ius accrescendi est tacita legalis substitutio.*
187 *Ius accrescendi si datur vulgaris substitutus,tollitur, procedit tamen substituto cessante declara tamen, vt inf.nu.190.*
188 *Vltimae voluntatis existentia non potest stare in suspenso.*
189 *Potest bene stare eius exequutio & effectus.*
191 *Pupillaris continetur sub vulgari matre in medio existente.*
192 *Substitutus admittitur matre de medio sublata in substitutione pupillari sub vulgari contenta.*
193 *Fictio locum non habet vbi adest veritas.*
194 *Pupillaris tacita regulariter inest vulgari expressae.*
195 *L.fi §.penul.C.de instit.& substit.declaratur.*
196 *Verba legis futuri temporis ad sententiam referuntur id est ad tempus sententiae.*
197 *L.cum tutor,de condit.& demonst continet plus dictum quam scriptum.*
198 *Testator quandoq; plus dicit effectu quam voce.*
196 *Testator censetur dixisse id,quod si fuisset interrogatus dixisset.*
200 *Et illud habetur pro cauto tunc.*
201 *Pupillaris tacita comprehensa sub vulgari substitutione videtur ex dispositione testatoris communis tamen est in oppositum.*
202 *Dispositio quae minus offendit ius commune attendi debet.*
203 *Regula in dubio est sequenda cum pro ea praesumatur.*

Sententia

204 Sententia quandoque valet licet non praeiudicet non citato.
205 Legitimatio facta per patrem nulla facta mentione de filia legitima valet licet illi non praeiudicet.
206 Idem quando non exprimitur ius alteri quaesitum.
207 Substitutio directa coniecturis induci non potest.
208 Substitutio si omnes decesserint in pupillari aetate, an contineat substitutio nem pupillarem directam inter filios in conditione positos.
209 L. cum proponebatur, de leg. 2. declaratur & inf. nu. 215.
210 Testatoris mens an, & quando possit declarari coniecturis.
211 L. licet, de leg. primo quomodo loquatur.
212 L. iam hoc iure, de vulg. declaratur.
213 Manifestum dicitur quod coniecturis apparet.
214 L. iubemus C. de test. declaratur.
215 L. cum proponebatur, de leg. 2. ampliatur.
217 Substitutus ex pupillari, an admittatur si mater, quae erat in medio, repudiauerit.
218 Mortem obire, vel repudiare paria sunt.
219 Substitutus pupillariter, an censeatur substitutus sub conditione, si mater non erit haeres.
220 Conditio, si haeres non erit, impletur quia noluit, vel non possit.
221 Conditio non semper stat.
222 Conditio duplex non consideratur.
223 Actus praesumitur purus, non autem conditionalis [illegible].
224 Testati causa cessat existente intestati.
225 Extinctum semel non potest amplius reuiniscere.
226 Mater in medio existens in pupillari substitutione tacita, censetur vocata sub conditione, si haereditatem habebit cum effectu, vel si prior nō moreretur, vel repudiauit. dic tamen ut ibi.
227 Femina in materia statuti, quod statutibus mas. fem. non succed. vocantur verbis ac mente iuris communis.
228 Substitutus ex tacita pupillari per extensionem admittitur.
229 L. quandiu, de acq. haer. limitatur.
230 L. si quis ita haeres institutus, de hared. insti. dum loquitur de primo instituto, habet etiam locum in substituto. vide tamen ibi pro intel.
231 Actus vbi à principio valet in substantia, sed ad commodum alicuius non habet effectum, si ille talis non admittitur, reassumit effectum.
232 Testamentum vsurarij sine cautione valet, non habet tamen effectum.
233 Si tamen cautio praestetur consequitur effectum [illegible].
234 L. Qui res §. aream de solutio, quomodo procedat.
235 L. 2. §. sed si sint liberi, ad Tertul. inducitur.
236 L. filius fa. §. cum quis, de leg. primo quomodo loquatur, & infra num. 240. vbi latissime.
237 Conditio si decesserit sine filijs, an verificetur naturalibus tantum.
238 Haereditas non adita, non transmittitur ad filios in conditione tacita positos.
239 Hominis dispositio dicitur dispositio legis vbi ab ea repraesentatur.
241 Fideicommissa odiosa.
242 Pupillaris fauorabilis.
243 Conditio voluntaria non requirit iuris effectum.
244 Praeteritio quando non solum prosit praeterito, sed etiam alijs fratribus, quibus non potest praeiudicare praeteritus ipse.
245 L. post mortem §. fi. de bo. poss. contra tab. iuncta l. 1. in fi. si tab. testa. nul. extab. declaratur [illegible].
246 Forma non potest renunciari, saltem ad tertij praeiudicium.
247 Substitutus pupillariter tacite, an admittatur ad exclusionem caeterorum, vbi mater, quae est in medio excludit causam, quam per eius repudiationem, puta statuto.
248 Mater, quae infra annum nō petit prouideri de tutore filio suo pupillo, priuatur eius successione.
249 Mater priuatur successione filij sui pupilli, si post eius mortem aliquid inhonestum committat.
250 Agens sine actione excluditur a iudice.
251 Compendiosa substitutio a milite facta, an post pubertatem sustineatur iure directo militari vel obliquetur.
252 Miles, etiam maiori, directo substituere potest.
253 Fructus percepti post testatoris mortem, non restituuntur in fideicommissaria substitutione.
254 L. [illegible] bemus. C. ad Treb. quomodo loquatur.
255 Substitutio directa militaris quae bona contineat.
258 Substitut. directa compendiosa matre superstite, non obliquatur post pubertatem.
259 Compendiosa, seu, breuiloqua verba sunt generaliter prolata.
260 Pupillaris substitutio contenta in compendiosa matrem excludit.
261 Verba communia obliquantur fauore matris post pubertatem.
262 Matri solum est fauendum vbi de luctuosa filij haereditate agitur.
263 Priuilegia non sunt multiplicanda.
264 Fideicommissarius est haeres improprie.
265 Aetas certa accipitur pro aetate pupillari.
266 Iure, substitutione succeditur tantum in bonis testatoris.
267 Dictio, velut stat veritatis expressiua.
268 Argumentum a simili tollitur data aliqua dissimilitudine.
269 Miles in l. Centurio, testatus est iure priuilegiato.
270 Miles in l. precibus, testatus fuit iure communi.
271 Repetitio verborum à lege fit cum mysterio ne dispositio extendatur.
272 Patria potestas requiritur vbi miles testatur iure communi, & pupillo substituit secus si iure militari.
273 Testator non potest iure communi pro parte decedere testatus, & pro parte intestatus.
274 Potest tamen priuilegio militis.
275 Gl. l. precibus in verbo, certam C. de impub. damnatur.
276 Compendiosa substitutio facta verbis obliquis, omni tempore est obliqua, nec matrem excludit etiam infra tempus pupillaris aetatis.
277 Etiam si à milite fiat.
278 Facta autem verbis directis expirat pubertate.
279 Habilia caetera praesupponuntur quando de vno disputatur.
280 L. verbis ciuilibus ff. de vulg. an loquatur in pagano vel milite & infra nu. 284. & de eius intel. nu. 310. 469.
281 Paganus potest facere vt substitutio post pubertatem valeat iure fideicommissi.
282 Lex generaliter loquens amplectitur omnes.
283 Miles in dubio vtitur iure communi & inf. nu. 433.
285 Non entis nullae sunt partes.
286 Actus debet sustineri.
287 Substitutus dicitur etiam haeres.
288 Bar. in l. haereditas ex die, post medium versic. iuxta praedicta de hered. insti. reprobatur.
289 Frustra quod fit est prorsus sine fructu.
290 Frustra fieri, & nullo modo fieri paria sunt. dic tamen vt ibi.
291 Substitutio nō obliquatur, nisi sit facta impuberi, & a principio non valeat.
292 L. Sceuola ff ad Treb. declaratur & inf. nu. 300.
293 Miles iure directo potest in codicillis substituere & inf. nu. 295.
294 Substituo verbum, innuit vulgarem substitutionem, & quando infra numero 301.
296 Bartol. in l. Centucio numero 8. insolutione quam dat ad l. Sceula, damnatur.
297 Substitutio directa in codicillis dari non potest iure communi.
298 Substitutio directa in codicillis dari non potest maiori 14. annis.
299 L. militis codicillis, de mil. test. declaratur.
301 Rigor continet subtilitatem verborum, nec non benignitatem.
302 Substituo verborum, vbi adiūctum non est sed simpliciter profertur, importat vulgarem substitutionem.
303 Benigna interpretatio accipitur pro mitiori interpretatione.
304 Interpretatio mitior seruatur in materia testamenti.
305 Legem illam loqui de rigore, & hāc de aequitate si dicatur, est idem, ac si diceretur hanc corrigere illam.
306 Correctio non praesumitur.
307 L. 2. C. de codicil. consideratur.
308 Benignitas non seruatur contra voluntatem testatoris.
309 Testator praesumitur voluisse, quod verba sua clara important.
310 L. verbis ciuilibus, de vulg. declaratio.
311 Benignitas seruatur pro conseruatione voluntatis testatoris.
312 Verba in benigniorem partem interpretantur, vt actus valeat.
313 Fructus, qui medio tempore percipiuntur, non sunt restituendi.
314 Grauatus per fideicommissum interim est dominus.
315 Fructus ad dominum pertinent.
316 Fructus, qui in haereditate patris inueniuntur tempore mortis filij, an restituantur ex directa militari substitutione.
317 Legis sensus debet esse de dubitabili, & declara vt infra nu. 321. & 323.
318 Fructus reperti in haereditate tempore mortis testatoris, sunt etiam fideic. restituendi.
319 Quid de fructibus perceptis ante aditionem haereditatis.
320 Priuilegium stricte est interpretandum.
321 Lex satis est de iure dubitabili, vbi ratio dubitandi est colorata.
322 Argumentum in materia stricta, non videtur eiusdem iuris, cuius est principale.
323 Lex debet esse de dubitabili respectu decisionis principalis.
324 Statutum quod vltra ius commune aliquid operetur, intelligitur in principali decisione.
325 Fructus, licet augeant haereditatem, veniunt tamen appellatione fructuū.
326 L. item veniunt §. fructus de haere. declaratur.
327 Fructus non praesumuntur durare vltra triennium.
328 Pretium dabit, qui non habet fructus restituendos.
329 Fructus consumpti imputantur in quartam.
330 Haereditas agnita per filium, confunditur, & fit patrimonium ipsius filij.
331 Temporis qualitas omnia determinat, qua reguntur a verbo principali.
332 Heres, an sit deterioris conditionis vbi substitutio est directa, quam vbi est obliqua.
333 Haeres militis, an retineat legitimam, vbi est grauatus.
334 Grauatus in vno, debet exornari in alio.
335 Verba in dubio potius ad testatorem, quem ad haeredem sunt referenda.
336 Cognationis appell. in dubio intelligitur de cognatione testatoris.
337 Conditio testatoris magis inspicitur, quam haeredis.
338 Decius reprehensus in l. in testamento col. ante pen. C. de testam. mil.
339 L. deducta §. fi. ad Treb. quomodo loquatur.
340 Fructus percepti post testatoris mortem ante haereditatis aditionem, & reperti in haereditate tempore mortis ipsius testatoris, sunt eiusdem iuris.
341 Accessorium debet esse eiusdē iuris cuius est principale, & inf. nu. 251.

Fructus

342 Fructus percepti post mortem testatoris nunquam fuerunt testatoris, sed hæredis.
343 Militis priuilegium non extenditur ad bona filij.
344 Miles potest substituere in his duntaxat, quæ peruenerunt ad illum, cui substituit.
345 Causa immediata in materia substitutionis, quando attendatur, & non mediata.
346 Rogatus restituere quod ex hæreditate superfuisset non tenetur restituere fructus superfluos quos immediate non habuit.
347 Participium temporis præteriti perfecti resoluitur in verbum de præterito.
348 Hæreditas vere & proprie est iure adeuntem.
349 Compendiosa, quæ a milite fit, habet naturam pupillaris, & fideicommissariæ.
350 Miles vtitur regulariter iure communi exceptis his in quibus est dispensatus priuilegiatusq; & inf. nu. 433. 450.
352 Restituuntur quæ fuerunt testatoris non alia.
353 Accessorium non sequi principale, nec eiusdem status esse, vbi militat diuersa ratio.
354 Compendiosa quid sit, & eius definitio.
355 Compendiosa continet multas diuersarum substitutionum.
356 Substitutio pupillaris an contineat plura tempora.
357 Substitutio per verba, si hæres erit, etiam exhæredato fieri potest.
358 Substitutus vulgariter admittitur non solum quia institutus repudiat sed & quia decedat.
359 Compendiosa debet continere verba tracti temporis futuri.
360 Generi nomen non consideratur in eo, quid etiam debet proprium nomen.
361 Emptio, & venditio licet sit permutatio, tamen non vtitur nomine permutationis.
362 Compendiosam continere multa tempora, quomodo intelligatur.
363 Substitutio reciproca an continent plura tempora substitutiones variantia.
364 Reciproca, an dicatur etiam compendiosa substitutio.
365 Compendiosa, an possit continere plures personas.
366 Reciproca facta personis imparibus sine tractu temporis, est solum vulgaris.
367 Idem si maioribus, & per verbum commune substitua.
368 Et quid si impuberibus.
369 Pupillaris dicitur etiam expressa verbis generalibus.
370 Compendiosa pubertatis tempus omnino debet continere posse.
371 Substitutio facta hoc modo, si in pupillari ætate decesserit, vel alias quandocunq; an compendiosa sit.
372 Substitutio omni tempore si deicommissaria est, si pupillus grauetur restituere hæreditatem quandocunq; decesserit, & quare.
373 Restituere verbum obliquum est.
374 Compendiosa debet continere plures species substitutionum.
375 Libelli vt tot dicantur quot sunt summæ oportet vt causæ sint diuersæ.
376 Pupillaris substitutio absq; mortis conditione subsistere non potest, dic tamen vt num. 383.
377 Alternatiua quomodo alternet in definitione substit. compendiosa, dum dicitur sub conditione mortis, vel alia.
378 L. qui liberis de vulg. loquitur de conditione mortis subintellecta.
379 Compendiosa non continet pupillarem vbi adest alia conditio quam mortis, & quare.
380 Determinatio vniformis debet fieri.
381 Bartolum sensisse de conditione expressa, dum ipse loquutus fuit in definitione compendiosæ, de conditione mortis.
382 Alternatiuæ pars vna declarat aliam.
383 Pupillaris substitutio potest fieri sub conditione extrinseca separata a morte pupilli.
384 Conditio mortis in substit. maxime pupillari, an attendatur, & faciat quominus substitutio dicatur pura.
385 Substitutio compendiosa facta sub conditione, quandocumq; Titius erit factus consul, an comprehendat etiam pupillarem.
386 Substitutio compendiosa verbis directis facta a pagano per verbum distinctiuum quandocumq; continet plura tempora non tamen continet plures substitutiones dic tamen num. seq.
387 L. Verbis ciuilibus. ff. de vulg. & declaratur, quod ibi non sit compendiosa vere, & proprie.
388 Compendiosa substitutio quare sic dicatur.
389 Compendiosa etiam dicta quia duo continet, nempe cum temporis breuitate, vtilitatem.
390 Dispendiosa res quæ cum damno continet temporis longitudinem.
391 Res dispendiosa quæ.
392 Compendiosa, an sit species substitutionis vel adiectio.
393 Compendiosa est quædam substitutionum adiectio.
394 Reciproca est substitutionum adiectio.
395 Actio de peculio, de in rem verso, de institoria, & similes non sunt proprie actiones, sed adiectio, seu formula actionis.
396 Reciproca non est proprium nomen actionis.
397 Possessio ciuilis non est propria possessio.
398 Substitutiones proprie directæ duæ tantum sunt, nempe vulgaris, & pupillaris, ad quas reducuntur aliæ.
399 Compendiosa si fiat à milite, an propriæ sit substitutio vel substitutionis adiectio.
400 Bartolus communiter reprehenditur, dum vult compendiosam à milite factam esse propriam substitutionem.
401 Compendiosa est substitutio de per se quo ad formam.
402 Feudum nouum dicitur ob nouam formam.
403 Compendiosa, cum sit adiectio, assumit sibi naturam principalis substitutionis.
404 Actio de peculio, quamuis detur contra filium, sumit naturam actionis principalis.
405 Paganus, quando directo post pubertatem substituere possit.
406 Dispositio generalis omnia complectitur.
407 Verba generalia recipiunt restrictionem de habilibus.
408 Statutum debet aliquid addere iuri communi.
409 Statutum ita interpretandum est, vt minus lædat ius commune, quam fieri possit.
410 Pater non potest præterire filium, nisi statutum &c.
411 §. disponat auth. de nup. quia loquitur de iure communi non potest illud ius corrigere, & restringitur ad illud.
412 Dictio taxatiua, non excludit causas similes, & quare.
413 Statutum, quod omnis causa inter consanguineos sit compromittenda, de quibus causis intelligatur.
414 Correctio iuris communis non censetur facta, nisi sit expressa.
415 Statutum non debet esse superfluum, sed debet aliquid addere iure communi.
416 Statutum non restringitur de habilitate vbi ius restrictum nihil operaretur.
417 Priuilegium non restringitur vbi restrictum nihil operaretur.
418 Statutum non restringitur secundum ius commune vbi apparet illud velle corrigere ius ipsum.
419 Statutum generale, debet vniformiter intelligi, cum non detur ratio restrictionis magis in vno, quam in alio casu.
420 L. hac edictali. C. de secund. nup. corrigitur vbi statutum vult maritum in omni casu dotem lucrari, & inf. nu. 424.
421 Statutum pingue non restringitur nisi ab alia dispositione reperiatur restrictum.
422 Statutum generaliter loquens comprehendit omnes casus & si in vno militet, maior ratio quam in alio.
423 Compromittere iure communi nemo cogitur.
425 Genus quo ad genus idem operatur quod ad speciem.
426 Expressum dicitur quod exprimitur verbis generalibus.
427 Compendiosa facta à milite verbis directis etiam ad pubertatem sustinetur iure directo & quare.
428 Compendiosa facta à milite verbis directis matrem excludit.
429 Compendiosa à milite facta pupillo in potestate existenti, valet in vim pupillaris, & quare.
430 Si vero fiat filio emancipato, vel extraneo, valet in vim directæ militaris, & quare.
431 Compendiosa a milite facta per verbum commune matre superstite, si filius institutus in pupillari ætate decedat, quomodo sustineatur.
432 Et quid si decesserit in pubertate matre in medio existente.
434 Compendiosa à milite facta verba communi matre in medio non existente, valet semper iure directo, vide tamen ibi. & opin. contra communem videtur verior.
435 Interpretatio plenior facienda est in testamentis.
436 Et erit plenior si valebit testamentum iure communi magis quam iure speciali.
437 Miles præsumitur magis voluisse facere directam quam obliquam substitutionem, vide tamen ibi, & inf. nu. 452.
438 Præsumptio specialis præfertur generali.
439 Substitutio directa militaris est plenior fauorabilior quæ obliqua.
440 Argumenti à contrario sensu natura est excludendi suum contrarium.
441 Substitutio directa, quæ valet etiam post pubertatem, sustinetur, & si facta sit verbis communibus.
442 Interpretatio lata est facienda, vbi agitur de præiudicio concedentis.
443 Prohibito vno cætera censentur permissa.
444 L. Verbis ciuilibus, de vulg. declaratur, & latius inf. nu. 469.
445 Casus ab vna lege omissus, remanet sub dispositione aliarum legum.
446 Substitutio verbum quando importet directam & infra nu. 448.
447 Hæres ad tempus eo elapso omnino desinit.
449 Compendiosa facta à milite per verbum commune, si filius simpliciter institutus decesserit sustinetur iure communi, & quare.
450 Miles in dubio censetur testatus iure communi & infra nu. 458.
451 L. precibus, vltimo responso. C. de impub. declaratur.
452 Cap. si pater, de test. in 6. loquitur in pagano, & vbi substitutio potest valere vti pupillaris ordinaria, & alio modo.
453 Pupillaris substitutio ordinaria, est fauorabilis tam hæredi, quàm substituto.
454 Verba accipiuntur in potentiori significatu, quando non refragatur voluntas testatorum.
455 Miles non censetur voluisse decedere cum duobus testamentis, nisi id expresse dixerit.
456 Substitutio facta à milite verbis obliquis, omni tempore est obliqua.
457 §. cum filia l. cohæredi, de vulg. loquitur in pagano.

Mil-

Aequi-

579 Aequitatem in multis casibus seruari.
580 Commissarius principis seruat aequitatem.
581 Rigor est seruandus iudaeis.
582 Substitutio directa post pubertatem obliquatur, vbi in testamento adest clausula vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, sed contrarium est verius secundum opi. authoris.
583 Verbum obliquum, trahi potest ad directum, & e conuerso. dic tamen. vt infra. 843.
584 Dispositio non valet, vbi verba repugnant inter se.
585 Verba directa obliquantur a principio. vbi obliquari debent.
586 Compendiosa continet vulgarem, pupillarem, ac fideicommissariam, quae fideicommissaria expirat si testator vtatur verbis directis.
587 Expressio eius. quod tacite inest nihil operatur.
588 Compendiosa non est, quae continet plures substitutiones specificatas.
589 Substitutio fideicommissaria non continetur sub compendiosa verbis directis ciuilibus facta.
590 Compendiosa verbis directis ciuilibus facta, an post pupillarem aetatem obliquetur, si in testamento adsit clausula codicillaris.
591 Substitutio, etiam verbis directis, in codicillis facta, obliquatur.
592 Clausula codicillaris, vti accessoria, non debet ampliare dispositionem principalem.
593 L. Sceuola, ad Trebel. declaratur.
594 Substitutio pupillaris, expirat per superuenientiam pubertatis.
595 L. si frater tuus. C. de fideicommi. declaratur.
596 Clausula codicillaris quare fuit inuenta.
597 Fideicommissaria non continetur sub compendiosa, vbi testator vsus fuit verbis directis, & hoc ex mente ipsius testatoris.
598 Compendiosa quando contineat substitutionem fideicommissariam.
599 Clausula codicillaris concepta, etiam per verba futuri temporis, an faciat fideicommissariam contineri sub compendiosa, verbis directis concepta.
600 Clausula codicillaris quando operetur.
601 Institutio est substantia testamenti.
602 Clausula codicillaris nihil debet operari, cum apponatur ex capite notariorum, vide tamen ibi.
603 Clausulae appositae in dispositione, quando nihil operentur.
604 Bar. in l. 1. q. 6. de iure codicil. reprobatus.
605 Praesumitur pro notario.
606 Clausula codicillaris quando operetur, & quando non.
607 Notarius censetur rogatus apponere in testamēto clausulam codicillarem & quare.
608 Notarius aliquid apponens in instrumento citra voluntatem partium, falsum committit.
609 Clausula codicillaris quando dicatur posita in testamento de voluntate testatoris.
610 Clausula codicillaris quid operetur in testamento.
611 Conditione deficiente dispositio remanet pura.
612 Clausula codicillaris videtur posita respectu totius vltimae voluntatis.
613 Cast. l. ex ea scriptura, post medium, de testam. declaratur.
614 Testamentum si quo ad institutionem remaneat testamentum, non potest quo ad substitutionem assumere naturam codicilli.
615 Clausula codicillaris operatur, vbi dispositio non potest substineri tanquā testamentum, & quomodo.
616 Iudex, nec testis potest in articulo mortis parti praeiudicare.
617 Alberi. in l. fi. ad Vellia. reprobatus.
618 Clausula apposita in testamento, vel alio instrumento, an operetur, si notarius ignoret eius validitatem.
619 Mulier praesumitur leges ignorare.
620 Mulier in quacunq; renuntiatione, in qua agitur de suo damno, debet certiorari de vi ipsius renuntiationis, vt valeat.
621 Ignorans alium docere nequit.
622 Iudex vbi functus est officio suo, non potest amplius se intromittere.
623 Notarium non posse mutare instrumenti substantialia, nec corrigere, quo[illegible]
624 [illegible] tosit. num. 52. 53. de re iudi. declaratus.
625 Substitutio verbis directis facta impuberi, quandocunq; decesserit sine liberis, an sit omni tempore fideicommissaria, & vi. infra nu. 673.
626 Priuilegiorum multiplicatio non praesumitur.
627 Substitutus an possit habere bona vtriusq; ex obliqua substitutione.
628 Capitulum primum, de testam. in 6. declaratur.
629 Substitutio facta si decesserit sine liberis, dicitur compendiosa.
630 Dispositio propria censetur vbi in ea apponitur vnum verbum proprium, aliud improprium.
631 Secus si fictionis, vel improprietatis verba duplicata sint.
632 L. credendum §. mater, vers. si vero maritus. ff. qui pet. tuto. declaratur
633 Mater non petens tutorem filio, ab eius successione non excluditur, si pubes decesserit.
634 Pubes proprie intestati moriuntur.
635 L. matres. C. ad Tertul. declaratur.
636 Conditio, si decesserit sine liberis, tacite subintelligitur in substitutione.
637 Expressio eius, quod tacite inest, quando operetur.
638 Pupillus intestatus non dicitur, cum testari non valeat.
639 Conditio, si sine liberis decesserit, verificatur etiam in eo, qui liberos habere non potest.
640 Legem vbi habemus, non debemus quaerere rationem.
641 Pupillus vigorosus potest habere liberos dic tamen vt infra num. 644.
642 Malitia supplet aetatem magis in matrimonio contrahendo, quam in testando.
643 Minor quatuordecim annis testari non potest, & si iudicium, ac intellectum habeat.
645 Puer septennij pragnantem reddidit nutricem.
646 Intestatum, & sine testamento, paria sunt.
647 Pupillus potest decedere cum testamento, & quomodo. Et quid si sit emancipatus.
648 L. generaliter, in princ. C. de insti. & substi. declaratur.
649 Pupillus an dicatur intestatus secundum communem vsum loquendi.
650 Communis vsus loquendi probari debet, cum sit facti.
651 Significatio impropria illa est, quae inducitur ex communi vsu loquendi.
652 Pupillus de communi vsu loquendi non dicitur non sine liberis.
653 Vsus communis loquendi non extenditur.
654 L. 1. de suis & legiti. intellectus.
655 Pupillus improprie est intestatus, quia testari non potest. & infra numero 659.
656 Superflua non viciant, nec alterantur.
657 L. intestatus, de verb. signifi. declaratur per l. 1. de suis & legiti. & alio modo vt ibi.
658 Legis dicto non est standum, nisi quatenus decidit.
659 Pupillus proprie non est intestatus secundum authoris opi. & quare.
660 Intestatus etiam dicitur qui de facto impeditur.
661 Insolita non considerantur.
662 Pater potest testari pro eius filio impuberi.
663 Haereditas omnis defertur ex testamento, vel ab intestato. etiā in pupillo.
664 Debemus, verbum necessitatis est.
665 Pupillum non decedere intestatum respectu voluntatis, sed respectu effectus, quomodo sit intelligen.
666 Intestato pro haberi, & proprie, ac vere esse intestatum, idem est.
667 Clericus qui in seruitio Domini Papae, vel Episcopi abest, habetur pro praesenti. etiam ad ea, quae iure speciali conceduntur.
668 Dispositio loquens in casu vero, non trahitur ad fictum.
669 Fallit tamen vbi casus verus, & fictus simpliciter aequiparantur.
670 Et vbi militat eadem ratio.
671 Talem quem esse, vel haberi pro tali in his quae iuris sunt, nihil refert.
672 Pupillus dicitur mori sine liberis.
674 Substitutio iudicatur sicuti conuenit verbis, & personae.
675 Conditio debet. posse esse, & non esse, vt vere dicatur conditio.
676 Substitio, si filius meus impubes decesserit, quomodo veniat intelligenda.
677 C. si pater, de testam. in 6. declaratus.
678 Conditio, si decesserit sine liberis, an verificatur si impubes moriatur.
679 Correctio in dubio non praesumitur, nec diuersitas inter ius. ff. & C.
680 Testator non praesumitur velle grauare haeredem.
681 Substitutio substinetur in vim directae, vbi de testatoris mēte constat, licet verba sint communia.
682 Effectus spectatur, non modus, vbi conditio videtur necessaria ad effectum actus.
683 Cap. Raynut. de test. declaratur.
684 Compendiosa generalis vnica est conditio formaliter.
685 Conditio non diuiditur.
686 Compēdiosa facta impuberi per verba directa in certa re, vel portione, quomodo valeat.
687 L. cohaeredi §. fin. de vulga. quomodo loquatur, & infra numero 694. 701. 709. 710.
688 Quarta an dici possit res singularis.
689 Ratio generalis ampliat.
690 Substitutionem fuisse factam in re particulari certa, vel in portione bonorum, nullo dato consubstituto, an differat.
691 Institutus in re particulari, vel in quota, nullo alio cohaerede dato, succedit in totum, & efficitur vniuersalis haeres.
692 Substitutus directo impuberi, dicitur haeres etiam pupilli.
693 Substitutus pupillariter debet habere bona pupilli necessario, ac etiam testatoris.
695 Fideicommissum particulare potest verbis directis, & ciuilibus fieri.
696 Compendiosa continet pupillarem, vbi verba non repugnant.
697 L. quotiens. C. de haeredi. insti. intellectus & infra num. 713.
698 Ius accrescendi non habet locum, vbi datur haeres vniuersalis, & particularis.
699 Haeres particularis an sit loco legatarij, vbi datur haeres vniuersalis.
700 Testati, & intestati causa, simul concurrere non possunt.
702 L. 1. §. si ex fundo, de haeredi. insti. intelligentia.
703 Substitutus directo impuberi in re particulari, nullo dato alio consubstituto, succedit in totum.
704 Substitutio regulatur secundum institutionem.
705 Et secundum eam interpretari debet.
706 Nec non & declarari.
707 Substitutus directo impuberi in re particulari, vt nullo dato consubstituto in vniuersali, succedat in totum, verba substitutionis ad quem dirigenda sint.

Testa-

Filij in

963 *Filij in conditione positi, & vocati, possunt bona alienata vendicare. Et a quibus possint.*
964 *Et bona recognoscunt a testatore, non autem a patre.*
965 *Bona confiscari non possunt per delictum instituti, ad praeiudicium filiorum in conditione positorum, & vocatorum.*
966 *Confiscari non potest, quod non potest alienari.*
967 *Fideicommissum in dubio cui censeatur iniunctum, an filio instituto, vel filijs in conditione positis.*
968 *Fideicommissi materia, an, & quando substineatur.*
969 *Fideicommissum in dubio censetur ab hęrede relictum.*
970 *L. si seruus. §. Margaritam, de leg. 1. declaratio.*
971 *Grauatos in dubio non conseri honoratos, absurdum est.*
972 *Fictiones duae possunt simul concurrere, quando, vltima venit in antecedentiam prioris.*
973 *L. Codicillis, de vsufruc. lega. intelligentia.*
974 *Filius grauari non potest in legitima.*
975 *Filij filiorum, an grauari possint in legitima, & inf. nu. 977.*
976 *Haeres pupilli potest in legitima grauari licet pupillus nō possit, & quare.*
978 *Trebellianicae prohibitio non valet in filijs primi gradus.*
979 *Trebellianicae prohibitio censetur facta haeredi instituto, non autem filijs in conditione positis, & vocatis.*
980 *Actus, etiam nullus, declarat animam facientis.*
981 *Substitutio facta per verbum directum, & commune, quomodo resoluatur, & quid sub se contineat, & quando dicatur ita fieri.*
982 *Verba debent aliquid operari.*
983 *L. si quis seruo, de manum. testam. intellectus.*
984 *L. Recusare. §. Titius, ad Trebel. intelligentia.*
985 *Substituto, hoc participium sonat vulgarem substitutionem.*
986 *Participium praeteriti temporis, denotat actum fuisse perfectum.*
987 *L. fin. §. illud vers. illo iure. C. de codicil. declaratio.*
988 *Verba ambigua declarantur ex praecedentibus, vel sequentibus.*
989 *L. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. declaratio.*
990 *L. Sed, & si adijciatur. ff. pro socio. intelligentia.*
991 *Verba solent multiplicari in materia testamentaria, ad faciliorem dispositionis effectum.*
992 *Verbum vnum declarat aliud in vltimis voluntatibus.*
993 *Verbum commune, de per se importat directam substitutionem.*
994 *Species specificata, non comprehenditur sub genere.*
995 *Verbum, quod potest intelligi in praeteritum, & in futurum, declaratur ex adiuncto.*
996 *Volo, verbum hoc declaratur ex adiuncto.*
997 *Actio personalis stricti iuris assumit naturam rei vendica. cui fuit adiuncta.*
998 *Substituo, verbum, importat etiam directam.*
999 *Dispositiones duae sunt, vbi sunt duae orationes.*
1000 *Superfluum quicquam in iure esse non debet.*
1001 *Orationes, vbi plures sunt, omnes debent principaliter aliquid operari, licet vna declaret aliam.*
1002 *Indefinita legis quid operetur.*
1003 *Substitutus ex duabus substitutionibus, habet electionem ex qua vult admitti.*
1004 *L. si seruo meo Stichus, de leg. 1. inducitur.*
1005 *Hęres legitimus si instituatur in testamento, habet electionem repudiandi ex testamento, & adeundi ab intestato.*
1006 *Remedia plura vbi competunt alicui eodem tempore, is semper potest, eligere quale vult.*
1007 *Debitoris electio est, quando plures habet in obligatione.*
1008 *Expressio eius, quod tacite inest, operatur, in materia substitutionis & infra num. 1028.*
1009 *Substitutio compendiosa resoluitur in duabus substitutionibus, etiam si verbum directum, & ciuile, iungatur cum verbo obliquo, & amplia. vt hum. 1013.*
1010 *L. pen. de vent. inspi. declaratur.*
1011 *Substitutio in dubio, intelligitur de directa vulgari.*
1012 *Pupillaris substitutio dicitur institno, & quare.*
1014 *Substitutio per verba directa propria est, & large est directa, facta per verbum commune.*
1015 *Substitutio facta verbis directis, & communibus, vel obliquis resoluitur in duab. substitutionibus, siue fiat separatis capitulis, siue in vnica verborum conceptione.*
1016 *Apostolus, instanter, ac saepius vnico contextu peti, sufficit.*
1017 *Actus plures simultanei, habentur pro vnico declara tamen, vt numero 1023.*
1018 *Confessio vnica dicitur, non plures, quae fit vno instanti.*
1019 *Appellatio vnica dicitur, licet quis pluries vno tempore appellauerit.*
1020 *Iniuria vnica dicitur, & si eodem instanti pluries repetantur verba iniuriosa. dic tamen, vt nu. 1022. 1023.*
1021 *Patientia geminata eodem tempore, habetur pro simplici,*
1022 *Iniuriae duae sunt, vbi sunt duae orationes.*
1023 *Actus vbi sunt differentes, non exigunt temporis interuallum.*
1024 *Temporis interuallum interueniat nec ne, nihil interest, vbi agitur de voluntatis declaratione, secus de praeiudicio tertij.*
1025 *Verba scripturae, praesumuntur serio, & deliberate apposita.*
1026 *Substitutio facta per verbum commune, iuncta clausula, vulgariter, pupillariter & per fideicommissum, an sit vnica, vel resoluatur in pluribus, & substitutus habeat electionem*
1027 *Deci. in l. precibus. nu. 20. C. de impub. reprehensus.*
1029 *Clausula executiuae non alterant dispositionem.*
1030 *Instituo, verbum commune est.*
1031 *Substituo, quando determinetur tale verbum, ex subsequentibus verbis.*
1032 *Relinquo, est verbum commune.*
1033 *Et recipit determinationem ex adiuncto.*
1034 *Verbum directum in substitutione appositum, an possit stare dispositiue, & demonstratiue.*
1035 *Verba in dubio, stant demonstratiue.*
1037 *Verba sunt accipienda in potentiori significatu.*
1038 *Demonstratum semel, non eget alia demonstratione.*
1039 *L. si. §. Titia, de libe. lega. declaratio.*
1040 *Verbum, dubium, declaratur, ex alio verbo vicino.*
1041 *L. cohaeredi. §. cum filia, de vulga. declaratur.*
1042 *Verbum commune, adiectum certa portioni, an trahatur ad institutionem, vbi alius vniuersalis haeres esset in testamento.*
1043 *Substituti si sint duo, vnus simpliciter verbis directis ciuilibus, alius verbo communi in certa portione, quomodo capient.*
1044 *Substitutus simpliciter per verbum commune vniuersaliter instituo, succedet per fideicommissum.*
1045 *Substitutus per verbum commune, quando censeatur vocatus per fideicommissum, & author distinguit nonnullos casus.*
1046 *Substitutus in re particulari verbo communi, censetur vocatus ad illam rem, quae censetur detracta de generali substitutione, vbi alius est vniuersalis substitutus verbis directis, & ciuilibus.*
1047 *Substitutus verbis communibus in residuo haereditatis, cum alius reperiatur in directis, in certa portione, dicitur directo substitutus in dicto residuo, & quare.*
1048 *Substitutus in certa portione, quando sit loco legatarij.*
1049 *Substituti duo in re certa, vnus verbis directis ciuilibus, alius communibus, quomodo succedent.*
1050 *Verbum commune adiectum rei certę, nunquam trahitur ad totum.*
1051 *Substitutus si sit vnus in certa portione verbis directis, & ciuilibus, & alius in alia portione per verba mere obliqua, quomodo succedent.*
1052 *Verba directa simpliciter, quomodo parum differant a communibus*
1053 *Verbum directum non differt ab obliquo vbi ad rem particularem refertur, vel ad quotam portionem.*
1054 *Verborum directorum, communium, & obliquorum, differentia.*
1055 *Substitutiones omnes sunt obliquae, si vnus substituatur in certa parte verbo communi, & alius in alia verbo obliquo.*
1056 *Verbum commune quando trahatur ad directum.*
1057 *Verbis directis, & ciuilibus residuum bonorum accrescit.*
1058 *Substitutio vna, aliam declarat.*
1059 *Substituti vbi sunt plures in quotas haereditarias, ita, vt tota haereditas sit diuisa, omnes sunt haeredes directo.*
1060 *L. 1. §. Diuus de haeredi. insti. intelligentia.*

MAXIMO DEO AVCTORE.

LEx Centurio, est famosa, vtilis, & pulchra, vt hic per Barto. & sua vtilitas non eget comendatione, ipsa enim se ostendit, vt in simili ait l. 1. supra de resti. in integ.
1 Premitto † paganum filio puberi, qui haereditatem adierit, directo substituere non posse, sed duntaxat per obliquum. §. fi. insti. de pup. notatur in l. proxima praecedenti, in l. cohaered. §. cum filiae infra eo. Ratio multiplex assignatur hic per Galaul. Rip. & Alcia. in prin. communior est Bart. in l. 1. col. antep. e
2 C. de sacrosl. eccle. † cum enim iura directa fuerint affixa ossibus haeredis, ab eo non potuerunt seiungi. l. 3. cum gloss. supra pro soci. l. quis ergo casus, supra de pecul. igitur substituto applicari non potuerunt l. si, vt certo. §. si duobus vehiculum supra, cōmodato l. quod contra. §. vni duo pro solidum, de reg. iur. sed periculosa est ista ratio, quoniam pupillus adeundo fit hęres directo, & tamen si in pupillari ętate decedat, substitutus directo admittitur. Vel dicas hanc esse solemnitatem introductam ad rigorem iuris conseruandum, iuxta id, quod dixit Bar. in l. si fideiussor. §. quaedam, supra manda. vbi loquitur de apicibus iuris, & probatur per text. quem ibi citat in l. actio
3 negociorum gestorum, supra de neg. gest. † Quae solemnitas rigorosa militi est remissa Bar. l. 1. l. neq; l. Diuus, infra de mil. test. in l. milites. C. de testa. mil. & in extrauag. ad repri. in verbo figura. Aret. in §. plane num. 3. ver. & pręducta, insti. de mil. testa. attingam etiam in fictione casus, vbi adducam l. haeredi-
4 tate. §. 1. de cast. pecul. Praemitto etiam † ex directa substitutione propria authoritate substitutum capere omnia absq; vlla diminutione Bar. l. 2. sup. eo. Alber. in rub. sup. eo. nu. 1. Maria. hic nu. 107. Bal. cons. 80. lib. 1. Cuma. cons. 16. Fulg. cs. 63. Alex. 45. lib. 1. & 12. lib. 3. Ratio esse potest, quia, cum directo substi-
5 tutus sit secundus hęres, † cum substitutus sit a. vel conditio-
6 nalis institutio, vt supra in rub. † tanquam hęres haereditatem

solo animo acquirit, §. fi. insti. de hære. qual. & diff. late Bar. & cæ-
7 teri in l. gerit, inf. de acquir. hære. † & cum solo animo sit effe-
ctus hæreditatis dominus, non est mirum, si postea res ipsas hæ-
reditarias authoritate propria accipere possit l. cum hæredes, in
princ. inf. de acquir. pos. ita declarat Alber. in d. rub. supra eod.
8 nu. 1. Ex † obliqua vero substitutus capit de manu alterius l. fa-
cta l. restituta infra ad Trebel. §. restituta, insti. de fideicom. hæ-
re. & intelligo id esse verũ, quãdo est facta verbis omnino obli-
quis, secus si essent directa non tamen ciuilia, vt infra per Bart.
9 3. quæst. primæ. q. principalis. † & hæres grauatus potest Trebel
lianicam deducere §. sed quia insti. de fideicom. hære. Bar. l. co-
10 hæredi. §. cum filiæ, vers. quod si hæredem infra eo. † Et Treb.
11 incipit deberi restitutionis tempore, † debetur que ex onere re
stitutionis, d. §. sed quia Bar. & alij in l. quamquam. C. ad l. Falc.
12 Alexand. consi. 35. lib. 2. † cum sibi debeatur si voluntarie adeat
& restituat l. quia poterat, infra ad Trebe. Quod est maximi ef-
13 fectus, vt ostendi in consi. 89. maxime num. 25. cum seq. † Et ita
substitutio directa est vtilior substituto, quam indirecta glo. vl-
tima l. præcibus. C. e. Castrens. & cæteri hic. Diuiditur hic tex.
secundum Bart. in 2. partes in prima loquitur de filio infra pu-
pillarem ætatem decedente, in secũda de decedente iam facto
pubere. Vel diuiditur in 2. in prima ponitur quæstio in secunda
solutio, secunda ibi, infra 14 ann. Item secunda subdiuiditur, vt
hic per Imol. & Alex. secunda ibi, post eam autem ætatem. Sub-
stitutio compẽdiosa a milite facta filio impuberi intra tempus
pubertatis trahitur ad omnia bona patris, ac filij iure commu-
ni, postea vero ad bona patris tantum cum fructibus in hæredi-
tate inuentis ex priuilegio militis. hoc dicit in summa secundũ
Bar. Casus in prima parte, ita fingi potest. Centurio in militia si
bi testamentum faciens filio impuberi instituto hæredi inf. 25.
ætatis suæ annũ sine liberis decedenti, directo substituit in hũc
modũ, talis ei sit heres, vt hic per glossam. Euenit, quod filius
in pupillari ętate decessit, inquit tex. quod substitutus iure com
muni etiam bona filij capiet. Prima tamen fronte oppositum
14 videbatur. Et præmitto † in hac materia substitutionis testato
ris voluntatem pręualere l. iam hoc iure, prope fi. infra eod. l. in
testamento, prima, in fi. C. de testam. mil. & l. quamuis. C. de im
pub. cum simi. Ne igitur miles in vna eademque substõne dif-
15 formẽ censeatur habuisse voluntatem † contra regulam d. l. iã
hoc iure, & d. l. quis l. si legatarius §. fi. de leg. 3. & l. vltime, vbi ẽt
Bar. in vtroq; loco C. de test. & interlocutum in l. queãdmodũ
in secunda parte tex. substitutus admittitur dũtaxat ad bona pa
tris, idem videbatur, etiam in prima parte. Secunda dubitandi
ratio esse potuit, quia, cum substitu fiet filio decedenti absq; li-
16 beris, † videbatur fecisse substõnem eo tpe, quo posset habere
liberos, & sic fecisse fideicõmissariam, gl. in d. l. præcibus, in ver
17 bo, fideicommissi, post mediũ C. eo. † in qua fideicõmissaria nõ
continentur bona filij l. cohęredi. §. cum filiæ, inf. eo. l. ex facto,
in princ. inf. ad Treb. Tertia & vltima dubitãdi ratio esse potuit
18 † quoniam miles non vĩ priuilegiatus in bonis filij, sed suis tñ
l. impuberi in fi. supra de adm. tut. l. milites. in inf. de mil. test. &
propriæ in substõne quod non possit subst. facere hæredi suo, ni
si in bonis, quę ab eo ad herẽdem peruenere l. miles ita hęredẽ
§. exhæredato l. miles etiam his, ff. de mil. testa. Sed his non ob-
stantibus deciditur valere substõnem iure cõi in bonis, etiam
19 filij. Ratio decidendi † quia secundum omnes, hæc substõ est
compendiosa, patet ex liberorum mentione, quæ tractum tpis
20 significat † quibus inducitur compendiosa Bar. [illegible] col. 8. alias
11. num. 12. versic. 2. oppono Castren. num. 2. Maria. num. 83.
Dec. consi. 572. in eam proposito, col. 1. & Cran. consi. 62 nu-
21 me. 3. & e [illegible] no [illegible] l. proxima præcedenti † idem
ex [illegible] quæ etiam denotant compendiosam Al [illegible]
22 l. verbis [illegible] numero 6. supra eodem. At † compendiosa
vsque ad pubertatem, post aditam, retoinitur in pupillarem, vt
habetur in d. l. præcibus, & tradit Bart. in l. hæredes [illegible] §. cum
23 ita, prop [illegible] infra ad Trebell. & [illegible] in sub † Ex pupil-
lari a item, [illegible] haud [illegible] succedit in bona patris, ac
pupil. [illegible] princ. supra eodem. §. igitur insti. de pu-
24 pil. † cum dicatur testamentum [illegible] hereditatum [illegible] &
25 l. Papinianus, [illegible] impuberis, de inoffic. test. † Et vbi actus
personę etiam [illegible] subsistere iure communi [illegible]
interpretatio, [illegible] valeat l. qua [illegible] tamen [illegible] pri
26 ma C. de testam. [illegible] † quia in subsidium [illegible] priuilegia sit re-
currendum arg. [illegible] l. [illegible] Imperatores, infra de [illegible]
27 mi. credi. [illegible] recurritur, vbi actus secundũ
veritatem valere potest Bartol. l. [illegible] pro emptore, infra de
vsucap. vbi [illegible] in [illegible] & inf. si maritus §. le
28 gis infra ad l. Iul. de adult. † Nec [illegible] priuilegio restitu
tionis in integrum, [illegible] iure communi [illegible] potest l. in
causæ, secund. [illegible] de [illegible] C. de [illegible] do [illegible] fa-
cit l. quædam, in prin. sup. [illegible] eodem & l. si quis [illegible] de dam.
inf. Quare cum vsq; ad pubertatem [illegible] directo & communi
29 ic [illegible] substitutio valere [illegible] Centu
rio eo modo cẽsetur voluisse [illegible] quamquã [illegible] ff.

30 num. 23. † Fortior. n. est dispositio facta iure communi, quam
militari l. eius militis §. si militia missus, infra de mil. testa. cum
multis relatis per Iai. hic 4. not. & per Ripam nu. 25. & in l. fi-
liusfam. §. diui nu. 82. de leg. 1. & alias rationes refert Alc. tract.
de præsumpt. regula 3. præsump. 36. Non obstat prima, dubitã-
31 di ratio, † nam hic in secũda parte tex. seruatur priuilegium ex
necessitate, quia substitutio post pubertatẽ iure directo facta,
aliter valere non potest, ideo ne corruat, Centurio censetur
vsus suo priuilegio, iuxta l. 3. infra de mil. testa. cum multis ad-
meo Stichus in test. legatus sit, & mihi quoq; sit relictus in co-
dicillis, habeo electionem illum repudiare ex persona serui, &
ex mea acceptare. Nec dicatur ibi, locum esse nõ posse succes-
siuis tẽporibus, quia respondeo, ꝙ neq; hic, cum. n. fideicõmis-
saria sit facta eodem tpe, quo directa, rationem non video qua
re debeat censeri collata in tps pubertatis. Et si dixeris hæc est
natura compendiosę, respondeo compendiosam esse alteratã,
ex quo duæ sunt specificatæ substitutiones, & compẽdiosa for-
maliter vnica est, vt supra satis abunde diximus, vt ẽt vr̃ sentire
egregius D. Leon. d. tract. subst. t. de compẽdiosa, nu. 22. quẽ
nouissime vidi. Secundo quod substitutus habeat electionem,
1005 probo per tex. in l. nec is, . 1. de acquir. hær. † quo loci si legiti-
mus hæres in test. instituatur, habet electionem repudiandi ex
test. & adeundi ab intestato, nec cogitur adire, & succedere ex
test. pariter nec hic substitutus debet cogi succedere ex directa
magis, quam obliqua, idem in l. illud eo. tit. & ratio præmisso-
1006 rum est, † quia vbicunq; alicui competunt eodem tẽpore plu-
ra remedia, semper is habet electionem, est de hoc text. in l. cũ
filius §. varijs, de leg. & in l. quod in hæredem §. eligere, de tri-
1007 bu. † sicuti electio debitoris est, quando plures res sunt in obli-
gatione, l. plerũque, in fi. de iure do. l. quod autem §. si maritus,
de don. inter vir. & vxor. c. in alternatiuis, de reg. iur. in 6. & ita
declarat Bar. l. vbi pactum, col. 3. C. de transact. in l. 1. col. secun-
da ad fi. de act. empt. Cast. l. secunda, ad fin. C. vbi in rem actio.
Ad contraria. Ego considero illa esse talia, quæ indigent decla-
ratione, ideo verbum subsequens stare potest declaratiue, vt in
proposito satis in iure constat, quòd verbum, substituo, impor-
tat directam vsq; ad pubertatem, & postea obliquam, & hoc
secundum communem sententiam, & quo ad vltimum, clare
1008 constat † in hac materia, expressionem eius, ꝙ tacite inest, ope
rari, gl. communiter approbata d. l. præcibus, in verbo, fideicõ-
missi, in fi. & esse communem dicit Alex. hic nu. 66. & in fi. Ri-
pa, nu. 61. & 76. si enim exprimantur illa tempora, quæ insunt
in cõpendiosa, expressio operatur, vt amplius non dicatur cõ-
pendiosa, sed duæ dicantur substitutiones. Ampliatur hęc con
1009 clusio secundum Ripam, † vt procedat etiam si verbum dire-
ctum, ac ciuile iungatur cum verbo obliquo, allegat. l. pen. de
1010 vent. inspic. † Qui text. non loquitur de verbo obliquo, sed de
communi, dicitur enim ibi, qui ventri substitutus est, vel insti-
tutus, si ventrem seruare velit audiẽdus est, quapropter magis
tex. ipse conuenit conclusioni, quam ampliationi, & ita fuit al-
legatus hic in qõ. quando testator instituit, ac substituit. Sed
ego præter responsiones traditas per Ripam sup. versi. moue-
tur etiam Bar. dico tex. illũ loqui de duplici substõne, directa,
1011 dum dixit substitutus, quia intelligitur de directa vulgari l. re-
cusare §. Titius inf. ad Trebell. l. iam hoc iure, sup. eo. l. Gallus,
§. 1. de libe. & posth. & ibi notatur, dum postea subiunxit, insti-
1012 tutus, † intelligitur de pupillari, qua substitutus dicitur institu-
tus pupillo, cuius est hæres §. 1. inst. de pupill. l. Papinianus §. sed
nec impuberis, sup. de inoffi. test. & tradidit Reuerendissimus
Paul. Leon. in suo tracta. subst. in materia pupill. nu. 212. Vera
tamen est ampliatio, probatur hoc modo, namque si procedit,
vbi fit per verbum commune, substituo, quod impropriari de
bet, vt solum importet obliquam, vt supra dixit Bar. in conclu-
sione, quanto magis, vbi esset appositum verbum obliquum,
quo casu absque vlla verbi improp riatione inducitur obliqua?
1013 & est tex. in d. §. Titius. Ampliatur secundo † etiam si verbo cõ
muni iungatur obliquum, vt si dixerit, volo bona mea deueni-
re ad Titium iure substitutionis, & fideicommissi, ita Bar. hic,
& citat dictum §. Titius, cui potest responderi, quod nõ loqua
tur de verbo communi, sed d. recto, at idem in communi, quia
commune restringitur d. l. doli clausula. Adde rubricam. C. de
instit. & substit. ac restitutio, cum. n. dixerit iure substitutionis,
1014 haud dubie intelligitur de directa, † quæ est substitutio pro-
prie, licet large videatur verbum commune, vt voluit Bar. hic,
& vt supra in rubr. diximus, & cum adiunxerit, & fideicõmis-
si, remanent duæ specificatæ, ergo & c. glo. d. l. præcibus, in ver-
1015 bo, fideicommissi. Ampliatur tertio secundũ Ripam, † vt con-
clusio procedat siue substitutiones factæ sint separatis capitu-
lis, siue vnica verborum conceptione, sed hæc magis est am-
pliatio l. recusare §. Titius, ad Trebell. quam sit conclusionis
nostrę. Aduerte, quia necessario semper sunt duæ orationes &
ambæ expressæ, vt exemplificat Bart. vel saltem vltima est sub-
intellecta, si enim dixerit testator talem substituo, & instituo,
vel hæredem facio, tũ subintelligitur, repetitum illud verbum, ta
lem, iuxta l. 1. §. si autem, sup. tit. 1. & in l. cum pater. §. cum im
perfecta, de leg. 2. & cum sint duæ orationes, & sic duæ substi-
tutiones, non video quid intersit, nũ capitula sint, vel non sint,
1016 separata, facit clem. quamuis, de appell. † vbi sufficit vnico con
text. apostolos instanter, & sæpius implorari. In oppositum ta-
1017 men videtur, † quia plures actus simultanei habentur pro vno
gl. & Bart. l. 4. alias, si conuenerit supra de pig. act. Alex. l. de pu-
pillo, §. si quis ipsi prætori. nu. 6. de ope. nou. nunt. est enim sępe
loqui, non sępe disponere, vt per eos, per tex. l. Mæuius §. cum
qui, de leg. 2. Ias. l. plane §. si eadem resp. primo notabili, de le-
1018 gat. primo & propterea † dicitur, vna confessio, nõ plures quę
fiunt in vno instanti Bal. in proęmio C. in princ. col. fi. vers. vlte
1019 rius procedo, † dicitur etiam vnica appellatio licet quis pluries
appellauerit eodem tempore, c. sua nobis, vbi gl. fi. extra de ap-
1020 pella. † & si eodem instanti repetantur verba iniuriosa, vnica
est iniuria, secus si per interuallum temporis Bar. consil. 108. in
quæst. vertente, & in l. item apud Labeonem § ait prætor, inf.
de iniur. Fely. c. quoniam, vltimo, nu. 3. de offi. deleg. Accedat
1021 etiam † quod geminata patientia si fuerit eodem tempore,
habetur pro vna simplici Alex. l. 1. in prin. nu. 37. de verb. oblig.
Sed descẽdẽdo ad ampliationẽ, pro ea adduco, ꝙ inquit Ange.
tracta. de malefi. in gl. traditor, falsario, *tu me hai adulterato la mia*
1022 *donna*, vbi asserit duas esse iniurias, cum duæ sint orationes, vt
per eũ in vers. & bene aduertas, ita ergo ẽt hic sunt duæ substõ
nes, comprobatur ex his quæ dixit Ripa in l. 1. in princ. nu. 19.
1023 vers. 4. amplia, de verb. oblig. † vbi quando actus sunt differen-
tes, non exigunt temporis interuallum, hic substitutiones sunt
differentes ergo. Quibus extat responsio ad cõtraria, quia pro-
cedũt in actu, vel verbis indifferentibus, si. n. dicat solue, solue,
solue, quia verba sunt eadem, habetur pro vnica interpellatio-
ne, ita Barto. post glo. dicta l. si conuenerit, & hoc modo etiam
intelligitur, quod ipsemet Bartol. dixit in dict. consilio 108. &

d. §. ait prætor, secus quando tendunt ad diuersos effectus,
quia dicuntur plures iniunx, & si in eadem oratione verba
fuerint prolata, vt per eundem Bar. in supradictis locis, & tra-
1024 dit Ang. de malefic. in loco supracitato. Secũdo dico, † quod
vbi de voluntatis declaratione tractatur, nihil interest, an tem-
poris interuallum interuenit, nec ne; secus vbi agitur de præiu-
dicio tertij, ita Dec. l. pẽn. nume. 4. & l. legem. nu. 15. C. de pact.
vbi respondet ad gl. d. l. si conuenerit, nempe, ibi agi de præiu-
dicio tertij, hic autem agitur de declaranda testatoris volunta-
te, ergo &c. Vel contraria procedunt in actu, qui consistit in
1025 solis verbis, secus si reducatur ad scripturã, † in qua non cen-
sentur verba apposita ex transcursu, seu lapsu linguæ, sed de li-
bertate & serio, ita Felyn. cap. si cautio, col. 11. de fid. instrum.
1026 Ampliatur quarto, vt procedat & si solum ponatur verbum
commune iuncta clausula vulgariter, pupillariter, & per fi-
deicommissum, ita Bar. hic & in l. recusare. §. Titius, ad Treb.
in l. si Titio fundus, de vsufr. lega. & est cõmunis, vt per Alex.
hic, & in dicto. §. Titius, vbi multos refert sequentes Bar. Cõ-
trarium autem voluerunt Cyn. Imol. & Cuma. de quib. per d.
Alexan. in locis mox citatis. mouebatur nonnullis rationibus,
quibus respondet Alex. ipse, & Dec. in d. l. precibus. nu. 20. ita
cõcordat opi. aut loquimur de diuersis substitutionibus, quia
distincte dixerit testator, qđ substituebat vulgariter, & per fi-
deicommissum, & hoc casu loquitur. §. Titius, & est vera opin.
Bart. aut loquimur de compendiosa, & tunc sit vera contraria
sententia, quia illa clausula, uulgariter, pupillariter, & per fidei-
commissum, exprimit, quod tacite inest, & nihil operatur, vt
1027 per eum. † Quam conciliationem non puto tutam, quoniam
illud dubitabile arbitror, quod in hac materia nõ operetur ex-
1028 pressio eius, quod tacite videbatur inesse † quia imo operatur,
vt supra dixi adducendo gl. communiter approbatam in l. præ
cibus, in verbo fideicommissi, in fi. C. eod. Cogita ergo si opi-
niones concordari possent, eo modo distinguendo, quo in si-
mili distinxerit Socin. consil. 53. num. 3. libro primo, & Decius
consi. 500. nume. 10. Vt dicamus, aut in ipso actu substituit omis
dicit testator, quod substituebat vulgariter, pupillariter, & per
fideicommissum, & tunc substitutus habet electionem, quia
copulatiua testator omnes induxit substitutiones, sed hic non
est casus, Barto. qui loquitur, quando facta substitutione dixit,
volens dictã substitutionem valere vulgariter, pupillariter, &c.
Idem tamen dico, & si statim, & continuatiue in loco substã-
tiali apponantur verba ipsa, secus inter clausulas executiuas,
1029 † quæ non alterãt, cle. 1. de præben. ita Alex. d. l. quæ dotis, col.
4. sallentia 7. soluto matri. Ampliatur quinto, si testator dixerit,
si filius meus decesserit sine liberis Titium instituo, & substi-
1030 tuo, † cum enim verbum, instituo, sit directum l. 1. in prin. s. tit.
primo. l. 1. in prin. s. titu. nostro. & l. pater filio eodem titu. valet
vtroque iure, citat Bar. d. l. 1 en l. de vent. inspicien. de qua sup.
sequitur Ruy. consil. 184. nume. 15. libro. 2. vbi ait ita omnes te-
nere. Limitat Alexan. hic, non procedere, quando diceret sub-
1031 stituo heredem, † quia tũc verbum substituo, determinaretur
ex verbis subsequentibus, idem Alex. d. l. iam hoc iure, num. 3.
Socin. consil. 144. nu. 3. versi. secus forte. lib. 1. Adde, quod idem
☞ dicatur de verbo, relinquo, † quod est commune, vt inter cæte-
1032 ros, per Ias. hic, sup. col. 8, versic. adde consilium, sub nume. 61.
1033 62. † & recipit determinationem ex adiuncto, gl. l. his verbis, in
prin. sup. titu. primo Alex. rubrica. soluto matrimo. colum. pe-
nultima. & in rubr. de lega. columna secunda. versicu. si autem
Aretin. §. plane, ad fin. institu. de testa. mil. Iason. l. 1. §. si quis ita,
columna secunda versi. confirmo. de verbo. oblig. & ibi Alciat.
nume. 11. versic. aduerte, & plenius Alexan. consil. 17. columna
penultima. versi. postremo. libro tertio. Adde Angel. dicto tra-
cta. de malefic. vbi vult ex illis verbis, traditore, falsario, vnum
determinare aliud, & vnicã esse intuitam. Quærit subinde Bart.
1034 † quid si verbum directum in substitutione appositum, põt sta
re dispositiue, & demonstratiue, vt si testator dixerit, si talis fi-
lius meus decesserit sine filijs, substituo Titium infrascriptum
meum hæredem, & illum postea scripserit hæredem? & cõclu-
dit verbum hæredem stare demonstratiue, & esse perinde, ac si
simpliciter substituisset ipsum Titium, & cum Bart. transeunt
1035 omnes, vt refert. Ripa. hic nume. 171. Primo † quia verba in du-
bio stant demonstratiue l. fin. §. Titia, de lib. lega. Secundo, quia
1036 secũdum Ripam, † verbũ, infrascriptum, facit demonstrationẽ
Bar. l. qui liberis. §. hæc verba. hoc titulo nostro. & adde Alexã.
consil. 1. columna tertia versicul. confirmatur ex his. libro. 1. vbi
citat Bartol. hic. Sed contra hanc communem, adduco aliam
communem per illum tex. in l. cohæredi. §. cum filio. infra eod.
vbi si testator dixerit, si filius meus impubes decesserit, volo bo-
na mea peruenire ad talem, illud verbum, impubes, potest intel
ligi demonstratiue, scilicet qui nũc est impubes decesserit, sup-
plendo, quandocunque potest etiam intelligi dispositiue, nem-
pe si decesserit impubes, & licet gloss. ibi, in verbo, impubes, vi-
deatur accipere demonstratiue, tamen Bar. Castrensis. Alex. &
cæteri accipiũt dispositiue, adeo, vt necessarium sit, filium mo-

ri in pupillari ætate, vt ea fideicommissaria substitutio sortia-
1037 tur effectum. Secundo quia † verba accipienda sunt in poten-
tiori significatu. l. 1. §. qui in perpetuũ, si ager vect. vel emphy.
pet. & l. 1. §. biduum, quando appel. sit. Sed potentior significa
tus est, quod disponant, non demonstrent, maxime cum demon-
stratio hic non videretur necessaria, ex quo satis persona de-
1038 monstrata venit ex illis verbis, Titium infrascriptum, † & se-
mel demonstratum alia non eget demonstratione. l. 1. in fi. de
1039 dot. præleg. Et ad dictum. §. Titia. posset responderi † quod ibi
verba sunt clara cum dixerit, ab eo, non autem ab eis, sicut in
simili respondet Bar. l. fi. col. 1. infra ad Trebellia. Nec ob. ver-
bum, infrascriptum, quia licet sit demonstratiuum, & refera-
tur ad Titium, non propterea sequitur quod ita etiam intelli-
gatur, verbum, hæredem. Ego autem distinguerem, aut dixit,
☞ substituo heredem Titium infrascriptum, & tunc non esset ve-
ra opinio cõis, aut substituo Titium meũ hæredem infrascriptũ,
1040 & sit vera, rõ est, † quia ex verbo vicino declaratur verbũ, hæ-
redem, l. heredes palam. §. sed & si notam, supra de testa. vnde
quando verbum, hæredem, iungitur verbo, Titium, quod absque
dubio stat demonstratiue, assumit eius nãm, alias secus. Et ad
1041 cõem de qua in d. § cum filiæ, † põt respõderi, quod ibi cõstat de
mẽte, primo quia subinde eidem facto puberi substituit, quib.
arguitur, quod eo omisso secus fuisset, & sic in primo casu im-
pubes stetisset demonstratiue, item, & quia, vt ibi per Castrẽs.
verba sunt conditionalia, quæ non suspenderent, si disponerẽt,
vt per eum nu. 10. Postremo quærit Bart. quid si verba diuersa
referantur ad personas diuersas? hanc. q. Bar. dicit esse terribilẽ
1042 vt eius verbis vtar. pro cuius intelligentia præmittit, † quod ver-
bũ commune adiectum certę portioni, non trahitur ad institu-
tionem, vbi alius esset vniuersalis hæres in testamento alias se-
☞ cus, voluit dicere, quod vbi neutrum interuenit, quod scilicet ali-
quis non sit hæres vniuersalis, & verbum communem non re-
feratur ad rem particularem, sed vniuersalem, tũc trahitur ad
institutionem, vt notatur in l. his verbis. in prin. sup. tit. 1. & in §.
si vero nullus, in auth. de hære. & Fal. vbi gl. relictis, quibus præ-
missis, distinguit, vt per eum, ex cuius dictis prima sit cõclusio,
1043 † quod vbi vnus est substitutus simpliciter verbis directis, & ciuili-
bus, alius vero, communibus, in certa portione, tunc substitu-
tus in certa portione per verbum cõe, iure fideicõmissi capiet
de manu hæredis sibi dictam suam portionem, reliquum vero
sua propria authoritate accipiet substitutus directo simpliciter
& ita omnes concludunt. Ratio huius conclusionis est, quam
assignat Barto. hic in præmissis, quia verbum commune, adie-
ctum certæ portioni, non trahitur ad directum, vbi alius dire-
cto est vocatus vniuersaliter gl. d. l. his verbis, item quando alius non
est vocatus verbis directis, & ciuilibus. Sed aduerte primo quod
☞ Bar. frustra videtur fecisse mentionem de portione, cum idem
sit, quando, vno vniuersali hærede existente, alium substituis-
1044 set simpliciter, & vniuersaliter per verbum commune, † quia
etiam tunc substitutus per verbum commune succederet solũ
per fideicommissum, vt inquit gl. in d. l. his verbis. Pro solutio-
1045 ne † distingue quatuor casus. Primus est, quando, solus reperi
tur primus hæres, & alius eodem tempore vocatus per verbũ
commune, & tunc vel sit vocatus ad totum, vt in d. gl. l. his ver-
bis, vel ad partem, seu portionem. l. cum autem, de leg. secũdo
vel ad rem particularem. l. secunda. C. communia de lega. sem
per est vocatus per fideicommissum, sed iste non est casus no-
ster. Secundus casus est quando post primum hæredem, alius
est substitutus verbo communi in portione vniuersali, vel par-
ticulari, & simpliciter substitutus erit vocatus per fideicõ. quod
alius extitit hæres vniuersalis, scilicet primus, & eius hæres, id-
circo verbum commune non potest importare directam, iste
est casus, quem posuit Bar. in præcedenti col. nu. 36. ver. quarto
vlterius quid si hæc substit. quæ ratio Bar. non videtur tuta, cũ
hæres vniuersalis sit in diuerso gradu. iux. Bal. l. cohęred. § fina.
primo not. infra. eodem Tutior ergo videtur alia ratio, nempe
quia vocatus iure communi, non est vocatus vniuersalite, ideo
verbum commune non potest trahi ad institutionem directã,
vt sup. At nec iste est casus noster, cum substitutiones non sint
plurium, sed vnius tantum. Tertius casus est, quãdo alium sub-
stituit verbis directis, & ciuilibus simpliciter, alium vero substi-
tuit verbis communibus in re, vel portione particulari, & hoc
1046 casu † vocatus verbis communibus, censetur vocatus ad rem,
vel portionem, quæ censetur detracta de generali substitutio-
ne facta verbis directis arg. l. vxorem. §. felicissimo, de leg. 3. &
cap. generi, de reg. iur. in sexto. & venit per fideicommissum, cũ
verbum commune non referatur ad bona vniuersa, vt supra, &
iste casus a Bartol. hic traditus. Vltimus est casus, quando sub-
stitutus est vnus verbis directis, ac ciuilibus, & alius verbis com-
munibus, & ambo sunt substituti simpliciter, tunc vocatus ver
bo communi, succedit per fideicommissum, quia uerbum
commune ad directam trahi non potest cum alius uniuersali-
ter reperiatur directo institutus gl. d. l. his uerbis, & tunc face
rent sibi ipsis partem per concursum arg. tex. in §. si eadẽ res, in
stit. de

ſti.n de leg. oẽs in l. re coniunũi, de lega. 3. Secunda eſt conclu-
1047 ſio, † quando vnus eſt ſubſtitutus verbis directis in certa por-
tione, alius vero communibus in hæreditatis reſiduo, & tunc
ſubſtitutio facta communibus, pōt trahi ad directam qm̄ in d.
reſiduo nemo reperitur hæres inſtitutus, ergo & c. glo. d. l. his
verbis, & hoc in caſu ſubſtitutus in certa portione. erit tanquã
1048 legatarius ‡ iuxta l. quoties. C. de hæred. inſtit. ſecundum So-
1049 ci. Iuni. hic num. 320. Tertia eſt concluſio, † quòd vbi vnus
verbis directis, & ciuilibus in re certa eſt ſubſtitutus, alius vero
itidem in re certa verbis communibus, primus ſuccedit iure
directo, ſecundus autem obliquo. Ratio, ſecundum Ripã, eſt,
quia primo caſu ſubſtitutio directa trahitur ad totũ nullo da-
to ſubſtituto vniuerſali d. l. cohęredi. §. fi. & propterea ſubſti-
tutus per commune verbum, ſuccedit per fideicommiſſum
1050 † quia verbum commune additum rei certę, nunquam trahi-
tur ad totum l. cogi. §. generaliter infra ad Treb. & facit l. ſecũ-
da. C. communia de lega. & ſup. fuit concluſum. Quarta ſucce
1051 dit cõcluſio † quòd vbi vnus eſt ſubſtitutus in certa portione
verbis directis, & ciuilibus, non directis tm̄, quia, vt ait Bar. pa-
rũ differrẽt a cõmnnibus in propoſito, alius vero verbis mere
obliquis in alia portione, tunc ſubſtitutus verbis directis, & ci-
uilibus totum obtinebit d. l. cohæredi. §. fi. inſt. eod. alius vero
erit fideicommiſſarius in portione ſibi relicta; ita omnes tran-
ſeũt. Et aduerte dũ Bar. dixit, in hoc modicũ differre verba di-
1052 recta tm̄, a cõmunibus † ſenſit quatenus referuntur ad rem
particularem, vel certã portionem, vt dicebat Bart. Nam tunc
ſemper remanet legatum, vel fideicõmiſſum l. ſecunda. C. cõ-
1053 munia de leg. † imò vero nec differt directũ ab obliquo, vt ibi
& ſupra diximus, & tradit Ruy. conſ. 4. nu. 9. 13. lib. 3. & Pariſi.
1054 conſ. 74. nu. 58. lib. 3. ſed † vbicũq. verba ad bonorum vniuer-
ſitatem relationẽ habent, differunt directa, cõmunia, & obli-
qua, nam directa ſemper ſunt directa, & pubertatis ſuperue-
nientia euaneſcunt, vt in prima parte tex. noſtri. nec in hoc dif-
ferunt a directis, & ciuilibus l. verbis ciuilibus, ſupra. eod. Sed
communia obliquantur poſt ætatem pupillarem ſecundũ ma
gis cõem ſententiam, de qua ſup. & ſimiliter vbi mater eſt in
medio, & agitur de bonorũ vniuerſitate, differunt directa, &
communia, vt poſt Bar. ſup. fuit concluſum. Quinta concluſio
1055 eſt † quando vnus ſubſtituitur in certa parte verbo cõmuni,
& alius in alia verbo obliquo, & ſecũdum Bar. oẽs ſubſtitutio
1056 nes ſunt obliquę. Ratio eſt ſm illum † quia verbum commu-
ne non trahitur ad directum, niſi qñ refertur ad bonorum vni
uerſitatem, & alius non eſt hæres gl. d. l. his verbis. Tu aduerte,
quia, cum verbum cõmune habeat naturam directam vſq; ad
pubertatem, non videtur neceſſarium, quod trahatur ad dire-
1057 ctam: Sed intellige de directa & ciuili, † cui reſidua bona ac-
creſcunt l. 1. §. ex fundo, ſupra tit. 1. & d. l. cohæredi. §. fi. infr. eo.
ideo ſubſtitutio remanet obliqua, cum non conſequatur vni-
uerſa bona. quæ remanet apud hæredem grauati &c. Secun-
1058 da ratio eſt ſm Bart. † quia vna declarat aliã l. ſi ſeruus pluriũ.
in fi. de leg. primo. Mihi nõ placet. cũ verba ſint diuerſa, nec
cõmune ſit ambiguum vt ſup. in proxi. queſt. Tertia eſt ratio,
quia, cũ reliquerit fideicõmiſſum, nec grauauerit aliũ ſubſtitu
tũ, apparet voluiſſe grauare hæredẽ defuncti, igitur verbũ cõ-
mune non trahitur ad directam exiſtente alio hærede. Vi. eſt
1059 concluſio, † quãdo plures ſubſtituit in quotas hæreditarias di-
uidendo totam hęreditatem, & omnes intelliguntur hęredes
1060 directo l. 1. §. Diuus, ſupra tit. 1. † Aduerte, quod ille text. loquitur
de inſtitutionibus, in quibus agitur de fauore teſtamenti, qui
ceſſat in ſubſtitutionibus. Vnde dicas, quod verbum cõe relatũ ad
vniuerſitatem, vel quotam bonorũ, põt retinere naturam ſuã
directã vſque ad pubertatẽ, cui in propoſito nihil reſiſtit. &c.
Superuenerunt vacationes finita lectione die lunę. 27. Iunii.
1579. ideo longius nõ ſum progreſſus. Laus Deo Opt. Max. ac
Beatæ eius Virginis matri Marię. Finis.

Roberti Marantani Venuſini Iuriſc. Clariſſ. commentarius, ſeu Repetitio in l. Is poteſt. ff. de acquiren. hæred.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis & agnitio quomodo inter ſe differant. & nu. 3. & 5. & 10. & 49.*
2 *Aditionem hæreditatis in ſolo animo conſiſtere.*
4 *Agnitio bonorum poſſeſſionis quando transferat duntaxat iura vtilia in bonorum poſſeſſorem, & quando etiam iura directa.*
6 *Filius quo caſu poſſit hæreditatem adire ſine conſenſu patris.*
7 *Hæreditas profectitia quæ dicatur.*
8 *Aduentitium cenſeri quod filioſa. ab auo paterno relictum eſt.*
9 *Filiusfamilias quo caſu poſſit eſſe in iudicio ſine conſenſu patris.*
11 *Tempus agnoſcendæ bonorum poſſeſſionis eſſe vtile, nec currere ignoranti & impedito, tempus autem adeundæ hæreditatis eſſe continuum.*
12 *Hæreditatem infanti delatã qui poſſint adire, qui item bonorum poſſeſſionem illius nomine agnoſcere. & nu. 132.*
13 *Hæreditati ſe immiſcere qui proprie dicantur.*
14 *Repudiare hæreditatem & abſtinere ab hæreditate qui differunt.*
15 *Hæreditas vt poſſit adiri vel repudiari, neceſſe eſt vt ſit delata. atq; inibi quando dicatur hæreditas delata.*
16 *Hæreditatem repudiare is poteſt, qui & adire poteſt.*
17 *Hæreditas pro parte repudiari non poteſt.*
18 *Hæreditatis partem adeunti accreſcunt aliæ portiones etiam inuito. & numero 141.*
19 *Hæreditas adita non eſt amplius hæreditas, ſed efficitur patrimonium adeuntis.*
20 *Legatum non poſſe pro parte acceptari & pro parte repudiari.*
21 *Repudians partem hæreditatis an videatur repudiare totam hæreditatẽ.*
22 *Emphyteuſim an & quando poſsint retinere filij etiam repudiantes paternam hæreditatem, & in ea æqualiter ſuccedere quamuis ex diſparibus partibus ſint inſtituti.*
23 *Filia excluſa per ſtatutum a ſucceſsione patris extantibus maſculis an ſuccedat cum fratribus in emphyteuſi quam pater accepit pro ſe & filijs.*
24 *Maſculinum an concipiat fœmininum in contractibus. & nu. ſequenti.*
26 *Emphyteuſis. quam quis habet vt filius. an imputetur ei in quartam. & nu. 28. & 30. & 32.*
27 *Quarta quotuplex ſit.*
29 *Quartæ, quæ ex lege Falcidia aut Trebelliano Senatuſconſ. debetur, quæ imputari ſoleant.*
31 *Emphyteuſim quæſitam pro ſe & filijs ſuis poteſt pater vni ex filius donare vel prælegare in præiudicium aliorum filiorum.*
33 *Aduentitia eſſe, non autem profectitia. quæ ab auo paterno ſint quæſita.*
34 *Patronatus ius an retineri poſsit per filium repudiantem hæreditatem paternam.*
35 *Ius patronatus eccleſiæ tranſit cum vniuerſitate bonorum. & nu. 37.*
36 *Ius patronatus tranſit ad ſingulos hæredes inſolidum tametſi ſint inſtituti ex diſparibus partibus.*
38 *Ius patronatus eccleſiæ conceſſum alicui pro ſe & filijs ſuis, non adiecto hæredibus, tranſit ad filios, etiam ſi non ſint hæredes.*
39 *Primogenitus ſuccedens ſolus in feudo ex conſuetudine, ſuccedit etiam ſolus in iure patronatus, quod inhæret ei feudo.*
40 *Feudum ex pacto & prouidentia conceſſum an poſsit retineri per filium abſtinentem ab hæreditate paterna. atq; inibi quid ſit feudum ex pacto & prouidentia. & nu. 42.*
41 *Feudum quando cenſeatur eſſe hæreditarium.*
43 *Hæredis appellatione venit filius in materia feudali.*
44 *Verbum, poteſt, in oratione affirmatiua non ſignificare neceſsitatem, ſed potentiam ad arbitrium eius in cuius perſonam verba diriguntur, aliter atq; cum in oratione negatiua ponitur.*
45 *Hæreditatis aditio ex quibus actibus inducatur.*
47 *Voluntatem hominis verbis & facto declarari.*
48 *Hæreditatem adire cenſetur quis, cum dicit eam ſe adire vel agnoſcere.*
49 *Hæreditatis aditionem induci ex his verbis, volo adire, volo hæres eſſe.*
50 *Hæredem ſe eſſe dicens, cenſetur hoc ipſo adire hæreditatem. & nu. 52.*
52 *Teſtamentũ impugnans vt nullũ aut falſum, cenſetur hæreditatẽ adire.*
53 *Verbum, credo, eſſe aliquando veritatis expreſsiuum.*
54 *Hæreditatem non videri adire eum qui petit exhiberi ſibi rationes defuncti, vt deliberet.*
55 *Hæreditatem adire cenſetur, qui libellum ſuper petitione hæreditatis formari curat.*
56 *Hęreditatem adit, qui ius aliquod hæreditarium, vel rem hæreditariam alienat.*
57 *Dotem vxoris ſiue defunctæ retinens an hoc ipſo cenſeatur adire hæreditatem. & nu. 60.*
58 *Poſsidens res aliquas hæreditarias, an hoc ipſo præſumatur adiſſe hæreditatem. & nu. 60.*
59 *Filius poſsidens fundum emphyteuticum, a patre pro ſe & filijs acceptũ, non propterea cenſetur hæreditatem adire.*
61 *Filius inſtitutus hæres a patre quo caſu poſsit ſibi retinere legitimam repudiata hæreditate paterna.*
62 *Pupillus non propterea cenſetur adire hęreditatem patris, quod in domo paterna habitet.*
63 *Habitans in domo, quam cum defuncto communem habuit, non ex eo cenſetur adire illius hęreditatem.*
64 *Socius habitans in domo communi abſente altero, non tenetur ſoluere abſenti penſionem pro medietate habitationis.*
65 *Proteſtatio nonnunquam efficit vt gerens aliquem actum pro hærede, non cenſeatur adire hæreditatem.*
66 *Tutor infantis ingrediens fundum qui eſt ex hæreditate delata ipſi infanti, cenſetur adire hæreditatem nomine infantis.*
67 *Tranſigens cum legatarijs cenſetur adire hæreditatem.*
68 *Procuratorem conſtituens ad adeundam hæredi. hoc ipſo videtur adire.*
69 *Soluens debitum hæreditarium præſumitur adire hæreditatem. & numero 71.*
70 *Hęres inſtitutus ſub conditione an hoc ipſo cenſetur hęreditatem adire quod conditionem implet.*

72 Hæreditatem infantis nomine censetur adire tutor eo ipso quod ius acquirendi hæreditatem describit in inuentario.

73 Filius perseuerans post mortem patris in societate contracta per patrem, censetur hoc ipso adire hæreditatem patris.

74 Debitor institutus hæres a creditore hoc ipso cẽsetur adire hæreditatem, quod adueniente die solutionis non soluit debitum.

75 Hæres institutus exigens vel recipiens debitum hæreditarium censetur adire hæreditatem.

76 Maritus institutus ab vxore vendens vel donans vestes vxoris censetur adire hæreditatem illius.

77 Locans alteri rem hæreditariam videtur adire hæreditatem.

78 Impensæ in funus defuncti factę an inducant aditionem hæreditatis.

79 Filius faciens pacem cum occisoribus patris an per hoc iudicetur adire hæreditatem.

80 Filius institutus hæres faciens collationem bonorum fratri suo an eo ipso censeatur adire hæreditatem.

81 Collatio quamobrem introducta, & quando facienda. & num. 84.

82 Donatio in dubio non præsumitur.

83 Collatio locum non habet nisi inter hæredes.

84 Institutus sub modo adimplendo modum censetur adire hæreditatem.

85 Filius emens bona patris per suppositam personam, tametsi postea repudiauerit hæreditatem, nihilominus censetur adijsse.

86 Filius occultans aliquid de bonis patris, tametsi repudiet hæreditatem illius, nihilominus censetur adijsse.

87 Filius primo repudians hæreditatem patris, ac denique inuentus possidere rem aliquam hæreditariam, præsumitur adijsse hæreditatem.

88 Hæreditatis aditio præsumpta allegari debet per eum qui super ea se fundat.

89 Dominium ex possessione præsumptum nil prodest nisi allegetur.

90 Testes singulares admitti ad probandam aditionem hæreditatis quæ inducitur ex actibus.

91 Repudiationem hæreditatis fieri vel expresse vel tacite, & quando dicatur fieri expresse.

92 Repudiatio tacita hæreditatis quomodo inducatur.

93 Filius præteritus alio instituto si taceat per annum, an non amplius admittatur ad dicendum testamentum nullum.

94 Hæres institutus cui postulante substituto datum est a iudice tempus ad deliberandum, si intra illud tempus non declaret voluntatem suam, habetur pro repudiante.

95 Filius exclusus triginta annis ab aditione hæreditatis paternæ, admittitur intra alios triginta annos ad eam adeundam tanquam proximior agnatus.

96 Filius qui intra triginta annos non adiuit hæreditatem patris ex testamento, admitti potest ad eam ab intestato intra alios triginta annos.

97 Ius deliberandi super adeunda materna hæreditate intra quantum tempus transmittatur a filio.

98 Repudiatio hæreditatis expressa qui differat a tacita.

99 Hæreditatem adire vt quis possit, quæ requirantur, & nu. 149. & 158.

100 Seruus cui est delata hæreditas non potest eam adire sine iussu domini.

101 Seruus pœnæ quisquis efficitur, testamenti factione priuatur tam actiue quam passiue.

102 Hæreditas delata ei qui seruus pœnæ effectus est, ad quem spectare debeat.

103 Damnatus ad mortem si appellauerit, pendente appellatione, testamenti factionem habet.

104 Hæres damnati ad mortem intra quantum tempus possit appellare, et quid operetur huiusmodi appellatio.

105 Damnatus ad mortem per sententiam notorie iniustam, habet nihilominus testamenti factionem.

106 Damnatus ad pœnam iure prohibitam non efficitur seruus pœnæ.

107 Damnatos ad supplicium effici seruos pœnæ an & quatenus procedat de iure nouissimo.

108 Bona damnatorum quibus casibus fisco applicentur.

109 Seruos pœnæ capaces esse eorum legatorum quæ in alimenta relinquuntur.

110 Damnati ad mortem tametsi testari non possint, possunt tamen se obligare de restituendis male ablatis.

111 Iudex an possit damnato ad supplicium reseruare facultatem testandi.

112 Damnatus ad mortem per iudicem incompetentem non efficitur seruus pœnæ, nec etiam intestabilis.

113 Damnatis ad mortem an sit Eucharistia danda ac sepultura ecclesiastica concedenda.

114 Suspensus furca non posse illinc eximi absq; licentia iudicis.

115 Bãnitũ nõ posse sepeliri in ea ciuitate a qua exulat, sine licentia superioris.

116 Damnatus ad membri mutilationem non efficitur seruus pœnæ.

117 Deportatus an efficiatur intestabilis.

118 Relegatus non efficitur intestabilis.

119 Bannitus an efficiatur intestabilis, & an aliquo casu perdat ea quæ sunt iuris communis.

120 Damnatus ad mortem tametsi effugiat, remanet nihilominus seruus pœnæ.

121 Excommunicatus an sit intestabilis.

122 Monachus cui comparari debeat quantum ad acquisitionem.

123 Filiusfamilias hæreditatem sibi delatam possit ne iniussu patris adire.

124 Furioso hæreditas delata per quem adiri debeat, & an & quando transmittatur ad hæredes furiosi.

125 Furiosus nemo præsumitur nisi probetur.

126 Furiosum effectum sanæ mentis allegans an & quando id probare debeat.

127 Furiosus semel probatus si deinde actum aliquem faciat, præsumitur eum fecisse tempore furoris.

128 Furiosum aliquem esse quomodo probetur.

129 Testes deponentes de furore debent etiam non interrogati assignare causam scientię.

130 Furiosum aliquem esse, probatur per testes etiam singulares.

131 Minor. 25. annis an & quando possit adire hæreditatem, & num. 133. & 137. & 140.

134 Pupillus maior infante hæreditatem non aditam non transmittit ad suos hæredes.

136 Pupillus institutus hæres sub conditione potest sine authoritate tutoris implere conditionem, atque ita hæres effici.

138 Infans an possit adire hæreditatem cum authoritate iudicis.

139 Pupillo non habenti tutorem an possit dari curator, cuius authoritate possit adire hæreditatem.

142 Hæreditatem adire volens debet scire defunctum esse cuius hæreditatem adire vult.

143 Mortuum esse aliquem qualiter probetur. & nu. 145. & 147.

144 Vitam producere vltra centum annos nemo præsumitur.

146 Mors an & quando probetur per vocem publicam seu per famam.

148 Iudex potest inquisitionem super morte alicuius facere etiam parte non citata.

150 Agens contra aliquem tanquam hæres an teneatur declarare sitne hæres ex testamento an ab intestato.

151 Agens tanquam hæres ex testamento si succumbat, an possit postmodum agere tanquam hæres ab intestato.

152 Agens ex vna causa si eam non probet, condemnandus est, tametsi ostendat id sibi competere ex alia causa, atque inibi casus aliqui in quibus id non procedit.

153 Sententia ferri potest non conformis libello in causis in quibus proceditur sola veritate facti inspecta.

154 Libellum ineptum admitti in causis summarijs in quibus proceditur sola veritate facti inspecta.

155 Libellus generalis an & quando admittatur in causis summarijs.

156 Agens petitione hæreditatis tanquam hæres ab intestato an probare debeat se proximiorem esse in gradu, ac defunctum decessisse sine liberis.

157 Substitutus pupillariter agens petitione hęreditatis an probare debeat defunctum decessisse in pupillari ætate.

159 Hæres adeundo hæreditatem censetur quasi contrahere cum creditoribus hęreditarijs.

160 Hęreditatem repudiare non potest, qui eam non pro se sed pro alio adire potest.

161 Exceptio seu fallentia vt sit bona, oportet eam comprehendi sub regula.

162 Seruus tametsi hęreditatem adire sine iussu domini non possit potest tamen nolle adire.

163 Dominus, cuius seruus hęres institutus est, hæreditatem sine seruo adire non potest, eam tamen repudiare potest, & quæ sit huius ratio.

164 Seruo hærede instituto mortuo ante aditam hęreditatem, dominus eam hęreditatem adire non potest.

165 Hæreditatem filiofam. delatam an filius sine patre, aut pater sine filio adire vel repudiare possit.

166 Filiusfam. patiendo labi tempus præstitutum a lege ad adeundam hæreditatem sibi delatam an præiudicet patri.

167 Bonorum possessio duplex est, edictalis & decretalis, atq; inibi quę sit edictalis, quæ item decretalis.

168 Bonorum possessio decretalis quare non possit repudiari.

169 Hęreditas semel quæsita amplius repudiari non potest quemadmodum nec bonorum possessio.

170 Bonorum possessionem decretalem esse quoddam ius executiuum bonorum possessionis edictalis.

171 Hæreditatem adeundi potentiam seu hæreditatem posse adire considerari tripliciter, & num. 174.

172 Vsusfructus duplex est, causalis & formalis, atq; inibi quid sit vsusfructus causalis, quid item formalis.

173 Frater minor ordinis Franciscani incapax est hęreditatis.

175 Ius succedendi quod habet consanguineus non esse separatum a iure sanguinis, sed esse quoddam ius ei annexum.

176 Ius succedendi competens ratione sanguinis an possit repudiari. & numero 178.

177 Mater non petens tutorem filio intra annum, priuatur successione illius, & nu. 179. & 182. & 178. & 190.

180 Mater quæ non sollicitat tutorem filij vt recte administret, priuatur successione ipsius filij, nisi tutor testamentarius sit.

181 Substitutus pupillo an & quando priuetur iure substitutionis si non petierit tutorem ipsi pupillo.

183 Mater non petens curatorem filio suo pupillo eo casu quo curatore ei opus est priuatur eius successione.

184 Mater prægnans quæ ventri curatorem non petije an ob id ab eius successione repellatur.

185 Mater filio furioso curatorem petere dẽt, alias priuatur eius successione.

186 Tutorem minus idoneum pupillo petere, & tutorem omnino non petere, paria sunt.

187 Tutorem pupillo petijsse non censetur mater nisi cum effectu petierit.

Mater

189 *Mater intra quantum tempus tutorem filio pupillo petere debeat.*

191 *Mater minor annis. 25. non petens tutorem filio pupillo excusatur, vt nō priuatur ob id successione illius.*

192 *Mater non repellitur a successione filij post pubertatem defuncti tametsi ei impuberi tutorem non petierit.*

193 *Mater an teneatur petere tutorem filio existentibus consanguineis quibus legitima tutela defertur.*

194 *Matrem præferri omnibus consanguineis in tutela filij sui pupilli quomodo intelligatur.*

195 *Mater nō tenetur petere tutorem filio impuberi cuius interest ob aliquam conditionem tutorem non habere.*

196 *Mater preuenta a consanguineo in petendo tutorem filio impuberi intra annum, excusatur si non petierit.*

197 *Mater gerens tutelam filij minus legitime, vel patiens tutorem gerentem minus legitime, an quando excusetur.*

198 *Tutorem impuberi petere omittens per ignorantiam vel legitimum impedimentum, excusatur.*

199 *Paupertas pupilli impuberis excusat matrem a petitione tutoris.*

200 *Prodigus excusatur a delictis quæ consistunt in omittendo.*

201 *Mater non tenetur petere tutorem filio impuberi habenti substitutum pupillariter.*

202 *Matrem transeuntem ad secundas nuptias priuari successione filij impuberis ex priore matrimonio suscepti certis de causis.*

203 *Mulier quę per secundas nuptias remota est a tutela filij impuberis an si postea fiat vidua possit eius tutelam reasumere.*

204 *Ius succedendi filijs competens an sit aliquid separatum a iure filiationis.*

205 *Pactum super hæreditate patris a filio factum reprobatur.*

206 *Nepos an veniat ad successionē aui ex persona sua an ex persona patris sui.*

207 *Hæreditatem deuolui ad quoscunq; descendentes siue filios, siue nepotes, siue pronepotes, ordine tamen successiuo.*

208 *Nepos ex filio primogenito an prçferatur patruo ī successione feudi auiti.*

209 *Hæres petere non potest tabulas testamenti viuo testatore aperiri.*

210 *Legatario aditione testamenti petenti quatenus adeundum sit.*

211 *Substitutum pupillariter nullum ius habere viuo pupillo.*

212 *Spem quam quis habet ex euentu conditionis esse aliquod ius, ac posse in contractum deduci.*

213 *Hæreditatem delatam etiam dici eam, quæ non potest adiri ob aliquod impedimentum ex persona hæredis instituti.*

214 *Tempus triginta annorum per quod præscribitur aditioni hæreditatis est continuum, & currit ignoranti.*

215 *Ius deliberandi super adeunda hæreditate quis possit transmittere.*

216 *Ius adeundi hæreditatem non esse in bonis nostris, nec posse cedi.*

217 *Liberum aliquem esse, qualiter probetur.*

218 *Præsumitur vnusquisq; talis, qualis in præsenti possessione reperitur.*

219 *Possessio præsens transfert onus probandi in aduersarium.*

220 *Filius an hoc ipso quod reperitur in possessione sui iuris, præsumatur emancipatus.*

221 *Aetas siue minor siue maior nunquam præsumitur, sed probari debet per eum qui eam allegat.*

222 *Confitens se fecisse aliquem actum tanquam hæredem Titij, fatetur Titium mortuum esse.*

223 *Intellectus ad leg. fina. ff. de interroga. actio.*

224 *Facti alieni ignorantia in dubio semper præsumitur, nisi probetur scientia. & num. 226.*

225 *Prçsumptio ignorantię nō prodest nisi allegetur per eū qui se fundat in ea.*

227 *Ignorantia facti proprij non est tolerabilis inibi tamen casus aliquot vide in quibus tolerari potest, atq; etiam præsumitur.*

228 *Ignorantia in facto proprio præsumitur, vbi quis tractat de dāno vitando.*

229 *Factum alienum ad suum commodum tendens quilibet scire præsumitur.*

230 *Ignorantiam non potest quis prętendere eius quod ad domum illius denunciatum est.*

231 *Ignorantia non potest prætendi eius quod est notorium, vel de quo est publica vox & fama. & nu. 236.*

232 *[illegible] an & quatenus præsumatur scire facta consanguinei sui. & num. 237.*

233 *[illegible] quatenus vicini facta scire præsumatur.*

234 *[illegible]*

235 *[illegible] in aliquo loco præsumitur in dubio a vicinis datum.*

238 *Excommunicatus [illegible] ignorare facta consanguineorū & vicinorū.*

239 *Ignorare non præsumitur negocium cui interfuit.*

240 *Factum alienum præsumitur quis scire ratione assidue conuersationis & amicitiæ.*

241 *[illegible] facti alieni prætendens quod ex dispositione iuris scire tene[illegible]*

242 *[illegible] nec in facto quidem alieno toleratur.*

243 *Factum [illegible] præsumitur qui de eo percuntatus est vel percontari debuit.*

244 *[illegible] scire omnia contenta in testamēto aliter atq; [illegible]*

245 *[illegible] nu. 247.*

246 *Probatio eorum quæ dependent ab animo & conscientia fit per iusiurandum.*

248 *Ius deliberandi per quod transmittitur hæreditas non adita ad quoscunq; ex quo tempore currere incipiat.*

249 *Fama posterior priori contraria impedit actum geri vigore prioris famæ, gestum tamen non reuocat.*

250 *Opinio communis præbet iustam causam credulitatis.*

251 *Relatio vnius viri celebris ac fide digni præbet iustā causam credulitatis.*

252 *Hæres sub conditione institutus an & quando possit adire pendente conditione.*

253 *Fama quando est contraria famæ, vtri potius standum sit. Testibus pari nume. contradicentibus quibus potius fides habenda sit. nu. 255.*

254 *Debitor, aduersus quem probata est suspitio fugæ, si probet bonam suam famam, non poterit ex ea suspitione in carcerem trudi.*

256 *Filiatio quomodo probetur.*

257 *Testatus nemo præsumitur decessisse nisi probetur, quod fecerit testamentum.*

258 *Pupillus decedens non adita hæreditate transmittit ius deliberandi ad hæredem, licet ignorauerit hæreditatem sibi delatam, modo tutor sciuerit.*

IS potest. Breuis est ista lex, habet tamē materiam prolixam, amplam & quotidianam, adeo quod fere totus iste titulus de acquiren. hçredi. est super ista lege reuolutus. ob quod non temere potest hęc lex dici clauis totius huius tituli. Et quia propter eius breuitatem, & propter multas contrarietates quas habet redditur aliquantulum difficilis, & Bartol. super ea loquitur multum intricate & obscure. propterea pro intelligentia ipsius & eorum, maxime quæ dicit Barto. super ea, pręmitto prius nonnulla euidentialia quæ etiam cōcernunt intelligentiam totius tituli. Vnde quia in hac lege tractatur de aditione & repudiatione hęreditatis, pręsuppono quod in iure reperiuntur quinque termini ad propositū huius tituli, videlicet. Aditio. Agnitio, Immixtio, Repudiatio, & Abstentio: Qui oēs & singuli ha
1 bent diuersam importantiam & significationem. † Nam in primis aditio differt ab agnitione, vt est tex. in l. æquissimū. §. si duo intra de bonorum possessi. secundum tabu. & nota. Alex. in l. fi. colum. 1. C. qui admit. Et differentia consistit circa plura. Primo quia aditio respicit hęreditatem amplectendam de iure ciuili l. post ad tam. C. de impub. & alijs sub. & l. si fratris. ver. quod si. C. de iure deliberan. & l. 1. sup. eo. de [illegible]. Agnitio vero refertur ad bonorū possessionem adeūdam de iure pętorio l. Infantis, & l. bonorū. C. qui admit l. 1. C. de iure delibe.
2 Secundo differunt, † quia aditio hæreditatis in solo animo cōsistit, qui animus potest vbiq; & coram quocunq; verbis declarari. l. gerit, & ibi Barto. inf. eo. l. si Auia. C. de iure delibe. Sed agnitio bonorum possessionis non potest fieri nisi coram iudice, vt habetur in d. l. fi. C. qui admit. Rationem diuersitatis assignant Alberi. de Rota. & alij Moder. in d. l. fi. ad quorū dicta me remitto, quia non est, materia præsentis speculationis. Ter
3 tio differunt, † quia aditio transfert magis plenum ius in hæredem, quia facit in eum transire vtile & directum dominiū. Sed agnitio bonorum possessionis transfert solum vtile, quia pętor non potest facere quem directo hæredem. §. quos autē instit. de bonorum possessio. ita dicit Barto. in l. 2. inf. bonorum poss. & in l. ex asse. & ibi etiam Alexand. infr. ad Treb. & Paul.
4 de Cast. sup. de poss. hæredi. pe. † Quod tamen declara secundū Alexand. in d. l. ex asse colum. 6. videlicet, quòd ius vniuersale hæreditarium semper est vtile pęnes bonorum possessorem. per d. §. quos autem. Actiones autem & iura particularia hæreditatis recipiunt distinctionem, vt siquidem alius est hæres de iure ciuili, tunc sunt vtilia pęnes bonorum possessorem, si vero non est alius hæres de iure ciuili, tunc etiam directa iura particularia trāseunt in bonorum possessorem, vt ibi. Quarto dif-
5 ferunt. † quia quando est delata bon. poss. filiofam. potest eam agnoscere sine iussu & consensu patris l. prima. C. qui admi. secus est in aditione hęreditatis, & quia in ea debet iussus patris pręcedere l. si quis mihi bona. §. iussum. & ibi Bar. & do. inf.
6 eo. Quod tñ hodie † nō procedit nisi solū in profectitijs, nō aūt in hęditate aduentitia, quia pōt eā filius adire ēt patre ignorante & inuito propter dominiū qđ habet filius in aduētitijs l. fi. C. de bo quę lib. & not. in d. l. 1. C. qui admit & Bar. in d. §. iussum
7 Potest † autem dici hęreditas profectitia quando filius instituitur hęres ab aliquo contemplatione patris. Talis enim hereditas censetur a patre profecta l. aditio. § fina. & ibi glo. ff. infra eo. & l. Sed si plures. §. in arrogato. & ibi Bar. ff. de vulg. & pupilla. & glo. in l. cū oportet in prin. in ver. ex eius. C. de bonis quę
8 lib. Quid † autē si instituatur quis hęres ab auo paterno, vel legatum habeat ab eo, an illud dicatur aduentitium vel profectitium, licet quis prima facie diceret quod est profectitiū, tamen veritas est in contrarium. s. quod est aduentitium, nō obstante quod ab ascēdente per lineam paternam proueniat, ita per illum tex. tenet Bar. in l. quęsitū inf. de lega. 1. & idem Bar. & Alexan. in l. qui in aliena. §. interdum. ff. eodem nisi expresse esset relictum nepoti ab auo contemplatione patris ipsius nepoti, quia tunc diceretur profectitium, secundum Alexand.

in d.§.Interdum,in addit.ad Bar.& ita intelligitur text.& quod ibi per Bar.in l.dedit dotem inf.de colla. bonorum. Sed contra prædicta posset opponi, nam potius esset dicendum contrariũ scilicet quod in agnitione requiratur consensus patris, ex quo fit in iudicio, vt sup. in quo filius esse non potest sine consensu
9 patris l.fin.§.necessitate.C.de bon.quę lib. † Ad quod respondetur,quod qñ imploratur officium iudicis extra ordinem per filiumfam.si non apparet contradictor,non requiritur consensus patris in iudicio, ita limitatur d.§. necessitate, vt colligitur ex mente Bar.& aliorum,in d.l.1.C.qui admit.& maxime Ias. ibi in vlt. col. vnde infertur ſm eos, quod si in petenda bonorũ possess. per filium extaret aliquis contradictor,tunc requireretur
10 tur consensus patris,alias nõ valeret agnitio. †Quinto differũt, quia aditio hæreditatis potest fieri longissimo tempore infra triginta annos,l.licet,& ibi nota. C.de iure delibe. Sed agnitio bonorum possess. fit solum infra annum quando defertur liberis, alijs vero transuersalibus defertur infra centum dies l. 1. §.
11 largius,infra de succ.edic.& l.2.C.qui admit. † verum istud tẽpus bonorum possessionis est vtile & non currit ignoranti & impedito l.2.ff. quis ord.in bonorum possess.serue. Sed tẽpus aditionis de iure ciuili est continuum, vt no. Bal.& doct.in d.l. licet. Ex hoc sequitur maxima vtilitas,quòd si quis esset exclusus a iure petendi hæreditatem de iure ciuili per lapsum triginta annorum, si fuit ignorans vel impeditus poterit illam petere infra annum vtilem,vel centum dies de iure pretorio,secundum Bal.in rubr. C.qui admit.in 6.qõ.& in d.l.licet,in 2.col.& Alexan.& Moder.in l.2.C.qui admit.& Paul.de Castr.& doc.
12 in l.fi.C.vnde cogna.Sexto differunt,† quia si est delata heredi tas infanti carenti tutore possunt amici vel alij quicunque nomine infantis comparere in iudicio, & petere decerni bonorũ possess.infanti,ex quo sequitur quod mortuo infante trãsmittet postea talem hęreditatem ad hęredem tãquam agnitam, vt notat Bal.in rubr.C.qui admit.in 6.q.2. Alex.in l.infantis,C. eod.tit.Quod secus est in aditione hæreditatis, quia eam solus tutor adire potest pro infante vel eius pater tantum, si ipsum, habet,alias mortuo infante non transmittitur hæreditas ei delata & non adita nisi ad solum patrem l.si infanti.C.de iure deliberan.& ibi Bartol.& Alexand. Et ponunt Angel.& Paul.de Castr. in l.final.C.vnde legi. Item nisi ex potentia suitatis,quia etiam infans transmittit ad quoscunque hæredes ex potentia suitatis,ſm Bar.in d.l.si infanti.& ibi etiam Alexan.& communiter doct.& Paul.de Cast.in consil.8.in 2.vol.per tex.in l.apud hostes C.de suis & legi.& in l.Lucius, inf.de iure fisci,& tenet Alexan.in consi.204.in 3.vol. Alias differentias inter aditionẽ & agnitionem poteris videre per Moder.in rubr.C.qui admit.
13 Tertius terminus est qui dicitur immixtio,† & hic pertinet solum ad suos hæredes, nam sui proprie non dicuntur adire, sed potius se immiscere hæreditati paternæ, vt habetur in §.in extraneis,instit.de hæred. qual.& diff. & no. gl.in rubr. C.de iure deliberandi,& in l.ei qui sup.eo.& gl.in rub.sup.eo.& licet dicti tres termini habeant supradictas significationes proprias, quandoq; tñ confunduntur & vnus pro alio ponitur, vt l. 2. C. de iure deliberandi. Ex quo infertur q̃ non vitiaretur l.bellus, in quo aliquis volens agnoscere bono.poss.dixisset se adire hæreditatem,cum de iure ciuili venire non posset, ita tenet Alex. in l.fin.C.qui admit. quia verba libelli impropriantur,vt saluetur libellus,l.sed si possessori.§. item si iurauero.sup.de iureiurando,& ibi Bart.& doct.& in l.insulam sup.de præ.ver.& in l.
14 1. C. de vsufr. Sunt † & alij duo termini negatiui, videlicet, repudiatio & abstentio,qui ad idem tendunt s.ad omittendã hęreditatẽ,tamen differunt in hoc,quia repudiare spectat ad hæredes extraneos. Abstinere aũt solum ad liberos,vt no.gl.in rubric.s.eo.& probatur in l.impuberib.& l.is qui heres sup.eo.& in d.§.extraneis,& §.sed his,inst.de her.qua.& diff.& tñ quare in suis dr̃ potius abstentio, quia de iure ciuili filius est hr̃s suus & necessarius,vt in §.sui inst.eo.tit.adeo quod hæreditas patris dicitur potius continuari in filium quam de nouo acquiri l. in suis,& ibi Bar.& doct.sup.de libe.& posthum. Sed de ęquitate pretoris fuit concessum filijs ius abstinendi ab hęreditate paterna, vt d.§.sed his, & ideo dr̃ abstentio proprie & non repudiatio, quia vr̃ se filius abstinere ab hæreditate sibi acquisita & in eum continuata de iure ciuili, nõ aũt potest dici repudiatio proprie,cum repudiatio concernat acquirenda pręcedente delatione,& prædicta sentit Bal.in l.potuit, in 7.q.vbi notanter loquitur in hac materia. C. de iure delib. Secundo principaliter
15 præmitto† quod ad hoc vt hæreditas possit adiri vel repudiari, vt dicitur hac lege,est necesse quod sit delata prius,& tunc dicitur delata quando est in tali statu, vt possit adiri per hæredẽ, l.delata inf.de verbo.sig. probatur in l.is qui hæres duo. iuncta gl.sup.eod.ubi gl.dicit quod ista sunt conuertibilia, s.esse delatã,& adiri posse,istud & tenet Bal. in d.l. potuit,in 7.q. & sentit Bar.hic in 3.col. vers. tertium posse &c. vbi dicit hæreditatem non esse delatam,quãdo est relicta sub conditione, ex eo quia pendente conditione adiri non potest l.sed si alio.§.fin.cum l. seq.inf.ad Treb.& no.Bal.in l.post mortem,col.fi.C.de fideic. ex prædictis ergo sequitur, quod tunc dicitur hæreditas delata,quando quis in testamento est pure institutus,vel ab intestato obtinet primum gradum in successione, quia tunc est in eo statu hæreditas,vt adiri possit, & consequenter tunc potest repudiari,per hanc legem. His igitur pro aliquali introductione sic præsuppositis deuenio ad l.ipsam, quæ propter eius breuitatem non potest breuius summari,tamen secundum communem summarium traditum hic per Bartolum Alexandrum & alios doctores hoc dicit. Qui habet ius adeundi principaliter & per se non impeditum, ad sui vtilitatem is repudiare potest, vel aliter sic.

Cui licet extincti delata capescere iura,

Respuere hac eadem lege iubente potest. hoc dicit.

Doctores hic nõ colligunt aliquod notabile ex ista lege pp sui breuitatem. Tu tamen ex ista l.not.primo regulam ad quã
16 quotidie allegatur,† quod ille potest hæreditatẽ repudiare qui habet ius eam adeundi. Et sic istę duę potentiæ scilicet adeundi & repudiandi sunt conuertibiles, & vna consequitur aliam,nã qui potest hæreditatem sibi delatam adire, ille idem potest eã repudiare & econtra. Quod similiter procedit in immixtione & abstentione hodie per beneficium prætoris, quia is qui potest se immiscere, potest etiam abstinere, & econtra prout loquimur in suis, vt sup.declaraui, hoc probatur per istam l.iuncto §.extraneis,& §. Sed his,instit.de hæred. qual.& diff. Hanc
17 regulam declara † vt procedat in tota hæreditate delata quia debet vel tota adiri vel tota repudiari, & sic illa potentia adeundi & repudiandi quando est reducenda ad actum necessitatur ad totam hæreditatem l.1.& l.si ex asse. supra eod.& l.si solus,
18 inf.eod.In tantũ † quod si vnam partem hæreditatis quis adijt, accrescunt sibi etiam inuito aliæ portiones l.testamento.C.de impuber.& alijs subst.& l.quidam elogio.C.de iure delib.& not.Bar.& doct.in d.l.1.& l.si.sup.& infra eod. Ad idem est bonus tex.in l.sed si plures §.filio.sup.de vulgari & pupill.per quẽ tex.dicit Alexand.in consilio 12.in 5.vol.quod nepos,cui delata est hæreditas auita & paterna non potest adire auitam & repudiare paternã,si pater suus se immiscuit in hęreditate auita, quia per talem immixtionem est effecta vnica hæreditas,vnde debet vel totam adire vel totam repudiare, vt no.Ludo.Rom.
19 in consilio 40.in prima columna, vbi dicit,†quod postquã hæreditas est adita nõ dicitur amplius hæreditas,sed efficitur vnicum patrimonium cum bonis adeuntis, idem tenet Bar.in l.si Titius,infra ad Trebellian.& in l.si quis seruum §.fi.inf.de leg. secundo,& Petrus Philipp. Corn.in consilio 206.columna penultima versiculo nec obst.in tertio volum. Et ex prædictis limitatur regula,quæ se habet, quod cui licet id quod est plus,multomagis licet id quod est minus,l.nec in ea.§.sed qui occidere, infra de adult. & l. non debet infra de regulis iuris, & l.videamus,supra de in litem iur.in fi. nam si conceditur hęredi adire totam hęreditatem, multo magis deberet sibi concedi adire partem, sed istud ideo est, ne quis decedat pro parte testatus & pro parte intestatus, contra l.ius nostrum inf.de regu.iur.ita dicit gl.in d.l.non debet, & Bar.in l.1.sup.eo. Idem etiam dici-
20 mus in legato, †quia quando est vnum non potest pro parte acceptari & pro parte repudiari, quia ipsum non potest legatarius diuidere l.legatarius infra de legat.primo, & l. neminem, & l.grege,infra de lega.2.imò agnoscendo partem legat.totũ acquirit l.si cui res infra de lega.secundo,& no.glo.& Bar.in l. 1.supra eod.& Petr.Philipp. Corn.in consilio 249.col.pen.& fin. in 3.volum. sed hęredes legatarij possunt illud diuidere,vt d.l.legatarius.§.1.& ratio est in legato, secundum Bar.in d.l.1. sup.eo.columna fin.quia cum sit vnum,non potest hanc vnita-
21 tem diuidere legatarius contra mentem testatoris.Quid † aũt si quis repudiat partem hæreditatis, an videatur repudiare totam,dic quod non, vt no. glos.& Bart. in d.l.1.supra eodem. Et est secundum eum, quia cum repudiatio sit priuatio, non potest habere ius accrescendi,cum sit quid separatum a persona, quod secus est in aditione, vnde repudiando partem,habetur, ac si nihil repudiasset, vt d.l. si solus infra eodem. Istam regu-
22 lam sic declaratam limita primo † non procedere in emphyteusi, quam quis recepit pro se & filijs suis, quia tunc filij possunt repudiare paternam hæreditatem & retinere emphyteusim. Item si essent instituti hæredes per patrem pro dispartibus partibus, succedunt nihilominus equaliter in emphyteusi, ita tenet Bar.in l.si tibi.§.si pactus ff. de pact. & in l. quod dicitur, inf.de verborum oblig.& idem Bart.in l.Gallus.§. quidam recte,& ibi etiam Alex.s.de libe.& posth.& Bar. in l.vt iusiurandi.§.si liberi infra de oper.lib. & Bal.in l.liberti. col.6.in fin.C. de oper. lib. & ratio est, quia emphyteusis de sui natura non transit ad hęredes,vt in auth.de nõ alie. §.emphyteusis,vnde filius succedit in ea vt filius vigore pacti, non vt hæres. Ita tenet etiam Bald. in authen.si quas ruinas,col.3.C.de sacrosanct.ecclef.& Specul.in titul.de loca.§ nunc aliqua, versi.78.& versi. 108.& Ias.in l.si non sortem §.libertus, col.penult.sup.de conditio.

dictio. indebi. Add ad prædicta §. et his. in auth. de nō alie & Alex. in consil. 8. col. 1. in 3. volumine. & sentit And. de Iser. in c. primo. §. vbi vero. An agnatus etiam, in vsibus feu. Hanc tamen limitationem intellige vt procedat in emphyteusi concessa per ecclesiam pro se & filijs, quia illa ex quo non est transitoria ad hęredes, vt dicto. §. emphyteusis transibit ad filios vel filias, & sic etiam repudiata hæreditate paterna, secus in emphyteusi concessa a priuato, quia ex quo est transitoria ad hæredes, tunc filius non potest illam habere, nisi sit hæres patris. ita notabiliter hanc materiam limitat & declarat Alex. in cōs. 129. in quinto volumine. Et ex prædictis sequuntur duę pulchrę, quarum prima est, Nam hodie per consti. regni, quę incipit, in aliquibus est inductum quod filia dotata excluditur a

23 successione patris stantibus masculis. † pone, quod pater, qui recepit emphyteusim ab ecclesia pro se & filijs. vt supra mortuus fuit relicto filio masculo & filia dotata, certe per prædicta filia succedet æqualiter in emphyteusi vna cum fratre suo, ex quo illam non habet vt hæres, sed vt filia, & ita limitatur dicta consti. in aliquibus. Ita in terminis tenet Bal. in dicta authen. si quas ruinas. col. 3. in fi. ver. ex hoc sequitur &c. C. de sacrosanc. eccle. Et licet hæc opin. Bal. videatur prima facie sustentabilis, tamen contrarium in hoc tenuit Bar. in d. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. & Bar. in cons. 60. incip. quęstio ista habet duo dubia & c. Pe. Phi. Cor. in consi. 145. colum. fi. in primo volu. & Imo. in c. potuit. de loca. in quibus locis communiter concluditur, quod stante dicto statuto, quod filia excludatur per masculos, etiam si pater accepit emphyteusim pro se & filijs suis masculis & fęminis, intelligitur ordine successiuo secundum dispositionem statuti. scilicet vt primo masculi admittantur, & demum his deficientibus succedant fæminæ, & ratio est secundum eos, quia pr̃ stipulando videtur se cōformare cum dispositione iuris cōis vel municipalis, vt ita intelligatur ordine successiuo. Et hanc considerationem in simili facit Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita & ibi etiam Ang. & docto. ff. ad Trebel. & hæc opin. contraria censetur magis communis. Quam opin. ego confirmo in casu proposito alia consideratione, quia casus noster est, quando pater acquisiuit pro se & filijs simpliciter, non exprimendo filias

24 fœminas, quo casu est alia ratio exclusiua fęminarum, † quia in contractibus masculinum non concipit fęmininum secundum Archi. in c. si quis suadente. column. 3. 17. q. 4. & Alex. in l. sed si hac. §. liberos. sup. de in ius vocā. & Imo. in l. si ita scriptum. inf. de leg. 2. & in c. potuit. col. fi. de loca. & in l. cum vir. inf. de cōd. & demonstra. & Ludo. Roma. in consil. 35. & Alex. in consilio. 207. inci. Consideratis. column. 3. versicu. & similiter. in 2. volu. & magis clare idem Alexan. in consi. 61. in 1. vol. & Iason. in l. si quis id quod, col. 6. sup. de iur. omnium iudic. in quibus locis in terminis deciditur quod si pater accepit emphyteusim pro se & filijs suis non comprehenduntur filiæ fęminę, & ratio est quia in contractibus semper fit interpretatio contra stipulatorem cui licitum fuit legem contractus apertius dicere. l. veteri-

25 bus. ff. de pac. † Hoc limita non procedere quādo concessio pro se & filijs fieret a fęmina, quia tunc masculinum cōcipit fęmininū in specta præsumpta affectione cōcedentis. Ita in simili dixit Pe. de Ancha. in consi. 341. incip. pro maiori. quem refert & sequitur Iaso. in d. l. si quis id quod & in d. l. sed si hac. § liberos, argumen. c. si de beneficio. de præben. lib. 6. & l. plenum. §. equitiu. sup. de vsu. & ha. tamen tunc puto quod excluderetur filia vi

26 gore statuti, per prædicta. Secunda illatio est, † quod talis emphyteusis non imputabitur filio in quartam, ex quo non habet illam vt hæres, sed vt filius. Ita tenet Alexan in consilio. 8. col. 1. in 1. volu. [illegible] Angel. & Pau. de Cast. in l. si patroni. inf. ad Trebel. & Alexan. in consi. 89. colum. 2. in 4. volu. Pro veritate tamen hu-

27 [illegible] non est sciendum † quod triplex est quarta. videlicet [illegible] [illegible] detrahitur de legat[is] quæ dicitur Falcidia, de qua loquitur [illegible] titu. ad l. Falcid. Alia quæ detrahitur de fideicommisso vniuersali, quæ appellatur Trebellianica, quæ tractatur plene in toto titu. [illegible] Trebellia. Tertia est, quæ detrahitur iure naturæ quæ appellatur legitima, de qua loquitur auth. nouissima. C. de

28 inofficio. testamen. Nunc ad propositum, † dico, quod quo ad Falcidiam & Trebellianicam vera est opinio præcedens, scilicet quod talis emphyteusis non imputatur in quartam, & ratio

29 est quia in Falcidiam & Trebellianicam imputantur solum [illegible] iudicio testatoris ex ipso testamento, secus si [illegible] testamento, casus est notabilis in l. pater filiam. inf. [illegible] quem ita dixit Barto. in l. in quartam column. 2. [illegible] emphyteusis, quia non capitur ex testa[illegible] inter viuos, propterea non imputatur. Si

30 [illegible] legitima, & tunc magis commun[is] opinio est [illegible] quod talis emphyteusis imputetur filio [illegible] quando agitur de hæreditate patris, qui acquisiuit emphyteusim. ita tenet Alexander in consilio. 27 in 5 volumine. [illegible] melius fuisse loquutus. idem tenent Gl. & Bal. in [illegible] imputatur C. de inoffic. testa. & Alex. in d. l. si patroni. infr. ad Trebell. Et est ratio, quia in legitimam imputatur

omne quod capitur ex patrimonio defuncti, siue hęreditario, siue quocunque alio iure etiam inter viuos, dummodo sit tale, quod morte confirmetur. Ita dicit Barto. in dicta. l. in quartam. columna penultima idem quando datur ob causam, vt propter dotem vel donationem propter nuptias, vt ibidem. Sed quia dicta emphyteusis capitur ex patrimonio testatoris per stipulationem inter viuos, & morte confirmatur, quia ex morte testatoris accepit vires erga filium & non ante, ex quo talis acquisitio pro se & filijs censetur facta ordine successiuo, vt nota Bart. & Alexand. & communiter docto. in l. Gallus. [illegible] quidā recte. supra de liberis & posthumis, vnde nunquam defertur filio nisi mortuo patre, propterea imputatur in legitimam, ita dicit Alex. in dicta. l. si patroni. & in dicto cō-

31 silio. 27. in 5. volumine. Fortificatur istud. † Nam pater potest talem emphyteusim prælegare vel donare vni ex filijs insolidum in preiudicium aliorum filiorum, secundum Bal. in dicta auth. si quas ruinas. col. penulti. & Alex. in d. consilio. 27. in 5. volumine. & Pe. Phi. Corn. in cons. 51. col. 1. & 6. & consilio. 282. colum. 9. in litera p, in 3. volumi. & in consilio c. col. 1. in 4. volumine. & Ludo. Roma. in consilio 35. Sed certum est quod omne legatum imputatur in legitimam, vt dicta l. omnimodo. C. de inofficio. testa. & tenet Barto. in d. l. in quartam. col. pen. ergo consequenter dicta emphyteusis imputabitur. Illud vltimum limita, quando emphyteusis est acquisita per patrem ex re & pecunia ipsius patris, secus si ex mera liberalitate concedentis sit facta concessio pro se & filijs, quia tunc non pōt pater in præiudicium aliorum filiorum dictam emphyteusim alteri filio assignare. Ita singulariter dixit Bald in l. 1. in fina. verbis. C. per quas perso. quem sequitur Pet. Phi. Corn. in d. consi. 282. colum. 6. in litera p, in 3. volumi. Retenta

32 igitur ista conclusione pro vera † & communi, quod emphyteusis imputatur in legitimam, limita eam multum singulariter procedere, quando fuit acquisita ab ipso patre de cuius hæreditate agitur, secus si esset acquisita per auum paternum stipulantem pro se & filijs, & nepotibus suis, quia tunc nepos habet illam non ex prouisione patris, sed ex prouisione aui, & propterea non cōputatur in legitimam quando agitur de bonis patris, cū ab eo non processerit. Ita notanter limitat Alex.

33 in dicta. l. si patroni. col. 4. vbi assignat rationem, † quia quæsita ab auo paterno non dicuntur profectitia, sed aduētitia. leg. quæsitum, & ibi Bartol. infra de lega. 1. & gloss. & Bal. & Alex. in l. qui aliena. §. interdum. ff. eodem. & dixi. ff. in euidentialibus, & de iure aduentitia non imputantur in legitimam. l. scimus. §. repletionē. C. de inofficio. testa. & no. Bar. in d. l. in quar-

34 tam Secundo † principaliter limita hanc regulam, scilicet, qđ hęreditas debet tota adiri vel tota repudiari, vt nō procedat in iure patronatus liberti, quia illud spectat ad filium vt filium, non autem vt hęredem, vnde potest filius repudiare hęreditatem paternam, & retinere ius patronatus. l. filij. inf. de iure patrona. licet possit pater illud assignare vni ex filijs in preiudicium aliorum, vt no. Soc. in consi. 25. col. 6. ver. 5. facit. in 1. vol. Quo autem in iure patronatus ecclesiæ dic contrarium, quia illud transit cum vniuersitate bonorum, transit solum ad hæredes etiam extraneos, vt nota. Calderi. in consilio secundo. in titulo. de iure patrona. & Bal. in l. secūda. C. de in ius vocan. & gl. in c. considerandum. 16. q. 7. & Abb. in c. primo. & c. cū seculum. de iure patro. & Car. in clem. 2. in 6. quæstio. de iure

35 patron. † vnde ex prædictis sequitur, quod non potest filius renunciare hæreditati paternæ, & retinere ius patronatus ecclesiæ, imò renūciando vis hæreditatis perdit illud, quia trāsit cū vniuersitate bonorum, secūdum Cardin. in d. clemen. 2. in 6. quæstio. & Federi. de senis in consilio 106. & consilio 225. & Ioan. de Ana. in consilio 86. & Abba. in dicto. c. cum seculum.

36 Ex eo tamen † quia est indiuiduum, est penes quemlibet hæredem insolidum. Et ideo licet plures hæredes sint instituti pro inæqualibus portionibus, tamen omnes æqualiter succedent in iure patronatus, secundum Abb. in dicto c. 1. de iure patron. & glos. in c. præ mentis. in gl. in agna. in fi. 17. quæstio. 7. & Bal. in l. prima circa fi. C. de commun. [illegible] & Franc. l. de Are. in l. 1. col. 3. infra de lega. primo. Et ex prædictis sequuntur

37 duę illationes † quarum prima est, quod si pater instituit hęredem in re certa, dato sibi alio cohęrede vniuersali, ius patronatus erit totum hæredis vniuersalis & filius nihil habebit in eo. secundum Abb. & doc. in d. c. 1. de iure patron. Secundo infertur quod licet alias ius patronatus transeat ad feminas ęqualiter sicut ad masculos, secundum Abb. in dicto cap. primo. in cap. fina. de concess. præben. & Calder. in consilio 1. in tit. de iure patrona & Ioan. Andr. in c. generali. de electio. libro sexto. in nouella. tamen si filia renunciauit hæredit. patris, iuxta ea quæ habentur in l. pactum quod dotali C. de collatio. vel si est exclusa per statutū a successione paterna propter dotem, non succedit in iure patronatus, sed totum vadit ad masculos, secundū Federi. de senis in dicto consilio 106. & Abb. in dicto. c. cum seculum. vnde sequitur quod hodie in regno

 per con-

per consil. in aliquis. filia nõ succedit in iure patronatus, nisi ex
38 testamento institueretur hæres. Limita † tamen prædicta non
procedere quando in concessione iuris patronatus facta in fun
datione vel donatione esset concessum dictum & ius pro se fi-
lijs suis non adiecto hæredibus per diœcesanum, quia tunc filij
possunt habere ius patronatus, ẽt si non sint hęredes, quia per il
la verba veniũt vt filij, nõ aũt vt hæredes. ita tenet Steph. de Ga
ieta. in repetitio c. quoniam. de electio. lib. 6. pro ea quæ in simi-
li nota. Bart. in l. quod dicitur infr. de verbor. oblig. vbi loquitur
de emphyteusi. Quod confirmo per id quod dicit Bald. in di-
cta. l. secunda. C. de in ius vocan. vbi dicit, quod ius patronatus
transit ad hæredem extraneum, nisi in fundatione aliud sit di-
ctum vel actum, videtur ergo aliud actum, quando est conces-
sum pro se & filijs non facta mentione de hæredibus, idem etiã
dicit Calde. in consilio quinto. in tit. de iure patro. Potest & ter
39 tio ex prædictis inferri, † quod hodie in regno ex quo primoge
nitus succeditur in feudo in quo viuitur iure francorum exclu-
sis alijs filijs. secundum Andr. de Iser. in c. imperialem. §. præte-
rea ducatus. in quarta columna de probi. feu. alien. per Federic.
sequitur quod si in aliquo feudo esset ius patronatus, solum pri
mogenitus in eo succederet exclusis alijs, secundum Abb. in di
cto capitulo. cum sęculum, & in capitul. ex insinuatione, & ibi
40 Ioan. Andr. de iure patronatus. Tertio † principaliter limita hãc
regulam non procedere in feudis. intelligendo de feudo ex pa-
cto ex prouidentia tantum, quia tunc hæres cui est delata suc-
cessio, potest feudum retinere, & hæreditatem repudiare. Di-
citur autem feudum ex pacto, & prouidentia quando est con-
cessum pro se & liberis seu filijs non facta mentione de hęredi
bus, nam tunc censentur haberi non ab ipso defuncto sed ex pa
cto, & prouidentia concedentis, vt notat. Andreas de Iiernia in
capit. primo. colum. prima, & secunda, & tertia, an agnatus &c.
in vsibus feu. in tantum quod dicit notabiliter Andreas de Iser
nia in dicto. §. prætcrea ducatus. colum. quarta, quod mortuo
feudatario censetur tale feudum retraditum domino, & a do-
mino iterum concessum filio. & sic censentur plures donatio-
41 nes. Sed quando † dicitur, concedo tibi, & filijs hęredibus, vel
tibi & hęredibus, tunc appellatur feudum hæreditarium. secũ-
dum Andr. in c. primo. § huius autem generis. columna secũ-
da. ex qui. cau. feu. amit. & in dicto c. primo. in princip. an agna-
tus. Et tunc in eo non succedit, nisi ille qui est hæres, vt ibi dicit
Andr. & etiam Bald. sed in primo casu succedit etiam qui non
est hæres. vnde potest tunc renunciari hęreditas, & acquiri feu
dum, pro quod non tenebitur successor creditoribus hæredita
rijs. ita plene tenet Alexand. in consilio 19. colum. secunda, &
consilio 26. colum. 3. in quinto volumine, & Ioan. And. in ad-
ditio. Specul. in tit. de feudis. §. fina. in additio. quæ incipit, dire
ctę &c. & Iason. plene. in l. si non sortem. §. libertus. colum. pe-
nult. & fina. sup. de conditio. indebit. in quibus locis loquũtur
etiam in filio, scilicet vt possit repudiare hæreditatem paternã,
42 & retinere feudũ ex pacto & prouidentia. contrarium † tamen
in filio tenet Andr. in dicto capit. primo. §. vbi vero, & ibi etiam
Alua. & docto. communiter, an agnatus. per illum textum vbi
fit differentia inter filium, & alium agnatũ. Nam filius non põt
paternam hæreditatem repudiare & retinere feudum, qa vtrũ-
que debet acceptare vel repudiare, secus est in alio agnato. Et
est exemplum, vt si feudatarius, qui habebat feudum pro se &
filijs, moritur relictis duobus filijs, certe dicti filij, vel alter eo-
rũ non possunt repudiata hęreditate habere feudũ. sed si mo-
riatur vnus ex eis sine liberis, quo casu portio morientis defer
tur fratri superstiti, tunc ille frater potest repudiata hæreditate
fratris habere illam portionem feudi, & ille dicĩ venire vt agna
tus, non autem vt filius, & hanc opin. etiam tenet Bald. in l. qui
se patris. colum. sexta. C. vnde libe. Et sic ex prædictis secũdum
Andr. in dicto §. vbi vero. erit deterioris cõditionis filius quam
agnatus, & ratio est, quia filius censetur eadem persona cum pa
tre, vnde non debet ipsum afficere iniuria repudiando suam hę
reditatem. Aliam rationem assignat Bald. in dicta. l. qui se pa-
43 tris. scilicet quia filius venit vt hæres, † ex quo in materia feudo
rum appellatione hæredis venit filius, vt nota. glos. in l. ex facto
§. final. infra ad Trebell. & Andr. & docto. in capitulo primo §.
& si clientulus. vbi est text. de alien. feud. Sed agnatus venit ex
contractu, & non censetur eadem persona cum defuncto. Et
pro ista opin. Andr. est tex. & ibi etiam And. in capi. primo. §. fi-
lius. de capi. qui cur. ven. Inter istas autem varietates datur re-
medium, quod filius adeat hæreditatem patris cum beneficio
inuentarij, & sic non tenebitur creditoribus ultra uires hæredi-
tarias respectu allodialium, sed feudum habebit præcipuum,
& pro eo non tenebitur creditoribus. Ita dicit Andr. in dicto.
§. vbi vero, & dicto §. filius. secus quando feudum est hæredita-
rium, quia tunc pro eo tenetur creditoribus, vt not. plene Ale-
xand. in dicto consilio decimonono, in quinto volumine. Secũ
44 do principaliter † nota ex ista leg. dum dicit. is potest repudia-
re, & cæt. quod hæc dictio, potest, quando ponitur orationi
affirmatiuæ non importat necessitatem præcisam, sed po-
nit potentiam ad arbitrium eius in cuius persona verba diri-
guntur, secus est in verbo, debet, quia importat necessitatem.
ita nota. Bartol. in repetitio l. creditores in principio. C. de pi-
gno. licet aliquando ponatur, debet, pro potest, & sic sine ne-
cessitate l. obseruare, & ibi Barto. supra de offic. procon. & no-
tat. Andreas de Isernia in capitulo primo. §. si aliquis apud
quem vel quos &c. in vsibus feudo. & habetur in l. sępe supra
de offic. præsi. si vero istud verbum, potest, ponitur orationi
negatiuæ, vt quia in aliqua dispositione dicitur non potest, vel
non possit, tunc denotat necessitatem præcisam, & remouet
omnem potentiam ab actu, adeo quod actus postea factus cõ-
tra illam dispositionem est ipso iure nullus, secundum Barto.
& communiter docto. in l. Gallus in principio. supra de liberis
& posthumis, vbi plene attingit Barto. de importantia huius
verbi potest, & in l. prima supra, de iniusto rupt. testamento.
pro quo est tex. & ibi gloss. in capitulo primo. de regulis iuris,
libro sexto. & in l. stipulatio ista §. alteri infra, de verborũ obli-
gatio. & in l. nemo potest infra de lega. primo. & in l. non po-
test infra, de furtis, & notat expresse Bal. in l. prima. colum. pe-
nult. C. qui admitt. & Bald. in l. fina. columna fin. C. de fidei-
commiss. & Alexand. plene in consilio 77. columna prima in
3. volumine, & Bald. in d. l. 1. supra de iniusto rupt. testamen.
Quia tamẽ in hac lege tractatur & fit mentio de aditione seu
acquisitione hęreditatis seu de eius repudiatione videamus
45 † pro eius maiori intelligentia per quos actus inducatur adi-
tio, & per quos repudiatio, & proderit id scire ad intelligentiã
totius huius tituli. vnde est sciendum, quod quo ad aditionem
sunt infiniti modi, & actus per quos censetur adita hæreditas,
tamen cumulando aliquos prout ex diuersorum librorum re
uolutione colligi potest, sunt infrascripti. videlicet. Et præsup-
46 pono † quod aditio hæreditatis consistit in solo animo l. gerit
infra eodem, & l. si Auia. C. de iure deliberandi. Et quia ille
animus, cum sit quid occultum & latens, non potest aliter per
cipi, nisi per extrinseca l. quidam in suo. supra, de conditio. in-
stit. & nota. gloss. in l. is qui. supra, de tuto. & curato. datis ab
his, quæ extrinseca cognoscantur altero de duobus modis, sci-
47 licet verbis & facto. Nam facto † & verbis potest voluntas
hominis declarari, vt nota. Spec. in titu. de succes. ab inte. ver-
sicul. pone quidam pro hoc est text. & ibi per Bald. & docto.
in l. reprehendenda. C. de insti. & substit. & nota. Bald. in l. non
Codicillum. colum. secunda. C. de testamen. Et dicit idem Bal.
in l. libertæ tuæ in fin. C. de operis liber. quod qualitas facto
rum distinguit qualitatem intellectus, vnde prius est videndũ
per quæ verba & per quos actus inducatur aditio hæreditatis.
48 Et primo censetur † quis adire hæreditatem eo ipso quod vti-
tur verbis denotantibus ipsam aditionem, vt si dicat, adeo, vel
agnosco hãc hęreditatem, vel gero me pro hærede, vel simile
iuxta ea quæ habẽtur in l. apud Aufidium inf. de optio. lega. &
49 Barto. in d. l. gerit. col. 2. Secundo † inducitur aditio ẽt si quis
vtitur verbis suspensiuis, vt si dicat volo adire vel volo esse hæ-
res, dummodo deliberate dicat hæc verba, quæ deliberatio
perpenditur ex præcedentibus, instantibus, & sequentibus
secundum Bartol. in dicta l. gerit, & ibi exemplificat. pro hoc
est tex. in l. Pamphilo. §. propositum infra, de leg. tertio, & no-
ta. Barto. in l. serui. electione infra, de legat. primo. & Pet. Phi.
Cor. in cons. 77. colum. penult. in in quarto volumine. & Abb.
in c. ex literis col. secun. de sponsa. Et dicit Ang. in repetitione
l. qui se patris col. 12. & 13. C. vnde liber. quod talia verba prę-
sumuntur in dubio deliberate prolata, quãdo aliud non appa-
ret, vnde inducunt aditionem hæreditatis, secus est quando di
xisset. ista hæreditas non mihi displicet, quia per hoc non indu
citur aditio. secundum Bar. in dicta l. gerit col. 3. Tertio dicitur
50 quis adire hæreditatem, si vtitur verbis enunciatiuis † vt si cõ-
fiteatur se esse hæredem Titij, cum esset sibi delata hæreditas
Titij. Et licet hęc confessio fuerit facta ad instantiam vnius, ta-
men præiudicat sibi quo ad omnes, dummodo erat talis perso
na, quæ poterat esse hęres. ita notat Bar. & Alexand. in l. fin. su-
pra, de inter. ac. & Barto. in dicta l. gerit. ver. circa secundũ &c.
in tertia col. Et procedit istud, etiam si in epistola scripsisset al-
teri, talis hęres Titij salutẽ &c. & si enunciasset propter aliud,
quia inducitur aditio, secundum Bar. in d. l. gerit. versicu. circa
51 tertium, &c. Quarto † censetur quis adire ipso, quod dicit te-
stamentum nullum l. filius, & ibi Barto. Bald. & communiter
docto. C. de repudian. hære. & Barto. in l. quemadmodum, su-
pra, de inofficio. testamen. idem si diceret testamentum fal-
sum, vt ibidem dicit Barto. per text. in l. cum quidam infra, de
bonorum poss. secus est si intẽtat quærelam, quia non per hoc
videtur adire, secundum Barto. in dicta l. quemadmodum, &
prædicta etiam tenet Socin. in consilio. 20. colum. 1. in 3. volu.
Quinto inducitur aditio hæreditatis eo ipso quod quis for-
mat positionem petendo aduersarium interrogari an possi-
deat pro hærede, quia intendit eum conuenire petitione hæ-
reditatis ita tenet Barto. in d. l. gerit colum. 4. versic. idem si ali-
52 quis. Sexto † censetur quis adire eo ipso qđ constituit procu-
ratorem

ratorem ad confitendum se esse heredem, vel ad respondendũ
positioni qualiter est hæres. ita tenet Bal. in d. l. 1. in 30. oppo. C.
qui admitt. Septimo inducitur aditio, si quis faciat procurato-
rem ad exigendum aliqua debita vel ad alia negotia expedien-
dum, & notarius in instrumento procurationis apponit clausu
lam, quæ omnia debita spectant ad talem constituentem hære
dem Titij &c. nam non obstante quod notarius enunciet in
tertiam personam illum esse hæredem Titij, tamen ex tali in-
strumento probatur aditio hæreditatis, quia præsumitur nota-
rius illa verba enunciasse de voluntate constituentis, alias esset
falsarius, ita tenet Bald. in consil. 263. in 1. vol. Octauo induci-
tur aditio eo ipso quod quis testatur de hæreditate sibi delata.
l. si auia. & ibi Bal. C. de iure deliberandi. Nono inducitur adi-
tio etiam si quis in positionibus interrogatus an sit hæres Titij
dixit, credo quod sic, & econtra, si dixit credo quod non, cense
tur repudiasse, ita tenet Bald. in l. 1. in fin. C. de fal. causa adiecta
53 leg. † Nam in principali respõdente verbum, credo, dicitur ve-
ritatis expressiuum vt ibi dicit Bal. & no. plene Gemi. in cap. 1.
54 col. 3. de confess. lib. 6. Decimo † quid si hæres petit sibi exhibe
ri rationes defuncti vt possit illas inspicere & deliberare, an vi-
deatur hoc ipso adire. Dic quod non, casus est in l. Aristo. inf.
eod. & hucusque vidimus ex quibus verbis inducatur aditio,
nunc videamus ex quo facto inducatur aditio. Vndecimo in-
ducitur aditio facto, vt si quis faciat aliquem actum qui nõ po-
test saluari citra ius & nomen hæredis. l. pro hærede. infra eod.
55 † vt si ille cui delata erat hæreditas, facit formari libellum cau-
sa conueniendi aliquem petitione hæreditatis, hoc ipso videtur
adire, secundum Barto. in d. l. gerit. col. 4. versiculo, idem si ali-
quis &c. Et multo fortius si libellum porrexit, dicendo hæredi-
tatem ad se pertinere, quia eo ipso videtur adire, quod hæredi-
tatem petit. vt no. Bal. in l. fi. col. 3. ver. secũdo quæro. C. de pet.
hære. & Bar. in l. si filius. sup. de tutel. & l. suus & ibi not. glo. &
56 doct. C. de repu. hær. † Duodecimo † censetur quis adire hære-
ditatem eo ipso quod cedit vel donat vel legat alicui iura hæ-
reditaria vel aliquam rem hæreditariam. ita tenet Pet. Philipp.
Corn. in cons. 52. col. 1. in litera d, & cons. 211. in princ. & in 3.
col. in litera d, & in 2. vol. per tex. in l. si auia. C. de iure deliberã-
di, quia volendo consequens, videtur velle eius necessariũ an-
tecedens, quod est aditio. l. ad legatum, & l. ad rem mobilem.
sup. de procu. c. sane. de officio. delega. Decimotertio censetur
quis ad re. eo ipso quod vendit rem hæreditariam vel mandat
alteri de vẽdendo eam. l. pro hærede. §. proinde. ibi, res tempo-
re perituras, a cõtrario sensu, & l. si quis mihi bona. §. sed quid
si mandauit. inf. eod. per quæ iura ita dixit Petr. Philip. Corn. in
consil. 161. col. 9. in fi. & seq. in 2. volu. & tam ad hoc quam ad
præcedens dictum adde Pet. Philip. Corn. in consil. 79. col. 3. in
57 4. vol. & Bald. in consil. 314. in 3. vol. Decimoquarto † inducitur
aditio eo ipso quod pater mortua vxore retinet dotes & illas
non restituit saltem post annum, si consistant in rebus mobili-
bus, nam per hoc si habet filium infantem cẽsetur adiuisse hę-
reditatem matris nomine infantis. iuxta l. si infanti. C. de iure
deliberãdi, & illam retinere propter vsumfructum sibi debitũ
in eis, per l. 1. C. de bonis maternis. Ita tenet Bar. in sua disputa-
tione incip. Debitor in diem &c. & Imol. in l. recusati, infra, eo
dem. & refert Petr. Philip. Corn. in consil. 16. col. penul. & con
sil. 42. colum. penult. in tertio volum. vbi ponit casum esse du-
bium, quia multi tenent contrarium. Tamen idem Petr. Phil.
Corn. illud firmat in consil. 321. colum. quarta, in litera e, in eo
dem tertio volumine, & Barto. in dicta l. gerit. colum. 7. Et li-
cet Bald. in l. cum antiquioribus. colum. secunda. C. de iure de-
liberandi, & in l. non hoc. C. vnde cogna. teneat contrarium, ta
men Alexand. ibi sequitur opinio. Bart. scilicet in dicta l. non
hoc. C. vnde cogna. licet Franc. de Aret. in consi. 161. videatur
sentire contra Barto. Retenta tamen prima opinio. Barto. & se-
quacium, sequitur ex hoc magna vtilitas, quia mortuo patre
si moreretur infans, & non appareret aliter adita hęreditas, per
hanc præsumptionem aditionem patris transmitteretur hęre-
ditas materna ad hæredes infantis, alias si non diceretur adita,
non transmitteretur, sed iret ad consanguineos matris defun-
ctæ. per l. si infanti. cum sua materia. C. de iure deliberandi.
58 Decimoquinto † inducitur aditio eo ipso, quod is cui delata
est hæreditas, reperitur possidere aliquam rem hæreditariam,
nam ex hoc censetur totam hæreditatem adire l. prima. & ibi
Bald. C. de repudiã. hære. & Bald. in l. prima. colum. 10. C. qui
admit. & in l. non hoc. C. vnde cogna. & Alexand. in consi. 32.
colum. prima. in tertio volumine. pro hoc facit tex. & quæ ibi
habentur in l. quidam elogio C. de iure deliberãdi & l. si solus
infra, eodem. idẽ est si filius post mortem patris habitet in do-
mo paterna, vel alius hæres habitet in domo hæreditaria, quia
præsumitur per hoc adiuisse hæreditatem, & se immiscuisse. l.
prima. C. de repu. hæredit. & ibi Bald. & communiter docto.
& glo. Bald. in l. prima. C. si mi. se ab hæreditate absti. prædictis
etiã adde Pe. Phil. Cor. in consi. 27. in fi. col. in 1. vol. Quid autẽ
si aliquis qui esset successurus infanti, cui erat delata hæreditas
reperitur in possessione rerum hęreditariarum, mortuo infan-
te, & hæreditate non adita, an per hoc censeatur hæreditatem
pro infante adiuisse, vt cesset dubium transmissionis. vide pul-
chre per Bald. in consilio. 310. in 5. volumine. Prædicta tamen
declara & limita procedere quando illa detentio rei hæredita-
rię vel habitatio domus non potest saluari citra ius & nomen
hæredis per regulam. l. pro hærede. §. Papinianus infra eod. Et
propterea limita primo non procedere, quando illa res vel do-
mus hæreditaria possessa, esset obligata filio pro dote matris
suæ, cuius est hæres ipse filius, nam tunc censetur domum ha-
bitasse vel aliam rem retinuisse tanquam creditor, & sic iure
pignoris. Et ista coniectura tollit præsumptionem aditionis, ita
tenet Barto. in dicta l. gerit. colum. 4. versic. ad secundum. &
Bald. & cõmuniter moder. in d. l. 1. C. de repu. hære. & Pe. Phil.
Cor. in consil. 147. col. 1. in primo volu. vbi notanter dicit idem
procedere in ipsa vxore hærede instituta a viro, quia habitando
domum viri, & vtendo alijs rebus viri prout vtebatur in eius
vita, non cẽsetur adire. sed potius ea retinere iure pignoris pro
dotibus suis idem sentit. Pe. Phil. Cor. in consi. 321. colu. 2. in
3. volum. & habetur in dec. 352. consilio. Neapolitañ. Secundo
limita prædicta non procedere, quando esset mortuus aliquis
vir locupletissimus, qui multa stabilia preciosa reliquit in hæ-
reditate, & proximior ab intestato veniens reperiretur possidē
re aliquam rem mobilem hæreditariam, quia non per hoc pro
batur aditio, quia cõmuniter hęredes habentes animũ adeun-
di solent incipere a stabilibus non autem a mobilibus, & ideo
non præsumitur animus. ita tenet Sali. in l. non hoc. C. vnde co
gn. per gl. in l. neque natales. C. de prob. & illud dictum refert
& sequitur Alex. & Iason, in dicta l. non hoc licet in contrariũ
faciat quod dicit Bal. in l. cum te. colu. fin. C. de don. ante nup.
quod ex datione vnius camisię amore Dei censetur adita hæ-
59 reditas. Tertio † limita non procedere, quando filius post mor
tem patris reperiretur possidere fundum emphyteuticũ, quẽ
pater acceperat ab ecclesia pro se & filijs suis, quia ex quo põt
illum habere absque eo quod sit hæres, vt fuit dictum supra in
notabilibus. non præsumitur adiuisse. ita dicit Bart. in d. l. gerit.
col. 4. in fi. inf. eod. Et consequenter idem esset in feudo reper-
to penes agnatum post mortem feudatarij in casu quo poterat
illud habere absque eo quod esset hæres, vt supra fuit dictum,
cum sit eadem ratio. ita tenet Barto. in l. si quis non quasi. & in
60 l. qui putat. infra eodem. Quarto † limita procedere quando cũ
possessione rei hæreditarię vel alienatione ipsius verisimiliter
concurrit animus possidentis quod velit esse hęres, vt quia scit
defunctum esse testatorem & hęreditatẽ sibi esse delatam &
rem esse hæreditariam. secus si aliqua probabilis causa ignorat
rem esse hæreditariam, quia non videtur adire possidendo vel
alienando eam ex quo cum tali facto nõ concurrit animus. ita
61 tenet Soci. in consil. 91. col. 6. in 3. vol. Quinto † limita non pro
cedere in casu notabili quem ponit Bar. in l. pro hærede. §. 1. in-
fra eo. vt si pater instituit filium hæredem, & dedit ei substitu-
tum vulgarem, & eundem filium grauauit onere multorum
legatorum, vel de danda aliqua re propria ipsius filij, nam tũc
potest filius repudiare hæreditatem patris, & retinere sibi legi-
timam in bonis patris, secundum Bar. ibi per tex. not. in l. si li-
bertus patrono. inf. de bonis liber. idem tenet Bal. in l. Papinia-
nus. §. quarta. sup. de inoffic. testamen. & Bal. in l. 3. sup. eodem.
& Alex. vbi plene tangit in l. quia poterat. inf. ad Treb. Alias au
tem nunquam posset filius repudiare hæreditatem & retinere
legitimam, nisi in dicto casu, secundum Bart. & Alexan. in d. l.
quia poterat, ex hoc sequitur quod in huiusmodi casu si filius
reperiretur in possessione alicuius rei hæreditarię, posset dice-
re, quod illam retinet pro sua legitima, & sic non præsumere-
tur aditio. ita dicit Bar. in d. l. gerit col. 5. & ibi plene Alexan. in
additio. Et hæc fallentia potest addi alijs tribus fallentijs tactis
62 supra in primo nota. Sexto limita † non procedere in pupillo
habitante domum paternam, quia etiam si tutore sciente ha-
bitet, non censetur adire nisi tutor expresse sibi authoretur. ita
dicit Barto. in d. l. gerit. in fi. verbis. inf. eodem. secus est si ambo
pupillus, scilicet & tutor ingrediantur possessionem paternã,
quia licet non loquatur tutor, censetur tamen ex hoc adiuisse
hæreditatem, secundum Bal. in l. potuit. in fi. C. de iure delibe-
63 randi. Septimo † limita non procedere in eo, qui habebat bo-
na communia cum defuncto, quia per habitationem domus
communis non videtur eius hæreditatem adire, nec per vsum
aliarum rerum communium, nisi aliter cõstet de eius animo,
vel nisi se extendat in plus, quam vsus communis expostulat.
casus est notabilis in l. duo fratres. inf. eod. ex quo propter par-
tem quam habet, censetur dictis rebus vti potius iure proprio,
64 quam iure hęreditario. Quod facit ad id quod † diximus in opti
mo simili. Nam si duo socij habent domum communem, &
altero absente vnus socius habitauit totam domum, nõ potest
socius absens petere pensionem pro medietate habitationis,
quia ille habitans censetur habitasse propter ius quod in ea ha
bebat. ita tenet Bal. in c. imperialẽ. §. præterea ducatus. de pro-
hib. feu.

hib.seu.alie.per Fede.& Pet.de Vbal. in tract. de duo. fra. in 9.
65 q.5.partis.vbi plene. Octauo limita non procedere, † quando quis protestaretur, quod per talem actum non intendit adire hæreditatem, sed potius intendit rem hæreditariam detinere causa custodię, vel pietatis, vel gubernationis, vel alio modo, non vt hæres, nam tunc non censetur adire, & ista protestatio prodest in omni actu quem quis facit gerendo pro hærede vt non videatur adire, ita tenet Bart. in l.scriptus. sup. de relig. & est text.in l.pro hærede.§.1.inf.eodem.& nota. Soci. in consil. 45.col.2.in 4.vol.& Petr.Philip.Corn.in consil.310. col.1. in 3.
66 vol. Decimosexto principaliter † inducitur aditio, eo ipso quod tutor infantis solus ingreditur de facto fundum hæreditarium hæreditatis delatę infanti, nec requiritur quod aliud dicat, sed ille ingressus sufficit. ita dicit Bal.in l.potuit.in 11.q. C. de iure deli.& hoc est vtile, quia mortuo infante transmittet hæredita
67 tem illam ad hęredes proximiores. Decimoseptimo inducitur aditio, si is cui delata est hæreditas facit aliquam transactionē vel compromissum, cum legatarijs qui debent consequi legata ex eadem hæreditate. ita tenet Bald.consi.252.in.5.volu. Decimo octauo inducitur aditio, si quis heres institutus ab aliquo antequam adiuisset hæreditatē, mandasset hæredi suo vel alij, quod solueret legata primis legatarijs, quibus erant relicta per testatorem, qui eum fecerat hæredem, nam per tale mandatū censetur adire, idem si mandasset solui alia onera hæreditaria illius hæreditatis sibi delatę. ita tenet Bald.in cōsil. 61. in 5. vol.
68 Decimonono inducitur † aditio eo ipso quod aliquis cōstituit procuratorem ae adeundam hęreditatē quia hoc ipso videtur adire ſm glo.& Barto.in l.Paulus responeit per procuratorem infra, eodem.& Barto.in l.filio. C.de iure deliberandi. & gl. in l.serui electione.infr. de leg.primo.& Bal.in l.1.col.8.in 30.oppo.C.qui admit. idem quando constituit procuratorem ad donandum vel vendendum aliquam rem hæreditariam, quia ex hoc censetur adire. ita tenet Pet.Phil.Cor.in consil.79.col.3.in fi.in 4.vol. Vicesimo inducitur aditio eo ipso quod aliquis patitur alium gerere pro hærede nomine suo ita dicit Barto. in
69 l. si filius. supra de tutelis. Vicesimoprimo † inducitur aditio eo ipso quod quis soluit debitum hæreditarium.l. secundū. C. de iure deliberandi.& not. Pet.Phil.Cor.in consilio 3010.col. prima.in tertio volumine,& Alex. in consil.32. colum.prima. in tertio volumine,& est tex.in l.parentibus.§.primo.C.de inoffic.testam.& Bald.in l.potuit.in 9. C.de iure deliberandi.nisi soluens fuerit in contrarium protestatus, quod nō soluebat, vt hæres, quia tunc non habetur pro adeunte, vt nota. Cy. & Bal. in dicta l.secunda.& Pe.Phi.Cor.in consi.prædicto.310. Et prędictis adde Socin. in consil. 45. volumine vicesimosecundo
70 † inducitur aditio eo ipso quod quis implet conditionem sub qua fuerat hæres institutus, quod habet locum solum in pupillo sine tutore.l.conditionibus pupillus.infra de cond. & demostra.& not. Alexan.in l.bonorum.vers.quarto.C.qui admit. secus est in maiore regulariter, quia per implementum conditionis non inducitur aditio, nisi conditio consisteret in declaratione voluntatis ipsius instituti.l. Antistius inf.eod.& not.Bartol. in l.iam dubitari supra de hæred.inst.& habetur in l.si quis ita. ff de condi.insti.& Bart.in l.prima. supra de condi.ob causam.
71 Vicesimo † tertio inducitur aditio, eo ipso quod hæres soluit legata, nam per talem solutionem censetur adire, sicut per solutionem aliorum debitorum hæreditariorum, ita tenet Pau. de Cast.in consil.292. columna 3.versiculo, super secundo. in secundo volum.& Soc.in consil.295.colum.secunda.in 2.vol.
72 Vicesimoquarto † inducitur aditio eo ipso quod tutor infantis scribit in inuentario qualiter inuenit ius acquirendi hæreditatem infanti,& sic eo ipso quod ius acquirēdi hæreditatem describitur in inuentario, censetur adita pro infante, ita tenet Bartol.in l.potuit.in 3.oppo.C.de iure delib. Idem si tutor scribi faciat enunciatiue in inuentario, vt si dicat talis res de hæreditate Titij, nam ex hoc censetur adita hęreditas T[illegible] ita not. Bartol.in d.l.gerit.colum.penul.ver.iuxta hoc quęro.& c.inf.eod.
73 Vicesimoquinto † inducitur aditio eo ipso quod filius perseuerat post mortem patris in societate contracta per patrem. casus est in l.si pupillus §.si in societate.infra eodem titul. Vicesi-
74 mo † sexto inducitur aditio, si debitor testatoris instituitur hęres,& aduenіente termino solutionis non soluit debitum, videtur per hoc adiuisse, vt euitetur periculum more, quia videtur habuisse animum confundēdi debitum per successionem, iuxta ea quæ habentur in l.Vranius.inf.de fideius. Ita tenet Bartol. in dicta l.gerit.colum.antepen.versic. venio ad quartum,& in sua disputatione incipiente, debitor,& Alexan.in l.non hoc.C. vnde cog.& Paul.de Cast.in l.cum antiquioribus.C.de iure de
75 lib. Vicesimoseptimo † si hæres exigat vel recipiat debitum hęreditarium, per hoc videtur adire hæreditatem, secūdum Bartol.in l.imperatores.§.si debitor.sup.de transactio.& Bald.in l. non hoc.C.vnde cog.& Alex.in consil.32.in 3.vol. Vicesimooctauo, si hæres manumittit seruum hæreditarium, censetur adire hæreditatem.tex.est in l.si pupillus.§.si seruum.infr.eod.

76 Vicesimonono.† Si maritus mortua vxore vendidit vestes vxoris vel illas dedit pauperibus pro eleemosyna, videtur per hoc adiuisse hæreditatem vxoris, si erat sibi delata, vel pro filijs infantibus, si erat eis delata, hoc est verum, si illę vestes erant quotidianę & viles, secus si præciosę vel festiuę, quia tunc non cēsetur adita, ita dicit Bart.in l.ex annuo. supra de don. inter virū & vxorem,& in d.l.gerit.column.sexta.& Bald.in l.cum te.col. fi.C.de do.ante nupt.& ratio est quia vestes præciosę sunt viri, & ei restituuntur soluto matrimonio ex quo non censentur donatę vxori, secus in vilibus, & quotidianis, quia illę sunt vxoris & ad hęreditas vxoris transeunt, secundum Bartol.in l.in his.§. 1.supra solu.matrimo.& Bal.in dicta l.cum te.& Alex.in consilio 42.col.6. in principio.in primo volumi. Et Pau.de Castr.in consilio 429. in secundo volum. vnde immiscendo se in eis videtur adire, quia non potest saluari citra ius & nomē hæredis.
77 Tricesimo † inducitur aditio eo ipso quod quis locat alteri rem hæreditariam lege.pro hærede.§.proinde infra eodem,& Alexan.in consilio 32.columna prima. in tertio volumine. Trice-
78 simoprimo inducitur † aditio si filius fecit expensas in funerib. patris, quod tamen intelligitur de expensis non necessarijs funeri, vel si fecit alias eleemosynas non necessarias funeri. Ita tenet Bartol.in dicta l.gerit.column.sexta.inf.eodem, secus si fecisset expensas funerales necessarias ipsi funeri, quia non videtur per hoc adire.tex.est in l.& si quis §.plerique supr. de relig. Quæ autem sint expensę necessariæ funeri, traditur in dicta l.& si quis.§. funeris. Idem si sepeliuit defunctum, quia non videtur adire, vt est tex.in l.scriptus in princip.supra de relige. Tri-
79 cesimosecundo. † Quid si filius fecit pacem cum occisoribus patris,& accepit pecuniam pro pace facta de morte patris, an per hoc videatur adire hæreditatem patris, dic quod non. Ita tenent Bartol.& Alexand.in l.pro hærede.§.fina.infra eodem,& Bartol.in l.penul.inf.de sepul.vio.& Bartol.in l.si filius qui patri.in fi.& ibi etiam Alex col.penult.supra de vulg.& pupil.& Bald.in l.cum qui.C.arbi.tute. Et glo.in l.venditor ex hæreditate in versic.propter negociationem.supra de hære.vel act.ven.
80 Tricesimotertio.† Quid si filius cui erat delata hæreditas patris fecit collationem bonorum fratri suo, an per hunc actum videatur adire hæreditatem patris, dic quod nō. ita tenent Bal. Ang.& Alexan.& communiter docto.in l.si filius.sup.de cōd. ob causam. per illam.l. Ego tamen considero, quod saltem in puncto iuris posset sustineri contrarium, scilicet quod imo per collationem inducatur aditio ex rationibus infrascriptis.
81 Et primo † quia collatio fuit inducta ex quadam naturali æquitate, vt ille qui vult succedere conferat bona, quę acquisiuisset, illi de cuius hæreditate agitur, vt dicit tex.in l.1. in princip.inf. de colla.bo.& no.moder.in rubrica. C. de coll.& non tenetur filius aliter conferre fratri suo, nisi quando vult succedere.l.1. in prin.& l.fin.infra de coll.dot.& l.filię dotē.C.de coll.si ergo filius contulit bona sua videtur per hoc declarasse suam voluntatem, quod volebat succedere, per quam declarationem animi & voluntatis inducitur aditio. dict.l.gerit.cum sua materia. Secundo moueor, quia de necessitate filius conferendo bona non potest habere alium animum nisi adeundi, quia si talem animum non haberet, verisimiliter non conferret, cum nemo prçsumatur iactare suum.l.cum de indebito.sup.de probatio.
82 quia alias censeretur donare, & de iure † donatio nunquam præsumitur, quandò alia coniectura capi potest, vt habetur in decisio.44.consilii Neapo.col.6.versic.7.imò potius præsumitur fatuitas quam donatio, vt dicit Bald.in l.generaliter. C. de non nume. pecu. Ideo quia remota coniectura donationis in casu nostro cadit alia coniectura quam aditionis. ergo præsumitur aditio. Tertio moueor optimo simili, nam filius non tenetur soluere debita paterna, nisi se immisceat hæreditati, & sic nisi velit esse hæres.l.necessarijs.infra eo.& tamen eo ipso quod soluit debitum creditori hæreditario, censetur adire hæreditatem.l.secunda.C.de iure delibe. Ita ergo & in casu nostro filius conferendo censetur adire, quia alias non tenebatur conferre, nisi esset hæres per supradicta. Quarto cōsidero, quia filius hæres, cui est faciēda collatio per fratrem, est creditor ad id quod sibi cōtingit per collationem, quod patet, quia potest compellere fratrem ad conferendum si se immisceat. dicta.l. 1.in princ.infra de collatio.dot.& dicta.l. filię dotem. in versiculo cogantur.C.de collat.ergo si sunt sibi collata bona censetur esse sibi solutū illud ad quod frater tenebatur. merito per talem solutionem aditio sicut per solutionem alterius debiti. Quinto moueor † quia collatio non habet locum nisi inter hæres.l.1.§.inter eos.infr. de collatio. quod patet ad sensum, quia omnia iura loquentia de collatione loquūtur solum inter succedentes, & sic inter hæredes. vt habetur plene per Barto. in l. pater filium infra de collat.dot. & per Barto.& omnes doctores in l.si emancipati.C.de collat.& not.plene Pet.Phi.Cor. in consilio 252.in primo volumine. Is ergo qui confert facit actū spectantem ad hæredem, ergo ex hoc ipso adit, quia talis actus saluari non potest citra ius & nomen hæredis.l. pro hærede.§.

Papinia-

Papinianus. infra eodem. Sexto & vltimo considero, quia ne-
gari non potest, quin aditio hæreditatis sit antecedens ad col-
84 lationem. † nam primo aditur hæreditas, & deinde fit collatio,
quod patet quia non potest quis compelli ad conferendum, ni
si se primo immiscuerit. dicta. l. 1. & l. finali. infra de collatio.
dot. Sed ille qui vult consequens videtur velle eius necessariũ
antecedens. l. ad legatum. & l. ad rem mobilem supra de procu
ratoribus. & l. illud. infra eodem. Sequitur ergo quod filius qui
facit collationem, quæ est quid consequens, censetur velle adi-
re, quod est antecedens, & hoc argumento in simili vtitur Pet.
Phi. Corne. in consil. 52. colum. prima & consilio 211. in prin-
cipio. & colum. tertia. in secundo volumine. super illo articu-
lo, quod cedens aliquod ius hæreditarium censetur adire hære
ditatem, per illam rationem, & retenta ista opi. posset de facili
responderi ad. d. l. si filius. supra de condi. ob causam, nam illa
lex loquitur in agnoscenda bonorum possessione, in qua verũ
est quod nõ censetur agnita per collationẽ. quia in agnoscẽda
bon. poss. non sufficit sola voluntas nec animus, sed requiritur
factum, scilicet aditio iudicis & quod agnoscatur in iudicio,
alias nunquam censetur agnita, vt not. Bald. in l. 1. col. 8. in 29.
oppo. C. qui admitt. & est tex. in l. fi. eo. titu. sed secus est in adi-
tione hæreditatis, in qua sola voluntas sufficit, vt dicta l. gerit.
& dicta l. si auia. & istam rationem sentit proprie Alexã. in di-
cta l. si filius. Non obstant ea quę dicunt Salic. & Alexand. in
dicta l. si filius, vbi ponunt simile de eo, qui implet conditionẽ
quia non per hoc videtur adire, quia illa similitudo non est, &
longe diuersus est ille casus ab isto. Nam implere conditionẽ
est quid antecedens ad aditionem, & est pręparatoriũ necessa
rium ad eam, vnde qui facile tale præparatorium, non videtur
adire, secũdum Barto. in dicta l. gerit in 4. col. & maxime quia
antecedens non sapit naturam consequentis, licet secus ècon-
tra, vt notat Bald. in l. quoties ſa. secunda in fi. C. de fideicom.
Item isti sunt duo actus separati, scilicet implere conditionem
& adire hęreditatem, & vnus potest stare sine alio absq; eo ꝙ
præsumatur voluntas adeundi, nam per implementũ condi-
tionis purificatur institutio, & sic remanet tunc ac si pure es-
set institutus, quo casu est in potestate sua, an adeat vel non, ita
colligitur ex nota. in l. Antistius inf. eodem, & in d. l. prima
supra de condictio. ob causam, quæ omnia cessant in collatio-
ne, quæ est quid consequens, & qui incipit a consequenti, de
necessitate videtur velle eius antecedens, per prædicta. Trice-
84 simoquarto. † Quid si aliquis est hæres institutus sub modo
iuxta ea quæ habētur in l. quibus diebus §. Termilius inf. de cõ
ditio. & demonstratio. an adimplendo modum censeatur adi-
re, dic quod sic. Ita tenent Bal. & Alex. in dicta l. 1. supra de cõ-
85 di. ob causam. Tricesimo † quinto inducitur aditio, si filius re-
pudiauit paternam hæreditatẽ, & deinde per interpositã per-
sonam emit bona patris, per talem fraudem inducitur aditio
ex illa emptione. casus est in l. si is qui bonis inf. eod. & no. Bal.
86 in l. 2. C. de repu. hęre. Tricesimosexto. † Si filius occultauit ali
quid de bonis patris, & postea repudiauit hęreditatem, nã pro-
pter dictam occultationem habetur pro adeunte, & potest cõ-
ueniri a creditoribus. Ita tenet Ang. per illum tex. in l. si seruũ
§. prætor inf. eod. & Bal. in l. fi. §. cum igitur col. 3. C. de iure de-
lib. Tricesimoseptimo inducitur aditio eo ipso quod filius ali
mentat se de fructibus bonorum patris, secundum Ang. in d.
87 l. si seruum §. prętor eodem. Tricesimooctauo. † Si filius pri-
mo repudiauit paternam hæreditatẽ, & deinde reperitur pos-
sidere rem hæreditariam, præsumitur adiuisse & reuocasse re-
pudiationem, quia permissum est filio post repudiationẽ ite-
rum se immiscere, vt est text. in l. fi. C. de repud. hære. istud est
88 quod voluit Bal. in l. 2. C. eo. tit. de repu. hære. Vnum † tamen
scias pro complemẽto prædictorum, quod vbicunq; est indu-
ctum a iure, quod ex aliquo actu prędictorum pręsumatur adi
tio, debet semper dicta aditio allegari per eum qui se fundat
super ea, alias nõ prodest probare actum, nisi allegetur aditio.
ita singulariter dicit Alexand. in consi. 94. colum. 3. versiculo,
plus dico. in secundo volumine. & habetur in decisio. 14 cons.
Neapol. in 2. colu. Facit quod dicimus in simili. Nam licet de
iure presumatur bona fides l. penult. C. de euictio. debet tamẽ
allegari, alias talis præsumptio nil releuat, Ita tenet Ange. in l.
super elog. C. de præscript. longi. temp. & Bald. in capitulo, si
89 quis per triginta. si de feu. fuerit contro. Idem dicimus † vbi-
cunq; ex possessione aliquis præsumitur dominus, iuxta nota.
per Barto. in l. quidam in suo supra de conditio. insti. debet do
minum allegari, alias non prodest, vt not. Barto. in l. rem alie-
nam supra de pign. actio. Et prædicta tenet etiam Alexand. in
l. a Diuo Pio. §. si super rebus colum. 5. inf. de re iudica. Et idẽ
dicimus generaliter vbicunq; ex aliquo actu ius præsumit ali-
quid, semper debet illud præsumptum allegari. vt notat ple-
ne Iaso. in l. cum quid. colum. 7. & 8. & 14. & 15. supra si certũ
peta. vbi plura exempla cumulat in hac materia. Et pro hoc so
let allegari tex. in l. si adulterium cum incęstu. §. idem Pollio-
ni inf. de adulte. Quibus adde, quod talis allegatio potest fie-
ri de iure etiam post conclusum in causa in disputationibus &
iurium allegationibus Ita singulariter tenent Anto. de Butri.
& Ioannes de Imola in capitulo peruenit. de emptio. & ven-
ditio. & habetur in decisione. 178. cons. Neapo. in fi. Quod no
ta multum pro limitatione iurium dicẽtium, quod post con-
90 clusum in causa nemo loquatur. Item † prædictis adde, quod
in casibus præmissis probatur aditio hæreditatis etiam per te-
stes singulares, quia ad probandum actum successiuum, pro-
ut est gestio pro hęrede, admittuntur testes singulares, & ple-
ne probant. Ita notanter tenet Socin. in consi. 295. colum. 3. in
2. volum. Superest modo videre per quos actus inducatur re-
91 pudiatio, super quo breuiter concludo, † quod repudiatio fit
duobus modis scilicet expresse vel tacite, expresse inducitur
repudiatio quando quis deliberate vtitur verbis denotantibus
repudiationem vel abstensionem, & potest talis declaratio re-
pudiationis fieri vel in iudicio oretenus, vel in scriptis oblata
de hoc petitione, vel extra iudicium coram testibus, cautius
tamen est facere eam scribi per notariũ & coram testibus, pu-
blicari, ad hoc vt facilius probari possit. Quid autem si dicat qs
nõ sum hæres, vel nolo esse hæres, vel nolo adire, an p hæc ver-
ba inducatur repudiatio vel per similia? vide plene per Angel.
& Alex. in l. qui se patris, & ibi communiter doctores. C. de li-
be. Et Bartol. in l. filij. inf. ad Tertul. & in l. si quis suus. sup. de iu
re delibe. Item inducitur repudiatio eoipso quod hæres petit a
venientibus ab intestato vel a cohærede totum illud quod ip-
se debebat defuncto, quia per hoc apparet quod non vult esse
hæres, vnde inducitur repudiatio, ita tenet Socin. in consilio
45. in secunda, columna in quarto volumine. Tacite autẽ cen-
92 setur † repudiata hæreditas per lapsum temporis statuti ad ac-
quirendam hæreditatem, scilicet per lapsum vnius anni vtilis
vel centum dierum vtilium excluditur quis a petenda bonorũ
possess. l. prima. §. largius. infrà de successo. ædict. & l. secunda
C. qui admit. & hoc est de iure prætorio. Item per lapsum tri-
ginta annor. cõtinuorum excluditur quis ab hæreditate adeũ-
da de iure ciuili l. licet. Et ibi glo. Bal. & doct. C. de iure deliber.
& ista plene tangit Pet. Phi. Cor. in consil. 202. colum. sexta, &
septima. in secundo volumine. & in consilio decimosexto, &
consilio 299. columna secunda, & 4. in tertio volumine. Et
sic lapso dicto termino inducitur repudiatio, vt not. Bald. in l.
93 prima in 3. not. in 26. oppo. C. qui admit. Istud tamen † quod
dicitur de triginta annis limitatur primo secũdum Bartolum
non procedere quando filius est præteritus alio hærede insti-
tuto, nam si filius tacet per annum, & non dicit testamentum
nullum, censetur repudiasse hæreditatem non expectato ali-
ter lapsu triginta annorum. Ita dicit Bartol. in l. si impubes. §.
quæsitum infra de Car. ędict. per illum text, & in l. filio præteri
to. supra de iniusto rupt. testa. Et licet Bartol. ita teneat tamen
eius opinio in hoc communiter reprobatur, & contrarium te-
net Bald. in leg. prima. C. de suis & legiti. & in l. posthumo. co-
lumna prima. C. de bon. posses. contratab. Et ibi etiam Angel.
& Ludo. Roma. & communiter docto. & Bald. & Pau. de Ca-
str. in dicta l. filio præterito, & Alexan. in dicto §. quæsitum. in
addi. ad Bartol. & Pet. Phi. Cor. in consilio 202. columna penu.
in secundo volumine. vbi dicit communem esse opinionem
contra Bartol. & ratio patet ad sensum, quia licet filius tacen-
do per annum perdat bonorum possess. contratabulas de iure
prætorio, non tamen perdit ius dicendi nullum de iure ciuili,
nec petitionem hæreditatis, quę iura sunt perpetua, & durant
triginta annis, vnde hæc limitatio non tenetur. Secundo limi-
94 ta prædicta, † nisi esset datum tempus ad deliberandum per iu
dicem ad instantiam substituti, an velit adire vel ne, quia ela-
pso illo termino si nihil dicit, habetur pro repudiante, non ex-
pectato aliter lapsu triginta annorum. Ita dicit Bartol. in l. quã
diu. ia tertia. infra eodem. vbi dicit secus esse quando datur tẽ-
pus ad instantiam creditoribus, quia tunc elapso termino ha-
betur pro adeunte. Talis enim contumacia semper interpreta
tatur in præiudicium hæredis, & ad vtilitatem eius qui facit da
ri dictum terminum l. de ætate. §. qui tacuit supra de inter. ac.
ita etiam tenet Alexand. in l. fina. §. pen. C. de iure delibe. & ibi
etiam Bartol. Et istud tempus quod datur per iudicem ad deli
berandum non debet esse minus centum diebus. l. prima. §. ait
prætor. cum l. sequen. supra de iure deliber. Et ibi Barto. Tertio
95 limita non procedere in filio, † qui licet steterit per triginta an
nos, & non adiuit paternam hæreditatem, tamen remanet so-
lum exclusus vt filius, vnde habebit alios trigĩta annos, postea
tanquam proximior agnatus, & legitimus hæres. & sic poterit
intra sexaginta annos adire, ita multum notabiliter tenet Bald.
in dicta l. licet. versiculo quarto quæritur. C. de iure deliber. &
ibi ipsum sequitur Angel. Paul. de Cast. & Alexand. Idem te-
net Alex. in consil. 89. incipient. viso puncto &c. colum. 2. in 2.
volu. Et assignant præfati docto. rationem, quia sicut se habet
annus de iure pretorio in materia successorij ędicti, ita se habẽt
triginta anni de iure ciuili. sed filius elapso primo anno ad pe-
tendum bonorum possess. habet alium annum tanquam legi-
timus,

ſimus, non autem centum dies. l. penultima. §. filius. infra quis
or. in bonorum poſſeſſ. ſerue. & l. prima. in fin. infra de ſucceſ.
ędic. quia filius excluſus vt filius, ſuccedit ſibijpſi vt agnatus l.
prima. §. ſed videndum infra de ſucceſſ. ędict. ergo eodem mo
do habebit triginta annos de iure ciuili. Idem etiam tenent
communiter Modern. in l. qui ſe patris. C. vnde liber. Quarto
96 limita † non procedere in filio vel alio legitimo hærede inſtitu
to, quia ſi ſtetit per triginta annos, & non adiuit hæreditatem
ex teſtamento, poterit infra alios triginta annos illam adire ab
inteſtato tanquam proximior in gradu. Ita dicit Bald. in dicta.
l. licet, & ibi etiam Alexan. & communiter docto. & Bartol. in
conſilio 129. incipien. Quidam habuit vxorem &c. & Alexan.
in dicto conſilio 89. in ſecundo volumine. Ex quibus infert ſin
97 gulariter † Bald. in dicta l. licet, quem ibi ſequitur Alex quod
ſi filius ſtetit per annum, & non adiuit hæreditatem matris, &
elapſo anno mortuus fuit, tranſmittit ius deliberãdi ad quem-
cunque hæredem, quia primum annum habebat vt filius, ſecũ
dum vero annum vt legitimus hæres, & ſic infra duos annos
tranſmittitur ius deliberandi, quando ſumus in filijs, quod eſt
valde notandum pro intellectu legis, cum antiquioribus C. de
98 iure deliber. Et in hoc differt † renunciatio tacita ab expreſſa,
quia is qui expreſſe repudiat hæreditatem ſimpliciter, etiam ſi
ſit filius, cenſetur excluſus ab omni iure, tam prætorio, quam
ciuili. Ita tenet Alexan. in l. ſuum C. de iure delibe. & Bartol. in
l. nec is. §. primo. ſupra eodem. Item cenſetur excluſus tam ex
capite liberorum quam agnatorum, vt eſt gloſ. ſingularis in di
cta l. prima. §. ſed videndum infra de ſucceſ. ędict. quam ſequi-
tur Iaſo. in dicta l. licet. in fin. C. de iure deliber. ſecus eſt in eo
qui tacite repudiat per lapſum temporis, vt ſupra & not. gloſſ.
fin. in l. prima. & ibi per docto. C. qui admit. Et prædicta etiam
tenet Bald. in l. prima. colum. 2. in fine. C. quando non pe. par.
vbi etiam plus dicit, quod ſi quis renunciat poſſeſſioni vnius
rei hæreditariæ, cenſetur totam hæreditatem repudiare, ſicut
ẽ contra per poſſeſſionem vnius rei cenſetur tota hæreditas a-
dita, vt ſupra ſecus eſt ſi renũciat vni iuri tantum, ſcilicet de iu-
re prætorio, quia poteſt adire de iure ciuili, & ẽ contra ſecun-
dum Bald. ibi in dicta l. prima. & ſentit Bartol. in d. l. nec is. §.
primo. ſupra eodem. Ex prædictis textualibus, & alijs ad mate-
riam huius tituli facientibus, venio ad apparatum, & primo in-
gredior gloſ. vnicam ſuper iſta lege, is verſiculo. is poteſt repu-
diare. Quam gloſ. pro clariori intelligentia & faciliori declara
tione diuido in duas partes principales. In prima parte ponit
nouem requiſita, quę requiruntur ad hoc, vt quis poſſit adire
hęreditatem, quorum ſi aliquod deeſt, adiri non poteſt. In ſe-
cunda parte vult tollere per modum fallentię quædam contra
ria, quę poſſent formari contra iſtam legem. Secunda pars in-
cipit ibi, ſed regula huius legis fallit. &c. Pro expeditione igitur
99 primæ partis huius glo. quæro, quæ requirãtur † ad hoc, vt quis
poſſit adire hęreditatem. glo. reſpondet, quis autem & quan-
do poſſit adire, &c. Et ſic ter ſus glo. eſt deſignare habilitatem
perſonæ & temporis dum dicit, quis & quando, & licet Bart.
hic in princip. dicat quod glo. ponit quinque, quę requiruntur
ſuper habilitate perſonæ, ſcilicet quis poſſit adire, & quinque
alia quæ requiruntur quando poſſit adire, & ſic ſecundũ Bar-
tolum videntur decem requiſita. tamen in rei veritate ſunt tã-
tum nouem, quæ numerantur in effectu per iſtam glo. videli-
cet primum, quod ſit homo liber. Secundum quod ſit paterfa
milias. Tertium quod ſit compos mentis. Quartum quod ſit
maior vigintiquinque annis. Quintum, quod ſciat teſtatorem
eſſe mortuum. Sextum quod ſciat delatam ſibi eſſe hæredita-
tem. Septimum quod ſciat teſtatorem potuiſſe teſtari. Octa-
uum, ꝙ ſciat qualiter nullus eũ præcedit in ſuccedẽdo. Nonũ
& vltimũ. quod ſciat ex qua cauſa delata eſt ſibi hæreditas ſcili
cet ex teſtamẽto vel ab inteſtato. de ſingulis igitur dicentiamus.
Reuertor igitur ad primum, quod eſt ſecundum glo. quod ſit
100 homo liber. Iſtud dicitur ad differentiam ſerui. † quia ſeruus
cui delata eſt hæreditas non poteſt de perſe ſuam adire, ſed eſt
neceſſe, quod interueniat iuſſus domini pręcedens in adeun-
do. l. ſi quis mihi bona. §. primo. & §. iuſſum. & l. Antillius. §. 1.
infra eodem. Alias autem ſine iuſſu domini adire nõn poteſt
ſeruus & ratio quia ſeruus eſt penitus incapax eorum quę ſunt
iuris ciuilis, & mortuo æquiparatur. l. quod attinet. & l. ſeruitu-
tem infra de regu. iuris Amplia iſtud procedere etiam in ſer-
101 uo penę, † prout eſt is qui damnatur in metallum vel ad be-
ſtias propter delictum, nam ſtatim lata ſententia perdit ciuita-
tem. & per conſequens perdit teſtamenti factionem actiue &
paſſiue, quia non põt teſtari, nec heres inſtitui, nec põt aliquo
modo hæreditatẽ adire, quia eſt ſeruus penę, non autẽ fiſci vel
102 Cęſaris, vnde † ſi hæres inſtituatur, pro nõ ſcripto habetur. tex.
eſt in l. ſi quis mihi bona. §. ſi quis plane. infr. eo. & in l. eius qui
§. fin. & ibi gl. & Bar. ſup. de teſtam. vnde talis hęreditas ibit ad
ſubſtitutum, ſi habet, vel ad coniunctum, vel ad venientes ab
inteſtato. l. vnica. §. 1. C. de caducis tollendis. & not. glo. in dicto
§. ſi quis plane. & l. ſi in metallum. inf. de his quæ pro nõ ſcript.
ha. & l. quidam. inf. de pęnis. Secũdo amplia & multo fortius
procedere idem in damnato ad mortem propter delictum,
nam eo ipſo quod eſt lata ſentententia contra ipſum ad mor-
tem eſt effectus ſeruus pęnę, & per conſequens inteſtabilis
actiue & paſſiue. l. qui vltimo. inf. de pęnis. Et nota. Bart. in di-
cta. l. eius qui. §. ſi cui. & probat in dicto. §. ſi quis plane. in verſ.
ad gladium &c. Quod tamen limita non procedere, quando
103 damnatus appellauit, † quia pendente appellatione reſcindẽ
effectus ſententię, adeo quod ſi moritur interim, dicitur mori
teſtabilis & non ſeruus. textus eſt in l. qui a latronibus. §. fi. ſup.
de teſta. & ſic per conſequens poſſet tunc adire, niſi in caſibus
ibi exceptuatis, per gl. & Bar. in l. ſi quis filio exhæredato. §. his
autem. ſup. de iniuſt. rupt. teſta. & prædicta notat etiam gl. in d.
l. eius qui. §. ſi cui. & vide omnino Bald. in conſil. 382. in primo
104 volumine. Et in tantum hoc eſt verum, † quod non ſolum ip-
ſe damnatus poteſt appellare, iuxta. l. addictos. C. de appellatio.
& l. addictos. C. de epiſcop. audiend. Sed etiam eius hęres po-
teſt appellare poſt mortem damnati, dummodo appellet infra
decẽ dies a die late ſententiæ, & talis appellatio operatur mul-
tum quo ad bona, adeo quod trahitur retro, & fingit damnatũ
non eſſe mortuum ſeruum, ſed liberum, & per conſequens
eius teſtamentum reconualeſcit. Ita multum ſingulariter &
plene tradit Bal. in l. 1. col. 4. circa fi. & ibi etiam Alex. in addi-
tioni. C. ex delict. defunct. Et idem Bal. in l. 3. col. pen. C. ſi pen-
dente appellatione mors interue. vbi plus dicit, quod hanc ap-
pellationem debet facere hęres non nomine defuncti, ſed no-
mine proprio pro commodo bonorum, ex quibus infertur, ꝙ
ſtante dicta appellatione valeret aditio facta per damnatum. Itẽ
potuiſſet tranſmittere hæreditatem vel ius deliberandi in caſi-
bus, in quibus liber homo tranſmittit. Limita ſecundo non
105 procedere. † quando ſententia eſſet notorie iniuſta, per quam
fuit quis damnatus ad mortem, nam tunc etiam ſine appella-
tione talis damnatus eſt teſtabilis, ſecundum Bald. in dicta l. 3.
col. penul. verſicu. & hoc eſt vtile ſcire &c. Et Bal. in repet. l. 1.
col. 3. in princip. C. de ſacroſan. eccl. & Bal. in d. conſ. 382. in 1.
vol. Limita tertio non procedere, quando quis eſſet damnatus
vt proijciatur de feneſtris, ita quod moriatur, nam ſi proijcitur
& non moritur, non efficitur ſeruus pęnę. ſed remanet capax,
ita tenet Ang. in l. ſi quis plane ponderando gl. ibi. ſup. eod. quẽ
106 ibi refert Alex. Limita quarto † non procedere, quando quis
eſſet damnatus ad aliquam pęnam a iure prohibitam, vt pœna
ad perpetuum carcerem, quæ pęna eſt prohibita. l. incredibile.
C. de pęnis. nam tũc non efficitur ſeruus pęnę, ſecundũ Ang.
107 & Alexand. in d. §. ſi quis plane. An † autem hodie iſta iura ſint
correcta per ius auth. per quod eſt inductum, quod nullus ho-
mo bene natus hodie efficitur ſeruus per ſupplicium, vt dicit
tex. in authen. ſed hodie de don. inter vir. & vxo. Dic quod nõ,
nam illa authen. loquitur in damnatis, qui non moriuntur na-
turaliter. Ita ergo loquentia de damnatis ad mortem remanẽt
incorrecta. Ita intelligitur illa authen. & dicit ibi gloſſ. & not.
Bar. in d. l. ſi quis filio. §. irritum. ſup. de iniuſt. rup. teſta. & in d.
leg. eius qui. §. 1. ſup. de teſta. Et hoc verum quo ad hoc, vt ſint
inteſtabiles, ſed quo ad publicationem bonorum omnia dicta
iura corriguntur, maxime tex. in dicta leg. eius qui. §. fina. & in
l. 1. § fina. infra de falſis, in quibus locis ſtatuitur pęna damna-
tionis in metallum vel deportationis vna cum publicatione
108 bonorum. † Nam hodie bona damnatorum non publicantur
niſi in ſolo crimine maieſtatis & hæreſis, vt eſt text. & ibi Bald.
in auth. bona damnatorum. C. de bo. proſcrip. & not. glo. in di-
ctis. lib. & Andr. de Iſer. in c. 1. in verſic. contrahentium inceſtas
nuptias. colum. 3. 4. & 6. & fi. quæ ſint rega. & ad prędictas adde
109 Bar. in d. l. qui vltimo. inf. de pęnis. Prædictis tamen adde, † qđ
licet prædicti ſerui & damnati ſint, incapaces hæreditatis, põt
tamen eis relinqui pro alimẽtis. l. ſi in metallum, & ibi Bar. inf.
de his quę pro non ſcrip. & ſic ſunt capaces legati alimentorũ,
vt not. Bar. in l. is cui. & in l. ſeruos ad cuſtodiam. inf. de ali. & ci-
ba. l. pro hoc eſt text. in l. legatũ. ſ. de capi. dimi. qa alimẽta ſunt
iuris naturalis, & ſerui ſunt capaces eorum, quę ſunt iuris natu-
110 ralis. Item adde † ꝙ licet damnati ad mortem non poſſint te-
ſtari etiam ad pias cauſas, poſſunt tamen ſe obligare de reſti-
tuẽdis male ablatis, & hoc poſſunt facere inter viuos, & diſpo-
nere ante condemnationem. Ita tenet Bal. in titu. de pace con-
ſtantiæ. col. 6. ver. an ergo damnati &c. & Alex. in addi. ad Bar.
in d. l. eius qui. §. 1. ſ. de teſta. & Bal. in l. fi. col. fi. in prin. C. ſi a nõ
compe. iudi. & Ioan. An. in nouella in c. quamquam. de vſur. li-
111 bro ſexto. An autem poſſit † iudex in ſententia huiuſmodi dã-
natis reſeruare facultatem teſtandi, dic quod non, quia eſſent
duo contraria. ſ. facere aliquem ſeruum pęnę, & ꝙ poſſit teſta-
ri. vnde talis reſeruari nõ valet ſm Bal. in repe. l. 1. col. 2. in fi. ver.
reuertor ad primum &c. C. de ſacroſanc. eccl. vbi plus dicit Bal.
quod etiam ſi damnatus ad mortem euadat, quia forte aufu-
git, adhuc tamen remanet ſeruus pęnę, & inteſtabilis. l. mulier.
ſupr. de capi. dimi. & not. Bart. in d. l. qui vltimo. infra de pęnis.
112 Quinto † limita prædictam concluſionẽ non procedere, quan-
do quis

do quis est damnatus ad mortem per iudicē incōpetentē, quia
tunc non efficitur seruus pęnæ, ſm Bar. in l. rei capitalis. §. eum
& in l. qui vltimo. infra de pœnis, vnde remanet testabilis, ſm
113 eum. An † autem isti damnati ad mortem possint confiteri, &
eis iniungi penitentia sacerdotalis, & an possint sumere eucha
ristiam, & sic corpus Christi, antequam moriantur. vide text.
& glo. in clementi. 1. de peni. & remis. vbi dicit quod sic, ita de-
mum si petant, nam ipsis petentibus non sunt dicta sacramen-
deneganda. Idem tenet ibi Cardi. in 1. not. & in 9. 11. & 12. q. Ad
idem est tex. in c. quæsitum. 13. q. 2. & ibi per Archi. & est glo. in
c. si quis. 26. & Abb. in c. ex parte. el. 2. de sepul. Eodem modo
ecclesiastica sepultura non debet nec potest eis denegari, quia
si apparet quod pęnitentes mortui sunt possunt in ecclesia se-
peliri, ita dicit glo. in d. clem. 1. & ibi Card. in 13. quæstione. &
Hostien. in cap. ex parte, el secūdo, de sepult. & ibi etiam Abb.
114 dicit quod possunt sepeliri cum missa & alijs officijs. Non † ta-
men possunt de furca deponi sine licentia iudicis, quam iudex
petitam de facili concedere debet, vt not. glo. in d. clem. 1. & ibi
etiam Card. in fi. vt fecit Pilatus, qui de facili concessit Ioseph,
vt Iesum defunctum de cruce deponeret, vt dicit ibidē Card.
115 in fi. & habetur Ioannis cap. 24. Vnum † tamen est menti tenen
dum in hac materia, quod si est aliquis exbannitus vel in exiliū
missus, qui non potest viuus manere in aliqua ciuitate a qua
fuit exbannitus, minime pōt post eius mortē ab ea ciuitate du
ci eius cadauer ad sepeliendum sine licentia superioris, ita no-
tanter dicit Bar. in l. 2. per illum tex. inf. de cada. puni. & Cardi.
in dicta clem. 1. in fi. verbis. de pęni. & remis. Quid autem in eo,
116 † qui est damnatus ad membri mutilationem? an dicatur ser-
uus pęnę. Dic quod non, vnde remanet testabilis. ita dicit Bal.
in repeti. l. 1. col. 3. versic. secundo quæritur. C. de sacrosan. ec-
117 cles. Quid in deportato, † dic quod est intestabilis, quia perdit
ea quæ sunt iuris ciuilis, vnde nihil potest acquirere, nec testa-
ri. l. 1. §. in quibus. infra de lega. 3. & habetur plene per Bartol.
Bald. & Alexand. & communiter docto. in l. 1. C. de hęred. in-
stit. & Bal. in l. 2. C. de bon. proscript. & in l. eius qui. §. insulam.
sup. de testa. immo deportatus habetur pro mortuo. l. 1. §. qui-
118 dam filium. ℸ. de bo. poss. contra tab. † secus est in relegato, quia
remanet testabilis, ſm Bar. in dicta l. eius qui. §. si cui. in fi. & ha-
betur in l. relegatorum. in prin. ℸ. de inter. & releg. Et prædicta
etiam ponit Bald. in repetitio. d. l. 1. col. 3. versic. tertio &c. C. de
sacrosanctis ecclesijs, & habetur in d. l. quidam. infra de pęnis.
119 Quid autem † de bannito nostri temporis, in hoc concludo
breuiter, quia in varijs locis tractatur plene hęc materia, & ma
gis communis conclusio est, quod licet sit taliter bannitus, ꝙ
possit ex forma statuti impune offendi, tamen perdit solū illa
priuilegia & beneficia quę cōpetebant sibi ex priuilegijs & sta
tutis illius ciuitatis, a qua fuit ex bannitus, nō autem perdit be-
neficia competentia sibi de iure communi etiam in illa ciui-
tate, ita concludit Bart. in sua disputatione incipiente, Lucanę
ciuitatis statuto &c. Et idem Barto. in dicta. l. eius qui. §. si cui.
& ipsum sequitur Alexand. in l. 1. col. pen. C. de hæred. insti. &
idem Alex. in l. ex facto. §. ex facto. & ibi etiam Bart. inf. ad Tre-
bel. & Alex. in consi. 26. in 1. vol. & in l. si cum dotem. §. si patri
sup. sol. matrim. vnde poterit adire & acquirere hæreditatem
secundum Alex. vbi supr. de quo vide omnino vnum pulchrū
consil. Pau. de Cas. in cons. 212. incip. omisso ordine &c. in 2.
vol. vbi plene attingit hanc materiam. & in effectu concurrit
cum prædictis doctoribus. Et ibi etiam decidit illum articulū,
scilicet, An fiscus possit occupare paternam hæreditatem de-
latam filio bannito, & concludit quod nō. Limita tamen istud
nisi statutum diceret, quod banniti sint extra protectionē cō-
munis, nam tunc perdunt etiā ea quę iuris cōmunis sunt, secū
dum Bal. in l. 3. col. pe. in fi. C. si penden. appellatione mors in-
terue. quē sequitur Alexand. in dicta l. 1. C. de hęre. instit. vnde
tunc nihil acquirere potest de iure ciuili bannitus, nam tunc
æquiparatur deportato, verum de hoc, an æquiparetur depor-
tato vel relegato, vltra nota. per docto. in locis pręal. vide And.
de Iser. in capitulo, domino guerram. col. 2. in tit. hic fini. lex,
vbi dicit quod si est bannitus pro crimine pro quo perduntur
bona æquiparatur deportato, alias æquiparatur relegato, si bo-
na non perduntur, siue sit bannitus a rege, siue a iudice haben-
te merum imperium. Et ex prædictis infero, quod ex quo ho-
die in regno contumax pro delicto primo bannitur, & eius bo
na annotantur, vt dicit constitutio regni, grandis vtilitas, & de-
inde si perseuerat in banno per annum, elapso anno a die ban-
ni foriudicatur, & eius bona fisco applicantur, & habetur pro
confesso & conuicto, & condemnato, & omnis defensio sibi
præcluditur & a quolibet potest impune occidi tanquam ho-
stis publicus, vt dicit alia constitut. quæ incipit, pœnam corū,
adeo quod dicit ibi Andr. de Isernia. in 2. colum. quod intan-
tum habetur pro condemnato, quod si contingat eū capi, sta-
tim ipso facto ducitur ad supplicium, non expectata alia sen-
tentia. Pro hoc infero, quod si aliquis est foriudicatus pro deli-
cto in quo veniebat irroganda pęna mortis, quod ex quo per
talem foriudicationem habetur pro condemnato, ille talis for
iudicatus dici potest esse effectus seruus pęnę, & sic per conse-
quens non posset testari, nec hęres institui nec adire hæredita-
tem. Et quod sit seruus pęnæ, patet, quia eo ipso quod capitur,
ducitur ad supplicium sicut alij damnati ad mortem, vt supra.
120 Ad hoc † etiam moueor per ea quę not. Barto. in l. qui vltimo.
infra de pęnis. & Bald. in d. l. 1. col. 3. in princ. C. de sacrosan. ec-
cles. & supra dixi, quod si damnatus ad mortem euadat, & fu-
giat, adhuc tamen remanet seruus pęnæ, licet sit in sua liberta-
te. Ita etiam est dicendum in tali foriudicato, ex quo habetur
pro condēnato ad mortem quādo talis erat pęna vt sup. Quid
121 autem de excommunicato, † videtur dicendum quod sit inte-
stabilis, ex eo quia habetur pro mortuo quo ad spiritualia, vt
nota. Innoc. in cap. grauem. de senten. excommun. & Barto. in
repetitio. l. Barbarius. col. 5. sup. de offic. præto. Item æquipara-
tur seruo. vt nota. Specu. in tit. de actore. versic. item quod est
seruus, ex quo dicitur esse seruus diaboli, & in eius potestate. vt
nota. Bal. in l. 3. col. fi. C. si penden. ap. mors inter. Contrarium
est veritas, quia nullo iure cauetur, ꝙ sit intestabilis, vnde po-
test testari & hæres institui, secūdum Bal. in l. 1. col. 6. C. de hęr.
instit. & Gem. plene. & Io. And. in c. decernimus. de senten. ex-
commu. lib. 6. Quod tamen limita non procedere in excōmu-
nicato pro hæresi, vel quia erat fautor vel receptator hæretici,
nam si per annum perseuerat in huiusmodi excommunicatio
ne efficitur infamis & intestabilis actiue & passiue, vt est tex. in
auth. credentes. C. de her. & in c. excommunicamus. §. creden
122 tes. extra de hæreticis. Quid de monacho? dic † quo ad acquisi-
tionem monachus æquiparatur potius seruo quam filio, quia
quicquid acquirit, acquirit monasterio. glo. est in l. cū hæredes.
§. fi. inf. de acquir. poss. & Bar. in l. 1. in princ. & §. si fructuarius.
inf. de stip. seru. & Fely. in c. præsentia. col. fi. de prob. Et Alex. in
l. 1. §. item acquirimus. col. 2. inf. de acqui. poss. In terminis aūt
nostris quo ad acquirendam hæreditatem monachus æquipa-
ratur filio vel seruo, secundum quod vtilius est monasterio, vn
de si est delata hæreditas monacho, potest illā monachus adi-
re cum iussu Abbatis, sicut dicimus in seruo. non autem solus
monachus adire potest, cum non habeat velle nec nolle. c. si re
ligiosus. de elect. lib. 6. si autem Abbate iubente nollet mona-
chus adire, tunc solus Abbas adire potest etiam eo inuito, & in
hoc æquiparatur filio. ita tenet Bar. in l. 1. col. 4. & ibi ēt Alex. in
7. & 8. col. ſ. de vulg. & pupill. & Bal. in l. 1. col. 12. C. qui admitt.
& doct. communiter. in l. cum proponas. C. de hær. instit. quos
ibi ad hoc refert Ias. in antepen. col. & Abb. in d. c. in pręsentia.
col. pe. de prob. Venio ad ſm requisitum glo. Quod est. l. vt sit
123 paterfamilias is, qui vult adire hæreditatē, alias † aūt si est filiuf-
fa. nō pōt hæreditatē adire sine iussu patris. l. si quis mihi bona.
§. iussum. inf. eo. & hr̄ in l. seruo inuito. inf. ad Treb. hoc autē li
mita procedere de iure antiquo ffororum, secus est hodie, quia
istud est correctum de iure. C. quę correctio habet locum solū
in hęreditate aduentitia delata filiofa. nam potest eā filius adi-
re ēt patre inuito & ignorāte. l. fi. §. 1. C. de bo. quæ lib. & no. gl.
& docto. cōiter. in l. 1. C. qui admitt. & Bar. in d. §. iussum. secus
est in hęreditate profectitia, vt qn̄ defertur filio contemplatio
ne patris. l. sed si plures. §. in arrogato. sup. de vulg. & pup. quia
hodie sicut est in ea immutatum, sed requiritur iussus patris si
cut olim. Ita nota. gl. in d. §. iussum. & ibi plene Bart. & Alex. &
in l. qui in aliena. §. interdū. sup. eo. & gl. in terminis. in l. fin. inf.
quis ord. in bo. poss. ser. Tertium principale requisitum in gl. ēt
124 tangitur. s. quod sit compos mētis. & hoc dr̄ ꝑ furiosum † qui
non pōt adire hęreditatē. l. qui seruū. inf. eo. quia furiosi nulla
voluntas est. l. furiosi. inf. de reg. iur. Si tn̄ habet patrem, tūc pa-
ter est suus legitimus curator. l. fi. C. de cur. fur. si vero patrē nō
habeat, tūc debet sibi prouideri de curatore, ſm formam l. de
creationibus. C. de epis. audien. & tunc quando habet curato-
rem, potest curator adire hęreditatem furioso delatam, si sibi
videbitur vtilis, super qua habet furiosus hanc facultatem a iu
re, quia qñcunque ad sanam mentem peruenerit poterit illam
hęreditatem acceptare vel repudiare, prout sibi videbitur vti-
lius. Si aūt mortuus fuerit antequam furoris effectus sit, & tunc
siquidē est hęreditas extraneorū, quę sibi delata fuit, nō trans-
mittitur ad hęredes ipsius furiosi, sed perinde habetur, ac si adi
ta non fuisset, & vadit ad illos ad quos iret si furioso delata nō
esset. ita dicit tex. in d. l. fi. §. sin autem in furore. C. de cur. fur. &
in l. 2. §. si quis ex liberis. inf. ad Tertull. secus est in legatis & fi-
deicommissis furioso delatis, quia illa transmittuntur ad hęre-
des furiosi, vt d. §. sin autem in furorem, ita hec omnia voluit
plene Bal. in l. potuit. in 5. quęstione. C. de iure deli. & Bar. in l.
1. inf. de bo. poss. infan. & furi. dela. Et sic patet ſm Bal. ibi ꝙ cu-
rator furiosi potest adire hęreditatē pro furioso tamen non ha
bet perpetuam causam, ita etiā tenet Ias. in l. infantis. C. qui ad-
mit. Hoc tamen limita non procedere in patre furiosi, qui est
curator & legitimus administrator, vt ſ. nam pōt pater pleno
iure acquirere hęreditatem filio furioso ipsam adeundo, & sic
habebit tunc perpetuā causam. Ita notanter licet sub obscuris
verbis

verbis voluit Bar. in l. ſi infanti. colum. 2. & ibi ipſum ſequitur
Alex. in 4. col. C. de iure delib. & eſt ratio propter maiorem po
teſtatem quam habet pater in filium, quam curator extraneus
Si vero eſt hæreditas patris quæ eſt delata furioſo, & tunc ſiue
fuerit agnita per curatorem, ſiue non fuerit agnita, tranſmitti-
tur ad hæredes furioſi ex potentia ſuitatis. Ita dicit Angel. in d.
l. Antiſtius §. fi. infra eod. & ſentit Bal. in d. l. potuit. in 5. q. a con
trario ſenſu. Quod corroboratur optimo ſimili, quia etiam in-
fans tranſmittit hæreditatem paternam non aditam ex poten-
tia ſuitatis, vt not. Bart. & Alex. in d. l. ſi infanti, vbi eſt commu-
nis opin. doct. de iure delib. ſed infans nullum habet intellectũ
& furioſo comparatur l. in negotijs. inf. de reg. iur. & not. Iaſo.
in d. l. infantis. C. qui admit. Limita tamen iſtam gloſſ. inquan-
tum dicit, ꝙ furioſus nõ põt acquirere hęreditatẽ, vt procedat
ex ſe, quia ex quo ſenſu caret, non poteſt per ſe acquirere, tamẽ
per ſeruũ vel filium acquirere poteſt, dummodo interueniat
iuſſus tutoris vel curatoris, caſus eſt & ibi gloſ. in d. l. Antiſtius.
§. fin. inf. eod. vbi eſt gl. quam Bal. dicit ibi eſſe auream, quæ po
nit intellectum ad l. neque ff. de hęre. inſti. vbi traditur regula,
quod qui nõ poteſt per ſe acquirere hæreditatem, minime po
teſt per ſeruum vel filium. nam illud intelligitur in eo qui pro-
pter delictum prohibetur acquirere, ſecus ſi propter infelicita
tem, vt in furioſo. Qualiter autem probabitur aliquem eſſe fu-
rioſum, & quis dicatur furioſus, & quis mente captus, & quis
fatuus, ponit plene Alex. in conſil. 4. & conſil. 141. in 1. vol. &
Bal. in l. ſi furioſi. C. de nup. & Alex. in conſil. 85. & conſil. 86.
in 2. volum. vbi plen. ſlime tractat hanc materiam & Pe. Phi.
Cor. in conſil. 21. & conſ. 85. in 2. volum. & in conſ. 219. in 1. vo-
lum. & in conſil. 22. in 4. volum. vbi plene. Et circa hoc præſup
125 ponitur vna regula, † quod in dubio quilibet præſumitur com-
pos mentis & ſanus, niſi probetur furioſus. text. eſt in l. nec co-
dicill. C. de codicill. & in c. fi. & ibi not. de ſucceſ. ab inteſt. & te
net Pet. Phi. Cor. in dicto conſi. 21. colum. 1. in 2. volum. Et eſt
ratio ſecundum Bald. in d. l. nec codicillos, quia aliquem eſſe
compotem mentis eſt naturale, ſed eſſe furioſum, eſt acciden-
tale, vnde quilibet præſumitur eſſe talis, qualem ſolet natura
producere, niſi cõtrarium probetur. alleganti aliquem eſſe fu-
rioſum incumbit onus probandi d. l. nec codicillos, & not. Bar.
in l. filium. inf. eod. & Bal. in l. fin. C. de hær. inſti. & Card. in cle.
1. in 2. q. de homicidio. Illud tamen limita multum ſingulari-
ter procedere in eo, qui nunquam fuit furioſus, quia ille habet
126 hanc præſumptionem pro ſe, ſecus † autem in eo qui quando-
que fuit furioſus, quia præſumitur furor durare, niſi contrariũ
probetur, vnde tunc alleganti eum eſſe ſanę mentis incumbit
onus probandi. Ita dicit glo. in verſ. compotem in d. c. fi. de ſuc
ceſ. ab inteſt. & not. plene Alex. in l. furioſum. C. qui teſtam. fa.
poſ. & Abb. in c. cum inter canonices. de electio. Et Pet. de An-
cha. in conſ. 5. & Alexan. in hac l. is poteſt. in 3. colum. Et idem
Alex. in conſ. 22. colum. 4. in 5. volum. & plenius in dicto conſ.
88. colum. 3. in 2. volum. Quod tamen notabiliter declara ſecũ
dum Alex. in d. l. furioſum, vt procedat, quando furor durauit
per multos dies, ſecus ſi fuiſſet aliquis furor momentaneus, qui
modico ſpacio duraſſet, quia tũc non præſumitur durare, quia
in huiuſmodi furore momentaneo de facili reuertitur homo
ad reſipiſcentiam, & ita reuertus præſumeretur, niſi contrariũ
probaretur, ſecundum eum, ita etiam dicit Pe. Phi. Corn. in d.
127 conſ. 21. colum. 2. in fin. Ex prædictis † ergo ſequeretur, quod eo-
ipſo quod probatur ſemel aliquæ quandoque fuiſſe furioſum,
ſi deinde facit aliquem actum, præſumitur illum feciſſe tẽpo-
re furoris, niſi contrarium probetur, & ſic actus non valebit, ita
dicit glo. in d. c. fina. de ſucce. ab inteſt. quam ibi ſequitur Abb.
in fi. colum. & Pet. Phi. Cor. in dicto conſil. 21. per totum. ma-
xime in fin. colum. in 3. volum. & Geminia. in capi. 1. §. ſi vero.
de cle. egro. lib. 6. & Alexan. in d. conſil. 92. colum. 5. in princip.
in 5. volum. vbi prætertim dicit id procedere fortius, quando
actus factus non conuenit totaliter homini ſanę mentis, vt di-
cit etiam Bald. in d. l. furioſus. Pet. Phi. Cor. in d. conſil. 21. colu.
pen. & Alex. in conſil. 85. colum. 4. in 2. vol. vbi dicit quod licet
ex aduerſo probetur, quod habeat dilucida interualla, niſi in ſpe-
cie probetur quod erat ſanus tempore actus celebrati, talis pro
batio nil reuelat. Idem etiam & magis plene tenet Alex. in cõ-
ſilio 86. in 2. volum. vbi infinitas deciſiones allegat in hac ma
teria & Pet. Phi. Cor. in conſ. 69. colum. antepen. & pe. in 1. vol.
128 Probatur † autem aliquem eſſe furioſum vel fatuũ per ſigna,
vt dicit Bar. in l. ſi quidem C. ſol. matr. vbi idem dicit ad probã-
dum aliquem eſſe mortuum, quæ ſigna oſtendũtur, & per ver
ba & per facta, vt dicit Abb. in d. c. fi. colum. fi. de ſucceſ. ab inte.
Per verba enim oſtenditur furor, quando quis loquitur verba
fatua extra propoſitum, & non conuenientia homini ſane mẽ
tis, nam fatuus fatua loquitur, vt habetur in c. legimus 93. diſt.
& eſt tex. & ibi not. in l. quidam in ſuo. ff. de condi. inſti. & Bar.
in l. is qui §. fi. ſup. de tut. & cur. da. ab his. vbi habetur, quod ex
ſermonib. cognoſcitur homo ſtultus. Idẽ tenet Ale. in d. conſ.
54. in 1. vol. eodẽ modo ſi non rñdet ad propoſitũ vel nõ hẽt re-
ctã memoriã, vel ſi proijcit panẽ vel lapides, vel quia ita reputa
tur furioſus a patre ſuo & a conſanguineis, vt dicit Ale. in d. cõſ.
54. Eodem modo ſi quis ſputat in faciẽ alicuius hominis præ-
ſumitur ex hoc furioſus, ſm Pe. Phi. Cor. in cõſ. 22. col. 2. in 4.
vol. Et de prædictis vide etiam Alex. in l. apud Iulia. §. conſtat
inf. de l. 1. vbi inter alia dicit, ꝙ ſi quis recuſat pocula medicina
lia in infirmitatibus, ex hoc præſumitur furioſus, allegat Spec.
in tit. de ſalarijs. §. fi. ver. ſed quid ſi. Et de plurib. alijs modis pro
bandi quẽ furioſum, vide plene in dictis cõſilijs præallegatis, &
Alex. in l. ſi cũ dotẽ §. ſi maritus. col. fi. ſup. ſol. matr. Ad vnũ tñ
129 aduerte † ꝙ teſtes deponẽtes de furore debẽt ẽt non interroga
ti aſſignare cãm ſciẽtiæ concludentem, alias non probãt. ita di
cit Bal. in d. l. furioſum, & ibi Iaſ. plene, & Alex. in cõſ. 85. col. 6.
in 2. vol. Et ratio eſt ꝗ posuit Inno. in c. cum cautam. Et ibi etiã
Abb. in 3. col. de teſti. vbi dicit, quod quando teſtis producitur
ad probandum aliquid, quod nõ percipitur ſenſu corporis, ſed
iudicio intellectus, tũc debet etiam nõ interrogatus aſſignare
cauſam ſciẽtie includẽtem per aliquem actum extrinſecum,
alias non probat. ita etiam dicit Bal. in l. ſolam C. de teſt. & Pe.
Phi. Cor. in cõſ. 22. colum. 2. in litera b. in 4. volu. & in conſ. 21.
130 col. 1. in litera e. in 2. volum. Prædictis adde, † quod ad proban-
dum furorem admittũtur etiam teſtes ſingulares, vt ſi vnus te
ſtis dicat, vidi eum proijcere lapides. alius dicat, vidi eum loqui
inordinate & extra propoſitum, & alius dicat, vidi eum ſputare
in faciẽ, vel ſimule. Ita per plura tenet Alex. in d. conſ. 92. col. 5.
in 5. volum. ver. nec obſtat, & in cõſ. 141. col. 2. in 1. vol. & in d.
cõſ. 85. circa fi. & conſ. 86. colum. 1. in 2. volum. Et illud tenent
Innoc. & communiter doct. in c. qualiter & qñ el ſecũdo de ac
cuſ. Et ratio eſt, quia iſti teſtes nõ deponunt ſuper alio facto in
ſpecie, nam tunc verum eſt ꝙ ſingularitas obſtat, ſed deponũt
in genere. ſ. quem eſſe furioſum, vel hæreticum, vel infamem,
quod per plura ſpecialia probari põt, ideo admittũtur teſtes ſin
gulares, ſecundum Bar. in l. Titia inf. de ſolut. & habetur plene
in locis præallegatis. quod confirmo per vnum optimum dictũ
Soc. in cõſil. 295. colum. 3. in 2. vol. vbi dicit, quod ad proban-
dum aliquem actum ſucceſſiuum, admittuntur teſtes ſingula-
res. Quartum requiſitum in gl. eſt, quod ſit maior 25. annis is,
qui vult adire hęreditatem, quia alias minor de per ſe adire nõ
poteſt l. more, & l. pupillus. ſup. eod. & l. cum quædam C. de ad
131 mini. tut. † Circa hoc tamẽ vt habeas plenam notitiam de mi-
nore quando & qualiter adire poteſt, diſtingue tres ætate mi-
nores. Prima eſt infantia, quæ durat vſque ad ſeptem annos cõ
pletos. Secunda eſt ætas pupillaris, quæ dicitur impubertas, &
durat in maſculo vſq; quartũdecimum annum completum, in
fęmina vero vſque ad duodecim, vt habẽt inſti. de nup. in prin
cip. & l. qua ętate ſup. de teſt. Tertia dicitur ætas adulta, quæ ap
pellatur pubertas, & durat tam in maſculo quam in fęmina vſ-
que ad vigintiquinque annos & illa poſtea deinde in antea di-
citur ætas legitima. l. fina. C. de his qui veniam ætatis impetra.
132 De prima ætate ita ius diſponit. † nam ſi eſt delata hæreditas ali
cui infanti, ſi quidem talis infans habet patrẽ, poteſt pater pro
eo ſolus adire, & infanti hæreditatem acquirere, & ſi mortuus
fuerit infans ante aditam hæreditatem tranſmittit illam ad ſo-
lum patrem ex ſpeciali priuilegio. Ad alium autem hęredem
non tranſmittit, ita hæc omnia habentur in d. l. ſi infanti, & ibi
Bart. & Bal. & communiter moderni. C. de iure delibe. Si ve-
ro patrem non habet infans, tunc ſi quidem habet tutorem, po
teſt ſolus tutor abſque interuentu infantis adire hæreditatem,
vt d. l. ſi infanti. §. parente, & etiam bonorum poſ. petere vt ibi.
Et ſi moriatur ante agnitam hæreditatem vel bonorum poſ.
per tutorem, non tranſmittit illam, vt ſup. ſed vadit ad illos ad
quos iret, ſi infanti delata non eſſet Ita habetur in d. l. ſi infan-
ti, & in l. infantis. C. qui admitt. ſi vero tutorem non habeat in-
fans, tunc hæreditatem de iure ciuili nullo modo adire poteſt,
niſi ſibi prouideatur de tutore, quia tutor eſt omnino neceſſa-
rius in adeunda hæreditate per pupillum l. cum in vna §. tutor.
inſ. de appella. ſed in bonorum poſſeſ. de iure prętorio eſt reme
dium, quia quilibet conſanguineus vel amicus infantis poſſet
adire prætorem, & agnoſcere bonorum poſ. nomine infantis
quo caſu perfecte acquiritur infanti & trãſmittitur ad quoſcũ
que hæredes. Ita tenet Alex. in d. l. infantis. in l. fin. colum. 5. C.
vnde cog. & Bald. in rubrica. C. qui admitt. in 6. quæſtione. De
133 ſecunda † vero ætate. ſ. quando hęreditas eſt delata pupillo ma
iori infante & impubere, dic, quod ſi quidem impubes habet
patrẽ, poteſt cũ authoritate patris adire hæreditatẽ ſm Bart. in
l. fi. §. pupillus. inſ. de ver. obl. & in l. more. §. impubes. ſ. eo. ſi ve
ro pater nõ vult conſentire filio adeunti, nunquam poteſt filius ſine
patre adire. Ita ẽt econtra, ſi patre volẽte adire filius recuſat, nã
poteſt ſolus pater adire, & ideo ſibi acquirit hæreditatem. Ita
hæc omnia decidit tex. in l. fi. §. ſin autẽ in ſecũda. C. de bo. quæ
lib. quem text. reddit ſingularem ibi Bal. & mirabilem ad hoc
qđ pupillus ſolus ſine authoritate tutoris vel patris poteſt adi
re hęreditatem dũmodo ſit doli capax. ita etiã tenet Ludouic.
Romanus in l. pupillus. la 1. ſup. eodem. & ibi etiã Alex. circa fi.
Et

Et dicunt hoc esse speciale in filio familias pupillo. in alio se-
cus vt. l. potuit. & ibi Bald. C. de iure deliberan. & infra proxi-
me dicetur. Si tamen ex tali hæreditate adita per se, vel per pa-
trem pupillus lędatur, potest aduersus eam petere restitutionē
in integrum. vt. d. §. si autem. in secunda. & habetur in l. 1. C.
134 si tutor vel cura. inter. Item † si talis pupillus habens patrem
moriatur hæreditate non adita, non transmittit illam ad patrē
nec ad alium sed vadit ad eos quos iret si pupillo delata nō es-
set, vt dicta. l. si infanti. circa finem. & ibi Bal. in penulti. col. ver-
sicu. expeditus sum de materia &c. & sequenti. q. vnde est spe-
ciale in infante vt trasmittat ad patrem, vt ibi In alia vero ætate
135 seruatur ius commune in contrariū. Si vero † pupillus non ha-
bet patrem, & tunc si quidem habet tutorē potest adire hære-
ditatem cum authoritate tutoris & non aliter, nā solus pupil-
lus sine tutore, vel solus tutor sine pupillo adire nō potest text.
est. & ibi Bartol. & Bald. plene in dicta l. potuit. C. de iure deli-
berā. & habetur in l. seruo inuito. . si pupillo. inf. ad Trebel. se-
cus est in bonorum pos. delata pupillo maiori infante, quia so-
lus tutor sine pupillo potest eam agnoscere. lege bonorum. C.
qui admit. & l. tutor. infra de bono. posses. & ratio est secundū
Bal. cōmuniter doc. in d. l. bonorū, quia bonorū posses. accipit
fomentum ab interuentu, & præsentia iudicis. propterea solus
tutor sufficit, quod secus est in hæreditate. Pupillus autem sine
tutore non potest ēt bonorū poss. agnoscere. l. seruus. §. impu-
bes. ⁊. de bono. poss. An autem solus tutor cū authoritate iudi-
cis possit hæreditatē adire sine pupillo, dic quod non ita tenet
Bal. & Paul. de Cast. in d. l. bonorum posses. Prædictam tamen
136 † conclusionē limita non procedere, qn̄ pupillus esset hęres in
stitutus sub conditione, & ipse solus impleret conditionē, nam
ex hoc ipso efficitur hæres solus sine tutore ipso iure. casus est
in l. cōditionibus pupillus. ⁊. de condi. & demon. & notat Ale-
xand. in d. l. bonorum. & ita limitatur regula dictę l. potuit. Se-
cundo limita non procedere, quando est institutus seruus pu-
pilli, quia solus tutor potest iubere seruo, vt adeat sine pupillo.
text. est, nō violando ipsum, in l. si per epistolam. inf. e. per quē
ita tenet Alc. in d. l. potuit. & in d. l. bonorum. licet Barto. in d.
l. si per epistolam intelligat illam legem infante, tamen Imol.
Lud. Ro. & Paul. de Cas. ibi intelligūt illam generaliter in quo
137 libet pupillo, quia alias esset violare literam. Si vero † pupillus
non habeat tutorem, & tunc solus adire non potest, sed datur
remedium, vt adeat iudicem, & cū authoritate iudicis potest
adire hæreditatem & bonorum posses. tex. est in d. l. si infanti.
in fi. & in d. l. bonorū. & sic iudex supplet defectum tutoris, vt
138 ibi no. An autem infans † possit adire cū authoritate iudicis.
Bald. in d. l. bonorum. C. qui admit. tenet quod non, quia in eo
est defectus iuris naturalis, ex quo nullum habet cōsensum. &
contra defectum iuris naturalis non potest dispensari. secundū
Innocen. in c. sciscitatus. de rescript. contrariū tenet Ludo. Ro-
ma. in d. l. bonorū. & etiam Fulgosius. tamen in ista contrarie-
tate concludo, prout distinguit Alexand. & Iason. in d. l. bono-
rum. colum. 4. quod aut infans est ita paruus, vt non possit fari,
& tunc procedat opin. Bal. per tex. in d. l. bonorum. dum dicit
impuberi postulanti. Nam iudex non potest impartiri autho-
ritatē nisi postulanti, vt ibi. sed infans qui nō pōt loqui, non pōt
id postulare. si vero infans potest loqui, quia forte est proxi-
mus septennio, & tunc procedat opin. contraria, quia potest
139 postulare. Potest modo dubitari, † an si pupillus non habet tu-
torem possit sibi dari curator, & cum authoritate bonorum.
pos. dic quod non, sed tutor est omnino necessarius. vt sup. tex.
est in l. cum in vna. §. tutor. intr. de app. & l. seruus. §. impu. intr.
de bo. pos. & no. glos. in d. l. potuit. & ibi etiam Bald. & soci. in
consilio. 234. col. pe. in 2. vol. De tertia vero ætate. s. quando su-
mus in minore. 25. annis, maiore tamen quatuordecim, qui di-
140 citur adultus, dic † quod si quidem habet patrem, potest cum
authoritate patris adire, vel patre recusante, potest solus adire,
si vult. ita & ecōtra filio recusante, potest solus pater adire. text.
est in d. l. fi. C. de bo. quæ libe. si vero adultus non habet patrē,
& tunc si quidem habet curatorē, potest adire cū authoritate
186 † amplia procedere, etiam si mater petijt tutorem, sed minus idoneum & inhabilem, quia perinde habetur, ac si non petijsset, & punitur priuatione hereditatis, idoneus autem intelligitur, dummodo sit locuples, textus est & ibi Bar. in l. 2. §. quid si indignos, & §. idoneos, infra ad Tertullian. Vndecimo amplia
187 † vt petat tutorem cum effectu, idest, quod petat taliter, quod detur & administret effectualiter, alias non sufficit solum petere, nisi etiam eum dari faciat, vt nota. glos. in l. matris. C. qui pet. tut. per quam ita dixit Bart. in d. l. 2. col. 2. sup. qui pet. tuto. ponderando illud verbum, petierit, quod est d. §. si mater, & in d. l. sciant, quod verbum, petierit, est futurum subiunctiui, & debet intelligi cum effectu. l. 1. & ibi per doctores, supra quod
188 quisque iuris. Duodecimo † amplia vt mater priuetur totaliter hæreditate filij propter non petitum tutorem in casibus prædictis, etiam quo ad legitimam, quia etiam legitima penitus priuatur, secundum Bal. in consil. 140. in 1. vol. Istam regulam sic ampliatam limita primo procedere, dūmodo pupillus moriatur post annum a tempore quo indiguit tutore, secus est si moriatur intra annum, quia non priuatur mater, vel alius agna
189 tus eius successione. Et est ratio, † quia a lege noua datur vnus annus ad petendum tutorem, vt d. l. sciant. C. de legi. hæred. vnde si pupillus moritur intra illum annum nō dicitur mater esse in mora. & ideo non priuatur hæreditate, ita tenet Alexand. in l. si decesserit, colum. fin. sup. qui satisdare cogantur, vbi dicit hanc esse magis communem opinio. non obstāte eo quod dicit Bar. in l. 2. §. confestim infra ad Tertullia. vbi tenet, quod mater est in mora eo ipso, quod non petit tutorem, quam primum potest, quem reprobat Angel. in consilio 166. colum. fi. incip. si testator. vbi tenet, quod de iure hodierno mulier habet totum annum, & ita etiam alij agnati. per d. l. sciant. Idem tenet Bald. in consil. 288. in 2. volum. vbi dicit, quod ita communiter practicatur & obseruatur, & ita debet intelligi dictus §. confestim. Idem dicit Bald. in consilio 282. in primo volum. & in consilio 279. in tertio volu. Hoc tamen procedit, nisi mater se nimium arctasset in fine anni ad petendum tutorem, & pupillus esset mortuus in fine anni, de quo anno superessent pauci dies, intra quos verisimiliter non potuisset peti & decerni tutela, alias secus, tunc enim priuatur successione, ac si post annum mortuus esset. Ita tenet Alexand. in l. cum stipulatus, infra de verborum obligatio. Et Paulus de Castro in suo notabili consilio, quod incipit. post positis & cętera, in num. 147. in primo volumine, vbi multum notanter distinguit maxime in fi. columnę, reassumendo hanc materiam. Quod potest corroborari ex dictis Bald. in præallegatis consilijs, vbi dicit, quod si propter tarditatem matris in petendo tutore res pupilli est effecta deterior, punitur mater priuatione hæreditatis. Et quia in isto casu fit executio a lege ipso iure, non admittitur purgatio moræ, vnde nihil proficeret matri, si peteret tutorem post annum. Ita tenet Angel. in repet. l. si insulam, colum. septima. Et ibi etiam Alexand. colum. 11. infra de verborum obligatio. & sentit Bar. in d. §. confestim. in fine. Item prædicta restringe, nisi mater fuisset intra annum citata vt tutorem peteret pupillo periclitanti, & id facere neglexisset, nam tunc etiam si intra annum moriatur pupillus, priuatur eius successione mater, secundum Baldum in d. l. præcibus, colum. 6 versi. Item dixi confestim & cæt. Vbi etiam tenet id quod supra dixi, scilicet quod habet annum de æquitate, & idem Bald. in d. l. matres. Secūdo
190 † principaliter limita hanc materiam ita ampliatam, nisi mater petijsset curatorem pupillo petenti & consentienti, nam licet debuisset petere tutorē, tamen per dictam petitionem curatoris excusatur, vt non puniatur. Ita tenet Bald. in auth. ijsdē, colum. 3. in princip. C. de secun. nup. Tertio limita, nisi mater misisset procuratorem ad petēdum tutorem filio suo, qui procurator fuit mortuus in itinere, & propter eius mortem fuit retardata petitio tutoris, nam tunc non priuatur successione, ex quo per eam non stetit. Casus est notabilis in l. cum a matribus, C. qui petant tuto. & nota. glo. in l. præses. C. de appellatio
191 nibus. Quarto limita, † hanc materiā procedere in matre maiore vigintiquinque annis, nam secus est, si tempore mortis mariti reperitur minor viginti quinque annis, quia licet tutorem non petat intra annum, non tamen priuatur successione pupilli. Casus est in l. secunda. C. si aduer. delic. vbi probatur, quod non est opus alia restitutione in integ. Ita notanter decidit Ludouic. Roman. in consilio 279. & Petr. Philipp. Corn. in consilio 40. colum. secunda, in tertio volumine, & intantum hoc est verum quod etiam si efficiatur maior & perseueret in negligentia petendi tutorem, adhuc tamen non priuatur succes-

sione, quia sufficit quod fuerit minor tempore mortis mariti etiam si per triduum post efficiatur maior. Ita dicit glo. in l. prima. C. in quibus causis in integrum restitutio non est necess. & glos. in l. minoribus. C. de his qui vt indig. & Ludouicus in dicto consilio 279. & Specul. in titulo de restitu. in integ. §. quis autem, versiculo sed quid si ipsa, & Bald. in authent. si captiui. columna secunda, versiculo istam quæstionem &c. C. de episcopis & clericis, & in l. qui contra. C. de incest. nup. & gloss. in l. matres. C. ad Tertull. & Bald. in d. l. præcibus, columna quarta, versic. quid ergo. C. de impub. Verum prædicta procederet de iure communi, secundum quod ętas minor intelligitur a vigintiquinque annis infra. Tamen hodie in regno illud est correctum per constitutionem regni, quæ incipit, Minorum iura. in fi. vbi est statutum, quod minor ætas hodie tam in masculo quam in fęmina est a decem & octo annis infra. Et ibi generaliter loquitur tam in cōtractibus, quam in iudicijs, quam in omnibus, per quam constitutionem dico, quod hodie mater si est infra decem & octo annos, excusatur si non petierit tutorem, alias secus, quia si excedit dictam ætatem decem & octo annorum, reputatur maior per dictam constitutionem, minorum iura. per quam idem dico in aditione hæreditatis, scilicet vt possit quis adire hereditatem absque institutione eo ipso quod est maior decem & octo annis. Et hoc adde ad ea quæ dixi supra, in quarto requisito super gloss. Quinto limita
192 † procedere quando pupillus moritur in pupillari ætate, secus si moritur factus pubes, nam licet mater non petierit ei tutorem, nihilominus succedit ei adulto morienti. Casus est in d. l. matres. C. ad Tertullianum, & in lege omnem, eodem tit. ibi,
193 si filius impubes & cæt. Sexto † limita non procedere, quando extarent consanguinei, quibus legitima tutela defertur, nam tunc mater non tenetur petere tutorem datiuum pupillo. Ex quo legitimus præfertur datiuo, l. si sororis. C. qui da. tut. pos. Vnde sequitur, quod si pater moriatur relictis duobus filijs, altero pupillo, & altero maiore, non tenetur mater petere tutorē filio pupillo, ex quo ipso iure frater est eius legitimus tutor. Et idem quando essent alij consanguinei. Ita no. glo. in d. l. matres. C. ad Tertullia. & Socin. in consilio centesimoquinquagesimotertio, colum. fin. in 2. volum. Hoc autem intellige procedere tunc demum, si mater infra annum renunciet expresse tutelæ filij, ita quod declaret se nolle esse tutricem. Nam tunc facta ista renunciatione, est aperta legitimis & ex tunc non tenetur petere, secus si non renunciet infra annum, & non administrat nec petit tutorem, quia priuatur successione etiam si mille consanguineos habet pupillus. Ita tenet Barto. in d. l. 2. §. quod si pater, infra ad Tertullianum, & Bal. in d. l. matres. col. 2. Et idem Bald. in d. l. præcibus, col. 5. Et Barto. in l. 2. col. 2. supra qui pet. tut. Et iste est verus & communis intellectus ad illam glo. in d. l. matres, & est ratio secundum præallegatos do-
194 ctores, † quia hodie mater præfertur omnibus consanguineis in tutela filij sui, verum est vt tutrix voluntaria, quia si nō vult, potest eam repudiare, vt habetur in authentica, matri & auiæ. C. quando mul. tutę. officio fungi potest, & plene per Bar. in l. si quis sub conditione, supra de testam. tute. vnde dicitur tutrix anomala & extraordinaria. & ideo quamdiu ipsa nō repudiat tutelam, non est aperta via alijs legitimis, quibus ipsa præfertur merito nō excusatur per eos, nisi renunciet vt sup. Idem tenet
195 Bal. in consil. 241. in 5. volum. Septimo limita, † nisi interfuit pupilli vt non petatur sibi tutor, vt quia erat sibi factū aliquod magnum legatū sub conditione, si tutorem non haberet, nam tunc mater excusatur, si tutorem non petit, vt consequi faciat legatum filio, casus est in l. secunda §. tractari. infra ad Tertullianum, per quem ita dicit Bal. in d. l. matres, colum. 1. Octauo
196 limita non procedere, † quando mater fuit præuenta ab alio consanguineo intra annum in petendo tutorem, quia alius petijt ante eam, nam ipsa mater excusatur, ex quo non fuit in mora, alias secus si forte esset lapsus annus, ita no. glos. in d. l. matres, & Ioan. de Prat. in l. 2. C. si aduer. delic. pro hoc est text. & ibi gloss. in l. sororem. C. de his quibus vt indig. Nono limita
197 non procedere, † quando mater gessit tutelam minus legitime, vel passa fuit tutorem minus legitimæ gerere, & erat in tali loco, in quo habebat penuriam peritorum, quia excusatur propter eius simplicitatem & præsumptam ignorantiam. Ita tenet Socin. in consilio 39. col. 7. in primo volum. & Bal. in d. l. matres, colum. 2. in fi. & Pau. de Cast. in l. 2. C. de in ius vocā. quē ad hoc refert Alexā. in addi. ad Bal. in l. præcibus, col. 5. secus si mater potuisset consulere peritiores, quia tunc punitur, iuxta ea quę ponit Bald. & Alexand. & communiter doctores in l. iuris ignorantia. C. qui admit. & in l. in bonorum, & ibi Bart. inf. de bon. possess. Et ita intellige & limita id quod supra dixi in tertia ampliatione. Decimo limita, † nisi mater vel alius, qui debe
198 bat tutorem petere, fuisset absens, vel ignorans, vel infirmitate impeditus, vel alia iusta causa, quia excusatur. Ita tenet Soc. in consil. o 151. colum. penul. in 2. vol. Pro hoc est tex. in l. 2. §. confestim inf. ad Tertul. & Socin. in cons. 39. col. 7 primo vol.

Vndecimo

199 Vndecimo limita, † nisi pupillus erat multum pauper & ege-
nus. & propter hoc mater non petijt ei tutorem, quia excusa-
tur & non punitur, secundum Bar. in l. 2. C. de nego. gest. & in
l. mediterraneę. C. de anno. & trib. lib. 10. & Bal. in l. 1. col. fi. C.
de nego. gest. & idem Bal. in cons. 239. in 5. vol. pro hoc est tex.
in l. 2. §. ꝙ si pęnitus. infra ad Tertul. Duodecimo limita, nisi
pupillus haberet multos creditores, & mater nollet ei petere
tutorem, ad hoc vt sit indefensus, & non possit cõuenire a cre-
ditoribus, nec condemnari. Ita singulariter dicit Alex. in addi.
ad Bar. in d. l. sciant. C. de legi. hęred. per tex. in d. §. quod si poe-
nitus. Decimo tertio limita non procedere in matre prodiga,
quia excusatur, si non petijt tutorem filio suo. Ita dicit Alex.
in leg. is cui bonis. colum. 4. in fin. ff. de verbo. obliga. & ibi etiã
200 Angel. & ratio est † quia prodigus excusatur a delictis consi-
stentibus in omittendo. l. Fulcinius. §. adeo. ff. ex quibus causis
in possessio. ea. Decimoquarto limita non procedere, si mater
vel alius, qui debet per tutorem petere, sit bannitus vel missus
in exilium, quia excusatur si non petit, vt est gloss. & ibi Bartol.
in fin. in leg. plane. supra de excu. tut. Decimoquinto limita
201 † non procedere, quando pupillus haberet substitutum pupil-
larem, quia non tenetur mater illi petere tutorem, ex quo tale
onus petendi spectat ad substitutum, qui sperat successionem.
Ita tenet Bald. in consil. 317. in 5. volumi. & in consil. 140. in 1.
volumine. Decimosexto limita non procedere, quando pupil-
lus haberet tutorem testamentarium, quia tunc non tenetur
mater gerere tutelam, nec aliter petere tutorem, secundum
Bald. in consilio 403. in 4. volumi. Vltimo in hac materia, vt ni-
202 hil intactum relinquatur, adde prædictis, quod mater † non
solum ex causis prædictis priuatur successione filij, sed etiam si
esset tutrix filij sui, & deinde transiuit ad secunda vota non pe-
tito tutore, & non reddita ratione administrationis tutelæ, &
non solutis reliquis, nam tunc statim ipso iure priuatur omni
successione, & iure substitutionis sibi obueniente ex parte fi-
lij. text. in leg. omnem. C. ad Tertul. Et tunc priuatur non so-
lum successione filij, sed etiam omnibus legatis & fideicom-
missis sibi a viro & patre pupilli relictis, & etiam donationibus
causa mortis, & vadunt ad hæredes mariti. text. est in leg. 1. §.
omnium. iuncta authen. eisdem pœnis. in fin. C. de secun. nup.
per quem ita tenet Socin. in consil. 39. colum. 6. in primo volu-
mi. & istę pęnę etiam hodie sunt in vsu. vt habetur in decisi. 75.
consi. Neapo. & tenet Barto. in d. l. 1. & Paul. de Castr. in consil.
203 154. in secundo volumine. Quid autem si mulier, † quæ secun-
do nupsit, fuit iterum effecta vidua per mortem secundi mari-
ti, & vult iterum suscipere tutelam filij, quam reliquit per trã-
situm ad secunda vota, an possit, dic quod non, ratione præce-
dentis suspitionis & renunciationis. Ita tenet Bald. in authenti.
sacramentum. in fin. C. quando mul. tu. offi. fung. Hoc tamen
limitat Specu. titu. de tutore. §. nondum. versicul. quid si mater
suscepit tutelam &c. non procedere, quando res esset integra,
quia nondum esset prouisum pupillo de tutore, quia tunc pos-
set mater vidua facta suscipere eius tutelam. alias secus. & illud
dictum Spec. refert Alexand. in additio. ad Barto. in d. l. sciant.
C. de legi. hæredi. Reuertor nunc ad Barto. qui ingreditur pri-
mum membrum, quod omiserat. s. de posse succedendi libero-
204 rum. † & dicit ipse, quod istud ius succedendi est quid separatũ
a iure filiationis, quod probat tribus rationibus. Primo, quia fi-
lij habent spem succedendi parentibus. l. nec ei. §. præterea, su-
pra, de adop. Secũdo, quia ista spes est a iure approbata propter
votum parentum, quod est, vt eorum hæreditas vadat ad filios.
leg. scripto. infra vnde libe. & leg. nam & si parentibus. supra, de
inoffi. testamen. Tertio, quia mortuo filio primi gradus, nepo-
tes succedunt in illum gradum filiationis. leg. 1. §. suos. infra de
suis & legi. & instit. de hære. quę ab intesta. §. cum filius, ergo est
ius separatum a iure filiationis, quod patet, quia in illum locum
subintratis, qui non est filius sed nepos. Et in isto casu procedit
regula negatiua secundum Barto. quia qui non habet istud ius
filiationis, non potest illud repudiare, sed istud ius filiationis, nõ
potest illud repudiare, sed affirmatiua non procedit, quia is qui
habet tale ius, non potest illud repudiare. l. pactum dotali. C. de
collatio. & leg. finali. infra de suis & legitimis. Cum hac opinio.
Bartol. simpliciter pertranseunt doc. hic, & maxime Alexand.
Ego tamen considerandum putaui, an Barto. bene loquatur in
eo, quod dicit ius succedendi liberorum esse quid de per se se-
paratum a iure filiationis, & in hoc facit differentiam inter ius
succedendi liberorum & aliorum agnatorum, puto attempta-
ri posse contra Barto. scilicet quod idem sit in vtroque, & quod
immo istud posse liberorum non est quid separatum a iure fi-
liationis, & moueor primo. quia filius ideo habet illud ius suc-
cedendi, quia censetur proximior agnatus patri ceteris agnatis.
l. fina. & authen. in successione. C. de suis & legiti. Nam caro fi-
lij censetur eadem cum carne patris, vt no. Soc. in consil. 252. co-
lum. 15. ver. ad tertiam. in 2. vol. propter quam identitatem car-
nis est inductum illud commune votum parentum, de quo in
dicta. l. scripto. in fi. Si enim filius non censeretur proximior in
sanguine, certum est quod non haberet tale ius. Ergo est con-
iunctum & causatum a iure sanguinis, vnde donec durat, non
potest dici quid ab eo separatum, sicut dicimus in vsufructu
causali, vt supra. Secundo, quia si diceremus illud ius esse quid
de per se separatum, sequeretur, quod filius posset huic iuri re-
nũciare tanquam separato a iure filiationis, & tamen videmus,
quòd ita non potest huic iuri renũciare filius, sicut alius agna-
tus, vt d. l. pactum dotal. & d. l. fi. & probatur in l. si quando. §. il-
lud C. de inoffi. testa. Et non potest esse alia ratio in vtroque ni-
si illa quod iura agnationis & sanguinis repudiari non possunt.
l. ius agnationis sup. de pact. & l. iura sanguinis. inf. de regu. iur.
Non obstant modo rationes Bartol. & primo. quia filij dicun-
tur habere spem, vt d. leg. nec ei. §. præterea, quia dico quod ista
spes exponitur prout exponebat Bartol. in spe aliorum coniun-
ctorum supra, hoc est actus voluntatis filij sperantis. Et licet
Bartol. dicat, quod ista spes filiorum est approbata a iure pro-
pter commune votum parentum, tamẽ ego dico quòd immo
etiã talis spes est a iure reprobata, per tex. in l. pactum quod do-
205 tali. C. de pac. vbi † patet quod non licet pacisci super hæredita-
te patris, est enim prohibitum sperare in mortem alterius etiã
patris, vt ibi, præterea si ista spes esset approbata, sequeretur qđ
posset remitti & alteri cedi. l. spem. C. de donatio. Et tamen vi-
demus contrarium, quod remitti non potest, vt d. l. si quando.
§. illud & d. l. fi. de suis & legi. Non obstat. d. l. scripto. quia licet
parentes habeant illud votum propter amorem paternum, nõ
per hoc sequitur, ꝙ filij debeant sperare in eorum mortem, qđ
a iure reprobatur. Non obstat, quod mortuo filio nepos suc ce-
dit in illud ius filiationis seu succedẽdi, quia nego istud, quod
206 nepos succedat in illud proprie ius qđ habebat filius, † quia si
succederet in illud proprie quod habebat filius, sequeretur qđ
veniret ex persona patris ad successionem aui, & tamen con-
trarium est veritas, quia imò nepos venit ex persona propria, &
subintrat gradum patris ex iuris dispositione, vt not. Bartol. in l.
qui superstitis. ℱ. eod. & in l. 1. §. si sit nepos. ℱ. de colla. dotis. &
Soc. in d. cons. 252. col. 4. si enim veniret ex persona patris mo-
do transmissiuo, non esset necesse facere mentionem de nepo-
te in testamento, nam sufficeret filium esse institutum, quia li-
cet moriatur viuo testatore, nepos succederet in ius filij, ac si
ipse esset institutus, & non rumperet testamentum, quod est ℱ.
l. Gallus. §. de lib. & posthu. Dico ergo, quod nepos succedit vt
nepos, & non vt filius, tamen subintrat gradum patris per mo-
dum cuiusdam substitutionis. Ad cuius declarationem presup-
207 pono † ꝙ hæreditas æquali iure est debita ita filio sicut nepoti,
& omnibus descendẽtibus in infinitum, ordine tamen succes-
siuo, vt habeť in d. l. Gallus. §. quidam recte. Ita vt etiam Adam
hodie viueret, habere necesse omnes homines hæredes insti-
tuere ordine successiuo. Stãte ergo ista iuris dispositione mor-
tuo filio statim reperitur nepos post eum in primo gradu, quia
nemo ipsum antecedit, & propterea dicitur subintrare gradũ
patris, ex persona tamen propria. Ita notanter dicit Barto. in l. si
auus. C. de lib. præte. Præterea ista consideratio Bar. cõfunditur
per auth. cessante, & auth. post fratres C. de legi. hære. vbi patet,
ꝙ etiam quando tractatur de successione fratris, & sic de iure
succedẽdi transuersalium, filius succedit in locum patris, ergo
si per hanc rõnem Bar. vellemus dicere, ꝙ illud ius sit separatũ
sequeretur idem dicendum in iure succedendi agnatorum, cu-
ius ℱrium tenuit ipse superius per quæ puto posse teneri contra
Bar. saltem in via disputatiua, licet doctc. communiter pertran-
seant cum eo, maxime Soc. in d. cons. 252. in 11. col. Ex his quæ
dicit hic Bar. interunt hic Pau. de Cast. & Alex. ad q. stante con-
suetudine vel statuto, qđ primogenitus succedat in feudo pro-
ut est hodie in regno in feudis titularis habentibus dignitatem
regalem, de quibus habeť per Bal. & doc. in c. 1. de feu. marchi.
& per Alex. in consi. 7. & consil. 25. in quinto volu. & idẽ in alijs
208 feudis inferioribus in casu quo viuitur iure francorum † si mo-
ritur pater feudatarius relicto filio secundogenito & nepote ex
primogenito, quis succedat in feudo filius vel nepos. Alex hic
distinguit, vt hic per eum. hunc articulum plene examinat Soc.
in d. consil. 252. in 2. volumi. & tenet quod nepos ex primoge-
nito succedit patruo excluso, quia subintrat locum primogeni-
ti, hanc etiam opinio. tenet Paul. de Castr. in consilio 194. in 2.
volumi. Sed And. de Iser. tenet contrarium in cap. primo. §. his
vero. de gra. suc. in feu. & in c. 1. col. 6. de natu. suc. feu. s. quod
secundo genitus præferatur nepoti. Tamen primam partem
in fauorem nepotis tenet Card. Alexan. in d. cap. 1. de feu. mar-
chię. vbi per sexdecim colum. examinat hũc articulum plenius
quam alius & arguit ad partes, tandem concludit pro nepote.
Deinde ingreditur Bar. scđm membrum suæ distinctionis scili-
cet de posse succedere ex testamento, & dicit, qđ istud non est
aliquod ius nec spes a iure approbata viuente testatore, quia viuo
testatore non potest quis petere aperiri tabulas testamenti, &
in hoc secundum eum procedit similiter regula negatiua, non
autem affirmatiua, quia viuo testatore non potest quis repu-
diare hæreditatem, vt ℱ. l. proxima. Adde. in omnibus Bartol.

bene loquitur & communiter approbatur. Ex cuius dictis col-
209 lige notabiliter † quod hęres institutus non potest viuo testa-
tore petere quòd tabulæ testamenti aperiantur l. 2. §. si dubi-
tetur inf. quemad. testa. ape. hinc dicit Bald. in d. §. si dubitetur
in vno. quod notarius non debet edere testamentum hæredi,
viuo testatore, nec etiam legatario, sed ipsi testatori potest ede
re, si testator illud vult. Et hoc probatur in tex. in d. §. si dubite
tur, & sentit Bar. in l. fi. col. 3. circa finem. C. de edic. diui. Adri.
tol. vbi ex hoc dicit, quod eoipso quòd reperitur testamentum
in manu hæredis, præsumitur testator esse mortuus, quia eo
viuo illud habere non pôt, & ita etiam tenet Pet. Phil. Cor. in
210 consi. 85. col. 3. in 2. vol. Adde etiam prędictis, † quòd notarius
etiam mortuo testatore non tenetur edere legatario totum
testamentum, sed solum illam particulam legati sibi facti cũ
hæredis institutione, & non vltra, secũdum Bar. in l. 2. §. d. em
211 infra quemadmo. testa. aperi. Quærit Bart. hic, † an substitutus
pupillaris dicatur habere aliquod ius vel spem approbatã saltẽ
mortuo testatore & viuo pupillo, & dicit quòd non per l. 2. §.
interdum sup. de vulg. & pup. & dic vt hic per eum, quia clare
loquitur & bene. Capio nunc tertium membrum principale
Bar. in quo consideratur potentia adeundi respectu certę hæ-
reditatis præsentis, quia mortuus est is de cuius hęreditate agi
tur. Et istud ius adeundi cõsideratur tripliciter secundum Bar.
primo modo respectu alicuius hæreditatis nondum delatę, vt
qñ aliquis est institutus sub conditione, & mortuo testatore
212 nondũ venit conditio, & sic pendet. † & istud dicitur esse ali-
quod ius, & spes ista est approbata a iure, quod patet, quia po-
test talis spes deduci in contractum l. nomina, supra de hære.
vel ac. ven & l. spem. C. de dona. Fit enim approbata, quia non
speratur vlterius in mortem testatoris, cum iam mortuus sit.
Sed contra hoc opponit Bart. de l. nec emptio. sup. de contra-
hend. emp. vbi spes non dicitur aliqua res, & probatur ibi in §.
aliquando, vbi dicit, ꝙ aliquando potest contrahi emptio sine
re. veluti &c. Et sic ponit exemplũ de spe. ergo spes nõ est res.
Dicit Bar. solue per te. Tu potes soluere de mente Bald. in l. si
ea. columna secunda. C. de vsuris, quod illa spes non est res, in-
telligendo rem præsentem quæ in contractu deduci solet, sed
illa spes est quoddam, quod habetur pro re, vt tenet Barto. in l.
si iactum, supra, de actio. empt. vbi dicit quod est quoddam fa-
ctum, & patet, quia ita deducitur spes in contractu sicut res. Se
cundo modo consideratur istud posse adire secundum Barto.
quando hęreditas est delata, tamen non potest adiri propter
aliquod impedimentum, vt quia deficit aliquod ex illis nouẽ
requisitis supra numeratis in glo. & tunc dicit Bar. quòd istud
est aliquod ius de per se, quod probat duabus rationibus. Pri-
mo quia pręscribitur l. licet C. de iure delib. Secundo quia quan
doq; transmittitur, iuxta not. per eum in l. ventre infr. eod. Et
potest esse exemplum in infante qui non potest adire, & tamẽ
transmittit ad patrem l. si infanti. C. de iure delibe & etiam ex
potentia suitatis, vt no. ibi Alexand. & docto. Item in furiolo,
qui transmittit ex potentia suitatis, secundum Ang. in l. Anti-
stius. §. fi. infra eod. & Bal. in l. potuit in quinta quęstione a cõ-
trario sensu. C. eo. tit. Iuxta hoc quærit Barto. postquam dixit,
quod istud est aliquod ius, quæritur quod ius est, an dicatur so-
lum ius adeundi, an vero possit etiam dici ius deliberandi, & di
stinguit. Aut est impedimentum habens defectum scientiæ,
& dicitur solum ius adeundi, non deliberãdi &c. Aut est alius
defectus quam scientię, & tunc dicitur ius adeundi & deliberã
di. Nota igitur verba Bar. quia multum singulariter loquitur,
& ex verbis suis collige plures notabiles & vtiles cõclusiones.
Prima conclusio colligitur ex principio huius secundi mem-
213 bri † quod hæreditas delata dicitur etiam illa, quæ non pôt adi-
ri propter al. quod impedimentum personę hæredis, dummo
do sit pure relicta, ex qua conclusione habes optimam limita-
tionem ad l. delata, inf. de verborum signific. secundum Alex.
hic. Nam ibi dicitur, quod hæreditas dicitur delata, ea quæ po-
test adiri, ergo si non potest adiri, non dicitur delata. Intellige,
quando non potest adiri, quia non est mortuus testator, vel nõ
est purificata conditio, & sic ex alio impedimento, quam ex
214 eo, quod est in persona hæredis. Secunda conclusio est † quod
tempus triginta annorum per quod præscribitur aditio hę-
reditatis, iuxta dictam l. licet. C. de iur. delib. currit etiam igno
ranti delatam sibi esse hæreditatem, & sic est continuum, &
de hoc fuit dictum supra in prima char. in quarta differentia.
Tertia cõclusio est, quod etiam is, qui est impeditus adire, po-
test transmittere ius adeundi, & etiam ius deliberandi diuersis
respectibus, prout colligitur ex supradictis & inf. dicẽdis. Quar
215 ta conclusio est, † ꝙ is demum transmittit ius deliberandi, qui
scit hæreditatẽ esse sibi delatam, vnde ignorans, furiosus & in-
fans, non transmittunt ius deliberandi, ex quo scientiam non
habent, & ignorans deliberare non pôt, quod nota pro intel-
lectu l. cũ antiquioribus. C. de iure delib. & ibi est glo. notabi-
lis in ver. qui sciens, ꝙ annus inf. quẽ transmittitur ius deliberã-
di, nõ currit nisi a die scientiæ, & deinde in antea est cõtinuus.

Quinta conclusio est. quod is qui habet ius adeundi, non ha-
bet de necessitate ius deliberandi, prout est in ignorante, nam
potest esse ius adeundi sine iure deliberandi, secus ècõtra, quia
is qui habet ius deliberandi habet etiam de necessitate ius ad-
eundi, quia ius deliberandi non potest esse sine iure adeundi.
Contra prędicta opponit Barto. nam presupposito quòd illud
ius adeundi ita impeditum, sit aliquod ius, vt supra ergo debe-
ret quęri domino per seruum hęreditas sine iussu l. placet inf.
eod. quod est contra l. si quis mihi bona. §. iussum infr. eodem.
tu responde declarando Barto. quod verum est quod istud ius
adeundi dicitur aliquod ius, verum non est ius quæsitum, sed
ius quęrendi de futuro, vnde verum est quod quando agimus
de iure quæsito, quicquid acquirit seruus, immediate illud ac-
quirit domino, & ita loquitur d. l. placet, secus est quando agiẽ
de iure quærendi, quia antequã acquiratur seruo, non acquirẽ
domino, & ita dicimus in aditione hæreditatis in qua requiri-
tur iussus. Habes ergo ex prædictis verbis Barto. quod ille qui
habet ius adeundi hęreditatem, nõ dicitur habere aliquod ius
quęsitum, quia nihil acquisiuit antequam effectualiter adeat.
216 † Ex hoc verificatur illa conclusio quæ se habet, quòd ius adeũ
di hæreditatẽ non dr̃ esse in bonis nostris. Ita tenet Bal. in c. 1. §.
iniuria. col. 2. ver. & no. de pace iur. fir. & Per. Phil. Cor. in cõs.
11. col. 1. & cons. 206. col. 8. in fi. in 3. vol. & in cons. 239. col. 2. in
fi. & cons. 254. in prin in 4. vol. in quibus locis ẽt habeẽ, qđ ius
adeundi nõ pôt cedi, nec transferri in aliũ. & pro hoc est tex. in
l. precia rerũ inf. ad l. Falc. Ad propositũ ſm Barto. in illo iure
adeundi prædictis duobus modis considerato procedit regula
negatiua, quia is qui non habet tale ius non potest illud repu-
diare, sed affirmatiua nõ procedit, quia is qui habet tale ius ita
impeditum, vt sup. non pôt illud repudiare, vt. s. co. l. proxima,
& l. is qui hęres. Et cum Bar. transeunt hic communiter doct.
Tertio modo cõsideratur ista potentia adeundi libere & sine
aliquo impedimento, & istud appellatur ius adeũdi & delibe-
randi simul secundum Bartol. & in isto vltimo casu procedit
regula negatiua & affirmatiua tradita in hac l. & sic per prædi-
cta habes plenam declarationem ad istam legem, ad sciendũ,
quando procedit regula tradita in ea, & hęc iunge cũ summa
rio posito hic per Bar. vbi dixit, ꝙ qui habet ius adeundi prin-
cipaliter & per se non impeditum ad sui vtilitatẽ, is repudiare
potest. Nam omnia ista verba sunt addenda in expositione hu
ius legis, quia omnia important iuris mysterium. Expeditus
de theorica huius legis Bart. hic reducit eam ad practicam. Et
217 q̃rit primo quia † vnũ de requisitis est quod ille qui vult adire,
sit homo liber, qualiter probatur. quòd quis sit liber, & dicit
quòd pręsumitur qđ sit liber, si est in quasi pos. libertatis. alias
secus, vnde dicenti tunc eum seruũ esse incumbit onus probã
di, & ratio est, licet ipse non dicat, quia quilibet pręsumitur es-
se talis, qualem natura solet producere, nisi contrarium pro-
betur l. nec codicillos, & ibi Bal. C. de codicil. quia ergo natura
vnumquẽq. hominem procreare liberum, nam omnes homi
nes sunt liberi de iure naturali. §. ius autem. insti. de iure natu-
ra. & insti. de liberti. §. 1. Ideo quilibet liber pręsumitur, nisi cõ
218 trarium probetur. Ex dictis Bart. hic collige † notabilem con-
clusionem, quę est quòd talis quis præsumitur, qualis in pos-
sessione reperitur, vnde resultat illud dictum, qualem te inue-
nero, talẽ te tenebo l. moueor. & ibi Bal. C. si ser. expor. vene.
& l. circa sup. de prob. Si enim quis reperitur in poss. libertatis,
præsumitur liber. alias pręsumitur seruus, & dicenti contrariũ
219 incumbit onus probandi. Et per hoc nota † magnum effectũ
& commodum possessionis, quia licet alias incumberet alicui
onus probandi aliquid quod est fundamentũ suę intentionis,
iuxta no. per Barto. in l. hoc iure Infra de verbo. oblig. si tamen
reperitur in poss. rei vel iuris de quo litigatur, habet præsum-
ptionem pro se, adeo quod transfundit onus probandi contra
rium in aduersarium. Ita probatur ex dictis Barto. hic, & tenet
idem Barto. multum notanter in l. 1. § non autem inf. de bon.
pos. secundum tabu. & Ias. in rub. C. qui admit. colu. 3. pro hoc
est tex. in c. si a sede. de prębẽ. li. 6. hinc est quod licet alias quã-
do tempus est fundamentum intentionis alicuius, debeat ab
eo probari, vt no. Barto. in l. non solum. §. sed vt probari inf. de
oper. noui nuncia. tamen fallit, quando ille reperitur in posses-
sione. Ita dicit Barto in d. §. non autem. Quod potes inducere
ad multa, quibus adde tex. & ibi And. de Iser. & Aluaran. c. 1. in
prin. & §. 1. fi. de feu. sue. contro. & Socin. consil. 181. col. 2. in
fi. & sequen. secundo vol. & insti. de interdict. §. commodum.
De filiosfamilias dicit Bar. quòd probatur eodem modo, quasi
velit dicere, quòd si reperiẽ in possessione patrię potestatis pię
sumiẽ in potestate, alias pręsumitur sui iuris, ſm gl. & Bart. in l.
Titia supra solut. matr. & habetur in d. l. circa supra de probę.
220 Adde † quòd in hoc Barto. ita simpliciter loquendo male lo-
quitur, & eius dictum communiter reprobatur in eo, ꝙ sentit
ꝙ si filius reperitur in pos. sui iuris, pręsumatur emancipatus,
nam in hoc contrarium tenent Per. Bart. & Alex. in d. l. Titia
& Ias. in l. si emancipati. colum. 2. C. de colla. & ratio est, quia
primęuus

primeuus status hominis repugnat huic præsumptioni, nã de iure semper filius presumitur in potestate patris, nisi probet se emancipatũ, vt est tex. in d. l. si emãcipati. & ibi no. Alex. & cõiter Moder. Hoc tñ limita nisi filius habitasset seorsum a patre per decem annos, gerendo se pro emancipato, quia ex hoc presumitur qđ sit emancipatus, nisi contrariũ probetur. Ita tenet Bal. in l. 2. C. si aduer. rẽ iudi. & in l. post mortẽ, in fi. ff. de adop. & Alex. in cons. vlt. col. 6. in 4. vol. & Ias. in d. l. si emãcipati. col. 2. & ex hoc dico posse saluari dictũ Bar. nam Bart. hic, & in d. l. Titia. dicit, ꝙ præsumitur sui iuris eo ipso, quod reperitur in tali possessione, quæ possessio tunc inducitur, quando filius per decem annos stetit separatus a patre, & ita saluari potest. Circa tertium requisitum. s. ꝙ debet esse compos mentis, ponit nũc Bar. qualiter istud probetur, quod plene tetigi. s. in gl. & ad ibi dicta me remitto. De quarto requisito ꝙ debet esse maior. 25. annis, qualiter istud probetur Bar. se remittit ad no. per eum in l. de ętate ff. de mino. vbi plene tractat hanc materiam, & ibi po
221 teris videre, vnum tamen scias † pro regula huius materię, qđ regulariter quis non pręsumitur maior neq; minor, vnde semper ętas debet probari per eum qui se fundat in ea. Nã ille qui allegat minorem ętatem ad fundandam suam intẽtionem, debet eam probare, & eodem modo qui se fundat super maiori ętate. Casus est in l. cum te, & ibi Bar. & Bal. C. de proba. & in l. si minorem, & ibi Bar. Bal. & Franc. de Aret. C. de in integ. restit. & Bar. in d. l. de ętatę, vbi dicit posse adiri iudicẽ, vt ex aspectu iudicet, & ille in quem iudex ex aspectu transfundit onus probandi, probare debet. De quinto requisito scilicet qđ sciat testatorem esse mortuũ. Qualiter hoc probetur scilicet mors, dixi plene, sup. in gl. Collige tamen ex dictis Bar. hic, quod non requiritur vera scientia per sensum corporis de morte testatoris, sed sufficit, quod ita vehementer opinetur, ad hoc vt adire
222 possit. Secundo collige † si ille qui confitetur se fecisse aliquem actum vt hæredem Titij, per hoc censetur fateri Titium esse mortuum, & se scire mortem eius. Et ex hac confessione potest conueniri ab omnibus creditoribus hæreditatis, licet cũ
223 vno tantum creditore confessus fuerit. Tertio † collige intellectum ad l. fi. sup. de inter. ac. in quantum ibi habetur, quod si litigans confitetur se heredem, talis confessio præiudicat sibi solum quo ad illum cum quo litigat, non autem quo ad alios creditores hæreditarios, nam illud intelligitur in eo qui non poterat esse hæres, nam tunc confessio præiudicat sibi quo ad litigãtem tantum, non autem quo ad alios, alias secus. Quarto inquãtum Bart. examinat hic, qualiter probabitur ista scientia. Tu pro habenda plena notitia istius materiæ & pro eius declaratione
224 facias regulam cum fallẽtijs, & regula est, † quod in dubio semper præsumitur ignorantia facti alieni, nisi probetur scientia l. verius sup. de probat. & no. Car. in clem. 1. in 7. q. de consan. & affi. & Bal. in l. quicunq; col. 1. C. de ser. fug. & est tex. in c. præsumitur, de reg. iur. lib. 6. & not. Pet. Philipp. Corn. in consi. 25. col. fi. in 2. vol. hinc dicimus quod ignorãtia in facto alieno est tolerabilis, l. fi. inf. pro suo. & habetur in l. qui in alterius inf. de reg. iur. ex quo a iure præsumitur, vt sup. & not. Bart. in l. si cui.
225 §. 1. inf. de accu. Adde tamen, † quod licet præsumatur ignorantia, debet tamen proponi & allegari per eum qui se fundat in ea, alias non prodest sibi talis præsumptio. Ita no. Bal. in d. l. quicunq; col. 1. & Ias. in l. cum quid col. pen. ff. si cer. pet. per tex. in l. si adulterium cum incęstu. §. idem Pollioni. inf. de adul. Et de hac materia dixi pleno, sup. in 8. char. in fi. versic. vnum tamen
226 scias &c. Et potest † esse ratio quare potius præsumatur ignorãtia quam scientia, quia ignorantia est actus priuatiuus habens negatiuam annexam, quæ negatiua est de iure improbabilis l. actor. C. de proba. sed scientia ponit & affirmat, merito proba-
227 ri debet l. ei qui dicit, sup. de proba. Istam regulam limita † primo non procedere in facto proprio quia ignorantia facti proprij non est tolerabilis nec de iure præsumitur l. quanquam, & ibi no. ff. ad Velleia. & in c. ab excommunicato, de rescr. & Pet. Philipp. Corn. in cons. 42. col. 3. in prin. in 3. vol. vnde tunc potius præsumitur scientia per prædicta. Hoc tamen limita non procedere, quando quis esset enormiter lęsus & vltra dimidiã iusti pręcij, quia tunc etiam in facto proprio præsumitur ignorantia. Ita tenet Bar. in l. quisquis. C. de rescin. vendi. & Pet. Philipp. Cor. in cons. 140. col. fi. in 3. vol. Secundo limita non procedere in actibus morientium, quia præsumitur ignorãtia etiam in facto proprio. Ita no. Barto. in auth. sed cum testator. C. ad l. Fal. & Ang. in §. illud quoq; in auth. de tri. & semi. & ita intelligitur tex. in §. in fraud. instit. ex qui. cau. ma. non licet, ibi. sæpe enim &c. Et est ratio, quia humana fragilitas mortis cogitatione turbata non præsumitur eam scientiã habere l. hac consultissima §. at cum humana. C. qui test. fac. pos. Tertio limita nõ procedere, quando factum proprium esset valde antiquum, nã tunc non pręsumitur scientia in facto proprio, sed potius ignorantia & obliuio. Ita tenet Pet. Philipp. Corn. in cons. 56. col. 1. in fi. in 3. vol. & Bar. in l. si quis delegauerit inf. de noua. & Bar. in l. si res obligata, inf. de leg. 1. & Dyn. in c. præsumitur, de reg. iur. lib. 6. Quarto limita, nisi factum proprium esset valde intricatum & obscurum, adeo quod de facili non posset memorię retineri, nam tũc præsumitur ignorantia, sm̃ Bar. in d. l. si quis delegauerit, in fi. per l. emptor. §. Lucius sup. de pact. & l. fideicommissum inf. de consei. Quinto limita, nisi quis esset in multis negocijs intricatus, quia propter multiplicitatem factorũ & negociorum præsumitur ignorantia etiam in facto proprio, secundũ Bar. in l. quod iussit, in fi. inf. de re iud. Hinc est, qđ si est aliquis homo diues, qui exercet multa negocia, & habet bona in diuersis locis aut regionibus, præsumitur ignorare factũ proprium. Ita no. Bar. in auth. sed cum testator. C. ad l. Falc. & Bal.
228 in l. 2. in 6. quęst. C. de rescin. ven. Sexto fallit † quando quis tractat de damno vitando, nam tunc præsumitur ignorantia etiã in facto proprio. l. sed si me putẽ. & ibi Bart. & l. cum is, in prin. & ibi glo. & Bar. sup. de cond. indeb. & Bar. in l. cum de indebito. sup. de proba. de quo vide Bartol. in l. qui fundum §. seruus
229 meus inf. pro emptore. Secundo principaliter † limita regulam prædictam non procedere, quando factũ alienum tendit ad cõmodũ alicuius, nam ille ad cuius commodũ tẽdit, pręsumitur illud scire, etiam si esset absens, tex. est & ibi Car. in clem. 1. §. fi.
230 de concessione prębendę. Tertio principaliter limita, † nisi sit facta denunciatio ad domum eius qui ignorantiãm pręrendit, qa scire præsumitur. Quilibet enim præsumitur scire id quod est sibi denunciatum in domo sua, gl. est & ibi Bal. in l. si tutor petitus. C. de peti. tuto. & Ias. in §. sed istę, col. 18. inst. de actio.
231 Quarto limita, † nisi de eo de quo pretenditur ignorantia esset publica vox & fama, vel esset notorium in illa ciuitate, in qua est ille, qui ignorantiam pręrendit, nam per hoc non præsumitur ignorantia, sed potius scientia inter ciues illius ciuitatis, ita tenet Bar. hic, & in l. quidam, §. fi. sup. de admi. tut. & Alexã. in cons. 36. col. 2. ver. fortius, in 1. vol. & in cons. 213. col. 2. in 2. volum. quod incipit, Viso & discusso &c. & Bal. in l. quicunq; col. 1. C. de ser. fug. & gl. & doct. in d. l. si tutor petitus, & Bar. in l. si cui. §. 1. infr. de accu. & idẽ Bar. in l. qui Romę. §. duo fratres, in 3. quæst. inf. de verb. oblig. vbi dicit eadem verba quæ dicit hic.
232 Quinto limita, † nisi ille qui ignorantiam pręrendit esset consanguineus eius de cuius facto quæritur, quia ratione consanguinitatis præsumitur scire facta consanguinei sui l. octau. inf. vnde cog. & l. de tutela. C. de in integ. resti. & tenet Bart. hic, & Bal. in d. l. quicunq; col. 1. & Alex. in l. Titius §. 1. sup. de liber. & posth. & Alex. in cons. 103. col. 2. in vers. pro &c. in 3. vol. Quod tamen restringe & intellige procedere in his, quę verisimiliter & communiter consanguineus scire solet, vt est circa materiã consanguinitatis & processum naturæ, secus est in alijs factis consanguinei, quia ita cadit ignorantia in consanguineo, sicut in quolibet extraneo. Ita tenet Bal. & Alex. in l. quoniam sororem C. de iure deli. & Alex. in consil. 71. col. 3. in 1. vol. & Alex. in d. l. Titius §. 1. & vide aliquid de prædictis per Barto. in l. qui duos in princ. col. penult. circa fi. inf. de reb. dub. Sexto limita, nisi is qui ignorantiã pretendit, esset vicinus eius, de facto cuius
233 quæritur, quia † vicinus pręsumitur scire facta vicini. Ita dicit Bar. hic, & Bar. in d. l. si cui. §. 1. pro hoc est tex. in l. si ita §. 1. inf. de fun. inst. & in c. quoldam, & ibi Abba. de pręsump. & in l. si vicinis. C. de nupt. & in l. filium sup. de his qui sunt sui vel alie. iur. & no. Bar. in l. 1. col. 3. ff. si cer. peta. Quod tamen limita procedere in illis actibus qui verisimiliter fieri solent per vicinos, vt quando sumus in actibus successiuis, secus autem in momẽtaneis, quia non præsumitur eos scire vicinus, vt si in domo vicini sit celebratus aliquis contractus vel aliquis actus, qui momento expeditur. Ita no. Alex. in l. 1. in 4. & 5. col. sup. si cer. peta. Eodem mõ qñ sumus in actibus qui verisimiliter solent cõmitti in occulto, nam illos nõ præsumitur scire vicinus. Ita notanter tenet Bar. in l. 1. in fi. C. de collu. deteg. vt si committatur aliquod stuprum vel adulterium. Idem tenet Alex. in d. consil. 71. col. 3. in 1. vol. & in consi. 50. circa fi. col. in 5. vol. & Alexã. in d. l. Titius §. primo. Et circa hanc materiam adde, quod quanto vicinior est quis, tanto subtilius pręsumitur scire facta vicini, secundum Abb. in cap. quosdam de pręsumpt. Quis autem
234 dicatur vicinus † vide notanter Bar. in l. si tertius, insr. de aqua plu. arc. ubi dicit quod uicinus dicitur ille, qui distat per tãtum spacium, per quantum vox unius hominis clamantis audiri potest. Idem etiam tenet Abb. in d. c. quosdam, ubi hoc intelligit in uicino respectu eiusdem loci & uiciniæ, secus in uicino diuersi loci uel ciuitas, nam ille censetur uicinus qui non multum distat a ciuitate, & ibi per eum. Et propter hanc præsum-
235 ptam scientiam uicini præsumit lex, quod damnum † commissum in aliquo loco, censetur illatum a uicinis, nisi aliud probetur. Ita dicit Bartol. in l. si ita §. final. per illum textum infra de fund. instru. & dominus horreorum, & ibi Barto. supra loca. & Bal. in l. quę fortuitis, col. 1. in fi. C. de pign. acq ubi dicit quod incendium domus pręsumitur immissum ab ibi habitantibus, de qua materia uide plene Alexan. in cons. 50. in 1. uol. & consil. 220. in 2. uol. & habetur in deci. 57. consi. Neapo. Idem quod furtum pręsumatur factum a uicino, adeo quod

facit inducium tenet Bar. in l. fi. col. 2. infra, de quest. Et eodem modo si reperitur aliquis homo occisus, præsumitur interfectus ab eo qui frequentabat multum in illo loco, ita tenet Alexand. in l. fina. addi. ad Bar. quæ incipit. Quid si repetitur &c. & Alexan. in d. consil. 50. col. 3. in 1. volumi faciunt not. per Iasonem in l. rogatti. §. si tibi. col. fi. supra si cer. pe. Hoc tamen limita multum singulariter secundum Baldum in l. 1. col. fi. C. locati. procedere in vicino, qui est malæ conditionis & famæ secus si esset homo bonæ famæ & vitæ, quia non præsumitur damnum commisisse. Ita etiam in simili tenet Angel. in ver. fama publica. col. 6. in tracta. maleficiorum. Item inquantum supra dixit, quod vicinus non præsumitur scire actum momentaneum

236 commissum in vicinia † limita nisi probaretur quod de illo actu esset in illa vicinia publica vox & fama, quia præsumitur tunc scire vicinus secundum Barto. hic. Idem quando probaretur quod de hoc erat fama in illa ciuitate, præsumitur scire eoipso quod probetur quod erat ciuis, secundum Bartol. hic. Quod tamen limita non procedere in nouo ciue qui nouiter aduenerit in ciuitate, nam in eo cessat talis præsumptio scientiæ ita dicit Alexan. hic. in 4. col. & Bal. in l. data opera. col. 7. C. qui accusa. non pos. per tex. in l. qui cum vno. §. fina. & in l. qui commeatus. §. fi. inf. de re mil. Prædicta vero quod consangui-

237 neus † præsumitur scire facta consanguinei & vicini, limita et secundum Bar. hic non procedere, quando consanguineus vel vicinus fuisset absens ab illo loco vel ciuitate in qua stabat consanguineus. Ita etiam tenet Alexand. hic pro hoc est text. & ibi per Abb. in ca. cum in tua. extra qui ma. accu. pos. Quod tamen intellige secundum Ludo. Roma. & Alexa. hic nisi modicum distaret ab illo loco, quia tunc scire præsumitur, & modica distantia nõ attenditur, per tex. in c. cum in tua. & l. præsens. sup. de procura. & in cap. quosdam. de præsum. Secundo limita, nisi consanguineus vel vicinus esset infirmus, quia propter infirmitatem præsumitur ignorare facta cõsanguinei vel vicini. Ita dicit Barto. hic. & est tex. in d. c. cum in tua. quod tamen intellige sm Ros. & Alex. hic, si esset magna infirmitas, secus si esset leuis infirmitas, quia habetur pro non infirmitate. l. quæsitum. & ibi nota. ff. de re iud. & l. 1. §. proinde. & l. ob quæ vitia. §. si ff. de ædil. edi. Tertio limita, nisi consanguineus vel vicinus esset puer vel infans, quia ratione ætatis præsumitur ignorare, vt d. c. cum in tua. & ibi per Abba. & not. gl. in c. præsumitur. de reg. iur. lib. 6. Et pari ratione inferio idem esse in furioso, ex quo nullũ habet sensum, & infanti æquiparatur, in negocijs. ff. de reg.

238 iuris. Quinto limita † nisi consanguineus vel vicinus esset excomcatus, quia præsumitur ignorare secundum Abb. in d. c. cum in tua. col. 1. Et põt esse rõ, quia excõicatus æquiparatur mortuo secundum Inn. in c. grauem. de senten. exco. Item ex quo nullus cum eo participat, nõ potest intelligere quod agitur. Se-

239 ptimo principaliter † limita regulam prædictam procedere nisi is qui ignorantiam prætendit, interfuisset negocio quod allerit ignorare quia tunc ratione præsentiæ scire præsumitur. Ita ... Bar. & Bal. in d. l. si tutor petitus. C. de peri. tut. Octauo

240 principaliter limita † non procedere in eo qui affinis & plurimum solebat ... cum eo ignorare præsumatur, quia ratione ... conuersationis & amicitiæ præsumitur scire factum illius fieri, sicut in vicino & consanguineo, ita notanter tenet Bal. & ibi etiam Inno. in l. quoties. in prin. ff. de hære. in. & Bal. in l. 1. in prin. in fi. col. C. de cad. tol. Nono limi-

241 ta in eo † qui ex iuris dispositione tenetur scire, nam præsumitur scire & non excusatur allegans ignorantiam. l. 1. C. de falsa. mone. & tenet Bal. in d. l. si tutor petitus, & ratio est, quia scire & scire debere, sunt paria, Ita no. Bal. in l. quicunque col. 1. C. de ser. fug. & Franc. Are. in l. filium emancipatum. in fi. ff. eo. & Cardi. in clemen. 1. §. fi. col. 1. de concet. præben. & Pari. in tracta. syndi. in ver. familiaris, & Aluar. in c. vasallus si feudum. col. 1. si de feu. sue. contro. Pro hoc facit, quod dicimus de ignorantia iuris, quæ neminem excusat, vt habetur in l. iuris ignorantia. C. qui admit. & est ratio, quia quilibet tenetur scire leges sacratissimas. C. de leg. & propterea quilibet præsumitur eas scire, quia

242 scire tenetur. Decimo limita. † non procedere in ignorantia affectata, nam licet in dubio præsumatur quis ignorare facta aliena, vt supra & d. c. præsumitur si tamen cum scire potuisset de facili, non curauit, & affectauit ignorantiam, quia forte recessit ne posset scire, vel alio modo procurauit ignorantiam, non excusatur, immo scire præsumitur. & talis affectata ignorantia habetur pro scientia. Ita expresse tenet Card. in clemen. 1. in 6 q. de consan. & affi. et ... a quæ habentur in c. apostolicæ. de cle. excõmu. & ibi per Abb. vbi istud generaliter extenditur ad omnem ignorantiam crassam & supinam quia talis ignorantia neminem excusat, immo habetur pro scientia, secundum Abba. ibi. Et ibi ponit, quando dicatur ignorantia crassa, & quando supina, & not. Bal. in l. 1. in princip. colum. fina. C. de cad. tollen. Ad prædicta autem de ignorantia affectata facit text. in l. tria onera. supra de excu. tu. & not. plene Iaso. in l. si vero. colum. 2. & 3. supra qui satisd. cogantur & de ignorantia supina est gl. in c. innotuit. de

243 elec. Vndecimo limita, † non procedere in eo, qui percunctatus est factum alienũ, quia præsumitur scire, l. nõ est ferendos, ff. de transact. & no. Bal. in d. l. si tutor petitus, C. de peri. tut. Idẽ est in eo qui percunctari & inquirere tenebat forte ex ratione officij, quia scire præsumitur, & non auditur allegando ignorantiã, nisi illam probet. Ita not. Abb. in d. c. innotuit, col. 2. & fi. de elect. & Ludo. Ro. cons. 481. col. 2. & potest esse exemplũ quãdo episcopus contulit beneficiũ indigno, nã non põt se excusare quod nesciebat illũ esse indignũ ex quo istud inquirere tenebatur & sic de simili. Non. n. põt pastor se excusare quod nescit lupum comedisse ouẽ, vt dicit ibi Abba. cui adde Fely. in c. a nobis, de

244 except. Duodecimo limita, † non procedere in hærede extraneo, quia præsumitur scire oĩa contenta in testãto facto per defunctũ in quo ipse est hæres institutus, secus est in herede suo, quia ille præsumitur ignorare. Ita notanter tenet Bar. in l. eius q. in 3. col. circa fi. sup. si cer. pet. & in l. cætera, §. fi. inf. de leg. 1. & in l. cũ hæres, p illũ tex. inf. de lib. leg. & Bal. in d. l. si tutor petitus, C. de peri. tu. Et est rõ quia hæres extraneus nõ põt esse heres, nec adire, nisi sit certus de viribus testamẽti, l. sed si de sua, inf. eo. secus in hærede suo. Quod tñ limita nõ procedere in codicillis, quia tã extraneus q̃ suus præsumitur ignorare contenta in codicillis, l. non est ferendos, sup. de transact. & not. Bar. in d. l. cætera, § fin. Prædictis adde, quod in superioribus casibus in quibus dictum est præsumi scientiã in facto alieno, & in oĩbus casibus qui forte reperirentur vltra prædictos, dũmodo non sit præsumptio scientiæ iuris & de iure, admittitur probatio ignorantiæ in contrarium, & sic dictæ præsumptiones operabuntur vt onus probãdi transfundatur in allegantẽ ignorantiã, licet alias ignorantia re-

245 gulariter præsumatur. Qualiter † aũt probetur ignorantia, vide gl. in c. præsumitur, de reg. iur. lib. 6. quę dicit quod ignorãtia probatur altero de tribus modis. Primo per propriũ iuramẽtũ, nam

246 ea quę † depẽdent ab animo & conscientia possunt probari per iuramentũ, quia alio modo probari nõ possunt, gl. est notã quę ad hoc semper allegatur in §. aliter in gl. magna. inst. de act. & ... in l. 1. C. de Sycarijs, & Bar. in l. inter pares, §. recte, inf. de iur. & Alex. in cons. 19. col. 2. in 1. vol. & Abb. in c. præsentium. col. 2. de testib. & Bar. in l. Celsus, inf. de vsuca. & Abba. in c. vidua. de regula. & in c. cognoscentes, de consti. & Bar. in l. 1. §. hoc interdi-

247 ctum. inf. de iti. actuque priua. † Secundo modo probatur ignorantia, probando illud quod de necessitate facit deuenire ad eã vt probando aliquem esse infantem vel furiosum. Tertio modo probatur, probãdo id, per quod verisimiliter deuenitur ad eam, vt probando aliquem absentem vel infirmum, vt supra dictum fuit. Ita dicit gl. in d. c. præsumitur. Quibus adde quod probare ignorantiam per iuramentum est regulare, nam de iure regulariter ignorantia potest probari per iuramentum, gl. est & ibi Abba. in fin. col. in cap. innotuit, de elect. & glo. in l. si quis natura, ff. cum me absente, sup. de nego. gest. & gl. in c. pro posuisti. 82. distinc. & in c. nulli. de elect. lib. 6. & gl. in ca. 2. ver. scienter. de tempo. ordi. lib. 6. Tamen ista regula recipit multas fallentias, quia sunt multi casus, in quibus non sufficit iuramentum ad probandam ignorantiam, quas fallentias ponit Felyn. in dicto c. cognoscentes, col. antepenul. de consti. & ibi etiam Barba. & Fely. in c. quosdam, de præsumptio. & Ias. in §. sed ille, col. 18. de action. in quibus locis plenissime tractatur hęc materia. & ad dicta ibi per eos me remitto. Successiue inquantum Bar. dicit circa probandam scientiam in terminis legis nostrę, quod si is cui delata erat hereditas, non dixit in pręteritum se sciuisse mortem defuncti, sed dicit nunc quod scit, cum mouetur sibi controuersia super hereditate, quod hoc non sufficit nisi alio modo probet scientiam, vnde si simpliciter bona adiuit, & hereditas esset sibi delata per ius deli-

248 berandi, succumbit elapso anno. Nota perpetuo † ex verbis Bar. quod ius deliberandi, per quod transmittitur hereditas non adita ad quoscunque heredes infra annum iuxta l. cũ antiquioribus, C. de iure deli. est talis naturę, quod incipit currere demum a die scientię ei, cui primo defertur, sed postquam incępit scire, transmittit, si moriatur, illud ius deliberandi ad heredẽ, vigore cuius transmissionis põt heres illam hereditatẽ adire solum intra residuum illius anni, qui incępit in person. defuncti, quod residuum currit heredi etiam ignoranti. adeo quod si heres ignorat mortem defuncti, & labatur annus, nõ potest vlterius adire, & si adit ignoranter, non valet aditio. Ista similia verba colliguntur ex dictis Bar. hic, licet obscure loquatur, per quę habes intellectum ad d. l. cum antiquioribus. Et hoc proprie voluit sentire glo. notabilis in d. l. cum antiquioribus, in ver. sciens, quę dicit, quod ille annus est vtilis donec incipiat currere, sed postquam incępit, est continuus. Item inquantum Bart. hic in 2. requisito dicit, quod ad sciendum qualiter quis sit hæres institutus, non requiritur de necessitate quod viderit fieri testm̃, vel illud legerit, sed sufficit, quod illud sit sibi dictum vel scriptum per literas amicorum. Nota ex hoc aliũ modũ probandi scientiam, quia probatur eo ipso, quod probatur, quod fuit de hoc facto scriptum alicui per literas amicorum, vel eo ip-

eo ipso quòd aliquis retulit ei ita factum se habere, vnde non
potest prętendere ignorantiam, & hunc modum probandi
249 scientiam adde alijs prædictis supra. Item nota † ex dictis Bar.
in eodem membro, quòd in casibus in quibus ad faciendum
aliquem actũ requiritur quòd pręcedat fama, si quidem pręcessit fama, & antequam actus geratur superueniat fama contraria, quòd talis fama contracta tollit effectum primæ famæ
& impedit actũ gerendum, secus si actus erat gestus, & postea
superuenit, quia nõ inualidat nec reuocat ipsum iam factum.
Et hoc infertur secundum Bald. & Alexan. hic ad q. de inquisitione quæ fieri debet præcedente fama, nam si superueniret cõtraria fama ante ipsam formatam impedit eam fieri, secus si
post. Et ex hoc docet hic Barto. aduocatum, qualiter debet formare articulos, vt sciat se coarctare ad tempus ante vel post
250 actum gestum. Item † nota ex dictis Bartol. in dicto secundo
membro, quòd communis opinio hominum prębet causam
iustę credulitatis. pro hoc est tex. in l. 2. inf. quis or. in bon. poss.
serue. de qua materia vide Barto. & Alexand. in l. fin. supra de
hære. insti. vbi per hoc docent notabilem practicam ad liberãdum aliquem a pęna quam forte incurreret, si non probat id
quod asserit, nam debet articulare quòd de hoc erat communis opinio, vel publica vox & fama, vel quòd audiuit dici a personis fidedignis, & liberabitur, vt ibi per Bartol. & Alexand.
251 Quibus adde, † quòd non solum publica vox & fama, seu communis opinio prębet hanc iustam causam credulitatis, sed etiã
dictum seu relatio vnius viri notabilis & fidedigni. gloss. est
singularis in l. Titio fundus infra de condi. & demon. quam
multum exclamat, & pro notabili reddit Bald. ibi. & Bald. in l.
iudicia. colu. fin. C. de rei ven. & Bart. in l. fin. infra pro empto.
& Ioan. And. & Anton. de But. & communiter cano. in c. cura. de iure patro. & Iaso. in repe. l. admonendi. column. 99. de
iureiu. Item inquantum Bartol. hic in eodem secundo mem-
252 bro circa fi. dicit, quòd † si in veritate hæres est institutus sub
conditione, absq; dubio non potest pendente conditione adire. vide eundem Barto. in l. si quis extraneus. §. fin. infra eodem
vbi ponit de hac materia vnam notabilem distinctionem. Limita tamen istud non procedere, quando communis & vehemens opinio hominum erat, quòd conditio omnino erat purificanda in fauorem hæredis, & deinde in veritate ita fuit purificata, nam tunc potest hæres vigore dictæ communis opinionis adire etiam pendente conditione, quę aditio validabitur & confirmatur per veritatem postea sequutam. Ita mirabiliter tenuit Pet. de Anch. in consi. 349. incip. viso diligenter, &
in consi. 385. incip. visis diligenter, vbi ponit notabilem causam, scilicet si testator relinquens vxorem prægnantem dixit,
quòd si posthumus nasceretur masculus, sit hæres, si autem
vxor pareret fęminam, tunc instituebat Titium hæredem vniuersalem, & posthumam solum in dotem. Nam si adhuc existente vxore prægnante erat communis & vehemens opinio
quòd erat paritura fœminam, & hoc cognoscebatur ex signis
potuit interim dictus Titius hæres adire hæreditatem conditione pendente, quæ aditio confirmabitur postea per euentũ
subsequutum, scilicet quia peperit fœminam. Et illud erit
magis effectus, quia si interim moriatur hæres post aditam
hæreditatem conditione pendente, transmittet eam ad hæredes apparente postea veritate, quod alias non esset. Et illud dictum Pet. de Ancha. refert Iaso. in l. certum colum. fin. supra
si cer. pet. & dicit quòd Pet. de Ancha. in tali consi. habuit aliquid vltra hominem. Subsequenter nota ex dictis Barto. in 3.
253 membro, quod quando probantur duę famæ † contrarię statur illi quæ procedit personis magis dignioribus. Et hoc facit
ad materiam testium, nam si sunt examinati plures testes hinc
inde, & sunt adinuicem contrarij, tunc data paritate numeri
testium statur illis, qui sunt digniores & maioris authoritatis,
vt no. plene Abb. & Fely. in c. in nostra, de testi. hinc est quod
si pro vna parte sunt examinati duo testes masculi, & pro alia
duę testes fœminæ contrariantes masculis, creditur potius masculis tanquam dignioribus secundum Abb. in cap. forus de
verbo. signifi. pro quo facit, quia mulier non dicitur testis omni exceptione maior. vt not. Alexand. in consi. 70. colum. pe.
in 2. volum. quibus adde Bald. in l. fi. supra de fi. instru. Ad prędicta, quæ dixi de fama, adde notabiliter. Ludo. Rom. in consi.
254 241. colum. 1. vbi dicit, † quod si probatur suspitio fugę contra aliquem debitorem, si ipse probat suam bonam famam in
contrarium, non potest capi personaliter, quia probatio bonę
famę eneruat contrariam suspitionem, & ibi multum eleganter loquitur ad propositum prędictum. Item illud quod dixi
255 † quod statur testibus dignioribus limita singulariter, nisi testes minus digni deponerent pro reo, & digniores pro actore,
quia tunc creditur minus dignioribus, vt reus absoluatur, glo.
est singularis in c. clerici. 81. distin. per quam ita dixit Abb. in
c. ex literis in pen. no. de proba. & Spec. in titu. de teste. §. postquam ver. porro. & Barba. in addi. ad Abba. in d. c. forus. Hinc
est quòd licet alias plus credatur testibus affirmãtibus quam
negantibus, etiam si mille essent, secundum Abb. in d. c. in nostra in fin. & in cap. cum in tua. in 3. not. de testi. & Bal. in l. data opera. colum. 22. C. qui accu. non poss. tamen hoc non habet locum, quãdo testes negantes essent pro reo, quia eis plus
creditur, vt reus absoluatur, ita per illam glo. in d. c. a. clerici tenet Fely. in d. cap. ex literis colum. 2. in vlt. nota. Super quarto
membro inquantum Barto. tangit, si aliquis dicat se filium alicuius, & ex aduerso negetur, quomodo probabitur hęc filia-
256 tio, remittit se ad allegata per eum hic. † tu dic breuiter in hac
materia, quòd ad probandum quem esse filium sufficit probari esse natum in domo constante matrimonio inter maritum
& vxorem, quia is dicitur filius, quem nuptię demonstrant l. filium supra de his qui sunt sui vel alie. iur. l. si vicinis. C. de nup.
& no. Abb. Fely. plene in cap. per tuas de probatio. Quod amplia procedere, etiam si vxor erat meretrix, & miscebat se cum
alijs viris, quis, quia nihilominus ille qui nascitur, præsumitur
natus ex marito. ita no. Bal. in d. l. si vicinis, & in rub. C. de proba. colum. fi. pro hoc est text. in l. miles. §. defuncto. inf. de adul.
& no. Abb. in cap. transmissę. colum. 2. in fin. extra qui fili. sint
legi. Secundo amplia procedere non solum in viro & vxore,
sed etiã inter cõcubinarios, nam ille qui nascitur, præsumitur
natus ex cõcubinario retento in domo sicut ex marito, vt est gl.
in c. Michael. de fil. presby. & no. Abba & Fel. in d. cap. per tuas
& Alexand. in consi. 51. in 1. volum. Istud tamen intelligitur
procedere in eo, quod est concubinus, vt supra secus in eo qui
tenet pedissequam in domo, quæ pedissequa peperit filium,
nam ille partus non præsumitur filius domini, nisi probetur
quod illa pedissequa erat concubina domini. ita singulariter
tenet Bald. in d. l. filium colum. 2. in fi. supra de his qui sunt sui
vel alie. iur. Prędicta limita non procedere, quando probaretur absentia viri per nouem menses, & maxime tempore cõceptionis vel si probaretur, quod vir non fuit visus cum vxore,
vel fuit infirmus, vel alio modo impotens ad coeundum, quia
tunc non præsumitur filius eius. ita no. Bald. in d. l. filium colu.
1. & Abb. in d. cap. transmissę, & c. causam quę el 1. qui filij sint
leg. & Fely. in d. cap. per tuas. Qualiter autem sit articulandum
in probando filiationem, vide Barto. in l. non nudis. C. de proba. Super quinto membro collige ex dictis Bart. qualiter probatur veritas alicuius rei etiam per discussionem & inquisitionem, vt si perquiratur, & non inuenitur. Et not. hunc modum
probandi veritatem, quia potest seruire ad multa. Secundo
257 † collige ex dictis Bartol. quod in dubio quilibet præsumitur
decessisse intestatus, nisi probetur ex aduerso quòd fecerit testamentum, cui adde quòd ista est veritas, & ita tenet Alexã.
Iaso. & communiter do. in l. si emancipati. C. de colla. In sexto
membro inquantum Barto. hic format vnam notabilem. q. &
eam indecisam relinquit, dicendo quòd de facto pẽdebat, adde quòd eam decidit Barto. in l. gerit colum. pen. eod. & tenet
aditionem valere, sed Bald. in l. potuit in 8. q. C. de iure deli. tenet contrarium. s. quòd non valeat. Alexan. hic in fi. remittit
se ad dicenda per eum in d. l. gerit. vbi nihil dicit, vnde tu securiter tenet opin. Barto. in d. l. gerit. s. quòd valeat aditio, quia verior est, & moueor vltra Bartol. vno solo fundamento. Nam
omnia iura quę dicunt adeuntem debere esse certum. procedunt in casibus in quibus dubietas, quæ habet se ad esse & nõ
esse ẽ talis, vt si haberet se ad esse, aditio valeret, & si ad nõ esse
aditio nõ valeret, vel ẽꝯ & idẽ in repudiatione, hoc potes clare
percipere ex omnibus exemplis & requisitis supradictis, sed in
casu isto siue dubietas habeat se ad esse, siue ad non esse, semper & in omnem euentum aditio sortietur effectum, ergo sine dubio debet valere, & ita teneo. Non obstat quod dicit Bal.
in d. l. potuit, quia fragilem rationem adducit, quæ tollitur per
hoc, quod in omnem euentum inducitur eadem aditio in effectu. Vltimo inquantum Bart. in septimo membro in fi. verbis dicit, quod quãdo est delata hereditas pupillo, sufficit sciẽ-
258 tia tutoris, vt possit adiri. Ex hoc infero † quòd si moriatur
pupillus hæreditate non adita, transmittit ius deliberandi ad
hęredem, licet ipse nesciuerit hæreditatem sibi delatam, &
sufficit quòd tutor sciat. ita in terminis tenet Bart. in l. cum antiquioribus, in fi. C. de iure delib. & ibi etiam Alexand. in pen.
colum. Et procedit hoc secundum Barto. ibi, siue pupillus sit
infans, siue non. item procedit, etiam si tutor non fecit inuentarium, nec alia solemnia. ita tenet Barto. in l. fi. C. de tutor. &
cur. qui satis. non dede. Hoc tamen limita dummodo tutor superuiuat tempore mortis pupilli, secus si primo moriatur tutor. ita tenet Barto. in consi. 178. inci. Perusinus. & in cons. 232.
incip. domi. Cecilia. Et per hæc sit expedita præsens repetitio.
Laus Deo immortali optimo, eiusque genetrici, & omnibus
sanctis. Et fuit hæc repetitio expedita per me Robertum de
Maranta Venusinum. V. I. D. In ciuitate Melfiecti de prouincia
terrę Bari, in partibus Apulię, sub anno domini Millesimo
quingentesimo decimoseptimo. Die vicesimo nono Mensis
Decembris. Finis.

Angeli

Angeli de Gambellionibus de Aretio, Iurifcon. clarifs. Commẽtarius, feu Repetitio in l. Ventre. ff. de acquir. vel omitt hæred.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatem non deferri ex teftamento quandiu rumpi poteft, nec deferri ab inteftato quandiu ex teftamento fuccedi poteft.*
2 *Suus hæres inftitutus ventre præterito, qui in veritate vacuus erat, cum tamen aliter putaretur, interim decedens hæres fuiffe intelligitur.*
3 *Emancipatum & extraneum hæredem æquiparari.*
4 *Ventre preterito, qui in veritate eft plenus nullum, interim poffe effe hæredem ex teftamento, nec fi fuus quidem fit.*
5 *Suus hæres inftitutus impeditus adire pendentia natiuitatis pofthumi, interim decedens tranfmittit hæreditatem patris ad quofcunque.*
6 *Hæres inftitutus cum pofthumo poteft adire hæreditatem pro parte non expectata natiuitate pofthumi.*
7 *Suum hæredem aut etiam emancipatum inftitutum poffe petere bonorum poffeffionem contratabulas beneficio fui preteriti, fiue iam nati, fiue pofthumi, & nu. feq.*
9 *Filium inftitutum poffe cõtratabulare beneficio filij præteriti fiue vterque fit fuus, fiue uterque emancipatus, fiue alter fit fuus, alter emancipatus.*
10 *Emancipato inftituto an competat duntaxat bonorum poffeffio contra tabulas beneficio præteriti, an etiam fecundum tabulas, vt fic admittatur concurfus bonor. poffeffionis contratabul. cum bonor. poffeffio. fecundum tabulas, & nu. 12. & nu. 15.*
11 *Filio inftituto fub conditione ea pendente datur bonorum poffeffio contrabulas.*
13 *Inftitutus pure alio præterito pure an videatur inftitutus fub conditione, fi præteritus non petierit bonor. poffef. contratabul.*
14 *Bonorum poffeffio, quæ fortita eft plenarium effectum non poteft conuerti in aliam fpeciem penitus diuerfam.*
15 *Bonorum poffeffionem ab inteftato peti non poffe, quandiu contratabulas ex teftamento intentari poteft.*
17 *Caufam teftati & caufam inteftati a diuerfis iuribus prouenientes poffe concurrere.*
18 *Intellectus ad l. fi duo, in fi. ff. de lega. præftan.*
19 *Inftitutus veniens ab inteftato beneficio præteriti dicentis nullum, omnibus foluit legata.*
20 *Hæreditas non adita an tranfmittatur in cafu l. ventre. ff. de acq. vel omitten. hæred.*
21 *Hæres inftitutus impeditus adire ob ventrem præteritum an tranfmittat beneficium reftitutionis ad fuos hæredes.*
22 *Hæreditatem non aditam tranfmittit is, qui propter aliquam dubitationẽ adire non poteft, fcit tamen fe in omnem euentum futurum hæredem. & nu. 29. & nu. 31.*
23 *Filius inftitutus in re certa nullo alio inftituto hærede, fcit fe in omnẽ euentum habiturum integram hæreditatem, alio autem vniuerfaliter inftituto, habiturum integram legitimam.*
24 *Filio relinqui partem fuam teftamento patris quoquo relicti titulo, an fufficiebat iure digeftorum. & numero 27. & quid iure authenticorum. num. 28.*
25 *Intellectus ad §. Papinianus. §. fi quis mortis. ff. de inofficio. teftam.*
26 *Inftitutus quis cenfetur eoipfo, quod eius filius vel feruus eft inftitutus.*
30 *Hæres qui non adiuit hæreditatem propter dubitationem aliquam, quando tranfmittat ad hæredes fuos beneficium reftitutionis, & quando hæreditatem ipfam recta via.*
32 *Hæreditatem non aditam ob impedimentũ contingens facto alterius tranfmittit quis ad fuos hæredes. & nu. 69.*
33 *Extraneus hęres an tranfmittat hæreditatem, quam non adiuit ob id, quod communis opinio erat pofthumum teftatori nafciturum, cum re vera venter effet vacuus.*
34 *Hæres inftitutus ignorans probabiliter fe inftitutum an tranfmittat hæreditatem non aditam.*
35 *Hæreditas non adita timore legali, an tranfmittatur, & nu. feq.*
37 *Intellectus ad l. qui pofthumos. ff. ad Senatufcon. Syllania.*
38 *Hæreditas afcendentium non repudiata an indiftincte tranfmittatur ad defcendentes etiam non adita.*
39 *Hæreditas afcendentium cenfetur quafi debita defcendentibus.*
40 *Hæreditas parentum an poffit tranfmitti ad defcendentes naturales tantum.*
41 *Filius an tranfmittat hæreditatem matris non aditam ad afcendentes, & nume. fequen.*
43 *Hæreditatis non aditæ tranfmiffio an fiat a defcendentibus ad afcendentes ab inteftato.*
44 *Difpofitio l. vnicę. C. de ijs qui ante aper. tabul. habeat ne locum in ijs qui funt vltra pronepotem, & an habeat locum in bonorum poffeffio. nume. 46.*
45 *Extenfionem admitti etiam in exorbitantibus ex identitate rationis expreffa in lege.*
47 *Hæreditas non adita an poffit tranfmitti in nepotem nondum conceptum tempore mortis aui.*
48 *Filius inftitutus a patre fi extraneum inftituat exhæredatis filijs, an hæreditatem patris non aditam tranfmittat.*
49 *Filius inftitutus fub conditione decedens pendente conditione an tranfmittat hæreditatem.*
50 *Difpofitio l. vnicę. C. de iis qui ante aper. tabul. an habeat locum, fiue is qui tranfmittit, fciat fibi delatam hæreditatem, fiue ignoret.*
51 *Repudians hæreditatem afcendentis fibi delatam quatenus noceat fuæ pofteritati.*
52 *Filius an tranfmittat ad liberos legatum fibi a patre fub conditione factum fi decedat pendente conditione.*
53 *Hæreditatem fibi delatam fciens fi decedat intra annum ex non adita vel repudiata an tranfmittat ius deliberandi, & ad quos.*
54 *Intellectus ad l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquirend. vel omitten. hæredit.*
55 *Intellectus ad l. cum antiquioribus. C. de iure delib.*
56 *Subftitutus vulgaris excludatur necne ab eo, cui tranfmittitur ius deliberandi.*
57 *Ius deliberandi vt tranfmittatur, quo tempore requiratur fcientia eius qui tranfmittit.*
58 *Annus deliberandi an currat ignoranti hæreditatem fuiffe delatam ei, cui fuccedit.*
59 *Pupillus vt poffit tranfmittere ius deliberandi, an fufficiat fola fcientia tutoris.*
60 *Suus hæres tranfmittat necne iure ciuili hæreditatem non aditam ad quofcunque fucceffores, fiue fuerit impeditus iufto aliquo impedimento, fiue non iufto, & nu. feq.*
62 *Errorem iuris non minus excufari, cum tractatur de damno vitando, quam errorem facti.*
63 *Intellectus ad l. liber homo. §. 1. ff. de ftipul. feruor.*
64 *Emancipatus hæreditatem patris non aditam tranfmittat necne ad quofcunque quemadmodum fuus.*
65 *Suorum & emancipatorum differentię, & nu. 67.*
66 *Intellectus ad §. nullam vero. in auth. de hær. ab inteftat. venientibus.*
70 *Hæres eius qui fuit impeditus adire facto alterius, an poffit habere regreffum contra impedientem.*
71 *Infans delatam fibi a quocunque hęreditatem tranfmittit ad quem cunque afcendentem per lineam paternam, fiue is infans fit in poteftate, fiue fit fui iuris.*
72 *Pater, qui hæreditatem filio infanti delatam neglexit adire viuo infante, mortuo eo poteft adire quafi infanti quæfitam & fibi tranfmiffam.*
73 *Hęreditatem infanti fui iuris delatam quis poffit adire, & quid fi infans deceffserit, priufquam adita fit hæreditas.*
74 *Infanti defuncto non adita hæreditate, fuperftite matre vel auo materno atque etiam patre, quis fuccedet.*
75 *Infans decedens nullo fuperftite ex afcendentibus per lineam mafculinam an tranfmittat hæreditatem non aditam, & nu. 77.*
76 *Probationem non admitti in eius quod lex fingit, & poftea vlterius procedit.*
78 *Infans hæreditatem patris non aditam tranfmittat necne ad quofcunque.*

VEntre. Lecta fuit hæc lex quæ pofita eft in titulo de acquir. hæredit. ff. per famofiffimum legum doc. d. Ang. de Gambellionibus de Aretio, actu Ferrariæ legẽtem, anno Domini 1451. Et fcripta per me Chriftophorum Lanfranchinum Veronenfem, præfatum doctorem audientem. Et hoc intendit. Ex teftamento non poteft effe hæres, qui de eius viribus dubitat, nifi fit fuus, & in fe vere fcit teftamentum valere, aliàs fecus, & qui in omnem euentũ fe hæredem futurũ, cognofcit, interim hæreditatẽ decedẽs tranfmittit. hoc d. fecundum Bar. vel fic. Hæreditas non adita tranfmittitur ad fuum hæredem quando non poteft adiri interim impedimẽto pofthumi pręteriti, & fic vitio teftamenti & defectu teſtãtis, & in oẽm euẽtũ qs eft habiturus hoc dicit.
1 † Nota quandiu poteft rumpi teftm̃ nunq̃ defertur hęreditas ex eo, nec interim defert, etiam ab inteftato. pp poffibilitatẽ fuccedẽdi ex teftõ, quia in cafu ifto poffibile fuit nafci pofthumũ abortũ & ftante dicta dubitatione, & fic quandiu poffibile eft adiri ex teftõ, non defertur ab inteftato l. quãdiu §. fup.
2 † Not. ꝙ fi fuus eft hæres inftitutus, licet venter fit præteritus qui in veritate eft vacu⁹ licet ignoratur, tñ fuus hr̃s interim decedẽs hæres fuiffe intelligit̃, vt dicit tex. qa cũ in veritate vẽter fit vacuus, & hoc eft certum a lege, & lex facit fuum hæredẽ l. neceffarijs. fup. eo. ergo lex facit fuũ hæredẽ, & credo, ꝙ faciat fuum hęredem ex teftõ, cũ in eo fuit inftitutus, & impedimẽtum pofthumi præteriti ceffauit, antequam fuus moriatur. Ergo neceffario fequi vr̃, ꝙ nõ ab inteftato fed ex teftõ hęres erit, quod potiffime probatur in ver. præce. dum dicitur, qđ quandiu dubitatur de viribus teftamenti in quo emancipatus vel extraneus inftitutus fit, interim ex dicto teftamẽto eis non defertur hæreditas, quia fua volũtate, & non legis ptãte funt hæredes, ergo ɔ̃rium erit in fuo hærede, cũ lex, vt dixi, faciat eũ hæredẽ. Et hoc credo verũ facit l. cũ quidam §. fuũ licet Bar. hic &

D. Ioan.

D. Ioan. in notabilibus videatur aliter sentire. & istud etiã pro-
3 batur ex ver. ergo si ventre. † No. in ver. emancipatus vero q̃d
emancipatus & extraneus hęres ęquiparantur, & idem dicitur
hic in principio quia emancipatus non est cognitus de iure ci-
uili. insti. de hęredi. quæ ab inte. §. emancipati. ex quo sequitur,
quod sicut extraneus non est hr̃s nisi adire põt, & adeat. l. is qui
sup. eo. ita etiam emancipatus, & adire non possunt, nisi sciãt &
ita sit rei veritas quæ concurrat cum cõmuni opinione, vt di-
cit hic glo. in ver. sciant. ergo in contrariũ erit in suo hærede.
4 † No. in ver. ego si ventre. quod quando venter præteritus in
veritate est plenus, non est differentia inter extraneũ emanci-
patũ, & suũ hæredem, quia interim nullus est hęres. nec potest
adire ex testamento vel ab intestato, quia homo & etiã lex po-
test dubitare de viribus testamẽti si posthumus nascatur licet
suus sit in omnẽ euentũ habiturus hæreditatem vel partẽ hæ-
5 reditatis. † Nota. quod suus hæres impeditus pendentia natiui
tatis posthumi præteriti transmittit hæreditatẽ pr̃is ad quoscũ
que. cõcordat. l. illud. §. fi. ff. de contratab. No. q iustũ & æquũ
est subuenire illi, qui in omnẽ euentũ est habiturus hæreditatẽ
si impediatur adire ex facto & culpa testatoris, qui prętiit po-
sthumũ vt transmittat ad hæredes suos. No. quod vbi est eadẽ
ratio in emancipato quæ est in suo habet etiam locũ in eman-
cipato. In glo. 1. ibi, extranei, expectant posthumũ &c. Supple
6 pręteritũ, vt hic. † Secus si posthumus esset institutus vel exhæ
redatus, quia nec suus hęres nec emancipatus, nec extraneus
hęres institutus habet necesse expectare natiuitatẽ posthumi.
Imò statim etiam extraneus institutus ẽt pręcedente natiuita-
te posthumi potest adire hęreditatẽ pro vna parte. Iuxta. l. illud
§. si pars hære. pe. & l. cum quidã. §. 1. & §. suũ. s. eo. Et sic ista ra
7 tio glo. in effectu incidit in primã rationẽ. In ea. in fi. nota † ex
glo. quod tã suus quã emancipatus institutus potest petere cõ-
tratab. beneficio filij præteriti in potestate, s̃m Ang. & d. Ioan.
Tu fortius dicas, quod institutus nõ solum beneficio præteriti
iã nati, & qui infert nocumentũ statim pp præteritionẽ suam
põt petere contratab. sed ẽt bñficio posthumi præteriti, vt hæc
glo. coniuncta cũ text. & ẽt est tex. in l. illud. §. fi. de contratab.
Quod est verũ s̃m Ang. quia emancipato instituto dantur cõ-
tratabulę, siue posthumus sit pręteritus vt d. l. illud. §. fi. siue es-
set præteritus suus iã natus. quod est verũ secundũ Ang. si suus
iã natus præteritus est. & ipse contratabulet, aut testm̃ cõfirmet
secus si dicat testm̃ nullũ. l. fi. C. de libe. pręt. quia non debet es-
se in p̃rãte emancipati insufflare spiritum vitę in testm̃, ad finẽ
vt rũpatur, vt de hoc est text. in l. si duo de leg. præst. Nec huic
sententię ob. si dicatur, quod vbi instituto apertur edictũ con-
tratabulandi per præteritũ, licet præteritus nõ vellet contrata-
bulare. tamen eius beneficio contratabulat institutus. l. si post
mortẽ. §. fi. de contratabu. quia dicit, quod illud est verũ, quan-
do beneficiũ est quæsitũ, quod est vbicunq; emancipatus est,
præteritus & suus hr̃s scriptus, vt d. § fi. Nã ab initio illi eman-
cipato præterito proditũ est bñficiũ cõtratabulandi & eius be-
neficio dictũ ius est quæsitũ suo instituto, sed econuerso q̃n
est præteritus suus, & emancipatus institutus non est quæsitũ
ius suo hæredi cõtratabulandi nisi quatenus elegit hanc viam
quod apparet quia ante eam electã testm̃ est nullum funditus
omni iure, insti. de exhæred. lib. in principio. Et sic secundum.
Ang. fortius agit præteritio posthumi, quam iã nati hoc respe
ctu. & est ratio secundũ eum, quia filius iã natus præteritus ni-
hil agit contra testamentum, sed sola iuris censura, & ideo cõ-
firmatur, si semper tacet. l. filio præterito. de iniust. testa. sed tñ
testamentum rumpitur natiuitate posthumi. l. nã & si sub cõ-
8 dit. §. primo de iniust. test. † Sed dictum Ang. inquantũ vult. q
suo nato pręterito statim nõ aperiatur edictũ emancipato in-
stituto non est verũ, quia est expresse contra d. l. si duo. in prin-
cipio. s̃m. d. Ioan. Et [illegible] hoc facit d. l. Illud. §. fi. [illegible] si tu dicas,
quomodo põt emancipatus contratabulare, cũ testm̃ sit nullũ
dicas, quod [illegible] est testamentum habere sua solemnia amoto
vitio præteritionis l. quod [illegible] cum glos. singu. de contra-
tab. Et notat plene d. Io. [illegible] titus qui in potestate. de libe.
& posthu. Et ego scripsi in rep. d. l. illud. §. fi. Tu secure teneas
9 contra Ang. † quia siue [illegible] institutus etiam in minima
parte, & emancipatus [illegible] tamen institutus beneficio
præteriti intentat contratab. [illegible] putauit. § fi. de contratab.
siue sint ambo sui hæredes quorum vnus sit institutus & alter
præteritus, tunc [illegible] intentat contratab. siue præteritus
sit iam natus siue [illegible] d. l. illud §. fi. siue sint duo emã
cipati vnus institutus alter præteritus. [illegible] ex duobus. in princ. &
l. nonnunquam de leg. [illegible] siue suus sit præteritus & emanci
patus institutus [illegible] iam [illegible] præterito, ne-
dum tacente, potest contratabulare. d. l. si post mortem. §. fi &
ibi Barto. quia edictum contratabulandi ipso iure propter præ
teritum quantumcunque statim etiam instituto cõpetit etiã
si præteritus non vult contratabulare vel non posset quia forte
repudiauit, vt d. l. nonnunquam, & q emancipato [illegible] &
suo præterito possint intentari cõtratabulæ, est casus in l. si quis
in potestate. de leg. pręstan, facit. l. filium. inf. de contratab. licet
glo. aliter & male in l. 3. §. liberi. de contratabu. quæ omnia no-
10 ta. Secundo † principaliter no. Ang. & glo. quod emancipato
instituto propter præteritum dantur contratabulæ, quasi dicat
gl. & non aliud remedium habet. Sed oppo. secundum Ang.
immo dantur etiam secundum tabulæ, ex quo præteritus erat
in pari gradu cum instituto, vt est casus in l. si duo infra. de leg.
præstan. & facit quod habetur in l. sed cum patrono. de bono.
poss. vnde Pet. & Cyn. in l. 2. C. de bon. poss. secundum tabu. di-
cunt, quòd non est verum quòd in d. l. si duo concurrant con-
tratabulæ cum secũdum tabulis, sed quòd immo portio reser-
uatur propter illud edictum & tenetur ad legata tantummo-
do coniunctis personis, vt d. l. filium. §. fi. & tamẽ in d. l. si. duo.
& in l. 2. in princ. de bo. poss. s̃m tab. & in l. si ex duobus. in prin.
coniuncta gl. in ver. adierit. de bo. poss. ꝯtab. fatetur contrariũ,
quod quando sunt duo eiusdem gradus, quod vnus potest ha-
bere contratab. & aliter secundum tab. vt d. l. si duo. alias autẽ
si institutus esset inferioris gradus, quia tũc institutus expectat
præteritũ. d. l. 2. §. expectandi. de bon. poss. s̃m tab. & sic tali ca-
su non admittitur concursus contratabularum cum secũdum
tabulis. Et pro ista opin. Bar. potes allegare casum, in l. cum qui
dam. §. quod dicitur. sup. eo. vbi inferiores gradu expectant po
sthumum, sed non existens in pari gradu. Sed tamen aduertas,
quòd ista solutio Bar. est directo contra d. l. illud. § fin. vbi sunt
in pari gradu & tamen instituto non dantur secundum tabulę
& sic non admitutur concursus contratabularum & secundũ
tabularum, sed huic obiectioni Bar. in d. l. 2. de secundum tab.
respondet, quòd considerandum est, q institutus pure dicitur
conditionaliter institutus, sub ista tamen conditione, si præte-
ritus non petat contratabulas, quia possibile est, quòd non pe-
tat, immo confirmabit testamentum, facit. l. filio præterito. su-
11 pra de iniu. test. † Si certum est, q institutus sub conditione ea
pendente dantur secundum tabulæ, vt d. l. 2. §. si sub cõditione
ergo &c. & maxime si conditio postea deficiat, quia ille præte
ritus non approbat testamentum sed petit contratabulas, tunc
secundum tabulæ, quas petit institutus, conuertentur in con-
tratabulis, vt d. §. si sub conditione. in fi. & d. l. nonnunquã. inf.
de leg. præstan. Nec obst. d. l. illud. § fin. nec etiam iste tex. quia
loquĩ in posthumo præterito, & sic licet sit in pari gradu cũ
instituto, & dicatur esse institutus sub ista conditione si nõ na-
scatur tamen ista conditio non debet expectari, quod deficiat.
arg. l. inter stipu. §. sacram. de verbo. oblig. cum ergo habeatur
ac si conditio non esset, quia habetur pro purificata, videlicet
posthumum natum vt no. glo. in d. l. illud. §. fi. in princ. facit d.
l. cum quidam. §. quod dicitur. sup. eod. ergo non est mirum si
instituto non dantur secundum tabulæ sed contratabulæ be-
neficio præteriti & sic non datur concursus contratabularum
12 cum secundum tabulis. † Sed hæc sol. nullatenus mihi placet,
licet Ang. videatur eam sequi hic faciendo differentiam inter
iam natum præteritum vel posthumum paris gradus. Nam se-
cundum Bart. sequeretur, q plus impediat cõditio imaginaria
& tacita, videlicet quando est vnus institutus pure & alter præ
teritus pure quia hac sola expressione verborum nulla appa-
ret conditio, nec ius habet pro conditione & tamen non impe
dit secundum eum, quin instituto dentur secundum tabulæ,
licet statim propter præteritum sit apertum edictum contra-
tabulandi instituto, vt d. l. si post mortem. §. fi. quam impediat
conditio, quæ in veritate conditio resolutiua est, videlicet pen
dentia natiuitatis posthumi. Nam ius suspendit. l. si filius hęres
cum ibi no. per Moder. de libe. & posthu. ergo quando posthu
mus est præteritus, magis debent dari instituto secundum ta-
bulæ, quam in casu Barto. & tamen in d. l. illud. §. fin. denegan-
tur. ergo &c. Item si institutus & præteritus in pari gradu sunt
iam nati & instituto dantur secundum tabulæ, nec ista bono-
rum possessio secundum tabu. impeditur per præteritum iam
natum secundum Barto. in d. l. si duo. Quomodo ergo dicen-
dum est quòd dubius euentus impediat secundũ tabulas quia
frustra expectat euentũ natiuitatis posthumi, qui nihil est ope-
13 raturus. l. aliquando ad Velleia. † Secundo Barto. videtur erras-
se, dum dicit, q quando vnus est institutus pure, & alius præte-
ritus pure, institutus videtur esse institutus sub conditione, si
ille præteritus non intẽtat contratabulas quia dico, q ista con-
iectura non est facienda, quia immo ius præsumit, quòd quili-
bet prosequatur ius suum. l. 1. § si venter. inf. de ven. in pos. mit.
ergo cum ius præsumat, q ille præteritus intentet contratabu
las ergo non est dicendum, quod institutus pure dicatur insti-
tutus sub ista conditione si præteritus non intentet contra ta-
bulas. Et [illegible] quod not. glo. in l. 1. C. de testam. [illegible] in fi. gl. ma
gnæ. Et quod not. Bar. hic in versic. venio ad secundam & ter-
tiam partem simul &c. Quinimò etiã præsupposita coniectu-
ra Bar. pro vera, [illegible] casu prædicto Bart. non dicit verum, quia
eadem ratio viget in casu posthumi præteriti sicut in iam nati.
Nam pone, quod posthumus nascatur, statim est ei quæsita vt
præterito bonor. pos. contratabulas, ergo institutus secundum
Bartol.

Bartol. dicetur institutus esse sub ista conditione, si posthumus
non natus sit, aut non petat contratabulas. Et sic videtur insti-
tutus sub duabus conditionibus, videlicet, si posthumus nō na
scatur, & si nascatur, si non petat contratabulas, ergo isto casu
in posthumo, institutus pure videtur magis institutus sub con
di. quam in iam nato præterito, & tamen Bartol. dat huic insti-
tuto iam nato præterito secundum tabul. vt d. §. si sub cond. er
go multo magis secundum Bar. debent dari contratabulæ po-
sthumo præterito existente, & secundum tabulę, & tamen in
d. l. illud §. fi. denegantur secundum tabulæ, igitur &c. Tertio
principaliter non placet mihi, quod Bar. dicit, quod isto casu se
cundum tabulę habent eundem effectum quem habent con-
tratabulæ, quia secundum tabulæ conuertunt in contrabulas.
14 d. §. si sub conditione. † Nam nego, quod bonorum poss. quæ
sortita est plenarium effectum, possit cōuertiē in aliam speciē
penitus diuersam. ar. no. in l. verbis ciuilibus. de vulg. & pupill.
coniuncta l. 3. §. qui fideicommissa. C. de hæred. institu. Et vo-
luit Bar. in l. ex facto. in 3. colum. de vulga. & pupill. secus in illa
bonorum poss. quæ non tribuit effectum iuris, & ita intelliga-
tur d. §. si sub conditione, & ibi gloss. Secundo, iste intellectus
Bart. est directo contra d. l. si duo. quam Bar. allegat pro se. nam
ibi pręteritus primo petijt contratabulas, vt patet in principio
cui principio refertur ibi. §. 1. & sic cum petierit contratabulas,
expirauit illa conditio quam Bar. appellat conditionem, videli
cet si præteritus non petat contratabulas, ergo cum ibi eman-
cipatus institutus petat secundum tabulas statim eo momēto
dicetur conuersa in contratabulas, vt d. §. si sub conditione, &
sic non potest dici, quod habeat secundum tabulas, immo cō-
tratabulas. arg. l. solui. sic de solut. & l. cui enim cum l. seq. ff. de
nouat. & tamen gloss. & Bar. in d. l. si duo. dicunt, quod ibi reali-
ter sunt distinctę contratabulæ & secundum tabulæ ergo, &c.
Quarto, nec etiam videtur bona consideratio Bar. qui dicit qđ
ita debet coniecturari, vt euitetur circuitus. nam si statim sunt
conuersę secundum tabulæ in contratabu. ergo recta via petet
contratabulas, quod potest beneficio præteriti. arg. l. Diuus. de
conditione inde. Quapropter gloss. in d. l. si duo. ponit aliū in-
tellectum, videlicet quod ille emancipatus institutus adiuit de
iure ciuili cum esset institutus, quod etiam ibi sequitur Bartol.
Nec ob. l. filio præterito. vbi testamētum est nullum de iure ci-
uili, ergo non potest adiri hæreditas, quia immo est aliquod, cū
sit institutus, qui habiturus est ab intestato etiam de iure ciuili
l. 1. §. si prius. de contratab. sed ista sol. Bar. est directo contra d.
l. filio præterito. Vbi erat confratres instituti, & tamen non va-
let, nec d. §. si prius. probat dictum Bar. quia ille §. habet alium
intellectum vt habetur in l. si filius qui in potestate. de liber. &
posthum. de quo dixi in repe. d. l. illud §. fi. Nec pro Bar. facit l.
non putauit. §. fi. & l. si ex duobus in principio, & §. 1. de contra
tab. quia loquuntur in filio emancipato pręterito, ergo testm̄
de iure ciuili tenet vt §. emancipati. insti. de here. quæ ab intes.
defe. Igitur non mirum, si potest hereditas adiri quicunque sit
institutus. Sed quod in casu nostro nō possit adiri hęreditas, te
net Bar. in l. 2. de bon. poss. secundum tab. & in l. 2 & l. Certum.
15 C. vnde leg. † Ex quo videtur loqui mirabilis quęstio, quod te-
stamētum in quo filius emancipatus est pręteritus ex eo pos-
sunt intentari contratabulæ per filiū institutum beneficio pre-
teriti, & adiri hęreditas de iure ciuili, non autem peti secundū
tab. & sic sequitur quod beneficium iurisconsulti confirmans te
stamentum potest concurrere cum beneficio prætoris, annul-
lante testamentum non autem beneficium pętoris ad inuicē.
contrarium concurrere potest, videlicet bo. pos. secundum ta-
16 bul. & contratab. ex quo etiam patet, † quod ab intestato bon.
poss. peti non potest, quandiu potest intentari contratab. ex te-
stamento l. 1. in. si tabu. te. nul. exta. quia esset prætor sibi ipsi ꝯ-
rius, & tamen licet cōpetant contratabulæ scripto propter præ
teritum, tamen præteritus si erat in potestate potest dicere te-
stamentum nullum, & per consequens venire ab intestato de
iure ciuili. quia ꝯtabulæ quas intentat institutus propter præ-
teritum, non debent posse præiudicare pręterito in iure dicen-
di nullum. Ita intelligo d. l. 1. in si si tab. te. nul. exta. & l. fi. de li-
17 be. & posthu. & d. l. si duo. ex quo sequitur, † quod causa testati
a diuersis iuribus prouenientes, videlicet de iure ciuili, & præ-
torio possunt concurrere. qua de re adhuc d. l. si duo. non ha-
bet intellectum secundum d. Ioan. hic, & in l. 1. de iniust. testa.
tenet opi. Pe. & Cyn. Nec ob. d. l. filium §. fi. de leg. pręstan. quā
Bar. allegat, quia loquitur, quando ille, qui venit ex portione si
bi reseruata erat talis, qui non poterat ꝯtabulare, vt quia erat de
descendentibus ex fęmina l. illud §. primo. de ꝯtab. facit d. l. fi-
lium §. si quis. alias secus, quia nolendo intentare ꝯtabulas, ple-
ne fruitur volūtate, testantis igitur omnibus pręstat legata. pro
ista distinct. allegat glo. in l. is qui in potestate §. si scriptus. de le
18 ga. pręstan. Sed ista est magna diuinatio. † Ideo dicas quod dic.
lex si duo. in fi. non dicit, quod pręteritus non intentauerat ꝯ-
tab. quia emancipatus institutus petit secundum tabul. immo
intelligam, quod pręteritus erat exclusus tempore vel repudia
tione. d. l. 2. §. expectandi. igitur non mirum si institutus inten
tat secundum tabu. quia isto casu non concurrerent ꝯtabulę &
secundum tabulę. verum quia etiam hęc sol. sapit diuinationē
tu soluas alio modo, videlicet quod emancipatus institutus ve
nit per ius dicendi nullum, & sic ab intestato, cum ipse sibi lo-
cum fecerit edicto per pręteritum in potestate, vel quia pręte-
ritus in potestate potest dicere testamētum nullum, ergo suus
ab intestato l. maximum vitium. de libe. pręte. ergo emancipa-
tus licet institutus venit ab intestato d. l. prima. in fin. si tabu. te-
19 sta. null. exta. & dicta l. fin. de libe & posthum. † Igitur si veniat
ab intestato, omnibus præstat legata vt est casus, & ibi not. in l.
filius la. 2. si quis omiss. cau. te. facit. l. 1. § 1. & §. qui sunt. eo. titu-
lo. Et dum tex. in d. l. si duo. dicit, quod fruitur plena voluntate
testātis, intelligitur in effectu quod ille qui institutus est, si per
alium præteritum rumpatur testamentum, & institutus succe
dat ab intestato, dicitur frui plena voluntate testantis, quia ipse
non annullat testamentū, sed præteritus facit. l. conficiuntur &
l. si quis cum nullum de iure codicill. & d. l. filius. la. 2. saltē in
suo præiudicio, vt infra si quis omiss. cau. testa. per totum. ergo
debet omnibus præstare legata. Et sic. §. 1. in d. l. si duo. non lo-
quitur secundum casum positū in principio. sed mutat casum,
sed. d. §. 1. dicit quod contratabulę non fuerunt petitę, & sic
vel adiuit de iure ciuil, vel petit secundum tabu. de iure præto-
rio filio præterito nihil dicente, vel dicitur venire ab intestato
& sic in fraudem legatorum, ergo omnibus legata præstat. d. l.
20 filius, cogita. in glo. magna ibi, & nollet differre. no. glo. † quæ
intelligit illū tex. ibi, decreto subueniendum est videlicet per
contratabu. vel ſm tab. quas potest intentare, & transmittitur
diuersis casibus, vt. l. illud. §. cum. l. seq. de cōtratab. & idem vo-
luit glo. in d. l. illud. §. fi. cum glo. sed Barto. quē sequitur Bald.
dicit quod licet ista lectu. sit vera in se, tamen non videtur de
mente literę, quia sumus in materia iuris ciuilis, vnde lex intel
ligi debet situata sub cōgruo titulo, vt. l. Imperatores. ff. de diē
addictione. Et sic vt transmittat hǣditatē. Et idē sentit glo. hic,
quando dicit, quod est casus specialis vbi hæreditas non adita
transmittitur. Sed hæc lectu. non placet Ang. quia ex quo ven
ter est plenus, nō defertur hęreditas ex testamento hęredi suo
vel emancipato, vt hic in principio. sed hæreditas non delata
non transmittitur. l. 1. §. finaliter sub conditione. C. de cadu. toll.
Ideo dicit hic Ang. quod filius vel extraneus institutus trāsmit
tit beneficiū restitutionis hæredi suo quo obtento, potest hę-
reditatē adire de iure ciuili, & sic est casus singularis in quo hę
reditas nondum est delata, & transmittitur ad hæredem poten
tia adeundi de iure ciuili per beneficium restitutionis, quando
scriptus in omnē euentū. &c. & quod loquaē de restitutione
in integrum, patet, quia, illa conceditur decreto prætoris vim.
21 † Secundo, quia non debet intelligi decreto. i. authoritate. hu-
ius legis. quia hæreditas nondum delata non transmittitur, &
hoc probatur ex. l. seq. quæ vult, quod transmittatur iure resti-
tutionis. Nec ob. si dicatur, filius non fuit læsus in vita ergo nō
transmittit in integrum restitut. quoniā respondeo, quod in
puncto mortis iuncto impedimento delationis in sua persona
dicitur lęsus, & ex dictis duobus capitibus simul iunctis dicta
lęsio causata producit in personā hæredum beneficiū restitu-
tionis, vt ar. infra. l. proxi. & l. 1. cum gl. de resti. in integ. sed hoc
non placet. d. Ioan. quia remedium restitutionis est subsidia
rium, & non competit, vbi aliud competere potest sed possunt
cōpetere ꝯtratabulę vt dictū est ergo &c. Nec ob. si dicaē, tempus
diū ꝯtabulandi est annale. l. emācipata C. q admi. ad bon. pos.
sed potētia adeūdi, q̄ causaē ex restōne est ꝑpetua. vt l. licet. C.
de iure delibe. ergo &c. ideo, ꝙ lōgioris vitę interesse nō est
ꝯsiderandū, vt no. in l. qui bis. de verb. obli. vnde potest saluari
opinio Bart. secundum D. Ioan. nec ob. ꝙ hæreditas non adita
non transmittitur, quia illud est regulare, fallit, quando institu-
tus non adiuit impedimento posthumi, sicut in eo casu de iu-
re præterito transmittitur bonorum possess. secundum tabu. li
cet non sit delata, vt d. l. illud. § fin. cum l. seq. In ea. ibi. solue et
ibi. gl. soluit, quod ibi loquitur in extraneo, hic in suo, vnde sol-
ue quod ibi poterat dari regressus contra impedientem, quia
erat soluendo. Ideo non succedit ęquitas recedit a regula dispo
nente hęreditatem non aditam non transmitti, secus quando
haberet regressum, vt quia dolose eum impediuit, vel nō esset
soluendo. In ea. ibi, item no. Nota regulam, quod hęreditas nō
adita non transmittitur. Fallit in aliquibus casibus secundum
22 glo. sed Bar. de vnoquoque casu facit regulam. † Prima regula
est quoties propter aliquam dubitationem quis hæreditatem
adire non potest, si in omnem euentum scit, quod futurus est
hæres, interim decedens transmittit hæreditatem nō aditam,
& subdit, ꝙ licet in emancipato olim licebat relinqui quoquo
relicti titulo, tamen Bar. hic in versi. Quæro quid si filius ignora-
rat. dicit, ꝙ hodie non procederet, quia oportet ꝙ habeat iure
institutionis, vt in auth. vt cum de appel. cogn. §. aliud quoque,
sed secundum D. Ioan. hoc non est verum, quia immo etiam
olim hoc nō sufficiebat, vt l. ita tamen. §. qui rogatus ff. ad Tre
bell &

be. 4. & l. emancipatus la secunda, infr. de contratab. & ibi hoc expresse tenuit Bart. (supple tu, etiam si haberet fideicom. vniuersale, vt ibi facit. l. scimus. §. cum autem. C. de inoffic. testam. verum est tamen quod emancipato præterito, tempore isto non reddebatur testamentum nullum, & ideo institutus non impediebatur adire. l. si ex duobus. ff. de contratab. & l. is qui in potestate. §. si scriptus. de leg. præstan. hodie secus, si non esset adiecta causa legitima, vt est glo. sing. in auth. de hæredi. & Falci. §. exhæredatos. Secundo addas, inquantum dicit, quod emancipatus debet habere iure institutionis hodie, quia in omnē euentum videtur scire se fore hæredem, quia secundum D. Io. hoc non videtur verum, quia cum sufficiat filium esse institutum in re certa, altero vniuersaliter instituto, vt in auth. vt cum de appell. cogno. §. cæterum. Et sic erit loco legatarii, vt l. quoties, cum ibi not. C. de hæred. instit. non potest dici quod sciat se in omnem euentum futurum hæredem, quia si sciat factum testamentum, & ignorat in quo sit institutus, poterit esse, quod ipse ignorat, vtrum in omnem euentum habiturus sit hereditatem, quia forte erit institutus in re certa, igitur & c. vt §. cæte-
23 rum. iuncta d. l. quoties. † Tu teneas opin. Bart. quia licet filius in potestate vel emancipatus possit institui in re certa, tamen in omnem euentum ipse scit se habiturum hæreditatem in totum, si foret solus hæres institutus, vt l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæredi. insti. vel si habuit cohæredem vniuersalem, tamen istud etiam procedit, quia clarū est, quod ipse scit, vel scire debet, quod ipse habiturus est legitimam integre, agendo ad supplementū legitimę, vt l. omnimodo, & d. l. scimus. in princ. ergo scit, quod ipse in omnem euentum habiturus est hęreditatem vel partē hæreditatis debitam, vt l. cum ratio. in princ. de bon. damnat. iuncto quod notat Bart. in l. gerit. inf. eo. in ver. Sed quæro quid si si aliquis dicit se possibilem & c. quia legitima habetur iure hęreditario, vt ibi dicit Bat. sed an hoc sit verum nec ne, ibi dicitē. Nec impeditur iste filius emancipatus ex ignorantia quotę, videlicet ex quota parte sit hæres ex testamento vel ab intestato, & sic an sciat, vel credat se insolidū, vel pro parte, iuxta ea, quæ habentur in l. si quis extraneus. §. fi. & in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. sup. eo. quod ideo omnino potest transmittere partē suam in qua erat institutus beneficio huius regu-
24 læ. Sed pro clariori intellectu reuoco † in dubium, an tempore harū legū sufficiebat, quod filius haberet suā partē quoquo relicti titulo, & glo. sunt contrarię. Nam glo. in d. l. scimus. vult, quod satis est, quod habeat titulo fideicommissi vel sic ad hoc, vt possit dicere testamentū nullum, & sic quoquo relicti titulo. sed contrarium tenet glo. in l. cum ex filio. supra de vulg. & pupill. sed Bartol. in d. l. cum ex filio, approbat glo. in d. l. scimus. §. cum autem. Sed in l. multi supr. de liber. & posthum. approbat glo. in d. l. cum ex filio, & idem tenet in d. l. scimus. §. cum autē. sed Ludo. in d. l. Ita tamen §. qui rogatur infra ad Trebellia. tenet glo. in d. §. cū autem, quia tempore harum legum sufficiebat, quod haberet quoquo relicti titulo, & primo allegat l. Papian. §. si quis mortis. de inoffic. testam. Vbi sufficit, vt excludatur a quærela, quod habeat titulo donationis causa mortis er-
25 go & c. † Verum quia semper ego tenui contrariam partem, respondeo huic §. si quis mortis, & aliis legibus per eum allegat, quia in d. §. si quis mortis. filius fuit exhæredatus, vt facit ad titulum, sed ideo excluditur a quærela, quæ est odiosa, vt inst. de inoffic. testam. §. cum autem, quia accipit illam donationem causa mortis, & sic approbasse dicitur voluntatem testantis. Ita dicunt ibi doct. & in d. §. fin autem. Secundo allegat Ludo. l. cum quidam sup. de libe. & posthum. ibi, filiæ quem in potestate habebat 10. legasset, sed respondetur, quod ibi fuit exhæredatus, vt ibi dicit tex. ergo & c. Tertio alleg. tex. in l. 3. in fi. inf. de contratab. ibi, & si legatum rel. ctum sit & c. sed respondeo, quod ille filius acceptauit, vt patet in tex. ibi, elegerit. igitur & c. Quinimmo ille tex. innuit contrarium, quod si filius non acceptasset euentum, posset contratabulare facit l. filio prętérito. infra de iniust. rest. Quarto allegat l. vxorem. §. testamento. el. 2. de l. 3. ibi, centum filiæ per fideicommis. legauit & c. sed potest respondere eodem modo, quia filia fuit contenta de dote per patrem vitam sibi assignata. facit l. Lucius la 1. infra de leg. 2. & quod ibi Bartol. & Do. Et demum dotem a marito recepit, ergo videtur illam accepisse, vt etiam dicit tex. in d. §. qui rogatus vbi dicitur, quod si vult dictum fideicommis. sibi restitui, non contratabulat alias sic. Quinto allegat casum d. l. Lucius. §. idē quæsiit. infra ad Trebel. vbi filius habet per fideicomm. vniuersale. sed respōdeo, quod illud procedit, si filius vult, vt ibi, alias, secus, vt d. §. qui rogatus. Sexto allegat tex. in l. si necem §. si naturalis inf. de bon. liber. vbi filius habet ex fideicommis. vniuersali, ergo & c. sed responde. quod d. §. qui rogatus. in fi. reprobatur in d. §. fin. ibi, restitutus hæredi. & sic secus si non fuisset restituta, nec restitutus accepisset, vt d. §. qui rogatus. Septimo allegat. l. non putauit §. in adoptionem. vers. sed si ipse scriptus vbi quā tus scriptus non sit hæres, sed alter qui potest sibi quærere hæ-
26 reditatem, satis est. † Sed respondeo, quod eo ipso quod est institutus filius, vel seruus filij, ipse filius videtur institutus. facit d. l. 3. §. fin. in fi. de contratabu. & l. qui in aliena. §. interdum. sup. eod. & insolidum statim quærit l. placet eod. tit. vel. 2. respōdeo, quod ibi loquitur in filio adoptato, vbi est aliud speciale in eo, vt ibi quia per ipsum licet sit præteritus, non committitur edictum, & tamen si est filius legitimus & naturalis pręteritus committitur edictum alijs statim etiam eo inuito l. si post mortem. §. fin. de contratabu. & l. nonnunquam de leg. præstan. sed respondeo, vt statim dixi, quia etiam ibi loquitur in adoptiuo filio. Octauo allegat l. qui filium. vbi pupil. edu. de. vbi filię etiā legauit. sed responde, vt ibi dicit glo. vel quod ibi filiam exhęredauit vel in alio instituerat, aut ei prælegauit, alias non valeret testamentum. Nono allegat l. ex asse. inf. ad l. Fal. vbi extraneū hęredem instituit, & filio 30. legauit, sed respondeo, vt statim dixi, quod in residuo expresse exhæredauit, vt d. l. cum quidam de lib. & posthum. vel in aliquo alio instituit, vt dicit glo. in d. l. qui filium. Vltimo allegat l. Sceuolæ. inf. ad Treb. Vbi non valet substō facta de filio in codicillis, & ideo trahitur ad fideicōmissum. sed respōde, quod immo ibi fuit institutus filius, ideo non facit. Tu potes addere pro eo alios casus, per l. quidam ita l. §. 1. infra ad Treb. sed responde, quod ibi fuit exhæredata. secūdo, pro eo potest allegari l. in fideicommissi. §. cum Pollidius. sup. de vsur. & l. Seius Saturninus inf. ad Treb. vbi habet per fideicommiss. igitur & c. sed responde, quod totum illud fuit factum fauore filij propter ætatem minus industriosi, intantum quod de illo fideicommisso non deducit etiam fructus, sed cogitur totum restituere, vt d. §. cum Pollidius, nec quartam aliquam, vt est glo. sing. in l. vbi pure inf. ad Treb. Posset & tertio pro ipso allegari l. Papin §. si conditioni. de inoffic. testam. sed responde, quod dicit intelligi, quod filius fuit exhæredatus, vt faciat ad titulum. vel dic, quod ibi accipiendo datum causa cōditionis implendę, approbat iudiciū defuncti, ideo non est mirum, si excluditur a quærela, quia datum causa cōditionis implendę habet ex voluntate testatoris. vt l. pro hærede. §. Papi-
27 nian. supra eodem, cum ibi nota. † Quapropter videtur verior gloss. in l. cum ex filio quod sufficiat habere quoquo relicti titu. etiam fideicommissi vsis, vt est tex. in d. §. qui rogatus. & in d. l. si emancipatus. & d. l. scimus. §. cum autem debēt ergo tēpore harum legum filius exhæredari rite ergo & recte vel institui pōt, vt. l. inter cetera. de lib. & post. & l. Gallus. §. in oībus. e. tit. & sufficiebat quod institueretur etiam in minima parte, vt est tex. in l. non putauit. §. fi. de bo. pol. contratab. Ho-
28 die autem iure Codicis sufficiebat, quod quoquo relicti titulo haberet, vt d. l. omnimodo cum ibi notatis. Quinimo † & hoc videtur cōprobari de iure auth. primęuo, vt videtur tex. in auth. de trien. & semis. §. 1. vt no. glo. in c. sed iure auth. secundario & vltimo requiritur, quod immo habeat iure institutionis & sic tit. honorabili, vt l. filius. §. sed & portio. de leg. pręstā. iste est tex. in d. §. aliud quęstio. siue institutus sit insolidum siue in certa quota, siue etiam in re certa, vt d. §. aliud. in ver. cęterum. & sic ille. §. aliud corrigit. d. auth. de trien. & semis. licet gl. in d. §. sed hoc ita. velit dict. auth. reducere ad cōcordiam, videlicet quod quando fit testamentum, tunc opus sit, quod filius hodie habeat iure institutionis, & sic sumus redacti ad ius ffdorum istarum legum, aut sumus in codicil. vel alia minore voluntate, vt in auth. de trien. & semis. §. 1. & sic per illam auth. eramus redacti ad ius codi. ad l. omnimodo, sed profecto ista videretur colorata concordia, maxime vt euitetur correctio. d. auth. de triē. & se. sed communiter illa gloss. reprobatur per tex. in d. §. aliud ibi, non licere penitus & c. coniūcto tex. ibi, vel legatum vel fideicommis. vel alium quemcunque modum & sic ille tex. remoueret potentiam ab actu, ergo nullo modo valet relictum aliter quam iure institutionis. facit l. nemo potest inf. de leg. 1. & no. gl. in cap. 1. de reg. iur. lib. 6. igitur & c. quæ omnia no. Addas secundū & principaliter, quia regula Bar. non placet Ang. & primo quia nō potest ista regula colligi ex isto tex. cū hic loquatur de hæreditate non delata propter plenitudinem vētris cū asit hæreditas est delata, & quia re vera venter est vacuus, ni-
29 hil dicitur de trāsmissione, nisi in suo hærede. Itē secūdo, † non placet sibi dicta regula, cū indistincte dicit propter aliquam dubitationem, quia est cōtra casum secūdum eū l. 1. C. de his qui ante aper. tab. vbi emācipatus scriptus a matre in omnem euētum scit se futurum hæredem destituto vel non destituto testamento, ex quo scriptus est, & tamen hereditatem non agnitam non transmittit nisi solum ad descendentes propter dubitationem, quia forte ignorabat se a matre institutum, & regula Bar. non videtur vera nisi eo casu, quo dubitatio esset necessaria, & per cōsequens communis. exemplum secūdum eum cum venter est vacuus sed ignoratur, vel cum testamētum redarguit de falso. vel ipsum impugnat partus, & sic intelligit. l. si filius §. fi. inf. de bon. lib. vbi superior reseruat filiæ patroni scriptæ hæredi per libertum saltim portionem quam esset habitura abintestato, & erat hæreditas sibi delata, vt ibi patet. sed dubitatur de viribus testamenti necessario propter lītē. vbi autem du-

tem dubitatio esset contingens, & sic particularis, vt quia scriptus ignorabat testatorem mortuum, tunc non transmittit nõ agnitam, vt d. l. 1. C. de his qui ante aper. tab. fatetur tamen, qđ si ignorantia est iusta & probabilis, quod poterit ignorans petere restõnem ad adeundam hæreditatem ex clausula generali, si qua mihi iusta causa &c. vt l. Pantonius. inf. eod. & quod no. Iac. de Are. & Bar. in d. l. qui duos. de rebus du. in prin. vbi videtur concludere, quod si ille, cui hæreditas fuit delata, nõ potuit per iustum impedimentum adire datur hæredi ipsum beneficium restõnis, † & dicit hic Ang. fore considerandos duos casus. Primus est quando hæreditas est pure relicta, & præter propositum testatoris non est delata testatore mortuo, & tunc si scriptus in omnem euentum erat futurus hæres, & delatio fuerit impedita propter dubitationem necessariam, & per cõsequens communem, & tunc ad adeundum transmittitur beneficium in integrum rest. & hic est casus, qui non est alibi secundum eum. Transmittit etiam tunc recta via mediũ petendi contratab. & secundum tab. per d. l. illud. §. fi. de contratab. Secundus casus est, quando hæreditas est delata & non agnita & tunc concludit, quod si non est agnita propter dubitationẽ necessariam, scriptus in omnem euentũ erat successurus tunc transmittit eam recta via non per hanc legem sed per l. filius. §. fi. de bo. li. Et si dubitatio non erat necessria, nihil transmittit vt d. l. 1. C. de his qui ante aper. tab. nisi dubitatio fuisset probabilis & iusta, quia tunc transmitteret beneficium restõnis, per no. per Bar. in d. l. qui duos. si autem scriptus non erat successurus in omnem euentum, hæreditas tamen erat delata, & propter dubitationem necessariam non potuit adire, nõ transmittit eam sed solum beneficiũ restõnis & sic intelligit l. scriptus. inf. de Car. dum tex ibi dicit, succurrendum esse. sed ista opin. Ang. nõ placet d. Ioan. quia videtur in multis male dicere. † Et

31 prima inquantum dicit, non posse colligi regulam Bart. quando hæreditas esse delata, vt quando vere venter est vacuus, quia tunc licet hic nihil expresse dicat de transmissione nisi in suo, tamen tacite videtur dici, inquantum hic dicitur, quod fit trãsmissio, quando hæreditas non erat delata. Nam si tunc emancipatus transmittit ex eo, quia in omnem euntum est futurus hæres, multo fortius dicit transmittere, quando hæreditas est delata, cum tunc magis ratio militet. argu. auth. multo magis. C. de sacro san. eccles. & sic videtur esse de mente huius l. quæ id quod dictum est in suo, extendit ad emancipatum ventre pleno per identitatem rationis ibi, eademque ratio est, & per consequens videtur velle, quod vbicunque habet locum ratio hic posita habeat locum dispositio, cum ratio & mens legis censeatur vnum & idem, & l. cum mulier. sol. matrim. Et hoc expresse hic tenet Bal. dicens, qđ si venter est vacuus, si emancipatus interim decedat, transmittit, quia vbicunque hæreditas non potuit adiri propter ius adeundi suspensum ex dispositione legali, tunc decedens interim hæreditatem non aditã transmittit. Nam ex quo impedimentum est contra aditionem nõ ex facto testatoris, sed ex dispositione legali, iustum fuit, ꝙ fieret transmissio, ne quis deciperetur legis authoritate, per id quod no. in l. si script. ad Carbonia. & per Iac. de Are. in auth. de triẽ. & semis. in sua disp. & plus dicit hic & Bal. ꝙ extraneus & hoc casu transmittit, ex quo tũc ius adeũdi est suspensum ex dispõne legali. Secus tũc dicit, qđ si venter esset plenus, quia tũc non transmitteret, nisi esset successiuus in omnem euentũ, vt hic dicitur. Sed Bal. dicit de extraneo, quia hic non probatur, an dicat verum, patebit ex ijs quæ dicentur in secunda regula. Secundo etiam videtur male dicere Angel. inquantum reprobat Bar. per l. 1. C. de his qui ante apertas. tab. quia illa lex fm do. Io. non facit contra regulã Bar. Nam si ignorat testatorem mortuum, seu dubitat, non sciebat se in omnem euentum futurum esse hæredem, quia si testator nõ erat mortuus, non poterat tunc forte se futurum hæredem cum viuens non habeat hæredem. l. qui superstitis. §. eo. Regula autem Bart. loquitur quando in omnem euentum dubitans sciebat se futurum hæredem, vt patet per exempla in hac leg. Tertio videtur male dicere, inquantum dicit Ang. hic esse dubitationem necessariam & communem, sed in d. l. 1. esse contingentem & particularẽ. Nam non videtur bona ratio differentiæ inter casus prædictos. Sicut enim hic quãdo dubitatur, an venter sit plenus quemadmodum necessario ex iuris dispositione impeditur adire ita etiam ibi ex quo ignoratur defunctum esse mortuum. leg. nec nos. C. de capt. Ita sicut hic potest dici dubitatio communis, quia forte sic erat communis opi. ita potest ibi, quia forte erat ibi opinio ipsum viuere, licet esse mortuus. Ita sicut re vera ꝯtingens est testatorem esse mortuum, ita etiam contingens est ventrem esse plenum, & sic non videtur bona ratio differentiæ inter istos casus. Conclusio itaque Ang. quando hæreditas est delata, nõ videtur vera, primo inquantum dicit, qđ non transmittit per hanc legem, quando dubitatio erat necessaria. & per l. si filius. §. fi. de bo. lib. quia etiã per hanc legem videtur transmittere attenta mente & ratione huius legis, quæ fortius haberet locum quando hæreditas est delata, quam quando nõ est delata, cum magis sit transmissibilis. Et aduerte quia hæc prima regula colligitur hic, & in d. l. si filius. §. fi. per quam legem videtur quòd saltem partem quam esset habiturus ab intestato transmittat, declarabitur autem ■ post facto. Aut testamentũ pronunciatur falsum, vel posthumus hic nascetur, quia succedit ab intestato, aut declaratur testamentum valere, & hic posthumus nascitur abortus, & tunc ex testamento fuit hæres, & ita hæreditatem sibi delatam ex testamento ad hæredes suos

32 transmittit. In ea. glos. ibi, sic. inf. ad Carbo. l. scriptus. † Ex hac l. Bart. hic ponit secundam regulam. quod vbicunque quis facto alterius impeditur adire interim decedens transmittit hæreditatem non aditam, vt d. l. scriptus, quod dicit fore verum nisi scriptus contra impedientẽ posset habere regressum cum effectu exactionis. per l. 1. §. fi. §. si mu. ven. nom. Et ista regula & eius limitatio placet Ang. cum hac tamen declaratione, quòd si ex impedimento illato per alterum, per quod non adiuit in effectu, non dicitur impedimentũ illatum, quin scripto competant vtiles actiones pro hæreditate, vt l. mulier. §. fi. quod met causa. tunc succurritur ei etiam si contra impedientem posset habere regressum. Aduertas ergo secundum. do. Io. quia quo ad intellectum. d. l. scriptus. & istius regulæ aliter videtur dixisse Ange. quia dixit, quod ibi succurritur per integrum restit. Sed hoc qđ dicit hic est verius & fuit de mente gl. in d. l. si scriptus. Necob. ibi litera, quę dicit, decreto succurrendum est. quia iudex poterit decernere talium esse commodum bonorum possessionis hæredi, & sic illa transmittatur, vt in simili patet in d. l. illud. §. fi.

33 † Sed hic occurrit dubium. An si venter erat vacuus, & extraneus institutus, sed communi opinione reputabatur plenus, an interim decedens transmittat. Bald. tenuit quod sic. & istud videtur esse de mente Bar. per leges, ex quibus fundat hanc regulam. nam. l. 1. si mu. ven. nom. loquitur, quando propter ventris pregnantiã impediebatur adire, & ideo si mulier tunc non erat in dolo, quia forte putabat se prægnantẽ, cum non esset, vel nõ esset soluendo, videtur Bar. voluisse, quod tunc fiat transmissio, & illud procedit quando delata est hęreditas, quia re verã iste venter erat vacuus, secus si fuisset plenus, quia tunc non fieret trãsmissio, ex quo in omnẽ euentum nõ erat habiturus, vt hic probatur a ratione cessante huius legis, ꝙ no. Secundo occurrit

34 † alia dubitatio, an si hæreditas tali casu non transmittatur saltem propter probabilẽ ignorantiam dari debeat restitutio, vt si probabiliter ignorauit se institutum, & mortuus est antequam adeat, & Angel. hic circa prin. videtur velle quod sic. ■ contrarium fa. l. 1. C. de his qui ante apertas tab. vbi est speciale, quòd transmittatur hæreditas delata, & sic in contrarium videtur ius commune, & etiam quia etiam probabiliter ignorans nõ transmittit ius deliberandi. l. cum antiquioribus. C. de iur. del. Nec ob. l. Pantonius. infr. eod. secundum do. Io. quia ibi loquitur in absente causa reip. tunc loquitur in filio, cui erat delata hæreditas materna, ideo in alijs videtur esse secus, cum non sit eadem ratio, nec eadem æquitas, videtur enim tunc ignorans cautaliter perdere tunc hæreditatem, ideo non videtur quòd sit iusta causa dandæ hæreditatis, ex quo aliter iste non erat absens causa reipub. nec tractatur de hæreditate ascendentis, vt patet ibi in tex. Pantonius auitus cum in Cilicia procuraret, & tamen licet non esset absens causa reipu. & licet non transmittat ad hæredem suum hæreditatem non agnitam, tamen propter iustam ignorantiam transmittit in integrum restitut. ergo &c. In ea. gl. ibi. §. eleganter, & l. qui posthumos. † no. regulam secundũ

35 Bart. ꝙ quoties quis timore legali distulit hæreditatem adire, transmittit illam non agnitam, ex qua regula dicit Barto. se consuluisse, quòd si statutum prohibet forensem acquirere aliquid sub certa pœna, vt in ciuitate Veronæ, nisi primo fecerit se allibrari & interim dũ vult facere se allibrari decedat, ꝙ hæreditatẽ non aditã transmittit, sed licet ita placeat Ang. non tamen sibi placet illatio, quia ex quo statutũ indifferẽter prohibet acquisitionẽ, reddit forensem incapacẽ ante allibrationẽ, ante acquisitionis euentũ incapacitas instituti reddit institutionem nullam, qa tũc oportet esse capacẽ tribus tpib. l. si alienũ. §. in extraneis de hæredi. insti. nisi fuisset institutus cũ capere poterat. l. in ipso eo. tit. Nec ob. secũdum cum l. 3. §. cui, ad Sylla. vbi ante vendicatam necem non potest hęs scriptus adire. & tamen interim decedens transmittit hæreditatem, vt d. l. qui posthumos, §. eleganter, quia respondeo quòd senatusconsultum non prohibet acquisitionem ante vendictam necem, ideo institutio fuit permissa tamquam de capace, quæ ratio cessat in casu proposito, sed secundum. do. Bar. saluari potest in terminis suis. nam. loquitur quando proximior consanguineus licet esset forensis, fuit institutus, quo casu videtur tenere institutio, quia secundũ Bar. statutum videtur prohibere acquisitionem in certum genus personarum ex testõ, si eis si successurus ab intestato institutus, vt not. gl. in l. pero. §. fratre, de leg. 2. & l. illud de leg. 2. dictum autem. Ang. posset procedere, quando non esset successurus ab intestato, & hoc fuit de mente Bar. in l. si ita quis. §. Seia. de

36 Seia. de ver. obl. & in d. l. peto. §. fratre. † Sed ego credo, quòd in
distincte sit vera opin. Bar. siue fuerit institutus cōsanguineus,
siue non consanguineus, quia statutū non prohibebat, quod non
institutus sit non allibratus. Nam duo sunt institutio & aditio,
siue acquisitio hæreditatis, nā licet ex institutione pure facta
dicatur quæsitum, intelligitur reuocabiliter, quia institutus po
test repudiare l. necessaria, sup. eod. iste est tex. in l. si quis hære-
ditatem, de condit. instit. Vnde dictum statutum prohibet ac-
quisitionem irretractabilem. Igitur cum antequam adiret, de-
cesserit, debet transmittere, quia fuit habilis ad acquirendum,
licet non irreuocabiliter. Cogita. Sed tu etiam aduerte, quia
contra regulam Bar. videtur directo, l. qui posthumos, vbi illa
mulier erat impedita adire alio impedimento, videlicet, ppter
ventrem, & etiam impedimento legali, quia nondum vendi-
cata morte defuncti, & tamen interim moriens non transmit-
tit, vt d. §. eleganter fortius quando est impeditus impedimen
to legali & etiam alio impedimento, quia duo impedimenta
fortius operantur, quam vnum, vt arg. auth. post fratres. C. de
37 leg. hær. † Sed respondeo, quòd ibi posthumus fuit institutus,
& mater substituta, si venter communi opinione concurrente
veritate, iuxta l. cū quidam §. quod dr sup. eo. erat vacuus, & mater
distulit adire, nō metu pęnę legalis, sed pp plenitudinē vētris,
vt hic. Sed ideo ibi nō trāsmittit, & hic sic qa ibi erat mr substi
tuta, & sic sciebat se nō in oēm casum habiturā hrēditatē vt ex-
tranea, ideo nō trāsmittit, vt patet hic de extraneo, qa si decedit
vētre pleno, nō transmittit. Ac ēt qa in d. l. qui posthumos, mr
nō fuit instituta vna cum posthumis. sed fuit substituta eis, dēt
docere quod primo fuerit mortuus posthumus institutus vt sit lo-
cus substōni, vt l. 1. § pro scdo C. de cad. tol. Vñ cū simul mor-
tua sit cū vētre pleno, nō poterit dicere quod successit filio ex sub-
stōne vt l. ex duob. in prin. de vul. & pup. & l. qui duos. in princ.
& quod ibi Bar. de re. dub. cū esset vēter dictę matris, & viscera ip-
sius matris l. si ab e. § fi. de vsuc. &c. Cogita. In gl. ibi C. de his q
38 añ aper. tab. l. 1. no. † ex hoc rām quod hęreditas ascēdētiū repudia
ta trāsmittit ad descēdētes. dēt ergo ille q trāsmittit esse de de-
scēdētib. illius cuius est hrēditas, & quod ēt ille in quē fit trāsmissio,
sit de descēdētib. trāsmittentib. alias illa lex non hēret locū. &
39 † est rō illius legis, qa descēdētib. hrēditas ascēdētiū quasi dicit
debita l. fi. de bon. dā. & l. 1. C. impo. luc. descr. li. 10. & l. 3. & ibi.
Bar. Bal. & Sal. C. de iur. & fa. ig. Sed primo hic insurgit dubiū,
40 † an trāsmittat ad nāles tm, an vero ad ltīmos & nāles. & Ang.
tenet quod ēt ad nāles tm trāsmittat, qa illa lex vtit verbis nālitatis
igit &c. facit l. Tutela. de capi. di. & quod ibi Bar. Ex quo infert An.
quod filius nālis & spurius, trāsmittūt hrēditatē matris ēt ad nāles
suos siue ad bastardos qui pñt matri succedere. qa nō sunt nati
ex dānato coitu, iuxta no. per glo. in §. aduertus. inst. de nup. &
no. in d. l. si qua illustris, & ibi doct. & Sali. Tu ēt dicas, quod Ang.
aliud non voluit, dū allegauit d. l. si qua illustris. Secūdū dubiū
41 est. † an ibi descēdēs, vt filius trāsmittat hæreditatē matris ad
descēdētes, & gl. cōiter tenēt quod sic. vñ volunt ēt, quod emācipatus
transmittat hęreditatem paternam ad matrē & simr econtrario
hæreditatem maternam ad patrē, vt patet per glo. in d. l. 1. & ex
glo. in l. 2. ad Orf. & in l. apud hostes, de su. & leg. & hanc opi.
tenet Iac. de Butr. in d. l. 1. dicens, quod licet non fiat transmis-
sio ad ascendētes ex vi expressę dispositionis illius legis, tamen
fit ex vi tacitę ex identitate rationis. arg. l. nam & si parentibus,
de inof. test. hanc partem sequitur hic etiam Bal. & in d. l. 1. nā
secundum eū ratio ibi expressa habet locum ēt in ascendente
quia ibi nō minus immo magis contristatur de morte descen
dentium. l. illi quidem supra quod me. causa & quia est eadē
ratio pietatis, vt. d. l. nam & si parentibus. Nec huic sniē, ob. l. si
infanti. C. de iur. deli. quæ non vult quod transmittatur nisi ad
illum, qui habet infantem in potestate quia secundum Bal. illa
lex corrigitur per d. l. 1. C. de his q ante apert. tab. quę lex est cō
firmata per Iustinianum in l. 1. §. in nouissimo. C. de cad. tol.
Limita tamen hanc opi. fore veram, nisi essent aliqui. descen-
dentes eius de cuius hæreditate transmittenda tractatur quia
tunc illi præfertur etiam in parte fratris deficientis, cum in eis
sit maior ratio æquitatis, quam in ascendente. & sic intelligit
l. 2. ad Orf. Item secundum eum videtur fallere dicta regula,
quando extaret ascendens eius de cuius hęreditate transmittē
da tractatur puta mater eius esset mater ipsius descendentis,
quia succedit. Nam tunc non transmitteret descendens ad ma
trem suam. ne fieret præiudicium matri defuncti. l. fi. §. except.
C. qui po. in pig. hab. & iste est casus in l. 1. §. si quis ex liberis
inf. ad Tertul. sed doc. contradicunt, & maxime Barto qui te-
net quod imò non fiat transmissio ad ascendentē quia hoc nō
dicit illa lex & contrarium videtur aperte probari in d. l. 2. C.
ad Orfi. & in d. l. 2. §. si quis ex liberis. & in d. l. si infanti. Nec est
verum, quod. d. l. si infanti corrigatur, primo quia legum corre
ctio est euitanda. secundo quia. d. l. si infanti. est lex Iustiniani,
& d. l. 1. est Theodosij, & clarum est, qd Theodosius fuit prius
quam Iustinianus, ergo &c. Nec refert quod Iustinianus ap-
probat. d. l. 1. §. in nouissimo. quia approbat prout est, nō vt cor-
rigat in ascendente. d. l. si infanti. arg. l. si hoīem supra mand.
42 † Possis tamen secundum Io. concordare op. quod interest
super sunt alij descendentes defuncto, de cuius hæreditate agi-
tur & tunc si extat aliquis descendens ipsius defuncti, puta ma
ter eius de cuius hæreditate tractatur, & ēt ascendens descen-
dentis transmittere, vt puta eius mater, & tunc hoc casu etiam
non fit transmissio ad ascendentes ipsius descendentis, ne fiat
præiudiciū ascendēti ipsius defuncti, de cuius hæreditate agi-
tur. Iste est tex. in l. 2. §. si quis ex liberis. ad Tertul. interdū non
extant nec ascendentes nec descendētes defuncti, de cuius hę-
reditate agitur, quibus fiat præiudiciū, & tunc aut ascendens,
descendentis est extranea persona eius de cuius hæreditate tra
ctatur, vt quia est mater filij emancipati, quę fuit vxor defuncti
vel ecōtra est pater descendētis, qui fuit maritus matris ipsius
descendentis, & tunc videtur, quod non fiat transmissio, quia
nō est eadē ratio quæ est in d. l. 1. quia ipsi descēdentes transmit
tentes sunt ēt descendentes defunctę personę, de cuius hæredi
tate agitur, & ideo nimiū si tunc fiet transmissio. sed hic licet
sit ascendens transmittentis, tm est extranea persona defunctæ
personæ, de cuius hæreditate tractatur, igitur nō est eadē ratio
ergo &c. Si autē ille, in quē fieret transmissio, esset ascendens
transmittētis ac etiā defunctæ personę, vt puta, si quæ mulier
decessit condito testō, in quo filiū extraneū hæredē instituit
& postea filius decedit relicta auia materna vel alio descendē-
te per lineā maternā. Nam tunc est ascendens descendentis ac
etiā ipsius defunctæ personæ, & tunc pōt tolerari op. gl. & Iac.
de But. & Bald. quod ad talē ascendentē fiat transmissio ex æqui-
tate d. l. Nam tunc vr attendenda rō pietatis, quia licet attento
voto parentum magis debita videatur hrēditas ascendentis de-
scēdenti, q̄ e contra l. scripto. vñ liberi tm rōne pietatis non mi-
nus dr debita ipsius descendentis, vt d. l. nam & si parentibus,
& ideo cū sumus in materia fauorabili & pia, vr quod ex idēti-
tate rōnis posset fieri extēsio per id quod no. gl. in l. illud. C. de
sacr. sanct. eccl. & quod no. Bar. in l. si constante. in 8. q. sup. sol.
mat. Et hoc vr sequi Sal. in d. l. apud hostes. circa fi. de suis & le-
43 gi. † Et est aduertendum secundum do. Ioan. qui notanter po-
suit exemplum ex testamento. Nam in successione ab intesta-
to videtur hoc casu quod nō sit expediens fieri transmissionē,
quia si non fit transmissio, veniret tamen ex successorio edicto
ipse ascendens, & ideo quia est de iure cōmuni, & sibi succur-
ritur de iure communi, non est necesse recurrere ad spiritualē
prouisionem d. l. 1. arg. l. in causæ sup. de mino. Et per hoc dicit
posse attentari, quod licet gl. & communiter doc dicant d. l. 1.
C. de his qui ante aper. tab. habere locum etiam in successione
ab intestato. pro qua etiam optime facit l. 1. §. in nouissimo. C.
de cad. toll. ibi, quid ab intestato. tamen illud de iure non vide-
tur verum, quia in successione ab intestato licet non fieret præ
iudicium, qui posset venire ex successorio edicto, & ideo tūc
non fuit expediens prouidere de spirituali remedio, & hæc for
te fuit rō. quia illa lex non fuit locuta de successione ab intesta
to. Non obst. si dicitur, ibi etiam loquitur, quādo soli filij erāt
instituti, quo casu si non fieret transmissio, nō fieret magnum
præiudicium, quia possent venire ab intestato, quia licet illum
casum ponat, tamen ponit etiam alium, quando sunt cum alijs
instituti, & in illum casum fuit necessaria illa specialis prouisio
alias non videtur fuisse multum necessaria, & rectius, imò po-
test dici quod siue sint instituti soli descendentes siue cū alijs,
tamen fuit vtilis illa prouisio, vt posteritas possit eligere, an ve-
lit ex successorio edicto & sic ex persona sua. An velit ex iure
sibi transmisso virtute d. l. arg. l. recusare §. Titius inf. ad Treb.
44 Quæritur † cum illa lex loquatur, quando moritur aliquis reli-
cto filio nepote & pronepote, an habeat locum in altiori per-
sone, & glo. Vltramontano, & Cyn. & communiter doct. di-
cunt quod sic, quia ibi simpliciter dicitur, quod transmitti ad
descendentes, licet ponat exemplum vsque ad pronepotem,
& sic vsque ad tertium graudum, & sic videtur quod non cō-
prehendat alium arg. leg. primę §. cum lex. C. de cad. tollend.
& quia facile fuisset dicere & nominate alias personas, si Im-
perator voluisset vt. d. l. 1. §. si autē ad deficientis. sed per gl. &
doc. facit, quia eadē ratio est ergo &c. l. illud. ad. l. Aquil. & quia
etiā vēnit contineri vt. l. cui eorū. §. 1. de postu. sed dicit. d. Ioan. quod
forte de rigore iuris veritas est in contrariū, quia non videtur
de mente disponentis velle cōprehendere vltra tertiū gradū,
vt dicitur in fin. in d. §. cum lex. Tu teneas opi. cōem ēt de sub-
tilitate iuris, quia cum illa dispō sit fauorabilis ergo extenden-
45 da, vt dixi. † præterea est ratio expressa in l. ergo extendenda ēt
in exorbitantibus. l. his solis. de reuoc. dona. & no. glo. in cle.
1. de elec. & quia illa ratio, ne fiat pręiudiciū & quia est quasi de
bita, ita locū habet vltra pronepotē, sicut in pronepote ergo
46 idē debet habere locū iuris dispō. l. illud ad l. Aquil. Quæro † an
dispositio illius l. habeat locum in bonorum poss. casu quo sit
necessaria. vt no. glo. & doct. in l. certum. C. vnde legiti. & not.
Bald. & Salic. in l. 1. C. qui admitt. Et similiter Iacob. de Are. &
Cy. quòd sic, quia est eadem ratio, vt quāuis petitio siue agni-
tio bono-

tio bonorum poss. non consistat in solo animo, vt consistit hereditatis aditio. l. si auia. C. de iure delibe. sed requiritur etiam hodie agnitio coram prætore. l. pe. & fi. C. qui admit. igitur debet habere locum iuris dispositio eadem, quod no. quia approbat id, quod statim dixi, q̄ illa lex ēt habet locum vltimū tertiū
47 graduum. † Quærunt do. in d. l. 1. an dispositio illius. l. habeat locum quo ad transmissionem in nepotem nondum cōceptum tempore mortis aui, & videtur q̄ non per l. vetum. insi. de bon. poss. secun. tab. & l. item prætor. de suis & leg. sed 9rium tenet Cy. in l. Gallus. in sua disputatione magna. & Cy. in d. l. 1. & ibi Bar. & allegat pro casu. l. si in personam. C. de fideius. vide Bar. in d. l. item prætor. Non obst. ll. contrariæ quia loquuntur, q̄ ipse non potest succedere ab intestato nec de iure ciuili, nec de iure prætorio, vt l. si quis filio. in princ. de iniust. te. sed iure trāsmissionis potest succedere, vt d. l. 1. ita dicit Io. & Raph. in d. l. si
48 quis filio. secundum Dy. in d. l. Gallus. † Quid si filius institutus a patre instituat extraneos hæredes, & filios exheredauit, an habeat locum. d. l. i. & Vltramon. dicūt q̄ non, quia ad extraneos non potest trāsmittere virtute. d. l. 1. nec ad filios exhæredatos, qui nō sunt capaces suæ hæreditatis, multo minus hæreditatis aui. Et q̄ non transmittat ad extraneos hæredes, est verum, nisi sint de suis heredibus illius filij instituti, quia tunc non virtute, d. l. 1. sed iure suitatis ad extraneos suos hæredes transmittitur.
49 l. ex militari. § fin. de re mil. † Quæro, si filius sit institutus sub conditione an transmittat decedens pendente conditione & gl. ibi dicit quòd nō, quòd tenetur a doct. Quod est verū secundum Sali. si habeat cohæredem vel substitutum, sed vbi solus esset institutus, omnis cōditio tollitur de legitima. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa. ex quo sequitur, quòd hæc pars traheret ad se aliam, ex quo non habet cohæredem vel substitutum, ne defunctus reperiatur pro parte intestatus, & sic tanquam pure institutus trāsmitteret. Tu dicas, q̄ idem, si habeat cohæredem vel substitutum, & sic de illius qui possent habere querelam, & sic cui deberetur legitima iuxta. l. 1. de inoffi. test. tunc quo ad legitimam transmittit ad suam posteritatem, quia reijcitur conditio de legitima, in residuo autem expectabitur conditio. Si eueniet, totum trahet ad se aut conditio deficiet, & illud deueniet ad substitutum vel cohæredem, vt l. cum he-
50 res § fi. & l. qui ex duabus. sup. eo. † Penult. aduertas, q̄ illa. l. 1. habet locum, siue ille, qui transmittit, sciat hæreditatē sibi delatam siue ignoret, vt patet ibi, siue ignorauerit, siue habeant cohęredem vel substitutum fratrē suum, vt patet ibi, licet non sint inuicem substituti, siue sint instituti soli, siue cū extraneis, vt patet ibi, siue cum extraneis instituti siue soli, dummodo nō repudiauerint vt patet ibi, si tamen hęreditatem non recusant.
51 Repudiatio † ergo instituti nocet suę posteritati. Quod intelligas, vt iure transmissionis posteritas hr̄e nō possit, sed ex propria persona, ex successorio edicto pōt venire, vt §. placebat. insti. de legi. agna. succe. Nā si institutus filius habeat substitutū vulgarē, vel cohęredē extraneum, vt dixi, & transmittit ad suā posteritatē iā sua posteritas excludit substitutū & cohęredem in potestate sua vt est tex. ibi. aliterque aduersus auitum, exponendo alios, id est cohęredem vel substitutū vulgarē vt exponit Iac. de Are. quem sequitur Bar. in l. 1. de vul. & pu. vbi Bar. dixit per illum tex. q̄ posteritas instituti ad quam hæreditas vt agnoscenda non vt agnita transmittatur, vt l. si quis filium. §. 1. s̄. eo. excludit substitutum, q̄ dic, vt dixi in l. 1. de vulg. & pupil. q̄ no. Vltimo quia illa. l. 1. non solum habet locum in hæreditate, sed ēt in legatis, & fideicommissis, & patet ibi, q̄ ēt super
52 legatis. Quæro † q̄ si pater filio sub cōdōne legauit an interim moriens trāsmittat ad liberos, & gl. in l. is cui. de acti. & oblig. tenet q̄ sic sed eam cōiter reprobant doc. per tex. in l. 1. §. sin autem & ibi no. C. de ca. tol. sed eam defendo respectu bonorum subsidij debit, in quo remouetur omnis dilatio, vt d. l. qm̄ in prioribus. Nec ob. fm̄ Sal. in d. l. 1. q̄ filius hodie debeat iure instōnis. quia fatetur, si vult dicere testm̄ nullū sed si non & moriatur, testm̄ est aliquod fm̄ op. gl. in l. filio præterito, de iniu. test. Et sic ius petendi debitum bonorum subsidium trāsmittit, & etiam confirmandi testm̄ per petitionem huius lega-
53 ti cogitandā relinquit. In eadē l. C. eo. l. cum antiquioribus. † ex illa. l. colligit hic Bar. in fi. regulam, quoties quis sciens hæreditatem sibi delatam decedit ea non adita vel repudiata intra annum, ad quemcunque ius deliberandi transmittit. sed intellectum d. l. cum antiquioribus. ponit hic Bar. dū declarat. l. apud hostes. C. de suis & legi & in ver. 1. regula, quę dicit filium sciētem & hæredem. vbi dicit, q̄ dum tex. ibi dicit, & in suam posteritatem, exponit. &, pro etiam. q. d. non solum ad extraneos, sed etiam ad suos trāsmittit ius deliberandi. sed ipsum fatetur necessarium arg. l. qui in aliena. §. interdum. s̄. eo. sed extraneū non poterat facere necessarium, ponit ergo ibi pro constanti, qđ in extraneum transmittit ius deliberandi & etiam in suam posteritatem, sed istud, qđ dicit hic Bar. ad intellectum. d. l. cū antiquioribus. ego non puto verum, quia illa dictio, &, fm̄ istū intellectum multū violat. Scđo nō est verū qđ dicit per d. l. qui in aliena. §. interdum. qđ ēt si miles adijsset, nunquam faceret suos hæredes necessarios, q̄a ad hoc vt quis sit necessarius opus est vt obtineat primum locum tempore mortis testantis, vt insti. de hære. quali. & dif. §. sui. & de exhed. lib. §. posthumorum. sed isti secundi hæredes non tenebant primum gradum, sed filius institutus qui erat in medio, & superuixit patri, & tractat de successione ex testamento valido, ergo filios nunquam potest facere suos hæredes necessarios. Facit. d. l. si quis filium. §. 1.
54 † Nec obstat. §. interdū. quia ibi loquitur de alio necessario, q̄ velit dicere Barto. quia ibi loquitur de necessario. hoc est vt nō sit opus iussus, ac si pater adijsset. Sicut enim quando filius adit hæreditatem patris, quia ipse est necessarius, nō est opus iussus, quia nemo est qui possit iubere, ita & quando nepos, qui est necessarius auo, vt in casu illius. l. qui in aliena. §. interdum. sup. eo. per consequens illum patrem, cui acquirit si superest facit necessarium, hoc est, quod non est necessarius iussus, & hoc vult dicere tex. interdum sine aditione. i. sine iussu, quia. s̄. in princ. legis posuerat, quòd filiusfa. nunquam patrem facit hæredem nisi iussus præcedat, ibi vero ponit vnam fallentiam, & iste est
55 verus intellectus. d. §. interdum. quem etiā ibi Bar. voluit. † Quare intellectus. d. l. cum antiquioribus. est iste, videlicet quod dum dicit text. posse etiam in suam posteritatem transmittere, hoc est dicere posse, &, pro etiam hanc. s. deliberationem siue ius deliberandi, & pro etiam in suam posteritatem transmittere, & sic coniungendo dictionem, etiam, cum dictione, hanc, nihil facit pro eo quod sup. dixit Bart. Et si diceres, quid implicat ergo isto casu? respōdeo, quia filius in potestate & sic suus hæres hereditatem patris transmittebat tanquam aditam, & sic incorporatam cum bonis suis, & sic suus hæres cum hæreditatem patris a sua non posset separare. argu. l. sed si plures. § filius. de castr. pecu. ibi, necessitatio ergo castrensis, tamen hoc non est verum, quia imò transmittit vt agnoscendam. vt d. l. si quis filium. §. 1. s̄. eo. & ita vult etiam ibi Bart. in versi. & si dicas non est tenendum, quia forte hæreditas &c. Ex his habet intellectum. d. l. cum antiquioribus. & d. l. qui in aliena. §. interdum. Nota ēt ex dictis Bar. qđ magis quis transmittit sciens hæreditatem delatam, quam ignorans, per d. l. cum antiquioribus. sed ipse Bar. hic in ver. nunc venio ad tertiā & quartam partem simul. sentit, quod magis transmittat ignorans, quam sciens & non adiens, quia videtur negligere. arg. not. in l. 1. de diuer. & temp. præscr. & l. annus. sup. de calum. Et potes respondere ad l. cum antiquioribus. quod ibi est speciale in iure deliberandi, quia nisi hæres sit sciens, deliberare non potest, vt d. l. annus. in textu quod non habebat non poterat transmittere. l. traditio. de acquir. rer. domi. vel potest dici, quòd cum illa lex sit saltem in extraneo hærede contra regulas communes, & eas concedat, quia regulariter hæreditas non adita non transmittitur, vt d. §. in nouissimo & tamen intra ibi annum transmittitur, ergo opus est vt annus suis concedatur. arg. l. fina. C. de edic. diui. Adri. tol. Item contra Bar. est, quia ita transmittit ignorans sicut sciens, vt d. l. 1. C. de his qui ante apert. tab. ergo sua reprehensio contra Iacob. quo ad primam regulam non videtur multum vrgere, cum etiam pro hac faciat quod hic Bar. in ver. venio ad tertiam & quartam
56 simul. Quæro, † an ille cui transmittitur ius deliberandi, excludat substitutum vulgarem, & gl. & Bart. in l. sed & si pro dote. in §. sed nonnunquam. ff. de leg. præstan. tenent qđ sic quia qui facit alium hæredem ministerio suo, ille qui efficitur hæres, excludit substitutum, vt l. 3. C. de hære. insti. & l. si paterfa. supr. de hæred. instit. sed Sal. in d. l. cum antiquioribus. in ver. ita tamen. multum late tenet contrarium quia substitutus habet voluntatem testantis expressam, & iste per ius deliberandi habet tacitam, igitur &c. Facit l. si Titio & Meuio, §. Iul. ff. de leg. 2. Non obst. l. 3 C. de hęre. insti. quia ille facit aliū hæredem adeundo p semetipsum, hic aūt non adiuit, sed transmittit ius deliberādi. Pręterea ibi loquitur de talibus personis, quę adeundo nō quęrunt sibi, ideo nō est mirum, si pater & dominus, qui sunt facti hæredes per filium & seruum, excludant substitutum, sed hic adiens faceret se hæredem, ergo &c. dic vt ibi ample per Sal. qđ
57 credo verum. † Quęro sciens transmitti ius deliberandi, quādo requiratur ista scientia. Rn̄det Bar. in l. qui duos. de re. dub. qđ requiritur tp̄e mortis, quia tunc & non ante de transmissione tractatur, & sic hæc qualitas fm̄ illud tp̄s debet intelligi. vt arg. l. in delictis §. si extraneus. de noxa. & l. Titius. & ibi Bar. de re mili. & late Bar. in l. ex facto. in prin. de vulg. & pup. qđ Sal. in d. l. cum antiquioribus. intelligit verum, quādo prius non fuit sciēs. Si autem prius fuisset sciens, licet postea effectus fuerit furiosus intra annum decedens transmittit, quia eo ipso scit, ius deliberandi sibi competit, & annus incipit currere, cū sit continuū. vt d. l. cum antiquioribus. ergo cū semel fuerit effectum trans-
58 missibile, transmittit, vt d. l. pater. §. quindecim. de leg. 3 † Quæro transmittens ius deliberandi fuit sciens. ponamus. qđ ille in quem transmittitur, ignorat hæreditatem Titij fuisse delatam suo, an residuum anni sibi currat, & Bar. in d. l. qui duos dicit qđ sic. quia cum tempus anni incipit currere in persona hæredis

transmittentis, & tempus effectum fuerit continuũ, necessario
sequitur, quod currit etiam contra ignorantem successorem,
alias oporteret ꝙ mutaret naturam, & efficeretur in personã
successoris vtile, quod non est dicẽdũ. dic vt ibi per Bar. & hoc
sequitur Bal. & Sal. in d. l. cum antiquioribus, si hæreditas trãs-
mittẽtis ius deliberandi fuerit adita, alias aũt si fuerit iacens, cũ
non possit possidere l. 1. §. Sceuola, si quis test. lib. esse iuss. non
posset præscribere, ergo ꝯ eã non currit præscriptio, vt l. seruus
hæreditatis. de diuer. & temp. præscr. Sed nõ placet mihi ista li-
mitatio, qa cũ annus inceperit currere ꝯ defunctum, tũcqualis-
qualis possessio fuerit in hęreditate iacẽte, vt l. gerit. ꝯ. eo. & ibi
nõ est mirum, si vsucapio incępta per defunctũ, vel ꝯ defunctũ
currit hrẽditate iacente, vt l. acceptam. C. de vsur. secus si esset in
choanda pręscriptio pro hæreditate, vel ꝯ hęreditatem iacente
quia tunc non posset fieri, & ita loquunt iura allegata per Bald.
59 & Salic. Quæro, † hæreditas est delata pupillo, an sufficiat sola
scientia tutoris, ad hoc vt transmittat ius deliberandi, & Bar. in
d. l. 1. de tutel. & in d. l. qui duos. dicit quod sic, per l. si ex legati
causa, cum simi. de verb. oblig. Sed in contrarium fortiter facit
l. si infanti. C. de iure. deli. sed respondet Bar. quod ibi fuit lex il
la facta ante remedium d. l. cum antiquioribus. ideo negligen-
tia tutoris nocet, & contra tutorem ibi agit, nõ autẽ quod sciẽ-
tia sua olim faceret transmissionem, hodie sic. Sed illud videt
terribile cõtrarium, & dicere quòd fuit facta ante vel post, tan-
tum est dicere quod in hoc l. cum antiquioribus. corrigat. l. si
infanti. quod non est dicendum. Vnde cum l. cum antiquiorib.
non loquatur in tutore. sed in hærede scripto, dicam ꝙ aut est
infans, & tunc potest adire, & negligens tenetur hæredibus in-
fantis, vt d. l. si infanti. Aut est maior infante, & tunc quia ibi nõ
potest adire solus l. potuit. C. de iur. deli. necessario sequitur, ꝙ
si nõ adiuit, debet considerari, aut per eũ stetit, qui nõ præstitit
authoritatem pupillo ad adeũdum, & tunc hæredibus pupilli
ad interesse tenetur, aut per eũ non stetit, & tunc si labatur an-
nus, cum in nullo fuit defectus, non tenebitur hæredibus pupil
li, licet ipsi hæredes possint ex persona pupilli vt læsi in mortis
articulo, qui non adiuit, restitui, arg. l. Pantonius. sup. eod. In ca.
gl. ibi. C. de su. & legi. l. apud hostes, ex ista lege Bar. in vers. 4. ca
60 sus in quo fallit dicta regula colligit talem † regulã, suus hęres
de iure ciuili hæreditatem non aditam transmittit ad quoscun
que successores, & etiam alle. l. hæreditatem. §. filius. de Cast.
pe. & l. lib. homo. §. 1. de stip. ser. & l. ex militari. §. fi. cũ l. seq. de
test. mil. siue ergo suus hæres fuerit sciens siue ignorans trans-
mittit, siue impeditus adire, siue nõ impeditus iusto impedimẽ
to vel non iusto, tñ patris hæreditatem trãsmittit ad quoscunq.
facit l. 3. C. de iure del. sed Ang. hic dicit, ꝙ illę leges non loquũ
tur, nisi qñ filius fuit impeditus impedimento aliquo iusto vel
non iusto. secus ergo vbi nõ fuisset impeditus se immiscere ali-
quo impedimẽto. tñ placet sibi opi. Bar. cũ hoc, dũmodo suus
non repudiauerit hęreditatem, per l. 1. C. de his qui ante apert.
tab. nec ptãtem hẽt reuocandi suã abstensionem ꝗ hẽt suus, ꝑ
l. fi. C. de rep. hæredi. transmitti ad suũ hæredẽ. sinaũt non fuis-
set agnita nec repudiata trãsmittit ad quoscunq; hæredes cum
facultate quam suus hęres habebat adeundi vel repudiandi, vt
61 l. si quis filium. §. 1. sup. eo. † Tu vero omissis iis, quæ cõtra hoc
dicit do. Io. quia non sunt magni ponderis ad propositũ posses
primo attentare. ꝙ si quis fuit suus hæres impeditus non iusto
impedimento, non vř quod transmittat arg. l. lib. homo. §. 1. de
stip. ser. per quam se fundat, nec probat. Nam illa lex secũdum
vnum intellectum gl. potest loqui de ignorantia facti, & clarũ
est quod talis ignorãtia est iusta vt l. error. C. ad leg. Fal. vel posi
62 to ꝙ loquatur in ignorantia iuris, non tñ facit pro Bar. † qñ er
ror iuris quando tractatur de damno vitando, est ita supportã-
bilis sicut error facti, vt l. error, & l. iuris ignorantia. supr. de iur.
& fa. ign. & l. sed & si me ptem. de cond. indeb. & facit ple. qđ
63 no. in l. Celsus. de vsuc. † Sed in d. l. lib. homo. §. 1. loquitur de fi
lia in potestate, cui hæreditas patris est delata, & l. 3. cũ ibi ple.
no. per Bar. Bal. & Sal. & de iur. & fac. ign. etiam de lege natu-
ræ, vt l. d. in prin. de bo. dã. in tantum quod nõ dicitur habere ex
titulo lucratiuo, vt l. 1. & 2. de impo. descr. lib. 10. ergo necessa-
rio sequitur, quod licet errasset in iure, tñ talis error nõ debuit
sibi obesse. Nec ob. ei, ꝙ statim dixi de errore iuris quod no. gl.
in l. si duo. sup. e. vbi loquitur in duob. hæredibus suis & neces-
sariis, & tamen gl. dicit, ꝙ illud qđ obuenit habuit originem a
lucro & sic suus hęres & filius tractat de lucro, quoniam respõ
deo ꝙ illa pars cõfratris repudiantis quia sumit originem a lu-
cro, hoc est iure accrescendi, quia qui hẽt ius accrescendi re
gulariter habet lucrum, quia illa pars sit dedicata fratri tuo, me
rito iuris ignorãtia non prodest, sed in parte tua, quam assigna
uit testõr tibi, cum sit debita tibi, non nocet tibi iuris ignorãtia
& iste videtur verus intellectus d. l. liber homo. Et aduertas. qa
regula Bar. probatur in l. 2. C. de iur. & fac. ig. vtrum esset insti-
tutus vel non, vel in quota esset institutus. quia clausæ sunt ta-
bulæ, & tñ tex. dicit statim ei hæres extit. & sic ipso iure a lege
12. tab. suus hĩs efficitur & trãsmittit ad hæredem excluso pa-
truo, & ista est communis opi. de qua latius per Bar. in l. ex mi-
litari, § fi. de re mili. dic vt ibi per eum, & per doc. in l. apud ho-
stes, & ibi per Sal. in rep. C. de suis & legi. & late per Bart. hic,
cui nihil addo, ideo non curo referre. Et prædicta procedunt
64 in filio in potestate retento. † Sed quod in filio emãcipato. An
emancipatus hodie transmittat hæreditatem patris non agni-
tam, sicut transmittit suus hæres, & videtur quod sic, quia suc-
cedit ad similitudinem sui l. meminimus. C. de legi. hær. ibi, nõ
solum paternis bonis ad suorum similitudinem, & quia nulla
est dřia, &c. Et sic vniuersaliter inter suum & emancipatũ pa-
ter in succedendo, imò oĩs dřia quę olim erat antiquis legibus
hodie sublata est, vt in auth. de hę. qꝗ ab inte. §. nulla vero. vnde
Bar. dubitat in 2. col. & nõ soluit Ang. vero tenet, ꝙ nõ trãsmit
tat nisi ad posteros per l. 1. C. de his qui ante aper. ta. & illã opi.
65 sequitur hac rõne, † quia emãcipatus ẽt hodie nõ quærit in ad-
uentitiis vsumfructũ patri, sed suus sic, vt insti. per quas perso.
no. acq. §. 1. Itẽ suus pręteritus & cum causa dicit testm̃ nullum
Secus in emãcipato, vt est gl. sing. in § exhæredatos. in auth. de
hęr. & Fal. Itẽ in suũ dř continuari dñium l. in suis. de lib. & po
sth. non sic in emãcipato, vt ibi patet. Item cũ non sit in ptãte
nõ põt dici suus. inst. de hęr. qual. & dif. §. sui. ergo nec põt trãs-
mittere rõne suitatis, cũ illam nõ habeat, nec ẽt tanꝗ sit sibi ip-
so iure quęsita, cũ non sit, sed requiritur ipsum adire. nam cen-
setur extraneus, ex quo non est in potestate, vt l. 1. §. extraneũ.
C. de rei vx. act. Ideo adire debet, vt sibi acquirat, vt facit extra-
neus. Non ob l. meminimus, quia verũ est, ꝙ hodie emancipa
tus succedit ad similitudinẽ suorũ, ex quo ad hoc vt possit de iu
re ciuili venire sicut & suus, licet olim nõ posset nisi de iure ꝑ-
torio. Non aũt ꝙ per hoc sit vere suus nec esse possit ex quo nõ
est in potestate, vt d. d. l. sui, & hoc satis est de mente illius le-
gis, cum dicat ad similitudinem. quoniam nõ oẽ simile est idẽ.
l. qđ Nerua. sup. deposi. Acquiparatur ergo suo in eo, ꝙ põt in
succedendo, non aũt in transmittendo, quod non fit ad quoscũ
que hæredes, & sic ad extraneos hæredes nisi ratione suitatis.
66 † Non ob. §. nullam vero, quia pondera bene illum tex. quia dũ
dicit, nullam vero differentiam &c. & ibi in omnibus succes-
sionibus differentiam vacare. Nam differentia inter suum, &
emancipatũ sublata est in succedendo secũdũ gradus pręroga
tiuã, non autẽ sublata est in trãsmittenda hæreditate ergo &c.
67 † Tu autem posses attentare, aut quæritur, an quando vocan-
tur emancipati & sui ex testamẽto, & tũc adhuc hodie sit dřia
vt no. gl. & ibi late. Ang. in rep. & ibi doc. in l. si emãcipatus. C.
de coll. & no. gl. in l. Gallus, §. & quid si tm̃. de lib. & posth. aut
quæritur de successione ab intestato, & tũc de iure Codicis vo
cabatur ad similitudinem suorum, vt d. l. meminimus. ibi, ad si
militudinem suorum, & loquitur ab intestato, verum quia per
illum tex. in l. meminimus. in totũ videbatur esse sublata diffe
rentia & non videbatur in totum emancipatus repositus in pri
mo statu, in quo erat, quando erat suus hæres, ideo postea per
d. §. nullam vero, fuit gñaliter statutum per verbum vniuersa-
le negatiuum, quod nulla differentia sit inter suum & emanci
68 patũ. † Sed si nulla dřia est & suus transmittit ad extraneos hæ-
redes hæreditatem patris non agnitã siue iusto siue iniusto im
pedimento fuit impeditus, vt dixi, eodẽ modo emãcipatus ho
die dẽt succedere tanꝗ suus, & ideo si succedit tanꝗ suus, ergo
necessario sequitur, ꝙ ista suitas non sit sublata in succedendo,
vt transmittat ad quoscunq; hæredes ab intestato succedẽs, nõ
dico ex testõ. alias aũt si non trãsmitteret vt suus, remaneret in
hoc dřa inter suũ, & emancipatum, & tñ in §. nullam, non dř,
quod nulla est differentia, nec ob. quod dicit d. Io. qđ ibi loqui-
tur quo ad successionẽ, non quo ad transmissionẽ, quia si dant,
ꝙ emancipatus ab intestato succedat tãquam suus, necessario
debet dici id, quod ex hoc sequit, videlicet quod trãsmittat ad
quoscunque, quia qui vult cõsequẽs, &c. l. illud sup. eo. cogita.
In ea. gl. ibi. l. fin. C. de insti. & substi. sub condit. fac. potest dici,
quod illa lex non facit ad materiam, quia ibi non tractatur de
transmissione, & sic non videtur tractari de hæreditate patris
sed ipsius pupilli quis succedat, an substitutus in vno casu, an
mater, vel dic vt infra dicam, qñ examinabo l. si infanti. C. eod.
69 In ea. gl. ibi. l. si filius. § fi. inf. de bon. li. no. ex illa lege ꝙ quoties
hæres etiam extraneus impeditus est adire ex facto tertii, vt qa
accusauit testamentum de falso & sic hæres non potuit adire,
quia dubitabat de viribus testamẽti. l. dũ falsum sup. eo. ꝙ inte-
70 rim decedẽs transmittit ad hæredẽ suũ. † & no. bene quod ille
tex. non aperit, possit habere regressum cõtra imped. ẽtem vel
non, iuxta ea quę dixi sup. per l. 1. §. fi. si mul. ven. no. quia potest
dici, qđ aut tertius impediuit falso & iniusto impedimẽto do-
lose facto & tunc loquitur. d. l. 1. si mul. ven. no. secus si impedi
uit impedimento iuridico in iudicio mouendo litem, quia pro
pter litem iniuste motam habeo aliud remedium ꝯ eum, vt l.
eum quem temere. de iudic. & l. sciens. C. de iudi. ideo habeo
regressum in d. hæreditate, vt hęreditatẽ transmittam, potissi-
me quando in omnem euentum eram habiturus, vt patet ibi
in filia patroni, quæ hæres fuit instituta. & quę liberto erat ab

intestato in parte legitima successum. Ista ergo pars saltē suo hæredi conseruatur, vt in tex. ibi, filia mulieris seruabit eā partem &c. Vel iure intestati. In ead. gloss. ibi, de iure delib. l. si in-
71 fanti. not. regulam † quod hæreditas infanti delata a quocūqs transmittitur ad omnem ascendentem per lineam paternam siue infans fuerit in eius potestate siue etiam fuerit sui iuris, & quod infans transmittat hęreditatem patris ad matrem & sic ascendentem, est casus in lege Lucius. infra de iure fisci. ibi, atque omnis hæreditas ad matrē posthumi deuoluta est &c. dicit glo. per Tert. igitur &c. probatur in d. l. si infant. ibi, delata a matre vel alijs quibuscunque. Et aduertas, quod quando infans viuit pater vel alius in cuius potestate est, potest hæreditatem adire nomine infantis, vel dicto nomine petere bono. pos. de iure pretorio, quando de iure prætorio tantum infans
72 succederet. si autem † parens etiam neglexit adire viuo infante, nō obstante sua negligentia tamē iure prætorio pro se mortuo infante talem hęreditatem per infantem transmissa quasi iam infanti quæsitam capere & adire potest, vt d. l. si infanti. circa prin. Quod no. in practica, vt scias formare verba, quan-
73 do tu parens facis talem aditionem. † si autē infans fuerit sui iuris, tunc si habet tutorem, ipse solus tutor nomine infantis adire potest, vt ibi in ver. parente vero &c. si autem tutor non adierit & in infantia moriatur, omnes hæreditates ad eum deuolutas & non agnitas ita intelligi quasi ab initio non essent ad eum delatę, deuolui ad illas personas, quę vocabantur, si hæreditas infanti non fuisset delata, vt dicit text. ad literam in
74 d. l. Si infanti. † Quęrit hic Barto. in fine. si infans non adita hęreditate decedat. matre vel auo materno & patre superstite, quis succedat, & videtur quod vterq; vt auth. defuncto. C. ad Tertull. in contrarium quod solus pater per d. l. si infanti concludit Barto. qđ mater beneficio patris vocatur ad partē huius hæreditatis d. auth. defuncto. coniuncta l. si post mortem. §. fi. Sed Salice. in d. l. si infanti tenet quod imò solus pater admittatur, quia pater admittitur de iure prætorio, & capere potest quasi iam infanti quęsita est vt dicit ibi tex. sed si infanti esset iam quæsita pater occupasset iure peculij igitur &c. dic vt ibi per eum, sed forte hoc hodie non est verum, quia pater non occupat iure peculij sed habet hodie hæredem. si ergo habet hæredem, ergo mater & pater pariter succedunt. vt d. authen.
75 defuncto. cogita. † Quęrit Bartol. in l. qui duos de reb. dub. quid si infans decedit & non superest ascendens per lineam masculinam. an transmittit. & dicitur quod nō. nisi beneficio restitution. per d. l. qui duos, sed hoc non placet Ange. per d. l. si infanti, quia tunc habetur ac si infanti non esset delata. Et procedit vltra, disponēdo ad quem peruenit, vnde quia legislator fingit hęreditatem non esse delatam, & deuolui illā per verbum, perueniat, & sic per verbum significatiuum perpetuitatis, vt l. 1. §. peruenisse de hæred. vel act. vē. ideo nec de iu-
76 re nec de æquitate succurret hęredibus infantis. † Pro quo tu posses allegare, quando lex fingit & vltra postea procedit, quia non admitteret probatio. vt l. antique. C. ad Vellei. & l. fina. arbi. tu. & dicit Ange. ita sępius se obtinuisse, licet quæstio
77 sit ardua. Non ob. l. qui duos, quia ibi loquitur in infante. † sed secundum d. Ioan. opinio Bart. videtur esse cōis, quia eam sequitur Iacob. de Aret. Iac. Bu. & Cy. in l. 1. C. de restit. mi. & Io. And. in c. in pręsentia de probat. & illa videtur esse notabilior quia eadē vř rō in infante, quæ est in maiore infante nā vř cōfirmari lęsio in puncto mortis iuncta minori ętate, quia verisimile est, q̄ si fuisset maior adiuisset, sed facilitate ætatis non adiuit, & ideo quia requiritur lęsio in articulo mortis vna cū ratione ætatis l. qui duos de manu. test. vř q̄ transmittat beneficium restitutionis ad hæredem, sicut in simili dicimus de absente, vt l. Pantonius inf. eod. nec ob. quòd dicitur in d. l. si infanti. quod perinde est, ac si delata non fuisset infanti, quia illud est verum inspecto iure communi, secus de iure particulari beneficio restitutionis, facit l. impuberibus supra eo. vbi simpliciter dicitur, quod puberibus non datur ꝑtās se abstinend, & tamen intelligitur de iure communi, sed beneficio restitutionis sic, ergo &c. vt ibi voluit glo. & do. & non est mirū si d. l. si infanti. ita dicit, quia non solet haberi respectus ad ius particulare, sed tantūmodo ad ius cōmune, vt l. 4. §. 1. de fide c.
78 lib. † Quęrunt doct. glo. & Bar. in d. l. si infanti. an id quod dicit quod si infans non adiuit, non transmittitur, habeat locum ēt in hæreditate patris. & vř q̄ sic, quia text. ibi oēs hæreditatis ad eum deuolutas &c. & qui omne dicit nihil excludit l. Maritus C. de procur. sed licet antiqui teneant istam sñiam Bart. tamē tenet ibi quod imò hæreditatē patris transmittat ad quoscūq; l. hæreditatē inf. de iure fi. & per l. fi. §. 1. non cauillando literam C. de cura. fu. vbi furiosus transmittit hęreditatem patris, ergo & infans, qui caret intellectu, & est ratio quia suitas est illa quę facit transmissionem hæreditatis paternæ, & non ætas, sed ista est suitas in infante sicut in minore, ergo &c. §. sui. insti. de hæredi. quali. & differēt. ergo debet infans suus vt quilibet alius suus transmittere hæreditatem patris ad quoscūque, præterea maior ignorans transmittit l. ex militari. §. fin. de re milit. ergo eodē modo infans, quia dicitur ignorans. vt l. 1. in fi. C. de fal. mo. præterea suus impeditus non tantum iusto, sed etiam iniusto impedimento transmittit hæreditatē patris, vt l. 1. C. de iure deli. & l. liber. homo. §. 1. de stipu. ser. eodē modo ipse infans qui dicitur esse impeditus impedimento naturæ, vt l. 1. §. 1. de bo. pos. fur. vel infan. de la. sed Bal. in d. l. si infanti in ver. expeditus de oppositionibus multis. late tenet contrarium, sed Ang. ibi in ver. in tex. ibi hæreditates &c. tenet opi. Bar. & vltramontanorum. Sed Sal. in d. l. apud hostes in 1. 2. & 3. char. videtur tenere contrarium. Quinimo qđ etiam suus etiam maior non trāsmittit hæreditatem etiā iure suitatis paternā ad quoscūq; dic vt ibi per eū quia multum latę disputat. Sed opi. Vltramō. & Bar. est cōis, & ita practicatur, & ideo ab ea non est recedendum, vt ca. ne innitaris. extra de constit. dictam prædictorum doc. non recito gratia breuitatis: Sufficiat pro nunc remissio, & ista quātum ad istam legem sufficiant. Lecta fuit hæc l. per præfatum d. Angel. de Gambellionibus legum doctorem & per eundem absoluta felicis. die. 13. Augusti. 1451. & scripta per me Christophorum Lafranchinum Veronen. prædictū d. Angel. dum ipse actu legeret in studio fęlici Ferrarię audientem sub fausto regimine, principatu & dominatione illustrissimi principis & d. Idoysij Marchionis Estēsis & anno suæ dominationis primo. Finis.

Ioannis Ignei Iurisconsulti clarißimi Repetitio admodum elegans nec minus subtilis in. §. Non alias ex l. Neceßarios. ff de senatuscon. Sylaniano.

SVMMARIVM.

1 *Hæredis omittentis defendere mortem eius, cuius est hæres, pœna qualis sit.*
2 *Hæredem non defendentem mortem eius, cuius est hæres, non aliter incidere in pęnam, quam si constet eum fuisse occisum. & nu. 39.*
3 *Pęnam legis Aquiliæ locum non habere nisi prius constet de delicto.*
4 *Hæreditatem auferri tanquam indigno, qui ante quæstionem de familia defuncti occisi habitam, aut ante supplicium de ea sumptum adijt hæreditatem. & quæ sit huius ratio. nu. seq.*
6 *Hæreditas ex quo tempore publicetur ob non defensam mortem defuncti.*
7 *Bona delinquentium sint ne ipso iure publicata statim post commissum delictum, vt ex eo tempore dominium fisco quæsitum sit, an vero necesse sit expectare sententiam. & nume. 9. 12. 14. 17. & 20. 28. 42. 46. & 52.*
8 *Bonorum suorum administrationem interdictam esse reo criminis statim post patratum delictum.*
10 *Sententiam saltē declaratoriam interuenire debere in omni casu, in quo possessio amitti debet.*
11 *Argumentū valere a crimine lęsæ maiestatis ad crimen hæresis. & n. 44.*
13 *[illegible] non reuerti ad dominum, nisi coniuncta per sententiam culpa [illegible] nu. 51.*
15 *[illegible] amittere ipso iure vtile dominium, ac etiam cætera omnia quæ [illegible] iuris ciuilis.*
16 *Principes [illegible] ne legitime cōcedere fructus bonorum delinquentis [illegible] eum ea bona per sententiam fisco addicantur.*
18 *Va[illegible] iure feudi amittat ob commissum crimen lęsæ maiestatis.*
19 *Iudic[illegible] hominum periculosum esse.*
21 *Intellectus ad l. ex publicarum. ff. de accu.*
22 *Intellectus ad l. 1. §. an bona. ff. de iure fisci.*
23 *Principem esse reipub. patrem.*
24 *Intellectus ad l. pe. & l. fi. C. ad leg. Iul. maiest.*
25 *Manumittere eum non posse, qui seruus pęnæ effectus est.*
26 *Sententia ad quid requiratur in pęnis ipso iure impositis. & nu. seq.*
29 *Intellectus ad l. quæsitum. ff. qui & a quibus manu. liber. non fiunt. & nume. 31.*
30 *Dominium non cadere proprie in personas, sed ius quoddam incorporale seruitutis.*
32 *Reos cuiuscunq; criminis capitalis, nedum criminis lęsæ maiestatis prohiberi seruos manumittere.*
33 *Crimen lęsæ maiestatis aut perduellionis non tantum reum tenet, sed etiā eius hæredes.*
34 *Ius dandæ libertatis differre a manumissione.*
35 *Manumissionem in iure consistere, non in administratione patrimonij.*
36 *Intellectus ad l. Pantonius alias incipit, Pannonius. §. rei perduellionis. ff. de acqui. hære.*
37 *Hæres, qui necem testatoris inultam omisit, fructus ex hęreditate perceptos restituit.*
37 *Intellectus ad. §. per contrarium. instit. de hæred. quæ ab intesta. defe. & num. 40.*
41 *Filius olim ex lege. 12. tabularum patris suus & necessarius hæres erat.*

Reos ca-

43 *Reos capitalium criminum duplici sententia damnari, una iuris, altera iudicis. Et quæ sit differentia inter eas.*
45 *Crimen lesæ maiestatis non solum prohibitum esse lege humana, sed etiā diuina.*
47 *Sententiam declaratoriam publicationis bonorum esse necessariam vbicunq; per legem pęna ipso iure non est imposita.*
48 *Feudum ob culpam non admitti priusquam de culpa cognitum & pronunciatum sit, quatenus verum sit.*
49 *Pęnam a lege ipso iure impositam transire in heredem.*
50 *Fructus a die commissi criminis restituendos in casibus in quibus subsequitur sententia condemnatoria.*
53 *Negatiua quæ dicatur, quæ item mera negatiua, & an probari possit.*
54 *Testibus duobus affirmantibus plus fidei adhiberi, quam mille negātibus.*
55 *Negatiuę species quot sint, & cuiusmodi. & numer. seq. & 70.*
57 *Negatiua per quam simpliciter aliquid factum esse negatur, possit ne probari. & nu. seq. & 67.*
59 *Purgationē desiderari ab eo qui accusatur falsum instrumentū fabricasse.*
60 *Probatio innocentiæ in quibus criminibus a reo exigatur.*
61 *Negatiuas fere omnes continere in se tacitam affirmatiuam, an sit verū. & nu. 68. & 71.*
62 *Negatiuam hanc, Titium non esse mortuum, duplicem esse.*
63 *Negatiua oratio quæ dicatur, ex sententia Bartoli, quæ item affirmatiua.*
64 *Negans se minorem, vt a tutela liberetur, an probare debeat.*
65 *Minorem non liberari a tutela nisi per ætatem.*
66 *Tutelam deponere non esse in potestate tutoris.*
69 *Negatiuam entis nullam in se continere affirmatiuam, ac proinde probationem non admittere. & nu. 77.*
72 *Negans aliquem esse sanę mentis, hoc ipsum probare debet.*
73 *Ab, particulam esse priuatiuam & abnutiuam.*
74 *Negatiua priuatiua continet in se affirmatiuam, & econtrario. Et cui incumbat onus probandi, cum in iudicium deducitur. & nu. 76.*
75 *Priuatio omnis præsupponit habitum.*
78 *Negantis factum nullam esse per rerum naturam probationem.*
79 *Negatiuam indeterminatam seu generalem, & quæ per terminos seu species reduci non potest vt plurimum probari non posse. atq; inibi quę proprie dicatur probatio.*
80 *Factum non posse dici improbabile, vbi de suo facto aliquis interrogatur.*
81 *Negatiuam posse probari per iusiurandum patris, nec posse remitti per eū cui defertur.*
82 *Certum debere vnumquemq; esse de facto suo.*
83 *Negatiuę positioni reum non teneri respondere, quatenus verum sit. & num sequen.*
85 *Probationem fieri posse per alia media, quam per species & differentias.*
86 *Negatiuę orationis qualitatem negantis species quæ sint.*
87 *Negatiuam intrinsecæ qualitatis triplicem esse, prout reperitur triplex qualitas intrinseca.*
88 *Negatiuam qualitatis naturalis posse admittere duas affirmatiuas alternatiue.*
89 *Negatiua qualitatis accidentalis recipit duas affirmatiuas.*
90 *Qualitates quasdam partim naturales esse, partim accidentales.*
91 *Hominem esse industrium, partim a natura esse, partim ex accidenti.*
92 *Diligentia vt artium omnium mater est, ita negligentia nouerca est omnis eruditionis.*
93 *Qualitatis extrinsecę exempla aliquot.*
94 *Fructus naturales distingui ab industrialibus.*
95 *Substantia Iurisconsulto quid significet.*
96 *Negatiuam substantię certam esse & probabilem.*
97 *Negatiuam iuris non differre a negatiua facti, siue quæstio sit quid probādum sit siue tractetur vtri incumbat onus probandi. & nu. 111.*
98 *Probare quis debeat vbi negatur ius vel factum.*
99 *Positionibus iuris non teneri quem respondere.*
100 *Ius non scriptum seu consuetudinarium non semper certum esse, ac proinde probandum esse, atq; inibi quomodo probetur.*
101 *Ius scriptū nōnunquā esse dubium ob diuersas Iurisconsultorū sententias.*
102 *Consuetudinem in scriptis redactam certam esse, nec probatione indigere, obseruandamq; esse, tametsi iuri contrarium sit.*
103 *Iuris species varię.*
104 *Negatiuę iuris perpensę.*
105 *Filios in patris nō in matris potestate esse ex dispositione iuris communis.*
106 *Galli habeant necne filios suos in potestate.*
107 *Ius aliquando singulare allegans probare illud debet, etiam si in corpore iuris clausum sit. & nu. 117. & 120.*
108 *Regulę iuris tametsi certę sint, limitationes admittunt.*
109 *Minorem sui facilitate deceptum restitui posse. & an id sit perpetuum.*
110 *Filius occidens patrem, quo casu non efficiatur reus parricidij.*
112 *Maiorem annis viginti quinq; posse iudicantis munere fungi, nisi qualitas [illegible]*
113 *[illegible] ff. de probationibus. & nu. seq & 126.*
115 *Probationem incumbere ei, qui dicit non licere aduersario ędes suas altius tollere.*
116 *Calumd [illegible] liberum esse.*
118 *Scholasticum debitorem suum laicum conuenire volens coram iudice ecclesiastico vel [illegible] suo, non solum probare debet se scholasticum esse [illegible] allegare id ius scholasticis concessum esse.*
119 *Scholasticus venditor euictionis nomine ab emptore vocandus coram quo iudice debeat vocari.*
121 *Negans iudicem, qui alias habet merum & mixtum imperium, posse de aliquo crimine cognoscere, debet id probare.*
122 *Militem delinquentem non alibi conueniendum, quam coram magistro militum.*
123 *Senatoris delictum ad cognitionem principis pertinere.*
124 *Negans se teneri ad super indicti solutionem virtute alicuius priuilegij, hoc ipsum probare debet.*
125 *Immunitatem tributorum quæ personæ a lege habeant.*
127 *Patrem non posse emancipare filium inuitum.*
128 *Feudum iure scripto non posse per vasallum alienari, & consuetudinem aut aliud priuilegium in contrarium allegans eam probare debet.*
129 *Filio naturali tantum nulla sobole legitima superstite quantum relinqui possit.*
130 *Negans aliquem posse succedere in feudo ob id quod sit tantum naturalis filius, quid probare debeat.*
131 *Negatiua iuris nullam facti mixturam habens quō probetur. & num. seq.*
133 *Leges debere scripto comprehendi.*
134 *Negatiua iuris habens admixtionem aliquam facti quomodo probetur, & num. 138.*
135 *Instrumentum non cancellatum, nec in aliqua sui parte vitiosum habere executionem paratam.*
136 *Instrumenti garentigionati executionem non impediri per exceptionem compensationis ex stilo Franciæ, etque inibi quid agendum sit ei, qui talem exceptionem vult opponere.*
137 *Instrumenti garentigionati executio an & quando possit aliqua exceptione impediri.*
139 *Probationem admitti aduersus legem quod ad præsens non obseruetur, sed per desuetudinem antiquata sit.*
140 *Legem antiquatam non esse allegandam.*
141 *Negatiua consuetudinis quomodo probari possit. & nu. 142. & 148.*
143 *Consuetudinem non esse necesse scripto comprehendi.*
144 *Ius non scriptum redactum in scripturam per aliquem doctorem possit ne probari per librum illius doctoris.*
145 *Feudales constitutiones habeant necne vim legis. & nu. 147.*
146 *Leges ita demum authoritatem habere, si populi consensu receptę sint.*
149 *Cōsuetudine circa aliquid varie circa aliquid obseruata quid sequendū sit.*
150 *Patrum traditiones sequendas esse in ijs, de quibus nihil in lege scriptum reperitur.*
151 *Negatiua iuris alicuius incorporalis quomodo probetur.*
152 *Socium ædificantem in re communi prohibere volentes quid probare debeant.*
153 *Negatoria agens aduersus eum, qui dicit se præscripsisse ius ædificandi, quomodo probare debeat.*
154 *Negatiua facti qualiter probanda sit.*
155 *Negatiua loco & tempore coarctata quomodo probetur, & nu. 158.*
156 *Negatiuam, quæ in sensum per species aut qualitates oppositas cadere potest, a teste iurari posse.*
157 *Testem deponentem negatiue cum expressione loci & temporis, esse recipiendum, & nu. 162.*
159 *Negatiuę propositionis verā scientiam cadere in facto proprio. & nu. 167.*
160 *Deponens de alieno facto negatiue videtur anceps periurium subire. & nu me. 166. & qua ratione possit eius dictum saluari. nu. 161.*
163 *Testi maxime cauendum esse, ne simpliciter negatiue deponat nullo præscripto loco aut tempore.*
164 *Testis negatiue deponens nullo limitato loco & tempore, an sit puniendus vt falsus.*
165 *Negatiuam actum multiplicatiuum continētem, seu ius apud plures multiplicabile non posse probari absque falsitatis suspicione.*
168 *Inuentarium debere continere tempus & locum quo confectum est.*
169 *Testem negatiue deponentem non esse reijciendum si affirmatiuam asseueret, ex qua elici possit negatiuę veritas.*
170 *Possessionis actum non posse esse continuum.*
171 *Possessionem animo retineri, licet possessor rei non insistat.*
172 *Iudicare de ijs, quæ in animo consistunt esse difficile nisi per actus exteriores. & nu. 178.*
173 *Possessionem ciuilem duobus modis accipi posse, & nu. 176.*
174 *Possessionem retineri solo animo a domino, licet eo absente alius possessionem actualem apprehendat, & an id sit perpetuum. & nu. 177.*
175 *Possessionem eiusdem rei non posse esse apud duos insolidum.*
179 *Possessionem acquiri, retineri, & amitti animo.*
180 *Possessionis species sint ne duæ, an vna duntaxat.*
181 *Possidere, differre ab eo, quod est in possessione esse.*
182 *Possessionem naturalem non esse duplicem, nec item ciuilem duplicē esse.*
183 *Testis depositio sit recipienda necne plurimum ex iudicis arbitrio pēdere.*
184 *Testis depositionem ciuiliter esse intelligendam, vt a falso excusetur.*
185 *Negatoria agens quomodo probet.*
186 *Possessionis interruptionem fieri non tantum per actus ciuiles, sed etiam per naturales, tametsi violenti sint & momentanei.*
187 *Merum & mixtum imperium videri continue possessum, etiam si quis semel tantum in annis mille vsus fuerit.*
188 *Testis quando possit vere asserere aliquem non fuisse vsum iurisdictione & imperio.*

189 *Feudi dominus quando & quanto tempore amittat per non vsum ius excipiendi obsequium quod ei vasallus debet.*
190 *Seruitutem remittere videri eum qui, necessitate exigente, ea non vtitur.*
191 *Doctoratus insigne nemini concedendum quam ex meritis & doctrina.*
192 *Seruitute continue videri eum, qui vtitur, quando id necessitas exigit.*
193 *Homicidium aliquod non esse ab aliquo perpetratum, qua ratione probari possit.*
194 *Testis dicens actum aliquem, qui cum certa forma & solemnitate fieri debet, non esse factum quomodo possit saluari.*
195 *Solemnitati iuris posse derogari principis authoritate.*
196 *Negatiuam probari posse, quando ex facto testis contingit.*
197 *Testis nominatus in instrumento si dicat se ei non interfuisse, labefactat fidem eius instrumenti.*
198 *Negantis se ex coitu illegitimo natum probationem admitti.*
199 *Negatiua in criminalibus qualiter probetur.*
Negatiuã satis per reum accusatũ probari, si nihil aduersus eum probetur.
200 *Reus accusatus an sit omnino absoluendus eo ipso quod nihil contra eum probetur, & nu. seq. & 216.*
202 *Iusiurandum non esse deferendum in criminalibus in defectum probationis doli, qui tamen non facile probari solet. & nu. 214 & 258.*
203 *Probationes claras esse debere in criminalibus, & nu. 241.*
204 *Confessionem criminis a reo factam ei non obesse, vbi nulla alia subest criminis probatio. & nu. 228.*
205 *Iusiurandum delatum in defectum probationis non esse probationem, sed probationis supplementum, & nu 231.*
206 *Testimonium vnius non recipi in criminibus.*
207 *Quæstio an possit haberi de reo accusato ad testimonium vnius. & num. 209. & num. 213.*
208 *Intellectus ad l. non omnes §. a Barbaris, ff. de re milita.*
210 *Mulieri integram fidem non adhiberi de iure in criminibus.*
211 *Uxorem non admitti ad testimonium ferendum pro marito in causa adulterij.*
212 *Damni dolo dati æstimationem posse per iusiurandum probari, tametsi dolus ipse non possit probari per iusiurandum.*
215 *Iusiurandum purgationis posse deferri reo criminis contra quem semiplene probatum est.*
217 *Furti nomine dupli aut quadrupli condemnationem non fieri ex taxatione iurantis in litem, sed secundum veram rei æstimationem, & num. sequent. & 219. & 222.*
220 *Taxationem rei petitæ aut damni dati non posse fieri a iudice, vbi iudex ipse necesse habet sequi iuramentum partis.*
221 *Iuriiurando a reo actori delato super æstimatione rei petitæ an sit standum & quid si a iudice delatum sit. num. 223 & 224. & quid si a lege deferatur. nu. 225.*
226 *Iusiurandum in litem quando possit a iudice deferri.*
227 *Iusiurandum deferre in defectum probationis an liceat.*
229 *Quæstionem non esse habendam de vili etiam persona, nisi subsistentibus multis argumentis & indicijs.*
230 *Quæstionem de seruo aut alia vili persona facilius haberi, quam de ingenuo aut dignitate aliqua prædito.*
232 *Purgatio in quibus criminibus a reo desideretur, tametsi contra eum non sit probatum. & nu. 260. & 302.*
233 *Tutor suspectus postulatus ob id quod inuentarium non confecerit, probationis onere grauatur.*
234 *Negatiuam ex coniecturis probari posse.*
235 *Præsumptionibus nonnũquam moueri iudicem aduersus reum accusatum, nonnunquam etiam contrarijs præsumptionibus dimoueri.*
236 *Animum talem fuisse præsumit lex, qualem euentus rei indicauit.*
237 *Præsumptionem mali animi sumi ex genere teli.*
238 *Iusiurandum possit ne deferri in criminibus siue reo, siue actori.*
239 *Vitam suam an liceat vnicuiq; quacunq; ratione redimere.*
240 *Actore non probante reum esse absoluendũ, etiam si nihil ipse præstiterit.*
242 *Iusiurandum purgationis non esse prius reo deferendum, quam actor seu accusator a probando exclusus fuerit.*
243 *Probatione non videri defectum accusatorem quamdiu ad probandum admitti potest.*
244 *Iusiurandum necessarium possit ne actori deferri, & an voluntarium aut iudiciale, & nu. 251.*
245 *Iusiurandum, quodcunque sit illud, possit ne reo deferri.*
246 *Iusiurandum non posse per procuratorem deferri.*
247 *Iusiurandum deferens quasi pacisci videtur.*
248 *Famæ & vitæ causam æquiparari.*
249 *Infamiam grauius esse supplicium viro forti, quam mortem.*
250 *Simoniæ crimen omni iure esse prohibitum.*
252 *Iusiurandum suppletiuum non esse in causa ciuili grauis præiudicij deferendum.*
253 *Vsuram committens censetur rapinam committere.*
254 *Intellectus ad l. 3. §. 1. ff. de iureiuran. & nu. 256.*
255 *Actionem in iure nonnunquam pro accusatione accipi.*
259 *Iusiurandum suppletiuum ve possit in criminalibus deferri actori, qualia indicia præcedere oporteat.*
260 *Accusatorem posse deferre in sui præiudicium iusiurandum reo, nõ etiam in præiudicium reipublic. & an id sit perpetuum. num. 264. & 272.*
261 *Accusatori transigere non licere, quamuis reo hoc liceat.*
262 *Accusationem propositam persequi negligens, aut ab ea desistens incidit in pœnam senatuscon. Turpilliani. et an id sit perpetuum. num. sequen. & 275.*
265 *Sanguinem suum licet vnicuique quomodocunque redimere.*
266 *Accusator qui semel iusiurandum reo detulit, an possit rursus accusationem aduersus eum instituere.*
267 *Accusationem iterum instituere non licet ei, qui semel ab ea destitit.*
268 *Accusationem re integra non denegari ei, qui prius declarauit se nolle accusare.*
270 *Accusationem deseruisse seu ab accusatione destitisse quis dicatur.*
271 *Procuratorem posse constitui in leuioribus criminibus, & in eis iusiurandum reo deferri.*
273 *Accusatorem quemcunq; repelli ab accusando eo, cui iam accusato iusiurandum bona fide delatum est, & exactum permittente iudice.*
274 *Iusiurandum non semper deferri posse reo in ijs criminibus, in quibus permissa est transactio.*
276 *Iusiurandum voluntarium possit ne per reum criminis deferri accusatori. & nu. 280.*
277 *Intellectus ad l. nam postea §. si damnetur ff. de iureiur. & num. sequen. & 280. & 281.*
279 *Iusiurandum potiorem vim habere quam rem iudicatam.*
283 *Reus criminis efficiatur necne infamis ex iureiurando per accusatorem præstito ad delationem ipsius rei, si cesset omnis alia probatio, & num. 285. & 286. & 301.*
284 *Actione legis Aquiliæ conuentus si iusiurandum actori deferat isque iuret, non in duplum sed in simplum condemnabitur, quantumcunque factum negauerit.*
287 *Iusiurandum voluntarium delatum actori & ab eo præstitum in actione rerum amotarum, an infamet reum.*
288 *Infamia notetur necne is, quem iudex per inscitiam seu ignorantiam iuris infamem pronunciauit. & nu. 290.*
289 *Sententia in causa famosa executionem famæ secum trahit.*
291 *Intellectus ad l. ictus fustium. ff. de his qui not. infa.*
292 *Infamia non notari eum, cui iudex qui pro arbitrio pœnam constituere potest, minorem pœnam irrogauit quam pro delicti atrocitate. Et quid si in grauiorem quam pro delicto condemnauit.*
293 *Intellectus ad l. si Tutor donium. C. ex quibus causis infamia irrogetur.*
294 *Infamia notetur necne aliquis, non considerari ex sententia iudicis in ijs casibus, in quibus lex certam pœnam statuit.*
295 *Reum criminis conuictum probationibus puniendum esse etiam absque eo quod iusiurandum accusatori deferatur.*
296 *Confessio rei criminis in quibus causis non minorem vim habeat, quam testium depositiones.*
297 *Reus damnatus ex sola sua confessione, an sit dimittendus, reperto postea eo, qui crimen admisit.*
298 *Quæstionem de reo criminis habere quando possit iudex ex indicijs, & argumentis aut testimonijs, & quando non. & num seq.*
300 *Reus grauiter de crimine aliquo diffamatus tenetur seipsum purgare. & an id sit perpetuum. & nu. 304.*
303 *Infamia notetur necne aliquis ob contumaciam in non satisdando.*
305 *Parentes & domestici sint ne testes idonei ad probandam innocentiam in ijs casibus, in quibus reus tenetur se purgare.*
306 *Negatiuam quæ in animo consistit, duplici modo probari, facto, s. & verbo.*
307 *Negatiuam non probari per testes, nisi rationem reddant sui dicti.*
308 *Negatiuam eum probare debere, qui eam proponit, siue sit actor, siue reus.*
309 *Negatiuam proponens non tenetur eam probare, si intentionem suam fundatam habeat in iure communi. & nu. 312.*
310 *Emphyteutam, cui obijcitur non fuisse solutum ab eo canonem, probare debere canonis solutionem.*
311 *Princeps an & quando possit cogere subditum ad ostendendum titulum suæ possessionis.*
313 *Priuilegij quasi possessionem non prodesse ei, qui in tertij præiudicium vult priuilegio vti, nisi de priuilegio fidem faciat.*
314 *Probationis onere non releuare quasi possessionem, vbi rei aut actoris intentio, aduersus quem negatiua proponitur, in iure cõmuni fundata est.*
315 *Intellectus ad l. iubemus. C. de fund. patrim. l. b. 11.*
316 *Feudum nullo tempore præscribi ab eo, qui causam a domino feudi non habet.*
317 *Contumaci in comparendo aut defendendo aut respondendo incumbere onus probandi, siue agatur confessoria, siue negatoria.*
318 *Possessionem absq; titulo proponere non sufficit ei, contra quem ius commune certat. Et an id obtineat in materia feudali. nu. seq. & 320.*
321 *Feudi inuestitura facta a domino coram paribus, vel per breue testatum, cogi potest dominus mittere vasallum in possessionẽ feudi. & nu. 331.*
322 *Inuestituram feudi factam fuisse negante domino, vtri incumbat onus probandi, domino ne, an vasallo. & nu. 326. 332.*
323 *Iurisiurandi præstandi forma in probatione inuestituræ feudi.*
324 *Vasallus an sit is censendus, qui inuestituram feudi non accepit, si per triginta annos rem vt feudalem possedit, & seruitium domino exhibuit & nu. 328. & 335.*
325 *Præscriptionem triginta annorum sine titulo & bona fide iuuari possessorem in sua possessione tantum.*
327 *Longa possessio quæ dicatur.*
329 *Feudum quibus modis acquiratur.*

Inuestituram

310 Inuestituram feudi nihil aliud esse quam possessionem ipsius feudi.
333 Inuestitura sola tribuat necne veram possessionem vasallo.
334 Iusiurandum deferri in materia feudali propter possessionem, an sit indistincte verum. & nu. 338. & 340.
336 Dominium directum non acquiri præscriptione triginta annorum, ac nec vtile quidem.
337 Dominum feudi probantem inuestituram non fuisse factam obtinere contra vasallum non obstante possessione triginta annorum.
339 Inuestituram esse duplicem.
341 Feudi controuersia circa proprietatem inter dominum & vasallum orta, vter vincere debeat.
342 Possessio sola in sacerdotiis seu, vt loquuntur, in beneficiis, an releuat ab onere probandi. & nu. 349. & 377.
343 Possessorem triennalem præsumi habere titulum. Et an teneatur eum exhibere ad partis requisitionem. & nu. 353. & 366.
344 Titulum se habere postulans declarari, an de eo docere debeat, nec sufficiat eum probare longam possessionem.
345 Rei vendicationem non dari possidenti seu detinenti.
346 Interdictum retinendæ possessionis posse cum petitorio cumulari.
347 Ius suum confirmari petens, titulum docere debet. & nu. 375.
348 Diuturnum tempus censeri tempus decem annorum.
351 Possessorem triennalem an inquietare liceat. & num. 361. & seq. & 365. & 366.
352 Dispositionem negatiuam non licere extendere ad casus non expressos.
354 Hæres, qui putauit defunctum iuste possedisse, si post mortem eius perseueret in ea possessione bona fide decem vel viginti annis, an non solum tutus sit præscriptione temporis, sed etiam acquirat titulo pro hærede. & num. seq. & 356.
357 Dominium rei tribui per legem, nedum possessionem adiudicari, vbi lex ipsa molestiam tollit, & possessorem inquietari prohibet.
358 Possessor triennalis vt manu teneatur in sua possessione quę interuenire oporteat ex dispositione iuris canonici. & nu. 360.
359 Diem cœptum haberi pro completo in vsucapione rerum mobilium.
363 Possessionem non iuuare eos, qui vitiosum ingressum habent.
364 Intrusum censeri eum qui possessionem temere apprehendit tametsi titulum habeat.
368 Possessionis pacificæ commodum tolli per controuersiam de facto motam.
369 Probationis onus incumbere ei, qui gratiæ, aut priuilegio, aut iuri alicui speciali innititur.
370 Episcopos hoc tempore passim offi. suum negligere, & vicariorū opera vti.
371 Reprobari eum qui approbatus est, non esse a iure alienum.
372 Instrumentum antiquorum renouationem postulari posse ab iis, qui timent ne talia instrumenta vetustate pereant.
373 Possessionem longi temporis non esse attendendam, vbi ex iniusta possessione periclitatur anima possidentis.
374 Possessio triennalis quæ commoda afferat.
376 Regaliorum iura quando primum Francorum regi concessa sint.
378 Regaliorum iura varia esse. & quot sint eorum genera. nu. seq.
380 Facultas conferendi sacerdotia iure regaliorum regi competens an possit ab eo alteri delegari. & nu. 394. & 397. & 401. & 417. & 420.
381 Ecclesiam hodie plenam esse idiotis & literarum expertibus.
382 Francorum reges omnium fere ecclesiarum episcopalium patronos esse, & quanta sit vis concessionis huius iuris patronatus. nu. seq.
384 Priuilegium posse reuocari, imo ipso iure expirare cessante causa concessionis priuilegii.
385 Ius speciale ex priuilegio procedens facilius tolli, quam ius commune.
386 Mulierem sacerdotia seu beneficia suo iure conferre posse.
387 Reginas Franciæ omnium virilium officiorū de iure capaces inuentas esse.
388 Capacem reddi eum qui est incapax si ei princeps ex certa scientia potestatem conferat.
389 Priuilegium, cuius verba in personam alicuius sunt concepta non egredi eam personam. & nu. 419.
390 Forma collationis qua solet vti rex Francorum dum beneficium iure regaliorum confert.
391 Qualitatem naturalem potius quam accidentalem attendendam, vbi vtraq; concurrit.
392 Doctori aut consiliario absenti an & quando debeatur salarium tempore absentiæ. & nu. seq.
395 Actus ex commissione eius factus cui potestas erat faciendi valet tametsi factus sit ab eo, qui ad eius exercitium erat per se inhabilis.
396 Legem condendi potestas soli principi competit, eam tamen suis proceribus potest committere.
398 Reges Francorum habere ex consuetudine & priuilegio ius conferendi præbendas. & nu. seq.
400 Priuil[illegible] quod consuetudine obtineri non potest.
402 [illegible] dignitas non posse per alium exoluari.
403 [illegible] cum adiectione dignitatis ipsius an trā[illegible]
404 Intelligitur ad [illegible] & nu. 405. & 409.
405 Legatum non [illegible] quam dies legati cedat.
406 Legatum pur[illegible] vel ad certum diem relictum statim a morte testatoris acquiri legatario etiam non adita hæreditate.
[illegible] Vsusfructus [illegible] alterius seruitutis personalis legatum non acquiri nisi cedente die legati.
410 Legatum relictum alicui sub nomine dignitatis ipsius an & quando acquiratur successori in dignitate. & nu. 412.
411 Principem iisdem legibus regi & gubernari quibus & subditi eius, quantum ad testatorum voluntatem attinet.
413 Legatum factum alicui, qui postea sit incapax ob delictum, non transmittitur, sed sit caducum.
414 Augustam iisdem priuilegiis gaudere, quibus & Augustus, & an id sit indistincte verum. nu. 416.
415 Principem non posse transmittere aut cedere in aliam personam quantumcunq; priuilegiatam ius quod singulariter ossibus eius inheret.
418 Priuilegium certo & determinato generi concessum personam generis non excedere.
421 Priuilegium alicui concessum ad liberos eius extendi.
422 Eligendi iudicis facultatem non posse cedi.
423 Priuilegium concessum incapaci an & quatenus transeat ad successores.
424 Tutela nobilium pupillorum ad quos & cum quali emolumento pertineat. & num. seq.
426 Honoris fructus qui dicantur.
427 Adorationem imperatoribus pro salutatione olim exhibitam.
428 Domitianum imperatorem iussisse se vocari dominum ac Deum.
429 Octauianum Augustum domini appellationem detrectasse.
439 Coronarii auri concessionem soli principi deberi.
431 Honorem reuerentialem non posse vel gratis vel per pactum remitti.
432 Patronatus iure honorem regi deberi, qui alteri inferior a principe non cēditur.
433 Principi non licet ius alienum tollere absq; iusta & rationabili causa.
434 Papę Romani curiam immodice desiderare vt mundus totus ad eam influat, tanta est in ea auri & argenti sacra fames.
435 Principem quantumuis legibus solutum teneri suis conuentibus.
436 Rescriptum non valere, per quod ius alteri ex conuentione seu contractu competens tollitur.
437 Patronatus ius alicui competens posse in fiscum transire cum vniuersitate bonorum publicatorum, & an id sit perpetuum. num. 456. & 457. & 468. & 472. & 475. & 482.
438 Bona, quæ in extraneum hæredem transferri possunt, eadem etiam publicari & fisco acquiri possunt.
439 Iudex laicus an possit cognoscere de causa iuris patronatus laici. & nume. 441. & 454. & 479.
440 Mixtum sequi naturam simplicis dignioris.
442 Iudicem secularem esse competentem ad cognoscendum in causa feudi.
443 Accessiones rei non debere diuerso ab ipsa re iure censeri.
444 Sententiam Henrici Imperatoris latam aduersus Robertum regem Sicilię non fuisse iuste retractatam per Clementem R. Pontific. & nu. 446.
445 Vasallus vbicunq; intellexerit dominum periclitantem statim domino detegere debet, & ei auxilium ferre.
447 Sententia publicationis bonorum an effectum suum extendat ad bona quæ sunt extra territorium iudicantis. & nu. seq.
449 Vasallum duorum dominorum vtriq; efficaciter obligatum esse.
450 Fidelitatē inferiori a principe faciens, principis personam excipere debet.
451 Episcopum committentem aliquid in Imperatorem posse vtilitate feudi priuari.
452 Principis potestate non eximi, quod ecclesiæ dicatum est.
453 Appellari posse ad superiorem iudicem secularem a sententia lata a clerico iurisdictionis temporalis, quam in feudo habet.
455 Patronatus laici duas esse species.
458 Patronatus ius adherens fundo sequi naturam eius fundi, quod attinet ad cessionem aut aliam quamuis translationem.
459 Rem semper transire cum integro suo statu.
460 Vasallum in discrimine constitutum dominus tueri debet.
461 Negatiua positio an sit admittenda.
462 Latrunculatorem nonnunquam cognoscere de causa ciuili.
463 Iudicem ciuilium causarum cognoscere posse incidenter de crimine.
464 Iudex nonnunquā ratione adiuncti fit cōpetens, qui alias est incompetens.
465 Prohibitiua in specie, non posse in genere fieri.
466 Fiscum succedere ei, qui decedit sine legitimis hæredibus.
467 Vasallo decedente sine legitimis hæredibus, feudum ad dominum reuertitur.
469 Iudicum arbitrio relinqui casus emergentes qui in iure non sunt decisi.
470 Patronatus ius posse transmitti ad quoscunq; hæredes extraneos.
471 Emancipatos iure pretorio succedere.
473 Emphyteusis ecclesiastica an veniat in publicatione bonorum.
474 Bonis alicuius publicatis, ea omnia in fiscum transire, quæ sunt ad hęredē extraneum transitoria.
476 Ius patronatus quod in libertos competit, transire in fiscum publicatis bonis patroni.
477 Vendito comitatu vel marchionatu transferri in emptorem omne ius quod venditor in eo habebat.
478 Iura incorporalia quæ per se diuisionem non recipiunt, possunt in consequētiam diuisionem admittere.
480 Qualitatibus duabus simul concurrentibus, quarum vna est permissiua, altera prohibitiua, in dubio permissiua potius attenditur.
481 Ius Romanæ ecclesiæ competens posse in consequentiam alterius rei præscribi quadraginta annis.
483 Ius patronatus transire cum hæreditate vendita.

HIc §. Prora est & puppis totius senatuscon
sulti Syllaniani, ī eo enim neruus eius
consistit, ideo ampliore commentario, quam
hactenus fecerim, intendo explicare ordina-
ria lectione primum, repetitione postremo,
& quantum vires ingenij suppetant dote am-
plissima ornare curabo. Ad id. n. negatiue materia me inuitat,
quam Ang. non ineleganter ex hoc elicit. eam in repetitam le-
ctionem quam omnes vulgo repetitionem appellant, reijcio.
Vt igitur satis voto faciam ad institutū propositę materię pro-
grediamur. Duo sunt, quæ a senatusconsulto desiderantur,
priusquam indictę a senatusconsulto pœnæ locus esse possit,
quæ licet in præcedentibus legibus explicata fuerint, quia ta-
men iurecōsultus in vnum coniungere voluit, ſm iureconsul-
ti distinctionem de singulis differere curabimus. Primum igi-
tur, quod hic iureconsultus inseruit, est, quod in prioribus le-
gibus & sequentibus omissum est, eo quod verba senatuscon-
1 sulti non habemus, nisi ex Vlpiani interpretatione. † Namque
pœnam hæredum omittētium mortem necati domini seu oc
cisi defendere, dicit esse publicationis bonorum hæreditario-
rum, non aūt ipsius hęredis, quę aliunde heres habuit, & ab hæ
redibus tanquam indignis auferuntur l. 1. ff. de iure fisci. l. Mar-
cellus, §. fi. ff. ad Trebell. l. indigno. & l. hæredē ff. de his qui. vt
indig. l. 1. C. de his quib. vt indig. aufer. hær. in legibus præcedē-
tibus sæpius explicatum, & in sequenti repeti poterit. Secun-
dum est senatusconsulti declaratiuum, quod vsq; in fin. §. pro-
2 sequitur, idque duobus necessarijs concludit. † Primum est, vt
prius constet occisum fuisse defunctum, nec sufficere dicere
mortuum esse, nisi liquido cōstet occisum, dixerat idem prius
3 in l. 1. §. item illud, sup. eod. l. 1. C. vbi causæ fisca. † Lex Aquilia
huic senatusconsulto in hoc conuenit l. qua actione, in princ.
& l. inde Neratius §. fi. & l. seq. & l. proinde, in princ. ff. ad legē
Aquil. Oportet. n. de delicto prius constare, l. eius qui delatorē
ff. de iur. fisci c. præterea. extra de testi. l. maritus. ff. de quæstio-
4 ni. Vide Pet. de Ancha. in c. fęlicis, de pęn. in 6. † Secundum est,
quod hæres extraneus si adierit, vel suus se immiscuerit, vel bo
norum possessor si bonorū possessionem agnouerit, priusquā
de familia mortis domini cōscia seu participe qōnem, seu sup-
plicium cū effectu sumere procurauerit, indignus sit hæredita
5 te, & applicatur fisco. † Ratio dicta est in rubrica, & in cap. l. 1.
& in l. 3. §. non tantum sup. eo. vt facilius & diligētius vindicta
de nece occisi habeatur l. propter venenu. §. fi. in verbo, defun-
ctorię, ī. eo. illic verbum illud explicabimus. Et per hoc Rom.
in d. §. item illud in l. 1. sup. eo. dicit qñ aliquid principaliter de-
sideratur, id primo probari debet. quam iudicium fieri possit,
per hunc tex. & d. §. illud. Cui adde l. in fraudem §. eius bona.
primo. ff. de iure fisci. l. hęc autem in princ. ff. qui. ex cau. in pos.
eatur. quæ dictis supra coniungi pe fluunt. Et hanc pęnam intel-
lige pro his, qui primum caput senatusconsulti offendunt, qui
vero secundum caput, alia pęna plectuntur, l. lege Cornelia §.
fi. inf. eo. illic dicetur. Et ob hoc dicit, non alias hęreditatem ab
indigno auferendam esse, quam de morte domini & crimine
non vindicatę necis iudici constiterit. In text. Non alias publi-
cantur. Dicit hic Ang. id est per confiscationem incorporan-
6 tur, † cum statim commisso per hæredem delicto publicentur,
sed in fiscum non incorporantur nisi per sententiam patefacta
cęde aduersus homicidas l. 1. C. vbi causæ fisca. l. 1. C. de his qui
bus, vt indig. vbi Guliel. de Cuneo idem sentit, & Bar. formam
tradit in l. in cognitione, inf. eo. quæ tamen differt ab exposi-
tione Ang. hic. Et in hoc Bar. a Dyno dissentit, & nostra ętate
quandoq; sub Ibidis nomine multis legibus & authoritatibus
digladiatum est, & per chalcographos, tacitis tamen authori-
7 bus, eorum disputatio in publicum prodijt. † Agebatur autem
inter eos de crimine læsæ maiestatis quæstio, an bona statim
crimine commisso sic publicata essent, vt dominium eorum fi
8 sco statim commisso crimine quæsitum esset. † Nulli vnquam
dubium fuit statim patrato delicto, administrationem interdi
ctam esse, cum id expresse ab Imperatoribus decisum sit, au-
thoritate Pauli, & Martialis Iureconsultorum in l. pen. & fi. C.
9 ad leg. Iul. maiest. † Sed vis tota huius disputationis est, an ipso
iure nulla expectata sententia facti declaratoria in crimine læ-
sæ maiestatis, aut quouis alio crimine, quo bona publicantur,
ipso iure dominium rerum fisco acquisitum sit, an vero ad ef-
fectum consequendi dominij per fiscum sententia facti decla-
ratoria & condemnatoria necessaria sit. In primis Bar. in l. Im-
perator ff. de iure fisci. dissentiēs a Dyno in illa lege dicit, reum
criminis hæresis, vel læsę maiestatis non amittere dominium
rerum suarum ipso iure, sed solam dominij administrationem
l. pen. & fi. C. ad leg. Iul. maiest. l. quæsitum ff. qui & a quib. ma-
numis. lib. non fiant. l. post contractum ff. de dona. l. ex publico
rum ff. de accusa. l. aufertur §. in reatu. ff. de iure fisci. & vlterius
Barto. in §. 1. in auth. de incæst. nupt. collat. 2. & in d. l. post con-
tractum, & in l. si debitor. in fin. ff. quę in fraud. cred. vbique di
cit contrarium in iure cautum non reperiri. In ea opinio. prius
eo fuerunt Iacob. de Aretin. & Cyn. in d. l. penul. C. ad leg. Iul.
maiest. Mott per d. l. quæsitum. Bal. in l. vnica. C. ex delic. defun-
cto Mouetur per §. per contrarium, insti. de hęr. quæ ab intest.
dese. l. codicillis §. pen. ff. de leg. 2. in ratione legis, & l. ex publi-
corum. cum eis sentit Paul. de Cast. in d. l. post contractum, &
in l. commissa. ff. de publ. & vectig. Idem Pau. & cum eo. Ioan.
de Imol. & Franc. Aret. in l. qui a latronibus §. 1. ff. de testa. Et
mouetur Aret. potissime, per tex. in d. §. per contrarium, instit.
de hær. quæ ab intest. dese. Idem Aret. in l. Pantonius, §. rei per-
duellionis, ff. de acqui. hær. & in l. si quis post accusationem ff.
de testa. Rom. in d. l. post contractum. Idem Rom. in l. eorum,
10 in princ. post Ang. ff. de dam. infec. † Dicit. n. post Ange. hic, &
in d. l. eorū in omni casu, in quo rei possessio amitti debet, sen-
tentia facti declaratoria interuenire debet, c. cum secundum,
extra de hæret. Et per illum tex. Rom. idem tenet in l. stipula-
tio. §. habet, in fin. ff. de noui operis nunciatio. addens Bart. in l.
eius qui delatorem ff. de iure fisci. Ioan. Fab. in §. 1. in fi. instit.
quib. alienare licet, dicere vī, Accursium illic istius fuisse sentē
tię in verbo, conuertatur, dum gl. dicit, eum qui dominus est,
non posse alienare l. fi. C. ad legem Iul. maiest. l. Manicheos, C.
de hæret. l. fi. C. de præd. decur. lib. 10. Per hoc inquit Ioan. Fab.
dicere vult Accurs. reos criminis hęreseos, seu læsæ maiestatis
remanere dominos vsq; ad sententiam, & dicit expressum es-
se in d. l. quęsitum ff. qui & a quib. sed decretalis Bonifacij in c.
cum secundum, de hęret. in 6. contradicit. Et ita sentit Aret. in
d. l. si quis post accusationem ff. de testa. vt paulo post dicetur.
Et ideo Aret. illic dubius remansit propter illam decre. Boni-
facij. Et prius hoc dixit Ang. Aret. in §. interdum, inst. de hære.
quæ ab intest. defer. & in §. 1. inst. de publ. iudi. & in tract. malefi
ciorum, in verbo, *che hai tradito la tua patria*, addens non esse bo-
num argumentum de crimine heresis ad crimen læsæ maiesta
tis, quamuis Bar. in d. l. si debitor. ff. de his quæ in frau. credito.
fiunt dicat nō reperiri iure cautum etiam in crimine hæresis,
11 bona ipso iure publicari. † Valet autem argumentum secundū
Ang. econtrario, de crimine lęsę maiestatis ad crimen hæresis.
quia si in crimine læsæ maiestatis aliquid licet, multo magis in
crimine hæresis l. Manicheos, & auth. Gazaros. C. de hæret. ca.
vergentis, in fine. extra de hæret. Non enim omnia, quæ in cri-
mine hæresis admittunt. r, in crimine læsæ maiestatis conce-
duntur. Huic opin. Bar. subscribit se Ioan. de Platea in l. eorum
C. de iure fisci. lib. 10. & Ioan. Faber. in §. fin. instit. quib. non est
permiss. facere testam. Et solent in hac materia communiter
scribentes refugium habere ad Bar. distinctionem, in l. in co-
12 gnitione, infra, eod. tit. † Nonnulli Neoterici nostræ ætatis scri
ptores ad confirmationem opinionis Bar. addunt vanam & su
peruacaneam esse eorum, qui secus sentiunt disputationem,
cum in specie in lege casus decisus sit l. ancil. ę. C. de furt. & gl.
est secundum eos, in §. 1. in auth. de non eligen. secūdo nuber.
collat. 1. neque licere per quamcunq; exceptionem a textuali
regula discedere, nisi regulę limitatio in lege expresse posita in
ueniatur, c. 2. extra, de coniu. leprol. c. sane 15. q. 3. sed cum re-
gula, inquiunt illi, in d. l. quęsitum ff. qui & a quibus manumis.
liber. non fiant, posita sit, alia decisione opus non est. Addunt
& secundo aliam esse iuris regulam, vbi non apparet priuatio-
nis pęnam a iure impositam esse ipso iure, sic interpretatio fie
ri debet, vt in ipsa priuationis pęna imponenda sententia inter-
ueniat, & non fiat ipso iure priuatio, secundum gl. in c. quicun-
que, in verbo, innodetur, de hær. in 6. & c. in pęnis, de regul. iur.
13 in 6. Tertio addunt, † in feudo reuersioni locum non esse, nisi
conuicta per sententiā culpa c. 1. de feud. sine culpa non amit-
ten. collatio. 10. c. si vasallus, si de feudo fuerit controuer. inter
dominum & agna. Neq; ſm eos in crimine læsæ maiestatis in-
uenitur hæc regula specialiter immutata etiam in feudalibus,
standum est igitur regulæ, secundum eos, d. l. quæsitum, per l.
pręcipimus, in fine. C. de appellatio. neq; iuuari potest contra-
ria opinio eo, quod a pluribus fuerit approbata l. 1. §. omnibus.
C. de vete. iure enucle. Quoniam, inquit ille tex. non ex multi-
tudine authorum quod melius & equius est iudicatur, ca. ego
solis 11 dist. Et si vltra quam per illos dictum est in secundo eo
rum argumento desideras chartas aut membranas occupare,
lege Fely. in c. Rodulphus, extra de rescr. vbi contestatione seu
protestatione aliqua vtitur, eo quod duo pręclara iuris lumina
sua tempestate in ea scripserunt, videlicet, Alex. de Imola in d.
l. Imperator. in apostil. Bar. ff. de iure fisci. Et Andr. Barba in c.
si diligenti extra de foro compe. Ob id dixit, vix voluisse cala-
mo manum apponere, nisi pręcibus eorum qui in eum impe-
rio vti poterant, superatus fuisset. Non pretermittam addere
eundem Felyn. in c. primo. extra de constit. & in ca. 2. extra de
sponsali. Bald. in authenti. licet. C. de locat. & conduc. Bald. in
authent. hoc amplius. C. de fideic. & in authen. si captiui. verss.
sed vlterius queritur C. de episcopis & cleric. Angel. in l. Papi-
nianus §. meminisse ff. de inofficio. testament. Aliqua autem
infra colligemus, quę huic nostrę disputationi conuenire puta
bo. Ad secundum eorum fundamētum si vis plura addere, vi-
de pub-

de pulchram disputationem And. de Iser. in c. præterea si vasallus, quæ fuit prima causa benefi. amit. colla. 10. Card. Alex. in c. item si fidelis, quib. mod. feu. amitta. Papien. Mod. Ias. in l. 2. & seq. C. de iure emphy. Iac. de S. Georg. in tractatu suo feud. in verbo, dictique vasalli promiserunt non committere feloniã. Bald. in dicta authen. si captiui. C. de episco. & cler. ex quorum dictis nihil transcribam.

14 † In alteram & cõtrariam sententiam declinauit Dynus in d. l. Imperator. ff. de iure fisc. motus per d. l. quæsitum. ff. qui & a quib. manumis. libe. non fiant. gl. in l. fi. in prima illius legis interpretatione. C. de iure fisci. lib. 10. Dũ dicit in crimine læsæ maiestatis bona ad fiscum transmitti, licet reus viuens accusatus, vel condemnatus non sit. d. l. ex publicorum. ff. de accusatio. gl. in l. si quis in tantam. versi. super quarto quæro. C. vnde vi. dicit enim spoliantem dominium rei ipso iure amittere, & spoliato acquiri, sicut in crimine læsæ maiestatis. l. fi. C. ad legem Iul. maiest. & alijs casibus de quibus in ea similis gl. in d. l. ex publicorum. ff. de accusa. quæ plura alia crimina recenset, in quibus non secuta cõdemnatione imminet pœna ademptionis bonorum. glo. est in d. cap. cum secundum. in verbo, ipso iure. de hereti. lib. 6. Et Bar. ipse in extrauagan. qui sint rebell. collatio. 11. in verbo, rebellando. circa me-

15 dium glo. ibi, item quæro quid de dominio. † In dominio vtili cõcludit rebellem ipso iure vtile dominium amittere, cum sit a iure ciuili introductum, & quæ iuris sunt ciuilis, amittunt. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. diminutio. Guliel. de Cu. in l. 1. C. de his quib. vt indig. aufer. heredi. Dicit vasallum a die commissi delicti fructus rei feudalis amittere, & fieri domini, quia res ipsa feudalis a die criminis domino quæsita est, per illum tex. dum ait, hæredes, quos necem testatoris inultam omisisse constiterit, fructus integros cogantur reddere. Et ille tex. est singularis, & huius nostræ disputationis declaratiuus, & maxime huius nostri. §. dum in eo dicitur, nõ alias bona publicantur quam si constabit &c. Et ea Ang. hic & recte, intelligit, publicantur, id est, per incorporationem cõfiscantur, & sic dominium statim quo crimẽ patratum est, fisco acquiritur, quia integros fructus hæredes restituere coguntur, quos non restituerent, si dominium apud eos remansisset. Dicã infra. hoc enim maxime considerandũ est, quoniam ex hoc maximus effectus

16 resultat. † nam princeps ea legitime cõcedere põt, priusquam incorporentur. l. 1. C. de petitio. bono. subla. lib. 10. l. bene a Zenone. C. de quadrien. præscr. Addo Ang. in l. in cognitione. infra eod. tit. & Bald. in dicta authen. si captiui. versicu. sed vlterius quæritur. C. de episc. & clericis. & vide cum omnino, & infra declarabo. In hac opinione cum Gul. de Cuneo sentit Bal. tametsi Guliel. non meminerit, in c. Imperialem. §. callidis. de

17 prohi. feud. aliena. per Feder. collatio. 10. † vbi Bald. dicit vasallum ipso iure feudum amittere ob commissum læsæ maiestatis crimen. Idem Bald. in l. 2. versic. ita in feudo. C. de liber. & eo. liber. Specu. in tit. de feudis. §. 2. & 3. Andr. de Iser. in cap. 1. in fine de feud. sine culpa non amitten. Vbi ab expresso voluit vasallum feudi dominium amittere propter crimen læsæ maiestatis ab eo commissum, quibus se subscribit Francisc. Aret. in d. l. si quis post accusationem. ff. de testa. fretus authoritate Ioan. And. in d. c. Fœlicis. de pœn. in 6. & d. c. cum secundum. de hæreti. eo. lib. & dicit illic Aret. c. cum secundum, fortiter facere pro Io. And. in d. c. Felicis, contra Bar. in l. post contractum. ff. de dona. & sic simpliciter Fran. Aret. cum Io. And. pedibus it in sententiam, ipse idem Areti. in l. qui a latronibus. ff. de testa. dicit Arch. cum Ioan. And. sentire in d. c. Fœlicis. de pœ. in 6. Et Paul. de Cast. remansit dubius in d. l. post contractum. ff. de dona. dum remittit se ad ea, quæ Dyn. & Bar. scripserunt in d. l. Imperator. ff. de iure fisci. & statim subiungit, quando tale est crimen, in quo bona statim sunt confiscata etiam ante sententiam, vt est in crimine læsæ maiestatis & hæresis, & in casu. l. cõ

18 missa. ff. de publi. & vectig. dominium statim amittitur. † Cum Dyno conuenit Dominicus de S. Gemin. in d. c. Fœlicis. & in c. pro humani. fi. de homi. in 6. per illum tex. & in d. c. cum sin. Luc. de Pen. in l. 1. C. de peti. bono. subla. lib. 10. dicit per constitutionem Caroli Secundi bona talium proditorum ipso facto in curiam transferri absque vlla possessionis eorum adeptione, & fiscus ad ea vendicanda vsque in viginti annos contra quẽcunque possessorem agit, & huiusmodi constitutio secundum eundem Luc. sic incipit, si dubitatio non est. Idem Luc. in l. cũ allegatis. C. de re mili. lib. 12. recensuit longe alia plura, quæ ingenio cuiuscunque legentis non mediocriter conferant. Nouissime vero sic absoluit, directum rerum dominium pp. crimen læsæ maiestatis ipso iure non amitti. sed vtile tñ. & hoc pacto satis erit factum. d. l. quæsitum. ff. qui & a quib. manumissi lib. accip. & l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acqui. hære. & l. cũ filius. §. fi. ff. de leg. 2. l. 2. ff. de bo. eor. qui ante sent. mor. sibi consci. & §. per contrariũ. iuncta gl. interpretatione. in verbo. desinere. insti. de hære. quæ ab intesta. defe. quem tex. Frãc. Aret. pro opinio. Bar. subtiliter induxit in d. l. qui a latronibus. §. 1. ff. de testa. Et in hoc Luc. cum Bar. conuenit in d. extrauag. qui sint rebel. in verbo, rebellando, & Andr. de Iser. in d. c. 1. de feudo sine culpa non amit. Cum Dyno sentit etiam Iacob. de Bel. in §. 1. in verbo, mox. in auth. de incest. nup. colla. 2. Et glo. illic idem sentit in verbo, imminere. Dicit enim in casu illius §. & l. fi. C. ad leg. Iul. maie. & alijs in eadem gloss. expressis, dominium rerum amitti ipso iure. & Iac. de Bel. vis. mouetur per d. c. cum secundum de hereti. in 6. Secundo per l. Manicheos. C. de hæret. & ibi tex. videtur esse clarius ibi, quos etiam bonorũ publicatione prosequimur. & in d. l. fi. C. ad leg. Iul. maiesta. ibi nam ex quo sceleratissimum quis consilium accepit, exinde

19 quodam modo sua mẽte punitus est. † Videat nunc vnusquisque, quantum sit periculosum hominum iudicium, vt tot & tanti patres in diuersas & omnino aduersas diuisi sint sententias, eosdem canones, & easdem leges, easdemque rationes in suam trahentes sñiam, præsertim. l. quæsitum. ff. qui & a quib. manumis. liber. non fi. quã Bart. in l. Imperator. ff. de iure fisci. dicit pro se concludere, videlicet dominiũ ipso iure nõ amitti. Dynus vero contrarium de ea sentit in d. l. Imperator. sm̃ Bar. illic. Lu. de pen. in d. l. cum allegatis. C. de re mili. lib. 12. vult eã intelligi de vtili dominio, non autem directo, & sic cum Dyn. conuenit, quatenus vtile erit dominium, sed quantum ad directum, nõ & ita Bar. distinctionem approbet in d. extrauag. qui sint rebel. col. 11. & aliorum quorum sup. meminimus. Similiter. c. secundum. de heret. lib. 6. trahit vnusquisque pro sua sñia pariter & l. pe & fi. C. ad l. Iul. maie. l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acqui. hære. l. donationes. §. fi. ff. de dona. hunc text. & l. in cognitione. J. eo. & Neoterici scriptores Bar. se subscribẽtes dixerunt, multitudini, quæ a Bar. declinauit, consentiendũ non esse, cum multitudo illa a vera legum & canonum traditione declinauerit. Sed cũ multitudinis cõis omnium Legistarũ & Canonistarũ schola & Bar. ipse, quo antiqui & recentiores veluti quodã numine vtuntur, tm̃ tribuit, vt ab ea recedi non debeat, maxime vbi origo eius a Dyno initiũ assumpsit, vt neque Bar. ipse, qui ab Vltramontanis pro idolo obseruatur, nihil boni dixisse visus sit, nisi quod Dyni spiritus ei insufflauerit, hac rõne visum est mihi nõnulla in mediũ afferre, vt posteris disputãdi, & cogitãdi occasionẽ relinquã, boni quique iudices de mẽ prout spiritus domini administrabit animi sui iudicium infor-

20 mabunt. † Progrediamur igitur disputationis gratia, quæ pro Accursio & Dyno mouere possunt, sicut inquit gl. in l. damni infecti. §. ei qui in verbo, plus autem. ff. de dam. infec. q̃ Ro. illic a quodam perito aduocato didicisse profitetur. Et soleo allegare glo. in l. 2. §. leui argumento. C. de hæret. quę illum tex. no. in his verbis, & latis aduersus eos sanctionibus succumbere debeat, qui vel pro leui argumento a iudicio catholicæ religionis, vel tramite detecti fuerint deuiare, & inquit glos. leui articulo, qui manifeste debet sciri, quia pertinaciter illud asserit, nõ autẽ si illud gratia disputandi referret, quoniã hæretici vocabulo non continebitur. hic autem noster articulus leuis dici non potest, quod in vnam & alteram partem a viris omni parte in iure ciuili & canonico meritis, dubius suo lumine redditus est.

21 Pro † Accursio & Dyno inducitur primo. d. l. ex publicorum. ff. de accusa. in duabus suis partibus. Prima est in his verbis, nõ alias transeant aduersus hæredes pęnę bonorum ademptionis quam si lis contestata, & condemnatio fuerit secuta, excepto repetundarum, & maiestatis iudicio. In criminibus igitur illis exceptis, ante litem contestatam & secutam inde condemnationem pęna ademptionis bonorum aduersus hæredes transit. Secundo in his verbis, vt bona eorum fisco vendicentur. ecce quomodo cum hæredibus de confiscatione non tractatur, quasi dicat, non esse dubium, bona ipso iure esse cõfiscata, sed de bonorum ademptione tantum. verbum enim, vẽdicentur, pręsupponit vi verbi dominium apud fiscum esse. l. Quintus. §. argento. ff. de auro & argen. lega. in verbo, vendicentur, apud hæredes autem solam rerum detentionem, propter quam ab eis bona vendicantur & eripiuntur. l. vnica. C. de alie. iud. mutan. causa facta. l. officium. & l. qui restituere. ff. de rei. vendi. Et ideo dixit, non alias transeunt aduersus hæredes pęnę bonorũ ademptionis. & sic de ademptione bonorũ aduersus hæredes solum quęstio est. hoc pulchre dicit Do. de san. Gemi. in d. c. cum secundum. in verbo, ipso iure. de hæret. in 6. dum gl. dicit ipso iure confiscari bona in crimine læsæ maiestatis & hæresis. l. 4. C. de hære. & l. donationes. §. fi. ff. de don. Et Do. inquit, Intellige hoc verum, intantũ quod vendicentur bona per episcopũ, vel fiscũ de manu possessoris nullo dato pretio per quascũque manus transierint, nisi pretium, vel aliquid esset loco pretij in bonis hæretici, argu. l. si cũ dotẽ. §. fi. & l. seq. ff. solut. mat. l. Imperator. & l. si quando. ff. de leg. 1. Et ratio, secundum eũ, est, quia fiscus vel inquisitores vendicant sibi rem, sed vendicãs pretium non restituit. l. inciuilem. C. de furt. & quia effectus donationis retro trahitur. l. quisquis. §. emancipato. C. ad legẽ Iuliam maiesta. Et si hæc in crimine læsæ maiestatis locum habent, fortius in crimine hæresis. c. vergentis. extra de hæreti. Et quod hæc interpretatio vera sit, declarat glos. in d. l. ex iudicio-

rum,in verbo,maiestatis.ff.de accusatio.& vt supra dictum est
hic Angel.sequitur, & clarius Bald. in dicta authenti.si captiui.C.de episc.& cleri.Ex qua duos effectus procedere ait,quos
22 vide.† Et bene facit l.1.§.an bona.ff.de iure fis.quē sic inducas.
nam in capite legis Iureconsultus nōnullos casus expressit. in
quibus lex vult bona ad fiscū ipso iure venire,& prętcr cęteros
casum huius senatuscōsulti commemorat in his verbis, vel qp
mors ab hæredibus nō vindicetur in.§.an bona.dicitur, an bona quæ soluendo non sunt ipso iure ad fiscū pertineant, quæsitum est,vbi ergo bona illorum soluendo sunt,haud dubie ad
fiscum ipso iure pertinent,nec aliud in illo.§. in dubitationem
versum est.Et sequitur in versic.Labeo.etiam ea,quæ soluēdo
non sunt,ipso iure ad fiscum pertinere.Ecce quomodo ille.§.
an bona.hunc tex.in his verbis,non alias publicantur declarat
& pariter Ang. expositionem, qm̄ ipso iure dominiū ad fiscū
pertinet,sed ante non publicantur,id est publicata fisco nō incorporantur,seu a fisco vendicabuntur,donec constiterit occisum esse patremfamilias, & hæredem ante quæstionem de familia habitam suppliciumq; sumptum hæreditatem adiisse.
23 † fortiori ratione in principe hoc obtinet,qui verus est Reipublicę pater.§.fi.in auth. neque virum quod ex dote. colla.7.&
cui omnis debet reuerentia.c.solitę. extra de maiori. & obed.
24 dicā in l.pe.J. eo. Secundo † hæc conclusio aperte probari vr̄
in l.pe.& fi.C.ad legem Iul.maie. Primo in l.pen.dr̄,bona post
mortē vendicari iussit. & haud multo post sequit̄ in eadē lege
& nostro tempore multis hæredibus ablata sunt. Secūdo in l.
fi.dicitur,memoria eius damnetur, & eius bona successoribus
eius eripiantur.Nam ex quo sceleratissimū quis consiliū accepit,exinde quodāmodo sua mente punitus est. Et sic clare ex
illis duabus legibus constat, de cōfiscatione Imperatorē non
contendere.Quia cū sua mente iam cōdēnati & puniti sint,de
ereptione bonorū tm̄ quærendū esset ait,quę ab eo veluti iam
punito, eripi iubet. hoc etiā vlterius manifestant alia verba sequentia eiusdē legis ibi, & si decesserit quis propter incertam
personā successoris bona obseruant,si in causa maiestatis fuisse mortuus arguatur.Et sic ex his verbis clare cōstat secuta declaratione aduersus mortuū bona ex die cōmissi delicti fisco
acquisita esse.Illa enim verba,propter incertā personā successoris,& sic post cōmissum delictū sola successoris incertitudo
remanet,q̄ statim,secuta cōmissi criminis declaratione, tollit,
vt dicit tex.in d.l.cū filius.§.fi.ff.de lega. 2. ibi, quod irritū esse
post defuncti memoriā damnatā apparuit,& sic sentētia quātū ad dominiū nihil affert. Et ad id induco text. in c. cum s̄m,
de hæret.in 6.ibi, ipso iure de fratrum nostrorū cōsilio decernimus cōfiscata. Et sequitur in illo text. Confiscationis tamen
huiusmodi executio, vel bonorum ipsorū occupatio fieri nō
debet per principes &c. Antequā,inquit in fine illius decretalis,per episcopum loci vel aliam personam ecclesiasticam,quę
super hoc habeat potestatem,sententia super eodem crimine
fuerit promulgata. Ecce quomodo in criminibus exceptis seu
priuilegiatis sententia non nisi ad facti declarationē expectanda est,vt bona occupentur,& fisco incorporentur,seu cōfiscata esse ex die cōmissi criminis declarentur,nō autē vt publicētur seu confiscentur, quia sententia iudicis nihil a qualitate criminis detrahere pote, etiam si secundū pęnā legis pronunciata nō sit l.palā. §.fi.ff.de ritu nuptia.& in extrauaganti, qui sint
25 rebelles.† Et ad id induco l.qui pęnæ.ff.de manumis.inquit ille tex.Qui pęnæ serui efficiuntur, indubitate manumittere nō
possunt, quia & ipsi serui sunt. Illorum autē pęna bonorū est
exceptio,quæ cōcomitatur reos illorum criminum,dicta l.penul.& fina.C.ad legem Iul.maiest.fructus enim fiunt fisci propter delictū,dicta l.1.C. de his quibus vt indig. auferuntur hæredit.Nam ab eis fructus, quia medio tēpore percepti sunt fisco
restitui debent l.1.in princip. & l.quinq. legibus.ff.de bonis dānatorum.Et Ioannes Faber in l.res vxoris.C.de dona.inter virum & vxorem, dixit in crimine lesę maiestatis bona ipso iure confiscari,per dictam l.quæsitum.ff. qui & a quibus manumissi libertatem accipiunt, & in crimine hæresis, per dictū.c.
cum secundū de hæreticis in 6. & ille tex.fecit Aretinū variare, & a prima sua opinione, quæ erat Barto.discedere in dicta
26 l.si quis post accusationem. ff. de testa. † Quibus addo Felynū
in d.c.1. extra de constitutio. Dicit enim non obstare, si dicat̄
in pęnis ipso iure impositis declarationem requisitā esse d. ca.
cum secundum,quoniam non ad id requiritur, vt pęna incurratur,quoniā,inquit,iam incursa est,sed ad hoc,vt bona per fiscum apprehendi possint, cui de delicto incurso non constat,
s̄m Bart.in l.eius qui delatorem.ff.de iure fisci, sed pronunciatur cōmissum esse delictum, quo declarato pęna iam incursa
est s̄m Abb.in c.peruenit.primo.extra de appel.Et prius eo expressius tenet Bald.in c. 1. vers. vel si cum filia.quibus modis
27 feud.amitt.colla.10.† Dicit enim,quādo ipso iure aliquis a rebus suis cadit, ferenda non est sententia super bonorum amissione,sed super amissionis declaratione.§.1.in fine.& §.fi. vers,
veniant in auth.de incęst.nupt.colla. 4.& l.facultas. C. de iure
fisci.lib.10.l.cum duobus §. idem respōdit ff.pro socio. & aliis
plerisque legibus per eūdem memoratis. Neque s̄m eundem
Bal. refert, an dicat iudex, priuamus, vel declaramus in priuationis pęnam incidisse l.1.§.calumniatoribus, versi. si aūt pronunciauit ff.ad Turpil. idem dicit Dom. in c.1.de homic.lib.
6.& Roma.in d.l.stipulatio.§.habet.ff. de noui ope. nunc. post
Bar.in d.l.eius qui delatorem,dicit quantumcūq; propter crimen hęresis bona publicentur, necesse tm̄ est iudicem sua sententia declarare talem hęreticum esse d. l.eius qui delatorem,
& l.non tantum.§.senatus ff.de fideicomm. liber. Hoc idē dicit Cardin.Alex.in d.c.item si fidelis,in princ.quib. mod.feud.
amitt.colla.10.post Bal.in c.1.de feud.sine culpa non amitten.
colla.10.idem not.Ioan.de Platea in d.l.eorum.C.de iure fisci.
28 libro 10.† Restat igitur his quæ pro Bar. & sequacibus adducta
sunt respondere,tametsi non comperiam Dynum in l.Imperator. ff. de iure fisci, dicere reum criminis lęsæ maiestatis statim commisso delicto rerum suarum dominium amittere,
quamquam Bar.& qui eum sequuntur, sic Dynum referant.
Verum est autem Dynum in eadem lege distinguere,quando
delictum circa rem committitur contra legis prohibitionem,
vel quando extra rem, vt plenius Bar. in eadem lege declarat.
Tamen quantum ad crimen hęresis & lęsę maiestatis dicit necessariam esse condemnationem ad hoc,vt dominium rerum
hæretici aut rei læsę maiestatis acquiri possit, d.l.ex iudiciorū.
ff.de accusatio. Tamen ex die quo in crimen incidit, videri interdictam esse bonorum administrationem, & ex consequēti
dominij dispositionem ademptam l.donationes.§.fi.ff de donatio.& d.l.ex iudiciorum, & Iaco. de Bel.Vil.in d.§.1.in auth.
de incęstis nuptijs,collatio.4.sic Dyn.refert sicuti scriptum inuenio in libro meo,nescio si Bar.& qui eum sequuntur, lecturā Dy.aliter scriptam habeant in voluminib.suis.Quocunq; sit
pro ea opin.quę Dyn.ascribitur, quæ etiam fuit Accur.videamus,si leges,quæ pro Barto.allegatę sunt, recte ꝯ Accur.probent. Et quia vis maior conuersa est in d.l.quæsitum ff.qui & a
quibus manumiss.liber.accipi.quam vtraque pars disputantiū
pro se inducit,& quamuis nollem me arbitrum inter tam præclari nominis viros constituere, disputationis gratia tantum
29 quid sentio aperiam. † Ego autē puto, si recte illa l.quæsitum,
legatur, probare reum lęsę maiestatis ipso iure dominiū rerū
suarū ipsa sola cogitatione & conscientia sceleris amittere, &
multo plus, inquit ille tex. cogitatione & conscientia delictorū,quam damnatione ius dandę libertatis eum amisisse. Ratio
huius dicti posita est in eadem lege, ex eo enim tempore, quo
quis propter facinorum suorum cogitationem iam de pœna
sua certus esse poterat. Ecce quomodo iureconsultus ex resp ō
so Imperatoris Antonini ad Calphurnium Critonem quęstioni sibi factę respondet,qua quæsitum erat a Paulo iureconsulto illius legis authore, an is, qui maiestatis crimine reus factus
est,manumittere possit. Ratio seu causa dubitādi propter quā
Paul. consulebatur, est, quoniam ante damnationem reus dominus est. Sed Paul.iureconsultus, vt quæstioni & rationi dubitandi satisfaceret, ex responso Imperatoris Antonini dixit,
reum criminis maiestatis non tantum facultatem & potestatem manumittendi amittere, sed & ius ipsum dandę liberta-
30 tis.Sed quare dixit ius dandę libertatis,nō dominium,dic † qm̄
in personis proprie dominium non cadit,sed ius tantum incorporale seruitutis l.manumissiones ff.de iustitia & iure. Licet in
dominio nostro sint l.& seruorum ff.de sta.ho.& hoc demonstrat seruitutis diffinitio in l.libertas ff. de sta. ho. & §.seruitus,
instit.de iure perso. Seruitus,inquit,est constitutio iurisgentiū,
qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur.§.1.Insti.
de his qui sunt sui vel alie.iur. propter quam subiectionem dicimur seruorum dominium habere, quamquam, vt dixi, ius
magis sit quam dominium. Et ideo dicit Paulus iurecōsultus
reum criminis maiestatis ius dādę libertatis amittere l.seruos,
31 ff.de lega.3 † Secundo ex eadem lege habes,quomodo condēnatio nihil noui afferi, cū multo plus cogitatione & conscientia delictorum, quam damnatione ius dādæ libertatis amittat.
Et iterum,volo te considerare iureconsultum Paulum ad quæsitum tantum respondisse. Solum enim quæsitū erat, an reus
criminis læsę maiestatis manumittere posset, tamen dubitandi rationem simul cum quæstione absoluere voluit,& respondit, non posse manumittere, cum ius dandę libertatis amisit.
Et ratio, inquit ille textus, est, quoniam multo plus cogitatione,quam dānatione serui dominus esse desierat, & dum Paulus,ius dandæ libertatis reum amittere dixit, hac occatione ductus est,vt dubitādi rationem tolleret, quia existimabat is, qui
Paulum interrogabat, reum adhuc dominum esse illarū rerum, etiam postquam deliquerat, & ideo Paul. iureconsultus
dum reum illius criminis dixit non posse manumittere,duplici ratione confirmare voluit. Prima, quia ius dandæ libertatis
amiserat ex eo tempore,quo facinus commisit. Secunda,quia
statim commisso delicto de pęna sua certus esse poterat, quoniam iam a lege condemnatus est. Nam tanta est legis aduer-

sus reos illius criminis indignatio, vt sola sua cogitatione damnatos esse voluerit. Et illa legis damnatione rerum dominiũ admittur. & si de dominio iurecõsultus respondere non intellexisset, ea forma respondisset, qua Imperator in l. fin. C. ad legem Iul. maiesta. ibi, neque alienare, neq; eum manumittere posse, neq; ei soluere iura debitorum. quod in cæteris criminibus simile non est. l. reo. ff. de solutio. sed vt clarius demonstraret voluisse seruorũ dominium attingere, dixit ius dandę libertatis reum lęsę maiestatis amisisse. Ius illud est dominium, qđ in seruos habemus. l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendica. melius in l. 1. in princ. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. ibi, de iure personarum &c. l. 2. eo. titulo. ibi, dominorum quidem potestatem in seruos suos illibatã esse oportet, nec cuiquã hominum ius suũ detrahi. qui tex. reperitur in §. fi. insti. de his qui sunt sui vel alie. Iur. ius autem illud est quędam potestas, quæ in caput hominis datur, quo hodie abuti non licet, ne naturę ius offendatur, qđ ęque in seruo vt in libero lex seruare voluit. l. hos accusare. §. fi. ff. de accus. Et quamuis Bar. in d. l. Imperator. ad illa verba dicat ius tantum administrandi amittere, adde, hoc ius dandę libertatis factum potius administrationis, quam ius ipsum quod in homines habemus, considerare. l. qui pęnæ. ff. de manumis. inquit, qui pęnę serui efficiuntur, indubitate manumittere nõ possunt, quia & ipsi serui sunt. & sequitur, sed nec rei capitaliũ criminũ manumittere seruos suos possũt, vt senatus cẽsuit. Et fortioribus terminis vtitur illa lex in vltimo responso illius legis ibi, vel cum futurum prospiceret, vt damnaretur, seruis donatas libertates nõ competere.

32 † Sed ex illo tex. patet responsio ad dicta per Bart. in d. l. Imperator. quia verum est dicere, vendere, & manumittere, & similia, quatenus in facto consistunt, in administratione esse. & ademptionem illam administrationis non tantum crimini lęsę maiestatis conuenire, sed & alijs capitalibus criminibus, inferioribus tamẽ a crimine lęsę maiestatis. hoc aperte declarat dicta. l. qui pęnę. versicul, diuus quoque Pius. In quo versiculo mea opinione rescriptum diui Pij ad Calphurnium transcriptum est in d. l. quæsitum. nam in illo versic. diuus Martialis iureconsultus author. d. l. qui pęnę. dixit ex illo rescripto reos legis Cornelię de sycarijs, vel de falsis, nõ tantum post damnationẽ manumissionis incapaces fieri, sed etiam ante cõdmnationẽ, si rei suspiciantur se ex lege Cornelia illis criminibus cõdemnari, vt dum in ea suspicione sunt nõ possint manumittere. & si de facto manumiserint, datas libertates non competere neque seruos ad iustam libertatem posse peruenire. Et per eam videtur declarari. l. post contractum. ff. de donatio. in his verbis. Nisi condemnatio secuta fuerit. quia donationes, & cęteri contractus post contractũ capitale crimẽ facti reuocatur, si postea condemnatio sequatur, & sic in illis effectus similiũ contractuum suspenditur, donec secuta fuerit condemnatio, si tamẽ accusati inter reos descripti sint, quãuis cõmunis lectura aliter se habeat, & intelligant eam omnes de donatione facta ante sententiam, vt reuocari non possit, licet ante donationem reus accusatus fuerit de crimine, ex quo secuta est condemnatio per quã bona eius publicantur, tamen dicta. l.

33 qui pęnę sentit qđ dixi. † Sed non sic est in crimine lęsæ maiestatis, seu perduellionis. l. donationes. §. si ff. e. de donatio. & ratio in illo text. est, quia crimen non tantum reum tenet, sed & hæredes eius, etiam si reus nondum postulatus de vita decesserit. Et ob id in hoc crimine non tantum prohibetur id, quod de facto fieri potest, sed & ius ipsum sic afficitur, vt ab eo tollatur, qui huiusmodi crimen sola cogitatione & conscientia criminis, qua a lege ipsa condemnatur, commisit. Namque lex ius ipsum manumittendi, quod in personam hominis radica-

34 tum est ipso iure tollit. † Et vt clare pateat hæc duo differre, videlicet ius dandę libertatis, & manumittere, tolle exemplum in furioso, pupillo & similibus personis, quibus a lege suarum rerum administratione interdictum est. l. prima. ff. de cura. furio. illis namque ius concedendę libertatis competit manumittere autem non possunt. l. furiosi & muti. & tribus seq. legibus. ff. de manumis. vindicta. Sed propius accedo, si non vis hoc

35 admittere, dico † manumissionem in administratione patrimonij non esse, sed in iure consistere. l. seruus furiosi. ff. de manumiss. ibi, Quia in administratione patrimonij, manumissio nõ est. Et ideo in his legibus, in quibus serui manumissio prohibetur, non ipse actus manumittendi tantum prohibetur. sed ius ipsum prohibitum & sublatũ est dicta l. seruus furiosi. Fortius igitur dicendum est vbi lex specialiter & nominatim circa ius disponit, vt in dicta l. quisquis. prima. ff. qui & a qui. manu. lib. ... ip. dum in ea dicitur reum maiestatis ius dandę libertatis amisisse. Adde Iac. de Belui. in dicto ... in auth. de incest. nup. colla ... qui similem inductionem facit de l. 1. C. ad leg. Iul. maiesta. dum illa ... ait. ex quo quis sceleratissimum consilium accepit, exinde quodãmodo sua mente punitus est. Non enim dominus esse potest, qui ratione delicti factus est seruus fisci d. l. qui pęnę. ff. de manumi. Et ideo tex. in dicta. l. fin. C. ad leg. Iuliam maie. ait, cum ex quo sceleratissimum quis cõsiliũ accepit, exinde quodãmodo sua mente punitus est. & in l. Manicheos. C. de hæret. dicitur. Quos bonorum etiam omnium

36 publicatione persequimur. † Non obstat lex, Pantonius. §. res perduellionis ff. de acquirenda hæreditate, quę recte intellecta pro Dyn. contra Bart. facit. Et declaratur aperte in l. res quæ. in prin. versi. & defuncto ff de iure fisci. defuncto maiest. reo parato hærede purgare innocentiam mortui distractionem bonorum suspendi. Hoc est quod dicitur in d. §. rei perduellionis suspensa cognitione filius, cui de patris innocentia liquet, potest querere, vbi a contrario si de innocentia nõ liquet, in suspẽso est, imò neque rerum eius distractio suspendi poterit, & sic præsupponunt hæc verba, dominium earum rerum apud fiscũ esse, sed distractionem tantum differri, donec clare crimen detectum sit, qua declaratione secuta, retro effectum suum trahit l. cum filius §. fi. ff. de legat. 2. ibi, quod irritum esse post defuncti memoriam damnatam apparuit. In quo tex. nota primũ verbum, irritum esse, & demũ nota verbum, apparuit, quæ lex recte cum hoc tex. nostro conuenit secundum Ang. interpretationem, non alias publicantur, id est, publicata declarantur, quam si constabit &c. Melius in d. c. cum secundum. de hæret. lib. 6. & ideo dicit tex. in d. l. cum filius. §. fina. danda est facultas repetendorum legatorum ex testamento perduellionis soluto rum. Et facit l. 1. C. de his quibus vt indig. dum ille tex. ait, † hę

37 redes quos necem testatoris multam omisisse constiterit, fructus integros cogantur reddere. neque enim bonęfidei possessores ante cõtrouersiam illatam videntur fuisse, qui debitum pietatis officium omiserunt. Ecce quomodo trahitur retro dominij omissio, antequam rei criminis accusati fuerint, dum ait ante controuersiam illatam. Secundo ex illis verbis, hæredes quos necem testatoris inultam omisisse constiterit, fructus integros cogantur restituere. collige quomodo hæres in possessione hæreditatis manet donec de negligentia eius constiterit. Non obstat l. qui a latronibus. §. fina. ff. de testa. l. aufertur §. in reatu ff. de iure fisci. l. 2. §. fi. ff. de bo. eo. qui ante senten. mor. sibi consci. l. post contractum. ff. de dona. l. fin. C. de iure fisci. lib. 10. l. prima. C. si penden. appella. mors interue. l. prima & fina. C. si reus vel accu. mor. fuer. & similes, quæ in criminibus exceptis non intelliguntur, & in quibus memoria post mortem accusari & damnari potest, de quibus in l. ex publicorum ff. de accusa. Et ita respondet glo. in l. reo. ff. de solutio. & in d. l. aufertur. §. in reatu, & in d. l. post contractum, & l. donationes. §. fin.

38 ff. de dona. † Cæterum pro Bart. plus viget. §. per contrarium. insti. de hæred. quæ ab intest. defer. iuncta glossę interpretatione in verbo, desinere. In primis dixerat ille tex. per contrarium euenit, vt licet quis in familia defuncti sit mortis tempore, tamen suus hęres non fiat, veluti si post mortem suam pater iudicatus fuerit perduellionis reus, & demum in fine dicit, sed potest dici ipso iure esse suum heredem, sed desinere, & dicit Accursius, scilicet lata sentẽtia. Nam non facit ipso iure desinere hæredem suum esse tale delictum, & illum tex. singulariter inducit Francis. Aret. in dicta l. qui a latronibus. §. primo, circa princ. ff. de testa. vt bona ipso iure in crimine lęsę maiestatis confiscata non sint. Et And. de Iser. in capit. vnico. in verbo, & ab indignis, quę sint regalia. collat. prima. ad casum huius senatusconsulti deducit, cum in eo oporteret probare defunctum occisum fuisse, & hæredes neglexisse, quẽadmodum in dicto, §. per contrarium. glo. dicit pronunciari debere bona in fiscum venire, quia contra imperium reus accusatus commisit. Et sic priusquam pronunciatum fuerit, oportet iam cognitũ & probatum esse, & in hoc senatusconsulto non ex delicto occiden-

39 tium bona confiscãtur, sed ex mora hæredum, † hoc vltimum dictum non est verum, quia requiritur vtriusque concursus, scilicet, occisum esse dominum, & hæredes negligere vindictam mortis. Ita est hic text. in dicta l. prima. C. de his quib. vt indig. Sic tex. ait, non alias bona publicantur, quam si constabit esse occisum patremfamilias, & hęredem ante quęstionem de familia habitam, & supplicium sumptum, adijsse hæreditatem. Ecce quomodo copulatiue ista duo requiruntur. non enim dabilis est negligentia vindicandę necis, si necatus non est. l. prima. §. illud. supra eodem. neque punibilis esse, si non neglexit vindicare. dictum est in l. prima. §. quod si quis puta veneno. & §. si sibi manus, & §. si quis in villa. & in l. tertia. §. si cũ omnes,

40 & §. subuenitur, & §. sequenti. supra eodem. † Respondendum est igitur argumento dicti §. per contrarium. quem Iustin. Imperator excepit ex l. 1. §. primo. versic. interdum ff. de suis, & legiti. hæredi. cuius legis verba sunt, interdũ etiam filius suus hæres excluditur fisco prælato, puta, si perduellionis fuerit damnatus post mortem suam, hoc quoque vt nec iura sepulchrorum hic filius habeat. Ecce quomodo Iustinianus adduxit. §. per cõtrarium, vltra quam a Iurisconsulto scriptum esset. Sed non obstabit ille tex. plus quod salio pro Bartol. vrgens, quia ille text. innuere videntur de eo, qui viuens inter reos criminis maiestatis positus non est, & post mortem iudicatus, & memoria condemnata, filiũ adhuc suum hæredẽ esse, sed desinere post sententiam.

tentiam,& non antea,secundum Accursij expositionem. Sed
vt clarius responsio pateat,iuuabit casum §.recensere. Nam in
capite.§.interdum. eodem tit.imperator locutus est de eo, qui
suus hæres patris est, licet mortis tempore in patris potestate
non esset,propter iuris postliminij fictionem suus hæres effici-
tur,& subiungit. Per contrarium,inquit,hęres suus non est,li-
cet in familia defuncti sit mortis tempore, quia post mortem
perduellionis reus iudicatus est,& memoria damnata,quia reo
condemnato fiscus succedat. Postremo ait imperator: Sed po
test dici ipso iure esse suum hæredem,sed desinere, & Accur.
exponit,lata sententia. Nā non facit ipso iure desinere hęredē
41 suum esse tale delictum. Sed † ego puto ad illum §.per contra-
rium responderi posse non obstante Accursij interpretatione
per rationem dictę.l.cum filius.§.fin.ff.de legat.secundo,& di-
ctam l.primam.C.de his quib.vt indig.verū esse ex lege duode
cim tabularum,qua filij sui & necessarij erāt hæredes patris. §.
sui.insti.de hære.quali.& differ.& l.necessarijs.ff.de acq. hære.
& §.sui insti.de hęred.quæ ab intest.deferun.quia ratio natura
lis obstabat,in qua lex duodecim tabularum fundata erat,quę
nolebat filium pro patre pati. Per eam enim filius non prohi-
bebatur hæres esse patri,licet pater deliquisset l.cum ratio ff.de
bonis damna. Sed cum imperatorum authoritate contra legē
duodecim tabularum bona a filijs propter patris crimen adi-
muntur, statimque quo delictum a patre commissum est, sic
affecta fiūt fisco, vt bona ipso iure desināt rei perduellionis es-
se,sed donec super crimine decisum sit an reus esset,interim fi
lius in possessione manet d.l.prima.C. de his quib. vt indig. se-
cuta sententia desinit in possessione esse,sed ab eo aufertur, &
integros fructus antea perceptos restituit per illum textum.&
illa dictio,sed posita in fine illius. §. ibi, sed desinere ad princi-
pium.§.per cōtrarium.referri debet cum ait,vt licet quis in fa-
milia defuncti sit mortis tempore,tamen suus hæres non fiat,
quia reus perduellionis erat, propter quod memoria eius post
mortem damnata est. Et ita declarat illa l.cum filius.§.finali.ff.
de lega.secundo.ibi,quod irritum esse,post defuncti memoriā
damnatam apparuit. Et hoc præsenti. dicta l. quęsitum.ff. qui
& a quib.manumis.lib.accipi.dum ait,multo plus cogitatione
& conscientia delictorum, quam damnatione ius dandæ li-
bertatis eum amisisse.idem in l.fina.C. ad legem Iuliam maie
statis. Et ideo verbum desinere, potius ad facti executionem
refertur,quam ad sententiam, quicquid Accursius sine lege di
cat,qua lex ablationem possessionis rerum tantum suspendit,
nō autem dominij earum acquisitionē,dicta l.res quę in prin.
ff.de iure fisci.ibi,distractionem bonorum suspendi inserunt,
donec iudicatum fuerit illum crimen commisisse, & in dicta
l.1.C.de his quibus vt indignis.quæ lex euitari non pōt, & per
illam recte declaratur ille.§.per contrarium.cuius verba supra
42 transcripsimus. Et hoc ideo est, † quia lex sententiam fert ad-
uersus huiusmodi facinorosos homines,& solam facti execu-
tionem differt,donec iudex de crimine cognouerit l.prima. in
princ.C.de petitionibus bonorum sublatis.lib.10.ibi.Quisquis
in crimine maiestatis deprehensus fuerit,& punitus, bonaque
eius,sicut plectendi consuetudo criminis habet, fiscus inuase-
rit. Ecce quomodo lex possessionis ablationem tantum expe-
ctat.Simile in dicta l.fi.C.ad leg. Iuliam maiestatis. Et id aper-
tius declaratur in dicto cap.cum secundum.de hereti.libro sex
to.ibi,bona hæreticorum ipso iure decernimus confiscata. Cō
fiscationis tamen huiusmodi executio, vel bonorum ipsorum
occupatio fieri non debet per principē,aut alios dominos tem
porales,antequam per episcopum loci vel aliam personam ec
clesiasticā, quæ super hoc habeat potestatem, sententia super
eodem crimine fuerit promulgata. Et propter illum textum
Franciscus Aretinus in dicta l.si quis post accusationē.in prin-
cip.ff.de testamen.adhęret Ioanni Andreæ in capitu.fœlicis.de
pœnis.in sexto. contra opinionem Bartol.in l.post contractum
ff.de donationibus. Et idem sentit hic Angelus dum interpre-
tatur verbum,publicantur.id est, confiscantur; et incorpora-
tionem.statim enim commisso delicto bona publicantur, sed
non incorporantur, nisi secuta condemnatione, sed ea secuta
apparet retro fuisse principis. dicta l.cum filius §.fina. ff. de le-
gat. secundo. ibi, quod irritum esse post defuncti memoriam
damnatam. Et ratio est,quia suo consilio & conscientia crimi
43 nis statim condemnati esse videntur, dicta l. quæsitum. † Nec
absurdū est dicere duas esse sententias, vnam iuris & alterā iu-
dicis,quoniam lex inter eas differentiam facit in l.prima.§ pri-
mo.versic.nam vt Papinianus ff.ad senatuscon. Turpil.l.palam
§.quæ in adulterio ff.de ritu nup.sic in reos læsę maiestatis duę
sunt sententiæ,vna iuris, quæ ipsos rerum suarum dominio ip-
so iure priuat,altera hominis,quæ factum declarat, per quod a
lege seu legis sententia ipso iure priuatus est,& pęnę seruus ef-
fectus. Et si dixeris c.cum secūdum.de hęret.in 6.in suo casu tā
tum intelligendum esse,videlicet in crimine hæresis,non autē
44 licere ad crimē læsæ maiestatis humanæ extēdere,quoniā † va-
let argumētum de crimine læsæ maiestatis ad crimen hęresis,
quia si in crimine læsæ maiestatis aliquid licet,fortiori ratione
in crimine hæresis concedi debet,sicut arguit Imperator in di-
cta.l.Manicheis.C.de hęreti.sed non conuertitur,quia plus est
diuinam,quam humanam offendere maiestatem.authen. Ga
zaros.C.de hęreti.& dicto.c.cum secundum.cap.duo sunt 96.
distinc. epistola, victor.C.de summa Trinit.& fide catho.hoc
argumento vtitur Guli.de Cu. in dict.l.1.C.de his quibus vt in
dig.Dic iura canonica, quæ vt iusta ratione moueatur ad simi-
litudinem lęsę maiestatis humanę bonorum confiscationem
introduxerunt,vt in crimine hæresis bona confiscari debeant,
sicut in crimine læsæ maiestatis humanę.& ita arguit tex.in di-
cto capitu. cum secundum. & in dicta authen. Gazaros.& illa
conclusio,quę in crimine hæresis fit,introducta non est vt per
eam constitutio,quæ de crimine læsæ maiestatis facta est tolla
tur,sed causa constitutionis in crimine hæresis ob id facta est,
cū eadē & multo maior & grauior sit causa offensionis maie-
statis diuinę quam humanæ. Confirmatur optimo argumen-
to.† Nam non tantum lex humana,sed & lex canonica & diui
na prohibent aliquid in principem moliri, vt in epistola diui
Pauli ad Rom̄. cap. 13. & primæ Petri secundo capi. qui resi-
stit. vndecima quæstione tertia dicam abundantius in l. penul.
infra eod.neque abs re facta est illa decretalis,cum secundū.de
46 hæreti.vt omnis disputatio doctorū tolleretur.† Quia in crimi
nibus non exceptis necessaria est confiscationis declaratio pri-
usquam aliquid fisco acquiri possit,vt.supr. dixi per.l.aufertur
§. in reatu. ff. de iure fisci. l. qui a latronibus. §. fina.ff.de testa-
men.Quibus adde glos.satis frequentatam in cap. quicunq; in
verbo, innodetur. de hære. in sexto. quæ huiusmodi regulam
47 facit.† Vbi a lege vel canone expresse pęna ipso iure imposita
non est,declaratoria sententia necessaria est. l. eius qui delato-
rem.ff.de iure fisci.quam Barto.illic dicit non esse aubi allega
ri solet glo.in l.iubemus.§.sane.in verbo priuentur.C.de sacro
sanc.eccle.& quod notat Dominicus in capitulo, licet.canon.
de elect.in sexto Alexan. plura,vt supra dixi. in vnum conges-
sit in apostil.Barto. in dicta.l.Imperator. ff. de iure fisci.Feyn.
in c.Rodulphus.extra de rescrip.Restat aliud argumentū,quo
48 plerique vtuntur. † Feudum, donec de culpa cognitum & de-
cisum fuerit,non amittitur. capitulo finali. quo tempo. miles
inuesti.pete.debe.capitulo vnico,de feudo sine culpa nō amit-
ten.colla.decima dic illos tex.& illis similes intelligi de alio cri
mine quam læsæ maistatis in principem,præsertim regem aut
Imperatorem. c. vnico.d. noua for. fideli. colla. 10.ibi excepto
Imperatore vel rege.non sic est in alijs recognoscentibus su-
periorem,secundum Ioan. Fab.in procę.Insti.in princ.& Sali.
in l.quisquis.C.ad legem Iuliam maiesta.per illum tex. & cle-
men.pastoralis.de senten.& re iudi.licet grauis pœna aduersus
eum imponēda sit qui talia in dominū suum molitur, in hoc
senatusconsulto Syllaniano satis cōstat, quod hac sola ratione
factum est.l.3.C.de episco.audien.ibi,reus etiam maiestatis de
domino,aduersus quem talia molitus est, veniam sperare non
debet.capitu.in primis.secunda quæstione prima. Et ideo Bal.
in dicto capitu. præterea. de prohibi. feudi. aliena. per Federi.
colla.decima.dixit,eos, qui in Imperatorem aut principem de
49 linquūt,ipso iure bona sua publicare. Et † Iaco.de sancto Geor.
in.summa feudali, in verbo, dictiq; vasalli promiserunt. versi-
culo, limitabitis. dicit pœnam transitoriā esse aduersus hære-
dem,vbi a lege ipso iure imponitur.l.tertia. §. quod autem. ff.
quod quisque iur.glo.in.capitulo,imperialem.in §. callidis. in
verbo,reuertatur.de prohi. feud. aliena. per Federi. hoc idem
dicit Bald.in cap.insuper.versiculo,quęrit glo.eod.tit. per cap.
vnicum.si vasal.feu.priue. colla.10. & illa culpa aduersus filios
transit,cap.si vasallus culpam.si de feudo fuer.cōten. inter do-
mi.& agna.colla.10.l.2.vbi per Bal. C.de liber. & eorum liber.
50 Et in his casibus,in quibus sententia condemnatoria sequitur,
fructus fisco a die commissi criminis restitui debent, d.l.1.C.
de his quib.vt indig.gl.est in d.§.1.in authen.de incęst. & nefar.
nupt.colla.2.notat Bal.in authen.incęstas.C.de incęst.nupt.Et
ratio est,quia dominus petit,quod alias retro suū fuit. l. videa-
51 mus.prima,versiculo,quid igitur. ff.de vsur.nulli autem † du-
bium est,necessariam esse sententiam facti declaratoriā,prius-
quam de feudo vasallus spoliari possit.d.c.cum secundum. de
hęreti.in sexto.& bene facit capitulum,licet.de pręben.eo.lib.
& hoc modo interpretari potest capitulū,firmiter. de prohib.
feud.aliena.per Feder.colla.10.ibi, feudum, quod ab ipso epi-
scopo, vel alio domino habuit, amittat, & dominus feudi in
vsus suos illud regendi modis omnibus habeat facultatem. &
in l.Pantonius.§.rei perduellionis.in verbo, suspensa cognit o-
52 ne.ff.de acquir.hęredi.Ex his † vtraque opinio saluari potest, vt
verum sit,ipso iure statim commisso maiestatis crimine,reum
bona sua amittere, sed possessione eorum non posse priuari,
donec sententia iudicis constiterit crimen commissum fuisse,
qua secuta non dominium rerum,sed possessio vendicabitur,
& à possessoribus eripietur,d.l.pen.& fi.C.ad legē Iuliam ma
iestatis. l. quęsitū. ff. qui & a quib. manu. liber. non fiunt.l.res
quę §

quę.§.1.ff.de iure fisci. quia lata sententia statim apparet retro
dominium fisco competijsse,dicta l.cum filius.§.fina.ff.de leg.
secundo.in his verbis,quod irritum esse post defuncti memo-
riam damnatam apparuit.d.cap.cum secundum. de hæret. lib.
sexto.l.Papinianus.§.meminisse.ff.de inoffic. testamen.ibi,&
id a fisco vendicari,quasi ab indigno ablatum. & l.res quæ. in
principio.ff.de iure fisci.Ibi,& defuncto maiestatis reo,parato
hęrede purgare innocẽtiam mortui, distractionem bonorum
suspendi iusserunt,in quo nota verbum,distractionem,per qđ
demonstratur in reo maiestatis legis sententiam intrasse,& re-
stare tantum illius sententię executionem, quę per bonorum
distractionem cõtinget. Et aliquid in lectura diximus,& id ve-
rum puto. In tex.non alias publicantur. dicit hic Ang. duo hic
copulatiue desiderari, priusquã hęres indignus hęreditate iu-
dicetur,videlicet occisum fuisse dominũ, & aditam esse hęre-
ditatem, priusquam de familia quęstio & suppliciũ exigatur.
Et sic duas esse affirmatiuas,vnam,quæ affirmatiua manet, al-
terã,quæ implicitam habet negatiuã. Ego vero dico vtranque
affirmatiuam implicare negatiuam, sicuti dicitur in l.nec co-
dicillos. C. de codici. Prima affirmatiua quæ est, defunctum
occisum fuisse,quæ cõtrariam negatiuam admittit, videlicet,
non occisum sed naturaliter mortuum fuisse dominum, de
quo constare debet,vt hic.& l.1.§.illud sup.eo.l.inde Neratius
§.fi.& l.sequen. ff. ad leg.Aquil. Secunda affirmatiua, aditam
fuisse prius hæreditatem, quam de familia quæstio & suppli-
cium sumptum fuerit contrariam negatiuam admittit,nõ es-
se aditam hæreditatem ante supplicium de familia sumptum
idque etiam constare debet,vt hic.& l.in cognitione.infr. eod.
tit.l.1.in principio.sup.eod.gl.hic alleg.l.si ea quæstio. C.de his
quib.vt indignis. Adde Andre.de Iserni.c.vnico.in verbo, quæ
ab indignis.quæ sint regalia.colla 10 & vtrunq; probari opor-
tet,quia hic tex.ait,quam si constabit.similiter dicitur in l. hæc
autem in principio.ff.ex quibus causis in possessio.eatur.leg.2.
§. si dubitetur.ff.quemadmo.testa. aperian.dixi plura in lectu-
ra. Ex his igitur secundum Ang.conclusio elici potest, negati-
uam probari debere,quoniam constare oportet defunctũ occi
sum non fuisse,& hæreditatem ante non fuisse aditam, quam
supplicium de familia sumptum sit,& quia hic articulus a ple-
risque tractatus fuit, vt ex sequentibus patere poterit, cũ vtilis
mihi visus sit,existimaui ampliore commentario prosequi, &
ab eo texturam nostrę disputationis exordiemur.

Sequitur de negatiua tractatus.

53 In primis quid sit negatiua, † & dic eam esse,quæ per se spe-
cies & differẽtias probari non potest. Illa vero dicitur mera ne-
gatiua,quæ cum in sensu non consistat,probari nequit.l. actor.
C.de proba.ibi,cum per rerum naturam factum negantis pro-
batio nulla sit,tametsi illic gl. & in l. 2. & in l. ab ea parte. ff. de
proba.verbum,factum,aliter interpretetur,& ideo Bald.in d.l.
actor.& Floria.in l.ei incumbit. ff. de proba.dicũt in intellectu
non esse,quod in sensu esse non potest,& præsertim testis,mo-
uentur per l.quod meo.§.si per vẽditorem. ff. de acqui.posses.
sed tu illis adde per partis confessionem hoc negatiue genus
probari posse l. quidam. ff.de dona. cle.constitutionem. in fi.
54 de elect. Ad Bal. & Flo.reuertamur. † Dicunt enim post gl. in
l.diem proferre.§.si plures.ff.de arbit. plus veritati esse in duo-
bus affirmantibus,quã in mille negantibus, eo quod affirman-
tes rationem per sensum reddãt,negantis vero nullę sunt cau-
sæ,cum subiectum non habeant,secundum gl.in c.fi.6.q.5. Tu
illis adde. c. super hoc.§.porro.extra de renun.c.bonæ. 1.extra
de elect.cap.cum ecclesia Sutrina.extra de cau.pos.& proprie.
55 † Secundo videndum est, quot species sint negatiuarum in
hoc variatum est, vt ex sequentibus satis constare potest. Ac-
cursius in d.l.ei incumbit.ff.de proba.& gl.in d. c. fi. 6.quæstio.
5.tres esse dicunt,vnam facti esse, alteram iuris,aliam vero qua
litatis:huic diuisioni subscribit se Iacob.Butri.in d.l.actor.Ang.
vero in d. l. 2. ff.de proba.quartam speciem addit, videlicet so-
lemnitatis.l.optimam.C.de contrahen.stipul.l.sciendum.ff.de
verbo obliga.Bald.etiam in d.l.actor.quintam affirmare voluit
scilicet,substantiæ, sicuti & Logici in prædicamentis asserunt.
dicam.inf.Cyn.& Bald.in d. l.actor.bimembrem tantum diui-
sionem faciunt. dicunt enim vnam tempore & loco coarctari,
alterã vero, quæ neque loco neque tempore coarctatur, vt in
dicta.l.optimam. C. de contrahen. stipulat. Et ista bimembris
diuisio magis speciei facti accidere videtur vt statim suo loco
differemus. Singulas igitur diuisionum species reperamus. In
primis illi bimembri diuisioni consentiunt Bar. Fulgos.& Flo-
rian in l.circa & Flo.in d.l.ei.& l.verius.ff. de probationi.Bar.&
Moder.in l.[illegible] stipulatione.ff.de verborum obliga. Fulgos.
in l.si pactum.ff. de probationi. Innocen. in c.super his.extra de
accusatio. Luc. de pen.in l.prima.column. 5. C. de fide instru-
56 mento.& iure hastę fisca.libro.10. † quanquam idem Bal. aliã
diuisionem tradat in dicta. l. 2.ff.de probationib.& in d.l.actor.
dicit enim aliquas esse negatiuas simplices. aliquas vero dupli-
ces,alias coarctatas,nonnullas coarctissimas,& istarum aliquæ
sunt implicitę, alię vero explicitę,sed istę omnes sub trimem-
bri faciliter reducentur, vt ex sequentibus videre potens. Ex-
57 plicemus nunc eas secundum eorum intentionem. † Primus
negatiuarum facti vnam esse dicunt, id si quod contenditur
negetur factum esse, veluti si contractus negetur factus, vel
commissum esse homicidium, quo aliquis impactus est. Quæ
negatiua secundum Accurs.in dicta.leg.secunda ff.de probati.
in fine gloss.magnę,si adiunctam non habeat loci & temporis
determinationem,vel alterius rei demonstrationem,neque di
recte neque indirecte probari potest. Pro quo recte facere vi-
detur ca.bonę.extra de electio,vt si dicat aliquis se citatum nõ
58 esse,dicta l.actor. C.de probatio. † vbi Iacob. Butriga. dissentit
ab Accursio. dicit enim facti negatiuam semper esse probabi-
lem,cum nulla sit negatiua, quæ in affimatiuam resolui non
possit l.nec codicillos.vbi glo.idem sentit.C.de codicill. Tolle
exemplum in l.inde Neratius §.finali.& l.proinde.ff.ad legem
Aquil.de eo,qui dicebatur occisus, qui inuentus est non occi-
sus,sed mortuus,licet is,qui accusabatur,confitetur occidisse.
Iuuatur hæc conclusio isto tex.dum ait, non alias bona publi-
cantur,quã si constabit esse occisum. probari enim potest non
esse occisum, sed deficiente natura mortuum, aut morbo sic
corruptum fuisse,quo decesserit,dicta l.proinde. Ecce quomo
do negatiua facti in affirmatiuam resoluitur, quia forte cũctis
videntibus mortuus est,vel forsitan præcipitem se fecit,vt in l.
2.C.qui testa.facere pos.& toto titu.ff.& C.de bon.eorum qui
ante.sen.mor.sibi consci. Tolle aliud & secundum exemplum
in l.circa ff.de probatio. in eo qui libertinus dicebatur, qui ne-
gabat se libertinum esse,& vltro se ingenuum esse probare vo
lebat,quem lex ad probandum admittit. Cui addo confirmẽ.
l.cui necessitas. ff.de libera.causa,& modus probationis tradi-
tur in l.non ideo.in l.cum præcum l.nec causa l.ad probationẽ
59 & l.iubemus.C.de libera.caus.& in l.1.ff.de probatio. † Aliud
exẽplum huic non dissimile est in eo, qui accusabatur falsum
fabricasse instrumentum. in quo crimine non solum ab accu-
sare probatio desideratur, sed & purgatio ab accusato de iure
expectatur l.vbi. C.ad legem Corn.de fals.l.præsenti.§. sicubi.
C.de his qui ad eccles. confug. probari poterit per testes in in-
strumento descriptos,quod in eo loco nõ erat,cum instrumẽ-
tum confectum est,vt dicitur in l.optimam.C.de contrahẽ.sti-
pula. Et clarius in §.item verborum.in fi.Institu.de inutil.stipu.
& facit,quod notatur in l.1.§.fin.ff.quemadmod.testamẽ. ape-
60 rian.† Similiter dici posset in tribus alijs criminibus exceptis in
l.fallaciter.in fin.C.de abolitio.videlicet in crimine læsæ maie-
statis,in crimine peculatus,& deserti sacramenti l.si aliquis.C.
ad legem Iuliam maiestatis. in his enim tam reus,quam accu-
sator probare debent,accusator suam accusationẽ, & reus ne-
gatiuam,videlicet se non conspirasse, & consequenter de alijs
idem dicas,quibus adde l.nec omissa. C. de libera.causa. Et il-
la negatiua in affirmatiuam resoluetur. probabit enim alium
conspirasse, seu cum coniuratis non interfuisse,cum coniura-
tio facta est,& in hoc glo.in d.l.2.ff. de probatio.quæ horũ exẽ
plorum meminit,non dissentiebat. Sed Iac.Butriga. constan-
61 ter † affirmauit, omnes fere negatiuas tacitam in se habere af-
firmatiuam.similiter & glos.in dicta l.nec codicillos.C.de co-
dicil.licet hęc glo.opinio Bartol.displicuerit in dicta l. 2. vt su-
pra dictum est,hac ratione ductus,quod omnis oratio negati-
ua dicitur,quæ est primitiua,vt si dico furiosum, dico eum nõ
sanę mentis esse l.fina.in fin.vbi idem notat glos.fina.in fin. se-
cundum Bartol.ff.de excep.doli.l.inter stipulantem. in princi.
ff.de verb.obligatio.per quęcunque ergo verba dicuntur,sem-
per priuant cum gl.tamẽ tenẽt Iacob.Butrig. Cyn.& Bal. post
Dyn.in dicta l.actor. C.de probatio.& Bald.in l.nec codicillos.
C.de codicil.dicunt enim illam negatiuam non esse infinitam
neque indeterminatam,sed implicitam & determinatam, vi-
delicet, Titium non esse sanę mẽtis. Implicat enim affirmati-
uam Titium furiosum esse,vel mente captum. Similiter illa
negatiua, Titium non viuere, implicat sibi affirmatiuam Ti-
tium mortuum esse,dicta l.nec codicillos.C.de codicil. Econ-
uerso si dico Titium viuere, satis dico mortuum non esse. Et
62 sic affirmatiua etiam negatiuam,implicat. † Plus dicit Bald. in
dicta l.actor.hanc negatiuam, Titium non esse mortuum, du-
plicem esse,l.duobus,ff.de verbor. signific. & quod verba hæc
non esse mortuũ,priuant, & vnam faciunt affirmatiuam. quæ
est Titium viuere,vnde negatiua priuationis non est nisi habi-
tus affirmatio. Et Bal.in dicta l.nec codicillos.hac ratione du-
ctus, hanc positionem Titium esse furiosum non esse præcise
affirmatiuam dixit,neq; pręcise negatiuam,sed simpliciter po
nere. Idem dicendum esse ait,vbi negatiua est prægnans. Cle-
mẽ. literas.de rescrip. Et pro Accursio, Iacob. Butrig. Cyno. &
Bald.facit quod idem Bartol.in l.inter stipulantem,in princip.
ff. de verbo.obligat.per illum tex.notat in his verbis,& qui spõ
det dolum malum abesse,ab futurumve esse. non simplex ab-
nutiuum

nutiuum spondet,sed curaturum se vt dolus malus absit. licet
63 Bartol.aliter capiat, dum dicit, † negatiuam illam communē
esse,cuius sensus est priuatiuus,per quæcunque verba affirma-
tiua seu negatiua proferatur, & è diuerso illam esse affirmati-
uam,cuius sensus est affirmatiuus, & alicuius entis positiuus.
Cui subscribunt Angel. Ioann.de Imol. Paul.de Castro, & fe-
re omnes in illa l. moti per dictam l. optimam. C. de contra-
henda stipulatione. licet secundum eos glos. aliter sentiat in l.
cum te.de probatio.pro eis est text.in l.vti frui. in principio. ff.
si vsufruct.peta.quam ad id Moder. Papien. notat.in l. si prius-
64 quam ff. de noui operis nuncia. † Idem notat Bald. in dicta l.
cum te,improbans glo.d.l.In gl.fin.ibi,& distingue sic in æta-
te,dicit illic Bal.inquantum g.o.differentiam facit,an minor
neget se minorem, vel dicat se maiorem, quia negando non
probat,sed dicendo se maiorem probat,nec verum dicere gl.
secundum eundem Bald.per doctrinam eiusdem glos. in l.fin.
& glo.fin.ff.de exceptio.doli.per quam prius Bart. motus erat
in d.l.2.ff.de probatio. Addit Bald. Ioan. Andr.in regula, infa-
mibus,in mercuriali.de regu.iur.in 6 Sed illa glos.recte intel-
lecta nihil incongruum dicit,quia in vtroque glo.exemplo pu
65 pilli interesse versatur,† quoniam non nisi per ætatem a tutela
liberatur,§.1.institu.quibus modis tutela finitur,l.1. C.quādo
tutor vel cura.esse desi.non enim inquit,ex sola pupilli volun-
tate tutoris officium finire certissimum est, l.2.C.quādo tutor
66 vel curato.esse desi.† Similiter neque in facultate tutoris esse,
cum eius officium necessarium sit,§.1.& fin.instit.quibus mo
dis tutela finitur,l.curatorem,ff.de tuto.& curat. datis ab his,
neque per illos tex.id absque causę cognitione fieri potest. Nō
mirum si vtrique agenti onus probandi incumbat in eo casu,
immo recte vtraque negatiua affirmatiuam recipit, sicuti su-
pra dictum est,& è conuerso minor se maiorem asserens, ne-
gat se amplius esse pupillum.tutor dicens non esse amplius pu
pillū,eum esse adultum affirmat.repetitio igitur est principij.
67 Quare † Pau. de Cast.formam probandę huiusmodi negatiuę
tradidit in l.in illa stipulatione.in fi.ff.de probat. & idem Paul.
in d.l.cum te.dicam infra.Rapha. Fulgo.in dicta l. secunda. ff.
de probatio.aliter dicit. Aut negatiua generaliter negat,& illa
nullam habet affirmatiuam,vt si dicatur in genere te non com
misisse homicidium, nullam habet hæc negatiua implicitam
affirmatiuam. Si autem personaliter dicatur te de Titio homi
cidium commisisse, habet implicitam affirmatiuam, cū affir-
mari possit Titium viuere,vel quod alius occidit,aut naturali-
ter mortuus est. Ista Fulgo.cōsideratio nullius saporis est.quid
enim prohibebit eque probare in ea generali negatiua, sicuti
in speciali seu personali. Tolle exemplum, dum dicitur gene-
raliter te non commisisse homicidium, nonne probata aliqua
specie,quia Titium occidisti,recepta erit iure affirmatiua. Vn-
68 de,† Bald.in eadem l.secunda.ff.de prob.aliter dixit. Aut enim
est negatiua entis,& illa nullam includit affirmatiuam,vt si di-
catur,non contraxi,non sum obligatus,non recepi indebitum
per l.cum de indebito.ff.de probationib.sed illa negatiua,quæ
ideo dicitur negatiua,quia contraria est intentioni aduersarij,
qui illam negat,non tamen est negatiua entis,& ista habet im-
plicitam affirmatiuam. Et glos.illius.l.secundę.ff.de probatio-
bus intelligitur secundum Baldum,sed in nullo differt doctri-
na Bald.a Fulgos secundum Floria.in dicta l.secunda, & recte
dicit,non enim secundum eum, tales negatiuę per Bald.& Ful
gosi assertę improbabiles sunt. Nam secundum eundem Flo
ria.poterit iudicis officium implorari,vt solemnem fieri faciat
inuestigationem. imò dico etiam absque iudicis officio proba
tionem fieri posse,& potissimę etiam in exemplis Bald.l. cum
quidam §.fina.cum l.sequen.ff.de legat.secundo l.ex facto §.si
quis autem ff.ad senatusconsu.Trebelli. Imò plus l.cum de in-
debito.in principio.ff.de probatio.per Bald.al.eg. omnino ad-
uersatur illi. Nam aduersus illam negatiuam,non recepi indebi
69 tum,in illa lege admissa est probatio accepti indebiti.† Verum
est autem regulam a Baldo traditam ab omnibus recipi, vide-
licet,negatiuam entis nullam admittere affirmatiuam,cū non
entis nullæ sint qualitates, & ex consequenti nullæ sint proba-
tiones.in dicta.l.actor.C.de probationibus.l.quidam referunt.
§.primo.ff. de iure codicill.notat gl. in dicto capit.bonę.il pri-
mo.per illum text.extra de electio.& vbique per omnes. Prius
70 autem † quam vltra progrediamur,nolo pretermittere aliam
Bald.diuisionem negatiuæ facti in dicta l.secunda ff.de proba
tio.vnam dicit esse substantiæ,alteram vero qualitatis.nam se-
cundum eundem Bald. substantia, & qualitas in facto consi-
stunt l.bonę fidei ff.de acquirendo rerum domin.Cyn.& Iaco.
Butriga.& reliqui antiqui fere omnes in dicta l.actor. aliam ne
gatiuarum qualitatis statuunt diuisionem. Quasdam enim di-
cunt esse qualitates extrinsecas,quasdā vero intrinsecas. de eis
seriatim discutiemus,& eas per breues aliquas regulas explica
71 bimus.† Prima autem regula erit ex mente glos.in d.l.secūda.
ff.de probationibus.glos.in l.nec codicillos C.de codicill. Iaco.
Butri. & aliorum quorum supra meminimus in dicta l. actor.
C.de probationi. quam cum nonnullis limitationibus, fallen-
tias illi appellant,copiose exponit Felyn.in c.in nostra.versicul.
præferuntur etiam testes, extra de testibus,omnem fere nega-
tiuam sibi affirmatiuam implicare.dicta l.nec codicillos.ibi,as-
seuerationi tuæ mentis eum compotem fuisse negātis, fidem
adesse probare competit,id est, negantem mentis compotem
fuisse patrem, & ediuerso eum furiosum seu mente captū es-
se,vtrumque illa lex admittit. Ecce quomodo asseuerantem
pro negante,& negantem pro asseuerante illa lex ponit, & ne-
ganti probandi necessitatem incumbere ait. Huius ratio esse
potest,quia cum a natura homines ratione præstantes, aut ra-
tionis capaces nasci dicantur, ob id naturam hominum a bel-
uis distinxit.l.1.§.fi.cum tribus legibus sequentibus. ff.de iusti-
tia & iure.§.singulorum.institu.de rerum diuisione, & acqui-
rendo ipsarum dominio. §. sed naturalia.institu.de iure natu-
rali gentium & ciuili.l.1.ff.de acquirendo rerum dominio.Sa-
lustius in principio belli Catilinarij, & Cicero primo Officio-
rum, circa principium, & plerumque ab eodem repetitur, id
72 etiam omnes naturales commemorant. † quare qui furiosum
hominē asseuerat, & sic sanę mentis esse negat,id negat quod
natura communi ratione omnibus hominibus tribuit. Opor-
tet igitur sic negantem probare, neq; proprie negatiuam pro-
bare dicitur, sed affirmatiuam potius, videlicet hominem fu-
riosum esse aut mente captum. Et istud est, quod illa.l.nec co-
dicillos,dicere voluit in his verbis, asseuerationi tuæ mentis eū
compotem fuisse negantis fidem adesse probari conuenit, &
sic neganti, scilicet a compote factos esse codicillos probatio
incumbit,non autem ei,qui compotem eum fuisse dixit, cum
asseuerationi eius natura assistat. Nec obstat dictum gl. in l.fin.
§.fi.in gl.fi.ff.de exceptio.doli.per quod Bart.dictus est ab Ac-
cursio declinare, & alij qui eum sequuti sunt in l.inter stipulan
tem,in princip.ff.de verbo.obligat.moti per illum text.quoniā
sicuti diximus, illa l. inter stipulantem, omnino aduersatur in
illis verbis, qui spondet dolum abesse absuturumve esse, non
simplex abnutiuum spōdet,quoniam illa verba,abesse dolum
73 malum,suapte natura negatiua sunt, † ab, enim dictio, præpo-
sitio est priuatiua & abnutiua,vt in l.si ex duobus.ff.de duobus
reis stipulandi & promittendi. l. quidam decedens. in princip.
iuncta glos.in verbo,analogistas ff.de administrat.tutorum, &
curatorum l.ab emptione.in principio.ff.de pactis. Vnde cum
dicitur,dolus aberit.perinde est ac si diceret,omnia ex fide agē
tur l.bona fides ff.depos.è diuerso, si spondes te omnia bona fi
de acturum,& promittas, ex hac stipulatione promittis nullū
74 dolum committere d.l. bona fides. † & sic negatiua primitiua
admittit etiam affirmatiuam,& è contrario. Hoc idem dicūt
Iacob.Butrig.& Bal.in dicta l.actor. C.de probatio.quibus ad-
de Alexan.in l.2.§.sed quod obseruari.in apostil. Bartol. in ver
bo,ad dispositiuum.C.de iureiurā.ob calum.dando. Cū enim
promittis dolum abesse,promittis omnia bona fide agere,qua
re tota vis huius disputationis erit in probatione,& genere pro
bationis,seu probandi modo.in qua cōsiderari debet,cuius in-
tentio affirmantis ne an negantis potior est, vt negatiua affir-
matiuam recipit, seu cui magis ratio assistat,an asseueranti, an
vero neganti. Nam cum dicit illa lex,inter stipulantem,qui do
lum abesse promittit, non simplex abnutiuum spondet, licet
priuatiuum sit,tamen habitu est affirmatiuum,& glo. in dicta
l.fina.in glos.fina.ff. de exceptione doli. non contradicit,imò
assistit huic opinio. Nam in illa lege dicitur a matre filiam hæ
redem institutam fuisse,si actione tutelæ aduersus maritum &
filium matris ex secundo marito cohæredes suos pro ea parte
pro qua hæredes instituti erant, non egerit. filia autem ex se-
misse hęres facta erat, eidemque filię legata relicta erant, non
tamen repetita conditione in legatis, quam in institutione ex-
presserat,sed ille tex.repetitam esse videri ait,& ideo si ad lega-
ta agat,obstabit doli exceptio, etiam si hæreditatem repudia-
uerit, & hac consideratione, quia prohibuit mater rationē tu-
telæ petere,quę negatiua admittit hanc affirmatiuam,si vis hę
res esse,cohæredes tuos a tutelæ ratione excusa. vbi autem ad-
uersus eos ad reddendam tutelę rationem egeris,priuaberis &
75 legato & hęreditate.† Omnis enim priuatio habitum præsup-
ponit.l.decem.ff.de verborum obligationibus.l.manumissio-
nes.ff. de iustitia & iure.l.1. C. per quas personas nobis acqui-
ritur.verum enim est dicere secundum Bald. verbum esse affir
matiuum,licet sit abnutiuum seu priuatiuum,per resolutionē
affirmationis in negatiuam, & contra. Et idem notat Ioan.
Andr.in mercuriali,infamibus,de regulis iuris in sexto. Spec.
in titu.de probatio.§.primo.versicu.pone.Petrus, Iacob. Cyn.
& Ioan. Fab.in dicta l.cum te. C. de probationibus. Negatiua
enim facti per quemcūque verba affirmatiua seu negatiua cō-
cipiatur, spectari non debet, alioquin esset vim in verbis face-
re,& cauillo vti,vt inquit. l. penultima. ff. ad exhibendum.l.2.
in fin. C. commu.de legatis & fideicommissis.& more diale-
cticorum concertari.l.qui quadringenta.ff.ad legem Falcidiā.
l.1.ff. de regula Catoniana. Non enim verborū cauillatio spe-
ctanda

ctanda est, sed qua intentione verba prolata fuit dicta. l. penul. ff. ad exhibendum. & alijs supra memoratis.
76 † Et hac ratione dicunt Petrus, Cynus, Iacobus Butrigarius, & Ioan. Faber in dicta. l. cum te. C. de probationibus. obijcienti onus probandi in talibus incumbere. l. secunda. C. de conditione ob turpem causam. l. si minorem. C. de in integrum restitu. minorum. 25. an l. tertia. C. si qs se maiorem dixerit. & mot. sunt quasi iisdē considerationibus, quarum supra meminimus. Et istud est, qđ gl. dicere voluit in dicta l. cum te. & dicta. l. nec codicillos. C. de codicillis. quibus adde tex. in c. cum dilecti. extra de electione.
77 † Secunda regula est, Sola negatiua non entis est improbabilis secundum omnes, quia quod non est, probari non potest. l. nā & si sub conditione. §. puto autem. versicul. post defectum. ff. de iniusto rup. & irri. testa. Et secundum Iacobum Butrig. in d. l. actor. C. de probatio. quod non est substantiam non habet, & si substantiam non habet, similiter nec qualitatem, quare in sensu testis esse non potest, nec intellectu. hoc prosequere vt p gl. & Moder. in dicto. c. bonæ primo. extra de electione. Plus dicit Bald. in d. l. secunda. ff. de probation. negatiuam entis non posse in affirmatiuam reduci, sed hoc non puto verum, vt ex s. dictis colligi potest. Quid enim obstabit, quominus negatiua illa in affirmationem essentiæ conuertatur, vt si dixeris nunquā Carthaginē aut Troiam in rerum natura fuisse, quare non poterit affirmari Carthaginem a Romanis euersam, aut a Grecis Troiam, & sic in rerum natura fuisse nisi proponeres negatiuam entis per naturam impossibilis, sicuti plenius discutitur in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. obligatio. §. si impossibilis. institu. de inuti. stipula. dicto. c. bonæ primo. extra de
78 electi. ibi, † quia negantis factum per rerum naturam nulla est directa probatio, dicta l. actor. C. de probatio. vnde Bald. in l. solam. C. de testi. & in l. cum hi. §. si integra. ff. de transactio. cuius meminit Fely. in c. tertio loco. extra de probatio. dixit testē de negatiua deponentem debere dicti sui rationem reddere etiā non interrogatum. dicto. c. tertio loco. alioqui illi fides adhibēda non est, quod dictum ampliore pagina prosequitur Papien. Moder. Iason in rubric. ff. de iureiuran. hoc satis velle videtur dicta. l. quidam referunt. §. primo. versicu. nullius. ibi, esse enim debet cui debetur. in quo Iureconsultus rationem tradit dicti sui, dum de eo loquitur, cui relictum erat legatum in codicillis, qui tempore confecti testamenti seu codicillorum in rebus humanis non erat, vt non ante, inquit ille textus, iuris ratio, quā persona quærēda sit. quamuis decisioni illius legis fortiter obstet dicta. l. 1. ff. de regu. Cato. in versic. nam hoc modo, quāuis in dicta. l. quidam. dicitur, legatū factum ei, qui in humanis non erat, cum factum est legatum, nullius esse momenti. magis, inquit illa lex prima, dicendum est nō esse datum, quam inutiliter datum, sed saluari potest, secundum exemplum illic a Iuriconsulto positum in versico. quid enim si quis ita legauerit. vide circa hanc regulam, quod scribit Dyn. in dicta. l. actor in prima quæstio. C. de proba. & Felyn. in dicto. cap. tertio loco. extra de probatio. cuius mentionem faciemus, dum de modo faciendæ probationis huiusmodi negatiuarum tractabimus. Tertia
79 regula est, † negatiua indeterminata seu generalis, & quæ per terminos vel species reduci non potest, vt plurimum improbabilis est. Probatio enim ea proprie dicitur, quæ per species, reduci non potest, vt plurimum improbabilis est. Probatio eñ ea proprie dicitur, quę per species, qualitates, & differentias verificari pōt, vt s. dictum est post Specula. in titu. de proba. §. 1. & 2. hoc notat gl. in d. l. secunda. ff. de proba. & in dicta. l. actor. quā in ea Cy. limitat, nisi per aliquas coniecturas adminiculari possit. argumen. l. cum de ætate. in fin. ff. de probatio. l. ob carmen. §. fina. ff. de testibus. Et in hoc iudicis officium secundum Cy. versetur. argumen. l. cum quidam. §. fin. cum. l. sequen. ff. de legat. 2. Tu melius pondera. leg. 2. C. de erro. aduocato. & quod not. Luc. de pen. in l. 1. C. de fide instru. & iure hastæ fisca. lib. 10. l. vnica. C. de præfect. dignit. libro duodecimo. dicit autem Ia-
80 cobus Butrig. in dicta l. actor. C. de probationibus. † factum nō posse dici improbabile, vbi de suo facto, aliquis interrogatur,
81 quoniam oportet interrogatum omnino respondere. † Et hoc etiam Ioann. Faber illic post Petrum & Cyn. sentire voluit, dum dicunt, negatiuam posse per partis iuramentum probar. c. primo. de confes. in 6. §. si vero absunt. in authen. de hæredi. & Falci. collatio. prima. Quibus adde non posse cum, cui
82 defertur, remittere, neque dilationem postulare, cū † vnusquisque de suo facto certus esse debeat. l. cum falsum. ff. de acquirē. hæreditate. iuncta. l. cū quidā. §. finali. eodem titulo. l. quisquis. C. de rescindenda venditione. l. fina. C. de fideicommissis. l. si quando. C. de dilat. nisi factum intricatum esset. l. secunda. §. si. ff. si quis ordo in bon. pos. seruare. l. & quia. ff. de interrogatorijs actioni. hoc not. Fely. in c. quosdā. in expeditione secunda glo. extra de præsumptio. Et vt supra diximus factum per partis cōfessionē probari potest l. quidā. ff. de donatio. cle. constitutionē in fine. de electio. Et Roma. in dicta. l. quidā. post Barto. infert
83 ex illo text. † reum non teneri negatiuę positioni respondere. sed intellige secundū dictam. l. secundam. C. de erro. aduoca. vbi glos. dat modum probationis, dum allegat. l. super, teruis C. qui mili. non pos. l. b. duodecimo. vbi id, quod ponitur, non satis cognitum habet, qui interrogatur. hoc etiam notat Cardinalis Alexand. in c. primo. in fine, per illum textum. de controuer. inuesti. collatione decima. quamuis secūdum Rom. in dicta. l. quidam aliter glos. sentiat in l. secunda. §. sed quod obseruari. C. de iureiurando prop. calumniā dan. Pro Roma allege. glos. in §. aliud. in fine. in verbo, scribat. in authentic. de æquali. dot. & glos. in authentica, si d iam necesse. C. de donationibus ante nup. quam Bald. illic notat. & frequenter illa glos. in buccas neotor. cum contingit, præsertim in l. si duo patroni. §. idē Iulianus. ff. de iureiur. Sed, vt dixi, optime facit dicta cle. constitutionem. in fi. de electio. in his verbis, probatione tamē facta super his per aduersarij confessionem. l. sed & si possessori. in princip. ff. de iureiur. & melius in dicta. l. quæstionem. C. de fideicom. vbi iuramentum hæredi est delatum super negatiua, dum negat hæres legatum seu fideicōmissum a moriente relictum fuisse fideicōmissario, & tenetur heres iurare, vel referre maxime vbi in scriptis redactum non est fideicōmissum. quamuis Cyn. non esse probationem asseueret, sed magis litis decisionem. Tu dic vtrunque esse, & vnum alterius esse consecutiuum, probat ille tex. in versicu. cum ipse sibi iudex & testis in
84 ueniatur. † Limitabat & secundo Cyn. prædictam regulam, nisi talis negatiua oculorū inspectione probari posset. Exemplū dat in prægnante muliere, vel in scriptura instrumenti, qua inspecta facile videri potest falsa sit, an vera. l. comprobationes. C. de fide instrumen. l. prima. §. si. ff. de ventre inspiciendo. l. si irruptione. ff. finium regūdorum. illis adde l. primam. ff. de his quæ in testamen. delen. l. secundam. §. si dubitetur. versicu. inspecto. & l. primam. ibi inspectis cognitisque verbis testamenti ff. quemadmodum testamen. aperian. l. de his. ff. de transactio. vbi eadē verba repetuntur. Sed hec limitatio non videtur huic regulę conuenire, cum non sit negatiua indeterminata, habet enim differentes qualitates, quod prægnans est, quod verum est instrumētum, quod certi sint fines. & glos. idem velle vide-
85 tur in dicta. l. actor. dum dicit, † licet id, quod probandum est, per species & differentias probari nō possit, per alia media probari poterit, vt in l. optimam. C. de contrahenda stipulatione. Cui addo. l. Pōponius. §. sed & is. in fine. ff. de procuratoribus. capitu. super hoc. extra de renunciation. & alijs notatis per Ioā. Fabrum in dicta. l. actor. Quare circa hæc non videbitur absonū si nōnullas declarationes addiderimus ad huiusmodi qualitatum negatiuas, quæ forte non nihil vtilitatis pro vberiore ea
86 rum intellectu conferant. Negatiuarum, igitur qualitatis duæ erunt species de quibus supra mentio habita est. Quędā enim est qualitas intrinseca, & quędā extrinseca vt in l. sciendum. ff. de verborū obligatio. l. quęcunq; §. 1. in fin. ff. de public. in rem actio. l. optimā. C. de contrahenda stipula. Idem not. Flor. in di-
87 cta. l. 2. ff. de probatio. Intrinsece † qualitatis tres erunt species. Vna est qualitatis naturalis, vt si negatur hominē esse sanę mētis, vel aliquā non esse viri potentē, & similes, vt in dicta. l. nec codicillos. C. de iure codicill. l. finali. §. final. ff. de exceptio. doli. l. inter stipulantē. in principio. ff. de verborū obligationibus. l. final. C. ad legē Iuliam repetunda. Altera est qualitatis accidentalis, vt esse clericū sacerdotē, vel aduocatum, quia clerici, sacerdotes, aut aduocati non nascuntur. l. iubemus. C. de aduoca. diuers. iudic. & notatur in capitu. at si clerici. extra de iudic. capi. si iudex laicus. de senten. excommunicatio. lib. 6. Alia est qualitas partim naturalis, partim accidentalis, vt esse minorem, aut maiorem, puberem, seu impuberem, & sic consequenter de alijs id genus exemplis. l. cum te. C. de probationibus. & i la est naturalis, quia certum est hominem in statu dici mutationem seu incrementū, quadam naturali necessitate recipere, & per accidens, scilicet naturalis cursus temporis, secundum gloss. il-
88 lic. † Cæterum illa prima qualitas naturalis, secundum Lucam de Penna in dicta. l. prima. colu. quinta. C. de fide instrumentorum & iure hastæ fiscal. libro decimo. potest duas affirmatiuas alternatiuæ admittere, vt si hominem non sanę mentis dixero, seu hominem non frugi esse, non infertur necessario hominem furiosum esse, quia mente captus solum esse potest aut infirmi cerebri. aut si dixeris hominem frugi nō esse, ob id tamen non sequitur prodigum esse, cum & nihil homo esse possit aliter quam prodigus, vnde secundum eundem ponentem, seu affirmantem opōrtet certum aliquid affirmare. l. quoties. ff. de verborum obligationibus. l. ita fidei. ff. de iure fisci. l.
89 si duo. ff. de solutionibus. † Secunda autem qualitas potest etiā duplex esse, duas recipiens affirmatiuas, qualitas est ea cuius gl. meminit in l. secunda. ff. de probationibus, vt si natum filium patre diuite dicas hominem facultatibus seu bonis immobilibus idoneum, tex. cum glos. in l. si vero. § qui pro rei qualitate. ff. qui satisdare cogūtur. l. si quis stipulatus sit §. primo. ff. de verborum obligationibus. Cæterum pauperem, quia pecunias ad manus non habeat, vt in l. si seruus depotus ff. de noxali. actio. l. tutor,

tutor,§.cum haberes.ff.ad Velleianũ,ibi,quia numeros ad ma
num non habebam l.ferenti.in principio. ff. de pignoratitia a-
ctione. Et ista etiam est accidentalis.l. secunda. & l. sciendum.
ff.qui satisdare coguntur. vel filium natum esse patre sacerdo-
te,vt in l.secũda.C.de episcopis & clericis. vt priuilegio patris
gaudere debeat. Idem de filio aduocati, qui beneficio patris
gaudere debet aduocatorum priuilegio.l.iubemus,& l.petitio
nes.C.de aduoca.diuer.iud. Et idem de alijs pluribus huic nõ
90 dissimilibus. Sed hęc extrinseca dici debet.† ista etiã partim na
turæ esse potest,partim accidentis.l.tertia §.diui fratres.ff.de iu
re fisci. ibi, sicut enim diligenti cultura pretia prædiorum am-
pliantur,ita si negligentius habita sint,minui ea necesse est. Ec
ce quomodo nihil iuuat agri fertilitas, si hominis diligẽtia præ
ciosior nõ fiat l.congruit,& l.sequenti.§.fina.C.de locatio.fun
do.ciuil.libro vndecimo.capit.ad aures.extra de rebus ecclesia
sticis non alienandis, ibi,suo vel parentum suorum labore con
stiterit extirpatas l.quicũque desertum,& l.sequenti.C.de om
ni agro deserto. libro 11. Quamuis ager sua natura frugalitatẽ
& amenitatem demonstret.l.si quis intra C.de bonis proscrip.
quandoque etiam in fertilitatem. l. si prædium. C.de ędilitio
edicto.§.sicut autem damnosas.in authenti.de non alienan.re
bus eccles.collat.o.2.hominis industria agri infertilitatem sup
91 plet, per prædicta. † Nam & hominem esse industrium natu-
ræ esse potest,& accidentis. Plerique enim suo ingenio, alij ve
ro assiduo studio inuita etiam Minerua in viros doctos euadũt
exemplo sunt Themistocles ,& Polemon Atheniensis, qui ex
infami ganeone maximus Philosophus euasit. Agathocles fi-
guli filius,qui Siciliæ dominus & rex effectus est, consuetus e-
nim erat cum fictilibus poculis aurea colocare. & hæc iuueni-
bus ostendendo dictabat. Ego cum prius talia facerem, nunc
ob diligentiam, & fortitudinem talia facio.adde Lactantium
diuinarum institutionum libro tertio. capitulo. 19. dum ait,
quanta hominum millia fuisse credimus, qui & Athenis nati
& temporibus Socratis, indocti tamen & stulti fuerunt? Non
enim aut parietes,aut locus in quo quisque est effusus ex vte-
ro conciliat homini sapientiam. Et haud multo post ait, non
venit in mentem Platoni, Alcibiadem quoque, & Critiam,
eiusdem Socratis assiduos auditores fuisse, quorum alter ho-
stis patriæ acerrimus fuit, alter crudelissimus omnium tyran-
92 norum.† Diligentia enim vt artium in suo quoque opere inue
nitur mater, ita nouerca eruditionis est negligentia, capitulo
nihil.83.distinct. Et Cicero libro Rhet.7. diligentia est accura-
ta suorum obseruatio. Adde glo.in cap.si forte.in verbo, scien
tia. de electio. in 6. diligentia quidem etiam bonæ fidei debet
esse coniuncta.l.Labeo.ff.de statulib.l.si ita sit.ff.de manumis.
testa.Et ad eum modum quem hominum natura desiderat. l.
quod Nerua.ff,depositi.Notat Luc.de Pen.in l.diligenter. C.
de aquęductu.lib.11. Adde his l.vnicam.C.de stud.li.vrb.Ro.
lib.11.Quo autem modo probari debeat aliquibus prius expe-
93 ditus differemus. Extrinseca † igitur qualitas satis ex prædictis
constare potest,ideo non multum circa eam immorabor qua-
lis est quam supra diximus,hominem diuitijs esse plenum, sę-
pius enim arte contingant, vt Cato ille inquit, non minor est
virtus, quam quærere parta tueri. Et sic sępius plus hominis
industria affert,quam soli fert ilitas.l.3.§. diui fratres. ff.de iure
fi.vel rerũ facultas.l.societas contrahitur.& l.seq. ff. pro socio.
94 vnde† leges fructus naturales hac ratione ab industrialibus di
stinguunt. l. fructus. ff. de vsur.l.in bonæ fidei.ff.de acquir.rer.
do.§.si quis a non domino.Institu. de rerum diuis. sic diuitem
fieri ex industria hominis vt plurimum potius contingit,& ob
id qualitas quæ inde contingit, extrinseca ab omnibus appella
tur secundum glo. in d.l.2. ff.de proba. & in d. cap. bonæ. pri-
mo.extra de electionibus, quibus adde Felyn. in cap. dudum,
extra de præsumptionib. vbi pleno cornu huius negatiuę qua-
litatis materiam prosequitur. Sed istarum negatiuarum aliquę
sunt loco & tpe determinatę seu coarctatę, vt in l.optimã. C.
de cõtrah. stipulatio.& de ea super modo & genere probatio-
nis peramplius infra discutietur. Alia est substantiæ, secũdum
Baldum in l.secũda.ff.de probationibus,& in l.actor.C. de pro
95 bationibus.† Sed aduerte substantiam a Iureconsulto pro qua
litate accipi,neque substãtiam a qualitate differre. Nam legis-
lator genus appellat, quod Logicus speciem esse dicit, in lege
prima.ff.de iustitia & iure,& si oportet secundum Logicũ dis-
serere, dica iurisperito substantiam assumi prout est secũdum
Logicum terminus secundę impositionis seu intentionis, nõ
autem prout est terminus primæ substantiæ seu primæ imposi
96 nis,& sic in genere generalissimo. † Et ista secũdum Bald.etiã
est certa & probabilis l.vbi autem ff.de verbo.oblig.l. certi con
dictio.& l.cũ quid ff.de reb.credi. Idẽ de alijs dico,quas Ang.so
lemnitatis esse dixit,quia qualitatis sunt l.sciẽdum ff.de verbo
rum obligationi.l.quicunque ff.de public. in rem actio. dicta l.
97 optimã.C.de contrahen.stipu.vnde circa eas non insisto. † Et
hac ratione Fulgos. in l. ab ea parte. ff. de probatio.post Iaco-
bum Butrig.in d.l.actor. C. de probatio.dicit nullam esse inter
iuris & facti negatiuas differẽtiam,neque quo ad id quod pro-
bandum est,neque quo ad id quis probet. Et ratio, secundum
Iacob. Butrig.est,quoniam probatio per causas seu qualitates,
& differentias facienda est,& quod non est, non habet substã-
tiam,& vbi substantiam non habet,nec qualitatẽ l. si quis vxo-
ri.§.neque ff.de furtis l.eius qui in prouincia.in principio.ff.de
98 rebus credi. † Secundo inquit Fulgos. non esse differentiam,
quis probare debeat, quoniam si contra negantem ius vel fa-
ctum præsumptio iuris sit, tunc illi probandi onus incumbit.
Pro eo est l.prima.C.ad legem Corne.de Sicar.d.l.nec codicil-
los. C.de codicil.l.fin.in principio.ff.quod metus causa l.ab ea
parte.ff.de probatio. vbi vero ꝓ negante est iuris præsumptio,
tunc affirmanti probatio incumbet l.secunda de colleg.illic.li-
cet Fulgo.demũ dixerit,in facto plerunq; concurrere præsum
ptionem iuris.secus in iure, hoc nõ videtur verum per dictam
l.fina.ff,quod metus causa c.literis,& c.dudũ.extra,de pręsum
ptio.d.l.1.C.ad legem Corn.de Sicar. Pręterea dum Fulg.nul-
lam iuris differentiam facit,quoniam secundum eũdem,in iu-
re,cum certũ sit l.2.ff.de iur.& facti ignorantia.d.l.ab ea parte.
99 ff.de probatio.nulla cadit præsumptio. † Et hac rõne dicit Bar
tol.in l.ornamentorum ff. de auro & argento legat. iuris posi-
tionibus non esse respondendum, per illum textum, & l. secũ-
dam §.sed quod obseruari.C.de iureiuran.propter calum.dan
100 do.† Ius autem non scriptum, quod & consuetudinem appel-
lamus,non semper certum est,sed potius incertum dicta l.2.ff.
de iuris & facti ignorantia cap.1.de constitutio. in 6.eo qđ pro
bari debet diuturno tempore obseruatum fuisse,& in cõtradi-
ctorio iudicio obtentum,& secundum illud sæpius iudicatum
fuisse l.cum de consuetudine ff.de legib. c. Abbate sane extra
de verborum significat.cum dissuetudine aboleri possit l.vni-
ca.§.si.C.de nouo Codi.componen.& §. quas ex omnibus. in
101 proęmio Instit.† imò plus in vtroque iure tam scripto quã nõ
scripto potest esse dubitatio, veluti in casu dubio, seu articulo
iuris problematico,in quo scholę authores inueniuntur in di-
uersas scissi sententias. Exemplum est in §. cum ex aliena.vers.
& post multam. Instituta,de rerum diuisione.l. Diui fratres. ff.
de iure patronatus.l.cum prolatis.ff.de re iudicata.l.quæsitum
§.sed si fundus.ff.de fundo instruc.& instrumen. legato. Et id
recte probari in d.l.ab ea parte. ff. de probationibus. in his ver-
bis, ab aliquo iure prohibitum esse,specialiter lege vel consti-
102 tutione. † Secundo potest, etiam contingere consuetudinem
certam esse, vt si in scriptis redacta est, licet necesse non sit, vt
in l. imò. ff. de legibus. tamen scribi potest,vt plenius per Bar-
to.in l.de quibus. versus finem. ff. de legibus. sicuti hodie sunt
consuetudines Galliæ, quas recolendæ memoriæ Ludouicus
Duodecimus,vtriusque Galliæ rex & Imperator,in scriptis re-
digi iussit, & super his decretum curiæ Parisiensis postea in-
teruenit, quas tametsi iuri sint contrariæ, obseruari tamen
necesse est dict.l.de quibus,& alijs sequentibus legibus.ff.de le
gibus, ibi,id custodiri oportet,quod moribus & consuetudine
introductum est. & paulo post. Inueterata enim consuetudo
pro lege non immerito custoditur, & hoc est ius, quod dici-
tur moribus constitutum. & infra, quare rectissime etiam il-
lud receptum est, vt leges non solo suffragio legislatoris, sed
etiam tacito consensu omnium per desuet. &c. & leg. 1. & 2.
C. quæ sit longa consuetudo, vbique omnes tractant,nisi qua-
tenus consuetudines iuri publico, & vtilitati reipublicæ repu-
gnarent,aut contra ius scriptum aliquid statuerent, hoc casu a
iure discedendum non est. leg.3. §. diuus. ff.de sepulchro vio-
lato.cap.fina.extra de consuetudine.§.1.in authenti.vt nulli iu-
di.lice. habe. loci conserua. collatione nona. quod prosequere
vt per Bar.in d.l.de quibus.in quatuor vltimis columnis sueę le-
103 cturę.dixi in l.1.in prin.sup.eod.† Tertio aliquod est ius rei,aut
personę cohęrens,& quandoque vtrique adhęrens,quod a iu-
re ciuili scripto vel non scripto, vel a iure naturali primario &
secundario,quod gentium esse dicitur,fomentum recipit,qua
lia sunt omnia iura incorporalia,& corporalia, de quibus in §.
vnico. Instit.de rebus corporalibus,& incorporalibus. §. ęque.
Institu. de actionibus. & alijs §§. sequentibus, quibus accom-
modari potest dicta lex,ab ea parte. ff.de probationibus. in his
verbis,ab aliquo iure prohibitum esse specialiter lege vel con-
stitutione.l.1.& 2.& l.altius.C.de ser. & aqua. Et istius iuris ge
nera diuersa sunt similiter & species distinctę,quia aliquod est
ius scriptum,aliquod non scriptum, aliud publicum,aliud pri-
uatum,& aliquod singulare,& aliud vniuersitatis, aliquod est
rei adhærens,& aliquod singulari personę cohęrens,& plerun
105 que rei & personę. §.omnium Instit. de actionibus.† Istorum
omnium iurium negatiuas prosequamur. In primis in d.l.ab
ea parte, versiculo, idem respondi, exempla dantur, vt si quis
negat emancipationem recte factam. quia aliquo iure vel con
stitutione dicatur prohibitum esse patrem filium emancipa-
re,vel secundum Baldum post glossam in eadem.l. si negetur
aliquem prohibitum esse aliquo iure testari, vel aduocatum,
aut iudicem esse,in his casibus non factum,sed potentia a iuris
scripti,

scripti, seu constitutionis vel legis municipalis prohibitione
procedens, negatur. Hęc singulis exemplis clara reddemus.
Certum est enim, iuris communis dispositione filios in patris,
non matris esse potestate. Et ob id patris non matris familiam
sequi. l. familię appellatione. ff. de verbo. signific. §. cæteri. Insti.
de hæredum qualitate & differentia. l. filios. C. de municipi-
bus, & originatijs. lib. 10. in his verbis, filios apud originem pa-
tris, non in materna ciuitate, & si ibi nati sint ad honores &c.
Et tamen si dixeris Iliensem, aut Ponticam, vel Delphensem esse
matrem, tunc non patris, sed matris originem sequetur. l. pri-
ma. §. nisi forte. ff. ad Municipalem. similiter de Antiochenis
mulieribus scribitur in l. eos. l. neque Dorotheum. C. de decu-
206 rio. libro decimo. † vel secūdum Accursium de Gallis & alijs
populis, qui non sunt iuris Italici, qui filios non habent in po-
testate, vt meminit in §. vnico. Instit. de patria potestate. de cu-
ius glossæ veritate quomodo intelligenda sit, abundantius in-
ferius discutiemus, tamen in multis patriam potestatem &
emancipationis formas, quales de iure sunt, aut pęnę similes
obseruamus. Vnde non conijcere valeo, quo authore hęc scri-
pserit Accursius, neque hi qui in ea disputatione miro se tor-
quent affectu, neque putēt ipsi hoc a Romanis legibus ortum
habuisse, cum priusquam leges decemuirales, quas leges duo-
decim tabularum vocant, factæ essent, ius maius in filios Gal-
li parentes habebant, quam Romani in suos, idque ex Gallicis
sanctionibus quas Druides Gallis longe ante Romam euer-
sam & obsessum a Gallis Capitolium tradiderūt, perpendi po-
test. Nulli enim dubium esse potest, multis ante sęculis, quam
Romani Gallias inuaderent, Druidas Gallos leges & instituta
fecisse, quas non tam Galli, sed & Gallorum finitimi populi,
Romani etiam ipsi obseruabant, illasve memoriæ tantum cō-
mendari non etiam scribi volebant, tametsi id temporis Gre-
cis literis & vocabulis, dum scribebant, vterentur, vt testis est
Cęsar libro belli Gallici sexto. de eis copiosius explicabimus
Aliud non dissimile exemplum prætermittendum non est de
Ireneo, Dorotheo, & Doctitio viris clarissimis, quibus singula
priuilegia concessa erant iuri communi aduersantia. l. neque
Dorotheum. & l. Doctitij. C. de decurionib. libro decimo. Illi
enim singulari priuilegio cum tota sua cuiusque familia nata
ac nascitura a curiali conditione & publica functione exempti
erant. Vel tolle exemplum in l. quidam consulebat. ff. de re iu-
dicata, & in c. cum vigesimum. extra de officio deleg. Itē aliud
ex l. vnica. C. non lice. habita. metroco. libro vndecimo. in leg.
vnica. C. de auro corona. libro decimo. & leg. si in emptione. §.
omnium. ff. de contrahenda emptione, ibi, quas vero natura,
vel gētium ius, vel mores ciuitatis commercio exuerunt. Ple-
raque alia istiusmodi iura singularia referri possent, quæ plus
207 laboris quam vtilitatis afferrent, † quę quamuis in iure clausa
sint, tamen cum specialiter & contra ius communis regulas
concessa sint, lege & constōne probanda sunt. d. l. ab ea parte.
ff. de probationibus. quæ lex sic legi & intelligi debet, cū de iu-
ris scripti probatione facienda loquitur. & ratio esse potest. Nā
licet iuris cōis traditiones minus etiam studiosis notę esse de-
beant, sæpius tamen contingit eas a plerisque etiā doctis igno-
rari, & minus competenter librari, vt inquit. l. vnica. C. de stu-
di. liber. vrbis Romæ. libro vndecimo. Non mirum est, si allega
ri, & eas ignorantibus probari debeant per libri apertionem, vt
supra docuimus. Et Fulgosius in dicta. l. ab ea parte. plurimum
108 laborauit, vt hoc argumentum euitaret. † Præterea nulli du-
bium esse potest, iuris regulas certas esse. l. 1. ff. de re. iur. Et si
secundum aliquorū sententiam limitationes admittunt. l. pri-
ma. ff. de reg. Caton. a. §. vt autem lex. in auth. de non alienan-
dis rebus ecclesia. collatione secunda. Et facit, quod notatur in
l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Idque cum multis exemplis cō
109 probari posset, tribus tantum absoluam. † Clarum est enim, mi-
norem sui facilitate deceptum restitui posse. l. 1. per totum pe-
ne titulum. ff. de minoribus. l. nam & postea. §. si minor. ff. de
iureiuran. in doctore tamen minore restitutio locum non ob-
tinet, tametsi sui facilitate deceptus sit. l. 1. C. qui & aduer. quos
ibi, nam is qui se minorem annis læsum esse dicit, diligens pa-
ter familias fuerit, actibusq; publicis industriom se docuerit, vt
lapsum eū per ætatem verisimile non sit &c. Et ratio huius es-
se potest in l. professio. C. de mune. patrimo. lib. 10. quoniam
professio & desiderium inter se discreparent. quippe cum tur-
pe sit Patritio, & causas oranti, iura, circa quæ versatur, ignora-
re. l. 1. §. Seruius Sulpitius. ff. de origine iuris. Et ideo verisimile
non esse inquit illa. l. 1. C. qui & aduersus quos. eum per ætatē
lapsum esse. Aliud & secundum exemplū, quod supr. relatum
est, de filio qui matris, non patris originē sequitur. l. assumptio.
in principio. ff. ad Municipalem, quales sunt Ilienses. Pontici,
Delphi, & Antiocheni. d. l. 1. ff. ad Municipalem. & l. eos. C. de
110 decurionibus. † Tertiū in filio qui patrem occidit, qui reus ef-
ficitur parricidij. l. 1. ff. ad legem Pōpeiam, de parricidijs. exci-
pitur si patrē patriæ hostem occidat. l. minime. ff. de religio. &
sumptibus funerū. Et tamē per illā. l. ab ea parte. allegari & pro
bari debent, secundum eundem Fulgosium. Vnde Accursius
& Baldus in d. l. ab ea parte. sic illam legem interpretati sunt. in
his verbis, Qui dicit aduersarium ab aliquo iure prohibitū esse
specialiter lege vel constitutione, id probare oportet. dicit ius
illud ideo probari, non, vt ius scriptum probetur, cum certum
sit, sed cum persona ab actu intento vel exercito de iure repel
latur. Sed quæso aduertite, si vera esset glossæ & Baldi interpre
tatio, recte dixisset Iacobus de Rauenna. Aurelius doctor, cu-
ius Fulgosius meminit in dicta lege ab ea parte. quem illic im-
111 pugnauit. † Dicebat prædictus Iacobus inter iuris & facti nega
tiuas nullam esse differentiam, siue quantum ad id quod pro-
betur, siue quod quis probet quia tota vis probationis super
facti seu extrinsecę qualitatis existentia omnino cōsisteret. Et
ne digrediamur ab exēplis glossę, Baldi, Fulgosij & Floriani,
tolle secundum eosdem exemplum de eo, qui testari non pōt
vel iudex aut testis aut aduocatus esse. Tales enim qualitates
potius extrinsecę qualitates sunt quam iuris positiones simpli
ces, vt paulo post inter discutiendū extrinsecas qualitates disse
112 remus. † Nam hæc vera est iuris conclusio, maiorem viginti-
quinque annis munere iudicantis fungi posse, nisi qualitas
extrinseca obijciatur, forte qđ cęcus, quod furiosus, quod men
te captus sit, aut alium huiusmodi defectum patiatur. l. cum
prætor. ff. de iudicijs. Certe prohibitio nō circa ius erit, sed cir-
ca qualitatem iudicis extrinsecam, videlicet furoris, cęcitatis,
captionis mētis, aut alterius extrinsecę qualitatis. quare nō fuit
in hoc dignus reprehensione Iacobus de Rauenna per supradi
113 cta. † Et vtrūque Iacobi de Rauenna dictum clare probari vi-
detur in d. l. ab ea parte ff. de proba. primo in eo, quod dicit ille
textus in his verbis, Ab aliquo iure prohibitum esse, veluti ab
aduocatione, inquit Accurs. & sic, possibilitatem circa factum
esse ab initio. Secundo in versi. idem respondi. nō ius ponit, sed
iuris executionem, quæ in facto consistit. & in eadem lege in
his verbis, specialiter lege vel constitutione prohibitio quæ cir
ca factum ipsum est, a iure scripto procedit, & tamen difficul-
tas probationis non tantum circa negatiuam qualitatis extrin
secę consistit, sed & circa iuris scripti, vel constitutionis proba-
tionem, siue quantum ad id quod probandum est, siue quod
quis probet. Nam prima pars illius legis loquitur quando ante
factum iuris prohibitio deducitur. secunda vero pars quando
post factū, ipsum impletū, quia factū est qđ fieri nō debuit. Nec
ille tex. loquitur quando circa formam peccatum est, sed quan
do in substantia seu in iustitia, vt quia illi non erat emancipan-
di filium, & ob id factam emancipationem nō valere. hoc ver-
bum, recte. in illa lege positum rectitudinem non ritudinem
considerat, licet gl. illic in verbo, recte. aliter sentiat, dum dicit,
quia nō coram iudice ordinario in hoc rititudinem & formā
tantum emancipationis consideraret. sed hoc nō vult ille tex.
dicere, sed rectitudinem emancipationis, id est, ius non fuisse
patri emācipādi filium. & hoc dictio, recte, importat. l. lecta in
princ. vbi Moder. per amplius dilatant ff. de reb. credi. quare vt
hanc differentiam Iac. de Rauen. & Bald. & Fulgo absoluam,
114 congruum visum est legem illam paulo clarius explicare. † In
primis dico. l. ab ea parte. in his verbis, ab aliquo iure prohibitū
esse specialiter lege vel constitutione quocunque iure incor-
115 porali, reali, seu personali intelligi debere. vt si dico, † ius mi-
hi esse altius tollendi ædificium, vt in leg. latius. C. de ser-
uitu. & aqua. tu vero dicas, ius mihi non competere, idque mi-
hi lege, vel constitutione, aut cōsuetudine prohibitum esse, vt
in l. vsum. & l. diligēter. C. de acquę duc. lib. 11. Certe id te pro-
bare conuenit, cum cęlum vnicuique liberum sit aut esse de-
bet. l. si. ff. de seruitu. l. inter seruitutes, & duabus legibus seq. ff.
de serui. vrb. prædio. l. fin. §. pen. ff. quod vi aut clam. vt si dixeris
me ad ęmulationem tuam ędificare. l. opus. ff. de oper. publi. l.
quicunque. C. de fund. limitoph. lib. 10. glo. in l. per prouincias.
C. de ędific. priua. vel qđ meo edificio ventum tibi excludo, vt
in l. fi. C. de seruitu. & aqua. vel ius seruitutis tibi competere. l.
qui luminibus. ff. de seruitu. vrba. prædio. vel forte hoc me nō
posse edificium facere, nisi intermisso legitimo spatio. l. impe-
ratores. ff. de seruit. vrba. prædio. l. fi. ff. finiū regun. De iure per-
sonali exemplum gl. est super verbo. iure scilicet aduocationis
seu munere iudicantis. l. munerum §. iudicandi. ff. de muneri.
& hono. l. 1. §. in honorarijs. ff. de varijs & extraord. cogni. & l.
1. §. in honorarijs. ff. de varijs & extraord. cogni. & l. 1 & per to
117 tam ipsam legem. ff. de postulan. † Sed nō sufficit ius illud sin-
gulare in lege vel constitutione scriptum probare sed & factū,
quod a lege prohibitum est, probare necesse est. Et si lex aut
constitutio scripta non est, sicuti Druidarum leges non erant,
vna cum facto lex & constitutio probanda erunt. hoc dicit il-
la lex, ab ea parte ab aliquo iure prohibitum esse specialiter le-
ge vel constitutione, id probari oportere. fiet autem probatio
per aduersarium allegantem & proponentem hanc legis &
facti prohibitionem. Et idem disponit lex in actione negato-
ria, in l. 2 & l. locū. §. 1. & per totam pęne legem. ff. si serui. vēdi.
118 l. 1. §. fin. ff. de noui ope. nun. §. ęque. Insti. de actio. † vel pone in
scholastico

scholastico debitorem suum laicum coram iudice ecclesiasti
co seu doctore suo cõueniente. quamquã id sit ꝯ iuris cõis re-
gulas, eo ꝙ actor forum rei sequi debeat l. 2. C. de iurisd. omn.
iudic. c. cum sit generale, extra de foro comp. Tamen reus cõ-
uẽtus a scholastico forũ actoris sequetur propter beneficium
a lege scholasticis concessum, auth. habita. C. ne filius pro pa-
tre, §. fi. in proœ. Digestorum. In hoc non sufficit ius allegare
& constitutionẽ, sed & qualitatẽ probare oportet. l. vnica, ver.
scituri, C. de studi. libe. vrb. Ro. lib. 11. l. magistros, & l. reddatur.
C. de profes. & medi. lib. 10. Hi, inquit qui, ordinis nõ sunt, pri-
uilegiis scholasticorum exuantur, nisi doceãt se ab ordine ap-
probatos fuisse, l. nemini, & l. petitionẽ. C. de aduoca. diuer. iu-
dic. † exciperetur forte casus, nisi venditor scholasticus de eui-
ctione vocaretur in ius, quoniã corã eo iudice, qui primũ de cã
cognouit, adeundus esset, non habita thori seu priuilegij rõne
l. venditor, ff. de iudi. de quo dic vt per glos. in c. clericum, 11.
q. 1. tamen auth. habita. plurimũ consideranda est in ratione
sui, quę est, vt scholastici a studio non diuertantur, etiam si pro
causa iustissima, inquit, cõueniant, & sic vsus obseruat, vbi ve-
re scholastici sunt, de quo in d. c. at si clerici, extra de iudi. in l.
cum Papi. & auth. & consequenter. C. de sent. & interloc. om-
ni. iudi. pro quo vsu est. l. si pariter. §. quod si adhuc, ff. de liber.
cã. Et quod Ang. no. in l. si suspecta, ff. de inoffi. test. Vide Lan-
120 cel. Dec. in d. l. venditor. † Vel aliter dicere potes de eo, qui pro
ponit aliquid de iure scripto, siue nõ scripto prohibitũ esse, si
iuris cõmunis regulæ illi aduersantur, probare tenebitur, hoc
illa l. ab ea parte, innuit primo dum dicit, lege, quæ de iure scri
pto intelligitur, constitutione, de iure non scripto, si illa con-
stitutio in corpore iuris clausa non est cpa. consuetudo prima
distinctio. l. cum prolatis, ff. de re iudic. c. 1. de constitu. in 6. se-
cus si in iure scripta esset d. c. consuetudo, 1. distin. l. 2. C. qñ pro
uoc. non est neces. l. si expressim, ff. de appella. quod proseque-
re, vt per And. de Iser. in c. porro. quæ fuit prima causa benefi-
121 amitten. colla. 10. † Tolle exemplũ in eo, qui negat iudicem de
crimine posse cognoscere, tametsi merũ & mixtũ habeat im-
periũ cũ omnimoda iurisdictione, vt in l. imperiũ, ff. de iurisd.
omniũ iudic. l. omnibus, & l. congruit. & l. 4. & per totũ pene
titulũ, ff. de offi. præsid. l. 1. §. a præfectus, ff. de leg. 3. § iusiuran-
dũ, in auth. de defenso. ciuita. colla. 3. debet casum & factũ de-
122 ducere. † tolle exemplum in milite delinquente, non enim co
rã præside neque alio magistratu conueniri poterit, quã corã
magistro militum, quãdiu in actu expeditionis erit. l. magiste-
rię. C. de iurisdict. omn. iud. l. fi. C. de deserto, & occulta. lib 12.
l. ex eodem, C. de agen. in rebus, eodem lib. l. militaribus. C. de
decurio. lib. 10. In qua omnino vide Luc. de Penna. Vel pone
in clerico, qui non nisi coram iudice ecclesiastico accusari po
test, vt in authen. clericus. C. de episco & clericis, c. at si clerici.
extra de iudi. §. fin. in authent. apud quos opor. cleri. aut assis.
collatio. 6. Idem in quocunque alio reo in vetito examine ac-
cusato. l. in criminali, C. de iurisdictio. omnium iudicum §. au-
dient. in auth. de defenso. ciuita. coll. 3. Vel si præses extra pro-
uinciã cognoscat, l. 3. ff. de offi. pręsid. l. fin. ff. de iurisdic. omn.
iudic. vel vltra suæ administrationis tẽpus interdicit, vt in l. fi-
nali. ff. de pęn. Plura alia istiusmodi exempla recenseri possent
123 quæ consulto prætermitto. † Vel pone senatorem, aut aliũ cla-
rissimũ esse, qui de crimine accusetur, cuius notio est principis
vt in l. fi. C. vbi senato. vel claris. tunc & factum ipsum probari
debet, quamuis in istis ius certum sit, tamen secundum illam l.
ab ea parte, probari debet. Pone etiã in eo, qui eximere se vult
a decimarũ solutione, cum ius illi resistat, c. ad decimas. de re-
stitutione spolia. in 6. c. 1. de præscriptio. eo. lib. c. de quarta. ex-
tra de præscriptio. quia dicit se beneficio legis aut canonis so-
lutum esse, vt in casu, c. dilecti. c. ex parte, c. licet, & plerisq; alijs.
extra de deci. Ex aduerso si allegatur priuilegium etiam in cor
pore iuris clausum alia constitutione contraria reuocatũ esse,
vt in c. suggestum, extra de deci. & d. c. 1. de constit. in 6. c. fi. &
124 c. cum accessissent, extra de constitutio. Vel † pone in superiu-
dicto, quod princeps a quibuscunque personis cuiuscunque
gradus aut muneris sint, suo decreto exigi voluit, sicuti nostra
ætate ob temporis malitiam pluries regia constitutione sanci-
tum est, dicant autem aliqui se iure non posse sub ea constitu-
tione comprehendi, cum priuilegium eorum in corpore iuris
clausum sit, & principis edictum seu constitutionem ad eos so
lum extendi, qui priuilegiũ in iure clausum non habent, sed
à viuente principe huius constitutionis authore tantum im-
munitatem consecuti sunt, vt inquit glossa in authentica, qua
in prouincia. in verbo, illic. C. vbi de crimine agi oportet, & in
l. heres absens. in princip. in verbo, excusatur. ff. de iudicijs. Et
Bartolus notat in extrauaganti, ad reprimendum, in verbo. nõ
125 obstantibus. † Personę autem, quæ a lege immunitatem ha-
bent, istę sunt, quę scribuntur in l. medicos. C. de professoribus
& medicis. lib. 10 l. Senatores. C. de silentia. lib. duodecimo. l.
vnica. C. de præpositis laborum. eo. lib. l. 1. C. de veteranis. eo-
dem libro. l. si publicanus. §. 1. ff. de publicanis & vectigalibus.

In præside prouinciæ, plerique alij referri possent, quos omit-
to]. quare dicit Fulgosius in d. l. ab ea parte, oportere eum, qui
casum a lege communi excipit, teneri illum allegare, & allega
tum probare saltem per libri ostẽsionem, vt in l. secunda. §. in-
spectio. ff. quemadmodum testamenta aperiantur. inferius di-
cam. Ex hoc videtur quandam aliam regiam constitutionem
ortum habuisse, qua cautum est, eum, qui consuetudinem alle
gat quantumcumque decreto regio in scriptis redactam, pro-
bare debere per exemplum ab exemplari legitime exempla-
126 tum. † Alius glossæ intellectus ad illam legem, ab ea parte, ver.
sicu. idem respõdi, est, vt cum solemnitatis omissio allegatur,
quæ a iure aut constitutione introducta est, alleganti omissio-
nẽ onus probandi incumbet, per illum textũ dum ait, Si quis
negat emancipationem recte factã, ipsum prestare debere pro
bationem. Ego vero puto, vt supra dixi, ꝙ non rititudinem,
id est, solemnitatem, sed rectitudinem, id est, iustitiam consi-
derat ille textus per dictam. l. lecta. ff. de rebus creditis. Quod
est. An pater iure filium emancipauit, aut emancipare potuit,
cum plures sint casus a quibus filius patria potestate liberari
non potest, nisi interueniente filij voluntate, de quibus in §. fi.
127 Institu. quibus modis ius patrię potestatis soluitur. † Pater. n.
filium inuitum emancipare non potest. l. necauus. C. de eman
cipatio. libero. l. non potest. ff. de adoptionibus. Licet enim fi-
lius rite emancipatus sit, quia iuris solẽnitate obseruata eman-
cipatus est, non tamen recte facta erit, quia lege prohibente,
quamquam & solemnitates, q̃ hodie introductæ sunt, seruatę
fuerint, quoniã olim plures erant solemnitates quæ circa filio-
rũ emancipationes desiderabantur, tamen hodie sublatę sunt
in l. fin. C. de emãcipatio. libero. §. fi. Institu. quibus modis ius
patrię potestatis solui. Et noua constitutione a principe intro-
ducta aliqua alia forma emancipationi data est, quare nulli du
biũ est, eã seruari debere, & illius solemnitatis omissio argui
128 posset, & probari. Adde aliud huic simile exẽplũ. † Iure enim
scripto feudũ alienari non põt, c. 1. de prohibita feudi aliena. p
Federicum, & de prohibita feudi aliena. per Lothar. & ple-
risque alijs, si dicas ex consuetudine licere, sicuti est in tota pe-
ne Gallia, etiam irrequisito domino, sicuti ex Mediolanensiũ
consuetudine receptum erat c. 1. §. Mediolanenses. de aliena.
feud. collatione. 10. Vel si forte contra propriam feudi naturã
data fuerit in inuestitura alienãdi permissio, c. vnico. de feudo
nõ habẽ. propri. feud. natu. c. vnico. de benefi. fęmi. seu de feu-
do fęminę, & c. vnico. quẽadmo. feud. ad fęmi. perti. collatio-
ne 10. Proponens igitur consuetudinẽ, eam probare debebit.
129 Simile aliud † de filio naturali tãtum, cui de iure ciuili portio
aliqua hæreditatis relinqui põt, scilicet vnciæ duæ l. humanita
tis, & auth. licet. C. de natura. liber. §. fi. in auth. quib. mod. nat.
efficiun. sui. collatio. 7. §. illud in auth. quib. mod. nat. effi. legi-
130 ti. collatio. 6. si legitima sobole careat, per illos text. † Sed in
bonis feudalibus hoc fieri non põt, & hęredes ab intestato feu
da auocabunt, neque filij naturales tantũ prohibere poterunt,
c. naturales, si de feudo fuerit cõtrouer. inter dominũ & agna.
collatio. 10. vnde factum probari debet naturalitatis. Ius autẽ,
cum scriptum sit, clarum est, tamẽ allegari debet, & per illam
legem probari. Cui concordat gl. in c. seruatis. in verbo, in spe-
131 ctis. 25. q. 2. † Neque Bar. in d. l. ab ea parte. in hoc dissentire vi-
detur, dum dicit Bart. aliquam esse iuris negatiuam, quæ nullã
facti mixturam habet, & hæc per libri aperturam, seu, vt alij
volunt, apertionem probari debet. Illi subscribit Fulg. vt supra
dictum est. cui adde. l. fi. C. de reb. credi. & quam notat Bal. in
d. l. 2. C. de erro. aduoc. & hoc casu oportet librum authenticũ
aut exemplar seu exemplum recte exemplatum produci. l. si
in duobus. in prin. & l. fi. ff. quemadmodum testamen. aperian.
sicut Bar. sibi contigisse ait in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. 1.
Dum in publica disputatione dubitatio orta est de lege, si cre-
ditor. §. fina. ff. de distrac. pigno. Cuius disputationis Paul. de
Ca. illic meminit super verbo, nullam, quam cum Bal. habuis-
se dicunt. Quædã est, quæ facti mixturam habet, & dicenti pro-
bandi onus incumbet, per illã. l. ab ea parte. Et pro prima par-
te distinctionis Bartoli videtur facere text. in §. vt autem lex. in
auth. de non alienan. aut permutan. reb. eccles. colla. 2. Et ratio
huius esse potest, sufficit enim mihi conuento dicere, non esse
legem, quæ hoc dicat. §. optimum. in auth. de non eligen. secun
do nuben. colla. 1. & l. 3. §. fi. ff. de pręuarica. vel dicere, quod Im
perator meminit in §. cõsideremus. in auth. de triente & semis.
colla. 2. sine lege loqui erubescimus. l. fi. C. de consul. lib. 12. Ta
men Iaco. Butr. in d. l. actor. C. de proba. in iuris negatiua vo-
luit similiter distinguere, vt in facti negatiua, cuius distinctio-
nem supra retulimus, non repeto. Ex his igitur cõstat satis to-
tam vim huius nostræ disputationis, similiter & praxim circa
132 negatiuas in ꝓbatione cõsistere, quid in ea sentio aperiã. † In
primis de iuris & constitutionis & cõsuetudinis negatiua, pro
sequendo dicta per Bartol. & Fulgos. in d. l. ab ea parte. Aut
enim iuris negatiua nullum factũ mixtũ habet, sed simpliciter
per se stat, quia dicat non esse legẽ seu constitutionẽ vel sena-

tusconsultum, quæ hoc dicant, sicuti supra diximus, d. l. 3. in fi.
ff. de præuarica. d. §. optimū, in auth. de non eligen. secūdo nu-
ben. & tunc per libri productionē fiet probatio arg. l. 2. §. si du-
bitetur, vers. inspectio. ff. quemadmod. test. aperian. Melius in
l. fi. in princ. C. de iure do. impetran. ibi, nisi tantummodo ex li-
133 brorum recitatione audiuimus. † Et ratio huius esse pōt, quia
lex in scriptis redigi dēt l. leges generales. & l. humanū. C. de le
gi. l. neque leges, in verbo, scribi l. non ē nī l. in ciuile. in verbo,
perspecta. ff. de legib. §. constat versic. scriptū §. ex non scripto.
Instit. de iure natu. gent. & ciuili. Et ob id ius scriptum vocatū
est, vt a iure non scripto, id est consuetudine differat l. ius ciui-
le ff. de iusti. & iure. quamquam de hoc Cyn. & Iac. de Rauen.
dubitauerunt in l. 1. C. de legib. vide circa hoc Io. And. in regu
la, nemo potest, de regul. iur. in 6. Luc. de Pen. in l. vnica. C. de
stud. liber. vrb. Ro. lib. 11. Et illud ius non scriptū quandoque in
certum vocatum est l. 2. §. exactis deinde regibus ff. de orig. iu-
ris, qđ in sola prudētium disputatione consistebat, d. l. 2. §. his
legibus, & §. nouissime ff. de origine iuris. Pro hoc primo di-
cto vide, quod dictum est, in l. 3. § quod ad causam, & §. aperi-
re, supra eod. tit. l. 1. in princ. ff. de his quæ in testa. delen. Sed vl-
tra prædicta pondero tex. in c. cum ad sedem, extra de restitut.
spolia. in his verbis, vel etiam instrumenta, quæ nullatenus de
spoliatione tractabant l. placuit, vbi Luc. de Penna in verbo,
constet. C. de colla. fund. patrimo. lib. 11. Quibus adde Ioan. de
Plat. in l. 1. C. de exacto. tribu. lib. 10. Franc. Areti. in l. in illa, in
fi. ff. de verbo. oblig. Ioan. And. in Mercur. fine possessione, de
reg. iur. in 6. hoc etiam recte probatur in l. 2. ibi, cuius mentio-
nem libello insertam esse proponis manifeste probare potes.
134 C. de erro. aduoca. in d. l. fi. C. de reb. credit. Si autē iuris † nega-
tiua mixtum factum habet, probato facto, satis negatiua ipsa
probata erit, vt si dixero cōtractum cum Titio celebratum de
iure viribus nō subsistere, quia minor erat, aut furiosus, vel fal-
sum esse contractum, si contractus ipse in forma non peccat,
135 sed ipsa prima figura bona sit † cum instrumentum non sit cā
cellatum, neque in aliqua sui parte vitiosum, vt in illa l. fi. C. de
edicto Diui Adria. toll. executionē hēt paratam, vt in l. 2. C. ad
legē Corn. de Fal. l. 2. C. de edicto Diui Adrian. toll. qualia sunt
instrumenta, quę nostris temporib. coram tabellionibus, aut
alijs chartularijs iudicib. fiunt, quę garentigionata vulgus ap-
pellat, illa paratā habent executionē, sicuti instrumentū depo-
siti, in l. fi. in fi. C. de cōpensa. c. bona fides, extra de depos. & id
non obstante quacunq; exceptione ēt compensationis, per il-
136 lū tex. † & ex stylo curiarū Franciæ aduersus instrm garentigio
natū exceptio cōpensationis non recipitur, sed volens cōpensa
tionē proponere corā iudice laico, id a principe impetrare dēt,
manu regia prius munita, iuxta dictam l. secundam, in verbo,
alleget. C. de edicto Diui Adrian. toll. quæ filium etiam ab al-
legatione excludit, vbi instrumentum testamenti in prima sui
forma, seu figura vitiosum non est, & illum textum diligenter
aliquando consideraui in repetitione authenticæ, ex causa. C.
de liber. præteri. vel exhereda. Similiter & dictam l. secundam.
C. ad legem Corn. de fals. Alioqui seruiens regius aut appari-
tor manum in bona debitoris immittet, qui venalia debitori
annuntiabit, si pecuniam ad manum non habeat, vt inquit lex
petenti. ff. de pign. actio. & l. tutor. §. cum haberes, ff. ad Velleia
num. Et id genus executionis probatur in l. cum proponas. C.
de bon. autho. iudic. possiden. In his verbis. Et cum tuum esse
debitorem constat, ad exemplum edicti bonor. possess. eius, po
teris impetrare, tempore autem transacto et venditionem. eo-
rum competenti iudice postulare non prohiberis, & authē. ei
qui iurat. in his verbis, iuxta mensuram declarati debiti. eo. tit.
C. executione facta, & manu regia munita, tunc allegans vitiū
aliquod latens, aut aliud impedimentum, s. minoris ętatis, fu-
roris, prodigalitatis, falsitatis, & id genus negatiuarū facti, quæ
cum iure mixtę sunt, probare poterit, d. c. cum ad sedem, extra
137 de restitu. spoliato. † nisi forte in minore ex aspectu minor iudi
cari posset l. minor. 25. annis, adito pretore ff. de minori. per ra-
tionem l. si is a quo. ff. vt in possess. leg. hodie constat hodie aga-
tur, vel nisi statim, i. in promptu sit probatio. d. l. fi. C. de cōpen-
sa. l. 3. §. interdum ff. ad exhiben. vbi vero altam desiderarent in
daginem, vel in promptu non essent probationes, non impedi-
retur executio, vt si dicatur minorem sui facilitate lęsum. l. nā
& post ea §. si minor. ff. de iureiur. idque in pretoris est cogni-
tione l. ait pretor. in princip & l. verum §. si locupleti. ff. de mi-
nori. l. si curatorem habens. C. de in integrum restit. neque ius
clarum esse potest per prædicta. & d. l. ab ea parte, versic. idē re-
138 spondi. ff. de probatio. † vel si dico emancipationem nō esse iu-
re factam. Nam cum illa iuris positione oportet factum aliqđ
admiscere, forte quia inuito filio contra iuris dispositionem fa
cta est d. l. non pōt ff. de adoptio. §. fi. Instit. quibus modis ius pa
triæ potestatis soluitur. quare facti probatio fieri debebit, qđ si
probatum non erit, iuris negatiua probata non erit, per d. l. ab
139 ea parte, & ea quæ supra dicta sunt. † Aduerte etiam quod ad-
uersus legem scriptam probari potest non esse in viridi obser-
uantia, eamque per dissuetudinem antiquatam esse §. quas ex
omnibus, in proęmio Institutionum l. vnica. §. quibus specia li-
ter cognitis. C. de nouo codice componendo. l. de quibus, in fi-
ne. ff. de legibus l. vnica. §. hinc igitur. C. de Iustiniano codice
140 confirmando l. ambiguitates. C. de indicta viduitate toll. † per
quas etiam prohibetur, leges illas antiquatas in disputationē
referre, de quo dic vt per Lucam de Penna in l. eueniente. C.
de excusationibus munerum, libro decimo, §. 1. in auth. de re-
stitutionib. & ea quæ parit in vndecimo mense l. vnica. in prin.
C. de cadu. tollen. eundem Lucam de Penna in l. 3. C. de Palati
nis sacrarum largitionum, lib. 12. Bartolum, Baldum, & alios
in l. de quibus ff. de legibus. Plura dicemus, dum de consuetu-
dine tractabimus, ad quam diuertimus, sicuti in Gallia institu-
tiones & substitutiones in testamentis nullam habere vim di-
ci solet, idque moribus vtentium introductum est, licet iuris
communis obseruantia testamentum absque heredis institu-
tione nullum sit l. 1. ff. de iniusto, rupto, & irrito testamento.
§. 1. Instit. de hæreditatibus quę ab intestato deferuntur §. ante
141 hæredis. Instit. de lega. Quo pacto autem consuetudinis nega-
tiua probari possit, dic vt supra dictum est de lege scripta, per
non vsum vel contrarium populi consensum, d. l. de quibus, in
fine. vbi hoc plene Bartol. & Baldus prosequuntur ff. de legib.
& senatusconsultis §. sed naturalia. Institutio. de iure naturali,
gentium & ciuili. Quibus addo. l. si prius §. primo ff. de aqua
pluuia arcenda. ibi, non enim consuetudinis, sed illa lex de iure
incorporali alicui competente loquitur, de quo paulo post tra
ctabimus. Sed facit l. rem non nouam C. de iudicijs. Plures ex
Luca de Penna exiges in lege prima. C. de exactione & trans-
latione militarium annonarum, libro duodecimo. Cui adde l.
vnicam. C. de auro coronario libro decimo l. si in emptione, §.
omnium, ff. de contrahenda emptione. ibi, quos natura, vel gē-
tium, ius, vel mores ciuitatis commercio exemerunt l. fi. in ver
bo, aboleri. C. de pactis pignorum, & de lege commisso, in pig.
l. lege duodecim tabularum §. in his igitur. C. de legitimis hæ-
redibus, ibi, & nouum ius nouissimo iure corrigētes. Et idem
notat Cyn. in l. 2. C. quæ sit longa consuetud. Barto. & Bald. in
d. l. de quibus. De hac probatione negatiuę per non vsum con
suetudinis, vide Anton. de Butr. in c. Ioan. extra de cleri. coniu.
142 Petr. de Anchar. in cap. 1. de consti. in 6. vel † secundum An-
tonium de Butr. quando aduersus consuetudinem sępe iudica-
tum est sciente & patiente populo, vt in d. l. de quibus, in fine.
ff. de legibus, notat Cynus in l. 1. & fina. C. quę sit longa consue
tudo. l. nemo. §. temporalis ff. de regul. iur. glossa & Archidiac.
in c. in his 11. distinct. Felyn. in c. cum accessissent, versiculo, ter
tia regula est, vsque in finem suę lecturę, extra de constitutio.
Aliqua dixi in l. 1. §. hoc autem senatusconsultum, in versicu. &
143 ait Sextus, supra eodem tit. † Et licet ad esse consuetudinis scri-
ptura non sit necessaria l. imò ff. de legi. Et ob id ius non scri-
ptum appellatur §. constat, & §. ex non scripto. Institu. de iure
natu. gen. & ciuili. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure. l. 2. vbi Modern.
not. in princip. super verbo, moribus ff. de vulg. & pupill. substi
tutio. si tamen scripta sit, sicuti fieri potest c. consuetudo 1. di-
stinct. & argumento a sensu contrario l. imò. ff. de legib. per li-
bri aperturam probabitur, sicut & lex scripta, secundum Bart.
in d. l. de quibus, in 4. quæst. ff. de legibus, dum tamen in scri-
ptis redacta sit iussu & authoritate principis, vel communi po-
puli consensu, sicuti ex constitutione decemuirali percipi po-
144 test d. l. 2. §. exactis ff. de origine iur. † Et licet Bart. & alij dicant,
ius non scriptum, si a doctore aliquo in scriptis redactum est,
probari posse per librum doctoris, ego non puto hoc admittē-
dum esse. Et mouet me ratio l. 2. §. exactis & §. his legibus & §.
nouissime. ff. de origi. iur. primo dum dicitur in d. §. exactis, in
his verbis, iterumq; cępit populus Romanus incerto magis iu
re, & cōsuetudine aliqua vti, quam per latam legem, & in ver-
sic. sequen. dum dicitur, Placuit publica authoritate decē con-
stitui viros, & c. deinde subiungit. Quas in tabulis eburneis per
scriptas pro rostris composuerunt. Et in §. his legibus, dicitur,
hęc disputatio, & hoc ius quod sine scripto venit compositū
a prudentibus propria parte aliqua non appellatur, vt cęteræ
partes iuris suis nominibus designantur. Et in §. nouissime, di-
citur, proprium ius ciuile, quod sine scripto in sola prudentiū
interpretatione consistit. Ecce quomodo vnius ratio spectari
nō debet. Et in versiculo, aut sunt legis actiones, declarat quo-
145 modo l. e iuris partes legis vim obtinent. † Et hac ratione cer-
tatum est diu, an feudales constitutiones, seu verius, totius Ita-
lię consuetudines quæ in vnū volumen redactę sunt ab Ober-
to de Horto, & Gerardo Capagisto, & alijs pro tempore lau-
datis viris, & ab vniuersa Italia electis, vim constitutionis obti-
nere debeant, adhuc sub iudice lis est. Licet pleręque gentes
eas recipiant, multique insignes viri vtriusque classis canoni-
cę & ciuilis philosophię perungili studio suis commentarijs
eas venustauerint, & illustrauerint. Quare durum esset in po-
testate vnius hominis legem populo dare, aut librum vnius
quantumcunque excellentis viri, tantam in republica autho-

ritatem habere, vt legis vim obtineret, contra id quod scri-
bitur in l. 1. & fi. C. de legib. nisi a populo receptũ esset d. l. 2. §.
146 & cũ Appius. ff. de origine iur. † Nã & si Solon & Draco La-
cedemonijs & Atheniensibus leges tradiderint, tũc ab eis tra
ditũ vim legis obtinuit, cum illis populus cõsensit, vt ex Thu-
cydide, Trogo, Liuio, & cęteris, qui Grecas, Romanasve hi-
storias texuerunt, satis intelligi põt. Iustinianus etiam memi-
nit in locis prædictis, & Pomponius iurecõsultus in d. l. 2. in
prin. ff. de origi. iur. Nam & diu de plebiscitis certatũ est in po-
pulo Romano, in d. l. 2. §. deinde cũ esset in ciuitate lex duode
cim tabularum, quod in Liuio prosequẽte. 2. libro ab vrbe cõ
dita. Nã & leges duodecim tabularum, quę a decẽ viris factæ
sunt, necnon liber actionum, cuius interpretandi facultas col-
legio Pontificũ cõmissa, demũ liber accusationum ab Appio
Claudio compositus, alij deniq; postea facti a populo autho-
ritatẽ receperunt, non aũt ab eorum authoribus, quacũq; vir-
tute prestarent. Satis ex his constat, Publium Papirium pri-
mũ leges regias in vnũ volumẽ redegisse, quod ius primũ ius
ciuile Papirianũ appellatũ est. demũ Appiũ Claudiũ, qui &
decemuir fuit, librũ de actionibus cõposuisse, quẽ Ennius Fla-
uius surreptũ populo donauit, & a Flauio ius Flauianũ voca-
tũ est. Appius etiã qui de Pyrrho in senatu orationem habuit
cuius etiã meminit Iurecõsultus in l. 1. §. castum. ff. de postu-
lan. Sexto Aelio & Publio Aelio consulibus leges aliquas cõ-
posuit, vnam, quæ lex Aelia Sentia primum, & postremo ius
Aelianũ dicta est, cęteri ve, quorũ Põponius mentionẽ facit
in d. l. 2. ff. de origi. iur. & Pomponius Letus, post Liuium, Sui
dam, & Fenestellam transcribit. Et prius his Cicero in Bruto
singulos, qui libros de cõtractibus & de legibus scriptos reli-
querunt, cõmemorauit. Nõ enim doctori seu legũ professori
maior assistere põt authoritas, quã viris illis, quorũ literis &
doctrina omnis posterior ętas lętata est, quibusve tota etiã re-
spublica plurimũ debet multi etiã præstantes viri sunt, qui ni-
hil in vtroq; iure posteris intactũ reliquerũt, sed suo studio po
litiores ciuitates reddiderũt. Alij deniq; qui sua diligẽtia rem
publicã gubernandã assumpserunt, tũ non tantũ in republica
authoritatẽ meruerunt, vt quod pro Reipublicæ beneficio scri-
ptũ reliquerunt, id legis, aut cõstitutionis vim obtineret, nisi a
principe, aut altero legis condendę potestatẽ habente, aut po-
puli consensu id obtinuerint. [illegible] responsa prudentũ. Institu. de
147 iure natu. gent. & ciuil. † Neque [illegible], quod de feudalibus cõ-
stitutionibus s. memoratũ est, quæ ab Oberto de horto & Ge
rardo Capa[illegible] [illegible] collectę sunt, cum id principis autho-
ritate, nemini consensu facta fit. Con uentio. n. populi Lon-
gobardi Pap[illegible] facta est, [illegible] populi consensu receptę sunt.
Id etiam nostra ætate, vt supra diximus, [illegible] Christianis-
simi Ludouici duodecimi [illegible] quę Gallia moderatoris com
muniq; singularumq; [illegible] consensu a[illegible] singulis
commissarijs, qui in singulis [illegible] [illegible], & in libros cõ-
munes leges suas [illegible] seu cõsuetudines prescriberet.
148 † Ex quibus [illegible] consuetudinũ
fieri solet, [illegible] quorum negatiua consuetudinis iure
probari potest. Si autem scripta consuetudo nõ esset, testibus
com probar[illegible] [illegible] circa forenses causas
[illegible] Labeo in verbis, mos agentium. ff. de sta-
tu liberis [illegible] [illegible] priuatis, quæ transcribi-
tur in l. [illegible] C. quę sit longa consuetudo ibi, pręter probatis his,
quę in oppido frequenter in eodem genere controuersiarum
seruata sunt, causa cognita statuet l. nam Imperator. ff. de legi-
149 bus. † Si autem varius fuit [illegible] [illegible], vt inquit l. semper in
stipulationibus. ff. de reg. iur. ad id, quod [illegible] [illegible], deueniẽ
dum est l. [illegible] in fine. ff. de vsuris l. 5. §. Diuus. ff. de sepulch. viola.
l. fin. C. de testamen. milita. l. nemo. C. de senten. & interlo.
omnium iudicum. §. [illegible] in authent. vt nul. iudi. collatione nona
notatur plene in c. [illegible] extra de consuetudi. quod non ratio
ne ff. de legibus c. [illegible] diuturni. [illegible] [illegible] pro
sequere vt per Cynũ in l. 1. & finali. C. quæ sit longa consuetu.
Bartol. & Bald. in d. l. de quibus Lucas in l. [illegible] C. de collatione
150 donato. libro decimo. † Si autem nihil scriptum in lege inue-
nitur, quod a patribus antiquis traditũ est, omnino sequen-
dum erit can. his [illegible] distin. c. [illegible] sancta Romana. & duobus. c.
sequentibus 12. distinctione. Sępius etiam contingit vt iudicã-
tium arbitrio, quibus res ipsa publica gubernanda commissa
est, relinquatur d. l. vnica. §. hunc igitur. C. de Iustiniano Codi-
ce confir. §. fin. in procœmio Institutio. & legibus supra alleg.
151 Negatiua † autem iuris incorporalis probatur per negationẽ
tit. l. si titulus illius iuris non producatur l. super seruis. C. qui
milit. [illegible] libro duodecimo. l. si quis diuturno. [illegible] ibi,
non esse enim necesse docere de iure, quo aqua constituta est, ve-
luti ex legato, vel alio modo. Igitur si non diuturno tempore
vsus est, ostendet. & l. si a te emero. ff. si serui. vendi. Vel per cõ-
tractu inspectionem, quia constituta seruitus non fit, sicut is,
qui prohibetur, vel cui negatur vt desiderat l. 3. C. de seruitu-
tib. & aqua l. sicuti. §. Aristo. l. si cum meus. ff. si seruitus vendi-
152 ce l. 1. §. fi. ff. de aqua pluuia arcenda, † vel si forte in re commu-
ni inuitis socijs ędificauerim, quibus negatoria cõpetit, iusq;
prohibendi illis esse socio ędificare. Sufficit enim hoc casu pro
bare rem communem esse l. an vnus. ff. si seruitus vendicetur,
quia inquit ille textus, magis ille, qui facere conatur quodam-
modo sibi alienum ius pręcepit, si quasi dominus solus ad suũ
153 arbitrium vti iure communi velit. † Sed si is, qui prohibetur,
ius ædificãdi præscripsisse dicat vtẽdo, qui negatoria egit, quo
modo probare poterit: Et distingui solet inter seruitutes cau-
sam continuam, & discontinuam habentes, secundũ l. seruitu
tes. tertiã in prin. ff. de seruitutibus, quæ lex circa probationem
seruitutum discontinuam causam habentiũ ait nõ tantum in
his iuribus incorporalibus modum diligenter cõsiderandum
esse, sed & in quibusq; factis possessorijs, dũ ille textus ait, Ne-
mo enim tam perpetuo, tanq; continue ire põt, vt nullo mo-
mento possessio eius interpellari videatur. Sed hæc ratio ęque
in affirmantẽ vt in negantẽ cõcludere vr̃, hac ratione facti ne-
gatiuã vna eademq; textura explicare conuenit, tametsi legũ
magistri seu professores in diuersas scissi inueniantur senten-
154 tias. Videndũ est igitur † qualiter facti negatiua probanda sit.
In quo existimaui ciuiles causas a criminalibus distinguere.
In ciuilibus causis primum axioma erit, cuius etiam supra me
minimus, sed consulto repetimus, Negatiuam facti recte per
inclusam affirmatiuam probari. hãc conclusionẽ, vt diximus,
Cynus & Bald. tradunt in d. l. actor. C. de probatio. Bartol. in l.
in illa stipulatione. ff. de verbo. obliga. Ioan. And. in regula, in-
famibus, & in regula, sine possessione de reg. iur. in 6. gloss. in
c. bonæ. primo. extra de electione, quod clare probari asserunt
in d. l. nec codicillos. C. de iure codicillorum. Iuuabit exempla
eorum repetere. Si bona fide probauero tecũ contraxisse, satis
doli negatiua probata erit l. inter stipulantẽ in prin. ff. de verb.
oblig. Si te maiorẽ probauero, dum conuenisti mecum, satis
probatur tunc te minorem non fuisse l. cũ de ętate. ff. de proba
l. cũ te. C. eod. de probat. Si te sanum mente fuisse, dũ a te fun-
dum emi, demonstrauero, recte probatum erit te furiosum aut
mente captum nõ fuisse d. l. nec codicillos. Et sic negatiua per
species vel qualitates oppositas recte probatr̃. Probabit autem
proponens huiusmodi negatiuas. Ius enim aduersus eas assi-
stit, quia contra naturalẽ hominis dispositionẽ sunt. Nam homines
sani prudentes & non ratione carentes esse existimantur. dicã
155 inf. Secundum est, † Negatiuam loco & tpe coarctatam facil-
lime probari posse, vt si nego tecum Romæ in mense Iulio
contraxisse. Nam si ipso integro mense, quo confectum esse di
citur instrumẽtum, probauero me Parisijs fuisse, cum impos-
sibilitate naturę impossibile sit in vtroq; loco me esse potuisse
hoc pacto negatiua recte probata erit. §. item verborum in fi.
Instit. de inutil. stipulatio d. l. optimam. §. fi. C. de contrahenda stipu
latio. Alios autẽ probandi modos prosequere vt per Cynum
in d. l. actor. C. de probatio. Cui adde glossam in l. 1. in princip.
in verbo, an non in finalibus verbis gl. ff. de itinere actuq; pri-
uato. & glo. in l. 2. in verbo, intercessisse, in fine glosę. C. de er-
rore aduocatorum. Alia glossa est in. §. hinc nobis in verbo &
vidisse, in auth. de hęredibus & Falcidia. collatione prima. quã
156 Iacobus de Bel. Vi. Bartol. & Angel. illic probant. † Vbique
enim concludunt negatiuam, quæ in sensu testis per species
aut qualitates oppositas cadere potest, a teste iurari posse. Flo-
ri. tamen in l. 2. ff. de probatio. ab eis dissentit, nisi simul tem-
pore & loco fuerit coarctata. Tolle exẽplum secundũ eundẽ
Flor. Si volo probare te mutuam pecuniam Florentiæ nõ de-
disse, non satis erit dicere, testes deponere, scire te mutuas nõ
dedisse pecunias. Sempronio Florentię, neq; te potuisse dare,
quin vidissent, etiam secundum eum si testes dicant, tantam
tamq; frequentem, & continuam conuersionem cum eo ha-
buisse, vt non potuerit ciuitatẽ exire, quin vidissent, aut te do-
mum intrasse, quod nõ intellexissent, seu vidissent. Ratio secundum eos
est in d. l. seruitutes. 3. ff. de seruitu. quam supra annotauimus.
Nemo, inquit, tam perpetuo, tanq; continue ire potest, vt nul-
lo momento possessio eius interpellari videatur l. foramẽ. ff.
de seruitu. vrbanorum prædio. quare, inquit Flori. huiusmodi
testis depositio suspitione falsi carere non potest c. cum eccle
sia Suttina. §. nos igitur extra de causa possess. & proprie. Hoc
prius eo dixit Bald. in d. l. actor. C. de probatio. Et ampliore cõ-
157 mentario prosequitur Felyn. in c. cũ causam. extra de testib. † Sed
vbi tẽpus & locus in testiũ depositione exprimuntur, haud du-
bie recipienda est dispositio, per dictam l. optimã. C. de contra
hen. stip. per quam glo. mouebatur. Cui addo. c. ex tenore. ex-
tra de testibus c. super hoc. extra de renun. Bald. etiam notat in
158 l. si iam. C. de testib. † Flori. igitur inquit, dum Accurs. in his
duobus modis dixit negatiuam sic posse probari in d. l. 1. in ver
bo, an non. ff. de itine. actuq; priua. & alijs locis supra relatis, sic
intelligi debere, si per testes dicatur, quod prope stabant, dum
hęc acta fuisse dicuntur, & quod eo tẽpore visus non fuit, neq; ire
potuisset, quin visus fuisset, vel si dicatur Titium tali die vel
mense iuisse, probabitur, eo die vel mense nõ fuisse. Et hoc pro-
bationis

bationis genus alterum admittit alterum vero reijcit quasi su-
spectū, per prædicta. Et pro eo vr̄ esse tex. in d. §. iterū verborū.
in fi. Insti. de inuti. stipulatio. Cui ego addo Ant. de Butr. in d. c.
cū ecclesia Sutrina. §. nos igitur. in quarto notabili. & in expe-
ditione glossæ, in verbo, vacillasse, extra de causa posses. & pro-
prie, dū dicit Accursij regulam s̄. memoratam procedere, qn̄
ex terminis affirmationis sequit̄ negatiua, vel aliquid affirmati
ue addit̄, & actus in diuersa seu varia est implicabilis, seu actus
est multiplicabilis. ca. licet causam. extra de probatio. l. si inter
me & te. ff. de excep. rei iudi. Cui adde quod pulchre Bal. no. in
159 l. 1. circa fi. C. de bon. possess. secundum tab. † dicit enim Bald.
sicut in proprio facto vera scientia propositionis negatiuę ca-
dit. l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquir. hære. l. fi. in fi.
ff. de bo. eo. qui ante sentē. mor. sibi consciue. sic in alieno facto
sic coarctato, eo q̄ virtus intellectiua & sensitiua clare negati-
uam percipit. l. 2. C. de erro. aduoca. l. 1. §. 1. ff. de itinere actuq;
priuato. Et huic sententię Cynus post Dynum adhęrere vide-
tur in l. actor. in 3. q. C. de probat. & in l. 2. C. de erro. aduoca. &
in l. fi. C. de rebus credi. dum post Dynum ait, Si testis dicat, die
tali, & loco tali iudex sententiā tulit, qua Titiū in Semproniū
condemnauit, vt pecuniā, non vt domū daret, & interrogatus
quo pacto id sciret, respōderit, quia præsens fuit pronuntiatio-
ni. Vel si testis dicat, a Sēpronio pecuniam mutuam Titio da-
tam tali die, & loco, sed Titius dum mutua data est pecunia,
præsens non erat, recte negatiua illa per sensum testis probat̄.
d. l. 2. C. de errore aduoca. Poterit ècontrario probari, iudicem
tunc non fuisse in loco, vel sententiam eo die ab eo pronuntia-
tam non fuisse, d. l. optimam. C. de contrahenda stipulatione,
& dicto §. item verborum, in fine. Institu. de inutili. stipulatio-
ni. d. c. cum ecclesia Sutrina, §. nos igitur, extra de causa posses-
sio. & proprie. quibus adde Bartolum in l. demonstratio ff. de
conditioni. & demonstrationibus. Quare, secundum eum, pri-
mum illarum glossarum exemplum admittendum non est, cū
factum illud multiplicabile esse possit, & ex alieno facto pen-
deat, quod verisimiliter sciri non potest. Cui ego addo textum
in l. Iulianus, §. 1. versic. quid tamen. ff. de actionibus empti. & l.
Marcellus, ff. de actione rerum amotarum. hoc notat Bald. in l.
2. per illum textum, C. de indicta viduita. tollend. Sed ad istud
obiectum Floria. quod fuit Innoc. prius eo in dicto c. cum ec-
clesia Sutrina. & Bartoli in dicta l. 1. §. hoc interdicto, ff. de iti-
nere actuque priuato. Et Baldus illud considerauit in d. l. actor
C. de probationi. Respondet Hostiensis in dicto c. cum eccle-
sia Sutrina. dixit enim huiusmodi testes saluari posse, vt si te-
stes dicant ad canonicos, & nullos alios ius eligendi spectare, li
cet Innocentius contrarium sentiat, motus hac ratione Inno-
160 centius, & qui eū sequuntur, † cum anceps periurium de alie-
no facto deponentes subeant. l. Iulianus. in princ. ff. de actioni-
bus empti & venditi. l. videamur, ff. de in litem iurando, l. Mar-
cellus. ff. de actione rerum amotarum. Forte enim priuilegiū
161 habent, quod testes ignorantes. † Sed ad id respondet Host. vt
eorum depositio salua sit, intelligantur de iure cōmuni depo-
nere. d. c. cum ecclesia Sutrina. ver. & secundum statuta, & ita
dicit Papam saluasse testes Embrudensis ecclesiæ in c. cum tu.
extra de testibus, & confessionem episcopi Agathēsis, in c. cū
dilecti. §. 1. vers. & si secundum responsionem, & versiculo se-
quenti. extra de accusationibus. Sed non recte respōdet Host.
sm̄ Anto. de Butr. in eadem decretali, in §. nos igitur. in expe-
ditione glossę, in verbo, vacillasse, quia alio iure habere nō pos-
set, quam speciali, & ideo testes nō probant intentum. Cui ad-
de textum in c. Cumana. extra de elec. Tamen si recte Bald. in-
tuemur in dicta l. 1. in quæstione vltima. C. de bonorum poss.
secundum tabulas, & in l. Lucius. in princip. ff. de his qui no-
tantur infamia, saluare videtur dictum præcedens, quod etiam
162 fuit Hostien. † Licet verum sit testis depositionem suspectam
esse, vbi negatiuam tam vagam deponere conatur, vbi autem
dictū testis ad locū in quo similes actus expediri solent, se re-
ferre potest, tunc non omnino negatiua dicitur vaga, & vltra
quam dicat Bald. pondero textum, qui nō videtur mihi incon
grue probare dictum Baldi, in l. liberotū. §. 1. ff. de his qui no-
tantur infamia. in his verbis, prætor enim ad id tempus se retu
lit, quo vir elugeretur, qui solet elugeri propter turbationem
sanguinis. Illi addo non multum dissimilem in l. prima. §. fina.
ff. si mensor falsum modum dixerit, in his verbis, non omnem
culpam eū præstare, propter verba edicti, vtique enim scit præ-
tor, & mercede eos interuenire, aliquid dictum est in l. 1. §. hoc
autem. supra eodem titulo, vel secundum eundem Bal. quan-
do negatiua aliquē locum aut diem pręfinitum habuit, & pre
sertim vbi ex facto eius, qui deponit, procedere potest, argu-
mento dictæ l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquirenda
hæreditate, vbi vero negatiua esset adeo vaga, aut per testis sen
sum inapprehensibilis, verum dicit Floria. l. diem proferre. §.
si plures. ff. de arbitr. Et prius eo Innoc. in d. cap. cum ecclesia.
extra de causa possessionis & proprie. Et in hoc verificari po-
test secūda regula, cuius supra meminimus. Quibus adde Bal.
in cap. si quis per triginta annos, si de feudo fuerit controuer-
sia inter dominum & agnatos. collatio. decima. Et ita intelliga
tur quod notat Antonius de Butrio in cap. cum ecclesia Sutri-
na. §. nos igitur, in expeditione glossæ, in verbo, vacillasse, extra
de causa possessio. & proprie. & Barto. in dicta l. prima. §. hoc
interdicto. ff. de itinere actuque priuato. Et hac ratione ductus
Angel. in l. si per alium. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius vo-
163 ca. vi eximat. dixit † cauendum esse testi sicuti ab igne meram
negatiuam tempore aut loco non limitatam struat, alioqui su
spicione falsi non carebit, immo in falsum incidet, per dictum
cap. cum ecclesia Sutrina. Cui adde, quod Baldus notat in l.
presbyteri. circa principium. C. de episcopis & clericis. Idem
Bald. in l. de die. §. sic autem iurare. ff. qui satisdare cogantur.
164 † Alexander autem alterius fuit sententiæ, in l. 2. in expeditio-
ne glossæ magnæ. in princip. ff. quod quisque iuris. dicit enim
in similibus testem de falso plectendum non esse, nisi falsum
aut contra veritatem deponendo scienter asseruerit. Mouetur
authoritate Innocen. in d. cap. cum ecclesia Sutrina, & Abbas
post eum in expeditione glossæ, in verbo, negatiua, & Ang. in
d. l. Lucius. ff. de his qui notantur infamia. eiusdem Angel. in l.
plagij. C. ad legem Flauiam de plagiarijs. Pro glo. tamen face-
re videtur dictum Iacobi de Bel vis. Barto. & Ange. in dicto §.
hinc nobis, post glossam illic in verbo. vidisse, in authentica, de
hæredibus & Falcidia, collatione prima, dum dicunt, testis
depositionem idoneam esse, si dicat se præsentem fuisse tem-
pore confecti inuentarij, nihilque in eo fieri potuisse, quin vi-
disset, & plus satis tempore & loco coarctatam esse, hoc est, qđ
supra diximus, cum testis depositio ad aliquod tempus se re-
fert, quod certum fieri potest relationem ad id, quod factum
est. Ex quorum omnium doctrina alia regula colligi potest.
165 Negatiuam † actum multiplicatiuum continentem, seu ius
apud plures multiplicabile absque falsitatis suspicione, proba-
ri non posse, vtpote si testis dicat nullum ius eligendi tibi com
petere, neque te habere potuisse, quod non sciret, vel nunquā
Titium fundum intrasse, nec potuisse intrare, quod non vidis-
set, vel debitorem nunquā soluisse, nec soluere potuisse, quin
vidisset. Quid enim secundum Dynum, vt verbis ipsius vtar in
d. l. 1. §. si quis propter. ff. de itinere actuque priua. si iste, qui di-
cebatur furiosus, in carruca portabatur, vel si visus est seruitu-
te vel re tempore, quo isti, qui deponunt, in domo erant, aut ali
bi, vel dum testis dormiret, domū sit ingressus, vel dum testis
abesset, pecunia mutua reddita est? huiusmodi testium deposi
tiones de falso suspectę sunt per prædicta, de quo etiā per Ale-
xandrum in l. vnica. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit.
166 Are. in l. in illa. ff. de verbo. obligationi. † Et hæc maxime vera
sunt, vbi ex alieno facto dependent. l. 2. §. sed quod obseruari.
C. de iureiurando propter calumniam dando. d. l. Iulianus. §. 1.
ff. de actionibus empti & ven. l. Marcellus. ff. de actione rerum
167 amotarum, vt d. x. sup. post Inno. Non sic † vbi ex proprio facto
procederet, quia is, qui loquitur, certus esse possit. dic. l. Panto-
nius. §. rei perduellionis, & l. cum fallum. ff. de acquirenda hæ-
redita. & partis confessio in hoc operari posset, dicto c. primo,
de confessis. in sexto, clemen. constitutionem, in fine, de elect.
Ita notat Antonius de Butri. dicto cap. cum ecclesia Sutrina.
extra de causa possessio. & proprie. & allegat. l. tertiam. §. si qua
cunque. & §. sequen. ff. de iureiurando Secundo, nisi limitata,
seu coarctata esset negatiua tempore & loco, secundum exem
plum glossæ, in dicto. §. hinc nobis. in verbo, & vidisse, in authē
tica, de hęredi. & Falcid. collatione prima, supra dictum, & per
illum textum vna cum glossa dico idem esse, si actus, de cuius
negatiua tractatur, non sit sua natura temporis, & loci declara-
tiuus, vt in exemplo illius tex. de eo, qui se præsentem fuisse tē
168 pore confecti inuentarij dixit, † quia inuentarium debet tem-
pus & locum, in quo confectum est, continere. l. finali, in prin-
cipio. C. de iure deliberan. §. fiat inuentarium. in authentica, de
hęredibus & Falci. collatione prima, idq; medio iuramēto pur
gatur, per illos textus, & in simili notatur in c. accedens, in ver
bo, purgatione, extra de purgatione cano. & d. l. præsenti. §. sicu
bi. C. de his qui ad ecclesiam confugiunt. l. finali. C. de fideicō-
missis. Adde circa prædicta, quod notant Alexander & Mo-
der. Papien. in l. vnica. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iu-
ris. Bartolus & Alexander in dicta l. 1. §. 1. ff. de itinere actuque
169 priuato. † Baldus vero in dicto cap. si quis per triginta annos.
si de feudo fuerit controuersia inter dominum & agnatos, col
latio. decima. Addebat tertiam limitationem, nisi testis vna
cum negatiua affirmatiuam asseueraret. Tolle exemplum, se-
cundum eundem, si testis dicat Titium nunquam fundū Cor
nelianum possedisse, neque potuisse eū possidere quin vidis-
set, sed in possessione fundi semper fuisse Męuium, aut eū con
tinue possidere vidit, hoc modo negatiuam recte probari ait,
& sic glo. dictæ l. primæ §. hoc interdicto. ff. de itinere actuque
priuato, saluari posse. Addit & gl. in dicto c. primo. de confes-
sis in sexto. Adde. quæ Alexander circa hoc scribit in dicta l.
vnica, in princip. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit. Sed

ex hoc non videtur gl. recte a Baldo defensa, quoniam in vtra-
que parte gl. solam negatiuam struit. verba glo. sunt, agens ne-
gatoria hoc modo probabit negatoriam, quod per eos, qui ibi
prope stabant, non fuit visus ire, neque ire poterat, quin visus
fuisset. Ista est prima probationis forma per glossam posita. Se
cunda est, si testis dicat se tali die vel mense fuisse, & probatur
eum alibi fuisse, hæc secūda forma recipitur a Floriano & his
qui suę sunt opinionis propter tempus & locum depositioni
testis adiectū, non aūt prima forma, in qua solidū manet Flo-
na. argū quod fuit eiusdem Bal. in d. l. actor. C. de probat. Im-
170 possibile† enim est actu possessionis esse cōtinuum, qm̄ homo
non est patiens continue in eodem loco residere l. in lege loca
tionis. ff. locati & conducti, l. seruitutes 3. ff. de seruitut. l. fora-
men. ff. de seruitu. vrb. pręd. de ea tractatur in l. clā possidere §.
qui ad nundinas ff. de acqui. pos. & in l. fi. C. eod. de acquirēda
possess. Et propter hanc impossibilitatem in homine existen-
tem, aut difficultatem solet alia iuris cōclusio inferri. † Animo
171 possessionem retineri, licet corpore possessor rei non insistat,
d. l. clam possidere. §. qui ad nundinas, & l. 3. §. in amittenda, &
l. quod meo. in fi. ff. de acquir. possessio. dixi aliquando plenius
in repetitione §. differentia, in l. si quis vi. eodem titulo per illū
tex. † Difficile autem est de animo iudicare nisi per actus exte
172 riores, l. reprehendenda. C. de institu. & substitu. sub conditio.
fac. l. Labeo. ff. de suppellec. lega. Nam & quis potest desinere
animo possidere, licet rei insistat. d. §. qui ad nundinas, & l. sed
si nolit & l. quod meo. in princip. & d. §. differentia. ff. de acqui
renda possessione, & d. l. fi. C. de acquirenda possessione, & ali-
quando respondi ad legem, quemadmodum, quæ est in eodē
titul. ff. post longam Moder. disputationem positam in d. §. in
amittenda, & Bal. hoc argumentum præsentiens in d. c. si quis
per triginta annos, si de feudo fuerit controuer. inter dom. &
173 agnatos, collatio. 10. videtur respondere, † dicit enim ciuilem
possessionem duobus modis accipi posse. Primo, vt quęlibet
inuisibilis possessio in animo consistens. Secundo, prout est na
turali seu corporali opposita. Et primo ciuilis possessionis mo-
do recte præscribitur, quia potest animo retineri, d. §. qui ad nū
dinas. Et ratio, quia ex corporali coniuncta ciuili nata est l. ac-
quiritur, ff. de acquiren. rerum domin. d. l. quemadmodum, ff.
174 de acquiren. possessio. & l. 3. in princip. eod. titulo. † Et ideo li-
cet actualem rei possessionem aliquis absente domino appre-
hendat, non minus tamen dominus possessionem solo animo
retinet. nisi reuersus dubitet se posse repelli, d. §. qui ad nundi-
nas, & l. sequen. neque illa corporalis seu actualis possessio fa-
175 cit eum, qui detinet, possessorem, † cum non possint duo eius-
dem rei esse possessores insolidum, d. l. 3. §. Neratius, ff. de ac-
quirenda possessio. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum ff. com
176 moda. Et in hoc secundus possessionis modus probatur. † Ego
do tibi casus, in quibus ... hæc ciuilis possessionis differē
tia probari potest. Primus probatur in l. quod meo. § si vendi-
torem ff. de acquiren. possessione, vt si vicinum mihi fundum
emptum venditor ex mea domo, vel turre demonstret. vacuā-
que possessionem se tradere dicat. Sed ad hoc exemplum di-
cere potes, quod id operatur ille fictus corporalis actus, sicut
dicitur in d. l. 3. in princip. & l. 1. §. si mulierum ff. de acquirenda
possessione, sed id verum est propter legis authoritatem fictio
nem admittentem, vt in l. si is qui pro emptore, ff. de vsucapio
nibus, vnde dicere potes, primū illum modum ciuilis posses-
sionis operari in retinenda possessione, cum aliquis abiit ani-
mo retinendi possessionem fundi, ille animus aliquo instanti
per actus corporeos demōstrari non potest, vt in l. placet ff. de
acquir. hæredit. l. sed interim §. idem Marcellus. ff. de donat. in
ter virum & vxorem. Licet verbo manifestari animus possit,
l. pro hærede, in princip. ff. de acquiren. hæred. & d. l. Labeo ff.
de suppellectili. lega. & d. l. reprehendenda. C. de institut. & sub-
177 stitut. sub conditio. fac. † Secundus modus probatur in eo, qui
ad nundinas iuit, qui animum habebat retinendę possessionis
fundi, illa ciuilis possessio opponitur naturali. si dum iuit ad
nūdinas alius est actualiter possessionem fundi ingressus. Sed
hæc ciuilis possessionis differentia satis non facit obiectis, an
probari possit, quid enim, inquit ille tex. si is, qui ad nundinas
iuit, aliquando dubitauit se posse repelli? certe id recte probari
non potest, nisi coniecturaliter, terror enim armorum sufficē-
re potest ad deponendum alicuius animum, licet forte demō-
stret se velle recuperare, aut verius retinendi animum habere,
sed dum venit alius fortior eo, qui eum expellit, vi possidere
incipit, & qui possidebat, desinit possidere. d. l. sed si nolit, & l.
3. §. 1. versic. qui armati venerunt, & §. sequent. in princip. ibi,
metu hoc deterritus profugerit. ff. de vi & vi arma. d. §. qui ad
nundinas, & l. sed & si nolit. & l. naturaliter, ff. de vsucap. Sed
quid si non profugerit, sed in domo vel fundo perseuerauit? di
xi in l. Diuus, supra eodem tamen possessionem amittit. dict. l.
sed si nolit. ff. de acquirend. possessio. & l. naturaliter ff. de vsu-
178 capio. † Vnde responsum est considerationi Bald. in d. l. actor.
C. de probatio. dum dixit, actus, qui de occultis cordis sunt,

per actus causatiuos seu extrinsecos probari posse l. sicut §. su-
peruacuum ff. quibus mod. pig. vel hypo. sol. l. si venerit. §. fina.
ff. de priui. eg. credi. l. & qui sub imagine. C. de distrac. pig. quin
verum est præsumptiue posse, sed quod actus possessionis vere
continuus dicatur, non, secundum Innoc. vb. hoc etiam notat
Felyn. in c. tertio loco, extra de probatio. & in c. quia verisimi-
le, extra de præsumptio. & clare probatur in dict. §. qui ad nun-
dinas, & l. sequen. & dicta l. naturaliter. Pręterea absurdum es-
se videtur, tantam differentiam inter possessiones ciuiles con-
179 stituere† cum vnus sit animus quo mediante possessio acquiri-
tur, retinetur, & amittitur, dicta l. 3. in princip. & in §. in amit-
tenda, & l. clam possidere §. qui ad nundinas l. quemadmodū,
180 l. peregre, & plerisque aliis legibus ff. de acquiren. possess. † Et
licet plerique disputando post Barto. in l. prima, in princip. ff.
de acquiren. possessio. dicant, duas esse possessiones tantum,
vnam naturalem, & alteram ciuilem, non autem vnam solam
esse facti, & sic naturalem tantum, vt plerique Neoterici sen-
tiunt l. prima §. adipiscimur ff. de acquirenda possessione, ibi,
eam rem enim facti non iuris esse, sed pro Bar. & his qui eum
sequuntur, recte facit l. nemo ambigit C. de acquiren. posses-
sio. Nemo, inquit illa lex, ambigit possessionis duplicem esse
rationem, aliam quę in iure cōsistit, aliam quæ corpore, vtran-
que autem ita demum esse legitimam, cum omnium aduer-
sariorum silentio & taciturnitate firmatur. Et sequitur, inter-
pellatione & controuersia sic progressa non posse eū intelligi
possessorem, qui licet possessionem corpore teneat, tamen
ex interposita contestatione super iure possessionis vacillet,
181 ac dubitet. † & sic aliud est possidere, & in possessione esse l. si
ante conduxit ff. de acquirenda possessione, & in d. §. adipisci-
mur, cōsidera dum ait, sed furiosus & pupillus sine tutoris au-
thoritate non potest incipere possidere, quia affectionem te-
nendi non habent, licet maxime rem suo corpore cōtingant.
Et in fine §. opinionem Offilij & Neruę in pupillo moderatā
esse, vt sine tutore possessionem acquirat, si eius ętatis sit, vt
intellectum, & sic affectionem & animum habeat. In quo illa
verba, eam rem, facti non iuris esse, quæ Offilium & Neruam
mouebant, similiter & Neotericos, quos Paul. ille reprehēdit,
182 † non enim, vt sentit Bart. & Recentiores volunt, duæ sunt na-
turales possessiones, vnam quam corpoream seu corporalem
esse dicunt, quæ aliter detentatio seu detentio nuncupatur, al-
teram vero naturalem quæ corpore vna cum animo acquisita
est l. quemadmodum ff. de acquir. possessio. Non etiam duæ
ciuiles, sicut Bal. supra meminit distinguendo animum ab ani
mo, vt illa animorum distinctio in ciuili possessione differen-
tiam faciat, dixi copiosius in repetitione d. §. differentia, in l. si
183 quis vi. ff. de acquirē. possessione, hic non repeto. Dico † igitur
hoc plurimum in recti boniq; iudicis arbitrio pendere secun-
dum facti qualitatem quantumcunque iterabilis, dummodo
aliquibus adminiculis testis depositio adiuuari possit, per quā
iudex trahi possit aut moueri ad sequendam testis opinionē,
seu depositionem l. ob carmen. §. fina. ff. de testibus. Ita notat
Barto in l. de minore §. tormenta. ff. de quæstio. & glosa in di-
cto §. hinc nobis, in authentica, de hæred. & Falcid. collatio. pri
ma. Et id iuuare etiam potest ad probationem negatiue com-
missi homicidij. Ego autem vltra quam supra dictum sit, puto
vtrunque glos. exemplum in his terminis, quibus posita sunt
in dicta l. prima §. 1. ff. de itinere actuque priua. ab impugnatio
ne Floria Bal. & aliorum defendi posse, non solum in causa ci-
uili, verum etiā in causa criminali, in quo video Henric. Bohic
in c. ex parte, per illum tex. extra de cleric. non residen. in eccl.
184 qui huiusmodi † depositiones vult ciuiliter intelligendas esse,
prout in proœmio Gregorii colligi potest, in verbo, quotidie,
& Fely. plura illic addidit, allegat l. continuus, in princip. ff. de
verbo. obligatio. l. duos §. duo. ff. de duobus reis. Et quod Luc.
... scribitur. Oportet vos semper orare, & 22 Quotidie eram
apud vos in templo, & non me tenuistis, quia huiusmodi ver-
ba frequentiam magis, quam temporis seu actus continuatio-
nem significant ca. nunquam, de consecratione, distinctione
quinta l. foramen. ff. de seruituti. vrbanorum prædiorum. Et
hoc modo putat Henric. tales depositiones testium ab huius-
mod. impugnatione posse defendi. Plura alia refert Henric.
vt dixi, & d. l. 1. §. 1 ff. de itinere actuque priuato. ad id induci po
test. In primis dum de itineris seruitute loquitur, & dicit itine-
ris seruitutem per eos probari posse, qui vicinos aut confines
fundos habent. Et si dixerit, non fuisse visum Titium ire, ne-
que ire potuisse, quin visus fuisset. Quoniam testis verba non
sic ad corticem sumenda sunt l. fin. C. de indicta viduitate tol-
lenda, alioquin difficile, immo impossibile esset negatoriam
actionem probari, per dictam l. seruitutes, ff. de seruitutibus,
titulo generali. Nam aut seruitus propter quam is, qui agit ne-
gatoria aduersus eum, qui dicit se in possessione seruitutis es-
se, est continua aut discontinua. Si continua est, qualis est ser-
uitus luminum, & potest testis deponere continuo visum non
fuisse, quia altius domus ędificata est, vel fenestrę ita clausæ
fuerunt,

fuerunt, quod lumen ei prohibitum est l. 3. l. qui luminibus, l. Imperatores, & l. sequen. ff. de seruitutibus vrbanorum prædiorum l. altius. C. de seruitutibus & aqua. † E diuerso probari pôt negatoria, quia quolibet die visa est fenestra in eodẽ statu, neque in ea fuisse quicq̃ appositum quod luminibus officeret, hoc pacto probabitur possessio seruitutis, nihilque aduersus eã factũ esse, quod lumen prohiberet, vt in l. 1. §. 1. in princ. ff. de itinere actuq; priuato. Et in hoc moderatio Henrici Bohic. in d. c. ex parte, extra de clericis non residẽtibus in eccl. admittẽda est, q̃m per eã satis probari vr̃ continuã fuisse possessionẽ, & cõtinue vidisse possidere, q̃m sic depositio testis intelligenda erit diebus & horis competentibus, quibus id videri potuit, & pôt c. sicut in verbo, continue. de verborum significatione, lib. 6. quod vocabulum sic Papa interpretatur, dum in fine decretal s ait. Etiam si quis ex illis aliquando pro suis gerendis negotijs abesse contingat, dicta l. continuus, in principio, ff. de verborum obligat. Cui addo. l. cum antiquitas, C. de testamen. versic. si tamen, & versiculo, si quidem, per Fely. in proœmio Gregor. & Ro. in rubr. ff. de noui operis nũciatione, alioquin nunquam posset possessio cuiuscunque iuris probari.

185

186 † Nam interruptio non tantum per actus ciuiles sit, sed & naturales, tametsi violenti sint & momentanei, d. l. sed etsi nolit, & d. §. qui ad nundinas, & l naturaliter, ff. de vsucapionibus. l. Lucius, § tres hæredes, iuncta glo. in verbo, mouerit. ff. ad Trebellianum l. causas vel lites. C. de transactionibus, ca. 1. vbi Cardinalis hoc notat de controuers. inuestit. etiam si non in tota re turbatio fiat, sed in parte rei tantum, dumtamen eo animo fiat, vt possessio rei interrumpatur l. si stillicidij. §. si. & l. sequenti, ff. queadmodum seruitutes amittantur l. locus in principio, ff. de acquirenda possessione, notat Imol. in ca. dilectus, extra de capellis monachorum. Et ratio ponitur in l. 4. in principio. ff. de acquir. possessione, quia ad effectum acquirendę possessionis totius fundi, nõ est necesse quamlibet glebam fundum circuire, sed sufficit quamlibet partẽ introire ea mente, vt totum fundum vsque ad terminum velimus possidere. Alioquin oporteret continue hominem cum eo, qui possidet esse, quod impossibile est, d. l. foramen, ff. de seruitutibus vrbanorum prædiorum, & l. seruitutes, ff. de seruitu. Quare sufficit probare his temporibus possedisse, quibus hominum natura patitur dicta l. prima, in principio, ff. de itinere actuque priuato, quia plerunque, inquit ille textus, itineribus vel via non semper vtimur, nisi cum vsus exegerit, itaque anni temporis spatio conclusit vsum.

187 † Et ideo is, cui merum & mixtum imperium competit dicitur continue possedisse, licet semel tantũ in annis mille vsus sit, quia forte non nisi semel necesse fuit vti. l. in filijs. C. de decurionibus, & filijs eorum, lib. 10. c. & si vassallus, & c. licet si de feudo fuerit cõtrouersia inter dominum & agnatos, collatione 10. c. vnico. in fi. de feudo sine culpa nõ amittendo, eadem collatione, l. hęc autem iura, vbi Florianus hoc notat, ff. de seruitu. vrba. prædio.

188 † Quare testis interrogatus, an Titius iurisdictione & mero imperio vsus sit, deponere potest vsum non fuisse, cum occurrentibus casibus, quibus vti poterat & debebat, vsus nõ est, vt si forte homicida plura, aut alia crimina, quibus iurisdictione & imperio vti tenebatur diuersis temporibus commissa sunt, sciente eo, qui iurisdictionem & imperium contendit habere, & tunc pœnam ab eis nõ exegit, neque exegisse potuisset, quin sciuisset, quod continue in oppido seu in territorio habitant, recte deponit. hoc not. Innoc. in capitulo, dilectus, in principio, extra de capellis monachorum, allegat in argumentum, l. finalem, ff. quemadmodum seruitutes amittantur, sed melius facit, l. si quis alia. §. penultimo. & final. & l. si partem, eodem titulo, l. prima. ff. de nũdinis. Ex qua Bartolus infert contra Aretinos, quos dixit priuilegium doctorandi iure amisisse, cum per decennium non fuerãt vsi, & textus in capitulo vnico, de feudo sine culpa nõ amittendo, collatione 10. dicit.

189 † Nam si steterit viginti annis & vltra, quod non seruierit domino, nisi necesse fuerit domino, feudum non amittit, vbi ergo domino necessitas fuit, & non est vsus, dominus hoc seruitium exigere non poterit, similiter dicitur in dicto capitulo, licet, si de feudo fuerit controuersia inter dominum & agnatos, collatione decima, & in dicta l. in filijs, C. de decurionibus, l. b. x. ibi, quę etsi necessitas nõ exigit, tamen patria non remittit,

190 † vbi igitur necessitas exigit, & non vtitur, remittit, idem in l. & Atticinus, ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum. Ex qua huiusmodi depositionis forma comprobari potest, cum ille tex. ait, proponeruntque aquam, qua per aliquot annos vsi sunt ex fonte, qui est in fundo Sutriano, ducere non potuisse, quod fons exaruisset, & postea ex eo fonte aqua fluere cœpisset. Ex quibus verbis conijci potest probationem posse subsistere, si dicant vtum nõ fuisse aqua, neque potuisse ea vti, quia scauisset, quia fons aruit. Itaq ab eo tempore non fluit vsque nunc. Idem in d. l. 1. §. si quis propter inundationẽ, ff. de itinere actuque priuato. Et tamẽ actus ille potest iterabilis esse. s. quod pro tẽpore aliquo fluit, & aliquo tempore aruit, & post aliquid tp̃s iterũ fluere potuit. Similiter in exemplo Bar. in d. l. 1. ff. de nundi. potuerunt Aretini doctores priuatim facere, sicuti & sępissime in Italia facere solent, qui neque doctores censendi sunt, vt inquit Alex. in l.

191 cũ quid, ff. si certũ petatur, † quia meritis & doctrina insigne suscipere debent l. vnica, C. de professoribus qui in vrbe Constantinopoli. lib. 11. l. sed & reprobari, ff. de excusatio. tutorũ l. magistros, & l. pe. C. de professoribus & medicis l. vnicuiq; C. de proxi. sacrorũ scrinio. lib. 12. vbi glo. nota. in verbo, parũ cõtra desides scholasticos, dum dicit eum, qui parum studet, parum proficere. & Nico. Spinel. illic ait, parum nouit pro amico nostro. Adde l. rectores. C. de officio rectoris prouinc. Fely. copiose capitu. per tuas. extra de maioritate & obedient. aliquid Iason in l. secũda. §. prius. ff. de vulgari & pupillari substitutio. Ad institutum reuertamur. Nam actus potest esse iterabilis, sed intellige vt supra dixi, & pariter hoc notat glo. fina. in capitu. Abbate. extra de verborum significatio. vt sic resolui debeat, quando vti licuit, quemadmodum dicitur in d. l. & Atticinus inquit ille textus, quia non negligentia aut culpa amiserunt, sed quia ducere non poterant.

192 † & sic quando vtendi facultas se offert, dicitur continue vti l. 1. in principio. ff. de aqua quotidiana & æstiua. ibi, quotidiana autem aqua non illa est quæ quotidie ducitur, sed ea qua quotidie quis posset vti, si vellet. & §. quod autem. eadem l. ibi, & si aliquo momento temporis duci non possit. Et ita notat Bald. in l. prima. circa finem. versiculo, quæro, si promitto tibi semper soluere. Et mouetur per l. in rebus. C. de iure dotium. Cui adde l. in cognitione inf. eodem. ibi, semper accusare permittitur. Moderni. Papiens. dilatant in l. falso. in principio. C. de diuers. rescript. & Felynus

193 in proœ. Gregoria. vt supra dixi. † Et hac ratione ductus est Angelus de Perusio, dare praxim aduocatis in. §. hinc nobis in authenti. de hæredibus & Falcid. collatio. prima, vt dum volunt probare aliquem homicidium non commisisse, vel homicidio fauorem aut auxilium non præstitisse, articulet aduocatus diem & annum commissi homicidij, & quibus pręsentibus commissum erit. Secundo non potuisse homicidium cõmitti, quin testes vidissent. Et hoc pacto negatiua secundum eum probabitur, tametsi in patrãdo homicidio plures percussiones interuenerunt. Et isto medio secundum eundem glo. Accur. in d. l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itinere actuq; priuato. saluari poterit. Et ob id Alex. eadẽ l. in apostil. Bar. noluit affirmare testes sic deponẽtes posse de falso argui, licet huiusmodi depositionis plurimũ suspectæ sint, iuxta facti qualitatẽ probandã, vt Florian. voluit in d. l. 2. ff. de probationibus. Bald. in d. l. actor. C. de probationibus. Luc. de Penna in l. 1. C. de fide instrumẽtorũ & iure hastæ fiscal. libr. 10 similẽ declarationẽ tradit ad gloss. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itine. actuq; priuato.

194 Prædictis † addo, quod Host. notat & Anto. de Butr. post eum in cap. cum ecclesia Sutrina. extra de causa possessionis & proprietatis, quando aliquis actus cum certa forma, aut solemnitate fieri, & expediri debet, sicuti est in electionibus c. quia propter. extra de electione l. obseruare, & l. nominationũ C. de decurionibus lib. 10 l. si. C de prędi. decurio. sine decre. nõ alienã. eo. lib. & testis deponat factam nõ fuisse electionẽ, depositio valet, & ciuiliter intelligenda est, vt inquit l. si cui in principio. ff. de seruitutibus. id est, in tẽpore solito, & a iure ordinato, & forma solita vel solemnitate, quę in talibus obseruari solet. Ita dicunt Host. & Anto. de Butri. Et si dicat, non potuisse fieri quin sciuisset, quia forte vicinus est, neq; absfuit a vicinia, in qua huiusmodi congregationes fieri solent. capit. cum dilecti. extra de accusa. capitu cum tu. extra de testibus.

195 † Licet forte iuris solemnitati authoritate Pontificis vel Principis ex causa derogari possit l. omnium. C. de testa. l. 1. ff. de albo scriben. extrauagan. ad reprimendum. & illic per Bar. in verbo, non obstantibus l. neq; Dorotheum, & l. Doctitij. C. de decurio. li. 10. quoniam quod fieri solet, spectamus, non quod fortuito fieri contingit l. liberorum. §. 1. ff. de his qui notan. infa. l. fistulas. §. fin. ff. de contrahen. emp. Et ita secundum eos procedit c. cum ecclesia Sutrina. & c. Abbate in fi. extra de verbo. signifi. Quibus adde tex. in c. 2. loco. extra de testi. ibi. qd̃ quoties ad hoc inter fratres aliqua erit mentio, cõsiliũ totius cõuentus, & vox vnanimis fuit. ex quibus Fely. post Abb. & Fran. Are. hanc declarationem Host. traxit & moderatus est, dũmodo testes sic deponẽtes de capitulo essent, dicãtq; nunquã collegisse sine ipsis cõgregatũ fuisse, ga crederetur eis, secus si de capitulo nõ essent d. c. cũ ecclesia Sutrina. hęc Fely. moderatio recipienda esset, si de omissione formæ tantũ quæstio esset, quę ab his, qui in electione interesse possunt, seruanda est, & ita intelligas c. tertio loco. facit, quod notatur in l. Imitatum. ff. de rerum diuisio. Sed vbi forma illa, quæ omissa est, ab omnibus videri, & intelligi potest, qualis est sonitus campanę vel tabellę, qui obseruari consueuit, vel forte de iure necessarius est l. finali. C. de prædijs decurio. sine decre. non alienan. l. nominationũ. C. de decurio. lib. 10. vel susceptio corporis Christi, quæ extra capitulum fie-

ri solet, congregatio communis, quæ in ecclesia fieri debet, di-
cto capitulo, quia propter. extra de electio. & assumptio electi
& inuocatio sanctis Spiritus, de quo in capitulo. cũ terta. & di-
cto capitulo, quia propter. extra de elect. Et plenius hæc expri-
muntur in concilio Basiliẽ. tit. de electio. c. primo. & c. primo
Actuum apostolorum. Et illę solemnitates cum alijs etiã ex-
traneis innotescant, non puto Fely. moderationem admittẽ-
dã esse. Nam de omissione huiusmodi formæ deponere pos-
sunt. facit l. nemini. §. non aliter. C. de aduoca. diuerso. iudi. Et
Bar. illic dicit illũ tex. plurimũ iuuare ad probationẽ negatiuę.
Cui addo. l. si quis consortiũ. C. de fabricen. li. 11. dictũ § hinc
nobis in auth. de hęred. & Falci. colla. prima l. fi. §. primo. C. de
iure delib. §. primũ in auth. de testi. colla. septima. Ioan. Andr.
in c. bonæ. 1. extra de electio. Petr. de Ancha. in c. primo de cõ-
fes. in sexto l. vnicam. C. de perfectis. dignita. libro duodecimo.
196 Addo etiam prædictis † negatiuam probari posse, quando ne-
gatiua ex facto testis contingit. Tolle exemplum in eo, qui di-
citur affuisse instrumento, quia in eo fit denominatus, & de-
ponat se nunquam interfuisse, tametsi in instrumẽto nomine
tur, valet eius depositio, quia rõ suæ depositionis ex facto suo
contingit. ita dicit Bald. in l. is qui putat. & in l. cum falsum. ff.
197 de acqui. hæredita. † Imò huiusmodi testis depositio fidem
instrumenti vacillare facit l. prima in princip. vbi hoc no. Bart.
ff. quemadmodum testamen. aperian. & in dicta l. optimam.
C. de contrah. stipulat. de quo in l. cũ præcibus. C. de probatio
198 Alius † modus probandæ negatiuæ exponitur in cap. accedẽs.
extra de purga. cano. in eo, qui dicebatur filius esse sacerdotis,
& ob id incapax ordinum, prefertim sacerdotij, probare po-
test se filium non esse sacerdotis, sed legitime natum, quia ex
viro & vxore matrimonialiter coniunctis procreatus & educa
tus sit, & ab omnibus habitus & reputatus c. illud. extra de prę-
sump. l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris l. finali. ff. de
probatio. Et vlterius medio iuramento defectus ille natalium
purgabitur, & recepto per episcopum iuramento ad sacerdo-
tium promoueri poterit, per illũ tex. An autem hæc probatio
concludat vere vel pręsumptiue, dic vt per Fely. in c. quia veri-
simille. circa finẽ, & in dicto c. illud. extra de præsumptio. Bal.
in l. si hi qui adulterij, per illum tex. C. ad legẽ Iuliã de adulte.
Bar. in l. filiũ. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. Floria in l. fina.
ff. de probatio. Alius autem modus est per iudicis officium se-
cundum Bartol. in l. in illa stipulatione. ff. de verbo. obligatio.
Moder. hunc modum probationis prosequuntur, præsertim
Aret. Ioan. de Imo. Paul. & Alexan. illic post Barto. & Luc. de
pen. in dicta l. vnica. C. de prefectis dignita. li. duodecimo. hęc
de ciuilibus dicta sint. plura tamen sigillatim explicabuntur,
dum de criminalibus causis aliquid tractauerimus. † Nunc
199 igitur de criminalibus causis pauca videamus, qualiter in eis
negatiua probari possit Innoc. in c. super his. extra de accusa.
dicit satis negatiuam per reum accusatum probari, si aduersus
eum nihil probetur l. qui accusare C. de eden. Cui adde l. su-
per seruis. C. qui milita. pos. lib. 12. gloss. in l. secunda. C. de er-
ro. aduoca. etiam secundum Innocen. si accusatio semiplene
contra reum probata sit sed non plene, cum in criminalibus
oporteat probationes meridiana luce clariores esse l. fin. C. de
200 probatio. † Et hoc dictum Inn. extendo, etiam si reus onus
probandi negatiuam in se susceperit, & in probatione deficiat
adhuc tamen liberandus erit hoc dicit glo. fin. in l. circa. ff. de
probatio. & glo. in dicta l. qui accusare in verbo, obtineat. quas
sequi videntur Pet. & Cy. in d. l. actor. in fine. C. de probatio.
201 Ego † vero puto non recte dici absoluendum esse reum, sed
probatum non esse delictum aduersus eum, vel noxa soluen-
dum esse, vel solutum esse, quia recte probatũ non est. Et hæc
forma tradita est a iurecõsulto in l. quis sit fugitiuus. §. qđ aiunt
ædiles ff. de ædilitio edicto. ibi, vt non hoc debeat pronunciari
nullam eũ noxã cõmisisse, sed illum noxa solutũ esse, hoc est
noxali iudicio subiectum non esse. & l. sed & si possessori. in
prin. ff. de iureiuran l. Iulianus verum in prin. ff. de conditio. in
debi. Sed cũ plerią; in disputationem hunc articulũ duxerũt,
ideo vide, quid de ea sentiunt Pau. de Cast. Alex. & Mod. Pa-
picñ. in l. properandum. §. & si quidem post gl. in verbo, termi
no. C. de iud. Fely. intimauit in finalibus verbis sui commenta
rij extra de testi. Bar. & Mod. in l. admonendi. ff. de iureiu. Bal.
post gl. & Bar. in auth. nouo iure. C. de pę. iud. qui male iudic.
in d. l. qui accusare. & in d. l. Iul. verum debitorẽ. Et interim dũ
illorũ disputationẽ videbis, volui tacere l. Diui fratres. §. recte.
ff. de libera. cã. Ibi, & si cognouerint, pronunciare debebũt ser
uũ illius non videri neq; hæc res captionem vllã habet, cũ in-
genuus non pronuncietur, sed seruum non videri. † Inde est
202 qđ licet dolus cum difficultate probetur, tñ in probationis de
fectum in criminalibus iuramentum non debet deferri, secun
dum Bartolum in l. fina. ff. de in litem iuran. & in l. maritus in
fin. ff. de quęstio. vbi longam distinctionem retulit. vide etiam
Moder. post gloss. & Barto. in dicta l. 3. in princi. ff. de iureiur.
& glo. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. Inno. in capitulo fina.

li. extra quod metus causa. Aretin. in dicta l. qui accusare. Et
Lancel. Decius in dicta l. 3. circa fi. ff. de iureiur. allegat gloss.
in l. fi. in prin. ff. quod me. causa l. dolum. C. de dolo. declarabo
203 infra. † Et rationem dicebant, cum in criminalibus probatio-
nes clarę esse debant, dicta l. fi. C. de probatio. neq; de domo ac
cusatoris procedere debent l. de minore. §. tormenta. ff. de quę
stio. Et licet Barto. in dicta l. maritus post Iaco. Butri. aliter sen-
tiat, hac ratione motus, quia qui iuramentum defert, sub con
ditione crimen confiteri videtur, si iurauerit l. qui iurasse. in fi-
ne. ff. de iureiuran. sed confessio est probatio luce clarior. Igi-
tur &c. Ego non puto verum dicere Bar. & demiror tantos pa
204 tres. Nam & si reus ipse cõfiteret crimẽ, vbi alia criminis pro-
batio non interuenit, non obest confitenti sua confessio. l. 1. §.
item illud. supra eo. & l. 1. §. Diuus Seuerus. ff. de quęstio. quia
oportet de crimine constare vt hic & in l. Neratius. §. fin. & l. se
quenti. ff. ad legem Aquiliam l. eius qui delatorem. ff. de iure
fisci. Non. n. auditur perire volens l. liber homo. ff. ad legem
Aquiliam l. non tantum. ff. de appel. si non potest sola rei con
fessio etiam vere facta obesse, quomodo oberit præsumpta rei
confessio: Nec obstat l. 3. in prin. ibi, sine pęnali actione. qa non
de eo pęnali iudicio intelligitur, quod sit corporis afflictiuũ.
205 † Non enim lex existimauit hanc esse claram criminis proba-
tionem quæ ex delatione rei in probationis supplementũ cõ-
tingit. Nã & in ciuilibus lex probationem esse non dixit, sed
probationis supplementũ tantũ l. eum qui in princ. ff. de iure-
iur. abunde, inquit sufficere exonerare petitorẽ probandi ne-
cessitate. Ecce quomodo iuramẽtum nõ est probatio, sed sup-
plementum & releuatio probationis l. in bonę fidei. C. de reb.
credi. ibi, inopia probationis, per iudicem iureiurando causas
decidi oportet. Igitur iuramentũ nõ est probatio, quia propter
inopiã probationis defertur. Manet ergo ratio Gul. de Cuneo
vera, in criminibus claram esse debere probationẽ. igitur si iu-
ramentũ probatio non est, accusatorẽ, qui claras probationes
206 habere debet, nõ releuat, dicta l. qui accusare. C. de edẽ. † Neq;
vnquam in lege receptum esse in criminalibus vnus hominus
testimoniũ d. l. maritus ff. de quęstio. l. iurisiu. C. de testib. c. ve-
niens. extra de testib. Et Numeri. cap. 35. & maxime, vt vnus sit
idem iudex, accusatur, & testis, vt in simili dr in l. fi. C. de fidei-
207 cõmis. Melius in c. licet Heli. extra de simonia. † E quia audiui
virum nostra ætate grauem dicere, in causa criminali sufficere
vnius testis depositionem ad quęstionẽ, imò plus vxorem ido-
neum esse testem pro marito, qui ad mulieris solicitationẽ insi
gnẽ & in dignitate cõstitutũ hominẽ accusauerat, reũq; adul-
terij & alterius grauioris criminis autorẽ fecerat, soliusq; vxo
ris testimoniũ sufficiẽs esse iudicium ẽt ad qõnem, qđ tũc in ad
mirationem oẽs traxit. Cęterũ mouebã authoritate l. nõ oẽs.
§. a Barbaris. ff. de re milita. quam Bar. ad id pro cõtraria indu-
cit in d. l. maritus post Accur. in ea l. in verbo, admitti. Et cu-
ius solutio ab Accursio posita est in ea l. maritus in verbo, illi
cite. quã Bar. amplectitur. Et ob id vir ille forte excusandus nõ
esset, nisi dictus. §. a Barbaris ab Accur. pro contrario inductus
fuisset, pariter & a Bar. sed quod vir ille alioquin diligens non
curauerat dictum. §. a Barbaris diligentius legere, ob id excu-
208 satione dignus non erat. † Non enim illa lex vult, vnius testi-
monio stari aduersus reũ accusatũ, neq; vllum verbum aperit,
sed solũ de iuramẽto purgationis loquitur. qđ reo de crimine
emansionis aut transfuga suspecto deferri. debet, si forte is, q
a Barbaris hostibus captus erat, remissus est, nec statim reuer-
sus est, qm̃ pristine suę militiæ restitui non debet, neq; gradũ
aut militiã pristinã recuperare, nisi liquido probauerit manus
hostiũ euasisse, non aũt transfugisse. Et vbi liquido nõ põt, tũc
argumẽtis probare debebit. Sed si nulla argumẽta haberi pos-
sunt, & tunc persona reuertentis ab hostibus cõsideranda est,
vt si antea, quã captus esset, bonus æstimatus fuerit, prope est,
inquit ille tex. vt affirmationi eius credatur. Et sic omnem cri-
minis suspicionem suo iuramẽto tollat. sin vero emansor, aut
negligẽs aut seruus erat, nõ credet ei. Ecce qũo nõ põt ille tex.
vllo pacto in argumentum trahi. sed consideret vnusquisq; in
illo text. duo probari. Primum, quando & quibus debeat pur-
gationis iuramentum deferri, cum probationes deficiunt. Se-
cundũ, persona, cui defertur, an alias bonæ famæ & æstimatio
nis semper inuenta est, neq; vlterius de iuramento, aut vnius
209 personæ testimonio ille text. loquitur. † Manebit ergo firma
decisio dictæ l. maritus. ff. de quæstio. & abs re non est. Nã quę
stio proxima est morti. si quis vero comprehensorum in au-
thenti. vt nulli iudic. lice. habere loci conserua. collatio. nona.
Non mirum si vnius vox, vox nullius iudicatur l. iusiurand.
C. de testib. dicto. c. veniens extra de testib. & dicto capit. licet.
extra de simonia. si vnius extranei & non domestici testis non
sufficiat testimonium, multo minus mulieris, vt sit pro mari-
to idonea testis, & præcipue in causa, in qua maritus non tan-
tum suam, sed vxoris iniuriam prosequitur, dicto capitulo, li-
cet Heli. & in l. prima. §. fina. ff. de iniur. §. patitur. Institu. de in-
iur. l. si vxor. in princip. ff. ad legem Iuliam de adulter. l. prima.
§. primo

§. primo & seque. ff. de liber. causa praesertim cū vir & vxor vna persona censeantur l. prima. ff. rerum amota. dixi in l. prima. §.
210 si vir. supra eo. † cum etiam mulieri in criminalibus de iure integra fides non adhibeatur, per rationem capitu. forus in fine. extra de verb. signi. varium & mutabile semper fœmina. de quo in capitu. tam literis, & capitu. in literis. extra de testib. in
211 l. ex eo. ff. de testi. † minus in hac accusatione vxor pro marito testimonium dicere poterat. Primo, quod domestica d. l. prima §. si vir. supra eod. Secundo, quia de honore eius tractabatur, per rationem capit. super eo. extra de testi. Tertio, quia in illo casu commune erat viri & mulieris iudiciū d. l. si vxor. ff. ad legem Iuliam de adulter. vnde in quocūq; crimine quantūcunq; excepto nullo vnquam iure receptum est, vt vnus & idē accusator sit & testis, & ex consequēti iudex esse possit d. c. licet Heli. extra de simonia. Nam in d. l. maritus noluit Imperator filiū libertę in cā patroni posse recipi, multo minus vxor re
212 cipi potest pro marito. † Et quamuis dolus per iuramentum nō probetur, damni tamen ęstimatio ex delicto seu dolo prouenientis per iuramentum probari poterit, facta prius a iudice taxatione d. l. videamus. §. deferre. de in litem iuran. l. si quādo C. vnde vi. qualiter autē deferri possit, vide Fely. in c. veniens in vltimo notabili. extra de testi. alteri enim nō potest deferri. Et vbi pęna imponēda esset secundū rei ęstimationem, nō autem secundum iuramentum in probationis supplementū imponi posset, secundum Bar. in l. fi. ff. de in litem iuran. † qui in
213 hoc varius inuenitur. Nam in illa l. fi. declinat ab ea opinione, in qua fuit in l. maritus. ff. de quęstio. & in l. 3. in prin. ff. de iureiuran. voluit enim in ea lege iuramenta, quæ in defectū probationis deferuntur, in criminalibus locum non habere, cum in criminalibus debeant esse clariores luce. tamē a Gul. de Cuneo discessit in d. l. maritus. dixit enim iuramentū, quod plenā probationem in ciuilibus facit, sufficiens esse ad torturam indicium etiam in criminalibus, sed sine lege hoc Bart. dicit. Pro Bart. autem Fulgo. allegat l. capite quinto. ff. ad legem Iuliam de adulter. Et Bartol. prius eo in dicta l. finali. ff. de in litem iuran. eam allegat, sed nihil prorsus facit. Alexand. autem in dicta l. fina. ff. de in litem iuran. dicit forte hoc iudici esse arbitrarium. Allegat Ioan. Andr. in capi. cum in contemplatione. extra de regul. iur. sed non reperio Ioan. Andr. hoc dicere. Et ideo non insisto, iuxta l. tertiam. ff. de prǽuaricator. quia, vt vidistis, verum esse non potest, per ea quæ prædicta sunt non re-
214 peto. † Et Paul. de Castr. in d. l. 3. circa finem. ff. de iureiuran. in hoc aperte contradicit Bartol. & recte. Dicit enim, etiam vbi semiplene probatum esset, non licere tamen in supplementū probationis iuramentum deferre, quia hoc pacto probationes
215 non essent claræ, contra l. fi. C. de probatio. † sed è diuerso potest accusato iuramentum purgationis deferre. & verum dicit l. vbi. iuncta glo interpretatione. C. de fals. Et in authent. nouo iure. C. de pęna iudi. qui male iudica. Cui adde l. fi. §. sicubi. C. de his qui ad ecclesiā confugi. Alia forma purgationis traditur in capitu. quoties. & capi. primo. extra de purgatio. cano. In quo vide Cardi. Alexand. in capitu. primo de conten. inter domi. & fidelem. Et dicit Fulgo. & bene in dicta l. 3. §. fin. ff. de iureiuran. nihil posse iudici imputari, si reo, cōtra quem nihil probatum est, iuramentum detulerit purgationis, quia potuis-
216 set iudex reum absoluere. † sed non dic absoluere, sed pronūciare crimen probatum non esse, vt. s. dixi l. qui sit fugitiuus. §. quod aiunt ędiles. ff. de ædil. edicto l. si possessori in princi. ff. de iureiuran. quod si probatio postea fieret, non iuuaret eū talis sententia, quia magis dicitur probationem deferre, quam ius l. duo sunt Titij. ff. de probatio. Et ideo iudex, vt supra memini, debet iudicare crimen non probatum esse, vel noxali iudicio nunc subiectum non esse, & sic cōis vsus obseruat, quia vincti solum a vinculis soluuntur, vel a custodia relaxātur, quo ad aliter ordinatum erit. & hoc modo nulla captio est, dicta l.
217 Diui fratres. §. recte. ff. de liber. causa. Quare † secundum Barto. & Alexand. in illa l. fina. si per statutum pro furto aut robaria fur in duplum aut quadruplum tantum puniri debeat sicuti de iure est. §. quadrupli. Insti. de actio. §. pęna. Instit. de oblig. quæ ex delict. nascun. tamen illud duplum vel quadruplum non secundum iuramētum in litem æstimabitur, sed iuxta veram rei æstimationem per rationem prædictā, quia oportet in criminalibus & pœnalibus probationes esse claras, & huic sententię subscribit Alex. post Fulgo. in l. cum furti. ff. eodem. de in litem iuran. cum quibus est Angel. in d. l. si quando. C. vnde vi. Et Aret. in l. qui accusare. de eden. Cum eis sentit Ioannes Faber in l. vnica. C. de sent. q̄ pro eo quod interest proferunt excipit duos casus. Primus est in l. fin. ff. nemo quis eum qui in ius voca. vi exi. Secundus in contumace in restituendo l. arbitro.
218 ff. de dolo. & l. creditor. §. iussus. ff. de appel. † Sed contra Barto. tenuit Angel. in d. l. cum furti. & Roma. in d. l. fin. quos illic Alexand. commemorat. Moti sunt hac ratione. Nam furtū licet per iuramentum probari non possit, cum nō sit cōueniēs de domo accusatoris probationes procedere, vt supra dictum est, sed de eo constare oporteat, d. l. cum furti. & l. qui tabulas. ff. de furt. tamen postquam de eo constiterit, interesse, seu rei ablatę restitutio per partis iuramentum probabitur, secūdum eos. Et ista fuit Ioan. Fabri. opin. in d. l. vnica. C. de sent. quæ pro eo quod interest profer. Et Moder. Papien. in d. l. fi. ff. de in litē iuran. cum eis sentit, moti per l. si quando C. vnde vi. & capit. fi. extra quod metus causa, præsertim quando vera rei ęstima-
219 tio aliter probari non potest. † Sed nō puto eos verum dicere, & in eos retorqueo dictam l. si quādo. C. vnde vi. in his verbis, taxatione a iudice facta pro personarum, atq; negotij qualitate sacramento ęstimationem rerum quas perdidit manifestet. Oportet enim iudicem prius taxare, & si vltra quam iudex taxauerit, pars iurauerit, non licebit iudici secundū iuramentum rem ęstimare, expressius dicitur in d. c. fin. Quibus ego addo l. scimus §. finautem hoc in fine. C. de iure deliberan. ibi, quantitate earum sacramento res accipientiū manifestanda cū taxatione a iudice statuenda. Et sic tria copulatiue requiruntur circa huiusmodi ęstimationem. Primo, quod de crimine seu delicto constet. Secundo, quod difficile sit probare rei æstimationem. Tertio, quod iudex pro personarum & negotij qualitate rerum ęstimationem faciat, & mox iuramentum deferat, quæ omnia exponūtur in d. l. si quando, & in d. c. fi. & in d. l. scimus, §. finautem hoc, per quas puto recte declarari dictam l. videamus. §. deferre, versi. iurare. ff. de in litem iuran. Et adde tex. in d. c. veniens, & quod illic Felyn. notat in vltimo notabili extra de testib. vt magis ex iudicis taxatione, quam partis iuramen-
220 to ęstimatio procedere videatur. † At vbi iudex necesse haberet sequi partis iuramentum, nulla moderatio seu taxatio a iudice fieri posset l. qui restituere ff. de rei vendica. Sed tenetur omnino partis iuramentum sequi per illum tex. & l. properandum. §. finautem alterutra. C. de iudic. ibi, quantum pro solitis expensis litium iurauerit, non ignorantes quod si hoc prætermiserint, ipsi de proprio pęnę subiacebūt, & reddere eam parti læsæ coarctabuntur §. oportet, in authen. de iudi. colla. sexta. ibi, non habere licentiam iudicem minus, quam iuratū est, cōdemnare, neq; videri clementiorem lege. Idem notat Ant. de Bur. in d. c. fi. extra quod metus causa. Bal. & Card. Alex. in d. c. 1. de controuersia inuesti. colla. 10. allegat cap. scriptum 6. quęstione tertia, idem prius eo dixit illic Innoc. Intellige tamen,
221 † quod supra dictum est de ęstimatione rei ablatę, & damnorum, & interesse illa occasione prouentorum, nisi reus conuētus iuramentū detulerit, quia tunc, secundum Bart. in d. l. maritus ff. de quæstio. statim quo reus iuramētum detulit, & petitor iurauit, cum delatione iuramenti tacitę partis confessio conuenit l. qui iurasse, in fi. ff. de iureiurando, idem tenet
222 Innoc. in d. c. fi. extra quod metus causa. † Attende ll vtraq; opinio Bar. saluari potest, in qua etiam Ang. varius fuit in l. in bonęfidei. post Iacob. Butrig. C. de reb. cred. & in d. l. 3. ff. de iureiuran. & l. cum furti. ff. de in litem iurand. Si iudex iuramētum detulerit non facta prius rei taxatione secundum personę & negotij qualitatem, & non valet iuramentum, neq; iudicium inde secutū, quia oportet tria concurrere, quæ supra cōmemorauimus, per dict. l. si quando. C. vnde vi. c. fin. extra quod me-
223 tus causa. Si † vero obseruata forma illorum textuum detulit iuramentum, & valet iuramentum, neq; in minus iudex taxare seu verius condemnare potest, quam iuratum sit. d. §. oportet, in auth. de iudi. colla. 6. l. properandū §. finautem alterutra.
224 C. de iud. † Si vero reus actori iuramentum detulit circa rei & damnorū ęstimationē, postquam crimen detectum est iudici, iuxta d. l. cum furti. ff. de in litem iuran. & d. c. fi. extra quod metus causa, & d. l. si quando, in prin. C. vnde vi. Et tunc dic, nō valere declarationem, neque iuramentum inde secutum l. videamus §. deferre, & l. in actionib. in prin. ff. de in litem iuran. quia iuramentum illud non potest nisi a iudice deferri, per illos tex. si autem a iudice deferatur, & dic, aut causa, p̄p quā defertur, ex crimine procedit pęnam corporalem infligente, & non potest, nisi taxatione præcedente d. l. si qn̄. C. vnde vi & d. c. fi. extra quod met. causa. In aliis autem in arbitrio iudicis erit ante vel post præstitum iuramentum a iudice delatum certam summam aut ęstimationem taxare. d. l. videamus §. deferre, & l. in
225 actionib. in prin. ff. de in litem iuran. † in his autem, quibus lex parti iuramentū defert, nō potest iudex moderari ante neq; post d. §. oportet, in auth. de iud. colla. 6. & d. l. properandum §. finautem alterutra. C. de iud. & l. qui restituere ff. de rei vend. quod hodie iudices non obseruant, nescio si forte dūam intel-
226 ligāt. † Sed aduerte, non esse in iudicis potestate hm̄oi iuramētum in litem deferre, nisi concurrant dolus & difficultas probationis, d. l. videamus §. deferre. & l. semper § in hoc īterdicto ff. qđ vi aut clam. §. den. inst. de verb. obl. Nota Inno. in d. c. fin. extra quod met. causa. Bald. in c. conuenticulas. de pace tenen. & iura. firmā. coll. 10. sic vt lata culpa in hoc dolo nō equiparetur, secundū gl. in d. l. in actionibus, ff. de in litem iuran. & verū
227 dicit, † sed quod alias liceat in supplementū probationis iuramentū deferre, non est lex, quæ hoc dicat, t. m. plures hoc

attentauerint, vt meminit Alex. in apostil. Bar. in d.l. maritus,
ff. de quæst. & in d.l. fi. ff. de in litem iuran. Pariter & Papien.
Mod. hoc refert. Vide Bal. in d.c. conuenticulas, & in l. in bonę
fidei. C. de reb. credi. eundem in l. fi. C. de probatio. eundem &
Aret. in l. qui accusare. C. de eden. quare dic, vbi pęna ex accu-
satione imponenda est corporis afflictiua, nō sufficit partis de
positio, etiam si iuramentum delatum est, per supradicta. Idē
dico in quæstione, cum instar mortis sit §. fi. in authen. vt nulli
iud. coll. 9. per eam. n. articuli sępe dissoluuntur, inquit ille tex.
& sępe in ea rei toti deficiunt, l. aut dānum §. hostes. ff. de poe-
228 nis. Nam † si reorum confessiones crimina pro exploratis ha-
beri non faciunt d.l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæst. quanto mi-
nus accusatoris depositio hoc operari potest, vt supra dictum
229 est. † Quibus addo non licere iudici etiam a seruo aut alia vili
persona poenam aut supplicium aut quæstionem exigere nisi
multis argumentis & indicijs superetur l. 1. §. serui sup. eo. illic
dixi, hic nō repeto. & facit l. cū probatio. ff. de probationi. l. quę
ro. ff. de de ędil. edic. l. ex libero, & l. diuus. ff. de quæstio. Multo
minus aduersus liberum & ingenuum hominem. Ita ēt notat
Bal. in d.l. fi. in fi. C. de probatio. Ioan. Andr. in d.c. cum in con-
templatione, extra de reg. iur. † Tametsi facilius quæstio a ser-
230 uo, aut alia vil. persona exigatur l. ob carmen. ff. de test. §. si ve-
ro ignoti. in auth. de testib. l. consensu. §. super seruis. C. de re-
pud. Notat Bart. in d.l. ex libero. Et plurimū stringit ratio, quā
supra commemorauimus, † quoniam iuramentū non est pro-
231 batio, sed probationis supplementum, d.l. eum qui. in princ. ff.
de iureiurand. Addo l. generaliter, in princ. & d.l. in bonęfidei.
C. de rebus cred. & l. thesaurus ff. ad exhiben. & ita Bald. no. in
d.c. conuenticulas. de pace tenen. & iura. fir. colla. 10. † Adde ta-
232 men in quibusdam exceptis criminibus non sufficere accusa-
torem nō probare, quoniam & reus accusatus tenetur se pur-
gare, saltem iuramento, vt supra dixi post Paulum de Castr. in
l. tertia. circa fin. sui commentarij. ff. de iureiurā. & vltra quam
dictum est adde tria crimina excepta in l. fallaciter. in fin. C. de
abolitio. & in l. si quis alicui. C. ad legem Iuliam maiesta. Aliū
in d.l. vbi. C. ad legem Corn. de fals. alium in d.l. præsenti. §. si-
cub. C. de his qui ad eccle. confug. Alium in cap. cum P. Man-
cella. extra de accusa. Alium in auth. nouo iure. C. de pena
iudi. qui male iudi. Alios in c. 1. & c. quoties, & plerisque alijs
capitulis extra de purga. cano. Alium in cap. veniens, in fine, ex
tra de accus. Alios referunt Cano. in cap. tanta, extra de simo-
nia glo. in cap. primo, extra vt ecclesiast. benefic. Et per Iacob.
Butrig. Bald. & Modern. in d.l. qui accusare. C. de eden. Exten-
de prædicta ad crimina seu maleficia negatiua, secundum In-
nocent. in cap. super his, extra de accusa. Bart. Aretin. & Mod.
in d.l. in illa ff. de verbo. oblig. Bal. in d.l. actor. C. de probatio.
In quibus necessaria est probatio, etiam ex parte rei accusati.
233 † Tolle in tutore suspecto accusato, quia inuentarium seu re-
pertorium rerum pupillarium non confecerit, secundum l. tu-
tor qui repertorium ff. de administrat. tutor. Nam tutor si vult
ab accusatione purgari, probare debet l. 3. §. tutores qui reper-
torium ff. de suspec. tutor. l. fin. C. arbi. tutelę, quia tutoris offi-
cio incumbit inuentarium facere, d.l. tutor qui repertorium,
idem in hærede, qui inuentarium non confecit. hæreditarijs
enim creditoribus tenebitur, etiam vltra vires hæreditarias l.
fin. C. de iure delib. Probatio autem fit per inuentarii produ-
ctionem, si tamen omissio proponatur, tunc inquisitio fit iux-
ta formam positam in d.l. fin. §. licentia. C. de iure delib. l. pri-
ma, & l. fin. C. de quæstio. §. fiat inuentarium, in authen. de hæ-
redi. & Falc. colla. prima. Negatiua † autem ex coniecturis pro
234 bari potest l. prima, & l. is qui cum telo. C. ad legem Corne. de
sica. l. prima. ff. eodem, cap. sicut dignum, cap. significasti. & ca-
pitu. ex literis, extra de homici. l. si non conuicii. C. de iureiu-
rand. quia ex animo crimen indicatur, & ex coniecturis animi
affectus probatur l. quis sit fugitiuus, per totam pene legem
ff. de ędil. edicto, Et hic repeti posset totus titulus ff. ad legem
235 Aquil. † Et sicut aduersus reum accusatum præsumptiones
mouere possunt, contrarię autem præsumptiones dimouere
poterunt, secundum Bart. in l. fi. ff. de quæstio. quæ iudicis arbi
trio committi solent, argumento est dicta lex, videamus §. de-
ferre. & dicta lex, in actionibus, in princ. ff. de in litem iuran. &
l. 3. § tu magis scire potes, & l. ob carmen. ff. de testibus l pri-
ma, in prin. ff. de quęstio. Possent hic plura congeri. Et me scri
bente commissum est homicidium die festo Pētecostes, dum
populus diuino seruitio intenderet, neq; tunc testes homici-
dij inuenti sunt, ad coniecturas eundum fuit, dicente reo, casu
mulierē annosam pugione percussisse, qua percussione haud
multo post interijt. Et aduerso plura argumenta proponeban-
tur, per quæ occidendi animus cōiecturabatur. Primum quod
homicidium committere in natura nefas sit l. vt vim ff. de iu-
236 stit. & iure. † Ex quo lex animum talem fuisse putat, qualem
rei euentus indicauit dict. l. prima. C. ad legem Cornel. de sica.
237 † Secundo genus teli, capitulo, significasti. extra de homicid.
l. is qui cum telo. & l. cum qui. C. ad legem Cornel. de sicar.
l. prima. §. Diuus. ff. eo. ad legem Corn. de sicar. l. qua actionē.
ff. ad legem Aquil. l. non omnes. §. si cōmilitonem. ff. de re mi
lita. dixi in l. 1. §. occisorum. s. Tertio vtriusq; personę qualitas,
videlicet homicidę, qui excesserat primam adolescētiam, vt in
simili meminit l. si vero non remunerandi. §. si adolescens. ff.
mādati. Mulier vero occisa annis decrepita, nullius virtutis na-
turalis, in quam plus homicida pugno, quam mulier cultro, si
quem habuisset, valuisset, sicut meminit gl. in l. 1. C. vnde vi. di
xi ēt post Ro. in d.l. 1. §. occisorum. s. eod. Quarto delicti atroci
tas. d.l. 1. C. ad legem Corn. de sica. l. si non conuitij. C. de iniu-
rijs. Quinto dies festus, qui celebris est, vt in l. 3. C. de episc. au-
dien. l. dies festos. C. de fer. c. fi. extra de fer. c. 1. de consecra. dist.
3. quibus lex non vult indulgere, d.l. 3. C. de episcop. audientia.
Ex aduerso proponebatur deliram mulierem continuis iur-
gijs & contumelijs iuuenem prosequi solitam, vt iuuenilem
suum calorem cohibere nō potuerit, quin pro verbis verbera
redderet. Secundo quod non tantum ab ea iniuriosis verbis la
cessitus esset, sed palma seu pugno ab ea percussus & offensus
erat. Tertio, quod quāuis de patruo sacerdote, cui mulier ancil
labatur, seu famulabatur, bene esset meritus, mulier autē ani-
mum patrui a nepote diuertebat, ne obsequeretur ei, & vt suc-
cessione expectata eum fraudaret. Quarto cōsuetudo iuuenis
seu adolescentis in gladio seu pugione deferēdo in excusatio-
nem proponebatur. Tandem a principe remissio obtenta est,
& a Vicario (locumtenentem vocant Præfecti Rothomageñ.
Bailliuum vulgus appellat) homologata, seu, vti dicunt, inte-
grata est, recepto, vti dicunt, ab eo purgationis iuramento in
defectū probationis, idq; dicebatur veritatē delicti ob inopiā
probationis non posse aliter detegi. † Comperio autem An-
238 gel. dicere in d.l. admonendi. in fi. ff. de iureiuran. non licere iu-
dici in causa criminali criminaliter intentata iuramentum de-
ferre, non tm̄ actori, sed neque reo. Et mouetur his rationibus.
Actori primū non licet, cū ex parte eius probationes debeant
esse claræ, & apertę concludere. d.l. fi. C. de probatio. Ex parte,
rei, quia præsumptio est, cum facillime deieraturum, vt animā
suā liberet. & pro eo in argumētum induci potest l. denūciasse. §. si. ff. ad legē Iul. de adulter. ibi, sed aget cām suā, vt fortas-
sis obtinere vel gratia, vel iustitia, vel legis auxilio. no. verbum,
vel gratia. & l. 1. ff. de bonis eorū qui ante sentē. mort. sibi cōsci
239 ver. † quia licet vnicuiq; animā suā qualitercūq; redimere in-
tellige iure fori, nō iure poli. ca. ne quis arbitretur. 22. q. 2. c. su
per eo. extra de vsur. dicam alias plenius, sed nō vr̄ vera doctri-
na Angel. per ea, quæ supra dicta sunt. quia extat iuris regula,
240 † actore nō probante reus, ēt si nihil præstiterit, absoluendus
est d.l. qui accusare. C. de edē. Secūdo, in criminibus exceptis
iuramentum purgationis reo defertur, etiā si accusator nihil
pręstiterit d.l. fallaciter in fi. C. de abolitio. & d.l. vbi C. ad legē
Corne. de Fals. & alijs criminibus supra notatis, & in toto titu
lo, extra de purga. cano. Cuius mā hic repeti posset. Tertio, do
ctrina Barto. posita in d.l. maritus ff. de quæstio. q̄ reo absoluto
pōt iudex sacramentū purgationis exigere, sed de ea non pōt
esse dubium, cum ēt ante latā sniam hoc possit, vt supra dixi,
auth. nouo iure. C. de pęna iudic. qui male iud. Quare idē An-
gel. in d. l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. repetita distinctione
Bar. in d.l. maritus. it pedibus in sniam Bar. & hæc snia fuit Ia-
cob. Butr. in d.l. in bonæ fidei. etiam si aduersus reum semple
241 ne probatū est, † quia in criminibus debent probationes aper-
te concludere, vt testibus superetur. Cui addo. l. 2. C. quorum
appell. non recipi. in his verbis, argumentis conuictus, testi-
bus superatus, voce etiam propria vitium, scęlusq; confessus.
Idem cum eo sentit Fulgo. in d.l. 3. §. 1. ff. de iureiuran. Confir-
mo ex dicta authen. nouo iure. versicu. sed si persona, quæ reo
accusato necessitatem imponit ab imposito crimine se purga-
re, alioqui si non iurauerit, reus censendus erit. Ex eadem au-
then. in fine. colligo aliud, quod videtur mihi dignum annota
tione, si reus post iuramētum purgationis, & in defectum pro-
bationis a iudice remissus est, si forte noua indicia aduersus
eū superueniant, licere iudici iterum de crimine inquirere, &
242 pęnam exigere, dūtamen id fiat intra decem menses. † Adde
etiam non esse in iudicis potestate iuramentum purgationis
reo deferre, donec actor seu accusator a probādo exclusus fue
243 rit per iudicem. d. authen. nouo iure. † Non enim dici potest
probationem deficere, quandiu accusator ad probandum ad-
mitti potest, argumēto sunt. l. quod seruus. ff. de condictio. ob
causam data. l. non omnis. §. & cum pecunia. ff. de reb. credito.
melius in l. diffamari. C. de ingen. & manumit. & vide illic om-
nino Bald. cui adde. l. fin. C. de iure domi. impetran. l. si eo tem
pore. C. de remis. pigno. Roma. in l. de pupillo. §. si is cui. ff. de
noui operis nunciat. & addit. cap. frequens. de restitut. spoliat.
lib. 6. Vt autem absoluam varietatem huius disputationis, quā
Alex. amplo commentario prosecutus est, & Moder. Papien.
in plerisque eū tacens, priusquam dicta eius recenseam, breui
quodam epilogo repetam, quos inuenio inter se dissidentes.
In primis in dicta l. in bonę fidei. in suis additionibus post Mo-
der. sui

i

der. sui temporis distinxit iuramẽtum necessarium a volunta-
244 rio & iu diciali. † necessarium, inquit, actori deferri nõ potest,
per rationem l. fina. C. de probatio. voluntarium autem aut iu
diciale deferri poterit, per rationẽ Iac. Butrig. quoniam reus
245 crimen confiteri potest, deferre igitur poterit. † At reo omne
iuramentum deferri poterit d. l. fallaciter. C. de abolitio. auth.
nouo iure, C. de pę. iudi. qui male iudi. Ioan. Fab. in d. l. in bo-
næ fidei, nullo modo permittit actori iuramentũ deferri, qua-
lequale sit, reo vero iuramẽtum purgationis remitti posse ait,
vt in toto tit. extra de purg. cano. Cum eo sentit illic Bald. & in
l. admonendi, & l. 3. §. 1. ff. de iureiuran. Bar. vero in d. l. admo-
nendi, & in d. l. 3. in prin. ff. de iureiuran. ab eis discedit, dixit. n.
reo voluntarium neque iudiciale posse deferri, cum in crimi-
nalibus de interesse fisci tractetur, l. licitatio, §. quod illicite, ff.
de publica. & vectiga. l. q cętu, §. qui vacantẽ, ff. ad leg. Iul. de vi
246 publi. l. 1. ff. de iure fisci. † sed iuramentum per procuratorẽ de
ferri non põt l. iusiurandũ qđ ex cõuentione, §. fi. ff. de iureiu.
Non ẽt per eum qui noĩe fisci agit, seu cãm fisci defendit, aut
prosequitur. Pro eo argumẽto sunt l. Imperatores, l. eius qui
247 delatorẽ, & l. in fisci, ff. de iure fisci. † quasi enim pacisci vr̃, qui
iuramentũ defert d. l. iusiurandũ quod ex conuentione, §. fi. &
l. seq. & l. si quis cum debitore, & l. iusiurandũ quod a debito-
re. ff. de iureiur. Si vero a reo deferatur actori, tenet delatio, &
valebit iuramentum per rationem Iac. Butr. supra relatã. Sed
vt supra visum est, Bar. contrariũ dixit in l. fi. ff. de in litem iurã.
& verius, & contra eum ẽt tenent Pau. de Cast. in d. l. 3. ff. de iu
reiur. dixi supra, non repeto. In causa aũt criminali, in qua non
potest corporalis pęna imponi, sed pecuniaria tantũ, cũ Barto.
sentit, sed vbi ex illa pęna pecuniaria aliqua nota seu suggilla-
248 tio contingere põt, ego non puto verũ. Nam † causa famę &
vitæ æquiparantur l. si adulterium cum incęstu. §. fi. ff. ad legẽ
249 Iul. de adulter. l. iusta. in princ. ff. de manumis. vindic. † Plus. n.
viro graui pęnæ & supplicij est infamia, quã mors, estque tali-
bus mors solatium. l. quisquis, §. filij, C. ad legem Iuliã maiest.
Fulg. in d. l. 3. ff. de iureiur. in necessario iuramento dissentit ab
eis siue pęna pecuniaria, siue ciuilis imponẽda sit, per d. l. sciãt,
quæ crimina non distinguit, secundum eum. At in voluntario
vel iudiciali cum eis conuenit, vt supra dictum est. Quod autẽ
non possit iuramentum deferri, etiam vbi pęna corporis non
infligitur, sed infamię tantum nota est tex. in c. veniens, extra
de testibus. Nam per vnum testem idoneum & alterum non
idoneum probata erat simonia, noluit tamen Papa in supple-
mentum probationis iuramentum deferre. Et tamen in illo
tex. secundum Bal. illic, ciuiliter tantum de simonia ageba-
tur. In quo vide Fely. in vltimo notabili, vt supra dixi. Et tamẽ
250 crimen simoniæ dicitur in iure super omnia priuilegiatũ, † cũ
omni iure, diuino, naturali & humano sit prohibitum, hoc ẽt
dicit Ant. de Bur. in c. fi. circa fin. extra quod met. cau. Alexan.
251 † autem in d. l. 3. ff. de iureiur. & Mod. Papien. post eum dicta
eius in multis transplantãs, dixerunt in necessario iuramento,
siue imperfecte seu semiplene probatum erit, nõ debere acto
ri in probationis supplementum deferri d. l. fina. C. de proba-
tionibus. alleg. glo. fina. in capit. cum sint partium, de regul. iu
ris in 6. & gloss. in dicta l. admonendi. iuncta doctrina Barto.
in verbo, exacto, ff. de iureiurando, etiam si pęna pecuniaria tã
tum imponenda esset, & dicunt hanc communem esse opi-
nionem, quæ etiam fuit Ioan. de Imola in dicto capit. fi. extra
quod metus causa. Licet Anto. de Butrio illic contrarium sen
tiat. Quid autem illic dixerit Ant. supra recitaui. Mod. Papien.
in d. l. 3. ff. de iureiurando dicit solum Bald. tenuisse contrariũ
in l. qui accusare. C. de edendo. Secundo in d. l. admonendi. di-
xit Alex. fuisse sibi ipsi contrarium, dixi etiam supra ipsum-
met Bart. variasse, hic non repeto, & verum est eundem Pa-
pien. Mod. varium fuisse. Cæterum non est verum, Bald. di-
xisse, posse in causa criminali iuramentũ deferri actori in sup-
plementum probationis, immo oppositum dixit in d. l. in bo-
næ fidei, in quinta oppositione. C. de rebus credi. etiam si semi
plene probauerit actor, & id supra retulimus. Et ad id allegat
dictam glos. in capitu. cum sint partium, de regu. iur. in 6. & in
d. l. qui accusare. dicit, cui debeat iuramẽtum deferri, actori an
reo, sed dixit, non esse huiusmodi iuramentum deferendum,
vbi de magno tertij præiudicio tractatur. Et ob id imputan-
dum esse illi, qui probare non potuit l. argentarius, §. cum aũt,
ff. de eden. neque verũ est, Alex. in l. admonendi inueniri con-
trarium dixisse, imò in fine suæ lecturæ remittit se ad ea quæ
scripsit in l. 3. eiusdem tituli. Et idem Mod. Papien. in eadẽ l. 3.
252 varius in hoc dixit, † in nulla causa ciuili grauis præiudicii de-
ferendum est huiusmodi iuramentum, sed, vt vidistis, prius
eo dixerat Bal. in d. l. qui accusare, vbi in quarto notabili. versi.
secundo fallit, ait debere iudicem, dum huiusmodi iuramẽtũ
vult deferre, qualitatem negotii & personarum cõsiderare, ar
gumento dicti capi. fi. extra quod met. causa. & l. si quando. C.
vnde vi. quid, inquit, si fęnerator est, qui solicitus est fęnerari,
an postquam semiplene probauerit, debeat iudex hoc iuramẽ
tũ deferre, & dicit nõ debere, qa infamis est infamia facti. alle.
253 Cyn. in l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cleri. † Nam &
vsurarius rapinam committit vsuram committendo c. si quis
rapinam. 14. q. 4. & Iudæi de Christo dicebant, cum publicanis
& peccatoribus manducat magister vester Matthei. 9 capit. &
Luc. quarto, & Marci secundo, de quo in c. ad audientiam, ex-
tra de emptio. & venditio. & in c. illo vos, de pignori. Tu vero
adde tex. in l. improbum. C. ex quib. cau. infa. irroge. Et qđ illic
Cyn. Bal. Pau. & Sal. scribunt. Bal. in l. 1. q. 7. C. de testam. hic re
peti possunt, quæ de vsurario iura canonica statuerunt, in toto
titulo, de vsur. & præsertim quod Cano. scribunt in c. quamq̃.
de vsur. li. 6. acerbi enim esse solẽt debitorib. l. si bene ff. de vsu.
& quasi debitores ab eis strangulari dicuntur, in l. 1. C. de præ-
di. decur. sine decre. non alienã ardẽtes aurum, in §. fi. in auth.
de fideius. collat. 1. quærentes de quocumque requestu, in c.
constituit c. in ciuitate. c. cõquestus, & c. nauiganti, ext. de vsur.
& dulcedine vsurarum aliena semper appetere l. ait prętor. §. si
fraudator. ff. quę in fraudem credi. contra quos præsumptio iu
ris est. l. fi. §. si fęnerator. ff. quod metus causa. Ideo dicunt, & re
cte, debere iudicem sic arbitrari, vt in l. videamus. §. deferre, &
in l. in actionibus. in prin. ff. de in litem iuran. & d. c. fin. extra, q
met. causa. Aduerte etiã Bar. in hoc articulo sibiipsi contraria
ri. recensui supra, hic amplius non repeto. variauit ille idẽ Pa-
pien. Modern. vt supra dixi. Nam & Ludou. Roma. in d. l. 3. in
causa criminali, in qua pęna pecuniaria tantum imponi potest
dixit hoc iuramẽtum deferri, motus illo text. in verbo, pęnali
actione, conueniens cum Bartol. in d. l. maritus. ff. de quæstio.
254 & alijs locis supra relatis, † & ille text. d. l. 3. plures variare co-
egit. ad quem Moder. Papien. respondet, vt ille tex. non de pę-
nali accusatione, sed ciuili actione intelligatur, ponderans ver
bum, actione, dum ille text. ait siue pęnali actione. argumento
255 est, secundum eos §. 1. Instit. de pub. iud. versi. cætera. † Sed ad-
uerte huic solutioni obstare, actionem in iure pro accusatione
assumi, in l. vnica. C. quando ciui. act. criminali præiudi. gl. est in
§. 1. Instit. de actio. Præterea ille. §. primus. de ciuili actione nõ
loquitur, sed de criminali, licet non capitali crimine, cum a iu
re pro eo crimine pęna pecuniaria cum nota infamiæ tantum
imponatur, vt in l. 2. ff. de publi. iudi. de quo in l. capitalium. ff.
256 de pęn. † Ego autem aliter respondeo ad illum text. vt non in-
telligatur de iuramẽto actori delato, sed de eo qđ reo per acto
rẽ delatũ est. Et verba illius tex. satis demõstrant, dum ille tex.
ait. Quacunq; autem actione quis conuenitur, & sic de reo
conuento loquitur, & in tex. sequitur, Si iurauerit, proficiet ei
iusiurandũ, siue in personã, siue in rem, siue in factũ, siue pęna-
li actione, vel quauis alia agatur, siue de interdicto. Et sic quo-
cunq; modo actor iuramentũ reo detulerit, si iurauit reus, ab-
soluendus est. Et qui contrarium sentiunt, non recte, mea opi-
257 nione, capiũt. † Non prætermitto, qđ Roma. voluit in d. l. 3. &
Alexã. post eũ, vbi cum semiplena probatione aliquid concur-
rit, quod eam iuuet. & actor honesta est persona, iudex ad sup-
plendum quod ad effectum plenę probationis deest, iuramen
tum actori deferre possit. Et dicunt esse casum in c. fi. extra de
iureiur. vbi ex causa permittit etiam actori iuramentum in de-
fectum probationis referre, licet causa famosa sit. Pro eis indu
ci potest c. cum in tua. extra de spõsali. ibi, si persona grauis cui
fides sit adhibenda. Iterum in eadem Decretali, ibi, & de fama
vel scandalo doceat. in versic. vel contra famam huiusmodi se
cundum tuæ distinctionis arbitriũ iuramẽta exhibeant propin
quorum, & sic ad prohibẽdum matrimoniũ sufficit vnius gra-
uis personæ denũciatio cõcurrẽte fama & scandalo, tametsi al
terũ eorum non sufficeret l. fi. & d. l. maritus ff. de quęstio. Alio
qui deferri non dẽt, vt voluit gl. in d. l. admonendi. in verbo, ex-
acto. ff. de iureiur. & in l. fi. in princ. ff. quod met. caus. gl. in d. c.
veniens 1. & c. tam literis. extra de testi. & Fulg. in d. l. 3. & l. ad-
monendi. in fi. post Bar. & antiquos ad huius disputationis ab-
solutionem inducit lex. Euangelij Matthei. 18. cap. & Luc. 17.
c. at si clerici. extra de iudi. Si peccauerit in te frater tuus, corri-
pe eum inter te & ipsum solum, si autem te non audierit, adhi
be tecũ vnum aut duos testes vt in ore duorum vel trium stet
omne verbum, vt dũ dicit, adhibe tecum vnũ testẽ. intelligat
quando grauis seu ardua non est quęstio. dũ vero duos dicit,
de causis arduis & magni præiudicij loqui voluerit. More au-
tem legũ interpretis Fulgos. intellexit. Sed diuus Augustin. in
c. si peccauerit. 2. q. 1. rectius interpretatus est. Cęterũ vt ad no-
stros iuris interpretes diuertam, Alexan in d. l. 3. ff. de iureiur.
vt a contrarietate Barto. absoluat, dicit se nõ arbitrari Bart. in
d. l. 3. ff. de iureiur. & l. maritus. ff. de quæstio. & l. fi. ff. de in litẽ
iuran. & in d. l. admonendi. sic dicere voluisse. Addens vlterius
Alexã. quicquid in l. admonendi. a Barto. scriptum inuenimus
in 9. col. suę repetitionis, id ex additione Rayne. esse, non quod
ex officina Bar. processerit, dum in ea legitur Bart. dixisse Ac-
curs. in d. l. admonendi. in verbo, exacto. dicere contra casum
multorũ legũ videlicet. l. nã & postea. §. si damnet. ff. de iureiu.
l. furti. ver. sed si iureiur. ff. de his qui no. infamia. & aliarũ legũ
a Barto.

258 a Barto. commemoratarum. † Quare Lancel. Decius in d. l. 1.
circa fin. ff. de iureiuran. dixit, in criminibus, in quibus oportet
probare delictum dolo commissum esse, iuramentum actori
non posse deferri, cum dolus perspicuis indicijs non per partis
iuramentum probari debeat. l. dolum. C. de dolo. l. fina. in prin
259 cip. iuncta doctrina glo. ff. quod metus causa. † sed intellige de
his indicijs, de quibus iudici ius reddenti constare debet, cap. fi.
extra quod metus causa. l. videamus. §. deferre. & l. in actioni-
bus. ff. de in litem iuran. & quod talia sint indicia, quæ iudicē
taliter mouere possint, vt sola confessio sibi deesse videatur, vt
inquit. l. prima, in princip. ff. de quæstio. l. ob carmen. §. 1. ff. de
testib. l. si quando. C. vnde vi. propter quæ etiam iudex moueri
possit deferre iuramentum. capitu. fina. extra de iureiuran. Et
cum quibus absq; iuramento possit iudex ad iudicandum mo
ueri, sed vt omnis calumniæ suspicio ab accusatore tollatur,
qui aliter probationem facere non potest, eo quod delicti qua
litas & commissi criminis tempus non patiebantur amplius
quam per indiciorum seu argumentorum coniunctionem ad
criminis coniunctionem peruenire, iuramētum actori defert,
vt in crimine occulte facto contingere solet, de quo plenius di
ctum est in l. 1. §. quod si quis puta veneno. §. eod. l. consensu. §.
super plagis. & §. seq. C. de repu. Et idem notat Bald. in c. l. fi. C.
de proba. Bar. & Moder in d. l. admonendi. ff. de iureiuran. Et
ad id induci potest tex. in c. veniens. in fi. extra de accusatio. Et
id iuramentum magis purgatiuum suspectę infamię dicendū
est, quam quod necessarium dici debeat, cum alias de innocen
tia rei accusati constet, sed quia contumax in comparēdo fuit,
licet alioqui excusatus fuisset, excusationes autem cū friuolæ
essent admissę non fuerant, & accusator grauis persona erat, q
suspicionem infamię induxerat. d. c. cū in tua. extra de sponsa-
li. Quibus adde Antoniū de But. in d. c. veniens. primo. in fi. ex-
tra. de testibus dū quærit, an duæ semiplenæ probationes pos-
sint plenā probationem facere, de qua forte dicetur in l. lege
260 Corn. ī. eo. † Non prætermittam aliqua, quorum Alex. & Pa-
pien. Modern. circa prædicta meminerunt, moderantes opi-
nio. Iacobus Butriga. in dicta l. in bonæ fidei. C. de rebus credi-
to. Barto in dicta l. maritus. ff. de quæstio. gloss. & Barto. in l.
tertia. ff. de iureiurando, vt possit accusator reo iuramētum de
ferre in sui præiudicium, non autem reipublicę. Et licet nihil
allegent, adde tex. in l. abolitio. §. si autem. C. de abolitio. si autem
tem inquit ille tex. per deceptionem vel pecunijs a reo corru-
ptus ad postulandam abolitionem venit, redemptę miseratio-
nis vox minime admittatur, sed aduersus nocentem reum in-
quisitione facta pęna competens ingeratur. Idem in l. qui cę-
tu. §. qui vacantem. ff. ad legem Iul. de vi public. Idem notat
gloss. in l. diuus. in gloss. fina supra eodem titulo. Secundo, si
tale est delictum, in quo transigi potest, alias non l. transige-
re. C. de transactio. Aduerte quęso non videri hanc declaratio-
261 nem posse subsistere, † cum non liceat accusatori transigere, nō
quamuis reo hoc liceat, vt in l. transigere. C. de transactio.
licet ergo accusatori iuramentum deferre, quin liceat ex inte-
262 gro cognoscere, dicta. l. secunda. C. de abolitio. † alioqui fru-
stra positus esset titulus ad senatusconsultum Turpillianum,
quo pęna statuta est aduersus eos, qui propositas accusatio-
nes prosequi negligunt, vel ab accusatione desistunt. l. prima.
& l. qui destitit. ff. ad Turpil. pro quibus facit ratio. l. primæ. §.
quid si in lite. ff. si quid in fraudem patro. aliena. fuer. l. cum nō
263 iusto. ff. de collusio. detegen. † verū est autem bona fide accu-
santi aliquando pęnam remitti, vt in d. l. secunda. in princip. C.
de abolitio. sic vt abolitio ab ipso iudice concedi possit. l. prima.
§. primo. versi. calumniatoribus. ff. ad Turpil. l. secunda & ter-
tia. C. de calumnia. sed qui iudicatus est calumniose accusasse,
pęnam senatusconsulti Turpilliani sustinet, per dictam leg. pri
mam. §. primo. ff. ad Turpil. Et ideo accusator, qui bona fide
accusauit, excusatur. l. qui cum maior. §. si patris. & §. fina. ff. de
bonis libert. dixi alias, non repeto. Vel secundum casus qui ex-
primuntur in dicta. l. secunda C. de abolitio. accusator alias do-
losus putauerit pęnam Turpilliani refugere, reo iuramentum
deferendo, non excusabit eum huiusmodi delatio, quemad-
modum nec transactio aut pactum excusaret, per dictam. leg.
264 secundam. §. si autem. C. de abolitio. † Præterea aliqua sunt
crimina, in quibus de iure transigere licet, quæ tamen detege-
re expedit, qualia sunt omnia publica crimina, maxime ea, in
265 quibus pęna a lege imponitur, † quamquam in eis liceat san-
guinem suum quomodocunque redimere. l. fina. ff. de popu-
la. actio. l. prima. ff. de bon. eo. qui ante senten. mortem sibi cō-
sci. l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. & in his non licet iu-
ramētum deferre. alioqui deferens incidit in Turpillianum. l.
in Senatusconsultum. in princi. ff. ad senatuscon. Turpil. in his
verbis, nec peregissent reos, aut aliter quam abolitione facta
destitissent, quique chirographum ob accusandum dedissent,
pactionemve aliquam interposuissent. Et sequitur in text. hoc
autem verbum, peregissent reos. ad vniuersos supra scriptos
226 pertinere dicendum est. † Et propterea dixit Alexand. in dicta.
l. tertia. ff. de iureiurand. eum qui detulit, iterum accusationem
posse instituere, dummodo alius non præuenerit. l. tertia. §. si
is. ff. de sepul. viola. idem dicunt Moderni Papien. in d. l. transi-
267 gere. C. de transact. Sed hoc vltimum nō puto verum. † Nam
quantum ad eum expiratum est iudicium, per supra dicta.
quemadmodum dicimus in eo, qui destitit, qui amplius non
auditur. dicta. l. qui destitit. & l. in senatusconsultum. §. cæterū.
268 in ratione legis. ff. ad senatuscon. Turpil. † Non obstat. l. 3. §. si
is. ff. de sepul. viola. quoniam illa lex non potest intelligi de eo,
qui iam detulit, vel accusauit, sed de eo loquitur, cui ius accu-
sandi competebat, qui declarauit se nolle accusare. Nam re in-
tegra postea auditur, id est antequam alius præuenerit, sicut
dicitur in l. 2. §. fin. & l. sequen. & l. 3. in princip. ff. ad legem Iuli.
de adul. coniungo. l. milites. §. socer. eodem titu. facit. l. filij. ff.
ad Tert. & in argumentū induci potest. l. emancipatorum. ff.
de optio. lega. Et ad l. eum qui. §. in pupillaribus. ff. de iureiuran.
plus debito respondet Bartol. in d. l. maritus. ff. de quæstio pri-
mo, dum differentiam facit inter publica & priuata crimina.
Secundo, dum grauia delicta a leuibus distinguit. Tertio dum
considerandum esse dicit, an ciuiliter aut criminaliter crimi-
na deferuntur, & prosequuntur. Et vltra quam dixerit Bartol.
269 explicabo. † In primis, in crimine læsæ maiestatis & crimini-
bus exceptis in l. fallaciter. C. de abolitio. non sufficit actorem
deficere a probatione, sed oportet reum se purgare. Idem in l.
si quis alicui. C. ad legem Iuliam maiestatis. de quo in l. secun-
da. C. de exhibendis reis. & l. fi. C. de accusatio. l. vbi. C. ad legē
Corn. de fals. potest hic induci capitu. veniens, extra de accusa-
tio. Idem dico in alijs grauibus criminibus, quale est incendiū,
vel homicidium, quod ex proposito factum est. l. Cicero. & l.
capitalium. §. incendiarij. ff. de pęn. Meminit ēt Ang. in l. qui se-
pulchra. C. de sepulc. viola. & Bart in l. non solum. §. mandato.
ff. de iniur. Dixit autem Pau. de Cast. in dicta. l. tertia. ff. de iure-
iurand. Accusatori in accusatione prosequēda differenti ter-
minū statuendū & pręfigendum esse, quo admonito contuma
citer perseuerante, reo iuramentum deferri poterit. l. præsenti.
§. sicubi. C. de his qui ad eccle. confugi. sed vt s. diximus, istud
270 est extra omnem aleam disputationis, † quoniam destitisse is
videtur, qui intra præfinitum accusationis a iudice tēpus reum
suum non peregerit. l. ab accusatione. §. destitisse. ff. ad Turpill.
leg. diffamari. C. de inge. manus. Et vlterius tanquam calum-
niator plectendus est. l. 1. in ca. C. qui accusa. poss. l. fina. C. de accu-
satio. nisi accusator re integra pęniteat, id est accusato nihil in-
iurię, carceris, tormentorū, verberum, vel catenarum, aut id ge
nus afflictionum passo. l. fallaciter. in princip. C. de abolitio. l.
nullus. vbi per Cynum & Ange. C. de exhiben. reis. l. qui men-
271 te. ff. de furt. Aliqua sunt † leuia crimina, in quibus licet per pro
curatorē in iudicio comparere, sicuti est in omnibus fere po-
pularibus actionibus. l. qui populari. ff. de popu. Et in eis potest
reo iuramentum deferri. & hoc pacto glos. intelligi debet in l.
tertia. ff. de iureiuran. dum alleg. l. eum qui. §. in popularibus.
ff. de iureiuran. Ex qua sumpsit Alex. in eadem. l. tertia. tres in-
272 ris conclusiones, quas sic absoluo. † Si iuramentum reo per
accusatorem in populari actione deferatur, ex qua accusatori
commodum obuenire potest, si per eius præuaricationē reus
absoluatur, in accusatoris pręiudicium absolutio tenebit, neq;
amplius reum accusare poterit. l. prima. §. primo. & l. qui cessi-
rit. & dicta. l. in senatusconsultum. §. cęterum. ff. ad Turpilia. l.
quamuis & l. si fęmina. C. eo. Non autem reo accusato prode
rit in Reipublicę præiudicium, dicta. l. secunda. §. si autem. C.
273 de abolitio. † Et induci potest dicta. l. eum qui. §. in populari-
bus. ibi, si non per collusionem actum sit & his verbis, si bona
fide exactum sit. Si igitur bona fide delatum erit iuramentum
& permittēte iudice exactum fuerit illo casu quęcunq; accusa
torem a limine accusationis excludet. Et adde rationem, quo-
niam huiusmodi iuramentum vim habet quasi abolitionis a
iudice pręstite, dicta. l. secunda. C. de abolitio. Et maxime cum
lex ad absoluendū facilior sit. l. denuntiasse §. fi. ff. ad l. Iuliam
de adul ter. & argumento est. l. adulter. §. nupta. ff. eo. de adulte.
Non sic est in condemnatione, per illos tex. & l. secundam. C.
de fide instru. Non mirū si talis iuramenti delatio iuranti pro-
274 dest. dicta. l. eum qui. §. in pupillaribus. ff. de iureiuran. † Cæ-
terum non potest altera Alex. consideratio plurimum moue-
re quod in talibus transigi possit, cum pleraq; alia sunt crimina
in quibus trāsigere licet, etiam si pœna sanguinis irroganda sit
vt in l. transigere. C. de transactio. non tamen iuramentum de
ferre licet, vt supra dictum est l. Imperatores. & l. in fisci. ff. de
iure fisci. Secundo. Alia ratione, cuius supra meminimus, quia
transactio non nisi transigenti obest. alijs vero accusare volen
tibus non obstabit. dicta. l. secunda. C. de abolitio. l. quamuis. &
duabus legibus sequen. C. ad. Turpil. l. qui cætu. §. qui vacantē.
ff. ad legem Iuliam de vi. Non obstabit obiectio senatusconsul
275 ti Turpilliani † quoniam non omnis qui accusat, in pœnam se-
natusconsulti incidit, etiam si ob defectuum probationis reus
absoluatē, iuxta. l. senatus. versicu. quod si tribus. & l. secundam
§. senatus

§. senatus. ff. de iure fisci. nisi per iudicem pronunciatum fuerit
accusatorem calumniatum fuisse. l. prima. §. calumniatoribus.
ff. ad Turpil. dicta. l. senatus. in princip. ff. de iure fisci. dicta. l. d.
3. & l. qui calomniatores. & l. fi. C. de calumnia. l. athletas. §. ca-
276 lumniator. ff. de his qui notan. infa. Secūda † est in voluntario
iuramento, etiam in criminali iudicio licere reo iuramentum
actori deferre per rationem Bart. in d. l. maritus. ff. de questio.
cuius supra meminimus, quia reus deferendo tacite crimen
cōfitetur, dummodo actor iuret. l. qui iurasse. in prin. ff. de iu-
reiur. Et reus satis sua confessione conuincitur. l. qui sententiā.
C. de pęn. Addebat Alex. tex. in l. nā postea. §. si damnetur. sm.
primum gl. intellectum. & l. sed & si possessoris. §. fi. in verbo,
perinde. & in l. eū qui. in prin. in verbo, abunde. ff. de iureiuran.
reprobata opinione Gul. de Cun. in d. l. fi. C. de probatio. In cri
mine, in quo a lege pęna sanguinis imponitur, non potest esse
verum, vt supr. dixi, nec in inferioribus criminibus, per ea quæ
277 supra dicta sunt. † Non obstat. §. si damnetur, qui varijs modis
ab Accurs. cæterisque scriptoribus interpretatus est, hac ratio-
ne in argumentum trahi non debet, si Alex. ab Imol. creden-
dum est in l. prima. in princip. ff. solu. matri. dum respondet ad
l. primam. C. de iure fisci. libro. 10. quam illic pro contraria ad
illam legem inducit. Et præsertim id dici potest ad §. si damne
tur. cum illum text. trahat, prout Accursius in prima illius in-
terpretatione intellexit, quam nec Alex. neque alius admisit,
secundæ interpretationi gl. adhęrendo. Sed non est conueniēs
hoc responsum, quia miserum est refugium, cum iureconsul-
tum vnum tantum habuerit intellectum, licet forte ignoran-
tia hominum non intelligatur, & incertus sit apud eos, qui le-
gunt. Ita dicit Bartol. in l. in ambiguo. ff. de rebus dub. ductus
278 argumento illius legis. † Secundo ex mente Accursij in secū-
da illius. §. interpretatione, dic in eo. §. iudicem non habuisse
rationem iuramenti, sed reū in famoso iudicio cōdemnatum
fuisse spreto iuramento, quia iudex forte ductus est illud non
sequi ex varijs causis ad id eum mouentibus, quæ ex meritis
causæ perpendi poterant. l. videamus. §. item videndum. & l. in
actionibus. in princ. ff. de in litem iuran. de quo in dicto. c. fi. ex-
tra, quod met. causa. & capitu. fina. extra de iureiuran. Et hanc
solutionē tradit gl. prima in l. furti. §. sed & si iureiurando. ff. de
his qui notan. infa. ille tex. dicit, reum, cui iuramentum delatū
est, in famoso iudicio ab infamia purgari, quia se non deliquis-
se iurauit. Nam suo iuramento quodam modo innocentiam
suam approbauit & ille tex. conuenit cum l. 3. §. 1. ff. eo. quæ de
reo loquitur, cui delatum est iuramentum, non autem de eo,
quod reus alteri detulit, quare nihil nobis obstat gl. interpreta-
tio. Verum est, inquit illic Accurs. nisi iudex nihilominus eum
condemnauerit. dicta. l. nam postea. §. si damnetur. ff. de iure-
iur. Et licet hic intellectus videatur in se verus esse per ea, quæ
supra dicta sunt, tamē vim facere videtur illi legi. frustra enim
iudex iuramentum detulit, si rationem eius habere noluit, sal-
tem vt mitius cum eo ageret sublata infamię nota, cum iura-
mētum reo debebat ad aliquid illi prodesse, dicta. l. furti. §. sed
279 & si iureiurand. ff. de his qui notan. infa. † Et iuramentum po-
tiorem vim quam res iudicata habeat. l. secunda. ff. de iureiu-
rendo. præsertim in causis, in quibus iudex ad absoluendum
pronior esse debet, vt supra diximus. l. adulter. §. nupta. ff. ad le-
gem Iul. de adulter. vulga. l. Arrianus. ff. de actio. & obli. Ideo
280 tertio † alijs respondent illum. §. si damnetur. non verificari in
his criminibus, in quibus pena sanguinis irrogari potest, licet
in inferioribus criminibus ille tex. forte locum habeat, sed hęc
responsio non satisfacit his, quæ supra dicta sunt, etiam in cri-
mine notam infamię tantum irrogante. Tota igitur vis erit in
iuramento actori delato, secundum quod reus condemnatus
est in famoso iudicio, an ob id famosus erit, & an ille. §. secun-
dum vltimas gloss. illius. §. si damnetur. interpretationes intel-
lectus sustineri possit, vt iudex nulla iuramenti a reo facti ratio-
281 ne habita reum de crimine cōdemnauerit. † Consideraui igi-
tur aliam interpretationem ad illum. §. si damnetur. recensere
quoniā rigorosum esset, postquam actor deferendo iuramen-
tum renunciasse probationibus videtur, & tacite declarare in
probatione deficere, & ob probationis defectum refugere ad
iuramenti delationem, argumento. d. l. eum qui. in prin. ff. de
iureiur. l. in bonę fidei. C. de reb. credi. Et ob id legis dispositio-
ne absoluendum esse reum actore non probante, etiam si nihil
pręstiterit. d. l. qui accusare. C. de eden. & alijs vulgaris legibus
vt aduersus iuramentum a reo factum iudex aduersus reum
pronunciet. dicta. leg. 3. in verbo, pęnali actione. ff. de iureiu-
rando, nisi forte comperiat iudex calumnio se de latum fuisse
iuramentum, sicuti supra dictum est argumento. leg. 2. §. sin-
autem. C. de abolitio. & dicta. leg. cum qui. §. in popularibus. ff.
de iureiuran. in quo saluari posset secunda gloss. interpretatio
ad dictum. §. si damnetur. quę videtur omnibus singularis, &
& sic in intellectu puto eam in hoc verum dicere, alioqui non
Et si eam sequi non desideres, cogitaui ad illum. §. si damnetur.
aliter dicere, vt intelligatur de accusatore condemnato post
delatum reo accusato iuramentum in famoso iudicio, quia ac
cusator in probatione defecerat, coactus ob probationem ino
piam iuramentum deferre, vt infamiæ notā non euitet, quia
si post rei iuramentum condemnatio aduersus accusatorē se-
quatur, & pronūcietur eū calūniatum fuisse, famosus erit. l. pri
282 ma. §. calūniatoribus. ff. ad Turpil. l. 3. C. de calū. † Nec obstabit
secunda glo. interpretatio, quę maximam pati potest instantiā
vt vera non sit, licet Barto. in l. maritus. ff. de quęstio. & alijs lo-
cis supr. relatis dicat iuramentū a reo delatū accusatori obsta-
re reo deferenti, quia secundum accusatorē iudicabitur. d. l.
3. §. 1. in verbo, pęnali actione. ff. de iureiur. cui supr. responsum
283 est. † Tn̄ vltra quā. s. dixi licet reus ex ipso iuramento etiam in
actione criminali delato ciuiliter condemnari possit, nō tn̄ sic
reo oberit, vt ex illo iudicio ēt famoso infamis seu famosus di-
ci possit, nisi alia argumēta ex processu resultarent, quæ famo-
sum reum facerent. Quibus cessantibus si contra reū tantum
militat iuramentū accusatoris secundum rei delationē pręsti-
tum, non puto eum famosum esse, tametsi iudiciū super eo se-
284 quatur. † Et ad id induco. d. l. eum qui. in prin. ff. de iureiur. Nā
si in actione, quæ inficiando crescit, qualis est legis Aquilię. l.
ꝯ negantē. C. de lege Aquil. §. inde Neratius. §. hæc actio. ff. ad
legē Aquiliā. §. item mixta. insti. de actio. si reus iuramentū de-
ferat, & actor in ea actione iuret, quantumcunq; reus factū ne-
gauerit, non in duplū sed in simplū tantū condemnabitur. &
idē notat glos. prima in eadē. l. & in dicta. l. contra negantē. in
principio glo. Et ratio in dicta. l. eum qui. est, abunde, inquit, est
exonerare petitorem probandi necessitate, cū omissa hac par-
te edicti id est delati iuramenti dupliactio integra maneat. qua
si dicat imputandum est actori, qui propter inficiationem po-
terat duplum prosequi, subeundo probationis onus aliter quā
per iuramentum, qui maluit ab onere probandi subleuari, &
post delatum iuramentum secundum se iurare. hac ratione si
285 grauat in vno reus, in altero subleuandus est. Pariter dico † in
famoso iudicio excusandū reum qui accusatorē suum exone-
rarit probandi necessitate, vt secundum iuramentum pronun-
ciatum sit famosus non fiat, nisi vt supra dictum est, alia argu-
menta cum iuramento essent, licet quantum ad bonos & gra-
ues forte notatus esset. l. 2. ff. de obseq. patro. præstan. Sic indu-
co. inter patrem & filium non potest famosum esse iudiciū. l.
vix certis. ff. de iudi. Si tamen filius aduersus patrē agat, & se-
quatur inde iudicium, licet ob id pater famosus nō sit infamia
iuris tamē apud bonos & graues famosus erit. Similiter in pro
posito casu dico, licet a iuris infamia excusetur, non tamen ab
infamia facti, quæ ab opinione hominum causatur, per illum
286 tex. & l. ea quæ. C. ex quib. caus. infa. irroge. † Sed ad primum
dictum induci potest. l. edictū. versi. quæstiones & l. vnius. ver.
in ea causa. ff. de quęstio. l. ob carmen. §. fi. secundo responso. ff.
de testib. volunt enim illę leges, in ea causa, in qua nullis reus
argumentis vrgebatur, tormenta non facile adhibenda esse,
sed instandum accusatori, vt id, quod intendit comprobet, ac
sic cōuincat. vbi ergo accusator ab hoc onere leuatur, cōgruū
nō est reū honore suo grauari, qui forte bona fide iuramentū
detulit, conscius forte suę conscientię, existimans actorē nō fa-
ciliter iuramentum subiturū, per rationem. d. l. eum qui. & ma
xime quod in ea dicitur, & potest dici, hoc iudicio nō principa
287 lem causam exerceri, sed iusiurandum actoris conseruat. † in-
duco ēt ad id. l. Marcellus. §. 1. & l. 1. 2. & 3. ff. rerum amota. nō
datur actio furti vxori in maritū, nec econtra. datur aūt actio
rerum amotarum, vel conditio furtiua. d. l. 3. §. 1. in quibus iura
mentum deferri potest, non autem referri. d. l. Marcellus. §. 1.
& hoc iuramentum nō infamabit, quia talibus personis de ca-
lumnia iuramentū remittitur. d. l. Marcellus. §. 1. ff. rerū amo-
ta. & l. iusiurandū & ad pęcunias. §. qui iusiurandū. ff. de iureiu
ran. tamen vt videtis opinione hominum notantur. d. l. 2. ff. de
obseq. patro. præstan. Sed id intelligendū esse puto verum, vbi
cū iuramento alia concurrunt indicia, quæ forte etiam sine iu-
ramento possent iudicem mouere ad sic opinandū & iudican-
dū. d. l. ob carmen. §. 1. ff. de testib. ibi, confirmabitq; iudex mo-
tū animi sui ex argumentis & testimonijs, quæ rei aptiora &
vero proximiora esse cōperit c. fi. extra de iureiur. d. l. videamus
§. deferre. ff. de in litē iuran. c. fi. extra. ꝙ metus cā. l. fi. in prin. ff.
quod metus causa. Et ideo iudex in huiusmōi causis diligenter
aduertere debet, quō pronūciet, ne indebite, & iniuste hominū
288 opiniones in suam infamiam trahat. † Ex hoc tn̄ visum est mihi
quæstiunculam facere, an iudex, qui propter iuramentum nō
debuit, per ea quę supradicta sunt, reū famosum pronunciare
cū aduersus eū nulla alia essent argumenta, quę eū vrgerent,
inscitia tn̄ seu iuris ignorantia pronunciauit reū famosum es-
se, ob id famosus censendus sit. ꝙ vr̄ indubiū per. l. relegatorū
§. ad tp̄s. ver. reprehēsę. ff. de interdict. & relega. reprehēsę, in-
quit ille tex. sunt sn̄ię eorū qui ad tēpus relegatis ademerūt par
tē bonorū, vel bona. sic tn̄ vt infirmarei n̄ suę, quę ita sunt pro
latę. sic ēt licet hmōi sn̄ię tametsi rephēsione dignę sint, firmę
tn̄ manere debent. l. 2. §. biduū. ff. qū appel. sit. Secūdo, postquā
semel

289 semel indicatũ est, † sentẽtia in causa famosa secũ executionẽ
famæ trahit l. nullum C. ex quibus caus. infa. irroge. ibi, si sen-
tẽtia non præcedit ignominiæ maculam irrogans. Et quia ple
rique varia dixerũt in l. & si seuerior. & l. si Possidonium l. nul-
lam l. fustibus. C. ex qui. cau. infa. irrog. l. ictus fustium. ff. de his
290 qui notan. infam. & l. 1. in prin. ff. eod. tit. † Ego autem puto de
iure vbi iudex per iuris imperitiam maiorem & seueriorem pę
nam imponeret ea quæ propter crimen imponitur, sentẽtiam
illam, neque quod ex ea secutum est, plus infamiæ imponere,
quam lex imponat. Nam lex non quod iudex fecit, sed quod fa
cere debuit considerat. l. ius pluribus ff. de iusti. & iu. l. sed licet
ff. de officio præsidis. induco. l. palam. § si. ff. de ritu nuptiarum.
quoniam causa propter quam quis condemnatus est, potius q̃
sententia spectanda est d. l. ictus fustium. l. 1. §. 1. versic. si autem
pronunciauit. ff. ad senatuscons. Turpill. ibi; facti quidem quę
stio in arbitrio iudicantis, penę vero persecutio non eius volũ-
tati mandatur, sed legis authoritati reseruatur. l. non potest. ff.
de furtis. Et glo. in d. l. ictus fustium. ff. de his qui notantur infa
mia. dixit causam condemnationis semper spectandam esse,
an ea tantam pęnam desiderabat l. si Possidonium. C. ex quib.
cau. infa. irrog. dicam plura in l. propter veneni. §. præsidis ini-
quitate infr. eodem. Nec obstabit l. relegatorum §. ad tempus.
ff. de interdictis & relegatis. nam per impositionem grauioris
pęnę, quam lex desiderat, quodammodo transigi cum lege, &
eius ministro videtur, vt æstimationem conseruet. l. quid ergo
§. pęna grauior. ff. de his qui notantur infamia, & ita puto sic in
telligendam dictam legem, si Possidonium. licet pleriq; de ea
dubitent, tamen mea opinione illę leges eadem ratione idem
291 diffiniunt. † similiter d. l. ictus fustium ff. de his qui notantor in
famia. Et quamquam iuris nostri interpretes post Accu. super
ea varia dicant, ego non puto tex. illius legis aliquam difficulta
tem habere. Nam si is, qui condemnatus est a iudice, fustibus
aut flagellis verberari meruit, quia causa, propter quã extitit
cõdemnatus, tantę efficacię erat, vt infamiam irrogaret, & hic
proculdubio famosus erit. Vbi ergo lex infamiam non irroga-
bat, iudicis condemnatio non plus infamiæ infert, quam si se-
uerior pęna imposita non esset. Et id non tantum in famosis
judicijs singulare est, sed in cęteris pęnarum generibus locum
obtinet, quoniam eadem forma seruanda est. hoc dicit illa lex
292 in vltimo responso. † Quare dico in criminibus, in quibus lex
arbitrio iudicis pęnam remittit, si iudex reo pepercerit mino-
rem pęnã imponendo, excusabit reũ ab infamia d. l. 1. §. calum
niatoribus ff. ad Turpil. l. & si seuerior. C. ex qui. cau. infa. irrog.
è contra si maiorem imposuerit, quam causa. propter quã dã-
natur admittat, non propterea infamabit eũ d. l. si Possidoniũ.
293 † & vt clare ille legis sensus pateat, duo præmittenda sunt. Pri-
mo relegatum ad annum aut aliud tempus si ante effluxum
anni tempus redeat, relegabitur iterum multiplicato tempore
suæ relegationis. l. relegati, & l. capitalium. §. in exulibus. ff de
pęnis. sed si integro tempore in relegatione permanserit, tem-
pore lapso redire potest, & statum suum recuperat. l. 2. in prin-
cip. & l. 3. in princ. ff. de decurio. Et si iudex in iure errans, eum,
qui post tempus reuersus est, in alium tempus aut maius eũ cõ-
demnauit, sententia non infamabat d. l. si Possidonium. sed re
ducetur secundum tempus a iure sibi pręfinitum l. capitalium
§. Diuus. ff. de pęn. l. relegatorum. §. 1. ver. siue ad tempus. ff. de
interdic. & relega. & idem Parisijs in parlamento obseruatum
est, in quodam consiliario ad tempus ab ordine amoto, & ita
294 intelligo. d. l. quid ergo §. pęna grauior. † Si vero lex certam pę
nam statuat, non habetur ratio sententiæ iudicis, quoniam si-
ue pepercerit siue excesserit, omnium ęqua est reorum condẽ
natio seu conditio. Nam omnes æqualiter famosi sunt, vbi cau
sa famosa est l. ordine. ff. ad Municipalem d. l. non potest. ff. de
furt. l. palam §. fi. ff. de ritu nuptia. d. l. 1. §. calumniatoribus. ver-
sic. nam si quidem, & versic. sequen. ff. ad Turpil. Reliqua pro-
sequere vt in dicta. l. & si seuerior. & l. sequen. & l. nullam, & l.
fustibus. C. ex quib. caus. infa. irroge. & in dicta l. ictus fustium.
295 de his qui notan. infa. † Et reuertamur vnde digressi sumus, dic
aut reus accusatus probationibus conuincitur, & de eo non po
test esse dubium, quia puniri debet, etiam si iuramentum accu
satori non deferatur l. secũda. C. quorum appell. non reci. l. qui
296 sententiam C. de pę. † aut confessione. & dic in his criminibus
in quibus de delicto constat, paria sunt aliquem testibus supe-
rari aut confessione conuinci, dicta l. qui sententiam, & dicta.
l. 2. nullæ enim sunt partes iudicis in confessum, quam in con-
demnando l. proinde §. finali. ff. ad legem Aquil. l. prima. C. de
confessis. capit. at si clerici. extra de iudi. & capit. secundum. ex-
tra de confessis. intellige ergo sane, dumtamen, vt dixi, de deli-
cto constet, & non alias l. inde Neratius. §. finali, & l. sequen. ff.
ad legem Aquili. dixi in l. prima. §. item illud. supra eodem. Et
iste textus recte probat. Oportet enim de crimine prius consta
re, ne audiatur perire volens, vt dixi supra l. liber homo. ff. ad le
gem Aquil. & l. non tantum ff. de appel. Adde text. in l. qui ser-
297 uum. ff. de interroga. actio. ex quo † concluditur alia dubitatio
de eo, qui confessus est crimen commisisse, & dãnatus est pro-
pter confessionem, an si postea comperiatur is, qui crimen ad-
misit, dimitti debeat, & respondet ille tex. non esse eum dimit-
tendum, & Bal. illum tex. pro singulari notat in capitu. iniuria.
298 de pace tenen. & iura. firman. coll. 10. † Aut testibus vel confes-
sione reus non conuincitur, sed argumẽtis tantum vel testimo
nijs probabilibus, quæ indicia esse dico. Et tunc si tot & tanta
sint, quæ iudicem ad quæstionem moueant reo infligendam,
quia ad veritatem conuincẽdam nihil aliud deest, quam rei cõ
fessio, & iudex quæstionem exigere potest l. 1. §. ad tormenta,
& l. fi. ff. de quæstio. d. l. ob carmẽ. §. fin. ff. de testi. habita tamen
criminum distinctione. l. edictum §. quæstiones, & l. vnius. §. in
causa. ff. de quæstio. neque necesse habet iudex iuramentum
deferre, per supra dicta. si tamen ex abundanti accusatoris iu-
ramentum exigeret, quod ita religionem iudicantis moue-
rit, vt in c. fina. extra de iureiuran. cap. fin. extra quod met. caus.
299 nihil hoc in consideratione esse debet. † Si vero indicia & ar-
gumenta non tam facto proxima seu coniuncta sunt, vt cri mi
nis perfectionem inferant, & iudex non debet reum indiscrete
quęstioni subijcere l. nec si mors. C. de quęstio dixi in l. 1. §. ser-
ui. supra, eodem per rationẽ §. finalis. in auth. vt nul. iudi. liceat
habere loci conserua. colla. 9. Quęstio enim per quam articuli
dissoluitur, morti proxima est. ideo bonus rectusq; iudex de-
bet omnia rimari. c. iudicantem. 30. q. 5. præsertim si natura cri
minis talis sit, vt quæstionem non admittat, quod prosequere,
vt per Ioan. And. in cap. cum in contemplatione, extra de reg.
iur. Cuius doctrinam aliquando examinaui, amplius eam non
repeto. per Bal. in l. indicia. C. de rei vendica. Bart. in l. fina. ff. de
quæstio. Sed nec debet iuramentum deferre, cum actore non
probante reus absolui debeat. dicta l. qui accusare. C. de eden.
dicta l. maritus. ff. de quæstio. c. veniẽs. primo. extra de testi. præ
sertim in causa criminali pęnam sanguinis ingerente, nisi cri-
mina sint excepta in quibus accusato imponitur se purgare. vt
supra dixi, per l. fallaciter. C. de abolitio. Adde prædictis text. in
300 c. primo. extra de confes. † Ex quo textu declaratio assumitur,
nisi is, q accusatus est, grauiter de crimine diffamatus esset, di-
cto c. veniens, extra de accusatio. quia purgare se tenebitur, per
illos tex. Sed hoc intellige, quando diffamatio a maleuolis nõ
processit, dicto c. qualiter & quando 2. & c. inquisitionis, extra
de accusatio. secus vbi a viro optimę famę diffamatus esset cõ-
currẽte illius viri testimonio, fama, & scandalo, forte aliter pro
cedendum esset, dicto c. cum in tua. extra de sponsali. alias non
dicto c. veniens. 1. extra de testi. & c. 1. extra de confes. In alijs au
tem leuioribus criminibus hoc arbitrio iudicis committitur,
in c. fi. extra de iureiur. sed intellige quantum ad simplum exi-
gendum, non autem quantum ad pęnam aut infamiã irrogan
301 dam d. l. eum qui. in prin. ff. de iureiur. † extende per illum tex.
etiam si reus actori non probanti iuramentum deferret l. furti
§. sed & si iureiurando. ff. de his qui notan. infa. nisi cum iura-
mento aliqua aduersus reum essent argumenta, & post iusiu-
rãdum sequeretur aduersus reum sententia famosa, quia tunc
famosus esset d. l. nam & postea. §. si damnetur. ff. de iureiur. se
cundum primum gl. intellectum, vel si secundum glo. intelle-
ctum in d. §. si damnetur. sequi mauis, dicas etiam si reo per ac
cusatorem iuramentum delatum fuerit, & spreto a iudice rei
iuramento secundum accusatorem iudicauerit, recteque eum
accusasse pronũciauerit, ob idque famosum reum dixerit, tũc
reus famosus erit, per illum tex. secundum gl. in d. l. furti. §. sed
& si iureiurando. ff. de his qui not. infa. vel secundum primum
gl. intellectum in d. §. si damnetur, quãdo actor reo deferente
iurauit non subsistente alia probatione quam iuramẽto acto-
ris, qui ab omnibus fere improbatur, licet Bart. eũ admittat in
d. l. maritus ff. de quæstio. Et ideo voluit reum famosum fieri,
sed non recte, nisi ad eum suppleas, subsistentibus cũ iuramen
to alijs argumentis aduersus reum d. cap. 1. extra de confess. &
c. veniens, extra de accusat. multo minus in causa sanguinis li-
302 cet, vt supra dixi, hic amplius non repeto. † Fateor autem, de-
bere in casibus præmissis teneri reum se purgare propter diffa
mationem, quę ex accusatione processit d. c. veniens, extra de
accus. & d. c. 1. extra de confes. rationem eius videbis inf. proxi-
mo dicto. Secundo quando accusatus contumax fuit in com-
parendo, per d. c. veniens. Et ratio ponitur in l. in pecuniarijs C.
de requi. reis. quoniam in criminibus contumax in comparen
do quadam facti infamia notatur, nõ mirum si purgare debet
illam infamiam, quam propter contumaciam contraxit. Est &
alia ratio, quãdo enim processus diu agitur, in opinione homi-
num contrahitur quædam facti ignominia l. 2. ff. de obsequi.
patro. præstan. Et hanc rationem nota, quia non cõperies alibi
303 eam expresse traditam. † Sed si ob contumaciam in satisdãdo
condemnatio sequeretur, ob id famosus non esset, non enim
omnis, qui non satisdat suspectus est, quid enim si propter in-
opiam reus accusatus satisdare non potest? Certe hic reum nõ
grauat. Et volo te notare tex. in l. 2. §. primo. ff. de custo. reo. ibi,
sed hæc interpretatio perdura, & per nimium seuera est in eo

cuius

cuius dominus absens fuit, vel per inopiam illo momento tē-
poris satisdationem implere non potuit. Non dissimilem ra-
tionem considerauit gl. in l. si constante. §. quoties. ff. sol. matr.
in verbo, vsitatum, & text. in l. si ideo. ff. de euictio. & in l. cum
emancipati. §. ff. de coll. bono. Et Ioan. And. in Mercur. sine
possessione. de reg. iur. in 6. perpulchre. l. fallaciter. C. de aboli-
tio. interpretatur, dum de criminibus illis exceptis illa lex lo-
quitur. dicit enim, in criminibus etiam exceptis intelligēdum
esse de infamatis, qui debeat purgari ca. vltimo, & §. vlt. 6. q. 5.
Et ille tex. est dignus recitatione, Accusator, quod asseuerat se
probare non posse, reum necessitate monstrandi contrarium
non adstringit, cum per rerum naturam facti negantis proba-
tio nulla sit, & vsque huc sumptus est ille text. ex l. actor. C. de
probatio. In vltimo §. dicit, hoc autem obseruandum est, quā-
do reum publica fama non vexat. tunc enim authoritate eius-
dem Gregorij propter scandalum remouendum famam suā
reum purgare oportet. vbi ergo fama non laborabit aduersus
reum neque scandalum, purgare se non tenebitur. Non tace-
bo vlterius, quod Ioan. Andr. dicit in d. c. sine possessione. secū
dum Legistas, inquit, in grauibus delictis negatiua per negan-
tem probāda est l. fallaciter. in fi. C. de abolitio. Sed mixti legi-
stę, qui viderunt scripta iuris nostri, intelligunt illam legem de
infamatis, & sibi placet, pariter & mihi, & vide illic omnino
quæ Ioan. And. in materia negatiuę scribit, & conducent tibi,
304 sed, † vt dixi, intellige illud c. fi. 6. quæstio. 5. quando hæc fama
non libidinose effusa est. l. iustissimos. C. de offi. recto. prouinc.
Et ratio assignatur in ca. si ergo. 8. quæstio. 1. quoniam, inquit,
plebs sæpe clamorib. aut gratia, aut pretio fortasse excitata mo
ueri solet l. decurionum. C. de pęn. l. diffamari. C. de inge. ma-
numis. Adde tex. in l. miles. §. mulier. ibi, falsis rumoribus. ff. ad
legem Iuliam de adult. Et ideo ius canonicum dicit esse consi
derandum, a quibus personis originem sumpserit hæc fama,
aut scandalum. d. c. qualiter & quando 2. ca. inquisitionis, extra
de accusatio. dicam plenius in l. lege Cornelia. inf. eod. interim
vide Bartol. in l. miles. §. mulier. ff. ad leg. Iul. de adul. super illo
tex. in verbo, falsis rumoribus. Henric. Bohic. in c. nos inter, &
c. cum dilectus. extra de accul. Fel. in d. c. veniens. primo. extra
de testi. Secundo adde, expedire, vt cum fama sit personæ gra-
uis aut alias honeste depositio. d. c. cum in tua. extra de sponsa-
li. Et id dico ad inducendam purgationem, non autem vt iudi
cium aduersus reum accusatum fundari possit. d. c. veniens. 1.
extra de testi. illic enim erat vnius testis integri depositio vna
cum alterius non integri testis depositione, & tamen Papa ra-
tionem illorum testium non habuit, quia non est duorum te-
stimonium scilicet integrorum, & tamen aliquid erat vltra se-
miplenam probationem. Nam socius simonię in testem ad-
mitti solet in odium simoniaci. c. primo. de testi. lib. sexto. De-
buit ergo ille socius criminis cum altero teste idoneo iungi, &
sic plenam probationem facere, iuxta l. si quis ex argentarijs. §.
cogentur ff. de edend. quæ nihil prorsus probat, quicquid Bal.
dicat. non etiam permisit Pontifex quantumcunque de crimi-
ne simonię tractaretur, neque vera illa est doctrina Bald. in d.
§. cogētur. per dictum c. veniens. quā aliqñ impugnā, hic nihil
repetam. Recte aūt operabitur ad effectum purgationis, quo-
niam aduersus eum, qui accusatus erat, aliquid probatum fue-
rat, ideo purgabit se c. cum P. Manconella. extra de accusatio.
305 & d. l. furti. §. sed si iureiur. ff. de his qui notātur infa. † Et ad pro
bationem hmōi purgationis domestici & parentes idonei te-
stes erunt, secundum Bal. in l. parentes. C. de testi. Fel. in d. c. cū
P. Manconella. in fi. extra de accus. alle. Bal. tex. in c. litteras. extr.
de præsumptio, & Fel. alle. Spec. in tit. de inquisitione. §. 1. ver-
sic. sed nunquid per eas. quem tacito authore Papien. Mod. al-
306 legat in rubrica. ff. de iureiur. † Non prætermitto vnum, quod
Bal. notat in d. l. qui accusare. C. eden. dum quæstio est de nega
tiua, quæ in animo consistit. illa enim duplici modo, secundum eun-
dem Bal. probatur, facto & verbo. l. pro hærede. ff. de acqui. hæ-
red. & in hoc statur iuramento eius, qui fecit, quo animo id fe-
cit, & nihil vlterius allegat. tamen illa l. pro hærede. §. 1. hoc nō
dicit, imò contrarium sentire videtur, dum consilium præbet
hæredi, vt testetur, quo animo aliquid circa funus patris aut te
statoris impendit. cui concordat. l. at si quis. §. sed interdū. ver.
oportet, & §. pleriq; ff. de religio & sump. funerum. alioqui per
illum text. si hæres non declaret animū, in arbitrio iudicis erit,
æstimare, quo animo, quave intentione hoc faciat hæres. Sed
pro Bald. est melior text. in c. vt circa. §. fi. & c. nulli. in fi. de ele-
ctio in 6. Adde quod notatur in l. reprehendenda C. de insti. &
substi. sub conditio fac. l. Labeo. ff. de suppellec. leg. in l. 1. C. ad
legem Cornel. de Sicar. vbi per Bal. & Alex. in apostol. ad eum.
307 † Aliud & secundum non omittam, cuius meminit idem Bal.
in l. solam C. de testi. depositionē testis super negatiua recipiē-
dam non esse, nisi rationem depositionis suæ testis reddiderit,
per dictam l. solam. §. licet. in auth. de testi. coll. 7. hoc idem
not. Felyn. in dicto c. tertio loco. extra de testi. Moder. Papien.
in rubrica. ff. de iureiuran. Bal. in l. conuenticulam C. de episc. &
cleri. Bart. Veroneñ. in cautela. 70. idem Bald. in l. si arbiter. ff.
de probatio. Intellige, nisi iudici constet verisimilia deponere,
secundum Felyn. in dicto. cap. tertio loco. per illum text. & §.
hinc nobis. in authen. de hęr. & Falci. colla. 1. Adde quod notat
Inno. in cap. cum causam. extra de testib. Et Host. & Anto. de
Butrio in cap. cum ecclesia. extra de causa pos. & proprie. Nūc
videndum est, per quem negatiua probari debeat. Et quam-
quam ex dictis per Inno. Felyn. & cæteros Cano. interpretes
in cap. super his. extra de accusatio. Bart. Fran. Aretin. & Alex.
& Neotericos in l. in illa. ff. de verbo. obliga. Ioan. And. in c. in-
famibus. de reg. iur. in mercu. & in dicto. cap. sine possessione.
eod. titul. Inno. & Anto. de Butrio & eundem Ioan. Andr. in
cap. bonę. extra de electio. Luc. de Pen. in leg. super seruis. C.
qui milit. pos. libr. 12. Flor. in leg. 2. ff. de probatio. plura colli-
gere posses, incongruum tamen mihi visum non est, pauca
succincte quibusdam breuibus regulis repetere & hic conge-
308 rere. In primis hoc axioma erit, † Quisquis sit, qui negatiuam
proponit, siue actor, siue reus, probare tenebitur. l. si quis cō-
sortium. C. de fabricen. lib. 11. l. hoc iure. & l. ita stipulatus. §. 1.
versic. quod si ab initio. ff. de verb. obli. l. magis puto. §. ne pas-
sim. ff. de reb. eod. qui sub tutel. vel cur. sunt. exemplum prose-
quere, vt per Inno. in dicto. c. super his. Bart. in dicta. l. in illa.
Ioan. And. in mercu. infamibus. de regulis iuris. in 6. Hanc re-
309 gulam intellige, † nisi proponens negatiuam intentionem
suam habeat fundatam in iure communi. Tolle exemplum
in tutore, qui de iure communi antequam administret, reper-
torium seu inuentarium rerum pupillarium conficere debet.
Alioquin in pęnam incidit. l. tutor qui repertorium. ff. de ad-
ministr. tuto. leg. 3. §. tutores. ff. de suspect. tutor. si contra eum
excipitur, aut proponitur, quod inuentarium non confecerit,
si vult tutor pęnam euitare, probare debet se integrum fecisse
inuentarium, dicta. l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eo. qui
sub tutel. vel cur. sunt. Addo alium in l. non ignorat. C. de eo
qui per tutore nego. ges. Alium in l. non ignorat. C. qui accu-
sa. poss. Alium in c. 1. de controuer. inuesti. colla. 10. de qua ple-
nius infra dicam. Adde alium in l. si ex cautione. C. de non nu-
mera. pecu. Licet in illa actione aliquid speciale esse dicant In-
noc. in dicto c. super his. extra de accusa. & Bar. in dicta. l. in illa.
ff. de verbo. oblig. Idem dico. in emphyteuta priuati, qui trien-
nio cessauit canonem soluere. leg. 2. C. de iure emphy. in em-
phyteuta ecclesiæ biennio. c. fin. extra de loca. & conducto. Si
310 † pęnam non soluti canonis emphyteuta euitare velit, probare
debet solutionem. idem notat gloss. communiter approbata in
dicta. leg. 2. in verbo, repellere. mouetur per l. 1. C. de probatio.
Addo quod Fulgo. addit in l. Titius hæres. ff. de actio. empt. em-
phyteutam teneri ostendere domino confines. Cui adde text.
cum glo. in cap. 1. insuper. versic. illud in verbo, nisi requisitus. de
proh b. feud. alien. per Federi. colla. 10. dixi plenius in l. tertia.
§. si cum omne. §. eod. Et per hanc moderationem declaraui
quandoque in facti contingentia per l. vnicam. C. de conducto.
& proc. dom. Augustæ libro vndecimo. & per doctrinam Bar-
toli post Ioannem de Platea in eadem. leg. dum Bartolus illum
311 textum inducit, & recte, † si rex aut baro a subdito titulum suæ
possessionis postulet, vt non teneatur, per illum textum subdi-
tus ostendere, cum princeps non vtatur circa id maiore priuile-
gio quam priuatus. priuatus autem ostendere non cogitur. leg.
cogi. C. de petit. hæred, per Bal. in l. ciuile. C. de furtis. Quoniam
verum est hoc Bartol. dictum, nisi aduersus subditum domi-
ni intentio in iure communi fundata est. Ita dicit illic Ioannes
de Platea, & recte, pro quo allegat. cap. si diligenti. extra de pręs-
scriptio. Cui adde. c. ordinarij locorum. de officio ordi. libr. 6.
leg. si solemnibus. vbi per Cynum, Petrum, & Bald. C. de pro-
bationibus. cap. cum sint personæ. de priuilegijs. in sexto. Qui-
bus adde Bald. in dicto. cap. primo. de controuers. inuestit. col-
la. 10. eundem Bald. in leg. sicuti. §. sed si quæritur. iuncta glossa
312 in verbo, quis possessoris. ff. si seruitus vendice. † Tolle exem-
plum in curato, cui de iure ius percipiendi decimas competit. cap.
primo. cap. peruenit. & plerisque alijs. cap. illius tituli. extra de
decimis. cap. primo & secundo. extra de decimis. in sexto. Nec
iuuat possessio sine titulo. cap. ad decimas. de restitutione spo-
liatorum. libr. 6. dicto. cap. si diligenti. & cap. causam quæ extra
de præscript. cap. dudum. extra de decimis. nisi possessio inter-
uenerit tanti temporis, cuius initij non extet memoria. cap.
primo. de prescriptio. in sexto. non probabit curatus negatiuam
quia intentio in iure communi fundata est, sed in alium trans-
fert onus probandi. dicto. cap. primo de præscriptio. in sexto. c.
313 cum sint personæ. de priuilegijs in sexto. † Et istud est, quod
Paul. de Cast. dicere voluit in dicta. l. si solemnibus. non iuuare
quasi possessionem priuilegij eum, qui in tertij preiudiciū vult
priuilegio vti, nisi de priuilegio fidem faciat, dicto. c. cum sint
personæ. Plus dicit illic Bald. eum, qui priuilegium contra ius
commune allegat, in mala fide esse, dicto. c. ad decimas, nisi in
titulum probet. c. primo. circa principium. de præscription. in
sexto. Idem notat Bal. & Ioan. de Imola in l. Titia. ff. soluto ma-
trimonio.

trimonio. Idem Bal. in dicta l. nō ignorat. C. qui accusare pos-
314 sunt. Plus † glossa voluit in l. si priusquam. ff. de noui operis
nunciatio. & eam illic omnes approbant. Pariter Cynus, Bald.
& Paul. de Castr. in l. altius. C. de seruitu. & aqua. quasi posses-
sionem non releuare ab onere probandi, vbi rei aut actoris in-
tentio, aduersus quem negatiua proponitur, in iure communi
fundata est, præsertim in his, in quibus origo rei, & primæuus
naturæ status contradicit. dicta l. sicuti. §. si quæratur. ff. si serui-
tus vendicetur. etiam si duæ concurrant iuris præsumptiones
videlicet possessionis, vt in l. fine possidetis. C. de probat. Et se-
cunda, neminem de iure præsumi suum iactare. l. cum de inde
bito. ff. de probat. Hanc extensionem Moderni Papienses post
Ioannem de Imola, & Alexan. in dicta l. si priusquam. tradunt
Et ratio huius est, quoniam ordinaria iuris præsumptio cum
qualitate, originali potentior est quacunq; alia extrinseca qua-
litate, præsertim in iuribus incorporalibus & prædialibus, dicta
l. altius. vbi per Cyn. & Bald. C. de seruit. & aqua. glo. in l. circa.
ff. de probatio. & gloss. in verbo, egisset. in d. l. si priusquam. illic
ab Alex. & Neotericis colliges plures concordantes. Sic est in
re principis, in qua non sufficit lōgissimi temporis præscriptio
rit agere propter hostilitatem , aut iustum aliud impedimen-
tum , quo casu triennalis possessio non excludet agentem sic
impeditum,argumento est cap. ex transmissa, extra de præscr.
l. succurritur. ff.ex quibus caus. maior.l.1. C.de ann. exceptio.
dixi , alias non repeto. Secundus , nisi triennalis possessio lite
mota interrupta fuerit. conuenit tex. in l.sicut, & in l fin. C.de
præscript.triginta annorum.l.2.C.de anna.excep.§.1.& Com-
nem,in auth.de litigio.per glos.& Modern. Papient.in l.final.
ff. de eo per quem factum est, de quo in cap. final. extra vt lite
penden. Tertius , in ordinario , qui potest inquirere dictum est
supra capit.ordinarij.de offic.ordin.lib.6.plura infra dicam. Et
plerosque audiui tenaciter huic sententiæ insistere, nullũ qua-
cunque causa aut occasione de iure inquietari aut molestari
posse,seu debere. postquam triennio continuo cum titulo co-
lorato possedit, sed possessorem in possessione conseruãdum,
361 per supra dicta. † Et ex aduerso plerosque in aliam & contra-
riam sententiam declinare vidi multis rationibus & authori-
tatibus fretos. In primis, secundum eos, vrget regula iuris tri-
ta , beneficium absq; canonica institutione obtineri neq; reti-
neri posse,dicto cap.beneficium,de regul.iur.in 6.dicto cap.ex
frequentibus, extra de instit. Non enim sola possessio titulum
tribuere potest,neque modus esse potest obtinendi beneficii ,
præsertim quãdo possidens in mala fide est,aut esse probatur ,
secundum Inno.in d.cap. illud in fine,extra de præsumptio.&
in rubrica extra de his quæ vi metusve causa fiunt per cap.1.de
præscript.in 6.dicto cap.beneficium,l.in rem.ff.de rei vendica.
& l.fi.C.eodem,cum Innoc.idem tenet Francisc. de Zabar. in
dict.clement.vnica.in 11.quæstione princ.versicul.oppone ad
prædicta.de sequest.poss.& fruct.& Felyn. in dicto capit.sicut,
extra de re iudi. Possessio illa triennalis hoc operatur solum ,
vt possessorem in possessione , non autem in proprietate seu
super beneficio manu teneat, per ea quæ supra dicta sunt non
repeto. Secundo, in beneficiis oportet omnem puritatem ad-
esse , & omnem obiectionem abesse, cap.cũ olim, extra de re
iudic.c.si quis neq; 1.q.1. Hanc regulã, vt in præcedente opinio
ne relatũ est,firmant Inn. & Host. in d.c.constitutos,in verbo,
irritum,extra de rescrip.& in d.cap.illud,extra de præsumptio.
Sed vbi quis in beneficio intrusus est , dici non põt ab eo obie-
ctionem abesse,& puritatem adesse,dicto cap.cum qui de præ
bend. in 6. ibi, seu se scienter iniuste intrudit, licet forte is, qui
contulit,potestatẽ habuit conferendi, & prouisus capax fuerit
acceptationis, sed ex post facto incapax infectus est propter se-
cundum aut tertium beneficiũ obtentum & retẽtum absque
idonea dispẽsatione, vt in casu cap.de multa, extra de præben.
extrauagan.execrabilis, capit. cum in cunctis,extra de elec. ele.
de quo in dicto capitul.nisi cum pridem,extra de renuntiatio.
Tertio,

Tertio, ex præcedente aliud subsequitur, quod vt absoluam, pono instantiam ad tollendam consequentiã dictę regulę apostolicæ. 33. & concil. Basilien. clemen. vnicę. de sequest. poss. & fruct. quod argumentum de iure bonum est ca. sicut vrgeri. 1. q. 1. Clarum est habentem beneficium curatũ teneri intra annũ a die adeptę pacificę possessionis ad sacros ordines promoueri, alioqui ipso iure beneficio priuatur ca. licet cano. de electio. lib. 6. Non auditus autem possessione non priuabitur. ca. licet. de præb. eod. lib. sed auditus per sententiam a possessione expellendus est, per illum textum. & cap. cum secũdum de hęretic. eo. li. Pone in eo, qui curatum beneficium occupauit decem vel pluribus annis nõ susceptis intra illud tempus sacris ordinibus, si nõ liceret triennalem possessorem in possessorio, aut petitorio molestare, frustra factę essent Decretales, licet cano. de elect. & licet de præb. in 6. & dicta extrauagan. execrabilis. Idẽ dico in eo, qui excõmunicatus ministrauit, licet beneficiũ triginta annis possederit, tamen beneficijs non tantũ exuendus est, sed & spoliandus ca. fraternitatis. extra de cler. excõmunica. ministran. Idẽ in eo, qui tribus aut pluribus annis absq; apostolica dispensatione duo aut plura beneficia curata seu alias incõpatibilia occupauit, dicto ca. de multa. & ca. ordinarij locorum de offi. ordi. lib. 6. & dicta extrauagan. execrabilis. clem. si plures de pręb. Imò qui excõmunicatus ministrat, non tantum beneficio spoliatur, sed & ordine priuatur. ca. clerici. extra de cler. excom. ministran. Addo prædictis tex. in dicto cap. cum bonæ. extra de æta. & qualita. ord. vbi is, qui triennio suspensus remansit. & suspensionẽ eo tempore sustinuit, priuatur quoscũq; suo beneficio. Imò tex. ille iubet eũ spoliare idem in cap. ex parte A. extra de testib. in eo, qui quanquã triginta annis in possessione beneficij permanserat, postulauit suo rescripto attẽtata reuocari, & declarari ius in beneficio sibi cõpetere, qui cũ absq; vero titulo inuentus esset, reuocatis primũ attentatis, demum beneficio, quod tandiu possederat, a delegatis iudicibus priuatus est, & eorũ sententia a Pontifice laudata & cõfirmata fuit. Vel pone in eo, qui sibi ipsi beneficiũ contulit. Clarũ est non valere collationem, cum inter conferẽtem & accipientẽ differentia esse debeat. cap. fin. extra de dilatio. sicut inter baptizatum & baptizantem. ca. debitum. extra de baptis. Si igitur is, qui sibi beneficium cõtulit, triennio aut longiore tempore beneficium occupauit. spoliandus est. Sed ad hoc dici potest eum, qui sic beneficium tenet, titulũ coloratum nõ habere, vt supra dictum est. Adde alium casum in eo, qui sciẽter in loco interdicto ministrauit, seu sacra fecit, qui si post eam cõsecrationẽ triennio beneficiũ retinuit, post ipsum trienniũ aut aliud longius tempus beneficio spoliari poterit. cap. postulastis. extra de cler. excommunica. ministran. Idem dici potest in eo, qui ab initio incapax erat obtinendi beneficij absq; apostolica dispẽsatione, qui tamen forte putabat capax, auferetur tamen illi beneficium, dicto ca. cũ in cũctis. extra de elect. ca. indecorum. & cap. eam te. extra de ætate & qualita. ordi. Plura alia istiusmodi congeri possent, quæ cõsulto omitto.

362 Quarto, † si non liceret triennalem possessorem in possessorio aut petitorio inquietare, hæc constitutio peccati esset inductiua, quoniam liceret intrusum aut iniustum possessorem in dãnum animæ suę & subditorum beneficium retinere, quod nõ licet, extrauagan. execrabilis, de præb. Et ideo verisimile non est, hanc regulam apostolic. 33. sic interpretandam esse, nisi cum possessore a Pontifice, aut alio potestatem habẽte dispẽsatum sit, dicto capitu. de multa. extra de præbend. hoc etiã in casibus pręmissis dicit tex. in dicto capitu. postulastis. extra de cleri. excommunica. ministran. ibi, nec illi valent ea retinere licite, nisi forsitan cum eis fuerit misericorditer dispensatũ, cũ ea nõ fuerint canonice cõsecuti. & sic retinentes huiusmodi beneficia contra ius retinent. Et ideo tex. in dicto cap. dilecto. extra de præbẽ. cogit eos ad fructuum perceptorum restitutionem ibi, ad restitutionem eorũ, quæ ratione prædictę institutionis tenebat, sententialiter duximus condemnandum. Idem in dicto cap. cum bonę. Et istud etiam de mente est dictę regulæ, quæ non tantum permittit in petitorio, verum etiã in possessorio huiusmodi possessores inquietari, vt supra dictum est quæ considerat alium casum, cuius supra meminimus, quãdo beneficium reseruatũ est a Pontifice, & reseruatio in iure clausa est, si cõtra huiusmodi reseruationes inueniatur quis beneficiũ occupare, quantocunq; tempore beneficiũ possederit, tam in possessorio quam in petitorio inquietari poterit. Pone in episcopalibus nullius ecclesię, quorũ meminit gl. in clem. in plenis; in verbo, honore de elect. qui consueuerũt discurrere. & vicarios episcoporũ quęrere, vt inquit illic gl. in verbo, vacationis, maxime, qui latos episcopatus habent. Et interdũ principibus familiariter adhærere, quorũ hodie plena & verberans terra est. Illis enim episcopatibus, quibus nõ [illegible] rus nec populus, solus Pontifex prouidet, dicta cle. in plenisq; vel qñ electores scienter indignũ in episcopũ, vel non seruata forma c. quia propter. extra de elect. elegerunt. Alia est cuius sup. meminimus in dicta extrauagan. execrabilis. §. qui omnia, vbi Põtifex sibi & sedi apostolicæ omnia & singula beneficia per pluralitatẽ beneficiorũ vacãtia reseruat, prohibetq; omnibus episcopis prouisionẽ huiusmodi beneficiorũ sic vacantiũ, præcipiẽs vlterius episcopis, in quorum diœcesi sita erant, talia beneficia habita & ambita Pontificẽ & sedem apostolicã de eorũ vacatione certiorẽ facere vt valeat Pontifex idonee prouidere. Vbi ergo Pontifex certior factus nõ erit, tempus ei non currit. In quo plus afficiuntur sedi beneficia sic vacantia, quã si in curia vacarent, cum Pontifex faciliter de illorũ vacatione certiorari possit, & ideo mensis, quẽ Pontifex præfixit suæ reseruationi, statim a tẽpore vacationis nõ aũt a die notitię Pontificis currit. cap. statutum, & c. licet de præb. in 6. Non sic est in his, quæ extra Romanam curiã per incõpatibilitatẽ vacare cõtingũt, dicta extrauagan. execrabilis. §. cæterum, quoniam nullũ tempus currit Pontifici. & recte etiam facit c. licet. extra de supplẽ. negligen. prælato. quæ reseruatio contrariũ titulũ & possessionem inde secutam sic inficis, vt agẽti etiam possessorio obstet reseruatio Papæ in corpore iuris clausa. cap. si eo tempore, de electio. in 6. ca. vt nostram. extra de appella. Et idem notatur in decisio. Rotę. 16. in titu. de restitu. spoliato. in nouis, quam omnino vide. Et recte facit dicta extrauagans, execrabilis §. quę omnia. ĩ. in his verbis, nrę & sedis apostolicæ dispositioni reseruamus. Secundo ibi, inhibẽtes ne quis pręter Romanũ Põtificẽ quacũq; sit super hoc authoritate munitus, de huiusmodi beneficijs disponere. Tertio ibi, Nos enim, si secus actũ seu attentatũ fuerit, irritum decernimus & inane. Quarto ibi, vel circa illa per viã permutationis, vel alias innouare quoquo modo psumat. subintrat tũc vis dictæ regulæ apostolicæ. 33. vt quam primum Pontifex de vacatione certior factus erit, medio episcoporũ diœcesanorũ prouidere poterit, quocũq; tempore beneficia possessa fuerint, seu melius detenta vel occupata, argumento dictę l. 1. C. de anna. exce. Nec obstat, quod sup. de colorato titulo dictum est, quia neq; hi coloratũ titulũ habent, dicta extrauan. execrabilis, & ca. eum qui, de pręb. in 6. & in ca. de multa. extra de præb. & c. dudum ecclesia. in fi. vbi per Inno. Host. Anto. & reliquos extra de electio. Et ita seruant auditores Rotæ, vt plenius declaratur in dicta decisione. 16. in nouis, pariter & reseruationem expressam in extrauagan. ad regimen. de præb. quæ in augmentum c. statutum, de præben. in 6. facta est. Sed praxis Galliæ huiusmodi reseruationes non obseruat, & laudatum & acceptum est Basiliense consilium in ea parte, qua de reseruationibus statuit sub tit. de elect.

363 † Sed quantum ad eos qui vitiosum habẽt ingressum nõ iuuat possessio cuiuscunq; temporis fuerit, quibus adde eos qui a non patronis præsentati sunt, vel quibus collatio seu institutio facta est spreto patrono. c. decernimus. 16. q. 7. de quo in c. illud in verbo, irritanda. extra de iure patron. & in ca. cõsultationibus. eo. tit. cap. quærelam. & ca. Cumana. extra de electio. cap. cum ecclesia Sutrina extra de causa posses. & proprie. Intellige patrono reclamante, & de contẽptu agente, argumento. c. auditis. extra de elect. quod prosequere vt per Fely. in cap. cum Bertholdus extra de re iudica. Zabarel. in clemen. plures. extra de iure patron. nunc non dicam plura. Adde alium casum in casu c. 1. de homicid. in 6. & c. sicut dignum. extra de homicid. Sed omnibus his argumentis videtur posse vnica solutione responderi, cum omnes illi titulum coloratum non habeãt, quibus ius cõmune regulariter resistit, quos non iuuat possessio. ca. 2. extra de in integ. resti. ca. cum nostris. §. nos vero. ibi, sufficienter ostenderunt. extra de concess. præb. c. ex parte extra de resti. spolia. & ita intelligatur dicta regula apostol. 33. & concil. Basil. in titu. de pacifi. poss. sed aduerte plures esse intrusionis species, de quibus per Fely. in dicto. c. in nostra in 2. corollario. extra de rescrip. per omnes in dicto ca. eum qui de præb. in 6.

364 † Nam is qui titulum habet, temere autẽ possessionẽ apprehendit intrusus est secundum Inno. in ca. nihil. extra de electio. c. cum iamdudum. extra de pręb. & c. pastoralis. extra de priuileg. dicto ca. eum qui. per Inno. in dicto ca. cum nostris. extra de cõcess. præb. vbi ius resistit, nisi cum eo dispensatum fuerit, sicuti est in pluralitate, ita possessio eum non iuuat, dicta extrauagan. execrabilis, & ca. de multa. extra de pręb. sed hoc non videtur esse verum, per ca. licet de præb. in 6. Ideo da exẽplum in intruso. cum expresse in regula excipitur, vt supra dixi. In omnibus autẽ alijs casibus non cõcluderet, sicuti inferius explicabimus.

365 † & quod sentio duabus regulis, & aliquibus limitationibus absoluã. Prima, est quæ ex ipsa regula apost. 33. & concil. Basil. assumpta est, triennalem possessorẽ regulariter in possessorio molestandum seu vexandum non esse, neq; in

366 petitorio, dicta cle. 1. de sequestr. pos. & fruc. Secunda † triennalem possessorem cogendum non esse titulũ suæ possessionis ostẽdere c. ordinarij. extra de officio ordina. & l. cogi. C. de petitio. hęre. p Bal. in l. e. [illegible] C. de fur. l. imita primo, nisi possessor beneficij pluralis sit in beneficijs, puta cum dũ inuenit tria curata beneficia, seu curã animarũ habẽtia occupare seu detinere,

nere, in quibus non solet Papa dispensare, c. dudum, in fi. extra
de elect. ibi, cum intentionis nostrę non fuerit secū in tot & tā
tis beneficijs, præsertim curam animatum habentibus dispen-
sare, c. eam te. extra de ęta. & qualita. ordinā. & in dicta extraua
gant. execrabilis, dicto cap. ordinarij §. in conferendis, extra de
offic. ord Secundo, nisi aduersus possessorem probata esset in-
trusio, aut alia incapacitas, quæ sine dispensatione prohibet be
neficium retinere, dicto c. ex parte A. extra de testi. dicto c. dile
cto, extra de præb. ibi, vnde dictum cancellarium ad restitutio-
nem eorum, quæ ratione prædictę institutionis tenebat, sentē-
tialiter duximus condemnandum, quem tex. ad hoc notat illic
Host. in verbo, restõnem, & Inno. idem notat in dict. cap. illud.
Host. in verbo, restõnem, & Inno. idem notat in dict. cap. illud.
extra de præsumptio. & in cap. constitutus, extra de rescript. &
facit dictum cap. cum qui. de præb. in 6. Felyn. in cap. sicut, & c.
cum Bertholdus, extra de re iudicata. † Tertio, in simoniaco,
367 & hæc moderatio posita est in regula apostol. 33. cap. nisi cum
pridem. vbi glo. in verbo, sed duntaxat, & c. super hoc. ibi, inter
ventu pecuniæ, extra de renuntia. cap. qui ecclesiam, c. de hoc
cap. insinuatum, c. de simoniace, & illic copiose per Anto. Fe-
lyn. & reliquos, extra de simonia. eundem Ant. in c. fi. extra de
electio. Quarto, in patiente defectum ętatis, aut aliud personæ
vitium, d. c. indecorum, extra de ęta. & qual. ordin. in eo, qui tē-
pore collationis aut prouisionis excommuunicatus erat, dicto
cap. postulastis, & c. fraternitatis. extra de cleric. excommunic.
ministran. vel diu excommunicationis sentētiam sustinuerit,
dicto c. cum bonę, extra de ęta. & qualit. ordinan. Et idem no-
tat Host. in dict. c. dilecto, in fi. extra de præben. nisi huiusmodi
sentētia in fauorem defectum patientis lata esset, & quod a ta-
li sententia prouocatum non esset, quæ sententia, licet titulum
non confirmet, exceptionem tamen rei iudicatę producit cap.
cum dilectus, extra de electio. per quem tex. idem notat Host.
in summa §. 2, extra de concel. pręb. Et illū tex. dum semel con
tigisset casus in quæstione Rothomagi vertente super posses-
sorio canonicatus, & prębende de Baioleto vulgariter nuncu-
patę in ecclesia Rothomagen. quæ iure regalię tūc vacare dice
batur, allegaui, & secundum illum iudicatum est, & bene fuit
illi, qui obtinuit. Quinto, in eo qui post acceptū beneficiū irre-
gularitatem incurrit, & durante ea aliud beneficium accepta-
re, & retinere non dubitauit, vtroque enim, habito & ambito
spoliandus erit, d. c. cum bonę, extra de ętat. & qualit. ord. & ta-
men possederat continuo triennio is, quem Pōtifex iussit spo
liari. Cui addo tex. in c. ex tuę. extra de cler. non resid. in eccles.
Sexto, nisi possessor semel passus esset controuersiam. Hæc li-
mitatio ex prædicta regula apostolica, 27. & concil. Basil. assum
pta est, de qua per gl. & omnes in d. clem. vnic. in verbo, antea.
de sequest. pos & fruc. l. omnes, in fi. C. de præscript. trigin. ann.
neq; iuuare pōt ratio. l. loci corpus. §. pen. ff. si serui. vendic. ibi,
quia quo ad te liberas ędes habeo, quā sufficit possessorem se-
mel de iure suo dubitauisse, & quod effectum sit beneficiū liti
giosum, sicut in simili dicitur in §. omnem, in authē de litigio.
coll. 9. l. fi. C. de præscrip trigin. ann. l. 1. & 2. C. de anna. exce. ca.
ecclesia. 1. & 2. extra vt lite pēnden. Et ita iudicatum est Rotho
magi in prioratu de C[illegible] Episcopatus Ebroicen. Satis enī
368 est † in huiusmodi causis controuersiam de facto moueri ad
tollendum possessionis commodum, fm Bal. & Card. in ca. 1.
de controuer. inuesti. coll. 10. l. non solum §. si status ff. de proc.
& l. Lucius §. tres hæredes, ff. ad Treb. & de effectu huiusmodi
interruptionis, dic vt per Bartol. & Rom. in l. naturaliter. ff. de
vsuc. Et hoc aperte declarat dicta clem. vnica. in verbo, antea.
de sequest. pos. & fruc. quod recte illic Io. And. considerauit. pa
riter in concil. Basil. dicitur, pacifice & sine lite. & dicta regula.
27. quicunq; Igitur litem passus pacifice non possedit. Septi-
mo, in eo qui beneficium habet a non habente potestatē con-
ferendi, aut pręsentandi, vel instituendi. d. c. ex frequentibus, ex
tra de insti. & c. consultationibus, extra de iure pat. c. licet c. lite-
ris, & c. seq. extra de suppl. negl. pręla. de quo per Inn. in d. c. ni-
hil. extra de elec. Idem si is qui contulit, ius habebat conferen-
di, tamen ab administratione suspēsus erat, c. tanta, extra de ex-
ces. præla. vel si per electionem consequutus erat ius conferen
di, sed quia confirmatus non erat, administrare non poterat c.
auaritię. de elect. c. post elect. extra de concel. præb. qui licet po
stea confirmetur, ipso iure priuatus est, si beneficium prius cō-
tulit aut administrauit, quam confirmaretur d. c. auaritię. pari-
ter & is qui ab eo prouisus est d. c. post electionē. de cōcel. prę-
ben. & d. c. nihil, de elect. & c. tanta. extra de exces. præl. & d. ca.
cum iamdudum, extra de præb. vel per illos tex. si confirmatus
est, qui confirmari non debebat, licet is, qui confirmauit pote-
statem confirmandi habuerit, d. c. nihil. vterq; enim beneficijs
suis priuandus erit, vel si forte post tempus cōferendi elapsum
contulerit, d. ca. licet, & duob. seq. extra de suppl. negl. præla. hi
enim decipiūt colorem tituli, nō autem verum titulū vnquam
habuisse, & tñ beneficijs spoliandi sunt, per supradicta. quanto-
cunq; tpe possederint, quia intrusi magis quam possessores di
cendi sunt d. c. tanta, vel si beneficium erat iam sedi apostolicæ
reseruatum in casu recepto, iuxta c. licet, & c. statutū, de præb.
in 6. Quæ limitationes ex terminis ipsius regulę introductæ
sunt, quibus patet titulū nullū colorem habere, vel si colorem
forte aliquem haberet, vitiosus tñ ille color est, & in suis sub-
stantialibus peccans, ob id possessorem non tuetur, aut defen-
dit, neq; protegit. Et hac ratione ordinario inquirenti conces-
sum est titulū possessoris petere sibi exhiberi. d. c. ordinarij. de
offic. ord lib. 6. & in dicto concil. Basil. ab expresso exceptū est.
Plus dicit Ant. de But. in d. c. in literis, extra de restit. spol. non
sufficere interpellato ab ordinario vt titulum suæ possessionis
demonstret colorem tituli habentem, sed necesse est verū &
canonicum titulum, & omni suspicione aut macula carētem
ostendere, d. c. ex insinuatione, extra de proc. & d. c. ex parte A.
extra de testi. ne vt lupus rapax vel mercenarius in ouile domi
ni ingressum habeat, quod prosequere vt per Io. And. do. Pet.
de Anchar. & reliquos in d. c. ordinarij. de offic. ord. lib. 6. Inno.
Host. & Fely. in d. c. illud, extra de præsump. Fel. in c. licet Heli.
extra de simonia. Ant. de But. in d. c. dudum. extra de elect. Eū-
dem in d. c. in literis, extra de rest. spol. Inn. in d. c. quia consti-
extra de concel. pręb. Ex cuius dictis elicio aliam & secundam
generalem limitationem ad priorem regulam. Secūda igitur
est, quando aduersus titulum possessoris in vim tituli nō veri
sed vitiosi modis quorum supra meminimus, militat iuris præ
sumptio, vt notat Io. And. in regula, infamibus, de reg. iur. in 6.
d. c. dudum. 2. in fi. extra de electio. quibus adde alium quando
sub eodem tecto duo beneficia eodem tpe detineret, tex. cum
gl. in c. contra morem, in verbo, non ostenditur, centesima di-
369 stinctio. † Ex quo tex. & gl. allegari solet innitentem gratiæ vel
priuilegio, aut iuri speciali, probandi onus illi incumbere l. 1.
& l. ab ea parte ff. de probatio. Adde tex. & quod notatur in ca.
extirpandæ. §. qui vero. extra de præb. & c. penult. & fi. extra de
suppl. neg. prælato. Nec prædictis obstare debet ratio Host. in
d. c. illud extra de præsump. dū dicit aduersus huiusmodi præ-
sumptionem militare aliam iuris præsumptionē, quod ordina
rius, qui quotannis diœcesim visitare solet, aut debet, verisimi-
liter eum tandiu non sustinuisset, aut tolerasset in beneficio. d.
c. literas, extra de suppl. negl. præl. & in d. c. cum iamdudum, ex
tra de præb. quā ad id Fely. respondet, & recte, mea opinione,
in d. c. illud, versi. quarto est aduertendum, extra de præsumpt.
370 Quid enim si prælati suum officium negligant? nescio si dice-
re ausim hanc ętatem huiusmodi prælatis plenam esse, quę vt
dicitur in d. clem. in plerisq. de electio. opera episcoporum nul
latenentium vtuntur, vt principibus sæculi deseruiant, & accu
rate bursas talium pinguium vitulorum aut titulatorum visi-
tant in animæ vtriusq; iacturam seu periculum, vt inquit in si-
mili tex. in c. cum apostolus. extra de censi. Procinus de censu,
non autem de morib. inuestigantes, iuxta illud satyrici. Proti-
nus ad censum, de morib. vltima fiet Quæstio. vel forte si ille
idem sit Episcopus & Abbas commendatarius, qui vtrunque
beneficiū edat, & forte deuoret, vel si alioqui non vno sed plu
ribus, bonus ille vir siue Episcopus seu Abbas intendere velit,
vt vtriusq. qualitatē, intelligo comedacitatem, curare velit, vir
doctor ille indoctus aliū arguet, vel si forte episcopus ille, quis-
quis sit, puer sit, quales nostra ætas passim admittit, proh do-
lor, hunc generis nobilitas, istum literarum disciplina, illū m
vitę ac morum honestas admittit. Quibus, non autem bene-
ficij, prouidetur, quam indecorum sit clare manifestat Decre-
talis, indecorum, extra de ætate & qualit. ordinan. Cū aliquan
do dixerim, non repetam, neq; commentarios illius Decreta-
lis transcribam, dum adoleuerint, recte a possessoribus titulos
sibi demonstrari postulant, cum adhuc in eam vsq; ætatem nō
intellexerit, quod prosequere vt per Abbatē in d. c. licet Heli.
& Fely. post eum extra de simonia. Sustinenda aūt esset Host.
authoritas in d. c. illud, extra de pręsump. si forte ab ordinario,
qui diligenter veri, recti, bonique pastoris officia implet, q p̄ se
quam singulos suę diœcesis visitauit, testatur titulum vniuscu-
iusque vidisse. Cui recte credendum esset, si forte ipsi credunt.
c. ex ore. extra de his quæ fi. a præla. sine cōsen. cap. vel si prouī
sum ordinauit facta prius diligenti inquisitione. d. c. ex insinua
tione. extra de procur adhuc prohibendus non est ordinarius
cōtrium probare eorum, quæ approbauit, quia circumuentus. c.
dilecto extra de præbend. Pone, inquit Felyn. in d. c. licet Heli.
versic. extra glo. extra de simonia. post Pet. de Ancha. in c. 1. de
reg. iur. in 6. in eo qui prouisionem a Pontifice obtinuit, cuius
diploma formam & figuram rectę concessionis habebat, cū re
vera falsum esset. sicuti nostra ętate plura comperta sunt, qua-
lia fuere ea, quę Viterbiensis ille insignis falsarius falso fabri-
cauerat, vel aliud forte vitium lōgo post tempore detectum est,
quod prima figura palpari non poterat, sicut plenius examina-
tur in l. fi. C. de edicto diui Adria. tollen. Talis error in ordina-
rio tolerabilis est, neque ex hoc arguendus, q tandiu vitium
371 ignorauit, quia detegi non potuit. † Præterea ea non est a iu-
re alienum, illum reprobare, qui approbatus est. l. sed & repro-
bari. ff. de excusa. tutor. argumento est. l. omnes. C. de pręscrip.
trigintaa

triginta anno. ibi, quorundam tamen vel a fortuita vel excogitata interpretatione, & iunge Accursij interpretationem in illo tex. in verbo, fortuita, quia fortuito quandoq; quis bene dicit. Ob id Inno. in c. veniens. circa prin. extra de fil. presby. dicit ordinarium debere, priusquam cõferat, diligenter inquirere. d. c. veniens. extra de fil. presbyte. & c. 1. de fil. presbyte. in 6. Cui addo text. & glo. illic in c. qui in aliquo in verbo, concubinas. 6. distinctio. dictum cap. dudum. §. verum. extra de elect. De quo per Fely. in c. si quando. versic. stat difficultas. extra de rescrip. Petr. de Ancha. post Archid. in d. c. ordinarij. de offic. ordina. libr. 6. Henric. Bohic. in d. ca. ex insinuatione. extra de procura. Et quod notat Bal. in simili in cap. 1. per quos fiat inuesti. collatio. 10. & Alex. in l. quidam consulebant. circa prin. ff. de re iudic. Fel. in c. cum vicesimum. extra de offi. deleg. Sed stante huiusmodi nouissima præsumptione, onus probãdi cõtrarium, in eum, qui agit, transferetur, sed probato vitio tituli possessor titulũ suum, sicuti aiunt, iustificare. i. iustitiam tituli probare debet d. c. ex insinuatione. extra de procur. d. c. illud. & c. qa verisimile. extra de præsumptio. & d. c. veniẽs. extra de fil. presbyt. Plerisq; non displicet Henrici. Bohic. moderatio in d. c. ex insinuatione, & mihi etiam placet, sicuti supra dixi, nisi is qui ab ordinario prouisus est, diu in possessione permanserit, & ordinarius testaretur dispensationes prouisi vidisse d. c. ordinarij. §. fi. extra de offi. ordi. lib. 6. cum eo Ant. de But. sentit in d. c. in literis. 8. col. ad fi. extra de resti. spol. dicit enim, non esse eum intrusum pręsumendũ, qui in antiquissima beneficij possessione fuit, & ex ea colorari titulũ c. 2. extra de resti. in integ. & ideo nõ esse cõpellendũ titulũ suę possessionis exhibere. Et ratio per Host. dat in d. c. licet Heli. 3. col. extra de simo. quoniam sępius contingit propter antiquitatem titulos perire, argu. l. hac cõsultissima. §. at cum humana. C. de test. melior tex. in c. proposuit ad fi. extra de cler. excom. minist. Et idem notat Henri. in d. c. ex insinuatione. extra de procu. dum de eo loquitur, qui fortuito casu literas prouisionis vel dispẽsationis amisit l. Chirographis. ff. de admini. tuto. Et recte induci potest l. fi. C. de fide instru. quæ iuramentũ circa similia defert ei, qui dicit se instrumentũ amisisse. Sed hæc omnia vera esse putes, nisi aduersus titulũ probet vitium aut nullitas, quoniam talis probatio omnem præsumptionẽ iuris cessare facit. Et ideo si vult possessor in possessione protegi, & cõseruari validitatem tituli probare tenebit, vt dicit glo. penul. & fi. in d. c. proposuit. extra de cler. excom. minist. per illũ tex. & c. per tuas. extra de sentẽ. excom. c. cum te. extra de testi. c. cum desideres. extra de sentẽ. excom. Et rectius facit tex. in d. c. ex parte A. extra de testi. vbi Pontifex aduersus possessorem triginta annorum probationẽ admisit illegitimitatis. Quibus adde Felyn. in d. c. illud. 3. colu. versic. 3. est aduertendum. extra de præscrip. Et Host. in d. c. licet Heli. 2. colum. extra de simo. ab hac sententia nõ declinat, dum dicit, huiusmodi curatos vel prælatos, dum scienter iniuste vel male beneficia detinerent, suas animas damnare, & Parochianorum animas decipere d. c. dudum. 2. extra de electione. Et vt vult tex. in c. si qui sint presbyteri. 81. distinct. benedictio eorum in maledictionem conuertitur, & oratio in peccatum, testante domino, Maledicam benedictionibus vestris. Malach. 2. & c. maledicam. & c. multi in fine. 1. q. 1. dicit autẽ Luc. de Pen. in l. actuarios colu. 2. C. de numera. & actua. libr. 12. Poenitentias iniunctas & absolutiones parochianis præstitas, donec toleratur, valere propter fidẽ eorũ, qui suscipiunt, alioqui animę eorum perirent c. Baptismi vicem. de cõsecrat. distinctio. 3. c. dictum est. & c. euidenter, & c. seq. 1. quæstio. 1. c. debitum. extra de baptis. Pro quo est text. in d. ca. cum iamdudũ in fine. extra de præbend. c. penu. & fina. extra de ęta. & qualita. ordinand. Tu vero vide, quæ circa hoc copiosius Innocẽ. scribit in dicto cap. nihil. extra de elect. Et ad propositum nostrę quęstionis Felyn. in dicto capitu. illud 4. colum. extra de præsumptio. ait cap. ordinarij locorum, nõ distinguere possessionem antiquam a recente, quanquam, inquit, & id post Ho-
372 stien. diximus, † sępe cõtingat probationes per temporis diuturnitatem perire, sed huic morbo subuenit, dicta l. Chirographis. ff. de administ. tuto. l. testium. C. de testib. l. si Rosę a muribus. ff. si tabulæ test. nul. exta. & gl. in §. 1. in verbo, sęparari, per illum tex. in authent. de hæred. & Falc. collatio. prima, vt postulent hi, qui tam antiqua priuilegia habent, ea renouare seu reparare. §. insuper in authent. vt sponsali. largi. collatio. 9. & alijs legibus per eam notatis, quoniam super regestis ordinarij titulus renouari, aut refici potest, vbi vero faciliter id fieri non posset, stante iuris præsumptione, concurrente possessoris iuramento pro possessore iudicandum esset, secundum Hostiẽ. in dicto cap. licet Heli. & Henric. in dicto cap. ex insinuatione, & pro eis est dicta l. fin. C. de fide instrumen. quam supra allegaui l. generaliter. primo responso. C. de rebus credi. Hic repeti possunt quæ supra de vasallo scrip simus ex capitu. primo, de controuersi. inuesti. capitu. primo & fina. de consuetu. recti feud. &c. Secundo Fel. in dicto cap. sicut 16. colum. in fin. extra de re iudica. ait, quando is qui de intrusione imperetetur, vel cuius titulus argueretur, plura beneficia non obtineret, sed vnicum tantum, quoniam pro eo, vel secundum eum, cui ius non resistit, sed potius assistit, facilius pręsumendum & iudicãdum est d. c. cum te. extra de ætate & qualita. ordinan. & dicto c. cũ iamdudum, & cap. de multa. & capit. extirpandę. extra de præbend. capit. vnico. extra vt ecclesi. benefic. In alijs autem, quibus ius resistit, & in his, quæ a regula ipsa excipiuntur, procedant quæ supra dicta sunt, vt rei veritas potius, quam præscriptio attendatur, cum, vt supra dixi post Inno. & Host. en. in dicto cap. constitutus. extra de rescript. & in cap. illud. extra de pręscrip. in beneficijs omnis puritas adesse debeat, & abesse omnis macula. Non obstabit ratio, cuius supra meminimus, dũ dictum est in fauorem reipublicę ecclesiasticę introductũ fuisse, beneficia diu nõ debere litigiosa remanere, neq; possessores ambagibus litium, laboribus, & expensis vexari, ne bona ecclesiarum dissipentur, vel diripantur, ob idq; diuinus cultus minuatur. Quoniam, vt inquit tex. in capit. aurum habet ecclesia. 12. quæstio. 2. potior est ratio, quę saluti animarum prospicit, quam quę rerum conseruationi prouidet. cap. conuenior.
373 23. quæst. 8. l. sancimus. C. de episco. & cleric. † Et ideo canon longitudinem temporis non attendit, imò prorsus condemnat vbi possessorum animas illaqueatas tempus retinet. capit. si sacerdotes. 16. quæstio. 3. dicto capitu. quanto. extra de consuetud. Melius enim est pro tempore rectorem ecclesię molestias pati, quam cum animarum iactura furem & latronẽ in ouile Domini intrare & permanere c. dominus. 1. quæstio. 1. ibi sacerdotes tui induãtur iustitiam, & sancti tui exultent. & Malach. 2. ca. si possessio quantumcunq; diuturna possessori titulum non tribuit c. 1. de reg. iur. c. ex frequentibus. extra de institutio. quomodo in possessione sua iuste defendi põt, qui sine titulo est, & in ouile domini non per ostium, sed per fenestrã ingressus est, præsertim cum iuris regula verbis negatiuis concepta sit, quę ob id potentiam tollit, secundum glo. in rubrica. C. ne fideiul. doti. den. & in rubrica extra ne sede vacan. de qua per Barto. & omnes in l. Gallus in princ. per illum text. in verbo, non posse. ff. de lib. & posthu. & l. 1. ff. de iniusto, rupt. & irri. testam. nec aliter obtentum permittit lex canonica posse retinere, dicto c. dudum. 2. extra de electio. cap. de multa. & ca. dilecto. extra de præbend. extrauaga. execrabilis de præbend. Imò, vt dictum est, vult eos spoliari, in dicto capit. cum bonæ. extra de æta. & qualit. ordinan. cap. ex parte A. extra de test. & cap. postulastis, & cap. fraternitatis. extra de cleri. excommunic. ministran. quare si tempus siue recens, siue antiquum titulum non tribuit, non debet distinctio fieri vbi contra possessorem nullitas tituli deducitur, cum in prophanis lex canonica titulum & bonam fidem consideret, in cap. si diligenti. & capit. vigilanti. & cap. fina. extra de præscriptio. quanto magis in ecclesiasticis id considerari debet, cum in eis omnis puritas adesse debeat, & omnis macula abesse, vt supra dictum est post Innoc. & Hosten. in capitu. constitutus. extra de rescript. in verbo, irritum, per text. in capitul. si quis neq; 1. quæstio. 1. Nam & Decretales & canones priuationem introducentes, tempus non considerant, vt ex eis videri potest, & in capitul. licet de præben. in 6. Non distinguitur tempus an recens vel
374 antiquum sit. In hoc † autem triennalis possessio iuuat, primo quia sequestratio beneficij fieri prohibetur donec de tituli nullitate iudici constiterit, clemen. vnica. de sequestra. poss. & fruct. Secundo quod transfert onus probandi in petitorem, sic vt possessor absoluatur, si petitor, cui onus probandi incũbit, nihil probet l. ei qui. & l. quoties. §. qui dolum. ff. de probatio. Idem probatur in dicto capitul. dudum. 2. extra de electio. vbi, vt si constaret, quod idem post receptum archidiaconatum prædictum curam animarum habentem pręfatas parochiales ecclesias electionis tempore retineret, nec ostenderet secum per sedem apostolicã super hoc dispensatũ &c. Ecce quomodo proponenti pluralitatem onus probandi incumbit, dum primo loco dicit, si constaret, & postquam sic cõstitit, probare debet, qui conuenitur, secum fuisse dispẽsatum duo beneficia incompatibilia retinere. & recte induci põt dicta clemen. vnica. de sequest. pos. & fruct. quę nõ prohibet triẽnalem possessorem beneficij nõ tantum in petitorio, sed neq; in possessorio inquietari, sed solum beneficiũ pendente lite sequestrari non permittit. Semota igitur sequestratione ordinarius loci de possessorio & petitorio pronuntiabit, quantũcũq; possessor triennalis sit, quia ius talibus prouisoribus resistit, in dicto cap. ordinarij locorum in fin. de offic. ordin. li. 6. & necessitatem ordinarijs imponit, de dispẽsatione eorum, qui plura beneficia obtinent, aut habere desiderant, inquirere, priusquam tertij beneficij collationem faciant, & si secus factũ erit irritum & inane pronuntiat. pariter in extrauag. execrabilis de præbend. Licet non sic in eo, qui beneficiũ iusto & canonico titulo obtinet statutum sit, in dicto ca. de multa. sufficit enim, quod antequam habitum & oblatũ retineat, primo cedat, aut

secundũ habere renuat, per d.c. de multa. Alioqui vtroq; pri-
375 uatur, per illos tex.† Tertia limitatio est in eo. qui quãuis pos-
sessor sit beneficij, etiam si triginta annis possederit, postulat
declarari titulum sibi competere cap. ex parte A. extra de testi.
& ca. ex insinuatione, extra de procur. quod prosequere vt per
Domin. & Petr. de Ancha. in d.c. ordinarij, de offic. ordin. lib.
6. Felyn. in dicto cap. licet Heli. extra de simonia. Quarta, in pa-
trono, cuius interest, ne beneficiũ altero titulo possideat quã
ex causa suæ præsentationis. & ob id intrusus in beneficio. cap.
decernimus, 16. quæstio. 7. & ita semel Rothomagi iudicatum
fuit de quodam beneficio curato, cuius vacatio contigit per
obtentionem tertij beneficij in vim duarum vnionum, quæ
nunquam publicatę fuerant, neque de illis cognitio haberi po
tuit, obtinuit qui a rege præsentationem obtinuerat & institu-
tionem, excluso eo, qui a Pontifice prius iure deuoluto obti-
nuerat, licet lapsus esset annus post impetrationem apostoli-
cã, & possessor beneficij nouem & pluribus, tria illa beneficia
sub prætextu illarum vnionum a Concilio Basiliensi reproba-
tarum in titulo de reseruationibus, licet in Britãnia passim ob-
seruentur. Adde, quod notat Innocent. in dicto cap. super his,
extra de accusa. dũ de rege loquitur iura regalię habente, qua-
lis est Christianissimus Rex noster. vt paulo post declarabimus
& meminit Spec. in titulo de lega. §. nunc tractemus, versicu.
sed nunquid legatus. & Henric. Bohic. in cap. nobis, tertia co-
lumna. extra de iure patrona. possunt enim secundum Innoc.
& Hostien. illic Reges & Principes admitti, si prouisos suspe-
ctos habeant de proditione, vel secretorum reuelatione, dicto
cap. filijs, 16. q. 7. & c. constitutum, 16. q. 1. Idem notat Domin.
de sancto Geminia. in cap. vt circa, §. ędicto. quarta colum. de
electio. lib. 6. Felyn. plura accumulat in dicto capitu. super his,
quarta colum. versic. glo. in verbo, accusatione. Cui adde Ioan.
Fab. in dicta l. presbyteri, C. de episcop. & cleric. sed non vide-
tur hæc limitatio admittenda, nisi quatenus ordinarius in pu-
niendo negligens esset, per rationem dicti capit. filijs, 16. quæ-
stio. 7. vbi hoc notat glo. in verbo, regis. glo. in §. fina. in verbo,
sententiam, in authen. apud quos opor. monachos, collatio. 6.
& quod notat Domini. in capitulo vnico. versic. & cum Pari-
siense. de cleri. coniuga. libro 6. Iungi potest ratio capi. verum.
capi. ex transmissa, extra de foro competen. & cap. cęterum, &
cap. nouit. extra de iudic. licet Abb. in capitu. qualiter & quan-
do, extra de iudic. dicat cap. filijs, 16. quæstio. 7. esse correctum
per dictũ cap. qualiter & quando ibi, quod fieri prohibemus.
Sed dici iure, potest non esse correctum, quando aliter non po
test, quam per Regis beneficium ius & iustitia haberi, quia ab
ecclesiasticis iudicibus iustitia denegatur, per rationem, capit.
fin. de mili. vasal. qui contu. est, in quo videtur fundata ratio In
noc. in d.c. super his, & Hostien. in c. examinata. in princ. extra
de iudi. Flor. in l. 1. colum. 2. ff. si serui. vendic. secus forte dicen-
dum est, si via ordinaria iuris ageretur, neque tanta esset eccle-
siasticorum iudicum negligentia, vt glo. pen. voluit in dicto ca
pit. verum, extra de foro competen. præsertim si causa, de qua
agitur, iuris sit patronatus laici, per illos text. præsertim secun-
dum Inno. Hostien. Fely & alios in dicto cap super his. & Do-
376 mi. in dicto c. vt circa. §. edicto.† In Rege Franciæ procedit, cui
iura regaliæ concessa sunt in synodo vniuersalis ecclesiæ Ro-
mæ congregata authore Adriano primo huius nominis Ro-
mano Pontifice, quæ fuit septima synodus, 350. episcoporum
de qua in cap. Adrianus, & in c. in synodo, 63. dist. quæ Carolo
Magno concessa sunt, & a successoribus suis hactenus obserua
ta. Neq; verum est Ludouicum Pium Caroli primogenitum
huiusmodi iuribus renuntiasse, cum id scriptum non inuenia-
tur. Cæterum comperimus eum iuri eligendi Pontificis renũ-
tiasse, sicuti legitur in cap. ego Ludouicus, eadem distinct. 63.
Ius autem donandi ecclesias idoneis sacerdotibus, episcopis,
& archiepiscopis, quam synodus illa inuestituram & laudatio-
nem appellat, in viridi est obseruantia, & Innoc. in dicto capit.
super his, negligenda aut spernenda non esse ait, dumtamen in
ecclesię emulationem Reges, & Principes, quibus regalię iura
concessa sunt, nõ vtantur. De his paulo post tractabimus. Quin
377 ta, quando † possessori notorius tituli seu canonicę institutio-
nis defectus opponitur, onus probandi possessori incumbet,
neque possessorem iuuabit diuturna beneficii possessio. seu
verius detentio. c. constitutus, extra de filijs presbyte. ratio se-
cundum Inno. illic est, quoniam beneficium eo quod posside-
tur, non propterea iuste possidetur, neque possessori tam eui-
dens iniqua & iniusta possessio titulum tribuit, neque habitũ
confirmat, c. bonæ, extra de postul. præl. c. cum ecclesia Sutrina
extra de causa pos. & proprie. Hoc tamen dictũ intellexit Ant.
de But, verũ esse, si statim de iniquitate & iniustitia possesso-
ris cõstare potest, c. pastoralis, & c. olim. vbi hoc notat extra de
causa pos. & prop. Idem Ant. in c. in literis. col. 11. vers. in bene-
ficialibus autem, extra de restit. spol. Pro eo facere potest, l. 3.
§. ibidem, ff. ad exhib. l. fin. C. de compensa. c. significasti. extra
de duob. in possessione recente non potest esse dubiũ, vt supra
diximus per cle. vnicã. de sequest. pos. & fruc Et sic longa pos-
sessio in beneficialibus & alijs iuribus ecclesiasticis, cuiuscũq;
temporis sint. possessorem nõ excusat a probatione negatiue,
quæ producto titulo satis erit probata. duntamen prouisio sit
canonica, dicenti autem non esse canonicam onus probandi
incumbet, nisi inspectio tituli nullitatem demonstraret, vt in
l. 2. §. inspectio. ff. quemadmo. test. aperi. l. fin. C. de edicto diui
Adria. tollen. c. cum personę. extra de priui. Et ratio est, quia
ecclesiasticum beneficium obtineri non potest, neque renne-
ri sine canonica institutione, & sic iusto titulo. d.c. 1. de reg. iur.
in 6. c. ex frequentibus. extra de insti. q prosequere vt per Ant.
de Butr. in d.c. in literis. extra de restit. spo. Zabar. in cle. 1. de cã
pos. & proprie. eũdem in d. cle. vnica. in 11. q. de sequest. pos. &
fru. Domi. & Per. de Anch. in d.c. ordinarij. de off. ord. lib. 6. &
approbata est ratio Inn. & Host. in d.c. constitutus. in verbo, ir-
ritum. extra de rescrip. quia in beneficialibus abesse debet om-
nis macula, & omnis puritas adesse. Et ista est communis om-
nium sententia, quam pluribus senatusconsultis confirmari
vidi, licet quãdoque nonnulli ex ecclesiasticis iudicibus refra-
garentur, præualuit tamen semper veritas. Nõ prætermittã ali-
qua regalię iura, quæ huic nostrę disputationi conuenire exi-
stimaui, an aduersus eam longissima possessio triginta vel qua-
draginta annorum iuuare possit. Et cui in eis onus probandæ
378 negatiuæ incumbet. In primis aduerte, † plura esse regalia iura
quorũ aliqua commemorantur in c. vnico. quæ sunt rega. col-
lat. 10. aliqua ponit Bald. in 1. repeti l. imperium. 3. col. ff. de iur.
om iud. Ang. in l. 1. C. ne rei domi. vel templo. Alex. in l. 1. col.
2. ff. de offi. eius cui mand. est iurisdi. Luc. de Pen. in l. cõtra pu-
blicam. C. de re mili. lib. 12. Bal. in l. rescripta. C. de præcib. im-
pe. offer. dum de imperatore loquitur, qui magistratus depo-
nere põt. Ant. de But. in c cum contingat. extra de foro cõpe.
Cuius scripta transcribit Roma. tametsi eum non referat, in l. 1.
§. denique. circa prin. ff. de aqua plu. arcend. Pariter Alex. in d.
l. 1. circa prin. ff. de offi. eius cui mand. est iurisdictio. de Plat. ali-
qua commemorat in l. viros. ad fi. C. de diuer. offi. libr. 12. Ant.
Corl. in quæstione. l. & libr. sui tractatus de pñte & excel. reg.
379 † Et istorum iurium tria sunt genera. Quædam enim sunt, quæ
principi adeo inhærent, vt neque cedere, neque a se abdicare,
neque eis vti, nisi per seipsum potest, quæ neque præscribi pos-
sunt. de quo per Fely. copiose in c. cum non liceat. & c. cum no-
bis. extra de præscrip. & j. dicetur. Aliqua sunt principis iura,
quæ per alium explicari possunt, quæ etiam sunt impræscripti-
bilia. Alia sunt, quæ salua principis maiestate præscribi possunt,
præcedente tamen principis cõcessione. Aliqua sunt, quæ licet
committi possunt, expediri tamen non nisi a maioribus magi-
stratibus debent, quæ neque præscribi possunt. Aliqua sunt, in
quibus titulus cadere nõ põt, similiter neque præscriptio. Ali-
qua vero sunt tituli capacia, & hæc præscribi possunt. de his vi-
deamus, Cæterum non existimaui prætermittere, in Pontifice
aliqua ẽt esse, quę in signum supremę potestatis sibi soli cõue-
niunt, neque per alium expediri debent. De quibus per gl. 1. in
c. q trãslationem. extra de offic. leg. & c. sicut vnice. extra de ex-
cess. præla. Host. in c. cum dilectus extra de accus. Bal in d. l. re-
scripta. col. pen. C. de præci. impera. offeren. Ad iura regalię re-
uertamur, præsertim illud, q supra commemorauimus. q regi
circa beneficia in episcopalibus, & cathedralibus ecclesijs va-
cantia competit, de quo in c. generali de elec. lib. 6. c. cum lon-
ge. & d.c. Adrianus. & c. seq. 63. dist. Innocen. in dicto cap. super
his. & Hostien. post eum, extra de accusa. Domini. post Ioann.
And. in c. 2. colum. 3. de præb. in 6. Henri. in c. nobis. 3. col. extra
de iure patro. Inn. & Compostel. in c. quod sicut. super verbo,
principi. extra de electio. in c. dilectus. 2. extra de pręb. Abbas
in repetitione. §. qui vero. in c. extirpandę. extra de pręb. Felyn.
in c. cum contingat. 3. col. extra de foro compe. Quæstio igitur
380 est, † an facultas seu potestas conferendi beneficia, quæ regi ab
ecclesia cõcessa sunt, cedi possit, & per aliam personam a prin-
cipe exerceri. Et ne quæstio inutilis esse videatur, recensebo ca-
sum, qui anno. 1515. contingit, Dum Christianissimus Franciæ
rex expeditionem in Heluetios ducatum Mediolani vsurpan-
tes fecisset, qui tunc vicariam cum libera administrandi pote-
state reliquerat illustrissimam & vere imperio dignam dominã
Ludouicam parentem suam cum ea pñte, vt ea in omnibus
& per omnia expedire posset, quæ rex ipse, si abesse non conti-
gisset, facere potuisset. Contigit canonicatum & pręben dam in
Baiocensi ecclesia vacare, priusquã episcopus fidelitatẽ regi fe-
cisset, & inuestiturã, & laudationem suæ promotionis a rege ac
cepisset, illa sicuti solertissima princeps erat in expediendis re-
bus, quæ coronã ipsam contingebant, iure regio seu vice regia
decano & canonicis Baiocensibus, vt in canonicũ & ad prebẽ-
dam aliquẽ admitterent, suis literis mandauit, seruata in diplo-
mate solita forma, quam rex in collatione beneficiorũ iure re-
galiæ vacantiũ obseruare solet. Nec multo post alius superue-
nit, qui a rege ipso collationem illo iure impetrauerat. Super
vtraque prouisione diu multumque disputatum fuit, vter eorũ
in iure

in iure obtinendi canonicatus & præbendę potior esset. In primis ꝙ ius istud cedi posset, & ob id præsentatus vice regia per illustrissimam regis matrem canonicatū & præbendā iure regalię obtinere deberet, in argm̄ est text. in c. cum inter vniuersas, in fi. ibi, vice regia. extra de electio. vbi Papa electionem Capuani Archiepiscopi confirmat, licet a rege Siciliæ consensus, qui interuenire solet, expectatus non esset, sed a Pōtifice vice regia tm̄ præstitus, & tamen ius erat regalię, quod soli regi cōpetebat, per illum text. sine quo nulla erat electio, fm̄ Henric. in c. ex literis 2. col. & c. nobis 3. col. extra de iure patro. & c. qđ sicut, vbi per Inn. Compost. & reliquos, extra de elect. tñ Pontifex vices regis implendo electionem confirmauit, quod non vr̄ ab hoc iure regalię differre, ideo cedi & expleri sicut & illud per alium pōt. Et id non absq; ratione est, ne contingat beneficia diu vacare, & ob id diuinus cultus diminui. clement. dispendiosam, de iudi. quamquam nostra ętas istiusmodi orbitates patiatur ob frequētes dispensationes, seu (vt verius dicam) dissipationes, quæ dietim nullo hominum delectu habito con
381 ceduntur, † quo fit hodie vt ecclesia literarū expertib. & idiotis plena sit, cōtra ea quæ scribuntur in c. indecorum, & c. eam te. extra de ętate & qual. ordinan. in §. primo, in authen. de sanctissim. Episcop. collat. 9. qui alios docere debent, vt ab alijs doceātur necesse est l. si quis ex argentariis. §. pretor. ait ff. de edē. Secūdo, vltra ius illud, ꝙ synodo Romę habita Carolus Magnus obtinuit, quodq; posteris suis seu successoribus Franciæ regibus perpetuo concessum est in d. c. Adrianus, & c. sequen.
382 63. distinctio. † Aliud est ius in regibus radicatum, qm̄ Francię reges omnium fere ecclesiarum Episcopalium & Archiepiscopalium patroni sunt, fm̄ Archidiac. in c. imperiū 10. distinctio. c. lectis. 63. distincti. Bald. in c. quanto, extra de iudicijs. Nō abs re est igitur si ius istud ab ecclesia concessum, pluribus Synodis & diplomatibus confirmatum lōge firmius & validius sit, arg. c. nobis, extra de iure patr. vbi videas omnino Henricū Bohic. & Inno. in d. c. quod sicut & c. Eleutherius, 18. qō. 2. His omnib. nō mediocriter Basiliense consiliū applaudit in tit. de annatis, §. item quod dicta quinta & c. versi. exceptis beneficijs quorū ius patronatus, præsentatio, collatio, institutio vel prouisio ad regem iure regalię, vel alias iure laico spectabat, hac ratione non tantum transmissibile est, sed & exerceri per aliū potest. Et hoc argumento vsus est Lucas de Penn. in l. prędia. quarta colum. versic. septimo sic. C. de loca. prędio. ciuil. libro. 11. Cui ego addo Archid. in d. c. lectis, 63. distinct. Bal. in dicto cap. quanto, extra de iud. eundem Bald. in proœm. Gregor. Tametsi plerique sint, qui dicunt, ius hoc regalię regem non habere in Archiepiscopatibus Lugdunensi, Burdegalensi, Tholosano, Aquensi & Arelatensi. In cęteris Episcopatibus & Archiepiscopatibus regem hoc ius percipere. Nōnulli etiam ius illud regalię in dicto capit. Adrianus, & cap. in Synodo 63. distinctio. expressum in cōtrouersiam deduxerunt, videlicet an rex ab Episcopis & Archiepiscopis fidelitatem & homagium recipere possit, propter c. ex diligenti. extra de simo. c. grauem. extra de sent. excomm. & c. fin. extra de reg. iur. Cum vbique dicatur, indignum esse, & a Romanę ecclesię consuetudine alienum, vt pro spiritualibus facere quis homagium regi seu laico compellatur. Pro quibus est quod scripsit Diuus Ambrosius in c. conuenior. circa princ. 23. q. 8. ibi, in consistorio non solet Christus reus comparere, sed iudex, & in ver. respondeo, noli grauare te imperator, vt putes te in ea, quę diuina sunt, imperiale aliquod ius habere. Sed non concludit hæc obiectio, quoniam locum in spiritualibus obtinet, nō autem in temporalibus, & ex textura illarum Decretalium satis perpendi potest. Et ita etiam respondet gl. in d. c. conuenior. in verbo, Christus. Cui ego addo tex. in c. vnico. §. verum, de statu monacho. lib. 6. & Archid. hoc tenet in c. imperium 10. dist. vbi dicit hoc ius reges Anglię habere, quia patroni ecclesiarum sunt Normanię & Anglię, quas multa dote ornauerunt, vel eo ꝙ plura feuda ecclesijs concesserunt, & in d. c. Adrianus 2. 63. dist. dicit hoc beneficium cōsequēde inuestiturę ab ecclesia obtinuisse. Quib. adde tex. in c. vnico. de cler. qui inuesti. fecit. collatio 10. Et rectè induci pōt, quod scribitur in c. cęterum, & c. nouit. extra de iudic. & c. verū. extra de foro compe. Et quod notat Inn. in c. solitę. extra de maio. & obed. dixi abundantius in tractatu.
383 An rex Francię superiorem in temporalib. recognoscat. † Tertio, tanta fuit vis concessionis Carolo Magno & successoribus suis factę, vt Episcopi incapaces administrationis facti fuerint, nisi a rege laudata electione, & recepta ab eo inuestitura, & si ante administrare contenderint q̄ laudata sit, & inuestitura facta, debent excōicari, & vlterius pena exilij a rege plecti, & bona publicari, d. c. Adrianus. & c. in Synodo 63. dist. Addo gl. in c. fi. in fi. 22. q. 5. Ioan. And. in c. quod sicut, extra de elec. Inno. in c. 2. extra de maio. & obed. neq; hæc cōcessio aliena a rōne videri debet. cum pro ea sit text. in c. dilectus. extra de preb. & in c. dilecto. extra de testib. Nō etiam gloriari debent Hyspani propter d. c. cum lōge, eadem 63. dist. quoniam Hyspanis reges id ex concessione Carolo facta obtinent, qui postquam Adrianum huius nominis primū Pontificem a tyrannide Desiderij Longobardorū regis liberauerat, Hyspanias Mahumeticā prauitatē imbutas Christianas fecit, potitis eis Hyspanię rex insinuatus est, eo medio ius istud regalię consecuti sunt. Et cum in reges Francię duo iura concurrant, primum concessionis apostolicę & vniuersalis Synodi ecclesiasticę, secundum, iuris patronatus, hac ratione non puto de iure a Pontifice reuocari debere, neq; posse, salua semper sedis maiestate, quoniam hoc dignitati concessum est, c. qm̄ Abbas, extra de officio deleg. Dicam infra copiosius in parte opposita, licet alias priuilegium cum causa concessum ex cōtra causa reuocari possit, c. quia sancta. §. verum, & c. cum Adrianus, 63. dist. & extrauag. Bonifacij incipiente, vnam sanctam, in tit. de maior. & obed. circa quod cōgregari & cumulari possent triuiales iuris regulę de priuile-
384 gijs tractantes, † quæ volunt, cessante causa concessionis priuilegij posse priuilegium reuocari, imò ipso iure expirare. l. cura. §. deficientiū ff. de muneribus & honorib. l. antiquę. C. ad Velleia. l. Titia. §. vsuras. ff. de lega. 2. c. tuarum, extra de priuil. vel si postea damnosa esse cęperint, c. 2. §. statuimus, de decimis, lib. 6. de quo in l. ambitiosā. ff. de decr. ab ordine facien. l. rescripta. & l. nec damnosa. C. si contra ius vel vtilit. publ. facit. l. si plures §. quamuis. ff. de admin. tut. l. in confirmando, & seq. ff. de confir. tuto. & in c. decet, de reg. iur. in sexto. per Lucam de Pēna, in l. veterani. C. de vetera. lib. 12. Inn. in c. quanto, extra de consuet. Alia ratio, quare non debeat, aut possit reuocari, est, quādo in compensationem benemeritorum concessio facta est l. Aquilius, & l. si pater. §. fi. ff. de dona. Secūdo, quia fundatores & ędificatores fuerunt ecclesiarum, vt inquit Archidia. in d. c. imperium 10. dist. Idem Archid. in d. c. lectis, & d. c. Adrianus, 63. dist. Bal. in proœm. Greg. Et ob id rectè patronus earum vocatur, secundum Henric. in c. nobis, extra de iure patro. quare ius illud potentius est, vt supra dixi. & prosequere vt per Felyn. in tractatu, quando literę apostol. vbi autem priuilegium ex liberalitate Pontificis tantum processisset, & concessio aliquid a iure ecclesię detraheret, secus forte dici posset. §. quia vero verisimile, in authen. de non alienan. aut permutan. rebus eccl.
385 collat. 2. c. cura. & c. illud, extra de iure patro. † quoniam specia le ex priuilegio procedens facilius quam cōmune ius tollitur, l. eius militis. §. militia missus, ff. de re militari. Si rex iure suo vtitur, non videtur dubium esse, quin rex committere possit, quoniam suo iure conferat, vt statim dicetur. Neque obstare possit, quod mulier sit, & non sit de iure communi mulier capax virilium officiorum l. scientię. ff. de regulis iuris l. 1. §. sed vm. ff. de postulan. imò neque conferre potest c. quoniam, versicu. fœminę. 16. qō. 7. Primo, quod mulier capax est iuris patrona-
386 tus. c. fina. extra de conces. prēb. † Imo plus beneficia iure suo conferre potest, c. dilecto, extra de testibus vbi mētio fit de comitissa Flandrię, quæ ius habet conferendi sex p̄ bēdas sacerdotales, si suo iure conferre potest, multo magis exercitiū habere potest, cum minus sit iuris exercitium, quam ius ipsum c. ex insinuatione, vbi per gloss. & omnes, extra de iure patrona. quia qui exercet, non nisi minister est, vel organum. Cæterum rex ipse conferre dicitur l. pater ex prouincia. ff. de manumiss. vindicta. l. & licet. ff. de constitu. pecu. c. finali. §. cęterum, extra de officio delegat. quibus adde Fely. in capitulo secundo, & final. extra de maiorita. & obedien. dum quærit, an Pontifex laico potestatem conferendi beneficia concedere possit. & Anton. in dicto capitulo dilecto. Secundo, hoc maxime in illustri-
387 bus mulieribus recipiendum esse, † præsertim reginis Francię, quæ omnium virilium officiorū de iure capaces inuentę sunt, in capit. dilect. extra de arbitr. capitu. cum deuotissimam, & capit. sequen. 12. quęst. secunda, in quibus Constantia Francię regina a Gregorio Papa requisita est iustitiam pro violata ecclesiæ immunitate sibi fieri, in capit. Mennā 2. quæst. 4. vbi Greg. Papa Mennam ipsum, licet coram se purgatum, ad Brunigildam Franciæ reginam remisit, vt de crimine illi imposito se purgaret, & tamen mulier istius officij maxime incapax est iure ordinario, quoniam a solo Pontifice Episcopus iudicari debet, licet ab alio processus aduersus eum instrui possit, c. duodecim, 5. qō. 4. c. nullam, 2. qō. 5. sic vt post Pontificis iudicium nulli, cuiusq; dign. tatis existat, inquirere licet, c. ipsi & c. cuncta per mundū 9. q. 3. plenius in c. nos si incompetenter, 2. q. 7. Et omnib. fere canonib. illius qōnis, c. nemo, 9. q. 3. per Antonium in capit. omnis, extra de peniten. & remiss. Alb. in quæstione incipiente, Episcopus, c. dilecta. extra de maioritate & obediētia, per Lucam de Penna in l. quāuis prouisum, in prin. C. de decurionibus, lib. 10. Non minus tamen Gregorius Papa Mennam Episcopum a se purgatum ad Brunigildam reginā, vt iterum se coram ea purgaret, remisit. Si istud, quod soli sedi reseruatur, Papa reginę commisit, hoc ius, quod non est proprium sedis, sed omnium episcoporum & inferiorum ab eis cōe est, per mulierē exerceri potest. Et hæc Pontificis laudatio huic rei maximum prębet argumentum l. cum quędā puella. ibi,

ibi, quare tam optimo exemplo argumētati. C. de admini. tuto. Et hac ratione vtitur Baldo. in l. vnica. col. 2. in princi. C. de mulieri. & in quo loco. lib. 10. dum quęrit de præexcellentibus mulieribus, quales sunt reginę, comitissę, & istius dignitatis mulieres, cum quo Cardin. Alex. conuenit in c. fęminam per quos fiat inuesti. collatio. 10. & Ang. in l. fina. C. de testa. milit. Quarto, prohibitio, quæ mulieribus facta est huiusmodi concessionis, de iure est positiuo in l. 1. §. sexum. ff. de postulā. & in dicto ca. quū. 16. q. 7. quinimo talis prohibitio non tm̄ fęminis facta est, sed & viris laicis, per illum text. ibi, viri & fęminę &c. Tamen contra ius illud disponit Papa in d. c. fina. extra de concess. præben. & c. dilecto. extra de testib. & alijs supra notatis. pariter & princeps in l. digna vox. C. de legib. l. princeps. ff. de legib. Et Anto. Augustus contra legis dispositionem Iuliæ matronę consobrinę concessit, vt quamuis secundo nupta esset viro non consulari, dignitatem tamen prioris mariti, qui consularis erat, retineret. similiter in l. 1. ff. ad Municipa. Pariter cum incapace dispensat in l. quidam consulebant. ff de re iudica. & Papa in c. cum vicesimū. extra de officio delega. c. significasti. extra de elec. per Inn. in c. veniens. extra de filijs presbyteror. Nam & Iustinianus Theodoram vxorem suam consilij sui participem fecit, vt ipse inquit in. §. sed neq; sufficiemus in auth. vt iudi. sine quoquo suffrag. Comitissa Matilda iudicantis munus suscepit, vt gl. inquit in l. sed & si susceperit. ff. de iudicijs, & glo. in l. fi. C. de arb. quæ tantundem de comitissa Cāpanię refert, quæ ius cuicunq; petenti reddebat, pariter & Sibylla, cuius meminit glo. in. §. sedebunt in authent. de iudi. collatio. 7. Nam & diuus rex Ludouicus dum pro Hierosolymitana expeditione cruce se signasset, matrem suam Blancham vicariam in regno dimisit. Pariter & Philippus Augustus dū in Sariam expeditionem præparasset, vxori suę regni & filij sui tutelam & administrationem commisit. quare de re tam diu decisa, totq; exemplus confirmata, disputare, est principi iniuriam facere. §. & nos non latuit in authent. quibus modis naturales effic. legit. colla. sexta l. nullus. C. de summa Trinit. & fi-
388 de catho. l. fina. C. de consulib. lib. 12. † Et tamen vbi incapacitas est ex parte suscipientis, si per principem ex certa scientia incapaci potestas conferatur, qui incapax est, capax efficitur, dicta l. quidam cōsulebant. ff. de re iudicata c. statutum, & c. si eo tempore de rescript. in 6. c. ex ratione extra de æta. & quali. ordinan. cle. si summus de sentēt. excommu. Facit, quod Bal. notat in dicto ca. 1. per quos fiat inuesti. collat. 10. dum quærit de infante minore septēnio oblato Papæ vel principi, cui Papa beneficium confert, vel princeps officium, nulla ętatis mētione facta, an sciēter videatur Papa seu princeps super ætatis defectu dispensare. Cui adde tex. in l. Imperialis. C. de nup. cle. si summus, de sentē. excommu. Et quod notant. Bar. & Alex. in l. idem Vlpianus. ff. de excusa. tuto. idem Alexand. in dicta. l. quidam consulebant. & Cano. in d. c. cum vicesimum. quanto magis si per vniuersam Synodum ecclesię concessio facta est, cuius Pontifex caput est c. multis. 17. dist. & ratio huius est in cap. de quibus. 20. distin. facilius, inquit, inuenitur, quod a pluribus senioribus inuenitur, facit quod scribitur in. 16. & 27. distinctio. in ca. quod translationem. extra de offic. lega. facit dictum c. ipsi, & c. cuncta per mundum. 11. q. 1. Non sic ergo cōcessum est regi priuilegium, vt ipse per se nō per procuratorē vti possit. Alioqui fieret interpretatio, nō quo magis, sed quo minus, contra l. fina. ff. de consti. princ. l. non tantum. §. si mancipatus, versic. non enim, vbi glo. in verbo, per rescissionem. ff. de bo. pos. contra tabu. Plene in c. decet. de regul. iur. in sexto. præsertim cū princeps circa multa & varia occupatus nō possit singulis ciuitatibus, & multo minus negotijs adesse l. magistros. C. de profes. & medi. libro decimo. §. nos igitur in auth. de defensor. ciuita. colla. 3. l. quisquis. C. ad legem Iul. maiest. & in extrauagā. Ioan. 22. incipiente, super gentes & regna. in titu. de consuetu. Ob id defensores, procuratores, aduocatos, consules, procōsules, legatos, præsides, & cæteros id genus magistratus præficit, qui curam rei publicæ suo nomine habeāt l. in nomine domini. C. de offic. præfecti prætor. Afri. l. humanū C. de legi. c. in illis, & c. seq. 80. dist. Et quorum præsentia spiritu, princeps præsens esse censetur c. veritatis. §. nos igitur. ex-
389 tra de dolo & contu. † Et si dixeris, verba priuilegij regi concessa, in personam regis concepta esse in d. c. Adrianus, & c. in Synodo. 63. dist. ideo regis personam non egredi, argumento. l. marito. & l. seq. ff. solu. matr. de quo per glo. in cle. fina. de procura. & tex. in c. quoniam Abb. vbi Fel. & c. vno delegatorum extra de officio delegati. Et per Bartolum in l. qui liberis. §. hæc verba, ff. de vulgari substitutio. Eundem in. §. & hoc vero in Authentica, vt nulli iudi. colla. 9. & in l. centesimis in fin. ff. de verbo. oblig. Bal. in c. 1. in verbo, Marchio. qui feudum dare possunt. Are. in l. si per epistolam ff. de acqui. hæred. Floria. in l. 4. ff. de serui. pro quibus est. §. sed cum factum. Institu. de stipula. seruo. l. si stipulatus fuerim in prin. ff. de verbo. obliga. Dic in eo duo iura concurrere, vnū quod de iure cōmuni sibi concessum est, quia patronus est omnium ecclesiarum. Et ita notat Bald. in cap. quanto. extra de iudicijs. Arch. in dicto cap. lectis. 63. dist. per c. Reatina ecclesia. & c. principali. eadem distinctione. Et illo iure pręsentare posset c. fina. de conces. pręb. & c. decernimus. 16. q. 7. nisi priuilegium conferendi a Pontifice concessum esset, vt supra dictum est de comitissa. Fandriæ, per c. dilecto. extra de testi. & in c. cum longe 63. dist. Et hac ratione Innocen. inquit in c. quod sicut. extra de elect. quem illic Compostella. sequitur, licet regibus Franciæ in d. c. Adrianus. & cap. in Synodo. priuilegium cōcessum sit inuestituram episcoporū recipiendi, & non posse episcopos antea administrare quam eorum electio a regibus laudata sit, & inuestiturā ab eo susceperint, nullum vinculum ob id inter electum & ecclesiā cōtrahitur. Sed ab ordinatore & cōsecratore, vel ab alio ecclesiastico ministro spirituali & ecclesiastico spirituale ius in episcopatibus & beneficijs suscipiunt. Tamen volunt Inn. & Cōpostel. pręsentare eos posse ratione iuris patronatus, nec illis quicquam obstare, cū inter præsentatum & ecclesiā propter pręsentationem nullum vinculum contrahatur, argumēto capit. pastoralis. extra de iure patrona. Et re vera rex Franciæ dū iure regaliæ confert, diploma suę collationis dirigit decanis & capitulis, vt eum quem in diplomate nominauit, instituant, & stallū in choro, & locū in capitulo assignēt, capellas aūt & cætera huiusmodi beneficia cuiuscunq; qualitatis sint, dummodo sacerdotalia seu affecta sacerdotibus non sint, præcepit in
390 possessionē realem & actualem introduci. † forma autem hæc est. Franciscus Dei gratia Francorum rex, dilectis nostris decano & capitulo T. ecclesiæ salutem. Notum vobis facimus qđ nos canonicatum & præbendā, quos in dicta ecclesia obtinere solebat defunctus T. per ipsius obitum, prout fertur, vacañ. & ad collationem nostram iure regaliæ nunc in dicta ecclesia vacan. spectan. dilecto nostro T. dedimus & contulimus, damusq; & conferimus pietatis intuitu per præsens. Earum seriæ vobis mandamus, quatenus dictum T. seu eius procuratorē pro eo in possessionē & saisinam dictorū canonicatus & præbendæ ponatis & inducit, stallum sibi in choro, & locum in capitulo, cum plenitudine iuris canonicatus, vt moris est, assignetis, adhibitis solemnitatibus assuetis, sibiq; seu prædicto procuratori suo de fratribus, redditibus & emolumētis ad eosdem canonicatum & præbendam spectātibus respondeatis, & ab alijs quorum interest aut intererit faciatis integre respondeｒi, amoto abinde quolibet alio detentore illicito literas nostras anterioris datæ pręsentium super hoc nō habente. in cuius rei testimoniū pręsentibus literis sigillū nostrū iussimus apponendū. Datū &c. Concurrente igitur vtraq; qualitate, vi-
391 delicet ea, quæ iuri cōi, & ea quæ priuilegio innititur, † naturalis potius quā accidentalis attēdenda est l. nō putauit. §. si quis emancipatū. ff. de bo. pos. ꝯ tabu. l. filio in princi. ff. de liber. & posthu. l. fi. §. hæc actio. ff. nau. caupo. stabula. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testa. milita. Vnde videtur id posse per procuratorem exerceri, dicto cap. fin. extra de concess. pręben. dū tamen secūdum Guido. de Suazar. & antiquos iuris canonici interpretes, procuratori generale mandatum habenti cōmittat, secus si vni tantum ecclesiæ præfecerit, per illum textū & capit. constitutus. eodem titulo. de concess. præbend. cap. fi. de offi. vica. libro sexto. Et hæc facultas permissa est, quando cōtingit patronum abesse, aut aliquo iusto impedimēto occupatum esse l. Paulus. ff. de legat. c. ad nostram. extra de cleri. non residen. in eccle, l. hac lege. versic. & quoniā. C. de proxi. sacro. scrin. libro duodecimo. Quem tex. in versi. vt qui liberam proficiscendi licentiam prænuntiatione commeatus adepti fuerint, sine qualibet stipendiorū aut emolumētorum deductio-
392 ne peregre degant. † Aliquando induxi, doctori vel regis cōsiliario absenti iusta absentia, dummodo cum permissione ordinis abierit, non esse deneganda stipendia. Cui conuenit tex. cum glo. in l. 3. §. si ad diem in fi. primæ gl. ff. de re milita. si autem a præsidente aut rectore vel principe ordinis tantum cōmeatum habuerit, a principe aut communitate stipendia recipere non debet, sed debet is, qui commeatum cōcessit ex suo, non autem principis dare l. iubemus, alioquin incipit l. hanc in verbo, solutum, vbi hoc notat Nico. Spinel. C. de eroga. mili. anno. libro duodecimo. & in versicu. nec prius, & facit l. qui commeatus, in princip. ff. de re milita. ibi, habetur tamē ratio dierum, quibus tardius reuersus est. Adde prædictis l. Arboribus. § de illo. ff. de vsufruct. dum de ęgrotante aut defectū ætatis patiente loquitur l. cum hæres. §. Stichus. versicu. sed si quibusdam diebus. ff. de statuliber. Fely. in c. fina. §. is autē. extra
393 de offic. delega. † multo magis deneganda sunt stipendia his, qui illicentiati abeunt, etiam si causa reipublicę aut suorū negotiorum expediat eos abire l. si qua per calumniā. C. de epis. & cler. & melius in l. si quis decurio. prima C. de decu. li. 10. iūge l. si quis domesticorū. C. de dome. & protector. li. 12. quę pœnas imponit his, qui biennio, triennio, quadriennio, & quinquennio ab ordine absentes sunt, & in l. 2. & l. fi. C. de cōmeatu. lib.

394 tu.lib.12. hæc sufficiant. Ad institutum reuertamur. † Quinto
iuuat præcedentia tritum iuris adagium, Qui per alium facit.
in regula, potest quis per alium. de reg. iur. Et hoc argumento
vsus est Luc. de Pen. in l. contra publicam. C. de re militat. lib.
12.5.col. versi. sed pone rex &c. Et glo. in ca. hinc est in verbo si
gillatim. 16.q.1. & glo. in l. pater in glo. fi. ff. de manumis. vindi-
cta. Circa quod vide quæ idem Luc. de Pen. scribit. in l.2. C. de
iure reipubl. lib. 11. versi. sed pone, rex habet ex priuilegio. l. li-
citatio. §. mercatores. ff. de publi. & vecti Sexto, Si iura regalię
priuato concedere potest, vt in c. vnico. quę sunt regal. colla.10.
Et hac ratione Marti. Lauden. in tracta. de principibus, dicit
ducem Mediolanen. habere iura regalię, dummodo non con-
cedantur ea, per quæ decor regius deturpari possit. c. intellecto
extra de iureiur. c. abbate sane. de re iudica. libr.6. dixi in repeti
tione. l. donationes. C. de donat. inter vir. & vxor. quanto magis
nudus vsus, & vt verius loquar, nudum exercitium vel ministe
rium committi potest, dicta. l. pater. ff. de manumis. vindicta. &
l. qui autem. §. fi. & l. seq. ff. de consti. pecu. plenius Moder. no-
tant, præsertim Alexand. in l.1. ff. de offic. eius cui mandata est
iurisdi. & in l. Imperium. ff. de iurisd. omnium iudi. referri pos-
sent, quæ scribit Ioan. And. in c.2. de pręben. in sexto. Septimo,
& hoc argumentum non longe a præcedente differt, quod
sumptum est ex doctrina glo. in cle. fi. & in clemen. religiosus.
de procur. communiter illic approbatę. Et per Barto. in l.1. §.
cæterum. ff. de acquir. pos. vbi Moder. dicta per Barto. dilatant.
395 † Quoties ob potestatis vel authoritatis defectum ad alicuius
actus exercitium per se aliquis inhabilis est, si tamen iussu aut
authoritate eius, cui potestas est faciẽdi, vt commissus implet,
actus sic expeditus, validus erit, dicta cle. religiosus reperi po-
test dicta. l. pater. ff. de manumi. vindicta. ibi, solam em̃ electio-
nem filio concessit, Cæterum ipse manumisit. Et per illũ text.
Benedic. de Plumbi. post Inn. in c. petitio. extra de procur. &
Ioan. And. in c. is cui. de offi. delega. in sexto. dicit, quãdo in cõ-
missarium ius & potestas cadere nõ potest, nunc qui commis-
sus est, vt nudus minister tantum electus esse videtur. Cui ad-
do text. in d. c. fi. §. cæterum. extra de offi. deleg. & glo. non in-
elegantem in c. fi. extra de offi. ordina. dum de Archidiacono
Bononiensi loquitur. dicit enim, si is, cui nudum ministerium
ex priuilegio conceditur, quod alias regulariter alteri commit
ti non potest, vel demandari, vt in d. c. fina. §. cæterum. extra de
offic. deleg. si tamen priuilegium perpetuo alicui dignitati a
Pontifice concessum est, poterit is cui concessio facta est alteri
committere, & demandare, per illum text. & illam gl. pro sin-
gulari Fely. refert in dicto. c. finali. Cui addo. l. item eorum. §.
si decuriones. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. glo. in c.
1. in verbo, substituendi. de procurat. lib.6. c. iudex de officio de
legati. sic etiam in rege dici potest, qui ius conferendi benefi-
cia, non tantum ab ipso Pontifice, sed & ab vniuersali synodo
ecclesiam repræsentante obtinuit. Et id dignitati & in illius cõ
templationem perpetuo concessum est, non videtur dubium
esse quin nudum illud conferendi ministerium alteri commit
tere possit. Et istud dicit esse verum Henricus Bohic. in cap.
quanto. extra de iureiurando. secus autem dici posset si rei sub-
stantia demandaretur. l. vtrum. §. cum quędam. ff. de rebus du-
bijs. dicam infra. Octauo confirmatur vno fundamento, quo
aliquando vsi sumus in repetitione. l. contractus. ff. de reg. iur.
& in l. dudum. C. de contrahen. empt. dum de personali priui-
legio non cessibili neq; transmissibili locuti sumus, post Mo-
der. in l.1. §. vsufructuarius. ff. de no. oper. nuntia. l. merito. & l.
seq. ff. sol. matri. & l. non tantum. ff. de re iudic. tamen priuile-
gium illud per eum, qui sanguine iunctus est, expediri poterit.
l. etiam in princ. ff. sol. matr. plus dico per pęnitus extraneum
exerceri posse. l. fin. C. de iure emphyt. ibi, per se vel literas suas
d. l. iubemus per hanc. versi. hoc vero adijciendo. in verbo, ma-
nu sua ab erogatoribus &c. & plerisque alijs partibus illius. l.
C. de eroga. milita. anno. Ita notat Cyn. in l. id quod pauperi-
bus. vlti. colum. C. de episco. & cleri. & Fely. in d. c. fi. §. is autẽ.
extra de offic. deleg. & gl. in d. §. huic igitur. in verbo, sigillatim
396 17. quæstione. 1. Nono, legem † concedere soli principi conue-
nit. l. fin. C. de legi. l.1. vbi per Barto. & Bald. ff. de constit. princ.
§. sed quod principi. instit. de iure natura. cum omnis potestas
ei & in eum translata sit, per illos tex. l. vnica. ff. de officio præ-
fecti prætorio. & tamen proceribus legis ordinationem com-
mittit. l. humanum. C. de leg. in proœmio. Insti. §. cumq; hoc
Deo propitio. l. vnica. C. de nouo codi. componen. & demum
postquam facta & ordinata est lex, robur. ei tribuit approban-
do. §. quas ex omnibus. in proœmio institu. d. l. vnica. §. fina. C.
de nouo codi. componendo. non videtur in hoc regalie iuri
397 minus concedendum esse, per prædicta. Ex aduerso † plura re-
ferri possunt. In primis semota triuiali disputatione, quæ circa
regulam, potest quis. de regu. iur. in sexto. per Dyn. & posterio
res eo fieri solet. dici iure potest ius illud regalię conferendi be
neficia in tantum ossibus regis hærere, vt neque per aliũ, quan
tuncunq; sibi sanguine proximum, & si filius sit regis primo-
genitus, Delphinatus superillustrissimus princeps, qui iure so-
mi rex dici potest, per rationem. l. in suis. ff. de liber. & posthu.
per quem tex idem notat glo. in c. cępit Ermigildus. 24. q. 1. &
inducit illum tex. in verbo rex iuuenis. & ratio est, quoniam lai
cus istius iuris incapax est de iure. c. quoniam. ibi, viri & fęminę
16. q. 7. & c. si quis deinceps. & c. seq. ea. causa & quæstione. c.
Imperium. 11. distinctione. Nec in hoc reges & principes a sub
ditis differunt, secundum Ioann. Andr. quem sequuntur Do-
mi. & Petr. de Ancha. in capit. 2. de prębend. in sexto. & hac so-
la ratione mouetur, quia istud ius in laicum cadere non potest
c. fina. extra de iure patrona. sed vt supra dixi recte facit dictum
capitu. si quis deinceps. & cap. sequens. ibi, de manu Imperato
ris vel regis. & in cap. sane. ibi, manus impositionem accepisset
a rege. & in fine eiusdem. c. ibi, princeps enim inthronisauerũt
eum. decimasexta quæstione septima. c. Messana. iuncta glo. &
in c. sacrosancta. extra de electio. cap. ex frequentibus. extra de
institu. facit, quod notat Luc. de Pen. in l. stigmata. in verbo, li-
mitationem. C. de fabricen. lib. 11. dum allegat sanctum Tho-
mam in tertia parte secundę, quæstione. 118. articu. 3. dum di-
cit, Reges in spiritualibus nullam potestatem habere, cum nõ
nisi a Deo hæc potestas esse potest, ad Romanos tertio. Idem
Luc. in l. prædia. quarta columna. versi. septimo. sic. C. de loca.
prædio. ciuilium. libro vndecimo. dum dicit, principem quan-
tuncunque magnum, tamen laicum esse ideo de manu. regis
beneficijs collationem neminem posse neque debere recipe-
re. & ad id reperi. potest quod supra retulimus ex authoritate
Inn. & Compostel. & Ant. de Butr. post eos in c. quod sicut. ex
tra de elec. de rege Francię, qui ex consuetudine secundũ eos,
non aũt ex priuilegio ius illud regalię haber conferendi bene-
ficia, a confirmatore aut consecratore vel ecclesiastico mini-
stro potius quam a rege in beneficio ius accipere. Cęterũ pri-
usquam vlterius progrediar, non puto verũ esse, reges Francię
ex cõsuetudine tantum habere ius illud conferendi beneficia.
sed ex priuilegio, & concessione apostolica & totius synodi ec
clesiasticę Romæ congregatæ, vt dictum est per c. Adrianus. &
c. in synodo 44. dist. & idem notat Anton. de Butr. in c. quanto
extra de iudi. & Domi. de sancto Gemi. in d. c. licet. 3. col. de
pręb. dicit Romę tempore Nicolai tertij plurimum disputatũ
fuisse propter reges Francię & Anglię, qui in plerisq; ecclesijs
suorũ regnorũ asserunt ius conferendi præbẽdas habere sede
vacante, quo iure longe ante constitutionem. d. c. licet sedibus
vacantibus vsi sunt. Pariter hoc dicit Archid. in d. c. Imperiũ.
10. dist. & in c. lectis. 44. dist. Specula. in tit. de lega. in §. nunc
tractemus. Et facit text. in c. cũ inter parte decisa. extra de con-
suetud. vt dicit glo. in c. contra. in verbo reuerentiam. 17. dist.
Et recte dicit illa decretalẽ in parte decisa probare regẽ Fran-
cię solitum esse decanatum ecclesię Cenomanensis conferre
Nam illa pars truncata fuit, & vere ablata, ne passim ab omni-
bus legeretur. tantundem dicit Henr. Bohic. in c. nobis. extra
de iure pat. & Anto. post. Inn. & Compostel. in d. c. quod sicut
extra de elec. & Archid. in d. c. imperium. dicit pariter sublatã
fuisse ex libris decretalium decretalem, ex diligenti. extra de
398 iure pat. † Non omitto glo. in d. c. concilia. quæ dicit regem
Francię ex consuetudine & priuilegio hoc ius conferendi prę
bendas habere, iuxta. c. huic etiam. 17. q. 1. similis gl. in c. bene.
in verbo, præter Romanum Pontificẽ. 95. dist. gloss. in c. laicis.
17. q. 2. alias glos. illis similes Fely. refert in d. c. dilecto. in prin.
extra de testi. & in c. de hoc extra de simonia. Et sic ex priuile-
gio sit rex capax, qui forte incapax esset. d. c. dilectus. 3. extra de
præben. & d. c. concilia. iuncta gl. sua in verbo, reuerentiam. si
puro laico priuilegium a Pontifice concedi potest, quãto ma-
gis regi concedi potest, secundum Domi. in d. c. licet. de pręb.
in sexto. Et ratio est, quoniam rex vngitur. c. vn co. extra de sa-
cra vnctio. c. nos si incompetenter. §. sed notãdum. 2. q. 7. c. pre
sbyter. 58. dist. dum de Dauid & Salomone in adolescentia vn
ctis loquitur. & ob id Host. in d. c. vnico. extra de sacra vnctio.
dicit regem per vnctionem dignitatem & ministerium recipe
re. Cui addo tex. in c. vt cognouerunt. §. nunquid & Daniel. de
pęni. dist. 2. & Io. Mo. in d. c. 2. de præb. in 7. dicit, reges pp vn-
ctionẽ non censendos esse mere laicos, prętertim in regibus
Francię dicit procedere, qui oleo diuinitus misso tingũtur seu
vnguntur. vt meminit Domi. in d. c. 2. de præb. in 6. dixi in tra-
ctatu, An rex Francię superiorẽ in tẽporalibus recognoscat.
Et ob singularẽ in ecclesiã deuotionẽ, quã habere soliti sunt,
Christianissimi titulũ iure obtinuerunt vti in tractatu explicui
licet propter vnctionem ordinem non suscipiat, fm glo. in c.
Valentinianus. in verbo ordinẽ. 43. dist. Neq; ẽt ius conferen-
di etiam ex consuetudine quantuncunq; antiqua habere pos-
sent. per rationẽ. c. causam quæ. extra de præscript. c. tua. primo
extra de deci. c. 1. de prescrip. in 6. c. quanto. extra de iudi. pro-
pter iuris resistentiã, quod annullando procedit in dicto capit.
si quis deinceps. & capitu. sequẽ. decimasexta quęstione septi-
ma. nisi huiusmodi consuetudo a priuilegio originẽ sumpsis-
set. Quibus adde c. gñali. de electio. in sexto. c. præsenti. de offi.
ordina.

ordina, codē lib. & quod notat Ioann. Andr. in addi. Specul. in
titul. de præscript. §. restat idem Ioann. Andr. in dicto capitul.
secundo, de præbend. in sexto. Et ideo glos. in dicto capit. con-
cilia. decimaseptima distinctione, vt supra recēsui, dicit regem
Franciæ non tantum ex consuetudine, sed ex priuilegio ius il-
lud conferendi habere, & recte dicit, dicto cap. Adrianus. cap.
in synodo ca. cum longe 63. distinctione, & aliis supra allega-
tis. Et Hostien. idem dicit in summa in tit. de decimis. §. & vtrū
præscribi possit. versic. tertio quæritur. ibi, si laicus habet priui
legium Romanæ sedis. Et allegat ad id dictum capit. Adria-
nus, & cap. synodo 63. distinctio. & c. a nobis. iuncta glos. fina.
extra de iure patrona. Cui adde glos. in dicto capit. laicis. 16. q.
7. glos. in dicto capit. bene. in verbo, per Romanum Pontificē.
96. distinc. ca. non minus, & cap. aduersus. extra de immunita.
eclesia. Et ideo cum id ex priuilegio a Pontifice & vniuersa sy-
nodo ecclesiastica habeant, non iure de eo disputatur. §. huic
etiam 17. distinct. c. aliorum 9. quæst. 3. nouit. in verbo, priuile-
gium. extra de iudi. c. quamuis. 21. distin. c. seruasti. extra de ele
ctio. recenseri posset quod scribit Hostien. in dicto capi. nouit.
6. columna. in verbo, sed ex Deo, extra de iudi. dum de potesta-
te ecclesiæ Romanæ loquitur, quæ super omnes est, non tantū
in spiritualibus, verum etiam in temporalibus, secundum eum
quem Canonistæ omnes illic sequuntur, & addunt tempora-
lia spiritualibus accedere. c. præcipimus. 12. q. 1. ca. solite. extra.
de maiorita. & obedien. c. quodcunq; 24. quæstio. 1. dixi in in
tracta. in secunda parte. dum de Pontifice loquor, an in tempo
399 ralibus rex Papam superiorem recognoscat. Secundo, † in cō-
sideratione esse dēt causa concessi priuilegij in Carolum Ma-
gnum, demum in posteros, quod Desiderium Longobardorū
Regem superauit, vinctumque habuit, posteritatē eorum ex-
terminauit, Pontificem Adrianū in sedē restituit, plura regna,
& prouincias, quæ a fide declinauerant, & Antichristiani seu
Antichristi erant, tanquam a Deo minister electus Christianę
fidei restitui curauit, & cooperante per eum altissimo occur-
sum omnemque operam adeo christianissime cōuertit, vt re-
integratę in fide permanserunt. Et ob id cum gaudio a Ponti-
fice & vniuersa synodo, quæ cētum quinquagintatrium epi-
scoporū & Abbatū religiosissimorū erat, die Dominicæ Re-
surrectionis Romæ exceptus est, & imperij diademate insigni
tus, quæ causæ ēt iure ad tāl beneficium cōsequēdum idoneæ
& sufficiētes sunt. c. vota §. principibus 63. dis. Et idem in simi-
li dicit glo. in c. quāuis. in verbo, cōcesserit. extra de deci. Olim,
inquit glo. decimæ in feudum laicis cōcessę sunt, vt ecclesiam
ab hęreticis & alijs oppressionibus liberarent. de hoc plenius in
c. cum apostolica. extra de his quæ fiu. a præl. sine consen. cap. Et
hac ratione seu hoc argumēto vtitur Host. in summa. extra de
deci. §. vtrum præscribi possit. versi. 3. quæritur. ibi, si laicus & c.
cuius supra memini. Neq; dubitandum esse puto, cum sancto
Spiritu inspirante a synodo hoc priuilegium concessum fuerit
Cum vt scribitur Mat. 18. c. vbi duo vel tres in nomine meo cō
gregati erunt, ibi in medio eorum sum. Quare dico, consuetu-
dinē hanc a priuilegio originem habētem non modice autho
ritatis esse d. c. generali. de elec. in 6. c. ecclesia sanctæ Marię. ex
tra de consti. per Felyn. in c. causam quæ. extra de præscrip. Eū-
dem post Innoc. & cæteros antiquos in d. c. super his. extra de
accus. Henri. Bohic. in d. c. a nobis. extra de iure patrona. Inno.
& Compostel. in d. c. quod sicut. extra de elect. Fely. copiosius
in d. c. dilecto. extra de testib. qui respondet communibus & ve
re triuialibus argumentis, quæ fieri solent. In primis non posse
priuilegio concedi, quod consuetudine introduci non potest.
Secundo quod laicus incapax est, neq; diuturnitas excusat. d. c.
si quis deinceps, & cap. seq. 16. q. 7. cum rationabilis non sit ca.
fina. extra de consu. dicto cap. causam quæ, extra de præscript.
§. primo. in auth. vt nulli iudi. lice. habe. loci conserua. collat. 9.
400 Domi. notat in dicto cap. 2. de præb. lib. 6. † Ego vltra quam di-
cat Felyn. dico non esse verum, non posse priuilegio concedi,
quod consuetudine obtineri non potest. Nam quod laico con
suetudine detentum est ex decimis, nullo vnquā tempore præ
scribi potest, dicto cap. causam quæ. extra de præscriptio, & ca.
fina. extra de consuetud. & tamen decimæ per priuilegiū a lai-
co obtineri possunt, vt supra dictum est post glossam in c. quā-
uis. extra de deci. similiter hoc ius conferendi a Pontifice etiā
feminę concedi potest c. fin. extra de conces. præbend. d. cto c.
dilecto. extra de testib. multo magis hoc ius regi vel principi
concedi potest c. dilectus 3. extra de præb. d. ca. Adrianus, & c.
in synodo, 63. dist. & apertius continebat decr. ex diligenti. ex-
tra de iure patrona. quæ ex libris remota est, vt supra dixi post
Archid. in dicto cap. imperium 10. distinc. & in c. cum inter. in
parte decisa. extra de consuetud. & in c. cum longe. 63. distinc.
Et idem notat Anton. in dicto cap. quanto. extra de iudi. Ioan.
Andr. & Domi. in capitu. secundo. de præbend. in sexto. multo
magis cum iusto titulo & bona fide præscribi. d. c. 1 de præscrip.
in sexto. Vnde sublatum est omne dubium. Sed vt supra dixi,
hoc priuilegium singulari ratione regi concessum est. Verum
est autem dignitati soli concessum esse, dicto capit. Adrianus.
Et ob id per se, non autem per alium exerceri possit, vt in simi-
li glos. dicit in priuilegio decimarum in dicto cap. quamuis. in
401 verbo, concesserit. extra de deci. † Tertio principaliter ad id cō
firmandum optimum simile induci potest, quod de episcopo
legitur in cap. aqua. extra de consec. eccle. vel altar. & in c. quā-
uis, & c. Pontifices. 17. quæstio. 1. quo etiam Lucas de Penn. vti
tur in d. l. contra publicam. 6. columna. C. de re milita. libro 12.
sicuti, inquit, episcopus ea, quæ sunt ordinis committere non
potest, sic neque rex quę ratione suæ regię dignitatis concedū
tur, committere potest, cum illi veluti præcipua suæ regiæ di-
gnitatis, & coronę adhæreant. Et idem cum Luc. de Penn. te-
net Abb. Sicul. in sua disputatione incipiente, Augerio. 6. colū
na. in princi. dum Archid. in c. hortamur. 71. distinct. defendit
ab impugnatione Ioan. And. in cap. quod alicui gratiose. de re
gul. iuris. in 6. in mercuriali. Dicit enim in his priuilegijs, quæ
de iure per præscriptionem quæsibilia non sunt, quale id est, q
regibus conceditur, præbendas & alia beneficia conferendi, et
si ille, qui committeretur, rex esset, illo iure vti non potest c.
sane. extra de priuil. quoniam nullo pacto alteri committi pos-
sunt c. perijsti. 7. quæstio. 1. ibi, hoc nulli concedi alij patimur q
tibi charitate cogente largiri censuimus. Cuius etiam Fel. me-
minit in dicto capit. causam quę 1. columna. in fi. extra de præ-
script. Tertio quod priuilegium istud regiæ dignitati sic con-
cessum sit, vt illi sit præcipuum. dicto cap. Adrianus. 63. distin-
402 ctio. ibi, a rege laudetur, & inuestiatur. † Sed quæ singulariter
dignitati commissa sunt, per alium explicari non possunt cap.
quoniam Abbas, vbi plenius per Innoc. & Felyn. extra de offi.
delega. præsertim dum tractāt de compromisso aliquando per
Sabaudiæ Ducem in Regem Franciæ facto de 44. Castris feu-
dalibus, cuius supra memini dum allegaui Bald. in cap. in ver-
bo, Marchio. collatio. 10. qui feudum dare poss. in qua Bald. di-
cit consilium dedisse. Et vltra ea, quæ supra annotauimus, ad-
de Rom. qui illam quęstionem examinat in l. secunda. §. sed &
si quis ff. de donatio. & Floria. in l. quarta. ff. de seruitu. Pro qui
bus est l. quod principi. ff. de lega. secundo. l. annua. §. finali. ff.
de annuis legat. Moderni de ea scribunt in l. more maiorum,
& in l. & quia ff. de iurisdictione omnium iudicum. Pro eis fa-
cit cap. si gratiose. extra de rescriptis l. vnica §. ne autem. C. de
caducis tollend. Hoc tamen dictum singulariter Bald. decla-
rat in dicto cap. 1. in verbo, Marchio. 11. colum. qui feudum da
re possunt, & in l. final. §. sed & si quis. C. communia de legat.
quando concessioni talis qualitas aut causa expressa est, vt ve-
re per concedentem videatur fuisse pro causa finali considera
ta, vt inquit l. 2. §. finali. ff. de donation. tunc per alium exerceri
non potest, imò quandoque transmissibilis non esset etiam ad
suos l. sordidorum. C. de excusa. mune. lib. 10. Idem Bald. dixit
in capitul. primo. de inuesti. in mari. facta. collatio. 10. Et istud
in præcedente exemplo considerari potest, quoniam compro-
missum, quod in regem factum erat, magis contemplatione
qualitatis accidentalis quam regię factum fuerat, secundum
eos. Vnde licet in compromisso de dignitate mentio facta sit,
tamen illa qualitas non tam considerari debet, quam singula-
ris prudētia, quæ in principe erat, quæ in successore infante nō
erat, & sic vltra regiam dignitatem aliquid cogitatū est l. cuius
bonis. versi. nam tunc ff. de cura. furio. ibi, cum accidere possit
vt negotio vel propter sexus fragilitatem, vel propter ętatis in-
firmitatem, vel propter dignitatem maiorem minorēve quā
in priore curatore spectanda erat, habilis non sit. hoc etiam in-
nuere videtur §. ne autem. in d. l. vnica. C. de cad. tollend. ibi, ex
facti natura, quod relictum est ab alio adimpleri non possit, &
in his verbis, quia hoc neque ipsa natura concedit, neq; testa-
tor voluit, & in versi. seq. ibi, quæ omnia testatoris voluntas, in
ipsius solius personam intelligitur conclusisse, cui & suam ma
nificentiam relinquebat, & in ea opinione fuit Fel. in d. c. quo-
niam Abbas, reprobata Imolæ opinione contrarium sentien-
403 tis in c. si. eo. tit. de offic. deleg. dum voluit, † compromissum ad
successorem in dignitate transire, si cum dignitatis adiectione
fiat. Neq; obstare Bar. fundamentum positū in l. qui liberis. §.
hæc verba. ff. de vulg. substitu. quod est de confidentia personę
electę. quod Ioann de Imola dicebat lege non probari, sed pro
huiusmodi illustribus personis iuris pręsumptionem esse. Sed
ad id Felyn. respondebat. Tu Imola dicis, præsumitur pro illis
in dignitate constitutis, verum est, inquit Felyn. de scientia, sed
non de conscientia. Et propterea ait, siue in arbitris loquamur
vel alijs actibus, compromissum vel concessio in successorem
non transit. Sed quęso aduerte Fely. hoc argumentum a Ioan.
de Imola vsurpasse in dicta. l. qui liberis. §. hæc verba. vbi Ioan.
de Imol. hoc pręcipuo argumento vsus est secutus Bartol. opi-
nionem. Propter cōfidentiam enim, quæ in electo arbitro esse
potest, quam eligens in successore in dignitate habere non po
test, non esse ad successorem trāsmissibile, per d. l. cuius bonis
ff. de cura. furio. Et Moder. Papien. Iaso. in eadem l. pedibus, &
verbis it in illam sententiam. Et ad ll. per Raphae. Cuman.

Aret.

404 Aret. & Alex. allegatas, respondet, † præsertim ad l. quod prin-
cipi. ff. de leg. 2. Primo, inquit, vt intelligatur illa lex, in legato,
quod faciliter acquiritur, quoniam & ignoranti acquiritur. l. a
Titio. ff. de furt. Non mirum si facilius legatum, quam hære-
ditas transmittatur, quæ nisi adita non transmittitur. l. ventre.
ff. de acquiren. hæred. dixi in capite huius. l. & in l. præcedente.
Secundo respondet, vt intelligatur in legato, quod hominis
industriam non exigit, in compromisso secus est. Videamus
parumper, si lubet, an responsiones Ias. dictæ. l. quod principi.
satisfaciant, neque existimaui reliqua argumenta quæ referri
solent aduersus sententiam Raph. Cuma. Franc. Aret. & Alex.
recensere, cum eis mea sententia plus æquo Francisc. Aret. re-
spondeat in d. §. hæc verba. Non enim puto primam Iasonis
solutionem seu magis euasionem posse subsistere, imò om ni-
no dictæ legi contradicere in his verbis, qui antequam dies le-
gati cedat. pariter & l. si Augustæ. ff. de l. 2. [illegible] tam faciliter le-
gatum acquiratur, quare non acquirit Augusta quemadmo-
dum Augustus, ad successorem transmittat, Certe non videtur
vlla ratio vrgere, cum etiam dicat tex. in l. si tibi homo. §. cum
seruus. ff. de leg. 1. non acquiri legatum, nisi ex die aditæ hæredi-
tatis. Iunge Accursij declarationem in d. l. quod princ. pariter
405 & Barto. qui clarius Accurs. absoluit. siue, † inquit Bar. de iure
Digestorum loquamur, siue de iure codicis, legatum prius nō
transmittitur, quam dies legati cedat. l. 2. & 3. ff. quando dies le-
ga. ced. l. vnica. §. sin autē aliquid C. de cad. tollend. de lege Pa-
pia. clarum erat legatarium non transmittere legatum, donec
adita esset testatoris hæreditas. d. l. vnica. §. 1. & 2. C. de cadu. tol
lend. Ceterum per Iustinianum lex Papia emendata [illegible] in ea-
406 dem. l. §. cum igitur. & §. in nouissimo. † voluit enim Iustinia-
nus legatum pure vel ad certum diem factum statim a morte
testatoris etiam non adita eius hæreditate acquiri legatario.
407 Idem in l. si post diem. ff. quando dies leg. ced. † Excipitur lega-
tum vsusfructus & aliarum seruitutum personalium, quod nō
nisi cedente legati die acquiritur. d. l. si post diem. & l. 2. ff. quā-
do die lega. ced. & d. l. vnica. §. libertatibus. versi. excepto. C. de
cad. tollend. Et vide quod legitur in l. vnica. §. fi. ff. quando dies
408 vsusfruct. lega. ced. † Vnde iurisconsultus in d. l. quod princip.
in eo casu loquitur, quo legatum ad hæredem legatarij nō trā-
mittebatur, donec dies adiectus legato cederet. Et si desidera-
ueris clarius habere, dic l. si Augustæ. quæ l. quod principi. sta-
tim sequitur, hoc probare, si Augustæ legatum factum est, &
Augusta prius testatore moriatur, Augusta non transmittit le-
gatum. si tamen Augusto sub certo die factum erit, & ante diē
legati decedat, nihilominus ad successorem transmittit, & suc-
cessori debetur. Ecce quomodo differt legatum principi sub
dignitatis nomine factum, ab eo, quod inferiori a principe fa-
ctum est, quia princeps transmittit prius, quam dies cedat, non
autem inferior a principe. Et hac ratione ductus Accur. in eadē
l. dixit, in principe speciale esse, vt transmittat antequam dies
legati cedat, quod in priuato secus est. l. vnica. §. in secundo. C.
de cad. tollen. legatum enim principi relictum statim principi
acquiritur, nisi viuens testator reuocauerit. l. si imperatorem. C.
qui testamenta facere pos. Non sic est in priuato qui non acqui-
rit, nisi post mortem testatoris. d. l. a Titio. ff. de furtis. l. 2. & 3. ff.
quando dies lega. ced. Et illam glos. solutionem sequitur Alex.
in apostil. ad Bar. in l. nō ambigitur. ff. de legi. Ego vltra gl. & ad
eius confirmationem induco l. vnicam. §. 1. C. de cadu. tol. lege
eīm Papia donec tabulæ apertæ essent, & adita hæreditas lega-
tum non transmittebatur, sed fisco acquirebatur, sed fisco ac-
quirebatur, pariter & hæreditas, quod in legato principi facto
esse non poterat, cū princeps ipse fiscus sit, & iura fisci sua sint.
l. bene a Zenone. C. de quadri. præscri. §. res fisci. Institu. de vsu-
409 capio. quare longe diuersa est principis & priuati ratio. † Vel
sic, secundum Accurs. intellectum in ead. leg. quod principi. si
principi sub incerto die vel conditione legatum factū est, prin-
cipi acquiritur, licet priuato non acquiratur, donec conditio
vel dies aduenerit. l. 2. & 3. ff. qn̄ dies leg. ced. Ex his non proce-
dit Iasonis solutio, dum distinguit legatum ab hæreditate, du-
plici ratione, Primo, quia in l. quod principi, & l. si Augustæ, qd̄
tantū erat de transmittendo legato, non autē de transmitten-
da hæreditate. Secundo, si tam faciliter [illegible] dignitate legatum
transmitti debet, Augusta transmittere debebat, sicut & Au-
gustus transmittit. Quamobrē Bar. in ea. l. discedens ab Accur
sio dixit, in principe nihil esse speciale, sed hoc [illegible] quocunq; in
dignitate cōstituto regulare esse, qn̄ principi sub dignitatis no-
mine aliquid relictum est, quoniam ad successorē transit. l. an-
nua. §. fi. ff. de annu. leg. sed si sub proprio principis nomine le-
gatum relictū est, verum dicit Acc. speciale esse in principe per
410 illum tex. Et † vt mentem Bar. clarius intelligas, aduerte Bart.
sic voluisse dicere, quotiescumque alicui in dignitate constitu
to cuiuscunq; dignitatis existenti sub dignitatis nomine lega-
tum relictum est, acquiritur & successori, per d. l. annua. §. fi. &
in hoc regalis vel im[illegible] alijs dignitas ab alijs dignitatibus non
differt, in quo videtur conuenire [illegible] quoniā Abbas & c.[illegible] §.
verum. extra de offic. deleg. sed si alicui in dignitate constituto
factum est legatum sub nomine proprio, licet cū nomine pro
prio dignitas adiecta sit, vt si dicatur Sempronio regi, vel duci,
seu comiti, vel baroni do, lego castrum, seu feudum, vel fundū,
in hoc princeps ab alijs differt, quia quantumcunque princeps
nomine proprio sit nominatus, vt si testator dixerit, christia-
nissimo Francorum regi Francisco do, lego castrum, adiectio
proprij nominis nihil a priuilegio detrahit, quoniā ad successo
rem transmitteret. d. l. quod principi. Nō sic est in alio in digni-
tate constituto inferiore a principe, quoniam non transmittit,
sicuti neque alius priuatus. Sed Bart. distinctio non videtur re-
cte probata in d. l. quod principi, quoniam in ea non probatur
legatum factum fuisse principi cū adiectione nominis proprij
ipsius principis, in d. l. si Augustæ, quæ non transmittit, si antea
inter homines esse desijt, quam testator decederet. Bar. tamen
dicit, illam. l. si Augustæ, non vrgere, eo q̄ iure suo Augusti di-
gnitatem non haberet. Sed ista consideratio non videtur pluri
mum vrgere, cum nō soleant reges & imperatores vxores ha-
bere, nisi natas aut sanguine regum vel principū, quæ suo san-
guine illustres sunt, & in dignitate constitutæ. Tametsi Angliæ
rex Henricus modernus duas successiue vxores duxerit non re
gum aut principum filias. Secundo illa Bar. consideratio non
subsistit, per d. l. annua. §. fi. in qua sacerdotes nō sua gratia sed
templi dignitate accipiunt. & gl. est in c. at si clerici, extra de iu-
di. & tñ ad successores [illegible]smittunt. Et ideo Accur. plures inuo-
411 luit solutiones, quas nunc prætermitto. † Vnum interea non
omitto circa prædicta, principē legibus subditorū ex his quæ a
testatorū voluntate procedūt velle eisdē legibus regi & guber
nari, quibus & sui subditi regunt̄. d. l. si Imperatorē. C. qui test.
fa. pos. l. non dubiū. C. de testa. l. Papinianus. §. si Imperator. ff.
de inoffi. test. §. fi. Instit. quib. mod. test. infir. solent allegari. l. di
gna vox. C. de legi. & l. princeps. ff. de legi. Vnde consideratio
Bar. non videtur esse congrua. Secundo, quantum ad legati pe
titionem & transmissionē nonnullæ sunt differentiæ etiā inter
priuatos, quas gl. aperit in l. 2. ff. quando dies leg. ced. Tertio ad
l. annua. §. fi. ff. de annu. leg. dici potest ex illo tex. recte probari
non personæ priuilegium, sed concedentis intentionē spectā-
dam esse, An is, qui seruientibus templo concedit, per nomina
tionem eorū illis specialiter cōcedere intēdat, an vero templo
& templi consideratione seruiētibus templo cōcedat. Secūdo
casu acquirit̄ templo, & hoc pacto ministeriū nominatorū in
consideratione non est, per illū tex. Primo autē casu si testator
personā nominatam considerauerit, licet forte templi mentio
nem fecerit, illi tm̄, non etiā templo acquirit̄, quia alij cōcedi
441 quanto. poſt Anto. de Butr. extra de iudic. † Quæ omnia argumenta non obſtant & faciliter euitari poſſunt. Et illi ijdem An. & Card. dicunt hanc opinionem in prædictis iuribus non probari. ſed cum hæc opinio eccleſiæ fauorabilis eſt, tenenda eſt. Quod q̃ alienum a ratione hoc dictum ſit, iudicet vnuſquiſque vt contra iura & iuris rationem eccleſia, quæ cultrix, vt dictum eſt, iuſtitiæ eſſe debet, dicto capit.primo.de alienatio.feudi.collatio.10.eccleſia, inquit ille tex. cultrix & auctrix iuſtitiæ nõ patitur contra iuſtitiam aliquid fieri in ſe vel in alterum. Si adhęreamus illis, contra ius & iuſtitiam conſequetur, quod iuſũ non eſt. Quare cum ex eorum iudicio veritas ſatis eluceſcat, vt reſponſione opus non eſſet, congruum tamen viſum eſt ſingulis argumentis reſpondere. In primis clementi. paſtoralis.§.ruſus. de ſenten.& re iudica.reſpondet Abb.in dicto capitulo quanto extra de iudic. Imperatorem Henricum ſpecifice & nominatim in ſententia de rebus ad eccleſiam ſpectantibus iudicauiſſe. Non abs re igitur eſſe, ſi ſententia a Pontifice infirmata eſt, cũ falcem in alienam meſſem imperator immiſiſſet. Non ſic eſt, ſi priuatio a iudice fiat ſub nomine vniuerſitatis. Hæc ſolutio non eſt viſa tuta Philipp. Decio in d. cap. quanto.duplici ratione. Prima, quoniam priuatio per imperatorem vniuerſaliter facta erat omnium bonorum, terrarum, iurium, & iuriſdictionum, tam perpetuatum quam temporalium, quæ vniuerſitatem importare videntur, ſecundum doctrinam Abbat. in cap. ex literis, extra de iurepatro. quam Decius ad id citat, Fatetur autem imperatorem in ſententia de bonis eccleſię nominatim non diffiniſſe. Quare aliter reſpondendum eſſe cenſuit, non valuiſſe imperatoris ſententiam, cum de alterius intereſſe in illo iudicio tractaretur, merito in alterius præiudicium bona illa includi non debebant. Secus autẽ vbi de iuris prohibitione agendum eſſet. Hæc Decij ſolutio diuerſa non eſt a ſolutione Abb. Imo ego puto rectius & clarius Abb. locutũ fuiſſe. & ideo Rochus Curtius in d. tractatu, in his verbis, ipſe vel is a quo rñdebat poſt Abb.in d.c.quanto.in dicta clemen.paſtoralis.mentionem non fieri de iurepatronatus. Et quamuis hoc verum ſit, cõſiderandum tamen eſt gl.in argumentum tantum tex. trahere hoc modo, quemadmodum ſententia per imperatorem de rebus ad eccleſiam ſpectantibus lata non valuit, quia ſuæ ditionis non eſſent, pariter non poteſt iudicis ſęcularis ſententia de iurepatronatus lata ſubſiſtere, cum de eo ſolus eccleſiaſticus iudex diffinire poſſit, dicto capit. quanto. per rationes ſupra relatas.& præſertim ratione connexitatis & coniunctionis, quã iuſpatronatus cum eccleſiaſtico iure habet. Hac ratione eccleſia ad ſe illius iuris deciſionem trahit, per dictum cap. quanto, & propter hanc rationem Fely.in d.c.quanto ab opi. Abb. diſceſſit. Aliter & ſecundo Curtius reſpondet non reperiri iure cautum feudum eccleſię eque acceſſorium ad alia bona eſſe, ſicuti eſt iuſpatronatus ad ipſum feudum, & propterea ſm eũ non obſtat illa clementi. Hæc ratio non ſatisfaceret cap.quanto.extra de iudi.quia quamquam iuſpatronatus feudo ſit annexum d.cap.de iure. extra de iurepatrona. non obſtante illa connexitate vult cognitionem iuriſpatronatus ſoli eccleſiaſtico iudici competere, cum potior ſit connexitas, quam ipſum iuſpatronatus, quod cum eccleſiaſtico iure habet, quoniam adeo coniuncta eſt feudo illa connexitas, vt funditus iuſpatronatus iuris ſpiritualis & eccleſiaſtici eſſe dicatur, & ſi de re prophana eccleſiaſtica Imperatori diffiniri non licuit, multominus laico iudici licet de re, quæ mere ſpiritualis eſt & eccleſiaſtica diffinire, vel iudiciũ reddere. Sed quicquid illi dicant, mihi placet Abb. ſolutio. Nam re vera non poteſt eſſe bona illatio ex illa
442 clemen.paſtoralis, † qm̃ nemo eſt, qui inficiari poteſt iudicem ſęcularem idoneum & competentem eſſe feudi iudicem, c.verum, extra de foro competen.cap.nouit.& c.cæterum.extra de iudi. Non enim Papa in d.c.nouit.inficiatus eſt regem Frãciæ verum fuiſſe iudicem regis Angliæ ratione comitatus Pictauenſis & Burdegalenſis, totiuſve ducatus Vaſconiæ, cum rex Angliæ vaſallus regis Franciæ eſſet, neque etiam Papa voluit aliter inter reges quam de fide non obſeruata, non autẽ de ipſo feudo cognoſcere. Si rex Franciæ competens iudex nõ fuiſſet, nõ potuiſſet illius iudicium ad ius regalię, quod in eccleſia Pictauenſi & Burdegalẽſ.alijſve eccleſijs regi cõpetentes ſub ſuo iudicio conſtitui, multominus eccleſiarũ, quæ iuriſpatronatus regij ſunt, & ſic nõ recte Papa in cap.nouit.dixiſſet, nolle ſe iudicem occaſione feudi eſſe, ſaltẽ pro iuribus regaliæ & eccleſijs patronatis, ſed debuiſſet inter vtrunque regem quæſtiones diffinire an in conſequentiam criminis læſæ maieſtatis per regem Angliæ in regem Franciæ cõmiſſi rex Angliæ illo iure regaliæ, & patronatibus ſimul priuatus eſſet, quod quam ridiculũ ſit dicere, cogitet vnuſquiſque. Alias.n. dignitates rei feudali adhærentes pariter & iura, quibus res honeſtantur, & q rei acceſſiones ſunt.l.ſi in emptione in prin.ff.de cõtrah. emp. l.ſi quis intra.C.de bo. proſcrip.l.lex quæ tutores. C.de admin.
443 tuto.diuerſo iure iudicarentur, quod † falſum eſt, argumẽto.l. fi.§.qm̃ vero cõperimus.C.de re milit.lib.12.l.ſi conuenerit.§. ſi nuda ff.de pignora.actione.quem text. Barto.inducit ad comitatum Toloſanum regno Franciæ vnitum, qui non poteſt diuerſo iure cenſeri, quia cum integro ſtatu tranſit.l.ſi qñ.1.C. de bon.vacan.lib.10.dixi in repetitione.l. donationes.in 12. & 13.fundamẽtis.C.de dona.inter virum & vxo. alioqui, vt dixit tex in d.l.fi.C.de re milita.lib.12.forte continget diuerſa ſequi iudicia, quod non fuit intentionis Clementis Papæ in d.clem. paſtoralis.§.denique. imò neque aliter Imperatoris ſententiã infirmare, niſi quod de regno Siciliæ inconſulto Pontifice diffinierit, cum patrimonium ſit eccleſiæ, cap. Fęlicis, de pęnis in ſexto. Et ſic in regno ipſo nullum ſibi ius erat. quod non ſic eſt de iure patronatus annexo feudo, ſeu ab eo dependente, quia verum eſt, regem dominum eſſe, vaſallum vero ſubiectum, ſi de feudo iudicare poteſt, cum omni ſuo integro ſtatu iudicare debet.d.l.ſi quando.1.C.de bo.vacan.l.peculium. ff. de lega. 2.l.ſecunda.ff.de pecu.lega.l.ſeruitutes.ff.de ſeruituti. Ex ſuper feudo iudicando vel fundo, cui ius patronatus inhæret, nemo eſt qui inficiari poſſit, recte ſecularem iudicem iudicare, dicto cap.nouit.& cap.cæterum, extra de iudic. At clemen. paſtoralis, loquitur in eo, quod Imperator de re eccleſiæ nominatim
444 iudicauerat, cuius in nulla ſui parte iudex erat. † Ego autem attentare poſſum & audeo, non recte Pontificem iudicaſſe. Aut enim Robertus rex Siciliæ Ligius erat Imperatoris, aut non erat, ſi non erat, clarum eſt non potuiſſe crimen læſæ maieſtatis in eum commiſiſſe, cum ſubditus non ſit, excepto vno caſu, ſi ſubditos ad defectionem ſolicitauerit, vt aduerſus dominum rebellarent, argumẽto.l.vtrum. ff.ad legem Pompeiam. de parricid.ibi, proinde conſcij etiam extranei eadem pęna afficiendi ſunt. Idem textus in §.alia deinde lex. Inſtit. de public. iudic.ibi, vel conſcius criminis exiſtit. Licet extraneus ſit, pęna parricidij punietur, & ita illum textum, ad id notat illic Ioan. Fab.& recte, dicam amplius in l.penultima.infra eodem tit.in quo videtur Robertum regem in Imperatorem peccaſſe, vt probatur in verbis ſententiæ per Imperatorem latę, & per Clementem Pontificẽ relatę in dicta Clemen.paſtoralis, in princ. ibi, quod cum quibuſdam ipſius ſubditis rex confederationes & conſpirationes fecerat in ipſius maieſtatis offenſam, quodque tractauerat & ordinauerat, vt ciuitates quædam ſub imperij & Imperatoris eiuſdem obedientia conſiſtentes, contra cũ & Imperiũ rebellarent, & plura alia referſitur eiuſdẽ effectus, quę proſequere in eadem clementina. Et id verum puto, quicquid dicat Barto in extrauaganti, qui ſint rebel. in verbo, rebellando, & dicam in l.penultima, infra eodem. Secundo, in eadem ſentẽtia exprimitur, Robertum regem occaſione aliquarum terrarum & prouinciarum vaſallum fuiſſe imperij & Imperatoris, & id Papa Clemens non diffitetur in eadem clemẽ. §.denique, dum ait, deniq; licet rex ipſe terras aliquas ab Imperatore tenere dicatur in feudum, nõ tamen in eis, ſed in regno præfato domicilium ſuum fouebat, quæ ratio nullius ſaporis
445 eſt. † Vaſallus enim vbicunque locorum intellexerit dñm periclitantem, aut inſidias aduerſus eum parari, ſtatim domino detegere debet, & ei auxilium ferre, ne forte in perſonam aut in dignitatem vel honorem, aut bona damnum aut periculũ patiatur.l.fin.C.de his quibus vt indignis.l.1.§.hoc autem. verſi. eodem autem tecto, & in §.ſi quis in villa. & §. cum dominus in itinere.ſup.eod.vbique dixi. Facit propius ad caſum tex. in cap.item qui dominum.§.præterea ſi vaſallus, & c. porro, quæ fuit prima cauſa benefic.amitten.capitulo, licet. verſ. ſi tamen.

ſi dc

si de feudo fuer. conten. inter dominum & agna. capit. ad hoc
versicul. tu. tamen, & §. fin. 1. in fine. hic finitur lex, deinde inci.
consuetu. regni. capit. vnicum de noua forma fideli. & lege in-
tegrum capitulum, & capitu. vnicũ de forma fidelita. Vbi sex
debet vasallus domino, in quibus si peccauerit, reus est in do-
minum. capitulo. similiter, quibus modis feudum amittatur,
446 † Et quantumcunq; Robertus Rex Siciliæ Ligius esset Pon-
tificis, occasione tamen fidelitatis, quam Imperatori debebat,
a pęna lęsæ maiestatis non eximitur, quia securitatem imperij
turbauit l. 1. & tribus seq. ff. ad legem Iuliam maiesta. Plura di
cam in l. penulti infra eodem titulo. Quanquam nulla tunc
dubitatio esset, aut quæstio. inter Papam & Imperatorẽ. vt ra-
tione vel sub velamine pręstandi subsidij Põtifici Imperatorẽ
offenderet. Nõ enim Papa Clemẽs ob id sententiam Impera-
toris infirmat, qđ Robertus rex, vt partes Pontificis aduersus
Imperatorẽ tueretur, Imperatorẽ deseruerit, hostemq; pro
Pontifice aduersus Imperatorẽ fecerit, vt inquit tex. in c. vnico
de natura feudi. colla. 10. sed solũ ꝙ cõfederationes & cõspira-
tiones in Imperatorẽ cum subditis Imperatoris tractauerat,
vt rebellarent, quare puto Imperatorem iure aduersus Rober
tum regem iudicasse, & sentẽtiam lęsę maiestatis pronũtiasse.
Sed si vtriusq; fuisse vasallus Ligius, disputari debuisset, cui
primo fidelitatẽ iurauerat, & sic vter eorũ antiquior esset do-
minus, secũdum. c. fi. hic finitur lex, & c. illud quoq; de prohi.
feu. alie. per Federi. coll. 10. dixi in l. si quis in graui. §. si cũ oẽs.
§. eo tit. nisi forte volueris Papam excipere, cuius Imperator fi
delis esse debet, vt Bar. hoc argumento vsus est in dicta extra-
uag. qui sint rebel. in verbo, rebellãdo, sed nõ cõperio dissidiũ
tunc inter Papam & Imperatorẽ fuisse, propter qđ Robertus
excusari debeat, sed ratio damnationis erat propter conspira-
tiones & coniurationes per eũ cũ subditis Imperatoris factas
per quas status Imperij nõ modice lędebatur, & Imperatoris
persona offendebatur. Tertio, ꝙ potuerit non tm̃ bona Impe-
rij, & quę ab Imperatore tenębat in feudum, sed & quęcunq;
alia bona publicare, duntamen sub generalibus verbis senten-
tia cõcepta fuerit, sicut re vera concepta & pronũciata fuit, vt
refert Clemẽs Papa in dicta cle. pastoralis. §. 1. ibi, priuationis
omniũ dignitatum quocũq; comprehensarum titulo, & qui-
bus se intitulabat rex ipse, authoritatũque, bonorũ, prouincia
rum, terrarum, iurium & iurisdictionũ tam perpetuorũ quã
447 temporalium. † Et ad id me mouet quæstio plene examinata
per Petrum, Cynum, Guli. de Cun. Ioan. Fabr. Barto. Bald. &
reliquos tam antiquos quã neothericos quotquot in l. prima.
C. de Summa Trinita. & fide catholi. scripserunt, dum quærũt
vtrum pęna publicationis bonorum effectum suum extra iu-
dicantis territorium extendatur. Tolle exemplum. in ciuitate
aliqua sententiam publicationis latam fuisse, an bona in alia
ciuitate vel territorio existentia publicata erunt, & fisco appli-
cabuntur. In qua omnes conueniunt, omnia bona, vbicunque
locorum sita sint, publicari, & cuilibet fisco cuiuscunq; terri-
torij applicari exclusis suis & legitimis hæredibus, per l. inde
Neratius. secundo responso. ff. de vsufruc. accrescen. l. si quis
presbyter. C. de episc. & cleri. l. forma. §. si quis argum. ff. de cẽ-
si. l. prima, & l. si qñ 2. C. de bon. vacan. §. fi. Insti. de leg. agnato.
tutela l. mercatores, vbi hoc notat Bal. C. de commerc. & mer
ca. Et de hoc est casus indubitatus in c. cum secundum. §. fi. in
fin. vbi hoc notat Domi. de sancto Gemini. de hæreti. lib. 6. Si
ergo publicare potest, non tantum de Imperatore dicam, sed
& quilibet alius iudex inferior a principe iurisdictionẽ habẽs,
cum mero & mixto Imperio. & qui aut legis communis vel
consuetudinis authoritate publicare potest, vbi tale est crimẽ
propter quod publicatio de iure imponitur, vt inquit l. fin. in
prin. ff. de bo. dãna. quale est crimẽ lęsæ maiestatis auth. bona
damnatorum. C. de bon. damnato. §. fi. in auth. vt nul. iudi. lice
448 re habe. loci conserua. colla. 9. † Communis est opinio vt lata
publicationis sententia omnia bona vbicunque erunt publica
ri, & fisco loci, vbi sita erunt, acquiri, per sup. dicta. & l. 1. ff. de iu
re fisci. Valuit igitur Imperatoris sententia hoc respectu, quã-
quam Bal. in l. executorem. C. de execu. rei iudi. trepidus tamẽ
Papæ sententiam in d. clemẽ. pastoralis de sententia & re iudi
ca. laudauerit in hoc, quod existimauit Imperatorẽ libidinose
magis, quam iuris ratione, & iustitiæ fomite aduersus præfa-
tũ Robertũ Sicilię regem processisse, & quasi inordinate seu
iuris ordine minime seruato iudicasse. Et idem dixit Bar. in ex
trauagan. ad reprimendum, in verbo, figura iudicii, & in extra
uagan. qui sint rebel. in verbo, rebellando, quod autẽ Impera-
tor inordinate processerit, declarat Clemens Papa in dicta cle
men. pastoralis. Primo, quod Robertum regem citauerit com
pariturum Pisis quæ Roberto suspectissima erat, quod de iu-
re prohibitum est. cap. hortamur. [illegible] quæstio. [illegible] 33.
quæstio. 2. l. sciendum ff. de lega. per Bar. [illegible] recusare. ff. ad
Trebel. Nec enim tenebatur rex comparere, etiam cum saluo
conductu, vel etiam cautione de non offendendo sibi prę stita.
Nõ enim tenebatur periculo cautionis se submittere l. qui sta

§. 1. & l. cogi. §. si pater versicu. idem quęrit. ff. ad Trebel. capit.
accedens, extra vt lite non contesta. Secundo, quod alias tu-
tus non patebat sibi accessus, quoniam cum Imperatore vali-
da militum manus erat, qui tremor illi iustum metum induce
bat l. 3. in principio. ff. de vi & vi armata. dixi in l. Diuus, supra,
eodem. Tertio, nõ legitime citatum, de quod in l. 2. & l. cõtes-
taneum. C. quomodo & qñ iudex, quod prosequere vt per
Bartol. in dicta extrauagan. ad reprimendum in verbo, figura
iudicij, aliter tunc non contendo, sufficit mihi Papę Clemen-
tis sententia seu declaratio in dicta clemẽtina pastoralis, circa
prædicta. Alioqui non puto sententiam Imperatoris reprehẽ-
sione dignam fuisse, per prædicta. Nec mouere potest rõ, quã
Bartol. induxit in contrariam ire sententiam, & cum Clemẽte
sentire, quod origine subditus non esset Imperatoris, quod in
territorio eiusdem crimen commissum nõ fuisset, verum est,
nisi in præmisso casu quando penitus extraneus cum subditis
coniurat & conspirat l. verũ. ff. ad legem Pompeiam de parric.
ibi, proinde cõscij etiam extranei eadem pęna afficiendi sunt.
§. alia deinde lex. Insti. de pub. iudi. ibi, vel cõscius criminis ex-
titit, licet extraneus sit. Secundo nisi alias vasallus sit domini
& fide media obligatus c. vnico, de no. for. fidelit. colla. 10. &
alijs de quibus in l. pe. J. eo. ti. sequeretur alias vnũ prorsus ab-
sonũ & a iure alienum, nõ posse quam duorum diuersorũ do-
449 minorum vasallum esse. † vel necesse esset vasallũ duorum do
minorum vni tantũ efficaciter obligari. qđ falsissimũ esse pu-
to. per d. c. illud de prohib. feu. alie. per Feder. & in c. fi. hic fini
tur lex, & dixi in d. l. 3. §. si cum oẽs. §. eo. & est text. in ca. gran-
di. de supplenda negligen. prælato. lib. 6. in his verbis, si aliqui-
bus, forte pręlato regi vel cuicunq; alij personę tenemini. Ve-
rum est autem, si vni primo iurat, posse cum secũdo domino
iurare, excepta tamen primi domini fidelitate, si forte vnum
dominorum in alterum bellum mouere contingat secũdum
glo. in d. c. fi. hic finitur lex, & d. c. grandi. in fi. vel si iurat Impe
ratori, Papã excipere potest, cui Imperator fidelis esset debet,
quia coronam ab eo recipit, & ei iurat c. venerabilem. extra de
450 elec. & c. Ludouicus, & c. tibi domino 63. disti. † quemadmo-
dum de eo, qui fidelitatem inferiori a principe seu Imperato-
re facit, quoniã Imperatoris vel regis ꝑsonas excipere debeat,
dicto c. vnico in prin. de no. for. fideli. c. fi. de prohib. feud. alien.
per Federi. colla. 10. quia Papa superior est dominus, cũ Impe
ratorem deponit c. ad apostolicę de re iudic. lib. 6. & d. c. vene-
rabilem. extra de elec. Hac ratione vbi Papa & Imperator cõ-
tendissent, & Robertus rex vtriusq; fuisset vasallus, propter eã
reuerentiam quam vnusquisq; catholicus ecclesiæ debet, for-
te Robertus rex excusatus fuisset, si relicto Imperatore Papæ
suppetias tulisset, quanquam Papæ officiũ sit exemplo domi-
ni ꝙ Imperatoris esset reddere, non autem bellum mouere d.
c. conuenior. & c. sequẽ. 23. q. 8. & c. causam quæ. extra qui filij
sint legi. quæ Dei Deo. quæ Cesaris Cęsari. Sed in d. cle. pasto
ralis nulla inter Pontificem & Imperatorem quæstio erat. Ex-
ceptis igitur causis inordinati processus, non puto sententiam
Imperatoris potuisse infirmari, & id per viã nullitatis, de quo
in l. si expressim. ff. de appel. l. prolatam C. de sentẽ. & interlo.
omnium iudi. c. quoniam contra falsam. extra de proba. quan
quam Fel. in d. c. quanto. extra de iudi. dixerit hac sola ratione
iudicium Imperatoris infirmatũ fuisse, ꝙ de re ad ecclesiã spe
ctante iudicauerit. In confesso est Clementẽ in d. cle. pastora-
lis. §. rursus de senten & re iud. motum illa ratione fuisse, Im-
peratorẽ falsam in alienã messem immisisse, cũ imperator sub
generalitae verborũ in condẽnatione Roberti regis expresso
rum terras & personas ecclesiæ Romanę subiectas a fidelitate
regis liberasset, & ob id terminos suæ potestatis Imperatorẽ
excessisse. Sed in ea solum Clemens reuocatiõnẽ nõ firmauit
sed in nullitate ex processu resultante, quoniam illa nõ fuisset
concludens ratio, vt s. dictum est, quibus addo tex. in c. fin. de
cap. Corra. colla. 10. Non enim feudũ ecclesiasticum censendũ
est, ꝙ ab episcopo aut rege nomine etiã ecclesię teneat, si for-
te ab Imperatore vel rege origine habuerit, si cõclusioni trãs-
mentanorũ adhęrere velimus, Imperatorẽ totius mũdi do-
451 minũ esse, iuxta l. deprecatio. ff. ad legẽ Rhod. de iactu. † quin
etiam episcopus, aut alius in regẽ vel Imperatorẽ cõmittens,
vtilitate feudi quoad viuet priuari possit, licet forte post eius
mortem ad successorẽ reuertatur d. c. fi. de capi. Corra. & facit
rõ d. c. cęterum. extra de iudi. c. verũ de foro compe. & ꝙ not.
452 glo. in c. dilectus in verbo, regis. extra de preb. † Nõ. n. quia ec-
clesię dedicatum est, a principis potestate eximitur, nisi prin-
ceps ad id specifice cõsenserit c. 1. de prohib. feud. alie. per Fed.
coll. 10. ibi, vel ꝓ anima iudicare sine permissione il[illegible] us domi-
ni, ad quẽ feudũ spectare dignoscit c. donare qualiter feudum
olim aliena. poter. ꝙ de regno Sicilie expresse iure scriptũ nõ
est, preterquam in constitutionibus Pontificũ, qui hoc decla-
rauerũt, videlicet Bonifacius in d. c. fel. cis de pęn. in 6. & Cle-
mẽs in d. cle. pastoralis, vbiq; in Imperatores irritati, videlicet
Feder. & Henricum. Non omitto, ꝙ Fel. not. in c. solite. 3. col.

versic. inquantum, dicit hic singulariter Inno. extra de maior.
453 & obed. primo post Inno. † illic in clerico tēporalem iurisdictio-
nem iure feudi habente, ab eo ad superiorē secularē iudicem
posse appellari. Secundo φ Bar. in l. si qñ C. de app. dixit. si rex
iudicat vt comes, appellatur ad superiorē in comitatu, non at-
tenta regia dignitate c. Romana §. debet, iuncta glo. in verbo,
illio. de app. in 6. φ hodie dedignatur Carolus Romanorū Im-
perator regi Franciç pro comitatibus Flandriç & Arthesij, de
hoc alias, sic nec ratio illa sufficiens esset, si regnū Siciliç ali-
quando imperatoris fuit. Secundo etiam si non fuerit impera
toris, sed ecclesię tm̄, vt dr̄ in d. c. fęlicis, de pen. in 6. & in d. cle.
pastoralis, tñ adhuc corā imperatore a quo conueniebatur tan
quam subditus & vasallus suę maiestatis reus cōparere teneba
tur, neq; Pontifex in d. cle. pastoralis, inficiebatur Robertū Re
gem Imperatoris vasallum esse, occasione aliarū terrarū. Qua-
re coram eo vt vasallus & subditus comparere tenebatur pro-
positurus aut defensiones aut excusationes. Fely. plures addit
in d. c. solite, cū Bar. d. l. si qñ, concordantes, dicam forte alias si
tēpora concedant, & spiritus hos regat artus. Secundo, non ob
stabit clem. pastoralis, huic nostræ conclusioni, qm̄ Clemens
Papa infirmauit imperatoris sniam, eo qd̄ Robertus Rex non
esset imperatoris subditus, neque in imperatoris territorio re-
pertus neq; requisitus, iuxta l. si cui. §. fi. de accus. de quo ēt per
Bal. in c. iniuria, de pace tenen. & iura. firmā. colla. 10. vbi ergo
Robertus Rex subditus fuisset imperatori rōne feudi, & in ter
ritorio repertus & ordine iuris seruato processisset, non inficia
tus fuisset Pōtifex, quin Imperatoris snia in Robertum Regē
exequi potuisset, & omnib. insignib. regijs alijsve dignitatibus
exui, & exauctorari, etiam si cum ea aliqua priuilegia annexa
fuissent. Et id argm̄ sumitur ex §. deniq; in eadem clemē. & in
versi. sed. ibi, verum est quidem si eodem districtu fuisset inuē-
tus delinquens, vel ad illud de more remissus. Et prius dixerat,
quod si punitio criminis intra districtū imperialem commissi
ad imperatorē forsan pertinuisse asseratur, verū est quidē si eo
454 dem districtu &c. vt supra relatum est. † Præterea in proposita
quæstione si super iure patronatus quæstio tantum fuisset, for
te subsisteret rō d. c. quanto, extra de iudi. vtpote si ius patrona-
tus nulli feudo seu fundo annexum esset, sed nulli rei adhærēs
per se staret, vt supra dictum est argumento l. iura. ff. de iure pa
tro. l. familiaria. & l. seq. ff. de reli. & sumpt. fune. l. pro hærede,
§. si quid tamen quasi hæres, & §. fi. ff. de acquir. heredit. in quo
casu. c. de iure & c. quoniam clericis, extra de iure patrona. ve-
rificari posset. Sed vbi cum fundo & vniuersitate rei est, non
puto verum esse, sæcularem iudicem non posse cū ipsa vniuer-
sitate diffinire, sed quemadmodum cum vniuersitate per lai-
cum alienari, & de eo quoquomodo disponi pōt, d. c. cum sæ-
culum, extra de iure patro. agitur per delictum alienat, & velu-
ti rerum suarum omnium iudicem facit, si tale delictum sit, φ
bona delinquentis publicet, per illum tex. Et argm̄ est conclu-
dens, quia si ratio. c. quanto, in quocunque iure patronatus cō
455 cluderet, absurditatem induceret. † Et ideo dico iuris patrona-
tus laici duas esse species, vnam quæ per se subsistit, vt est in eo,
qui ad ædificandam de nouo ecclesiam, vel eam dotandā om-
nia ad id necessaria administrat, propter quod Basilicæ patro-
natum consequitur, ex ipsa iurispatronatus consecutione ali-
cui fundo iuspatronatus non afficitur, d. c. nobis, in prin. & ca.
quoniam, vbi per glo. extra de iurepatrona. & d. c. filijs, & c. piæ
456 glo. 16 q. 7. Et in hoc † dici posset, iuspatronatus mere spiritua-
le esse, licet ad successores fundatoris perueniat q generis fun-
datoris erunt, d. c. filijs. & c. piæ mentis, & d. c. considerandum
16. quæstione. 7. dicta. l. iura. ff. de iurepatro. de quo in c. primo,
& dicto. c. quoniam, extra de iurepatro. & de eo potest decret.
quanto. extra de iud. inte ligi, quia sine gleba est, & id vendi ne
que etiam aliter alienari potest, d. ca. de iure. & c. quoniā, extra
de iurepatron. imò plus dicit Henr. c. Bohic, in c. ex insinuatio-
ne, extra de iurepatro. non posse hoc casu patronum in præiudi
cium legitimorum hæredum illi iurispatronatus quoquomo-
do renunciare, etiam si illius hæredes non essent l. fi. ff. de iu-
repatro. d. c. considerandum, vbi hoc notat Archi. 16. quæstio.
6. & c. presens, 22 q. 3. quanquam Lauren. contrarium dicat, se
cundum eum, & prius eo dixit Archid. in locis prædictis. Lau-
rentius subscribit se Henric Bohic. per c. significauit, extra de
test. sed ille tex. nihil facit, imò præcedētem Archid. sniam cō
firmat, quia loquitur in eo, qui in ipsa fundatione nihil iurispa-
tronatus retinere voluit, sed ecclesiam voluit remanere libe-
rā, quare mirum non est, si sibi & suis hæredib. præiudicat. Et
in hoc pondera caput illius decretalis ibi, volentes fundationis
tempore se in ea nihil iuris retinere dixerūt, & ne probationis
copia deficeret, permittit Papa testes ad æternā rei memoriā
457 examinari, fundatore & eius hæredibus vocatis. † Imò plus ēt
si pro crimine perduellionis patroni bona publicarentur in fi-
scum hoc iuspatronatus non transiret, d. l. iura. & l. filij. ff. de iu-
repatronatus. Et ratio ponitur in l. eum qui. ff. de interd. & re-
legat. quia filij hoc iuspatronatus a patre non habent, sed a ge-
nere, a ciuitate, a rerum natura, aut alias. Idem in d. l. pro hære.
de. §. si quid tamen quasi hæres, & §. fi. ff. de acquir. hæredit. Et
istud est, quod de iure dici solet in patrono antiquo, vel in quo
quis ex fundatione ius sibi & hæredib. suis acquirit d. §. si quid
tamen quasi hæres, & in d. l. eum qui. in princ. ff. de interdict. &
relegat. & d. l. familiaria, & l. seq. ff. de religio. & sumptib. fune.
gl. plures illis similes refert in l. fi. in verbo, parentis ff. de bonis
damna. de quo etiam in capit. fina. Episcopum, Abbatem vel
Abbatissam, collat. 10. Et ista est mera veritas, quicquid Henri
cus post Laurentium dicat in d. c. ex insinuatione. Et ob id ve-
riorem esse puto Archidiaconi sententiam in locis prædictis.
Et de hoc iurepatronatus debet capitulum, quanto, extra de
iudicijs, intelligi & regulari secundum dictum capit. de iure,
458 & cap. quia clerici, extra de iurepatronatus. † Aliud est iuspa-
tronatus cohærens & adhærens feudo vel fundo seu alicui alij
prophanę rei, & istud iuspatronatus quantum ad cessionem,
transmissionē, & omnimodā aliam translationem rei naturā,
cui adhæret, retinet, cum hoc ex conuentione proueniat, & q̄.
quam spiritualitati sit annexum, non tamen sic annexum est,
vt tollat feudi naturam, vt quemadmodū feudum ipsum alie-
nabile est transmissibile & cessibile, sic & iuspatronatus cū eo,
quocunq; modo transferatur, transit d. c. cum seculum, & cap.
459 ex literis, extra, de iurepatro. † Res. n. semper cum integro suo
statu transit l. 1. C. de bon. vacan. lib. 10. argumento est l. 1 §. cū
vrbem ff. de offic. præfec. vrb. l. si conuenerit. §. si nuda, cū ibi
notatis per Bart. & Alex. ff. de pign. actio. Et adde prædictis pul
chrum tex. in l. via §. si fundus, ff. de seruit. rustic. prædio. fundo
seruiente & dominante publicatis, cum sua conditione quisq;
fundus publicabitur. Et hanc sententiam Hosti. de Sancto Pe
tro amplexus est, & allegat. c. cum Bertholdus, & quod ibi gl.
fin. notat extra de re iudic. dum allegat l. in modicis. ff. de con-
trahen. emptio. quę cum d. c. ex literis, & c. cum sęculum, recte
conuenit. Et hanc distinctionem admittit l. si sepulchrum, C.
de relig. & sumptibus funerum. Alioquin in facultate vnius va-
salli esset inuito domino, feudi naturam, cōditionem & digni-
tates, contra iura feudi alterare, seu mutare, quod non licet, d.
cap. 1. de prohib. feu. aliena. per Feder. & de hoc iure patrona-
tus non puto posse dictum, cap. quanto, intelligi, & dum dici-
tur adeo spiritualitati annexum esse, vt spirituale omnino cen-
sendum sit, sicut dixit illic gl. & in d. c. piæ, 16. qō 7. verum est,
quando nulli alteri rei adhæret, sed per se solum est, licet laico
competens, & proprie aduocatio dicitur in d. cap. quia clerici.
& cap. de iure, extra de iure patrona. quæ decretalis hac ratio-
ne quod per se subsistit, vel separatum est a fundo, prohibet vē
di, quia est spirituali annexum. Imo, vt glo. voluit in dict. capit.
piç. 16. q. 7. & in d. c. quanto, pro simpliciter spirituali accipien-
dum est. Non sic est, si cum vniuersitate vendatur, dicto capit.
ex literis, extra de iure patrona. Et idem dicit glo. in dicto cap.
quia clerici. & in cap. cum Bertholdus, extra de re iudica. & in
dicto cap. filijs. 16. quæstio. 7. Et ego puto hanc conclusionem
recte probari in dicto cap. cum sęculum, extra de iure patrona.
quem tex. considerauit etiam Decius in dicto cap. quāto, dum
in illa Decretali dicitur ibi, emptorum, aliterve acquisitorum,
vel etiam alio modo iuspatronatus in ecclesijs parochialibus
acquisierit, & sic omnes modos, quibus in alium trāsferri po
test, ille text. amplectitur, nullo inter modos translationis ha-
bito discrimine. Addo prædictis duas alias considerationes ad
dictam Clementinam pastoralis, de re iudica. Prima quia non
ex eo, quod Imperator de iure patronatus diffinierit, sententia
eius irrita fuerit, sed in eo quod regno priuauerat, quod feudū
erat ecclesiæ, si ergo non fuisset ecclesiæ, sed imperatoris, cu-
ius occasione subditus fuisset, non sic Papa intellexisset, quia
Papa de feudo, quod ad regem spectat, & cui notio & diffini-
tio soli competit, semper remittit, & protestatur de eo cogni-
tionem non assumere dict. cap. causam quæ, extra qui filij sint
legit. c. 2. extra de priuileg. & d. c. nouit. extra de iudicijs. Non
est igitur verisimile, Papam iudicium eius alia ratione voluis-
se interuertere, dict. cap. nouit, extra de iudi. si ergo princeps iu-
dex est idoneus rei principalis, ipsius feudi, pariter & omnium
dignitatum & iurium ad ipsum feudum spectantium. Et ita
declaratur in d. cap. nouit, & in c. causam quæ, & in d. l. in mo-
dicis ff. de contrahen. empt. & l. via. §. si fundus, ff. de seru. rusti.
prædio. Secundo in d. clemen. pastoralis. reclamabat Robertus
Rex ab Imperatore φ in eum seruire volebat, & iure hoc po-
terat l. si vindicari. C. de pęn. ca. cum apud Thessalonicam, 11.
q. 3. §. deinde competens, in auth. de manda. prin. collatio. 3. Et
in hoc consideratur ratio dicti. c. nouit. dixi in d. l. donationes.
C. de dona. inter vir. & vxor. in repet. Ex alio capite Pontifici
intererat vasallum suum a tyranno cōseruari, ne iniuria affice
460 retur, † imò secundum feudi naturam tenebatur omnino va-
sallum adiuuare, quoniam fides inter dominum & vasallū est
reciproca. c. vnico, in fine, de for. fideli. collatio. 10. Si ergo Pōti
fex Robertū Regē eximere curauit, mirū non fuit, sed omnia
hæc in qōne proposita locum obtinere nō possunt, quia index
de feudo

de feudo cognoscens,secundum feudi legem iudicat, dicto ca-
nonit.& cap.cæterum. Secundo si de principali cognoscit, ac-
cessorium non iudicat,sed tantum in consequentiam principa
lis venire dicitur, & ita Iureconsultus respondet in d.l. in mo-
dicis,ff.de contrahend.empt.inquit ille text.quia non speciali-
ter locus sacer,vel religiosus venit,sed emptioni maioris partis
accessit. Præterea d.l.via,§.si fundus,ff.de serui. rustic. prædio.
ait,quia cum fundus publicatur, cum sua conditione publica-
tur.Et est ratio cap.cum literis,extra de iure patrona.& dicti, c.
cum Bertholdus,in prin.extra de re iudica.& cum vniuersitate
transit,& gl.addit,l.si aquę ductus,& l.dolia ,ff. de contrahen.
empt.facit,l.quædam,ff.de acqui.re.domi. Ad secundum argu
mentum quod fuit glos.in d.c. quanto, extra de iudi, quod illic
Ant.Fely.& alij sequuti sunt,& fuit etiam glo.in d.cap. pię.16.
quæstione,7.quod ratione annexitatis sit iurisdictionis ecclesia
sticæ,ad illud idem Fel.respondet in c.significauit,in primo no
tabili, extra de testibus. Licet enim causa iurispatronatus sit
spiritualibus annexa.d.c.quanto.non tñ sic est annexa,qñ de ex
cludendo patrono a iure patronatus agitur,& ratio,secundum
eum est,quia de patronatu non habet cognoscere secundũ ip-
sum,alleg. Bart.in l. Titia,ff.sol.matrim.l. omni nouatione, C.
de sacrosan.eccl.l.quoties,C.de iudi.l.2.ff.de iurisdic.omnium
iu. Et ita dixit Feder.tenuisse in consil.192. inci. facta est lex. &
cons.247.incipiēte,Domino Andreæ. Allegat etiam Io. Andr.
Anto.de Butr.in c.tuam,extra de ordi.cogni.& in c. cum sit,ex
tra de foro compe.dum dicunt de quæstione spirituali in iure
consistente,puta an matrimonium legitimum fuerit,secularis
iudex non cognoscit,sed de spirituali in facto cōsistente,vt pu-
ta,an Seia Titio desponsata fuerit. Hoc idem dixit Ant. de Bur.
in d.c.quanto.in fi.extra de iudi. quorum dictum, ampliori sty
lo paulo post examinabo. Cum nostra ætate Romæ disputatũ
fuerit,eo quod Galliæ praxis illorum dicta amplexa est. Et isto-
rum solutio, quæ supra diximus, plurimum confirmat. Et per
eam alteri argumento istius consecutiuo patebit responsio,
dum dicitur, nō esse bonum argumentum de specie ad genus.
in istis iurisdictionalibus, vel si cōuertere vis argumētum eorũ
vt supra dixi,bonum esse argumentũ de genere ad speciem ne
gatiue, quia si in specie cognoscere non potest laicus iudex de
iure patronatus,similiter nec in genere. Et ad cōfirmationem
primi argumenti inducitur ca.primum,de confes.in 6. ille tex.
in primis contradicit eis,si recte consideretur, quoniā plerique
461 † doctores non admittebāt negatiue positionē,ex eo ꝙ p̄stes
improbabilis est. Alij vero volebāt eā admitti, cum per aduer-
sarij confessionem probari possit,vt in cle. constitutionem, in
fi.de electio.& Moder. Papin.tractat in l.si duo patroni, §.Iulia
nus,ff.de iureiuran. propter illorum disputationem facta est a.
Bonifacio Decretalis prima de confes.libro 6.quæ voluit posse
per aduersarii confessionē probari.& sic licet in genere videa-
tur positio illa improbabilis, tamen in specie probationis facta.
est probabilis. Ego huic argumento do plures instantias, per
462 quas constabit,non esse concludens hoc argumentum. † Si di-
xeris, latrunculator in genere de causa ciuili cognoscere non.
potest.l.solēnis,§.latrunculator,ff.de iudic.ideo in nulla specie
de causa ciuili cognoscere potest, contradicit text. in l. sed &
loci.§.si dicantur.ff.finium regundorum si dicātur,inquit, ter
mini direpti vel exarati, iudex qui de crimine cognoscit, etiam
de finibus cognoscere potest. Idem in l.defuncto. fina. vbi per
Bartolum,& Ioann.de Imola.ff.de publi.iudic.hic repeti pos-
463 set.l.quoties.C.de iudicijs. Secundo,si dixeris econtrario,† iu-
dicem ciuilium causarum non esse ciminalium capacem,si ta-
men crimen incidit,de crimine cognoscit.l.nullum.C.de testi-
bus,quia iudicis religio offensa est.l.nulli prorsus,& dict.l.quo-
ties.C.de iudic & quod notatur in l.2. ff. de iurisdictione om-
nium iudicum. Secūdo ex.§.& iudicare.& §.nulla.circa finem.
in authent.de defenso.ciuita.collat.3.non habens alicuius spe-
ciei iurisdictionem, igitur in genere priuatus est iurisdictione,
non concludit argumentum,defensor non cognoscit de causis
meri vel mixti imperij, neque iurisdictionis maioris, in specie
tamen vsque ad trecentos aureos cognoscit, pariter in magi-
stratibus municipalibus dicitur in l.magistratibus,ff.de iurisdi-
ctio.omnium iudic. E diuerso supremi magistratus ad inferio-
res iudices causas minimas remittere debēt,dicto §. & iudica-
re. Idem in præfectis annonę, quibus cura esse annonę, in l.1.
C de offi.præfect. anno. Addo predictis quod Marianus Socin.
notat in c.2.colum.4.versicul.octauo fallit, extra de plus petit.
dum dicit, si per sæcularem iudicem plures complices eiusdē
criminis apprehensi sint & in carcerem coniecti, & eorum ali-
qui clerici sunt,remittendi erunt omnes ad ecclesiasticum iu-
dicē puniendi,ne,inquit,ratione eiusdē criminis diuersa cōtin-
gat fieri iudicia,per l.si is qui duos. ff.de libe. lega.l. si commu-
nem,ff.quemadmo.serui amit.sed melius facit.l fi.§.quoniam
vero comperimus.C.de re milita.lib. 12. cuius supra memini-
mus. Et clerici propter dignitatem trahent ad se laicos, argu-
men.c.per tuas, extra de arbit. Cuius tamen authoritas nō ab-
seruatur,& sæpissime furcis suspendūtur,qui laici sunt,qui ve
ro clerici ab episcopis impunes remittuntur. Non prætermit-
tam obiter circa id,quod sedente laudatissime recordationis,
Ludouico huius nominis inter Francos reges. 12. in Gallica
na synodo, quæ Turonis suo nomine congregata fuerat anno
10.supra millesimum & quingētesimum, mense Septembri,
querela grandis per generalem regis procuratorem in omnes
episcopos & archiepiscopos in eadem synodo existentes hac
occasione facta est, ꝙ paucis ante diebus laici iudices nonnul-
los sacrilegos suspendio vitam finire coegerant, clerici autem
qui ecclesiastico iudici remissi fuerāt,quotidie cum amicis &
consanguineis conuersari videbātur,abhinc pluries & pluries
pariter contingere perpendimus. Nunc ad institutum redea-
mus,quicquid de iure dici ꝙ sustineri posset, non improbabi-
liter tamen praxis Gallica defendi posset.sed Mariani sñia non
illaudanda est, & Felyn. nam prosequitur in c.placuit.extra de
præscrip.tex.est in c.quam sit.extra de iudę.in his verbis, tuisq;
464 socijs.† Ille ergo,qui iudex per se competens non est, ratione
adiuncti competens est. Excipiuntur inter incidentes causas
hę,quæ mere spirituales sunt. de his diffinire necesse est, quia
forte præiudiciales sunt.c.tuam.extra de ordine cogni.c.lator.
extra qui filij sint legiti. sed si quid est in facto consistens, pro-
pterea iudicis laici cognitio non supersedebitur, dicto. c. cām
quæ extra qui filij sint legi.quem tex.copiosius explicabo. Ter-
tio,addo illam instātiam. c.de iure patro. simpliciter prohibet
ius patronatus, ꝙ est spirituali annexũ alienari. Et gl. illic quæ-
rit, qualiter annexum erit,respondet,dic vt in c. quanto. extra
de iudi. si ergo ius canonicum simpliciter & in genere prohi-
bet ius patronatus vendere,ꝙ est annexum spirituali, secundũ
formam d.c.quanto. & prout illic glos.explicat,& supra retuli-
mus,similiter & quęlibet eius species debet esse prohibita quia
cā iuris patronatus est adeo coniuncta & annexa spiritualitati,
vt separari nequeat. Male ergo permissum est cum vniuersita-
te vendere,in d.cap. ex literis.& c.cum sæculum.extra de iu.pa.
quoniam in vtroque eadem ratio militat,imò grauius peccatũ
est venditionibus,donationibus, & quibusuis alijs cōtractibus
& modis,sacra & religiosa & mere spiritualia in commercium
deducere,vt in l.sed Celsus.in princ.ff. de contrahen. emptio. l.
inter stipulantem.§.sacram rem.ff.de verb.ob.quam per iudicē
laicum sua sñā diffinire, cum hoc sit iuris positiui illud vero
iuris diuini. Imò expresse a Christo prohibitio processit, dum
nummularios,& mercatores de templo eiecit,Matth.21.cap.&
Marci.11.& in cap.qui studet.1.quæstione prima & in capitulo
sicut. extra de simonia. Christus autē dñs noster Iesus passus
est se a Pilato iudicari,& morte condemnari. quoniam potestas
ei a domino Deo data est, vt scribitur Ioan. 19. c. Non haberes
potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper.
Et Paul.apost.in epistola ad Roma. c. 13. Non est potestas nisi a
Deo. Et Pontifex quandoque Reginę Francię iudicium,seu cri-
minis Mennę episcopo impositi purgationem remisit, in cap.
Mennam.2.q.4.quamquam de ecclesię potestate in disputatio-
nem trahere non audeam,neque volo,quia cum ea, quam sen-
tit ecclesia eam supplex veneror & obseruor & quicquid hic in-
seritur non nisi disputationis gratia ad confirmationem nostræ
disputationis recenseo,quia vere grauius est vendere spiritualia,
quam de his iudicare,quamquam neque vnum.neque alterum
liceat. Non ergo iuspatronatus feudo adhærens & annexum &
coniunctum est spiritualitati, sicuti in argumentis suis Anto. &
Felyn.considerauerunt,quia nec cum vniuersitate liceret. sed si
genus ipsum prohibitum est, quælibet eius species prohibita
esset. Siue econtrario argumēteris prout et an Philippus Dec.
465 meminit in cap. quanto. extra de iudic. † Vbicunque enim ali-
quid in specie fieri prohibetur, in genere fieri non potest. cap.
2.de constitu. in 6. illi tamen facta instantia resistit. cap. de iure.
& cap.quia clerici.extra de iure pat.in specie prohibet iuspatro-
natus vēdi, in genere ergo prohibitio facta est, & sic cum vni-
uersitate vendi non poterit. quod falsum est d. cap. ex literis. &
cap.cum sæculum.quomodocunque igitur argumentum resu-
matur, non concludit. & sufficit hęc instantia ad tollendam ar-
gumenti consequentiam, vt in cap. sicut vrgeri. 1. q. 1. Et ideo
recte & plus iusto responsum esse puto argumentis per Felyn.
commemoratis.in dicto cap. quanto. vt intelligatur de iure pat.
quòd est adeo coniunctum & annexum spiritualitati, quale est
illud quòd per se sine fundo vel feudo subsistit, vt vendi non
posset.d.c.de iure,& cap.quia clerici. extra de iure patro. Pariter
per iudicem secularem diffiniri non posset. per dictũ cap. quan-
to.extra de iudi.l.iura. ff. de iure pa & alijs legibus supra relatis
Secus autem est, vbi fundo aut alteri rei temporali annexum &
& vnitum erit, quia & vendi, & quoquo alio titulo cum vni-
uersitate rei,cui adhæret,seu coniunctum & annexum est,trans-
ferri & acquiri poterit c.cũ sæculum. & c. ex literis.extra de iure
pat.d.l.in modicis.ff.de contrah.emptio. l. quædam. ff.de acqui.
ren. re. do. etiam per publicationem. dicta l. via. §. si fundus. ff.
de seruitu.rust.prædio. Quarto, Non obstat, quod supradictum

eſt ius patronatus laicis ex quadam diſpenſatione cõcedi. hoc
verum non puto, ſed ex quadã quaſi conuentione, & in remu-
nerationem beneficij a patrono in fundatione vel dotatione
eccleſiæ accepti, vt in d.c.piæ.ca filijs.16.quæſt.7.& c. nobis.ex
tra de iure patrona. Et cũ facultate tranſmittẽdi ad quoſcunq;
extraneos hæredes c.2.& quoniam, & c. ex inſinuatione. ex-
tra de iure Pa.clemen.plures de iure patro.c conſiderandum,
& ca.filijs 16.q. 7.c.præſens in princi. ibi, in locum eius ſucce-
deret. 20.q.4.quem tex. Archid.ad id notauit in d.c. conſiderã
dum hic repeti poſſent, quę ſupra dicta ſunt de donatione re-
muneratoria ſecundum l.ſi pater.§.fi.& l. Aquilius.ff.de dona
tio.& ſic conceſſa eſt nõ ſimpliciter illa qualitas, ſed cum cau-
ſis ſuis, & potiſſime cum ptãte tranſmittendi quocunq; titulo
ſeu modo etiam ad extraneum, in d. c. cum ſeculum, & reli-
quis capitulis ſupra relatis alioquin donationis id erat l. fiſtu-
las.§. fi ff.de ꝯhen.emptio.lege qui cum vno. in princi. ff.de in
diẽ additio. Confirmatur hæc concluſio optimo ſimili. Pone
466 † enim patronum abſq; legitimis hæredibus decedere, clarũ
eſt fiſcum eſſe hæredem, auth.hoc amplius. C. de fideicõmiſ.
467 vel † ſi vaſallus ſit non exiſtentibus hæredibus, feudum ad do-
minum reuertitur ca.& quia, & c.ſeq.qui feudum dare poſ. c.
rurſus de controuerſ.inueſti.c.fi.de ſucceſ.feu.c.vnico, de feu-
do marchion.vel duca.vel comita.c.vnico, de benefi.frater. Et
reuertitur feudũ ad dominum cum fructibus cum diſtinctio-
ne poſita in c.fi.hic fin.lex.& c.vnico.de natura ſucceſ.feu.col.
10.c.firmiter, & c.inſuper de prohib.feu.aliena.per Fede. Poſ-
ſent pleriq; alij tex. hic congeri, & leges feudales Papa nõ im-
probat, vt ſæpe dictum eſt per d.ca. cæterum. extra de iudic. c.
verum.extra de for.compe.c.quo iure 8.diſt. ſed qui de publi-
co crimine damnatur, propter quod de iure vel conſuetudine
publicatio bonorum ſequitur, vt in crimine leſæ maieſtatis, au
thent.bona damnatorum. C. de bo. dam. l. Panthonius. §. rei
perduellionis. ff.de acquiren. hæred. l.quiſquis. C.ad legẽ Iul.
maieſta. & alijs criminibus, quæ bonorum publicatio ſuapte
natura ſectatur ſeu comitatur, vt in c.deniq; & in c.porro.quæ
fuit prima cauſa benefi.amitten.colla.10. d.c. inſuper de pro-
hibit.feu.aliena. per Feder. & ſic paſſiue filij alijq; ſui & legi-
timi hæredes inteſtabiles ſunt. Et ſic fiſcus vel dominus a lege
vel conſuetudine, qui iure & ratione naturali non erat hæres
l fi.ff.de bon. dãnato.ti in conſequentiam publicationis feudi
vel bonorum ius patronatus non comprehenderetur, quod
ſua natura conſecutiuum eſt, imo annexum & coniunctũ fun
do priuaretur dominus iure ſuo, cõtra legem & cõſuetudinẽ
q; prohibet tex.in d.c.quo iure.8.diſt. Neq; vt dictũ eſt, princi-
paliter dr̃ ſuper eo iudicium fieri, ſed accedit tñ rei iudicatę
& damnatę d.l.in modicis.ff.de contrahen.empt.l vn.§.ſi fun
468 dus.ff.de ſerui ruſt.prædio l.2.ff.de pecu.leg.l.illud.ff.de hære.
inſtituen.l.quædam ff de acqui.re. do. † Secus aũt fore dicen-
dũ eſt, ſi ius ipſum nulli rei cõiunctum vel annexum eſt d.l iu
ra.vbi hoc notat glo ff. de iure patron. Et ita intelligatur dictũ
c.quãto.extra de iu.c.c.de iure.& c.cleri. extra de iure patro.
Et illud ius ſicut renuntiatione in alicuius fauorem facta non
tranſmittit l.filij ff.de iure patr.ſic nec publicatione transfert,
quocunq; crimine patronus damnatus ſit, dicta l.iura.ff.de iu-
re pa. quæ in perduellione loquitur. Addo gl.in d. c.conſiderã
dũ.circa fi.gl.& in d.c.piæ 16.q.7. Neq; in iure comperio mo-
dos transferendi iuris patronatus ſpecifice expreſſos & limita
tos, ſicut de iure cauſæ ingratitudinis limitatę reperiuntur in
§.cauſas in auth.vt cum de appel. cognoſci. colla.8. Pariter &
amiſſionis feudi, vt in ca.porro.& ca.ſeq.& per totum titulum
quę fuit prima cauſa benefi.amittẽ.& in tit.quibus modis feu.
amit.col.10.glo.memorat in c.Quintauallis.extra de iureiurã.
Non ſic expreſſe limitatũ eſt in iure patronatus, imò, vt ſup.di
ctũ eſt, de iure contrariũ deducitur in d.c.cum ſeculum.extra
de iu. patro. vbi tex.vult ius patronatus acquiri vel tranſmitti
poſſe iiſdem modis & vijs, quibus de iure vel conſuetudine
tranſmitti & acquiri poteſt, dum in illo text. poſt expreſſionẽ
aliquorum ſpecialium ꝯrium dicitur, vel etiam alio modo ius
patronatus in eccleſijs parochialibus acquiſieritis. Addo prę-
terea aliam inſtantiam in ca.inter cætera.extra de immunita.
eccleſia. duo crimina tantum excipiuntur, propter quæ Papa
vult reos illorum criminum eccleſię immunitate priuari, cæ-
teros vero reos cuiuſcunq; qualitatis ſunt impacti, vult eccle-
ſię immunitate gaudere. & tamen extra illa crimina alia ſunt
in iure canonico ſcripta, propter quæ beneficio immunitatis
exuuntur in c.1.de de homici.in 6.in c.1.extra de homici. in c.
pe.& fi. extra de immunita.eccleſia. In incorrigibili in clemẽ.
1.de vita & hone.cle.indecens nõ eſt, neque a iure alienũ alios
eſſe tranſmittendi iuris patronatus modos præter eos, qui per
gl.in d.c.cum ſeculum exprimuntur, & in d.ca.piæ.16.q.7. Nã
hic nouiſſimus modus expreſſus eſt per gl.in d.c. conſideran-
469 dum, & in d.c.filij.16.q.7.Secundo Axioma vnum addo, † vbi-
cunq; caſus emergentes in iure expreſſe deciſi non inueniun-
tur, in iudicum arbitrio remittuntur. §. ſed quia natura, quæ
fuit prima cauſa benefic. amitten. quem tex. Roma. ſignauit
in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dam. infe. Cui addo ſimi
lem in §. 1. in prin.in authent.de non eligen. ſecundo nuben.
colum.1.vbi glo.1.addit aliam in l.2.§.ſed quia. C.de vete.iu-
re enu. plures aliæ recenſeri poſſent, nunc pro complemento
eius ſufficiet l.non poſſunt.ff.de legi.& l.natura.ff.de præſcrip.
verbis. Natura enim plura negotia quam vocabula induxit.
Igitur ſic iura coarctare ſatis a ratione alienum eſt, cum pleri-
470 que alij modi inueniantur, vt dixi ſupra. Tertio clarum † eſt
ad hęredes etiam extraneos iuſpatronatus, quales quales ſunt
poſſe tranſmitti.& id nemo Canoniſtarum inficiatur in dicto
ca.2. & c.quoniam & c. ex inſinuatione. extra de iure patron.
& in dicto ca.piæ.& c.filijs, & c.conſiderandum vbiq; gloſſ. &
Archid. notant. 16. quæſtio. 2. Neq; diſtinctio fit, quales facti
ſunt a lege ſcripta, vel municipali, ſeu conſuetudinaria, ſicut in
cauſis feudalibus ſupra dictum eſt, quæ a conſuetudinibus, &
legibus municipalibus originem traxerunt. c. & quia & c. ſe-
quen.qui feudum dare poſ. Poſſent hic plures text. cumulari.
vnde canon non prohibet illos ad ſucceſſionem vocari, quos
conſuetudo vocat, immo vult illam omnino ſeruari, vt dixi
per dictum capitu.quo iure.octaua diſtinctio.dicto capitu. cę-
terum, & capitu. nouit. extra de iudicijs, ſed nomen hæredes
eſt nomen iuris, quoniam is, qui ad ſucceſſionem alicuius vo-
catur, iure hęres dicitur l.hęredis appellatione, & l.hęreditatis
appellatione.ff.de verbo.ſignifica.niſi expreſſe a lege vel con-
ſuetudine a ſucceſſione perſonę aliquę inueniantur prohibitę
ſicuti de iure Digeſtorũ ſeu legis 12.tabularum, filij exhęreda
ti non ſuccedebant pariter neq; emancipati, vt plene in l. Gal-
lus.ff.de liber.& poſthu.dixi plene in authenti.ex cauſa.C.de li
471 beris præteri.vel exhæreda. † Licet de iure ꝑtorio hoc immu-
tatum ſit, præſertim in emancipatis non exhęredatis, vel non
mala mente exhęredatis, vt in l.3.ſi emancipatus, & l. non pu-
tauit.ff.de bo.poſ.contra tab. Per omnes in l.filio præterito. ff.
de inni.rup.& irri.teſta.l.multi.ff.de libe.& poſthu. l. maximũ
vitium.& authent.non licet, & auth.ex cauſa.C.de libe.præte.
Pleni ſunt noſtri Codices. Ex feudorum cõſuetudine fęminę
non ſuccedunt, licet iure Romano ſuccedant dicto ca. & quia
& c.ſequen.qui feud.dare poſ.c.fin.de ſucceſ.feudi.& plerisq;
alijs titu.quos conſulto pretermitto. In adoptiuo filio idem. c.
adoptiuus ſi de feudo fuerit conten. inter domi. & agna. col-
la.10 qui alias de iure ſuccederet l.1.§.liberos iuncto.§.in infi-
nitũ.ff.de lega.preſtan dicta l.ſi te parens.C.de ſuis & legi. hę-
red.l.fi. C.de adop.§.1.inſti.eo. titu. Idem in naturalibus libe-
ris c.naturales.ſi de feudo fuerit cõten.inter domi.& agna.col
la.10.qui tñ in aliqua parte ſuccederent.§.fi.in auth.quib.mo.
dis nat.effi.legit.colla.6. Et in clerico idem, in ca.vnico. de va-
ſal.qui ar.bel.depoſ & tamẽ illa lex dura videtur de iure cano-
nico.in c.fi.19.q.3.glo.notat in d.c.præſens, in verbo, in locum.
472 20.q. 3. plura illis ſimilia recẽſeri poſſent, quæ omitto. † Sed
iuris diſpoſitione ſecundum Io.de Imo.in dicta l.ſi finita. §.ſi
de vectigalibus.ff.de dam.infec. quotieſcunq; per inueſtiturã
vaſallo cõceditur, vt ad quẽcunq; extraneum hæredem cõtra
propriam feudi naturam feudum tranſmittere ſeu peruenire
poſſit, vt in c.1.qui feudum dare poſ.& in c.vnico.de feudo nõ
habente prop.naturã feudi.ad fiſcum etiã tunc tranſmittetur
& Bar.prius eo alleg.glo.fin.in dicta l.1.C.de bo.liber. & recte
illum tex.ad id inducit, ſed pro ea melius facit dicta l. hæredis
appellatione.ff de verbo.ſignifi.quoniam fiſcus inter hæredes
annumeratur in dicta auth.hoc amplius C.de fideic. Addo gl.
1.in l.3.ff de interdic.& releg.quæ alleg.l.vnicã. §. ſed & ſi ſub
473 conditione. C. de lati. lib.tollen. † Plus idem Ioan.de Imo.in
d.§.ſi de vectigalibus, ait diſcedẽdo a Bar. opin. in publicatio-
ne bonorũ venire etiam emphyteuſim eccleſiæ, nec obſtare
§.1.in auth.de alien.& emphy.colla.9.in quo dicit eſſe ſpecia-
le in eccleſia Cõſtantinopolitana. Non ſic eſt in alijs eccleſijs,
& illud dicit probari in illo tex.ſi recte inſpiciatur. Et licet Io.
de Imol. non declaret, aduerte Imperatorem illius tituli vſq;
in.§.hoc vero iubemus.eo tit.nullo pacto de alia eccleſia, quã
de maiore eccleſia Conſtantinopolitana aliiſq; eccleſijs in ea-
dem ciuitate & eius circuitu, & tota illius regiæ ciuitatis pro-
uincia exiſtẽtibus ſtatuere diſſerere in d.§.hæc vero iubemus.
apertius declarat, dum ait, hæc vero iubemus, vt excepta ma-
iore eccleſia regiæ ciuitatis &c.& in ver.licentiã eſſe omnibus
ſanctiſſimis eccleſijs & venerabilibus domibus, necnõ & mo-
naſterijs tã in hac regia ciuitate quã in diuerſis prouincijs cõ-
ſtitutis permutationes adinuicem facere &c. Ex quibus con-
ſtat, ſingulari quadam prærogatiua & fauore eccleſiam Cõſtã
tinopolitanam aliaſve eccleſias in ea & circuitu eius & in tota
prouincia exiſtentes præter & ſuper alias omnes eccleſias pro
ſequi & ex cõmunibus conſtitutionibus excipere. vnde verũ
dicere videtur Ioann. de Imol.in d.§.1.ſpeciale aliquid eſſe in
Cõſtantinopolitana eccleſia, quod in reliquis eccleſijs nõ eſt
regulare. Sed iſtud nõ eſt verũ. Nam licet aliæ eccleſiæ in em-
phyteuſim concedere poſſunt vſq; in ſecũdam & tertiam ge-
neratio-

perationem, non tamen vt in extraneum hæredem trāseat. §.
emphyteusim, & § quod autem, in auth. de non alien. aut per-
mutan. reb. eccles. coll. 2. auth. præterea. C. de sacrosanct. eccle.
& propterea Bar. in d. l. si finita. §. si de vectigalibus ff. de dam.
infect. dicit in ecclesiastica emphyteusi si sic concessa esset vt
ad extraneum hęredem deuoluatur, & publicatis bonis, pari-
ter ecclesiastica emphyteusis publicabitur, per d. l. 1. C. de bon.
libe. l. 1. 2. & 3. ff. de bon. damna. qm̄ s̄m Bar. fiscus est heres, &
ipso iure, dumtamen bona soluēdo sint l. 1. ff. de iure fisc. l. 2. C.
ad leg. Iul. de vi publ. imò commoditas temporis, quæ damna-
to priusquam damnaretur competebat, fisco acquiritur l. Sta-
tius Florus. § Cornelio Fęlic. ff. de iure fisci. l. peto. §. prędium,
& l. cum pater §. hęreditatem 1. ff. de legat. 2. arg. est l. sed & si
mors. §. 1. ff. de donat. inter virum & vxo. & transeunt bona ad
fiscum cum causa sua l. ex facto. §. Iulius Longinus ff. de vulg.
substit. l. Marcellus §. fi. ff. ad Trebell. secus autem vbi emphy-
teusis ad extraneum hæredem transmitti non pōt, qm̄ a fisco
ecclesia indubitanter repeter. per d. §. emphyteusim, & d. §. q
autem, & §. alienationis, in auth. de non alie. reb. eccle. collat. 2.
474 † Manet autem Bar. conclusio vera, vbiq; ab omnibus appro-
bata, vt quicquid ad extraneum hæredem transitorium est, pa
riter ad fiscum transire potest, secundum gl. in d. l. 1. C. de bon.
lib. & in l. eum qui. ff. de interdict. & releg. quare si ius patrona-
tus ad extraneum transit, fisco acquiri potest, sed non oē ius pa
tronatus ad extraneum hæredem trāsitorium est, sed aliquod
est generi & familię addictum, & id publicari non potest. l. iu-
ra. ff. de iure patro. aliud autem publicatur l. 1. in fi. C. de bonis
475 libe. † Vt igitur huic nostræ disputationis colophonem addā,
dic in iure patronatus, siue ecclesiastico siue tēporali castro,
villę, vel fundo, seu feudo, vel cuiuis alteri iuri vniuersali con-
iuncto vel annexo, seu inhęrente etiam si de eo nulla expressio
in contractu, concessione, cessione, seu trāsmissione fiat, cum
ipsa re vendita cessa vel transmissa transire, d. l. in modicis. ff. de
cōtrahen. emp. l. quædam ff. de acquir. rer. dom. l. 2. ff. de pecu.
lega. & ratio est, quia per quandam necessariam consequentiā
cum ipso toto integrali transit, arg. l. illud. ff. de hær. instit. l. si in
emptione in princip. ff. de contrahen. empt. l. si conuenerit. §.
si nuda. ff. de pig. actio. l. Papinianus, §. sed nec impuberis, ff. de
inoffi. testa. Melius in l. si quando 1. C. de bon. vacan. libr. 10. se-
cus si separata esset, quia inalienabilis foret, quod sacra vel reli-
giosa esset d. l. si Celsus, in prin. ff. de contrahen. empt. & ita di-
cit illa l. in modicis, & non tm̄ per viam contractus, vt in d. l. in
modicis, sed etiam publicationis bonorum, d. l. via. §. si fundus,
ff. de seruit. rustic. præd. & id etiam obtinet in iure patronatus
ecclesiastico annexo seu adhærente fundo, castro, vel villę, in
tellige de iure patronatus laico tm̄ ratione fundi competente,
cum illa ratio quæ posita est in d. l. in modicis. & in l. via. §. si fun
dus, de iure canonico recepta sit, d. c. ex literis, & c. cum sæcu-
476 lum, extra de iure patro. † & in iure patronatus libertorum idē
dicitur in l. 1. in fi. C. de bon. liber. nulla enim inter vtrumq; di-
uersa ratio inueniri potest, vt ex prædictis satis constat, quibus
adde l. eum qui ędes, ff. de vsu capioni. Addit prædictis optimū
simile Host. in summa de iure patr. §. qualiter transferetur, de
iurisdictione quam Comes vel Marchio habent. Si enim me-
rum imperium habeant, tamen alteri concedere non possunt,
arg. l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdic. vbi Alex. & Mod.
post Bald. hoc dictum prosequuntur, & in l. iubere cauere, & l.
477 imperium, ff. de iurisdict. omnium iud. tamen per venditionē
vel marchionatus quicquid iuris in eo habent, transferunt, l. 1.
§. cum vrbem ff. de offic. præfect. vrb. l. Iulianus, §. si. cum qua-
tuor, l. seq. l. granaria. ff. de actio. emp. l. si mihi Meuia. & l. quæ
situm. §. peto. l. prædijs. §. Baineas. ff. de legat. 3. l. si cui. l. Seia. §.
prædia. & §. fi. & l. prædia. §. penult. ff. de fundo instru. & instru.
lega. l. Caius Seuerus. ff. de leg. 2. de quo per Bar. in l. si finita. §.
ex hoc edicto. ff. de damn. infec eundem in l. quominus, col. fi.
& Alex. post eum, ff. de flumi. & in l. inter eos. ff. de acquir. rer.
dom. eundem Bar. & Rom. in l sequitur. §. si viam, & l. si alie-
na. § 1. ff. de vsucap. Inno. in c. cum ad sedem, extra de resti. spo
lia. Fely. in c. 1. col. fi. extra de offic. ordin. Moder. Papien. copio
se in l. fi. ff. de consti. princ. Prædictis addo quod Bal. notat in c.
præterea Ducatus, col. 2. de prohibi. feu. alien. per Feder. col-
478 lat. 10. † Dicit enim feuda & alia iura incorporalia, quæ per se
diuisionem non recipiunt, qualia sunt Ducatus, comitatus, ser
uitutes, iurisdictiones, & similia, quæ naturaliter diuidi non
possunt, in consequentiam tamen diuisionem admittunt, si ali
cui rei corporali misceantur. l. arbor. §. aquarum iter, ff. commu.
diui. l. quoties ff. de vsufru. l. Lucio. iuncta gl. in verbo. vtile ff.
de aqua quoti. & æstiua. Tolle exemplum in iurisdictione quę
indiuisibilis est sua natura l. Imperator Titius, ff. ad Municipa.
quia pro parte explicari non potest l. in hoc iudicio ff. famil.
hercisc. Facit in sim. l. l. in executione §. pro parte. ff. de verbo-
rum obligat. Tamen clarum est per tempora & species iurisdi
ctionem diuidi posse, quia vnus merum imperium exercebit,
alter mixtum, alius vero simplicem iurisdictionem §. & iudi-
care, in authen. de defenso. ciuitat. l. imperium, & l. iubere ca-
uere, & l. 1. & l. magistratibus ff. de iurisdic. omn. iud. l. ait prętor.
in princ. in verbo, notionem ff. de re iudica. sicut de vsufructu
dicitur in l. 1. §. si vsusfructus. ff. ad legē Falcid. d. l. quoties. ff. de
vsufru. hoc etiam dicit gl. per illum tex. in d. l. Lucio. in verbo,
vtile, vel per subalternationē seu limitationē territorij, d. l. ar-
bor. §. aquarum iter. ff. communi diuidun. l. nam satis. in princ.
ver. Celsus respondit. ff. quemadmodum seruit. amitta. sicut
tutela inter tutores per regiones diuisa, l. si plures. §. fi. & l. seq.
ff. de administr. tuto. vel si diuisio sic facta est, vt alterius vnus-
quisque exerceat vel iurisdictionis fructum cōsequatur. l. si cō
uenerit. in prin. ff. communi diuidun. Similiter in patronatu di
citur in Clemen. plures, de iure patro. c. mandatū. iuncta gl. de
præben. lib. 6. d. l. quoties. ff. de vsufr. Secundo hic repeti posset
479 † vnum, cuius supra meminimus, eum iudicē capacem ex con
sequentia rei litis vel causæ fieri posse, qui naturaliter compe-
tens non esset. l. quoties. l. nulli. C. de iud. l. nullum. C. de testib.
sed ius patronatus si rei temporali annexū non esset iudex lai-
cus forte de patronatu cognoscere non posset, d. cap. quanto.
extra de iudi. sed vbi rei temporali annexum est cū ius & qua-
litatem potentiorem retineat, videlicet rei temporalis, cui an-
nexum est, a parte prædominante sic iudicium sumere opor-
tet. l. quæritur. ff. de sta. homi. de quo per Barto. & Moder. in l.
fi. ff. de cōdic. ob causam datus ecclesia autem in iure patrona
tus solam institutionem cum examine præsentati reseruauit,
cap. 1. de insti. lib. 6. cap. ex frequentibus, extra de insti. Et nihi-
lominus voluit ecclesiam rem, cui ius patronatus annexum &
cōiunctum est, suas qualitates ex integro retinere, vt possit il-
lud ius vendi, donari, & quocunque alio titulo trāsferri, dum-
modo cum vniuersitate rei, cui inhæret, transferatur, d. cap. ex
literis, & cap. cum sęculum, extra de iure patro. igitur potior il-
la causa est, Alioquin simoniacū esset vendere, d. cap. quia cle-
rici, & cap. præterea, & cap. de iure, extra de iure patro. & dicā
480 infra. † Tertio, Aliud consecutiuum præcedentis argumenti
est, quotiescunque duæ qualitates simul concurrunt, quarum
vna permissiua est, altera prohibitiua, in dubio permissiua po-
tius attenditur, vt dictum est in l. pręceden. post Bar. sic est etiā
in iure patronatus, potius enim illa, quæ permittit cum vniuer
sitate ius transferre, attenditur, quam quæ spirituali reddit an-
nexum, quia si ea, quæ spiritualitati illud coniungit, potius attē
deretur, non deberet posse vendi, donari, aut alio modo trans-
ferri, quia spirituale vel spirituali principaliter annexum, d. ca.
de iure, & cap. quia clerici, extra de iure patrona. Et hoc pacto
tanquam de mere spirituali dicendum esset, sicut glossa dixit
in d. c. quanto, per illū tex. extra de iudi. & cap. piæ. 16. q. 7. Nec
iuuaret ecclesiæ permissio contra legem diuinam prohibentē
rei spiritualis commercium, vt supra dixi. in l. si Celsus, in prin
cipio. ff. de contrahē. emptio. vel si ipsum ius patronatus per se
solum consideraretur, quoniam sicut de simplici iudicandum
esset, non autem sicut de mixto, d. cap. de iure, quia nec diuisio
nem etiam inter hæredes reciperet, c. 1. extra de iure patrona-
tus, aliter quam per formam clemen. plures, de iure patroñ. Et
ratio, quia diuisio similis est emptioni. l. 1. C. cōmunia vtrius-
que iudic. Et sicut per se non potest vendi, pariter neque inter
hæredes diuidi. Et subsistit alia ratio, cuius supra meminimus,
quia incorporale est, & hoc pacto indiuisibile. l. in hoc iudicio.
ff. familiæ herciscun. Simoniacum igitur esset sic diuidere, vel
aliter de eo cōtrahere, c. querelā, & c. de hoc, extra de simonia,
& in d. cap. quia cler. & cap. de iure. Sed vbi cum vniuersitate
transit, magis quadā accessione transit, quam quod in contra-
ctu comprehensum esse videatur, d. cap. ex literis, & cap. cum.
sæculum, extra de iure patron. d. l. in modicis, ff. de contrahen.
emptio, per quos tex. gloss. in c. volumus, 16. quæstione 4. dicit
481 † ius Romanæ ecclesiæ quadraginta annis cum vniuersitate,
vel in consequentia alterius rei præscribi posse, licet per se non
nisi centum annis præscribi posset l. fi. C. de sacrosanctis eccle.
Et textus est clarus in d. c. volumus, ibi, fines de quibus certa-
tio mota est inconcussos quadraginta annis possedisse nullam
deinceps etiam, si quid Romanę ecclesię competere potuit,
patiatis sustinere calumniam, sed quietem eorū inconcussam
omnibus modis procurare. Si vero nulli rei cōiunctum vel an
nexum est, sed per se stat, vel generi aut familię concessum est,
& illud ius sicut vendi aut aliter abagnatione vel genere seu
familia abdicari quoquo quæsito colore non potest, l. filij. ff. de
iure patronat. vt neque etiam inter hæredes diuidi possit l. fin.
ff. de iure patrona. l. si sepulchrum. C. de religio. & sumptib. fu-
ne. de quo in l. familiaria. & l. sequen. ff. de religio. & sump. fu-
ne. l. pro hęrede. §. si quid tamen quasi hęres. & §. finali. vbique
per Franciscum Aret. & Mod. post Barto. ff. de acquir. hæred.
482 † Idem in iure patronatus ecclesiastico dicendum est, vt nunc
annotauimus, dicto cap. primo, & cap. quoniā, & cap. quia cle-
rici, & c. de iure, extra de iure patronatus. Similiter quocunq;
crimine patronatus impactus sit, etiam si perduellionis, seu
læsæ maiestatis fuerit, publicari nō poterit. l. eorum, ff. ad legē

Iuliam maiesta. d. l. iura. ff. de iure patrona. & l. 3. ff. de interdi. & relega. Et ita glo. notat in l. fi. ff. de bonis damnato. Pari ratione nec ius patronatus ecclesiasticũ publicabitur. Et istud est quod dicere voluit glo. in dicta l. prima. C. de bonis liberto. & Barto. post eam in d. l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infecto. non esse hoc ius neque alia iura in fiscum transitoria, quæ in extraneum heredem transferri non possunt, quia diuisim etiam in suo transferri non possunt, dicta l. fi. ff. de iure patronatus, & l. si sepulchrum C. de religio. & sumptibus funerum. Et cum eis conuenit ratio iuris feudalis, quod potius agnatis acquiritur, quam domino. cap. denique. quæ fuit prima causa benefic. amit. cap. si vasallus culpam. si de feudo fuerit contentio inter dominum & agnatos. collatione. 10. l. secunda, vbi per Baldum. C. de liber. & eo. liber. Similiter ius patronatus ecclesiasticum fortiori ratione publicari non poterit, sed potius agnatis vel filijs acquiretur, quam ecclesiæ, dicto c. filijs. 16. quæstione. 7. licet pleriq; variauerint, vt Cardina. in dicta clementina plures in 6. & 8. quæstionibus, nisi ecclesia esset offensa, quia tunc propter offensam in ecclesiam commissam remaneret libera, secundum doctrinam glo. in dicto. c. quia clerici extra de iure patrona. Et Archidia. in dicto capi. considerãdum. 16. quæstione. 7. intellige in præiudicium eius qui deliquerit tantum, non autem domini temporalis superioris, cui non potest vasalli delictum nocere c. insuper de prohib. feu. alienat. per Federi. Et idem pro rege & viro nobili
483 Rothomagi iudicatum est. † Non prætermitto vnum, quod fuit Hostien. in dicto. cap. ex literis. extra de iure patron. ius patronatus cum hereditate venditate vendita transire, & emptori hereditatis acquiri. Licet forte non sit fundus, cui hæreat, sed cum vniuersa hæreditate vendita transibit, dicta l. in modicis. ff. de contrahenda emptione. Et hoc considerato modus est, per quem ius patronatus non hærens fundo seu feudo aliquo vendi potest, vt cum ipsa tota hæreditate vendatur, cum in bonis hæreditatis sit. alleg. l. item videndum. §. fin. cum duabus ll. sequenti. ff. de petitio. hæredi. Pro eo argumento est lex, in venditione, in princip. ff. de bon. autho. iudic. possi. l. secunda. §. fin versicu. & si seruitutes. ff. de hære. vendi. Et intelligo de illo iure patronatus, quod nominatim generi vel familiæ addictum non est, & sicut cum hæreditate vendi potest, secundum Hostien. pariter & publicari, per regulam supra relatam, quicquid vendi, & ad extraneum transmitti potest, etiam publicari potest, & id verum puto.

Repetitionis §. Non alias Pars Secunda.

SVMMARIVM.

1 *Actio personalis pro iure patronatus possit ne intendi corã iudice seculari.*
2 *Beneficiorum iudicia possessoria possint ne agitari coram iudice laico. & num. 11. & 17. & 66.*
3 *Proprietatis causam apud eum iudicem definiendam, qui de possessione cognoscit. & num. 53.*
4 *Dignius trahit ad se minus dignũ quoties sunt inter se cõiũcta & cõnexa.*
5 *Possessorio agentẽ debere probabiliter fidẽ facere de titulo suę possessionis.*
6 *Antecedens debere sequi naturam sui consequentis necessarij, & secundum illam regulari.*
7 *Religiosa esse quæ religiosis adhærent.*
8 *Possessorij quæstionem esse meri facti, nec habere iuris quæstionem admixtam. & nu. 63.*
9 *Ius ex facto oriri. atque inibi posse facti quæstionem esse, quin iuris quæstio ex ea resultet. & nu. 62.*
10 *Papam passim sibi assumere iurisdictionem alienam, etiam aduersus præscripta suorum canonum. & nu. 23. & 56. & 117.*
12 *Ecclesiasticos iudices omnia solere trahere ad suum tribunal.*
13 *Papę Bonifacij constitutionem positam in c. quoniam de immunita. eccle. nunquam in Gallia receptam fuisse.*
14 *Intellectus ad legem omni innouatione. C. de sacrosanctis ecclesijs.*
15 *Ecclesiasticus iudex cuiusmodi causarũ cognitionẽ sibi vendicet. & n. 32.*
16 *Ecclesiastico iudici prohibitum intelligi, quod non reperitur in iure ei expresse concessum.*
18 *Castrorum custodes quomodo in iure nominentur.*
19 *Feudalis causę quis sit competens iudex. & nu. 21. 22. & 68.*
20 *Vasallo quid faciendum sit, cui iustitiam ministrare dominus negligit.*
24 *Iusiurandum calumniæ in causis spiritualibus non exigi.*
25 *Sacrilegij causam posse coram iudice seculari agitari.*
26 *Iudicem secularem posse de possessorio iuris patronatus cognoscere.*
27 *Iudex secularis cognoscit de causa matrimonij incidenter.*
28 *Periurij causam incidenter tractari posse coram iudice seculari.*
29 *Iurisiurandi causa coram quo iudice tractari debeat. & nu. seq. & nu. 34.*
31 *Clericus venditor euictionis nomine conuentus, an teneatur emptionem defendere in foro seculari.*
33 *Papam Bonifacium turbasse pene omnes iurisdictiones & seculares & ecclesiasticas. & nu. 59.*
35 *Iudex secularis quibus in causis æque competens iudex sit, atq; iudex ecclesiasticus.*
36 *Possessorij naturam non esse aliam in rebus ecclesiasticis, quam in rebus prophanis.*
37 *Titulum aut causam requiri ad possessionis manutentionem non secus atq; ad eius manutentionem.*
38 *Possessionem facti esse.*
39 *Interdicta vi ipsa personalia esse, tametsi in rem concepta sint.*
40 *Interdictum retinendæ possessionis competere etiam pro viturbatiuo.*
41 *Possessionem tueri vtilius esse, quã post eam amissam remedium quærere.*
42 *Interdicta adipiscendæ, retinendę, & recuperandę possessionis a pari procedere respectu ordinis iudiciarij.*
43 *Interdictum retinendæ possessionis admittit exceptionem dolo facit, vbi conuentus eo interdicto docet statim de dominio*
44 *Restitutionem facilius prohiberi vel impediri, quam retentionem.*
45 *Interdicto vnde vi conuentus volens in promptu docere de sua legitima possessione audiendus est aduersus, eum qui non recte possidebat.*
46 *Possessori quatenus iura faueant.*
47 *Ecclesiastici fori esse pęnæ immortales.*
48 *Matrimoniales causæ quando tractari debeant in foro ecclesiastico.*
49 *Possessoria iudicia quibus ex causis potius tractanda sint coram iudice seculari quam ecclesiastico.*
50 *Intellectus ad l. nulli. C. de iudicijs.*
51 *Petitorium & possessorium quare non debeant coram diuersis iudicibus tractari.*
52 *Actorem sequi debere forum rei in causa possessoria. & nu. 61.*
53 *Intellectus ad l. fi. ff. vti possid.*
54 *Rei vendicatione agi posse pro vendicanda possessione naturali.*
55 *Interdictum vti possidetis proponi posse per eum, qui ciuiliter tantum possidet.*
57 *Actoris in causa petitoria electionem esse, velit sequi forum rei, an conuenire reum coram iudice loci. in quo res sita est.*
60 *Iuris realis cognitionem spectare ad iudicem laicum.*
64 *Vsufructuario ratione suæ possessionis naturalis competere interdictum vti possidetis.*
65 *Possessorium beneficij non esse spirituale.*
67 *Priuilegium solidius esse si confirmetur a iure communi.*
69 *Magistratus supremos creandi potestatẽ ius esse cohærens regiæ dignitati*
70 *Iurisdictionem omnem a populo in principem esse translatam.*
71 *Tabellionum creandorum potestas an soli principi competat. & nu. 75.*
72 *Grapharios vocari in iure actuarios, atq; etiam exceptores.*
73 *Tabellionem differre ab actuario seu scribæ aut graphario.*
74 *Iudicem non prohiberi vti tabellione loco scribe seu graphary.*
76 *Tabellionum officium an sit vile. Atq; inibi quibus nominibus in iure vocentur.*
77 *Magistratus creare an & quales possint, qui iurisdictionem a Rege vel Imperatore habent.*
78 *Gratiam alicui principe concessam non ante perfectam videri, quam literæ debito ordine fuerunt expeditæ.*
79 *Legis generalis condendæ potestas ad quem spectet. & nu. 92.*
80 *Curia parlamentorum in Gallia possint ne restitutionem concedere. & an & quatenus ius facere possint.*
81 *Senatus possit necne legem condere. & nu. 93.*
82 *Principi a populo potestatem omnem concessam esse, quomodo intelligendum sit. & nu. 91.*
83 *Imperatorem obtinere imperium a Papa, falso a quibusdam adstrui.*
84 *Roma quo tempore condita.*
85 *Iulius Cęsar fuerit necne Imperator.*
86 *Regum creandorum ratio qualis initio fuerit.*
87 *Christum apostolis & discipulis suis principatum non reliquisse.*
88 *Imperatorem nullum ius imperiale habere in ea, quæ sunt diuina.*
89 *Imperator a quo coronetur.*
90 *Iurisdictionem cum imperio qua ratione retineat quis etiam eo tempore quo eam non exercet.*
94 *Monetę cudendæ ius conueniat ne soli principi.*
95 *Princeps possit ne alijs concedere ius monetę cudendæ. & nu. seq. & 99. & 101. & 102.*
97 *Rescripta principum si in publicum damnosa sunt, ipso iure nulla iudicantur a lege.*
98 *Monetam probam esse vt cognoscamus, quæ sint consideranda.*
100 *Principem nihil posse absq; populi consensu constituere circa fabricationem monetæ.*
103 *Princeps cuiusmodi magistratus aut officiales constituere soleat, qui curã monetæ habeant.*
104 *Negatiua, qua quis inficiatur priuilegium a principe concessum esse, quomodo probetur.*
105 *Priuilegio a principe concesso nemini licere vti nisi probarijs literis concessum fuisse demonstretur.*
106 *Bona delinquentis non ante fiscus ratione publicationis inuadit, quam sententia lata fuerit.*
107 *Titi Vespasiani clementia etiam erga eos qui in eum conspirauerant.*
108 *Monetæ cudendæ potestas quare ad solum principem spectet. & nu. 115.*
109 *Monetam falsam cudentes qua pęna plectantur. & num. seq.*
111 *Pęnas delinquentium arbitrarias esse.*

Monetam

112 *Monetam adulterantes quam grauiter delinquant.*
113 *Princeps pater populi dicitur.*
114 *Principem asciscere sibi alium, qui ei in dignitate par sit, monstrosum esse, ac politicę institutioni aduersari, & nu. 174.*
116 *Regem Gallorum exercere posse iurisdictionem in iudices ecclesiasticos sua iurisdictione abutentes aut iustitiam denegantes, & num. 119. 122. 125. & 132.*
118 *Papæ curiam summopere desiderare vt totus mundus ad eam fluat, tanta est in ea auri & argenti sacra fames.*
120 *Regem Francorum nuncupari Christianissimum.*
121 *Feudi iure dominum priuari si iustitiam vasallo denegauit.*
123 *Regē Francorū frequēter animaduertisse in episcopos, qui ab eo defecerāt.*
124 *Rex Francorum potest electum episcopum respuere, si eum suspectum hēt.*
126 *Episcopum electum administrantem prius quam sit a Rege confirmatus, vltimo supplicio, aut saltem exilio damnandum esse.*
127 *Pontificem non habere exercitium gladij temporalis, nec posse iubere quemquam pœna mortis affici. & nu. seq.*
128 *Episcopos iurisdictionis exercitium non habere ne ecclesiasticę quidem, nisi per Regis inuestituram.*
129 *Ecclesiasticos iudices passim laicos trahere ad suum tribunal aduersus præscripta suorum canonum.*
130 *Regi non abs re gladium concessum esse.*
131 *Iurisdictionem ecclesiasticam versari debere circa spiritualia, regum autem potestatem circa negocia sęcularia.*
133 *Iudicem ecclesiasticum iurisdictione sua abusum dicens hoc ipsum probare debet, atque inibi qua ratione id probetur.*
134 *Acta causæ indicant quid in iudicio actum sit.*
135 *Natalibus restituendi ius soli principi competere.*
136 *Filij naturales curię oblati quale beneficium consequantur. Et qui differant ab ijs qui natalibus a principe restituti sunt.*
137 *Serui a dominis manumissi non sic libertatem consequuntur, vt iura integrę ingenuitatis obtineant.*
138 *Natalibus a principe restitutus integrum ingenuitatis statum per omnia consequitur.*
139 *Legitimatum ab alio quam a principe non succedere in feudo, atque inibi an omnes legitimati a principe succedant in feudo. & nu. 141.*
140 *Hæreditatem patris filio deberi, nec posse ea sine legitima causa priuari.*
142 *Legitimati per subsequēs matrimonium an admittantur ad succedendum in feudis, & nu. 144. & 146.*
143 *Validum ex post facto fieri non posse quod ab initio non valuit.*
145 *Initium spectandum esse.*
147 *Alimenta possint ne relinqui natis ex reprobato coitu.*
148 *Reos criminum solus princeps potest restituere, non etiam inferior a principe, & nu. 153.*
149 *Restitutio facta per principem reo criminis quid operetur. & nu. 151.*
150 *Reus criminis restitutus a principe an censeatur restitutus ad officium a quo propter delictum remotus est.*
152 *Iudex pœnam a se impositam sicut nec minuere ita nec ampliare potest.*
154 *Vestes purpureę & gemmis distinctę an solum principem deceant.*
155 *Ecclesiasticos fastu quodam ita lasciuire, vt nesciatur, Christi, an Cæsaris milites sint.*
156 *Principi quędam ita inhærere, vt ab eo non possint alteri concedi, quędam vero illi competere quæ passim alijs concedere possunt, & nu. 158.*
157 *Princeps possit ne iura regni alienare, & nu. 171. & 175.*
159 *Præscribi an possint ea quæ principi alienare non permittitur.*
160 *Iura regia an præscribantur eo tempore cuius initij memoria non extet, & nu. 168. & 172. & 177. & 200.*
161 *Iura quædam esse soli principi conuenientia atque ob id inalienabilia seu non cessibilia.*
162 *Iurisdictionis vim & neruum in principe solo residere, nec in alium posse transferri.*
163 *Principes esse ministros Dei.*
164 *Iurisdictiones vendi non posse.*
165 *Filios aut proximiores agnatos succedere in regno, Ducatu, Marchia, aut comitatu aliter atque in Imperio.*
166 *Ducatus, Marchiæ, aut comitatus iura impræscriptibilia esse.*
167 *Præscriptionem eius temporis, cuius initij memoria non extat, constituti aut tituli loco esse, quatenus verum sit. & nu. 176.*
169 *Principis iura vsurpans quibus pœnis obnoxius sit.*
170 *Pręmium adferre non posse id quod in pœnam est introductum.*
173 *Principi resistens Dei ordinationi resistit.*
178 *Probatio cui incumbat, principe aut alio principis nomine agente, si is qui conuenitur, dicat se possedisse 40. annis.*
179 *Rex an possit facere citare Baronem, vt iura, quæ in aliquo Castro habet, ostendat, alioquin auferet ei Castrum vel feudum. & nu. 184.*
180 *Possessorem non teneri ostendere titulum suæ possessionis.*
181 *Ordinem iudiciariorum eundem seruandum esse in causis fiscalibus, qui in causis priuatorum seruatur. & nu. 183.*
182 *Præscriptionem non currere aduersus principem vel dominum, quatenus verum sit.*
185 *Præscriptionem quadraginta annorum plenissimam securitatem possessori afferre. & nu. 197.*
186 *Restitutionis in integrum beneficium tolli vbi plenissima securitas a iure conceditur.*
187 *Possessione quadragenaria & antiqua consuetudine munitus non habet necesse allegare titulum, idem si ea possessio roboretur authoritate principis. num. sequen.*
189 *Consuetudo præscriptionem quadragenariam firmans a bono publico fundamentum accipit.*
190 *Populorum & ciuitatum varios esse mores variaque ingenia.*
191 *Principis voluntatem sic esse regulandam, talemque esse debere quæ iuste rationi conformis sit.*
192 *Principem suo decreto vel constitutione ligari æquum & iustum est. & num. 196.*
193 *Princeps litem cum subdito habens potest de ea compromittere, & se ipsum inferiori iudici submittere.*
194 *Iustitiam diuinam omnes obligare, etiam ipsos principes.*
195 *Legem humanam oportet legi diuinæ consonam esse.*
198 *Res ecclesiæ quanto tempore præscribantur, & nu. seq.*

1 Sed † cum a plerisque dubitatum fuerit circa id, quod Ant. de Butr. in d. c. quanto. in fin. extra de iudi. dixit, vbi pro iure patronatus actione personali ageretur, quia promisisset aliquis ius patronatus alteri donare, forte hāc actionem corā sæculari iudice tractandam esse. Ideo non existimaui incongruum esse, si forte huic nostræ disputationi quæstionem aliquam adderemus, quæ authorib. Rotæ dubia semper visa est, quæ etiam Leone X. Pontifice sedem pontificiam regē plenissimo cornu, sicuti a plerisq; accepi, in palestra Rotæ examinata fuit, dum Leo Decimus a Frācisco Christianissimo Galliarum rege deficere voluit, coactusq; est Christianissimus Rex legatum mittere non obscuri nominis virum Rogerium Parmæ Regium tūc in Parisiensi curia aduocatū, qui de ea cum auditorib. Rotę dissereret. Gauderem itaq; si rationes & iuris tam ciuilis quam canonici argumenta, quæ in vnam & alteram partem non minus copiose quam eleganter proposita, sicuti arbitror, extitere, recensere possem, sed cum fugiant me vtriusq; partis axiomata, libuit posteris meis disputandi occasionem relinquere. Tametsi omnem disputationem praxis vniuersæ Galliæ tollat quod pedibus, verbis & manib. cōtra cōem omnium Canonistarum opinionē sentiat. Quæstio igitur hęc
2 est, † An causæ beneficiales vel etiam mere spirituales possessoriç seu personales, quales sunt beneficiorum, decimarum, matrimoniorum, iuris patronatus etiam ecclesiastici, aliorumve spiritualium vel spiritualib. adiūctorū vel annexorum iurium coram sæculari iudice tractar. possent. In primis omnis canonistarum Academia seu ad summū cōior & frequentior illorum opinio est, neq; principaliter neq; incidenter huiusmodi quæstiones, siue super possessorio, siue super proprietate introductę fuerunt corā sæculari iudice moueri, examinari, aut terminari posse, sed omnino iurisdictionis esse ecclesiasticę, sublatamq; esse oēm disputationis cām per Decret. quāto, extra de iud. vt nulla possit super ea tergiuersatio tolerari, cum ille text. inquit, cām iurispatronatus ita coniunctam & annexam esse spiritualib. causis, vt non nisi coram ecclesiastico iudice diffiniri valeant. Addit illic Bernard. iuspatronatus ex tali cohærentia naturam spiritualium sic assumere, vt nequeat ab alio iudice quam ecclesiastico diffiniri, per illum text. & c. secundum, eodem tit. Et sic ille tex. causam iuris patronatus ad similitudinem aliarum spiritualium causarum voluit regulare, quasi ille text. aperte sentiat omnes causas spirituales, & spiritualibus quoquo modo coniunctas vel annexas iurisdictioni ecclesiasticæ omnino esse. Et hanc communem opinionem affirmat Ant. de But. in c. literas, in fi. sui commentarij, extra de calum. & dicit esse Lappi in alleg. 56. Est ēt Bal. sibi contrarij in l. omni innouatione. C. de sacrosanct. eccles. Card. Flor. in clement. dispendiosam, de iudic. Philipp. Decij in c. decernimus. 21. & duabus seq. col. extra de iud. Plures commemorat Alexā. in l. Titia. ff. solu. matrim. Moder. Papien. in l. quoties. C. de iudic. Cano. fere omnes in c. tuam, extra de ordin. cognit. & in d. cap. quanto. extra de iudic. gl. in c. pię. 16. quæst. 7. Nō enim facienda est, secundum eos, differentia siue personali siue reali actione pro re spirituali aut spirituali annexa agatur, plures alias extensiones a Decio in vnum coactę sunt in dicto cap. decernimus, quas vnusquisque sedulus lector videre potest. Et ob id eas non transcribo. Et ad cōfirmationem huius opinionis plura deferuntur. Primo Anto. de Butr. & alij sui sequaces citant dictum cap. literas, extra de calum. & c. ex quæstione, extra de restitutio. spoliato. in quibus probatum esse ait, causam matrimonialem, siue possessoria sit, siue super proprietate vel validitate aut inualiditate matrimonij introducatur, coram solo ecclesiastico iudice tractandam esse. Quibus, secundū eos conuenit c. tuam, extra de ordin. cognitio. & c. lator. extra qui filij sint legit. ibi, in causam ille præsumpserit obijcere, quod pater eius non esset de legitimo matrimonio natus. Et sic petitio hęreditatis, quæ coram sęculari iudice introducta fuerat, suspensa est, donec per ecclesiasticum iudicem decisum extitisset, an

actor ex legitimo matrimonio natus esset. Secundo cũ possessoria proprietatis causam annexã habens, qualis est matrimonialis, vel beneficialis, omnino spiritualis esse censetur c. accedens. extra vt lite non contesta. c. de iure. extra de iure patro. in his verbis spirituali annexũ. Et ratio vltra Anto. est, quoniam difficile imò impossibile est, causam possessoriã beneficij tractare, quin simul de titulo cognoscatur, saltem agens probabiliter de titulo fidem facere debet, sm glo. in c. in literis, & in c. ex transmissa, extra de restitu. spoliato. & capit. primo, vt lite penden. libro. 6. Et de viribus tituli ad effectus possessionis discutitur, cum beneficium sine canonica institutione obtineri non possit c. beneficium de regu. iur. in 6. ca. ex frequentibus. extra de insti. cognoscendo igitur de meritis tituli, de proprietate notio assumitur capit. primo. extra de restit. spoliato l. 3. §. genera. ff. de acquirenda possessio. Mirũ igitur non est, si Anto. de Butrio, dixit omnes causas beneficiales proprietatis causam semper annexam habere. Idem in matrimonio dicas ca. ex parte, & capit. ex transmissa, vbi glo. 2. extra de resti. spoliato. Difficile enim est, imò potius impossibile de illa exceptione, an ex legitimo matrimonio quis natus sit, discutere, quin cognitio ad matrimonij radicem attingatur, vt inquit textus in dicto cap. ex parte. Igitur propter tam propinquam tamve coniunctam & annexam causam possessorij cum proprietate licere nõ debet iudici laico de possessorio, sicuti neque de petitorio ius dicere, dicta cle. dispendiosam, de iudic. Idem dicas in causa vsurarum per illum tex. secundum Lappum in dicta alleg. 56. Allegat ad id duas gloss. primam in c. ex literis. extra de iureiur. dum gl. fina. dicit causam vsurarum quasi spiritualem esse. Altera glo. est in capitu. cum sit in glo. finali extra de foro competẽ. quæ dicit causas vsurarum, hæresis, simoniç. & adulterij esse ecclesiasticas c. primo. extra de officio ordinarij, & dicta clementina. dispendiosam de iudi. vbi causa matrimonialis, & causa vsurarum paritate rationis indicatur. Si igitur mere spirituales sunt, quomodo secularis iudex competens esse potest ca. qualiter & quando, & ca. quanto. extra de iudi. l. omni innouatione. C. de sacrosanc. eccle. §. primo in authent. apud quos opor. mo, aut assiste. collatione sexta. Tertio, causa beneficialis possessoria cum annexam secum habeat spiri-
3 tualem causam, sapere omnino debet naturam spiritualis, † & propter vtriusque causæ continentiam, qui de possessione cognoscit pariter & de proprietate diffinire debet l. nulli prorsus C. de iudi. Nemo autem inficiatus est vnquam, secularẽ iudicem nõ esse idoneum iudicem proprietatis seu quęstionis petitorij alicuius beneficij, aut alicuius causæ spiritualis. Obstarent enim contrariũ asserenti omnia iura ciuilia, canonica, & humana c. causam quę. extra de pręscriptioni. c. si iudex laicus de senten. excõmunica. in 6. dicto capitulo qualiter & quãdo. extra de iudi. dicta l. omni innouatione. C. de sacrosanc. eccles. Diuisum enim imperium cum Ioue Cęsar habet c. per venerabilem, & c. causam quę. 2. extra qui filij sint legitimi c. conuenior. 23. quæstione. 8. sed si possessorium beneficij coram laico iudice tractari posset, causæ continentiam diuidere necesse esset contra casum dictæ l. nulli C. de iudi. Et idem secundum eundem Ant. tenet Innoc. in capitulo cum dilecti. extra de electio. & Archidia. in c. frequens de restitutio. spoliato. lib. 6. cum eis est Andre. Barba. in c. finali. extra de iudic. vbi ad confirmationem huius argumenti tria alia recenset, quæ etiam Frãcisc. Cur. in tracta. suo feud. in 7. parte, quęstione. 6. repetit quę hic non transcribo. Et vltra quam dicant, addo vnum, cuius supra meminimus, neque pudebit repetere, quia hic plura addam.
4 † Vbi duo sunt tam propinqua & connexa, maius dignum minus dignum ad se trahit cap. per tuas. extra de arbit. vbi compromissum in duos laicos de re ecclesiastica factũ nõ fuit nullum declaratum, eo quod cũ eis adiunctus esset tertius vir ecclesiasticus. Et Mathesilanus in no. ar. 144. incipiente, si in causa indiuidua, dicit, si quis in causa indiuidua laicum cũ clerico vult conuenire, tenetur vtrunque coram ecclesiastico iudice conuenire per regulam prædictam c. quod in dubijs. extra de consecratione ecclesię vel alta. l. præcipimus. §. primo C. de appellatio. quanquam Barto. contrarium dicat in l. 3. ff. de colle. illic. nõ recordatus eorum, quæ dicit in d. l. præcipimus. Addit Pet. de Anch. c. cum. & c. laicis. extra de fo. compet. Addo qđ Bartol. scribit in l. 1. § si quis in appellatione. ff. de appel. dum quærit, si duobus iudicibus commissa est causa, quorum vnus ecclesiasticus est, alter vero secularis, si ab eis appelletur, non erit superior iudex laicus adeundus, sed ecclesiasticus superior qui de causa appellationis diffiniat, ne causæ continentia diuidatur l. 2. C. de qui. reb. ad eundem iudi. eatur l. nulli. C. de iud. l. si communem. ff. quemadmo. seruitu. amitta. Idem dixit Salice. in d. l. præcipimus. Quibus adde Bartol. in l. solent. colum. secunda. ff. de alimen. & cibarijs legatis. Eundem in l. iurisperitos. §. primo. ff. de excusatio. tut. Roma. in l. prima. §. 1. ff. de no. operis nun. Cyn. & Paul. de Cas. in l. fi. C. de iurisdic. omni. iud. l. prima. C. de off. pręfecti vrb. Prædictis addo, quod Abbas notat in c. fin. extra de iure patrona. si laicus ius patronatus commune cum clerico habeat, semestre ad pręsentandũ beneficio adiuncti concedetur c. vnico. de iure patro. libro. 6. Adde text. in l. si post mortem. §. fi. ff. de bon. pos. contra tabul. l. fina. ff. de libe. & posthu. Et si vis hoc vulgatum adagium alijs non dissimilibus extensionibus augere, lege Fel. in c. placuit. 3. colum. extra de præscrip. & in c. quam sit in primo notabili. extra de iudęis. Moder. Papien. in l. Imperium in primo notabili. ff. de iurisdi. om. iud. si igitur spiritualia temporalibus digniora sunt c. solite. extra de maioritate & obedientia. c. duo sunt. 96. dist. Causa igitur possessoria ad iudicẽ quæstionis proprietatis capacem, qui est ecclesiasticus iudex, solum trahi debet, quoniã iurisdictio eius in iure communi fundata est. §. primo in auth. de alie. & emphyteusi. argumẽto est l. prima, & epistola, inter claras. C. de Summa Trinita. & fide catho. Et maxime secundũ Ant. cũ laicus ex quadã gratia ab ecclesia concessa effectus sit iuris patronatus capax, qui alias spiritualium iurium incapax est c. causam quæ extra de pręscript. & c. sacrosancta. & ca. Messana. extra de electio. Nõ licet igitur in damnum ecclesię cõuertere. verũ est enim laicos gratiam ab ecclesia accepisse argumento l. tertię. ff. de obseq. patron. pręstan. c. vnic. de allodijs. collatione. 10. vbi hoc not. Bald. Quarto plurimum vrget dictum Inno. in c. cæterum. circa princi. extra de iudi. dum dicit, clericum vasallũ spoliatum, propter spoliationẽ agere posse interdicto recuperãdę possessionis, aut alio remedio possessorio coram iudice ecclesiastico, cum per eam cõmissum sit sacrilegiũ c. cum sit. extra de foro compet. & ex hoc capite ecclesiasticũ crimẽ est c. in canonibus. 16. q. 1. cognoscere ergo debet ecclesiasticus iudex de huiusmodi spoliatione c. si quis de potẽtibus. 24. quæstio. 3. & in ca. summarię procedere c. 1. extra de eo qui mit. in pos. causa rei seruandæ. Pariter & causam proprietatis diffinire, secundum Anto. de Butrio in d. c. literas. extra de calumnia. qui allegat ad id Archid. in ca. vnico. de eo qui mit. in pos. causa rei seruand. lib. 6. Et hanc Innocen. opin. Cardi. in dicta cle. dispendiosam in 10. quæstio. de iudicio confir-
5 mat. † cum is, qui possessorio agit, probabiliter fidem de titulo suæ possessionis facere debeat, secundum glo. in d. c. ex literis. extra de restitu. spoliato. & in cap. 1. vt lite penden. lib. 6. Secundo quod causæ cõtinentia diuidi nõ debet. quæ duo dicta sup. declarauimus, & iterum succincte repeto. ecclesiasticus iudex solus de proprietate vel quasi tituli beneficij vel iuris spiritualis diffinire põt, dicto c. quanto. extra de iudic. Illorum incapax est laicus iudex, & cã possessoria cũ petitorio iudicio continens est. dicta l. nulli prorsus. C. de iud. Et illi titul. qui ad petitorij diffinitionem necessarij sunt, pariter in possessorio etiã summario tractari & examinari debent, imò necessario conferunt, vt possit in vno iudicio sententia lata indicati exceptionẽ parere in altero l. fundi & l. fundum. ff. de exceptio. Non licet igitur possessoriũ a petitorio distinguere, ne forte cõtingat diuersa in eadem re sequi iudicia l. final. §. quoniam. C. de re mil.
6 libro. 12. Confirmatur & secundo. † Omne antecedens consequentis necessarij naturã sequi debet, & secundum illam regulari l. illud. ff. de acquir. hęredita. l. 1. & 2. ff. de pecul. si cõsequẽtis, id est petitorij laicus iudex idoneus non sit diffinitor, quomodo potest possessorij esse discussor & terminator, cũ causæ continentiã, id est, possessorij & petitorij diuidere iura nõ permittant. dicta l. nulli prorsus. Et Rochus Curtius notat in dicto suo tractatu iuris patronatus, & solet ponderari text. in dicta clemen. dispendiosam, in verbo tangẽtibus de iudic. quẽ tex. illic recte considerauit Cardi. in 12. notabili. & in 1c. quæstione. Et per hæc duo fundamenta Curtius dixit, tutius esse sententiã sequi propter fauorem ecclesię, pro qua in dubio iudicandũ esse ait, cũ clericis laici opido infesti sunt c. laicos. & c.
7 laici. 2. quæstio. 7. c. clericis, de immunita. ecclesi. lib. 6. † Addebant & tertio aliam iuris regulam ad huius opinionis confirmationẽ, quia quę religiosis adhærent, religiosa sunt l. quæ religiosis. ff. de rei vendica. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. ob. quęstio autem possessoria adeo annexa est petitoriæ, vt continens esse dicatur, in dicta l. nulli prorsus. Immo, vt dicit illa clemen. dispendiosam, quæ causas illas spirituales tangunt, quales quales sunt, eodem iure regulari debent, dum ille text. ait, & eas quoquo modo tangentibus. Et idem dicit glo. in iure patronatus in dicto ca. quanto. extra de iudic. & in ca. piæ mentis. 16. q. 7. Additur & quarto, quoniam annexorũ seu cõnexorum eadem est ratio, & idem iudicium fieri debet translato. extra de constitu. l. 1. & 2. ff. de pecu. leg. & dixi supra quod autem connexa sit possessionis & proprietatis, satis sup. dictum est d. cap. quanto. extra de iudic. l. omni innouatione. C. de sacrosanct. eccle. c. de iure. extra de iure patrona. Et ideo diuerso iure iudicanda non sunt, dicta l. nulli prorsus. C. de iudi. Quinto, qui huic opi. adhærent, dicunt aduersam opinionẽ quæ potissime Barto. fuit in dicta l. Titia. ff. solu. matr. & in dicta l. omni innouatione. C. de sacrosanc. eccle. in hoc solum cõ-
8 sistere, quia † quęstiones possessorię sunt meri facti, neque habẽt

iuris

iuris quæſtionem admixtam. Tolle exemplum in c. lator. ex-
tra qui filij ſint legiti. Si in iudicio petitionis hæreditatis exce-
ptio hæc incidat, qđ is, qui illo iudicio agit, ex legitimo matri-
monio natus non ſit. certe illa non erit iuris ſed facti quæſtio.
dubium enim non eſt in iure illum actorem legitimum nō eſ-
ſe, neq; ſucceſſionis capacem, vbi cōſtiterit ex illicito coitu na-
tum, vel eum non eſſe conſtante matrimonio natum. hoc aūt
quod ſit ex illicito coitu vel nullo exiſtente matrimonio natus
iuris non eſt, ſed facti tantum, d. l. Titia. ff. ſolu. matrimo. Cum
ego addo meliorem tex. in l. in bonæ fidei. §. in contrariū. verſ.
hoc enim ad ius. ff. de acquir. rerum domi. Inquit ille text. hoc
enim ad ius, id eſt, ad vſucapionem, illud ad factum pertinere,
vt, ſi quis bona fide, aut mala fide poſſideat. Igitur dicunt illi, ſi
quæſtio iuris emergat laicus iudex huius quæſtionis competēs
eſſe non poteſt. Sed cauſa poſſeſſoria beneficij vel alterius ſpi
ritualis iuris omnino a cauſa poſſeſſoria rei prophanę diuerſa
eſt, quia illa ſine titulo iuſto & verbo obtineri neq; decidi pōt,
d. c. ex frequentibus. extra de inſtit. & c. beneficium. de reg. iur.
in 6. Non poteſt ergo alibi tractari quam coram eccleſiaſtico
iudice, cum de iuris canonici interpretatione tantū tractetur.
dicta l. omni innouatione. C. de ſacroſanct. eccleſ. & capitulo
qualiter & quando, & c. quanto. extra de iudiciis. capit. tuam.
extra de ordine cognitio. Neque poteſt Barto. opinio ſubſiſte-
re, niſi ſuper illo mero facto ſpoliationis. An clericus de facto
ſpoliatus ſit, vt in c. conſultationibus. extra de iure patron. Nō
autem poſſet iudicare, an iure ſpoliatus eſſet. In gloſſ. ſentit in
ꝟ. litera. extra de iuramen. calum. Et Cardi. in dicta Clement.
diſpendioſam. in 10. q. de iudi. vbi dicit non procedere Bertrā-
di opinionem dicentis in poſſeſſorio iudicio neceſſe eſſe ſaltē
de titulo fidem facere. quoniam, inquit Cardi, non eſt opus in
iudicio ſpoliatorio de titulo fidem facere, per tex. in d. c. in lite
ris. extra de reſtitu. ſpolia. ſufficere enim debet ſpoliato, dicere
ſe ſpoliatum, quia etiam prędo reſtituendus eſt c. reintegrāda.
3. q. 1. l. 1. §. qui a me. ff. de vi & vi arma. vbi ergo cauſa poſſeſſo
ria talis ſit, in qua de titulo oportet, qualis eſt in interdicto reti-
nendę vel adipiſcendę poſſeſſionis, vt in ca. paſtoralis. extra de
cauſa poſſeſ. vel proprieta. Non poteſt laicus iudex competens
eſſe. quod autem ad vltimum dictum declara vt per gloſ. Bar-
tol. Bald. & reliquos in l. ſi de vi. ff. de iudic. dixi in l. ſi quis vi. §.
differentia. ff. de acquirend. poſſeſ. Sexto, Philippus Decius in
cap. decernimus 20. colum. verſic. quarto fallit. extra de iudic.
deducit vnū, cui dicit non fuiſſe hactenus reſponſum. dicit eñ
9 ad confirmationem præcedentis argumēti † ex facto ius oriri.
l. ſi ex plagis. ff. ad legem Aquil. Non poteſt igitur ſecundum
Philip. Decium aliqua facti quæſtio eſſe, quin etiam iuris quæ-
ſtio ex ea reſultet, ſuper qua iudex neceſſario ius dicere debet.
Quomodo, inquit, poterit ſęcularis iudex de quæſtione facti,
quod habet iuris quæſtionem annexam, diffinire, quin illud fa-
ctum cum ſpirituali iure mixtum ſit? Et de ſpirituali iure non
recte diffinit, dicto c. quanto. extra de iudi. Et ad ſuæ opinionis
confirmationem citat Bartol. in l. præcipimus C. de appella. Et
quantum Iaſon in l. quoties. C. de iudi. ſecundum eundē Phil.
Decium niſus ſit huic argumento ſolutionem præſtare facta
aduerſus hoc argumentum inſtantia. Quoniam, inquit Iaſon
ſi argumentum ſubſiſteret, lex potius verbis quam rebus im-
poſita eſſet, contra l. primam. §. fi. C. communia de lega. doce-
retq; lex mentiri. Nam qui vellet ſęcularis iudicis notionem in
teruertere, ſemper iuris exceptionem aut quæſtionem oppo-
neret, vt ad eccleſiaſticum iudicem omnia traheret. quod non
laudat gl. in c. ſi clericus. in verbo, de conſuetudine, extra de fo-
10 ro competen. Licet ſecundum eandem glo. † Papa hodie paſ-
ſim literas huiuſmodi effectus concedat, & ita aſſumit ſibi iu-
riſdictionem aliorum, ꝯ id quod dixit in c. nouit. extra de iudic.
& male, inquit Archid. in c. hoc videtur 2. colum. 22. quæſtio-
ne 5. Et Bar. in l. 1. §. fi. ff. de pęn. Et hoc argumēto prius Philipp.
Decio vſus eſt Ant. de Butrio in c. fi. 4. colum. extra de iud. Pro
que adde tex. in cap. cauſam. extra de reſcrip. Tandem Decius
in loco prædicto ait, non eſſe bonum, neque verum Iaſo. reſpō
ſum, neque inſtantiam eius tollere argumentum, eo quod ius
ex illo facto reſultans ſpirituale eſt, & cauſa, ex qua factum ori
tur ſpiritualis eſt, cuius incapax eſt iudex ſęcularis, per ſupradi-
cta. Vlterius addens, ius patronatus quantumcūque fundo vel
villę hæreat, tamen ſpirituale eſt, ſaltem ſpirituali annexum. ca
pit. de iure. extra de iure patro. ſed quæſtio illa iuriſpatronatus
adeo ſpiritualitati cōnexa & annexa eſt, vt ſeparari nequeat, di
cto capitul. quanto. extra de iud. ſed vbi quæſtio facti inſepara-
bilis eſt a quæſtione iuris, idem fieri debet de quæſtione facti iu
dicium, quod & de iuris quæſtione ſit, ſecundum Bartol. in l. ſo
lent. ff. de alimē. & ciba. lega. Et vltra quam dicant, induco tex.
in cap. conuenior. 23. quæſt. 8. ibi, noli grauare te imperator, vt
putes te in ea, quæ diuina ſunt, imperiale aliquod ius habere.
Non videtur ergo iure ſubſtineri poſſe laicum iudicem capacē
eſſe iudicem quęſtionis poſſeſſorię, cuiuſcūq. qualitatis ſit, etiā
recuperādę poſſeſſionis, cum ea diuina & ſpiritualia eſſe dicā-
tur, quæ quomodocūq; ſpiritualia tangunt, dicta Clemen. di-
ſpendioſam de iudi. Clemen. vnica. de cauſa poſ. & proprieta.
Alia ēt plura cōgerit Franciſ. Curtius, in 7. parte dicti tractatu-
11 feuda. q. 6. quæ non repeto neque tranſcribo. † Ex aduerſo Bar-
tol. cui fere tota legiſtarum academia ſe ſubſcripſit, in l. Titia.
ff. ſolu. matrimo. & in d. l. omni innouatione. C. de ſacroſanct.
eccleſ. & in l. quoties. C. de iudi. dicit ſęcularem iudicem recte,
& iure de quæſtione facti ſeu poſſeſſorio beneficij ſeu alterius
rei eccleſiaſticæ poſſe cognoſcere & diffinire. Alioqui ſi ſecus
ſentiremus ſequeretur vnū, quod a iure deuium eſſet, ꝙ eccle-
12 ſiaſtici iudices ad ſuū tribunal oīa trahere poſſent † ſicuti face-
re ſolēt, & ſupra recenſui poſt glo. in c. ſi clericus. extra de foro
compet. & Archi. in c. hoc videtur 2. col. 22. q. 5. ſicuti, & Boni-
facius ſua conſtitutione ſtatuere voluit in ca. quoniam. de im-
muni. eccle. lib. 6. oblitus eorum, quę ſcripta ſunt in capit. 2. ex-
13 tra de priuileg. & in c. nouit. extra de iudi. † Et ideo Bonifacia-
na conſtitutio in Gallia nūquam recepta eſt, & quam cum ali-
quādo officialis Rothomageñ. aliqua ſynodali conſtitutione
repetere, & ſuſcitare niſus fuiſſet, die ſibi a curia dicto mulctā
14 ſubſtinuit, quę curiæ iudicio illi indicta eſt. † Neque ſecundum
Bar. & qui eum ſequuntur, obſtare poteſt. d. l. omni innouatio-
ne. quæ ſic legi & interpretari debet, vbi ſuper canonicis vel de
cretalis vel alterius eccleſiaſticæ cōſtitutionis dubitatio oritur
hoc ad ſacroſanctum Romanū antiſtitem, vel canonis, ſeu de-
cretalis epiſtolæ conditorē remittendum & referendum eſſe.
hoc aperte, & ſole clarius, in eadem lege probatur. Primo, dū
in capite legis dicitur, vetuſtatem & canones priſtinos eccleſia
ſticos, qui vſque nunc tenuerunt, etiam per omnes Illyrici pro
uincias obſeruari. Et ſequitur in tex. vt ſi quid dubietatis emer
ſerit, id oporteat conuentui ſacerdotali, ſanctoq; iudicio reſer-
uari. Sed vbi clari erunt canones, ſeu eccleſiæ conſtitutiones,
ſuper quibus dubitari nequit, non prohibet illa lex laico iudi-
ci ſecundum eos diffinire & iudicare, iuxta ca. primum & fin.
extra de noui ope. nun. & in l. 1. & l. nullus C. de ſum. Trin. & fi
de catholi. Licet conſtitutio imperialis aliud ſtatueret, vt nota
tur per omnes in c. nulli. extra de reb. eccl. non aliena. dum de
Leonina conſtitutione illa decretalis loquitur, præſertim ſe-
cundum Accur. in dicta l. 1. C. de ſum. Trin. & fide catho. quā-
do materia peccati diſcutitur d. c. nouit. extra de iudi. & ita Pe.
ſentit in dicta l. omni innouatione. tametſi per Bald. & Paul. de
Caſt. aliter concluſum eſſe videatur. Et hanc ſententiam An-
dr. de Iſer. proſequitur & approbat in c. vnico, in verbo, contra
hentium inceſtas nuptias. quæ ſunt regal. collat. 10. Dicit eñ,
15 † ſi agatur in cauſa matrimoniali, vt matrimonium ſeparetur
quo ad thorum propter adulterium, vt in ꝟ. tuę, extra de procu
ra. vel ſi dicatur matrimonium non potuiſſe de iure celebrari
vel contrahi, vel quod vſurarius propter vſuram communio-
ne & chriſtiana ſepultura priuetur, vel alia eccleſiaſtica pœna
propter vſuram puniatur cap. quia in omnibus. extra de vſuris.
vel quod excommunicatio iure impoſita nō ſit, cū excommu-
nicationem non præceſſerit monitio, vt in c. ſacro. extra de ſen
ten. excōmuni. & in Clem. prima. de vita & honeſta. clericorū.
hoc totū ad eccleſiaſticū iudicem ſpectat foriq; erit eccleſiaſti
ci cognoſcere & iudicare. Si vero ad pęnā ciuilem, id eſt, a iure
ciuili impoſitam agatur, quia de adulterio aliquis accuſatus ſit
vel qđ vſurarij publici bona publicentur, & fiſco acquirantur,
vel quod per vſuram ablatum eſt reſtituatur, vel ſi excommu-
nicatio proponatur ad impediendū litis ingreſſum corā ſęcu-
lari iudice, vt in ca. 1. de exceptio. in 6. vel an aliquis excommu-
nicationem maiorem incurreret propter facti contingentiam
quia ſacerdotē quis violenter percuſſerit, vt in c. ſi quis ſuaden
te diabolo. 17. q. 4. & proponatur percuſſorem non incurriſſe
canonis ſententiam, cū is qui percuſſus eſt in tonſura, & habi-
tu clericali inuentus non eſſet, de his oībus ſęcularis iudex co-
gnoſcere & diffinire poterit ſecundū eū, neq; ſecus in iure ca-
nonico ſcriptū inuenitur. Et dicit And. de Iſer. in loco prędicto
ſimili argumentatione vſum fuiſse Pōtificē in c. is qui. de ſen-
ten. excommunica. li. 6. ibi, cum id nō ſit expreſsum in iure, &
16 in c. 1. de ſupplen. negligen. præla. eo. lib. † ibi, cum nō inueniat
tur a iure conceſsum, intelligitur, inqt And. de Iſer. eccleſiaſti-
co iudici prohibitū, qđ in iure non reperitur expreſse conceſ-
ſum c. inter corporalia. §. ſed neq; extra de tranſla. epiſc. c. dile-
ctus. extra de tempo. ordina. Cū nō intendat Papa iuriſdictioni
ſęculari derogare c. ex tenore. extra de foro comp. d. cap. noui.
extra de iudic. & dicto c. 2. extra de priuileg. Facti aūt quęſtio
in ptāte iudicis eſt, iuris executio ſub legis remanet poteſtate.
Allegat. l. primā. §. 1. ff. ad Tert. ſed voluit allegare l. 1. §. 1. verſi.
ſi autem pronuntiauit, & verſ. ſeq. ff. ad Turpill. ſenatuſcōſ. Et
in eadem opinione eſt Anto. de Butrio in d. c. tuam. in colum.
pen. & fin. extra de ordi. cognitio. & in c. cū ſit. extra de foro cō
pet. Alexan. in d. l. Titia. ff. ſol. matrim. Et Moder. Papien. in d.
l. quoties. C. de iudi. Ex eorum aūt doctrina elici neceſſario vi-
detur voluiſse dicere iudicem ſęcularem cōpe. eſse tū eorum
quę ſunt facti, ſeu ꝙ in facto nō in iure cōſiſtūt, & ſic ſm Card.
opin.

opi. in d. cle. dispendiosam. de iudi. de possessorio recuperãdę, non aũt retinẽdę possessionis posse cognoscere, quia cũ in hoc retinendę vel ẽt adipiscendę possessionis interdicto de iure doceri debeat, nõ videatur iudex sæcularis idoneus esse iudex, vt paulo post declarabimus. Licet a Cardi. Flor. plerique disce-
17 dant. † Et aduerso plura sunt per quæ iuste dici, imò concludi debet laicum seu sęcularem iudicẽ cõpetentem esse iudicem omnium & singulorũ interdictorum adipiscendę, retinẽdę, & recuperandę possessionis cuiuscunque spiritualis seu ecclesiastici iuris, nulla distinctione eorũ facta. In primis hæc cõclusio prorsus absoluta vr̃ in c. causam quæ. 2. extra qui filij sint legiti. cuius decreta. text. curaui in omnibus suis partibus designare. prima erit in his verbis, verũ quia literis nostris iniungi fecimus, vt sæpe fato. R. possessione omnium quorum possessor extitit quando auus suus proficiscendi Hierosolymam iter arripuit ante principalis causę ingressum feceritis restitui, si eadẽ possessione fuisset per violentiam spoliatus. Ecce quomodo Papa suis delegatis iudicibus mandauerit spoliatum ante initium principalis causæ, quę super legitimitate matrimonij erat, rebus suis quibus spoliatus erat, restitui, quod moleste grauiterque tulit Angliæ rex, neq; permisit delegatos iudices de huiusmodi spoliatione cognoscere, quæstusq; est apud Pontificem hac ratione Pontifex ductus epistolam suam decretalem Londonieñ. & Vigornieñ. episcopis rescripsit, qua mãdauit regi possessorium iudicium relinqui. & quæso attẽde rõnem illius decretalis constõnis. nos, inquit, attendentes q̃ ad regẽ pertinet, non ad ecclesiam de talibus possessionibus iudicare, ne videamur iuri regis Anglorũ detrahere, qui ipsarum iudicium ad se asseruit pertinere. Ob id præfatis episcopis mandat, vt de principali causa tãtum, quæ est, vtrum mater prædicti. R. de legitimo sit matrimonio nata. licet incongruũ sibi videatur, vt matrimonium genitoris præfati. R. impetatur, quod ea viuente non fuit, vt dr̃, impetitũ. Ecce q̃uo clare Pontifex iudicium spoliationis rerũ ad laicũ iudicẽ remittit, licet sup. eo diffiniri difficile imò impossibile est, quin de illegitimitate matrimonij tractet. quomodo enim illi restõ fiet quæ illegitime nata est. Obstat auth. ex complexu. & l. cũ ancillis. C. de incæst. nupt. plura dicam. inf. Secundo vrget. cap. fina. extra de iudi. etiam si discedamus ab opinione & interpretatio Tancredi antiqui glossatoris quam condemnant Hostien. Ioann. Andre. & reliqui omnes Canonistę in eo quod voluerit Tancredus dicere illam decretalem intelligi debere de quæstione rectoris parrochialis ecclesię de Sina, vel sanctę Marię de Florentia, non autem rectoris castri de Sina. quod Hosti. Ioan. Andre. & reliquis non placuit. voluit enim debere de rectore castri non parrochialis ecclesiæ intelligi. Et mouentur, cum in fine eiusdem decretalis dicatur tempus regiminis electi inutiliter eludatur, quæ necessario non
18 arguunt, † quoniam non solent castrorum custodes, rectores nominari, sed aut castaldini, vel gardiani, vel capitanei, vt in c. vnico. de feud. gard. vel castal. col. 10. c. 1. quis dicat, dux, comes, vel marchio eadẽ col. vel stationarij vel curiosi vel cohortales, vt in titu. C. de curio. & statio. & in tit. de cohorta lib. 12. Circa autem istud diu nõ insistam. Conuertã igitur hoc argumentũ ad aliud, q̃ ex illa decretali assumo. nam ille tex. vult absonum non esse, imo iure licere iudiciũ possessorium eiusdẽ corã vno iudice tractari, coram altero vero petitorium diffiniri. nam illa decretali possessorium illius rectorię castri de Sina coram Florentino ptãte decisum fuit, coram quo voluit communitas de eiusdem rectoriæ proprietate procedere, vt de illa per eum diffiniretur. mandat Pontifex episcopo Bononiensi, & T. & B. Praueñ. Bononiæ commorantibus, si eis de iniã prędicta cõstiterit, vt cõitatem moneant, & compellant electum ab Abbate & conuentu sanctę Marię de Florentia, in cuius fauorem sniã super rectorię possessorio lata erat, possidere, & in possessione remanere, donec per eos super illius proprietate diffinitum erit quibus proprietatis causam terminandã committit. Nihil igit in hoc commune habebit possessio cum proprietate, vt in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. possel. alioqui si insisteremus interpretationi datę ad l. nulli prorsus. C. de iud. nõ fuisset iustum neque verum Pontificis iudicium in d. cap. fin. quia quemadmodum Florentinus potestas de possessorio rectorię cognouerat, pariter & de proprietate iudicare debebat, non aũt ab eo proprietatis cognitio auferri, imò nec poterat proprietatis causam suis iudicibus committere, cum sui fori nõ essent, sed temporalis iurisdictionis & fori. c. causam quę. extra qui filij sint legiti. & plura dicam infra. Dicant forte aliqui esse patrimonii ecclesiæ quod inficiatur Imperator populusque Florentinus, vt in tractatu pacis videri põt in ti. de pace Constan. colla. 10. Tertio confirmatur. c. ex parte. extra de foro cõpetenti. Ad
19 cuius inductionẽ premitto † in causa feudali solum dominum feudi etiam ecclesiastici iudicem esse competẽtẽ. c. nouit. & c. cæterum. extra de iudi. c. verum. extra de foro cõpeten. cum, vt supra dixi, diuisum imperium cum Ioue Cæsar habeat. d. c. cõuenior. & c. tributum. 23. quæst. 8. & hac ratione Pontifex suam cõmissionẽ reuocauit, in d. c. causam quę, extra qui filij sint legiti. inquit Pontifex in d. c. 2. extra de priuileg. in iudicijs laicorum priuilegia turbare nolumus, ita eis præiudicantibus nobis, moderate volumus authoritate resistere. Secundo non licet vasallo domini iudiciũ refugere, imò requirere debet, cap. preterea si inter duos, de prohi. feu. ali. p Fede. c. vnico. an apud
20 iudi. vel curiam domini quęst. feu. termi. deb. † Et si forte dominus vasallum obaudiret, & negligeret vasallo iustitiã ministrare, debet vasallus superiorem dominum adire. c. vnico. in fi. de mili. vasal. qui contu. est, colla. 10. & secundũ iura canonica data vtriusque domini negligentia, licet tunc vasallo ecclesiasticum adire iudicem, & non alias, c. ex transmissa, extra de fo. cõpet. clarum est autem ex his quæ in eadem decretali, ex parte. vers. idem quoq; adiecit. recẽsetur causam feudalẽ fuisse, neq; feudi dñm a vasallo fuisse requisitum, vnde ex negligentia accusari non poterat, nihilominus Honorius Pontifex non obstantibus illis exceptionibus, quæ in petitorio potius q̃ in possessorio, quod regina ꝯ nobilem virũ Gulielmum de Segrey intentabat, locum habere videbãtur, voluit archiepiscopum, decanum, & archidiaconum Turonenses suos delegatos iudices, iuxta literarum suarum cõtinentiam in possessorio procedere, ex his alterum duorum necessario ex illa decretali colligitur, aut Pontificem contra iuris dispositionem iudicasse, aut debuisse causam illã possessoriã feudi domino remittere, iuxta, d. c. causam quæ, extra qui filij sint legi. cum dñs feudi negli-
21 gentia in nullo argueretur, † & si de causa petitoria debeat feudi dominus iudicare, d. c. verum, extra de foro competen. & d. cap. nouit. & cap. cæterum, extra de iudic. pariter & possessoria eiusdem feudi coram eodem terminari debebat. d. l. nulli prorsus C. de iudic. per ea quæ in prima parte supra dicta sunt, non enim potest deuolutioni locus esse, nisi data iudicis laici negligentia, c. licet, extra de foro competen. Secũdo licet immediatus feudi dominus neglexisset iustitiam vasallo ministrare, nõ poterit causę cognitio ad ecclesiasticum iudicem deuolui, nisi & superior dominus, s. Rex Franciæ pariter requisitus neglexisset iustitiam ministrare, vt supra dictum est, c. vnico. in fi. de milit. vasall. qui contu. est, non constat autem in casu dictæ decretalis, ex parte, regem Franciæ, qui superior erat dominus, requisitum fuisse, non poterat igitur Põtifex delegatis suis iudicibus causam ꝯmittere, d. c. 2. extra de priuileg. & d. c. nouit. extra de iudic. per ea etiã quæ copiosius scripsimus in 2. parte nostri tractatus, an Rex Franciæ superiorem in temporalibus recognoscat, quæ hic repeti possent. Sed cum Põtifex secus in ea diffinierit, quasi dicere velit rerum prophanarum non tantum sęcularem iudicem, verum etiã ecclesiasticum cõpetentẽ esse iudicem, dummodo de possessorio eius quęstio sit. nõ autem super petitorio, vt longe sit diuersa ratio possessorij & petitorij, & in possessorijs iudicijs omnes iudices tam sęculares q̃ ecclesiastici adiri possint, cuiuscunq; qualitatis ille causę fuerint ciuiles & prophanę seu spirituales vel ecclesiasticę, & ita notat illic gl. fi. & oẽs post eam. Et si forte dixeris in illa decretali, ex parte, aliquid speciale esse, quia causa viduę, & sic miserabilis personæ tractatur, & illum tex. ad id singularem esse affirmant, & quod in illo tex. duo concurrebant, s. cã viduę & miserabilis personæ, secundo q̃ super restitutorio possessorio age-
22 batur. Sed facilis & in promptu est rñsio † nam in causa ẽt feudali quantũcunq; vidua agat aut conueniatur, laici seu sęcularis iudicis cognitionem & iurisdictionem interuertere nõ potest, nisi vbi sęcularis iudex negligens esset, ca. ex tenore, extra de fo. cõpe. & ita notat Inno. in c. significãtibus, per illum tex. extra de offi. deleg. pręsertim quãdo vidua nobilis est & diues, vel etiã si nobilis nõ sit, diues tamen est, & dictum Inno. sequitur Ang. in l. vnica. C. quãdo impe. inter pupil. & vid. imò plus secundum eosdem, & præsertim Inno. in d. c. ex parte. extra de foro compe. vbi causa viduę pauperis tractaretur de castro aut alio feudo alicuius magnę importantię, non posset vidua iudicis sęcularis notionem vel iudicium refugere, nisi ob denegatã iustitiam. & in pari esset negligẽtia superior iudex illius qui postulatus & requisitus est, iustitiam denegarit. d. c. verũ. c. ex tenore, & c. licet, extra de fo. ꝯp. d. c. significantib. extra. de offi. dele. c. cęterũ. extra de iudic. plus Ro. in l. 1. & §. & post operis. 4 col. in fi. ff. de no. ope. nũc. dicit nõ esse in vasalli facultate alterius iudicis iurisdictionem absq; domini consensu prorogare. c. per venerabilẽ. §. insuper. extra q̃ filij sint legi. d. c. ex transmissa. extra de foro cõpe. dominus enim feudi aliam q̃ iurisdictionis habet qualitatẽ, quę est fidelitatis, propter quam ad id quod vtile est dño, vasallus obligatur, c. vnico de for. fideli. & c. vnico. de no. for. fide, colla. 10. & hac rõne Fely. in c. solitę. 3. col. ver. inquantũ post Inno. illic, extra de maiori. & obed. dic. regem habentẽ comitatũ ratione cuius superiorẽ habet, si ab eo prouocetur, reclamare nõ debet. in hoc enim regia dignitas in cõsideratione eis: non põt. l. si qñ, vbi hoc no. Bart. C. de appel. c. Romana. §. debet de appel. in 6. Ponderatur tex. in cle. pastoralis. §. denique, de re iud. si per otium licet, dicam aliqñ, cũ

inter

inter duos principes totius christianitatis primos, disputatio qñq; contigit. ad institutum redeamus. Debebat potius regina Britãnię seu Anglię ad regẽ Franciæ refugere, vt ius & iustitiam illi ministaret, cum ratione feudi quod in Turonensi prouincia esset illi subdita esset. capitulo, hæc quippe. 3. quæstione. 6. Neque obstabit, quod secundo loco supra relatum est causuam fuisse possessoriam interdicti recuperandę possessionis, quia regina vidua spoliata erat quoniam huic arg. obstat. dictũ c. causam quæ. 2. extra qui filij sint legi. Et in hoc contrauenit Pontifex in casu dicti. c. ex parte. extra de foro competen. his quæ scribit in c. 2. extra de priuileg. & in c. nouit. extra de iudi. dixi plura in 2. parte nostri tractatus, quæ hic repeti possent.
23 † Neq; hac ratione video quomodo saluari posset decisio Honorij Papæ in d. c. ex parte. nisi dixerimus cũ Bernardo glossatore iuris canonici in dicto. c. si clericus. extra de foro competen. Papam sępissime literas ecclesiasticis iudicibus aduersus laicos scribere. contra id quod scribit in dicto. c. nouit. Ob id, inquit, mirum non est si totus iudiciorum ordo peruertatur. tantundem dixit Barto. in l. 1. §. fi. ff. de pęn. Expressius Hostien. & post eum Ioan. And. in dicto. c. solite. 3. colum. extra de maiori & obedien. dicunt enim & spiritalem & regalem gladios hodie reciprocare. Namque in multis locis temporalis gladius sacerdotalis effectus est, ecclesiasticos & res ecclesiasticas pariter vt laicos & res temporales iudicans, contra id quod scribitur authen. vt cleri. apud. propr. episco. §. si vero ecclesiasticum colla. 7. Similiter spiritualis gladius ex leui causa non tantum per alios, sed & per seipsum mouens guerras & nutriẽs factus est militaris, contra iura. c. 1 extra de treug. & pace. c. ex multa. §. de clericis. extra de voto & voti redemptio. Neque secundũ eosdem hæc pestis cessabit aut deficiet, donec vterque suis terminis cõtentus sit. c. 1. §. fin. extra de sepultu. super quo salubre esset specialem constitutionem facere. hæc illi. Alia vide per eundem Hostien. in c. vnico. extra de sacra vnctio. Si autẽ huic Pontificis decisioni insistere canonistę & ecclesiastici iudices desiderant, transeat cum cæteris canonistarum erroribus. Ex eo autem cõstabit aliam esse possessorij & aliam petitorij causam, & vnam ab altera plurimum differre, quicquid dicat Decius & alij per dictam. l. nulli prorsus. C. de iudic. & abundãtius
24 haud multo post aperiemus. Quarto clarius † inter vtrunque iudicium possessorium & petitorium differentia probatur in capitu. literas. §. præterea. in verbo, iuramento. extra de restitutio. spoliato. vbi in iudicio restitutorio vult calumnię iuramẽtũ deferri. in spiritualibus autẽ causis iura antiqua canonica exigi prohibent, neque deferri permittunt, capitu. literas. extra de iuramento calumnię. Licet per Bonifacium antiqua iura correcta fuerunt. voluit enim in spiritualibus, sic & in temporalibus calumnię iuramentum exigi, capitu. 1. de iuramẽto calumnię. lib. 6. Ecce quomodo iudicium possessorium inter causas spirituales & ecclesiasticas non annumeratur. Et ad id non tacebo glos. in c. cum delicti. in verbo, iuramento. extra de electio. Cuius verba transcribere non pudebit, inquit illa glos. Vel dic qđ licet causa sit super re spirituali, quod etiam directe agens præstabit iuramentum calumnię, vt si agatur ad restitutionem rei spiritualis, vt infra de restitu. spolia. c. literas. Et Inno. in eadem decreta. colum. 2. quem illic Hostien. & Ioan. And. sequuntur, dicit, sed certe aliqui dicunt & non male quod non est mere spiritualis causa vbi agitur ad restitutionem spiritualium, sed & popularis est. Illam glos. sequitur Ioan. And. in c. primo. de restitu. spoliato. in 6. & in ead. opinio. illic fuit Archid. per illũ tex. dicebat enim Archidia. secundum Ioan. And. quosdam dicere, non esse causam mere spritualem quando agitur de restitutione spiritualium. & isti nõ male dicunt, vt notat Innocen. de electio. c. cum dilecti. Et recte probat illa decretal. prima de restitutio. spoliato. libr. 6. ibi, quod spoliationis exeptio nõnunquam in iudicij calumniose proposita causas ecclesiasticas impedit & perturbat. Quinto non valet consequentia, Causa spiritualis est seu ecclesiastica, de ea agitur secularis iudex non tantum principaliter, sedneq; incidenter cognoscere potest. huic
25 enim consequentię obstabit hæc instantia. † clarum est sacrilegium crimẽ esse ecclesiasticum. c. cõquestus. extra de foro cõpeten. c. si quis contumax. & c. quisquis. in verbo, coram episcopo satisfacere detrectauerit. & in verbo, & velut sacrilegi canonicę sententię subiungentur. c. si quis deinceps. & per totam pęne quæstionem. 17. questione. 4. Et tamen tex. in c. cum si extra de foro competen. dicit laicum iudicem de sacrilegio posse cognoscere. Imò plus Anto de Butrio in capi. finali secunda colum. versic. nota hic apertum.. extra de iudic. dicit in illo textu aperte probari, pro spoliatione iurium ecclesię coram laico iudice agi posse. & sic secundum eundem Anto. de Butr. pro sacrilegio, & ex facto ex quo surgit crimen sacrilegij electio est ecclesiæ, an agat coram ecclesiastico iudice, an laico. Ad hoc secundum eundem facit. c. cum sit in versi. vtrum. extra de foro competen. Et idem notat Bal. in c. quanto. extra de
26 iudic. vbi dicit Bald. † secularẽ iudicem posse de possessorio iuris patronatus cognoscere, quia licet ius patronatus spirituale sit, causa tamen possessoria iuris patronatus non est spiritualis. Secundo, secundum eundem Bald. in l. secũda. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. quoniam est meri facti. l. consilio. ff. de cura. furio. l. prima. §. si vir. ff. de acquiren. pot. l. cum hæredes eod. tit. Si ergo secularis iudex de sacrilegio iure cognoscit de his quæ ad notionem & diffinitionem eius spectabunt cognoscere oportebit. l. secunda. ff. de iurisdi. omnium iudicum. argumento est. l. cognitio. versiculo Imperatores. & l. fina. ff. de officio eius cui manda. est iurisdictio. hoc etiam notat gl. in dicto. c. literas. extra de iura. calum. & in dicto. cap. literas. extra de restitutio. spoliato. impossibile enim esset seculari iudici pęnam sacrilego imponere, donec ei legitime constituerit altero ex illis modis expressis in dicto. c. si quis contumax. & c. sequenti. 17. q. 4. l. si quis in hoc genus. C. de episcopis & clericis. l. sacrilegij capite. ff. ad legem Iuliam pecul. vt sciat iudex pœnam distinguere. dicto capitu. si quis contumax. & capitulis sequentibus. vel eam, quam leges in sacrilegos statuunt. l. 3. C. de episcopali audientia. l. aut facta. §. locus. ff. de pęnis dicta. l. sacrilegij capite. & l. sacrilegij pęnam. & plerisque alijs legibus illius tituli. ff. ad legem Iuliam pecu. & dicta. l. si quis in hoc genus. C. de episcopis & clericis. ex facto enim ius oritur, vt dixi
27 & forte infra repetemus. † idem dico in crimine adulterij. Tolle exemplum in l. si hi qui. C. ad legem Iuliam de adulter. vir de adulterio accusatus erat, cæterum accusatus excipit nõ posse de adulterio accusari, quod ea, quam cognouit, consanguinitate vel affinitate sibi iuncta erat, nonne iudex de illa præiudiciali exceptione cognoscet, certe sic. l. quoniam Alexand. C. ad legem Iuliam de adulter. l. præses prouincię. C. ad legem Flauiam de plagia. l. nullum. C. de testibus. Et ita pulchre notat Bald. in l. filium. circa finẽ primę lecturę. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. quia hic non agitur de validitate matrimonij seu de habilitate vel inhabilitate contrahentum, seu nullitate matrimonij, cuius disputatio fori esset ecclesiastici. c. tuam. extra de ordine cognitio. & c. lator. extra qui filij sint legitimi. sed illa est sola facti quęstio. l. Titia. ff. soluto matrimonio & idem notat Barto. in l. omni innouatione. C. de sacrosan. eccles. Quare, inquit Bal. in d. l. filium. erunt secularis iudicis aures impossibiles ad huiusmodi quæstionem audiendam, soluat Apollo. Nam de iure certi sunt affinitatis & consanguinitatis gradus, vt in titulo. ff. & Instit. de grad. affinita. quod prosequere vt illic per Baldum & Ioannem Andre. in c. fin. de foro compet. in 6. post Hostien. in c. tuam extra de ordine cognitio. Dicit adulteriũ tunc ecclesiasticum crimen esse, cũ de thori separatione agitur c. tuę. extra de procura. tantundem dixit in dicto c. cũ sit. extra de foro competenti. vbi igitur de thori separatione non tractabitur, secularis iudex de causa illa incidente cogno-
28 scere potest. † Idem in periurio seu deiurio censeo, tametsi gl. in dicto. c. cum sit generale. extra de foro competen. dixerit deiurij seu periurij causam specialem esse, quod non placuit Ioan. Andre. in c. licet. de iureiuran. in sexto. & recte, & eum sequitur Alex. in apostil. Barto. in d. l. omni innouatione. C. de sacrosanc. eccle. Nam secundum eos secularis iudex de periurio cognoscit. Alioqui si secus sentiremus, incõueniens absurdissimum inde procederet, cum hodie omnia & singula instrumẽta sint iurata, ratione iuramenti de omni re etiam prophana cognosceret ecclesiasticus iudex, quoniam passim diceretur peccati materiam tractari, sicuti dicitur in c. nouit. extra de iudic. Et tamen Pontifex cognitionem feudi ad Francię regem remittit in dicto c. nouit. & in c. p venerabilẽ extra qui fi. sint legiti. & in c. 2. extra. de priuileg. & ad Anglorum regem in d. c. causam quæ. 2. extra qui filij sint legiti. & quamuis Modernio. Papien. Iac. in d. l. nulli. in 5. limit. absolute dicat crimen periurium omnino ecclesiasticum esse, & solum iudicem ecclesiasticum posse de illo cognoscere fretus authoritate Ioan. And. in cap. fi. de for. compet. lib. 6. & quod ille tex. absolute statuere videtur, hoc non dicit illa decre. fi. de foro compet. neque etiã Ioan. And. illic hoc sentit. verum est autem periurium addere forum foro, per illum tex. vt ratione periurij possit quis coram ecclesiastico iudice conueniri, vt iuramentum obseruet, sed ꝙ ob id iudicis laici iurisdictio sublata sit, ille tex. hoc non sentit.
29 † immo Ioan. And. in illa decretali sic distinguit, aut sacramentum est pęnitentiale aut iudiciale, si pęnitentiale, & nulli dubium est fori esse ecclesiastici, & ita secundum eundem intelligatur, cap. prædicandum. 22. q. 1. Si iudiciale, & iterum distinguit, aut de alterius interesse tractatur agendo aut excipiendo, si agendo, & vterque iudex tam laicus quam ecclesiasticus cognoscit, quemadmodum de sacrilegio dicitur in d. ca. cum sit generale, extra de foro competen. Et ratio [illegible] iudice ecclesiastico quare cognoscere potest secundum eundem Io. Andr. est, quia ratione periurij Dei reuerentia offenditur. & ideo cognoscere potest, intellige si primo iudex ecclesiasticus adeatur, & ita intelligendum est dictum cap. fin. de foro competenti. in 6. quoniam haud dubie de eo recte iudex laicus diffinit. clarius

so'e probatur in d.c.licet.de iureiuran.quem text. recte Ioann.
Andr. animaduertit. Secundo etiam cognoscit ecclesiasticus
iudex, si forte is, qui fide fracta aut deiurio impetitur, talis sit,
qui superiorem non recognoscit, & cognoscit summus Pon-
tifex, & ita secundum eum intelligi debet decret. nouit. extra
de iudic. in qua secundum Ioan. Andr. tractabatur de fide fra-
cta, & quod Rex Franciæ superiorem non habebat, dixi plura
in 2. parte tractatus an Rex Franciæ superiorem in temporali-
bus recognoscat. Si autem excipiendo periurium proponatur,
& istud est indubium, quia laicus iudex cognoscit, sed circa il-
lud obseruare debet iuris canonici dispositionem, iuxta dictũ
c. licet. de iureiuran. in 6. & c. quamuis, de pact. eod. lib. Si vero,
inquit Ioan. Andr. dubium est an iuramentum licitum sit, ad
ecclesiasticum iudicem cognitio spectabit c. venerabilem, de
elect. & ita dicit intelligenda esse ea, quę Hostien. illic scripsit,
& in cap. tuam, de ord. cognit. ego vero puto aliter dicendum,
30 † aut sacramentum, quod factum est, interuenit circa res pro-
phanas aut in contractibus, qui de rebus prophanis fiunt, & in-
ter personas non priuilegiatas, quæ a sæculari iudice coerceri
possunt, & puto huiusmodi deiuria, siue incidenter siue princi
pali in iudicio introducantur, fori esse temporalis vel sęcularis,
vbi vero iudex sæcularis negligeret pœnam de periurio exige
re, vel periurium personam ecclesiasticam concerneret, vel iu
re spirituali interuenirer, & de eo iudex ecclesiasticus cogno
scere posset. d. ca. finali. de foro compet. in 6. quod loquitur de
persona ecclesiastica, quę pro laico intercesserat, qui indemnē
eum ratione intercessionis reddere promiserat, & in hoc reus
sequitur forum actoris, secũdum communem doctorum sen-
tentiam, in cap. at si clerici. extra de iudic. §. 1. in authen. vt cleri
ci apud proprios episco. collat. 6. & in §. 1. & fin. in authen. apud
quos oport. monach. aut assis. eadem coll. & in c. clericum nul
31 lus 2. quæst. 1. vbi gloss. † plus ait, clericum venditorem de eui-
ctione conuentum non teneri emptorem in foro sęculari de-
fendere, non obstante decisione l. venditor. ff. de iudic. & illam
glos. secutus est illic Paul. de Cast. post Specul. in titulo de pri-
mo & secundo decreto. §. restat. versic. quod si dominus, cuius
contrarium tenet Ioan. And. in cap. quoniam frequenter. 6. co-
lum. extra vt lite non contest. & facit ca. fi. vt lite penden. libro
6. in c. fi. extra de empt. & vend. & alij quorum meminit Lan-
cellotus Decius, & illos sequitur in d. l. venditor, sed casus illius
decretalis fi. de foro compet. in 6, est diuersus, quia loquitur in
clerico fideiussore laici, qui laicum voluit conuenire coram iu
dice laico ratione iuramẽti in contractu interuenti, in quo pro
miserat clericum indemnem seruare, hac ratione Pontifex ait,
de iure potest conuenire, quoniam in hoc reus forum actoris
sequitur. Nam in hoc principaliter clerici interesse versatur.
Idem dico vbi persona, quæ ratione iuramenti conuenitur, ta-
lis esset, quę superiorem non recognosceret in temporalibus,
vt in c. nouit. extra de iud. Et non dissimilem distinctionem tra
32 dit Ioan. And. in cap. 1. colum. 2. de vsur. in 6. † dicit enim, aut
crimen est omnino ecclesiasticum, quale est hæresis c. vt inqui
sitionis. §. 2. de hæreti. lib. 6. & cognoscit ecclesiasticus. Si vero
aliud sit crimen, & tunc aut a laico commissum est, & cogno-
scit laicus, aut persona est ecclesiastica, & cognoscit ecclesiasti
cus. Et hoc pacto puto sic declarandam esse dictam decreta. fi.
de foro compet. in 6. licet forte dicat aliquis Bonifacium illius
decret. compilatorem, & authorem apertius attestari causam
iuramenti fori esse ecclesiastici, dum ait, ipsum coram ecclesia
stico iudice, ad cuius forum ratione iuramenti cautæ huiusmo
di cognitio noscitur pertinere, & ideo permittit cuicumq; lai-
co posse super deiurio ecclesiasticum iudicē etiam in prima
instantia adire, per illam decretalem fi. quæ vna est ex Bonifa-
33 cianis constitutionibus, † quibus omnes pęne iurisdictiones,
non dixerim temporales tantum, sed etiam ecclesiasticæ turba
tę sunt, sicut & ampliori constitutione exposuit in ca. fi. de im-
munit. eccles. lib. 6. quæ in Regno Franciæ antiquatę sunt. Ra-
tio autem ex annalibus Pontificum & Francorum regum fa-
cillime colligi potest, quoniã propter eas per Clementē Quin-
tum extrauagan. meruit. de priuileg. facta est. sed ne videar il-
lius Decretalis argumẽtum hac solutione absoluere, dico post
Ioan. And. intelligendam esse de foro pęnitentiali & non con-
tentioso, quia eiusdem Bonifacii constitutione in dicto cap. li-
34 cet de iureiurand. in 6. † cõstat sęculares iudices posse de periu
rio cognoscere & diffinire, dummodo secundum illam De-
cretalem iudicent, probatur, dum in eadem Decretali dicitur,
tamen quidam iudices sęculares eas contra præfatas alienatio-
nes audiunt quamuis eis constet legitime de huiusmodi iura-
mento, nos animarum periculis obuiare volentes, eosdem iu-
dices ad seruandum hoc ius canonicum per locorum ordina-
rios censura ecclesiastica decernimus compellendos, per quã
duo probantur in his verbis, animarum periculis obuiare vo-
lentes. primo Ioann. Andr. distinctio. secundo, quod supra di-
xi non prohiberi sæculares iudices de periurio cognoscere,
dummodo Bonifacianam constitutionem obseruent, quo-
niam ad id tantum facta est illa Decretalis, vt ad obseruatio-
nem iuramentorum iudices sæculares suos subditos com-
pellant, & in eos animaduertant secundum iuris canonici di-
spositionem, vt in l. omni innouatione. C. de sacrosanc. eccles.
Et id satis Ioan. Andr. recognouit in illa decreta. licet, vt supra
diximus. Et hac ratione illa vltima Decretalis, de foro compe
tenti regulanda est secundum cap. fina. 22. quæst. 1. Et pariter,
vt dixi supra respondet Ioan. And. in eadem decreta. ad ca. no-
uit. extra de iudi. per quod Bernard. in dicto cap. cum sit. extra
de foro competent. dixerat periurium ecclesiasticum crimen
esse, sed in ea Pontifex plus satis declarat & protestatur de ma-
teria peccati tantum velle cognoscere, nõ quod extra causam
peccati iurisdictionem Regis Franciæ peruertere seu interuer
tere intellexerit, & vlterius secundum Ioann. Andr. causa Re-
gis Francię agebatur, qui superiorem non recognoscebat,
neq; existimabat Pontifex Regem Angliæ potuisse tunc aliud
obtinere remedium aduersus Regem Franciæ, quamquam,
vt copiosius exposui in secunda parte tractatus, an Rex Fran-
ciæ superiorem in temporalibus recognoscat, potuisset de iu-
re, neque debuisset regis iurisdictionem in ea quæstione, quæ
feudalis erat, turbare, cum Rex Angliæ, qui tunc rebellis erat,
nõ poterat regis iudicium refugere, neque declinare, eo quod
a paribus regni cũ ipso rege iudicandus erat, vt recte notat In-
nocen. in dicto cap. nouit. cuius memini in tractatu. Non præ-
termitto Goffred. antiquum gloss. in dicto cap. cum sit. dixis-
35 se † in omnibus criminibus per glos. in illa decret. expressis vi-
delicet hæresis, periurij, vsurarum, sacrilegij, sæcularem iudicē
competentem esse sicut & ecclesiasticum iudicem, per illum
tex. & idem dixit illic Ioan. Andr. quem sequuntur pęne om-
nes alij. Idem Ioan. Andr. in capit. 1. de vsur. in 6. vbi dicit post
Barthol. Briexien. vsurarium de vsura conuictum posse per lai-
cum iudicem puniri, tametsi pœnam ab ecclesiastico suscepe-
rit. per c. fi. §. fi. de pęn. in 6. sed posset forte ille tex. euitari, cum
loquatur de crimine priuilegiato ĩ iure propter offensam Car-
dinalis personam legati apostolici officium implentem. Ego
igitur pro eo pondero meliorem text. in d. c. si quis contumax.
§. fi. 17. quæst. 4. ibi, sacrilegium duplicem continet pœnam, pe
cuniariam videlicet & excommunicationis. Pecuniaria quæ
ab eis persoluenda est, ad sacrilegij querimoniam pertinet. In
crimine hæresis dico longe dissimilem esse rationē, quia re ve
ra etiã ab initio & ex sua natiua origine crimen est ecclesiasti-
cum d. c. vt inquisitionis §. prohibemus. de hæreti. in 6. cap. ad
abolendam, & c. vergentis, & c. excommunicauimus, extra de
hæret. neque puto. §. si crimen. in authen. de sanct. epis. colla. 9.
quem Bart. in l. magistratibus. ff. de iurisd. omn. iud. notat in cri
mine hæresis locum habere, quia quem ecclesia hęreticum iu
dicat, non potest sęculare forum absoluere, vel vt catholicum
reputare, per illos tex. Licet nostra ętate de eo plerique disputa
re non erubuerunt, & absque ratione esse non videtur, cum in
illo crimine tã priuilegiato iuxta l. 2. C. de hæreti. iudex ecclesia
sticus aduersus hęreticũ iudiciũ pręsente sęculari iudice facere
debeat. d. c. excõicauimus. 1. in prin. versi. dãnati vero præsentib.
seculi Potestatibus aut eorũ Baillivis &c. extra de hęret. videre
eñ potuit laicus quo ordine in hęreticũ processũ sit, & an legi
time de crimine cõuictus fuerit. Tñ per Bonifacianã cõstõnē
in d. c. vt inquisitionis §. prohibemus. oĩs cognitio & disputatio
post latã ab ep̃o & fidei inquisitore sñiam sub excõicationis pę
na interdicit, quare rõ d. §. crimen. cessat. ob id dixi hoc crimē
longe ab alijs differre. ide ēt sentit Io. Andr. in d. c. 1. de vsur. in
6. & in d. c. cũ sit generale de foro comp. & in c. fi. de foro com
pe. in 6. quamobrē nõ valet hęc cõsequẽtia, crimen esse eccle-
siasticũ, igitur de eo sola ecclesia cognoscit, qm̃ ecclesiæ inter-
est plures habere iudices ac coercẽdos eos, q in ecclesiã aut in
eius pcepta delinquũt, vt s. docuimus, & paulisp aliqd repete-
36 mus. † Sexto q natura possessorij in re ecclesiastica nõ sit alia aut
diuersa a possessorio rei pphanę, ex Põtificũ decisione proba-
tur. Nã sicut ecclesiasticũ bñficiũ sine canonica instõne, & sic
sine titulo idoneo, obtineri nõ põt c. bñficiũ. de reg. iur. in 6. c.
ex frequẽtib. extra de inst. similiter neq; res pphana l. 3. §. gña.
ff. de acq. po. quia in eis dicere nõ sufficit, possideo qa possideo
l. nunq̃ nuda. ff. de acq. rer. dominio. & d. l. 3. §. genera. ff. de ac-
37 quir. possel l. 1. & fi. ff. pro suo † & sicut ad possessionis acquisi
tionē causa seu titulus necessarius est, sic ad manutẽtionē eius
l. fina. C. de edicto diui Adria. toll. ibi, & ei possessio acquiratur
38 qui potiora iura ex legitimis modis ostēderit, † & tñ possessio
facti est d. l. consilio. ff. de curat. furio. l. in bello. §. factę. ff. de ca-
pti. & postlim. reuers. l. denique. ff. quibus ex caus. maio. l. 1. §. fi-
na. ff. si quis testa. lib. esse iuss. fuer. & idē tenet Io. And. post Ho
stien. in c. cũ frequẽter. 6. colum. extra vt lite non contesta. dũ
ait, iudicialē possessionē plus facti, q̃ iuris habere, quia, inquit,
in quolibet iudiciali processu iudex intendit alteri ius suum re-
seruare. cap. super eo. extra de offi. delegati. & quia forma hu-
iusmodi processus inuenta est, vt obuietur fraudibus, quas
dominus, & is, qui possidet, machinare possent, quia vnus
diceret

diceret se nō possidere, alius diceret se alio nomine possidere.

39 † Secundo, licet titulus requiratur ad effectum acquirendæ possessionis, & ad effectum proponendi interdictum possessorium, quale quale sit, siue adipiscendę, seu retinendę, vel recuperandę possessionis, tamē interdicta personalia sunt. l. prima. ad fi. ff. de interdict. ibi, interdicta omnia licet in rem videātur concepta, vi tamen ipsa personalia sunt. Et vlterius non sufficit titulum interuenire, sed & oportet possessionem ipsam vitiosam non esse, saltem ab initio. l. prima ff. vti posside. l. clā possidere. in prin. & §. qui ad nundinas. ff. de acquiren. possessio. dicit Ioan. And. post Hostiens. in dicto. c. quoniam frequēter. 6. col. possessionem violētiam nihil iuris habere. l. fi. C. si per vim vel alio modo. In hoc solum differt ius canonicū a iure ciuili, quia ius ciuile initium nactę possessionis tantum spectat, an bonæ fidei, an vero malę fidei sit. l. nā ergo. ff. ꝙ vi aut clam. l. vnica. C. de vsuca. transfor. dicta. l. clam possidere. in prin. Ius aūt canonicum continue bonā fidem desiderat. c. si diligenti. & c. fi. extra de præscript. regula, possessor de regu. iuris. in 6. præsertim in beneficialibus, vt supra nostro. §. dixi post Innocen. in c. ꝯstitutus extra de rescrip. super verbo, irritum. & in c. illud & illic Fely. post eū, extra de præsumpt. vt ēt qñcunque constabit aliquē iniuste beneficiū obtinere ēt post sñiam in possessoris fauorem latam, tñ a possessione beneficij expelli possit. cap. cum olim. extra de re iudica. quia in consequendis beneficijs omnis puritas interuenire debet, & omnis macula & obiectio abesse. c. si quis neque. 1. c. quæstio. 1. c. ex parte A. extra de testib. c. bonæ. extra de ętate & qualit. ordinan. Et tamē ius ciuile, ꝙ in hoc capite nullam statuit inter omnia interdicta differentiam in d. l. 1. ff. de interdi. dicit nihil commune habere possessorium cū proprietate, dicta. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possessio. In eis enim considerat solum, qui potiorem prima figura & imagine possidendi causam habet, & sic in facto potius, quam iure consistit, dicta l. fi. in prin. C. edicto diui Adria. tollen. Et ideo est, ꝙ sentētia in illo iudicio lata præiudicium in petitorio non parit. l. fundi. l. fundum. ff. de exceptio. Dicā abūdantius infra. Septimo aliud argumętum prioris consequutiuū

40 facit. † Nam interdictum retinendæ possessionis etiam pro vi turbatiua competit. In quo ſm cōem omnium interpretationem intelligitur. c. literas. extra de restitu. spoliatio. & æque est fauorabile atque recuperandæ possessionis interdictum. l. prima. §. illud enim. ff. vti posside. cum per illum tex. recuperandæ possessionis interdictum vi amissam possessionem restituat, retinēdæ vero possessionis sic possessionem tuetur, ne amittatur.

41 † Nemini autem dubium esse potest, vtilius esse possessionem tueri, quam post amissam possessionem remediū quærere. l. fi. C. in quibus caus. in integr. restitu. non est necess. l. 1. C. quando liceat vnicuique se sine iudi. l. si seruus. in verbo, protegeris. C. ꝙ cum eo qui in aliena potestate est quem textum Bald. illic singularem esse dicit ad probandam communem iudiciorum praxim, quæ circa manutētionem possessorum introducta est. Et licet in multis interdictum recuperandæ interdicto retinēdæ fauorabilius sit, vt Alexan. commemorat in dicta. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. posses. in hoc tamen retinendæ interdictum fauorabilius & vtilius est interdicto recuperandæ, præsertim in beneficialibus, ne diu litigiosa maneant beneficia, & ob id ruinis ædificia deturpentur & deformentur, diuinusque cultus diminuatē, clemen. vnica, de sequestra. posses. & fruct. & hęc fuit consilij Basilieñ. consideratio in titu. de collat. & in titulo de causis. facit clemen. dispendiosam. in prin. de iudic. c. finem litibus. de dolo & contumacia. authenti. si vero. C. de iudic. §. illud in authenti. de appel. & intra quæ tempora. colla. 4. §. 1. in authenti. vt omnes obediant iudi. prouin. colla. 5. Et nisi ita contingeret, vt possessoria coram iudice laico tractarentur, cum ecclesia gladium in vaginam conuersum habeat, aut habere debeat, Ioan. 18. cap. cum non ab homine. extra de iudi. neque habeat ecclesia modum, quo ecclesię vtilitati subueniat, expedit, immo necesse est, gladio temporali vti, vt voluit Federic. de Senis in consilio. 265. & post eum Romanus in dicta. l. Titia. ff. soluto. matrimo. quos omnino sequitur Fely. in cap. causam quæ. column. 6. in fin. extra de præscript. dicunt enim magnum non esse peccatum dicere in huiusmodi causis ecclesiam duos habere iudices, ecclesiasticum videlicet & sæcularem, iuxta dictum capit. cum sit. extra de foro competen. clemen. fina. de pęn. hac ratione ducti, cum lites coram ecclesiasticis iudicibus mote medio appellationis, quæ continuo ad sedem apostolicam deuoluuntur, immortales fiant, & ob id ecclesiæ vniuersoque populo multa ac multa incommoda contingant expressa in consilio. Basiliensi. titulo de caus. quæ non prętermitt t Bonifacius octauus in capitu. primo. de iuramen. calum. lib. 6. dum inquit, nos tamen quia frequenter calūniari videmus in ipsis &c. Quæ ratio cōsiderat̄ in dicto. §. si vero cōtingerit. in auth. vt differ. iudi. colla. 9. & in auth. si vero contingerit. C. de iudic. expressius in dicto. §. 1. in authē. vt omnes obediant iudic. prouinc. ibi, & nō respiciūt ad millia & decies millia exempla, quia sero tandem & in personis innumerabilibus ex impotentibus videmus potentes procedere, ex nō diuitibus diuites, in omne autem æuum pænæ ex potentibus processerunt inanes, authent. habita. C. ne filij. pro patre. l. fin. C. de iurisdi. omnium iudi. l. 1. C. de off. præfecti vrbis. & quod notatur in c. fin. extra. de foro compet. fauorabilis, imò necessaria est pro beneficio ecclesię huiusmodi conclusio, dum nihil sit quod ab ecclesię authoritate detrahat, sed vtilitatē eius

42 auget. † Octauo ad confirmationem præcedentis argumenti dico respectu fauoris iudiciarij a pari procedere interdicta adipiscendę, retinendę & recuperandę possessionis. l. vnica. C. vbi de posses. agi opor. glos. est in l. fin. C. qui legi. perso. habe. standi in iudi. in glo. 1. & Anto. de Butrio vnum dicit, quod tacendum esse non existimo, in c. tuam. extra de ordi. cogni. quoniā interdicto adipiscendæ possessionis assistit aliud edictū. Ne vis fiat ei qui in possessionem mittēdus est. vt si de facto prohibeatur, cognoscatur a iudice laico an iure prohibeat̄, & id in auxilium brachij ecclesiastici. Secundo, quoniam interdicta factū potius quam ius considerant, vt supra dictum est. l. consilio. §. fin. ff. de cura. furio. & ideo inquit illa. l. vnica. C. vbi de poss. agi opor. siue de vi expulsiua vel turbatiua, aut momētaria seu momentanea possessione agatur, coram eo iudice loci agendum est, in quo is, qui turbauit vel expulit, habitat, & sic vis illa personam, non autem rē afficit, & concomitatur eam quocunq; vadat, per illum text. Non est igitur mirum, si iudex laicus de causa possessoria rei spiritualis cognoscit. Nono confirmatur ex cap. post miserabilem, extra de vsuris, quem tex. ad id Alex. inducit in l. Titia. ff. solu. matrim. & recte causa vsurarum, licet per glos. in d. c. cum sit, extra de foro compet. ecclesiastica dicatur, & prosequitur plenius Lappus in allegatio. 56. & Io. Andr. in d. c. 1. de vsur. in 6. Principibus tamen permittitur Iudæos cohibere vt ab vsuris abstineant. Et idem notat glo. in c. quāto. in verbo, immoderatas, extra de vsuris, p tex. in d. c. post miserabilem. Et si dicatur hoc ideo esse, quia Iudæi sñiam excōicationis a canone latam non vereantur, Principes vero in bonis solent mulctare, & sic metu amissionis bonorum facilius reuocantur q̄ excōicationis, cū excōicatio non sit eis pęna, sicut nec infamibus infamiæ nota l. 2. C. vt intra certū tēpus quęst. criminа termine. Hæc ratio in consideratione esse nō potest. Primo quia Papa non tantum censura excommunicationis, sed & pecunia propter vsuras & alia crimina a Iudæis commissa aduersus ipsos Iudæos vtitur, in ca. quanto, extra de vsur. & in ca. postulasti, & c. & si Iudæos, extra de Iudæis, neque dici potest id speciale esse in Iudæis vsurariam prauitatem exercētibus, quia prohibitio a lege euangelica ortum habet. cap. consuluit, extra de vsuris, & in Exodo. cap. 22. nō fęnerab eris, inquit, fratri tuo. Deutero. 23. Et iterum scribitur Luc. 16. Mutuum dantes, nihil inde sperantes. Hocque non tantum Christiano, verum ēt Iudæo dictum esse certum est, quare æque princeps Christianos cohibebit quemadmodum & Iudæos, vt supra dictū est.

43 Decimo, † quemadmodum interdictum retinendę possessionis exceptionem dolo facis, admittit, vbi conuentus interdicto retinendæ possessionis statim de dominio docet, ſm Alexan. in d. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. per rationes quas allegat in secunda parte distinct. Bart. reprobata illic Bart. opinione contrarium asserentis post glo. in l. si de eo. in fi. ff. de acquir. posses. præsertim quando de iure possidentis constat, motus Barto. & hi qui Bart. se subscribunt, duplici ra-

44 tione. † Prima quod facilius restitutio quàm retentio prohibetur, vel impeditur. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. Secundo licet is, qui interdicto retinendæ aliquem conuenit agentis partes sustinere videatur. §. tertia diuisio. Instit. de interdi. tamē, inquit Alex. reuera reus & defensor est, quia ad id agit ne turbetur. l. 1. §. huius autem. ff. vti possid. Secundo interdictum recuperandæ dominij exceptionem quandoque admittit, vbi is, qui dominus est, statim de dominio & possessione sua legitima docet. cap. fi. de restit. spolia. in 6. cap. significasti. extra de diuor. in argumentum est. l. 1. C. vnde vi. dum ille tex. ait, recte possidenti ad defendendam possessionē quā sine vitio tenebat inculpatę tutelę moderatione illatam vim propulsare licet, non igitur absque ratione ille text. dicit recte

45 possidenti. † Nam si conuentus interdicto vnde vi, statim vult de sua legitima possessione docere aduersus eū, qui recte non possidebat, audiendus est, neque agentem interdicto vnde vi audiendum esse, nisi antea recte, & sic iuste possideret, & per illum text. dicit illic Io. Fab. maximum esse in laicos decimas possidentes argumentum vt spoliati decimis restitui non debeant. d. c. fin. de restit. spolia. in 6. de quo per glo. & Archid. in summa. 14 q. 1. & Cano. in cap. causam quæ. extra de præscript. & quod notatur in cap. 2. extra de capel. monacho. & in cap. ex parte. 1. post glo. in verbo, commodo. extra de restitut. spoliat. De hoc tamen articulo quomodo spoliatus veniat restituendus, dic vt in cap. literis, extra de restit. spoliat. & in l. si fundū. C. ad legem Iuliam de vi publi. Barth. Socinus plene in repeti.

l. rem quæ nobis. ff. de acquir. possess. examinat. Quare in prædictis pro eademque esse videtur vtriusque interdicti ratio & cōsideratio, vnde quod in vno statuitur, in alio cōcessum videtur & maxime stante illa Bar. & sequacium consideratione in dicta l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. poss. quod is qui agit retinendę possessionis interdicto, ad id agit, ne turbetur, iniusteque in possessione vexetur, dicta l. 1. §. huius autem. ff. vti possi de. & ob id reus magis quam actor censendus sit, & ita declarat. §. tertia diuisio. Institu. de interdict. Sed id intellige quando is qui in possessione rei est, agit vti possidetis interdicto ne turbetur, alioquin secus §. retinendę. in fine. Institu. de interdict. l. is qui destinauit. ff. de rei vendica. induci potest l. 1. §. 2. versic. inter litigatores. ff. vti possid. in his verbis, fieri autem potest, vt possessor idem & dominus sit, & sic lex eum tuetur, qui dominus & possessor est. In facto igitur magis, quam in iure consistunt, & hac ratione personalia & non realia iudicantur in l. prima. §. fina. ff. de interdi. Vndecimo ad confirmatio-
46 nem præcedentis argumēti aliud succedaneum est, † lex canonica & ciuilis in hoc solum possessori fauent, vt eum in ea conseruent, dummodo canonicum habeat ingressum, aut saltem coloratum, vel, vt Iureconsultorū verbis vtar, dum tamen possessor iustam possidendi causam habeat, non autem violētam aut aliter vitiosam. In beneficialibus probatur in clement. vnica. de sequestr. pos. & fruct. & in regula apostol. 33. quæ de triēnali possessore loquitur, cui Basilieñ. concil. conuenit, titu. de pacific. posses. c. licet, de præbend. in 6. glo. est in c. contingit. extra de dolo, & contuma. Intellige etiam dummodo possessor bonam fidem habeat ca. cura. & c. consultationibus, vbique gl. extra de iure patron. glos. in c. volumus, in verbo, possessorium 16. quæst. 4. dum glos. per illum tex. aut in his verbis, dominio rei apud possessorem, sicut hactenus possessum est videlicet pmanente, quoniam glo. inquit, ille qui in possessione est, vsque ad finem in possessione manebit, ca. nonne. 8. quæstio. 4. & iterum in fin. eiusdem glos. dicitur, res ante sententiam nō est auferenda possessori. ca. quia res 11. quęstio. 1. illis conuenit lex, is qui destinauit. ff. de rei vendica. §. retinendę. versicul. commodum. Institut. de interdic. dicta l. si seruus. in verbo, protegeris. C. quod cum eo qui in alie. potesta. est, & dicta l. fi. C. de edicto diui Adria. tollen. neque ad confirmationem, & manutentionem possessionis amplius quam annus desideratur, vt in l. 1. ff. & C. vti possi de. sed id speciali ratione in beneficialibus fauorabilius est, vt supra retulimus, ne occasione litigij contingat ędificia ruinis deformari, & ideo pro ecclesiarum beneficio est, vt iudex sęcularis potius de possessoria facti quæstione cognoscat quam quod per demum ecclesiæ stylum coram ecclesiastico
47 iudice tractetur, † quoniam in eo foro causæ & lites pęnę fiāt immortales, per tot enim ambages distrahūtur, vt nullus, quātumcūque diligens fuerit litigator, litis finem obtinere possit, dicta Clemen. dispendiosam. de iudi. & c. vnico, de iuramē. calum. lib. 6. & per hanc rationem Bal. in l. 1. in fine. C. de sen. quę sine certa quantit. proferuntur quam Alexand. sequitur in dicta l. Titia. ff. soluto matrimo. dicit iudicem sęcularem remissionem non debere de huiusmodi causis facere, vt ambages litium tollat. Ex his facilis erit primo loco oppositis solutio. In primis ad c. lator. extra qui filij sint legiti. & capit. tuā, extra de
48 ordi. cognit. quibus plus ęquo responsum est, † causas matrimoniales tunc ecclesiasticas esse, vbi cognitio seu lis radicem matrimonij attingit, quia de validitate seu inualiditate eius disputatur, secus autem vbi de his non tractatur, sed de mera rerum possessione c. causam quæst. 2. extra qui filij sint legiti. & ita respondet Bal. & bene in dicta l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. Et Alexand. in apostil. Bartol. in dicta l. omni innouatione. C. de sacrosanc. eccle. dicit Bald. melius locutum fuisse in dicta l. filium, quam in dicta l. omni innouatione, & hanc sententiam amplectitur And. de Iser. in cap. vnico, in verbo, cōtrahentium incęstas nuptias. colum 2. in fin. & 3. & 4. quæ sint regal. collatio. 10. vbi amplissimo stylo hanc opinionem prosequitur. Prædictis addo Bald. in l. si de proprietate. 3. colum. C. si a non competent. iudi. vbi dicit causam possessoriam alicuius iuris spiritualis non esse spiritualem, licet petitorium in se spirituale sit. Allegat glos. in dicta Clemen. dispendiosam, de re iudica. & idem sentit Alexand. in dicta l. Titia in 2. & 3. colum. ff. soluto matrimon. quorum opiniones recte probantur in dicto capit. causam quæ 2. extra qui filij sint legiti. & pro eis facit lex tertia. §. duæ causę, ff. de Carboniano edicto. ex qua rationes
49 elici possunt, quibus † expedit potius causas seu lites possessorias coram sæcularibus quam ecclesiasticis iudicibus tractari. Prima, quod summariæ sunt. Secunda, quod cognitio summaria esse debet, vt periculis quæ illic commemorantur, occurratur. cui conuenit. l. fina. C. de edicto diui Adria. tolle. in confesso aūt erit, si in huiusmodi possessorijs iudicijs quæstio aliqua emergat cognitioni possessorię taliter præiudicialis, vt nisi incidens prȩiudicialis prius terminetᷣ, possessoria nequeat terminari, supersedendum possessoriū iudicium. donec per ecclesiasticum incidens illud decisum fuerit. argumento est d. l. quoniam Alexandrum C. ad legem Iuliam de adulte. & ita intelligantur. ca. literas, & c. in literis. extra de resti. spoliato. c. tuā extra de ordin. cognitio. c. lator. extra qui filij sint legi. alioquin vbi præiudiciale non erat possessorium iudicium, supersedere non debebit, dicto c. causam quæ 2. & c. per venerabilem. extra qui filij sint legiti. vbi Pontifex causam possessoriam voluit ad Angliæ regem remitti ante principalis causæ ingressum & idē notat Alexand. in dicta l. Titia. ff. soluto matrimonio. Ex his secundo argumento in oppositam partem adducto satisfactū esse videtur, quoties enim causa possessoria sic annexam habet petitorij causam vt vna ab altera distingui non valeat, si principalis causa ecclesiastica est, pariter, & possessoria, sed vbi sic annexa non est quin distingui possit neque lata in vno iudicio sententia rei iudicatę exceptionem parere in altero non possit, iuxta l. fundi, & l. fundū. ff. de exceptio. tūc vtraque causa ecclesiastica erit, & soli ecclesiastico iudici cognitio spectabit, per illos tex. Tolle exemplum in casu dicti. c. literas. versic. præterea. ibi, in gradibus a lege prohibitis, & c. in literis. extra de restit. spoliato. Si mulier a viro offensa est, quia dubitat iterum a marito offendi, atque ob id cogenda non sit ad maritum redire, etiam cum cautione a marito præstita de ea non offendendo, cū non teneatur se committere periculo cautionis, per illum text. & l. cogi. §. idem quærit. ff. ad Trebell. ca. ex transmissa. extra de restit. spoli. causa ipsa matrimonialis ex integro diffinienda erit, priusquam mulier cōpelli possit ad maritum redire. Et sic causa pricipalis matrimonialis suspenso causę matrimonialis possessorio diffinietur. Ex hac ratione frustra sęcularis iudex vires suas interponeret. Alioqui secus dicendum est cum nihil cōmune possessorium habeat cum proprietate, vt supra diui. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. possess. Tota vis igitur istius disputationis erit in l. nulli. C. de iudic. quæ omnino differt a cap. fina. extra de iudic. & alijs secundo loco recitatis, eo quod l. nulli. non admittat possessorium coram alio iudice terminari, quam eo, qui petitorium diffiniet, sed indubitati iuris est, petitorias causas spiritualium rerum vel ecclesiasticorum iurium fori esse ecclesiastici & non sęcularis, non potest igitur causa spiritualis neque in possessorio neque in petitorio alibi quam in foro ecclesiastico tractari. sed, vt supra vide-
50 re potestis, iura ciuilia, & canonica contradicunt, † quomodo igitur illa lex, nulli. euitari possit, videndum est. In primis illa lex vario modo ab Accursio, & legum interpretibus intellecta est, sed vt eam breuius absoluam, quid in ea sentio, dicam Primo dico illam l. de delegatis iudicibus intelligendam esse in ea parte, quæ de causa possessoria loquitur, in his verbis, pœna ei ex officio iudicis imminente qui contra hanc supplicauerit sanctionem. & iterum in fin. ibi, alium super principali quæstione iudicem postulauerit. Secundo primam partem legis de continentia causæ non diuidenda intelligendam esse, sed coram illo eodem iudice finiendam esse litem, coram quo cępit. Tertio, idem, in eadem lege iudicium fieri de continentia causæ, & continente, vt quemadmodum continentia causæ diuidenda non est, pariter, & causæ inter se continentes diuidi non debeant, sed in eodem tribunali coram eodem iudice tractandæ erunt. Et ideo cum pęne interminatione prohibet imperatori supplicare, vt ab alio iudice possessoria quæstio diffiniatur, quam a quo principalis causa examinari, & diffiniri debet. In quo illa lex omnino contra dicit d. cap. fi. extra de iudic. & sic possessoria quæstio, & petitoria eiusdē fori esse cēsendę sunt. Addo ad illam l. nulli. alteram sibi concordantem in l. cognitio. ff. de libera. causa. ne, inquit, varie in vtroque iudicio iudicetur l. fin. §. quoniam. C. de re mili. libro 12. tametsi plerunque euenire viderim ex eisdem actis & ex eisdem titulis, rationibus & scriptione nihil prorsus addito seu mutato, non tātum dixerim varia, sed omnino contraria sequi iudicia, vulgo arresta nuncupamus, quid in causa fuit aut esse potuit, nescio, nisi repetamus, quod aliquādo dicimus esse notatum in c. Nabuchodonosor. in princ. 23. q. 4. Et in epistola ad Corinthios. 2. cap. 2. Bonus odor vni est odor vitæ in vitam, alij vero odor mortis in mortem. Ad rem reuertamur. Alia ratio in eadem
51 l. nulli. assignatur, † quare possessorium & petitorium coram diuersis iudicibus tractari non debeant, dum in ea dicitur, & ex beneficij prærogatiua id quod in vno eodemque iudicio poterat terminari, apud diuersos iudices voluerit ventilare, quæ ratio accommodata secundæ parti illius l. quæ de continentibus causis, scilicet possessoria, & petitoria tractat plurimum stringere videtur pro Reipublicæ, & litigantium beneficio esse, vt coram eodem iudice possessorium & petitoriū tractentur, quia forte contingere potest, vt eodem iudicio non tantū possessorium, sed & petitoriū simul terminari possint, & sic lites amputabuntur, licet Papa in dicto capitul. fin. extra de iudi. aliter finxerit. nisi dixeris. l. nulli. in delegato iudice intelligendam esse, & c. fin. in ordinario iudice. Et id suaderi optima ra-
52 tione potest. † Primo qđ in causa possessoria cū personalis sit, actor

actor forū rei sequi debeat, nec alibi cōueniri possit, d.l. vnica.
C. vbi de poss. agi opor. sicut etiam de quibuscunque alijs per-
sonalibus off. in l. q legatur. in prin. ff. de iudi. Si de proprietate
quæstio sit coram iudice loci vbi res sita est, intētari & termi-
nari poterit. l. fi. C. vbi in rem actio. & d.l. q legat. in fin. & l. sed
& si susceperit. in fi. ff. de iudi. Et ob id Sal. & fere omnes dicūt
pęnam illius legis extra casum suum extendi non posse, argu-
mento. l. cum quidam. ff. de lib. & posthu. c. in pęnis. de regu.
iur. in 6. secus igitur in ordinarijs iudicibus dicendū esset, qm̄
coram vno petitoriū & coram altero possessoriū prosequi lice
bit, quia possessorium nihil cōe cum proprietate habet. d.l. na-
turaliter. §. nihil cōe. ff. de acquir. poss. non facta inter possesso-
ria interdicta differentia. Intellige tñ cum declaratione Bar. &
Angeli in dicta l. nulli. & in l. incerti. C. de interd. quæ fuit Pe-
tri ante eos in l. si de vi. ff. de iudicijs. quā Henric. Bohic. appro-
bauit in c. pastoralis. extra de cā possess. & propric. & Bertran.
Capriolus doctor Aurelianus in d. l. si de vi. cuius memini in
repetitione. § dria. in l. si quis vi. ff. de aquir. possess. Si interdictū
retinendę possessionis pro turbata ciuili possessione intentatū
53 fuerit, sicuti fieri pōt. l. 1. & 3. ff. vti possid. & † tex. est quem Ac-
curs. illic ad induxit in l. fina. ff. vti posside. in verbo, alter posses-
sionem, tametsi aliter senserit in d. l. si de vi. ff. de iudic. & Ber-
nard. in d. c. pastoralis. extra de cā posses. & proprieta. dum illic
tex ait, si duo vsufructuari inter se contendant, vnus possessio-
nem petat, alter vero vsumfructum defendat, & sic qui vsum-
fructum defendit pro turbata ciuili possessione agit interdi-
cto, sed qui in naturali possessione turbatur, ēt illo interdicto
agit. sed ille tex. hoc non admittit, quia eorum alter ad conse-
cutionem vsufructus agebat, & sic petitorio agit, alter posses-
sorio. licet glossa in verbo, alter non sic sentiat, sed dicat vnū ex
fructuarijs pro ciuili possessione, & alterū pro naturali scilicet
possessione hoc interdicto agere. sed verba legis hoc non ad-
mittunt. dū in ea dr̄, alter vsumfructum, alter possessionem de-
fendat. idem in versi. idem erit. & in versic. proinde. nā vbi duo
sunt, qui de vsufructu cōtendunt, quorum alter dicit vsumfru-
ctum ad se spectare, alter vero possessionem vsufructus vult de-
fendere, tunc interdictum necessarium est, quia inter eos de
possessione vsufructus discutietur, similiter de vsu ait. Et non
puto interpretationem gloss. & Bart. veram, dum illam l. intel-
ligunt in his verbis, alter possessionem sibi defendat, & iterum
dum in eadem. l. dicitur, & si vsumfructum quis sibi defendat.
alter possessionem, vt intelligatur de possessione rei, quam alter
vult defendere, non autem possessionem vsufructus, quoniam
vsufructuarius non est capax defensionis possessionis rei, sed so
li domino hoc ius competit. l. 1. §. fi. de noui oper. nuncia. l. vti
frui. ff. si vsusfruct. peta. Secundo si hoc verum esset, iam inter
fructuarios quæstio non esset. & tamen ille text. in capite legis
intendit inter fructuarios tm̄ ius facere, dū in ea dicit, in summa
puto dicendum & inter fructuarios hoc interdum reddendum
exemplum dat Iureconsultus, si alter vsumfructum, alter vero
possessionem defendat. Intellige ergo possessione vsufructus
non autem rei. vt cognoscatur quis in possessione vsufructus
conseruari debeat, sed quis partes petitoris obtinebit, declarat
54 text. in l. sicut. §. sed si quæratur. ff. si seruit. vendice. non inficior
quum aliquis pro possessione ciuili conseruanda agere possit
interdicto retinendæ & pro vendicanda naturali possessione
rei vendicatione agere posse. leg. officium. & l. si quis vi. ff. de
rei vendica. & dixi in repeti. §. differentiam. in l. si quis vi. ff. de ac-
quiren. posses. post Petrum & Cynum in l. si de vi. ff. de iudic. &
Henricus. Bohic in capitu. pastoralis. extra de causa propriet.
55 † non inficiabor etiam eum, qui ciuiliter tantum possidet, pos
se interdictum vti possidetis proponere, similiter & naturali-
ter possidentem. l. si duo. ff. vti posside. & glos. hoc dicit in di-
cta leg. fina. in verbo, alter. ff. vti posside, & causam possessorij
a petitoria differre, & coram diuersis tractari debere, nisi pos-
sessorium taliter petitorio annexum esset, vt sententia in vno
lata exceptionem rei iudicatę in altero pareret, iuxta. leg. fundi.
& leg. fundum. ff. de exceptioni. licet glos. in dicto. capitu. fina.
extra de iudic. dixerit, nō posse, neque licere duos iudices adire,
pro possessorio vnum, & alterum pro petitorio, mota per cap.
primū. extra de causa posses. & proprieta, sed malemea opinio-
ne. Primo, quia contradicit text. illius capitu. fi. extra de iudic.
alioqui summus Pontifex cum iniustitia partis causam petito-
riam episcopo Bononiensi & duobus alijs iudicibus Bononiæ
commorantibus delegasset, & post iuris vel quasi eligendi re
ctorem in castro de Sina, quod abbas & conuentus sanctę Ma-
rię de Florentia, & ex diuerso communitas illius castri sibi
competere asserebant, quoniam iudicium possessorium illius
iuris eligendi a Florentino Potestate diffinitum erat, per eun-
dem Potestatem petitorium debebat deffiniri. per rationem
illius legis, nullis prorsus. C. de iudic. & hac ratione cognitio pe-
titorij non poterat illi auferri, & alijs iudicibus committi cum
iniuria partis & iudicis. l. cognitio. ff. de libera. causa, ne instan-
tia possessorij ab instantia petitorij diuideretur. Et tñ, Papa abbati
& conuentui in illa Decretali præcepit, coram illis delegatis iu-
dicibus super proprietate vel quasi illius iuris agere, & prędictę
cōitati respondere. Et hoc pacto non obstabit. c. 1. de causa possess.
& proprieta. quia illa decretalis, quæ relatiua est tantum con-
stitutionis legalis, de nulla alia intelligi potest, quam de ea, quę
in d. l. nulli, expressa est, quæ tamen in delegatis, non autem or-
dinarijs iudicibus intelligenda est, vt supra ostendimus, & eo-
dem modo dico ad cap. 1. de sequestra. possess. & fructu, & cla-
re in eodem c. probatur in verbo, delegata, & ex pluribus alijs
partibus illius Decretalis alioqui non posset Papa aliter in illo,
56 cap. fin. de iudic. ab iniustitia excusari, † nisi dixeris prout glo.
voluit in dicto cap. si clericus extra de foro competen. Papam
quotidie literas clericis aduersus laicos pro quacunque causa
concedere causarum cognitionem assumendo contra ea quæ
dixit in cap. nouit. extra de iudic. & in cap. 2. extra de priuileg.
& sic liberum erit Pontifici vnicuique suam iurisdictionem
non tantum interuertere, sed & tollere, neque vera esse potest
alia glo. sol. in dicto cap. fin. extra de iudic. & in d. cap. 1. extra
de causa possessio. & proprieta. quod rei & actores diuersi erāt
fori, ideo actor super proprietate forum rei sequi debet, secus
57 autem in causa possessoria, & hoc duplici ratione, † quia in cau
sa petitoria in optione est actoris aut sequi forum rei, vel reū
conuenire coram iudice loci, in quo res sita est d. l. fi. C. vbi in
rem actio. & notatur in d. l. quod legatur. ff. de iudic. Secundo
non esse verum, quod reus & actor in casu dicti, cap. fin. extra
de iudic. fuerint diuersi fori, quia ambæ partes Florentino Po-
testati subditę erant occasione illius iuris realis vel quasi, & sic
iuris temporalis, quod fori est sęcularis, cap. nouit. extra de iu-
dicijs. & cap. causam quæ. 2. extra qui filij sint legiti. & ob id po
testas Florentinus Abbatem & conuentū abbatiæ sanctæ Ma-
riæ de Florentia cogebat communitati prædictæ respondere,
neque Abbas & conuentus hoc refugere poterant, secundum
58 glo. prædictarum cōclusionem. Et ratio, † quia coram eodem
iudice tractari debent possessorium & petitorium, cap. 1. extra,
de causa poss. & propr. eta. Nec distinguitur an reus & actor di
uersi sint fori, immo. l. cum Papinianus. C. de senten. & inter-
locut. omnium iudic. alleg. per illas glo. etiam inter eos, qui di-
uersi sint fori, non permittit coram diuersis iudicibus litigare,
pariter. l. cognitio. ff. de liber. causa. & l. fin. C. de re mili. lib. 12.
per rationes in ijsdem legibus deductas. Quare tantum com-
munitatis intererat coram Florētino Potestate litigare, cum
in ciuitate Florentina communitas illa sita non sit, abbatia ve
ro sic, & ob id extra territorium suum trahebatur. Neque dici
potest causam ecclesiasticam esse imo prophanam & fori sæ-
cularis esse. Nam & secundum glo. Inno. Io. Andr. Host. Ant.
de Butr. & reliquos canonum interpretes rectoria illa, quæ liti
giosa erat, sed temporalis, & sic omnino fori erat sęcularis. d. c.
causam. quæ. 2. extra qui filij sint legi. Secundo quomodo pote
rat causa illa petitoria a Pontifice ad partis instantiam alieni iu-
dici delegari cum omnino supplicare prohibeatur in d. l. nul-
li. C. de iudi. vt causa petitoria coram alio iudice tractetur, quā
coram eo, qui possessorium diffiniuit, quę constitutio a Ponti-
fice approbatur in d. c. 1. extra de causa pos. & proprie. & in d.
59 c. 1. de seq. pos. & fruct. † nisi dicas, licere Pontifici iura om nia
interuertere, & vnumquemque etiam sęcularem iudicem sua
iurisdictione priuare, omnemque causarum cognitionem as-
sumere, sicuti Bonifacius sua constitutione facere conatus est
in d. cap. fin. de immunit. eccles. lib. 6. vt glo. innuit in d. cap.
si clericus, extra de foro competen. & plures supra dictum est
post Bartol. in d. l. omni innouatione. C. de sacrosan. eccles. &
in cap. 1. §. fin. extra de pę. Ioan. Andr. & Hostien. in cap. solitæ.
3. colum. extra de maiorita. & obedien. Hostien. in cap. vnico.
extra de sacra vnctio. Archidiac. in cap. hoc videtur. 2. col. 12.
quæstio. 6. Quare Anto. de Butrio plurimum circa id labora-
uit in dicto cap. fin. 4. colum. extra de iudi. vbi post multas am-
bages in hanc sententiam declinauit, Vbi possessorium & pe-
titorium compatibilia non reperiuntur, coram diuersis iudici
bus tractari posse. Ita intelligatur. cap. fi. extra de iudi. Alioqui
secus. Sed hæc solutio minus illi cap. fi. satisfacit, quoniam in
ea nulla incompatibilitas ex illo tex. colligi potest, quare posses-
sorium & petitorium illius rectorię coram Florentino Pote-
state tractari non debuisset, causa enim prophana erat & tem-
poralis, neque enim aliquid ex illo tex. colligi potest, quod pro
hibere poterat Florētinum Potestatem de causa cognoscere.
Et si dixeris, abbatē & cōuentum personas ecclesiasticas esse,
concedo, sed causa spiritualis non erat, sed temporalis, & pro-
60 phana † imò iuris erat realis, cuius cognitio ad laicum cōpetit,
c. causam quæ. extra qui filij sint legi. cap. nouit. extra de iud. Et
Antonius de Butrio in eadem decre. fi. 2. col. dicit notandum
esse singulariter illum textum & in eo probari pro spoliatione
iurium ecclesię corā laico iudice agi posse, & sic pro sacrilegio
& facto, ex quo sacrilegij crimē surgit, electionē esse eccle.
się corā quo iudice agere velit iuxta. c. cū sit extra de foro cōpe.
sed hoc notabile Anto. de Butrio verū esse nō potest, sa[illegible] ratio-
ne glos.

ne glos.in illo.c.fin.extra de iudi.& in c.1.extra de causa pos.&
61 proprie.† dum dicit ad illum tex.actorẽ in causa possessoria te-
neri sequi forũ rei. & sic actor, quantuncũq; persona sit eccle-
siastica,eligere non potest,quẽ velit iudicẽ habere, ecclesiasti-
cũ an laicũ , sed necessario rei forum sequi debet. Secundo ex
illo.tex non constat,quod interdicto recuperandę possessionis
actum fuerit , quinimo oppositũ colligi potest , quoniã vtraq;
pars dominium & possessionem vel quasi iuris eligendi recto-
rem in illo castro ad se spectare contendebat, quare potius di-
cendum est interdicto retinendę quam recuperandę actũ fuis-
se,dum in illo text.dicitur, super possessione vel quasi iuris ibi-
dem eligendi rectorẽ.& in fi.secundi responsi dicitur, quæ par
tes super proprietate vel quasi prædicti iuris ducerent propo-
nenda.Quare dico,satis constare aliam esse causam possessorij
& aliam petitorij.l.& an eadẽ.§.fi.ff. de excep. rei iud. in facto
enim tantũ consistit,non autem in iure,sicut supra dictum est.
Et idem glo. sentit. in d. c. fi. in verbo,super proprietate. extra
62 de iudi.† Neq; obstare potest vna ratio,qua Decius veluti præ-
cipua & capitali vsus est in c.decernimus.extra de iudi.ex facto
ius oriri.ad quam Moder. Pap.Iason.in l.quoties.C.de iudi. re-
spondet.dicit enim verũ esse ius ex facto oriri,sed illud ius,inquit
Iason,non erit spũale,prout est,quando cõtenditur, an de iure
sit vsura,vel ne.quod nihil est dicere,nam si ago ad rescissionẽ
contractus vsurarij coram iudice laico, oportet necessario iudi
cem diffinire, an potuit de iure contractus fieri, & sic an vsura
in contractu interuenerit,quẽadmodum de sacrilegio dicitur
in d.c.cum sit.extra de fo.cõpet.Imò si turbatus in possessione
rei spiritualis petat se restitui,iudicabit iudex,an is, qui petit se
restitui,recte possideret,vt dixi supra per. l. 1. C. vnde vi. & sic
sup iure oportebit cognoscere,in quo venit cognitio tituli,aut
coloris tituli,qui in iure cõsistit,c.ex frequẽtibus,extra de insti.
præsertim in beneficialib. hoc pcedit,q̃ nisi cũ canonica instõ-
ne obtineri non pñt,c.beneficium,de reg.iur.in 6.& d.c.ex fre-
quentibus. Sed ista non est conueniens neque congrua respon
63 sio.† Et ideo melius glo.respondet in l.si ex plagijs.§.in cliuo.
in verbo,in causa.ff. ad legem Aquil. licet enim ius cum facto
implicitum sit,nihilominus facti magis quam iuris quęstio es-
se dicitur,per illum tex. dũ inquit, respondeo, ius in causa esse
positũ.facti ergo,inquit glo.potius quam iuris est quęstio. Ego
vltra quã dicat illa glo.pondero iterũ ad id.l.1.§ fi.ff. de inter-
dict.dum illic dicitur interdicta omnia licet in rem videantur
concepta,vi tamen personalia sunt. Et licet ille tex.modũ non
declaret,neque formam quomodo personalia sint, & in facto
consistant,neq. ob id realia dici debeant,sicut clare aperit.d. l.
& an eadẽ.§.fi.ff.de except. rei iud. ibi, si quis interdicto egerit
de possessione, postea in rem agens non repellitur per exceptio
nem,quoniam in interdicto possessio , in hac actione proprie-
tas vertitur. Idẽ in d.l.naturaliter.§.nihil cõmune.ff.de acquir.
possel.do.tibi vlterius tex.qui recte hoc declarat in l.2.§.Pom-
ponius ff.si seruit. vendi. vbi, alibi enim de iure,id est in cõtes-
soria actione. Et alibi de facto,vt in hoc interdicto quęritur. Et
sic licet ius super interdicto & sic super facto fiat vel reddatur,
non tamen super iure reddit , quia per eam ius non diffinitur,
sed tũc solum quando reali actione agitur, & sic propter illud
ius,quod ex eo facto oritur,ius, in re competens non alteratur
neque in actione , neque in nomine,neque in iudicio , quoniã
in interdicto possessio,in reali actione proprietas vertitur. d.
l.& an eadem. §. fi. Alioqui esset verbis potius quam rebus le-
gem imponere.l.1.in fi.C.de communia de leg. immo frustra
diceretur,eum qui egit possessorio,posse etiam rei vendicatio-
ne agere , in qua ius reale venit. l. is qui destinauit. & per totũ
titulum ff.de rei vendic.§.cõmissum.Insti.de interdict.d. l. na-
turaliter.§.nihil.cõmune.ff. de acquir. possessio. cum per pos-
sessorij definitionem proprietas terminata & decisa esset . qđ
falsum est,vt ex prædictis satis clare patet. Ego vlterius declaro
quamquã ex prædictis satis tibi constet, ex. l. mora. ff.de vsur.
ibi,an mora facta intelligatur,neque constitutione vlla, neque
iuris authorum quæstione decidi posse , cũ sit magis facti quã
iuris quæstio. Idem in l.1.in fi.& l.2.ff. de iuris & fac. ignoran.
& licet sententia super eam feratur,per quam dicitur ius oriri,
non dicitur super iure reddi , sed quatenus iudicantis religio
suggerere potest. & ita declarat. l. cũ quem temere.ff. de iudi.
de facto,inquit, consulentibus non pręsides consilium imper-
tiri,verum iubere eos prout religio suggesserit sentẽtiam pro-
ferre.& sic sententia,quę vnicuique quod suum est reddit , su-
64 per facto tantum & quatenus factum postulat,reddit † Alter
& tertio ex.l.fin ff. vti possidetis. vsufructuarius dominus non
est.l.eorum.in princ.ff.de dam.infecto. tamẽ quatenus in pos-
sessione vsufructus turbatur, interdicto vt possidetis agere põt
& tamen vsufructuaris naturaliter tantum possidet.d.l.natura-
liter.in prin.ff.de acquir.possessione.l.certę.§.is qui rogauit.ff.
de preca & licet super possessione ius reddatur,non autem su-
per iure vsusfructus, neque super iure reali quæ longe inter se-
differũt.d.l.vti frui.ff.si vsusfruct.petatur.& l.sicuti.§. sed si quę
ratur.ff. si seruit. vendi. & id verum est, non ergo ius quod ex
facto oritur, qualitatem causę mutat. Perfunctorie autẽ obiter
vnũ non omittam, quod Hostien. scripsit in d. c. quanto extra
de iudi.de rege Angliç,vt licet de iure per dictum.c.quãto.quę
stio iuris patronatus coram ecclesiastico iudice terminari de-
beat, tamen id Angliç rex , cui de facto inquit Hostien. omnia
licent,nõ admittit,sed cõtrarium obseruat, nescio quid in cau
sa est . Nec obstat quod supra dictum est , causam possessoriam
cum petitoria esse continentem , vt inquit glo. in c. 1. extra de
causa pos.& proprie.& in d.l.nulli.C.de iudi. quia non sic dicũ
tur continentes,vt coram eodem iudice terminari debeant,cũ
diuersi sint effectus,neque enim qui in possessione obtinet,in
petitorio obtinebit.quod enĩ si is,qui agit interdicto post annũ
agat,certe inutiliter agit.l.1.ff.de interdic. quia interdictum il-
lud annale est, per illũ text.& l.vnicam.C.vt possidet. vel quod
actor de possessione non doceat,& propterea reus in possessio-
ne conseruatus est , ob id tamen iure proprietatis non priuabi-
tur , quoniã si in petitorio recte de dominio doceat, obtinebit.
Et hac ratione ductus Bald.in c.1.apud quem controuer.feudi.
termini. deb. colla. 10.ait Bernard. in c.cæterum.extra de iudi.
65 † dicere possessorium causę spiritualis non esse spũale , quia
non tangit medullam veritatis.c.literas.extra de iura.calũ.cle-
men.dispendiosam.de iudi.præterea,inquit post glo.magnam
in l.extat.ff.quod met. causa.per actus turbatiuos difficilis red-
ditur possessionis probatio,in quo magis factum quam ius cõ-
sistit. Et ideo non solet sententia in possessorio lata exceptionẽ
rei iudicatę in petitorio pducere.d.l.& an eadẽ §.fi.ff.de excep.
rei iudi. Et ita sentiunt Barto.Bald.Ioan.de Imola,Paul.de Ca
stro , cęterique legum interpretes in d.l.Titia. ff.solu.matri. &
in d.l.omni innouatione.C.de sacrosanct.eccles.post Bernard.
in d.c.literas.extra de iura.calum.Ioan. And.in d.cle. dispendio
sam.de iudi.Anto.de Butr.in d.c.fi. extra de iudic. & in c. cum
sit.extra de foro compet.Bald.in d. l. si de proprietate. 3. colu.
C.si a non competen.iudic.in d.c.vnico , apud quem seu quos
quæstio feudi diffi.debeat.colla. 10.& in l.1.C. de bonis liberto.
Anto.de Buttrio.in d.c. tuam. extra de ordi.cognit. Andre. de
Iser.in c.vnico, in verbo,contrahentium incęstas nuptias. quæ
sint regula.colla.10. Fely.in capit.causam quæ.6.colum. in fin.
extra de præscript. Luc.de Pen.in l.si coloni. 13. colum. versic.
nonnullis quæritur. C.de agricolis & censitis.libro vndecimo
dicit,in regno Siciliç duas formas pro stylo traditas fuisse, qui-
bus secularis iudex vti deberet , quas dicit de iure necessarias
non fuisse cum circa rerum restitutionem iura modum & for
mam tradiderint. Dicta eius, cum ibi patent, non curo recen-
sere cum etiam non videntur mihi illæ formæ plurimum ne-
cessarię neque conducibiles , consulto igitur eas transcribere
66 omitto † Non me fugit,nonnullos neotericos Gallos dicere ad
tollendam omnem disputationem a Martino summo Ponti-
fice regibus Franciç concessam fuisse , vt regij iudices de cau-
sa possessorij quorumcunque iurium spiritualium cognosce-
re & diffinire possint , eamve cõcessionem anno salutis Domi
nicę.28. supra millesimum & quadringentesimum, Kalendis
vero Maij factã fuisse. Tametsi a chalcographis inscriptis tra-
ditã sit hęc concessio,sed non tã illi priuilegio quã iuri scripto
67 inherere . † Verem vbi priuilegium a iure cõmuni confirma-
tum est, solidius est,& cum maiori difficultate dissolui aut tol-
li potest.l.hius militis.§.militia missus.ff.de testa. mil. glo. in l.
sed & si quis.§ quæsitum.ff.si quis cau.glo. in cap.præterea. de
prohib.feu.ali.per Federi.colla.10. Fely.copiose in c. sicut Ro-
mana.2.col.extra de rescrip.idem Fely.in tractatu,quando lit.
apost. in 7. ampli.& ex præcedentibus dico non tantum ex
priuilegio id regi competere , sed & quibuscunque laicis iu-
dicibus de iure licere de possessorio iurium spiritualium co-
gnoscere & diffinire. vbi autem hoc rex ex priuilegio obtine-
ret,ad alios iudices extendi non posset.l. ius singulare. ff. de le-
gi. Cæterum Gallia non tam large hanc conclusionem admit-
tit quasi ex priuilegio tantum hoc ab ecclesia regi concessum
sit, & ob id solis regijs iudicibus licere de causis possessorijs
cognoscere , non etiam alijs sæcularibus iudicibus quantum-
cunque merum & mixtum habentibus imperium cum om-
nimoda iurisdictione.& hac ratione practici (vt illorum voca-
bulo vtar) dicere solent, iste casus est regius,id est qui solo regi
præfectisque prouinciarum ab eo commissis singulari iure &
prerogatiua authoritate legis regiæ reseruatur cum alijs pleris-
que multis , quos regios vocamus. nostra autem tempestate
Alenconij iudices regiorum casuum cognitionem vsurpaue-
runt. & vltra quam supra dictum est , non puto omittendum
esse singulare dictum Hostien.in c.verum.extra de foro.com-
pet.quod Ioann. Andr. illic approbauit, & quibus communis
Canonistarum schola se subscribit. dicũt enim cap.qualiter &
quando. extra de iudic.de personalibus causis, non autem de
68 feudalibus intelligendum esse † , & ideo feudi dominum de
de feudo clerici & inter clericos cognoscere & diffinire posse
multo magis in principe dicendum est, qui in sua monarchia
vniuer-

vniuersaliter dominus est, qui & Imperator recte & iure dici potest & debet, vt in tractatu susius explicauimus. Et forte plura, dum tempus adfuerit, demonstrabimus. Aliud est † ius re
69 giç dignitati cohærens, quod nulli alteri competit, creandorū videlicet magistratuum supremorū potestas c. vnico, quæ sint regal. colla. 10. Et id Luc. de Pen. non ineleganti stylo prosequitur in l. contra publicā. 5. column. ad fin. vers. sed pone, rex concessit comiti. C. de re mili. 12. cuius dictis me subscribo,
70 paucis tantū additis. † Primo clarū esse omnem iurisdictionē & potestatem a populo in principem trāslatā fuisse, vt in eum solum omnis populi ptās resideret l. fi. C. de legib. §. sed quòd principi. Instit. de iure natu. gent. & ciui. l. 1. ff. de consti. princi. Sed cum difficile erat principem circa tanta tamq; varia occupatum negotia omnibus intendere l. magistros. C. de profess. & medic. lib. 10. l. præcipimus. C. de appel. & in extrauag. Ioan. 22. incipiente, super gentes & regna. in titu. de consuetu. necesse fuit magistratus creare, qui vice regia ius populo redderent §. igitur, & §. nulla in authent. de defens. ciui. colla. 10. l. iubemus C. de appel. quemadmodum & populo Rom. post exactos reges contigit l. 2. §. nouissime. ff. de origine iur. Si ergo princeps solus hoc habeat, quomodo alius potest, & hoc argumento vsus est Alexan. in l. 1. circa princip. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. argumento est §. cumq; hoc Deo in procem. Institu. ibi, nostra authoritate nostrisq; suasionibus cap. cum inter in verbo, vice regia. extra de elect. neq; alius a principe committere potest §. 1. in authent. vt nulli iudi. lic. hab. loc. conser. coll. 9. d. §. nulla in authent. de defen. ciui. colla. 3. quos text. Alexand. ad id notat in rubr. ff. de offi. eius cui manda. est iurisd. colu. 4. cui adde l. 1. §. a præfectis. ff. de leg. 3. & illi soli intant. §. 1. in authent. iusiuran. quod præsta. ab his coll. 3. Et si secus fiat non recte fit, quasi desideret hi altissimo similes esse, vel regi se adęquare, cōtra id quod scribitur in c. solite. extra de maior. & obed. & Esaię. 14. c. facit q notat Inno. in c. cum P. tabellio.
71 extra de fide instrumen. † dum ait solum principem posse tabelliones creare. Induci potest l. 1. & 2. C. vt nemo priua. tit. & c. Quod autem dictū est post Inno. principē. solum posse tabelliones creare, non placuit Guliel. de Cu. in l. non aliter. ff. de adopt. motus authoritate. §. ex prouinciali. in auth. de defen. ciui. coll. 3. & §. nullo in auth. de iudi. coll. 6. in vers. is qui causas, qui statim illū. §. sequitur, & cū Guliel. sentit. Nicol. Spin. in l. actuarios. C. de numera. & actua. li. 12. quod prosequere vt per Cardi. Alex. in c. vnico, quæ sint rega. colla. 10. Si cū Innosentire vis, dic ad illos tex. de tabellione nō posse intelligi, sed de signatore, cuius meminit Iureconsultus Venuleius in l. curent magistratus. ff. de testib. † quos graphiarios vulgo nuncu-
72 pamus, qui actuarij recte dici possunt qm acta apud iudicē suscipiant & cōficiant d. l. actuarios. C. de numera. & actua. libro 12. qui & exceptores nominantur in l. exceptores. eo. titu. similiter in d. §. in prouinciali. vt paulo post aperiemus, qui & scribę vocantur in l. 1. C. de tab. lib. 10. & Liuius li. 2. de Cornelio Mutio ait, ibi cū militibus stipendiū forte dabatur, & scriba cū rege sedens pari fere ornatu multa agebat. Canonistę tabellionē vocant in ca. qm̄ ꝯ falsam. extra de probatio. Iuuari pōt ex §. 1. in auth. de tabell. coll. 4. ibi, qui litem audebat, quçrebat a tabellione cognoscere negotij veritatem, & Accur. ita interpretatus est in l. inter eos. vers. eos qui notis. ff. ex quib. cau. maio. sed ideo sic accipitur quod publica sit persona, inquit illa decret.
73 qm̄ contra falsam. † Et distinguo tabellionem ab actuario seu scriba vel graphario qui præficitur a iudice ad scribenda causç vel litis acta, quæ corā eo fiunt l. iubemus. C. de defenso. ciuitа. ibi, scribas, tabularios, & cętera officia publica cōmonendi, per quæ libellū colligi oportebit atq; inuitis supra memoratis personis sub actorū cōfectione ingerendi. Et tex. in d. §. in prouinciali. satis indicat, dū ait, ex prouinciali autem officio habere exceptorem eis administrantem, similiter in d. vers. his qui causas. ibi vnoquoque tamen iudice duobus quidem exceptoribus vtente. tabelliones autem, de quibus hic noster sermo est, hi sunt, qui ad instrumenta recipienda præfecti sunt, qm̄
74 recte meminit totus ille tit. de tab. colla. 4. non prohibet † aūt iudici tabellione loco exceptoris vti, sicuti & canonum interpretes volunt, pariter & Accur. intellexit & in tota pene Italia communis loquendi vsus ita obseruat. Nam & in Parisiensi curia graphario astant quatuor notarij qui cumę acta graphario absente vel recusato conficiant de his auten. exceptoribus vel actuarijs intendit Inno. loqui, sed de tabellionibus ad conficiē da instrumenta præpositis, quos Accur. in l. 2. ff. de ind. chartularios iudices vocant. Nam personam signi. teri in vnaquaq; colonia præfecti iudicem loquentem veluti præsentem introducunt §. vt tamen, & § fi. in auth. de tabel. colla. 4 & quibus nomina varia fm gentis aut prouincię morem imponuntur l.
75 fi. C. de tabel. lib. 10. in † Gallia vero Guliel. de Cuneo opinio præualuit. passim namq; hi, quibus a rege merū & mixtū imperiū cū iurisdictione concessa sunt, in districtibus suis, seu intra limites cōcessę iurisdictionis tabelliones, qui inter suos subditos instrumenta conficiant, proponunt & instituunt. Nam & tex. in d. §. vt tamen non vehementer in auth. de tabel. col. 4. dicit magistrum censius tabellionem habere, & quem suo offi. præficit. Nam, & And. de Iser. in c. 1. in verbo, scriba. de prohib. feu. alie. per Fed. col. 10. idē dicit in regno Siciliç obseruari per terris domanij principis. Et instrumenta quę ab eis conficiuntur vulgo garentigionata dicuntur, qm̄ executionem parant aduersus eos qui coram eis contraxerunt, videlicet in districtibus suis. Regij aūt tabelliones, quos ēt notarios a notis & protocollis appellamus, quia notas & protocolla & quibuscunq; contractibus corā eis factis conficere debent d. §. fi. in auth. de tabel. col. 4. passim oēs obligare possunt, & in vim illorum instrorum executio parata est aduersus oēs obligatos, eorumq;
76 hæres quocunq; diuertant, vel quoquo loci eāt. † Istorum officiū vile a plerisq; reputatū est, quia reipublicę seruire necesse habeant, ob idque serui publici dicantur fm Accur. in §. serui aūt in verbo, seruare insti. de iure persona per l. non. n. aliter ff. de adoptio. & 2. sub magistratuū appellatione non cōprehenduntur d. l. fi. C. de tabula. lib. 10. sed publicis necessitatibus officiū additū exercere dicuntur. per illū tex. & §. fi. in auth. de tabel. col. 4. per Iusti. aūt publica persona hūcupatur, in §. cū aūt impubes instit. de adoptio. ibi publicę personæ. i. tabellioni, & alibi seruus publicus in l. 2. C. de ado. & l. 2. ff. rem ra. ha. & d. l. non. n. aliter ff. de adoptio. & ideo largo modo officiū dicitur, nō qđ sit officiū, sed publica seruitus. Ideo per Guliel, de Cun. recte dici pōt, non esse mirū, si ei, cui a principe iurisdictio cōcessa est, liceat aliquem constituere qui inter subditos instrumenta & protocolla conficiat quibus possit iudicibus de contractibus inter subditos factis apparere, vt facilius de conuentis inter eos diffinire possit, arg. dicti. §. fi. in auth. de tabel. de quo dic vt per And. de Iser. in d. c. vnico, in verbo, potestas creādorū magistratuū, quæ sint regal. & Luc. de Pen. in d. l. cōtra publi. 6. col C. de re mil. lib. 12. Sed axioma de magistratibus qui reipu. administrandæ curam habeant, intellige vt soli principi ptās sit creandorum magistratuū, & id probat l. vnica, in p rin. ff. de offi. præfe. præto. vbi text. illo vtitur argumento, cuius in capite huius articuli meminimus in ver. nam cum apud veteres, & ver. regimentis reipubli. ad Imperatores translatis, sed a quo translatis, a populo, cui potestas erat creandorum magistratuum l. vnica, in princi. ff. de officio quæst. ibi non sua voce,
77 sed populi suffragio crearent. † Ego vero non abs re de magistratibus superioribus dixi, cum & his, quibus iurisdictio a rege vel Imperatore concessa est, facultas sit in suo territorio creandi magistratus qui suo nomine iurisdictionem exerceāt, argumento l. cui iurisdictio. ff. de iurisd. om. iud. ca. vnico, apud quem seu quos feudi qō terminetur c. vnico an apud iudi. vel cur. domi. colla. 10. quod prosequere vt per Bal. Alexā. & Moder. in d. l. Imperiū. ff. de iurisd. om. iudi. Lege tract. Iacob. de sancto Geor. in verbo, & cum mero & mixto Imperio. Alex. in d. l. ff. de offic. eius cui man. est iurisdi. sed generaliter reipub. prouidere soli principi conuenit, quem And. de Iser. in d. c. vnico, quę sint regal. dicit esse iudicem iudicum. §. 1. in auth. consti. quæ de digni. col. 6. Ego melius induco d. l. vnicam in fi. ff. de offic. præfe. præto. ibi. non aliter iudicaturos esse, pro sapientia ac luce dignitatis suæ quā ipse foret iudicaturus l. 1. in prin. ff. a qui. app. non lic. ibi, stultū illud est admonere a principe appellare fas nō esse, cū ipse sit q prouocat dr̄ ēt fm eundē And. de Iser. summus magistratus, arg. l. 2. ff. de adop. dixi alias supra sic interpretando l. 2. ff. de in ius vocan. non repeto. His addo tantā esse principis rationē habendā circa magistratuū creationē, vt nemo cēleatur a principe magistratus ordinatus, donec princeps literis suis authenticis in 1 manu subscriptis & suo arbitrio præstitis manifestauerit l. 2. C. de cohorta. lib. 12. l. probatorias. C. de diuer. of. eodē lib. 12. vide q notat Io. And. in proęmio sexti. 1. & 2. col. Et dum aliquando in curia Rothomagi casus occurrisset de duobus circa idem officium a principe prouisis, & vterque postularet in consortium admitti, numeroque candidatorum ascribi, quorum vnus diploma regis solito more expeditū subsignatūque & sigillatū producebat, alter vero subscriptum tantum primo antiquius. Senatusconsultо is, qui probatorias literas pro solito more expeditas afferebat, altero prorsus excluso, receptus est, per illum tex. & lege
78 in his officiis eo. tit. de diuer. offi. C. lib. 12. † non enim ante gratia a principe perfecta censenda est, quā literę illo ordine fuerint expeditę, per illos textus. primo in l. probatorias, dicitur nō passim nec licēter solis authoritatibus vel sacrarū militariū literarum exemplaribus, sed ex authenticis tantū sacris probatorijs manu nostra subscriptis & nostro arbitrio præstandis, & in dicta l. in his, dicitur, nisi cum emissa sacri scrinij probatoria consecrauerit, non enim probatoria est donec diploma sigillo confirmatum fuerit, licet subscriptum sit, sicuti vsus in diplomatum regiorum expeditione obseruare solet in l. 2. C. de cohorta. liber. 12. dicitur, nullus iudicum quenquam si-
79 ne sacra probatoria probare audeat vel prouehere. † Idem inge-

in generali lege condenda dicendum esse puto, l. leges vt ge-
nerales, & l. fin. C. de legi. quod prosequere vt per Bartol. &
Moder. in l. in princip. ff. quod quisque iur. Licet dicatur sena-
tum ius facere posse, in l. non ambigitur, ff. de legibus, & in l. 1.
80 §. de qua. ff. de postul. † Dicitur autem a nonnullis curias parla-
mentorum Franciæ restituere posse seu restitutionem conce-
dere, sicut olim senatus Romanus poterat, l. 1. §. de qua. ff. de
postulan. sed id verum non est. Ius quidem facere possunt, sed
non generale vel quod vniuersum populum ligare possit, ni-
si Principis consensus accedat, qui pro certo consilio in hu-
iusmodi arduis causis vti solet, l. humanum. C. de legi. licet ali
ter Papiens. Moder. dicat in l. 1. colum. 2. ff. de officio eius cui
81 mand. est iurisdi. † Verum est autē exactis regibus, consulibus
a magistratu expulsis, dictatore postea eiecto, qui post cōsules
summum in populo magistratum obtinere cępit, & decēuiris
pariter, ob Appij Claudij libidinē, e magistratu depositis, ite-
rum ad senatum constituendæ Reipublicæ curam & admini-
strationem a plebe omniue populo deuolutā fuisse, vt Liuius
recte meminit, 2. & 3. lib. primæ Decadis, seu ab vrbe condita,
& Pompon. iurecons. in l. 2. §. deinde quia difficile. ff. de orig.
iur. Et illo tunc senatus ius constituere cępit, & id ius senatus-
consultum appellatum est, quod seruare necesse erat. Dum autē
ab Vlpiano d. l. non ambigitur, composita est, iam tota vis &
potestas senatus in Principem solum translata est, neque am-
plius senatui licuit legē facere, sed soli Principi hæc potestas at
tributa est, d. l. fi. C. de legib. l. 1. §. cum. n. antiquitas. C. de vete-
ri iure enuclean. neque mouere pōt Accursij interpretatio ad
illā, l. fi. in verbo, solus, C. de legibus dū ad eā supplet, & nullus
alius solus, quū nemo alius siue solus siue plures in vnum leges
facere potuerūt, imò nec populus ipse totus hoc potuit, quic-
quid Paul. de Cast. aliter in l. non ambigitur, dixerit, dum ad l.
primam, ff. de constitu. princ. dicit solum legis cōdendæ vel to-
tius imperij vsum, non autem ipsum imperium trans atū fuis-
se, hoc. n. recte Paul. de Cast. non sentit. Cæsar namque dū im-
perium vsurpauit, oēm a senatu potestatem ademit, quantum
paulo ante Cæsarē Sylla & Marius depresserant, vt Plutarcho
in Sylla placet. Cæsar aūt procedente tpe tyrannidē Syllę &
Marij adauxit, omnemque senatui potestatē ademit, neque vl-
tra senatus post vsurpatum a Cæsare Imperatoris nomē in de-
cernendis prouincijs, mandādis exercitibus, legibus condēdis,
aut faciundis senatusconsultis, admittendis, dimittendisque le
gationibus constituendave Republica occupatus fuit, sed sub-
lata omnis senatorij muneris potestate solus imperandi pote-
statē assumpsit, & sic ad vnius imperiū ciuitas ipsa tota redacta
est, vt ex Cicerone in secundo & tertio officio. lib. ex Liuio in
secundo & tertio. & Tranquil. satis vnusquisque legere potest
in Iulio & Nerone & Caligula & Domitiano, & Plutarchus
in Cæsare quandoque etiam per Cæsares auctę. Et sæpius pro
cuiusque imperatoris libidine diminuta fuit, donec Cæsarum
82 inertia potestas eorū minuta & pęne ablata est. † Neque præ-
dictis, l. prima ff. de constitutio. princ. aduersatur, dum in ea di-
citur, populus ei & in eum omne suum imperium & potesta-
tem concessit, quod & reperitur in § sed quod Principi. Instit.
de iure naturali, gen. & ciuil. Licet in eis sit verbū, concessit, quod
Paul. de Cast. post Bald. & Angelum induxit, vt sic populus im
perium & potestatem non transtulerit, sed solum concesserit,
quū vis verbi vsum seu exercitium tantum, non etiam imperii
translationem admittere potest, sm eos. l. ad eum, vbi Roman.
idem notat, ff. de donatio. verbum, concedo. inquit Romanus
aptum est solum ad simplicis vsus translationem. Igitur impe-
rium apud populum remansit, quanquam eius exercitium im
peratori concesserit, & eorū opinioni assentire videtur Vlpian.
in dicta l. non ambigitur, quod suis adhuc temporibus senatus
ius facere poterat, & in dicta l. 1. §. de qua ff. de postulan. Vlpia-
nus dicit, senatum posse restituere. Idem Vlpianus in l. 1. ff. a
quibus appell. non licet, dicit a senatu ad Principem non licere
appellare. Ego proprius ad huius interpretationis confirmatio
nem pōdero tex. dictæ. l. 2. §. deinde quia difficile, ff. de origine
iur. ibi, quia difficile plebs conuenire cępit, populus certe mul-
to difficilius in tanta turba hominum, necessitas ipsa cum rei-
publicę ad senatum deduxit, & ita cępit senatus se interponere
Iterum in versic. sequenti eiusdem, l. ibi, nam senatus non per-
inde omnes prouincias prouidere regere poterat. Igitur con-
stituto Principe datum est ei ius vt quod constituisset ratum
esset. Ecce quomodo Princeps circa iuris constitutionē solum
populi authoritate fungitur non priuatiue, sed cumulatiue.
83 Quare non recte sentire videntur, † qui imperatorem a Papa
imperium obtinere dicunt, non enim a Papa sed a populo po-
tius habet, nā & ius quod in ciuitate Roma Pontifex habet, vt
plerisque placet, a Constantino habere dicunt. c. Cōstantinus
101. distin. sed verius tamen esse dico, a Carolo Martello pri-
mum, demum a Pipino, postremo a Carolo Magno cæterisve
regibus Franciæ habuisse, vt latius in tractatu. An Rex Francię
superiorem in tēporalibus recognoscat, explicaui. Antequam
enim Christus nasceretur iam Cæsar imperatoris nomē vsur-
pauerat, cui Augustus successit, quo imperante Christus na-
84 tus est. † Si vlterius Romani populi annales consideremus, &
illis contentiendum est, septingenti & sexdecim annis ante
Christum incarnatum condita Roma fuit, nec tunc summi
erant Pontifices, sed omnis fere natio quæ sub cęlo est, vt di-
cūt, Christo nato Octauiano obediuit, & pax in cęlo & in ter-
ra habita est, quia pacis rex de virgine nasci voluit, vt multo am-
plius ostendere curabimus. Præterea vsque ad Caroli Martelli
tempora Romana imperialis sedes semper fuit, donatione aūt
a Carolo Martello Pontifici facta, & a Pipino & Carolo Ma-
gno successiue confirmata Pontificibus statim Romanorum
Pontificū sedes perpetuo stabilita est. nō inficiabor plerosque
85 dicere, Iulium imperatorem nō fuisse, cuius opinionis est Plu-
tarchus in Apophtheg. neq; ob id in imperatorum catalogo
ascribi, tametsi primus imperatoris nomen vsurpauerit, sicuti
testis est Tranquillus in Cęsare. c. 76. dum ait, Non enim ho-
nores modo nimios recepit, vt continuum consulatum, per-
petuam dictaturam, pręfecturamque morum, insuper prænо-
men imperatoris, cognomen patris patriæ, statuam inter re-
ges, suggestum inter orchestra, sed & amphora etiam huma-
no fastigio. decerni sibi passus est. Imperatoris igitur nomen
iugiter postquam Cęsar imperatoris nomen assumpsit, inua-
luit, cum sibi & populo regis nomē exosum esset. Nā & plebi
regem eum salutanti Cæsarem se & non regem esse respondit
hæc Tranquillus & Plutarch. in Cæsare. non diffitebor a diuo
Hieronymo scriptum extitisse modum, quo episcopi in eccle-
sia Dei post Apostolos esse cęperūt, qui transcribitur in c. legi-
mus. 96. distin. Quare vulgo dici solet post Ouidium, Diuisum
imperium cū Ioue Cæsar habet. cuius gl. meminit in d. c. cūm
quæ. 2. extra qui filij sint legi. Accedit his. c. quo iure. 8. distin.
86 c. conuenior. 23. q. 8. † Cæterum, vt prædiximus, dubiū non est,
populum vnius imperio sibi consulere voluisse, tametsi prin-
cipio rerū gentiū nationumque non popularis ambitio reges
introduxerit, sed spectata inter bonos moderatio ad regiæ
maiestatis imperium reges adduxit. Hæc Iustinus in primo
suæ historiæ in Trogum. quorum exemplo Hæbreus, populus
regem postulauit, Regum. 1. c. 8. & Iosephus libr. Antiqui. 6. c.
2. Non inficior summum Pontificem Christi vicarium esse,
neque quisquam alius nisi male sentiens aliter dicere pōt, &
quamquam scribatur Psalmo. 23. Dñi est terra & plenitudo
eius. Et transcribitur in d. c. quo iure. 8. distin. Et sic summum
Pontificem vices Dei cuius terra est & plenitudo eius, agere,
87 † sed nemo non scit Christum dominum suis apostolis & di-
scipulis principatum non reliquisse, dum dixit principes gen-
tium dominantur earum. Matthei. 20. & Luce. 22. & iterū eodē
c. Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Vnde &
Paulus se seruū seruorum Dei dixit, eius exemplo Gregorius
eius nominis in Pontificum catalogo primus se seruū seruorū
Dei scripsit, cuius vestigia cæteri Pontifices imitati adhuc nr̄a
ætate seruos seruorū se in diplomatibus seu literis & rescriptis
(bullas vocamus) inscribunt, & sic non terrenū sed cęleste vo-
luit esse regnū suū & imperiū, Io. 18. Regnū meū, inquit Chri-
stus, nō est de hoc mundo. si ex hoc mūdo esset regnū meū mi-
nistri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis. Et idē in-
sinuare vr̄ diuus Ambrosius in c. conuenior. versi. rn̄deo. 23. q.
8. Allegatur, inquit, imperatori licere omnia ipsius esse vniuer-
88 sa, † rn̄deo, noli grauare te imperator, vt putes te in ea, quæ diui-
na sunt imperiale aliquod ius habere &c. quod sequitur lege vnde
Bar. in l. hostes. in princ. ff. de capti. & postlimi. reuers. dicit pop.
Rom. iurisdictionem in eas gentes & populos retinere, in qui-
bus iurisdictionem aliquam exercet, præsertim hoc de ciuita-
tibus Tusciæ & Lombardiæ dicit, quæ asserunt imperatorem
orbis dominum esse, & in quibus iurisdictionem in aliquo ar-
ticulo exercet. Præterea Romæ quotannis populus aliquem in
senatorem eligit, qui populi vices agat, in quo populus Ro. ius
& dominium, quod antea obtinebat, retinere videtur. Item Bar. in
89 l. 1. ff. si quis testa. esse liber iuss. fuerit. dicit † præfectum vrbis
Romæ hodie imperatorē coronare, quibus actibus animo ius
antea populus obtinebat retinet & conseruat, vt inquit in simi-
li Bald. in l. 2. C. de serui. & aqua, dum de Florentinis & Pisanis
90 loquitur. † Nec dissimile exemplum pretermitto in eo, qui
diu mero imperio & iurisdictione vti non potuit, quia necesse
non fuit ei vti, secundum. l. in filijs. C. de decurio. libro deci-
mo. & capitulo. 1. de feudo sine culpa nō amitten. colla. 10. qui
licet actu non exercuerit, tamen erectas furcas animo retinēdi
imperium tenet, tunc eum imperio iurisdictionem retinet, &
ex integro seruat, secundum Florianum, & recte in l. hęc ver-
ba argumēto illius textus. ff. de seruitu. vrbanorum. prædiorū,
cui adde quod nota. plenius Andr. de Iser. in c. vnico, in verbo,
monet. quę sint rega. colla. 10. Ego vero non puto prędicta
91 vera esse. † quia non tantum cōcessum est imperiū & potestas
imperatori, sed re vera translatum, & satis verba dictę. l. 1. ff. de
constit. princi. & §. sed quod princip. Instit. de iure natura gent.
& ciuil.

& ciuil. volunt, dum in eis dr, q & in eum oẽ suum imperium
& potestatem concessit. Sed ad id respõdebat Ang. dicit enim
verbum, concedere, in his actibus ad dominij translationẽ effi
cacibus seu potentibus ius transferre, vim trãslationis obtine-
re, alioqui non. Secundo & melius posset addi vnum quod
mea opinione fortius stringit. Nam Papa aut Imperator ęqua
lem iurisdictionem seu potestatem concedendo non sic con-
cedere videntur, vt seipsos sua authoritate & potestate priuẽt.
c. dudum, §. nos igitur, de præb. lib. 6. ibi, nos igitur attendẽtes,
quod & si memorato episcopo prædictam concessimus pote-
statem, penes nos tamen nihilominus remansit maior, licet ea
dem potestas etiam in prædictis, pp quod nostra, qui eandem
præoccupauimus potestatem, potior debet esse conditio. Cui
conuenit l. 1. versus finem. C. de offi. præfecti vrb. ibi, sed nõ ita
vt lateat officium annonarię, & quod in eadẽ l. sequitur vsque
in fi. legis. quam omnino vide, quæ oĩa tolluntur per d. l. 1. §. cũ
enim antiqua. C. de vete. iure enucle. ibi, oẽ ius, omnisque po-
testas populi Romani in imperatoriam translata sit potestatẽ.
Et Aurelius iureconsultus idem confirmat in d. l. vnica. ff. de
offi. præfe. præto. ibi, regimentis reip. ad Imperatorem perpe-
tuo translatis, & in d. l. fi. C. de legib. dr, si enim in pręsenti tem
pore leges condere soli imperatori cõcessum est &c. Et sic pri
uatiue concessio facta est a populo, quia in principem trãslata
est. Et ille effectus verbi, concedo, probatur in eadẽ l. fin. ibi, vel
quis legum enigmata soluere & omnib. aperire idoneus esse
videbitur, nisi is cui soli legislatorem esse concessum est. Et li-
cet senatus qñque legem vel senatusconsultũ faciat, non nisi
principe permittente hoc facit, vt dicit eadẽ l. fin. in fi. ibi, nihil
hac lege derogante veteris iuris conditoribus, quia & eis hoc
imperialis maiestas permisit. §. cũque hoc Deo propitio. & §.
quas ex omnibus, in proęm. Inst. & l. leges generales. C. de legi
bus ibi, non in cõe præiudicantibus, nec his, quæ specialiter qui
busdã concessa sunt ciuitatibus vel prouincijs vel corporibus.
92 † Prædictis addo, quod Iac. de Sancto Georgio meminit in tra
ctatu in verbo, & cum mero & mixto imperio. 2. col. reprehen
dendo Ang. in l. imperium ff. de iurisdictione om. iud. dicit, &
princeps castrum nobili concedat cũ iurisdictione, ob id tñ le-
gẽ non poterit ẽt inter subditos condere, intellige generalem.
Pro vsib. aũt suę iurisdictionis, dumtamen legi regiæ non dero
get, facere poterit, alioquin nõ põt, l. 3. §. diuus. ff. de sepulchr.
viola. de quo dic vt per Barto. in l. oẽs populi. ff. de iust. & iure.
Alex. & Mod. in l. 1. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdict. &
eosdẽ post Bar. in d. l. 1. ff. quod quisq; iuris in aliũ stat. Neq. his
93 obstat lex, non ambigitur, ff. de legib. † concedo ius facere sena
tum posse, non quod generaliter liget, nisi quatenus principis
authoritate comprobatũ erit, d. l. fi. C. de legib. & l. 1. §. cũ enim
antiqua. C. de veteri iure enucle. neque ab illo iure licere prin-
cipem appellare, quia in reddẽdo iure vice & authoritate prin
cipis senatus fungitur, facturus principis nomine q̃cquid prin-
ceps facturus esset, d. l. vnica. in fi. ff. de offic. præfecti præto. nec
mirũ si de iure scripto senatus restituit, nã & prætor restituit,
d. l. 1. in prin. & §. ait pretor. ff. de postul. tametsi hoc Gallia non
obseruet. Negatiua igitur concessi a principe magistratus con-
traria affirmatiue probabitur per diplomatis regij exhibitionẽ
sicuti supra dictũ est, per l. probatorias, & l. in his, C. de diuers.
offic. lib. 12. Pariter in lege regia dicendum est, quæ publicatio-
ne omnibus palam facta est l. sed & si pupillus, §. de quo palã
ff. de instit. actio. §. facietis, in auth. scriptum est exemplar. coll.
2. & in toto tit. vt fiant nouę constit. & in tit. hæc constit. inno-
uat præced. & in tit. const. quæ de digni. in auth. & per libri ex-
hibitionẽ l. 2. §. inspecto. ff. quemad. testa. aperian. dixi supra in-
terpretando. l. ab ea parte ff. de prob. & l. 3. §. quod ad causam,
94 & in §. aperito. sup. eo. Aliud est † ius soli principi conueniens
monetę fabricatio. d. c. vnico, quæ sint rega. colla. 10. & l. 2. C. de
fal. mone. ibi, in monetis tñ nostris cudendę pecunię studium
frequentari volumus, vnde l. fi. C. de vete. numisma. potestate,
lib. 11. ęternales vultus, qui in nũmis insculpti sunt, appellat, qa
perpetuo manere debent, & in l. 1. eiusdem tituli soli dos vete-
rũ principũ veneratione, idest, imagine formatos, ab omnibus
recipi iubet, dummodo iusti põderis sint. Et hac ratione Cyn.
in d. l. 3. C. de fal. mon. nullum posse monetam cudere ait, & si
a principe concessum fuerit, tametsi aliter consuetudo obti-
neat, & male secundum eum, & Bart. ad Cyn. addit, non vale-
re priuilegium de fisco Genuensibus cudendæ monetæ con-
cessum. Cuius dictum extollit Ias. in l. hoc iure 3. col. ff. de iust.
& iur. vnde Diuus Chrysostom. super Matth. cap. 22. ait, In so-
lidis Cæsar videtur, & princeps cognoscitur, sicut euangelista
illic meminit, cuius est hæc imago & eius superscriptio, dicũt,
Cæsaris. At Christus, reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari,
& quæ Dei sunt, Deo capit. perlatum, de consecrat. distinctio.
tertia quemadmodum, inquit ille text. scriptura doctis sic idio
tis figura facit. Igitur si principis vultus tantum in ea insculpi
debeat, quomodo potest alteri quam principi hoc concedi?
His potest iungi ratio. lege prima & secunda, C. vt nemo pri-
uat. tit. & l. 1. C. de sta. & imagi. & §. fi. in auth. de mand. prin. Iu-
uare etiã potest ratio. l. decernimus. vers. vniuersos. C. de aquę
ductu. lib. 11. ibi, singulis manibus eorum felici nomine pieta-
tis nostræ impresso signari decernimus. & haud multopost se-
quitur, nec a procuratoribus domorũ vel quolibet alio ad vius
95 alios auellãtur. † Et licet gl. in l. fi. C. de fal. mone. dicat a princi-
pe ex priuilegio cudendę monetę facultatem obtineri posse.
Cui legiste fere omnes consentiunt. Imò plus consuetudine
introduci, sicuti frequentior est Canonistarũ opinio. c. quanto.
extra de iureiurã. Ego aũt cũ Cyno sentio in d. l. fi. C. de fal. mo-
ne. Et dum dicit gl. illius. l. fin. intelligendũ esse illius legis text.
de rescripto a principe per surreptionẽ vel obreptionẽ obten-
to, cum qua Bern. sentit in d. c. quanto. & glo. in d. l. 2. C. de fal.
moneta. Dicit, ex priuilegio imperatorũ Florentinis & Pisanis
concessum fuisse. Et ad id gl. illum text. signat in verbo, nostris.
vt non plectãtur Pisani pęna flammę, quæ in falsificantes prin-
cipis monetã statuitur, cum pecunia ab eis fabricata principis
non sit, sed sua. Cui conuenit. l. quicunque. & l. sequens. & l.
qui falsam. ff. ad legem Corn. de fal. induci potest communis
doctorũ interpretatio ad l. 1. C. de summa Trinit. & fide catho.
super his verbis. quos clementiæ nostrę regit imperium. & glo.
fi. d. l. 2. & l. 1. in verbo, capitali. C. de fal. mone. hoc sentire vi. &
l. fi. in verbo, arripuerit. Io. Fab. dicit legendum esse, eripuerit.
atque ob id intelligatur iuxta Accur. sñiam per subreptionem,
vlterius ponderari posset illa. l. fi. in his verbis, fructum proprię
petitionis amittat. quasi dicere velit, impetrantẽ petitionis suę
fructum ammittere, quia per subreptionem vel obreptionem,
vel forte precũ importunitatem obtinuerit, non si forte motu
proprio vel speciali personę gratia princeps concesserit, iuxta. l.
1. C. de pet. bon. subla. lib. 10. Et communitates Italiæ, Britanniæ
& Scotiæ pariter, & duces, marchiones, & comites Italię &
96 Alemanię sub suo quoque insigni. monetam cudunt. † Sed nõ
minus dico rescriptũ non valere non tantum dixerim per sur-
reptionem & obreptionem aut pręcum importunitatem ob-
tentum, quomodocũque fuerit concessum. ea enim quæ prin-
ceps singulari sui principatus ratione habet, concedere nõ po-
test, maxime ea quæ singularem totius populi vtilitatem con-
cernunt, qualis est monetæ fabricandæ potestas, cuius vsus cõ-
munem vniuersi populi commoditatem concernit. l. 1. ff. de cõ-
hen. emp. hoc dicit ẽt Host. in d. c. quanto. extra de iureiurã. Et
id recte probari puto in d. l. fi. C. de fal. mone. neque veram es-
se Accur. Io. Fab. & reliquorum interpretationem, siue in eadẽ
l. fi. legas eripuerit, siue arripuerit, vtrunque enim vocabulum
non modo subreptionem vel obreptionem, vel precũ impor-
tunitatem significat, sed vim quandam factam subintelligit. nã
& vis maxima fit reip. & publicæ vtilitati. Licet quandoq; arri-
pio pro attractione assumatur, vis autem verbis potius impres-
sionem quandam demonstrat. Et ideo si arreptio secuta fue-
rit, lex pęnam addit. Plus dico, priuilegium sic a principe cõ le-
gis authoritatem obtentum debere per subreptionem impe-
tratum, quia tentatio illa cum pęnę adiectione a lege prohibe-
tur. l. fina. C. de postul. l. decernimus. C. de aquæduct. libr. 10. Et
hac ratione imperator in l. 1. & l. ęternam. C. de murileg. lib. 11.
dum de monetarijs loquitur, quos suæ conditioni inseruire
vult, vt viam similibus rescriptis pręcludat, duo dicit. Primo in
d. l. 1. inquit, nec dignitatis cuiuscunque priuilegiũ ab huiusmo
di condõne liberari. in d. l. ęternam addit, ęternam fiximus legẽ
ne vnq̃ bastangarijs militiam suam deferre liceat vel aliam, an-
tequam eum implemẽtum subreptitiæ impetratione tentare.
prohibet, & quod attentatum fuerit infirmat. Et vltra rescripti
annullationem pęnam falsę monetę aduersus impetrantẽ im-
ponit. Non dissimilis est tex. in l. diligentes. C. de aqueduct. libr.
11. Et in l. authoritatem. C. vnde vi. l. rescripta. & l. nec damno-
97 sa. C. si contra ius vel vtilita. public. † eo enim ipso q̃ principũ
rescripta in publicum damnosa sunt, ipso iure nulla iudicantur
a lege. iuuat etiam ratio. l. tertiæ. §. sextum. versic. is quoque. §. ce.
dum ille text. cõsiderandum semper esse ait, quod publico vtile
est. l. de pupillo. §. si quis riuos. p. de noui operis nuntia. Et ob
id lex dicit rempublicam damnum pati, vbi commodũ amittit
l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publico fiat. Et hac ratione. l. 2.
C. de fal. mone. vt in monetis principis omne studium conuer-
tatur, prohibet ne quid fiat, quod illi officiat, aut eũ offendat.
& l. 1. imperantem non tantum fructu suę petitionis vult pri-
uari, sed vltro pęnam imponit. Ecce quomodo non tantũ vis
rescripti quomodocũque impetrati tollitur, sed vlterius pęna
exigitur. Idem in simili notatur in l. non dubium. C. de legib.
& in l. quemadmodũ. C. de agric. & censi. lib. 11. & in d. l. proba-
torias in fi. C. de diuer. offi. lib. 12 & d. l. fi. C. de postul. Lex igit
monetam falsam esse declarat, quæ in vim talis concessionis
cusa est, & impetrates pęna fabricatoris falsę monetę iubet pu-
niri, quia principis non est, sed contra principis authoritatẽ fa-
98 cta. Et non absque rõne est, † quoniam in moneta multa in cõ-
sideratione esse debent. Primo authoritas, d. c. quanto. extra de
iureiur. d. l. 2. C. de fal. mone. l. fi. C. de veteris numism. potesta.

lib. 11. Secundo forma per quam principis vultus & imago demonstretur, d. l. fi. C. de vete. numisma. potesta. lib. 11. Tertio vtilitas, vt iusti & debiti sit ponderis. d. c. quanto. & d. l. 1. C. de vete. numisma. potesta. Quarto materia vt aurea sit vel argentea. l. lege Cornelia. ff. ad legem Corn. de fal. non autem plumbea vel stãnea, per illum tex. de quo dic vt in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pig. actio. in l. numismatũ. ff. de vsufruct. & c. ꝙ quidã. §. 1. versus fi. 1. q. 1. Accursius tñ in rubr. C. de veter. numism. potesta. dicit, hodie reges non auream vel argenteam pecuniam tantum cudere sed & ęream. † Adde prædictis aliã rationem, quare non debent priuilegia a principe concedi, quę mea opinione stringit. Princeps enim absq; populi consensu nõ potest circa monetã aliquid statuere cũ circa eius expolitionem damnum non tantum regi, sed & populo afferat. d. c. quanto. de iureiur. in his verbis, induxerunt vt iurares irrequisito assensu populi, vsq; ad certum tempus patris tui conseruare monetam. Imò principem non ligat huiusmodi concessio & si iurata sit, secundum Inno. illic. per illum tex. quia populo damnosa est sic cura principi esse debet, vt legitima moneta fiat, quomodo curabit, si alij facultatem concedat fabricandi, Iam neruus disciplinę sublatus esse videt. quoniam quod imperator in d. l. 2. C. de fal. mone. voluit omne studium cudẽdę monetę circa monetę principis fabricationem conuertendũ esse, cessabit hoc studium. Et hac ratione Anto. de Butr. in d. c.
100 quanto. Dixit † principẽ vel regẽ circa pecunię fabricationem nihil absque populi consensu posse constituere, argumento. c. ad hæc. in fi. extra de offi. archi. & rationem addit illic Inno. cui Hosti. se subscribit, pariter & reliqui canonum interpretes, qm̃ pecunia, quæ principis authoritate cudenda est, vbique exponi potest. non mirum igitur est, si populi consensus accedere debet, cum etiam princeps nõ excusetur, si forte pecunia, quæ suo nomine fabricata est, minus legitima inueniatur. Et tanta habita est ratio Inno. & Hosti. vt ab omnibus iuris interpretibus dictum eorum pro lege habeatur. Et Anto. de Butr. illic inducit. c. quæ in ecclesiarũ, & c. ecclesia sanctę Marię. extra de
101 constitutio. † Quare, secundum eos, si pręter vel contra populi assensum princeps facultatem cudendi monetã concedat, rescriptum non videtur recte neq; iure cõcessum, ob id subsistere non debet etiam si motu proprio a principe concessum sit, quia si solus absq; populi consensu nihil immutare potest, per obliquũ ꝙ princeps nõ faceret suo nomine, alius sub huiusmodi cõcessionis velamine forte faceret. Quo factũ est, vt plereq; gẽtes & natiões a regibus obtinuerũt, vt princeps circa monetę fabricationem absq; populi cõsensu nihil immutare possit. Et id priuilegium potissime prouincię Normanię a retroactis regibus concessum est, neq; audiui cõtrario rescripto reuocatum fuisse. Clarum est etiam nullũ esse in regno Francię principem, qui hãc cudendę monetæ potestatẽ habeat. Itaq; Ioannes. 22. in extrauagan. incip. prodiens. in tit. de crimine falsi. excõmunicauit omnes & singulos, qui monetam Christianissimi regis falsificauerint, raserint tinxerint. seu adulterinum quid in ea signauerint. Non inficiabor per candẽ extrauag. a Ioan. 22. contrarium eorum, quæ nũc cõmemorauimus, decisum fuisse, videlicet priuilegio & consuetudine facultatẽ cudendę monetę posse cõpetere. & illius extrauag. Io. 22. Henric. Bohic in d. c. quanto. extra de iureiuran. meminit. Plus Henri. addit principem posse ea cõmittere, quæ soli principi conueniũt c. ꝙ ad translationẽ extra de offi. leg. l. si quisquã. ff. de diuer. & temp. præscrip. l. 1. C. de fund. limitro. l. 1. C. de pascu. publ. lib. 11.
102 Ego † aũt puto de iure nõ esse verũ, per d. l. fin. C. de fals. moneta. cũ hæc potestas soli principi ratione suę regię dignitatis conueniat, & ea quæ principis ossibus adhęrent alteri cõmitti non possunt, vt paulo post dicemus. Neq; obstat principem cõmittere monetę fabricationẽ. Nam id verũ est. Alioquin oporteret principem ipsum monetarium esse, ꝙ apud homines recti sensus ridiculũ esset dicere. † Primo namq; quæstores prepo-
103 nit, qui ęrarij curam habeant, quẽadmodũ scribitur in l. 1. § deinde cũ ærariũ. ff. de orig. iur. ibi, quæstores creati sunt qui inquirendę, conseruandæque pecunię præessent. Secundo zigostates qui auri & argenti qualitatem distinguere intelligant. l. fi. C. de pond. & auri illat. lib. 10. qui alias libripendens dicuntur, ꝙ ponderibus præfecti sunt Tertio monetarios, qui cudendę monetę præficiunt, vt scribitur in l. 1 & l. edicimus. C. de muri leg. lib. 11. pariter & conflatores seu signatores, tinctores, politores, quorũ omnium meminit. l. quicunq; & l. sequens. ff. ad legem Cor. de fal. hi omnes omne suum studiũ ad pecunię fabricationem cõuertere debent, vt principis nomine fiat. d. l. 2. C. de fal. mon. & satis princeps agere dr̃, argu. §. cũq; hoc Deo. in procemio Insti. l. vnica. §. fi. C. de no. cod. cõpo. Et de his loquitur. l. 2. C. de fal. mone. neq; aliter fabricare licet, per prædicta. sed quæ per principem solũ expediri possunt nullus alius põt. d. l. fi. C. de legib. extrauagans autem Ioan. 22. pro extrauagante erit. Neq; vlli dubiũ esse potest vsum & consuetudinẽ extrauagantẽ admittere, satisq; vnicuiq; cõstare, cõmunitates Italiæ, Duces, & Marchiones, reliquosve potentatus Italiæ pariter Alemaniæ, Britaniæ maioris. & Scotiæ illo iure vti. Sola Gallia est, quæ monstris caret, vt Diuus Hieronymus contra Vigilantium ait, sed suo principe gaudet. Si quis autẽ eo vti tẽtet, sui mendacis diplomatis fructu carebit, pœnamq; falsificatis principis monetã sustinebit, d. l. fi. C. de fal. mone. l. eos. §. fi. ff. ad legem Corn. de fal. & ad id mouere potest, qđ qui vtitur literis principis ob aliam cãm impetratis, non, vt præmissum est, expeditis, beneficio rescripti priuandus est, & cum proscriptione, bonorum amissione mulctãdus, d. l. probatorias, in fi. C. de diuer. off. lib. 12. ibi, sed & proscriptionis stylum subire decernimus, & bonorũ oĩum amissione mulctamus, l. decerni-
104 mus. C. de aquę duct. lib. 11. vbi † ergo negabitur priuilegium a principe concessum esse, negatiue priuilegij vel facultatis per diplomatis ostẽsionem probatio fiet, cuius inspectione facile videri poterit, an ſm veterem consuetudinem expeditum fuerit, iuxta l. in his, & l. probatorias. C. de diuersis offic. libr. 12. Si vero priuilegio non insistant sed consuetudini tm̃, de præscripta consuetudine intelligendũ erit, alioquin non releuabit eos consuetudo, c. cum tanto, & c. quãto, extra de consuet. tametsi male inuenta ꝯsuetudine quantũcunq; præscripta non confirmantur §. 1. in auth. vt nul. iudic. liceat hab. loci conseruat. coll. 9. c. si ꝯsuetudinem, 8. dist. d. c. cũ tanto, & an reliqua priuilegia quæ in supremi dominij signũ & singularem quandam prærogatiuam seu spãlem superioritatis recognitionem principis
105 ossib. cohęrent concedi possint, paulo post tractabimus. † Interim autem non prætermittam nemini licere priuilegijs a principe ꝯcessis vti, nisi probatorijs literis concessa fuisse demonstrentur, d. l. probatorias, & l. seq & l. in his. C. de diuer. offic. l. vnica. C. de mand. prin l. idem Vlpianus, §. fi. ff. de excusa. tutorum, ibi, transmigrare aũt expressim ei concedatis, & horũ alterutrum literis significantis, gl. in c. 1. de censib. in 6. Innoc. in c. constitutus, extra de rescrip. Fely. in rubr. 3. col. de constit. Et vltra quam supra dictum sit, pondero. l. pen. C. de diuer. offic. lib. 12. ibi, qui tamen, vt dictum est, non possunt pro tenore sacrarum constitutionũ vel veteri consuetudine, nisi præcedentibus sacris probatorijs militię sociari, sicut subiecta notitia demonstrat, adipisci præcipimus. Et volo te notare, quod in illo tex. sequitur, his scientib. qui ex aliqua parte præsentis nostræ serenitatis legis formam conniuentia vel neglıgẽtia quadam colludere tentauerint, non tm̃ amissione bonorum omnium, sed & capitis periculo, vtpote criminis falsitatis obnoxios semetipsos esse plectẽdos. Non obstabit, l. 1. C. de peti. bon. subl. lib. 10. quæ distinguit cõcessiones motu principis factas ab his, quæ ad recurrentiũ postulationem concesse sunt, vt illa l. fi. C. de fal. mone. sit istiusmodi. & id declarare vř d. l. fi. C. de postulan. l. ęternam. C. de muriıleg. lib. 11. Sed inter vtranque legem lata est differentia duplici ratione. Prima, qm̃ non prohibetur princeps bona publicata prius quam fisco delata seu denunciata fuerint, & (vt vulgo dicimus) incorporata, donare, l. 1. in verbo. integritate, & l. fi. C. de o. adrien. prælct. cm̃ & acquiri & vsucapi possunt l. quamuis, ff de vsufruct. § res fisci. Insti. de vsucap. l. 1. §. Diuus ff. de iure fisci. & l. int. a. ff. de diuer. & tempor. præscrip. sed cum iure quodam singulari in bonis rei læsę maiestatis in primo capite bona ipso iure fisco addicta sunt, secuta prius tñ facti declaratione, vt supra dixi, & in lectura huius, §. repetitur, §. perduellionis. Institu. de hær. quæ ab intesta. defer.
106 l. quæsitum ff. qui & a quibus manu. liber. accip. † Illa tamen non antea fiscus inuadet, ꝗ̃ snĩa lata fuerit. d. l. 1. C. de pet. bon. sublan. prin. quem recte Luc. de Pen. considerauit, ob id illorum donationem nõ vult ad alicuius postulationem fieri posse. Sed tñ princeps motu proprio donauerit prius, quam fiscus inuaserit, noluit Imperator donationem impediri, quoniam adhuc incorporata fisco non sunt, donec apprehenderit. Eadem optima consideratione supplicandi causam tollere voluit princeps, ne reis illius criminis spes conseruandorum bonorũ vel directe vel per obliquum supersit, nisi quatenus principis liberalitas ad id inducet, vt si non metu personarum, bonorum tamen amissione a delictis reuocentur. Licet plerique imperatores tanta fuerint clementia, vt quanquam vlciscẽdi occasio eis non deesset, quod in eos aut eorum conspirationem nonnulli machinati fuissent, aut libellos seditionis plenos conscripsissent, nõ tantum nõ sęuierint, sed neque vindictam ab eis exigi
107 permiserint, † quorum e numero Titus Vespasianus fuit. qui duos patricij generis viros in affectatione imperij cõuictos nihil amplius quam vt desisterent monuit, eosve non solum familiari cęne adhibuit, sed & in gladiatorum spectaculo die sequenti circa se collocauit, oblata sibi ornamenta pugnantium inspicienda porrexit, fratrẽ & insidiari sibi non desinentẽ, sed ex professo solicitantẽ exercitus fugã, nec occidere, neq; seponere permisit, sicuti Tranquillus in Tito scripsit. Pariter & Iulius Cęsar detectas aduersus se coniurationes cõuentusq; nocturnos non vltra arguit, quã vt edicto ostenderet esse sibi notas, & acerbe loquentib. satis habuit pro concione denunciare

ne per

ne perſeuerarent. Hæc Plutarchus & Tranquillus in Iulio Cæ
ſare. De Octauiano idem Tranquill. ait, Ne enumerem quot
& quos diuerſarum partiū venia & incolumitate donatos, prin
cipē etiam in ciuitate locum tenere paſſus ſit &c. Alij plerique
ſit cōmemorari poſſent, quæ cōſulto omittimus, cum longe ab
108 inſtituto ſint. † At in cudenda moneta multo maior ratio ha-
benda eſt, nam ad id fit vt princeps cognoſcatur, quis & qua-
lis ſit patriç tutor & parens, & eius maieſtas in honore ſit l. 1.
in verbo, veneratione formatos, & l. fi. in his verbis, æternales
vultus. C. de veter. numiſm. poteſtate libr. 11. vt videatur cuius
imago & eius ſuperſcriptio ſit, vt Matth. 22. ſcribitur, neque
aliquid in principis obſcenitatem fiat. l. ſi qua in publicis. C. de
ſpectac. lib. 11. Secundo ne faciliter in eis damnū in publicum
109 afferatur d. ca. quanto. extra de iureiuran. † propter quod lex
pęnam flammę inuenit in eos, qui falſam monetam fabricare
putant, in l. 2. C. de fal. moneta. quæ pęna grauior eſt quacunq;
altera. l. 1. ff. de abige. l. ſacrilegij pęnā, ff. ad legem Iuliā pecul.
l. 1. C. de Nili aggeri. non rumpen. l. 1. C. de immunitate nemi-
ni conceden. lib. 10. in verbo, flammā, l. capitalium §. incendia-
rios. ff. de pęnis, vt territio metu pęnę alijs inferatur l. 1. C. ad le-
gem Iuliam repetun. Tametſi illorum cineres peti non prohi
110 beat lex, vt ſepulturę tradātur, l. 1. in fi. ff. de cada. punito. † Aliā
pęnā illi non longe diſſimilem Gallia inuenit, cum huiuſmodi
facinoroſi nummorū decoctores in aqua feruente ſeu bullien
111 te ſuffocantur, neq; id a ratione deuium eſt. † pęnę enim de iu
re arbitrariæ ſunt, ſm quod mos regionis pro qualitate crimi-
num in eis frequentium inſtituit, vt in l. ſacculari. ff. de extra-
ordin. crim. d. l. 1. ff. de abige. l. ſacrilegij pęnam ff. ad legē Iuliā
pecul. Secundo in admiratione id eſſe non debet, cum vltra dā
num, quod reipubl. illud crimen affert, principis maieſtatem
offendat, d. l. 1. C. de fal. monet. ob id damnabile crimen & dā-
noſum eſſe dicitur in c. nouimus, extra de verb. ſignificatio &
d. c. quanto, extra de iureiuran. l. 1. ff. de contrah. empt. & d. l. 1.
C. de veter. numiſma. poteſtate, & ſic duplex crimen commit-
112 titur. † Primum in principem, ſm in populum & rempipſam
publicam non tm̄ indigenarum ſed & exterarum nationum,
cum quibus commercium eſt. Quæ ratio non modice conſide
randa eſt ſecundum Innoc. in d. c. quanto, ſuper verbo, aſſenſu
113 populi, & hac ratione † princeps pater populi dicitur in c. fin. in
authentica, neque virum quod ex dote. colla. 8. Vnde & Plu-
tarch. ad Traianum Imperatorem, cuius præceptor erat, ait,
oportere primum principem ſe totum met iri, vt quicquid eſt
in toto reipublicę corpore, cuius vice fungitur, diligenter ad-
uertat. & Bal. in procmio feud. col. 9 poſt Archidiac. dicit prin
cipē, cū promulgandæ legis authoritatē fortunę ſibi venerit
eminentiā, debere ſuper oēs cogitare, quid agat, cum nullus ei
dicat, cur ita facis. Cui adde, quod ſcribitur Eccleſiaſtes, 8. c. &
2. Regum, 16. c. §. ad hæc, in authentica, de appell. & intra quæ
tempora, colla. 4. glo. in c. quamuis, in verbo, Dei. de pęnitentia
diſtinctione 3. memini in repetitione l. donationes. C. de don.
114 inter virum & vxorem, col. 6. † Tertio monſtruoſum eſt in po-
liticę inſtitutionis obſeruantia regię quæ legi prorſus aduer-
ſans, vt princeps ſibi parem faciat, vel ſecundum Ariſtotelem
in politicis, quod inferior cum ſuperiore in decretis, & his quę
ſtatū, nobilitatem eius & inſignia contingunt, participet. Et ſi
ſecus fiat, maieſtatis ſuæ decorem & imperiū deturpat, quod
principi non licet, lege regia ad id reſiſtente, c. intellecto, extra
de iureiuran. l. 1. C. de veteris numiſma. poteſtate, ne forte di-
cat aliquis ſimilem ſe eſſe altiſſimo, quemadmodū de Lucife
ro ſcribitur Eſaię. 14. & æternitatem illam, quæ in principe ſo-
lo conſiſtere debet, d. l. fi. C. de veteris numiſma. poteſtate, lib.
11. alius inferior aut ſubditus ſibi arroget, quod indignū eſt, vt
inquit Bal. in præludio feudo 8. & 9. col. hic repeti poſſent non-
115 nulla quę in repetitione l. donationes, annotauimus. † Quarto
lex regia vult omne ſtudium circa nummos principis fabrican
dos tm̄ conuerti, ne forte cōtingat adulterinam pecuniam in
publicum admitti, & ob id in ea reſpublica patiatur, d. l. 2. C. de
falſa moneta. & ne principis imago ſuis dignitatibus defraude
tur l. ſi qua. C. de ſpectac. lib. 11. ne ſilentio rebellādi occaſio de
tur, ſm Bald. in præludio feudo, & erecta in principem ceruice
definiat, ſicuti pleriq; ſumma licentia freti quadam imperan-
di libidine ducti faciliter erumperent, ſicut noſtra ætate cū ma
ximo tamen Reipublicæ diſpendio contigiſſe nouimus. Hic re
peti poſſent quæ Bal. in dictis præludijs feudorum, col. 8. ſcri-
pſit, & in l. nec damnoſa. & l. reſcripta. C. ſi contra ius vel vtili-
tatem publicam. Et hæc dicta intelligo in quocunq; principe
monarcha ſuperiorem non recognoſcente, tametſi non om-
nes monarchę in ſua monarchia tale ius aut imperium in ſuos
habeant ſubditos, quale in ſuos Chriſtianiſſimus rex noſter iu
re obtinet. Supradicta de hoc cudendæ monetæ iure ſcripta
116 ſufficient. † Aliud iam ad contemnendum ſet non prætermit-
tendum ius eſt, quo ſingulari ratione & authoritate Chriſtia-
niſſimus rex ſiue ſupremi mandatum ſuo nomine vtuntur
in iudices eccleſiaſticos ob denegatam ab eccleſiaſticis iudici-
bus iuſtitiam, vel, vt noſtro vocabulo vtar, ob abuſum circa iu-
riſdictionis eccleſiaſticæ exercitium per epiſcopos ſuosve vi-
carios ſeu officiales commiſſum, quibus de cauſis ſupremi ma
giſtratus vice regia ſuum impartiuntur imploratum auxilium
mulctant, coercentve noxios vel ſontes, quod cuiq; iureccon-
ſulto abſonum eſſe, & ab omni iure abhorrere videtur. Et li-
cet plura hic cumulari poſſent, ſatis mihi erit triuiales canc-
nes & decretales recenſere, quæ huic iuri regio prorſus aduer-
ſari pugnareq; noſcuntur. In primis capitulum, decernimus, c.
at ſi clerici. & c. qualiter & quando, extra de iud. c. 1. & 2. & c. ſi
diligenti. extra de foro compe. hic repeti poſſet cauſa. 11. qō. 1. 2.
& 3. c. clerici. & c. fi. extra de immunita. eccleſia. in 6. c. ſi iudex
laicus, de ſenten. excommunica. eodem lib. Imò iudex ſæcula-
ris cognitiònem vſurpans veluti ſacrilegus puniri poſſet. c. con
queſtus, extra de foro compet. c. Chriſtianus, & duobus capitu-
lis ſeq. 11. q. 1. De iure ciuili hoc clare expeditum eſſe videtur in
toto titulo in authētica, apud quos oportet monach. vel aſſiſt.
coll. 6. & in tit. vt cleric. apud proprios epiſcopos, eadem colla.
auth. clericus. C. de epiſc. & cler. nam & ſæpiſſime diſputatur,
an clericus laicum pro re mere prophana coram eccleſiaſtico
conuenire poſſit, de quo in c. ſi clericus, extra de foro compe.
c. ſuper quibuſdam, in fi. extra de verb. ſign. vbi commemoran
tur cauſæ & perſonæ, quæ in foro eccleſiaſtico conueniri de-
bent, & in d. c. at ſi clerici. poſt gl. in verbo, non tenet, extra de
iudic. gl. in cap. conuenior in verbo, Chriſtus, 23. q. 8 quam di-
ſputationem Bonifacius Octauus ſua conſtitutione abſoluiſſe
videtur, in d. c. fi. de immunit. eccleſia. lib. 6. Et licet eccleſiaſti
cus iudex ob neglectam vel denegatam a ſeculari iudice iuſti-
tiam iure canonum adiri poſſit, c. licet. extra de foro compet.
117 & † ob id gl. in c. ſi clericus, extra eo. tit. de foro competen. di-
cat Papam hodie paſſim laicorum cauſas & lites eccleſiaſticis
iudicibus committere, etiam ſi negligentes non ſint, cōtra ea
quæ Papa conſtituit in c. nouit. extra de iudic. c. ſecundum, ex-
tra de priuileg. non ſic eſt in laico ſeu ſæculari iudice, qui non
poteſt officium ſuum etiam imploratum impartiri, quantum
cunq; eccleſiaſticus iudex clerico aut cuiuis alteri iuſtitiam de
negauerit vel adminiſtrare neglexerit, ca. qualiter & quando,
extra de iudi. quæ decretalis multa dote a canoniſtis illuſtrata
multiſq; authoritatibus confirmata eſt. Neq; illi decretali ob-
ſtare poſſit, c. filij. 16. q. 7. cum ille canon correctus & emenda-
tus ſit per conſtitutionem Pontificum in d. c. qualiter & quan-
do. Et hac ratione pleriq; legum interpretes in illam decreta-
lem & ſimiles inſurrexerunt, tum primo Cynus in l. eos. §. ne
118 temere. C. de appell. dicit enim Cynus † curiam Papę ſummo-
pere deſiderare vt totus mundus ad eam fluere poſſit, tanta
eſt, inquit, in ea argenti & auri ſacra fames. Et ob id idem Cy-
nus in l. qui contra. C. de inceſtis nupt. dicit permittendū eſſe
eccleſiaſticis in ſuo foro canones ſuos ſeruare, laici vero in ſuo
foro legibus & cōſtitutionibus ſuis ciuilibus vtantur. Idem Cy-
nus ſcribit in l. & ſi contra. C. de nup. plura eo ſcribit Lucas de
Pen. in 6. 7. & 8. col. C. de incol. lib. 10. cuius dicta longum eſſet
recenſere, ea igitur ex propoſito omitto. Similiter Barto. in l. 1.
ad fi. ff. de pęnis. Et, vt ſupra dictum eſt, nō plurimum a Cyno,
Bar. & reliquis iuris ciuilis interpretibus pleriq; canonum in-
terpretes diſſentiunt, quorum ſupra meminimus, præſertim
Bern. gloſſator Decretalium in d. c. ſi clericus, extra de foro cō
pet. Hoſt. in c. vnico, extra de ſacra vnctio. Archidiac. in ca. hoc
videtur, 22. q. 5. Ioan. Andr. in c. ſolitæ, 5. col. extra de maiorita.
& obedien. Hæc pauca ex multis hic annotare volui, tametſi
potuiſſent hæc noſtra ſcripta pluribus alijs authoritatibus præ-
grauari, quæ cum cuiq; lectori pateant, tranſcribere non cura-
ui. Ad alteram vero partem progredior. In oppoſitum igitur
119 † quod propter neglectam ab eccleſiaſtico iudice cæteriſve ec
cleſiaſticis perſonis vel miniſtris vel denegatam ab eis iuſtitiā
liceat regis officium & ſubſidium implorare & requirere. In
primis mouet me dictum, c. filijs, 16. q. 7. qui in hoc videtur in-
dubius, dum in eo dicitur, Si autem Metropolitanus talia ge-
rat, regis hoc auribus intimare non differant. Et quanquam di
cant hi qui ſecus ſentiunt, illum canonem correctum eſſe per
c. qualiter & quando. extra de iudi. ad miſerorum ſubſidium
refugere videntur. Tranſeat hæc ſcena ſine correctione, ſicu-
ti Accurſius ait in l. damni infecti, §. ſi is qui vicinas, in verbo,
aliquas. ff. de damno infecto. cuius dictum Roman. illic ſilen-
tio non præterijt. Addo ad noſtræ concluſionis confirmatio-
nem, c. ſecundum, extra de regula. ibi, ſi parentes ipſius intra
annum nō reclamauerint ad principem aut proprium epiſco-
pum, vel admiſſum dominicatum clericatu permaneat. Secun-
do c. ſi quis a clerico. verſic. ſin autem 9. q. 1. cuius canonis deci
ſio ex Carthaginenſi concilio ſumpta eſt. Inquit ille tex. ſin au
tem noluerit epiſcopus litem dirimere, tūc ad ciuilem iudicē
diſceptatio cauſæ perueniat. De iure ciuili eſt text. in §. ſi quis
autem pro pecuniaria, in auth. de ſanctiſ. epiſc. collat. 9. ibi &
epiſcopus diſtulerit inter eos iudicare, licentiam habeat actor
ciuilē iudicem adire. Cuius meminit gl. in c. ſi in verbo, con-

tiam in auth. apud quos oporteat monach. aut assist. colla. 6. Tertio vrget aliud argumentum quod potissime in regibus Franciæ procedit. Ex concessione enim Synodi generalis Romæ in Laterano celebratę Franciæ reges singulari ratione priuilegium obtinuerunt, vt episcopi omnes prius quã electionis confirmationem cõsequi possent, inuestituram suorũ episcopatuum a rege recipere debeant. Imò nec cõsecrari permittit donec a rege laudata sit eorũ electio. Et si secus attentatũ fuerit, anathemate notari voluit. Vbi non resipuerint, bonorum publicatione cõpesci censet. c. Adrianus, & c. in Synodo. 63. distic. neq; abs re id priuilegiũ concessum esse puto, cum Franciæ reges de ecclesia semper bene meriti fuerint, vt satis ex annalibus etiam Romanis constare potest, tametsi hi, qui Romanas historias texuerunt, deposita in hac re omni inuidia id fateri necesse habuerint. In tractatu scripsi, & si forte occasio per tẽps
120 concedat, diffusius explicabimus. Et ob id singulari titulo donati sunt, quoniam Christianissimi nuncupantur. Dotes nãq; quibus singulari religione totius regni sacella omnis generis templa ornauerunt, istorum testimonium perhibent, quo factum est vt omnisũ fere cathedralium ecclesiarũ patroni titulum iure merito cõsequuti sint, vt plene ex decretali, ex diligẽti olim posita in titulo de iure patron. in antiquis plus liquido constabat, sed Romani, quibus Gallicum nomẽ semper exosum fuit, anserũ semper memores, nescio qua ducti opinione ex libris decretaliũ cancellare, & vt verius loquar, tollere curauerunt, vt notat Archidiaco. in ca. Imperiũ 10. distinctio Corset. notauit in tractatu q. 11. licet Archidia. non alleget. Inuestiturę autem inspectio dominij ostẽdit essentiã c. vnico, quid sit inuestitura. colla. 10. c. vnico, de forma fideli. & c. vnico, de no. for. fideli. eadẽ colla. c. de forma 22. q. 5. plenius in secũdo. extra de consuetud. Licet Archidiaco. in d. c. Imperium, dicat regem nõ posse hoc ius spirituale vendicare, nisi ex causa iuris patronatus, & non alio iure c. si quis deinceps, & c. per laicus, & ca. nullus 16. q. 7. Ego autem dico duplici iure habere. Primo ex priuilegio sibi ab ecclesia cõcesso, vt clare probatur in d. c. Adrianus, & c. in Synodo 63. disti. & in c. cum inter. extra de consuetud. quod omnes ad id allegãt, præsertim Archidia. in d. c. Imperium. Henr. Bohic in c. præterea. extra de iure patronat. Sed ex illa decretali plura sunt adempta, vt ex eius lectione satis constare potest. Sed indubitati iuris est vasallum propter denegatum domino vel subditis iustitiam a domino argui posse, & ob id feudo priuari c. porro. versi. illud, quæ fuit prima causa benefic. amit. colla. 10. c. insuper. extra de prohibi.
121 feud. alie. per Feder. colla. 10. † pariter & dominus; priuatur iure feudi, si vasallo iustitia denegauerit ca. 1. ad finem, vbi illic gl. in verbo, com[illegible] ellat. qu[illegible] fit [illegible] colla. 10 gl. in d. versic. illud c. domino [illegible] feudo fuer[illegible] contro[illegible]ersia inter domi. & agnatos, & tex. in c. [illegible] qualiter dom[illegible] propriet. feudi priuetur c. 1. in fi. de no[illegible] fideli. coll[illegible] item si in alios sibi subditos peccauerit [illegible] do[illegible] offer[illegible] eo, quod beneficio [illegible] vasallus [illegible]abitatur, secundũ And. de Iser. & Card. in d. c. porro. §. illud, [illegible] fuit prima causa benefi. amit. Sed cũ temporalis [illegible] electio seu episcopalis sedis exercitiũ episcopis interdic[illegible]tur, vt ante cõsecrari neq; iura episcopalia qualiacũq; [illegible] ministrare possint, quam a principe laudata sit eius electio, & [illegible] suscepta inuestitura de qua i. c. [illegible]. extra de elect[illegible]o. & fides principi data princeps igitur omnia veri dominij iura exercet, quoniã interim canonicatus & præbendas ceteraq; beneficia curã animarum non habentia pleno
122 iure confert. d. c. in Synodo. 63. distinctio. † Non mirũ est, si rex appellatus suo iure, id est priuileg[illegible] vtens ab episcopo cõmissos iudices ob neglectã iustitiã coerceat, & cẽsura distringat. Ex hoc argumento ẽt vsus est Ant. de Butrio in c. verum. [illegible] col. extra de foro con[illegible]peten. dicit enim ex negligẽtia iudicis ecclesiastici regem vel Imperatorem adeundum esse, si ab ecclesiastico iudice appelletur rex vel Imperato[illegible], vel ad eũ querela porrigatur d. c. verum & c. solite. extra de maiorita. & obediẽ. c. Romana. §. debet de appel. lib. 6. Imo vasalli volẽtes coram alio iudice litigare, quam corã domino, vendicari possunt a domino etiam eis inuitis c. ex transmissa, & c. ex tenore. extra de foro cõpeten. l. de iure. ff. [illegible] Municip. l. 1. §. per hanc 1. ff. de rei vend. vbi glo. plura alia similia congerit. Et in hoc neruus ecclesiasticæ disciplinę nullo pacto offenditur d. c. verum c. ex tenore. extra de foro compet. Nec absonum esse põt. quia id in [illegible]emoriam & remunerationem benef[illegible]ciorũ a Franciæ regibus accepto[illegible]um concessum esse vt, argumento c. constitutus. extra de religio. domibus l. Aquilius, & l. si pater §. fi. ff. de don[illegible] [illegible]ram conditionis. ff. de manumis. vindicta. quẽadmodum declarat ille canon, Adrianus 63. distinctio. qui rerum a Carolo Martello, Pipino, Carolo magno reliquisve Galliæ regibus gestarum mention[illegible]ẽ facit, & in tract. copiose scripsimus Imò plus rex. in d. c. in Synodo. 63. distinctio. vltra anathematis sententiam, exilij, vel vltimi supplicij pęnam permittit in ausores inferri c. secundo, vbi per Innoc. & Fely. extra de maiori. & obediẽ. Et iuris dispositione episcopus quoad viuit feudo priuari posset c. fin. de capit. Corra. colla. 10. de quo in c. delictum de reg. iur. in texto.
123 † & sępissime manus regia iniecta est nostra ętate in plures episcopos, qui a principe defecerãt, imò factionis authores dici poterant, vna nanq; cũ coniuratis abierant bellum in principẽ vniuersamve Galliam mouentes, armatiq; cum ipso exercitu equo insidentes ad bellum necessaria administrabant, in reliquis autẽ causis priuatorũ, in quibus ecclesiastici iudices imploratũ ab eis officium impartiri recusauerunt, vel forte falcem in messem regiam imposuerunt, iura regia vsurpando, pro casuum necessitate prouisum est, si vero perperã regis auxiliũ appellatũ est, qui frustra appellãt, mulctati ad ecclesiasticum iudicem remittuntur secundũ formã dicti. §. si quis autem pro pecuniaria in principio. & in versicu. si autem ecclesiastica causa est, in auth. de sanctissimis episcopis. coll. 9. & in d. §. 1. in principio. in authẽtica, vt clerici apud proprios episcopos, & in §. fin. in auth. apud quos opor. monach. colla. 6. de causis prædiorum ad clericos spectantiũ nulla dubitatio esse potest c. si quę causę. §. fin. 11. q. 1. & c. causam quæ, secundo. extra qui filij sint legiti. c. examinata, & d. c. ex tenore c. verum. extra de foro cõpetenti c. cæterũ. extra de iudic. nec prætermittam vnum, quod est Inno. Host. Ioan. Andreæ, Anto. & assectarum in c. super his. extra de accus. dum dicunt,
124 † regem Franciæ posse electum in episcopum respuere si forte eum suspectum habeat c. cõstitutum, & d. c. filijs 16. q. 7. Idem per multa tenet Dominic. in c. vt circa. §. edicto. de electio. lib. 6. Ex quorum authoritate constat verum nõ esse dictum c. filijs, per c. qualiter & quando. extra de iudic. correctum esse. Et licet pleriq; ad omnia supradicta dicere visi sint admitti posse, vbi ab ecclesiasticis iudicibus in causa feudali denegata esset iustitia, vt princeps appellari possit, non autem episcopus, cuius opinionis sunt Iaco. de Belloui. & Bald. in c. item qui domino, quę fuit prima causa benefic. amitten. colla. 10. per dictũ c. cęterum, extra de iudi. nõ sic in cæteris causis nõ feudalibus d. c. qualiter & quãdo. extra de iudi. tñ hoc non placuit Andr. de Isernia in d. c. item qui domino, sed generaliter illũ text. in quacunq; causa intelligendum esse dixit. Cui consentire videtur. Abb. & plerįq; alij, quorũ in tractatu meminimus in c. at si clerici. extra de iudi. dũ de rege Angliæ tunc vasallo loquuntur, qui quærelã Pontifici de Rege Franciæ porrexit, neq; Põtifex dubitauit cognitionem quærele assumere, quasi peccatũ Rex Franciæ commisisset, iustitiam regi Anglię contra pacis fędera denegando. Sed alia ratione non potest hæc stricta limitatio recipi pluribus rationibus. Prima, quia ca. filijs, generaliter loquitur de quacunq; causa, qua rex appellatus est ob neglectam aut denegatã ab episcopo iustitiam. nam & ille canon in maioribus terminis loquitur, quam dicant Iac. de Belluis. & Bal. in d. c. item qui domino. nam loquitur in sacerdote, qui dotẽ ecclesię fraudauerat, & episcopus filiorum & aliorũ propinquorũ querimoniam obaudiebat, & c. si quis cum cleri
125 co 11. q. 1. † adhuc generalius loquitur de quacunq; pecuniaria causa, qua clericus corã episcopo a laico cõuentus fuerit, vt si episcopus iustitiam ministrare negligat, regem aut sęcularem iudicẽ adire permittit, qui iustitiam aduersus clericum administret. Verba illius tex. supra recensuimus, & iterũ repetimus si quis cum clerico litigium habuerit, si quidem de causa pecuniaria, adeat prius episcopum, cuius iudicio clericus suppositus est, & paulo post sequitur, sin autẽ noluerit episcopus litẽ dirimere, tũc ad ciuilem iudicem disceptatio causę perueniat. addi etiam posset quod ex primo Regum cap. 8. de filijs Heli scribitur, qui declinauerunt post auaritiam, acceperuntq; munera & peruerterunt iudicium coegeruntq; populum Israeliti cum rege amare & regem postulare, qui illum iudicaret. Tertio ex prædictis alia consideratio cõsequutiua est. nã si episcopus iurisdictionis episcopalis exercitiũ non recipiat, nisi eius electio a rege laudata sit, & a rege inuestiturã assumpserit, propter interesse quod rex habere potest, vt inquit tex. & gl. in c. nullus 55. distinctione. maxime vt suis subditis per episcopum aut eius vicarios iustitia administretur, & iniuste ab eis nõ tractentur, ob id mirum non est si substitorũ querelas aut querimonias per se aut suos magistratus audiat. Quarto inducitur textus dicti capituli, Adrianus, cum gl. fin. & capituli, in Syno-
126 do. 63. distinctione dum ille textus ait, † bona episcopi electi administrantis prius, quam eius electio a rege laudata & confirmata fuerit publicari, perpetuoq; exilio aut vltimo supplicio electum condemnandum esse, & glossa inquit, non quod huiusmodi condẽnatio a Pontifice fiat. Et ratio secundum Innocentium, in d. ca. 2. extra de maioritate & obediẽtia & Felynum in cap. si quando col. 2. extra de rescriptis, quoniam Põtifex tales sententias pronunciando irregularitatem incurreret. c. sententiam sanguinis. extra ne cler. vel monachi. hac ratione gl. in d. cap. Adrianus, ait, ille textus docet regem quid facere debeat. tales enim cõtemptores canonis iudicabit, & supradictis pęnis eos afficiet. Ecce quomodo regi Franciæ iurisdictio etiam

etiam animaduersionis aduersus episcopos a cõcilio tributum, Similem expositionem tradit glo. in cap. delatori. 6. q. 6. Allegat glo. ista textum in capit. si quis rapuerit, 27. qõ. 1. & in capit. illicita. 23. qõ. 4. nec aliter, vt dixi, possunt illi duo canones in-
127 terpretari, † cum Pontifex exercitium gladij temporalis nõ habeat, vt recte inquit glossa in dicto capitulo, in Synodo, in verbo, fit patrinus, & scribitur Ioannis. 18. mitte gladium tuum in vaginam. Et plura inferius explicabimus. Interim non omitto, quod Felynus in dicto capitulo, si quando, colum. 2. extra de rescriptis, post Paridem de Puteo in tractatu syndicatus, folio. 32. refert coactum fuisse Ioannem, 23. quendam Romanũ a morte liberare, quem decapitari iusserat, populus enim in Ioannem 23. acclamare cępit Papam irregularitatem contraxisse. Similiter Hostiensi contigit, vt refert Ioan. de Lignano in d. c. sententiam sanguinis, secundum Fely. in d. c. si quando dum Bononiæ Legatus esset, & occurrisset ei insignis fur, qui ad furcas ducebatur, postulauit se a morte liberari, quod cum renuerit Hostiensis iusseritque de eo iustitiam fieri, reclamauit ille & improperauit ei, quod irregularis esset. Hac ratione ductus Hostien. hominem a morte liberauit, non enim potest Papa aut episcopus aut alius ecclesiasticus iudex pęnam mortis inferre vel adiudicare, nec pręcipere inferri, c. his a quibus, 23. q. 8. Imò nec iudicio assistere, c. clericus, & c. sententiam sanguinis, extra ne clerici vel monachi. Neque tacendum esse existimaui, non tam singulare quã elegans dictum Lucę de Pen. in d. l. mulieres, 8. col. C. de incol. dum ait, sententiam ab ecclesiastico iudice prolatam iuris infamiam irrogare non posse, sed facti tantum, glo. est in c. si aduersus, extra de hæretic. in gl. fi. quæ ad id tex. notat in c. huic igitur 2. q. 4. quare non possint verba illorum duorum canonum, Adrianus, & in Synodo 63. distinctio. Papæ accõmodari, & hac ratione veram esse Ioan. Theuto. glossatoris sententiam, vt hæc regibus Franciæ dirigantur, doceanturque quomodo in episcopos animaduertere possint, & id a subiectione prouenit quam episcopi Regi facere debent, & ab eo inuestituram assumere, vt supra di-
128 ctum est. † Ex his constat regni episcopos & archiepiscopos non nisi per regis inuestituram iurisdictionis non tantum temporalis sed & ecclesiasticæ exercitium accipere, dict. cap. conuenior. 23. quęst. 8. c. si quæ causę. §. fi. 11. q. 1. Et ideo dubiũ esse non potest, si forte episcopus, aut iudices ab eo cõmissi sua iurisdictione abutantur, si ab eis ad principem reclamatur seu appellatur, quo minus rex aut eius magistratus de ea appellatione iudicem, vt plenius Ioan. And. & Anto. de Butrio prosequuntur in d. cap. verum. extra de foro compe. Henri. Bohic in c. clericus. extra ne clerici vel monachi. c. ex parte. extra de foro cõpet. & quod notatur in c. episcopus, ne clerici vel monachi. lib. 6. similiter si in exercitio ecclesiasticæ iurisdictionis male versantur, vel negligunt subditis regis iustitiam administrare, vel abusum circa exercitiũ eius committũt, & maxime vbi iura regia vsurpant, in his iure potest rex aut supremi eius magistratus appellari vel eorum officiũ seu authoritas implorari, & imploratum impartiri, pręsertim si ecclesiastici iudices regis iurisdictionem interuertant vel intercipiant, contra id quod scribitur in c. 2. extra de priuileg. & in c. nouit. extra de iudic. c. causam quę, 2. ca. per venerabilẽ. extra qui filij sint legit.
129 sicuti sæpissime cõtingere nouimus. † ecclesiastici nãque iudices passim laicos pro quacũque cã ad suam iurisdictionem trahunt, 5. c. licet. extra de foro compe. & ea quæ supra scripta sunt constitutionis Bonifacianę authoritate freti, in c. fi. de immunita. ecclesia. lib. 6. nam id a iure alienum videri potest, etiã si Bonifacianis constitutionibus inhærendum est, quemadmodum enim ecclesiastico iudici licet suam iurisdictionem etiam vsque ad sanguinem tueri, vt inquit Bonifacius octauus in c. dilecto. de senten. excommu. libr. 6. Atque ob id Beatus Thomas Cantuariensis, vt scribitur in ca. sicut dignum. extra de homicid. ab ecclesia inter sanctos relatus sit, multo fortiori ratione laico iudici suam iurisdictionem etiam gladio tueri & defendere permissum est, cum gladij exercitiũ habeat. l. imperium. ff. de iurisdictio. om. iudi. in proœmio Instit. in prin. l. 1. si quis ius dicen. non obtẽp. c. 1. extra de offi. delega. c. Romana,
130 de pęn. in 6. non autem episcopi, vt supra diximus. † Et non abre dicitur, gladium regi concessum esse, vt omnes, præsertim ecclesiã vltore gladio ab omni iniuria defendat, inquit diuus Paulus in epistola ad Roma. c. 13. c. Regum. c. non solum. 23. q. 5. cap. solite. extra de maiori. & obed. Et vtrũque prosequere vt per Inno. in c. olim. 3. col. de restitu. spolia. in c. di ectus. extra de pęn. in c. dilectus. extra de rescri. in c. ex parte. extra de verb. signific. Et non absque ratione reuocata est Bonifaciana constitutio, quæ posita est in d. c. fi. de immunit. ecclesia. libr. 6. per Martinũ Quintum in extrauag. meruit. quoniam nõ esset Dei vocem audire, si cui tributum. si quæ Cæsaris sint, Cæsari non redderentur. d. c. conuenior. & c. seq. 23. q. 8. & in dicta epistola diui Pauli ad Roma. 13. & in d. c. solite. extra de maiori. & obed. per quem tex. ecclesiastica iurisdictio a temporali plane distinguitur. & dicit glo. in d. c. conuenior. in verbo, Christus,
131 † vt spiritualis seu ecclesiastica iurisdictio circa spiritualia sit, præsertim causas, quæ sunt fidei, vt inquit ille tex. Regum aũt potestas circa temporalia. & ita declarat tex. in d. c. solite. Accedit tex. in c. si clericus. extra de foro compet. & inuito domino non potest subditus in aliam pñtem seu iudicem iurisdictionem prorogare, sm Io. Fab. in l. si qui. C. de episco. audien. Et ob id modus appellationis per causam abusus a practicis inuentus est in c. si clericus. c. ex transmissa. c. verum. extra de foro compet. c. causam quę, 2. extra qui filij sint legi. d. c. solite. & d. c. si quæ causæ. 11. q. 1. §. pro pecuniaria. in auth. de sanctiss. episc. colla. 9. Et maxime in rege Francię hoc iure dicere licet, cum omnes sui regni basilicę seu ecclesiæ, cuiuscunque qualitatis sint, mediate vel immediate a regibus temporalia receperunt. Non mirum si aliquid iuris in eis plus alijs, regibus ab ecclesia concessum est, vt in tractatu exposuimus. Ad prædictorum confirmationem plurimum Innoc. iuuat authoritas in c. non minus extra de immunitate ecclesiarum. dum illic inquit Innoc. ecclesiasticas personas non posse a sæcularibus iudicibus ad extraordinaria munera subeunda compelli, cum sui fori non sint. Res autem ecclesiasticarum personarum, cum sui fori sint, per eos constringi possunt. c. si diligenti. extra de foro compet. Cui tu illi adde tex. in c. sancitum. 23. q. 8. Aliud Innocentij dictum tacendum esse non putaui in c. nouerit. extra de sententia excommunic. Inquit Innocentius, In temporali autẽ generaliter & generalis ecclesiæ solus imperator, quẽ vniuersis & clericis & laicis præesse debet, priuilegium cõcedere potest. c. cum ad verum. 96. distinctione, recte facit pro Innocentij dicti Augustini sententia in c. quo iure. 8. distinctione. Iura ipsa humana per imperatores & rectores sæculi Deus distribuit humano generi. Item, tolle iura imperatorũ, & quis audeat dicere, hæc villa est mea, meus est ille seruus, mea est ista domus? Si autem vt teneantur ista ab hominibus, regum iura fecerunt, quis igitur subditos prohibebit querelam regi afferre, vt ab omni iniuria conseruetꝰ vt in dicto c. 13. epistolæ diui Pauli ad Rom. vnde si ecclesiastici iudices laicos, reliquosve regis subditos, vbi de rebus quæstio est, quæ sæcularis, seu temporalis fori sunt, impetunt & arguunt, licet regi suam tueri & defendere iurisdictionem, neque permittere debet vsurpationes huiusmodi sibi fieri. d. c. 2. extra de priuilegijs. d. c. licet. extra de foro compet. Et idem tenet Felynus in d. capit. qualiter & qñ.
132 in prima limitatione. extra de iudic. † Ex his clare constat, præcipue regem propter abusum ecclesiasticæ iurisdictionis adiri posse. Primo, si feudi quęstio versatur. d. cap. verum. cap. ex parte. c. ex trãsmissa. extra de foro compet. c. cęterum. extra de iudicijs. Secundo, si laici per ecclesiasticos iudices ad suum tribunal vocantur. d. c. si clericus. & c. ex transmissa. extra de foro cõpet. nisi causa, propter quam laicus coram ecclesiastico iudice vocatur, mere spiritualis sit. c. tuam. extra de ordi. cogn. cap. lator. c. per venerabilem. extra qui fil. sint legiti. Tertio si episcopus administrauerit priusquam a rege laudata sit eius electio, aut postulatio, & inuestituram ab eo receperit, d. capit. Adrianus. & c. in synodo 63. distin. Et istud proprium est ius regalię. cap. generali. de electio. libr. 6. dixi in tractatu. Quarto, si iustitiã ecclesiasticus iudex regis subditis etiam ecclesiasticis deneget. d. cap. filijs. 16. q. 7. & cap. si quis cum clerico 11. q. 1. & alijs supra notatis. vel si ecclesiasticus iudex aut alia eccl. siastica potestas, qualis est abbatum & priorum conuentualium, vel cuiuis ordinis primariorum, vltra modum seuiat sua potestate abutendo. iuxta. §. fina. Instim. de his qui sunt sui vel alieni iuris. & dictum. §. fina. in authen. apud quos opor. monach. collat. 6. l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. quia forte tam grauis impetus ecclesiasticorum cohiberi non potest. Non autem vbi ecclesiastica, & moderata disciplina vtuntur. c. ad nostrã. & c. reprehensibilis. extra de appellatio. & c. de Liguribus. & cap. principes sæculi. 23. q. 5. Et ecclesia sæpius sæculare brachium implorat, vt in cap. cum non ab homine. extra de iudic. Quinto, dum de rebus prædialibus quæstio mouetur. d. cap. si clericus. extra de foro competen. c. si quæ causæ. §. fin. 11. quæstione. 1. c. solitę. §. si. extra de maiorita. & obediẽt. c. causam quę. extra qui filij sint legiti. vel si clericaliter non viuat. c. vnico. extra de obl. ad ratioci. clemẽti. 1. de vita & honesta. clerico. c. primo. de cleric. coniuga. l. si ignorans. ff. loca. & conducti & l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniurijs. Alia cumulauit Stepha. Aufrer. Tholosanus doctor in repetitione clementi. 1. de
133 officio ordin. hæc pauca obiter tantum scribere curaui. † Cæterum dicenti abusum fuisse ecclesiasticum iudicem, vel ab eo denegatam iustitiam, vel in iurisdictionem laicalem aliquid attentasse, probandi onus incumbit, cum prima facie pro iudicibus præsumptio sit. c. si cui. & c. cum inter. versus fin. extra de re iudica. de quo in l. sciendum. ff. de verb. oblig. c. bonæ. primo. extra de electio. Probabitur autem ex actis causæ, si forte per ea constet iudicem sæpius interpellatum vel requisitum fuisse vt iustitiam ministraret, sed procrastinauit, vel sui copiam non

fecit, vt in l. 2. §. in bonorum, ff. quis ordo in bonorum possess.
serue. ibi, sed postulationibus non dederit responsum l. 2. §. cō-
festim. ff. ad Tertullia. l. in senatusconsultum, §. si propter mor-
tem, versic. qui post. ff. ad senatusconsul. Turpilli. c. licet, & c. ex
tenore, extra de foro competenti, c. quoniam cōtra falsam, ver
sus finem, extra de probatio. l. sancimus. C. de iudic. l. si quando
in fine. C. de testibus, vel forte dolose gratia aut pretio corru-
ptus iudex aliquid in laicū attentauerit, argumento, l. si filius-
familias, ff. de iudi. §. 1. Instit. de obligationibus quæ ex quasi de
licto nascuntur. In quibus satis probatur, quod in dicto c. filijs,
16. q. 7. & c. si quis a clerico. 11. q. 1 scriptum est in l. miles, §. se-
134 xaginta, ff ad legem Iuliam de adulter. † Acta enim causæ fa-
ciliter indicant, quid in iudicio actum est, c. quoniam contra fal
sam, in fine, extra de probation. c. cum ad sedem, §. fi. extra de
restitutio. spoliatorum. Et ad damna partis læsæ condemnan-
di sunt dicta l. sancimus. C. de iudic. & l. si quando, in fine. C. de
testibus. Secundo testibus probari potest quid a iudice perpe-
ram aut dolose actum est l. non intelligitur, § tacite, ff. de iure
fisci. Forte enim contingit, quod renuat parti actorum coram
se copiam aut instrumenta tradere, & ideo testibus probari po
terit hæc negatiua, cum sententia & reliqua iudicij acta per te-
stes probari possint, d. capit. sicut. extra de re iudicata. capitulo,
Albericus, in fine, extra de testibus, vbi ex illo textu Hostiensis
formam inserit, quam obseruare debet iudex circa illius sen-
tentiæ probationem, de qua per glo. in l. gesta, C. de re iudica-
ta l. chyrographis, ff. de administratio. tut. c. bonæ. primo. ex-
tra de electio. vbi forma probationis huius negatiuę post glo.
ab omnibus interpretibus commemoratur. Et tanto magis te
stium depositio hoc casu recipienda est, cum facto & culpa iu-
dicis pars impediatur aliter actorum probationem facere, eo
quod renuit instrumentum dari actorum, aut ipsa acta formi-
ter tradi. c. peruenit. 1. extra de testi. cogen. tex. cum glo. in cap.
cum causam 1. in verbo, compellas. extra de testi. Innocēt. in c.
intimauit, eodem tit. vel si iudex ecclesiasticus de re a patrono
ecclesiæ concessa, aut ad religionis obseruantiam, aut ecclesiæ
cultum vel subuentionem, vel aliter vsibus ecclesiæ destinata
abutitur, licite regis officium implorare licet. Et ita loquitur
text. dicti c. alijs, 16. q 7. quę mala versatio vel dilapidatio recte
probari potest per instrumenta alienationum ab episcopo aut
alio administratore factarum. argumento, §. quia vero verisi-
mile. in auth. de non alienan. reb. eccle. colla. 2. §. callidis. de pro
hib feud. aliena. per Feder. l. 2. §. inspectio, §. quemadmo. testa.
aperian. Si forte episcopus negligat eos prohibere vel aliena-
tiones reuocare d. c. filijs, interest enim patroni res ecclesiæ ser
uari. c. nobis, extra de iure patron. cap. constitutum. 16. q 1. per
quem canonem & dictum c. filijs, ita notat Innoc. in c. super
his, extra de accu. vel etiam per testes alienatio probari possit,
cum eadem sit ratio probationis d. c. peruenit 1. extra de testi.
cogen. Facit ratio l. in exercendis, C. de fide instrumen. Aliud
135 † ius soli Principi cohærens est restituendi natalibus. l. 1. C. de
iure aureorum annulo quem tex. Bal. Ang. & Paul. de Cast. il-
lic ad id notant. Paul. de Cast. in l. Gallus, §. & quid si tantum,
versus finem, ff. de liber. & posthu. Bald. in l. 2. colum. 10. C. de
seruitu. & aqua. Licet in multis ordo decurionum circa sta-
tum aliquid concedere possit §. fin. Instit. de nupt. dum de fi-
lio curiæ oblato ille tex. loquitur. Idem in §. si quis igitur, in au
thent. quibus mod. natur. effic. sui. coll. 7. Sed illę concessiones,
licet diuersos non tamen integros effectus producunt, vt glo.
inquit in auth. sed hodie. in verbo, illęso, eod. tit. C. de iure au-
reo. annul. quæ licet nihil alleget, pro ea est tex. in §. filium. in
136 auth. quibus mod. naturales effic. sui. † quantum enim ad obla
tos filios curiæ tantum legitimatis beneficium proderit. Illi
enim patri tantum succedent in parte sibi relicta, non etiam
ascendentibus vel descendentibus, aut ex latere agnatis vel co-
gnatis, quod secus est in restituto natalib. a Principe, quia quo
ad omnia restituitur. l. 2. ff. de natal. restituend. & l. 2. C. de iure
aureorum annulorum. Et ideo nō solet Princeps faciliter hu-
iusmodi natalium restitutiones concedere, nisi consentiente
eo, cuius interest filium natalibus non restitui. d. l. 2. & l. nec fi-
lio, ff. de natali. restituend. Alias causas recenset Imperator, pro
pter quas non solet Princeps natalibus restituere, in §. illud. vs-
que in finem tituli. in authentica, quibus modis naturales effi-
ciun. sui. colla 7. Et hac consideratione dicitur hoc ius soli Prin
cipi conuenire d. l. 1. C. de iure aureorum annulorum. Et di-
cto, §. illud in authentica, quibus modis naturales efficiun. sui.
137 † Et licet patroni manumittendo, seruos donent libertate, nō
tamen eam consequuntur libertatem, vt iura integre ingenui-
tatis consequantur, quia & obsequium & reuerentiam patro-
nis eorumve filijs debent, tametsi a Principe ius aureorum an-
nullorum patrono consentiente consequuti fuerint, §. illud, in
authentica, vt liberti de cętero. collat. 6. a quo sumpta est au-
thentica, sed hodie. C. de iure aureorum annullorum, hoc etiā
ex toto tit. ff. de obsequi. patron. præstand. videre potes. Et ad-
huc ius illud manumittendi ex imperatoris concessione na-
gis, quam ex manumittentis potestate obtinent. & ideo serui
per manumissionem libertatem consequuntur. Idem si liber-
tatem quam serui Romani ciuitatem inhabitantes per incola
tum ab Imperatore Antonino sunt consequuti, dicendum est.
l. in vrbe. ff. de statu hominum. Et vtrunq; casum Iustinianus
eadem consideratione diffinit in §. fin. in authentica, vt liber.
138 de cæter. colla. 6. † Non sic est, in eo, qui a principe natalibus
restituitur, quia per omnia integram ingenuitatis statum con
sequitur. l. 2. & tribus sequentibus legibus. ff. de natali. restituē.
Neque patronus iura aliqua patronatus retinet, sed id non sine
ratione est quia quod princeps circa natalium restitutionem fa
cit non nisi patrono eiusdemve filio consentiente concedit,
quasi ex proposito omni iuri patronatus renunciet. Quibus
adde. l. sed si hac lege. §. patronum. secundo responso ff. de in
ius vocan. qui enim natalibus restituitur, honorē patrono non
debet, qui vero ius aureorum annulorum consequutus est, li-
cet omnia ingenuitatis munia consequatur, reuerentiam ta-
men patrono debet. l. penultima & fin. ff. de iure aureorum an
nullorum. Et ratio differentię, quam supra storuimus, est, quod
scilicet patrono volente vel non dissentiente obtineret. l. du-
uus. ff. de iure aureorum annulorum. Neq; hac ratione patro
ni ministerium suum impartientes manumittere videtur, sed
princeps. d. §. fin. in authen. vt liber. de cętero. collatio 6. in his
verbis, restituimus enim naturę ingenuitate dignos, non per
singulos de cętero, sed omnes deinceps, qui libertatē a domi-
nis meruerint, tantundem dixerat in dicta. l. 2. ff. de natali resti
tuen. ibi, ideoque Imperatores non faciliter solent quenquā
natalibus restituere. Et restitutio natalium a principe facta
omnes afficit, vt nemini reclamare liceat. d. §. illud in authen.
quibus modis naturales efficiūtur sui. Neque vllus dubitauit
vnquam hoc posse principem facere, inquit Sceuola in l. ter-
tia. ff. de natali restituēdis. Alius effectus in natalibus restitutis
est circa feuda, quæ licet iure Romano non regantur, vt in c.
hoc autem notandum. qui feudum dare possunt. in hoc tamē
a iure Romano non plurimum differunt. quamquam enim
legitimandi potestatem concedat, non tamen restituendi na-
139 talibus facultatem concedit, † imò nec legitimatus ab alio q̄ a
principe in feudo succedit. c. naturales. si de feudo fuerit con-
ten. inter dominum & agnatos. collat. 10. Imo plus, vbi a prin-
cipe quis legitimatur, capax successionis feudorum non sit, ni-
si specifice & nominatim a principe etiam ad feudorum suc-
cessionem legitimatus fuerit. §. fi. in auth. quibus modis natu-
ra. efficiun. sui. collat. 7. Et ratio, secundum And. de Iser. & Bal.
in d. c. naturales. est, q̄a princeps ius successionis, quod natu-
ralibus & legitimis filijs debetur, nisi cū magna causa tollere
nō debet, cum illud ius successionis de iure diuino sit, Nume-
ri. 27. & ad Galat 4. cap. & Ioannis. 8. † Debetur enim hæreditas
140 patris filio, quem non potest pater sine causa priuare. §. aliud
quoque. in authentica. vt cum de apppellatio. cognosci. colla. 8.
dixi in repetitione authenticę, ex causa. C. de liber. præteri. l. 1.
C. si vt se ab hæredi. abstineat. Imo plus, si forte contingat filiū
naturalem postea legitimari, non tamen sit capax successionis
feudi etiam per subsequens matrimoniū. d. c. naturales. vbi tex-
tus generaliter loquitur dum ait, Naturales filij, licet postea
fiant legitimi, ad successionem feudi, nec soli, nec cum alijs ad-
mittuntur Et sic agnati filios legitimatos excludunt, quantū-
cunque ex postfacto per subsequens matrimonium legitimi
fiant sufficit enim eos aliquando illegitimos fuisse. glossa illic
plura huic dicto conuenientia refert, quæ non transcribo. Re-
quiritur enim, quod ab initio natiuitatis fuerint legitime nati.
Immo secundum Bald. tempus conceptionis spectabitur. Et
141 † illic idem tenet Cardin. Alexad. motus hac ratione, quoniam
iura feudorum ab ipso initio desiderant naturalitatem cum
legitimitate concurrere, neque sufficere alterū, scilicet aut le-
gitimitatem, aut naturalitatem, per dictum. c. naturales. iuncto
c. adoptiuus. eo tit. si de feudo fuerit cōtentio inter dn̄m & agna-
tos. Confirmatur rōne fm̄ An. de Iser. q̄m filius spectato initio
non dr̄ legitime procreatus. l. si filiusfamilias. ff. de verb. obl. Se
cūdo, vasallus feudū alienare prohibetur extraneo. c. 1. de pro-
hibit. feud. alien. per Federicum. colla. 10. Si liceret patri aut
adoptione, aut matrimonio, aut alias iuris via, qua legitimare
filios licet, in prāte vasalli esset, domino, quem non vellet habe-
re vasallum, dare, q̄d id q̄ scribitur in c. fi. qui feudum dare pos-
142 sunt. † In eo a sit, qui per matrimonium subsequens legitimatū
aliter censuerunt, per c. tanta. extra qui filij sint legitimi. Et Ia-
cobus de bello vis. in d. c. naturales. dicit ex æquitate hāc opinio
nem seruandam esse, per §. dubitatur. in authentica, de incęstis
nupt. collat. 3. Licet secundum eum, forte obstaret. c. vnicum
de filijs natis ad morga. & c. filij. si de feudo fuerit contentio in-
ter domi. & agnatos. Iuris ciuilis & canonici interpretes se in
diuersas diuiserunt sententias in c. innotuit extra de electio. &
in c. per venerabilem. extra qui filij sint legiti. & in l. ex facto. §.
1. vbi aliquid per Bart. ff. ad Trebell. & in l. cum acutissimi. C.
de fideicommiss. & in d. c. naturales. plerique eorum varias fa-
tuerunt

numerunt distinctionem. Nonnulli distinguebant, an tempore cõceptionis vel natiuitatis inter patrem, & matrem impedimentum erat, aut iuris vel etiam publicę honestatis. Et licet forte per Pontificis dispensationem sublatum sit impedimentum, tamen matrimonium subsequens prius vitium non purgaret. Et hoc modo intelligatur tex. in d. cap. naturales. in his verbis, Licet postea fiant legitimi, quia verum est ab initio impedimẽ
143 tum fuisse prohibens legitimitatem. † Et ideo subsistit iuris regula, quod ab initio non valuit, ex post facto conualescere non potest. l. generaliter. in verbo, iusta sobole. C. de institutio. & substit. sub conditione fact. Inducitur tex. in §. filium. in his verbis, facimus eum veluti quadam machinatione cognatum, & §. generaliter. in authentica, quib. modis natural. efficiun. sui. qui tex. vult accedere filiorum consensum prius, quam filii sic procreati sui esse possint. Inducitur tex. in d. cap. vnico, de filijs natis ad morga. & c. filij. si de feudo fuerit contẽtio inter dominum & agnatos, sed hi duo textus satis euitari possunt, cum in eis specialis prouisio patris hoc prohibeat, & idẽ declarat Bar. in d. l. ex facto. §. 1. per illum textum. ff. ad Trebellianum. ibi, in hi autem, quod ad naturales liberos attinet, voluntatis quæstio
144 videbitur esse. † Si vero tempore conceptionis nullum erat inter virum & mulierem iuris vel publicę honestatis impedimẽtum, tanta erit vis matrimonij vt vere legitimi sint, dicta capit. tanta. Ego pro hac parte pondero præcisius textum. in l. nuper. C. de natura. liber. In capite legis dicitur, si quis mulierem in suo contubernio collocauerit non affectione maritali, eam tamen cum qua poterat habere connubium, & ex ea liberos sustulerit, & reliquũ regis prosequere vsq; in §. sufficiat. in quo nota verba sequentia, nihil anterioribus liberis fortuitus casus derogare concedatur, & reliqua lege vsque in vltimum respõsum legis. In quo volo considerari quod sequitur, diffinitione certa concludimus, vt semper in huiusmodi quæstionibus, in quibus de statu liberorum est dubitatio, non conceptionis, sed partus tempus inspiciatur. Et paulo post sequitur, vt editionis tempus statuimus esse spectandum, exceptis his tantummodo casibus, in quibus conceptionem magis approbari infantium conditionis vtilitas expostulat. Secundo, aut lex ab initio desiderat filium legitime concipi, & matrimonium maculam primam non absterget, quia spectabitur initium maculius. ff. de verbor. obligat. cap. ex hoc. de feudo fęmin. collat. 10. Hic re-
145 peti posset tritum iuris adagium † initium spectandum esse, de quo in l. si procuratorem. in princ. ff. mandati. & in lege, quãquam. in princ. ff. de aqua pluuia arcenda. Et id considerasse videtur Ioan. Andr. in cap. quanto. extra de translatione episcopi. cuius meminit Bald. in d. cap. naturales. si de feudo fuer. cõten. inter domi. & agna. collat. 10. alioquin subsequens matrimonium non tantum post matrimonium natos, verumetiam anteriores, siue conceptos tantum, siue etiam natos ante matrimonium legitimaret. dicto cap. tanta. extra qui filii sint legitimi. & dicta lege, nuper. C. de natura. libe. intellige, dumtamẽ nullum sit iuris impedimentum in ipso matrimonio cõtracto, per dictum capit. tanta. & capit. per venerabilem extra qui filij sint legitimi. si autem fuerit impedimentum, nisi cum eis per Pontificem fuerit dispensatũ, vt in contracto matrimonio permaneant, nihil operabitur legitimatio. d. cap. per venerabilem. de quo per Cynum & Bal. in l. qui contra. extra de incęstis nuptijs. Felynus copiosius in cap. quæ in ecclesiarum. extra de cõstitutionibus, vel nisi princeps ex ipso matrimonio natos expresse voluerit legitimare. l. qui in prouincia. §. fin. ff. de ritu nuptiarum. Et hanc principis restitutionem appellat Iustinianus principis donum, in §. si vero is qui solummodo. in authen. quibus modis natura. efficiun. sui. collat. 7. & in l. imperialis. C. de nuptijs. dicit esse beneficium imperialis beneficentiæ seu beneuolentiæ & clementiæ. alioqui non erunt legitimi, per su-
146 pra dicta. † Et istud Bald. in dicto capitulo naturales. maxime procedere ait in feudis regalibus, qualia sunt Baroniæ, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & istiusmodi feuda, de quibus in capitu. præterea Ducatus. de prohi. feud. alienatio. per Fede. collat. 10. & in capit. vnico, de feudo Marchiæ, Ducat. &c. Pro quo facit ratio leg. si qua illustris. C. ad Orfic. Et dicit Andr. Barb. in apostil. ad Bald. in dicto capitulo naturales. principes, & magnates vt plurimum bastardos, seu naturales filios exosos habere, & ideo miserationis gratia tantum causa alimoniæ eis aliquid tribuunt, vt in auth. licet C. de natura. libe quæ sumpta est ex §. si vero filios, & §. fin. in auth. quibus modis natura. efficiun. ibi. vbi lex pręcipit portionem alimentorum gratia ali
147 quid relinquere boni viri arbitrio mensurandum. † secus autem vbi ex reprobato coitu cõcepti, & procreati essent dicta l. qui contra. & auth. ex complexu. C. de naturali. liber. tamen tã fuit ecclesiasticorum seu canonum interpretũ clementia, vt spurios ali voluerint, in c. cum haberet. extra de eo qui duxit in matrimonium quam prius polluit per adulter. quamquam verba dictæ decretalis si recte illa consideremus, ipsis aduersari videantur, dum illa decreta. ait, si autem vir viuente vxore sua aliam cognouerit, & ex ea prolẽ susceperit, licet post mortem vxoris eandem duxerit, nihilominus spurius erit filius, & ab hęredibus repellendus, præsertim &c. Et Diuus Pau. in epistola ad Galatas. quarto capitul. Ejice Agar. & filium eius. non enim habebit partem filius ancillę cum filio liberę, Genesis. 21. cap. Sed vtrũque potes sic conciliare, vt ab hæredibus non agnoscantur, vt partem in hæreditate habeant. alimenta autẽ habebunt, cum non geniti, sed gignentis tantum culpa sit, capitulo, nasci. quinquagesimasexta distinctione, legitimat autẽ eos Papa ad ecclesiasticas dignitates obtinendas. d. cap. per venerabilem. extra qui filij sint legitimi. Princeps ad temporales. dicta l. qui in prouincia. §. fina. ff. de ritu nuptiarum, non autem ad ecclesiasticas. d. cap. per venerabilem. cap. 1. vbi per gl. & Archidia. 10. distinctione. Et idem notat Andr. de Iser. in d. c. naturales. Et negatiua istius iuris probatur, si rescriptum principis non doceatur. §. illud. in authentica, quibus modis naturales efficiun. sui. colla. 7. in his verbis, hoc agat per nostrum rescriptum. facit l. vnica. C. de mand. princ. Adde glo. in proęmio clem. in verbo, sic, quia sub bulla, inquit, prius esse debent, quã
148 effectum habeant, dic vt illic per Cardinalem. † Idem in restitutione dico, quam reis criminum rex concedit, de qua in l. 1. & l. fina. C. de senten. passis. solus enim princeps restituere potest, non autem inferiores a principe, l. relegati. ff. de pęnis ibi, & nemo potest dare meatum, remeatumve exuli, nisi imperator ex aliqua causa. Et ratio huius est, quoniam omnes inferiores a principe, & quibus merum & mixtum imperium cum iurisdictione a principe concessum est, quod iustitiæ est tantum, non autẽ quod est gratiæ, commissum est. Argumento est lex, prohibere §. plane. ff. quod vi aut clam. vbi, procuratio, inquit, data est, concessio tamen data non est, & quam si suis subditis denegauerint feudo priuari possunt, ca. porro. §. illud quę fuit prima causa benefi. amitten. coll. 10. iurisdictio autem inest feudo. l. 1. §. cum vrbẽ. ff. de offi. præfecti vrb. l. si quando C. de bon. vacantib. lib. 10. Melius in c. vnico. apud quem vel quos controuers. feudi diffini. ibi, in iudicio parium vel per iudicem curtis, & c. vnico, an apud iud. vel curt. domini quæstio feud. debe. termina. ibi, non licebit eorum alicui eius curię iudicium declinare. notat Bal. in repetit. l. 1. §. ff. de rer. diuisio. Alex. in l. 1. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdic. Moder. notant in l. fi. ff. de constit princ. Licet plereque Italiæ communitates in tractatu pacis Constantiæ cum Federic. Imperatore facto illud ius sibi vsurpauerint, vt ex illo satis videri potest, qui nouissime 10. collationi additus est. Hoc dicit etiam Bald. in l. si ex falsis. C.
149 de transact. Et recte facit illa l. relegati. in ver. nemo. † Hęc autem restitutio ad omnia confert, quoniam restitutum in eo statu redit, quo ante crimen erat, d. l. 1. & fi. § 1. C. de senten. passis l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. quemadmodum & ea quæ natalibus restituit. l. 2. & fin. ff. de nata. restit. l. 1. & 2 C. de iure aureor. annu. l. sed & si lege. §. patronum. versi. aliud est. ff. de in ius vocan. Et istud extende vt per Iacob. de Beluis. in ca. 1. tit. hic finitur lex colla. 10. dum quærit, quid sit de bonis ante concessam restitutionem a fisco alienatis. Pariter & Fely. in c. ex literis 8. colum. extra de consti. quærit de officiali, cuius bona ob delictum, per eum commissum confiscata sunt, si a principe restituatur, an ad officium eius censebitur restitutus? Dic vt per eum illic, & Roma. in reper. §. de viro. in l. si viro. 38. fallen. ff. sol. matrim. Ad illius quęstionis diffinitionem allegat, & recte, tex. in l. 2. C. de pal. sacra. largi. l. fi. C. de cursu publ. libro 12. & l. si quis ex grege. C. de cohortali. eod. lib. in qua recte pro
150 batur † non posse quem per restitutionem a principe concessam, nisi specifice ad officium a quo per causam criminis ab eo commissi amotus fuerat, restitutus sit, & de ea per probatorias literas de principis scientia concessas doceat, officiũ recuperare. Et ratio huius est, quia princeps non solet faciliter in officio peccantem restituere. §. fi. in fi. in auth. de armis. colla. 6. l. si aliquid C. de suscept. & arcar. lib. 10. ibi, & si rescriptum nostrum elicitum clandestina supplicatione intulerit. Et ideo de sciẽtia principis cõstare debet d. l. si quis ex grege. Cui ego addo meliorem in l. nullum ex primipilaribus. C. eod. de cohorta. lib. 12. ibi, quod si contra hanc saluberrimam formã vel responsa cęlestia quædã militia aut dignitas audacter elicitur, pro ingestis haberi, etiam si speciali annotatione nostræ indulgentiæ causa obtinuisse videatur. Et hanc partem Iaco. de sancto Georgio in tracta. feudo. in verbo, cũ mero & mixto imperio cõplexus est, pręsertim post latam diffinitiuam sententiam, per l. diui fratres. ff. de pęn. l. 1. §. fi. ff. de quæstio. Sed illę leges de restitutione non loquuntur, sed de absolutione reo condemnato facienda, de cuius innocentia postquam condẽnatus est, iudici constitit, qui per seipsum facere non potest, sed principi omnino rescribere debet, & eum consulere quid facere debeat, tametsi sponte de se ipso confitẽti, vbi facti veritas postea comperitur, faciliter misericordia impendẽda sit c. presbyterum. 50. distin. Notat Host. in summa de homicidio. sub titulo, de inquisitio. §. & qualiter procedatur. col. 2. Fely. in c. de hoc. 2. col. versic. de

ista ma-

ista materia, extra de simonia. Sed hoc nihil ad restitutionem.
151 Restitutio enim præsupponit aliquem recte & sancte condē-
natum fuisse, sed per principis gratiam & misericordiam deli-
pena remittitur, & pristino statui restituit. d. l. 1. & fi. C. de sen-
ten. pass. Sed non insipide ponderatur a Iac. de S. Georg. l. 2. ff.
de cadauer. punito. quæ prohibet punitorum cadauera tradere
te sepulturæ principe inconsulto, tametsi in Deutero. cap. 21.
prohiberetur cadauer puniri pensum in ligno manere, sed se-
pelire iubebat lex Mosayca, quod maledictus diceretur, qui in
ligno pendebat, ne terra, quam dominus Deus possidendam
populo suo dederat, contaminaretur, tamen lex imperialis pa-
riter & iurisconsultorum leges authoritate rescriptorum prin-
cipum, qui pro tempore erāt, hoc prohibent, & præsertim vbi
dānati maiestatis imperialis rei erant. l. 1. ff de cadauer. punit.
152 † Et quemadmodum minuere non pōt iudex pœnam a se im-
positā, sic nec ampliare pōt, quisquis sit inferior a principe, in
l. acta. §. de amplianda. ff. de re iudic. Et hac ratione aliqñ mul-
ctatus est iudex in curia Rothomageñ. anno 1533. mense Mar-
tio, eo quòd post dictam in reum fustigationis sententiā post-
modum morte condēnauit, hac occasione ductus iudex quod
cum a lictore apprehensus esset, vt fustigationis sententiam in
eum latam exequeretur, inuentus est ille fur aliquando virgis
cęsus, & in dorso bulla signatus, prout iste mos nouissime apud
nos inualuit, atque ob id de vita & moribus rei, quem cōdem-
nauerat, diligentius inquirere cępit, & inquisitione facta com-
perit multis alijs furtis impactum esse, quam his pro quibus ab
eo condemnatus extiterat. Ob id existimauit nullam reo iniu-
riam facere, neque iuri contrauenire eo quòd alijs criminibus
impactus fuerat, & illorum ratione virgis cęsus, & lil. impres-
153 sione signatus. † Vbi ergo princeps hanc restituendi facul-
tem concedit, nihil huiusmodi principis concessio operatur,
etiam si rescripto principis vltroneo vel mera principis libera-
litate concessio facta appareret, argumento est l. fin. C. de co-
hortal. lib. 12. ibi, etiam si vltronea nostra liberalitate ius ge-
rendę prouinciæ, vel militiæ, vel dignitatis cuiuspiam sibi ia-
ctauerit fuisse delatum. Idem in l. nullum. eod. tit. ibi, etiam si
speciali annotatione nostræ indulgentiæ eam obtinuisse videa
tur. Hic repeti possent, quæ Bal. & Moder. scribunt post Cyn.
in l. fi. C. si contra ius vel vtilitatē publicam. l. vnica. C. si nupt.
154 ex rescripto. Adde aliud † quod soli principi conuenit, in dela-
tione vestium purpura tinctarum & gemmis ornatarum, quæ
solum principem decent. l. 2. C. de consul. lib. 12. l. vnica. vers.
nulli. C. nulli licere in frę. aut ęquest. sel. lib. 11. ibi, pietas eñ mea
huiuśmodi dona non expetit, neque regiū sibi offerri a priuatis cul-
tum, & in l. temperent. C. de vesti. olober. eo. lib. ibi, cuiuscun-
que sexus, dignitatis, artis, professionis, & generis &c. Et in fi.
eiusdem. l. ibi, alioqui ad similitudinem læsæ maiestatis suppli-
cium sustinebit. Excipiuntur hi, qui principi ministrāt, quibus
pcessum est auratas vestes deferre, vt ornatiores sint circa prin
cipem. l. 2. C. de vesti. olober. lib. 11. Pariter excipiuntur matri-
monialia ornamenta virilium & muliebriū annulorū. d. l. vni-
ca. C. nulli licere in frę. aut ęquest. sel. lib. 11. vers. nulli licere. sed
oia hæc iam in dissuetudinem abierunt quadā consuetudine,
aut verius corruptela, quæ inualuit, cōes enim, & adeo apud
omnes frequētes huiusmodi cultus sunt, vt pene vilescant, ne-
que vlla hac tempestate sit principum & plebeiorum in cultu,
155 in ornatu differentia. † Intumuit etiam fastus quidam lasciuiēs
in ecclesiasticos, vt nesciaś an Christi an Cęsariani milites sint,
adeo sunt in ornatu, in cultu, in incessu, & alijs varijs motū ge-
neribus discholi, vt nihil amplius honesti inueniatur, quid vl-
terius? hi qui reipublicę regimini præsunt, & iustitiā cuiq; red
dere ex officio debent, adeo insolētes sunt, vt quid decoris, qd
honoris sit, nesciant. Ob id enim omnium opinione non iuris
ministri dici merentur, sed gregarij potius milites vilissimi
appellari, Barbati veluti hedi incedunt, vestibus bipartitis, seu
variegatis, caligis more lenonū præcisis, & intricatis, sericis tex-
turis, rubei, crocei, viridisq; coloris variantes. Quæ omnia quā-
tum imprudentia sint & ordini indecora & ab omni Christia-
na religione aliena, nemo non sani capitis intelligit, quo factū
est, vt ansa Lutheranis concessa sit, nō in eos solum, verum in
Christianam ipsam religionē totam, & ecclesiasticas ceremo-
nias debacchandi. Quid dico? in Christum ipsum dominū no-
strum Iesum, & intemeratam virginem Dei genitricē & san-
ctos insurgēdi, aduersumq; omnia Christiana præcepta sancta
& vere catholica, traditiones schismaticas, & hereticas, & vere
diabolicas publicando ad ignem vsque sustinentes, multorū-
que animas illaqueantes. Dominus noster Iesus Christus per
suam maximam misericordiam a mala eorū voluntate ad re
ctam viam illos reuocare dignetur, iustos in bonū confirman
do, malos & impios reuocando, istisq; oībus tam impiis acti-
onibus Dñs noster Iesus per suæ amarissimę passionis meritum
finem dare velit, vt sanctorum suorum consortium digne ob-
tinere valeamus. Amen. Alia multi soli principi conuenientia
commemorant Bal. in l. 1. C. de iure aureo. annu. Luc. de Pen.
in l. 3. publicam. C. de re mill. lib. 12. Iac. de S. Georg. in suo tra-
cta. feudo. in verbo, princeps. Alex. de Imol. in l. 1. ff. de off. eius
cui man. est iurisdi. extant etiam plures & vere singulares tra-
ctatus, quos quisque sedulus lector videre poterit, sed istorum
156 omniū, quæ ab eis cōmemorantur, † quędam sunt adeo princi
pi seu regi hęrentia, quæ nulli alij concedere potest, scd'm And.
de Iser. in c. vnico, quę sint rega. coll. 10. Aliqua vero sunt quæ
passim cōcedere pōt, cū per illorū cōcessionē regis decor de-
turpari seu decolorari nō pōt, vt dicit tex. in d. c. intellecto. ex-
tra de iureiu. sed eorū q̄ adeo regis ossibus adhęrēt, neq; cōces-
sione. neq; vlla præscriptione acquiri possunt, quæ iura im pre
scriptibilia sunt secundum Bal. in d. l. 1. C. de iure aureo. annul.
Fely. in c. cum nobis. & c. nō liceat. & c. cum ex officij. extra de
præscriptio. Et ratio secundum eos est, quoniam in eis status
& decor regius grauiter lęderetur, quē princeps tacite vel ex-
presse diminuere non potest. d. c. intellecto extra de iureiuran.
cuius conseruandi studiosus esse debet, vti argumento est. l. 1.
in prin. ff. de postul. Hic cumulari possent, quæ in illius quęstio
157 nis disputatione recitari solent, † An princeps iura regni alie-
nare possit. de qua in exordio ff. veteris, in verbo, Augustus,
Et in prima tituli imperialis superscriptione, in proœmio In-
stitutionum & Codicis, posita in verbo, Augustus. Franc. Are.
& Neoterici transcribunt in Rubrica. ff. de ver. obli. in l. digna
vox. C. de legi. & in l. princeps. ff. de legi. dixi in repetitione l.
donationes. C. de dona inter vir. & vxorem. Secunda ratio est,
158 † quoniam huiusmodi iura non tantum ratione singularis prę
rogatiuę, quam princeps plus subditis obtinet, lex concedere
solet, sed in signum supremę potestatis, quam iure suę coronę
seu regalis dignitatis in subditos habet, obtinere dignoscun-
tur. l. comperit. C. de præscrip. trigin. anno. l. fin. C. de fund. limi
troph. li. 11. d. l. 2. §. nouissime. ff. de origi. iuris. Et ideo ab alio
quā a principe absque honoris & status regij diminutione seu
decoloratione exerceri nequeunt, ne videatur princeps alium
sibi ęqualem facere, quod lex regia pati non potest vt sup. hoc
159 §. diximus. & in l. 3. §. eleganter. supra eo. titu. † vbi enim lex re-
gia principi alienationem non permittit, similiter neque præ-
scriptionem. l. vbi lex. ff. de vsucapio. cuiuscunque temporis sit
d. l. comperit. C. de præscrip. trigin. anno. c. fin. extra de religio.
domibus. Comperio autem Barto. dicere in l. si publicanus. §.
in omnibus vectig. ff. de publi. & vectig. iura regia, quę nisi prin
cipis beneficio obtineri non possunt, longa consuetudine vel
vsu tanti temporis cuius initij non extat memoria, præscribi
posse. ca. super quibusdam. extra de verbo. sig. l. hoc iure. §. du-
ctus aquę. ff. de aqua quotidia. & ęstiua. quoniā, inquit ille tex.
tā longa possessio loco est constituti. c. 1. de præscrip. in 6. Et
quamquam frequens sit interpretum iuris canonici & ciuilis
160 opinio, † omnia iura regia spatio tanti temporis cuius initij nō
extat memoria, præscribi posse quorū sententia plus Codro tā
in foris quā in scholis vexatur, quia tamē pleriq; ab illa discef-
serūt multis freti & legibus, & canonibus, rationibus & autho-
ritatibus existimaui nonnulla hic transcribere, quamquā plu-
ra alia sint quæ forte dū otiū erit, aliquo singulari tractatu ex-
plicabimus, eo quod inter duo lucida totius Christianitatis lu-
minatū scripturis apologeticis alijsve multis libellis, postremo
gladijs acutis dimicatum est, & quicquid hic omittetur, in eū
libellū si scribere per otiū liceat, reijciemus, quæ aūt hic nostrę
disputationi cōueniūt referemus. Ad huius articuli igitur diffi
161 nitionē diuertamus. In primis præmittendū esse puto, † quędā
esse iura soli principi cōuenientia, & ob id inalienabilia seu nō
cessibilia, quoniam a solo principe exerceri possunt, & in illis
nullus cadere potest titulus, qualia sunt ea, quæ vulgo dicimus
coronę adhęrere, & quę de rege sacrificulo Liuius scribit in se
cundo ab vrbe condita. & illa proprie regalia nomināda sunt,
sic quod principis concessio, etiam proprio motu principis fa-
cta, nihil iuris tribuat. Nonnulla supra exposuimus, de quibus
in c. vnico, quæ sint sint regalia. colla. 10. & Bald. plura refert in
l. 1. C. de iure aureo. annul. & in l. scripta. C. de precibus impera.
offerend. Præsertim potestas illa quæ a populo in principē trā-
slata est, vt inquit. l. 2. §. nouissime. ff. de origi. iur. l. 1. §. cum eñ
antiqua lege. C. de veteri iure enuclean. Obstante lege regia,
cuius meminit. §. sed quod principi placuit. Institu. de iure na-
tu. & l. 1. in prin. ff. de constitu. princi. inquit illa lex, vt pote
cum lege regia, quæ de eius imperio lata est, populus ei & in
eum omne suum imperium & potestatem concessit, sic quod
apud populum nihil imperij neque iurisdictionis permanserit
sed omne ipsum imperiū translatum fuerit, dicta. l. vnica. ff. de
officio prefecti prætor. ibi, regimentis reipublicę ad Impera-
162 tores perpetuo translatis. † Vnde in principe solo vis & neruus
totius iurisdictionis residere cępit, qui in alium transferri non
potest, primi Reg. 8. cap. quoniam absque deformitate impe-
rialis seu regalis maiestatis princeps a se abdicare non potest,
& alteri committere. Pro quo recte facit dictum. c. intellecto.
extra de iureiurando. Et ita Bald. in iurisdictione punctuali-
ter notat in c. 1. in prin. de feud. March. colla. 10. dicit n. oēs illas

regis

regias dignitates cum iurisdõne illis adhærẽtes iuris esse reipu
blicę tm̃, & apud ipsam rempublicã residere in principis perso
nam, & sicut radij solis a sole separari nequeunt, sic neq; iuris-
dõ illa a republica, vnde orta est, & cuius occasione in principe
vim & vigorem suũ obtinet, adeo vt dissociari non possit, cũm
in persona principis reipubli. imago demõstratur. Et, vt aliqñ
retulimus, Plutarchus de doctrina principũ hac cõsideratione
ait, principem esse Dei simulachrũ administrãtis vniuersa Phi
dia statuario non egẽtẽ, neq; Policleto, neq; Mirone, qui egre-
163 gij statuarij fuerũt. † Et iterũ inquit, principes Dei ministros es-
se ad curam ac salutẽ hominũ, vti bona, quę Deus illis largitur
partim distribuant, partim seruẽt. Et idem prius eo diuus Pau.
meminit in epistola ad Roma. c. 13. Et iterum Plutarchus ait,
Sed tot tantisq; muneribus ac bonis quę dij largiuntur, non li-
cet nec frui nec vti recte, si desit lex, iustitia, & princeps. Et ob
id Bal. in d. c. 1. de feudo Marchię. coll. 10. inquit, cum dignitas
illa publicum munus sit, quæ illi muneri incũbũt, priuato con
164 uenire nequeũt, & † ideo vendi iurisdõnes non possunt, sm̃ eũ
dẽ. §. cognitio. in auth. vt iudi. sine quoquo suffragio. coll. 2. re-
ferẽs illud Salustij in Catilin. Non sine periculo ab vno emi ꝙ
multitudinis est. tametsi hodie secus vsurpatũ sit. Imo nec suc
cessio esse põt §. fi. vers. itẽ feudo comitatus. de alie. feudi. colla.
10. Et Aelius Adrianus postq̃ ex senatore imperator factus es-
set, a senatu rogatus, vt filium suum Cæsarem Augustum ap-
pellaret, rñdit sufficere, quod inuitus imperiũ suscepisset, prin-
cipatus autẽ non sanguini, sed meritis deberi. In regibus autẽ
165 † ducibus marchionibus, & comitibus viu aliter obtẽtum est,
d. §. fi. de feudo Marchię, Duca. in fi. c. grandi. de supplen. negli
gẽtia prælato. lib. 6. dixi copiosius in tractatu, idq; etiã ex libris
Regum constat, Dei iussu & imperio Dauid & posteris regib.
concessum esse, qđ & nostra ętas obseruat. quanquam text. d.
§. fi. de alie. feudi. c. preterea ducatus. de prohibi. feud. alie. per
Feder. colla. 10. huiusmodi dignitates successione non acqui-
ri dicat nisi per inuestituram nominatim hoc concessum fuis-
166 set, dicto cap. 1. de feudo Marchiæ, Ducatus, & comita. † Non
mirum est, si huiusmodi iura impręscriptibilia sint, secundum
Bald. in d. l. 1. colum. 2. C. de iure aureo. annul. Felyn. in c. cum
& c. cum non liceat, & c. cum ex officij. extra de præscrip. Mo-
uentur optima ratione vltra quam dictum, quoniã illa iura nõ
tantum ratione singularis pręrogatiuę principi conueniũt, sed
ratione supremę maiestatis, quam in omnes subditus hẽt ideo
neq; statuto neq; consuetudine quãtumcũq; inueterata, præ-
scribi possunt. Alioqui rõ erecte regię dignitatis prorsus euen-
teretur, quę est, vt per vnum solũ reipublicę consulatur, dicta
l. 2. §. nouissime. ff. de origi. iur. l. vbi lex ff. de vsucapio. Hic repe
ti possent, quæ scripsimus in l. 3. §. eleganter. supra eodem post
167 Roma. in l. vsucapionẽ 2. colum. ff. de vsucapi. † Neque obstat
illa vnica ratio toties repetita, & cribrata, quã vno ore omnes
prosequũtur, præscriptionem tanti temporis, cuius initij non
extat memoria, loco constituti seu tituli esse c. super quibusdã
extra de verb. signific. c. 1. de præscript. in 6. l. hoc iure. §. ductus
aquę. ff. de aqua quotidia. & ęstiua. quia procedũt in his, in qui-
bus titulus cadere potest, sicuti est his iuribus, quæ in dicto ca.
super quibusdam. commemorãtur, quæ licet pręscriptione nõ
iuuentur, nisi titulus concessionis præcedat, dicto c. super qui-
busdam, & l. 1. & fi. C. noua vectiga. insti. non posse. tamen tan-
to tempore præscribi possunt, cuius initij non extet memoria,
quia in eis titulus interuenire põt, dicta l. 3. & fi. C. noua vecti-
ga. insti. non posse. dicto c. super quibusdam, & l. sane si maris.
168 ff. de iniur. † Sed in alijs iuribus soli principi in signum supre.
mę ptãtis reseruatis secus est, secundum Romanum, & recte,
in l. 1. §. denique. ff. de aqua pluuia arcen. Et ratio, secundum
169 eum, † qm̃ illis iuribus vtens, in pęnam sacrilegij incidit l. sacri
affatus. C. de diuers. rescrip. & læsæ maiestatis. l. quisquis. C. ad
legem Iuliam maiest. l. temperent. C. de vestib. holober. l. 1. in
170 verbo, qui se. ff. ad legem Iul. maies. Non potest † quod ad pę-
nam introductum est, pręmiũ afferre. l. si sequens. infra eo. Et
idem notat Roma. in l. 1. §. denique ff. de aqua pluuia arcen. Et
ideo lex non solũ huiusmodi consuetudinibus resistit, sed vlte
rius procedit eas damnando & reprobando in §. 1. in authen. vt
nulli iudi. colla. 9. l. 1. C. de curio. & statio. lib. 12. l. 1. C. de cohor
tali. eo. l. b. l. comperit. C. de præscrip. triginta anno. c. constitu-
tus. extra de religio. domibus. Imo peccat, qui hæc iura princi-
pi denegat. Matth. 22. & Paul. ad Rom. 13. c. qui resistit. 11. q. 1.
c. conuen. or. 23. q. 8. c. quid culpatur. 23. quæstio. 1. Hoc notat
Bar. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infecto. & in
l. si publicanus. ff. de publi. & vectig. Et Anto. de Butr. in d. c. cũ
contingat. extra de foro compe. allegat glos. in c. vnico, in ver-
bo, non obstante de cleri. egrotã. lib. 6. de quo in c. bonæ. extra
de postu. præl. Bal. in l. sicut. col. fi. C. de pręsc. 30. ann. Abb. in c.
quanto. in 1. nota. extra de consuet. & in quæst. per eum dispu-
tata incipiẽte, Augerio dum de rege loquitur priuilegium ha
171 bente conferendi beneficia. † Repetere licet quod supra dixi-
mus, quod cum princeps hãc potestatem a populo accepit, vt
perpetuo habeat dicta l. vnica. ff. de offic. præfecti. prætor. ibi,
perpetuo translatis, & l. 1. ff. de consti. princ. non potest de iure
hanc potestatem absque populi cõsensu a se abdicare, propter
illud publicum interesse l. inuitus. ff. de fideicom. liberta. l. pro
hibere. § plane. ff. quod vi aut clam. vbi Bar. singulariter illum
tex. notat. dixi in repetitione. l. donationes. 10. colum. in 3. fun-
damento. de dona. inter vir. & vxorem. Induci potest in argu-
mentum. l. 3. § si in publico. & l. sequẽ. ff. de noui oper. nuncia.
172 † Et si secus visum est, pręscriptio cuiuscũq; temporis sit, pos-
sessorem non iuuat l. viam publicam. ff. de via publica reficiẽd.
Ratio autem d. l. 2. §. nouissime. ff. de orig. iur. confirmat quod
diximus ibi. Nam senatus non perinde omnes prouincias pro
uide regere poterat. Igitur constituto principe datum est ei ius
vt quod constituisset, ratum esset. Et sic populus ab alio quam
a principe, nõ etiam a pluribus regi voluit. Et sic monarchiam
populus elegit abiecta aristocratia seu democratia. Si ergo
princeps secus agat, monstrum in lege regia facit. vel si cũ Ac-
cursio sentis in Rubrica de hęredi. & Falc. colla. 1. principem a
Deo delegatũ esse §. quia igitur imperiũ. in auth. de mitru. cau
tela & fide col. 6. hoc Deus illi soli concessit, non vt alij conce-
dat, & qđ in commune subditis vtile est, faciat, inquit ille text.
de omnibus Deo rationem redditurus. c. solite, extra de maio-
ri. & obed. ca. principes sęculi. & capitulo, regũ, & alijs plerisq;
capitulis. 23. q. 5. Non ergo committere licet, quæ sibi singula
ri ratione cõmissa sunt. Et ideo dicĩ primo Reg. c. 10. per vn-
ctionẽ reges prophetię beneficiũ accipere, & in alios viros cõ-
mutari, iuberurq; illis, vt omnia faciant quæcũq; manus eorũ
173 inueniet. quia dominus cũ eis est. † Et diuus Paulus in dicta epi
stola ad Ro. c. 13. ob id ministros Dei esse affirmat. hac ratione
illis resistendũ non esse, nisi quis putauerit velle etiam Dei po-
testati resistere d. c. qui resistit 11. quæstione. 1. Et ideo Bal. in d.
l. imperiũ. ff. de iurisd. om. iud. & Alex. post eum in l. 1. ff. de offi
cio eius cui manda. est iurisdic. dicunt aliquas esse causas, quas
princeps communes cũ suis magistratibus, non tantum maio-
ribus, sed & minoribus, facit, quia rebus omnibus interesse nõ
potest, vt supra dixi. l. magistros C. de profes. & med. lib. 10. Ali
quas vero, quas sibi soli reseruauit, & q̃ sine læsione regię ma-
iestatis transferri aut concedi nequeũt, vt supra dictum est ca-
174 pitulo, intellecto. extra de iureiurando, sicut † in natura mon-
strum seu portentũ est, dicere duos soles esse, sic & duos in re-
gno ptãte ęquales videre secundum Bal. in c. 1. de pace Constã
tiæ, & in dicto capitulo primo, de feudo marchię, Duc. c. quod
translationem. extra de officio legati. per Bald. in l. rescripta. C.
de præcib. impera. offeren. & in l. 1. C. de iure aureo. annul. Fe-
ly. in c. cum nobis. extra de præscript. Et quod de decimis dici-
tur in c. 1. de præsc. in 6. idem sicut & de vectigaliũ seu pedagio
rum exactione sentio, quia in eis titulus de iure permissus est.
175 c. prohibemus, & c. quamuis, extra de deci. Secundo, † cũ prin
ceps iurat in coronatione, illabata regiæ dignitatis iura seruare
non valeret concessio per eum postea facta, etiam cum iura-
mento firmata, quia primum iuramentũ secundum absorbet.
c. veritatis. extra de iureiur. quomodo poterit illud ius præscri-
bi, quod nullo modo ab inferiori a principe iure obtineri põt,
cum initio nactę possessionis ius resistat. l. clam possidere. ff de
acqu. pos. l. nam origo. ff. quod vi aut clam. secus autem vbi lex
176 titulum nõ prohibet, † quia tũc illa præscriptione acquiri pos-
sunt, vt supra dixi, dũtamẽ sit tanti temporis, cuius initij non ex
tet memoria, & maxime vbi titulus a principe emanauit. l. iu-
bemus, in fi. C. de fundis patrimo. lib. 11. quãquam in expressis
in d. c. super quibusdam. extra de verbo. sig. c. 2. & fi. C. noua ve-
cti. impo. non posse. sustineatur illa præscrib. posse præscriptio
ne tanti temporis, cuius initij non extat memoria, intellige, dũ
tñ scientia principis interueniat, iuxta l. seruitutes ff. de serui. q̃
sm̃ eos præsumitur interuenisse, dum possessio tam longa fuit
vt initij memoria non extet, qa vim habet constituti l. hoc iure
§. ductus aquę. ff. de aqua quotidia. & ęstiua. de quo tñ latius in-
fra discutiemus, vel si præcessit titulus ab initio nactę possessio
nis, qa cõcessio a principe facta est, vt dictũ est per l. iubemus.
secũdam C. de fundis patrimo. li. 11. Alioqui si titulus in eis de
iure non permittit, nulla præscriptio quantũcũq; lõgissima iu-
uare potest c. si diligenti. extra de præscrip. Et idem not. Andr.
de Iser. quem communiter omnes feudistę sequũtur in cap. 1.
de prohibit. feu. alien. per Federic. collat. 10. per illum text. ibi,
nullius temporis præscriptione impediente. capitulo primo,
de capit. Corrad. eadem collatio. ibi, nulla obstante pręscriptio
ne reuocare. l. fina. C. de fundis limitroph. libro 11. glos. & Bar.
177 sol. in l. longa. ff. de mor. inferen. † In alijs autem, in quibus ti-
tulus interuenire potest, si cum titulo possideantur, quadra-
ginta annis præscribi legitime possunt, & non alias. Et paulo
inferius dicetur, dicta l. iubemus. secunda. C. de fundis patri-
mo. libro 11. si absque titulo, nisi possideantur tanto tempore,
cuius memoria non existit, & cum scientia & patientia reg. ac
quiri non possunt l. vsum aquæ, & l. diligẽter. C. de aquæ ductu.
lib. 11. dicta l. hoc iure §. ductus aquę ff. de aqua quotid. & ęsti-
ua. Ita

na. Ita notat Roma. in d. l. vsucapionem. ff. de vsucap. l. 1. §. de-
nique. ff. de aqua pluuia arcen. de quo in l. venditor. §. si cõstat.
ff. communia prædio. Quibus ego addo optimum text. in c.
dudum. extra de deci. & in d. cap. vnico, de cleri ægrotan. lib. 6.
l. fin. C. de long. tempo. præscriptio. quę pro liberta. l. 1. C. ne rei
domi. vel templo. l. præscriptionem. C. de præscrip. triginta an-
no. l. viam publicam. ff. de via publi. l. fina. C. ne de sta. defuncto
rum. Addere potes prædictis, quæ non ineleganter Iacob. de
sancto Georgio scripsit in tracta. feudorum, in verbo, & cum
178 mero & mixto imperio. colla. 3. † Sed in his iuribus, quæ titulo
acquiri possunt, quis probabit? an possessor, vel princeps, seu
principis nomine agit, si forte is, qui conuenitur, dicat se pos-
sedisse quadraginta annis? secundo an quadraginta anni pos-
sessionis tribuant titulum vel loco tituli erunt possessori, vidē-
dum est. Vtraq; dubitatio maxime difficultatis semper inuen-
ta est. Et in rebus principis a subditis occupatis adhuc decisa
inuenta nõ est, maxime cum a Christianissimis regibus in co-
rum aduētu soleat generalis reuocatio alienati dominij seu pa
trimonij principis fieri, & hmõi reuocationes in curijs supre-
mis, (parlamenta nuncupamus,) registrari iuber ē. Mox instā
te regis procuratore generali quibuscunq; prætoribus seu pro
uinciarum pręsidibus (Bailliuos Gallia vocat) manu regia inie-
cta, alienationes a retro actis principibus factas reuocare man-
datur, comitibusque priuatarum rerum principis fructus exci-
pere iubetur. Ob id principis edicto singuli fundorum seu præ
diorum dominicalium & patrimonialium possessores vocati
sunt, & coacti titulos suæ possessionis exhibere seu ostendere,
datique sunt ad id eodem edicto iudices, qui de his inquirant
& iudicent, coram quibus dubitatum extitit, an iure cogi pos-
sint titulos suæ possessionis exhibere. Non putaui igitur con-
gruum aut conueniens aliquid de his diffinire. Nonnulla au-
tem, quæ in vnam aut alteram partem mouere possint, recen-
sere curabo. In primis dici põt Bar. ambas quęstiones absoluis-
se in l. vnica. C. de conducto. & procu. prædi. fisca. lib. 11. dum
179 Bar. quærit, † si rex baronē citare faciat, vt iura, quæ in aliquo
castro habet, ostēdat, alioqui illi castrum vel feudũ auferet, an
talis citatio valeat. Et dicit Bar. non valere, per illum tex. qui vr̄
180 indubie pro Bar. plurimum stringere. Cui rationē addit, † qm̄
de iure possessor non tenetur suæ possessionis titulũ ostēdere.
l. cogi. C. de pet. her. Et idem notat Bal. in eadē lege. & in l. ciui
le. C. de tur. vbi addit l. in speciali. ff. de rei vendic. 2. alia ratione
181 Bar. monetur, quæ ex ead. l. vnica assumpta est. † Nam idē iudi
ciarius ordo seruandus est in causis fiscalibus, etiam aduersus
fiscum vel inter fiscum & priuatũ motis, qui & inter priuatos
de iure seruari debet. Hoc dicit illa l. in his verbis, Nõ aliter quā
ex legum ordine, quibus similiter omne hominum genus te-
netur, vel excipiant vel inferant actiones. Possent aliæ triuiales
iuris traditiones adduci, quę ex l. princeps. ff. de legibus colligun
tur l. digna vox. C. de legibus. §. fina. Institutio. quibus modis
testa. infirmen. quod sępissime Normaniæ populus reminisci-
tur, dicereque solet principem ex priuilegio eis concessisse, vt
eadem lege qua populus regitur & iudicatur, principem pari-
ter & sua iudicandum esse. Indecens igitur & iuri ɔ̄rium esset,
subditum tot annorum possessorem, suæ possessionis titulum
ostendere, sed satis illi esse debet dicere, se quadraginta annis
possedisse, idque probare secundum iuris communis traditio-
nes, in l. si quis emptionis. l. sicut, & l. cõpetit. in princ. & l. oēs.
182 C. de præscript. 30. anno. † Et dum dr̄, nullam præscriptionem
aduersus dominũ vel principem currere, intelligatur pręter eā
quæ ex triginta vel quadraginta annis colligitur, sicut & gl. in-
terpretata est in d. cap. primo, de capitu. Corradi. collatio. 10. &
in dicto cap. 1. in princ. de prohibi. feud. aliena. per Federicum
colla. 10. Sed quia illa gl. nihil congruum aut conueniens alle-
gat, ego pro hmõi interpretatione do tibi. l. si cohortalis. C. de
cohort. lib. 12. ibi, nulla præscriptione tēporis muniatur, pręter
eam scilicet, quæ ex triginta annis colligitur. Addo & gl. in §. 1.
vers. sed & si fiat, in verbo, pręscriptione. in authē. vt de cętero
183 cõmutatio. eccle. rerũ non fortui. fiant. colla. 5. † Et Nic. Spine.
in eadem l. vnica. C. de conductu. & procura. pędio. fisca. dicit
aliquando per illam. l. tempore Manfredi Siciliæ regis quan-
dam sententiam per iudices ab illo principe delegatos aduer-
sus nõnullum illius regni comitem prolatam reuocatā fuisse,
eo quod iuris ordine seruato processissent, tametsi cõmissa il-
lis causa fuisset, vt de ea summarie & de plano, sine strepitu &
figura iudicij diffinirent, compertum enim fuerat, litem in ea
causa contestatam non fuisse. Hic repeti possent quæ copiose
in l. 3. §. si cum omnes. s̄. eo. tractauimus de vasallo, an titulum
suæ possessionis domino edere debeat, quę nullo pacto visum
184 est opportunum transcribere. † Quibus adde quod Modern.
Papien. scribit in l. Labeo. ff. de pact. post Bart. in l. 1. C. de fide
instrumen. & iure hastę fisca. dum ait, ius pro eo probationem
facere, & pro eo ius præsumere, quod dicebat Ioan. de Platea
in principe cõcludere, qui suam intentionem habet in iure cõ-
muni & scripto fundatam, argumento, c. ordinarij locorũ. de
offic. ordi. lib. 6. quia subditis onus probandi incumbit, & do-
cendi de titulo. c. 1. ibi, allegare oportet, cum ius commune ɔ̄
ipsum faciat, huiusmodi pręscriptionis titulum, & probare.
de præscrip. in 6. Vide Bald. in titu. de pace Constantiæ. in ver-
bo, amplius consueuerũt. Inn. in c. constitutus. extra de electio.
gl. in capit. insuper. in verbo, nisi requisitus. de prohibi. feud.
aliena. per Federic. Iacob. de sancto Georg. in tracta. feudorũ.
in verbo, dictique vasalli commiserunt feloniam. 9. col. Anno-
tari etiam possent, quæ amplo stylo Moder. scribunt in l. vnica
ff. quod quisque iur. & in capitulo primo. 1. distin. Et Bald. in c.
illud de prohibi. feudi aliena. per Feder. column. 10. in capitu.
vnico. 4. colum. versicul. item an quis ratione iurisdictionis fit
maior seipso. de pace iura. firman. colla. 10. Cy. in l. digna vox.
C. de legib. Fely. in cap. canonum statuta 8. col. res alios iuris in
terpretes hoc tritum & pene vulgatũ iuris adagium deglutiē-
185 tes. Secundo † tantę virtutis & potentię esse quadragenariam
præscriptionem, vt suum possessorem plenissima securitate
muniat. l. fi. in fine. C. de edicto diui Adriani tollen. l. omnes. in
fi. C. de præscrip. triginta anno. etiam aduersus principem. l. iu-
bemus. in fine. C. de fund. patrimo. libr. 11. ibi, eo quod nostræ
pietati placuit in vtroq; casu, id est, tam saluo quam adempto
canone possessorũ iura nostrorum in eo statu, in quo per qua-
draginta annos, sicut dictum est, iugiter manserant, ab vlla in-
nouatione durare. neque ignorantes excipit, sed pupillos tan-
tum. l. sicut. & l. si quis emptionis. C. de pręscriptio. triginta an-
no. l. 1. & l. vt perfectius. C. de anna. exceptione. Quibus adde
quod Bartol. notat in l. si pupillus ante finem. ff. de administra.
tutor. & in l. fi. ff. rem rat. haberi. vbique dicit præscriptionem
triginta annorum vim solutionis habere, eiusdemque virtutis
esse. cuius est solutio, præsertim s̄m iura hodierna, p̄ quæ præ-
scriptio triginta & quadraginta annorũ introducta est, potissi-
me d. l. si qs emptionis. facit. l. Iulianus in prin. ff. de actio. empti.
Et idem notat Fel. in cap. ad aures col. 2. versic. & istis. extra de
186 præscrip. Tertio, vbi † plenissima securitas a iure conceditur,
omne in integrum restõnis beneficium tollitur s̄m gl. in §. fin.
in verbo, soluitur, in fin. institu. quib. aliena. licet vel non l. fina.
C. de pręscriptio. long. tempo. Cuius gl. doctrinam copiose di-
latauit Francis. Aretin. in consil. 103. incip. breuitas in consu-
lendo. Felyn. in c. vigilanti. circa prin. extra de præscrip. glo. etiā
notat in l. aut prætor. §. permittitur. in verbo, imputandum ff.
de minoribus. Quarto, confirmatur ex his, quæ Anto. de Bu-
trio scripsit in cap. fin. colum. 26. extra de consuetudi. copiosius
Felyn. in c. ad audientiam. 8. col. extra de præscri. dum dicunt,
præscriptionem quadraginta annorum consuetudine admix-
tam sufficere, etiam aduersus Papam & imperatorem ab om-
ne ius acquirendum. cle. ne Romani. de electio. glo. idem notat
in d. cap. fin. extra de consuetudi. Et hac ratione ductus Bald. in
cap. 1. in verbo, sicut ab antiquo. de pace Constantię. colla. 10.
dicit in potentibus & aquis, molendinis & pascuis, standum es-
se antiquitati seu antiquę possessioni. l. 1. §. fin. ff. de aqua pluuia
arcenda. l. si quis diuturno. in principio. ff. si seruitus vēdicetur.
187 † Plus Ioan. Andr. dixit in nouella in c. 1. de rescri. in 6. & in c.
3. de consuetud. eod. lib. vbi tam diuturna possessio cum anti-
qua consuetudine proponitur, opus non esse titulum allegare.
Allegat. l. domino horreorum. C. de agricol. & censi. lib. 11. Sed
pro eo melius facit l. si diligenter. & l. vsu aquæ. C. de aquedu-
ctu. lib. 11. vbi non solum ius publicum tandiu possessum prohi-
bet reuocare, sed & omne priuatum. capitu. cum olim. extra de
pręscrip. c. primo. in verbo, personę. vbi hoc Bal. notat de pace
188 Constantię. colla. 10. Quanto magis dicendum est, † vbi præscri-
ptio quadragenaria non tantum iure communi, aut inueterata
consuetudine confirmata est, sed principis authoritate robora-
ta est, secundum Bart. in l. 3. ff. de vsucapio. Et Roma. in l. præ-
toris officium. in principio. ff. de damno infecto. & Felyn. in ru-
brica. tertia colum. versicul. secundo fallit. extra de pręscriptio.
& in capi. primo. extra de rescri. quibus conuenit gl. in l. sed &
si. §. quęsitum. in fi. gl. magnę. ff. si quis cautio. argumento est. l.
si quando. in princ. ff. de legatis. primo. adeo secundum Bartol.
& Roma. vbi ex præscriptione triginta vel quadraginta anno-
rum vtile dominium tantum acquirit, ex huiusmodi pręscri-
ptione sic roborata directum acquiretur, secundum eos. Præ-
sertim hęc ratio locum obtinet, si huiusmodi præscriptio &
consuetudo tam diuturna in contradictorio iudicio laudata &
confirmata est, & secundum eam sępius iudicatum. cap. abba-
te sane. extra de verbo. signi. l. cum de consuetudine. ff. de legi-
bus. l. 1. § hoc autem Senatusconsultum. versicu. eodem autem
tecto. ibi, & ait Sextus sic esse sæpe iudicatum. s̄. eo. titul. illic di-
ctum est. Maioris igitur firmitatis, & authoritatis censenda est
talis consuetudo. l. nam imperator. ff. de legibus. d. capitul. dum
olim. extra de præscri. l. obseruare. ff. de officio procõsul. Quod
autem maioris roboris sit talis præscriptio, dum consuetudo
illa principis authoritate confirmata est, tenent Inno. & Anto.
de Butrio in cap. fina. extra de consuetudi. Barto. in l. de quibus.
ff. de legib. Luc. de Penn. in l. missi opinatores. C. de exactio.
tributo.

tributo. lib. 10. Induci potest §. quas ex omnibus in proœ. Institu. ibi, robur nostrarum constitutionum eis accomodauimus, & in l. vnica. §. quibus specialiter cognitis, C. de nouo Codi. componen. & Bal. ob id in d. c. 1. de pace Constan. in verbo, sicuti ab antiquo ait, statim ab ipsomet iudice reuocandum esse, si quid aduersus eam fecerit, argumento l. nullum. C. de officio rector. prouinc. l. si in aliquam ff. de officio proconsulis
189 l. si manifeste. C. de serui. & aqua † Præsertim cum huiusmodi consuetudo a bono publico fundamentũ accipiat l. 1. ff. de vsucapio. sufficiatq; in illis ex naturali quadam ratione vti l. scire. §. sufficit ff. de excusa. tutor. vel ex quadam naturali iustitia dicere id in commune vtile esse, vt supra dixi per l. tertiã §. de his sup eo d. tit. c. Obertus, in quibus causis feud. amitta. colla. 10. Nec tacendus est in argumentum tex. tanta philosophia plenus in l. prima ff. nautæ caupo. stabula. in versiculo, maxima vtilitas est. & in l. prima in principio. ff. si familia fur. fecis. dica. l. prima. ff. si quis cautionibus, vt neq; principis rescriptum aduersus tam grande reipublicæ beneficium aut verius priuilegiũ irritare debeat l. 2. §. sed quia veremur. C. de iureiurã. propter calum. dando l. 1. C. de curioni. & statio. lib. 12. etiam si vltronee a principe offeratur, seu concedatur l. fi. C. de cohorta. libr. 12. Et hoc reipublicę fauor operatur l. lex Corne. §. fi. ff. de
190 iniurijs l. ita vulneratus ff. ad legem Aquiliam. † Et Cleon philosophus hac ratione ductus dicere solet, varios esse populorum mores, varia etiam ciuitatum ingenia. Etenim mores illos & ingenia statim mutare nouisque legibus extemplo moderari non modo non facile, verum ne tutum quidem esse. Id enim statim ad iram populum concitaret. Et Pindarus philosophus quęrebat, quis principi imperaret. At ille, nempe lex omnium regina mortalium & immortalium, illa, inquam, lex quam longo vsu populus sibi accepit. Et ideo Imperator non ex imperiali rescripto, sed ex vigint quinq; annorum curriculis maiorem ætatem diffinire voluit in l. fi. C. de his qui veniã æta. impetra. Accedat l. fi. C. de milita. testamen. Et Iurecon-
191 sulti dicere solent, † principis voluntatem sic regulandam, & talem esse debere, quæ iuri & rationi conformis sit l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. substi. & hac ratione communis pater vocatur in §. fina. in authenti. neque virum quod ex dote. collatio. 8 induci potest l. prima. ff. de iusti. & iure. ibi, cuius merito quis nos sacerdotes appellat. Et si sua voluntate princeps aliter vteretur, quia iuri per suum rescriptum derogaret, ius illi non assisteret neq; longissima possessione confirmaretur, secundum Felyn. in ca. cum nobis 6. colum. ad fin. extra de præscrip. l. rescripta. C. de preci. imper. offer. l. fina. C. si per vim vel alio modo l. authoritatem. C. vnde vi. eo quod non sit, qui dicat regi, cur ita facis, vt supra meminimus §. primo in authenti. de appella. & intra quæ tempo. capit. per principalem. 11. quæstio. vlt. & Ecclesiastes 8 capitu. & secundi Reg. 16. ca. quibus adde Fel. in d. c. cum officij 4. colum. extra de præscri. Quinto, præsertim hoc dico procedere, vbi princeps suo decreto vel constitutione ligari voluerit, vt supra dictum est per l. di-
192 gna vox. C. de legibus. † sicuti hoc equum & iustum est, vt scribitur Matth. 7. & Luc. 6. Et diuus Paul. in epistola ad Roma. 2. & ca. omnes. extra de consti. hoc dicit Arch. in ca. 1. extra de constit. Cyn. post Petr. in authent. quibuscunq; C. de sac. sanc. eccle. Et maxime vbi lex seu principis voluntas pro Reipublicæ beneficio inuenta est l. cum in eo. ff. de pact. cap. 1. de feudi cognitio. colla. 10. Hoc notat Ioan. Andr. in regula, cui licet ꝙ est plus de reg. iur. in 6. Ipse idem Ioan. And. & post eum Do. & Pet. de Anch. in d. c. 1. de consti. in 6. dilatat hoc per multas colum. Felyn. in c. canonum statuta. 6. colum. & sequen. extra de consti. Cum neq; absonum sit de iure superiorem seipso minorem se ex causa facere, secundum Bald. in capitu. vnico. de allodijs collat. 10. Pro quo facit l. est receptum. ff. de iurisd.
193 de iurisd. omni. iud. Ex qua Bald. duo colligit. † Primum, Imperatorem seu principem litem cum subditis habẽtem de ea posse cõpromittere, imò & inferiori a se seipsum submittere, sicuti contingit in pace Constantiæ, sm Odofre. & Cy. & licet nihil vlterius alleget, adde illi tex. in l. ille a quo. §. intẽpestiuũ. ff. ad Treb. c. r os si incompetenter 2. q. 7. Secundũ est, Papam posse suo Pęnitentiario se submittere, & pęnitentiam ab eo iniunctam susciꝑ ere. Hoc dicit post Arch. in c. in quibus. 21. q. 1. quod latius prosequuntur Henric. & Anto. de Butr. in c. omnis vtriusq; sexus, per illum tex. in his verbis, omnes vtriusque sexus ... de pęni. remis. Et ratio vltra prædicta est, quæ etiã hui ... conuenit, quoniam efficacior est ... obligatio quæ ... ex sua voluntate prouenit, secũdm Inno. in c. cum inter. extra de renuncia. & recte facit c. 1. de renũcia. li. 6. quod de Celestino loquitur, qui papatui renunciauit. Adde text. in c. sunt qui ... Facit quod glo. not. & Anto. post eam in verbo absolutam in c. quanto. extra de iureiur. & Idẽ. Ant. in c. 1. extra de consti. Et si hmõi approbationem confirmauerit iuramento, vix ab ea princeps discedere posset, secundum glo. in d. c. quanto quæ mouetur per c. & si Christus. extra de iure-
194 iuran. Adde prædictis, †, quoniam subintrat in his diuina iustitia, quæ pssim omnes obligat, etiam princeps, nõ enim est personarum acceptator Deus. Actuum. 10. c. & Deute. 1. c. & Pau. ad Colossen. 3. c. nouit. extra de iudi. c. ea quæ. extra de sta. reg. Et Archi. in c. consequens. 11. disti. ait concedere aliquid quod communiter omnibus denegatur, videtur esse personarũ acceptio. Ergo, inquit, huiusmodi dispensationes facere rectores multitudinis non possunt, cũ hoc fit contra preceptum legis
195 diuinę † Et iterum, lex humana, vt sit recta, oportet vt legi diuinę consonet, alioqui religioni aut disciplinæ non conueniret. Contra id quod Isidorus scribit in c. consuetudo 1. distin.
196 Lex autem diuina est, vt legislator sua lege ligetur c. 11. distin.
197 igitur & c. † Qui autem quadraginta annis rem pacifice possidet, plenissima securitate munitus est d. l. omnes C. de prescri. triginta anno. l. fi. C. de edicto diui Adri. tollen. communis ergo esse debet principi, sicuti etiam in re patrimoniali principis dicitur in dicta l. iubemus in fin. C. de fund. patrimo. lib. 11. Et sicut possessor de iure titulum suæ possessionis petitori ostendere non tenetur, qualis sit ille petitor l. cogi. C. de peti. heredi. sic nec principi exhibere cogendus est, dicta l. vnica. C. de conducte. & procu. fundo. fisca. lib. 11. Sexto res ecclesiæ. fisci. & reipublicæ a pari iudicantur l. qui solidum. §. etiam. ff. de lega. 2. c. auditis. extra de in integ. resti. §. fin. in authent. de alie. & emphyteu. collat. 9. §. publicorum, in authent. de manda.
198 princip. & l. si diuina domus. C. de exacto. tributo. libr. 11. † sed res ecclesię quadraginta annis præscribuntur l. fin. & authent. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. cap. ad aures, & capitu. quia indicante. extra de præscrip. excepta Romana ecclesia, quæ cẽtum annorum præscriptione lętatur. §. 1. & per totum titulum in authent. vt ecclesi. Roma. gaudeat centum anno. prescri: colla. 2. & dicta l. fi. C. de sacrosanc. eccle. c. ad audientiam. & c.
199 nobis. extra de præscript. † Et ad summum res & iura ecclesiastica quantumcunq; spiritualia sint, præscribuntur tanto tempore, cuius initij non extat memoria, dicto capitu. 1. de præscriptio. in 6. pari ratione res fisci, saltem illa præscriptione acquiri possunt. quantumcunq; principis res fauorabiles sint, quia non videtur maior in re principis fauor, quam in rebus aut iuribus ecclesię. Et ad id conformat se illa iuris naturalis ratio a lege diuina laudata & confirmata, Quicquid calcauerit pes tuus, tuum erit. Quam amplo commentario prosequuti sunt a primo ad vltimum vsq; omnes scribentes in l. 1. in princi. ff. de acquiren. poss. & in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Adde id facit l. 1. ff. de acqui. rer. domi. & §. singulorum. Insti. de rerum diuisio. quę lex nullum excipit. Non videtur ergo principem, neq; iura & possessiones eius a priuatis distinguendas esse, dicta l. vnica. C. de conducto. & procura. rer. fisca. libe. 11. Alioqui frustra dixisset lex, eum qui quadraginta annis præscripsit,
200 plenissima securitate munitum esse. Cęterum si † prędicta in quadragenaria præscriptione vrgeant, vt principis res constringant quanto magis in longissima præscriptione tanti tẽporis, cuius initij non extat memoria dicendũ est, loco est cõstituti, d. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana & æstiua. dicto capitulo, super quibusdam. extra de verborum significa. Secundo quum iura, quę absq; titulo possideri non possunt, neque præscribi, dicto capitulo, super quibusdam, & l. 2. & tertia. C. noua vectiga. impo. non posse, præscriptione tamen tanti temporis, cuius initij non extat memoria, acquiruntur, & iure præscribuntur, dicto capitulo, super quibusdã, & capitulo primo de prescrip. in 6 igitur & c.

Repetitionis Io Ignei in §. Non alias. Pars Tertia.

SVMMARIVM.

1 *Regalię iura an præscribantur tanto tempore cuius initij memoria non extet.*
2 *Veneti an potuerint aduersus Imperium præscripsisse, & an habeant regalia ex priuilegio Imperatoris. & nu. 15. & 28.*
3 *Imperator sit ne dominus maris.*
4 *Imperator Antoninus an iure merito dixerit se mundi dominum esse. & nu. 8. & 10. & 14.*
5 *Testem legitimum neminem in sua causa esse posse.*
6 *Intellectus ad l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iactu. & nu. 16. & 18. & 19. & 21. & 24. & 26 & 48.*
7 *Imperatoris indignati sententiam non debet trahi in exemplum.*
9 *Imperante Antonino multas prouincias a Romanis defecisse.*
11 *Regna in mari distincta esse non secus atq; in arida, & an illic præscriptio locum habeat.*
12 *Aedificium in mari ponere an liceat.*
14 *Interdictum vti possidetis competere ei, qui ius suũ exercere in mari prohibetur.*

Leges

Maxi-

183 *Maximinus imperator ob non ferendam sęuitiam hostis a Senatu iudicatus.*
184 *Maximinus qualem exitum habuerit.*
185 *Gordianus imperator a Philippo qui post eum imperauit, occisus.*
186 *Philippus imperator Romanus qualis princeps fuerit, quemque exitum habuerit.*
187 *Decius qualis imperator fuerit, quaque sęuitia Christianos sit persecutus, & quem exitum habuerit.*
188 *Gallus Hostilianus Romanis imperat cum Volusiano filio, atque inibi quibus moribus fuerit, & qua immanitate sit persecutus Christianos.*
189 *Romani Scythis tributum pendunt, a quibus praeterea multis prouincijs spoliantur.*
190 *Aemilianus quanto tempore imperarit, quemque exitum habuerit.*
191 *Valerianum imperasse cum Galieno filio, atque inibi quam acriter Christianos persecuti sint, quasque pœnas dederint suae impietatis, & numero 193.*
192 *Romano imperio quae prouinciae ademptę sint imperantibus Valeriano, & Galieno.*
194 *Claudius imperator Christianus persecutus est. atque inibi quantum sub eo Romanum imperium a Gotthis attritum sit.*
195 *Aurelianus Imperator seuus Christianorū persecutor fulmine ictus perijt.*
196 *Genabum vnde Aureliae nomen sumpserit.*
197 *Aurelianus Imperator Romanus, triumpharit ne de Gotthis.*
198 *Tacitus & Florianus quanto tempore in imperio fuerint, & quem exitum habuerint.*
199 *Probus imperator quem vitae finem habuerit.*
200 *Aurelij Cari imperatoris vitae exitus qualis fuerit.*
201 *Carinus & Numerianus an simul & quomodo imperarint.*
202 *Carinus imperator quibus moribus fuerit, & quem vitae exitū habuerit.*
204 *Numerianus imperator quam crudeliter in Christianos sęuierit.*
205 *Diocletianum & Maximianum Imperatores crudelius in Christianos sęuisse quam ipsum Neronem, & quas pœnas impietatis suae dederint. num. sequen.*
207 *Caesar ab Augusto declaratus habebatur tanquam Imperij haeres.*
208 *Galerius imperator acerrime Christianos persecutus est. atque inibi quam misere perierit.*
209 *Maximianus imperator quem vitae exitum habuerit.*
210 *Maxentij mores & in Christianos caeterosque seuitia, eiusque exitus.*
211 *Licinus Imperator quem vitae finem habuerit.*
212 *Constantinus Constantij prioris filius qualem se imperatorem praebuerit, & qua seuitia in Christianos atque etiam in suos vsus sit.*
213 *Donationem, quem Constantinum tradunt fecisse Syluestro Papae, commentitiam esse.*
215 *Constantini imperatoris mors varia a varijs describitur.*
216 *Constantinus Constantij prioris filius qua matre natus sit.*
217 *Constantino qui successerint in imperio, & quem vitae exitum Dalmatius & Constans habuerint.*
218 *Constantius Constantini magni filius Arrianis fauit, & ecclesiam persecutus est. atque inibi quanta a varijs passus sit, & nu. 220.*
219 *Decentij Caesaris exitus qualis fuerit.*
221 *Iulianus imperator dictus apostata qualem se erga Christianos gesserit.*
222 *Iouinianus qualem se imperatorem praebuerit, & quis fuerit eius exitus.*
223 *Valentinianus imperator quantum religioni christianae addictus fuerit.*
224 *Valens imperator christianos persecutus est Arrianam perfidiam secutus, atque inibi quantum sub eo attritę sint Romani imperij vires, & nume. 226.*
225 *Gotthi Valentiniano & Valente imperantibus Italiam irruemperunt.*
227 *Valens Imperator Romanus a Gotthis captus ab eisdem igni consumptus est.*
228 *Gratianus qualiter se in imperio gesserit, & quem vitae exitum habuerit.*
229 *Valentinianum imperatorem Romanum laqueo vitam finijsse Viennae iussu Arbogasti Alanorum praefecti.*
230 *Ecclesia Christi quantum ab Arrianis afflicta sit sub tempora Gratiani Imperatoris.*
231 *Theodosius imperator qualem se principem gesserit.*
232 *Theodosius imperator totam noctem orans transegit, pugnaturus aduersus Eugenium.*
233 *Gotthi Constantinopolitanum imperium inuadunt fugato Archadio imperatore, atque inibi quanta moderatione vsus sit Allaricus Gotthorum rex aduersus victos, & nu. 239.*
234 *Roma quantam cladem perpessa sit a Gotthis duce Astolpho, & nu. seq.*
236 *Honorio imperante quae prouinciae Romano imperio ablatae sint, & nu. seq. 240. & 243.*
237 *Gallias non paruisse Theodosio imperatori, neque item Honorio aut Arcadio, & nu. 241.*
238 *Stiliconis perfidia erga Honorium imperatorem.*
242 *Franci qui Sicambriam incolebant Germaniam inuaserunt imperante Romanis Theodosio, & Romanum exercitum fuderunt.*
244 *Franci Pharamundum regem creant, a quo lex Salica lata est, & quid ea lege caueretur.*
245 *Roma a Caroli quinti Romanorum imperatoris militibus expugnata ac direpta anno. M.D.27*
246 *Clemens septimus Pontifex Romanus cum Francisci Francorum regis hostibus fœdus percutit.*
247 *Clemens & immansuetus.*
248 *Ecclesiae thesauros non posse alio destinari, quam in pauperum vsum.*
249 *Clementem VII. a Caroli V. Imperatoris militibus anno integro captiuum asseruatum fuisse.*
250 *Carolum V. Imperato. non puduit subditos Regis Franciae & potissime Ducem Borbonium ad defectionem sollicitare, & nu. seq.*
252 *Carolus V. qua ratione possit se iure dicere Caesaris successorem.*
253 *Romanos principes non fuisse mundi dominos.*
254 *Romano Imperio quae prouinciae nunquam paruerint.*
255 *Imperium hodie a Romanis in germanos translatum.*
256 *Longobardorum gens quam effera fuerit.*
257 *Longobardi a quibus originem trahant.*
258 *Longobardi vnde sic dicti.*
259 *Longobardorum gentem virtute regum Frācorum delatā & exterminatā.*
261 *Francicum nomen antiquum esse, atque inibi vnde originem trahat.*
262 *Francorum origo ex Sabellico.*
264 *Sicambri quales populi hodie sint.*
266 *Germani populi vnde sic dicti, & nu. seq. & 270. & 272.*
268 *Gallos non Romane sed Gallice loqui.*
269 *Romanos frequenter in Galliam filios suos misisse ad literas ediscendas.*
271 *Germanorum cum Gallis affinitas.*
275 *Francigenae fuerint ne aliquando consecuti ius Romanae ciuitatis.*
276 *Galli quali modo in suos liberos potestatem haberent.*
278 *Francos nusquam Iustiniano imperatori subditos fuisse.*

Quia autem diffusius tractare Constituimus de praescriptione iurium regaliae, in primis sciendum est, eo inclinare communem Vltramontanorum cateruam, qui-
1 bus nonnulli Gallici doctores assentiunt, † vt regaliae iura quāquam a nemine alio quam a principe possideri possint, & ob id impraescriptibilia sunt, cap. vnico, quae sunt regal. collatio. 10. praescriptione tamen tanti temporis, cuius initij non extat memoria, acquiri possunt. Atque ob id dixerint Florentinos & Venetos, plerosq; etiam alios Italiae populos iura imperij seu regaliae praescripsisse. Addunt etiam simili ratione Gallos regaliae iura praescripsisse, hoc dicunt in l. 1. C. de summa Trinitate & fide catholi. & in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure, praesertim Bald. & Iason, quorum dicta consulto recensere iuua-
2 bit. † In primis dicunt Venetos potuisse aduersus imperium praescripsisse, quia Venetiarum ciuitas in mari fundata est, & ideo fieri occupantis. l. in tantum. ff. de rerum diuisio. Barto. autem in l. hostes. ff. de capti. & postlimi. reuers. dicit Venetos ex priuilegio Imperatoris regalia habere, quod reuocari potest quandocunque, secundum eum. Et Albe in l. prima. C. de summa Trinitate & fide catholica, asserit se Venetorum priui-
3 legium vidisse bulla aurea bullatum. † Quidam Longobardici doctores in dispunctionibus dum. l. deprecatio. ff. ad legē Rhodiam de iactu. e Graeco in Latinum verterunt, dicta per Baldum & Iasonem improbauerunt, asserentes quosdam Gallicos idem cum eis sensisse & existimauisse propter aduersatiuam, autem, in illa lege positam in his verbis, lex autem maris, imperium maris ad imperatores non pertinuisse, quod sane perridiculum esse affirmant, tametsi Bald. & Iason hac ratione existimauerint Venetos Romano imperio subditos nō esse, & ex Gallicis doctoribus solum Ioan. Igneum in tractatu dispungendo conueniunt. Caeterum nesciuit Ioannem Igneū in tractatu comperire hoc dixisse. Sed dum alios dispungeret, arbitratus est Ioannem Igneum praemittendum non esse, in hoc Barto. imitatus, dum in Petrum de Bel. Perti. in multis insurgere voluit, imposturas Petro huic similes ascribendo, existimantes, dum alienę gloriae detrahere tentant, suam dilatare. Non enim comperietur in tractatu Ioannem Igneum dixisse propter illam aduersatiuam, autem Romanos imperatores non esse maris dominos. In confesso est Ioannem Igneū dixisse Romanos imperatores, aut verius tyrannos de facto plerisque Galliae prouincijs quandoque imperasse, non quod
4 de iure id facere potuerint. † Et ad legem, deprecatio. ff. ad legem Rhodiam de iactu. in qua Labeo iureconsultus Antoninum Pium commemorat, dixisse se mundi dominum esse, citasse pro responso quod Ioannis 18. scribitur de domino nostro Iesu Christo, dum illum Pilatus regem appellaret, an a seipso loqueretur, interrogauit, an vero alij de ipso sic testificati essent. Nam & Christus cuius verax erat testimonium, immo ipsa est veritas, non tantum suum, sed & patris desiderauit testimonium, capitulo, in omni, extra de testibus, vt secundum legis authoritatem In ore duorum vel trium staret omne verbum Numeri trigesimoquinto capitulo, & Deuteronomij decimoseptimo. Cui lex ciuilis & canonica conueniunt. l. iurisiurandi. C. de testibus. l. maritus. ff. de quaestionibus, capitu-
3 lo, in omni negotio, extra de testibus. † Neque vllus secundum Romanorum leges in sua causa legitimus testis esse possit. l. nullus. ff. de testibus. l. omnibus. C. de testibus. Debuerat igitur Antoninus aliunde testimonium quam a seipso quaerere.

Tantun-

Tantundem de summo Pontifice Fely. dixit in capitulo, ad audientiam. 3. col. extra de præscriptionibus. Allegans ad id text. in c. cum a nobis. extra de testibus. & quod illic not. Abb. & capitulo. Deus omnipotens. 2. q. 1. Romanus in l. sciendum. col. 22. versic. aduertendum. ff. de verbo. obliga. Dicunt enim quemadmodum Deus legi diuinæ se subiecit, dicendo, In ore duorũ vel trium stet omne verbum, similiter de Pontifice dicendũ esse. sed Francorum Reges Pontificem habent testimonium in capitulo, per venerabilem. extra qui filij sint legitimi. & aliorum quorum in tractatu commemorauimus. Alia forte adde mus, quæ illic scripta continentur. Et dũ nuper Parisiis essem, quidam consobrinus vxoris meæ illius Longobardici doctoris glossemata in legem primam. in verbum, quos nostræ clementiæ regit imperium. C. de summa trinitate & fide catholica. ostendit, in cuius glo. comperio hanc solutionem dispunctorem secutum fuisse. verba illius sunt, Et quamuis quandoque Imperatores orbis dominos se appellant, id vel hyperbolen accipiendum est, vel eorum dictis minime credendum, quia in 6 cã propria. † Aliud & secundum ad illam legem accõmodaui mus Antonium Pium in piratas Eudemonis supplicatione cõmotum se mundi dominum dixisse. Et cum odio pirates haberet, legem grauissimam in eos tulisse, quam postea cõmemorabimus. Nec dissimili ratione in legẽ cõmissoriã vsus est idem Imperator Antoninus in lege, Aemilius Largianus. ff. de minori. Tametsi Paulus iureconsultus Antonini imperatoris sententiam non laudauerit † atque ob id dicebamus in 7 tractatu, quod ab indignato principe prolatum est in exemplũ trahi non posse. l. 1. ff. de const. prin. §. sed quod princ. pl. Inst. 8 de iure natur. gent. & ciuili. atqui in l. deprecatio. † ex lectione legis videri potest Antoninũ vt piratis terrori esset, se mundi dominum appellasse, qui sub imagine legis Rhodiæ se immunes a quacunq; pœna reddere existimabant, neq; in facultate Antonini fuisse legem contrariam Rhodiæ ferre. Vt autẽ Antoninus demonstraret se nouæ legis cõdendæ & Rhodiæ legis abrogandæ seu antiquãdæ potestatem habere, se mundi dominum asserere non dubitauit, tametsi mundi dominus non 9 esset. Nam & Antoninus nunquam mundi [illegible] Eo namque Romanum principatũ agente [illegible] cum [illegible] Galli [illegible] paiam est [illegible] Nam & dispunctor [illegible] in eadem glo. l. 1. C. de Summa Trinitate & fide catho. [illegible] [illegible] transcripti mus, relatiuum, [illegible] gentes, quæ non [illegible] Romano imperatori & tamen [illegible] calculo [illegible] doctores [illegible], qua ratione relatiuum, quæ non coarctaret præcedentia, sed declaret. Sed hæc [illegible] non [illegible] quam [illegible] sint prouinciæ, quæ non parent Romanis, vt Scythia, Sarmatia, & [illegible] Oriens, [illegible] quæ in in constitutione [illegible] extra Romanum imperiũ [illegible] de cõmerciis. Nec [illegible] est [illegible] de facto. cũ [illegible] Et sequitur quod supra [illegible]. Et quãuis quisque imperatores orbis dominos se appellent, id vel per hyperbolen accipiendum [illegible], vel eorũ 10 dictis minime credendum, quia in causa propria. Nõ † potuit igitur Antoninus [illegible] dicere, nisi his, quos [illegible] imperiũ. l. 1. C. de Sum. Trinita. & fide cathol. l. [illegible] Et similis elocutio sæp [illegible] a Iustiniano & iureconsultis [illegible] tractatu [illegible], præsertim de Antonino Pio loquitur [illegible] §. [illegible] in authen. [illegible] de caste [illegible] Et si forte contingat aliqu[illegible] Romanis [illegible] de facto, non [illegible] paulo post explic [illegible] mus Nequiterius. Ioã. Ig [illegible] deprecatio. comperietur. Nõ etiã de Venetis [illegible] nisi quod a Pipino Caroli magni filio [illegible] tuetant [illegible] patri [illegible] tionem cõstituit, quos [illegible] Ludouicus [illegible] Galliæ moderator iterum coegit [illegible] totam ducatus occupabat restituere. Somno [illegible], aut Bal. [illegible], Iasonem, aliosq; multos dispungebat, [illegible] Ioann. Ignei meminisse velit, vt [illegible] cum non [illegible] Ad Bal. reuertamur, quem constat in rubrica de rerum diui- 11 sio. ff. dixisse, † in mari distincta esse regna, sicut in arida terra. Ergo, inquit, & ius ciuile, id est præscriptio idem operari potest. Et hæc præscriptio quandoque aufertur, & applicatur alteri. Sed cum applicatur alteri, ita quod alii non auferatur, ista est consuetudo. Et sic Venetiani & Ianuenses seu maria habent ex inueteratissima consuetudine distincta. Mox in eadem i co- 12 lum. 3. Bal quærit, & nunc Bal. verba amplectamur, † Nunquid sit licitum ædificare in mari, sicut in littore? & dic quod sic, eadẽ ratione & Veneti faciunt, qui sunt fundati in mari. Et de iure gentium ciuitates in mari ædificatæ, sunt ipsorum, qui ædificant. l. in tantũ. ff. de rerum diuisio. Et nihil vlterius de Venetis neque de l. deprecatio. in tota lectione rubricæ Bal. commemorauit. In illa igitur parte Bal. reprehensione dignus non fuit. Pro Baldo autem recte facit. l. sane. ff. de iniur. sane, inquit Paulus 13 iureconsultus, † si maris proprium ius ad aliquem pertineat, vti possidetis interdictum ei cõpetit, si prohibeatur ius suum exercere. Si de iure mare a nullo occupari, & ius in eo acquiri posset, interdictum vti possidetis competere non posset. l. 1. §. quod ait prætor. ff. vti possidetis, imò occupantes domini fiũt l. riparum. in fi. versic. in mari, & l. in tantum. in princip. ff. de rerum diuisione. Adde. l. iniuriarum. §. fin. versi. vsurpatum. ff. de iniurijs. Baldus igitur in hoc dispungi non meruit, quoniam licet Bald. dixerit, ciuitates in mari ædificatas fieri ędificantium, non tamen ab imperio exceptas, sicuti neque alia ædificia in mari aut in terra priuatis ædificata exempta non sunt. l. 1. ff. de rei vendica. & l. si duas. §. primo. ff. de excusato. tutor. Et multo minus Baldus & Iason reprehendi debuerant in l. 1. C. de summa Trinitate & fide catholica, in primis Bald. & omnis Longobardorum seu Italorum turba cum dispunctore con- 14 uenit. † Non pudebit Bald. verba transcribere. Nam aduertens illam legem primam. C. de summa Trinitate & fide catholica. opponit Bald. de l. deprecatio. ff. ad legem Rhodiam de iactu. quia totus orbis sub Imperio est. l. si duas §. si decem. ff. de excusa. tutor. Et soluit. Concedo, inquit, inspecta potestate, quã habet Imperator de iure ciuili, vt possit toti orbi legem imponere. Sed inspecta voluntate principis, dicit Imperatorem nolle populis, qui imperio non obediunt, legem imponere. Ecce quomodo Bald. dicit Imperatorem orbis esse dominum, & vniuerso mundo posse legem imponere, secundum legem deprecatio. ff. ad legem Rhodiam de iactu. & multis alijs argumentis comprobare studet Imperatorem iure possidere, cum a Deo Imperium procedat. Et lege eum, quoniam nihil in eo comperies quod ab illa Vltramõtanorum opinione declinet, quam Longobardicus dispunctor emungit. Non etiam Iason in hac re dispunctoria nota signari seu vocari debuit, quum plane quicquid potuit gloriæ a Gallis detrahere, maximo studio semper quoad vixit, festinauit. In ea enim post Cyn. Barto. Bald. Salic. & Pau. de Cast. & Hostien. in summa extra de effi. ordi. Nicol. de Neapoli in d. l. si duas. §. in verbo, vniuerso orbi. ff. de excusa. tutor. constanter affirmauit, Imperatorem de iure mundi esse dominum, per dictam legem, si duas, c. in apibus. 7. q. 1. cap. Adrianus. 63. dist. ca. quo iure. 8. dist. cap. conuenior. 23. q. 8. & per tex. cui dicit a toto mundo non posse respõderi, in d. l. deprecatio. ff. ad legem Rhodiam de iactu. hanc suam conclusionem authoritate Bald. confirmat in proœmio Digestorum dicentis, Imperatorem de iure in vniuersa ditione, quæ ascendentem videt & descendentẽ solem, & ex vtroq; latere meridiem & septentrionem, imperare. §. & hæc considerantes. in authen. vt omnes obedi. iudic. prouincia. collati. 5. Item imperare oĩbus insulis vsque ad Oceani recessus. § quid ergo. in authen. vt eccles. Roma. gaudeat centum anno. præscriptio. collatio. 2. Quarto, Imperium ab imperando dictum, prout imperiũ est in suo altissimo situ & circulo, quod est sum 15 ma potestas nulla circumclusa. Mox † Alberi. refert in illa l. 1. C. de summa Trinitate, dicentem Venetorum priuilegium vidisse libertatis & exemptionis bulla aurea bullatum. Tametsi Aluaro. in cap. primo, quis dica. Dux vel Marchio. collatio. 10. dicat Venetos de iure liberos esse, eo quod ciuitas eorũ in mari fundata sit. Et quod Iason asseruit Venetos priuilegio Imperatoris a Romano Imperio exemptos esse, non a seipso asserit, sed Barto. tantum refert in l. hostes. ff. de captiuis & postliminio reuersis. & Bald. in cap. licet. vltimo, tertia colum. extra de iureiurando. Non quod Bar. in hoc nec; Bal. se subscribat. Quare non satis demirari possum, quomodo in indicium dispunctionis notę Bal. & Iason vocari potuerint, & maxime cum illius aduersatiuæ, autem, positę in d. l. deprecatio. ff. ad legem Rhod. de iactu. ab eis & Ioan. Igneo tam pertinaciter affirmet dictum fuisse siue illam. l. secundum communem traditionẽ vel illius interpretationem legamus, dixisse Imperatorem nõ esse maris dominum, cum neque a Bal. neque a Iasone [illegible] minus a Ioan. Igneo dictum, imò neque vnquam cogitatum fuis- 16 se comperietur. † Cæterum fuisse vltra quam a me dictum sit in tractatu circa illã legem, deprecatio, quid in ea sentiã aperiã. In primis dico, multis ante sæculis quam Antoninus cognominatus Pius ad Romani Imperij magistratum vocatus fuis- 17 set, † leges a Rhodiis circa merces in mari submersas factas fuisse, quibus Rhodij absq; delectu merces a naufragium passis absque vllo discrimine auferebatur. Et a Rhodo insula nomen assumpserant. c. fi. 2. dist. Illarum legum Labeo iureconsultus meminit in d. l. deprecatio. quam veluti pestiferam Antoninus Pius improbauit, cuius improbationem Paulus iureconsultus posuit in l. Pedius. ff. de incen. rui. naufrag. At in l. deprecatio. noluit Antoninus Pius Rhodiorum leges quatenus suis aduersarentur, vim legis obtinere, sed eas antiquare & reuocare voluit. Simili improbatione vsus est idem Antoninus Pius post Adrianum in l. 3. §. Diuus. ff. de sepulcro viola.

Leges

Leges aũt naufragorũ a Rhodo insula quæ inter Cycladas in-
sules primaria est, quæ quinquaginta tres numero sunt, sicut
Plin. placet lib. naturalis historię quarto c. 12. & Orosio li. suæ
historię primo. nomẽ acceperunt, ob id Rhodię dictæ. Cuius
aũt authoritatis fuerint, satis ex Gellio lib. noct. Atticarũ 6. c. 3.
& Cicerone in Bruto, & Ausonio in Grypho constat, dum
Ausonius sic de ea scribit, Tres oratorũ cultus regnata Colos-
so, Quẽ Rhodos actęq; quẽ dilexistis Athenis, Et quẽ de scenis
tetrica ad subsellia traxit, Prosa Asię in causis numeris imitata
chororũ. Et Quintilianus in primo Institutionũ lib. Cæsar etiã
sua dignitate allectus post absolutũ Corneliũ Dolobellã, quẽ
reũ repetundarũ postulauerat, Rhodũ secessit ob insulę excel
lentiã, quippe cũ in ea disciplinę ingenue ad cõponendũ orato
rem essent, viriq; multi circa philosophiam, & oratoriã me-
moratione digni extabant, vt ex Tranquillo in Cęsare legi po
18 test. Causa aũt † improbandarum legũ Rhodiarũ fuit Eude-
monis, & aliorum naufragium passorũ supplicatio. Cuius ver
ba ex integro Labeo Iureconsultus illius legis author non
scripsit, sed ista tñ, Domine Imperator Antonine naufragiũ
faciẽtes in Italia direpti sumus a publicanis Cycladas seu Cy-
clades insulas habitantibus. Neq; vlterius Eudemonis suppli-
catio recitatur. Sed ex ea & Imperatoris responsione duo col-
ligo. Primũ publicanos, qui Eudemonem & reliquos naufra-
gium passos expilauerant, ac merces eorũ diripuerãt, Rhodios
fuisse, & legis Rhodiæ authoritate fretos asseruisse iure Eude-
monis merces potuisse diripere, qua non obstante ab Antoni-
no Pio suarum mercium restitutionẽ Eudemõ impetrauit,
atque ob id Antoninum iussisse cum mundi dominus esset,
& lex maris, merces Eudemoni restitui, lege Rhodiæ (cũ suis
aduersaretur) non obstante. Responsio namq; Antonini Im-
peratoris hoc clare demonstrat, dũ ait, lege Rhodiorum iudi-
cetur nautica, in quibus nulla nostrarũ ei lex aduersetur. Qua-
re publicani, qui ope legis Rhodiæ existimabãt posse merces
naufragatas retinere, iureq; suo habere, necesse habuerũt Eu-
demoni aliisq; passis naufragiũ merces ablatas restituere. Id
etiã declarat c. fi. cum glo. 2. interpretatione 2. disti. Et Antoni
ni responsio est in versi. Antoninus dixit Eudemoni, Ego qui-
dem mundi dominus, lex autẽ maris, & hic erit punctus, qua-
si dicere voluerit Imperator, Lex Rhodia qua permittebatur
Rhodiensibus ex naufragio quæstũ facere, & ex cõsequente
merces naufragio submersas diripere, in cõsideratione esse nõ
põt. Qm̃, inquit Antoninus, ego mundi dominus sum & lex
maris. Nõ ꝓ dictio, aũt, aduersatiue legatur, sed assertiue, quia
nihil anterius habet, cui aduersẽt, nisi vt publicanorũ factũ sua
lege improbaret, Rhodiorũ lege, qua publicani se tuebant̃, an
tiquata, & prorsus reprobata, qm̃ iniusta & rõni inimica esset
l. 1. in principio, & l. 2. & l. ne quid, & alijs legibus tit. ff. de incẽ.
rui. naufragio auth. nauigia. C. de fur. l. 1. C. de naufrag. li. 11. ibi,
qđ. n. ius habet fiscus in aliena calamitate, vt de re tam luctuo-
sa compendiũ sectet̃ c. dispẽsationes 1. q̃one. 7. hac rõne pyrati
cam exercẽtes artẽ cõstitutione Pontificũ, nisi ablata restituãt
19 excõicantur c. excõicationi. extra raptori. † Et sic verus illius
legis sensus est, Ego mũdi dñs & lex maris, quia & legẽ mari
dicere possum. Nã & re vera legem tulit, cuius verba Pau. iure
consultus transcripsit in l. Pędius ff. de incẽd. rui. naufrag. hęc
sunt, Diuus Pius Antoninus de his, qui prędam ex naufragio
diripuissent, ita rescripsit: Quod de naufragijs nauis & ratis
scripsisti mihi, eo pertinet, vt explores, qua pęna afficiẽdos pu-
tẽ, qui diripuisse aliqua ex illo naufragio probantur &c. Simili
ter, & Vlpianus in l. fi. eiusdem tit. ff. de incen. rui. naufrag. in-
quit, licere vnicuiq; naufragium suũ impune colligere con-
stat. Idq; Imperator Antoninus cũ diuo patre suo rescripsit.
Ex qua recte constat, Antoninum publicanis rñdisse in d. l. de-
precatio. dum dixit. Eudemonis supplicatio lege Rhodiorum
iudicetur nautica, in quibus nulla nostrarũ ei lex aduersetur,
hoc aũt ipsum & diuus Augustus iudicauit. Per hanc respon-
sionem tacitę respondet obiectioni publicanorum, qui depre-
dationem suam tuebantur lege Rhodia, qua non obstante re-
stitutionem fieri voluit iuxta legis suæ authoritatem. In reli-
quis autem, in quibus nulla suarũ legum eis aduersaretur, ra-
tam firmamq; legem Rhodiã manere voluit. Et id verum est.
Neque putet Neotericus Longobardicus sub illius dictionis,
autẽ, inuolutione plures in reatu constituere, quasi a Bald. Ia-
sone & Ioã. Igneo ignoratum sit Antoninum Imperatorem
20 se mundi dominũ vociferasse, imò & maris legem esse, † neq;
eos statuisse sub mundi vocabulo non modo terrã, sed & cœ-
lum & mare cõtineri. Mundũ etiam ex sole, luna & stellis, ter-
ra, mari elementis, & omni eo, qđ cęli ambitu cõtinentur, cõ-
stare, sicuti & Gene. primo, secundo, & 3. c. quilo; ẽt omnium
literarum expers capere potest. Et ex Vergil. sexto Eneid.

Principio cęlum & terras, campos; liquentes,
Lucentemq; globum Lunæ Titaniaq; astra
Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus
Mens agitata molem & magno se corpore miscet.

Et Ouidius in primo Metamorphoseos,

Primaq; ab origine mundi
Ante mare & terras & quod tegit omnia cœlum
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos, rudis indigestaq; moles,
Nec quicquam nisi pondus iners, & reliqua.

Alioqui cum Democrito & Epicuro & Metrodoro illorũ di-
scipulo dicere necesse esse, omnia ex atomis fieri, & innume-
rabiles esse in infinito mundo, quibus Origenes consentiebat,
sicuti D. Hieronymus commemorat in epistola defensoria ad
uersus Ruffinum. Vel cum Diogene finitum esse mundũ. Aut
cum Stoicis mundum vnum, & idem non esse vniuersum ac
mundũ, sicut & Plutarchus in placitis Philosophorum memi
nit. Aut cum Seruio grammatico fateri oporteret, vnum esse
terrę mũdũ, alterũ cęli, & aliud maris, vt pleriq; alij voluerũt,
vt testis est Plinius in primo naturalis historię lib. Cui Horatia
num illud carmen lib. carmi. secũdo ad Grosphum adstipula-
tur. Quid breui fortes iaculamur æuo, multa, quid terras alio
calẽtes sole mutamus patrię quis exul, se quoq; fugit. Plinius
vero ait, quẽ Gręci cosmon ornamenti nomine appellauerũt,
eũ & nos a perfecta absolutaq; elegãtia mũdũ dicimus. Et Ci-
cero in Catone maiore ait, Vos tñ Deos verentes, q hanc oẽm
pulchritudinẽ tuent̃ & regunt, vel vt diffinit secũdus Philoso-
phus qui tpib. Adriani perpetuũ silẽtium sibi proposuerat, vt
Adriano satisfaceret, mũdũ diffiniuit incessabilẽ esse circuitũ,
spectabilẽ, supplicẽ multiformis formationis, ęterni tenoris, &
21 circuitus absq; errore. Non ambigat ergo ille, † intellectum
fuisse plus satis Antoninũ Pium dũ mundi dñm se dicere vo-
luit, nõ terræ tñ, sed & maris se dñm, imò & mari sicut & ter-
ræ legem dicere voluisse, idq; his verbis, Ego mũdi dñs lex aũt
maris, clarissime & cum tumore explicuisse, vt pyratis terrori
esset, quũ & princeps viua lex sit. §. fi. in auth. de ꝯsulib. colla. 4.
Et sicuti Plutarchus in lib. de doctr. principũ, inquit, Iustitia le
gis est finis. Lex aũt principis opus, princeps vero Dei simula-
chrũ administrantis vniuersa, nihil egens Phidia statuario, sic
in hac re Phidia, i. Rhodiorũ lege nõ egebat, qm̃ lex sua opus
suũ erat, sm̃ q̃ naufragiũ passis iustitiã ministrari voluit. Nõ er-
go dictio illa, aũt, aduersatiue legitur, nisi vt Rhodię legi ad-
uersaretur, q̃ improbare per suam legem desiderabat. Neq; il-
la verba, lex aũt maris, de Rhodia lege intelligi debent, sicuti
dispunctor ait, sed de lege quam Antoninus in pyratas bona
seu merces naufragorum diripientes tulerat, quæ posita est in
22 l. Pędius, ff. de incẽ. rui. naufra. & in l. fi. eiusdẽ tituli. † Et demũ
quod sequitur in illa l. deprecatio. lege Rhodiorum iudicetur
nautica. Antonini rñsio ĩcipit, ad id, quod per pyratas & publi-
canos aduersus Eudemonis supplicationẽ de lege Rhodia op-
ponebatur, qua licebat naufragorũ bona diripere seu arripere,
quod primo occupanti acquirebãtur, veluti in littore maris in-
uenta, vt verba Eudemonis significabant, quę de publicanis tã
tũ loquebantur, dum ait, a publicanis Cyclades insulas habitã-
tibus direpti sumus, & l. qui leuandę, eo. tit. ff. ad legem Rhod.
de iactu. & in l. 1. in prin. versi. in bello. ff. de acq. poss. hoc decla-
rat glos. & recte in d. c. fi. 2. dist. dum ille text. ait, Rhodiæ leges
naualium cõmerciorum sunt ab insula Rhodio cognomina-
tę. & gloss. inquit, iniquissima est illa lex, quod patientibus
naufragium inhabitatores omnia auferãt, vt ff. eodem. l. Mo-
destinus. nõ est lex quæ incipiat Modestinus. neque alia est lex,
quæ istius legis mentionem faciat in titulo ad legem Rhodiã
de iactu. quam. l. deprecatio. Addo glo. in l. 1. ff. ad legem Rho-
diam de iactu. Nam & priores imperatores, eam legem seu
consuetudinem Rhodiam obseruabant, vt ex verbis. l. primæ.
C. de naufrag. lib. 11. clare elici potest, dum ait, Si quando nau-
fragio nauis expulsa fuerit ad littus, vel si quando aliquam ter-
ram attigerit, ad dominos pertineat, fiscus meus sese non in-
terponat. quæ lex est Augusti imperatoris, cuius Antoninus in
l. deprecatio. versus finem meminit, & Vlpianus in l. fina. ff. de
incend. rui. naufrag. Ecce quomodo fiscus, cuius causam pu-
blicani repręsentant, vt in l. 1. ff. de publica. & vectiga. iure fisci
quicquid ad maris littus naufragio expulsum erat, publicani
occupare volebant, quasi proprie fisci essent. Quod improba-
uit Augustus imperator, cum in re tam luctuosa nullum ius
fiscus habeat. Similiter in l. deprecatio. publicanorum obie-
ctioni respondet, dum ait, lege Rhodiorum iudicetur nautica,
in quibus nulla nostrarum ei lex aduersatur. Hoc autẽ ipsum
& diuus Augustus iudicauit, vt in dicta. l. prima. C. de naufrag.
libr. 11. & in dicta. l. prima. ff de incend. rui. naufrag. ibi, idque
imperator Antoninus cum diuo patre suo scripsit. Prohibue-
rat & Adrianus imperator in l. ne quid ff. de incend. rui. nau-
frag. facta sunt etiam Claudio imperante duo senatusconsul-
ta, de quibus in l. 2. §. fina. ff. eod. de incend. rui. naufrag. In cæ-
teris vero causis seu controuersijs nauticis Rhodiorum le-
gem seruari voluit, quatenus suis non erit aduersans, in hac
autem noluit Rhodiam legẽ seruari, quia suę esset contraria &
aduersans. Ob id Antoninus omnia Eudemoni restitui iussit.

Neque in hoc contendere studebo, an Pisana seu Florentina exemplaria quæ supplicationem seu deprecationem Eudemonis Græce scriptam habent a vulgaribus seu communibus codicibus differāt, tum propter ignoratam a me Grecam lin-
23 guam, † & quod diffiteri non recuso authoritate Flacci in arte poetica, Filus mihi turpe relinqui non est, Et quod non didici sane nescire fateri. Et Ciceronis in epistola ad Atticum penultima primi libri, dum Cicero inquit, Commentarium consulatus mei Græce compositum misi ad te, in quo si quid erit quod homini Attico minus Græcū eruditumque videatur, non dicam quod tibi, vt opinor Panormi Lucullus de suis historijs dixerat, sed quo facilius illas probaret Romani hominis esse, idcirco barbara quædam & absoleta dispersisse. Apud me si quid erit eiusmodi, me imprudente & inuito erit. Et quod de Marcello scribit Plutarc. in vita Marcelli, quod Græcas disciplinas non fuisset assecutus, quamquam ad eas perdiscendas propensius ferretur. quo fieri potest, vt noua illius interpretatio propter meam forte inscitiam seu ignorantiam mihi obscuritatem generet, vt exemplo Marcelli illum in honore & admiratione habeam, cum Græce disciplinę peritiam habeat, vel quod mea opinione, sua tā diligens & non illaudāda inuestigatio ex Græcis exemplaribus transposita non recte conueniat, vt propter eam a communi anteriorum nostrorū asseclarum Bart. Baldi, Ang. Pauli, & cæterorum discedere de-
24 beam, † dum ille Eudemonis supplicationem & Antonini imperatoris responsionem sic vertendam esse voluit in ea parte, Ego quidem mundi dominus, lex autem maris, qua lege Rhodiorū nautica iudicetur in his, in quibus nulli nostrarū aduersatur. Ex qua infert ille, Nam cum imperator sit mundi dominus certe non terra tantum, sed & mare ipsius legibus parere debuerat & ipse in eis leges statuere. Cum tamen in mari non lege propria iudicet, sed Rhodia, quæ ab eo approbata est. intellige ergo, inquit ille dum dicitur ego mundi dominus, quia orbem terrarum ex lege mea rego. Lex autem inquit intellige, Rhodia maris, quoniam ex ea ius in mari redditur. cuius interpretatio mihi, tametsi Græce linguę ignaro placere nō potest & multo minus eiusdem illatio. In primis quod ab imperatoris intentione plurimum detrahat, imò omnino cōtraria sit & aduersans, dum ait, lege Rhodiorum iudicetur nautica, in quibus nulla nostrarum ei lex aduersetur. Non Rhodia. sed sua lege res nautica iudicari voluit in his, in quibus sua erit Rhodiæ contraria. Secūdo, vt imperatoris responsio supplicationi Eudemonis conueniret, quia propter publicanorum iniquitatem aditus erat imperator vt legis Rhodiæ iniuriam & iniustitiam tolleret, sic imperatoris responsio accipienda est. Ego mundi dominus, & lex maris lege autem Rhodiorum non iudicetur, quoniam illi nostra aduersatur. Vbi vero nulla nostrarum legum Rhodiæ aduersabitur secundum eam iudicetur. Suam igitur legem, quæ publicanos & pyratas ad restitutionē ablatarum rerum cogebat cum pęnarum & mulctarum indictione, vt in l. Pędius. & l. fi. ff. de incen. rui. naufrag. & l. 1. C. de naufrag. lib. 11. seruari iussit. Et ob id omnia passi naufragium restitui imperauit. Tertio in eo qđ relatiuū, qua. adiunxerit, quod neque Græce neque Latinę lectioni conueniat, neque patiatur huiusmodi additionem. Prius enim nulla legis Rhodiorum mentio facta erat imò neque imperator Antoninus de illa loqui intellexerat, sed de lege sua, vt prius docuimus ex l. Pędius. & l. fi. ff. de incēd. rui. naufrag. Quare absque somnio super his verbis, Lex aūt maris. huiusmodi interpretatio fieri non potest. & vbi imperator Antoninus Pius qui vtriusq; linguę Græce & latinę peritissimus erat, similiter & Labeo iureconsultus illius legis author de lege Rhodiorum meminissent, huiusmodi repetitione vsi non fuissent, Lex autem maris Rhodiorum, qua lege Rhodiorum nautica iudicetur, quum huiusmodi locutio si diuo Hieronymo credimus in epistola aduersus Ruffinū, viro vtique Græce & latine docto, non ɔueniret, quē diuus Hieronymus in hoc reprehendit, dū de futuro iudicio scripsisset, hoc modo dicimus futurum iudicium, in quo iudicio &c. si secundo, inquit diuus Hieronymus, non repetijsset iudiciū, nos obliti superiorum pro iudicio asinum putaremus. Sic imperator oblitus legis Rhodiæ, quam iam commemorasset, iterum re-
25 petijsset, qua lege Rhodiorū. † Cæterū non inficiabor, plerosq; probatissimos authores simili repetitione vsos fuisse, Trāquillum maxime in Augusto, cap. 28. inquit Tranquillus, dubium euentu meliore an voluntate, quam voluntatem cum præsidens identidem prę se ferret. Cæterum cum linguę Græcę expers sim, non dubitaui aliquos Græce doctos consulere, & ex eorum interpretatione Gręcā, l. deprecatio. in Latinū versam accipere, vt demōstrari possit neq; Græcam neq; Latinā hæc verba, qua lege Rhodiorū, admittere, cum neq; vllus articulus sit neq; ēt in ea minimus apex inueniri possit, quo relatiuum,
26 qua significari possit. † Ob id illius legis interpretationem seu translationem e Gręco in latinum iuxta Gręca exemplaria his commentarijs addere non dubitaui. Deprecatio Eudemonis Nicomediensis ad Antoninum imperatorem. Domine imperator Antonine, cum naufragium in Italia fecissemus, publicani, qui Cycladas insulas habitant, nos diripuerunt. Antoninus Eudemoni respondit. Ego quidem mundi dominus, lex vero maris, lege Rhodiorum iudicentur ea, quæ ad rem nauticam pertinent, in quibus nostrarum legum nulla sit contraria, hoc idem & Diuus Augustus iudicauit. Ex qua satis cōstat Longobardi interpretationem in his verbis, qua lege Rhodiorum, non posse veram esse. Quarto etiam si suæ interpretationi adhærendum esset. Bald. Ias. & Ioan. Igneus reprehensione digni non erant, vbi sic dixisse, vti dispunxit inuēti essent, quoniam imperatorum legibus mare nō regeretur, sed Rhodiis, hoc pacto mare a terra legibus distingueretur. Cui recte conuenit d. l. iniuriarum §. fina. versicul. vsurpatum est ff. de iniur. Prius enim dictum erat in illa lege sępissime rescriptum esse, non posse quem piscari prohiberi, sed nec aucupari, nisi quod ingredi quis agrum alienum prohiberi potest, quia commune omnium est mare & littora, sicuti est aer. Sequitur in eadē lege, vsurpatum tamen & hoc est, tametsi nullo iure, vt quis prohiberi possit ante ędes meas vel prætorium meum piscari. Et hoc pacto imperator non esset lex maris, sed Rhodia, secundum quam iudicare necesse esset. Sed cum authoritate imperatoris lex Rhodia in hoc improbatur vel antiquatur, quia cōtrariam legem tulit, iam non amplius lex nominanda est l. vnica. §. huic igitur. C. de Iusti. codi. confir. Quum igitur ab eo alia lex Rhodiæ aduersans facta fuisset, quam in hoc obseruare voluit, ridicula videtur legis Rhodiæ adiectio, cuius etiam nulla
27 antea mentio facta erat † Non inficiabor secundum grammaticorum præcepta relatiuum posse ad consequens trahi, sicuti in ea elocutione dicitur, est locus in carcere, quod Tullianum appellatur, vt eodem modo in l. deprecatio. dici possit. Lex aūt maris qua lege Rhodiorum iudicetur nautica. Sed verba imperatoris sequentia hanc grammaticorum euasionem nō admittunt, dum in ea dicitur, lege Rhodiorum iudicetur nautica, in quibus nulla nostrarum ei lex aduersetur. Sed quæ aēt lex Rhodię aduersans, nisi Antonini Imperatoris, quā infirmare voluit publicanis dum dixit, Ego mundi dominus, lex autē maris, qua iudicetur Eudemonis supplicatio quæ Rhodiorū legi est contraria & aduersans. In his vero, in quibus nulla suarum erit aduersans, secundum Rhodiam iudicetur, lex nō in hac Eudemonis supplicatione. Hoc autem ipse & Diuus Augustus iudicauit, cuius lex & iudicium posita est in l. prima C. de naufrag. lib. 11. Et ob id non puto illa verba, lex autem maris, posse, immo debere de lege Rhodia intelligi, quicquid dispunctor dixerit. Præterea si de lege Rhodia intelligenda essent, nemini dubium esset hanc dictionem, autem, aduersatiue legendam esse, secundum Bartol. sententiam in l. hoc amplius ff. de dam. infect. vt relatiuum, qua habeat aliquod antecedens imaginatum. Lex autem maris Rhodia, qua Rhodiorū lege, & sic alia erit maris, alia terræ consideratio, quia quod lege Rhodia vsurpatum erit, seruandum erit vt in l. iniuriarū.
28 §. fina. versicul. vsurpatum ff. de iniu. † hac ratione Veneti potuerunt in mari imperium acquirere, & præscribere, vt Iason voluit in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. dum inquit, eodem modo Veneti sunt in quasi possessione libertatis quem præscripserunt contra imperatorem secundum Bartol. in l. hostes, ff. de capti. & postli. reuer. Et alia plura de Venetis & Ianuensibus scripsit, quæ diligens lector videre potest. Similiter Bald. in l. 1. ff. de rerum diuisio Bal. & Ias. in d. l. 1. C. de Summa Trinit. & fide cathol. Sed quoniam Bald. & Ias. non tam inique l. deprecatio. interpretati sunt, multo minus Ioan. Igneus in capite suę dispunctionis signari non debuit, quum in nulla sui tractatus parte dixerit ea, quæ dispunctor ille tam pertinaciter affirmauit. Ob id non tam facillime debuit moueri, sed diligentius quæ scripta sunt legere. Neque mouere potest siue in exemplaribus Florentinis νόμος vel θεσμός scriptum sit, & thesmos pro lege non scripta, & νόμος pro scripta lege sumi debeant. Ius
29 † enim non scriptum clarum est in iure pro consuetudine assumi §. ex non scripto. Institut. de iure natur. gen. & ciuili. Et Licurgi leges cum scriptę non essent, neque eas in scriptis redigi permisit, ob idque ab eis ius non scriptum denominari cœpit. d. §. ex non scripto. non minus tamen legis nomen obtinuerunt. Testis est Plutarchus in vita Licurgi, & in vita Solonis, & Iustinus in libro tertio epitomatū. Alij etiam Gręcarum rerum scriptores sic contestantur, Iosephus maxime in libro primo contra Gręcos & Manetonem, cuius verba sunt, ab initio non fuit studium apud Græcos, publicas de his, quæ agebantur proferre conscriptiones. Semper hoc enim præcipue & errorem & potestatē fecit mentiendi posteris vetus aliquod volentibus scriptitare concessit. Non. n. solummodo apud alios Græcos publica conscriptio est neglecta, sed neque apud ipsos Athenienses, quos terrigenas esse dicunt, disciplinęque cultores, aliquid huiusmodi reperitur. Sed publicarum literarum antiquissimas esse dicunt leges, quæ a Dracone eis ex

Phœnicibus sunt conscriptæ ante modicum tempus tyrannidis Pisistrati. De Arcadibus autem in antiquitate gloriantibus quid oportet dici? Vix enim ipsi & postea literis eruditi sunt. Hic etiam cōmemorari possent, quæ Cæsar de Gallis Druidibus scribit in 6. belli Gallici, qui leges suas scribere nō permit-
30 tebant, sed memoriæ tm̄ cō -endare. † Nobis etiam in hac re testis est ille in aliqua suarum disputationum, dum ait, nomothetas non simpliciter authores legum significare, sed ipsos qui principaliter leges promulgant, quales apud Græcos Solon, Draco, Minos, Licurgus, apud nos Pompeius, qui tulit legem Pompeiam, Iulius legem Iuliam, Cornelius Sylla legem Corneliam & similes. Ipsi vero iureconsulti Vlpianus, Paulus, Scæuola non sunt nomothetæ, sed legum interpretes. Cui recte conuenit quod Pomponius iureconsultus ait in l. 2. §. nouissime ff. de origine iuris. Itaque in ciuitate nostra aut iure id est lege constituitur, aut est proprium ius ciuile quod sine scripto in sola prudentum interpretatione consistit. Commemorari etiam potest, quod Eginardus Caroli Magni scriba in vita eius, postquam de duabus legibus quas Franci habebant locutus est dixit Carolum omnium nationum quæ sub ditione sua erant iura quæ scripta non erant, literis commendare iussisse, quæ antea legis nomen non habebant. At in §. ex non scripto. Institu. de iure natura. gētium & ciuil. dicitur ex nō scripto ius venit, quod vsus approbauit. Nam diuturni mores consensu vtentium comprobati legem imitantur, non q̄d lex sint seu legis nomen habeant. Sic enim de lege Rhodia dicendum esse puto, quæ vsu & consuetudine vtentium solum introducta est neque scripta inuenitur. Ob id proprie nomen legis obtinere non poterit. Et tamen imperator & Labeo iureconsultus legem appellauerunt, tametsi vsu mercatorum introducta esset d. c. fin. 2. distinctio. authen. nauigia. C. de fur. & in extrauagan. Federic. de stat. & consuetud. a qua illa authentica transumpta est. Imo etiam si in scriptis redacta fuisset cū ab eo qui legis condendæ potestatem non haberet, facta fuisset, ius non scriptum seu consuetudo appellanda esset d. §. ex
31 non scripto. Instit. de iure natura. gētium & ciuil. † Non enim propter scripturam consuetudo nomen amittit, argumento, l. imò. ff. de legi. glo. & Bart. in l. de quibus, in verbo suffragio. ff. eo. de legi. Lex enim tabellaria suffragia scribere nō permittebat, de qua Horatius om-ne tulit punctum qui miscuit vtile dulci. quamquam Cicero lib. tertio de legi. dicat suffragia quādoque in voce, & quandoque in tabella ferri solita fuisse, &
32 quæ tabellata erant libera dicebantur. Iuuenalis. Libera si dentur populo suffragia qui tam. De eis meminit iurecōsultus in l. vnica. ff. de offic. quæstio. ibi, quos non sua voce sed populi suffragio crearent l. fi. C. de prædi. decurio. sine decre. non alienan. libro 10. ibi, nec ex tabella decretum recitari, sed curialiū vel maioris partis curiæ relatione currente. Vsus etiam & consuetudines populorum leges municipales videmus in iure appellari, vt in l. 1. ff. ad Municipa. Et Gel. libro 16. noctium Atti-
33 carum cap. 13. ait. † Municipes ciues Romanos esse ex municipijs suo iure & legibus suis vtentes. Comprobat hoc oratione Adriani Imperatoris, quā de Italicensibus, vnde ortus erat, habuerat dum mirari se ostendit, & ipsi Italicenses & quædā alia municipia, in quibus Vticenses nominat, cum suis moribus legibusque vti possent, in ius coloniarum mutari gestiuerant. Hinc lex municipalis dicta est, quam vnaquæque vrbs priuatim sibi constituit. Cui recte conuenit l. 3. §. Diuus. ff. de sepulchro violato. vers. quid tamen, si lex municipalis permittat in ciuitate sepeliri post imperialia rescripta, an ab hoc discessum sit, quod generalia sunt rescripta. Et oportet imperialia
34 statuta suam vim obtinere, & in omni loco valere. † Sic est de lege Rhodia, tametsi Rhodiensis ciuitas, & insulæ opportunitate & operum nobilitate & nauigandi solertia nauaalibusque victorijs celebrata fuerit, inquit Gellius libro Noctium Atticarum, 6. cap. 3. Et Strabo de ea scribit. Portubus olim & vijs & mœnibus, & reliquis ornamentis tantopere cæteras superasse, vt nulla putaretur æqualis legum præstantia, & naualis rei peritia. Et adeo valuit, vt annos multos Martis imperio potiretur & pyratarum latrocinia sustulerit. Quam Cassius vi cœpit, & in clemēter tractauit, vt testis est P...archus in vita Marci Bruti. Sed cuius aut quantæ etiam in legum præstātia excellētiæ fuerit, vim & nomen legis non obtinebit. Oportet enim imperialia statuta suā vim obtinere lege Rhodia seu quacunq; alia, quæ iuris non scripti sunt, non obstante. Similiter de legib. colonicis dico, quarū mentionem facit Varro libro primo de re rustica, dum ait, atque & colonias leges tollis, in quibus scribimus, Colonus in agro surculario ne capras compescat. Sic etiā de legibus Solonis, Draconis, Licurgi dico, vt legis nomen non habeant, cum generales esse non possint, quoniam a principe factæ non sint, l. leges vt generales, in his verbis. Sed & si generalis lex vocata est, ad omnes iussa est pertinere, vim obtineat edicti, interlocutionibus, quas in vno negotio indicantes protulimus, vel postea proferemus, non in commune præiudicantibus, nec ijs, quæ specialiter quibusdam concessa sunt ciuitatibus, vel prouincijs, vel corporibus, ad generalitatis obseruantiam pertinentibus. & l. fi. C. de legibus. argumento est quod scribitur in l. 2. §. 1. de origine iuris. de potestate decemuiris data, vt ciuitas legibus fundaretur. Et probatur ex his, quæ supra scripsimus ex Plutarcho in libro de doctrina prin-
35 cipum. † Lex. n. principis est opus. Aliorum autem inferiorum a principe leges simpliciter dici non possunt, sed cum adiuncto, scilicet vniuscuiusque populi, veluti Atheniensium, Rhodiorum, Illiensium, Campanorum, Puteolanorum, & aliorū municipum. §. ius autem ciuile. Institu. de iure naturali gentium & ciuili. l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. Abusiue tamen. l. 1. ff. ad Municipalem. Nam & Federicus in dicta authentica, nauigia. C. de furtis. legem non appellauit, sed consuetudinem. Ex his plane constat Accursium, Bartolum Baldum, Angelum, Paulum de Castro, & cæteros istius farinæ asseclas, quorum ordini iamdudum me subscripsi, reprehensione di-
36 gnos non fuisse, dum in illa s. l. deprecatio. † dicunt probari seruandā esse consuetudinem, nisi a lege improbata sit, seu cui lex scripta non aduersatur. Nam etsi lex Rhodia scripta fuerit, legis nomen non obtinet, sed iuris non scripti, seu consuetudinis nomen tantum retinet & abusiue lex nuncupatur sicuti de Li-
37 curgi & aliorū istiusmodi legibus commemorauimus. † Scriptura enim nihil addit. d. l. imò. ff. de legibus. ibi vt non fuerit necesse scripto id comprehendere. Igitur scripto consuetudo comprehendi potest. Simili argumento vsus est iureconsultus in l. ex eod. ff. de testibus. dum ait, ex eo quod prohibet lex Iulia de adulterijs testimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur & mulieres testimonium in iudicio dicendi ius habere. Addo Bartol. in l. de quibus. in quarta quæstione principalis ff. de legibus. & Bald. in præludio feudorum. Pro quibus recte facit capitulum consuetudo. in secundo responso. prima distinctione. ibi, nec differt an scriptura an ratione consistat, quoniam & legem ratio commendat. Nam & lex municipalis posita in d. l. 3. §. diuus. ff. de sepulchro violato. scriptura erat vt ex ea comprehendi potest, dum ait quid tamen si lex municipalis permittat post imperialia rescripta quoniam Antonius Pius & Adrianus prohibuerant cadauera in ciuitate sepeliri, quæ lex ex Solonis legibus excerpta erat, vt Cicero commemorat in tertio libro de legibus. & Plutarchus in vita eiusdem Solonis, quæ a decemuiris suo ordine posita est. Nec mouere potest quod ex illa. l. deprecatio dispu-tator Longobardicus inducit Antonium Pium legem Rhodiam approbasse, ex qua robur legis illi præbet. Ad id duplex patet responsum. Nam cum supplicatio Eudemonis, quæ legis Rhodiæ explicite mentionem non faciebat, vt ex ea videri potest, tamē Antoninus Pius imperator ex sua responsione plane demonstrat publicanos Rhodienses Rhodiæ legi insistere voluisse, quam idem Antoninus Pius improbauit, eo q̄ suæ contraria erat. Ob id Eudemonis supplicationem non secundum Rhodiam, sed secūdum suam legem diffinire voluit. Quare in hoc lex Rhodia, quæ vsu mercatorum introducta erat, neque legis vim habere poterat, maxime quod ab eodem Antonino Pio improbata esset, quia suæ aduersans esset, in hoc legis robur habere non potest. Et quamuis in his legem Rhodiam quantumcunque scripta foret, voluerit seruari, & secundum eam iudicari, in quibus nulli suarum legum aduersaretur ob id tamen legis scriptæ nomen non
38 assumpsit. † Quoniam illa differunt velle consuetudinem seu legem non scriptam seruari. Nam & leges & constitutiones ciuiles & humanæ hoc dicunt. l. de quibus. & l. diuturno. & l. ergo ff. de legi. & c. consuetudo. 1. distinctione. & tamen lex non est, licet pro lege accipiatur. d. l. de quibus. & d. c. consuetudo. l. 1. 2. & 3. C. quæ sit longa consuetudo. l. an in totum. C. de ædificijs priua. l. Labeo. ff. de statulibe. ibi, morem gētium sequi debemus. Et ad id induci potest authen. sacramenta puberum. C. si aduer. venditio. dum dicitur, Sacramenta puberum inuiolabiliter custodiantur. sed quod lex facere possit, quantumcunque aliquid permittat, vt aliquid tale sit, hoc non potest, licet pro tali haberi velit. l. non dubium. C. de legi. l. fin. C. de testamen. mili. l. fina. C. de his qui veniam æta. impetra. cap. indecorum. extra de æta. & qualitate ordinan. l. vnica. in princip. C. de rapto.
39 virgi. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & postlim. reuers. † Hic congeri possent multa scholia, aliud esse aliquid esse tale, vel pro tali haberi. De quibus plenius Moderni scribunt in l. patris & filij. ff. de vulga. & pupilla. substitu. per illum text. & in lege prima in princip. ff. de suis & legi. hæredita. An vero legisla-
40 tor † cum approbatione velit id legis nomen obtinere & ordini aliarum legum adiungi, sicuti imperator ait in proœm. Institutio. §. quas ex omnibus. ibi, legimus & cognouimus, & plenissimum nostrarum constitutionum robur eis accommodauimus. & in proœmio Decretalium in fi. & in l. vnica. §. quibus specialiter cognitis. in fin. C. de nouo Codice componen. Non sic factum est in dicta leg. deprecatio. Sed quatenus Rhodiæ leges legibus scriptis non aduersabuntur, illas Antoninus voluit

volúit seruari, & secundum eas iudicari, vbi vero contrariæ
erunt, prohibuit eas obseruari. Et quamquam multis ante sæ-
culis seruatę fuerint, antiquabuntur, vt inquit tex. §. primi, ver-
sic. male enim adinuenta. in authent. vt nulli iudic. licc. habere
loci conserua. colla. 9. vt præscriptione iuuari non possit, per
illum text. & c. fi. extra de consuetudi. c. mala. & c. consuetudo.
8. distinctio. & plerisque alijs capitulis eiusdem distinctio. Le-
gem igitur Rhodiam Antoninus cum plena iniquitatis & in-
iustitię esset d. l. 1. C. de nauicula. libr. 11. l. ne quid & l. Pędius.
& l. fi. ff. de incend. rui. naufrag. legis nomen habere nō voluit.
Et recte huic nostrę opinioni cōuenit, quod supra diximus ex
l. 2. §. nouissime. ff. de origi. iuris. dum in ea dicitur, aut iure, id
est, lege costituitur, aut est proprium ius ciuile, quod sine scri-
pto in sola prudentum interpretatione consistit. Leges enim
Solonis & Draconis quācūcunque scriptę non essent, vt dictū
est, & scribitur in §. ex non scripto. Instit. de iure natur. gent. &
ciuil. legis tamen nomen non meruerunt, donec approbante
eas populo a decemuiris suo ordine in duodecim tabulis posi-
tę fuissent. d. l. 2. §. 1. ff. de origi. iur. Et Cicero libr. 3. de legibus.
Vnde si Bar. & alij legem Rhodiā pro consuetudine acceperūt
recte dixerunt, quoniam vsu tantum introducta erat. d. c. fi. 2.
distinctio. auth. nauigia. C. de fur. Et ita Accur. interpretatur &
bene in l. 1. ff. ad legem Rhodiā de iactu. Circa prædicta incon-
gruum non erit Cyni dictum recensere in l. 2. C. quæ sint lon.
41 consuet. dum post Nicol. Math. ait, † ius nostrū, quo vtimur, in
duas partes diuidi. scriptū, id est, secūdū eos, tacitum & expres-
sum, vt nulla alia sit inter ius & scriptum & cōsuetudinē diffe-
rentia, qua inter tacitum & expressum, quāquam consuetudo
tam ex expresso quam tacito populi consensu introduci simi-
liter & tolli possit. d. l. de quibus. ff. de legibus. Nam & Draco-
nis leges quoniam impendio acerbiores erant, non decreto
iussoque, sed tacito illiteratoque Atheniensium cōsensu obli-
teratę sunt, vt Gelius inquit libro Noctium Atticarum. 11. c.
18. sicuti & plereque alię leges. §. igitur. in fi. in verbo, dissuetu-
dine. in proęmio Insti. d. l. vnica. §. quibus specialiter. in verbo,
dissuetudinem. C. de no. codi. compon. en. Subiūgebat Mathe-
42 sila. † consuetudinem plerunque ad memoriam scribi, vbi po-
pulus hoc censet, sicuti in feudorum consuetudinibus obser-
uatum fuisse legimus, quæ communi populi Italiæ seu Lon-
gobardiæ consensu in scriptis redactę sunt videlicet ab Oberto
de orto & Gerardo Campagisto, ob id tamen proprie ius scri-
ptum dici seu nominari non meruerunt, ad similitudinem cō-
tractus ad solam memoriam in scriptis redacti, qui tamen cō-
tractus scriptus non censetur. l. contractus. C. de fide instrumē.
43 Addit Cyn. aliud simile. † Licet populus suū consensum in
scriptis redigi procuret, tamen præcedentem qualitatem non
44 mutat. argumen. l. quoties. ff. de actio. & obliga. † Consuetudo
enim seu ius non scriptum fit tacito populi consensu, aut rebus
aut factis, pariter etiam tacito populi consensu in desuetudinē
abire solet. d. l. de quibus. ff. de legib. & dicto §. igitur. in verbo,
desuetudine. in proęm. Insti. l. vnica. §. quibus specialiter. C. de
45 no codi. componen. Origo enim semper spectāda est. † Id etiā
nostra ętate contigisse nouimus. Imperio enim quondam re-
colendę memorię Ludouici. 12. vtriusque Gallię imperatoris
vnaquęque Galliæ prouincia, quæ moribus regebatur, suas cō-
suetudines in scriptis redegit. non minus tamen consuetudinis
nomen retinuerunt, iuxta id quod scribitur in d. c. consuetudo.
1. distinctio. Idque non mediocrem in Republica vtilitatem at-
tulit. Ob id enim quod scriptę non erant, circa earum probatio-
nem innumerę falsitates committebantur, quę pene infinitas
controuersias generabant, quibus tandem finis impositus est,
licet non ita Licurgus obseruare voluerit, vt supra docuimus
post Plutarch. in vita Licurgi, & Iustinū tertio libr. Epitomatū,
ea ratione tantum ductus, sicuti Plutarcho placet, vt recte eru-
diti ac bene honesteque instituti temporis rationem haberent.
46 Druides † etiam Galli leges suas in scriptis redigi non sinebāt,
sicuti testis est Cæsar in sexto belli Gallici. Itaque, inquit non-
nulli vicenos annos in disciplina permanebant. Neque fas esse
existimabant eas literis commendare, quum in reliquis fere re-
bus publicis priuatisque rationibus Græcis literis vtantur. Ecce
quomodo tacito & expresso populi consensu etiam in scriptus
47 redacto cōsuetudo introduci & antiquari potest, tametsi † cō-
suetudo proprie ea dicatur, quæ sine scripto fit. d. l. 2. §. nouissime.
ff. de orig. iur. §. ex non scripto. Institut. de iure naturali gen-
tiū & ciuili. Quare sine lex Rhodiorum nautica in scriptis re-
dacta fuerit & sic lex secundum eū legi debeat, siue sine scri-
pto, & ob id legendum sit proprie tamē legis nomen nō
habet. d. l. fi. C. de legibus. sed abusiue, argumento legis primę.
ff. ad Municipalem. in his verbis, sed nunc abusiue municipes
dicimus. Et huius ratio esse potest, quoniam in principem om-
ne imperium omnemve condende legis potestatem Roma-
nus populus transtulit. l. 1. ff. de constit. prin. l. vnica. ff. de offic.
præfec. præto. & d. l. 2. §. nouissime. ff. de orig. iur. §. sed quod
principi. Institu. de iure natu. gent. & ciui. Et licet imperator

Antoninus legem Rhodiorum nauticam in his, in quib. suis
legibus non est aduersans, obseruari voluerit, & secundū eam
iudicari, secutus Plutarchi consilium in politica, dum ait, sta-
tim mores & ingenia conari mutare populi nouisque ea legi-
bus moderari exemplo velle, nō modo non facile, verum ne
tutum quidem omnino esse, vt res quæ multo tempore & in-
gentibus viribus indiget, donec opinione veritatis & fide iam
comparata authoritate inniti possit, exemplo Solonis, cuius
meminit in vita Solonis, & Gellius libro noct. Atticarum vn-
decimo, & iureconsultus in leg. 2. in princip. ff. de origi. iur. &
48 in l. obseruare, §. antequam ff. de offic. proconsul. † Tamen in
Eudemonis supplicatione, quum suis legibus aduersans esset
sua vsus est, voluitque suam, non autem Rhodiorum nauticā,
cuius supra meminimus, obseruari. de qua in l. Pedius, §. Diuus.
49 & l. fi. ff. de incen. rui. naufra. † Obliterata Rhodiorū lege nau-
tica multis alijs senatusconsultis, prætorum edictis longe ante
improbata, de quibus in l. 3. versus finem, & l. 1. ff. de incen. rui.
naufrag. Pariter Federicus eam cōdemnauit in auth. nauigia.
C. de furt. de qua in d. c. fi. secunda distinctione, cap. excommu
nicationi, extra de raptoribus. Et secundum Hostiēsem & An-
tonium de Butrio illic, ter in anno a summo Pontifice excom
municantur, qui huiusmodi piraticas expilationes exercent,
cap. dispensationes, 1. qō. 7. vbi glo. aduersus Hyspaniæ reges in
uehit qui naues fractas diripiunt piratico more expilando, qđ
quam exosum & a iure alienum sit satis ex illo canone, dispen
sationes concipies quem omnino lege, & quos imperator Au
gustus condemnauit in l. 1. C. de naucul. lib. 11. supra allegata.
Nō enim licet in aliena calamitate & re tam luctuosa direcce-
re. Vbi Lucas de Pen. ait iustissimam illam legem in partibus
Romanæ vrbis, vnde lex ipsa processit non obseruari. In omni
bus enim terris maritimis prædę fracta nauis exponitur præ-
terquam in terris comitis Nicolai. Quinimō inquit in alijs lo-
cis licet nauis a naufragio libera euadat in portum, sub velami
ne inspiciendi accedūt, & clandestine nauem perforant & ef-
fringunt, sed huiusmodi deprædationibus adeo assueti sunt, vt
durum illis sit assueta relinquere. Sic ex publicanis Rhodiensi-
bus durum erat a Rhodia lege discedere. Itaque ab Antonino
se cogi passi sunt merces naufragio direptas restituere, vt ex il-
50 la l. deprecatio. clarius sole perpendi potest. † Non igitur Ac-
cursius in dicta l. tertia. §. Diuus. ff. de sepulchro vio. in verbo,
sepeliri. legem municipalem pro consuetudine interpretans,
dispungi meruit. Non etiam Bartol. Bal. & asseclę in dicta l. de-
precatio. Bal & Iason in dicta l. prima. C. de Summa Trinitate
& fide catholica. Ias. in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. Bald.
in l. prima, ff. de rerum diuisio. qui legem Rhodiam nauticam
pro lege non habuerunt, sed consuetudinis vim tantum obti-
nere dixerunt. Quo autem modo Ioannes Igneus in tractatu
reprehendi potuerit, quum nihil horum meminerit, imagi-
nari difficile est. Quare perquam ridiculum est in capite libri
extenso nomine cum dispunctione in hac re illum recensere.
Et si cum Accurs. Bartol. Bald. Angel. Iasone & cæteris con-
uenisset, existimaret non modo ridiculum suæ subscriptionis
reum facere, gaudet gratulaturque Ioann. Igneus sodalitate
51 tam absolutis viris coniungi. † Alia dispunctione in nota sua
censoria vocatus est Accursius, dictusque illi dies, & reus
est in §. fina. Institut. de patria potestate, & in l. item in pote-
state, ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris, tanquam pugnan-
tia inter se recensens. Quippe qui in dicto §. finali. dixit Fran-
cigenas filios in sua potestate non habere, & in hoc Accur-
sium recte dixisse Longobardus ait, cum hi ciuitatis iura nun-
52 quam habuerint. † Alia vero dispunctione Accursium ar-
guit in dicta lege item in potestate, dum in ea Accursi. asser-
uit omnes imperio subiectos ciues Romanos fuisse, quod fal-
sum esse ait. Non enim omnes subditi, sed qui ciuitate tan-
tum donati erant, iura ciuium Romanorum consecuti sunt.
Et mox eadem dispunctione ait, Francigenas subditos fuisse
imperio, neque Romana ciuitate donatos, neque ob id ius pa
triæ potestatis in filios habuisse, quale Romani ciues in pro-
prios liberos habent, vti dicitur in dicto §. fina. Institut. de pa-
tria potestate, his verbis, ius autem potestatis quod in libe-
ros habemus, proprium est ciuium Romanorum. Nulli enim
alij sunt homines, qui talem in liberos habeant potestatem,
qualem nos habemus. Qui igitur ex te & cæt. Et vlterius in-
quit ille historiæ veritatem ita habere Gallos omnes Roma-
nis principibus paruisse, & ius ciuitatis adeptos fuisse. Quin
Orosius Eutropius sane quisquis ille fuit, qui chronicon scri-
psit, ostenderunt Romam prius ab imperio desciuisse, ni-
mirum a Gothis captam, quam Gallias ipsas. Et sic, inquit
Longobardicus dispunctor, capta a Gothis Roma impe-
rij fides apud Gallos permansit. Neque se latere ait, quan-
tum nugarum hoc articulo recentiores quidam infarserint,
quas omisisse contestatur, ne chartæ dispendium faceret. De-
nuntior Longobardicū dispunctorem quod tantum olei iuioue
studij in componendis fabulis ridiculisq; facetijs consumpse-
rit. nisi

rit, nisi quod ridiculus ille non tantum vt recentiores rideret
Gallos, sed vt Gallicam seu Fräciam nationem totam suo in-
53 defesso risu rideret † Qui mox ad Francorum originẽ diuer-
tens a Scythis processisse & Germaniam esse eã sedes a Ma-
ximiliano & Diocletiano Imperatoribus in Neruijs & Treue-
ris impetrauisse, quos & Salios dictos fuisse, indeq; Salicam le-
gem nomen sumpsisse pertinaciter contestatur, direptaque a
Gotthis vrbe Roma legiones Romanas, quæ Rheno imposi-
titę erant, ad cohibendam tantam Gotthorũ multitudinem
quæ flumen transire conabatur, conuenisse, vt quas Romani
vrbes occupabant, retinerent, reliqua Gallia Gotthis relicta.
Inde Francos Gallos suis sedibus expellere cœpisse & occupas-
se, vnde Franciã originẽ traxisse, quorum Theudebertus rex
erat, qui Gotthos & Iustiniani duces superauerat & profliga-
uerat. Demũ Theudebertus minime propositi tenax (Lõgo-
54 bardicus ait) in Galliã reuersus est. † Quare Iustinianus opina-
tus Theudebertũ suorũ ducũ metu retrofugisse in Galliam,
Francicum se nominari voluit. Quo titulo indignatus Theu-
debertus cũ copioso exercitu Thraciã superare voluit, & By-
zantiũ vsq; penetrare, quẽ cita mors prohibuit. Quare (inquit
ille) Galli itẽ Franci, qui Neruiorũ & Treuerorũ loca tenuerũt
Romanis paruerunt, qui vero Rhenum traiecerant, & Fran-
cię nomen acceperant Romanorum hostes effecti sunt, suisq;
55 regibus solũ ceruices summiserunt. † Non esse prætermittẽ-
dam aliã eiusdẽ dispunctionẽ putaui, qua dixit Antoninũ Piũ
legẽ sanxisse, qua voluit omnes Romano Imperio subditos ci-
ues Romanos esse, idq; Paulũ iurecõsultũ annotauisse in l. in
orbe Romano. ff. de sta. hominũ. Et deprauatũ fuisse illius le-
gis textũ, cum in vulgatis codicibus legatur, in vrbe Romana,
non autem, in orbe Romano. Et ita in Hethruscis Pandectis
inueniri, quamuis vulgo, in vrbe Romana, lectum sit. Nec
quẽquam hãc nouitatem debere mouere, quandoquidẽ hęc
vox frequẽs est Spartiano Lamprydio & Marcellino. Hæc ab
eo dicta fuisse nemo non videt, vt ostẽderet Imperatorem or-
bis dominum esse, & Gallis mira inuidia detraheret. Et vt vbe-
riori rõne demõstraret, dixit se Romę vidisse quendã episco-
dum negantem Romanos in Gallia dominatos fuisse, quẽ (si-
cuti ad ridendũ facilis est) risisse ait. Tametsi posterior dispũ-
ctio a priore dissentanea sit, qua Accursium criminatus est in
l. item in potestate. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris dum in
ea Accursius dixerat, omnes imperio subditos ciues Roma
nos effectos fuisse. In hac enim nouissima immemor procedẽ
tis dispunctionis cũ Accursio sentit, rectęq; illius opinionem
in l. in orbe Romano. ff. de statu hominum probari, quam sic
legendam ait, non in vrbe Romana. Ob id legis verba transcri
bere non dubitaui, cum huic nostræ disputationi conuenire
opinatus sum. In orbe Romano qui sunt, ex constitutione di-
ui Antonini Pij ciues Romani effecti sunt. Cum igitur sic illa
lex legi debeat vt Longobardo placet, & sicuti ille ait, vniuer-
sus orbis Romanæ ditionis seu imperialis sit, inferre necesse
est, Gallos non tantum ciuitate donatos, verum etiam ius ci-
uium Romanorũ consequutos fuisse, & nõ modo Gallos, sed
& omnes Imperio subditos, & cõsequẽter cũ Gallis Francige-
nas, quos a Gallis distinguit. Cum Paulus iurecõsultus in illa
lege dicat, in orbe Romano qui sunt ex constitutione diui An
tonini Pij ciues Romani effecti sunt. Iura igitur ciuium om-
nes qui sunt in orbe Romano subditi consecuti sunt. Quod &
diffiteri ausus non est Longobardici dispunctoris verba recen
sebimus Cum igitur inquit, vt superius ostendimus, illud ius
ciuitatis plurimis nationibus & gentibus concessum esset, di-
uus Antoninus Pius lege lata sanxit, vt qui Imperio Roma-
no subditi forent, ciues Romani essent. Paulus iuris author est
in titulo de statu hominum. In orbe Romano qui sunt ciues
Romani ex constitutione eiusdem diui Antonini Pij effecti
sunt. Cuius verba aliæ suæ dispunctioni longe differunt, qua
dixit, Francigenas iura ciuitatis nunquam habuisse. Sed quæ
56 potest esse ratio † seu cur tam varium & diuersium, quod Franci
genę iura ciuitatis nũquã habuerint, cũ oẽs qui in orbe Roma
no erant, a diuo Antonino Pio ciues Romani effecti sunt. Cer
te nulla alia ratio coniecturari potest, nisi quod Francigenę
Imperio subditi non erant. Alioqui veluti Imperio subditi ci-
uitate donati fuissent, & iure ciuium assecuti, sicuti & alię na-
tiones & gentes quæ imperio subditę erant, quemadmodum
& de diuo Paulo scribitur Actuũ 22. qui & si Romæ natus nõ
esset, sed in Tharso ciuitate, quia tamen ciuitate donatus erat
iura ciuium se habere dixit, & ob id indẽnatũ flagellari nõ de
buisse. Quare quæ dispũctor circa hæc dixit, aperte inter se pu-
gnant. Non igitur verum esse potest, Antoninum Pium om-
nibus nationibus, & gẽtibus quæ sub cęlo sunt aut erant ius ci
uitatis donasse, omnesq; ciues Romanos effecisse, sed qui in
vrbe Romana erant, Romæ subditi ex constitutione diui Pij
Antonini ciues Romani effecti sunt. Et sic legi debet, & non
57 vt ille Longobardicus dispunctor opinatus est. † Nam & ve-
rum est nunquam Antoninum Pium orbis vniuersi dominũ
fuisse, neq; omnes gentes & populos illi paruisse, sicuti ille
in suis glossematis l. 1. C. de Summa Trinitate & fide catholi-
ca plane cõfessus est, vt mox abundantius ostendemus, quic-
quid Antoninus Pius in l. deprecatio ff. ad legem Rhodiã de
iactu de seipso indigne testari voluit, sed ductum ea opinione
fuisse, qua & Iustinianus qui Fräcicum nomen assumere nõ
erubuit, quemadmodum dispunctor meminit, quod arbitra-
retur Theudebertum regem suorum ducum metu in Galliã
fugisse. sic Antoninus vt rhodijs publicanis terrori esset, se or-
bis dominum & maris legem esse prædicauit, neq; alijs legi-
bus quam suis viuendum esse antiquatis omnibus alijs legi-
58 bus, quocunq; vsu aut consuetudine obseruatæ fuerint. † Li-
cet Hyspania quæ expilationibus & piraticis incursionibus illu
dere, solet pariter Roma tota deniq; illi finitima prouincia, q̃
huiusmodi latrocinijs plena est, vt post Lucam de Pen. in l. 1.
C. de nauicula. lib. 11. commemorauimus. A quibus neque ius
neque iustitia a quoquam haberi potest, antiquata seu oblite-
rata Antonini lege Rhodiam legem amplectuntur, omnia in
prędam, non tantum eorũ, quæ naufragio amissa sunt, sed &
quorunciq; bonorũ quæ mercimoniorũ causa portantur, di-
ripiunt, furantur, & expilant vectoribus trucidatis, & tyranni-
ce, & plus quã barbaro more tractatis, vt inquit l. vnica in fi. C.
de emẽda. seruo. Ista sunt Italiæ & Hyspanię iura. Et postquam
Lõgobardico dispunctori placuit, legem illam in orbe Roma
59 nõ legi, nõ in vrbe Romana. † Quero videamus quisnã sit ille
orbis Romanus. Ex Cornelio Tacito in libro de moribus &
situ Germanorũ intelligemus, cuius verba ex capite sui libri
excipimus, vtiq; inquit, sic dixerim aduersus Oceanũ raris ab
orbe nr̃o nauibus aditur. Quis porro pręter periculũ horridi
& ignoti maris Asia aut Africa aut Italia relicta Germaniam
petere informem terris, asperam celo, tristem cultu aspectuq;
nisi sic patria sit, Non igitur orbis Romanus capax est cõpre-
hendere vniuersum terræ ambitum, neq; alias a Romana pro
uincias. Simili elocutione Iustinianus vsus est in l. vnica. §.
sinautem post commissum. C. de raptu virginũ. ibi, in prouin-
cijs aũt tam viri eminentissimi præfecti prætorio per Illyricũ
& Africam qua magistri militum per diuersas orbis nostri re-
giones &c. & in l. vnica in principio. C. de caducis tollendis. ibi
necessarium duximus patres conscripti, in pacificis nostri im-
perij temporibus ab orbe Romano recludere, vt quod belli ca
lamitas introduxit, hoc pacis lenitas sopiret. Et si legenda est
illa lex, in orbe Romano, quemadmodum pertinaciter voluit,
& in Hethruscis Pandectis sic legi dicat, quas pro arbitrio ad-
tinit & improbat Triboniani ignorantia accusata, vt in l. eadẽ.
§. Cato. ff. de verbo. obliga. annotauit, non posset illa l. in orbe.
alios populos comprehendere, quam Romanos, & qui finiti-
mas incolunt prouincias, vt ex Cornelio Tacito & Iustiniano
60 legere licet § fi. in auth. vt liberti de cætero collatione. 6. † Nõ
tamen prætermittam, quod idem Cornelius Tacitus in libro
suorum annalium 11. scripsit. dum ait, Gallos comatos a Vitel
lio, & L. Vipsano consulibus fœdera & ciuitatem Romanam
assecutos fuisse. Et cum de supplendo senatu ageretur, ius cõ-
sequendorum seu adipiscẽdorum honorum ob id eos petiuis-
se. Et legat apud Tacitum vnusquisq; sedulus lector causas,
quę Romanos dissuadebant, ne Gallos in senatu admitterent.
61 † Sed nulli dubium esse potest, Heduos & reliquos Gallię Cel
ticę incolas ciuitate donatos fuisse, vt ex Cæsare in 6. libro bel-
li Gallici legi potest, & inferius explicabimus. Quare Accur-
sius argui non debuit in l. item in potestate. ff. de his qui sunt
62 sui vel alieni iuris. † quoniam verum est Francigenas non eo
modo neque sub eadem forma filios habere in potestate, q̃ in
d. §. fi. Institut. de patria potesta. posita est. Licet dispunctor di-
cat in posteriore dispunctione Gallos principibus Romanis
paruisse, & ius ciuitatis adeptos fuisse, non autem Francige-
nas. Non igitur verum est, omnes, qui in orbe Romano erant,
63 ciues Romanos effectos fuisse. Restat aliud videre † an Fran-
cigenæ alij sint populi a Gallis, quod palam fatetur ille, quos
a Scythis processisse dicit, & eos qui Neruiorum & Treue-
rorum loca tenuerunt Romano Imperio paruisse ait, eos, qui
traiecto Rheno cum tota gente sua Gallos a suis sedibus ex-
pulerunt, & Franciæ nomen dederunt, Romano imperio ho-
64 stes facti sunt, alios non esse a Gallis dicit. Qui † autem impe-
rio Romano obediebant, ciues Romani ab Antonino Pio fa-
cti sunt, iura ciuium Romanorum sunt consecuti d. l. in
orbe. qui vero sub Romano Imperio non erant, ciues facti
non fuerunt, quia subditi imperio tantum hoc beneficium
sunt ab eo assecuti. Et idem declarat Iustinianus in §. fin. in
authent. vt liberti de cætero. collatio. sexta. dum ait. Sicut enim
Antoninus Pius cognominatus ius Romanæ ciuitatis prius
ab vnoque subiectorum petitus, & taliter ex his, qui vocan-
tur peregrini, ad Romanam ingenuitatem deducens ille
hoc omnibus in commune subiectis donauit. Et non mul-
to post ait, Sic etiam nos hoc videlicet regenerationis & au-
reorum annulorum ius vnicuiq; petentium datum & damni

& scrupulositatis præbẽtem occasionẽ, & manumissorẽ indigẽtem authoritate omnibus similiter subiectis ex hac lege damus. Iustinianus enim recte testatur Antonium Piũ subiectis tm̃ suis hoc in commune beneficiũ concessisse, non subiectis autem non concessisse. Similiter nec Iustinianus illius exem-
65 plum imitatus. † Quia palam est orbem vniuersum quẽ oriẽs & occidens, meridies & septentrio concludunt, non cõtineri, sed orbem Romanũ, qui ciuitate Romana & alijs Italiæ prouincijs continetur. ꝙ & Orosius probat libro tertio. c. 8. cuius postea mentionem faciemus, dum in ea parte, ait, cognoscere faterique Romani coguntur pacem totius mundi & tranquillissimam serenitatem, quæ nato Christo contigit non magnitudine Cęsaris, sed potestate filii, qui in diebus Cæsaris apparuit, extitisse, nec vnius vrbis impatori, sed creatori totius orbis vniuersi orbẽ ipsum & generali cognitione pacasse. Reliqua inferius transcribentur. sic vrbis non orbis vniuersi imperatores sunt, vt Orosio placet. Non igitur Gallos seu Francigenas cõprehendit. Alioqui s̃m dispunctorem ciues Romani effecti fuissent, atque ob id iura ciuium Romanorũ ẽt in filios conse-
66 cuti. ꝙ inficiatur ille. † Fateri igitur necesse habet orbi Romano seu Romanę vrbi Francigenas subditos non esse. & hac ratione Accursium in l. item in potestate. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. recte ciues Romanos dixisse omnes subiectos imperio, & Francigenas filios non habere in potestate, quia ciues Romani effecti non sunt, cum imperio subiecti non erant. Alioqui s̃m dispunctorem, si imperio Romano subiecti fuissent, ciues Romani constitutione diui Pij Antonini effecti extitissent, quemadmodum nouissima dispunctione confessus est, sed verius in hoc dixit Accur. quam dispunctor Longobardicus. Ex his videri põt recentiores nec dũ breuitate, sed varietate delectari, quid autem in hac re sentimus, declarabimus. Sed cum multis commentitijs fabulamentis, non tantũ Gallicum episcopum & recentiores doctores Gallicos, verũ etiam Gallicum ipsum nomen & Gallicam seu Franciam gentem ridere & illudere non vereatur, existimauimus incongruum non esse ridiculas fabellas, quas recensuit, & in quibus scribendis multum studium multaque chartas inaniter consumpsit, commemorare. Aliam suarum dispunctionum huic nostræ
67 disputationi conuenientem prius recẽsere rati sumus. † In qua ne quæsitus ab eo color non incõcinnis lectoribus videretur, liberiusq; Gallis conuiciari posset, Baldũ & Iasonem iterum in reatu pariter constituit in l. 1. C. quæ res exportari non debe. Quippe qui illius legis argumento dixit Baldum existimasse eum, qui lege municipali annonam in aliam ciuitatem deferre prohibetur, si aliquam portiunculã vel gustus causa deportet, penę legis obnoxium esse. Idq; Iasonem negasse non alia ratione, quam quod penas mitissime interpretari iustum sit. Cuius sententiam secutus fuisset, sicut ille ait, nisi legis verbis Baldum admiratum docuisset. Cæterum legis rationem spectandam esse, quæ alia non est, quam ne eius liquoris gustu admoniti Barbari arma in Romanos & Italos conuertant. Ideo eo
68 eas regiones armis [illegible] studeant. † Nam, inquit, qui primi Gallorum in Italiam venerunt, hoc gustu allectos grauissimi authores tradiderunt. Liuius maxime libro quinto [illegible] inquit, Gallorum traditur fama dulcedine frugum, [illegible] noua tum voluptate captam alpes trãsisse, & [illegible] in Gal-
69 liam vinum illicientes gentis causa. † Quasi vinũ solum gustus causa, non oleum neq; alius liquor, non frumentum, non hordeum, & cętera hmõi sub annonę prohibitione cõtineantur. Cui l. 1. C. quæ res exportari non debe. non conuenit, sed omnino contradicit, vt ex eius lectione videre licet seu quod Gallia vini copiam id temporis non habuerit, vel quod verius puto, quia existimat Longobardicus dispunctor Gallicam gentem plus Longobardica vini appetentem esse, sitq. nostrę genti plus Longobardicę vel Italicę innatũ potationis vini vel ingluuiei vitium, hac ratione Volaterrani fretus indulgentia in tertio suæ geograph. lib., totam annonę vini in vinũ contorsit.
70 Cęterũ ꝙ † non vini potatione Galli ad penetrãdam non modo Italiam sed Europam totam, Asiam & Africam allecti fuerint easve sibi obedire, & leges quas vellent, recipere coegerint, nullo Francorũ seu Gallicorũ scriptorũ desiderato suffragio, sed extero & tuæ gentis Longobardicæ, tametsi Barbaræ, testimonio ostendemus, ne forte dicatur, quemadmodũ quidam Gallicus doctor Narbonensis in repet. l. vnicę. C. de sent. quæ pro eo quod inter. profer. scripsit patriæ fauorem locũ, carnem, & sanguinem ad id nos mouere seu mutare. Ob id in hac re non pudebit illorum testimonia vt in multis verbatim transcribere, ne ex nostro quicquam adiectum esse videatur. Verũ
71 † prius quam ad institutum declinemus. existimauimus incõgruum non esse aliqua quæ de veritate Romanorum scriptorum, qui Romanarum rerum historias scripserunt recentere. In primis Ciceronem in Bruto seu de Oratore. Licuit, inquit Cicero, semper rhetoribus & in historijs mentiri, vt aliquid dicere possint argutius. Ipse enim familiæ suę quasi ornamenta ac monimenta seruauerũt ad memoriam laudum domesticarum & ad illustrandã nobilitatẽ suam, atq; ob id his laudationib. historia Romanarũ rerum facta est mendosior, multa scripta sunt in eis, quę facta non sunt, falsi triumphi, plures cõsulatus, genera ẽt falsa, & ad plebem transitiones, cũ homines humiliores in alienũ eiusdem nominis infunderentur genus. Et Polybius in 1. de Platio & Fabio antiquis Romanorũ rerũ scriptorib. ait Platium & Fabium, qui de bello Romano cum Carthaginensib. scripserunt, quod non parũ a vero deflexisse videantur, imitari non putauit, quãquam, inquit, illos de industria mentitos esse, non ausim dicere. Etiã puto vt amantes cõsueuerunt suorũ beneuolẽtia deceptos. Et Põponius Mela in Gallię Teopographia ait, Graijs nostrisq; ẽt authorib. veri ne an ignorantia an prudẽtib. ẽt mendacijs libidine visum est tradere posteris. Huius rei testis est Polybius in primo dũ de Pichea loquitur, qui de Tyberio Graccho scripserat trecentas vrbes in Celtiberia euertisse. Id Tyberij gratia ritusq; comico dictum fuisse, Ab eoq; turres pro vrbibus appellatas fuisse, vt in triumphalib. pompis mos est, inquit Polybius, Cum imperatores & rerũ gestarum scriptores vt ornatiora efficiant negotia ad hoc genus mentiendi efferuntur. Nam qui vrbes Hispanas supra mille fuisse prædicant, huc deduci videntur, vt ingentes vici oppida nominẽtur. Haud enim agri illius ingenium tam multas capere valet vrbes, tum quod sterilis sit & alienus a Romanis moribus, & immansuetus. Cui Orosius lib. 4. ca. 15. consentit fallaciasq; huiusmodi scriptorum adulationes appellat, dum laudes accumulare virtutemque patriæ extollere, vel præsentib. vel posteris student, neque tacẽdus est Herodianus Angeli Politiani in vita Marci imperatoris, inquit ille, Qui res antiquas posteris prodiderũt, veteremq; historię memoriam renouare literis studuerunt, ei magna ex parte dum famã eruditionis affectant, nomenque suum conantur ab iniuria obliuionis asserere, minus sane multum in veri peruestigatione, quã in exornanda componendaq; oratione industriam posuerunt rati. [illegible] neque si quid in reb. a suo sęculo remotissimis falsi proderetur, posse refelli, & se tamen suauitate narrationis amplissimũ laboris ingenijque sui fructum percepturos, alij vero priuatis inimicitijs tyrannorumq; odio prouecti aut in laudes principum, ciuitatũ, priuatorumq; hominũ immodicis assentationibus effusi tenues per se res atq; humiles scribendi artificio longe supra veri fidẽ sustulerunt. Sic dispunctor ille vt Panegyricũ suis, satyram alienis ad Pichęę imaginẽ fabulamenta quædam ex Liuio abiecta historiæ veritate, ꝗ Liuius ipse eodẽ in libro & loco ab vrbe condita recensere non est veritus, prudens an imprudens consulto tñ omisit, in hoc Pichęę similis. Sicuti post Polybium Strabo in 4. scribit. Strabonis verba hæc sunt, Congredientib. Scipioni Massiliensib. neminem tẽ memoratu dignam cum a Scipione Picheas interrogaretur referre potuisse, neq; de Britannia, neque de Narbone, neque de Corbilone, quæ oĩum eo tractu vrbium celeberrimę erãt, tanta sane, inquit Strabo authore Polybio, qui Pichęę fabulamentorũ memoriam fecit, Picheas mentiri ausus est. Nõ dissimile exemplum huic Robertus Gaguinus in Francis annalibus de Petrarcha commemorauit. Petrarcha enim in suis epistolis dum Belgas peragrasset, & Arduennam tantæ magnitudinis syluam Lugdunum petens pertransisset, nihil illo tractu se vidisse præter superstitiosa quædam Agrippinensium fœminarum, & turpem de Carolo Magno fabellam accepisse, quã præteriuisse dignum erat, ne tanti imperatoris claritati fuliginem induceret. Sed nec apud Parisios quicq̃ esse, quod laudaret, nisi quod ipsius authorẽ fuisse Iulium Cæsarem accepisset
72 quod plane falsum est. † Erat enim in Gallicis supra quingentos annos Lutetia Parisiorum extructa. Cuius etiam ipse Cæsar pluries in suis commentarijs meminit, situmq; eius in sexto belli Gallici describit. Quamobrem Pichęę similem nemo non dicere potest, tam placet de reb. & populis exteris sine rubore mentiri, ne suę gentis aut natalis terrę titulis derogare videantur. Sic illi tam inuisum est Francicum seu Gallicum nomen, quãq̃ multa ab eo beneficia acceperit, vt imposturas non a Lõgobardica fece deuiantes, vt Lucę de Pen. vocabulo vtar in Gallici nominis ludibriũ fabulas & nenias effingere nõ erubuerit & trimos Gallos nominare non dubitauerit, veluti Gallia & gens ipsa Gallica non nisi obscena & ab omni mansuetu-
73 dine aliena producere possit. † Ad tollendam eius Barbaram seu Longobardicã inuidiam mihi satis erit Strabonis verba in quarto, transcribere. Vniuersa, inquit, natio, quã hæc ætas Galliam, seu Gallaticam nominat, Martis studio & animorum ardet impetu conserendę pugnę alacritate impigra, alioqui simplex, & nulla morum malignitate degens. Ea propter si quis eos irritet, adunati pugnas pariter ineunt, aperti quidem, nihil præmeditati, vnde contra se militare volentib. mansueti atque tractabiles fiunt. Nam quo in tempore, quo in loco, quaq; occasione quisquã illos lacesserit, eos in discrimẽ paratos habuit præter vim & audaciã nullũ ad prælia ferentes adiumentũ. At

enim

enim persuasione adducti vtilitati facile cedunt. Vnde ad stu-
dia, ad disciplinas animos applicant. Ex corporum autem ma-
gnitudine ipsa vis inest, ex gentiũ vero multitudine in vnũ ex
facili frequẽtes cõueniũt simplicitate atq; rigore attracti pro-
pinquis maxime cõdolẽtes, quos per iniuriã violatos viderint.
74 Non isti † sunt Longobardici mores, nõ gentis illius tam bar-
bara tamve effera cõditio, cuius pallor in ore sedet, macies in
corpore toto. Tacebimus blasphemias etiã hæreticas, ciuilia
huius gentis bella, Guelphorum & Gibellinorũ, quorũ extãt
tractatus a præclaris viris facti, qui huiusmodi pestẽ deplorãt,
vitia tũ alia quæ illis a natura germana sunt & relatione indi-
gna. Satis erit Ciceronem in hac re in lib. 1. epistolarũ ad Atti-
cũ cõmemorare. Iam vero, inquit, O dij boni rem perditã etiã
noctes certarũ mulierũ atq; adulescentulorũ nobiliũ introdu-
ctiones nõnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerũt. Po-
stremo ex vita suorũ tyrannorũ (quos Imperatores vocant) in-
telligi poterit. Missa ẽt faciamus, quæ Robertus Gaguinus in
vita Serenissimi Ludouici duodecimi Francorũ regis scriptũ
75 reliquit, ne probris certare videamur. † Et vt institutũ prose-
quamur, in confesso est, Liuiũ in 5. ab vrbe condita, ea quę ille
cõmemorauit de Gallis scripsisse, quæ recẽsere cõueniens ar-
bitratus sum, vt intelligatur, qua arte quove cõmento Lõgo-
bardicus dispunctor vsus fuerit. Verba Liuij sunt, quæ trũcate
transcripsit: Eam gentem traditur fama dulcedine frugũ, ma-
ximeq; vini noua tum voluptate captã alpes transijsse, agrosq;
ab Hetruscis ante oculos possedisse, & inuexisse in Galliã vinũ
alliciendę gentis causa Aruntẽ Clusinũ corruptę vxoris ab Lu
cumone, cui tutoris fuerat, ipso prępotente iuuene, & a quo ex
peti pęnæ, nisi externa vis quæsita esset, nequirẽt. hũc transeũ-
tibus alpes ducem authoremq; Clusiũ oppugnãdi fuisse. Hęc
sunt quæ Liuius famæ & tabulæ tribuit, eodem pene Plutar-
chus in vita Camilli cõmemorauit, quæ, vt breuitati inseruiã,
omitto, maxime cum Plutarch. in multis a Liuio discrepet,
vt mox ostendemus. Et cum dispunctor, quæ famæ tabulæq;
Liuius, & Plutarchus tribuerunt, transcribere curauit, veram
aũt historiæ narrationẽ q̃ Liuius eodẽ libro & loco scripsit,
omiserit, illa dispunctori opponere existimaui, vt veritati fabu-
la cedat. Verba Liuij sunt, Equidẽ, inquit Liuius, haud abnue-
rim, Clusiũ Gallos ab Arunte seu quo alio Clusino adductos,
sed eos, qui oppugnauerint Clusiũ, non fuisse qui primi alpes
trãsierint, satis constat. Ducẽtis quippe annis antequã Clusiũ
oppugnarent vrbemq; Romã caperent. in Italiã Galli transcẽ
derant. Nec tũ his primum Aethruscorum, sed multo ante
cũ his q inter Apẽninũ alpesq; incolebãt sępe exercitus Gal-
76 lici pugnauere. † Thuscorũ ante Romanorũ Imperiũ late ter
ra marisq; opes patuere. mari infero superoque quibus Italia
modo insulę cingit, quantũ potuerint nomina sunt argumen
to, q alterũ Thuscũ cõi vocabulo gentis, alterũ Adriaticũ ma
77 re. Et haud multo post Liuius ait, † De transitu in Italiam
Gallorũ hęc accepimus, Prisco Tarquinio Romæ regnante
Celtarũ, quæ pars Galliæ tertia est, pęnes Bituriges summa im
perij fuit. Ij regem Celtico dabant. Ambigatus is fuit virtute
fortunaq; cum suarũ publica præpollens, quod Imperio eius
Gallia adeo frugũ hominũq; fertilis fuit, vt abundans multitu
do vix regi videretur posse. hic maior natu ipse iam exonera-
re prægrauante turba regnũ cupiens, Bellouesum, & Sigoue-
sum sororis filios impigros iuuenes missurum se esse, in quas
Dij dedissent augurijs sedes ostendit, quantũ ipsi vellẽt nume
rũ hominũ excirẽt, ne qua gens arcere adinuenientes posset.
Tum Sigoueso sortibus dati Hercynei saltus, Belloueso haud
paulo lętiorẽ in Italia viam Dij dabant. Is quod eis populis abũ
dabat, Bituriges, Aruernos, Senones, Heduos, Ambarros, Car
nutes, Aulercos exciuit. profectus ingentibus peditum equi-
tumq; copijs in Tricastinos venit. Reliqua forte commemora
78 bimus. Non ergo † Gallia (teste Liuio) frugum inops fuit, sed
abundans, non etiam verum esse Aruntem Clusinum Gallos
vini dulcentis in Italiam introduxisse, sed regni regnandive cu
pidine ducentis & pluribus ante annis qua Clusinus quisquis
sit Arũs vel alius in rerum natura esset ab Ambigatus Bituri-
gum rege Bellouesum ex sorore nepotem bonis auibus & au
gurijs vt in Italiam transitum faceret, missum fuisse, virtuteq;
Gallica Italiam penetrasse vsq; Romam, mox Asiam & Afri-
cam, vt paulo post explicabimus. Cęsar etiam in secundo li-
bro belli Gallici ait, Suessiones Gallos aliosve finitimos popu
los agros habere fertilissimos vineasque illis frequentes esse.
Plinius libro naturalium historiarum 3. c. quarto de Narbo-
nensi Gallia sic scribit. Iuribus agrorum, cultu virorum, mo-
rumq; dignatione, amplitudine opum nulli pronunciarum
postferenda, breuiterq; Italia verius quam prouincia. Quod
autem Galli nõ vini appetitu sed virtute moueantur, testimo-
nium affert Cęsar de Belgis in secundo lib. belli Gallici. Ver-
ba Cęsaris sunt, Nullum ad tum esse ad eos mercatoribus, ni-
hil pati vini reliquarumq; rerum ad luxuriam pertinentiũ in-
ferri, q his rebus relanguescere animos eorũ, remitti virtutẽ
existimarent. Nec dissimilia sunt ea quę Geruasius Celeberiẽ-
sis, de distinctione Galliarũ scribens in secũda sui operis diui-
sione dixit, Sunt & Bellouagi seu Bellouaci, & Suessionis,
sunt & Neruij, quorũ indomita feritas prædicat, vt nunq̃ vsq;
ad tẽpora Iulij Cęsaris mercatores ad se admiserint, vina cęte-
raq; venalia deferre, quibus inducta iucũditas torporẽ virtutis
afferret. Non igitur vini odor, sed virtutis sapor Galios in Ita- a
liam vocauit, cum in finitimus Belgarum agris vini vsus inco-
gnitus non esset. Alioqui in suis mercatis afferri nõ prohibuis-
sent. Cuius enim fertilitatis reliqua Galliarũ pars sit satis ex Cę
sare in pluribus suorum Cõmẽtariorum partibus videri põt.
79 † Omnibusq; notũ est, quantũ ferax sit Gallia tota, cuiusve fru
galitatis & cõmoditatis, vt non tantum sibi, sed exteris natio-
nibus sufficiat, tanta quippe est vini copia, vt ad exteras ẽt bar-
baras nationes vinũ Gallicũ deferatur, quanta frumenti abun- b
dantia aliarumve rerum, quę ad hominũ vsum necessarię sunt
me tacente omnesve nationes, quę sub cœlo sunt, ab oriente
ad occidentem, a meridie ad septentrionẽ intelligunt. Sed nec
prætermittendum est, quis ille Aruns seu Clusinus alterum
Ambigatus ex sorore nepotẽ Sigouesum nomine eodem im
petu ad Hercinios sinus debellãdos inuitauit, & omnẽ deniq;
Germaniã, Scythiã, Daciã, Dalmatiam, Pannoniã reliquasve
septentrionales plagas occupandas & subigendas impulit. An
vini sapor cuius ille prouinciæ expertes sunt, nihil prorsus ri-
diculosius dici aut legi seu verius somniari potest, vt mox ostẽ
80 demus. Ad Bellouesum reuertamur. Quod etiam † non vini c
appetentia seu ingluuies, sed virtus Gallos excitauerit alienas
sedes inuadere & occupare, suisq; legibus & moribus barba-
ras nationes viuere, vrbes fere omnes Italiæ, Pannoniæ & Il-
lyrici quę a Belloueso & Sigoueso, & Gallis qui Prisco Tar-
quinio Romæ regnante Italiam, Asiam & Africam & vniuer
sum septentrionem penetrauerunt, quibus singula nomi-
na dederunt, Italia maxime huic rei testimonium præbet. In
primis fusis Thuscis haud procul flumine Ticino in agro In-
subrium quem pagi Heduorum nomine vocari intellexerant
omnem sequẽtes Mediolanũ vrbẽ cõdiderũt, testis est Liuius
in 5. ab vrbe cõdita. Et Geruasius Celeberiẽsis 2. diuisione, ti-
tulo, de Italia ait, Galli dũ Italiã inuasissent Citanum alias Ti-
cinum & Mediolanũ, Bergomũ, Brixiãq; construentes Cisal-
pinam Galliam dixerunt. Strabo Mediolanũ a Xantonibus
Gallis denominatũ fuisse, ait, cũ apud Xãtones oppidũ sit ad
Oceanũ vergens qđ Mediolanum appellatur. Sabellicus in 4.
Aeneadũ ab Aulercis, quos Lexouios seu Algios nostra ętas
appellat prouincię Normanię, qui illorũ socij fuerant, constru
ctum & nũcupatum fuisse ait, q in Belgis vrbẽ eo nomine ha
beant. Sed Aulerci Belgicam Galliã non incolunt, sed Celti-
cam Sequane fluuio proximam & cõterminam. Aliqui vero
illos Turonensi prouincię tribuunt. Alij, quibus contentio,
Mediolanum a Mediolano oppido, quod in Bituricensi agro
est, idq; Magdunũ nostra ætate appellatur, nomen sumpsisse
dicunt, quod & Roberto Guaguino in vita Chilperici placet.
81 Mouet, q † Bellouesus dux & Imperator Gallici exercitus, &
qui eo transita non modo Italiã & Romã ipsam domuit, ve-
rum etiã vniuersam Asiam & Africam subegit, & obediẽtes d
fecit, vt ex Trogo, Iustino & alijs historiarũ scriptoribus com
probabimus, Biturix erat. Quare facilius credendũ esse puto
vt primã vrbẽ ab eo cõditam post superatos Thuscos, quorũ
erat Italię imperiũ, vt ex Liuio in 5. ab vrbe cõdita commemo
rauimus, ab eo oppido, qđ suæ gentis natalis soli erat, Medio-
lanum denominari voluerit, vt sui nominis suęq; gentis per-
petuã apud Insubres memoriam relinqueret. Nec verum esse
a portẽto quodã nomẽ assumpsisse a lanata sue, qm̃ id fabulę
potius, quam historię Liuius alij deniq; scriptores tribuunt.
82 Prætereundum non est, † tũ Mediolanum & Ticinum, quæ
& Papia nomẽ habet, sed etiam Bergomum & Brixiã, Vero
nam, Comum, Vincẽtiã, Tridẽtum, Placentiã, Senas, Forum
Iulij, Forum Põperij, Pentapolim, & pleratq; alias ciuitates a
Gallis tunc ædificatas nomen a constructoribus accepisse, te-
stes sunt Liuius in quinto, & Plutarchus in vita Camilli, Iusti-
nus in trogo, lib. 20. cuius verba transcribere indignũ non exi-
stimaui. Ijs aũt Gallis, inquit causa in Italiam veniendi sedesq;
nouis q̃rendi intestina discordia & assiduę domi dissensiones
fuere, quarũ tędio cũ in Italiam venissent, sedibus Thuscos
expulerunt, & Mediolanũ: Comum, Brixiam, Veronam, Ber-
gomum, Tridentum, Vincentiã cõdiderunt. Et 24. lib. idem
Iustinus ait, Sed nec Ptolęmeo inulta scelera fuerunt, quippe
dijs immortalibus tot periuria & tam cruenta parricidia vin-
dicantibus breui post a Gallis spoliatus a regno, captusque vi-
tam ferro, vt meruerat, amisit. Namq; Galli abundãti multitu
dine, cum eos non caperent terrę, quæ genuerant, trecenta ho
minũ millia ad sedes nouas quærendas veluti peregrinatũ mi-
serunt, ex his portio in Italia cõsedit, quæ & vrbẽ Romã incẽ-
dit. & per Illyricos sinus ducibus auibus (nam augurandi stu-
dio Galli preter ceteros callent) per strages Barbarorum pe-

netrauit, & in Pannonia cõsedit, gens aspera, audax, bellicosa,
quæ prima post Herculem, cui ea res virtutis admirationẽ &
immortalitatis fidẽ dedit, alpium inuicta iuga & frigore intra-
ctabilia loca transcendit, hortãte deinde successa diuisis agmi-
nibus alijs Greciam, alij Macedoniam oĩa ferro proterẽtes pe-
tiuere, tantusq; terror Gallici nominis erat, vt etiam reges non
83 lacessiti vltro pacem ingenti pecunia mercarentur. Et † Padus
a Gallis nomen accepit, vt Cato in libro originum scribit, dũ
ait, ab Insubrium rege nomine Medo audacte Mediolanũ no
men seruat Padus antea Duce Coloniarum Eridano sed & a
profunditate Bootugon ab Hetruscis & Boutygon a Liguri-
bus, & a cerea arbore picea Gallicę Padus nũcupatur. Et mox
alia multa de Senogallia & Rauenna quæ Gallia Flamminea
& Gallia Togata dr̃, scribit, quæ quisq; apud Catonẽ videre po
84 test. † Cum ẽt multa fabulamenta de vrbis obsidione & incen
dio Capitolij, & Camilli aduentu, & vrbis liberatione, quam
non pretio pace mercata, sed Martę Camilique virtute conti-
gisse Liuius, Plutarc. & pęne oẽs rerũ Romanorum scriptores
tradunt ab exteris studiose detrahentes, vt suis insigniora faci-
nora, falsa tñ tribuant, ad quorũ inuidiã coercẽdam arbitratus
sum in hoc tacendam non esse Aetolorũ mĩsione Romanorũ
legatis factam, vt ex ea nemo non videat & intelligat non Ca-
milli virtute, sed pretio pace a Gallis redempta vrbem cũ Ca-
pitolio obsidione liberatam fuisse, dum Archananes a Roma-
nis auxiliũ aduersus Aetolos postularet, q̃ ex Iustino lib. 20. ex
85 cepimus, verba Iustini sunt. † Sed Aetoli legationẽ Romano-
rũ superbe audiuerunt, Pęnos illis & Gallos, a quib. tot bellis
occisione sunt cęsi, exprobrantes, dicentesq; prius illis portas
aduersus Carthaginẽses aperiendas, quas clauserat metus Pu-
nici belli, q̃ in Gręciam arma transferenda. Meminisse deinde
iubent, quib. minentur, aduersus Gallos vrbem suam eos tueri
non potuisse, captãq; non ferro defendisse, sed auro redemis-
se. Quã gentem se aliqñ maiore manu Gręciam ingressam nõ
solũ nullis exteris viribus, sed nec domesticis quidẽ tectis adiu-
tos vniuersam delesse, sedẽq; sepulchris eorũ præbuisse, quam
illi virib. imperioq; suo proposuerant ꝓ Italiam trepidis ex re-
cẽti vrbis suę incendio Romanis vniuersam ferme a Gallis oc-
cupatã. Prius igitur illos Gallos Italia pellendos, quã minẽtur
Aetolis, prius sua defendenda q̃ aliena defendi appetenda. Et
Polybius in primo suę historię lib. idẽ cũ Iustino sentit. Verba
Polybii sunt, Galli vero Romam Capitolio duntaxat excepto
occupabant, quo tpe Romani percusso cũ Gallis fędere, & prę
ter spẽ recuperata iterũ libertate cũ finitimis bella gesserũt. Et
Plutarch. in lib. de fortuna Romanorũ idem cũ Polybio testa-
tur. Gallos, inquit, accepto nuntio vt se domestico bello finiti
mis Barbaris per occasionẽ ac solitudinem fines eorũ ingressis
omniaq. armis obtinentibus, facta cũ Camillo pace digressos,
ne tũ quidem in disceptationem venit Romanis fortunã salu-
tis cãm attulisse, quę pe detrimentem hostes aut ẽt Roma nec
opinato mõ cauerint. Tametsi quod tãts dignũ operę pre-
tium circa hæc diutius immorari, quæ nihil certi explorative
habent. Nam, in primis Prisca Romanorũ gesta corrupta, vt
Polybius tradit, contaminataq; commentarijs multa rerũ obscuri-
86 tate inuoluta sunt. Et † Valerius libro quinto de pietate erga
patriam, cap. de dominis seruorum & centenomib.
& matronis Romanis loquens sic ait, Simulatq; audierant
mille pondo auri quę Gallis pro obsidione Capitolij promissa
debebantur earũ cultu expleta. Itaq; & proprio ingenio, & exẽ
plo vetustatis admoniti nulla sibi iure cessanda existimauerũt.
Et Iustinus de Massiliensibus lib. 43. sic scribit. Pacta pace & se
curitate fundata reuertentes a Delphis Massiliensium legati,
quo missi munera Apollini tulerant, audiuerãt vrbem Romã
a Gallis captam incensamq; quam rem nunciatã domi publi-
co funere Massilienses prosecuti sunt, aurumq; & argentũ pu-
blicum & priuatum contulerunt ad explendũ pondus Gallis
a quib. redemptã pacem recognouerant. Ob quod meritũ &
immunitas illis decreta, & locus spectaculorũ in senatu datus,
& fędus equo iure percussum. Lazardus Celestinus non est in
ficiatus historiographum quendam Romanum scripsisse Gal
los, vt Romã ab obsidione liberarent, premium mille librarũ
auri consecutos fuisse, nec mora diuersis agminib. alios Græ-
87 ciã, alios vero Thraciam petijsse, † & tanti nominis in Oriente
Gallos fuisse, vt reges Orientis non sine Gallis bella gererent.
Et huic rei Gallogrecia testimonium affert quæ a Gallis Græ-
cię imperantib. nomen accepit. Nisi hæc nominis posteritas re
88 mansisset, facile eis esset virtuti Gallorum detrahere, † sed &
nomina prouincijs & vrbibus & oppidis a Gallis imposita no-
lint velint rei & histor. veritatem indicant. Nam & Senogal-
lia vel a Senonibus vel senibus Gallis adhuc nomen retinet.
89 Venetiarum etiam ciuitas teste Strabone a Venetis Britoni-
bus Gallis primum edificata est. Hos, inquit Strabo Venetos
esse opinor, a quibus Veneti sinum colentes Adriaticũ in Co-
loniam deducti sunt. Reliqui enim fere omnes in Italia Galli
a transalpina Gallia cõmigrarunt, sicuti Boij & Senones. Non

nulli ẽt a Venetis Gallis, qui Arelatensis sunt prouinciæ pro-
cessisse affirmant. Huius rei testimoniũ esse cẽt, ꝙ pleręq; ciui
tates Italiæ & oppida eadem nomina retinent, quæ illius Arela
tensis prouinciæ ẽt id temporis habere noscuntur. Huic rei fi-
dele affert testimoniũ Gallorum responsum, qui id temporis
Adriam incolebant, qui ad Alexandrũ Magnum missi erant,
dum eos comiter Alexander excepisset, & in percelebri conui
uio interrogasset, quid illud esset, quod potius pertimescerẽt,
existimans de seipso responsuros, dixerũt, nihil aliud quam ne
cęlũ super eos corrueret. In qua Alexander sua opinione delu
sus est. Hęc Strabo, quę Petrus Crinitus, lib. 4. c. 14. trãscripsit.
90 Non est tacenda † Mithridatis oratio, quam ad suos milites ha
buit, dũ eos ad Romana & Asiatica bella incitabat, quam post
Trogum Iustinus illius interpres in libr. 38. scripsit. Audite se
dicebat Mithridates populos transalpine Gallie Italiã ingres-
sos, maximis eam plurimisq; vrbibus possidere, & latius aliquã
to solũ suũ q̃ in Asiam, quæ dicatur imbecillis, eosdem Gallos
occupasse, nec victam solũ dici Romam a Gallis, sed & captã,
ita vt vnius illis montis tm̃ cacumen relinqueretur, nec bello
hostẽ, sed pretio remotũ. Gallorum aũt nomen, quod semper
Romanos terruit, in partẽ viriũ suarum ipse habeat. Nam hos
qui Asiã incolunt Gallos, ab illis, qui Italiam occupauerant, se
dibus tm̃ distare, originẽ quidem ac virtutẽ genusq; præcipue
idem hr̃e, tantoq; his sagaciora esse ingenia, quam illis, quãto
lõgiori ac difficiliori spatio per Illyricum Thraciamq; prodie-
runt pene operosius transitis illorũ finibus, quã vbi consedere
possessis. Ab his vno tm̃ differt Cato in libro originum, quę Li
uius in quinto ab vrbe condita scripsit, quod Liuius verũ esse
non ait, Gallos qui primũ alpes transcenderunt, & Italiam in-
ualerunt Thuscis in Italia imperantib. Arunte Clusino Duce
transcendisse, vt supra diximus. Et iterum in secundo Gallorũ
transitu post Liuium demonstrabimus. Cato. n. Aruntem illo
rũ ducem fuisse ait, quod verũ non esse Liuius cõprobauit. Ca
tonis verba sunt. Omnia sub alpibus trãspadana loca prisci cõ-
uene Thusci mllis Colonijs tenuere, ab hisq; multa nomina
retinent. Plura deleuerunt Galli, qui primi Arũte Clusino du-
ce alpes transcenderunt, & sensim ab oĩ Gallia Cisalpina He-
truriã pepulere, ab hisq; nomen sortita retinet Gallia Cisalpi-
na, qua Mantua suo conditore Ocno Bianoro & Thuscorum
rege illustrissimo penetrauere transalpes Boij, & Senones, In-
91 subres, & aliæ Galliæ transalpinę gẽtes. Strabo in quarto, † mil
le auri pondo pro liberanda vrbe a Gallis accepta, licet mox
ab eis recepta dicat. Nam & capta vrbe Roma redeuntes Gal-
los in Sabinis aggressi bello armisq; fuderunt ac debellauerũt,
& quæ illi a liberis ciuibus acceperãt spolia Romanis, ab inuitis ip-
92 sis eripuerunt. † Sed quod in hac re historia Romana mendo
sa sit, ex varietate Liuij, Polybij Plutarchi, Iustini, Trogi, &
aliorũ scriptorũ videre licet. Nam quotquot sunt post Liuiũ
scriptores hãc Romanorũ in Gallos irruptionem dñt factam
fuisse, dũ Brennus & Algius Gallorũ duces erant, qđ si Liuio
potius credendũ est, id verũ esse non põt. Tria. n. sunt, quæ rei
93 veritatẽ indicant. † In primis oẽs Liuio in hoc consentiunt, eos
Gallos qui primũ alpes transcenderunt, Thuscos suis sedib. ex
pulisse, Italiã occupasse, Romam inuasisse, mille auri libras, vt
Romanis pacem darent, accepisse, ducentisque pęne annis al-
pes transcendisse ante, quã Brennus & Algius Gallorũ duces
ducentis Gallorũ millibus stipati Arunte aut quouis alio Clu-
sino duce secũdo Italiam inuasissent, Romãq; a Gallis Bello-
ueso rege occupatam & deletam fuisse. Mox Italia pęne tota
subacta Asiam & Africã penetrasse. Alterũ qđ primi illi Galli
non ab Arunte Clusino, neq; quouis alio inuitati sunt, vt alpes
transcenderent, ac Thuscos suis sedib. expellerent, sed suo nu-
tu Ambigatus rex Biturigum ductus est Galliam tanta homi-
nũ multitudine, qua tunc abũdabat, subleuare, atq; ad id duos
ex sorore nepotes Bellouesum & Sigouesum partim pro glo-
ria, partim pro dominandi cupidine ad peragrãdum orbẽ vni-
uersum delegisse, vt supra post Liuium docuimus. In secũdo
vero trãsitu Liuius scribit Senones Gallos adiũctis sibi Boijs,
Cenomanis, Bellouacis, alijs deniq; Gallorũ populis, quorum
inferius mẽtio fiet, ab Arunte aut alio Clusino adductos fuis-
se, Romã obsedisse eamq; totã incendisse excepto Capitolio,
subactaq; Roma totave Italia Asiam superasse, mox Africam
subegisse. In alio vero Liuius & Plutarchus quib. oẽs pęne Ita-
lici scriptores consentiunt, a Trogo, Iustino, Polybio, & alijs
quorum supra meminimus, differunt. Liuius. n. & Plutarchus
Romanos ferro non auro pacẽ cũ Gallis mercatos fuisse. Tro-
gus aũt, Iustinus eiusdem interpres, Polybius, alij deniq; quos
supra commemorauimus, longe verius huic rei fidẽ præbent.
94 † Non prætereundum qđ Galli victricib. armis subegerunt, pa
ceq; nõ ferro sed auro cõposita, Græciã & Asiam mox inuale-
rũt, easq; cũ tota Italia obedire coegerunt, ducẽtisq. post annis
occupauerũt. Orosij, Iustini, Trogi, Polybij & reliquorum te-
stimonia confirmant. Quod nequaquã fieri potuisset, si Galli,
vti Liuius & Plutarchus asserunt, a Camillo, quem dñt Ro-
manos

matrona a Gallorum obsidione liberasse, vehiculũ, quo aurum
pacis precũ (vehebatur, ac aureã lance arripuisse, Romanisq;
restituisse, fusi, fugatique fuissent, vt ne nuntius quidem cladis
superfuisset, eosve Camillus sic somno vinoque sepultos in-
uenisset, sicuti Camilli oratio, cuius Liuius meminit, contine-
bat, vt ad cędem magis quam ad pugnam accederet. Aetolo-
rum enim responsio, & Mithridatis oratio, & mulierum Ro-
manarum ad senatum facta oblatio longe aliter rẽ se habuisse
indicant, Massiliensiũ aurum publicũ & priuatũ, ꝙ Romã vsq;
portatũ est, vt ꝙ expromisso Gallis facto tradi non poterat, sua
ope & largitione conferrent, pactamque cum Gallis pacẽ ob-
tinerẽt, vt ex Polybio, Trogo, Iustino, & alijs demõstrauimus.
Quin etiam Orosius, quem in hac re dispunctor adduxit, recte
95 Iustini sẽtam cõfirmat, dum lib. 7. c. 39. † Romanę ciuitatis ex-
cidium, ꝙ Alarici Gotthorum regis tpibus contigisse scribit,
longe maius ciuitatis Romanę incẽdium fuisse ait, ꝙ a Gallis
factũ est. Ob id Orosij verba transcribere iuuabit. Neque vero,
inquit Orosius, Gallorũ meminisse in huiusmodi collatione
debeo, qui continuę penę anni spatio incensę euersęque vrbis
cineres possederunt. Tunc Camillus cum canibus & dijs Ro-
manorũ dormiebat. Id tpis somno sepultus erat Camillus, qui
vno integro anno vrbis incendium extinguere non potuit.
96 † Audiamus quid in hac re Orosius iterum dicat in lib. 2. c. 19.
Galli vrbem penetranct, trucidant regentes simulachorũ mo-
do in suis ędibus senatores, eosque incẽdio domorũ crematos
lapsu suorum culminum sepeliunt, vniuersam reliquam iuuẽ-
tutem, q̃ cõstat vix mille hominum tunc fuisse in arce Capito-
lini motis latitãtẽ, obsidione concludunt, ibique infęlices re-
97 liquias famæ, peste desperatione, formidine terrent, subiugũt,
vẽdunt. † Nam mille libris auri discessionis pretium paciscun-
tur, non quo apud Gallos Roma parui nominis fuerit, sed quo
illã sic iã ante detriuerant, vt tunc amplius valere non posset.
Exeuntibus Gallis remanserat in illo quodã vrbis ambitu in-
formiũ ruinarũ obscena cõgeries, & vndique per impedita er-
rantiũ, & inter sua ignotorũ offensę vocis imago respondentis
trepidos suspendebat auditus, horror quatiebat animos, silẽtia-
que ipsa terrebant. Si quidem materia pauoris est, raritas vocis
hinc illis mutate sedes aliud incolere oppidum, altero ẽt cẽseri
nomine cogitatum, placitum, atque tentatum est. Geruasius
Celebriensis in primo capite secũdæ diuisionis cum Orosio
98 idẽ scribit. † Romam quoq; inquit, crebis irruptionibus vastatã
Senones Galli duce Breno de Gallionis regis filio iuniore extin
cto populo, vrbe delata, ipsum quoque Romę nomen in extre-
mis cineribus persequentes annos ab vrbe condita. 364. destru-
xerunt, quibus exeuntibus remanserat in illo quondã vrbis am-
bitu informiũ ruinarũ obscena congeries, & vndiq; per impẽ-
dia, alias impedita, errantiũ & inter sua ignotorũ offensę vocis
imago rñdentis trepidos suspẽdebat auditus, horror quatiebat
animos, silentia ipsa terrebat, si quidem materia pauoris est ra-
ritas in spatiosis. Ex eo plus ęquo videri põt, quodã modo vix
mille tot millia hominũ profligassent quibus vix supererat spi-
ritus, qui sedes alienas postulauerũt, vt eas incolerent. An recte
Aetoli & Mithridates Romanorum legatis dixerint adeo Ro-
manos a Gallis attritos fuisse, vt montis vnius cacumen tm̃ su-
perfuerit. Non ferro igitur, sed auro liberati Romani sunt. Nõ
somno vinoque sepulti Galli erant, dũ anno integro Romam
incendebant, ac dũ e Roma magistrauerunt Roma derelicta
informibus ruinis deturpata. Conueniens igitur subacte dele-
teque Romæ cineres virtutis Gallorum testimonium prębent,
neque Gallos tunc vino sepultos fuisse dum sic Roma pręme-
retur. Hoc & Iustinus cõtestatũr in lib. 24. Ducibus, inquit, aui-
bus Roma succensa Gallos partim Belgio partim Brenno du-
cibus diuisis agminibus Illyricos sinus penetrasse, alijs Gręciã
alijs Macedoniam hortante successu omnia ferro penetrantes
petiuisse. Non igitur Camillus Gallos fugauit fuditque, nõ cla-
dis Romanæ nuntius tm̃, sed mille & millia superfuerunt nun-
tiorũ. Sanguis enim Romanus penę extinctus est, vt vix mille
Romani superstites fuere. Iste est vini Longobardici sapor, qui
Gallos in Italiam vocauit. Iste est vini cibique appetitus, q Ro-
mæ vrbis incendiũ excitauit. Iste est Gallorũ somnus, q Gallos
Greciã & Asiã penetrare monuit. Iste est Gallorũ somnus, cui
Romanos atque vniuersam Italiã & Europam exterruit, & ex-
pgefactos Romanos in solitudinẽ ꝯstituit. Ista est vni ingluuies,
quæ Romanos pene mutos fecit. Hæc de Belloueso dicta sunt.
99 Sed quis † vini dulcor Sigouesum Bellouesi fratrem promouit
vt Germaniã, quæ vini inops est, neque vini appetens est, si Cæ-
sari credamus in quarto belli Gallici, apud quos turpius nihil
aut inertius haberi ait, quã ephippijs vti, vinum ad se portari, qđ
ea re ad laborem ferendũ remollescere homines atque effemi-
nari arbitrentur, Pannoniam, Scythiam, Illyricum, & totum pe-
ne Orientem septemtrionalẽ penetraret, aud enteśque sibi fa-
ceret. Ex Strabone, sicut superius docuimus, constare nemo nõ
scit, Gallos principatũ Italiæ obtinuisse, dũ Alexander Asiam in
uadebat, neque pertimuisse Alexandri potentiam, neque mu-
tos canes Romanorũ dubitasse, neque gannientes illorum
anseres Gallos terruisse dũ Roma ardere, dũ mille põdo auri
accipiebant, dũ per tinaciter Capitoliũ arcebant, dũ sedes mu-
tare cogebant, dũ post Romanæ vrbis excidiũ Illyricũ, & Asiã
subacta Italia penetrabant. Quingentis namque & pluribus
annis a Prisco Tarquino quinto Romanorum rege ad Marci
Marcelli Romanorum cõsulis tempora Italiam tenuerunt, vt
ex Plutarcho videre licet in vita Marci Marcelli, & mox in se-
100 cundo Gallarum transitu ostendimus. Nunc † de secundo
Gallorum in Italiam transitu videamus, ex Liuio in quinto
ab vrbe condita. in primis dixerat Liuius, vt in primo Gallorũ
transitu scripsimus, Haud abnuerim Clusium Gallos ab Arũ-
te, seu quo alio Clusino adductos, sed eos qui expugnauerunt
Clusium, non fuisse, qui primi alpes transiuerunt. Et mox Li-
uius ait, Satis constat, ducentis quippe annis antequam Clusiũ
expugnarent, vrbẽque Romam caperent, in Italia Galli tran
scenderant. Nec multo post iterum inquit, Tunc Senones re-
centissimi aduenatum ab Vsente flumine vsque ad Athesim
fines habuere. Hanc gẽtem Clusium Romamque deinde ve-
nisse comperio. Et statim post addit, Id parum certum est, so-
lamne an ab omnibus cisalpinorũ Gallorũ populis adiutam.
Clusini nouo bello exterriti cum multitudinẽ tum formas ho
minũ inusitatas cernerent, & genus armorum, audirentque
sæpe ab ijs cis Padum vltraque Aethruscorum legiones fusas,
quamquam aduersus Romanos nullum eis ius societatis ami-
citiæve erat, nisi quod Veientes cõsanguineos aduersus popu-
lũ Romanum nõ defendissent, legatos Romã qui auxilium a
senatu peterent, misere. Non ergo ex Liuio in contentionem
venire põt, Camillum non fugasse fuisseque Bellouesum, qui
Romam obsedit, & accepto auro obsessam liberauit, tametsi
Liuius vt ex eo videre licet, non in primo transitu Gallorum,
quorũ Bellosus rex erat, vrbẽ captã & incensam fuisse, & Ca-
pitoliũ obsessum dicat, licet ꝯtrarium sẽ ostendimus, sed in secun-
do Gallorũ transitu a Gallis Brenno & Belgio ducibus Clusiũ
expugnatũ, vrbẽ incensam, Capitoliũ pene expugnatũ, detur-
batosque Camillo Gallos. Nõ ẽt Aruntẽ fuisse eũ, qui Gallos
secũdo, vt in Italia transirent, solicitauit, sed incertũ esse autho-
re Liuio, an vocati ab Arunte aut alio quoquam Clusino, an
101 sua sponte alpes superauerunt. † Sed ex Orosio & Iustino satis
cõiecturari potest Gallos sola imperandi cupidine ductos fuis-
se vt Italiam penetrarent, nomenque Romanum delerent. dũ
sic Orosius in secũdo lib. c. 19. scribit, Nõ quo apud Gallos Ro
ma parui nominis fuerit, sed quod illã sic iam ante detriuerant
vt tunc amplius valere non posset. Ex Liuio Orosij sententia
comprobatur, dum in quinto ab vrbe condita Liuius Gallorũ
responsum esset ait, Etsi nouũ nomen Romanorũ audiãt, ta-
men credere viros fortes esse, quorum auxilium a Clusinis in
re trepida sit in prolatum. Et quoniam legatione aduersus se
maluerint quam armis tueri socios, ne se quidem pacem, quã
illi afferant, aspernari, si Gallis egentibus agro, quẽ latius pos-
sideant, quam colant Clusini, partẽ finiũ cõcedant, aliter pacẽ
impetrari non posse. Et responsum coram Romanis se accipe-
re velle, & si negaretur ager, coram eisdẽ Romanis dimicatu-
ros, vt nuntiare domum possint quantũ Galli virtute cæteros
102 pręstarent. † Ex Plutarcho ẽt in Camillo excipi potest, dũ Bren-
ni responsum ad legatos Romanorum factum commemorat.
Sciscitantibus, inquit, Romanorum legatis, qua iniuria a Clu-
sinis lacessiti essent, quod illorum vrbem obsidione prænierẽt,
Brennus Gallorum rex ridens, iniuria nos afficiunt Clusini, cũ
parum terrę & regionis incolere possunt, & quam plurimũ oc-
cupare animus sit, & nobis aduenis multisque ac egenis nihil
impartiri velint. In hoc plane Romani vobis iniuriam intule-
runt primum Albani & Fidenates & Ardeates, nunc autẽ Ve-
iorum ciuitas atque Capenates multique Phaliscorũ Volsco-
rũque, aduersum quos castra mouete, & si vobis ex rebus suis
non impartiantur, in seruitutem agite, destruite, eorum vrbes
euertite. Hanc rem nulla in parte grauiter ferendam ducemus.
Et antiquam legem iubentem res minorum tribui maiori ab
vsq; ipso Deo incipientẽ, & ad bestias vsq; finientẽ imitamini.
Nam hoc naturæ quodã instinctu insitũ est viuẽdi gratia plura
hr̃e potentiores inferiorib⁹. Desinite igit̃ obsidioni Clusinorũ
misereri, aiunt Galli Romanorũ legatis. Neque verũ esse põt
tantam Gallorũ a Camillo stragẽ factam fuisse, vt ne vllus qui-
103 dẽ nuntius superfuerit, † cum ex Orosio satis cõstet Brenno &
Balgio ducibus tantã afflictionẽ Romam fuisse passam vt inte-
gro anno incendium suæ vrbis viderit, excidiumque vrbis, ꝙ a
Gallis Brenno duce Roma passa est, longe maius esse fuisse, q a
Gotthis Athlarico rege sustinuit. Et ex Iustino satis constat Gal-
los Belgio & Brenno ducibus post desertam & funditus deletã
Romam Illyricum penetrasse, duobus etiã diuisis agminibus
Greciam & Macedoniam superasse, sibique obedientes fecisse.
Nõ pudebit Orosij verba in libro secũdo, c. decimono, trãscri-
bere, ne sanguinis aut patriæ fauor mihi exprobretur. Anno,
inquit Orosius, ab vrbe condita. 355. Galli Senone duce Bren-
no exer-

nō exercitu copioso & robusto nimis cum vrbem Clusium,
quæ nunc Dusia, quam alij Clusiam alij Thusciam vocant, ob-
siderent, legatos Romanorum, qui tunc componendę inter
eos pacis gratia venerant, in acie aduersum se viderunt pugnā-
tes, qua indignatione pmoti, Clusini oppidi obsidione dimis-
sa totis viribus Romam contendunt. Et non multo post sequi-
tur, Galli vrbem penetrant, trucidāt rigentes simulachrorum
modo in suis ędibus senatores, eosque incendio domorum ar
matos lapsu culminum sepeliunt, vniuersam reliquam iuuen-
tutem, quam constat vix mille hominū tunc fuisse, in arce Ca-
pitolini montis latitantem obsidione concludunt, & reliqua
104 quæ alio loco scripsimus. † Adiuuabunt hæc quæ Iustinus in li
bro 25. scribit, dum Belgium Gallorum ducem ait cum Anti
gono bellum post desertam Romam mouisse, Gallorumque
iuuentutem ea tempestate tantę fœcunditatis fuisse, vt Asiam
omnem veluti examine aliquo impleuerit. Namq; regis Oriē
tis tunc sine mercenario Gallorum exercitu vlla bella gessis-
se, neque pulsos regno ad alios quam ad Gallos confugisse. Et
mox Iustinus orationem Mithridatis recenset, quam superius
transcripsimus, illam ob id non repeto. Iste vini Gallorū odo-
ratus & somnus quingentis pene annis Gallos in Italia conti-
nuit a tempore Prisci Tarquinij Quinti Romanorum regis
vsque ad Marci Marcelli tpa, quæ annos pene quingentos cō
prehendūt, vt neque eo tpe e Roma, neque ab Hetruria eijci
vlla vi potuerint. Et nisi Cenomani & Ambarri qui tunc Bri-
xiam, Veronam, totamve Treuerensem plagam incolebant,
a Senonibus & Boijs qui Mediolanum, & vniuersam pene in-
subriam & Liguriam occupabant, pariter & Galli Veneti, qui
Adriam tenebant, qui suis sędibus contenti fœdus cum Roma
nis suis derelictis pepigerunt, & quos ad id M. Marius inuita-
105 uit, de Romanis actum erat. † Tantus enim erat Romæ Galli-
ci nominis terror, vt existimarent primorum Gallorum aduē-
tum non æque vrbi obnoxium quantum de motu Gallorum,
qui consulatu Marij contigit futurum fuisse. Ob idque a sena
tu decretum fuisse, sicuti Plutarchus in vita. M. Claudij Mar-
celli ait, sacerdotibus militiæ munere vacare, nisi denuo Gal-
licum bellū ingrueret. Et Sallustius in bello Iugurth no post-
quam de Iugurthę captiuitate locutus est, de Gallis sic scribit,
per idem tempus aduersum Gallos ab ducibus nostris pro Sci
pione, & M. Manlio male pugnatum, quo metu Italia omnis
contremuerat, illicque & deinde omnes Romani vsque ad no
stram memoriam sic habuere, alia omnino virtuti suæ prona
esse, cum Gallis pro salute non pro gloria certare. Velleius Pa
terculus qui sub Augusto & Tyberio militauit, de Gallis hoc
scripsit, Gallias primum Domitio Fabio nepote Pauli, qui Al-
lobrogicus vocatus est, intratas cum exercitu magna mox cla-
de nostra sæpe & affectauimus & amisimus, & Plutarchus
in vita Marij sic ait, multos variosque exercitus Romanos ac
duces qui citra Galliæ alpes copias eduxerunt, turpiter victos
fuisse. Orosius libro 4. capitulo 22. sic de Gallis locutus est,
quotiescunque Galli exarserunt totis viribus suis Roma de-
trita est, vt sub pręsenti nunc concursione Gotthorū magis
debeat meminisse Gallorum. & Eginasius Caroli Magni alū-
nus & scriba in vita Caroli ait, Romanis & Gręcis Frācorū po
tētiā semper suspectā fuisse. Vnde & Gręcū illud extat adagiū,
106 [illegible]. nam vt sup. ostēdimus, † Gręcia Gallicū nomē nō ignorauit, pleriq; tūc Græcię ciuitates &
prouincię singula nōīa a Gallis post euersam Romā & fundi-
tus delatam acceperūt, quæ nr̄a ętas retinet, vt superius docui-
107 mus. † Sed & Hyspetia quæ & Hyspania a Gallis plura nōīa
recepit, vt Celtiberia & Galatia a Celtis Gallis qui citra Iberū,
Hyspanię flumē colonias suas deduxerūt, & ab ipso flumine
Ibero nūcupatę sunt. Iosephus meminit li. antiquitatū c. 1. &
alijs anteriores, & posteriores & scriptores a Iosep. discrepare
108 non inueniūtur. † Britānia et Gallos victos nouit. Duę quippe
in ea sunt prouincię quæ a Gallis nomē sumpserūt, Gallia Au-
strina, quæ Britānorū idiomate Galles nūcupatur. Altera vero
Gallia Borealis, quæ eorū materno & vulgari sermone Verga
les appellant, & id tēporis quo Cęsar Gallias infestabat, Diui-
tiacus Gallorū rex cū Gallia Britānia moderabat. Quo vita fun
cto Galba pariter Gallorū rex regnū Britānorū assumpsit, sicu
ti Cæsar in secūdo Gallici meminit. Vnde pleriq; scriptores Gal
liam in prouincias diuidentes Britannias vna cum Gallijs cō-
iunxerunt, Ruffinus maxime. Taceo ea, quæ a Theodorico,
Childeberto Francorum regibus, Carolo Martello, Pipino,
Carolo Magno, alijs item Francis regibus non tam in Euro-
pa, quam in Asia, & Africa tam præclare gesserunt, quorum
gesta in chronicis & annalibus Francorum regum scripta ple-
nius legi possunt, cum legulei officium excedant. Nouissime
per Donatum Acciaolum Caroli Magni vita ad Plutarchum
addita est, quam legere sicuti opinor delectabit. Non est inco-
109 gnitū † Romanos a Druidibus Gallis cultus & obseruationes
suę religionis accepisse, sicuti testis est Cęsar in 6. belli Gallici,
& a Phocensibus seu Massiliensibus, & Lugdunensibus Ro-
manos Græcas literas didicisse, filiosq; suos erudiendos Mas-
siliam misisse, vt Strabo in quarto scribit. Nō ergo Galli nisi
suis derelicti fuissent, ab Insubria neque Italia ipsa a Romanis
expelli potuissent. Huius rei testis est Cæsar in libro belli Galli
ci, dū ait Gallos in fide vnanimes perseuerantes a nullo vinci
posse. Referantur hic verba Cæsaris, Qua arte & Brenni respō
sione ad Romanorum legatos facta ad subigendas Gallias Cę
sar vsus est. Quippe Cęsarē versus Euripidis semper in ore ha-
buisse Tranquillus scribit in Cæsarē c. 30. Nam si violandū est
est ius, imperij gratia violandum est, alijs in rebus pietatem co
las. Quod Cicero tertio Officiorum libro commemorat, toto-
que pene libro multis rationibus & authoritatibus improbat.
Istius legis seu responsi Brenni Gallorum regis & Iulij Cæsa-
ris authoritate Romanus populus assiduus obseruator extitit
meminitq; Dionysius Helycarnaseus in primo rerum Roma-
110 norū libro. † Naturę, inquit, lex est omnibus communis, quam
nullum dissoluit tempus deterioribus semper imperare me-
liores. Neque fortunam incusant tanquam ciuitati minus ido-
nee tantū imperium, ac iam tamdiu gratis largientem, cum ex
historia didicerint, quod innumeras statim ab initio postquā
cōdita est, protulit virtutes virorū, quibus neq; magis religio-
sos aut iustiores, neque maiori temperantia in omni vita viros
nec in bellicis fortiores vlla alia vrbs tulit, nec Græca nec bar-
bara. Ista est lex fortiū virorū, si ī eis fortitudo recte dici possit,
quod Lactantio non placet in primo libro contra Gentes, qui
alios vincere sciuerūt, seipsos vincere non valuerūt quomodo
fortes dici meruerūt? Non enim secundum eūdem fortitudo
111 in his consistit. Consideremus itaque † si eam naturę legem
imitari licet, quēadmodū Helycarnaseo placet vt meliores im
perent deteriorib. & in quo Romani alias nationes, quas bar-
baras appellare non dubitauerūt, exemplo Græcorū, sicuti Io-
sephus libro Antiquitatum primo, capitulo decimo & duode-
112 cimo, & in libro primo aduersus Manetonem scribit, † Qui-
bus moribus Romani præstiterint, seu quibus vitijs alias natio-
nes superauerint, vt ob id imperiū in omnes gētes, & nationes
consequi meruerint. In primis Sēpronius Historicus, qui prius
Liuio de vetustate vrbis Romæ scripsit, sic de Roma ait, Con-
siderate quidam scribūt Romam post remis ac nouis sæculis a
Romulo conditā & appellatam atq; cęptam, cum nullum ex
his tribus verū apud maiores inueniatur memoratum, sed fuit
113 e contrario proditū. † non enim Roma a Romulo nomen ha-
bet, quippe qd̄ geminos Remus & Romulus nomina posuit
Faustulus Hetruscus regius pastor, sed Romulum & Remū
illos ab euentu appellant, quę sunt nomina Hetrusca. Et si Dio
nysio Halycarnaseo credendum est, adhuc gētis Romanę ini-
tium ignotū est. Non pigebit Dionysij verba recensere, inquit
ille, Adhuc enim ignota est gens fere omnib. Romanę vrbis.
Vetus historia & opiniones quædam haud vere, sed ex quocū-
que audito principium assumentes multos decepere. Si quis-
quis est, qui rerum varietatem legere desiderauerit, legat pri-
mum Dionysij Helycarnasei librum ex eo quam varia de illius
origine & vilitatis exordio scripta sunt, plane intelliget. Testa-
tur enim eodem libro, incertum esse vtrū in eisdem locis Ro-
ma sit, in quib. nūc habitata est, an alterius potita sit loci, neq;
etiam cōiecturari se posse ait. Aborigenes, † quę natio est Oe-
114 nothria, id est Arcadica, dicūtur primi Romam ędificasse Pe-
lasgi Peloponnenses, & qui ab excidio Troiano aduenerunt,
seu ex terra demigrarunt, qui permixti sunt prioribus incolis,
Latinis, Sabinis, Albanis, suscepit etiam multitudinem gentiū
exterarū, quæ in ea sępissime dominatę sunt, & Romanos sibi
obedire coegerūt, Thusci, Galli, Peni, Scythę, Tartari, Mauri,
Cymbri, Theutones, Vādalli, Gotthi, Hunni, Alani, Lōgobar-
di, a quibus Gallorum seu Francorum virtute dominatus ere-
ptus est, suis tyrannis seu Imperatoribus eam negligentibus.
Non ignoramus Liuium in primo ab vrbe condita, Plinium,
& eos, qui id temporis fuerunt & qui post illos vsque ad hanc
nostram ætatem rerum a Romanis gestarum hystorias scri-
pserunt, a Romulo & Remo fratribus initium suarum histo-
riarum sumere, & eos qui post Liuium fuerunt cum tanta ve-
neratione, & obseruatione Liuium imitatos fuisse, vt omnes
pęne pedibus manibusque in Liuij sententiam transire non
dubitauerint. Liuius autem in primo ab vrbe condita, quod
de Romulo & Remo dicitur a Faustulo pastore asseruatos
fabulę tribuit, a Sempronio historico non dissentiens. Sed
115 cum † quam vili ac deplorato initio Romanę res incremen-
tum sumpserint, ex Liuio & alijs scriptoribus legere licet. Et
nonnulla recensere pro nostræ disputationis absolutione pro
ingenijque tenuitate & legulæi more retaliare curabimus. In
primis quod Cato in libro Originum de vrbe Roma ait, Prin-
cipio sui Roma pascua bobus erat. Et Iosephus libro primo
& tertio contra Græcos & Manetonem, Romanos sero co-
gnitos a græcis, vt Herodotus & Thucydides, neque alius scri
ptor Græcus de ea mentionem fecerit, ex quibus adiuuenter
ea, quæ post Dionysium Helycarnaseum, Polybium, Strabo-
nem,

nem, Paterculum, & alios superius explicuimus. inde tyran-
116 nides subortę, † vt neque aliud Romanū sit imperium quam
tyrannica inuasio. Et ne videamur absque authore hæc dice-
re pro nostrę disputationis implemento, quæ ad id nos alle-
xit, vt quæ de Romanorum suborta est potestate, & imperio,
& Gallorum seu Francorum monarchia leges Romanorum
imperatorum non audientium, neq; eis vtentium, nisi quate-
nus aliqua ratione a suis authoribus cōpositę & ęditę fuerunt,
117 † cū illa Romanę vrbis authoritas, quæ aliquando in Gallos
extensa est Iulij Cæsaris diligentia, contingit, quæ antea obtine
ri nō potuit, vt ex Velleio Paterculo antiquo Romanę histo-
rie scriptore, quiq; dum sub Augusto & Tyberio militabat,
suā scripsit historiam, excipimus, dū ait, Gallias primum Do-
mitio Fabiano nepote Pauli, qui Allobrogus vocatus est, intra
tas cū exercitu magna mox clade nostra sæpe & affectabimus
& amisimus. Sed fulgentissimum. C. Cæsaris opus in his con-
spicitur, quod nec ipse Cæsar in primo belli Galli tacuit, dum
bellum Casianum commemorat. & lōge antequam Romani
Gallias inuasissent a Cymbris & Theutonibus ob mutuas re-
gulorū dissentiones, bellaq; ciuilia & discordias inter eos ortas
Gallię pro maiori parte occupatę fuerunt. Sicuti rerum vicissi
tudines, aut populorum iniquitates, & hominum exercescen-
tes malitię quæ in tantam dominandi cupidinem homines ex-
ardere faciunt, vel regum qui pro tempore sunt, inertia sic in-
quietos homines efficit, & ad vicinas prouincias bellis & im-
118 pressionibus lacessendas stimulant. † quo fit, vt pleriq; princi-
patus a tyrannide initium sumpserunt, Romanum maxime si
Catoni, si Ciceroni, & alijs latinis scriptoribus credere licet, &
ex illorum moribus facile cognosci potest. Neq; in hac re pu
debit Erasmum in libro Apophthegmatum sexto cōmemora
re, dum de prestantia Cæsarum & virtutibus scribere voluit, in
his, inquit miraberis quędam dicta nec Scytis nec Cyclopibus
digna, sed memento tum exeptis aliquot nō homines, sed me
ra portenta rerum summā tenuisse. Interrogatus etiam Cice-
ro, Pōpeio & Cæsare dissidentibus, quem fugeret, respondit,
quē fugiam scio, quem sequar nescio. sentiens ambos nō pro
republica, sed pro principatu dimicare. Et idem de Cæsare di-
cere solet, quoties huius astutiam & ambitionē video sub hu-
manitatis specie latentem, metuo reipublicæ tyrannū. Et libro
tertio officiorum dixit Cæsarē ab oppressis tantum patrię pa-
trem fuisse appellatum. Inquit Cicero, potest, dij immortales
cuiquam esse vtile, fidissimum, & teterrimū patricidium pa-
trię, quamuis is qui se eo obstrinxit ab oppressis ciuibus parens
nominetur. Et Herodianus Angeli Politiani ait, nam si quis
ab Augusto vsque principe omnem ætatem complectatur ani
mo, cum scilicet Romanorum potentia ad vnius est arbitriū
deuoluta, nec annis quidem illis circiter ducentis tot enim fer
me ad Marci tempora numerantur, aut imperiorum tam di-
uersas successiones reperiet, aut bellorum vel ciuilium vel ex-
ternorum tam varios casus atq; euentus in tot excitas gentes,
tot vrbes nostras, barbarasq; principum, & tyrannorum adeo
nouas atq; inauditas, vt nulla ijs apud veteres consimilia exē-
pla, aut certe quam paucissima inueniantur, quorū alij diutur
nam alij breuem potentiam obtinuerūt. Nonnulli autem vix
dum inito honore Imperatoresq; dūtaxat appellati, eodē illo
119 quo susceperant die imperium amiserunt. † Videndū itaq; est
de illorū moribus, qui Romæ imperauerunt, alienasve natio-
nes moribus non æque Romana barbaras inuaserunt, illa so-
la lege ducti tantum, qua dicunt meliores deterioribus impe-
rare debere, cuius post Liuium & Helycarnaseum & Cæsarē
meminimus. In primis igitur quibus fuerint moribus Roma-
ni eorumve tyranni, vt Ciceronis vocabulo vtar, quo iure & ra
tione nomen imperatoris vsurpauerint, & mox quibus popu-
lis imperauerint videre necesse est, vt cognoscatur, & an cęlū
& aer, an etiam mare & quicquid orbis ambitu clauditur, Ro
manis paruerint, vt ob id se oribus dños appellare iure debue-
rint exemplo Antonini Pij in l. deprecatio. ff. ad legem Rhodi
am de iactu. Postremo cum qua tranquillitate & tēporis diu-
turnitate prouincias, quas pro tpe subegerant, pacifice obedi
entes habuerint. Illis expeditis in aperto erit titulus & posses-
sio, quibus Romani vsi sunt, qui se totius orbis dominos dice-
120 re & nominare nō dubitauerunt. † At qui nullus eorū est, qui
imperatoris titulum vsurpauerit, qui monarcha dici possit, si
Iustino & Quinto Curtio, & alijs quorum supra meminimus,
credendū est. Quippe cum nullus Indię præter Semiramidē
& Alexandrum Magnū imperauit. Non etiam Arcades Iulu
ie Iulio & Augusto obedierunt, neq; cuiquam alij Romano-
rum tyranno vsque ad Claudium, vt Platina scribit in catalo-
go Pontificū in vita beati Petri, sed neq; Claudius audientes
habuit, vt ex sequentibus intelligi poterit. Similiter Parthi
vsque ad Antoninum Secundum Romano imperio nō parue
runt, vt ille idem Platina meminit in vita Pij huius nominis
primi Pontificis, quanquam neque Antonino superati sint
121 si Iustiniano credendū est, & nunc explicabimus. † Parthi cā-
que centū & quinq; annis vniuersam Africā occupauerunt, si
bique audientē fecerunt, Romanis alijsq; populis a quib. occu
pabatur, expulsis. Nō et Vandali & Mauri, & Archedonij vs-
que ad Iustinianū, si illi consentiendū est, imperatorib. Roma-
nis paruerunt, vt de seipso Iustinianus testatus est in §. 1. in au-
th. de hæredib. & Falcid. collatione prima. Præterea prouinciæ
vi a Romanis occupatę quoties pristinā suā libertatē vendica-
122 uerint, longū esset enarrare. † Tamen quantū ad rē præsentē,
vt huic nostræ disputationi satisfaciamus, more leguleorū ape
riemus. Et dispunctor in glossematis dictę legis primæ. C. de
summa Trinitate & fide catholi. differri nō potuit Romanos
imperatores nunquā vniuerso orbi imperasse. Non enim, in-
quit, Scythia, Sarmatia neque vniuersus Oriens vltra Euphra-
tē fluuiū Romanis paruerūt. Atqui nemo non scit, ante expul
sos a Marcello Manlio & Mario consulibus Senones & Boios
Gallos a Mediolano & Insubria se iūctis Cenomanis, Ambar
ris, & Venetis, qui tūc Brixiā, Veronā, Venetias, vniuersam de-
nique Treuerensem plagā incolebant, quorū opera consules
Romani vsi sunt cōtinuo post Bellouesum mox Belgiū & Bre
nū Gallorū reges Italiā occupauerūt. Et licet a Marcello & Ma
rio consulibus Senones & Boij ab Insubria eiecti sunt, in Gal-
liā cisalpinā reuersi sunt, Cenomani tñ & Ambarri & Veneti
suas sedes tenuerunt, & nisi a Senonibus & Boijs Ambarri &
Veneti defecissent, Marcellus & Marius Senones non expulis-
123 sent. † Cæsar autē simili arte vsus est. Nā postquā Heduos supe
ratis Heluetijs subdole sibi adiūxit, vt faciliore vsu reliquas Gal
lias superaret. Nō dissimili arte in Gallia cisalpina postquā Ma
rius prouinciā Narbonensem & Viennēsem superauerat, vsus
est Campanos, Heduos, & Sequanos Gallię Celticę populos a
Belgis deficere procurauit, quos vt in fide sua permanerēt spe
aliqua dominandi in reliquos Gallos inuitauit. socios & ami-
cos Romanorum a senatu Romano appellari procurauit, &
obtinuit, vt aduersus Belgas auxilio essent, suppetiasque fer-
rēt. Alioqui de Cæsare actū fuisset, vt plane Cæsar ipse in quar-
to belli Gallici libro contestatur. Sed Belgis ope Hęduorum
Campanorum & Sequanorum superatis quos deficere a Bel-
gis procurauit, illusit. Non enim amplius Romanorum socios
& amicos appellauit, sed sibi audientes habere voluit, vt in Cæ
sare & Tranquillo legi potest. Non igitur tam virtute suorū,
quam Hæduorum, Campanorum, & Sequanorum defectione
Cęsarem Gallias superasse in aperto est. Ob id Gallos non
diu in fide permansisse Cæsar ipse in tertio libro sequentibus
testatur. In tertio enim Venetos, Osisinos, Lexouios, Nan-
netes, Ambiliates, Marinos, Diablintres, Menappios, Vueil-
lios, Sonciates, alios denique Aquitanos rebellasse. Et in
quarto Morinos & Menappios rebellasse. In quinto Treue-
rorum, Hæduorum Carnatum, Genabensium, Parisiorum
Aruernorum, Senonū, Morinorū, omniū denique totius Gal
lię populorū defectionē scribit cum Cæsar ęgre pugnauit. In
sexto alia Treuerorum pugna cum Labieno Cæsaris legato
describitur, quibus Neruij, Adriatici, Menappij, Senones, &
Carnutes fauebant, cū quibus mutuis legationibus cōmunica
bant. In septimo, omnium Galliarum defectio, & varia illarū
cōsilia & cōspirationes cōmemorant multę pugnę & varia cū
Romanis nō sine maximo discrimine prælia recitant. In octa
uo alia Carnutū, Genabensiū, Biturigū, Hęduorū, Remorum
Bellocacorum & reliquorum Belgarum pariter & Aquitano
rum defectio & rebellio. cuius etiam Plutarchus in vita Cæsa
ris meminit. neque illos Cæsar nisi partim ductu, partim suis
auspicijs domuit, vt Tranquillus in Cæsare scribit, semper enī
Galli pro recuperanda libertate q̃ Cæsar Heduorum, Sequa-
norum, & Campanorum auxilio, & a reliquis Gallijs defectio
ne abdicauerat, illa tantum lege fretus, qua Bellouesus & Bre
nus primum in Romanos vsi fuerant, & quā in ore Cæsar sem
per habuisse superius docuimus, continuo in motu fuerant,
quos sibi cōsiliare semper studuit. Et vt sibi deuotiores faceret,
ciuitate & lato clauo donauit, & in senatum recepit. Postremo,
in ciuilibus bellis aduersus Pōpeium continue vsus est. Legio
nem autem Gallicā vocabulo Gallico allandam appellabat vt
Trāquillo placet in Cæsare, capitu. 24. inde tyrannides subortæ
vt ex sequentibus plene videre licet. In primis si Plutarcho cre-
dendū est, † Iulius Cæsar, cuius opera, vt Polybij verbo vtar hoc
fulgentissimū opus factum esse dicitur. catalogo Imperatorū
nō est inscriptus, tametsi Iosephus libro antiquitatum deci-
moquarto c. decimo, dicat Iulium Cęsarem tribus annis men
sibus sex imperasse. Vnde & Tranquillus in Cæsare meminit
plures subscripsisse statuę Lucij Bruti, vtinam viueres. Et sta-
tue Cæsaris. Brutus quia reges eiecit, consul primus factus est,
hic quia cōsules eiecit rex postremo factus est. Quanquam &
plebi regem eum salutanti Cæsarem, se nō regem esse respon-
derit. & Lupercalibus pro Rostris ad consules Antonino ad-
motum sepius diadema repulerit. sciebat enī Cæsar regis no
men populo inuisum esse. Vnde imperatoris nomen assumere
potius existimauit, vt sub eo nomine monarchiam q̃ tandiu
affectaue-

affectauerat, assequi posset. Vnde coniuratis, maxime C. Cassio, Marco & Decio Bruto principibus coniurationis maturandæ cædis Cæsaris causa fuit, quem in senatu tribus, & viginti plagis confoderunt. Mores autem eius bella ciuilia ostendunt quæ non tantum ab ipso Cæsare, sed & a plerisque descripta sunt. Similiter prouerbia & disticha quæ de eo facta sunt, Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem. Ecce Cęsar nunc triumphat qui subegit Gallias, Nicomedes nõ triumphat qui subegit Cæsarem. Graui, inquit Suetonius, & perenni opprobrio Cęsaris pudicitiam lęsit Nicomedis contubernium, adde iones Dolobellę & Curionis, & aliorum quos commemorant vitæ Cęsaris scriptores Plutarchus & Tranquill. Non etiam Cicero tacuit, qui ob Seruiliam Marci Bruti matrem aliasq; illustres & insignes fœminas ab eis corruptas facetissime de Cæsare ludens dixit, tertia deducta est, quando existimabatur Seruiliam suā tertiā Cæsari conciliasse. factū est inde illud distichon.

Vrbani seruate vxores, mœchum caluum adducimus,
Auro in Gallia stuprum emisti, hic sumpsisti mutuum.

Vnde & Curio in quadam oratione omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem appellauit, paratamq; legem habuisse a Cæsare Helius Cinna tribunus plebis dixit, quā Cæsar ferre iussisset, cum ipse abesset, vti vxores liberorum quęrendorum causa, quas & quot ducere vellent liceret. Sacrilegia eius longum esset enarrare. Nam in Capitolio in quo suo consulatu tria millia pondo auri furatus est. in Gallia phana templaque sæpius ob prædam quam ob delictum expilauit. Denique bella ciuilia ac triumphorum & munerum impẽsas sacrilegiis sustinuit. Alia denique multa recenseri possent, quæ nos ab instituto plus æquo reuocarent. Non ergo mores eius admittunt, vt regis vel imperatoris, seu tyranni potius nomen obtineat. Propter quod Cicero in tertio Officiorum lib. Sillæ

125 comparauit quem tyrannum mox appellauit. Itaque † qui primis inter imperatores descriptus est, sicuti oēs pene scriptores consentiunt, Octauius fuit, qui & Augusti nomen obtinuit, & Romanorum imperium, aut verius tyrannidem vsurpauit. Neque abs re tyrannidem appellare puto, cum & ipse Octauius de reddenda Republica bis cogitauerit. Sed reputans, & se priuatum non sine periculo fore, & illam plurium arbitrio temere committi, in retinenda perseuerauit, quam vt facilius obtineret, bello Mutinensi Hircium & Pansam consules occidi iussit, vt Antonio fugato republica consulibus orbata solus victores exercitus obtineret. Addit & Tranquillus Vlyconem medicum custoditum fuisse quasi vulneri venenum indidisset, Aquiliumve Nigrum testatum fuisse Hircium ab ipso Octauio in pugnæ tumultu ob id interemptum fuisse. Hæc Tranquillus in Octauio, capitulo vndecimo & vigesimooctauo.

126 Mores † eius etiam a iuuentute improbati. ademptionem enim auunculi stupro meruisse Marcus Antonius, pariter Lucius M[illegible] ei frater obiecerunt. In senatu sententias nullo more aut ordine seruato, sed prout libuisset fieri volebat, vt non consilium, sed consensum tantum senatus præberet. Et dum consulatum ambiret, milites commisit, qui suo nomine consulatum postularent. Et Cornelius Centurio legationis princeps, non vt impetraret, sed senatum metu impelleret reiecto sagulo ostendens gladii capitulum, non dubitauit in curia dicere, Hic faciet, si vos non feceritis. Itaque ambitu notatus est, nec sine causa. Alia etiam plura scribi possent, quę consulto omittimus, vt ad reliqua perueniamus. Et repetamus vnum, quod in tractatu diximus aduersus ea, quæ Bartol. scripserat in l. hostes. ff. de captiuis & postliminio reuersis. dum Bartol. hęreticos asseruit eos, qui negant Romanū imperatorem orbis dominum esse, propter id, quod tempore [illegible] edictū a Cæsare Augusto, vt de[illegible] hæretici [illegible] que datam fuisse omnibus populis, cum tamen [illegible] ster Iesus Christus de Virgine immaculata [illegible] lis peccati concepta, sicuti angelico ora[illegible] vt eodem capitulo secundo Beatus Luca[illegible] altissimis Deo, & in terra pax hominib[illegible] nulli interpretes legendum esse volunt. hominibus [illegible] tas. Pertinacibus hoc disputandum relinquimus, cū [illegible] m autem lectione, quam vniuersa recepit ecclesia. [illegible] mus. Sed vltra quam in tractatu diximus, vnum ad[illegible]

127 se arbitramur. † Non propter Octauium dictum [illegible] beatus Lucas scripsit in capit. secūdo, Sed quia nascitur [illegible] erat mūdi Dominus, fabricator, & institutor, & rector, pacis princeps, & author, immo & ipsa pax, sicuti predixerat Isaias nono capitulo. Deus, inquit, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis, multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Quod neque Octauio Augusto, neque Romanis vsquam contigisse in aperto est. Nam & Romanum imperium pene extinctū est. Testis est Orosius libr. septimo capitulo decimoseptimo, Verba Orosii transcribemus. Post Cęsarē, inquit, viginti trib. vulneribus confessum, percēsuit Roma latitudinem regni sui cladibus suis atque in suam conuersa fidem singulas quasq; gentes. Ibidem, Vbi domuit, vindicauit. Et iterum eodem capitulo ait, Nostra autem Roma Cæsare occiso, quanta de cineribus eius agmina armata parturijt, quanta bella in testimonium mi sere fœcunditas non legenda pueris, spectanda populis excitauit, sed tamen horum omnium malorum initium superbia est Inde exarserunt bella ciuilia, inde iterum pullularunt seditiones innumerę. Quemadmodum etiam idem Orosius libro 4. capit. 12. ait, Ecce portę iam clausę fuerant, foris bellum Romanorum non fuit, omnem sobolem suam in gremio suo cō quiescentem Roma continet. Non superauit, alias suspirauit. Et hoc quando? post primū bellū Punicum, post quantū temporis? post annos quadringentos sexaginta, alias quingentos. Quamdiu? anno vno. Et quid altero subsecutum est? vt de cæteris taceam, Bellum Gallicum & Hannibal cū bello Punico secūdo, heu, inquit, mihi cognouisse hæc & denudasse. Quin etiam me pudet pax ista vnius anni vel magis vmbra pacis lenimentū miseriarū, an incētiuū malorū fuit stillicidiū illud olei in mediū magnę flāmę cadens extinxit fomitem tanti ignis, an aliud? Parum aquæ frigidę ardentissimis haustum in febribus sanauit ęgrotum, an potius incendit per annos prope se-

128 ptingentos &c. † Non igitur Octauij Augusti contemplatione hæc pax fuit, vt ille idem Orosius attestatur libro 4. capit. 8. Postremo inquit: Omnibus gentibus cunctisq; prouincijs innumeris ciuitatibus, infinitis populis, totis terris vnam fuisse voluntatem libero honestoq; studio inseruire paci atq; in cōmune consulere, quod prius ne vna quidē ciuitas vnusve populus ciuium, vel, quod maius est, vna domus fratrum iugiter habere potuisset. Quod si etiam cū imperante Cæsare ista prouenerit in ipso Imperio Cæsaris illuxisse ortum in hoc mūdo domini nostri Iesu Christi liquidissima probatione manifestū est. Inuiti licet illi, quos in blasphemiam vrget inuidia cognoscere, faterique cogātur pacem istam totius mūdi & tranquillissimam serenitatē non magnitudine Cæsaris, sed potestate filij Dei, qui in diebus Cæsaris apparuit, extitisse, nec vnius vrbis Imperatori, sed creatori orbis vniuersi orbem ipsum & generali cognitione pacasse, qui sicut sol oriens diē luce perfundit, ita misericorditer adueniens extenta mūdi pace vestient. Hoc demonstrant verba angelici oraculi, quæ Lucas secundo capitulo enuntiauit, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. De quo lege Orosium lib. 6. cap. 22. Illis autem solis pax fuit. Cæteri vero, qui indigni fuerūt diuinæ pacis, fructum illius non receperunt, sed propter authorē pacis conueniens fuit omnia in pace consistere, vt omnis terra, cuius est plenitudo, & vniuersi qui habitant in eo pacis bene-

129 ficio lætarentur. Psal. 23. & Psal. 8. † omnia subiecisti sub pedibus eius. Super eo dicit beatus Paulus in epistola ad Hæbreos capitulo secundo, in eo enim quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei, & cui datum est regnum, honor & imperium, & omnes populi & tribus & linguæ seruirent ei, & potestas eius æterna, quæ nunquam transibit, neque regnum eius corrumpetur, potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Danielis 7. vnde de illo Isaias ait, venio colligere omnes gētes & linguas, & venient, & videbunt claritatem meam, & dimittam super eos signum, hoc autem signum describit idem Isaias, propter quod dabit vobis Deus ipse signum, ecce virgo concipiet, &c. & iterum, paruulus datus est nobis &c. Ille igitur est Imperator, qui pacis huius author fuit, cuiusve contemplatione mundo pax concessa, qui solus orbis Imperator & dominator est, & cui omnes gentes obediunt, non autem Octauius. Simili expositione vsus est Lactantius lib 4. cap. 13. diuinarum institutionum aduersus gentes, super eo, quod scribitur secundi Regum 7. cap. de Dauid, qui templum domini voluit ædificare: Nathan propheta instinctu Spiritus sancti dixit, non tu ædificabis mihi domum ab inhabitandum, cumque impleti fuerint dies, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnū eius, hic ædificabit domum nomini meo, & stabiliam thronū regni eius in sempiternum. Ego ero ei in patrem, & ipse mihi erit in filium. Existimabant (inquit Lactantius) Iudæi quia hæc, quod de Salomone loqueretur propheta, eo quod templum in Hierosalem ædificauit, & ciuitatem suo nomine nuncupauit. Sed hæc de domino nostro Iesu Christo prędicta fuisse ostendit. Salomon, inquit, ab ipso patre suo Dauid regimen imperij accepit, quod perpetuū non fuit, annis enim qua-

130 draginta regnauit, templum eius cecidit, † quod a Vespasiano & Tito filio suo dereptum fuit, & vniuersa Hierosolyma, vt neque lapis supra lapidem remanserit. Adrianus enim reliquū Vespasiani & Titi expleuit, & extremam manum apposuit, funditusque vrbem deleuit, vt impleretur quod de ea prædixerat dominus noster Iesus Christus Matth. 23. & 24. Lucæ 13. cap. inquit Matth. egressus Iesus de templo ibat, & accesserūt discipuli eius vt ostenderent ei ædificationes templi, ipse autem respondens dixit illis, videtis hæc omnia, amen dico vobis, non

bis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur, tametsi Iudæi existimassent vrbis excidium propter mortem Iacobi Minoris prouenisse, quem virum iustum & sanctum existimabant, sicuti Iosephus ait in Bello Iudaico, pariter & Egesippus in Bello Iudaico libro quinto, capitulo quadragesimoquinto, non etiā pax diu Romæ perseuerauit, quare planum est, Bartolo in dicta l. hostes. ff. de capt. & postlimi. reuers. non recte verbum beati Lucæ secundo cap. intellexisse. quamquam populus Romanus, sicuti testis est Tranquillus in Octauio dominum eum appellauerit, & sicuti Orosius libro sexto, & plerique alij tam diuini quàm humani scriptores tradunt, eum veluti Deum venerari voluisse, cum a tempore Numę Pompilij pax Romæ visa non fuisset, sed continuo vrbs bellis lacessita extitisset, dehortante illum Sibylla, quam Octauius ad se aduocauerat, sciscitatusque est ab ea, an per oracula sua comperiret alium futurum ipso maiorem, quæ nocte qua natus est dominus noster Iesus, circulum aureum circa solem illi ostendit, & in medio circuli virginem puerum in gremio gestantem demonstrauit, dixitque hunc puerum eo longe maiorem esse, atque ob id illum adorare monuit, & mox
131 de cęlo audita est vox dicens, hæc est ara cęli † Legimus etiam Innocentium Tertium & Eusebium dixisse, Romanos templum construxisse, idque pacis templum nominasse, mox consuluisse Apollinem quamdiu pacis templum duraturum foret, & ab Apolline responsum acceptum fuisse, quoad vsque virgo conciperet. Quod audientes Romani arbitrati sunt pacis templum æternum, cum secundum naturam impossibile esset virginem posse concipere, sed nocte qua natus est Christus, funditus corruisse. Vnde ostensum est, hanc pacem non propter Octauium, sed propter Christum pacis principem natum hominibus prouenisse. Nemo enim non scit Augusto neque alijs suis successoribus ista contigisse. Quippe quod Ro
132 manum imperium pene extinctum est, † sed ea pax soli Octauio cōtigit, quæ Alexādro prius obuenerat, quem plerique Imperatorem appellant, tametsi orbis dominator nō fuerit. Alexandro. n. apud Babylonem existenti legationes plurimę pacis contemplatione a Gallis & Hyspanis missę fuerunt, nō vt Imperatorem illum agnoscerent, sicuti post Strabonem supra commemorauimus. Cuius verba Petrus Critinus lib. 4. cap. 13. transcripsit. Inquit ille, ad Alexandrum mittuntur amicitię eius consequendę nomine Gallorū legati, qui eam regionem prope Adriam incolebant, eos vero Alexander pro regis dignitate cū comiter atque amice accepisset, in celebri, vt fit cōuiuio legatos rogauit, quid illud præcipue foret, quod illi præ cæteris extimescerent. Putauit de seipso responsuros, qua in re Galli, vt homines sunt ingenio prompti, nil aliud responderūt ò Rex, quam ne cęlū sup. nos corruat. In quo delusa regis ambitio, & importuna interrogatio. Sic de Octauio scribit Orosius lib. 6. c. 21. in Hyspania Eous, Indus, Scytha, Boreas cum gentilitio munere orauit, & tunc veluti ad constitutum pacis diem festinabant, vndatimque gentes cōmouebantur, aut suscepturę pacis cōditionem, si vincerentur, aut viuere quieta libertate si vincerent. Nec dissentanea est Trāquilli authoritas in Octauio. c. 21. Domuit, inquit, partim ductu partim auspicijs suis Aquitaniam, Pannoniā, Dalmatiam, cum Illyrico omni. Iterum eodem capitu. Indos ac Scythas auditu modo cognitos pellexit ad amicitiam suam populique Romani vltro per legatos petēdam, denique pluribus quōdam de regno concertantibus, non nisi ab ipso electum comprobauerunt. Similiter de Antonino Pio, cuius ratione hæc nostra contingit disputatio, plerique scripserunt. Propter enim illius clementiam & iustitiā plures exteræ nationes & gentes legatos ad eum miserunt, vt suum audierint iudiciū, nō vt Romanos superiores haberent, præsertim quales fuere Indi, Bactriani, Hyrcani.
133 † Id ēt in Salomone multis ante seculis præfiguratum fuerat vt scribitur tertij Regum quarto capitulo. veniebant de cunctis populis ad audiendam Salomonis sapientiam, & ab vniuersis regibus terræ, qui audiebant sapientiam eius. Et eodem libro ca. decimo. magnificatus est rex Salomon super omnes reges terre diuitijs & sapientia, & vniuersa terra desiderabat vultum Salomonis, vt audiret sapientiā eius quam dederat Deus in corde eius. Et singuli deferebant ei vasa argentea & aurea, & vestes, & arma bellica, aromata quoque & equos & mulos per annos singulos. Sed hic de quo scripsit diuus Lucas euangelista secundo sui euangelij capite, est plus q̃ Solomon, vt scribitur Matth. 12. & Luc. 11. c. Non igitur de alio imperatore quā domino nostro Iesu Christo intelligi posse dum Lucæ euangelistæ responso demonstratum est. Cuius est plenitudo terrę, & vniuersorum populorum dominator, qui habitant in ea, sicuti supra dictum est Psal. 23. & Psal. 8. & ex diuo Paulo in epistola ad Hebreos. c. 2. Demum si reliquorum tyrannorum gesta
134 reuoluamus. † Quid de Tyberii Calpidis moribus & imperio seu verius tyrannide comperiemus: qui pro Tyberio biberius pro Nerone mero vocatus est, quem Theodorus Gadarens

Tiberii præceptor lutum sanguine maceratum appellauit, eo quod tangeretur ingenium specie lenitatis latitans haberet, qui conquisitis puellarum & exoletorum mōstruosis cōcubitibus vsus est, & repertores quos spintrias appellabat inuenit vt inuicem se coram incestarent. Alia etiam tui piora quæ neque referri neque audiri necdum credi fas est, vt Tranquillus ait in Tyberio cap. 43. 44. & 45. & inde Caprinei nomen assumpsit. Postremo a voluptatibus nouum officium instituit. Cui Titū Cēsorinum vel vt Tranquillus meminit. Cēsorium Priscum præposuit. Neque templis pepercit, sed passim ad rapinas fa-
135 ciendas cum calumnia & perfidia animum conuertit. † Quid plura? adeo seuus & crudelis fuit, vt neque matri, vxori, filijs, nepotibus, nurui, neque amicis, quos diligebat pepercerit, talia portenta principum titulo mundus protulit, quæ neque cōmemorare licet, nisi vt ex his prodigiosę feritatis horror habeatur. De Tyberio hæc atque plura alia apophthegmata Erasmus descripsit. Extat etiam apud Tranquillum cap. 59. epigrāma de illius crudelitate factum. Illo etiam imperante Germania, Hyspania, Syria, Armenia, & Gallię vniuersę defecerunt & Galliæ a Germanis occupatę fuerunt non sine maximo status Romani discrimine. Veneno tandem extinctus est, morte cuius lætatus est Romanus populus totus, vt pars Tyberium in Tiberim clamaret, & pars terram deosque oraret ne mor-
136 tuo sedem vllam nisi inter impios darent. Non minus † obscęna atque turpia de C. Caligula leguntur qui se veluti Deum adorare iussit, Iouemque Latialem nominari voluit templū & sacerdotes suo numini instituit, demum tanta commentitia insimulauit, vt de eo nihil monstruosum referri possit sicuti Tranquillo placet. Obscænas etiam & incestuosas libidines, quas commercio mutui stupri explebat, recensere indignū arbitratus sum multo minus efferas illius crudelitates quibus tā in suos quam in exteros vsus est, vt ne dicere erubuerit omnia sibi, & in omnes licere. Gallis Gręcisque aliquot vno die condēnatis gloriabatur Gallogræcīā se subegisse, quæ summa est Caligulæ in Gallos victoria, qua potitus est, vnde Imperator no-
137 minari meruerit. † Tātę denique feritatis fuit, vt exclamasse dicatur, vtinam populus Romanus vnam ceruicem haberet, vt vniuersam rempublicā facilius perdere posset. Deque eo sepius Tyberius prędicabat, exitio suo & omnium Caium viuere, & se natricem (serpentis genus) populi Romani Phaetontē orbi terrarum educare. Nullum aliud in republica facinus egregiū fecisse cōmemoratur, nisi quod vectigalia inaudita exquirere vt de quibusque litibus quadragesimā summę, de qua litigabatur, exigere procurauerit, quorum omnium benefactorum tā
138 dem pęnas luit. † Prēter enim vulnus quod in ceruice a Cherea acceperat, & quo in pectore a Cornelio Sabino transfixus fuerat, triginta alijs vulneribus a reliquis coniuratis confossus est, quo factum est, vt Romę notatum obseruatumque fuerit, Cęsares omnes, quibus Caij prænomē erat, ferro perijsse, illo tyrannidem sic exercente per Romanos cum Germanis male pugnatum est, atque ob id Germania tota rebellauit, qua defectione audita, & nuncio male pugnę intellecto, fugā & subsidia fugę præparauit, vno solatio acquiescens, transmarinas prouincias sibi superfuturas, si victores alpium iuga, vt Cymbri, vel etiā ipsam vrbem, vt Senones occuparent, quæ etiam præbuit non modicam percussoribus citius manus in eū inferendi. Isti sunt mores quibus Romani duces, quos Imperatores appellauerunt præstabant, vt aliis gentibus, quibus Impe-
139 rare studebant, maximo exemplo essent. † Cessent igitur Romani & Itali alias nationes & gentes barbaras appellare, quæ gentiliter & heroice viuunt, neque similibus tam efferis, tam barbaris moribus dedicantur, illos mores immanium barbarorum Constantinus appellat in l. vnica. C. de emend. seruorum, in his verbis, nec vero immoderate suo iure vtatur, sed tunc reus homicidij sit, si voluntate eum ictu fustis, aut lapidis occiderit, vel certe telo vsus lethale vulnus inflixerit, aut suspē di laqueo præceperit &c. infra, aut tabescentes artus atro sanguine permista tanie defluentes prope in ipsis adegerit crucia tibus vitam relinquere sęuitia immanium barbarorum, quod diuus Paul. in epistola ad Roma. c. 1. plenius commemorauit.
140 † Quid de Claudio, qui resistente senatu & procurāte vt Claudius imperium quod vi obtinuerat populo Romano cederet, sicuti ante Iulium Cæsarem erat, & communi vtilitati prospiceret, vtque memor esset, quorum malorum prisci tyranni occasio fuerat ciuitati, & quæ sub Caio ipse cum senatoribus pertulerat, neque imitaretur tyrannidis onus & iniuriam grauiter irrogatam spōte ad patrię subuersionem coaptaret, vt magis priorem suę quietis virtutem ostēderet, quatenus ei honores liberorum ciuium, & legū decreto succederent, hęc Iosephus libro antiquitatum. 19. capi. 6. de Claudio scripsit, quique in cognoscendo varius, modo circumspectus & sagax, modo incōsultus ac preceps, nōnunquam friuolus & amenti similis, nōnunquam in iure dicēdo obdormiebat, vt vix ab aduocatis de industria vocem augētibus excitaretur, hic etiam in quinque

& tri-

& triginta senatores & trecentos & amplius æquites Roma-
nos animaduertit, affirmantibus suis libertis milites ad hanc
vltionem suo iussu procurrisse, tametsi negaret illud imperas-
se, aliaque sęua & obscena viro principatum occupante indi-
gna perpetrauit, quæ mors eius contestata est. Veneno enim
interijt, qui venenum in rempublicam & in magistratus diu
141 multumq; seminauit. De Nerone † tot & tāta tamq; immania
facinora leguntur, vt superuacaneum esse mihi visum sit mul
ta cōmemorare, quippe quod ad omnia mala omniaq; vitia
se conuerterit. a matre enim, sorore, vllave consanguinea non
abstinuit, & quod obscenius est, a viro vxor arreptus est. Et
puerum Sporum exectis testibus in mulierem transfigurare
fecit, & palam pro vxore habuit data illi dote, additaq; est ce-
lebris nuptiarum solemnitas, additum & flammeum, matrē
demum, fratrem, sororem, vxorem pręgnantem, & sibi con-
iunctos occidit, omnem etiam pęnæ senatus ordinem interfe-
cit, æquestrem penitus deleuit & destruxit, Christianos vbiq;
excruciari mandauit, Christiq; nomen extinguere voluit, apo
stolos Petrum cruce & Paulum gladio occidit, quamobrem
typus Antichristi semper habitus est, in iudicando nihil in cō-
mune aut propalam iudicabat, sed cōscriptas sententias taci-
tus & secreto leges, quod libuisset pronunciabat fallere, & fu-
rari ius erat, & vrbis Romæ incendium vir crudelissimus spe-
ctaculi causa fecit, & interim suā canebat halosim, id est Tro-
ianę vrbis excidium, quod scripserat. Neq; vllum ad reliquas
rerum suarum tre permisit, vnde multa Latinè Græcè epigrā
mata conscripta sunt, omne etiam exactionis genus expleuit.
ob id reipublicę hostis a senatu iudicatus & pronunciatus ex-
titit. ecce quibus portentis Romana respublica commissa est.
Galliæ tandem vniuersę sub eo defectum, & eo die, quo ma-
trem occidit, Neapoli nuntium defectionis gaudens accepit,
nec multo post Hyspanias rebellasse intellexit, nec eo secius
142 quicquam luxus consuetudine atq; desidia imminuit. † nun-
ciata tandem est cæterorum exercituum defectio, quo fa-
ctum est, postquam omnes aduersus eum insurgere audiuit,
vt vix die illo euaserit, quin a populo discerperetur, de salute
desperans animum ad fugam conuerterit, & ab vrbe discesse-
rit, atque vt quadrupes per angustias cauernæ effossę receptus
decubuerit. Et dum se hostem a senatu iudicatum intellexis-
set, interrogauit, quale id genus pęnę esset. Et dum comperit
nudi hominis ceruicem inseri furcæ, mox virgis corpus ad cę-
dem ducendum esse. Duos itaque pugiones, quos secum por-
tauerat, arripuit, & ad quartum vrbis lapidem pugionibus se
interfecit, quare in eius morte omnis Augusti familia defecit,
& plebs exultando pileos tanquam seuo tyranno exempta, ac
velut habito triumpho assumpsit. Silentio tamen prætereun-
dum non puto quod Iosephus libro antiquitatum. 20. cap. 6.
143 de eo scripsit. † Multi namque, inquit, de Nerone historiam
cōscripserunt, quorum quidam pro gratia beneficiorum eius
neglexere veritatem. Alij vero propter odium eius & inimici-
tias sic impudenter mendacijs inuoluti sunt, vt aperta repre-
hensione digni sint. Mirandi tamen a me non sunt qui de Ne
rone mentiri esse noscuntur, dum neque priora gesta conscri-
bentes veritatem videntur historię custodiuisse, licet circa eū
neque odium habuisse noscuntur, quum longis post eum tē-
poribus extiterint. Sed his quidem qui veritatem historię præ-
uidere volunt, liceat scribere, quod volūt. Sic est omnibus scri
bendi licentia, vt in historia non modo dicere cuicumq; quod
vult, sed & mentiri liceat. Defuncto Nerone quatuor a militi-
bus creati sunt imperatores, Sergius Galba in Hyspania, Otho
Romæ, Vitellius in Germania, Vespasianus in Palestina. Gal-
144 ba † libidinis in mares pronus vna cum vindice conspiratio-
nis in Neronem factæ cōscius fuit, & Neronis intellecta mor-
te vi imperiū aliorū tyrannorū more arripuit, nec togę vsum
recuperauit, quā oppressis magistratibus quosdā etiā vtriusq;
ordinis viros clarissimos minima suspicione inauditos condē-
nauit, atque omnia adeo seuere egit, vt Romanos exercitus ad
defectionē coegerit, seuitiēq; in eū ansam præbuerit. Quippe
quod nullius rationis vir esset modo acerbus aliquando remis-
sus, iners, & negligentior quam principis magistratum agen-
tem decet, quo factum est, vt septimo mense postquam im pe-
rium vsurpauerat suæ tyrannidis pęnas dederit. Ab Othone
enim, quem Romæ Imperatorem diximus, in medio foro tru
145 cidatus est. Inter eos tumultus & cędes. † Otho suæ vxoris mo
chus imperium inuasit. Neronianę seueritatis imitator, atq;
ob id assumpto imperio Nero nūcupatus fuit. Neq; Neronis
cognomen accipere dubitauit. A Nerone enim, dum viueret,
trucidandæ matris Neronis mandatum acceperat, atque ad
seuitias assuefactus Vitellianos milites, qui in Germania erāt
concitauit, vt aduersus eum congrederentur. Et cum anima-
duerteret suorum defectionem nonagesimo & quinto im pe-
rij die sedata siti gelidæ aquæ potione duos pugiones arripuit
& vno ictu infra lęuam pupillam se traiecit, quo exanimatus
est. Isti sunt tam laudati mores ducum Romanorum quos

Imperatores nominare voluerunt, quorum ratione Impera-
146 toris nomen meruerunt. † Quid plura, Vitellius qui perpetuo
Spintria cognomine notatus est, non dissimili tyrannide vsus
est. Quippe qui morte Othonis suorum militum fretus auda-
cia imperium occupauit strictumq; Iulijs Cęsaris gladium te
nens paludatus inter signa & vexilla apparuit, ac tū omnibus
anxijs & animo suspensis dicere cępit. Bono animo estote, no-
bis illuxit. Et sic per mediam ciuitatem triumphans vectus est
militibus suis, quorum opera in imperium arripuerat, passim
rapinas, verbera, plagas, ac cędes inferre concessit, atque de-
testabili voce confirmare ausus est. Quid vlterius, vir omnium
viuentum sua ætate vilissimus, sucque tyrānidis principatum
histrionum & aurigarum consilio administrauit. Nobiles vi-
ros vario fraudis genere occidit. Plerosque, etiam inauditos
morte cōdemnauit iugulariq; fecit. Sed quid indignius imo
fędius dico fecerit, referre doleo, Asiaticum libertum ple-
rosque etiam adolescentes mutua libidine constuprare non
cessauit, aliaque fęda & non commemoranda scelera perpe-
trauit propter quę omnes pęnæ Romanos exercitus ad defe-
ctionem prouocauerit atque suæ crudelitatis pęnas acceperit.
Arreptus enim religatis post terga manibus, iniecto laqueo,
veste discissa, in forum tractus est, & reducta coma a capite, si-
cuti noxij solent ense mento appenso, vt faciem omnibus vi-
dendam præberet per vicos vrbis ductus est, aliaque ludibria
perpessus, minutissimis tandem ictibus trucidatus, & in Ty-
berim unco tractus. Ista sunt præclara facinora, quæ de Ro-
manis Imperatoribus scribuntur, quorum occasione aliæ
nationes a Romanis & Italis barbare nuncupantur. Non
147 prętereundi † sunt Vespasianus & Titus, qui simul Imperato
ris nomen vsurpauerunt, tametsi veri fuerint domini nostri
Iesu Christi ministri, qui futuram Iudæis ruinam & Hierosoly
mitanę ciuitatis euersionem prædixerat, Lucæ 19. & 21. Mat-
the. 24. Marci. 13. Isaiæ. Hieremię 4. & in thrēnis seu lamenta-
tionibus eiusdem. nō enim id Vespasiani & Titi virtuti tribui
potest, sed vt domini nostri Iesu Christi verbum impleretur,
& vt aliquod huius rei testimonium afferam, in hac re omittē
dam non esse opinatus sum orationem Eleazari Iudæi, quam
Iosephus in septimo libro belli Iudaici refert, qui non Roma
148 norum virtute, sed voluntate Dei contigisse testatur. † nam in
quit, & Iudæi qui in Syriæ ciuitatibus erant, a Syris interempti
sunt a Damascenis decem & octo millia Iudæorum cum vxo
ribus, & liberis trucidata sunt, quanta denique in Egypto Iu-
dæorum multitudo interempta est, quæ numerum sexaginta
millium excedebat. illi enim, inquit, non armis Romanorum
interempti & iugulati sunt, & iterum Iosephus ait, quibus etiā
armis Romanorum qui Cæsaream incolebant Iudęi perem-
pti sunt. alia etiam plura quæ opinione hominū tenent, vt cre-
deretur Romanorum virtute in Hierosolymis hæc omnia cō-
tigisse. sed aliter rem se habere idem Iosephus libro 20. capi-
149 tul. quinto antiquitatum demonstrat. † ob frequentes inquit,
hominū cędes quæ in templo fiebant, Iudęi arbitrati sunt Deū
aduersatum eis fuisse, vt vrbem Romanis traderet, & templū
veluti nequaquam suo habitaculo mundum tradidisse, & vt
purgatio fieret ciuitatis, ignem & seruitium intulisse, dum vel-
let eos cum vxorib. & filijs crebris castigare calamitatib. Ope-
ra si quidem latronū hoc implebant scelere ciuitatem, & ite-
rum in bello Iudaico ait, existimasse Iudæos vrbis excidiū pro-
pter Iacobum fratrem domini, qui ab Anania occisus erat eue
150 nisse. † Cæsa quippe sunt in Hierosolymis, teste Iosepho in bel
lo Iudaico libro 6. vndecies centena millia hominum non cō-
numeratis latronibus seu sycarijs, & prædonibus qui post ciui
tatis excidium interijsse vulnerib. comprehensi sunt, neq; per-
sonis electis quæ in triumphum reseruatæ erant, & iunioribus
qui supra annos viginti septem erant, qui captiui semper reser
uati sunt, destinati in varias pęnas & in varias prouincias disper
si supra numerum 90. millium personarum, hæc enim prædi-
cta a prophetis testatur etiam Iosephus libro 8. belli Iudaici ca
pit. 3. Vnde nec virtus Romana sibi quicquam tribuere potest
151 sed † cū Titus qui pręfuit Hierosolymitanę expeditioni & vr-
bis excidio, aliqua reseruasset, neque domini sententiam omni
no fuisset executus, Adrianus 64. anno post Titi excidium ex-
tremam manum apposuit & funditus ciuitatem euertit. nam
que pauca vrbis vestigia, quæ Titus conseruauerat solotenus
Adrianus eruit, statuam que suam in loco in quo fęderis arca
steterat erexit & statuit, & Iudæorum posteritatem quę adhuc
superstes erat, quique latentes ad sanctum locum redibant ora
rent prorsus exterminauit, licet postea instaurauerit, suoq; no-
mine Helam nuncupauerit, quo factum est, vt loca sacra quæ
olim extra vrbem erant, muro Septentrionali exclusa noscan-
tur. Cæterum Vespasiano imperium vsurpante, in Romanos
152 insurrexerunt Germaniæ, Syria, Galliæ, & Britannia. † Tan-
tę etiam fuit auaritię & rapacitatis, vt vectigalia tametsi gra-
uia a Galba imposita fuissent, noua multo grauiora exigere nō
dubitauerit. Negotiationes etiam priuato non conuenientes
exercuit.

creuit. Candidatis honores, reis absolutiones vendidit. Officia etiam ex industria creauit, vt nobiliores innocentes condemnaret, quos vulgus spongias appellabat, quod veluti spongias & siccos madefaceret, & humentes exprimeret, vt Erasmus in apophthegmatibus ait, suborta sunt hac rõne in vrbe tot tantaq; ciuilia bella sua tẽpestate, vt pene ciuitas desolata fuerit.
153 † Titus etiam filius tantę voluptatis fuit, vt orbis delicię appellatus sit. In balneis etiam extinctus est. Non enim existimabat se morbo leuari, neque cibum sane capere posse, nisi locutus in balneo. Comessationes ad mediam vsq; noctem protrahebat, greges etiam spadonum & exoletorum habebat sibi familiares, atque cum vxoris fratre consuetudinem habuisse palam est, ac dum moreretur recordatum fuisse plerique dixerũt Denique tantę seueritatis fuit, vt Neronem representare plerique opinarentur. Tametsi in melius vitam commutasse, postquam actam diu hanc infęlicem vitam, demum maximas laudes reportasse, atq; ob id in communi locutione patri suo propositum extitisse, mortemq; maiori populi damno quam suo
154 obiisse Tranquillus asseueret. Domitiano† fratre suo in imperio successore relicto qui tantę superbiæ atque sęuitię & rapacitatis fuit, vt nulli in istiusmodi vitijs cesserit. complures enim senatores virosque consulares sine causa occidit, neq; etiam a suis abstinuerit, Philosophos omnes iniuste relegare coegit, diuũ Ioannem Euangelistam exulare iussit. supra naturam rapax, bona quippe non solum viuorũ, verũetiam mortuorũ inopinate prædabatur, quolibet enim excusante vsquequaq; capiebat, satisq; sibi erat qualecũq; crimẽ vel dictũ aduersus principis maiestatem, mox Deũ se coli ac dominũ appellari voluit quãquam aliqui sint qui asserant tẽplũ illud a Marcho Agrippa qui fuit Octauiani gener factũ fuisse, idque in columnis palam ab omnibus videri. Illo etiã iubente Christiani multi pro Christo mortem diuersi generis sustinuerunt. Diuus tamen Ioannes euangelista postquam Domitiani iussu in feruentis olei lacũ deiectus, liber euasit, in Pathmos insulam relegatus. Cletũ etiam Pontificem, alios denique multos gladio occidit. Tantę etiam libidinis fuit, vt concubitus assiduos, veluti exercitationis genus clinopalam appellaret, a fratris filia & virgine non abstinuit conceptumque a se abigere fecit Initio sui principatus secretũ sibi horarium sumere solebat, nec quicquã amplius quam muscas captare easque stylo præacuto configere, vt interroganti cuidam essetne quis cum Cæsare, a Vibio Crispo responsum fuisse, Ne musca quidem. hæc Tranquillus in Domitiano. Quo factũ est, vt ob illius sęuitiam plures aduersus eũ
155 conspirauerint. † Tandem a Parthenio cubiculario in ipso cubiculo occisus est. Cuius morte senatus populusq; Romanus lętitia repletus est, mortuũq; probris & contumelijs lacerare cœpit, clypeosq; omnes, atque imagines eius & titulos eradicari præcepit abolendamq; illius memoriam censuerit. Isti sunt tyrannorum Romanorũ mores. hi sunt triũphi, quibus specta
156 ta est Romana ciuitas.† Mirũ quippe est, qua ratione Romani & Itali moueantur, barbaros alios populos vociferare, cum homines non tam cruenta portenta & effera monstra producant qualia Romana procreauit & educauit. Desinant igitur Romani alios populos & gentes barbarica fęditate notare, qui deprauatos & efferos suorum mores cohibere non valent. Ad reli-
157 quos progrediamur. Nerua† extincto Domitiano duobus annis tyrannidem occupauit, qui multos Christianos persecutus est, varijsque suppliciorum generibus affecit, mortiq; tradidit. Postremo cũ multorum nomina falso impune deferebantur, palam a Frontone consule dictum est. Male esse eum imperare, sub quo nemini quicquam concessum sit, sed longe peius sub eo viuere, sub quo maxima quibuslibet licentia est. Illo sic Romę imperante Dacia defecit & Germania, vtraque Armenię, Scythia, Mesopotamia, alię denique orientales prouincię Romanos persequi non dubitauerunt. Cæterum nulli dubiũ esse potest, plerosque authores Neruam in hoc laudauisse, qđ exules a Domitiano factos reuocauerit, vt inde gloriam cõpararet, vnde Domitianus populi indignationem conceperat. Publicato Nerue decreto diuũ Ioannẽ euangelistam Ephesum reuersum esse. mox afflictę Reipublicę succurrere voluisse. Traianũ in filium adoptando quem Cæsarem consentiente senatu appellari procurauit, tametsi illi propinqui non deessent. Existimauit tamẽ potius esse pro Reipublicę beneficio genus suũ virtuti postponere, cum principatus non sanguini sed meritis debeatur. Hoc est maius beneficium quod Respublica a
158 Nerua sub magistratu acceperit. Illo extincto† Traianus qui Germanię a Nerua præfectus erat audita Nerue morte Romã venit & imperium occupauit. Iterum Daci rebellarunt Scythę Arabes, Armenię ambę, Parthi. Assyrij Agareni, alij etiam plerique populi defecerunt. Sub eo ecclesia mirabilem passa est persecutionem, vt Iesu nomen delere desyderauit. Idque pro sua potestate effecisset, nisi epistola Plinij qui tũ in Hyspania suo nomine præerat, paulo remissior effectus fuisset. Cuius epistola inter suarũ epistolarũ numero addita est, q̃ cõsulto omittimus.

Tandẽ post tõtas in Christianũ sanguinẽ sęuitias, crudeles & impias trucidationes expletas, iuste veneno interijt. Scribũt aũt plerıq; diuũ Gregoriũ Pontificẽ maximũ preces ac lachrymas tãdiu pro eo effudisse donec reuelatione nuntiatũ ei esse animam eius ab inferis liberatam fuisse. Quod credere facile non est, cum ab omni Christiana pietate alienum sit infidelẽ atque tã impiũ & crudelem domini nostri Iesu persecutorem saluũ fieri posse, non in flumine aut flamine baptizatum, iuxta illud quod scribitur Marci vltimo capit. Non etiam pęnitentẽ, neq; ad meliorem vitę frugẽ conuersum sed in ea voluntate quoad vixerit perseuerantem. Si forte resipuisset queãdmodum & de seipso diuus Paulus primæ ad Corinth. 15. testat, & Actuũ. 22. scribitur, consentiendum esse existimarem. Sed huic sententiæ plurimum refragatur, quod diuus ipse Gregorius ad Bonifacium archiepiscopum scripserit. Congruere inquit vt sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat & intercedat non tamen pro impijs, quamuis Christiani fuerint, tale quid agere licebit. Cuius epistola transcribitur in c. pro obeuntibus, 13. q. 2. quanto minus existimo pro infideli & impio dñi nostri Iesu Christi & Christianorũ seuerissimo persecutore voluisse diuũ Gregorium intercedere, quem non constat pęnitentiam
159 egisse, sed in peccatis mortuũ & sepultum fuisse. † non ignoramus Traianum præceptorem habuisse Plutarchum, qui suo nomine libros philosophiæ plenos scripserit, vt vitam eius in melius informaret, & quæ bono principi conuenirent, plane edoceret, bonisq; tandem morib. institueret, sed & si anterioribus tyrannis Romanorum ducibus in cũctis melior aut synceriot apparuerit, ob id tamen arbitrandum esse non puto, tan pium tamve sanctũ Pontificem præsumpsisse pro mortuo orare seu intercedere, quem pietas Christianæ religionis abominabatur, contra ea quæ ad Bonifacium archiepiscopum scripserat, maxime quod legis nostrę præcepta ad monent, nõ posse eũ qui renatus non est ex aqua & spiritu sancto, in sanctam ciuitatem supernam introire, sacrosanctaq; Dei ecclesia dictũ enunciet, & prędicet in inferno redemptionem non esse, Iob 10. capit. quare vix persuaderi potest, tantum tamque celebratissimum Pontificem pro tyranno preces, & lachrymas effudisse, cum scribatur Psalm. 48. frater non redimit, redimet homo, & non dabit Deo placationem suam, & pretium redemptionis animæ suæ. Mouet etiam quod diuus Hieronymus scribit, cuius verba transferuntur in cap. in pręsenti. 24. quęstio. 2. cum ante tribunal Christi venerimus, nec Iob, nec Daniel, nec Noe rogare posse pro quodam, sed vnũquemq; portare onus suum, & quod ipse idem diuus Gregorius scriptum reliquit in capit. qualis. 25. distinct. qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio apparebit vel representabitũ. mox docet, quæ & qualia sint peccata, quæ in altero sęculo remittenũ, & quæ non remit
160 tentur, hęc pauca dicta sufficiant. † Hadrianus autem mortuo Traiano Imperatoris nomen arripuit, de quo in apophtheg. Erasmus ait vnum attigisse quod regem a tyranno distinguit, quod in senatu dicere soleret, sic se gesturum principatum, vt sciret rem populi esse, non suam priuatam. Hic vt verbum domini nostri Iesu Christi adimpleretur, quod dixerat in Hierusalem non remansurum lapidem supra lapidem quin destrue
161 retur, Luc. 21. & 19. & Matth. 24. † cęptã a Vespasiano & Tito filio suo Hierosolymitanę ciuitatis euersionẽ impleuit. in qua euertẽda lasciuire non dubitauit, vt nomen Domini conculcaret, vt pauloante in Vespasiano explicuimus, quod Diuus Augustinus aduersus Manicheos scribens maxime culpandũ es-
162 se ait cap. quid culpatur. 23. quęstio. 1. hic etiam† supra modũ in Christianos sęuit. ipso enim imperante tametsi ad Antoninũ Pium nõnulli referant in mõte Antarath decies mille pro Christo in cruce positi sunt. & qui principis temporales milites erant, etiam ęterni principis milites effecti sunt. Sub eo etiã passi sunt Alexander primus & Sixtus etiam primus Pontifices, beata etiam Sophia cum tribus suis filiabus virginibus, & plurimi alij quorum infinitus est numerus. Cęterũ dominus qui suorum sanguinem vindicat, illum in primis visu priuauit, carnes item eius adeo putrefactas effecit, vt vermibus implerẽtur cumulatimque per os eius defluerent, & demum moriens medius crepuerit. clamabat autẽ moriens, Domine deus triũ virginum & matris earum velocius animam meam de corpore meo educ. scio enim quod propter illas hæc patior. scribuntur hæc in vita beati Sixti primi. legitur etiam Seueriani & Fusci nepotis imprecationem a dijs auditam fuisse, dum cum iniuria ab Hadriano, quos occidi iusserat iugularentur, Deosq; testatos fuisse nihil sceleris cõmisisse neq; aliud Hadriano imprecari, nisi cũ mori vellet nõ posset. idq; euenisse adeo vt barbarus conductus qui ferro mortem pro beneficio daret aufugeret. hæc Erasmus in apophtheg. hic etiam Hadrianus seruo suo suo Antonino, quem in delicijs suis habuit, gymnlacũ agona instituit apud Antineum ciuitatem, quam de nomine ipsius conditam vocauit, ac prophetas in templo ordinauit, sicu-
163 ti Platina docuit in vita Aniceti primi Pontificis. † Sub eo Gallia Bri-

lia, Britãnia, Parthia Armenia, Syria, & Assyria, Mesopotamia
aliæ etiam pleræque Orientales plagę aduersus eum insurrexe
runt. rebellarunt pariter, & Iudæi, quod seuerius ab eo quam
principem deceret tractarentur. Seruianum socerum suũ no-
nagenariũ, alios etiam multos insignes viros ciues Romanos
morte affecit, suę autem nequitiæ pęnas dedit, sicuti supra ex-
plicuimus. Traiani gloriæ etiam inuidit qui omnia a Traiano
pro Reipubl. beneficio edita deleuerit, recteque constructa &
ędificata pene destruxerit, prouinciasque quas Romanis audiē
164 tes fecerat restituit. † Antoninus Pius cuius occasione nostra
processit disputatio, intellecta Hadriani morte, imperatorē se
nominauit, neque a sęuitia & tyrannide abstinuit. illo enim im
perante Telesphorus & Higinus Pontifices Christi martyres
effecti sunt. alij etiam in varia tormentorum genera tracti, ta-
metsi nonnulli asserere satagant nullum suo iussu interfectũ
fuisse. sed qui diuinas texuerũt literas longe secus sentiũt, quã-
quam eorum aliqui honori ac pudori illius parcentes enixius
contestentur aliena solicitatione Antoninum Pium fuisse, vt
in Christianos sęuiret, cũ vti dicũt illis tẽpibus gentib. & Paga-
165 nis Christianũ nomen inuisum esset, † sed bonus rectusq; prin-
ceps moueri non debuit alienis suggestionibus cuiquã iniuriã
inferre. Ob id aduersus huiusmodi excusationes repeti pos-
sent, quæ diuus Hieronymus in Ruffinũ scripsit, dũ Ruffinus
se Origenis interpretem & defensorem reclamauit, vt illũ ab
erroribus, quibus ab ecclesia condemnatus est, excusaret. In
peccatis enim nulla potest excusatio patere, cũ boni iustique
principis incumbat officio, nihil inconsulte aut impie quacũ-
que causa aut ratione facere. Quoniã, vt Plutarchus ait in li-
bro quem ad Traianũ scripsit, de doctrina principũ, Princi-
pes ad curam & salutem hominum per virtutem debent seip-
sos Deo similes reddere, hoc est Dei rationē gestare, nēpe in-
tellectũ nõ sceptrũ, aut fulgur, aut tridentē, qua specie seipsos
nõnulli fingũt, ac pingunt stultitiã suã. Vnde licet Pij cogno-
men assumpserit, impij nomen potius meruerat. Vnde origo
166 tantę pietatis suborta sit, paulo post explicabimus. † Non præ
termitto Antoninũ cognomine Pium Gallos male audien-
tes habuisse, Germanos rebelles, & Britannos deficientes,
Mauros, Parthos, Armenos, alios etiam Orientales popu-
los eius authoritatem respuisse, Alanos aduersus eum non
mediocriter erupisse, nonnullos sibi quadam necessitudine &
amicitia coniunxisse & allexisse, alios sibi conciliasse, veluti In
dos, Hyrcanos & Bactrianos. Non inficiabor omnes penæ hi-
storiæ Romanæ scriptores Romanorumq; Imperatorum scri
psisse, hũc Antoninũ, de quo noster sermo est, ꝑ omne sui im-
perij tempus senatui populoque Romano gratum fuisse, sed
ab re non est, si inter cęcos monoculus rex constituitur, quo-
niam minus offendiculum ab eo Respublica receperit. Quare
Romani qui temporibus inseruierunt sicut Iosephus scribit in
libro antiquitatum 20. ob id plura longe a veritate aliena & ve
re figmenta seu fabulamenta commentitia recensere non eru
buerint. Veluti de Manlio Torquato, & publio Valerio Cor-
uino, & similibus vt Ciceroni placet libro Officiorum 2. † Po
167 stremo vnde Antoninus cognomē Pij assumpserit, videamus
Aliqui quod Hadriano templum pro sepulchro ædificauerit.
Alij quod socerum ætate defectum subleuauerit, seu quod Ha
driano post mortem multos honores decreuit. Nõnulli quod
plerosque gladio destinatos ab Hadriano prohibuerit, ne mor
ti traderētur. Pleræque, quod in principio sui principatus debi
tores liberauerit cautionibus restitutis, quod verisimilius est.
Atque ob id ab his, qui alieno ęre grauati erant, pater patrię ap
pellatus est. Sed mirandum est, quod ab his in deorum nume-
ro relatus non est, cum a creditorum manibus illos eruerit. De
mum vxorem suam Faustinam quamquam adulteram diui-
nis honoribus coli a senatu passus est, delatis sibi aureis statuis,
& templo & flaminibus, epitaphiumque illi adiũgi diuo An-
tonino & diuę Faustinę. Ista sunt vera pietatis insignia, propter
quę Pius vocari meruit. Hæc de Antonino Pio, qui se mũdi do
mino prædicare non erubuit, in l. deprecatio. ff. ad legem Rho
diam de iactu. qui paucos audiētes habuit populos, vt supra do
168 cuimus. Marcus† Antonius Aelio cum Lucio vero fratre suo
Imperij Romani administrationem assumpsit, quod prius am
bo ab Antonino Pio adoptati fuerant, sed haud multo post Lu
cius Aelius apoplexi mortem obijt, & Marcus Antonius so-
lus imperauit. Ambo seueritate pleni, crudelissimiq; ecclesiæ
persecutores. Multi enim Christiani ab eis trucidati, & in va-
ria mortis genera traditi sunt. Ab eis quarta ecclesiæ persecu-
tio suborta est. Inde strages multa Romanorum exercituũ in
Gallia, Illyrico, Italia, Germania, Sarmatia, & alijs plerisq; pro
uincijs secutus est terrę motus, aquarum inundationes, agrorũ
vastationes, in Italia maxime, vt villæ atque oppida sine habita
tore, agri absq; cultore fuerint. Parthi, Syri, Britanni, Marco-
mãni, Quadi, Pannonij, Sueui, Alani, alij denique Septentrio-
nales, & Orientales populi aduersus Romanos arma sumpse-
rũt, quo tempore Antoninus Verus omne belli tempus otio
transigebat venationibus, & gladiatorijs certaminibus. Ob eã
bellorũ calamitatem Romani milites pene attriti sunt, vt Ro-
manis necesse fuerit seruis & latronib. pro Reipublicę Roma-
nę defensione vti. Isti sunt mũdi domini, q neq; sibi neq; alijs
169 imperare potuerũt. Nec† melioris conditionis fuit Antonius
Commodus Marci Antonini filius ex Faustina vxore natus,
aut verius ex gladiatore quodam susceptus Marco Antonio
vero marito suo sic libidinē eius dissimulante vt mœchos etiã
ad dignitates promouerit, Tertullũ maxime, quem cũ ea pran
dentem deprehendit. Quo factum est, vt Faustina non princi-
pem, sed incommodum gladiatorem & ad voluptatem natũ
filium Reipublicæ enixa sit, qui post patris mortem nullas ar-
tes pręter gladiatorias pugnas exercebat. Et ob infamiam, &
abhominabilem vitę ipsius rationem C. Caligulæ assimilatus
est, cum eiusdem moribus fuerit. Omnia insuper libidine
rapacitate, cędibus, & istiusmodi facinoribus implebat, vt nõ
tantum secũdus a Nerone, verumetiam ipsemet Nero existi-
matus sit. Persecutio etiã ecclesię quę a patre cęperat, Com-
modi seueritate aucta est. Nec illi satis fuit omnia turpiter, im-
pie & crudeliter agere, sed ea publicis & perpetuis monumen
tis tradere non dubitauit, vt Roma perpetuum suę turpitudi-
nis & crudelitatis haberet testimonium. Strangulatus autem
a Narcisso, quo in delicijs vtebatur, & Quinti Leti præfecti vr-
bis consilio, pariter & Martię concubine, quam vnice & præci
pue supra omnem suarum concubinarum gregem adamauit
quæ veneno, quod vino dulci & suauissimo miscuerat, intoxi-
cauerat, quo statim sumpto decubuit, qui senatores aliosq; vi-
ros nobilitate & doctrina insignes occiderat, qui Leonis pellē
sæpe induebat, vt se hominum regem designaret, sicuti Leo
omnium quadrupedum animalium rex fore creditur. Trecē-
tas enim concubinas, totidē pueros in palatio educabat. Alia
etiã multa obscena & relatione indigna perpetrauit, quę con-
sulto omittimus. Ista sunt Romanorum Imperatorum pręcla
ra facinora, quibus cęlum ornatur, terra gloriatur, quo facilius
homines in omne vitiorum genus huiusmodi tyrannorum
170 exemplo facilius declinare possint. Non potuit † Helius Per-
tinax ob breuem imperij occupationem multa in rempublicã
moliri quem multi in semestri quo Romanum tenuit impe-
rium Chrysologum appellabant, quod bene loquendo haud
bene taceret. a militibus enim tertio post mense quam impe-
rium assumpsit, occisus est. Alij vero sexto mēse a Didio Iula-
no imperium affectante, quem Imperij consortem Pertinax
171 sibi fecerat, trucidatum esse volunt. Didius Iulianus, † quem
Iureconsultum fuisse plerique asserunt, nonnulli Saluij Iulia-
ni Iureconsulti pronepotem esse dicunt. Primus auro Impe-
rium licitatus est, atque ob id Imperator a militibus salutatus.
Sed cum plura, quam facultates illius suppeterent, obtulisset,
neque quo promiserat persoluere posset, cõtemptui esse cępit,
& post duos mēses quàm indignus imperium occupasset, in-
stante Seuero qui imperiũ affectabat, a Prætorianis metu Se-
ueri, de quo mox sermo fiet, in palatio occisus est. Alij vero vi
ctum aiunt a Seuero apud Pontem Miluium septimo mense
postquam imperare cępit, ciuili bello interfectũ fuisse, potior
172 & communior est priorũ opinio. † Seuerus, cuius opera & in-
uestigatione Iulianus occisus fuerat, re & nomine Seuerus, ob
id multis lacessitus est defectionibus, vrbe ciuilibus dissentio-
nibus agitata. Romanum vsurpauit imperium, a quo ecclesia
duram & seueram nimis passa est persecutionē, plerią; enim
martyrio coronati sunt, quorũ nomina, virtutes, & passiones
ecclesia festiuiter obseruat. Hic omnium opinione ꝑ immani-
tates plurimas, quibus in Christianos & senatores & nobili-
tate conspicuos vsus est, defectiones passus est. Gallia enim &
Britannia, Germania. Parthia, Arabia, aliæ denique prouinciæ
Romanum respuerunt imperium. Tandem dum animum ad
recuperandam Britanniam conuerteret, in ea apud Eboracũ
Vuatiæ opidum moritur, duobus filijs Geta & Bassiano. Geta
omnibus probris cõtaminatus hostis publicus iudicatus & in-
terfectus est, quod Papinianus Iureconsultum excelsi ingenij
173 virũ sua manu trucidauerat. † Alij vero a Bassiano fratre suo,
qui mox imperium inuasit, interemptum esse affirmauit, atq;
ad id paratas fuisse a Bassiano insidias, vt faciliore modo illum
trucidaret, ingressus enim fratris cubiculũ nihil tale expectã-
tis in gremio matris illum obtrũcauit. Vt autem malam de se
hominum opinionem leuaret, quæstus est se a fratre insidias
passum fuisse, tametsi multa in eum contulisset beneficia, pro-
posito enim duorum millium drachmarum dono a militibus
obtinuit Getam fratrem publicum hostem appellari, & ob id
iure cęsum. Antoninus Bassianus dictus, & a veste, qua vtebat,
Caracallus cognominatus, Seuerus filius patre Seuero seue-
rior profuso militibus quicquid auri Seuerus pater toto prin-
174 cipatu compilauerat imperium inuasit, † vir omnium homi-
num, qui id temporis erant, libidine intemperatorum intēpe-
ratissimus. Hic Iuliam nouercam suam vxorē accepit. demũ
in Christianos & alios virtute & dignitate præstantes viros se-
uit, ac

nit, ac multis cruciatibus affecit. Nullũ deniq; libidinis neque
cuiuscunq; alterius facinoris vitium omisit, neq; vllum quan-
tũcunq; minimum a se egregie aut insigniter factum reliquit
dum autem in Parthos bellũ moueret, interemptus est, non-
nulli ab hostibus interemptum fuisse dicunt. Alii quibus fre-
quens opinio scriptorum cõsentit, in secessu mortem obiisse.
Alii dũ leuãde vesicæ causa ex equo descendisset, inter Odis-
sen & Carras a Marco Macrino palatii præfecto, qui imperiũ
tunc affectabat, interemptum esse. Alii vero a Martiali centu-
rione, quem ad id Macrinus multis suggestionibus induxit,
vno pugione transfixum esse tradunt, sed non impune, quo-
niam fugientem Germani milites multis vulneribus confo-
175 derunt. Opilius Macrinus † vir nullius fidei, venalitius & vi-
ta sordidissimus, dum Antonij necem simulat cum alijs ne-
cem lamentans Antonium inter diuos retulit, templumque
illi ędificat. Mox imperium inuasit Diadumeno filio in con-
sortium assumpto. Cuius sæuitiæ exempla tanta sunt, vt vix
credi possint. Milites enim passim in cruces adigebat, & serui-
libus afficiebat suppliciis. Aliquos dignitate pręstantes viros
curribus alligabat, donec spiritum emitterent. Alios erectis
bobus extantibus duntaxat capitibus inferebat. Aliquos viuos
exurebat. Sed dum Syriacis voluptatibus in Antiochia inten-
deret, ab exercitu Antonini Heliogabali in Bithyniæ sub vr-
bio cum Diadumeno filio suo interemptus est. Antoninus
176 † Heliogabalus, vel, vt alii volunt, Marcus Aurelius Anto-
ninus Antoninii Caracalli filius drancus & pathicus dictus
est, quod & agendo & patiendo turpi libidine arderet, & con
tinue fœdabatur. Et in natura pro monstro teterrimo habitus
est, quippe qui se veluti deum adorare faciens Solis primo no-
men habuit, sed cum muliebriter viros pateretur, Lunę no-
men accepit. Et quemadmodum Tyberius libidinum inuen-
tores habuit sic, vt perpes dapum conditores & Vitellium &
Apicum monstrosis conuiuijs superauit. Alia pleraque fœdis-
sima de illo scribuntur, quæ consulto omittimus. Senatum
præterea multis obscenis fœdare studuit, & senatores togata
mancipia appellare non erubuit, scenicoque viros in senatu,
& in quocunque ordine introducebat, & prouincijs regen-
dis viles quosque committere non dubitauit. Postremo stul-
tas & stultitiam semper in precio habuit. Quo factum est, vt
ciuitas tota otio & fœdissimę luxurię, aliisq; obscenis moribus
debita esset, quare nihil prorsus aliud ab eo consecuta est Ro-
ma, quam libidines nefarias, omnis denique generis crimina.
Ob id quarto postquam imperare cępit anno milites aduer-
sum se ac plebem totam concitauerit, & varia de illius morte
177 cogitauerit. † Hac ratione de morte illius & mortis genere va
rii varia scripserunt. Nonnulli enim volunt primo tumultu a
militibus impetitum fuisse, vt trucidaretur, quem vt euitaret,
in proximam latrinã se coniecisse, in qua cum matre pluribus
vulneribus confossus est. Alii quod dum ad exercitum cũ Ale
xandro consobrino suo vectus introisset, Alexanderq; plus eo
a militibus acceptus fuisset, & hac ratione militũ, qui Alexan
dro plus quam illi fauerent, nomina subnotasset, a militibus
cum matre & exoletis suis vno impetu interfectus est, cada-
ueraq; eorum in cloacas proiecta, vt in Tyberim defluerent.
Aliqui corpus ex Aemilio ponte onere grauatũ ne fluitaret in
Tyberim proiectũ fuisse tradũt. Sic de vili illo scorto fœdata
178 est multis annis Romana ciuitas. Ista est † præclara & indele-
bilis Romanorum Imperatorum, seu verius tyrannorum or-
bis Romani dominorum memoria, quę nullam, nisi omnis
generis stuprorũ & flagitiorũ, & totius obscenitatis infamem
posteritatẽ dereliquit. Isti sunt Romani, nõ barbari mores. Ista
sunt Romanorũ Imperatorũ præclara monimenta, & deside-
rata exẽpla, quibus vniuersus orbis Romanus regi & modera
ri debet. Qui cũ alijs moribus viliores & longe vilitate præstan
tiores sint, in alienas nationes eos debacchari necesse sit, vt
nulla gens præter Romanã huiusmodi virtute polleat, neque
illarũ virtutum nouit initia. Quæso dicat mihi Romanus Ita-
licus seu Longobardicus, quisquis ille sit, an populi, qui nihil
huiusmodi obscenitatum nouerint, barbari iure dici debeãt.
Cessent, quæso, Romani alias nationes lacessere, & eas barba-
ras appellare, quæ non barbarorum more, sed cum decore &
honestate suis moribus Christiane viuũt. Procedamus. Huic
successisse in imperio tria monstra Platina scribit in vita Pon-
tiani primi huius nominis Pontificis, Diadumenus, Macri-
nus & Albinus. Alii aũt post Pertinacẽ & Didium Iulianum
179 statuunt. † Albinus ob edacitatem nomen accepit, qui cen-
tum persica Campana, decem melones Ostienses, quingen-
tas ficos passaras, quadraginta ostrea vna cena comedebat.
Postremo luxui & continuo otio deditus fuit, & pro bene me
ritis in Rem. publicam gladio a militibus impetitus est. Alii a
militibus Seueri Lugduni captum fuisse dicunt, & ab eis ca-
put amputatum, idq; Romę ad Seuerum delatum fuisse tra-
dunt. Diadumenus cum Opilio Macrino patre occisus fuit,
180 sicuti supra in Macrino diximus. Alexander † igitur Seue-
rus Heliogabali consobrinus & successor in Imperio opera
Vlpiani, Fabii, Sabini filii, Gordiani, Iuliani, Pauli, Claudii, Ve-
nati, Pomponii, Alpheni, Africani, Florentini & aliorum iure
consultorum, qui tunc temporis erant, vsus est, quorum consi
lio, nisi Mammeę matri tantum consensisset, longe in Repu-
blica regenda vtilior alijs inuentus fuisset, nec ita infęliciter
aduersus Artaxerxem Parthorũ regem pugnasset, sicuti scri-
ptores volunt, nisi materno consilio tandiu vsus fuisset. Duas
enim classes ex tribus quas aduersus Artaxerxem ordinauerat,
amisit, quæ penitus deletę sunt, & sui milites ad vnum occisi.
Tertia aeris intẽperie ceu desidia, qua elanguere cępit Antio-
chenis captus delicijs pene tota decidit factus militibus pene
inuisus, quorum animos largitione pecunię recõciliauit. Non
ignoramus Platinam in vita Pontiani primi Pontificis, & Vo-
laterranum dixisse Alexandrum, de quo sermo est, Artaxerxẽ
superasse, deque ea victoria Alexandrum in senatu orationẽ
habuisse, & a senatu triumphum illi decretũ fuisse, tametsi lũ-
ge plures aliter sentiant, quorũ Sabellicus meminit in 6. libro
septime Enneadis. Non prętereundum esse puto, oẽs pene in
hoc conuenire, Alexandrũ vetasse lęnonũ vectigal, & meretri
cũ, & exolerorum in publicũ erariũ inferri, exoletosq; Romæ
vetare voluisse, sed veritus ne decernendo publicũ dedecus in
priuatas cupiditates conuerteret, non prohibuit, quod & Phi-
lippus Imperator fecit. Ex hoc Volaterranus inquit, Patet ma-
res Romæ fuisse, qui publice prostabant. Hæc scriptis a Rober
to Gaguino in annalibus Francis, & a Cicerone in primo li-
bro epistolarum ad Atticum conuenire in aperto est. Nec du-
bium est, eundẽ Alexandrum male in Germanos circa Istrũ
& Rhenũ fluuios pugnasse, & cum plus otij, quã belli vir esset
ob id milites eo derelicto ad Maximinũ confugerũt, & cũ ab
omnibus derelictus esset, in tabernaculũ, vbi vna cum matre
confugerat, interemptus est. Ista sunt, quæ pulchre comme-
morare licet, vt alijs nationibus exẽplo sint, quoniã modo Ro
mani viuant, quibus legibus regantur, & qua ratione ducãtur
tam seuere in suos duces sęuiendo, quos Imperatores & orbis
domitores appellãt. Hi sunt dubio procul, qui præ cæteris to-
tius mũdi nationibus omnis generis inordinatis affectibus ac
vitijs fœdissimis nedũ inclinati, verum & dediti & prorsus im-
mersi semper in hunc vsq; diẽ fuere. De ijs amplissime tractat
diuus Paulus in ea quã ad Romanos dedit epistola capite pri-
mo, dicens, vt quẽadmodũ non probauerunt, vt Deũ agnosce-
rent, ita tradidit eos Deus in reprobã mentem, & vt facerent,
quę non conueniebat, repleti omni iniustitia, scortatione, ver-
sutia, auaritia, malitia, pleni inuidia, cęde, cõtentione, dolo &c.
Hi sunt qui neq; suos seipsos domare, neq; a tã fędis crimini-
181 bus cohibere potuerunt. Non minus † cũ Maximino eiusq; fi
lio tyrannidẽ affectante actum est, qui post vsurpatum impe-
riũ reluctante senatu omnẽ senatus authoritatẽ neglexit. Vsur
patũ ẽt se imperiũ vir truci ingenio, sæuitia & terrore confir-
mare curauit, Tyberio & Albino edacior & bibacior. Scribunt
nonnulli sępe vno die vini amphoram bibisse, & libras carnis
quadraginta, alij sexaginta vno die comedisse, tantę crassitudi-
nis existimatũ esse, vt sudore sui corporis, quẽ calice excipie-
bat, tres sextarios impleuerit, pollicemq; adeo pinguẽ habuis-
se, vt vxoris dextrocherio pro annulo vteretur. ab eo inde ortũ
esse prouerbiũ, dum de ineptis & longis hominibus sermo fie
ret, Maximi caligã requirit. Seueritatis fuit plus quã barbarę, sed
post occupatũ imperiũ insolentior & seuerior factus est. Exer
citus enim & populos sęuitia tantũ in fide cõtinere voluit. Ob
id a multis Cyclops, a plerisq; Busiris, a nonnullis Phalaris, ab
182 alijs Typhõ appellatus sit. † Sexta inde ecclesię persecutio su-
borta est, quæ alijs pẽcedentibus inferior nõ fuit. Auaritia adeo
notatus est, vt exitio Romæ & prouincijs, quæ Romanum au-
diebant imperium, fuerit. Sacra enim & prophana expilabat,
passim homines cuiuscunq; generis ad supplicium trahebat
nulla indicta causa, vt bona eorum raperet & prędaretur, calũ
nia enim pro causa illi erat. Ob id non tantum prouinciæ, quæ
tũc Romanos audiebant, sed & milites propter impias & in-
tolerabiles illius sęuitias aduersus eum insurrexerint, odiumq;
inexpiabile conceperit, defecerintque ab eo, ac coniurauerint.
183 † Hostis tandẽ a senatu iudicatus est, & nomen eius deletum,
statueq; ipsius euulse & euerse, aliũq; Imperatorẽ senatus suf-
fecit Gordianum seniorẽ, qui Reipublicæ periclitanti succur-
reret qui vna cũ filio Imperator institutus est. Vnde inter milis
tes Maximinos bellũ nõ modicũ subortum est cũ Gordianis,
sed Gordiani ambo interempti sunt. Alij vero solum iuniorẽ
dicunt, dũ cũ Carthaginensibus aduersus Maximinũ bellum
mouisset, occisum fuisse, patrẽ vero se laqueo suspendisse. Suf-
fectusq; est mox a senatu Gordianus filius Gordiani iunioris
quẽ occisum supra diximus, pręfecto militibus Pupieno, qui
Aquileiam ciuitatẽ occuparet, vt Maximino obsisteret, pro-
hiberetque Romã venire, a quo plerią; occisum fuisse asseue-
rãt. Alii vero in obsidione vrbis Aqleiane a militibus suis fuis-
se cũ filio occisum. Quibus Sabellicus consentit, reiecta Euse-

184 bij opinione. † Cęterũ satis omnibus placet patri & filio mox
amputatũ fuisse caput, amborumq; capita Romam missa, cor-
pora vero feris volucributq; laceranda relicta, atq; tam gratũ
fuisse Romano populo hoc facinus, vt cũ gaudio gratię dijs red
ditæ fuerint, omnisque ętas omnisve populus gratulabundus
hostias dijs obtulerit, ꝙ ab hostę & inimico tã seuero ciuitas li-
185 berata esset. Gordianũ † aũt tertiũ, qui vix annos tredecim na-
tus erat, Cæsarem a senatu appellatũ a Marco Iulio Philippo
interemptũ esse tradunt. Tametsi nonnulli hunc Gordianum
post interemptos Pupienum & Balbinum imperatores a po-
pulo suffectum fuisse asserunt. Post Gordionam vero tertium
Pupienum & Balbinum imperatores vero electos extitisse.
Sed siue Gordianus prius imperator factus fuerit, seu Pupieni
& Balbini præcesserit institutio, omnibus tamen satis placet
illos a senatu creatos fuisse imperatores, qui totius Reipublicę
curam haberent, a militibus autem ambos fuisse occisos, neq;
diu Rempublicam administrasse, tã incerta tamque varia est
scriptorum sententia, vt vix certi ab eis quicquam excipi pos-
sit. Aliqui enim volunt Balbinum & Pupienum a populo ac-
ceptos non fuisse, ob id Gordianum tertium patris & aui gra-
tia, ꝙ bene de Republica meriti essent, a senatu Augustũ ap-
pellatũ fuisse, tametsi vix decimumtertium annum attigisset,
illumq; sicuti dictũ est, a Philippo præfecto prætorio post supe
ratum Artaxerxem Artaxerxis filium, qui Persas tũc regebat,
paratis insidijs occisum fuisse. Sunt qui scribunt a senatu audi-
ta Gordiani morte, Marcũ quẽdam imperatorẽ electũ fuisse,
qui mox in palatio mortem obijt. Demũ in eius locũ suffectũ
esse Seuerum Hostillianũ, qui statim morbo oppressus medi-
186 cis venam male soluentib. interijt. † nec multo post senatũ lite-
ras a Philippo recepisse mortis Gordiani, seq; a militib. impe-
ratorẽ factum fuisse. Nec dubiũ est, Philippũ Arabem tãdem
Romanũ occupauisse imperium, de quo multa & varia scripta
sunt. Comperio etiam filium suum imperij consortẽ fecisse,
quẽ & imperatorẽ salutari iussit. Hunc Christianũ factũ fuisse
Orosius & Platina scribunt. Alij vero arbitrantur Philippũ,
vt de Decio vindictam acciperet, ꝙ imperatorem se viuo ap-
pellari passus esset, Christiani nominis cultum simulauisse, cę-
terum fraude a Decio Verone occisum fuisse, pariter & filiũ
eius Romę. Alij hunc Philippũ omnia fraudulenter egisse as-
serunt, multaq; ac varia crimina per amicos clãdestinos simu-
lasse. Postremo Mesopotamiam & Assyriam hostibus pace sic
cõposita reliquisse, alias deniq; prouincias amisisse, quas Scy-
thę populati sunt vrbes diripiendo, agros Romani imperij va-
187 stando. Decius † Philippis a se occisis imperium inuasit, vir se
ritate plenus, neq; Nerone inferior. Septima.n. Christianorũ
persecutio secuta est, pro quibus cruciandis supplicioq; affli-
gendis plura feralia fecisse edicta palam est. Et licet recẽtiores
Romanę historię scriptores plura commentitia de vita morte
que illius scribant, quasi hic imperij redemptor seu restaura-
tor esset, exitus tamen vir tam sanguinarij demõstrauit. Nam
dum Scythas & Thraces aggreditur, postquam filium sui im-
perij participem & socium fecisset, vna cum filio occubuit, fi-
lius gladio, pater vero palustri voragine obrutus est, neq; po-
stea illius cadauer vsquam apparuit, tametsi Põponius Lętus
dimisso veri scriptoris officio Decij virtuti tribuat, quod in vo-
raginem paludis volens seipsum præcipitauerit, ne in hostium
potestatẽ veniret, aliorum Deciorũ ductus exemplo, quod cre
dendũ esse opinatur. Alia demũ commentitia de suppetijs De
cio & filio aduersus Echinam Gotthorũ regem Philippopo-
lim vrbem oppugnantem præcitus fingit, sicuti & pleraq; alia
188 multa fingere solet. Gallus † Hostilianus Decijs sic vt supra dixi
mus, mortuis proditione imperium cum Volusiano filio suo,
quem Augustum appellauit, arripuit, nullius aut rarę fidei vir.
Anteriorũ suorum persecutiones in Christianos renouauit,
profligendasq; ecclesias edicto decreuit, sed diuina vltione nõ
caruit: pestilẽtibus.n. morbis vbiq; Romani adeo afflicti sunt,
vt nulla prouincia, nulla ciuitas, nulla domus, huius pestis im-
munis fuerit, sicuti plerię memorię tradiderũt, sed nec autho
res huius vltionis immunes fuerũt. Romani enim cum autho
ribus absorpti sunt. Aliqui vero gladio interempti. Aliqui au-
tem cladem cum ignominia Romani ab hostibus receperunt,
189 tributum enim quotannis † Scythis pendere coacti sunt ducẽ
tarum aureatum drachmatum. Nec eo contenti hostes, Dar-
daniam, Thraciam, Thessaliam, Macedoniam & maiorem
Asię partem obtinuerunt. Parthi etiam tunc Armenias inua-
serunt, suęq; dominationi magna onusti præda addiderunt.
Postremo Gallus Hostilianus defectionem omnium militũ
passus est, qua elatus Aemilianus aduersus Gallum plura mo-
liri non dubitauit, quem cum filio ad Flaminium forum occi
dit. Alij vero interdum Aemilianus ciuile bellum moueret,
Gallũ cũ filio interemptum fuisse dñt. Talis esse solet tyranno
rum exitus, vt nomen eorum cum sua posteritate penitus de-
190 leatur. Aemilianus imperium inuadit, sed occupatę tyrannidis
pęnas statim dedit, tertio.n. post mense quam tyrannidem cę-
pit, a Valerio Norico filio suo trucidatus est. Isti sunt Monar-
chę, quib dñt vniuersum orbem paruisse, quib. non orbis, sed
191 neque milites obediebant. Valerianus † Aemiliani parricida
cum Galieno filio suo imperium arripere non dubitauit, qui
non secus circa Christianos ꝙ̃ Nero se habuerunt. Christianos
enim idola colere, Christum abnegare, non negantes trucida-
re passim non cessauerunt. Cuius persecutio octaua a Nerone
fuit. Sed suæ persecutionis pœnas luit. Hic.n. dum in Mesopo-
tamia bellũ gereret a Sapore Persarum rege captus est, quem
adeo pressit, vt dum Sapor Rex equum ascensurus erat, quam
diu Valerianus vixit, illo veluti scabello vsus est. Sic Valeria-
192 nus perpetuę seruituti ignominięq; addictus est. † Germani
non tñ rebellauerunt, sed & Italiam adorti sunt, omnia ferro
& igne vastantes, Rauennam occupauerunt. Galli aduersus
Romanos arma sumpserunt. A Gotthis Grecia, Macedonia,
Pontus & Asia superantur, & Dacia perpetuo aufertur. Qua-
di & Sarmatę Pannonias depopulantur. Germani vlteriore
Hispania potiuntur. Parthi Mesopotamiam & Syriam aufe-
runt. Alię denique prouinciæ desolatę sunt, quarum ruinę te-
stimoniũ afferunt, & Orosius Tarraconensem prouinciam si-
milem iacturam & ruinam passam fuisse ait, illiusque miserię
testem se esse asserit. Eusebius autẽ ait Ciliciã, Syriam & Cap-
padociam a Sapore Persarum rege vastatas fuisse, Alemãnos
Gallijs hostiliter vexatis Italiam penetrasse, Gotthos, Pontũ,
Asiam, Græciam, & Macedoniam depopulatos esse, Quados,
& Sarmatas Pannonias superasse & occupasse, Taraconam
Hyspanię prouinciam a Germanis deletam fuisse. Alij vero
plura etiam diuersa, sicuti illorum varia natura est, scribunt, vt
nihil certi habeamus, cum vnus plus minus alio referat. Satis
tamen ex eorũ scriptis constat Romanos vbique attritos fuis-
se, quos censor noster & dispunctor Longobardicus orbis do
minos vociferat. Titubante Galieno tanta infęlicitate perter-
rito, tamve misero collegę exemplo permoto, pacem eccle-
sijs restituere arbitratus est, sed cum satis ecclesiæ tactum non
esset, suæ imbecillitatis & voluptatis Roma propter bella ciui
lia, quæ inde in vrbe orta sunt, pene tota dilacerata fuit, & Ro-
manorum sanguis, sequentibus Gotthis & alijs populis hostib.
193 Romanis, fere extinctus est. † Galienus vero ad luxuriam ma-
gis quam ad imperium natus Mediolani cum libidinibus in-
tenderet, fraude Aurelij sui ducis cum Valeriano fratre suo in-
teremptus est. Isti sunt mundi domini, quibus non tantũ gen-
tes barbarę imperant, quibusve seruire necesse fuit, verum &
suos euitare non potuerunt. Quo factum est, vt plerique tyran
ni ceruices erexerint, multasve prouincias occupauerint, qui-
bus pro tempore præfuerunt, sed tanta illorum seuitia erat, vt
a suis interfecti, & prorsus deleti sint. Scribunt etiam nonnulli
tristem, & terrorum plenum istius principatum fuisse, non so-
lum propter freqnentes prouinciarum rebelliones, sed quod
res Romana ludibrio barbaris fuit, sedeq; deturpata. Ad Clau
194 dium, † qui post Gallienum imperium seu tyrannidem inuasit
diuertamus, cuius imperio noua persecutio aduersus Christia
nos cępit, & si aduersus Gotthos nonnulla prospere (sicuti
aiunt) gesserit, Gotthi tamen non fractis viribus omne Roma
num imperium Romamq; ipsam deleuerunt vt Roma Got-
thia a Gotthis denominata sit, sicuti mox explicabimus, cum
de Gotthis suo loco sermo fiet. Moritur tandem, cuius morte
Quintilus frater imperator effectus est, qui 18. post die quam
imperium arripuit interfectus est. Dominatores orbis Roma-
195 ni abortiui trucidantur. Aureliano † tyrannidem occupante,
qui necis Gallieni imperatoris, cuius supra meminimus, au-
thor fuit, quique ẽt aliam in Christianos persecutionem, quã
nonam a Nerone oẽs tam diuini ꝙ̃ humani scriptores appel-
lant, mouit, mox recto Dei iudicio fulgure ictus interiit. Sunt
196 qui † Genabensem ciuitatem natale meum solũ suo nomine
Aureliam vocari asserunt, sed id fabulę magis quam historię
tribuendum est. Non.n. ab Aureliano hoc Aurelię nomen as-
sumpsit, sed ab aureo Lilio quo reges Franci pro insigni diui-
nitus concesso vtuntur, & trib. Liliorum aureorum cordibus
quib. pro insigni suo vtitur, quibusq; a Francis regib. suis domi
nis & imperatorib. ob præstãtem & inuiolatam fidẽ, ꝙ̃ in suos
reges semper habuisse ↄstãs veritas est, donata est: quo factum
est, vt sola illis virgo ciuitas indomita remanserit. Ad huius rei
testimonium citare non dubitabo Gallicum vetus adagiũ qđ
Gallice recensere non pudebit, Tournay iamais ne tourna, &
Orleans iamais ne varia. De Tornaco certe actũ est, quæ persi-
da suo principi facta est, sicuti cõmemorare intẽdimus. Prisco
aũt & gentili nomine Genabum nominata est, quod ager ille
oĩa bona generet, sitq; illi amęnus aer, ager fertilissimus, regni
vmbilicus, aula regia aliqñ regio nomine decorata, & adhuc se
cundo genitis Christianissimorũ regum filiis in titulũ semper
addicta, studiorum altrix, virorũ vndequaq; doctorum produ-
ctrix. Namque in iure ciuili ac Pontificio tot ac tam pręclara
lumina genuit, quibus pleræque nationes illuminantur & il-
lustrantur, vt nihil potius habeam, quã gratulari mihi & gau-
dere illo

dere illo solo & sole natum esse tametsi negligentiā meā accusare nō verear, φ istius luminis nihil aut parū sim assecutus. Cæterū præstātiū illorū virtute & gloria delectari nō erubesco, ac cōciues & coæquales admonere, vt illorū doctrinam æmulentur, vt priscorū nostratū nomē perenne & immortale fiat.

197 Ad Aurelianum † reuertamur, quē dicunt de Gotthis triūphasse, veluti ad interneciē eos reduxisset, tametsi rei euentus aliter indicauerit. Postquam enim Gotthi cœperunt in Romanos gladios conuertere, donec Romanū nomen pene extinctum fuerit, Romanos persequi non cessauerūt, & licet ab Aureliano quibusdam prælijs superati fuerint, sicuti scribunt, sed non tā illa clade fracti sunt, qui viginti supra trecenta hominū millia aduersus Romanos vno tēpore opposuerint, multitudo autem illa in duas partes diuisa est, quæ totā pene terrā sibi audientē fecit, qui Orienti dominabant, Ostrogotthi vocati sunt, qui vero Occidenti imperabant, Visigotthi appellati sunt. Aurelianus tandē suæ infidelitatis & crudelitatis pœnas sustinuit. Nam si Orosio & Eusebio, alijs etiam plerisq; diuinarum literarum scriptoribus credere debemus, fulgure percussus interijt. Platina vero, cui Pōponius Lætus consentit, interemptū fuisse ait. Dicunt enim medio itinere, quod ducit ab Heraclio Byzantium non longe a Xenophoro interfectum fuisse. Quibus Sabellicus se subscribit, additq; quod nemo negat plus nimio seuerum extitisse. Volaterranus illum seuum fuisse ac sanguinariū ait. Talis est seuorū hominū finis. Fulgure Aurelius delectus est, suæ infidelitatis & crudelitatis præbuit testimoniū, vt testes sunt Orosius, Eusebius & alij plerique diuini

198 scriptores. Tacitus † autem, qui tacitus permansit, donec sexto post mense quam imperiū occupauit a suis in Ponto interfectus est. Cui in imperio successit Florianus frater eius, qui non dissimili morte interijt, sed paulo minori tempore imperauit. Nam tertio mense post occupatū Imperatoris nomen cum vita imperium amisit. Recte ac meliori ratione de huiusmodi muneri Imperatoribus dicere liceret, quam φ de Herode dicebat Augustus, qui filios passim trucidabat, Mallem Herodis porcus, quam filius esse, sic mallem Romanorū porcus quam Imperator esse, qui passim suos Imperatores vbiq; loco rum trucidant. Sed nec forte abliq; ratione dici potest in eos a populo Romanos sæuitum fuisse, cum non Imperatorū, sed tyrannorum gerebant officiū. Progrediamur ad Probum, qui

199 improbissimus inuentus est. Probus † illorum successor simili impietate non caruit, qui apud Sicinum Pannoniæ oppidū natale suum solum in turre ferrata a suis hostiliter interfectus est. Quanquam plerisq; dicere voluerunt, illum Germanos a Gallia expulisse, qui vix sibi imperare potuit. Sed iandudem Galliæ a Romanis defecerant, vt ex præcedentibus satis constare potest, pristinamque libertatem recuperauerant, expulsis

200 e Gallia Romanis. Aurelius † Carus Narbonensis extincto Probo tyrannidis officiū incepit, de cuius natiuitate varij sunt scriptores plura illi promittentes, sed quicquid seu illi tyranno promittant, recto Dei iudicio sui fulguris ictu supra Tigridem percussus interijt, vel alij volunt, in flumine Tigris submersus est, Carino & Numeriano filijs relictis, quos sui regni seu imperij consortes fecerat, qui nec suspicione mortis Probi caruit, tametsi plerique in eius excusationem multa scripserint, quæ tam festina imperij acceptione vix purgati possunt.

201 Carinus † & Numerianus, quem alij Minerianum vocant, Cari filij Cæsares prius a patre appellati, ambo diuisis prouincijs, vt plerisque placet, imperauerunt. Alij vero primo Numerianum, mox Carinum fratre Numeriano fraude Apri sui soceri qui etiam tunc imperium affectabat, interfecto solum imperasse. Alij Carinum solū imperasse, sed Numeriani fratris sui opera vtum fuisse, illumque Sarmatio bello quod tunc in manibus erat præfecisse Carino ad Gallias, qui Romanos non au-

202 diebant, diuertente. † Hic vir seuerus & flagitiosus tādem suæ sæuitiæ pœnas luit, tametsi de morte eius variatū extiterit, quo fit vt incertum etiam sit, an celesti flamma, an vero humana fraude interēptus, aut vi morbi defunctus sit. Cū rumore tunc fuisse aiunt Romanos in fatis habuisse vltra Ctesiphontē castra promouere fas nō esse, obidq; Carinū interfectū fuisse, cū aduersus fatalē necessitatē attentaret. Alij vero in bello occisum fuisse dicūt. Sic a senatu, vt plerisq; placet flagitiosus & tyrānus declaratus extitit. Nō desunt, q scribant adeo libidini intētū fuisse, vt nec suo sexui parceret, neq; aliud p meditaret, nisi quibus modis p luxū oīa pderet, oībus viris probis infensus flag tiosissimis aūt hominibus semp fauens. Audita mox patris & haud multo post fratris morte præceps in oē scelus tanquam vinculis oībus solutus abijt, solū.n. Diocletianū verebat quē [illegible] prælijs ab eo cōmissis, in ipso prælio occidit. Itaque

203 † tam inconstans est & incerta Romana historia, vt de eo scriptores Romani, Græci & Latini tam diuersa & inter se pugnātia referre nō dubitauerunt, quo fit vt nulla nostra ætate veritas ab eis haberi posit. Atq; ob id verū esse Ciceronis dictum in lib. de Oratore, cuius sup. meminimus, Mendosiorem Romanam historiam factam esse, φ in ea multa sint scripta, quæ facta non sunt. Nam & Vopiscus ob id arguitur plura in historia Romana scripsisse, quæ dubios lectores efficiūt, vt vix ad fidē suā trahere quēquam possit. Cæterū Orosius, vt ad Carinū redeamus, a Diocletiano, φ flagitiose viueret, occisum fuisse ait, Numerianum aūt fraude Arrij Apri soceri sui interfectū

204 cui omnes pene consentiunt. † Atqui Numerariū seu Numerianū Cari filium in Christianos adeo sæuisse aliqui affirmant, vt multi Christiani sub eo pessime trucidati sint. Alij vero varijs tormentorum generibus affli, ob idque Numerianū dolore capitis adeo affectū, vt per cām eius oculorū lumen amiserit. Et dum lectica veheretur, Arrius Aper socer eius inhu-

205 maniter interfecit. † Illis sic trucidatis Diocletianus cum Maximiano commilitone suo imperium inuasit, ambo Neroni haud dissimiles, & in Christianos longe quocunque alio seueriores, vt septemdecim millia hominum pauco tempore martyrio coronata sint. Quocunque enim loco diuertebant, statim in Christianos seueri festinabant, varijs eos cruciatibus afficiētes, in mortem condemnantes. Quos plerique pœnituisse dicūt, deposuisse, vt priuati viuerēt. Diocletianus apud Nicomediā, Maximianus vero Mediolanū. Sed quicquid illi sentiant, Diocletiani & Maximiani pœnitentia fuit furor & insania, quibus continue agitabantur. Nam Diocletianus, qui alijs non pepercerat, nec sibi etiam parcere potuit. In seipsum em̄ seuit mortem sibi consciscens. Sed istius furoris & insaniæ causa fuit, qd̄ Franci & Saxones, vt testis est Orosius, Burgundiones & Gotthi Romanum tam hostiliter persequebantur imperiū, vt omnia ferro & igni traderent, Britania demū, Africa, Persia, Illyricus, & Mesia, qua persecutione permoti ob tantas tamque varias acceptas clades nihil potius arbitrati sunt quam in Chri-

206 stianos sæuire, & ecclesias sanctas vastare. † Vnde manus demum aduersus eos extenta est, quia imperium & purpuram deponere coacti sunt, vt priuati viuerent, retinente plurimum Maximiano. Inde secutus furor & insania, cœlum & terra Dei indignationem demonstrauerunt, pestilentiæ quippe & fames, terremotus & huiusmodi persecutiones, quæ omnia sunt iræ dñi testimonia & indicia. Psalmo 143. fulgura coruscationes & dissipabis, emitte sagittas tuas & conturbabis eos. & psalmo nonagesimosexto, Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbi terræ, vidit & commota est terra, & psalmo nonagesimotertio, & quadragesimoquinto, Conturbatæ sunt gētes, & inclinata sunt regna, dedit vocem suam mota est terra. & psalmo. 148. Ignis, grando, nix glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. Sic ille qui insontibus non pepercerat, sibi etiam nō pepercit. Alij vero post depositum ab eis imperiū ad Remp ublicā administrandam accersitum fuisse Diocletianum volunt, & ad vltimum ex vrbe literas minaces accepisse, qd̄ Maximino & Maxentio fauisset, metuque asperioris supplicij venenum sumpsisse, qui prius se in deorum cumulo referri vouerat, vt vnus Iouius, alter vero Herculius nuncuparetur, quod Iouis & Herculis æmulatores fuissent. Neque defuit insipiens opinio pecudibus illis Romanis sic extinctis in deorum ordinem tam impios tamque crudeles priuatos homines referre, quibus templum sub terra inter impios in inferis est. Mirumque est, quonam modo factum sit, vt scriptores tam varias, tamve crudeles & infames obscenitates de suis tyrannis descripserint, nisi vt illorum exemplo qui ad regendum Romanorum imperium futuri essent, similibus moribus viuerent, delectareturque eo ordine Romanus populus tractari, vilesque & spurcas beluas pro numine adorare, vt perpetuum esset sui regni vel imperij stabilimentum. Huic autem ei Erasmus in apothegmatis Cæsarum rationem ad Orosium addit. inquit ille, turpitudinis alienæ species, velut in theatrum producta deterret a vitijs, & ad virtutis studium extimulat ingenia non omnino deplorata. Secundæ inquit mensæ bellaria, in quibus quædam apponūtur vt tollas, quædam vt gustes, nonulla vt spectes. Sed Valerio hæc ratio non placet, de institutis antiquis, dum de Massiliensibus quorum argumenta maiore ex parte stuprorum continent actus, ne talia spectandi consuetudo etiam imitandi licentiam sumat. Nec dissimiles il-

207 lis successerunt † Galerius & Constantius, qui a Diocletiano & Maximiano Cæsares declarati erant, vt huiusmodi Cæsarum declaratio gradum ad consequendum imperium faceret, vt imperij authoritatē ab eo, qui Augustus & imperator esset, & regimē acciperet. Non φ Cæsares Augusti essent, vt Sabellico placet. 7. Enneade. 8. lib. & recte cum Constantinus imperator adheret in l. & si excepta. C. de malef. & mathema. in his verbis, aliquid horū simile exercens in comitatu meo vel Cæsaris fuerit deprehensus. Sicut nostra ætas non dissimile figmentum introduxit, vt hi qui filios aut fratres habent, ad consequendū imperij gradū faciliorē modū consequantur, eos Romanorum reges cōsentientibus, vt dicūt, electoribus nuncupari faciunt, φ in republica Romanorum ipsa senatu prohibitum fuit, ne inertē & forsitā Reipublicæ inutilem cogatur populus ducē seu impera

totē recipere, sicuti plures inutiles ad id eodem genere vocati
sunt. Ad Galeriū & Cōstantiū reuertamur, quos Romanæ hi
208 storiæ scriptores ex victis victores euasisse dictitāt. † Galerius
enim omnium tormentorum inuentor Reipublicę presertim
Christianę acerrimus persecutor, quē diuina vltio pręuenit in
flatis suppuratisq; visceribus in totum corpus distentus fuit,
apertisq; interioribus venis magna vermiū multitudo, & tabo
serpente statim ebullire visa est. Vnde fętor intolerabilis pro-
cedebat, quo factum est vt manus impias hominum impijssi-
mus sibi inferre nō dubitauerit, quē sępissime victū cū Maxi-
mino & Seuero, & mox Licinio, quos Cæsares fecit seu nomi
nauit, legimus. Alij nō Maximinū, sed Maximinianū legendū
esse volunt. Galerius. n. infæliciter aduersus Persas & Aethio-
pas pugnauit profligato suo exercitu, cū his, qui ex fuga resta-
bant reuersus est, & cōfestim Christianos iterum persequi se
strauit, quæ persecutio fędū illud exitium, cuius ēt nūc memi
nimus. vir sanguinarius & truculētus in pęnā accepit, tametsi
nonnulli alio penę genere vitā finiuisse dicant carnibus inedia
& ariditate consumptis, amissisq; luminibus vitā in mortē cō-
mutasse. Frequentior tñ opinio est, illū morbo sic correptum
fuisse, quod præ multitudine vermium mortē sibi violentā cō
sciuerit. Seuerus, qui Cæsar a Galerio factus erat, dū a militi-
bus destitutus esset, a Maxentio e Roma fugatus, & fugiēs Ra-
uennę a Maximiano, vel vt alij volunt, a Maximino captus in-
terfectus est. Maximianus seu Maximinus haud multo post
non dissimili morte consumptus est. Iussu. n. Constantini ge-
209 neri sui Massiliæ interfectus est. † Sic Maximianus homo ad
sæuitiā natus dignum suis moribus exitū sortitus est. filium. n.
Maxentiū a prætorianis militibus Augustū creatū, non tm̄ pri
uare voluit, sed & Costantinum ex Fausta filiagenerum occi-
dere procurauit. Re Constantino per vxorē patefacta, socerū
Massiliæ inuentum, sicuti dictum est, Cōstantinus interfecit.
210 † Maxentius vero Maximiano patriasperitate, Diocletiani sę
uitia, & feritate Commodo non dissimilis, viros claros Romæ
occidit, noua vectigalia inuenit, mulieribus & virginibus stu-
prandis assiduus & intolerabilis fuit, qui vt tyrannidem in vr-
be sæuerius exerceret militibus suis quoscūq; peruios inuen-
tos, nō sexus, nō gradus, nec ætatis habita distinctione passim
trucidare iussit, vnde numerosa ciuiū multitudo interēpta est.
Nec a Christianorū persecutione quiescere existimauit. mul-
ti nāq; illo imperante martyrio coronati sunt, quo factum est,
vt Constantinus Romæ vocatus, dum obuiam Constantino
iret multis stipatus militibus Romā reuerti coactus est. Mul-
tis tandē pręlijs a Cōstantino superatur. Nouissimo aūt prælio
intra vrbis mœnia, secus Miluiū pontē a Constantino interfi-
citur. At Pōponius Lætus ab alijs dissentiēs sic ait, Dū magna
strage victus fugeret, seu fugiens, seu numinibus magicę vani-
tatis, actus in Tyberim vna cū equo insiliuit, submersusq; est,
& nusquam inuentus. Cacodemones corpus animāq; ad per-
petuos cruciatus retulere. Alij conantem euadere gurgite flu-
minis hausū & imis retentū arenis. Alij Tyberinum patrem
indignatū deuorasse, & statim ei omuisse, & caput recisum ad
huc sæuitiā ac libidines præ se ferens spectaculo fuisse ante cur
rū victoris. Isti sunt mundi dñi, cœli & terrę Imperatores, sed
maris aut fluminū nō domitores quibus neq; mare, nec; flumi
211 na, neq; terra obediunt. Licinius † aūt nō longe dissimilē tyrā-
nidē exercēs dū multa in Rempublicā moliretur, apud Cybal-
las oppressus interimitur. Alij vero sentiunt dū fuga salutē quære
tentaret, ne viuus in hostis manus incideret, laqueo se strangu
lasse. alij autē Constantinum Licinium sororis suę virū sępius
pugna oppressum, tandē apud Nicomediā in deditionē acce-
ptum priuatum viuere permissum, cōtraq; iusiurandū iussis-
se illū interfici. Sic viuunt mundi dñi, sic moriuntur, qui terræ
qui mari imperant, quibus nulli populi non etiam sui obediūt
sed passim mactantur, trucidantur, submerguntur. Sic Cæsa-
rum vita, sic Augustorum dominatio angustiatur, quos mun
di dominos vocant illi. Ex his videri potest, an barbari sint isto
rum mores vel Augusti, qui passim Romanos cruciant, cædūt,
aliisve tormentorum generibus affligunt. Quæ gens tam bar-
bara, tam effera, quæ similibus delectetur moribus, seu tali-
bus viuit legibus? Quæ gens vsqueadeo tam insolens est, quę
reges, duces aut Imperatores suos subditos præmat, diripiat.
Suo more igitur Romani viuant, cæterę vero gentes huius-
modi catalogos legere non studeant, ne forte moribus depra-
uati simili exitio pereant. Dicunt autem illi historiarum de-
scriptionem seu narrationem faciendam esse, sed non insectā
dam. Quibus satis est factū, satis superq; nobis est, vt suorum
testimonio habeamus tam impudentes ac tam obscęnos Ro-
manorum mores obseruandos non esse, neque insectandos.
Nunc ad Constantium ex Helena Britannię regis filia produ-
ctum progrediamur, qui non dissimili fortuna, si fortuna dici
debet, lętatus est, tametsi illum veluti fortissimū heroa prædi-
cant, qui toties cum Gallis, Britannis, & Germanis infęliciter
pugnauit. Mox a Germanis superatus vix ad suos saluus eua-
sit. In Britannia tandem morbo apud Eboracum oppidum, quod
nunc metropolis est, mortuū fuisse omnib. placet. Sic Roma-
na ciuitas a tot & tantis tyrannis de imperio contendentib. op
212 pressa tandem liberata est. Constantino † Constantij prioris fi-
lio cessit Romani principatus imperium, qui aduersus Maxen
tium ob fęlix faustumq; crucis signum, quod Maxentio suisve mi
litib. terrori fuit, fęliciter pugnauit. Propter illud. n. Constanti-
nus de Maxentio victor euasit, diuinaq; illum protegente cle-
mentia. Hostis. n. sagittę in hostes ipsos reuertebantur. Quo fa
ctum est, vt Constantinus ab illo sui hostis periculo illęsus eua
serit. Non desunt, qui scribunt Constantinum in ęthere signū
crucis vidisse, illumq; hanc vocem audiuisse, Constantine, in
hoc signo vinces. Initio tñ sui principatus a tyrannide immu-
nis non fuit, ecclesiam. n. acerrime est persecutus, quem, vt ab
ea dñs Deus reuocaret, lepra incurabili percussit, diuini autem
scriptores intercessione Apostolorum Petri & Pauli lepra li-
beratū fuisse testantur, quod spreto medicorū consilio, qui procu-
randa huiusmōi lepra piscinam sanguinis infantiū faciendam esse
consuluerant, in quā nudus descenderet, vt in ea infantiū sangui-
ne lauaretur. Noluit. n. pro salute sua corporali recuperanda
infantiū sanguinē effundi, ne tm̄ cruorem suorū ciuium exer-
ceret, quē in hostē facturus non esset. Licinium sororis suæ vi-
rum, sicuti supra meminimus, interfecit. Crispū filium sibi su-
spectum, sicuti nonnulli volunt, & vxorē ex causis non satis ex
pressis occidit. Pleriq; aūt mediū inter eos principes statuunt,
qui seuere, & eos, qui modeste imperium rexerint, quod post mul
ta parricidia & tyrannides resipuerit, quod multa donaria eccle-
się fecerit, Romanam ecclesiam illustrauerit, quatuor ecclesijs
Antiochenę, Alexādrinę, Constantinopolitanæ, Hierosolymi-
tanæ præesse voluerit, censueritq; vt Romanus Pontifex om-
nium princeps esset, sedesq; Pontificia imperialem honorifi-
centiam & potestatem hēret. Et si constitutioni transcriptę in capi-
tulo Constantinus, 96. dist. credamus, vrbem Romanam, occi
demq; Italiam Syluestro eiusque successorib. Pontificib. dono
dedit, sedemq; imperialē Byzantium transtulit, quā restauratam
suo nomine decorauit, abhinc Constantinopolis nuncupata,
auocatis senatu & patricijs nobilibusq; Romanis ciuibusque
213 cum vxorib. & liberis. At Pius † secundus, prius Aeneas Siluius
nuncupatus in dialogo longe aliter sentit, inuehitq; in legistas
& canonistas, qui cū maxima cura & diligentia disputare stu-
duerunt, an Constantini donatio Syluestro Papæ facta value-
rit, cuius Fel. meminit in c. solitæ, ad finem, extra de maiori. &
obedien. Card. de Cusa cum Pio Secundo sentit probareq; cō
tendit, Constantinū longe ante Syluestrū fuisse. Georgius Me
rula in historia quā de vicecomitib. scripsit, idē cum eis sentit, vt
quicquid Romana ecclesia Romæ in Italia obtinet, a Longo-
bardorū regib. primum, mox a Pipino, & postremo a Carolo
Magno Pipini filio habuisse testatur. Nouissima Georgij ver-
ba sunt, postquā modum concessionū factarū Pontificib. ac Lon
gobardorū regib. & Pipino & Carolo Frācorū Imperatorib.
factam descripsit, sic ait, & si quidam historiarū ignari & tem-
porū nescij ignorato rerū gestarum ordine a Constantino Syl-
214 uestro Pontifici datum referant. † Sic licet per res Romanas
peruagari, vt nihil prorsus veritatis ab eis exigi possit, suis eñ
tm̄ fauēt, vt postposita rerum gestarum veritate, ad nenias &
mendacia declinare audeant, neq; imposturas suis posteris re-
linquere erubescant. Religiosissimum. n. hunc Cōstantinum
referunt, quem tñ baptizatum fuisse affirmare non audeant.
Aliqui illum nouissimis dieb. monachum effectum fuisse asse
uerant, mox in ordinem sanctorum relatum, celebrariq. illius
festum dicunt 11. Calend. Aprilis, qui est dies 22. mensis Mar
tij. Alij vero ad extremum vitę suæ baptisma reseruasse, exem-
plo Christi, qui in Iordane a Ioanne baptizatus est, Ioā. primo.
Mar. primo, & Matth. 3. cap. Testes afferunt Diuum Hierony-
mum & Beatū Ambrosium. Alij vero morte pręuentū fuisse,
neq; ad Iordanem baptismi causa peruenire potuisse, sed in ea
villa extremo vitæ tempore baptizatum fuisse. Volaterranus
autem baptizatum fuisse Constantinum non affirmat, consta
te autem Cathecuminum fuisse. Mox ait libellum de elephā-
tia Constantini & Syluestri baptismate cum ab authorib. qui-
bus vtitur, maxime dissentiat, omnino reijciendum esse. Plati-
na ait a Syluestro baptizatum fuisse cum Crispo filio suo pul-
sis ab vrbe tyrānis. Sed inferant alij quicquid velint, quod om-
nes ferme sentiunt credendū esse ait, baptisteriumq; huius rei
cā ab eo magnificentissimi operis ædificatū fuisse. Orosius de
215 Constantini baptismate nihil scriptū reliquit. † Alij vero apud
Nicomedię villam publicam morbo interijsse dum cōtra Per
sas proficisceretur. Non ergo orbis dominator erat, qui vix
Constantinopoli securus permansit. Alij vero in Acyrone fa-
to perijsse. Alij Byzantio ad calidas aquas valetudinis cā egres-
sum e vita demigrasse. Hinc Sabellicus dum tam varia de Con
stantini baptismo & morte scripta legit, sic ait. Hæc quando
tam varie traduntur, neque pro certis affirmare ausim, neque
pro falsis refellere. Et iterū, Postquam de his quæ imperante
Constan-

Constantino per Pontifices acta sunt, tot ac tam varia scri-
pta fuisse comperit, sic inquit, Adeo omnibus temporum ar-
ticulis variant authores, vt nihil certi haberi possit, quod sequa-
mur. Ista est rerū a Romanis eorūve ducibus seu imperatori-
bus gestarū certitudo, vt nihil veri ab eis exigi possit. tm̄ enim
suis tribuere non dubitauerunt, vt non modo varia, sed etiam
falsa inserere & describere suisve posteris relinquere necesse
habuerunt. Hæc de Romanæ historiæ varietate commemora-
re existimauimus, vt vnusquisque aduertat, quantum Latini
seu Romani scriptos cum detractione aliorum populorum ad
sui nominis suorūque laudē suas historias (quid dico? historias?
potius fabulamēta sua) hmōi imposturis fœdare voluerūt. quos
dispunctor imitari non dubitauit, dū quæ Liuius & Plutarchus
famæ ac fabulæ tm̄ ascripserant, vera rerū historia omissa, vt ob
scenum aliquod in Gallici nominis ludibrium pro suo suæque
gentis more transcribere nō puduerit, Volaterranū in hoc se-
cutus. quanquā Georgius Merula Longobardus in principio
historiæ vicecomitum nonnihil rerū a Gallis gestarū, vt ad vi-
cecomites, qui a Longobardis originem traxisse profitētur, fa-
216 ciliore successu perueniret, recognoscere nō dubitauerit. † Pu-
gnant iterum scriptores qua parente Constātinus natus fuerit.
Namque ex Claudia Claudij filia natum Platina & Pompo-
nius Lętus scribunt, quod verum non esse plerique affirmant,
cum Pollio Claudium omnino sobole caruisse dicat. Alij vero
ex Helena, quam Constantinus pater in delicijs habebat, pro-
cessisse tradūt, hocque diui Ambrosij authoritate probant, qui
Helenam Constantini matrem stabulariam vocat inter Britā-
nos natam humili loco ob formam Constantio patri tantum
dilectam, quam coactus est postea dimittere, ac Theodoriam
Maximiani Herculei alias Maximini Herculei priuignam du-
cere. Volaterrannus autē Britannicis annalibus adhærens He-
lenam Constantini matrem Coel regis Angliæ fuisse ait, sed
frequens est fere omnium scriptorū opinio aduersus Volater-
rannum. De Iulio Pontifice, an Cōstantini tempora attigerit,
dissentiūt inter se scriptores, cum aliqui Constantinum extre-
mū diem clausisse dicant Iulio primo Pontificem agente. Alij
vero Marco Pontificatum moderante mortem obijsse. Hæc &
huiusmodi similia Romanam historiam mendosiorem red-
dunt vt quibus potius credere debeamus, incertū sit. Constan-
217 tinus † moriens quatuor sibi successores fecit, Constantiū &
Constantinum & Cōstantem fratres Constantini prioris, quē
magnū vocant, filios, & Dalmatiū ex Constantini fratre Ana-
baliano nepotem, quem nō diu superstitem permisere fratres.
tertio enim post Constantini magni patrui sui mortem anno
a cōsanguineis interfectus est. tametsi nonnulli asserant insul-
tu occisum fuisse, dissimulante Constantino filio maiore na-
tu, Alij vero Constantino non tam probante quam repugnā-
te, alij (vt Platina) nolunt sciente potius quam iubente Constā-
te, alij factione Constantij in oriente a militibus occisum fuis-
se. Nec patitur Constans fratrem suum Constantinum diu vi-
uere. Interceptum enim ducibus suis occidi iussit. Alij vero dū
incaute aduersus fratrem pugnaret, apud Alsam, qui Venetiæ
fluuius est, occubuisse dicunt. Alij cum per nefas aduersus fra-
trem arma cæpisset, cum vulnere ictus humi iaceret sine pur-
pura incognitus, multis ictibus confossum fuisse asseuerant.
Non ēt multo post, Constans dum otio luxuręi intenderet vo-
lēs Gallias opprimere omnibus exosus vir, a militibus Magne-
tij comitis interficitur, coniuratione in oppido, cui Helena no-
men est, nō longe ab Hyspanis facta. Alij apud Augustam Ger-
maniæ ciuitatem trucidatū esse affirmant. Alij (vt Platina) Cō-
stantem varia fortuna contra Persas pugnantem seditione mi-
litari coactū intempesta nocte prælium suscipere, tandem victū
fuisse, Alij, cum libidini intenderet formosisque pusiunculis,
quibus cū debacchatur, illorū tenera ætate fruens, insidijs para-
tis quiescentem, & venatione fessum intra tentorium nihil tale
metuentē a suis interfectum fuisse. Isti sunt Romani seu Roma
norū tyrannorū mores, qui iure eos mundo imperare fecerūt,
quique non militibus suis, sed neque suis domesticis imperare,
218 neque ab eis cauere potuerint. Ad Constantiū † solū Constāte
fratre suo a Magnetio occiso neruꝰ totius tyrannidis deuolutus
est. Cuius fauore & authoritate Arriana hęresis inualuit, vnde-
cimāque illo authore & persequente passa est ecclesia persecu-
tionem. Similiter aliorum persecutora multis persecutionem
passus est. In primis a Magnetio, quem Cæsarem fecerat, ad-
uersus quē prælia multa Constantinus sustinuit, & in quibꝰ oēs
pene Romanę vires defecerunt. Iā tm̄ tota Italia & Africa Ma-
gnetius potiebat. Aduersa ēt fortuna ꝯ Persas pugnauit fuga-
tusq; est, & victus a Sapore Armenias amisit, & Nisibim Myg-
doniæ vrbē victor suo nomine Antiochiā nominauit Gallias ēt
suos duces insi stauit. Illaria defecit Britānone duce. Ob id Gal-
lus Constantij patruelis Cęsar a Constantio factus illum Oriē-
ti præfecit, vt de fratre, sicuti aiunt, vltionem caperet, sed nō diu
Gallus in fide permansit. aduersus enim Constantiū ceruicem
erexit, quē Constantius propterea occidere procurauit missis
Scutario & Pentadio notario & Apodemo, qui apprehenso
219 Gallo manus post terga vincto ceruicē absciderūt. † Decētius
aūt Magnetij frater, quē Magnetius Cæsarem fecerat, dum la-
sciuiret, & oīa petulanter ageret, milites in se concitauit, coactus-
que est laqueo vitā finire, seipsum. n. laqueo suspendit. Nō de-
fuit Syluanus, quē milites Cęsarē appellauerant, cū ob id suspe
ctū hēret, haud multo post occidi iussit, cuius morte adeo exul-
tauit, vt prę gaudio insanire cæperit. Ex Pōponio Leto hoc ex
cepimus. Nec ille insanus Domitiano sanior erubuit suis ma-
nib. titulū suū scribere, Constantius totius orbis dominus, qui
toties victus erat. Cū Persis. n. post graue vulnus in prælio acce
ptū ad hostes transit, & vt pacē ab hoste obtineret, Syngarā &
Vitardum & Amedam vrbes insignes, vt dimitteretur, ex cō-
posito reliquit. Nec eo secius per Iulianū patruelē Galli fratrē
Constantij Constantini maioris fratris filiū, quē sibi vt Gallias
220 reuocaret, Cæsarē fecerat, † dū sic a Persis superatū fuisse Con
stantiū Iulianus intellexit, Italiā & Illyricum inuadit, & parte
imperij, q̄ Constantius occupabat, priuauit. Et dū hæc a Iulia-
no facta essent, animum ad Iulianū prosequendū disponit. Sed
dū itineri se adiungit, qui tot & tantos persequutus erat, veluti
priuatus inter Siciliā & Cappadociā in Mopsone oppido mo-
ritur. Isti sunt mundi dñi, quib. neq; terra neq; aqua neque aer
obediuerunt, sed in obscuris tenebris cum Arrio & asseclis suis
221 hæreticis tenētur. Iulianus, qui & apostata cognominatus est,
eo quo prædiximus modo Augustū se nominare fecit, & Ro-
manum principatum vsurpauit. Et postq̄ orationē in senatu
aduersus Cęsares oēs, qui eum præcesserant, habuit, vitia illo-
rum detestans, & veluti monstrosa prodigia affirmans, vir om
niū pessimus Christianos ex integro more ante actorum Cæ-
sarum seu tyrānorum persequutus est, nō tm̄ aperte, sed & do
lis & arte ad suā trahere insaniam enixe procurauit. Et dū bellum
aduersus Persas a Constantio captum persequi intēderet, vo-
uit se oēm Christianorum sanguinē perdere, si victor de Per-
sis euaderet. Ille incomposito agmine exercitum siti & fame
oppressum amisit, & per vastos desertę regionis cāpos fugiēs,
ab hoste lancea transfixus est, & dum oīum vilissimus aposta-
ta moreretur, vociferabat, vicisti Galilæe, vicisti. Sic ille clamās
cū multa miseria dies suos clausit. Nunc quæso dicat mihi qs
nam est is mundi dñs, qui vix loculum habuit vt sepulturę tra-
deretur. Nō desunt Romani scriptores, q referant eum multa
præclara in Gallia fecisse, quæ longe a vero aliena sunt, cum
postq̄ Cæsar a Cōstantio patruele creatus fuisset, statim Illyri-
cum Italia occupauit, nec inde ab ea discessit, sed ad persequē-
dum Constantium, vt oīno imperio illum priuaret, studium
conuertit, sicuti supra memoratum est. Fingunt ēt eum Augu
sti nomen pertinacissime respuisse, quod tam animo se affe-
ctauit, vt ad interniciem, vsq; Constātij continue perseuerauę-
222 rit. Iouinianus † post miseram & infęlicem Iuliani mortem
Romanum principatum inuasit. Ille vero, sic vti plerisq; pla-
cet, Iuliani mores non sequutos Christianos fouit, & hoc pa-
cto Romanum exercitum duob. prælijs tam graui afflictū pla
ga, quē a Sapore Persarum rege, a quo tenebatur, recepit, pa-
cem, nō tm̄ dixerim honestam, sed pernecessariam obtinuit,
vt reliquias exercitus conseruaret, Nisibe & Mesopotamia Sa
pori relictis. Nec multo post, vt pleriq; opinantur, calore pru-
narum & nitore parietum nuper calce illitorū suffocatus in Il
lyrico octauo post mense q̄ imperium occupauit, vitam cum
morte commutauit. Alij vero nimia crapula extinctum fuisse
affirmant. An hic, quæso, mundi dominus, qui nec crapulam
superare potuit, quare nō Augustus ab augendo, sed ab angu-
stia qua a Sapore oppressus est, angustus, nō Augustus dici po-
223 test. Eo sic mortuo † Valentianus mox successit, quem pleriq;
testantur, ꝯ Valentem fratrem quem imperij consortem fece-
rat Christianos defendisse, edictoq; prohibuisse, ne vlla Chri-
stianis inferretur iniuria vel molestia, maluisseque missionem
cū rubore a Iuliano apostata pati, quam dijs immolare & pie-
tatē offendere, suasionib. autem socrus & vxoris Gratianum fi
lium suum nedum puberem Augustum appellasse. Valens
224 † aūt ob id Christianos persequi non cessauit, tametsi ab Eudo
xio Arrianę prauitatis antistite ex baptismo sublatus fuisset,
sed vir patrino similis Arrianam perfidiam sequi non dubita-
uit, qui vt facilius Christianorū sanguis exterminaretur, quot-
quot inuenire potuit monachos, clericos, & Christianos arma
sumere coegit, & si qui militare nolebant, fuste necari iussit,
hi vero qui ad militiam se præparauerant per vastas Aegypti
solitudines errare coegit, quo factum, vt magna Christianorū
multitudo ob Aegypti sterilitatem, serpentum abundantiam,
extincta sit. Alij vero a Valentis ducib. interfecti sunt. Isti sunt
mundi domini, qui orbis machinam dirigunt. Sed non defuę-
runt eis inobedientes. Namq; Procopius Constantinopolim in-
uasit & dominatum eius arripuit. Manna etiam Sarracenorū
regina oēm pene Romanū attriuit exercitum, limitesq; quos
voluit sibi statuit. Saxones & Burgundiones multis prælijs Ro
manos duces cum omnibus suis copijs oppresserunt & fude-

runt. Franci hunc Valentianũ hostiliter persecuti sunt, vt Ita-
liam perpropere repetere coactus sit. Sarmatæ Pannonias e
225 Valẽtiniani potestate maxima vi eripuerunt. † Gotthi Italiam
penetrauerunt, & totã pene Italiã tunc vastauerũt. Cũ autem
Valentinianus tot iniurias vlcisci cogitaret, subito sanguinis
profluuio ad Brignonẽ oppidũ extinctus est. Nec Valens fra-
ter cũ Gratiano suo nepote tam valens fuit, vt tot populos,
Romanos duces infestantes prohibere potuerint, quo minus
ab eis omnem Romanũ principatum & dominationẽ eripue-
rint, in seruitutẽq; redegerĩt. Nec satis mirari possum, tam etsi
in tractatu nõ plurimũ circa id institerim, vnde hæc processit
opinio, vt Frãci hoc Francicũ nomẽ Valentiniani iunioris tẽ-
pore, de quo hic noster sermo est, filij acceperint, propterea ꝙ
Alanos Valentiniano rebellãtes coegerũt obedire, ob idque
tributo decẽnali leuatos fuisse, mox lapso decẽnio solitũ tribu
tum Valentiniano denegasse, ob idq; Francos fuisse nũcupa-
tos, indeq; Francicũ nomen originẽ sumpsisse, ꝗ gentẽ a Scy-
this deriuasse Longobardicus dispũctor longe lateq; vocife-
rat. Mox seriosius explicabimus. Interim Valentis & Gratiani
& Valẽtiniani iunioris & fratris alterius matris nati gesta pro-
226 sequemur. † In cõperto nanq; est Firmũ, alij vero Thirmium
etiam tũc Africã occupasse, eãq; vastauisse, quẽ a Theodosio
Theodosij patre, qui extinctis Gratianis Imperator factus est,
superatũ fuisse. Pleriq; etiãnum affirmãt haud multo post a
Valẽte in præmiũ rerũ per eum in Africa gestarũ interfectũ
fuisse. His tẽporibus Gotthos etiã Italiã inuasisse, Hũnos Got-
tos suis sedibus deturbasse, quod maximo fuit Romanis detri
mento. Ob id.n. maiori manu bellũ aduersus Romanos redin
tegrauerũt, & Valente Romanorũ duce ferociter Romanum
æquitatũ fuderunt, legiones non magno negotio orbauerunt,
227 & solutas in fugã verterũt fœda fugientiũ cęde edita. † Valens
etiã ipse viuus in hostiũ manus peruenit, qui mox ab eis igne
cõsumptus est. Eodẽ impetu & successu Cõstantinopolim oc
cupauerunt. Iste est Valens nõ valẽs mũdi esse dñs, ꝗ Gottho
rũ flãma obedientẽ fecit, non terrę, nõ aeris, nõ maris, cui
ignis dñatus est. Isti sunt, quos illi mũdi dños vocãt. Multa præ
ter ea cõfecta fuisse vno atq; altero modo scriptores referunt,
vt pene in omnibus dissentire inter se videantur, in tẽporibus
maxime, quibus Põtificibus, quibusve Romanis ducibus conti
gere, vt difficile dictu sit, sicuti Sabellicus ait ꝗ parũ interdum
constent sibi authores. Ex eo satis videri põt, quanta Romanæ
historię fides habẽda sit, vt authores ipsi assentanei & vere pu
228 [illegible] inter se passim legant. Gratianus † de igne cõsumpto
Valẽte Romani orbis, seu verius Romanæ vrbis principatum
[illegible] sit, quẽ [illegible] in sui principatus initio tutatum
fuit, sicuti vt Neruæ similis fuerat, [illegible] ad Reipublicę Roma-
næ [illegible], quæ [illegible] præ-
mebat, Theodosium [illegible] in regni [illegible], præter [illegible] rebus
[illegible] Marte [illegible] pace [illegible] stratus est, per-
petue cum Athlarico Gotthorum rege [illegible] ꝙ nõ
[illegible] fuisse [illegible]. [illegible]
Romanę [illegible], Parthi, alijq; populi [illegible] Ro
mani [illegible] vocant. Romanos duces [illegible] &
[illegible] & [illegible]
tẽdeb [illegible], Hunnos, [illegible] vero Alanos dicunt, [illegible]
rebus subuenirẽt, [illegible] Maximũ, qui [illegible]
[illegible] in Hispania Imperator creatus erat, ꝗ res non mediocrẽ
in Gratianum [illegible] cõmouit, vt [illegible]
destitutus [illegible] pere coactus sit. Et dum in Italia fugeret, a
suis militibus ĩtercepts [illegible]. Alij vero a Maximo ex im-
prouiso adortũ fuisse, & in Italiã transire ꝑperantem [illegible]
fuisse. Isti sunt orbis [illegible], qui [illegible]
te vagi trucidãtur. Valentinianus Gratiani frater [illegible] flumi
[illegible] est. Profugus [illegible] ad Theodosiũ qui Byzantij [illegible] erat,
se contulit, a quo fraterne, sicuti [illegible] Maximo &
Theodosio inter se [illegible] gladiãtibus [illegible] Maximum in manus
Theodosij & Valentiniani incidisse, [illegible] Gratiano
[illegible] & [illegible] supplicio [illegible]
[illegible] Sabellicus ob id
[illegible] frequentẽ [illegible] authoribus [illegible] efficere, vt parũ
[illegible] res & tempori constent. Et in eo [illegible] distinctio
non [illegible] solum nobis nõ constare, sed nec rerum [illegible]
[illegible] in obscura & ambigua tẽporũ rõne [illegible], vt neq; ve-
229 ritate [illegible] excipere [illegible]. † Sed Valentinianus omniũ
relatione in Arbogasti Alanorum prin [illegible] manus incidit, a quo
Viennæ strangulatus est, & laqueo cadauer eius suspensum.
Ecce quõ Valentinianus Gallis imperauit, nõ Gallis, sed illi
laqueus imperauit Arbogasti authoritate. Quidã Eugenius no
mine, quẽ nõnulli Francum fuisse affirmant, Italiam inuasit
Gallorum & Germanorum manu fortior factus. Sic de mun-
di dominis agit, sic de his tanta apud omnes populos etiã bar-
baros habita est ratio, vt laqueo vitã finire cogantur. Tametsi
Põponius Lętus dicat sic Gratianorum prolem fauente cœlo
defecisse, & illorum tertium parum bellicosum Romæ cum

a palatio ad hortos Sallustianos secederet, conficere, vt dice-
230 bat, Parthicam expeditionem, extinctum esse. Sub † hæc tem-
pora surrexerunt, sicuti præmisimus, Alani, Hunni, Gotthi, Vã
dali, Longobardi, & prius his Burgundiones, Arriani etiam Iu
stinę matris Gratianorum crimine inualere, & Christiani ope
muliebri persecutionẽ passi sunt. diuusq; Ambrosius Medio-
lanensis episcopus plura eo tpe pp Arrianos sustinuit. Scoti ẽt
Picti a quo Pictones dicti credunt, ẽt tunc vtranq; Britanniã
occupauerunt, & Galliã Aquitanicam penetrauerunt, longe
lateq; oĩa vastantes, quibus neq; Theodosius, de quo nunc ser
mo erat, neq; alius resistere potuit, quin sedes in illa Britannię
insula & in Gallia Aquitanica sibi statuerint. Sua nĩa adhuc re-
231 tinẽt. At Theodosius, † qui cum Valentiniano Romanũ prin-
cipatũ occupauerant, vt cõmemorauimus, postꝗ Valentinia-
nus laqueo ab Arbogasto Alanorũ præfecto suspensus est, so
lus postea principem egit. Et vt quietum suum esset imperiũ
fœdus cũ Athlarico Gotthorũ rege percussit nõ minus specta
tum, & optatum quam necessarium, vt. s̄. diximus. Et licet de
Theodosio prædicẽt scriptores, vt ab alijs tyrannis differre de
monstrarent, magna Christi cõfidentia cum hostibus concer-
tasse, victorẽq; ob id euasisse constanter affirment, vt mox ex-
plicabimus, inficiari tñ nolunt Theodosium multa ac varia ty-
rannico more perpetrasse facinora. In primis præcepisse quin-
que hominũ millia in ciuitate Thessalonicensi trucidare, sed
huius tam crudelis tamve immanissimi criminis haud multo
post pęnitentiã egisse. Ob id tñ varias hostiũ incursiones susti-
nuisse pleriq; scribũt, Orosius maxime. Ab Eugenio.n. quem
Arbogastus, qui Valentinianũ suspẽdio vitam finire coegerat
in Theodosij ęmulationẽ Imperatorẽ fecerat maxima vi im-
petu adortus est, cũ quo atq; cũ Franco adhuc pagano diu ac-
riter & ancipiti bello manus conseruit, insidijsq; quibus hostis
illũ interceperat perijsset, nisi plus oratione ꝗ sua virtute adiu
232 tus fuisset. Noctẽ. n. totam in oratione cõsumpsit, vt testis est
Orosius, Solus.n. inquit, corpore humi fusus mente cœlo fixus
orabat. Quo factũ est, vt Arbitionis alterius patris ducis ope
asseueratus diluculo prœliũ redintegrauerit, simulq; ac bellũ ge
ri cepit turbo magnus venti exortus est, qui hostiũ ora preme
bat, vt recipeandi spiritus virtus nõ esset. Aduersis.n. vẽtis flan-
tibus sagittę in hostẽ reuertebant, vt nullum Theodosianorum
militem offenderẽt. Vnde strages hostium maxima secuta est
& victor euasit. Eugenius aũt ipse captus & interfectus est, cu-
ius mors Arbogastum coegit in rebus tam desperatis manus
violentas sibi inferre post partam de Eugenio victoriam. Nec
multo post superstes permansit, sed acta de iniuriosa, & tyrã-
nica Thessalonicensiũ omniũ cęde pęnitentia morbo corre-
ptus Mediolani moritur. Dicunt. n. paulo antequam a diuo
Ambrosio ob Thessalonicensiũ cladẽ ecclesiæ ingressus pro
hibitus esset, egẽ tulisse, vt principiũ iniæ sup animaduersio-
nę piatę, in tricesimũ d ẽ differentur, vt pęnitẽtię seu miseri-
cordię locus esse posset, & ista lex Theodosiana, cuius caput
est, Si vindicari posita est sub titulo, de pęnis. C. li. 9. Archadius
& Honorius Theodosij filij regnũ assumpserunt, qbus Theo
dosius tres viros adiutores ob teneram illorum ętatẽ præfecit
qui filiorum noĩe Rempublicã regerẽt, Ruffinũ, Salconẽ, &
Gildonẽ, quo factũ vt res Romanę apertius declinare cęperũt
Nam qui pfecti a patre fuerant, puerorũ ętatẽ aspernantes, nõ
filiorũ, sed suo nĩe principatũ vsurpare cõtenderũt. Mastezel
Gildonis frater, alias Mascelger, sicuti Platine placuit, vel sm
Orosiũ Mastezel, Gildonẽ Africæ vsurpatorẽ domuit & fuga
uit. sed Mastezel seu Mascelger nõ diu in opinione perman-
sit. sibi.n. Africam, dominandi libidine permotus, addicere &
occupare voluit. milites tantam perfidiam nõ sustinentes ap-
233 prehensum trucidauerunt. † Gotthi interea Cõstantinopoli
tanũ imperiũ inuadunt fugato Archadio & Salcone ductore
suo, Romanumq; exercitum delent fugantq; Athlarico tunc
Gotthorũ rege, ꝗ nõ barbare, sed cũ modestia principe digna
suis mandat, vt cęde & sanguine, quantũ fieri posset, abstine-
rẽt, neq; in eos seuirent, ꝗ ad Basilicas beatorũ Petri & Pauli
cõfugerent, & mox relicta Roma superius Lucanis & Bracijs
apud Constantiam vi captam moritur. Huic a Gotthis suffe-
ctus est Astolphus, cui in animo fuit Romam totam diripere,
& prorsus euertere. Postremo nõ Romam, sed Gotthiam no-
minare voluit, successoresq; suos deinceps non Augustos, sed
234 a suo noĩe Astolphos appellari instituit. † Qualis & quãta fue
rit Romanæ vrbis attritio, ruina & clades, declarat Orosius.
lib. 2. c. vltimo. Hanc.n. non dissimilem fuisse illi, quam conti-
gisse. s̄. diximus, dũ vrbis Roma tota excepto Capitolio a Gal-
lis incensa est, re vera, inquit Orosius, pares sunt, & conferun-
tur inter se hæ duę captiuitates illa, s. Gallorum sex mensibus
deseuiens, ista Gotthorũ tribus diebus transcurrens, reliqua
prosequatur quilibet idoneus lector, & iterum cap. 19. de viro
que Gallorum & Gotthorum Romanæ vrbis excidio ait, Ne-
que vero Gallorum meminisse in homini collatione debeo,
qui continuo pene anni spatio incensæ euersęque vrbis at-
tritos

tritos cineres possederūt. Et idē lib.7.c.43. Astolphū, inquit, in
animo habuisse, ardēterque inhiasse obliterato Romano no-
mine, Romanū oē solū Gotthorum imperiū facere, essetque
Gothia ꝙ Romania fuisset, fieretq; Astolphus ꝙ quondā Cę
sar Augustus. Honorius dū hęc ab Archadio fratre suo gerūt
a Salcone impetitur, accersiuit n. Vandalos, Alanos, Sueuos,
& Burgundos, sicuti Romani & Italici scriptores volunt, vt rē
Romanā oīno perderent, Visigothos ēt solicitauit vt Italiam
inuaderent, vt faciliore successu Honorius & Archadius oppri
merentur. Pannoniā in primis occupant. Athlarico rege con-
stituto, quo duce Italiam inuadunt iunctisq; Radaganosi alte-
rius Gotthorum ducis armis Romā obsident, depopulātur &
irrumpunt. Profligationē aūt Radaganosi cum populoso suo
exercitu descripserunt, sed adeo varie vt Neoterici Romanæ
historiæ scriptores dicant nullū esse, qui aliquid de ea affirma-
re audeat, vt ne Orosius, qui id temporis erat, nihil certū reli-
querit, atq; ob id opinari magis q̄ historię veritatē scribere vi-
235 deātur. † Mortuo Athlarico, sicuti prediximus, Astolphus rex
sufficitur, a quo Roma iterum obsessa, vt capta, direpta, vasta-
ta, & ruinis turpiter deformata est die primo Aprilis, anno sa-
236 lutis, 12. ac quadringentesimo. † Per id tps, vt plerią; ipsorū cō-
memorant, Galliæ a Vandalis, Sueuis, Hunnis, Burgundis &
Alanis occupantur, a Gotthis & Vandalis Hyspanię penetran-
tur, & vi occupantur. Burgundi maiorē Belgicę Galliæ partē
inuaserunt, & abhinc nomen illa prouincię plaga retinuit. Fi-
nes aūt suos ad mare vsq; dilatauerunt, Narbonensi & Arela-
tensi prouincijs suo principatui adiunctis. Pleraq; ēt alia fabu-
losa & vere commentitia scribuntur, quę nullius fidei testimo
nium habent, vt haud multo post explicabimus. Cōstanter. n.
affirmant Honorium ab hmōi insultib. Gallias liberasse, & cō
silium habuisse, Hyspanias, quas Gotthi nuper occupauerant,
recuperandi, & Romā & ab omni barbariæ liberandi, & mox
Constantiū ab eo militię præfectū inedia & rerū omnium in-
opia Astolphum ad extremū sic constituisse, vt coactus fuerit
in vlteriorem Hyspaniam transmigrare, atque per hanc cām
Astolphū a suis criminatū fuisse, ꝙ Placidię vxoris suæ & soro
ris Archadij & Honorij illecebris allectus Romam & Italiā
non sua virtute quęsitam dimisisset, & ob id imperiū eius de-
trectasse, nec multos dies īteressisse, quin Astolphus a suis oc
cisus sit, Venserico in locū eius rege creato, quē cū simili volū-
tate affectū cognouerunt, simili rōne interficiunt, Vallia rege
facto, q Africā statim inuadit, tādē re cū Honorio composita
Placidiā Honorij sororē restituit, q̄ Constantio Honorius nu-
ptā tradit, ex quo Valentinianum suscepit. Pollicitus est Vallia
aduersus Vandalos partē Hyspanię occupantes auxiliū pręsta
re. Ad hmōi operā nauandā Constantiū Cæsarē factum fuis-
se, belloq; pręfectū, quo duce, sicuti aiunt, Gotthi & Alani supe
rati sunt, de hisq; Romę triūphasse Athalo Romano, quē ma-
gnus hominū fauor ad imperij fastigiū extulerat, capto. Et dū
Constantius res ad Hyspanēse bellū præpararet, septimo post
mense q̄ Cęsar appellatus fuerat, mortuus est, in cuius locum
ab Honorio Eccius patricius Romanus suffectus est, qui Bur-
gundos, vti dsit, compescuit. Francos Germanicā gentē, vt Sa-
bellicus scribit, in suos fines retroire coegit, desiderās Alanos
persequi, qui Gallatiā sibi vendicauerant, quib. Vandali & Sue
ui non defuerūt. Nec valens Eccius tantam multitudinē susti-
nere, retro in Hyspaniā copias Romanas deduxit, datis illis co-
mitib. Castino & Bonifacio, qui non plura in eos, q̄ Eccius, ob-
tinere potuit, & Bonifacio qui pariter relicta Hyspania in Afri
cā trāsfretauit, quib. damnis Honorius afflictus ira percitus de
cessit. Et si hæc oīa longe a veritate aliena sint, si tñ veritas in
eis esset, recte inferri pōt, Honorium & Archadiū aliosve ab
eis creatos Cęsares mundi dños non fuisse, quib. tot populi im
237 perauerunt. Sed verū non est. Theodosiū † neque Honorium
& Archadiū Theodosij filios imperiū in Francos habuisse, ne
que Gallias illis paruisse, multo ēt minus verū esse, Gallos tūc
Romano imperio obediuisse, dum a Gotthis Roma vastata,
incensa, ruinis & cędibus deturpata, & deformata est, quemad
modū & Longobardicus dispūctor tam ꝯstanter asseruit Oro
sij authoritate fretus, aut illius, sicuti ait, qui Chronicō scripsit
quisquis ille fuit, Romanos prius ab imperio desciuisse quam
Gallias, nimirū inquit a Gotthis Romam prius captā q̄ Gal-
lias ipsas. Et sic capta, inquit ille, a Gotthis Roma imperij fides
apud Gallos permansit. Quæ oīa cōmētitia sunt. Nō enī Oro-
sius, q tūc cū Roma a Gotthis capta, euersa & incēsa est, cruo-
re Romano mūdata, tū in scribebat historiam, sicuti ex tribus
nouissimis suę historię capitibus satis ꝯstare pōt, dixit Gallias a
Gotthis immunes non fuisse, sed ex aduerso scribit Gotthos in
duo agmina diuisos tūc fuisse, Ostrogotthos & Visigotthos, &
dū Ostrogotthi Romā diripiebant, Visigotthi Gallias & Hy-
spanias inuadebant, & prelijs multis affligebant. Hac ratione
non pudebit Orosij dicta transcribere ex 38. 40. 41. & 42. capi-
238 tibus lib. 6 historiæ Orosij. In capite enim 38. † Stiliconis Ho-
norij soceri perfidia describitur, de quo sic ait, Patuit enim

quod sub imperatore imperabat, Eucherium filium suum, si-
cut a plerisque traditur, in imperio quoquo modo substituere
nitebatur. Quāobrē Athlaricū, cūctāque Gotthorum gentem
pro pace optima & quibuscunque suppliciter orantē occulto
fędere fouens, publice aūt & belli & pacis copia negata ad te-
nendam, alias legit ad terendam terrendamque rē publicā re-
seruauit. Præterea gentes alias copijs viribusque intolerabiles,
quibus nunc Galliarum, Hyspaniarumque prouincię premū-
tur, hoc est Alanorū, Sueuorū, Vandalorū, ipsoque simili mo-
tu impulsorū Burgundionū vltro in arma solicitās deterso se-
mel Romani nominis metu suscitauit, eas interim ripas Rheni
quatere, & pulsare Gallias voluit. Ex cap. 39. postquā Orosius
in c. 39. mortē Stiliconis soceri & Eucherij filij, qui talia in Ho
noriū moliti erat, quos coacto magno exercitu Honorius su-
239 perauerat, si ait, † adest Athlaricus, trepidā Romā obsidet, tur-
bat, irrūpit, dato tñ, pręcepto prius, vt si qui in sancta loca præ-
cipueque in sanctorū Apostolorū Petri & Pauli basilicas con-
fugissent, hos in primis inuiolatos securosque esse sinerent, tū
deinde inquantū possent prædę inhiantes a sanguine tēpera-
rent. Mox prosequit vrbis direptionē, cuius s. mentio facta est.
progrediamur vltro ad 40. caput. Ex c. 40. hæc transcribo, An-
no itaque ab vrbe condita millesimo centesimo sexagesimo-
quarto irruptio vrbis per Athlaricum facta est, cuius rei q̄uis
recens memoria sit, tñ si quis ipsius populi Romani & multi-
tudinē videat, & vocē audiat, nihil factū, sicut ēt ipsi fatent, ar-
bitrabit, nisi aliquātis adhuc existētibus ex incendio ruinis for-
240 te doceatur. † Et post pauca iterū Orosius eodē c. ait, Interea
añ bienniū Romæ irruptionis excitatę per Stiliconē gētes Ala-
norū, vt dixi, Sueuorū, Vandalorū multęque cum his alię Frā-
cos proterunt, Rhenū transeunt, Gallias inuadunt, directoque
impetu Pyreneū vsque perueniunt, cuius obice ad tps repulsi,
per circūiacētes prouincias refundunt. His per Gallias debac-
chantibus, apud Britānias Gratianus municeps insulę tyrānus
creat, & occidit, per reliqua prosequere quæ delectabunt. Ex c.
41. hoc excerpsi, Multa nūc mihi de huiusmodi rebus facultas
loquendi foret, si non fm omnes homines apud vniuscuiusq;
mentē conscientia secreta loqueretur, irruptę sunt Hyspanię,
cędes vastationesq; passę sunt. Nihil quidē nouū. Hoc enī nūc
per bienniū illud, quo hostilis gladius seuit sustinere a barbaris
ꝙ per ducentos quondam annos passę fuerant a Romanis, ꝙ ēt
sub imperatore Gallieno per annos ꝓpe duodecim Germanis
euertentibus exceperunt. Et iterū eodē capite, Quamq̄ & post
hoc quoque cōtinuo barbari execrati gladios suos, ad aratra cō-
uersi sunt, residuosq; Romanos vt socios, mō vt amicos fouēt,
vt inueniātur iam inter eos, qui malint inter barbaros pauperē
libertatē, q̄ inter Romanos tributariam solicitudine sustinere
Quamquam si ob hoc solū barbari Romanis finibus immissi
forent, ꝙ vulgo per orientē & occidentē ecclesię Christi Hun-
nis, Sueuis Vādalis & Burgūdionibus diuersisq; & innumeris
credētū populis replentur, laudanda & attollēda misericordia
Dei videret, qñquidē & si cū labefactatione nostri tantę gentes
agnitionem veritatis acciperēt, quam inuenire vtique nisi hac
occasione possent, nec vlli dubium est. Et Georgius Merula in
primo rerū a vicecomitibus gestarū, ait Ostrogotthorū reges
& Eruli cōiunctis viribus & armis cū Gallias atque Germanias
direptis vrbibus non sine magna cæde vastassent, in Italiā arma
241 conuertunt. Nō ergo † Gallia fidē Romani principatus obser-
uabat dū a Gotthis Roma præmebat. Iā actū erat bienniū, quo
a Vandalis, Sueuis, Alanis & Burgūdionibus nō Gallia tm̄, sed
& Francia, si Galliam a Francia distinguere licet, & Hyspania,
teste Orosio, opprimebatur. Et quamuis de Gotthis plura hic
transcribi possent, illa consulto remittimus ad eos, qui Gottho-
rum historiam plenius transcripserunt. Satis est nobis ex alieno
& extero testimonio comprobare, Gallias Romani imperij
fidem non obseruasse, dum a Gotthis Roma quatiebatur, incē-
debatur, & ruinis deformabatur. Et ꝙ ex annalibus Francis
huic nostræ disputationi conuenire comperimus, recēsere cu-
rabimus, vt lucidius constet hæc in Gallijs Archadij & Hono-
rij tpibus gesta non fuisse, sed Theodosio eorum patre Roma-
nū statū occupāte facta fuisse. In quo annales nostri ab Orosio
non plurimum differre videbunt. quamquam dum tractatum
scripsimus, cōem illum errorē secuti, Valētiniani tempore, qui
Honorij filij fuit, gesta fuisse scripsimus, sed cum paulo diligen-
tius res a Gallis gestas repetere curauimus, non puduit, quæ cō-
242 perimus regnoscere. In principio enim † principatus Theodo-
sij Franci, qui Sicambriam incolebant, vniuersam Germaniam
vrgere cœperunt, quos cum Theodosius, qui Romanas res mo
derabat, cohibere tentauit, aduersus eos missis Nāma & Quin-
tino militum præfectis cum copioso Romanorū exercitu, qui
Frācos adorsi sunt, victoria ad Francos declinauit quare Nam-
ma & Quintinus Eracliū & Iouinianum duos alios ex Theo-
dosij ducibus accersiuerūt, illorū aduentu redintegrata pugna
est. In quo prælio Franci tā fortiter Romanū impetū sustinuerunt,
vt Eraclius & Iouinianus fuga salutem quærere festinauerint,

tantaq; in eo prælio Romanorum strages habita est, vt Fran-
243 ci Romanis & finitimis populis formidini fuerint, † cœperūtq;
Ibio duce, quē alij Codionē vocant, finitimas prouincias suo
imperio adiungere, occupata pene tota Gallia Belgica. Eo ēt
tēpore Burgūdi Lugdunū occupauerāt, & Gothi vniuersam
Aquitaniā subiugauerant. Agebatur cum hæc fiebant annus
Christianæ salutis trecentesimus octuagesimus septimus. Re-
bus sic prospere & fœliciter ab Ibio gestis anno salutis 399.
mortuo Ibio Marcomirū regē statuunt, qui 20. post annos Frā
244 ci patris consilio vtentes † Pharamundum nō tam bello quā
consilio præstantem, regem faciūt. qui Salicam legē instituit,
vt nulla deinceps de futuro rege creādo qō suboriretur, neq;
electione, sed successione ad proximiores masculos referret,
exclusis fœminis. Successus tādē Fācorū adeò fœlices & fausti
fuere, vt abinde Franciū nomē vbiq; celebre fuerit, quo factū
est vt ob singulares eorū virtutes & præclara facinora & in ec
clesiā bene merita in omnibus concilijs conuētibusq; ecclesia
sticis primū locū Franciæ reges obtineant meruerito; Franco
rū regnū Christianissimū iure & merito appellari. Nostra ēt
ætas Lutheranæ hæresis obscenitate fœdata recte cōprobat. So
lus. n. Frāciscus primus Christianissimus Frācorū Imperator
& moderator subeundę homini prouinciæ corā & tuendę ec-
clesię solicitudinē pro Christianæ & catholicæ fidei integrita-
te conseruanda assumpsit. Carolus vero modernus, qui Ro-
manorū se principē profitetur, nō parū a priscis Romanis prin
245 cipibus differre visus est, † dum anno Christianæ salutis mille-
simo quingentesimo vigesimoseptimo a suis ducibus Roma
obsessa, capta, & depredata est, Clemente tūc Pontifice agēte
captiuo facto, virgines sacre vi corrupte, templa expilata, reli-
quie sanctorū in terrā cōculcate. Nec prætioso Christi corpo
ri parcitū est, quo minus a Lutheranis militibus, quorum ple-
nus erat Cæsarianus exercitus, tanquam aliquod infidelitatis
signū, sicuti aiunt, & in Lutheranis eorū erroribus appellāt, &
vociferant, inique, peruerse & infideliter spargeretur & con-
culcaretur. Mirū igitur non est, si tēplorū, seu basilicarū beato
rū Petri & Pauli aliorūq; apl'rum, martyrū, confessorū & vir-
ginū rationē non habuerunt, si dño dñantium Deo ac dño no
stro Iesu Christo honorē & reuerentiam exhibere dedignati
sunt. Nō tā seuere, tā barbare, tā hostiliter Athlaricus Gotho
rūrex, & illius exercitus Romā tractauit, vt. s. post Orosiū do-
cuimus. Sed cū pestis hec & clades recens sit nihil vlterius cō-
memorare necesse est. Et ne forte succenseat aliquis qua scri-
psimus, tamēcubā, quę de vrbis direptione, Clementis capti-
uitate Galeacius Capella Mediolanensis li. 7. rerū in Italia ge-
starū scripserit. Inquit enī, neque dies ille, quo alma vrbs prędę
fuit, quo ipse diuerū reliquie altaribus erute sunt, quo tot vir-
gines intra castos parietes occlusa libidinem co. cte fuerunt
militū explere, quo non modo in homines, sed ipsa etiam in
marmora & antiquas Romanorū statuas sęuitū est, finem de-
dit malorū. Nā milites dispersus in tota vrbe per domos pau-
lo ante direptas hospites, Cardinales, epōs, principū oratores,
ciuesq; & mercatores, ac demū totū Romanū populū quibus pau-
lo ante innumeras deprędati erant, nihil omnino sup ere-
rat, ac alendū tm exercitū cogere, ipsiq; per ludibriū sacerdo-
talibus vestibus induti vrbē perequitabant, & tanquā ibi eorū
perpetuū foret domicilū, quæcūq; ad voluptatem & delicias
pertinet, quęrebant, neq; exercitū Italicū, qui vicinorū populo
rū in studiū & fidē continere nitebatur, neq; Francorū regē
metuēres qui aliū exercitū validissimū parabat duce Lautre-
cho ad cōprimendas in Italia Cæsarianorū vires, & præsertim
ad restituendā Pōtifici libertatē. Dicat mihi quęso, aliquis sa-
ni sensus, vter exercituū Athlarici Gothorū regis, sci. Cęsaria
ni cū Roma Romanisq; & sanctorum reliquijs imo ipso Deo,
maiore hostilitate barbaraq; fęditate vsus sit, si Orosio credē-
dū est de his, quæ ante obsessam & captā Romā & in ipso Ro
manę vrbis excidio a Gothis militibus acta sunt, pariter h &
Galeacio Capellę fides adhibēda est de his, que ante Mediolanē
si bello scripsit, cuius verba fideliter superius transcripsimus,
omnibus cogitandū relinquo. Sed quid de Pōtificis captiuita-
te vulgus opinabatē non prætermittā, sane hanc Clementis ca-
246 ptiuitatē recto Dei iudicio contigisse arbitratum est, † qd (ne-
scio qua occasione ductus) Pontifex in Francorū Christianis-
simū Francorū regem cū Carolo prædicto & Henricho An-
glorū rege ad Burbonij aliorūq; regiorū subditorū defectio-
nē abiecto Carolo in suū regem & principem machinatione,
dolo, & arte solicitatā fędus percussisset. Hæc asserere erubē
scerē, nisi mutuę extarent epistolæ Clementis Pōtificis ad Ca
rolū prædictū & Caroli ad Clemētē, quas Carolus typis Ale-
manicis cudēdas dedit, quæ suo iussu, suo ve noīe vbiq; terrarū
publicatę extāt, & in omnium pene manus peruenerūt, a quibus
nō nullas particula excerpere curauimus, ne videamur impo
sturā aliquā abstruere. In primis ex Clemētis Pōtificis epistola Romę expedita die 23. Iunij millesimo quingentesimo 26.
Pontificatus Clementis anno. 3. clausula sequens transumpta
est, Postea vero cū hic Pontificatus honor cōis in nobis patris
personā exposceret, decreuissemusq; abesse ab armis & bellis,
exercitusq; & milites nostros tuis iam bene constitutis reb. &
non modo non inferiorib. sed superiorib. etiam quam hostiū
tuorum reuocauissemus, tamen armis a nobis depositis neq;
ita fideli consilio ducib. tuis in Galliam transeuntib. neq; inde
pedem referentib. pecuniarum auxilio pro rerum nostrarum
tenuitate defuimus. Iterum in eadē epistola haud multo post
sequitur, Eis conuentionib. occurrere coacti sumus imminē-
ti periculo, quas tu optime nosti. Ex quib. vidisti tu profecto &
cognouisti quæ nobis esset cura, quæ cautio rerum tuarum, cū
nihilominus tibi rebusque tuis quam & nobis & nostris caue-
remus. Alia clausula, Si autem vel non cognouisti vel oblitus
es, erit tempus commodius quo ista exponamus, qui & Gallo
rum transitum in tui regni fines multis reb. rem orati fuimus.
Et cum, si societatem eorum voluissemus sequi maxima no-
bis prēmia non solum proponerentur, sed etiam essent parata,
ab instituto nostro non discessimus, plusque apud nos amici-
247 tię tuę memoria, quam premium vllum valuit. † Hęc Clemēs
Pontifex inclemens immansuetus, qui literas commenticias,
si sęculari viro de Pontifice dicere licet, & vere subdolas illu-
strissimæ Ludouicę Engolismēsi ducissę Christianissimi regis
matri perferendas suo tabellario dederat hac forma cōfectas,
Quātū dolorem accepimus, & q̄ animo sumus perturbati ex
hoc casu acerbo & inopinato, qui filio tuo regi pręstantissimo
& nobis omni amore clarissimo accidit, tuę prudentię est æsti
mare. Sed aduertatur quæso quisnam ille est doloris seu mesti
tię fucus, aut quis tam simulat seu verius fictitij amoris affe-
ctus, insuper quale hoc communis patris, vti ait, officium, &
an patris, an vero hostis personam induerit, ex sua epistola le-
gi viderique potest, qui non modo ecclesię pecuniam, quę bel
li neruus esse dicitur, ad perdendos Christi fideles conuertisse
non diffitetur, verum etiam arma & vexilla non dicam eccle-
siæ, sed sua hostilia cum Caroli populoso exercitu coniungere
non dubitauit, & ad oēm sui animi explendam volūtatem, vt
Christianissimū pię matris filium persequeretur, fędus Chri-
stiana religione indignū cū Carolo cęterisq; Christianis prin-
248 cipib. & potestatib. contrahere non erubuit. † Quo factum est,
vt thesauri ecclesię, qui ad alendos Christi pauperes ordinati
sunt, neque alijs vsib. destinari possunt, ad Christi fideles perdē
dos conuersi fuerint. Quid plura? ecclesiæ peculium, quod ab
antecessorib. Frācię regibus, quid dico? etiam ab ipso Christia-
nissimo rege acceperat, non tm̄ Christianæ pietatis & charita
tis immemor, sed & ethnicę quæ benefacientibus benefacere
nos admonet, expēdit, vt faciliore successu in hostium manus
rex prælibatus incideret, regnumque ipsum Christianissimū sa
crilegis manib. male perderetur funditusq; euerteretur, in hoc
Iulij, Leonis, & Adriani, suorum anteriorum Pōtificū vestigia
sequutus. Num hæc sunt Christiani gregis pastoris opera? Nū
cōmunis patris officia? An domini præcepta sunt? quæ omnes
Christi fideles ad pacem inuitant, & gladij materialis exerci-
tium non modo summo sacerdoti non committunt, sed neq;
cuicunque alij sacris initiato vsum permittunt. Delenda itaq;
est hac nostra tam infausta infęlicīq; tempestate Dauidis Spi-
ritu sancto pleni exhortatio, quæ rogare iubet, quę ad pacem
sunt, vt in virtute Dei pax fiat, quā dominus noster Iesus Chri
stus ad patrem suum ascendens nobis reliquit, præcipiens illā
quam suppliciter amplecti, vt filij Dei efficiamur. Nunc vero
spreta pace arma prædicantur. Nunc vexilla hostilia præparan
tur. Nunc acies ordinantur ad manus hostiliter conferendas,
gladiosq; gladijs acuendos inuitantur. Nunc ad prælium om-
nes deceruntur. Nunc sacerdotes bellorum ministri fiunt, vt nō
sacerdotes recte dici, iudicari possint. Accincti sunt gladiis,
amicti thoracibus, celati capitibus, tonsi crinibus ad modum
Thracici aut Alexandri. Nunc barbati Turcarū more incedūt,
vt in illo sodalitio petulantiores appareant. Quid plura? nihil
prorsus restat nisi vt sodalitij nomen, cuius Cæsar in sexto Gal
lici belli meminit, accipiant. Non hæc in Pontificem dicta pu-
tentur, sed in epistolas quæ dissidij & inimicitiæ, non dicerem
perfidiæ plene sunt. Ad Caroli epistolam diuertamus. Carolus
enim in peccatis excusationem quærens ob desertam & pene
desolatā Romam, stupratas in ea virgines Deo sacratas, pollu-
ta altaria corpore & sanguine domini nostri Iesu Christi san-
ctificata, sanctorū reliquias conculcatas, pretiosum Christi cor
pus contaminatum, sacrilegisq; manibus contrectatum, apo-
stolicū captiuatū, cardinales, alios denique ecclesiæ ministros
hostiliter custoditos, & cum graui ecclesiæ scādalo oppressos,
vestes, reliqua etiam ecclesiarū ornamenta in Dei & ecclesiæ
sanctæ ... ludibriū contrectatas & dissipatas. Sic ait, Nec quip
pe tantæ imbecillitatis censendi sumus, vt cuiuspiam artibus
seu dolis a vera coniunctione & amicitia diuelli valeamus, vbi
perfectus amicitiæ nodus intercessisset. Recte dicit, vbi perfe-
ctus amicitiæ nodus intercessisset. quasi nullus intercesserit, q
contrario operum laqueo non dissoluatur, minusq; nobis op-
pressio

pressio Italię minutioq; sedis apostolicę dignitatis ascribi po-
test, qui teste Deo nihil horum tentauimus, nec vnquam cogi
tauimus, verum omnem conatum, omneque studium adhi-
buimus, vt Italiam liberam & quietam redderemus, vt apo-
stolicam sedē in suo decore velut illius protector & defensor
stabiliremus. Prius autem quam ad reliquum procedamus,
considerandum esse puto, quam bono animo, quamve recto
synceroque spiritu ad tuendam ecclesię sedisque apostolicę li
bertatem, procurandamve ecclesiasticæ libertatis defensionē
249 motum se dicere potest, † qui Clementem anno integro post
quā a suis militibus in Adriani mole captiuus effectus est sub
fida sibi strictaque suorū militū custodia asseruari præcepit, ne
vllus ad eū pateret liber aditus. A cuius etiam manu & potesta
te nequaquam liber euasisset, nisi miles Francus duce Lautre-
cho superatis alpis penetrata Insubria totave Gallia transalpi-
na vsque Romam fracto & pene attrito fugatoque Carolino
exercitu Clementem cum ipsa Roma suæ pristinæ libertati re
stituisset. Actūque de illo erat, nisi perfidia Liguris Andreæ
Doriæ naualis exercitus Gallici præfecti, qua suorum more vti
solet, Carolini milites Neapoli obsessi suppetias accepissent.
Quem Lautrechus præcibus vincere nō valuit, vt in fi_e regis
vrbis Romæ Pontificisque liberatoris permaneret. Sed laxatis
solitæ & innatæ suæ infidelitatis habenis, obsessis, quam potuit
quæ ad victum necessaria erant, ministrauit. Quo factum est vt
terrestris exercitus, qui Solis feruore & peste plurimum atte-
rebatur, loco cedere non sine incommodo coactus sit. Istorū
testis est Galeacius Capella Mediolanensis Moroni perduellis
secretarius, in libro rerum in Italia gestarum septimo cuius su
pra mentionem fecimus. Pergamus ad reliquum epistolę Ca-
rolinę. Videat, inquit, quæso, sanctitas vestra, quibus fun-
damentis moueatur. Consideret, an hæc pastorali congruant
officio, vt hic sit gladius per vestram sanctitatem euaginandus
exercendusve, quem Christus in vaginam potius recondendū
cēsuit, & qui etiam in hostes fidei ab ipso Christiani gregis pa-
store regulariter exerceri prohibetur. Attendat hic vnusquis-
que qđ mox in eadem epistola scribitur. Non diffitemur tn̄, in
quit Adriano viuente postquam in illius gratiam sanctitas ve
stra reducta extitit, illius operam non modice frugi nobis fuis-
se in alliciendo eūdem Adrianum ad fędus illud defensiuum,
quo medio Galli iterum in Italiam redeūtes Mediolanūq; ob
sidētes fęderatorum pręsidijs denuo victi repulsique fuere. Id
demum sub vexillis & copijs eiusdem Adriani, in vimque præ
ambuli fæderis actū extitit, ꝙ vestra sanctitas opus manuū sua-
rum despiciens nouus homo factus nouaque dignitate assum-
pta nequaquam approbandū seu innouandum censuerit. Nō
possum satis admirari Carolinę epistolæ scriptorem quo nam
pacto tam varia, tamque pugnantia scribere cogitauerit. In pri
mis cum plus Adriano quam Clementi in hac re maxime li-
cuisse tam constanter affirmet. Clemētem quippe hortatur, vt
consideret, an pastorali conueniat officio gladium extendere,
& extentum vibrare, quē Christus dominus noster Iesus non
euaginandum sed potius recondendum, & in vaginam cōuer
tendum esse ait. Imo, sicuti ille inquit, neque in fidei hostes ab
ipso Christiani gregis pastore exercere permisit, Ioan. 18. capit.
Et tamen haud multo post, eundem Clementē cępti forte pę
nitētē arguit, falso tamen ꝙ Adriani antecessoris sui vexilla &
copias Pontificalemve exercitum, vti dicūt, ad illud perfide cō
iurationis fædus explēdum non permiserit, suarum manuum
opus, vti ille ait, despiciendo. In hoc enim Clementē, sui ope-
ris contemptorē improbat, & condēnat. Mox Adriani vexilla
& copias non tā laudat & extollit, quā approbat, totisq; visceri
bus amplectitur & deosculatur. Tametsi Adrianus nō in fidei
hostes, sed in Christianissimū regem Christique fideles, & ca-
tholicos arma & vexilla sua non catholica sed hostilia postpo-
sito, imò reiecto veri pastoris officio, vt ille plane cōfitetur, prę
parauisset, conuertissetque. Postremo, veluti præcedētium im-
memor, Clementē increpat, qđ gladiū, qui recondēdus est, nō
euaginandus, pariter & copias & vexilla sua pro Caroli voto
exercere recusauerit. Sed & mirādum quippe est, quomodo
hanc technā Clemēti scriptor, quisquis ille sit, imponat, cū tā
pertinaciter asserit Clemētē noluisse arma sua & vexilla Caro
linis vexillis & armis communi fędere coniungere. Cū ille ip-
se Clemēs tam aperte sua epistola declarauerit, totoq; spiritu
manifestare contēderit, deposito etiam communis patris offi-
cio, & pecunia, & omni ope sua Carolo suisq; rebus subuenis-
se, neq; in aliqua parte defuisse, spretis etiam quibuscunq; con
ditionibus quātumcunq; bonis & maximis a Christianissimo
rege sibi paratis. E_vt Clemētis verbis vtar, vt plus Caroli ami
citia suaque illius memoria quam pręmium vllum valuerit, ne
que ob_d a suo instituto discedere voluerit, sed potius Caroli
rebus occurrere, Gallorumq; in Italiam trāsitum hac ratione
multis rebus _rohibere. Ob quæ bñficia ab eo recepta Caro-
lū ingratitudinis accusat, vt ex Clemētis epistolæ pagina plus
æquo supra ostendimus. Quamobrem hoc argumentum seu
fundamentum, vti scriptor ait, quod ex sua epistola excipimus,
refugere non potest. Si summo sacerdoti, etiam in fidei hostes
arma & hostilia conuertere non licet, neque Christiani gregis
pastori congruat officio, nō etiam cuius alij sacris tamen initia
to exercere cōueniat, quemodo in Christianissimum Regem
& Christi fideles Iulio, Leoni, Adriano & Clementi extende-
re, & hostiliter exercere fas fuerit, cogitent omnes qui catholi
ci ac Deo deuoti sunt. Quid vlterius? non satis Carolo fuit im-
pium, & irreligiosum illud fædus cum Pontificibus contra di-
250 uinas, canonicas, & humanas sanctiones tangere. † Nam & va
fallos nō puduit, aliosq; Regis subditos ad Regis defectionem,
& rebellionem omni qua potuit arte inuitare, armaque in eū
assumere. In primis Carolum Borbonium per Adrianū Beau-
cennum Flandrēsem, quem ad hanc trunculentam & vere ty-
rannicam rebellionem implendam simulato mercatoris habi
tu perpropere misit, Elionora Caroli sorore Borbonio nuptui
promissa, vt facilius ad nauandum explendumque tam miserū
ac tam indignum facinus Borbonium, ac alios denique mul-
tos regni subditos, proceres, nobiles, & plebeios. & omnis ge-
neris homines, etiam episcopos, sacerdotes, & ecclesiasticos vi
ros multis iniquis suasionib. subdolis, ac perfidis suggestioni-
bus, & munerib. oblatis corruptos, ad tam infaustā tamve por-
tentosam defectionem, omni in hac re boni iustique principis
honore postposito. pro sua animi libidine cum Borbonio per-
duelles effecit. Ab his non longe abest Caroli cōfessio, qua ex
sua epistola excepimus. Nos, inquit, beatissime pater, excusa-
mus illius transitus consilium, nec impugnamus. Id tamen in-
consultis actum non extitit, qui in nulla ratione negare potera
mus, illustri cōsanguineo nostro duci Borbonij, Angelicis præ
sidijs freto pro sui status recuperatione, quo, eo quod nostris se
addixit obsequijs, priuatus extiterat. Durum enim ac prorsus
inhumanum visum fuisset, si eo duce vicesque nostras in Italia
agente obtenta de cōmuni hoste victoria, eiectisque inde Gal-
lis victricia arma eidem denegassemus, ad rerum suarum no-
stri causa, vt prætēdit, occupatarum consecutionem. Et quam-
quam hac sua epistola tam iniquæ, & quocūque etiam mini-
mo principe indignę defectionis sollicitationem excusare cō
251 mentis, & imposteris fucare contendat, † vt tamen rei veritas
me tacēte appareat, alienum & exterum ratus sum quęrere te
stimonium, hisque nostris commentarijs seu glossematis adiū
gere. Itaque ad Galeacium Capellam Mediolanensem Hiero
nymi Moroni perduellionis Caroliqúe Austriensis consiliarij
secretelium, qui omnium in hac re gestorum indubiam noti-
tiā habuit, sicuti in liminari suę historię epistola testatur, refu-
gimus, & quæ de his in tertio rerū in Italia gestarum libro scri
pta reliquit, transcribere non dubitauimus. Inquit ille, Quapro
pter cum rex ipse Lugdunum pergeret, illum visitauerit do-
mi ęgrotum se simulantem, ne in Italiam venire cogeretur.
Mox cū præcepto regio euocatus esset, lecticam vacuā, in qua
iacere se ęgrotum finxerat, biduū antequā detegeretur dolus,
deferri iussit, ipseq; se clā duob. tantū comitibus in Burgundio
num Comitatū, qui regis Caroli Cæsaris est, proficiscitur, vbi
duodecim pedium millia ipsius iussu quam occultius fieri po-
terat iam conueniebant, quib. cum primum rex alpes transis-
set, Borbonius bellum in Galliam erat illaturus. Nam iam an
tea per Adrianum Beaucenū Flandrensem Cæsaris oratorem
simulato mercatoris habitu ad se profectū cū ipso Cæsare con
uenerat eius sororem Elionoram in vxorē accipere, & de Gal-
lia cum eo & rege Angelico pactus fuerat, iniurias vlcisci cu-
piens, quas a rege sibi illatas existimabat. Cesset itaque ille apo
logię Madriacę refutator dicere, mentitum fuisse apologistā
Gallum, dum scripsit Borbonium pollicitis ad defectionem a
Carolo Austriensi impulsum fuisse. Nam suorum testimonio
quę apologiæ Madriacæ scriptor commemorauit, comprob-
bantur, quippe nemo non nouit Galeacium Capellam Hie-
ronymi Moroni perduellis a secretis fuisse, Moronūq; illum
omniū perduelliū, qui vnquā fuerūt, primariū Caroli, quē sui
Cęsarem appellāt, consiliariū fuisse, Cuius in hac re fidem secu
tus Carolus tot argumentis a se approbatum tanto affectu am
plectebatur, vt omnia arcana sua, in hac re maxime committe
ret, atque ob id Morono adeo domestica & peruia erant, vt ni
hil eo inconsulto Carolus faceret, huius defectionis acerrimū
fuisse mediatorem, & apud Leonem Medicem Pontificē &
Angelicū regem declamatorē. Galeacius vero consiliorū Mo
roni particeps erat, nihilq; omniū illorū ei occultū fuit, sicut
in eadē liminari epistola enixe contestatur. Iure igitur suorum
testimonia Carolus refutare non potest. Itaque apologię Ma-
driacæ scriptorem non mentitum fuisse, dū arte dixit Carolū
ad defectionem sollicitasse Elionora vxore sibi promissa, tam-
etsi Borbonius a rege natura benigno & humanissimo domi
suæ visitatus fuisset, omniave, quæ in secretis sui status erāt, pā-
dere non dubitauerat, nihilq; horum metuentem principē sui
exercitus, quem Lugduni paratum habebat, prout suo conue
niebat officio stabili regij comes erat, vulgus Connestabilem,
Romani

Romani Celerem vocabant, omnium tamen acceptorum be-
neficiorum immemor a rege domino suo deficere, illumque
intercipere veritus non sit. Sed ab Adriano Beauceno Flan-
drensi sollicitationibus & pollicitationibus superatus est, maxi
me quod Elionoram Caroli sororem futuram sibi vxorem ex
pectabat, sicuti Carolus suis literis & per oratorem suum pro
miserat, & Borbonij sequacium, qui tunc apprehēsi sunt, mul
ta huius conspirationis testimonia in regis cōfessibus recepta
sunt, quibus omnia cōiurationis media clarissime detecta sunt
mox iudiciū in reos criminis redditum est, quorū iudicio regis
ordinatione admissus sum. Tandē qui Marte vincere non po-
terat, sua suorūq; cōiuratorū & ministrorū, qua potuit arte, ex
vasallo hostē fecit, & subdito rebellē, & ex milite desertorē, ex
duce persecutorē, ex consanguineo parricidā, ex amico inimi
252 cū & proditorē. Quo fit vt is, qui Cæsaris successorē se prædi-
cat, recte iureque in hoc Cæsaris successor dici debeat. Cæsar
eñ, vt supra post Tranquillū in Cæsare docuimus, sp in ore ha
bere solebat, Si violandū ius est imperij gratia, in alijs rebus pie
tatē colendā esse volebat. tametsi Cęsar templa diripere & pręç
dari non erubuerit, vt superius in Cæsare docuimus. Carolini
ēt milites, ducesq; sui non omiserūt dum Romam expilabant
captiuū Pontificem suo imperio hostiliter asseruabant, & alia
sęua Romę facta, quæ prius post Capellam cōmemorata sunt.
Cæterum Augusti successor recte dici non debet, qui, vt Plu-
tarchus in apophtheg. scribit, proditores nō laudabat, tametsi
proditiones amaret, quas prisci Romani improbabāt, vt mox
docebimus. Hic non tantum proditiones amat, sed & prodito
res affectat, & ad proditiones prouocat, omnique studio inui-
tat. An non commemorare licet Marchionis Salutionum re-
gis in Italia vicarij defectionem, quam Caroli & suorum arte
& opera cōtigisse vniuersus orbis nouit? quem tamen nec diu
Carolus seruauit, sed violenta mors infęlix & infausta, & pro-
ditore merita, crimine tamen nō condigna, haud multo post
abstulit & rapuit. Taceo illustrissimi principis ducis Britanniæ
& Delphinatus, Domini Francisci primogeniti intoxicatio-
nem, ne forte dicatur memoriam amplius non extare prisco-
rum Romanorum, & maxime illius egregij & præclari faci-
noris Caij Fabricij Romani & Ethnici dum cum Pyrrho bel-
lum esset, ad quem Thunicares perfuga in castra venit polli-
citus, si præmium illi proponeret, se clam veneno necaturum.
Quem Fabricius apprehensum ad Pyrrhum reduci curauit, vt
pęnam de illo perfuga acciperet. quod facinus quantum a se-
natu laudatum fuerit, scribit Cicero in tertio Offic. libro, &
Valerius lib. 6. cap. 5. de iustitia. Inde receptum esse Romæ pro
uerbium Cicero testatur, Si gloriæ causa imperium expeten-
dum est, scelus absit, in quo non potest esse gloria. Sin ipse
opes expetuntur quoquo modo non posse vtiles esse cum in-
famia. Non igitur arte, sed Marte, sicuti Galli solent, vt testis
est Strabo in 4 non cum scelere aut proditionis aut defectio-
nis aut infamiæ. Hęc obiter dicta sunt propter illam de Cæsa-
ribus præstantiam, quam Romanæ historię scriptores magni-
faciunt, vt propter illorum deprauatos mores mundi domini
dici debeant. Ad institutum igitur reuertamur. Et nonnulla
in tractatu a me scripta sunt, quæ repetere nō est necesse, quan
tum autem ad nostræ disputationis vim, sufficit comprobare,
253 † Romanos duces aut reges vel imperatores, seu verius tyran-
nos, non mundi fuisse dominos, neque illis ius aliquod fuisse,
quod possit ratione, authoritate aut præscriptione recte com-
probari, vbi principatus his medijs & formis iure acquiri pos-
sit, quod sane indubitati iuris est non posse, vt in tractatu expli
cuimus, & haud multo post breuissime reuetemus. Neque eo
rum vllus vniuerso orbi imperauit, & id in glossematis suis. l. 1.
C. de Summa Trinitate & fide catholica. Longobardicus di-
254 spunctor recognouit. † Scythiam enim, & Sarmatiam, & vltra
Euphratem vniuersum Orientem nunquam paruisse Roma-
nis plane confitetur. Nullus etiam præter Semiramidē & Ale
xandrum Magnum Indiæ imperauit, sicuti Iustinus & Quin-
tus Curtius scriptum reliquerunt. Non etiam Archades insu-
læ Cæsari neque Augusto, neque cuiuis alii paruerūt, si verum
scribit Platina. Et, vt eidem placet in vita Pii Primi Pontificis,
Parthi vsque ad Antonium Secundum Romano non parue-
runt imperio, sed è diuerso Parthi centū & quinq; annis Afri-
cam totam occupauerunt Romanis vi expulsis. Non etiā Vā-
dali, neque Mauri, neque Archedonij, si Iustiniano credere de
bemus in principio Authenticorū tit. de hære. & Falci. Roma
nis paruerunt. Aliæ etiam prouincię, quę licet, vt res hominū
fm Dei iudicium volubiles sunt, cum propter regum & po-
pulorum iniquitates regna & potentatus sæpe de gente in gē
tem transferantur, quo fit, vt pleręque regiones aliquibus die-
bus, & mensibus aut annis Romanos victores habuerint, non
tamen sub eadem vi & potestate permanserunt, sed in liberta-
tem suam proclamantes de manu eorum eadem vi & virture
sese liberauerunt, & mox sæpissime Romanos sibi audientes
fecerunt, profligatis & pene ad interniciem Romanis rebus
deductis, vt ex præcedentibus videre licet, quæ non nisi a Ro-
manis & exteris scriptoribus excepimus, sicuti singulatim in
omnibus commemorauimus. & demum in seruitutem Ro-
255 mani pene redacti sunt. † Nam gentem exteram, quam olim
barbaram vocabant, victricē habent, & illis imperantem, vt nō
hodie Romanum, sed Germanicum sit imperiū. Deletum ita
que est omne Romanum nomen, quemadmodum de Hiero-
solymis Hieremias scripsit, Princeps prouinciarū facta est sub
tributo. Romā enim sui imperatores perdunt, dilaniant, incen-
dunt, ruinis deturpant, & deformāt, cuius in prædam subijciunt
virgines suas etiam sacras & vxores stuprant bona diripiunt, ec
clesias & basilicas suas prophanant, prædantur, & in equorum
stabula conuertunt, rectores suos captiuos efficiunt, & sub tri-
būto cōstituunt. vt nihil penitus suum dicere possint, nisi ope.
& virtute Gallica seu Francia cōseruentur, nihil a Francis quā
opē & auxilium expectātes. In tractatu enim scripsimus, quot
Pontifices Francorum regum manu in sede restituti sunt, &
quibus ab eis donati fuerant, sæpissime sua virtute & opera re
cuperauerunt. Quæ si forte plenius per singula reuoluere li-
ceret, vix vnicum volumē sufficeret. Et ne diu immoremur, ad
reliqua progrediamur, quæ Longobardicus dispunctor in Frā
cicam gentem Longobardica ductus inuidia detorsit, quam
Scythiæ gentem & efferam esse ob id affirmat non recordatus
originis Longobardicę gentis, cuius ipse non imaginem, sed
256 sanguinem demonstrat, † quæ quantum effera fuerit, quantū-
ve Romanos & Italię populos compescuerit, & sua feritate at-
triuerit, longe lateq; Romani seu Italici & Longobardici scri
ptores commemorant, delectanturq; eorum nonnulli a tam
effera gente processisse, & suorum imperatorū, quos sibi Ger-
mania tradit, stemmata gentis illius maiestatem representare
gloriantur. Horum omnium testes sunt Federici ambo, Hen-
richus, Sigismundus, Maximilianus, & nouissimus omnium,
de quo prius sermo habitus est. Nec inficiari quisquam potest
257 † a Scythis Longobardos originem traxisse, & ex ea Scythiæ
parte processisse, quę incultos & efferos hominum mores alit
& producit, ex Scendinaria Scythiæ insula, Laziardus ait. Alij
vt Geruasius Celeberiensis ex Scānauia Oceani insula, de qua
Burgundiones egressi sunt, quæ est inter Oceanum & Danu-
bium. Volaterranus ex Scandia Germanici maris insula. Scan
dia autem Scythiæ erat ditionis a qua Gotthi a Scythis eiecti
sunt. Georgius Merula ex Scandania maris insula. Robertus
Gaguinus ex Scandinauia Germanici maris insula processisse
ait, cui Sabellicus consentit. Pomponius Lætus ex Cimbrica
peninsula originē sumpsisse dicit. Corn. Tacitus in libro quē
scripsit de moribus Germanorum, Lōgobardos insulæ Ocea-
ni Germanici incolas esse asserit. Plinius scribit Scythicum no
men vsquequaque in Sarmatas & Germanos transire. Sabel-
licus Aeneade 7 lib. 7. Paulus Diaconus patre Lōgobardo na-
tus nō insula esse ait, sed cum terra circumquaque mari allui-
tur, quasi in modum insulæ nomē obtinuit Scandinauiæ. Mo-
res autem eorum barbari fuerunt, sicuti ex illis & alijs, qui de
258 Longobardis scripserunt, videre licet. Sunt † qui Longobar-
dos a longis barbis, quarum plena est nostra ętas, appellant. cui
maior & frequentior conuenit opinio, quod illis transeuntibus
Hynni, alias Hunni bellū parassent, vt eos interciperent, Lon-
gobardi vero mulieribus suis comas capitis ad maxillas men-
tosque alligauerunt, vt potius virorum habitum simulantes
plurium hostium multitudinem demonstrarent. Calepinus
autem authore Pontico non Longobardos sed Lingobardos
appellari voluit, quemadmodum Celtiberi a Celtis & Iberis
dicti sunt, sic Lingobardi a Lingonibus Germaniæ populis, &
Bardis Gallię populis facta vnione vnam gentem, & vnum no
men acquisiuerunt. Neoterici vero Langobardos, non Lon-
gobardos seu Lombardos vel Lingobardos vocari volunt. Et
Eginartus, qui Carolo Magno a secretis erat, in eiusdem vita
Langobardos, sicuti noui typi attestantur, appellat, quam elo-
cutionē omnes nostræ ætatis scriptores vsurpant. Paulus Dia-
conus vocabuli etymologiā explicat, quòd Lang lingua Scy-
thica seu Germanica longum Latine significat, & Bard lin-
gua Germanica, Latine barbam interpretatur, & sic Latine
composito vocabulo longa barba, non Langobarba dici de-
bet, & inde Longobardicus non Langobardicus, neque Lin-
gobardicus. Et si more Gręcorum vtendum esset, qui vocabu
lis Hæbreis syllabam vnam addebant, vt inquit Iosephus lib. 1.
antiquitatum. ca. 11. vt Noe Nochus, Abraham Abrahamus.
Adam Adamus, & sic de similibus, similiter Langbardus seu
Langbarda dici deberet coniunctione illorum duorum voca
bulorum Lang bard, iuxta Pauli Diaconi etymologiam. Sed
de lana caprina dicta puto. Nam siue Longobardos vel Lan-
gobardos aut Lingobardos. Lomgobardos vel Langbardos
eos dicas, populi barbari fuerunt, quos constat post eiectos ab
Italia Gotthos Italiam inuasisse, eamque a Iustini temporibus
vsque ad Carolum Magnum occupasse, & quas voluerunt le-
ges Romanis legibus abrogatis, vel antiquatis tradiderunt.
Francorum

259 † Francorum autem virtute hæc pestis exterminata est, & Ro-
ma, quæ toties vi oppressa est, quæ renouatos cineres consum
pserat, ope Gallica seu Francorum virtute restaurata est. Nam
& Pōtifices maximi quoties Romanam virtutem prorsus ex-
tinctam cognoscebant, nullius alterius suffragio vti arbitrati
sunt, quam Francorum præstantia & magnanimitate, quę in
hunc diernum vsque diem inualuit. Aliç namq; nationes nihil fę
licius aut augustius arbitrabantur, quam Romam atq; ipsam
Italiam totā expilare & perdere. Ruinę demonstrant, & adhuc
recens est illa Caroli Austrieñ. inuasio, cuius supra meminimus.
Galli vero nihil præstantius habent, quam Romam & Ita
liam ab alijs fœdatam & ruinis deturpatam in priorem formā
restituere, quod ęgre Romani & Itali admittunt. Obstant ēm
bella eorū ciuilia, & intestina, & perpetua odia, quibus seipsos
iugiter pręmunt. In tractatu plura scripsimus. ob id consulto
260 non repetimus. De † quorū antiquitate Longobardicus dispū-
ctor ait a Scythis originem sumpsisse, mox Germanicos effe-
ctos fuisse, secutus forte in hac re cuiusdam Hunibaldi histo-
rici sententiam, quem nō multo post Theodosij Imperatoris
tpa vixisse dicunt. Ille dicere solet Priamum iuniorē cū maio-
re hominum numero ad Scythiā venisse, quā Aeneas & An-
thenor, quos in Italiā profugisse vulgus opinatur, & vt suę hi-
storiæ fidem addat multorū regū nomina Hunibaldus descri-
psit, vel potius definxit. Scribit præterea ille in Scythia vrbem
Sicābriam nomine construxisse, cuius nullus authorum alius
illo antiquior meminit. Hunc sequitur noster Dispunctor. Iu-
uari forte illius opinio potest illorum authoritate, qui partem
illam Germanię quæ Meotidis paludibus clauditur, vbi primū
Francos aduenisse dicunt, inferiorem Scythiā esse quibus re-
fragatur plurimum antiquorum historicorum authoritas, qui
illos ad vtranque Rheni ripam eo vsque peruenisse affirmant,
illicque sedes statuisse vbi Sicambriam vrbem edificauerunt,
vt supra demonstrauimus. Cæterum hanc frequentiorem opi
nionem, quę de Francorum origine legitur, amplexus est Hu-
nibaldus, a Francione seu Francone Troianorum profugorū
duce Francos nomen sumpsisse. Cui veteres Francorum anna
les astipulantur. Veteres enim scriptores ita opinati sunt, Fran
cos Priamo primum duce mox rege contractis socijs ad oras
Tanais fluminis applicuisse, deinde ad Meotidis paludes Fran
cone duce peruenisse, a quo nomen acceperunt, ibique ciuita-
tem extruxisse, cui nomen Sicambria inditum est. Huic sentē-
tię Agathias Græcus historicus, qui circa Iustiniani tempora
historiam scripsit, ferme consentit, sicut Volaterranus alij etiā
plerique recentiores scriptores commemorant, Germanos ēt
Francos appellauerunt. Neque abs re est vt non multo post ex
261 plicabimus. † Francicum namque nomen antiquū est, sicuti
Cicero in epistola ad Atticū recte cōmemorat. Plerique etiā
illos fuisse dicunt, quos aliquando Sicambros nomen habuis-
se arbitrati sunt quorū Tranquillus in Octauio meminit, Ger-
uasius Cęleberiensis dum de partibus Europę tractat, post Gal
liam descriptam, sic de Francis loquitur, in harum, inquit, me
dio Francia est a Franco rege dicta, qui de Troia, vt quidam di
cunt, cum Aenea fugiens populo nomen dedit. Sane inquit,
in catalogo Romanorum & Francorum legimus & iudicum
vel regum Israel, quod dū Lapidoth. de tribu Ephram regeret
populum Israel octo annis, huius anno tertio capta est Troia
ab Assyrijs, tunc Aeneas & Phrygius fratres a Troia fugiunt.
Aeneas regnauit in Latio, Phrigius vel Prygas in Phrygia.
Post huius mortē Troiani in duas partes diuiduntur. Vna pars
Macedoniā petijt, vt suo potirentur auxilio. Alia quæ de Phry
gia progressa est, per multas regiones peruagando cum vxori-
bus & liberis electo sibi rege Francone, a quo Franci dicūtur,
multoque tempore cum pluribus gentibus pugnam gerens,
eo quod fortis esset in bello Asiam vastans, & iterum Europam
dirigens super litus Danubij inter Thraciam & oceanum re-
sedit inter quos Priamus & Anthenor post Ilion destructum
infami verecūdiam fuga obtegentes, ripam Tanais fluuij adie
runt, terminus Pannonię superioris iuxta Meotidas paludes pe
tentes, missisque per gyrum exploratoribus, repererunt locū
a communi hominum habitatione remotum, vndis marinis
circunseptum, ibique construxerunt ciuitatem Sicambriam
nomine. Strabo autem non Sicābros, sed Sugambros appellat
li. 7. quos Gallorum portionem esse ait. Sugambri, inquit, vici-
ni Rheni amnis accolę belli exordia factitarunt, cum Mello
nem belli ductorem haberent. Tacitus vero Sicābros appellat,
quos bella plurima aduersus Romanos fecisse commemorat.
Strabo sæpe res Romanorū in diuersa discrimina constituisse,
legatos suos profligasse, tres Romanorum ordines cum impe
ratore obtrūcasse ait. Volaterranus refert Agathiam Græcū
authorem, qui circa Iustiniani tempora historiam scripsit, sic
scriptum de Francis reliquisse, Francorum natio est Italiæ pro
xima & terminis iuncta veteres tamen hos Germanos dixere.
Nam circa Rhenum habitant, Galliæq; magnam partem oc-
cupant, qui quamquam, vt reliqui Germani sunt barbari, Ro-
mana tamen politia & alijs institutis vtuntur. Sunt etiam Chri
stiani & rectissimæ opinionis. Ex quo Volaterranus inquit, sa-
tis constat ex ea natione migrasse, quo trās Rhenum nunc quo
262 quoque Franconia dicta est. Sabellicus † Aenneade 10. lib. 3.
secutus Hunibal dum sic de Francis scribit, Sunt Franci, vt ali
quanto altius, quam alio loco fecimus. repetatur gētis origo,
Troia stirpe oriūdi, ferunt Priamum quendam ex maiori Pria
mi sorore ortū eodem tempore quo Anthenor & Aeneas in
Italiam venere per Euxinum & Meotim in Scythiā penetras-
se, vbi Sicābria sit vrbs ab eo condita, atque inde postea Sicam
bri dicti. Habuit Troiana manus, quæ illum secuta est, luxurio
sa incremēta, tenuitq; sedes, quas a principio sortita est, plures
ætates. supra satis explicatus est locus vbi Franci Sicambriā v-
bem primo construxerant, ex Strabone & alijs, quos supra cō-
memorauimus. Non pudebit, quòd Calepinus de illis scribit,
referre. Sicābri populi Germaniæ Menappiis finitimi ad vtrā-
que Rheni ripam habitantes. Hi crines natura flauos habent,
quos crescere sinunt, & artificio quodam intorquent. Martia.
lib. 1. Crinibus in nodum tortis venere Sicambri. Et Strabo li.
7. dū de Gallia scribit, de Sicambris sic ait, Primæ huius regio-
nis partes sunt Rheno proximæ ab ipsius fere fontis initio, quo
ad in pelagus infunditur. Et hæc est occidētalis plagę latitudo
vniuersa, quod flumen alluit. Eius autem portionem quādam
ad Galliam traduxere Romani, quædam vero in profundā re-
gionem transmigrans peruenit sicut & Marsi. Cæteri pauci
sunt & Sugambrorum portio. Tacitus autem libro secundo,
Sicambros ait ab Augusto in deditionem acceptos fuisse, pari
ter & Sueuos, regemq; Marolodinum pace obstrictum. Plu-
tarchus in vita Cæsaris ait, Duo maximi Germanorum popu-
li, quos Ipsas & Teuteritas appellant ad quærendos agros nu-
per profecti Rhenum traiecerant. & haud multo post ait, Cę-
terum ex his, qui transierāt. quadraginta millia ferro cęsa pau
cos remeantes excepere Sicambri. Ea vero Germanica natio
263 est. † Non ergo Scythica, sicuti Sabellicus, & Longobardicus
dispunctor post Hunnibaldum aiunt, Franci, qui mox Sicam-
bri ab vrbe ab eis cōdita aduentitiū nomē acceperūt, sicuti Ro
bertus Eaguinus in Francis annalibus recte post Iulium Cæsa
rem in sexto belli Gallici meminit, dum Cæsar sic scribit, Trās
Rhenum ad Germanos peruenit fama diripi Eburones, atq;
vltro omnes ad prædam euocari cogunt equitum duo millia
Sicambri qui sunt proximi Rheno, a quibus receptos ex fuga
Theuctheros, atque Vsipetes supra docuimus, transeūtes Rhe
num nauibus ratibusq; triginta millibus passuum. Eburones
enim citeriores Rheni ripas, Sicambri autem vlteriores inco-
264 lebant. † Nunc oppida, vicos & agros Sicambricos Geldrēses
appellant inter Mosam & Rhenum fluuium positi, pars eorū
diœcesis est Leodiensis. Vnde non a Valentiniano Frācos pri
mum appellatos fuisse. qui multis ante Valentinianum sęcu-
lis Franci nomen habebant. Et omni pene Gallia potiebantur
tur dum Valentinianus Imperiū inuasit, vt supra ostendimus.
265 † Non prętermittam nouum axioma Laziardi Celestini, quod
de Francis docuit libro 3. epitomatum. dicit enim post euer-
sam a Græcis Troiam. famosumque Ilij incendium instru-
cta acie Troianos primum in Thraciam delatos fuisse, quorū
pars Aeneam secuta est. Nec post multo ait. Nōnulli vero An
tenorem secutos mare Adriaticum nauigantes ad partes Ve-
netiarum appulerunt, vbi ciuitate, extructa, cui nomē Venetię
sedem sibi constituerūt. Sed cum ciuitatis angustia omnes ca-
pere non posset, contractis ex vrbe socijs Priamus ad oras Ta-
nais fluminis appulit, deinde ad Meotidis paludes Francone rę
ctore deuenerut, ex quo nomen sortiti deinde vocati sunt Frā
ci, ibique non mediocri extructa ciuitate, cui nomen Sicam-
bria, non paucis annis cōsederunt. Hanc tamen cū longo post
tempore Gothi solo æquassent ac diripuissent, alteram non
procul a prima nomine Francfordiam condiderunt, quam vs-
que ad Valentiniani tempora, si antiquis Francorum historiis
creditur, incolentes ex finitimis victoriam nonnūquam repor
tarunt. Non enim subsistere potest quod de Venetijs ait, a qui
bus Gallos seu Francos nomen seu exordium sumpsisse ait, vt
hoc Sabellicus recte demonstrat. Et qđ post Strabonem alios
pleroſque supra docuimus, quos a Venetis Gallis nomen ac-
cepisse testatum est. At hi qui post Troiæ excidium cum Ae-
nea & Anthenore abierunt, seiuncti ab Aenea & Anthenore
Frāci cū his, quos secū habuere socios, diuerso ab illis agmine
per Euxinum & Meotim ad Rheni ripas peruenerūt, vbi Si-
cambriam vrbem primo construxerunt, vt post Geruasiū Ce-
leberiensem supra commemorauimus. Nam & Parthemius
Phocensis testatus est, Francos Gallicam gentem appium mō
tes, qui inter Rhenum & Mosam sunt, accolere, vnde Carolū
Martellum & Pipinum eius filium originem sumpsisse Fran-
ci annales testantur. Nō ergo Francos Scythicam gentem es-
se sicut ominatur Longobardicus dispūctor in aperto est, sed
Germanorum fratres. Tāetsi in dispūctionibus & in annota-
tionibus & seu indice in tantū longe ab omnibus, qui antehac
scripse-

266 scripserunt, sentiat, inquit ille, † Germanos non dictos esse qđ
tanquam fratres forent Gallorum, ceu docti multi hactenus
crediderunt, sed ꝙ egregios viros præstiterint. Est enim mere
Theutonica dictio ex particula gar, seu ger, quod totum seu
robustũ, vnde & Caroli nomen quod virũ significat, conflata.
Valde autem maioribus nostris accesserunt a mano dedu-
ctę appellationes: sic enim Marcomani dicti sunt, sic Alemani,
sic Normani. Siquidem cum seipsis inuento nomine fuerunt
vocati, ceu scribit Tacitus, verisimile est id vocabuli patriã lin-
guam referre. Nisi vero quis putat veteres Theutonas tam ele
gantiæ fuisse studiosos, vt legatos Romam miserint nomen a
Romano senatu quo se vocarent petituros, elegans scilicet, &
mere Latinum. Non tam belle conueniebant inter Theuto-
nas & Romanos. Quin verisimile est, si quod vocabulum Ro
mani indidissent, non accepturos fuisse, vt epychoria cuilibet
genti pulchriora videntur. Et Galli id temporis suam linguam
habebant, quæ prorsus intercidisse putatur. Nam hodie Roma
ne loquuntur, non Gallice. Ne quis hic mihi ingerat a Gal-
lis sic appellatos Theutonas, affinitatis videlicet aut amicitiæ
causa. Nam id quidem somniauit hactenus dispunctor, qui
sua dispunctione ait verum sentire Accursium, qui Franci-
genas non habere filios in potestate tradidit, quod hi ciui-
tatis iura nunquam habuerint. Nec enim latere ait quan-
tum nugarum hoc in articulo recentiores quidam infarse-
runt, quos omittit, ne chartę dispendium ferat. Certe mirũ
est, quod tot & tantis nenijs nouę historię scriptor chartas im-
plere studuerit, sed & lectores tot nugis fastidire curauerit, &
non semel tantum, sed & tertio transplãtare non erubuerit.
Non repeto, quod ille sibi ipsi in hoc Francigenarum ordine
contrarius inuenitur, vt seipsum refellat, ne tedio lectorem af-
ficiam. Non pudebit tamen iterum Tacitum recentere in lib.
11. dum ait a Vitellio & L. Vipsano consulibus, cum de sup-
plendo senatu agitaretur, primores Galliæ quę Comata appel
latur, fœdera & ciuitatem assecutos, ius adipiscendorum in vr-
be honorum expeterent, sic Gallos Comatos ius ciuitatis fuis-
267 se assecutos. Ad Germanici † nominis originem disputatiun-
culam nostram conuertam, in qua nihil a memetipso scribe-
re intendo, in primis ille spreta veterum & recentiorum scri-
ptorũ authoritate tã constanter affirmauit, toliesve repetijt, vt
iam rauca cicada sit, fabulamque Accursij, quam de Romanis
scriptam reliquit in glo. l. 2. ff. de orig. iur. renouare videtur, dũ
Gręcos asserit Romam misisse, vt experirentur, an Romani le
gibus digni essent. sic Theutones legatos Romam misisse no-
men elegans & Latinum, non affinitatis aut amicitię cum Gal
lis accipere. Hac impostura ridiculosius nihil esse arbitror.
268 † Sõmiauit etiam ille iterum, dum dixerit Gallos suam linguã
non habere, sed prorsus intercidisse, nunc vero Romane non
Gallice loqui. Vix enim est, vt Galli Romane loquantur, cum
neque Romani ipsi id temporis Romane loquantur, toties
Roma ab exteris nationibus oppressa est, & ad vnum ciuibus
suis deleta, vt ne nuntius cladis saluus exiret, atque ob id Ro-
manũ nomen pene extinctũ sit, a Gallis primum, qui quingen
tis & pluribus annis Italiam occupauerunt a Belloueso Bituri-
ge & Gallorũ duce, qui regnante Prisco Tarquinio Romam
obsederat, & pace a Romanis auro redẽpta dimiserat, diuisis
mox duobus agminibus totã Asiam & Africam penetrauerat
obedientesque fecerat ad Marcelli vsque tẽpora. Sunt qui scri-
bunt, anno vrbis conditę 457. Romanos primum cœpisse extra
Italiam arma mouere primumque bellum aduersus Afros cę-
ptum fuisse Appio Claudio & quinto Fabio consulibus pugna
tũque fuisse feliciter in Sicilia, Appiũque de Afris & Hyerone
Sicilię rege triumphasse. Anno vero ab vrbe condita 627. C.
Cassium Longinum & Sextum Domitium Calui nũ consules
Romanos primos in transalpinos Gallos bellum intulisse, eo-
rumque regi Viturto nomine iuxta Rhodani flumen ꝟ [illegible] lo-
rum multitudinem interfecisse. Alij vero ab Annibo cum trã-
salpinis Gallis primum concertasse, & victoria clatum a Me
diolano Gallos deturbasse & expulisse, M. Claudio Marcello
& C. Cornelio Scipione consulibus. Et illis Plutarchus in vita
Marcelli ꝯsentire vř, a Pęnis, Epyrothis & sæpissime a Gallis
alijsq; multis populis, mox a Pipino & Carolo regibus, & Ger
manis, & Britãnis Vãdalis, Gothis, Alanis Normanis Hũnis
Lõgobardis. Postremo a Gallis seu Frãcis regibus quorũ virtu
te Lãgbarda progenies extincta est. Prætermitto Scythas, Epy
rothas alias deniq; nationes, & nouissime a Carolo Austriaco cu-
ius. §. meminimus. Soli autem Franci reges ab exterorum
nationum incursionibus Romam Italiamve totam defende-
runt ac tandem liberauerunt. Non igitur Romane, sed Galli-
ce seu Francice loquuntur Franci. Nam ex ipso idiomate satis
constat, in quantis differant, immo vt ex Gallica grammatica
Siluij videri potest, plus Gallicus seu Frãcicus sermo a Græcis,
quam a Romanis mutuatur, licet pleraque sint vocabula, quæ
a barbaris qui Gallias inuaserunt deprauata & omnino confi-
cta sint. Ex historia Eginardi, qui gesta Pipini, Caroli Magni,
& Ludouici Pij regum & imperatorum scripsit, legi palpari-
269 que potest. † Nemo non scit Romanos sępissime in Gallia li-
beros disciplinę causa misisse, Massiliam primum, vt Strabo li-
bro 4. testatur, dum ait, Indicio sunt res ipię, vt cum ciuitas ip-
sa paulo ante barbaris discendi refugio remitteretur, & Gallos
Græcis familiares comparasset doctrina ingens, Massiliæ etiã
contractus Græca oratione scriberentur, hac sane tempestate
nobilissimos Romanos pro Attica peregrinatione eo ad ca-
pessendas disciplinas aduentare suasit, qui bonarum artium cu
piditate capiantur. Plautus in cas. Massiliensiũ mores optimos
& probatissimos esse dicit, & mox Lugdunum, vt Iuuenalis
270 saty. 1. ait, Aut Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram. † Ad
Germanorum nomen reuertamur, vnde originem sumpserit.
Cor. Tacitus libro, quem de situ & moribus germanorũ scri-
psit, sic ait, Germania omnis a Gallis Rhetijsque, & Pannonijs
Rheno & Danubio fluminibus a Sarmatis Dacijsque mutuo
metu ac montibus separatur. Cætera Oceanus ambit latos si-
nus & insularum immensa spatia complectens, nuper cogni-
tis quibusdam gentibus ac regibus quos bellum aperuit. Et ne
rum ipsos Germanos indigenas crediderim, minimeque alia-
rum gentium aduentibus, & hospitijs mixtos, quia nec terra
olim sed classibus aduehebantur, qui mutare sedes quære-
bant, & immensus vltra, vtque sic dixerim, aduersus Ocea-
nus raris ab orbe nostro nauibus aditur. Quis porro præter
periculum horridi & ignoti maris Asia aut Africa, aut Ita-
lia relicta Germaniam peteret informem terris, asperam cę-
lo, tristem cultu aspectuque, nisi si patria? Et eodem libro
nec multo post ait, Cæterum Germaniæ vocabulum recens
& nuper additum, quoniam qui primi Rhenum transgressi
Gallos expulerunt, nunc Tungri, nunc Germani vocati sunt.
Ita nationis nomen, non gentis eualuisse paulatim, vt omnes
primum a victore ob metum, mox a seipsis inuento nomine
Germani vocarent. Non ergo sicut dispunctor ille auguratus
est, Teutones legatos Romam miserunt, vt inde elegans & La
tinum nomen Germanum acciperent. Strabo libro suę histo-
riæ quarto sic ait, Cæterum antiquis ex tẽporibus hæc de Gal-
lis accepimus, Ex permanentibus adhuc confinium Germa-
norum legibus, natura enim & ciuilibus institutis ijs persimi-
les & cognatione inter se coniuncti vicinum colunt agrum,
quem Rhenus amnis separat paria maxima ex parte cuncta se
rentem. Non prætermitto in hac re Tacitum eodem libro de
moribus Germanorum sic dicere, ipse eorũ opinionibus acce
do, qui Germanię populos nullis alijs aliarum nationum con-
nubijs infectos propriam & synceram & tantum sui similem
gentem extitisse arbitrantur. Et libro septimo in primis sic ait,
Spectantes quidem in Septentrionem Istri partes sunt trans
Rhenum regiones, & Galliæ, quæ sunt Gallicæ gentes & Ger
manicæ vsq; ad Bastarnas & Thyrrengetas & Borysthenem adia
centes ore quæ inter hunc & Tanain & paludis ostium Meo-
tidis vocatur. Nec multo post ait, Statim igitur regionem trãs
Rhenum ad ortum vergentem Germani colunt, nationẽ Gal-
licam paulisper imitantes & feritatis abundantia & procerita-
te corporum, & colore flauo cum reliquis in rebus, & forma,
& moribus, & viuendi ritibus pares existant, quales Gallos di-
ximus. Ideo Romani hoc illis nomen iure indidisse mihi vidẽ-
tur, perinde ac eos fratres legitimos sane gallis eloqui volue-
rint. Legitimi namq; fratres Romano sermone Germani in-
telliguntur. Nec lõge a Strabone in quarto differt Cæsaris sen
tentia in 6. belli Gallici, dum ait, Fuit antea tempus cum Ger-
manos Galli virtute superarent, & vltro bella inferrent, ac pro
pter hominum multitudinem, agrique inopiam trans Rhenũ
Colonias mitterent. Itaque ea, quæ fertilissima sunt Germa-
niæ loca Cyrcinij, Hercyniam syluã, quam Eratostheni & qui-
busdam Græcis fama notam esse video, quam illi Orcynam
appellant, vulgo Tectosages occuparunt, atq; ibi consederũt.
Quæ gens ad hoc tempus his sedibus se continet summamq;
habet iustitiæ & bellicę laudis opinionem. Nunc quod in eadẽ
inopia, egestate, patientiaque Germani permanent, eodem vi-
ctu & cultu corporis vtuntur. Et Tacitus de moribus Germa-
norum sic ait, Validiores olim Gallorũ res fuisse summus au-
thorum diuus Iulius tradit, eoq; credibile est etiam Gallos in
Germaniam transgressos, quantulum enim amnis obstabat,
quo minus vt quæque gens eualuerat, occuparet, permutaret-
que sedes promiscuas adhuc & nulla regnorum potentia diui
sas. Igitur inter Hercyniam syluam Rhenumque & Menym
amnes Heluetij, vlteriora Boij, Gallica vtraque gens tenuere,
manetque Boremi nomen, significatque loci veterem me-
271 moriam quamuis ciuitatis cultoribus. Ecce † quomodo Ger-
mani cum Gallis affinitate coniuncti sunt. Belgę enim cum
Germanis, & Germani cum Belgis ob locorum seu agri vici-
nitatem promiscuo vtebantur connubio. Quamquã satis cõ-
stet Carnutes, Genabenses, eosve, qui mediam totius Galliæ
partem incolunt, eos fuisse, qui Germanos superabant, vltroq;
eis bella inferebãt, quique propter hominum multitudinem
agrive

agrive inopiam trans Rhenum Colonias mittebant, & a Dite
patre se prognatos prædicabant, quorum Cæsar eodem lib 6.
belli Gallici meminit. Illos etiam, qui ripas Rheni incolebant
Sycãbros a Cæsare appellatos fuisse, vt supra docuimus. Quo
autem modo Carnutes, & Genabenses, & alij Galli, qui me-
diam Galliæ partem occupant, & pariter Belgę cum Germa-
nis affinitatem contraxerunt, ex dictis Cæsaris percipi potest,
quod Gallorum gens, Franci maxime, post superatos Germa
nos in illis sedibus, quas occupauerant, permanserint statutis
Coloniis, præsertim circa Hercyniam syluã sedes suas statue-
runt. Huic rei Strabo consentire videtur, dum in 7. ait, Primæ
huius regionis partes sunt Rheno proxime ab ipsius fere fon-
tis initio quoad in pelagus infunditur. Et hæc est occidentalis
plagę latitudo vniuersa, quam flumen alluit. Eius autem por-
tionem quandam ad Galliam traduxere Romani. Quædã ve-
ro in profundam regionem transmigrans peruenit, sicut &
Marsi. Cæteri pauci sunt, & Sugambriorum portio. Post vici-
nos autem amni & aliæ gentes sunt inter Rhenũ & Albin &c.
His recte conuenit quod Geruasius Celebertensis in secunda
parte tituli de Europa a parte Septentrionis de huius voca-
272 buli etymologia scribit. † Germania, inquit, ad germinandos
populos dicta, quæ versus occidum Rheno, versus aquilonem
Albio flumine terminatur, de alpibus oriens mare ponticum
ingreditur. Cui Strabo consentit lib. 1. Ad iuuant hęc, quæ de
Celtarum origine omnes pene historici scripserunt, & Vola-
terranus plene cõmemorat. Inquit ille, Gallos omnes & Ger-
manos vno vocabulo veteres Greci Celtas, Romani Gallos ap
pellabant. Nam & Germaniam Comatam Galliam dicebant.
Postquam vero Rhenum transiere inque Gallorum finibus
cõstitere ab inita quodam modo affinitate Latini Germanos
vocare Gallos, deinde Græci Galatas ab Herculis filio. Beatus
Rhenanus Germanus in historia de rebus a Germanis gestis,
& in annotationibus ad Cornelium Tacitum in libro de mori
bus Germanorum, non tantum Gallos, sed & Francos Ger-
manorum germanissimos fuisse ait, locaque inferioris Germa
niæ, in quam primum transgressi sunt, insigniuisse. Germanus
etiam Germanus in Rapsodia quam ad Carolum Austriẽsem
scripsit, nihil potius aut vetustius, neq; pręclarius Carolo omi-
natur, quam quod ex Francico genere, quod & Germanũ es-
se contestatur, processerit, & quod Gallia quæ Belgica prius ap
pellabatur hodie Franciæ nomẽ assumpserit. Omnem deniq;
Germaniæ nobilitatem a Francis prosiliisse multis argumen-
tis confirmat. Verba Germani sunt, nostræ Germanię non par-
uam infligi contumeliam, cum illi sua eripitur gloria, Franco-
rum olim egregijs virtutibus parta. Et alibi Romanorum im-
perium Francorum sanguine emptum fuisse ait, breuiq; tem-
pore Italiam a Longobardis occupatam superasse, armaque vi
ctricia reportasse. Id etiam ex Pipini & Caroli Magni vita, quã
Eginartus, & Donatus Acciaolus descripserunt plus satis vide
273 ri potest. † Ob id recte axioma concludere licet, Francos, seu,
sicuti ille ait, Francigenas imperio subditos non esse, neque l.
in orbe. ff. de statu homi. ex his quę supra dicta sunt, aliter legen
dam esse, quam communis & antiqua textura demonstrat, in
vrbe Romana, & non, in orbe Romano, vt ex Orosio supra de-
274 monstratum est, cum † etsi in orbe legere quis potius mauult,
non maioris tamen effectus erit, quam in vrbe Romana, au-
thoritate Cor. Taciti in lib. de morib. & situ Germanorũ pro-
batum est, dũ ait, Vtque si dixerim aduersus Oceanus raris ab
orbe nostro nauibus aditur dum mox Romanũ orbẽ ab Asia
& Africa & Germania alijsq; locis & prouincijs asperis, quæ
præter magnum periculum horridi & ignoti maris inaccessi-
biles sunt, quorum terra informis & cęlo aspera cultu aspectu-
que tristis est. Et Iustin. in l. vnica. §. sin autem post cõmissum. in
his verbis, per diuersas orbis nostri regiones. C. de rapt. virgi. l.
vnica. in prin. C. de caducis tollend. ibi, necessariũ duximus pa-
tres conscripti in pacificis nostri imperij temporibus ab orbe
Romano recludere, vt & quod belli calamitas introduxit hoc
pacis lenitas sopiret, sed vera est Accursij in illa. l. in vrbe Ro-
mana. ff. de statu hom. interpretatio. cui recte conuenit tex. Iu
stiniani in §. fin. in authen. vt liberti de cętero. colla. 6. Non pi-
gebit Iustiniani verba hic trãscribere. Facimus autem nouum
nihil, sed egregios ante nos imperatores sequimur. Sicut enĩ
Antoninus Pius, ex quo etiam ad nos appellatio hęc peruenit,
ius Romanæ ciuitatis prius ab vno quoque subiectorũ peti-
tus, & taliter ex his, qui vocantur peregrini, ad Romanam in-
genuitatem deducens, ille hoc omnibus in commune subie-
ctis donauit. Ecce quomodo, in vrbe Romana, nõ, in orbe Ro
mano, legi debet. & in codẽ. §. sequitur Et Theodosius iunior
post Constantinum maximum sanctissime huius ciuitatis cõ-
ditorem filiorum prius petitum dedit in commune subiectis,
sic etiam nos, hoc videlicet regenerationi & aureorum annu
lorum ius vnicuique petentium datum, & damni & scrupulo-
sitatis præbentem occasionem & manumissorum indigentẽ
authoritate omnibus similiter subiectis ex hac lege damus. Re
stituimus enim naturę ingenuitatę dignos, nõ per singulos de
cætero, sed omnes deinceps qui libertatem a dñis meruerint.
Non ergo Iustinianus orbi vniuerso, qui oriente, occidente,
meridie, & septẽtrione concluditur, ius ciuitatis donauit, cui
ipsa italia non obediebat, vt ex præcedentibus videri, & ab ipso
Longobardico dispunctore colligi potest, dum de Theudebar
to Francorum rege loquitur dispunctione. 22. quem alij, sicuti
Sabellico placet, Childericum appellant, & in Francis annali-
bus non Theudebertus, sed Childericus nũcupatur. Qui gran-
dem exercitum comparauerat, vt in Thraciam penetraret &
Byzantio bellum indiceret, cum indigne ferret Childericus
Iustinianum hunc titulum Francus seu Francicus vsurpasse,
quem mors præueniens voti compotem facere non permisit.
Non igitur de orbe vniuerso, sicuti ille opinatur, legi potest,
sed de vrbe Romana tantum, seu orbe Romanæ ciuitatis, qui
vrbe Romana concluditur, vt post Cornelium Tacitũ osten-
dimus, cui conformatur textus Iustiniani in d. §. fi. in authen.
vt liberti de cætero, in his verbis, & taliter ex his qui vocantur
peregrini ad Romanam ingenuitatem deducan. in quo põde-
rãdum est verbum, peregrini, de quibus loquitur. l. 2. §. deinde
cum placuisset. ver. post aliquot deinde annos. ff. de orig. iuris.
authen. omnes peregrini. C. communia de successionibus, pri
sca autem ętas peregrinos hostes appellabat, Hębrei autẽ suos
aduersarios allophilos, hoc est, alienigenas Latino appellabãt
vocabulo. Horum testis est diuus Ambrosius in primo Offic.
lib. & in Actis apostolorum. c. 2. Romani qui habitabant Hie-
rosolymam aduenę a diuo Luca vocantur. Additur dissenta-
nea eiusdem interpretatio & in Accursium dispunctio in l. itẽ
275 in potestate. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. † dum ille ait,
Francigenas ius Romanę ciuitatis nunquam fuisse consecu-
tos, quod plane verum non est, nam si Antoninus Pius omnes
Romano subiectos imperio ciuitate donauit, & Francigenæ
imperio subiecti sunt, fateri necesse est Frãcigenas ius Roma-
nę ciuitatis non tantum ab Antonino Pio, verumetiam a Iu-
stiniano consequutos fuisse Quare illa dispunctio vera esse nõ
potest, qua dixit, Francigenas ius Romanę ciuitatis nunquam
fuisse consequutos, aut verum esse alterum axioma, Francige-
nas imperio subditos non fuisse, atque ob id ab Antonino Pio
& Iustiniano ius Romanę ciuitatis non fuisse assecutos, quic-
quid in l. in vrbe Romana, dictum sit. Et hac ratione verum
dixisse Accursium authoritate illius. l. item in potestate. ff. de
his qui sunt sui vel alieni iuris, & §. vnico de patria potesta. Frã-
cigenas non habere filios in potestate, cum vt Iureconsultus
& Iustinianus volunt, nulli alij sint, qui eam in filios habeant
276 potestatem, qualem Romani habent, † tametsi Galli vitæ ne-
cisque potestatem in filios haberent, vt Cæsar meminit in 6. li-
bro belli Gallici, quemadmodũ & Romani in suos habebant.
l. in suis. ff. de libe. & posthum. & l. fi. C. de patria potesta. Non
ergo vera esset illa. l. in vrbe Romana, seu in orbe Romano. dũ
ait, In vrbe Romana qui sunt, ex constitutione diui Pij Anto-
nini ciues Romani effecti sunt, vt sic legas, & intelligas, quod
Francigenæ, qui sunt in vrbe Romana, seu in orbe Romano,
277 ciues Romani non sunt effecti, quia subditi non sunt, † sed si
Francigenæ sunt in orbe Romano, sicut ille imperio subditos
esse ait, omnes ciues Romani effecti sunt. Et sic verum non di-
xisset Accursius, neque Dispunctor Longobardicus, Francige
nas non habere filios in potestate. Nam si Francigenæ ius ciui
tatis sunt ab Antonino Pio & Iustiniano assecuti, filios habent
in potestate, quia & ciues Romani illud ius in filios habent. Et
Iustinianus sic Antonini Pij cõstitutionem declarat dum ait,
Antoninus Pius ius Romanę ciuitatis prius ab vno quoque su
biectorum petitus, & taliter ex his, qui vocantur peregrini, ad
Romanam ingenuitatem deducens, ille hoc omnibus in com
mune subiectis donauit. Et sic non tantum hi qui Romæ pere
grini erant, & qui ab Antonino postulabant Romana ingenui
tate donari, hoc ingenuitatis beneficium consecuti sunt, sed
omnibus in commune subiectis concessit. Vbi ergo omnes su
biectos Antonini Pij constitutio comprehendebat, Francige-
nas comprehendit, quos dispunctor Lõgobardicus Romano
dicit imperio esse subiectos, quare tanquam inter se pugnan-
tes non mediocri inter se egent dispunctione. Non enim Iusti
278 nianus de aliis q̃ sibi subiectis legẽ facit. † Non igitur de Fran-
cis, quos constat Iustiniano nunquam obediuisse, neque subie
ctos fuisse, loqui intellexit. Longe enim ante Iustinianũ Fran-
ci reges in vniuersas Gallias. & in totam pene Germaniã im-
perium suum protraxerant, & Burgundiones Prouinciã mul-
tis ante Iustinianum temporibus cũ maiore parte Celticę &
Lugdunensis Galliæ occupauerant, non tãtum Romanis, sed
& Visigotthis eiectis, & in vlteriorem Hispaniam reiectis. Et
id temporis Romanum nomen pene extinctum erat, vt inde
exteris nationibus obedire Romani necesse habuerint, & ad-
huc illis Germani cum Francis imperant, Hyspani illos diri-
piunt. Ex his videre licet, veram non esse dispunctionem ex. l.
deprecatio. ff. ad legem Rhodiam de iactu. factam, quoniam
neque

neque Iason, neque Ioannes Igneus quicquam eorum quæ illis imposita sunt, cogitauerunt. In ea igitur somniasse illum puto multo minus illius interpretationem veram esse neque Græcam neque Latinam lectionem admittere hęc verba, qua lege Rhodiorum. cum in ea nulla quantumcunque minima litera vel syllaba deprehendi potest, quæ relatiuum, qua. significare possit. Secundo, non esse veram fabulam, quam ex Liuio in opprobrium Gallici nominis excipere voluit, sed imposturam commisisse a nobis ostensum est, quoniam quæ Liuius, & Plutarchus de Arunte Clusino, & vini potatione commemoraue runt, fabulę & famę non autem historię tribuerunt. Ex Liuio veram rerum a Gallis in Italia gestarum historiam supra ostēdimus. Tertio, verum non esse Francigenas Romano fuisse imperio subditos & in hac re absq; ratione Accursium reprehensum fuisse in l. itē in potestate. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Et ob id recte dixisse Accursium Fracigenas nō eo modo quo & Romani filios suos in potestate habent, quoniā imperio de iure subditi non sunt, vt in tractatu docuimus, & mox breuiter repetemus. Quarto verā non esse illius interpretationē seu euersionē. l. in vrbe Romana. ff. de sta. homi. vt superius demonstrauimus, & multo minus verū esse fidē Romani imperij post euersam & desolatam a Gothis vrbē Romanā apud Gallos permāsisse. Quæ id temporis priusquā Roma a Gothis præmeretur, Gallia ab eis delebatur, vt totam pene Galliam sibi obedientem fecerint.

Repetitionis Io. Ignei in §. Non alias. Pars Quarta.

SVMMARIVM.

1 *Regaliæ iura possint ne priuilegio acquiri, aut tempore præscribi. & num. 34. & 71. & 116. & 120. & 131. & 210.*

2 *Francorum reges an de facto an de iure ab imperio Romano sint exempti, & num. seq.*

4 *Patrimoniales res principis posse præscribi tanto tempore cuius initij memoria non extat, quatenus verum sit, & num. 24. & 33. & 57. & 117. & 142. & 170. & 198. & 203. & 205. & 209.*

5 *Præscriptionem tanti temporis, cuius initij memoria non extat, haberi loco iusti tituli, & nu. 7.*

6 *Præscriptio temporis, cuius initium memoriam hominum excedit, an locum habeat in regalibus.*

8 *Alienare prohibitus non prohibetur omittere acquirere.*

9 *Possessio triginta vel quadraginta annorum cum titulo an semper tribuat plenissimam securitatem.*

10 *Præscriptionem non currere contra pupillum nec etiam contra posthumum.*

11 *Præscriptionem quadraginta annorum sufficere in rebus ecclesiasticis.*

12 *Præscriptionem non currere aduersus census solutionem.*

13 *Præscriptione iuuari possit necne aduersus dominum is, qui rem emphyteuticam emit tanquam liberam & quadraginta annis cessauit in solutione canonis, sed tamen eo ignorante emphyteuta venditor eum canonem per id tempus soluit. & nu. seq.*

15 *Emphyteutam non esse dominum proprietatis, nec posse eam vendendo transferre.*

16 *Præscriptiones odiosas inuentas esse contra desides & negligentes duntaxat, & an id sit perpetuum.*

17 *Præscriptionem non currere in fundis limitosis addictis reipublicæ.*

18 *Feudum an tempore præscribi possit, & nu. 23. & 26. & 79.*

19 *Vasallo quæ obstent, quo minus possit aduersus dominum præscribere, & nume. 21.*

20 *Vasallus qua iurare debeat domino.*

22 *Vasallus censetur quodammodo domini seruus.*

25 *Principi non obesse scientiam aut negligentiam suorum officialium circa præscriptionem rei suæ, & nu. 30.*

27 *Vectigalem fundum in iure accipi pro emphyteutico.*

28 *Emphyteuticam rem præscribens quid ea præscriptione consequatur.*

29 *Iura incorporalia an & quomodo de iure præscribi possint.*

31 *Præscriptio decem vel viginti annorum habeatur ne loco constituti. & numero 207.*

32 *Vectigal fisci nullo tempore posse præscribi.*

35 *Præscriptionem, cui ius resistit, non procedere etiam per possessionem tanti temporis cuius initij non extat memoria, nisi ab initio titulus & bona fides interueniant.*

36 *Vectigalia & tributa in quem vsum sint destinata.*

37 *Princeps reip. & populi pater est.*

38 *Principem esse velut maritum reipublicæ.*

39 *Occupare nemini licet, quæ sunt publico vsui destinata, non obstante cuiuscunque temporis possessione.*

40 *Res furtiua vel vi possessa nullo tempore præscribi potest, & an id sit perpetuum. nu. 42. & 43. & 123. & 125.*

41 *Præscriptio actionis personalis an procedat ex sola negligentia eius aduersus quem præscribitur, & nu. 54.*

44 *Hæredem arctius obligari ex facto defuncti per ius canonicum, quam per ius ciuile.*

45 *Vitium rei furtiuæ aut violenter ablatæ rē ipsam afficit, & ad successorem transit.*

46 *Hæres semper tenetur restituere vsuras, quas defunctus extorsit.*

47 *Rescripto principis non posse tolli vitium rei furtiuę vel vi ablatę.*

48 *Dominium rei suæ perdere eum, qui rem suam ab alio occupatam tentat per vim sine iudice repetere.*

49 *Possessor malæfidei potest rem, quam per violētiam a vero domino illatam perdidit, ab illo ipso domino vendicare.*

50 *Possessor malæfidei præscribat ne triginta aut quadraginta annis, & numero 129.*

52 *Præscriptionem non currere sine possessione, & nu. 69.*

53 *Præscriptio quibus casibus non interrumpatur ex eo, quod res sit vacans.*

55 *Præscriptionem pedagiorum, & tributorum nocere eis duntaxat, qui soluerunt, non etiam principi, & a quo permissionem non habuerunt.*

56 *Principem non concedere alicui ciuitati aut populo priuilegium exigendi collectas vel tributa aut similia his iura.*

58 *Regem Francorum non esse iure subditum imperatori, atque ob id falsum esse eum ius exemptionis præscripsisse.*

59 *Imperium Romanum sumpsisse initium a violentia.*

60 *Galli quando primum Romano imperio paruerint atque inibi quod non virtute sed dolis Cæsaris id contigerit.*

61 *Tyrannos existimare ius in armis positum esse, omniaque virorum fortium esse.*

62 *Iulium Cæsarem vi imperium aut potius tyrannidem obtinuisse.*

63 *Incontinenti fieri quando quid dicatur.*

64 *Possessionem retineri ab eo, qui vi expulsus est, si animus in eo continue permanserit.*

65 *Præscriptio an & quando locum habeat, vbi ius belli pro titulo est.*

66 *Romanos nunquam pacifice habuisse sibi audientes continuo decennio eas prouincias, quas vi subegerant.*

67 *Præscriptionem rei violenter ablatę contraria violentia interrumpi.*

68 *Possessio improba firmum titulum possidendi præstare non potest.*

70 *Spoliato an & quando liceat rem suam propria authoritate recuperare etiam ex interuallo.*

72 *Iurisdictio vel imperium merum seu mixtum an & quanto tempore præscribi possit, & nu. seq. & 78. & 90.*

74 *Imperium non amittit per non vsum, vbi quis ideo non est eo vsus, quia nulla occasio vtendi oblata est, secus si non sit vsus cum debuit, num. sequen. & 77.*

76 *Iurisdictionem exercens duntaxat circa adoptiones & emancipationes, nihil prorsus retinet in iis, quæ sunt meri aut mixti imperij.*

80 *Iurisdictio simplex quemadmodum concessione acquiri potest, sic præscriptione.*

81 *Iurisdictio possit ne consuetudine acquiri, & nu. 90. & 96. & 181.*

82 *Præscriptione decem annorum possit ne acquiri iurisdictio. & numero 85. & 208.*

83 *Longi temporis appellationem verificari in decem annis.*

84 *Actus causam continuam habentes decem annis præscribi.*

86 *Imperium merum aut mixtum possit ne præscriptione triginta vel quadraginta annorum acquiri, & nu. 90. & 177. & 179.*

87 *Magistratus omnes a solo principe Romæ creatos fuisse postquam imperium omne in eum translatum est.*

88 *Iudicem ordinarium vel delegatum a principe posse alteri vices suas committere.*

89 *Defensores ciuitatum & magistratus Municipales coercitionem modicam habere, non etiam merum imperium, & nu. 110.*

91 *Præscribi non posse ea, quæ soli principi commissa sunt & iure supremæ potestatis reseruata.*

92 *Iurisdictionem vsurpare eum videri, qui absque principis authoritate ea vtitur. & cuiusmodi pene obnoxius sit, & numero sequen. & 124. & 178.*

94 *Carceris ius non habens si quem in carcerem conijciat, crimine læsæ maiestatis tenetur.*

95 *Iurisdictionem facto priuatorum ei non posse tribui, qui nullam iurisdictionem habet.*

97 *Magistros militum habere ex primæua sua institutione iurisdictionem in milites eorumque comites.*

98 *Mulier possit ne iurisdictio competere ex consuetudine Galliæ, & numero 101.*

99 *Iurisdictio rei adhærens transit cum re ipsa.*

100 *Mulierem ratione feudi iurisdictionem habere, nec tamen eam per se exercere.*

102 *Franciæ regnum nunquam deduci ad interregni statum, cum rege defuncto statim regnum ad alium successione transferatur.*

103 *Duumuiri magistratus sunt municipales.*

104 *Præpositos limitaneos castrorum iurisdictionem habere.*

105 *Intellectus ad l. 2. C. de fund. limitro.*

106 *Magistratus municipales an & a quo iurisdictionem habere possint, & numero 109.*

107 *Consuetudinis a præscriptione latam esse differentiam, & nu. 115.*

Consue-

108 *Conſuetudinem tacito vel expreſſo populi conſenſu introductam reuocari pro temporum varietate.*

111 *Intellectus ad l. viros. C. de diuer. offic. lib. 12.*

112 *Conſuetudinem quantumcunque vetuſtam debere originem capere a principe.*

113 *Intellectus ad l. & quia ff. de iuriſd. om. iudic.*

114 *Emancipationes quandoque ſine iudice fieri poſſe.*

115 *Præſcriptionem procedere ſine populi conſenſu.*

118 *Doctorum opiniones intelligendas & moderãdas eſſe ſecundum leges quas allegant.*

110 *Pręſcriptionem cuiuſcunque temporis nullum ius tribuere, quoties lex vel canon præſcriptioni reſiſtit.*

120 *Principi vel inferiori etiam a principe competentia in ſignum recognitionis, præſcribi non poſſe.*

121 *Præſcribi non poſſe eas res, quæ alienari non poſſunt. & nu. 175.*

122 *Poſſeſsionem cauſari non poſſe ad quemcunque poſſeſſorem res perueniat, vbi lex ab initio reſiſtit poſſeſſori.*

126 *Præſcriptio centenaria ſit ne minor præſcriptione tanti temporis, cuius initij non extat memoria, & nu. 128.*

127 *Præſcriptio centenaria quare introducta.*

129 *Præſcriptionem cuiuſcunque temporis nemini prodeſſe iure canonico citra bonam fidem.*

130 *Poſſeſsionem probari poſſe per libros & inſtrumenta.*

132 *Regis iura multiplicia eſſe, & nu. ſeq. vſque ad nu. 136. & 146.*

137 *Pedagiorum exactores cogendos ad refectionem viarum & pontium.*

138 *Pedagium & guidagiorum ac ſimilium iurium præſcriptionem a compilatoribus decretalium Gregorij introductam nulla ratione contra priorũ Pontificum decreta, & nu. 141.*

139 *Patientia priuatorum non poſſe introduci quod eorum pacto aut facto introduci non poſſet.*

140 *Pacto priuatorum aut patientia non poſſe id fieri cui lex vel diuina vel humana reſiſtit.*

143 *Nobiles non debere eſſe vectigalium exactores, & quæ ſit huius ratio.*

144 *Vniuerſitas poſsit ne collectam imponere ſine permiſſu principis.*

149 *Vectigalia cuiuſmodi exigi debeant.*

147 *Patrimonialium iurium principis ſpecies variæ.*

148 *Feuda maiora regni quare non poſsint alienari per principem.*

149 *Soluendo eſſe non videri eum, qui pecunias ad manum non habet.*

150 *Feudorum patrimonialium, conceſsio qua ratione poſsit per principem fieri.*

151 *Præſcriptionem temporis non debere iuri publico obeſſe.*

152 *Patrimonialium rerum principis conceſsio facta a præfectis aut officialibus ipſius principis an præſcribendi cauſam tribuat, & nu. ſeq. & 164. & 166. & 200.*

154 *Poſſeſsionem conniuentia vel conſenſu procuratoris vel officialis obtentam cenſeri furtiuam a conſuetudine ipſa, & quæ ſit ratio illius conſuetudinis.*

155 *Præſcriptionem conſiderari a lege ex tempore quo incipere debuit, non ex quo incepit quis vti.*

156 *Poſſeſsio vitioſa nullam præſcribendi cauſam præbet etiam ſi non vitioſæ poſſeſsioni accedat.*

157 *Procuratorem priuati non poſſe rem eius alienare ſine ſpeciali mandato, multominus procurator principis alienabit. & nu. 159.*

158 *Officiales principis circa paſcua ipſius principis male verſantes qua pęna plecti debeant.*

159 *Emens rem principis a procuratore ipſius, pretium, quod pro ea re dederit, impenſaſque in eam rem factas amittit, & an id ſit perpetuum. numero ſequen.*

161 *Maritus rem dotalem a ſe alienatam poteſt reuocare.*

162 *Sententiam latam aduerſus fiſcum per præuaricationem aduocati vel procuratoris principis eſſe ipſo iure nullam, nec vnquam tranſire in rem iudicatam.*

163 *Fiſci patrono non audito ſententiam aduerſus eum latam eſſe ipſo iure nullam.*

165 *Seruus principis adiens hæreditatem iuſſu procuratoris ipſius principis an & quando acquirat principis.*

167 *Alienationem a principe ex cauſa factam non aliter valere, quam ſi cauſa alienationis in diplomate exprimatur.*

168 *Alienatio rerum ad ciuitatem pertinentium vt valeat, cuiuſmodi forma ſeruari debeat.*

169 *Alienatio rei fiſcalis facta non obſeruata forma cenſetur mala fide facta, & num. 202.*

171 *Tempus non currere ei qui propter impedimentum agendorum a iudice non potuit agere.*

172 *Præſcriptionem iuris alicuius ad principem pertinentis interrumpi per vnicum actum interpellationis uel proteſtationis vel alium actum æqui pollentem. & nu. 174.*

173 *Voluntatem principis cenſeri perpetuam & conſtantem.*

176 *Principem non poſſe quicquam in præiudicium ſucceſſorum concedere.*

180 *Permittens videtur quaſi concedere.*

182 *Carcer non ad pœnam, ſed ad cuſtodiam eſt inuentus.*

183 *Iuriſdictio poſsit ne pignorari*

184 *Præſcriptionis circa iura regaliæ queſtione mota, cui incumbat onus probandi.*

185 *Notario, qui confecit inſtrumentum teſtamenti, aſſerenti teſtatorem eſſe ſanę mentis, an credatur.*

186 *Probationis onus incumbere ei, qui negatiuam proponit, vbi præſumptionem iuris contra ſe habet, & nu. 197.*

186 *Creditor producens inſtrumẽtum obligationis habet intentionem fundatã.*

188 *Creditori dicenti debitorem ſuum eſſe periurum vel excommunicatum ſit ne adhibenda fides.*

190 *Purgationem canonicam eſſe ei neceſſariam, qui diffamatus eſt.*

191 *Crimen obijcitur per exceptionem an per accuſationẽ, vtrum interſit quantum ad onus probandi.*

192 *Probationis onus non incumbere reo accuſato, atque inibi an id ſit perpetuum.*

193 *Probare eum debere, qui factum aliquod ſiue agendo, ſiue excipiendo proponit.*

194 *Intellectus ad l. qui commeatus. ff. de re milit.*

195 *Purgare ſe volens eo crimine, quo per legem videtur impactus, excuſationem proponere & probare debet.*

196 *Tutor, ſi accuſetur non feciſſe inuentarium, probare debet, ſe feciſſe.*

199 *Procurator dolum committens aut fines mandati excedens domini non præiudicat.*

201 *Vectigalium exactionis conſuetudinem initium ſumere ab authoritate principis.*

204 *Iuſiurandum impedit pręſcriptionis natiuitatem.*

206 *Præſcriptione triginta vel quadraginta annorum iura omnia acquiri.*

211 *Titulum allegans ad firmandam præſcriptionem alicuius iuris debet eum probare.*

Nouiſsime ergo proſequendum

1 erit, an iure regalię priuilegio acquiri aut longiſſima tempo-
ris poſſeſſione pręſcribi poſſint. In quo vt ſupra annotauimus
fere omnes in d. l. 1. C. de Sum. Trini. & fide catho. conueniũt
præſcriptibilia eſſe. Et vltra quam dictum eſt, proſequemur.
Inſinuati ſunt a Neotericis tractatus quibus firma fide aſſerũt
2 præſcriptibilia eſſe, † & reges Francię de facto, non autem de
iure ab imperio exemptos eſſe, & qui ſecus ſentiunt, aut fauo-
rem patrie, loci, carnis, vel ſanguinis illis reuelaſſe oportet. &
ſolus Io. Igneus in hac re notatus eſt a Bituricenſi lectore in re
petitione l. vnicę. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profe-
run. & in ſylua ſeu turba doctorum, quam veluti rogum homi
num congeſſit, ſolus Igneus inuentus eſt alterius formę, qui il
li turbe iungi non potuit. quorſum hæc, videamus, quoniã ne-
que alius eſt doctorum a Bituricenſi doctore in ea turba deſcri
ptorum, qui iſtius fuerit ſententię, regem de facto, & non de iu
3 re ſubijci imperio, vt mox oſtendemus. Et hi, † qui Francorum
regem aſſerunt de iure imperio ſubditum non eſſe, quos ille
commemorat, hac ratione mouẽtur, cuius ſupra meminimus
ius illud in conſuetudinem verſum eſſe, & a tanto tempore cu-
ius initij memoria non extat pacifice obſeruatum, & hanc con
ſuetudinem gratię inductiuam eſſe prædicant. c. non eſt. de cõ
ſuet. l. b. 6. l. viros. C. de diuerſ. offi. lib. 12. Et priuilegij attributi
uam. l. fi. C. noua vectig. impo non poſ. c. ſuper quibuſdam. ex-
tra de verb. ſigni. potuiſſeq; talẽ ſuperioritatem præſcribi, q̃d
Francigene Romani imperij non ſunt ſecundum Accur. in §.
ius autem. Inſtit. de patria poteſt. Cum igitur nunquam ſubdi-
ti fuerint, potuerunt pręſcribere. c. ſi laicus. extra de foro cõpe.
& d. l. viros. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. cõmunia prædiorum. Iſta
ſunt præclara Neotoricorum fundamenta, quibus neq; patrię
fauor. non locus, non caro, nõ ſanguis ad id promouerũt, quos
ille Bituricen. veluti huius criminis reos non arguit. Sed prius
eis Io. Fab. in d. l. 1. C. de Sum. Trin. & fid. catho. elegãtius plus
illis cõmemorauit. ſimiliter & Guliel. de Cun. in ead. l. ſed am
pliore ſtylo Fely. proſequitur. in c. cum non liceat. extra de præ
ſcript. qui multa in vnam & alteram partem congeſſit. & in c.
ad audientiam. 7. col. & ſeq. & in verſic. tertio limita. & in c. cũ
nobis. 2. col. verſic. 2. declaratio. eod. tit. de præſcrip. Prædictis
4 quantum † ad res patrimoniales principis, quæ præſcriptione
tanti temporis, cuius initij non extat memoria, præſcribi poſ-
ſunt, nouiſſimo argumento quod ſupra relatum eſt adde præ-
ſertim procedere in rebus patrimonialibus modici præiudicij.
ſecundum Bar. in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. Et
maxime à quibus parum aut nihil percipitur, ſecũdum eundẽ
Bar. in l. id quod apud hoſtes. ff. de leg. 1. in §. liber homo. 1. ff. de
verb. obli. Fel. in d. c. ad audientiam. 2. col. extra de præſcri. Pro
eis facit. c. intellecto extra de iureiur. vbi iuramentum principis
de non alienando factum, non extendi vult ad res modici præ-
iudicii, ſed ad eas ſolum, quæ regum ſtatum deturparent. Et il-
lę etiam præſcribi poſſunt, ſi a principe alienari poſſunt, vt in d.
l. iubemus. C. de fund. patrimo. lib. 11. Nec obſtant. l. 2. & fin. C.
ne rei domi. vel templo. quæ de præſcriptione viginti annorũ
& idem notat Fely. in c. ad aures. extra de præſcrip. dum allegat
Bal. nouel. in tractatu dotis fol. 1. & in his quæ modici ſunt præ
iudicij plus tacitus, quam expreſſus conſenſus operari ſolet. l.
1. & 2. C. qui admit. ad bono. poſ. poſ. l. vero procuratori. §. 1.
ff. de pro-

ff. de procur. gloſ. in c. tuis. extra de teſtib. Multo magis in præ-
ſcriptione tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtit, cō-
cludendū eſt, quoniam in ea principis ſcientia non deſideratꝰ,
ſecundum Fely. in d. c. cum nobis, 2. col. extra de pręſcrip. hoc
dicit poſt Marti. Lauden. in tractatu Principū. in verbo, con-
ſuetudo Principū. Et Bart. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff.
5 de dam. infecto. † Plus dicit Inno. in c. 2. extra de in integ. re-
ſtit. illam pręſcriptionē eſſe iuſtum titulum. d. c. 1. de pręſcrip.
in 6. Hoc idem notat Are. in l. more. 2. col. ff. de acquir. hære. a
quo Fely. apoſtillam ſuam quam fecit ad Abb. in d. c. cū cōtin-
gat. extra de præſcriptio. aſſumpſit. Cui addo Roma. in l. vecti-
galia. ff. de publ. & vectig. Bal. in c. vnico. quæ ſint regal. coll. 10.
Bal. in c. 1. in verbo, ſicut ab antiquo. colum. 4. de pace Cōſtan.
colla. 10. Poſſent hic repeti, quę Iac. de Beluiſ. ſcripſit in § nul-
lam. in auth. de defenſor. ciuita. colla. 3. Modern. Papien. in l.
imperium. in 7. col. & 4. ſeq. ff. de iuriſdi. omium iudicium. Ia-
cob. de ſancto Georgio in ſuo tractatu feudorum, in verſic. &
cum mero & mixto imperio. columm. 2. Quarto, triuiale hoc
6 adagium plurimum hoc axioma adiuuat, † Pręſcriptionem
tanti temporis, cuius initij non extat memoria, etiam in rega-
libus procedere. d. c. ſuper quibuſdā. extra de verb. ſignifi. l. hæc
iure. §. ductus aquę. ff. de aqua quotidia. & ęſtiua. vt in eis præ-
ſcribendis principis ſcientia non deſideretur, etiam aduerſus
principem, ſecundum Fely. in d. c. cum nobis. col. 2. & ſeq. ex-
tra de præſcriptio. fretus authoritate Ant. de Butr. in c. perue-
7 nit. extra de cenſi. & gl. in d. §. ductus aquę. † Inducitur ab eis. c.
primum. de præſcrip. in 6. vbi etiam in nō præſcriptibilibus de
iure communi abſque titulo & bona fide, & in quibus ius cōe
reſiſtit, vbi res poſſeſſa eſt tanto tpe, cuius initij memoria non
exiſtit, non eſſe opus titulum probare. Et Salice. addit vnum,
quo practici frequenter vtuntur in l. 1. C. no. vectig. non poſ.
in re tandiu poſſeſſa, vt memoria initij non exiſtat, ſatis eſſe
titulū allegare, & huiuſmodi poſſeſſionem probare, argumē-
to l. cū de in rem verſo. ff. de prob. ēt ſi de ſcientia principis nō
doceatur, ſecundū Ang. in d. §. ductus aquæ. & Marti. Laud. in
tracta. Principum. §. 88. incipien. conſuetudo populi. & Bar. in
l. 1. C. de bo. vacan. lib. 10. Illis adde, quod Dom. notat in c. 2. §.
ſane. verſus fin. de deci. lib. 6. poſt Ioan. And. in d. cap. 1. de præ-
ſcript. in 6. præſcriptionem tanti temporis pręſumptionem in-
ducere tituli propter probationis difficultatem. d. c. 1. de præ-
ſcrip. in 6. & in d. c. peruenit. extra de cēſi. c. quia cognouimus.
10 queſt. 4. Idem notant Inno. Anto. de Butr. & Card. in cap.
cum apoſtolica. extra de his quæ fiunt a præla. Fely. in c. cau-
ſam. in prin. verſicul. ſigna theoricam. extra de præſcrip. Franc.
Aret. in d. l. more. colum. 3. ff. de acquir. hær. quibus adde Bald.
in l. 2. C. de ſeruitu. & aqua. & Roma. in l. vectigalia ff. de pu-
blica. & vectiga. Quibus actionibus aut ſimilibus vſi ſunt, hi,
qui de Venetis, Florentinis & alijs populis Italiæ ſcripſerunt
in d. l. 1. C. de Sum. Trin. & fide catho. quos dicunt iure potuiſſe
omnia regalia præſcrib. re. & ea vere præſcripſiſſe, vt ſupra do-
cuimus. Nec obſtare poteſt principis aut præfati iuramentum.
Licet enim expreſſe alienando Reipublicæ non præiudicent,
tacite tamen permittendo rem præſcribere, præiudicant, ſecū-
dum gloſſ. in cap. nihil prodeſt. extra de præſcript. in verbo, fu-
8 turis. Dyn. & Ioan. Andr. in c. delictum. de reg. iur. in 6. † Qui
enim expreſſe alienare non poteſt, acquirere tamen omittere
poteſt. l. ſi ſpōſus. § fina. ff. de donatio. inter virum & vxorem.
de hoc autem iuris adagio vide. l. pater. §. pater. ff. de caſtren.
pecul. l. licet. C. famil. herciſcun. l. aut pretor. §. ſi cū in diem. &
l. qui autem. in princip. ff. quæ in fraudem credito. l. ſecunda.
§. ſed & ſi quid dolo. ff. de hæredi. vel actio. vendi. l. prima. §.
dolo. in fine. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamen. Hic plura ſingula-
rium doctorum ſcripta cumulari poſſent, quæ conſulto omit-
timus, maxime cū ex illis, quos ſupra commemorauimus, plu-
ra haberi poſſunt ſecundo cum omnia eorum dicta tribus aut
quatuor decretalibus & canonibus & totidem legibus conclu-
duntur, vt dum eorum carpataria legeris, nihil prætera ſcriptū
comperies, tādiu vexate ſunt, vt mirum ſit quomodo raucæ ef-
fecte non ſint. Igitur in alteram partem eundum eſt, vt videa-
mus quam dubius hic articulus ſit, vt propter eum Felyn. in di-
cto cap. cum non liceat. 4. columm. extra de præſcrip. in hac po-
tiſſimum difficultate, an aduerſus imperatorem poſſit quis
præſcribere, vt eum ſuperiorem non recognoſcat. dixerit ve-
luiſſe inuenire quendam modernum, qui ſuper hoc ampliſſi-
mo dubio ſerioſe ſcripſiſſet, demum multa congerit, vt curſus
lectionis, ſicuti ille ait, in vnam atque alteram partem indagare
non prohibuerit, quemadmodum in alijs ſuo more vſus eſt.
Prius tamen quam quod in eo ſentimus, abſoluamus, intendo
quadragenariam præſcriptionem examinare, an tantę virtutis
ſit & potentię, vt aduerſus eam nihil proponi poſſit. In primis
contra ea, quæ in primam partem deduximus, nonnulla refer-
re curabimus, mox ad eam cuius initij non extat memoria de-
9 clinabimus. † Quod autem is qui triginta vel quadraginta an-
nis poſſedit etiam cum titulo non ſit pleniſſima ſecuritate mu-
nitus, quemadmodum dicitur in l. omnes l. ſicut. C. de pręſcri-
ptio. triginta annorum. l. finali. C. de edicto diui Adriani tol-
lendo. l. iubemus. ſecunda. in fine. C. de fund. patrimonia. li-
bro vndecimo. Dabo plures inſtantias, quæ vim illarum legū
tollent, vt ſcribitur in c. ſicut vrgeri. vbi plenius gloſſ. prima
quæſtione prima. ad tollendam enim conſequentiam ſufficit
dare inſtantiam. In hac autem noſtra diſputatione plures da-
10 buntur inſtantię. † Prima igitur inſtantia in pupillo eſt, & for-
tior in poſthumo, contra quos pręſcriptio non currit, ſiue pręſ-
criptio aduerſus maiorem ſiue minorem initium acceperit,
dicta. l. ſicut. Et in alijs caſibus commemoratis in gloſſa illius.
l. in verbo, ſeruanda. videlicet in dote. l. in rebus. C. de iure do-
tium. quod intellige cum declaratione illius. l. & l. ſi fundum.
ff. de fundo dotali. quarum meminimus ſupra noſtra. l. prima,
& ſecunda. §. in filiofamilias quoad pater viuit. vt in l. prima.
C. de bonis mater. & l. prima. §. finali. C. de annali exceptio.
quia qui cauſam habet a patre quandiu pater viuet, non inci-
piet præſcribere, & ex præſcriptione triginta annorum ſubdu-
cetur tempus vitę paternę, dicta l. prima. C. de bonis mater.
Idem dico in re eccleſiaſtica a prælato alienata, quia quandiu
viuet prælatus alienans, non præſcribit emens ſeu habens cau-
ſam ab eo, ſed illo mortuo incipit, cap. ſi ſacerdotes. 16. quæ-
ſtione tertia. Per quem idem tenet gloſſa in dicto capitulo, ni-
hil prodeſt. extra de præſcriptio. vbi plenius per Hoſtien. in c.
primo. eodem titulo. Et hac ratione lex ciuilis in præſcriptio-
ne rerum eccleſiaſticarum centum annos deſiderabat. l. fina-
11 li. C. de ſacroſanctis eccleſijs. † quamquā hodie immutata ſit,
authentica, quas actiones. eodem titulo, vt in ea quadraginta
anni ſufficiāt. Et hanc opinionem praxis obſeruat, pro qua ad-
do gloſſ. in §. primo. in verbo, pręſcriptione. authen. vt de cæte-
ro commuta. eccleſia. rer. non fiant. collatione 5. quamquam
text. ille plurimum gloſſ. aduerſetur, dum ait, ſed & ſi fiat quo-
libet ſchemate, hoc etiam infirmum eſſe & a ſanctiſſima ma-
iore eccleſia in perpetuum vendicari nulla ei temporis præ-
ſcriptione in hoc obijcienda. Nam & de iure canonico ſecus
eſt, per rationem. cap. pręterea. de cenſi. & cap. de cætero. extra
de tranſactio. Addit aliud Hoſtienſis in dicto. ca. nihil prodeſt.
quoniam in alienationibus & delictis prælatus eccleſiæ præ-
iudicare non poteſt. c. delictum. de regulis iuris. in ſexto. capit.
fina. de capitulis Corradi. collatione. 10. Et iuuatur ratione di-
ctę. l. primę. in fine. C. de bo. mater. & l. primæ. §. fina. C. de an-
na. except. Nam ſi aduerſus filiumfamilias non currat præ-
ſcriptio pro re materna a patre alienata quandiu pater viuet,
quia viuo patre prohibetur agere, pari ratione in prælato di-
cendum eſt. Nec mouere poteſt, quod eccleſia per œconomū
aut alium defendi poteſt, ſecundum Hoſtienſem in cap. primo
extra de præſcriptionibus. quoniam etiam pupillus, aduerſus
quem præſcriptio incępit, per alium defendi poterat, vtpote
per conſanguineos aut affines, vel iudex poteſt illi curatorem
dare vel authorem. l. hæc autem. in princip. ff. ex quibus cau. in
poſſeſ. eatur. l. 1. §. licentia. ff. de adminiſtra. tuto. & tamen ad-
uerſus pupillum non præſcribitur, neque pręſcriptio initium
capit. ſimiliter in filiofamilias, qui patri alienanti contradicere
poteſt. l. 2. §. voluntatem. ff. ſolu. matrimo. Sed vt ſupra dixi,
Ius ciuile ſeruatur & alijs caſibus, in quibus præſcriptio dor-
mit, ſecundum Bartol. in l. naturaliter. ff. de vſucap. Paul. de
Caſtr. in l. quando. C. de tempo. in integ. reſtitu. peten. l. ſi ca-
ptiuus. §. fina ff. de capti. & poſtlimi. reuer. capit. ex tranſmiſſa.
extra de præſcriptionibus. de quibus etiam aliquando ſupra di-
12 ximus. Tertia † inſtantia eſt in cenſus ſolutione, quia hunc
articulum explicauimus in l. 3. §. ſi cum omnes. ſupra eodem.
breuiore ſtylo concludemus. facit. l. comperit. C. de præſcrip.
triginta anno. cap. conſtitutus. extra de religio. domi. l. fund. &
l. 1. C. de fund. patrimo. libr. 11. ſine cenſu enim poſſideri non
poteſt. l. 2. & fin. C. ſine cenſu & reliq. l. 1. C. ne rei dominicæ
vel templorum. argumento eſt l. pręſcriptionem. C. de pręſcri-
ptione triginta annorum. Quarta eſt in caſu. l. cum ſcimus. in
13 fine. C. de agricolis & cenſitis. libro vndecimo. † cuius ratio-
nem aliquando induxi in facti contingentia, de eo, qui domū
ſuam in perpetuam emphyteuſim conceſſerat, ſed mox em-
phyteuta eandem rem alteri vendidit liberam, & ab omni ca-
nonis pręſtatione quietam. Sed quandiu vixit emphyteuta
domino directo continue canonem ſoluit. Vixit autem em-
phyteuta quadraginta annis & pluribus, poſtquam vita fun-
ctus eſt dominus directus a poſſeſſore rei emphyteuticæ cano-
nem poſtulabat, emptor ſeu rei detentor aduerſus directum
dominum præſcriptionem quadraginta annorum oppone-
bat cum iuſto titulo & bona fide, & ob id tutū ſuiſſe legitime.
pro quo eſt l. cum notiſſimi. §. ſed cum illud verſi. & ſancimus.
C. de præſcrip. triginta anno. vbi ſi duobus eadē res hypothecę
obligata ſit, & vnus creditorū, ſiue primus, ſiue ſecundus tri-
ginta annis poſſedit, non prodeſt illa annorū triginta pręſcri-
ptio, ſi tandiu cōis debitor ſuperuixerit, quia, inquit ille text. dū
ille viuit, creditor confidit, vtpote apud debitorem eius. Sicut
coniun-

coniuncto tpe quo possedit, & eo quo debitor viuus occupatur, quadraginta annis possederit, alterũ creditorem excludit. Propõi pñt bona fides, & iustus titulus emptoris, & possessio quadraginta annorum, quæ omnes exceptiones excludit, l. fi. & d. l. sicut, & l. omnes, C. de præscr. triginta annorum, & alia multa in iure triuialia, quæ de præscriptione dispersa sunt, quorum omnium supra meminimus.
14 † Sed illis non obstantibus contrarium iudicatum est per rationem illius l. cum scimus, in fi. ibi, cum non possit dominus incusari propter suam desidiam cui per patrẽ eius oẽ quod voluerat accidebat, & in vers. seq. ibi, satis acerbum nobis vr̃ domino præiudicari colonorũ absentia, qui rurinati, & postea absentes per suos, vel patres, vel fratres, vel agnatos agriculturam peragebant. Et sequitur, non vr̃ neq; abesse, neq; peregrinari, neq; in libertate morari. Manebit igitur domino ius inconcussum &c. Et hanc sententiam confirmat Domin. de sancto Gemin. in c. fi. 3. col. de offic. vicar. j, lib. 6. post Bar. Brixien. in venerialt. 21. Dicit enim, vbi vicarius perpetuus vel colonus soluit vtriq; & non præiudicat domino, quia dñs possessionem continuauit, & sic aduersus eum nihil præscriptum est, c. cum venissent. extra de restitutio. spoliatorum, & d. c. si diligenti. extra de præscr. Si vero alteri tantũ soluit, cui soluere non debebat, si concurrunt ea quæ interuenire de iure desiderantur, quæ Innoc. tradit in c. cõquerente, extra de offic. ord. & in c. cum ecclesia, extra de cã poss. & propriet. & præiudicabit dño illa cessatio. Et ita intelligi debet, sm eum contraria opinio. Addebam text. in l. arboribus §. de illo, in fi. ff. de vsufructu, vbi Vlpianus ducitur eadem ratione, non vtendo seruo, vel re, in qua vsumfructum habemus, vsumfructum amittimus. Quid enim si ex re seu propter rem aliquid consequimur, non autem a possessore, nõ etiam ab eo cui res vendita est, aut donata, aut legata, aut a prædone, an ob id vsumfructum amittimus? & respondet, nos non amittere, sed ius vsusfructus retinere, & sufficere in hac re nos animum & affectũ hr̃e retinendi, vel nomine vsufructuarij serui aliqd nobis fieri l. quamuis, §. si conductor, ff. de acq. poss. In quo text. puto verba legis ponderanda ibi, & vtriq; mercedes præstiterit. Non obstat, d. l. cũ notissimi, §. sed cũ illud. C. de præscr. triginta annorum, qm̃ durante tempore quadraginta annorum nihil prorsus creditor consecutus erat, neq; a debitore, neque a quouis alio quoad vixit recognitus. Non mirum, si quadraginta annis præscribatur facta coniunctione vtriusq; tpis, quo res apud debitorẽ fuit, & eo tempore, quo secundus creditor liberã possedit. Secus aũt si creditor iure suæ hypothecæ vtẽs, aliquid aut a debitore, vel qui causam ab eo habebat, percepisset. Non obstat l. Pomponius ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. secundũ quam gl. & Bar. in d. l. quamuis, §. si conductor, ff. de acquir. poss. distinxerunt inter veram & fictam traditionem, vt si vera traditio secuta sit, et si a colono facta fuerit, licet colonus pensionem soluat, dominum tñ possessione priuat, d. l. Pomponius, secus autem si ficta erat traditio, & merces seu pensio soluta, quia tunc possessionem retinet, vt in d. §. si conductor. quoniam hæc distinctio vera non est in colono, per rationem l. male agitur. C. de præscript. triginta anno. Non obstat l. Pomponius, quæ de colono non loquitur, sed de proprietario, qui rẽ vẽdidit non deducto vsufructu, cuius ratio potior est quam
15 alterius venditoris. Ille enim proprietatis erat dominus. † Non sic est in emphyteuta, vt in l. 1. ff. si ager vectig. vel emphyteu. quia dominus non est proprietatis l. eorum, in prin. ff. de dam. infect. proprietatem autem vendendo transferre non poterat, cum sua non erat, regul. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. & pondera tex. in d. l. cum notissimi. §. fi. C. de pręscript. triginta annorũ vers. nulla, quicquid gl. illic dicat per l. 1. C. communia de vsucap. vbi glo. allegat, l. 3. §. quod & si seruus, ff. de acquir. poss. & l. peregre. §. fi. eod. tit. quia procedunt, vbi omnino sic tradit, vt nihil fructus ex re percipiat, quia prorsus possessionem amittimus, sed non vbi is, qui conduxit, vel in emphyteusim accepit continuo domino pensionem vel canonem soluit l. quamuis, §. si conductor, ff. de acquir. poss. ibi, & vtriq; mercedes præstiterit, prior locator per conductitiam possessionem rectissime retinet, quandiu enim pensio ab emphyteuta soluitur, non habet directus dñs de quo queratur. Pone enim, φ quinquaginta annis superuixerit, emphyteuta, & continue canonem soluit, nulla negligentia dño impingi põt, neq; culpa, sed cum ratio præscriptionis triginta vel quadraginta annorum super negligentia, fundata sit, quæ dño imputari non põt, cessabit legis dispositio, & ita tex. cõcludit in d. l. cum scimus, in fi. C. de agric. & censi. lib. 11. & in d. l. quamuis §. si conductor. ff. de acq. poss. Et φ Bar. obstabat dictus §. si conductor, quia verbum, vẽdidit, cũ effectu intelligendũ est l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisq; iuris & recte probat ille tex. dum ait, quia mercedes vtrique præstabat, prior locator possessionem per conductionem retinet, & ista est legis cõsideratio. Idem in emphyt. uta dico, quia vt supra dictũ est, nullo iure dñs est proprietatis l. 1. ff. si ager vectig. vel emphyt. secus aũt in proprietario vendente ipsam rem totam, quia vsusfructus facilius quam proprietas extinguitur vt in toto tit. ff. quib. mod. vsusfruct. amitta. & §. finitur. Instit. de vsufruct. Et idem notare vr̃ glo. in d. §. de illo, in glo. magna, in verbo, amitti. quamq̃ non sit prætermittendũ, φ tex. in l. Pomponius, ait vsufructuario ad interesse proprietarium condemnandũ esse. Et pro hac distinctione vltra illam l. cum scimus §. fi. C. de agric. & censi. lib. 11. addo tex. in c. 1. in fi. de inuesti. de re alie. facta collat. 10. ibi, & vasallo qui idẽ donec feudũ tenet, possit obesse, dño aũt & si per longa tempora perseuerauit ter ullus minime noceat. Specul. in tit. de præscr. §. 1. versic. pone colonus vel emphyteuta. Idem sentit per rationem l. fin. C. de
16 anna. except. † quia φ desides tñ & negligẽtes, inquit ille, odio sę præscriptiones inuentę sunt. Et illa ratione mouetur imperator in d. l. cum scimus. Et quod dominus non amiserit possessionem, probatũ esse ait in d. l. quamuis, §. si cõductor. ff. de acquir. possess. quamquam Pyleus sm eum in quæstionib. suis dicat dñm possessionem amisisse, sed restituendũ esse ex clausula illa generali, si qua mihi iusta causa videbitur, l. prima ff. ex quib. caus. maior. Pro quo est tex. in l. 1. §. si quis propter inundationem. ff. de itine. actuq; priua. Et idem tenet Roman. in l. quæ nuncias, §. fi. ff. de acquir. poss. sed prius gl. dixisse videtur in l. 1. C. communia de vsucap. in gl. quæ dicit competere domino condictionem ex lege, sed verius est per illam l. cum scimus, & l. fi. in fi & rõnem l. primę. §. fi. C. de anna. excep. l. quãuis, §. si conductor ff. de acquir. possess. directo dño ius integrũ saluum esse, neque opus esse restitutiõne, & ita iudicatum est.
17 Quarta † in fundis limitosis addictis rei publicæ, l. fin. C. de fund. limitroph. lib. 11. accedit l. viam publicam, vbi hoc notat Bar. ff. de via public. refic. glo. in l. longa. ff. de mort. infer. Quin
18 ta † in re feudali, in c. 1. de prohib. feud. aliena. per Feder. collat. 10. & in c. 1. de capit. Corrad. eadem collat. Licet glo. illic sine lege limitauerit præfinitionem temporis, scilicet triginta vel quadraginta anno. & nonnulli illi adhærentes inducebant, §. si quis per triginta annos, si de feud. fuer. conten. inter domin. & agna. colla. 10. quæ nihil probat, quia loquitur de eo, qui præscripsit aduersus vasallum de feudo inuestitum a domino triginta annis seruitia domino præstando, & alia, quæ vasalli officio incumbunt, faciendo, in quo casu loquitur prima pars, l. iubemus. 2 C. de fundis patrimonia. lib. 11. quod autem vasallus aduersus dominum possit præscribere, hoc non dicit ille
19 tex. Multa † etiam vasallo obstant, quæ prohibent illum aduersus dominum præscribere, præsertim iuramentum fidelitatis, quod vasallus præstat domino, c. veritatis, extra de iureiurand. Iuramentum enim seu periuranti obstat, vt nullo vnquam tempore, etiam centum annorum, præscribere possit, c. si diligenti, extra de præscript. ibi, vnde licite retineri non posset φd
20 contra iuramentum huiusmodi fuerit scienter obtẽtum. † Vasallus autem iurat domino, incolume, tutum, honestum, vtile facile, possibile, c. vnico. de for. fideli. collat. 10. quæ verba cuius sint effectus potius ex naturalibus & bonis curiarũ consuetudinibus percipi potest quam lege, aut scripto aliquo possit comprehendi. c. 1. in quib. caus. feud. amitt. colla. 10. Vtile, ne sit ei in damno de suis possessionibus. Honestum, ne sit ei in damno de iustitia, d. c. vnico, de for. fideli. Cui addo, c. vnicum, de no. for. fideli. eadem collat. ibi, & si cõtigerit te rem aliquã, quam habes, vel habebis iniuste uel fortuito casu amittere, eã recuperare iuuabo, & recuperatam omni tempore retinere, c. si vasallus, quæ fuit prima causa benefic. amitten. ibi, præterea si vasallus præsciscit aliquem contra dominum suum assaltũ, aut patrimonij grauem iacturam facere moli enten., debet dominum super hoc quã citius potest certiorare, vt proinde dominus sciens prudenti q; periculum valeat declinare, quod si non fecerit, doloque vel negligentia, sua vel fraude celauerit,
21 beneficio se cariturum agnoscat. † si aduersus dominum præscribere contenderet, statim periurium incurreret, quod præscribere eum prohiberet, quoniam qui alios prohibere debẽt ne quod domino competit occupent, illi ipsi contra propriũ iuramentum occuparent & præscribere contenderent, quod iustum & ęquum non esset, neque de iure fieri potest, d. c. si di
22 ligenti. Et hac ratione † vasallus dicitur quodammodo domini seruus, argumento. l. coloni. in verbo, seruitute. C. in quib. caus. colo. censi. lib. 11. per quam Luc. de Pen. illic inquit, eum qui fidelitatem domino ex iuramẽto debet, seruum esse. Allegat ad id Andr. de Iser. in d. c. vnico, de no. for. fideli. qui illud notat per illum text. Sed pro eo recte facit, ca. vt rcum in fine in quibus caus. feud. amittat, vers. in primis, vbi vasallum dicit vsumfructum consequi, non autem ius aliquod proprietatis, vel dominij, dixi in l. 3. §. si cum omnes, supra eo. quibus adde Lucã de Pen. in l. deuotam. C. de meta. & epydeme. libro 12. vbi hoc notat per illum tex. Andr. de Iser. in cap. primo, quibus modis feu. amitta. colla. 10. Card. Alex. in c. si morte, si de feudo fuer. conten. inter domin. & agna. Quomodo igitur vasallus aduersus iuramentũ præscribere possit, certe non põt, d. c. si diligẽti. extra de pręscrip. dict. cap. veritatis, & c. intellecto, extra de iu-

23 reiurando.c.vt super extra de reb.eccle.non alienand. † Ad id omnes fere regni consuetudines conueniunt, vt nullo modo vasallus aduersus dominum, neque contrario dominus aduersus vasallum praescribere possit, propter mutuam domini & vasalli obligationem, cap. vnico in fin. de for. fidelita. ibi, dominus quoque in his omnibus fideli suo reddere debet. Et maxime Neustriae cōsuetudo possessionem, qua vasallus in re feudali aduersus dominum vti vult, nisi de scientia & conscientia domini eam obtineat, furtiuam esse dicit & clandestinam. Neque per eam consuetudinem vasalli possessio validatur, seu furtiuę & clandestinę possessionis vitium tollitur, etiam si eam vasallus habuerit sciente praeposito aut alio officiali domini,
24 sed omnino certa domini scientia desideratur. Quę † ratio in rebus dominicalibus seu patrimonialibus Principis multo maiori ratione locum habet, quoniam Princeps non potest omnium rerum singularium sui patrimonij notitiam habere, l. magistros. C. de profes. & med. lib. 10. argumento sunt cap. 1. & 2. extra de offic. archidiac. & maxime cum oporteat Principem circa ea quae vniuersum sui regni & Reipublicae statum concernunt continue esse solitum, vt inquit Iustinianus in titulo de haeredi. & Falcid. colla. 1. in princip. Etsi per consuetudinem, feudi domino quantumcunque minimo non aeque circa tam varia occupato scientia sui praepositi seu alterius officialis praeiudicare non potest, nisi & dominus ipse certam scien-
25 tiam habuerit, † quanto minus Principi suorum officialium scientia vel negligentia obesse potest, neque debet. Ad id facit tex. in l. coloni. C. in quibus cau. colo. dominos accus. poss. li. 11. ibi. Ignorante domino praedij quem text. in vasallo & subdito Luc. de Pen. & Nicol. Spinel. notant. Et vltra eos pondero tex. ad id nunquam ponderatum in l. 1. in princ. ff. de offic. procur. Caesar. ibi, tunc enim transfert cum negotium Caesaris gerens consensu ipsius tradit. Addo l. idem Iulianus, §. constat, ff. de leg. 1. in tribus sui partibus. Primo in his verbis, si vero Salustianos hortos qui sunt Augusti, vel fundū Albanum, qui principalibus vsibus deseruit, legauerit quis, furiosi est talia legata testamento ascribere. Secundo ibi, sed & praedia Caesaris, quae in formā patrimonij redacta sub procuratore patrimonij sunt, si legentur, nec aestimatio eorum debet praestari, quoniam commercium eorum, nisi iussu principis non sit, cum distrahi non
26 soleant. † In feudalibus satis constat in cap. 2. de prohib. feud. alien. per Feder. ibi, siue permissione illius domini ad quem feudum spectare dignoscitur, & in illis verbis, nullius temporis praescriptione impediente, & c. hortatu. de prohibita feudi alien. per Lothar. ibi, sine [illegible] permissione distrahere, & c. vnico § praeterea. de cap. Corradi. col. 10. Et in l. iubemus, C. de fund. patrimo. in fi. ibi, ab initio iussione principali. Et licet plerique nitantur principium illius legis in contrarium retorquere, falluntur plurimum, quia prima pars illius legis vsque ad vers. hoc etiam adijciendo, vt diximus, non loquitur de praescriptione directo dominij, sed de praescriptione illius dominij vtilis tantum, quod emphyteutae de iure Codicis acquiritur, [illegible] res, eodem titu. ibi, cum fundorum sint domini, quod de iure digestorum secus erat. Et vltra quae [illegible] addo textum in l. si domus, §. fina. ff. de lega. 1. [illegible] videri proprietatem rei legatam, sed id ius
27 quod in vectigalibus fundis habemus, † vectigales autem a iureconsulto emphyteuticarij interpretantur, in l. sciēdum in prin. ff. qui satisdare cogant. ibi, sed & qui vectigalem, id est, emphyteut. cum agrum possidet, & in rubrica & l. 1. ff. si ager vectiga. vel emphyt. & illic vel. pro, id est, accipitur, vt in dicta l.
28 sciendum, † per cuius praescriptionem census, qui Principi debetur, seu canon rei emphyteuticae non erat praescriptus, etiam si emphyteuticam longissimo tempore possederat, tutus est exceptione praescriptionis aduersus emphyteutas, aut eos qui patrimoniales fundos titulo emphyteutico obtinuerāt & possidebant, sed per eam praescriptionem non erant liberi a solutione impositi canonis. Hoc probat illa lex, in his verbis, nullā penitus super dominio memoratorum omnium fundorum vel locorum vel domorum a publico actionem vel molestiā aut quamlibet inquietudinem formidare, sed impositum canonē pro qualitate iuris, cuius praedia sunt vel loca, per singulos annos soluentes. Idem dicitur in l. 1. & l. fundi. eo. tit. in ver. hoc adijciendo, variatur casus de eo, qui illos fundos tam salno quam ademptio canone ab initio iussione principali datos possederint quadraginta annis absque innouatione in ea permaneant. Non ergo sine Principis iussu dari possunt, & si cū Principis iussu dati non sint exempti a canone, non iuuat possessores quadragenaria praescriptio, quia aliter in Principis praeiudicium possideri non possunt, neque occupari, nisi ab initio nactę possessionis cum iussu Principis. & 40. annis continuis il-
29 los possederunt. Confirmatur hoc alia ratione. † Nam iura incorporalia sunt de iure impraescriptibilia, nisi interueniat domini fundi patientis scientia. lege secunda. in verbo, sciente. C. de seruitutibus & aqua. & lege quoties, ff. de probationibus. Et

30 hac ēt † ratione ducti Bartolus, Ioannes de Imola, & Romanus in l. 1. §. denique, ff. de aqua pluuia arcend. dicunt, quod ad praescribenda ea quae Imperatori competunt, scientia & patientia Imperatoris necessaria sunt, neque sufficere aut scientiam aut patiētiam eorum, qui curam habent rerum Principis, vel qui praeficiuntur administrationi earum. Idem tenet Barto. in lege, si publicanus, §. fin. ff. de publica. & vectigalibus. Innocentius in capitulo, conquerente, extra de offi. ordin. Abb. in cap. cum contingat, extra de foro competen. Neque in hoc obstat glo. declaratio in l. seruitutes, magna. ff. de seruitu. quę excipit praescriptionem tanti temporis cuius initij non extat memoria, per rationem l. hoc iure, §. ductus aquae, ff. de itine. actuque priua. quia praescriptio tanti temporis & c. sit loco cōstituti. Et licet haec declaratio passim ab omnibus recipiatur vt qui secus ab eis sentire, temeritatis argui possit, cum videretur tot oculis, tot sensibus, tot hominibus resistere. Tamen quicquid in hac re scriptum inueniam, nō pudebit annotare. fretus authoritate diui Hieronymi in c. audacter. 8. q. 1. fortasse aliquid diximus, tamen quicquid scriptum est dicimus. Et mirum est, quod tanti patres tam debili consideratione in hanc sententiā tracti fuerint, veluti in illa tanti temporis praescriptione, cuius initij non extat memoria aliquid sit singulare vel peculiare, vel vt dicunt, speciale, quod verum non est, quoniam aeque dictum est per iurecōsultum in praescriptione viginti annorum.
31 † Et ne videamur impostură in hac re facere, verba iureconsulti Vlpiani in l. 1. § denique, circa fi. ff. de aqua pluu. arcen. transcribere ratus sum, dum ait, vt vbi seruitus non inuenitur imposita, quandiu vsus est seruitute, neque vi, neque clam, neque precario, habuisse longam consuetudinem, velutiiure impositam seruitutem videatur, & sic praescriptio decem vel viginti annorum est loco constituti. Et iterum eodem, §. in vers. superiore dixerat, si tamen agri lex nō inuenitur, vetustatem vicem legis tenere, & sic loco constituti, & in l. 1. C. de seruit. & aqua. ibi, longi temporis consuetudinem vicē seruitutis obtinere sciet. modo si is, qui pulsatur, nec vi, nec clam, nec precario possidet, & l. 2. in princ. eo tit. ibi, seruitutem exemplo rerū immobiliū tempore quaesisti. & sic loco constituti. Ecce quomodo praescriptio viginti annorum est loco constituti. Aliqua dixi in repetitione. § differentia. in l. si quis vi. ff. de acquir. poss.
32 † Et per illam l. fin. C. de fund. patrimo. lib. 11. Luc. de Pen. de in l. viros, C. de diuers. offic. lib. 12. dicit, c. super quibusdam, extra de verb. signif. vectigal quod fisci est, non posse quocunque tempore praescribi, l. 2. & fi. C. de fund. limitrop. lib. 12. Et ad id pro eo pōdero, l. 1. C. ne rei domi. vel templo. in his verbis, omni temporis diffinitione summota, l. 1. & 2. C. de fund. patrim. li. 11. ibi, dummodo suis quibuscunque temporibus ea, quae fisco pensitanda sunt, repraesentare cogatur l. ius emphyteutici, eod. tit. ibi, iudicio nostro immutabile perdurare praecipimus, possessionem autem, quae sine obligatione speciali fuerit vitiosa vetustate temporis noluimus adiuuari, dicta l. fi. C. de fund. limitroph. lib. 11. ibi, & si ab alijs possideantur, cuiuslibet spatij temporis praescriptione cessante, ab vniuersis detentoribus vēdicandos. Et facit doctrina gl. in d. l. lōga, ff. de mort. infer. quae hanc iuris conclusionem tradit, & veram, si qua corporalis est, quae suo priuilegio, non eius, cuius est, triennio vel decēnio vel vicennio praescribitur ab eo, qui titulum, vel etiam bonam fidem habet, eadem res vel triginta annis vel quadraginta non poterit praescribi ab eo qui titulum non habet, vt patet in libero homine in l. fin. C. de praescrip. long. temp. quae pro liberta.
33 † At sine titulo emanato a Principe, vel iussu Principis, res patrimonialis Principis alienari non pōt, neq; acquiri, neque praescribi, quadraginta ann. d. l. iubemus. ibi, ab initio iussione principali. C. de fund. patrimo. & alijs legibus supra notatis. Et ratio huius ex dictis per Lucam de Penna in d. l. viros, C. de diuers. offi. lib. 12. col. igitur, quoniam in principis causa subesse debet, quae est, quia Princeps concessit, aut iussit concedi dicta l. prima, ff. de offic. procur. Caesa. & l. 1. C. no. vectig. impo. non poss. & l. placet, C. de excusa. muner. lib. 10. Et ideo secundū eūdem res Principis ratione sui impraescriptibilis est. Vide eundē Lucam, qui pulchre & eleganter disputat, an etiā Princeps huiusmodi res domaniales seu dominicas & patrimoniales, quas pro tuenda Republica accepit, & quae regni sunt, quas ēt non alienare iurauit, vt in c. intellecto, & in c. sicut nostris, extra de iureiurā. possit alienare, & si alienatę sunt, an praescribi possint, in l. quicunq; desertum. C. de omni agro deserto lib. 11. dixi plene in repetitione l. donationes, C. de dona. inter virum &
34 vxorē. Et † quod singulariter cōmunis & tam frequentata magistrorum sententia amplexa est de praescriptione tāti temporis cuius initij non extat memoria, vt sit loco tituli & priuilegij, ēt in regalibus, seu iuribus regalię, quae praescribi possunt illa praescriptione, per c. super quibusdam. extra de verb. sign. Non loquitur illa decretalis epistola de pedagijs seu guidagijs fiscalibus, seu patrimonialibus vel domanalibus seu dominicis principis, quoniam illa iura praescribi non possunt l. compent. in fi.
C. de

C. de præscript. triginta ann. Sed quod vnusquisq; baro, aut dux,
vel comes, seu marchio, seu alius ab illis inferior dominus in
suo territorio exegit, qualia sunt pedagia, & illa iura, quæ pro-
prie regalia dicuntur in d. c. vnico, quæ sint rega. colla. 10. præ-
scribunt. Et iura illa ideo regalia dicta sunt, quia non nisi ex re-
gia concessione licitum est cuiquam exigere cum pęnę inter-
minatione, l. 1. & 3. C. noua vectig. impo non posse, & dict. c. su
per quibusdam, quæ sine iusta causa & legitima rex concede-
re non potest, d. l. 1. C. no. vectig. impo. non pos. ibi, qui re dili-
gēter inspecta vtilitatem communem intuitus scribet nobis,
quæ comperit, & an habēda sit ratio nostri, & quatenus, existi-
mabimus. Idem in l. placet. C. de excus. mune. lib. 10. Et si secus
rex faciat, peccat mortaliter, secundum Innocen. in c. innoua-
mus, extra de censibus adde l. vectigalia, & l. fi. C. de vectig. &
35 commiss. † In istis enim iuribus, quibus ius resistit, longa & cō
tinua possessio tanti temporis non sufficit, nisi ab initio titulus
& bona fides interueniant, capit. si diligenti. extra de præscrip.
Saltem ab initio bona fides interuenire debet. Alioqui nullo
vnquam tempore, etiam cuius initij non extat memoria, præ-
scribi possunt, d. c. 1. de præscript. in sexto. Sed quomodo po-
test esse bona fides ab initio, si non interueniat titulus? certe
non potest, cap. fin. extra de præscript. l. fin. C. vnde vi. capitu-
lo, ad decimas, de restit. spolia. cap. dudum, extra de deci. & d.
capitulo primo. de præscript. in sexto, & d. capit. si diligenti. ex-
tra de præscrip. Et idem in specie notatur in l. fin. C. noua vecti
gal. imponi non pos. ibi, & vltra antiquam consuetudinem, &
nostrę terminos iussionis. Ecce quomodo cum antiqua con-
suetudine copulatiue requiritur concessionem principis inter
uenire, & si secus fiat, pęna perpetui exilij interminatur ab im-
peratore. Sed si ita inhærere velis dicto capitulo, super quibus-
dam, intellige in terminis suis sicuti supra declarauimus de
his, qui in territorio suo pedagia & guidagia exegerunt tanto
tempore & c. absque regum concessione, vt illi in sua possessio
ne permanere possint. Sed non de pedagiis, & alijs regijs iuri-
bus seu fiscalibus, quæ alienari non possunt, neq; vllo vnquam
tempore præscribi, d. l. comperit. C. de præscript. triginta an-
36 no. Et ratio est, † quia vsibus publicis destinatę sunt, vt earum
ratione populus a principe subleuari possit §. primo, & §. publi
corum, in authentica, de manda. princip. collatio. tertia l. finali.
C. de exacto. tributo. lib. 10. §. primo, in authentic. de collator.
collat. 9. Et dicit Luc. de Penn. in d. lege, quicunq; desertum.
sexta colum. in princip. C. de omni agro deserto. lib. 11. propter
huiusmodi alienationes sępissime contingere, vt reges & prin
cipes necesse habeant ad subditorum facultates manus exten-
dere, quare pro reipublicę vtilitate & populi commoditate
res dominice & patrimoniales pariter fiscales alienare non li-
cet, cum solis principum vsibus destinatę sint. Illas igitur alie-
nare non licet, nec præscribere, per prædicta. Et Luc. de Penn.
non tam pulchras quam verissimas similitudines, & toto nixu
37 amplectēdas inducit. † Princeps, inquit, Reipublicę & populi
pater est §. fina. in authen. neq; virum quod ex dote, collatio. 8.
ibi, hoc post Deum, qui est communis omnibus pater. Sed pa-
ter res maternas filiorum alienare non potest l. 1. C. de bonis
mater. dicta lege prima. §. fin. C. de Anna. excep. sic neq; prin-
ceps potest, capit. intellecto. extra de iureiuran. l. apud Iulianũ,
38 §. constat. ff. de legat. primo. † Secundo, princeps Reipublicæ
maritus est, hoc dicit post Lucanum in secundo, vrbiq; mari-
tus. Et inter principem & Rempublicam matrimonium con-
trahitur morale & politicum seu temporale & terrenũ, quēad
modum inter prælatum & ecclesiam spirituale contrahitur
matrimonium, capit. sicut, 7. q. 1. & capit. quoniam, de immu-
nit. eccles. lib. 6. Et quemadmodum vxoris dotem maritus nō
potest alienare l. si fundum, ff. de fund. dota. lege prima. C. de
fund. dotali. l. vnica. §. & cum lex. C. de rei vxor. actio. §. penult.
& fin. in authen. vt immobil. ante nupt. dona. collat. 5. pari ra-
tione neque princeps. Et sicut licet mulieri dotem alienatam
reuocare l. in rebus. C. de iure doti. authen. si mulier. C. ad Vel
leia. sic & Respublica res a principe alienatas, imò princeps ip-
se reuocat l. si procurator. vbi gloss. hoc notat. ff. de excep. doli.
dixi in repetit. l. donationes. C. de donat. inter virũ & vxorem.
Tertio quemadmodum prælatus non potest res ecclesiæ alie-
nare, imò alienatas reuocare potest, vt in capitulo, nulli, & ca-
pitul. sequent. extra de reb. eccles. non alienan. capitulo, non li-
ceat Papæ. Et in tota causa 12. quæstione secunda, sic in princi
pe. Et huiusmodi similitudo principis & prælati & reg. s fit in
39 capitulo, in apibus septima quæstione prima, † sed quæ vsibus
publicis destinantur, non licet cuiquam occupare, vel in alios
vsus conuertere, quacunque possessione tam longę a non ob-
stante l. viam publicam ff. de via publica, vbi hoc idem notat
Barto l. quo minus ff. de flumin. l. fluuium ff. de damno infe-
cto. lege, diligenter. C. de aquæ ductu. libro 11. iuncta gloss. in
verbo, longi temporis, ibi, vel verius hic ipsum publicum. Et
induco. l. finalem. C. de longi temporis præscript. quæ pro li-
bertate, præscriptio quantumcunque longissima aduersus li-
bertatem non recipitur, etiam, inquit ille text. sexaginta anno-
rum, si contra priuati alicuius libertatem præscriptionem nō
licet opponere, multo minus aduersus Reipublicę libertatem
licet, cum causa publica priuatę sit præferenda, lege, vtilitas, C.
de primipi. libro duodecimo & lege prima. C. ne rei domi. vel
templo. Neque abs re puto a conditoribus consuetudinis pa-
triæ Normanicę dictum fuisse huiusmodi possessiones seu vsu
40 capiones & præscriptiones furtiuas esse, † & quemadmodum
res furtiua, vel vi possessa, aut alio vitio affecta, impræscriptibi-
lis est, quocunq; tempore possideatur, & si mille annis possessa
sa sit, donec vitium purgatum sit l. vitia. C. de acquir. pos. l. an
in vitium, vbi gl. hoc notat. & l. cum heres, ff. de diuers. & tem-
por. præscript. l. sequitur §. tunc in potestatem & §. si tu vi. & le
ge, si rem ff. de vsucapio. Licet glo. in §. furtiuę, institu, de vsu-
capio. & in l. Pomponius §. primo, in verbo, vitijs, ff. de acqui-
rend. posseis. dicat triginta annis præscribi posse, per l. sicut, C.
de præscriptio. trigin. anno. quas sequitur Roma. post Bartol.
in dicta l. sequitur §. si tu vi. ff. de vsucapio. & plerique dubita-
uerunt, sicuti scribit Modern. Papien. in dict. l. Pomponius §.
cum quis adminiculo. in expeditione glo. in verbo, vitijs, & in
l. 1. col. 9. princ lecturę. C. de ser. fugiti. Barto. etiam dubitauit,
an sua opinio de iure canonico sustineri possit, propter regu-
lam, possessor. de regul. iur. in sexto, per quam male fidei pos-
sessor prohibetur vllo vnquam tempore præscribere. Hoc di-
41 cit in l. sequitur §. si viam. ff. de vsucapio. † Et ad confirmatio-
nem dictorum per Accurs. Iaso. in dicta l. 1. 9. colum. C. de ser.
fugiti. vtitur hoc argumento ex illo §. si viam. In præscribente
actiones personales non est necessaria possessio, sed sola partis
negligentia attenditur, per illum §. quare neq; bona fides, ne-
que mala fides præscribentis esse possunt in consideratione,
42 sed negligentia eius, cuius res præscribitur. † Et ideo fur præ-
scribit, dummodo raptor non sit violentus l. si quis emptionis,
in princip. & §. sed & si quis, & l. sicut, in princ. C. de præscript.
triginta anno. & præscriptio triginta annorum currit ex sola
negligentia. Alleg. Bartol. in l. fi. in princip. ff. de eo per quem
factum est, & c. placuit, secundum §. potest, 16. qō. 3. Et illum
tex. dicit esse meliorem de iure. Sed addo illi tex. longe melio-
rem in l. fin. in fine. C. de anna. except. ibi, cum contra desides
homines & sui iuris contemptores odiosę exceptiones opposi
tę sunt. Ipse idem Ias. in dict. l. Pomponius, §. cum quis admi-
43 niculo. ff. de acquir. possel. † contrarium conclusit, & eam con-
clusionem dicit esse Anton. de Buttio, Ioan de Imol. & Abb.
in c. si diligenti. extra de præscrip. eiusdem Ioan. de Imol. in re
petitione, c. si. eod. tit. in 29. & 30. colum. Ioan. And. in additio-
nibus Spec. in tit de præscrip. § fin. & aliorum per eum relato
rum. Et hanc dicit esse communem sententiam, quam & gl.
& Innocen. approbant in d. c. fin. extra de præscriptionibus, &
præcise probatur in d. c. si diligenti & d. cap. fin. Addit Papien.
Moder. reiectis aliquibus fundamentis Anton. de Butt. & alio
rum suorum sequacium, hoc solum argumentum, d. cit. n. de
iure ciuili malam fidem inesse heredi. l. in his §. non debemus,
ff. de regu. iur. §. 1. in auth. de iureiur. a moriente præstito. quæ
ratio de iure canonico non inuenitur correcta neq; immuta-
ta. Illi igitur standum est, capit. 1. & 2. extra de no. oper. nun ti.
44 † & maxime cum iura canonica strictius obligent hæredem
ex facto defuncti, quam iura ciuilia, quia iura canonica omne
inhonestum lucrum ab hęred. b. auferunt, ca. si. extra de sepul.
Ego vero vltra, quam ille dicat, induco duo aut tria fundamen
45 ta, quæ fortius stringunt. † Vis seu violentia, & furtum, non
tm̃ personam vim, aut furtum committentem sed & personā
hæredis, imo plus rem ipsam afficiunt, text. est, qui non potest
euitari in d. l. vitia. C. de acquir. poss. Vitia, inquit possessionũ a
maioribus contracta perdurant, & successorē auctoris sui cul-
pa comitatur. Nota hoc verbum, perdurant, vt supra hoc no-
stro §. annotauimus l. vrbana. §. pernoctare ff. de verbo. signifi.
l. 1. ff. de orig. iur. Secundo, dum dicitur, hæredem vitia aucto-
ris comitari. Et gl. in d. l. an in vitium, in gl. 1. ff. de diuersis & tē
poralibus præscriptionibus illam l. vitia. ad id notauit, dum gl.
ait, si vero sit rei cohærens vitium, vt furtum, emptori quęque
nocere, & omni qui quoquo modo rem acceperit, l. vitia. C.
de acquir. poss. in d. l. cum hęres, ff. de diuer. & tempor. pręscr.
cum hæres, inquit, in ius omne defuncti succedit, ignorantia
sua defuncti vitia non excludit, & d. l. Pomponius, in fin. ff. de
acqui. poss. dum ille text. ait præterea nec vitiosę quidem pos-
sessioni vlla potest accedere, sed nec vitiosa ei quę vitiosa non
est. & in §. cum quis adminiculo eadē l. ibi, denique addimus
in accessione de vi & clam & præcario venditoris. Si igitur
non potest vitiosę possessioni vlla accedere, sed nec ea quę vi-
tiosa non est, ei quæ vitiosa est. Non igitur dabit initium prę-
scriptioni huiusmodi pręscriptio, cũ sine possessione pręscri-
ptio incipere non possit, regula, sine possessione de reg. iur. in
6. sumpta ex l. sine possessione ff. de vsucapio. Oportet igitur
rem in potestatē domini reuerti l. berã, & hoc argumento vti-
tur text. in c. de quarta & in c. cum nō liceat. extra de pręscript

gl. in c. tua. extra de vsur. Addit, Hæres succedit in crimine defuncti, hęredis autē succedentis in vitium par fortuna habenda est l. 2. C. de fructi. & lit. expen. & etiam hæredis ignorantia defuncti vitiū nō excludit. l. cū hæres. ff. de diuer. & tēp. pręscr. Et si per multorū manus ambulauerit. l. sed & si lege. §. pertin-
46 de. ff. de peti. hæ. † Si ergo hæres succedit in bonis defuncti, siue hæres idē crimen committat, siue nō sp tenetur restituere vsuras, quas defunctus exorsit, inquātum se extendit illius hęreditas, per illum tex. Ecce quomodo ex persona hæredis non variatur ius neque qualitas, seu obligatio, quę aduersus defunctum erat, vt in consimili dicitur in l. 2. §. 1. ff. de verb. ob. Et ad hoc pondero dictam. l. sequitur. §. tunc in potestatem. ff. de vsucapio. dū dicitur, in eo tunc in potestatē domini redijsse dicendū est, cū possessionem eius nactus sit, vt iuste auelli nō possit. Tantumdem dixerat in §. Labeo. in fine. eadem. l. ibi, non videri in potestatem meam reuersam Pomponius ait, nisi ita habere cœperimus, quemadmodum habuimus antequam surriperetur. Recte inducuntur. l. inciuilem. & l. ciuile. C. de furt. vt nō excuset emptorem rei furtiuę sua bona fides, imò furti particeps iudicatur qui rem furtiuam emit, nisi venditorem suum
47 exhibeat, neque rei pretium repetit. † Ecce quomodo in emptorem transit vitium, quia ab eo res vendicatur, nullo etiam emptori restituto pretio, neque principis rescriptum vitiū tollere potest. l. authoritatem. C. vnde vi. & l. 1. & fin. C. si per vim
48 vel alio modo. † Imo & is, qui dominus est, per vim tentauerit fundum suum ab alio occupatum sine iudice repetere, dominiū perdit. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi pub. Accedit. l. extat. ff. quod metus causa. l. pen. ff. ad l. Iuliam de vi priua. neque obstāt. l. sicut. & l. omnes. & l. si quis emptionis. C. de præscr. pt. 30. ann. quoniam illę leges non loquuntur in rebus affectis aut furti, aut violentiæ, quæ res ipsas afficiunt, vt ad quæmcunque perueniant, non tantum rerum detentores, sed res ipsas comitantur, dicta. l. vitia. C. de acquir. pos. quę lex nullo modo euitari potest. Et huic declarationi consentit Bar. in d. l. vitia. Nō pōt etiam. l. Pomp. §. fina. ff. de acquiren. pos. euitari. ibi, nec vitiose quidem, vlla potest accedere, sed nec vitiosa ei quæ vitiosa non est. Ecce quomodo vitia accessione prohibent, imò initio possessionis resistunt. l. clam possidere. in princip. ff. de acquir. possess. l. nam origo. ff. quod vi aut clam. Plus dico, si verus dominus per vim a malę fidei possessore eripiat ius amittit, dicta. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapionibus. quanto minus violentus seu
49 raptor acquirit. Vlterius dico, † malę fidei possessorem posse rem a vero domino, qui per vim illam eripuit, vendicare. & rei vendicationem intētare, dicta. l. si quis emptionis. §. sed hęc super illis. C. de pręscriptione triginta annorum, nulli dubium remedium Canonis, reintegranda. 2. quęstione. 1. cap. in literis. extra de restitutio. spoliato. & vis alterius opinionis consistit in solo male fidei possessore, qui non vim, aut aliud reale vitium, sed alias mala fide rem possidet. finali. C. vnde vi. an de iure ca-
50 nonico pręscribere possit. † In quo plerique cum Dyno in dicta regula, possessor. de regulis iuris. in 6. conueniunt, malę fidei possessorem posse triginta aut quadraginta annis præscribere, dicta. l. fina. in fine. & l. male fidei. in princip. C. de præscriptio. long. tempo. & in hoc æquitatem canonicam a iure ciuili non differre. Qui autem cum Dyno sentiunt, referuntur per Alex. & Papien. Modern. in dicta. l. Pomponius. §. cum quis adminiculo. ff. de acquirenda possessio. & Felyn. in dicto cap. si diligēti. extra de præscriptio. Sed, vt supra dictum est, communis omnium Legistarum & Canonistarum aduersatur sententia in capitu. si diligenti. & in capitu. 1. de præscrip. in 6. Ego nō puto per eos, qui cum Dyno sentiunt posse respondere capitu. fina. extra de præscrip. vbi litera tam prægnans est, vt aliter intellecta sine abortione fœturę eius subsistere nō possit, Dum primo ait. Omne quod ex fide non est, peccatum est. Secūdo, nulla valeat absque bona fide præscriptio, tam canonica quam ciuilis. Tertio, cum generaliter sit omni constitutioni derogandum, quæ absque mortali peccato non potest obseruari. Quarto ex his infert, vnde oportet, vt qui præscribit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienę. In quo ius ciuile correctum est, quod initium tantum nactę possessionis considerat, licet ex postfacto mala fides superueniat. l. vnica. in fine. C. de vsucapio. transforman. dicta. l. sequitur. §. de illo. in fine. & l. hæres eius. ff. de vsucap. cum ante illic per gloss. notatis. Idem probatur in dicto cap. vigilanti. extra de præscriptio. ibi, quoniam nulla antiqua dierum possessio iuuat aliquem male fidei possessorem, nisi resipuerit, postquam se aliena nouerit possidere, cum bonæ fidei possessor dici non possit. Et ex illo text. datur responsum ad argumentum Bartol. quod eum fecit variare, & propter quod Modern. Papien. in dicta. l. prima. colum. nona. C. de seruis fugiti. allegat text. quem dicebat de iure meliorem in dicto c. placuit. secundo. §. potest. in fin. 16. quæstio. 3. Cui addidi. l. fina. in fine. C. de annali exceptio. quia lex tantum odium negligentis considerauit, non autem possessionem eius, qui nō pręscripsit. Ad illud argumentum tex. respondet in dicto cap. vigilanti. dū ait, Ephesinus legislator solum propter vitādam miserorum segnitiem, & longi temporis errorem & cōfusionem primus tricennali vel quadragenali pręscriptioni vigorem legis imposuit. Aduertatur quęso ad impugnationem Ephesini legislatoris, inquit ille text. Nobis autem tam in rebus cognitis, quā latentibus placuit non habere vigorem. Ecce quomodo male fidei possessor desidis fundum nullo tempore præscribit, etiā quadraginta annis. Et hæc ratio similiter posita est in l. cum quęratur. C. vnde vi. ibi, ridiculum enim est dicere vel audire, quod per ignorantiam alienam rem quasi propriam occupauerit. Omnes enim scire debent, quod suum non est, ad alios modis omnibus pertinere. Et considera quod in eadem. l. sequitur. Cum talis dispositio in furti actione iamdudum veteribus. ll. diffinita, ducentibus, Si quis alienam rem aduersus dñi volūtatem attigerit, furti actione tenetur. Et sic prædo nō minus q̃ fur appellatur, qui furtiue aut violenter rem alienam occupat. liceat postea lex illa in fine prædonem tueatur triginta annorū præscriptione. sed in hoc lex canonica, quæ bonā fidē vult in omni temporis parte interuenire, legē illā fi. & similes, & ipsum ius ciuile in hoc corrigit, quia ratio canonica nō vult istiusmodi prædonem seu malę fidei possessorē, et nō violentū vel altero reali vitio affectum, posse præscribere. & Fely. in rubrica extra de præscript. dicit post Paulū de Cast. in cons. 293. incipiente, visis & ponderatis omnibus. verba quæ in diffinitione pręscriptionis apponuntur, pęnam negligentibus inferre, esse magistralia, non aūt inuenta ab aliqua lege, qm̃ negligentia non sumit proprie sonans in vitium, sed prout sonat in simplicem & nudam cessationem, quę vitium vel culpam nō habet, inquit Fely. Ad primū dic illi obstare dictā. l. fi. in fi. C. de annali exceptio. & c. placuit. 2. §. potest. 16. q. 3. Ad secundū dic siue per culpam quia ius suū negligat, siue per ignorantiā hoc contingat. l. sicut. §. nec sufficiat. ibi, non sexus fragilitate, non absentia, non militia contra hanc legem defendenda. C. de pręscript. triginta anno. §. rursus. in authen. vt sponsa. largi. colla. 9. & authen. malę fidei. C. de præscript. longi tempo. & dicta. l. fina. C. de anna. except. Ex quo elicio aliud consecutiuum,
51 † per quod demiror, tantos patres, qui in hoc tantum firmati sunt, quod lex possessionem præscribentis non consideret, sed solum odium desidis seu negligentis, quoniam id verum esse non potest. Nam si res continue possessa non esset, præscriptio interrupta foret. l. in vsucapione. §. accessio. ff. de diuers. & tē-
52 por. præscript. l. naturaliter. ff. de vsucapio. † Neque absq; possessione, saltē vitiosa, procedere præscriptio. l. sine possessione. ff. de vsucapio. regula, sine possessione. de regul. iur. in sexto. si enim res multis annis vacans permansisset, tempus vacātis rei pręscriptionē impediret, dicta. l. in vsucap. l. 1. §. si quis propter inūdationē. ff. de itinere actuque priua. & l. clā possidere. §. qui
53 ad nundinas. ff. de acquiren. pos. † Sed non intelligas de illa rei vacantia, quæ post mortem contingit possessoris, antequā hęres eius hęreditatem adeat, quoniam hæreditas iacens & hæres defunctum repræsentāt. l. hæres & l. hęreditas. ff. de vsucap. Nō etiam intelligas de ea, quę per culturam aliqua iusta ratione a possessore omittitur. per illā enim vacantiam, seu potius rei vacationē, res seu rei possessio nō derelinquit. l. licet. & l. improba. C. de acquir. pos. Quibus modis non eo animo possessio vacans dimittitur, vt possessio animo amittatur, d. l. licet. Alio-
54 qui secus per illum text. Quod † aūt possessio cū temporis lapsu a legislatore consideretur, est tex. in d. l. cum quærebatur. in fin. C. vnde vi. ibi, si non ex die ex quo possessio detenta est, triginta annorū excesserint curricula. Hoc etiam declarat authētica, nisi triennale. C. de bonis mater. ibi, nisi triennale transeat tempus, quo possessor dominus fit, & detentatio dominos accipiat, vel cōstituat. quare non potest hæc ratio vrgere. Verum est autem, odio negligentium ex quadam iuris pręsumptione introductam fuisse pręscriptionem triginta annorū, quasi res suas tandiu ab alio possessas pro derelicto habere videantur, argumento. l. qui habebat. in princi. ff. de lega. 3. l. fi. C. de iure dominij impetran. Et pro bono publico ne diu res in incertū maneant. l. 1. ff. de vsuscap. sed non quòd pp eas dominium rerum pręscriptione triginta annorū acquiratur, nisi cū possessione iustus titulus & bona fides interuenerint. l. si quis emptionis. in princi. & §. 1. C. de pręscript. triginta anno. dix. in l. 1. §. supra eodem. Et quod possessio tam diuturna sit præscriptionis potissima ratio, probatur in l. fi. C. de edicto diui Adri. tollē. in his verbis, nisi tantum temporis effluxerit, qd̃ possit vel possessori plenissime securitatem etiam super dominio pręstare. d. l. competit. C. de præscript. triginta anno. in his verbis, Iubemus eos, qui rem aliquam per continuum quadraginta annorum curriculū sine quadam legitima interpretatione possederint, de possessione quidem rei seu dominio nequaquam remoueri. Plures aliæ leges colligi possunt, quas sedulus lector considerabit. Sed de iure canonico nō est desidis tanta consideratio habita, quāta iniquitatis male fidei possessoris, vt ex prędictis videre licet.
55 Plus † in hac re dicit Luc. de Pen. in l. fina. quęstione. 25. C. de quib.

quib. muneri. vel præsta, nemini liceat se excus. libr. 10. Et in l. cum neq; C. de incol. eo lib. post Iacob. de Beluis. huiusmodi præscriptiones pedagiorum, tributorum, & collectarum præiudicare tantum his, qui sponte tanto tempore, cuius initij memoria non extat, soluerunt, non autem principi, a quo permissionem non obtinuerint l. pen. in fi. C. de exacto. tribu. li. 10. & l. pe. in fi. C. de cano. sacra. largi. eo. lib. † Pius Luc. de Pen. in dicta l. cũ neq; C. de incol lib. 10. ait, non posse principem alicui ciuitati vel populo priuilegium concedere collectas vel tributa & huiusmodi iura exigendi, cum princeps rerũ singulariũ dominus non sit, nisi quantum ad protectionẽ in l. bene a Zenone. C. de quadrien. præscript. seruitus autẽ nõ nisi a domino imponi potest l. 1. ff. communia prædio. Et ad similitudinẽ mariti, qui non põt seruitutem fundo dotali imponere l. Iulianus ff. de fundo dotali. vel etiam proprietarius inuito vsufructuario l. sed etsi ꝙ §. si ff. de vsufruc. Addit textum in argumentũ in c. cum tempore. extra de arbitr. ibi, illis duntaxat capitulis exceptis, quæ contra libertatem ipsius monasterij &c. in vers. seq. ibi, de iure tamen nequiueris sine licentia Romani Pontificis renunciare priuilegijs vel indulgentijs libertatis &c. Ad id facit c. peruenit, vbi glo. in verbo, ignorantiæ. extra de censi. Non enim, inquit ille tex. Inueniri potest census ignorantiæ, præsertim ẽm gl. illic, in his in quibus iura resistunt, quoquo tempore exigantur, dicto c. si diligenti. extra de præscript. Nõ enim sine titulo & bona fide possideri possunt, & ex consequente præscriptionis initium accipere, dicto c. fi. & c. vigilanti. extra de præscrip. & c. ad decimas. extra de resti. spoliato. lib. 6. His enim quibus iura diuina & humana resistunt nõ est dabile initiũ cuiuscunq; possessionis, non tanto grauiora peccata sunt, quantũ infelicẽ animam tenuerunt alligatam c. fi. extra de consuetudi. l. nõ dubium. C. de legi. cap. quo iure c. si solus 8. distinct. Posset hic repeti mã regulę, peccatum, & regulę, nõ est obligatoriũ de reg. iur. in sexto. & ca. possessor. eodem titu.

57 † sed legum ciuiliũ constitutione, vt. s. dictũ est, ad hoc vt quis præscriptione vti possit, duo sunt necessaria, principis cõcessio & longissima possessio seu perceptio l. fi. C. noua vectig. instit. nõ possibi, & vltra antiq̃ consuetudinẽ & nostrę terminos iussionis cũ alijs. s. notatis, quas nõ repeto. Quibus addo l. cum satis. C. de agrico. & cẽsi. lib. 11. quoties lex ab initio resistit possessioni seu præscriptioni, quocunq; tẽpore possideantur, etiã longissimo, huiusmodi præscriptio præscribentem nõ releuat. Probat ille tex. in his verbis, quantacũq; emanauerint, vel quacunq; prolixa negotiatione aliquis sibi vendicet libertatẽ, & in his verbis, ẽm exemplũ serui fugitiui sese diutius furari intelli-

58 gitur. Quare non satis admirari possem † neotericos de rege Fraciæ scribentes iura exẽptionis prẹscripsisse tanto tẽpore, cuius initij nõ extat memoria, idq; exemptionis beneficium veluti iure constituti obtinere, nisi forte Petr. Io. Faber, Guliel. de Cun. & pleriq; alij prius eis hoc sensisset in l. prima. C. de summa Trinitate & fide catholica. Henricus Bohic in capit. si diligenti. extra de præscrip. qui multa circa id scribit, vt videre licet, ex glossatore pragmaticę sanctionis. Nam si de iure Francorum rex Christianissimus Imperatori subiectus fuisset, non potuisset vllo tempore quantuncunq; longissimo de iure libertatem præscribere. Et idem Barto. notat in l. hostes. ff. de capti. & postlimi. reuers. dum de regibus Franciæ & Angliæ loquitur, qui se ab imperio subtrahunt priuilegio, præscriptione, vel consuetudine. Ob id tamen inquit, ciues Romani esse non desinunt. Et plerique alij commemorantur a Moder. Papiens. in l. 1. C. de summa Trinitate, & fide catholi. qui cum Bartol. consentiunt post Cynum & antiquos in eadem l. Abbas etiam in ca. per venerabilem. extra qui filij sint legi. Et Fely. turbam doctorum congerit in capit. cum non liceat, & in cap. cum nobis. extra de præscrip. Repetere possem ea, quę in l. donationes C. de donatio. inter virum & vxorem a me scripta sunt, quę cõsulto omitto. Assentirẽ quippe illis, si de iure probari posset, Imperatorẽ esse orbis dominum. Sed his, quæ in oppositum ab illa tam grandi multitudine adducuntur, respõsio data est. Et Ioan. Faber. breui aliquo compendio plus ęquo respondit. Ego vero paucis absoluam vltra quã alias in tractatu dixerim.

59 In primis omnes confitentur, † quotquot sunt qui commentarios in iure ciuili & Pontificio fecerunt, non eos dixerim tantũ quos neotericus ille Narbonensis accusat, reosq; facit sanguinis, fauoris, loci a temporis, sed & exteros, non modo Romanos & Italos, sed & Teutones seu Alemanos omnisq; generis scriptores, Græcos & Barbaros, imperiũ ipsum a violẽtia ori-

60 ginem sumpsisse, † idq; opus primum Iuliũ Cæsarẽ in Gallos cepisse, ꝙ multis ante sęculis a Romanis consulibus cum dedecore & grandi eorum iactura attentatũ extiterat. Postremo aũt dol. s Cæsarẽ opus per eũ cęptũ cõlummauisse, vt superius ostendimus. Et vltra quã in tractatu diximus, addo Angel. in l. deprecatio. ff. ad legem Rhodi. de iactu. Et Hostie. in sum. ma in tit. de adulter. §. quæ sit pęna. Alber. in l. prima. C. de summa Trinitate & fide catholica. Alios et Fel. cõmemorat in dicto c. cum non liceat colum. fi. & in c. cum nobis. extra de præscript. lo. Fab. in dicta l. prima. C. de summa Trinitate & fide catho. Idq; Cæsari pro imperij iure fuit, si imperium dici debet, vsurpauitq; in eos, quos in primo belli Gallici Romanorũ socios appellat, neq; antea Aruernos & Rutenos in prouinciam redactos, neq; stipendium imposuisse Cæsar ipse scribit. Quare pręcipuũ Cæsaris fundamentũ in hac re fuit violẽtia &

61 infidelitas, quę initium & fundamentum fuerunt, † legẽ Breni Gallorum ducis, cuius supra post Liuium in quinto ab vrbe condita meminimus, accepit. Dicebat enim Brennus, ius in armis esse, & omnia fortium virorum esse. Cæsarque ob id, vt Cicero lib. de officijs tertio scribit, semper in ore habuisse cõmemorat, imperij gratia ius violandum esse. Id post Ciceronẽ Tranquillus in Cæsare scripsit cap. 30. similiter & lex Ariouisti cuius Cæsar in primo belli Gallici mentionem facit, ius esse belli dicebat Ariouistus Germanorũ rex, vt qui vicissent, iis, quos vicissent, quemadmodum vellent, imperarent. Vel eam naturæ legem, quam Dionysius Helycarnaseus in primo suæ historiæ libro memoriæ tradidit, & quam nullum tempus dissoluere posse ait, Deterioribus semper imperare meliores. Et si ethnicis diuina coniungere liceat, quemadmodum multi diuini scriptores sępius commiscent, non vt tam prophanis literis fides habeatur, quam ex diuinis. Dominus enim noster Iesus ait, propter sęuitias & intolerabiles populorum iniquitates regnum de gente in gentem transferri, & gentem aduersus gentem insurgere. Hinc seditiones, hinc bella, & populorum oppressiones, hinc variæ istiusmodi calamitates, quo fit vt nemo quietus viuat. Hæc non tam ex historijs prophanis quam ex sacris literis legi possunt. In libris Numerorum, Regum, Paralipomenõ, Machabeorum, & prophetarum, cum omnia hæc Dei iudicio fiant. Probat etiam imperiorum, translationes a Scythis ad Egyptios, ab Egyptijs ad Assyriõs, ab Assyrijs, qui mox Syrij dicti sunt, ac Medos, a Medis ad Persas, a Persis ad Lydos, a Lydis ad Thessalos, a Thessalis ad Spartas, a Spartis seu Lacedemonijs seu Gręcis a ad Gallos, a Gallis ad Romanos, a Romanis iterum ad Gallos, a Gallis in Italos, ab Italis in Germanos, qui neque imperio nisi pro voto vel arbitrio obediunt, tanta præterea fuit Romanorum iniustitia, sicut ex prioribus videre licet, vt nullo vnquam tẽpore quietum eis qualequale eorum imperium fuit, sed passim omnes gentes aduersus Romanos insurgebant, vt Romanum nomen omnibus semper inuisum prorsus deleretur & extingueretur, neque vlla Romani nominis ratio haberetur, & necdum ab exteris, sed nec a suis, a quibus præmebatur, Roma bellis ciuilibus, alijs continuis agebatur motibus, libera fuit. vt nihil liberum aut pacificum inter eos esset, & adhuc nostra ætate non sit. Hinc due Romani iuris conclusio-

62 nes excipiuntur, vt suis legibus Romani conuincantur. † Prima est, Vi tantum Cęsarem, non dixerim imperium, sed tyrãnidem obtinuisse. neq; tyrannidẽ nominare pudet, cum vt superius ostendimus, a Cicerone. Polybio, Tranquillo, Plutarcho, alijs denique Romanis & Italis chronicorum scriptoribus sic appellati sint, & quam, vt Tranquillus inquit, a prima ætate sua Cęsar concupiuit, quæ raptori, & vim inferenti tantũ obest, vt nullo vnquam tempore vsucapiat, vel pręscribat, seu præscribere possit, vt paulo ante diximus, & i tractatu plenius annotauimus, similiter & Ioan. Fab. scribit, & recte in dicta l. 1. C. de sum. Trinita. & fide catholi. Et ideo non tantum hæc facultas ab ecclesiasticis legislatoribus rei suæ vẽdicatio & defensio permissa est, in c. dilecto. extra de sentẽ. excõ. lib. 6. c. Pisanus. extra de resti. spolia. verum etiam ab ipsis imperatoribus seu tyrannis concessa est, & pręsertim qñ aliter quod suũ est repeti non potest, vt post Bal. in l. 2. C. de serui. & aqua in tracta.

63 scripsimus. † Et id incontinenti fieri dicitur in l. 3. §. cũ igitur ff. de vi & vi arma. quã primum is, qui vim passus, recuperare poterit, persistẽte semper recuperãdi animo l. licet. C. de acq. pos. quoniã plura de hac rescripsi in tractatu, & multa illis supra addita sunt, plura hic non repetam, sed cũ Gallis alijsve nationibus & populis vendicandæ libertatis semper animus fuit, imò quantũ potuerunt pristinã suam libertatẽ recuperarent, semper in Cęsarem aliquid moliti sunt, vt ex ipso Cęsare in commentarijs belli Gallici, & Tranquillo, Strabone, Polybio, Cornelio Tacito, & alijs scriptoribus, quorum supra meminimus, legi potest. Et ad pręcedẽtium confirmationẽ excepimus, ne forte denuo dicatur propter sanguinem, aut patrię, loci, & temporis fauorem nobis obiectum, quę in tractatu scripsimus defendisse. Ad id enim comprobandũ peregrinis au-

64 thoribus vsi sumus. † Recte hic induci possent omniũ doctorũ glossemata, quæ in l. clam possidere in prin. & §. qui ad nũdinas, & l. seq. ff. de acqui. poss. scribũt, dum de possessione tractant, quę animo retinentur, si animus in expulso cõtinue permanserit. Quę cum plana sint, non repeto. & in l. licet. ibi, sed ex metus necessitate, & l. improba. C. de aqui. pos. dixi in repe

65 titio. §. differentia in l. si quis vi. ff. de acqui. pos. † Ex his se-

cunda iuris conclusio & indubia excipitur, vbi ius belli pro ti-
tulo erit, non posse præscriptionem causari, nisi cōtinua sit, &
nullo pacto ab eo qui vi eiectus est, aut ab alio interrupta sit. l.
naturaliter ff. de vsucapio. Et vbi contraria vi aut contrario fa-
cto interrupta erit, præscriptio euanescit. Quod autem populi
quos Romani consules & imperatores nomine populi Roma
ni, imò Cæsar ipse siue suo siue populi nomine armis inuase-
rant, cōtinue bella in Romanos mouerint, vt ex Cęsare & Trā
quillo & alijs scriptoribus, quos in testimonium rerum ab il-
lis gestarum produximus, ostendimus. Quoties autem Roma
a Gallis & alijs nationibus, Germanis, Cymbris, Teutonibus,
Scythis alijsq; populis Barbaris oppressa, & ad interneciē vsq;
perducta fuerit supra docuimus, vt nec Roma ipsa neque Italia
ab huiusmodi incursionibus libera euaserit, ruinę ipsę demon
strant, & nouissima clades, quæ a Carolinis militibus facta est,
cuius supra meminimus, huic rei testimonium præbent. Quo
ties etiam a suis tyrannis derelicta Roma fuit, dum a populis
Barbaris opprimeretur Romanæ historiæ scriptores plane de-
scribūt, & quisquis desiderauerit, ex Orosij historia intelliget.
Translatio etiam imperij in Gallos facta in personam Caroli
Magni hoc indicat, cuius meminit tex. in c. venerabilem, extra
de electio. Nec prætermitto, quod superius ostendimus, nun-
quam Romanos vniuerso orbe potitos fuisse, si Romanorum
scriptorum verbis vti liceat. Neque Romanos periculum fe-
cisse in Scythas & Aegypti populos, qui vltra Euphraten flu-
uium incolunt. Docuimus præterea, quot incursiones Gallia
a finitimis & alijs populis Barbaris sustinuerit, quarum medio
Romani e Gallia eiecti sunt, & ad vnum interempti, quo no-
mine vsi sunt, donec Gallia gentile nomen Francicum a suis,
qui primum post euersam Troiam in Gallia Belgica sedes sta
tuerant, acceperunt, quam Germano quodam sanguine com
mutarūt cum his, qui in priore loco regiam suam vrbem quā
Sycambriam a fluuio denominarant, permanere voluerūt di-
uisis inter se agris statuto pro agrorū limitibus Rheno fluuio,
& ne inde sanguinis mutatio contingeret, mutuis connubijs
seu matrimonijs vsi sunt. Idq; Francicum nomen cum genti-
le esset, ab eorum primo duce mutuati sunt, quod hactenus per-
mansit. Hic enim dux Francus appellabatur Hectoris filius, vt Ma
nethon Aegyptius in libro de temporibus scripsit, qui octauo
post euersam Troiam anno Celtis imperare cępit, quo Lydi
mare obtinuerunt, priore autē anno, qui septimus post Troiā
captam erat Ascanius Latinus in Italia regnare cępit. De reli-
quis vero prouincijs, quæ non tm̄ a Romanis defecerunt, sed
& Romam ipsam euerterunt, quantum ad rei nostræ confir-
mationem necesse fuit, descripsimus, quæ repetere non expe-
66 dit. † Nec inuenies Romanos eorumve tyrannos decem annis
pacifice prouincijs, quas suæ potestati addere tentauerūt, vsos
fuisse, sed in continuo motu prouincias pro vendicanda sua li-
bertate extitisse, quare neq; statū legū authoritate ius imperij
in eas obtinuisse potuisse, compertum est, d. l. naturaliter ff. de
vsucap. Imo ēt sine violentia per actus ciuiles interruptio prę-
scriptionis fit, per illum tex. & l. cū nouissimi. §. penult. & l. oēs.
C. de præscript. trig. inta anno. l. vt perfectius, C. de anna. excep.
c. illud, extra de pręscrip. § primū, in auth. de litigio. coll. 8. Qua
re vbi Romani principes canonicę veritati insistere nollent,
neq; eam admittere, suas tm̄ leges refutare nequirent vel im-
probare, l. 1. ff. quod quisq. iur. c. 1. 1. dist. l. digna vox. C. de legi.
67 l. princeps ff. de legib. † Romanis aūt legib. præscriptio violēta
alia ōtria violentia interrumpitur, vt ea præscribens iuuari non
possit. Nō ergo iure dici potest illos possedisse, qui per vim aut
impressionem coadunatis hominib. alienas possessiones inua-
serant & occupauerant l. 3. §. cum igitur ff. de vi & vi arma. l. si
fundum. C. vnde vi. l. extat. ff. quod met. causa. l. penul. ff. ad legem
Iuliam de vi publica. Ad id ratio. l. licet. C. de acquir. poss. recte
facit, dum ait, Si ergo prædiorum desertam possessionem non
derelinquendi affectione transacto tpe non coluisti, sed ex me
tus necessitate culturā eorū distulisti, præiudicium tibi ex trans-
68 missi temporis iniuria generari non pōt. † Nec dissentit l. im-
proba eod. tit. Improba, inquit, possessio firmū titulū possiden
di præstare nullū pōt, & ob id subiungit. Vnde ingredientē in
vacuā possessionē alieni fundi non consentiente dn̄o vel acto-
re, qui eius rei concedendę ptātem habuit, cām iustam posses-
sionis adipisci non potuisse certū est. Ecce quō possessionem
69 violētus nō acquirit. † Sed in iure clarū est sine possessione prę
scriptionem non procedere. l. sine possessione ff. de vsuc. & re-
gula, sine possessione, de regu. iur. in 6. Igitur non præscribit,
qui per vim occupat. & illo argumento, vt dixi, Abbas & alij in
d. c. cum nobis, & c. cū liceat, extra de præscriptio. vtūtur aduer
sus eos, qui aspirant se a suprema principis authoritate exime-
re longissima præscriptione ēt tanti tpis, cuius initij non extat
memoria. Et rō aperta est in d. l. vitia. C. de acquir. poss. cuius
supra meminimus, dum ait, Vitia possessionum a maiorib. cō-
tracta, perdurant, & successorē authoris sui culpa comitatur,
& in d. l. Pomponius §. fi. ff. de acquir. poss. dum in ea dicitur,
possessionem vitiosam nulli alteri possessioni posse accedere,
neq; iustam vitiose. Si igitur accedere non pñt, pręscribere nul
lo tpe potuerunt. In quib. rō illa canonica fundata est, quæ hu-
iusmodi pręscriptiones prohibet, cuiuscūq; tpis fuerint, in c. si,
c. si diligenti. & c. vigilanti. extra de præscr. ca. possessor. de reg.
iur. in 6. Imo plus, c. 1. de præscriptio. lib. 6. In præscriptione tā
ti temporis, cuius initij non extat memoria, vult possessorē ab
initio bonā fidem habuisse, alias non præscribit vllo tpe. Sed
quō potest violentus possessor bonam fidem habere? omnia
iura contradicunt, quare Romani, qui tm̄ quæ occupauerunt,
vi occupauerunt, multo tpe acquirere potuerūt. Hic audi pos-
sunt quæ scribit Innoc. in c. olim cām, 3. col. extra de restit. spo
liato. & Bal. in l. 1. C. vnde vi. & Bar. in l. 1. alius. §. bellissime. ff.
70 quod vi aut clam. Ex quorum dictis † probatur licere cuicunq; spo
liato, qui possessionem per authoritatē iudicis recuperare non
potest, posse per vim, aut furtiue ablata propria authoritate, ēt
ex interuallo recuperare. Hoc dictum Innoc. Flor. sequitur in
l. itaq; argumento illius tex. ff. ad legem Aquil. Et addit Innoc.
tex. in c. sex sunt 23. q. 2. dummodo vlciscendi gratia hoc non
faciat, sed repetendi causa tm̄, induci potest cap. 1. vnico, in fi-
ne, de milit. vasal. qui contu. est, collatio. 10. sed melior text. est
in c. Dominus noster. 23. quæst. 2. Et cū hæc disputatio tituta-
lis sit, vide quæ Modern. post Bar. & Bal. scribunt in l. vt vim ff.
de iustitia & iure, in l. 1. C. vnde vi. in l. si de vi. ff. de iud. in d. ca.
olim. post Innocen. extra de restit. spoliato. in cap. significasti.
extra de homicid. Innoc. in cap. quia plerīq; extra de immuni-
tate ecclesię, dum ait, licere cuicunq; vi sibi ablata hostili ma-
nu recuperare, si per viam iuris consequi non potest. Bal. sequi
tur in l. ex hoc iure, in 12. quęstio. ff. de iustitia & iure allegat in
argumentum l. cum pater. §. Titio ff. de lega. 2. Vbi Accursius
plures leges commemorat illi concordantes. Hic plura de ty-
rannide & tyrannis recenseri possent, quæ huic nostrę disputa-
tioni conuenirent, quæ consulto omittimus, cum plures tra
ctatus extent, qui per me citari possent, sed sufficiet mihi do-
ctrina Lucę de Penn. in l. vnica, col. 16. C. publ. laetit. lib. 12. Et
quæ Bald. scribit, & Modern. post eum in d. l. ex hoc iure. ff. de
iustitia & iure. Hostien. Ioan. Andr. & Fely in c. 1. de tregua &
pace. & Andr. de Iser. in capit. 1. quæ fuit prima causa benefic.
amitten. collat. 10. Luc. de Pen. in l. militantibus. C. de excusation.
lib. 10. Hac ratione non ineleganter Ioan. Fab. in l. prima C. de
Summa Trinitate & fide catholica, dixit, cum in Dei operi-
bus nihil irrationabile sit nihil malum, si imperatores fuissent
Dei dispositione instituti, non per violentiam vsurpassent, nec
tot mali, tot insipientes præfuissent bonis & sapientibus quot
scripturę attestantur præfuisse, & sanctos & sapiētes trucidas-
se. Restat ergo, inquit ille, non subesse neq; de iure, neque de
facto. Nec mirū, cum iuris fundamentum eis desit. Quicquid
igitur Romani in Gallos, seu Francos, aliosve populos potesta
tis habuerunt, id iure belli, quod eis summum ius fuit, vt Bren
nus Gallorum dux & Ariouistus Germanorum Rex, & Cæ-
sar dicere solent, alijs etiam iniuriam sic illatam naturæ se ip-
sos eximere eadem vi & virtute concessit l. vt vim, ff. de iusti-
tia & iure, vbi hæc lex naturæ inscripta est, quæ hominem ho-
mini insidiari prohibet, non ea, cuius Dionysius Halicarna-
seus meminit in primo Romanę historiæ libro, quam Cæsar
in Ariouistum retorsit, vt in primo belli Gallici scribit. Quare
ex his confirmata est tractatus nostri conclusio, Franciæ regē
71 neminem de iure in temporalibus habere superiorem. † Et vt
ad priorem nostram disputationem redeamus, nullo tempo-
re, etiam tanto cuius initij memoria non existit, iura regis, quę
regi adhærent, præscribi posse. Immo similibus vsurpatoribus
cuicunque de populo licere cōtradicere probat l. tertia §. si in
publico. & l. sequent. ff. de noui operis nuncia l. via publica ff.
de via public. reficienda. Et facit ratio. l. inuitus ff. de fide cōn.
liber. Interest enim subditorum non mutare dominum, nec
inferiorem ab eo dominum habere, ne multiplicatione iuris-
dictionum expensis, & litium anfractibus vexentur. §. præte-
rea ducatus, de prohibi. feud. aliena. per Feder. collat. 10. l. ne in
plures ff. de exercit. actio. & l. iustissime. §. ęquum ff. de ędili.
edicto. quod princeps summopere cauere debet. §. illud, in au-
thent. de appellat. & intra quæ tempo. collatio. 4. ibi, & homi-
nes propter minimas causas magnis fatigentur dispendijs, vt
forsitan totius litis æstimatio ad sumptus iudiciales non suffi-
ceret. Et in §. primo. in authen. vt omnes obediant iudici pro-
uinc. collatio. 5. ibi, quidam alias ex alijs adinuenientes occasio
nes sibi peragunt peccandi, quidam in prouincijs, & extra eas
litigare simulant. Et haud multo post sequitur, & hęc homi-
nes perpetrant tanquam perpetuam virtutem habituros se cō
fidentes, & non respiciunt ad millia & decies millia exempla,
quia sero tandem, & in personis innumerabilibus ex impoten
tibus videmus potentes procedere, ex non diuitibus diuites.
In omne autem ęuum pene ex impotentibus processerunt di-
uites, ex diuitibus autem pauperes, dum patrum iniustitiam
soboles est secuta. Et §. hęc considerantes, versic. quid enim
durius,

durius, eodem titulo, non pudebit text. illius §. propter eius
singularitatē transcribere, propter eos, qui quādodoq; negli-
gunt leges videre. Quid. n. erit durius, quā lęsum forsan circa
sublationē boni, aut equi aut iumentorum alicuius, aut pecu
dum, aut, vt exiguū dicamus, domesticæ gallinę hunc cogi nō
in qua auferē prouincia litigare, sed alibi currere, & ibi pbatio-
nes horum quæ pertulit, exigi, & aut plures expensas pati, quā
rei æstimatio est, aut inopiam ingemiscentem ferre. Vtinam
ille tex. vere diuinus, & Spiritu sancto afflatus a iudicibus præ-
sertim supremis recte consideraretur, & in cordibus eorū scri-
ptus esset. Et ꝙ paulo ante dixerat ille tex. aduersus eos, qui sata
gūt occasione capta extra suam prouinciā partes trahere. ibi,
sed expectet venire in extraneæ terræ prouinciam, ibiq; eū cō-
uenire, &c. qui tex. aureis literis in foris scriptus esse deberet, vt
ab omnibus diligenter obseruaretur, neq; ad superiora tribu-
nalia tā passim a suis prouincijs & iurisdictionibus ordinarijs
cum maximo prouincialium dispendio auocarentur. Sed ten
tat vnusquisq; equum suum impinguare, & ex alienis substan
tijs suas augere, vt Luc. de Pen. inquit, Prouideat illis Deus,
& qui Dei verus est minister pijssimus, qui sua prudentia & so
lita clementia suos tuetur & fouet, quem Deus optimus con-
seruet. Illi addo text. non dissimilem in §. fina. in authent. vt
differ. iudic. collatio. 9. ibi, ne nos imperantes iustitiam cogan-
tur homines relinquere proprias ciuitates atq; prouincias &
loca in qualibet alia concurrere a quo sumpta est authenti. si
vero contigerit. C. de iudic. & pro complemento videat quæ
eleganter Lucas de Pen. scribit in dicta l. militaribus. C. de de-
curionibus libro decimo. quorum omnium rationem habe-
re hæc non fert ætas, temporum enim malitia in causa fuit. Et
72 iuris † ciuilis scriptores in varias ob id diuisi sunt sententias cir
ca iurisdictionis & meri & mixti imperij præscriptionem, an
præscribi possit, & vbi præscribi poterūt, quo tempore præscri
bantur. De quibus in l. imperiū, per Bal. Alex. & Modern. Pa-
ff. de iurisdict. omnium iudi. Cy. & Bald. in l. prima. C. de emā-
cipa. liber. Romanū in l. prima. §. deniq. ff. de aqua pluuia arcē-
da. Bal. & Roma in l. prima ff. de damno. infecto. Iacob. de san
cto Georg. in tractatu feudorū in verbo, & cum mero & mix-
to imperio. Iac. de bello visu in §. nulla in authent. de defenso.
ciuita. collatio. 3. Nicol. Spinel. in l. viros. C. de diuer. offi. libro
12. Canonist. in capitu. cum contingat. extra de foro competē.
Innocen. in c. dilectus. extra de censi. Floria. de sancto Petro in
l. seruitutes, magna. ff. de seruitu. Fely. in dicto ca. cum contin-
gat. extra de foro cōpeten. post Abba. Mod. post Alexā. in l. 1.
ff. de officio eius cui manda. est iurisd. Lappum alleg. 35. Ro-
tam decisione 378. Et Bal. in dicta l. imperium, sic ait, iurisdi-
ctio in eis, quæ sunt cōcessibilia, & sic pręscriptibilia, si talis sit
quæ communi consuetudine potest certum iurisdictionis ge-
nus acquirere, probato lōgo vsu scientibus his, quorū interest,
aut interesse pōt, & nō cōtradicentibus acquiretur. Et pleriq;
asserunt decē vel viginti annis, alij triginta vel quadraginta an-
nis. Alij aūt volūt cōsiderandos esse terminos consuetudinis,
vt ſm illa tēpora a consuetudine definita præscriptio introdu-
catur & finiatur l. prima. C. de emācipa. liber. l. fina. ff. de aqua
pluuia arcēda l. viros, vbi hoc notat Nicol. Spinel. C. de diuers.
73 offi. lib. 12. † Vbi vero a cōsuetudine certus præscribendi termi
nus præfixus non erit, pleriq; sic distinguūt, aut is, qui iurisdi-
ctionē lōgo tēpore exercuit, nō in omnibus iurisdictionis acti-
bus, sed in aliquibus tm̄, forte quia opus nō fuit, & quia subdi-
ti ita se cōtinuerunt, vt necesse nō fuerit mero & mixto impe-
rio vti, sed simplici iurisdictione tm̄, per vsum iurisdictionis in
illo actu conseruat in omnibus l. in filijs. C. de decurionibus li.
10. c. primo de feud. sine culpa non amitten. collatio. 10. ibi, nā
si steterit c. licet, si de feudo fuer. conten. inter dominum &
agna. eadē collatio. c. ad hoc hic finitur lex autē tua. ff. de serui-
tu. vrba prædio. Et propterea Inno. & Anto. de Butrio in 6 col.
in ca. dilectus. extra de capel. monacho. dicunt, si ecclesia in tā-
ta tranquillitate fuerit, vt visitatione opus non fuerit, ob id tm̄
ius visitationis nō præscribetur etiam si a centum annis visita-
ta non sit c. quod per nouale. extra de verbo. significa. c. 1. & c.
de quarta. extra de præscrip. c. Abbate sane. extra de verb. signi
fic. Idem notat Anto. de Butrio in c. peruenit colum. pen. ex
tra de censi. Bar. in l. cum scimus. C. de agricolis & censi. lib. 11.
Bal. & Ange. in l. 2. C. de pręscrip. triginta anno. Roma in rubri
ca de arbi. 6. charta. Fely. in c. ad audientiam 6. colum. extra de
pręscrip. vbi post Bar. dicit, vasallum aduersus dominū nō præ-
scribere seruitij exceptionem, etiam si eo vsus non sit cum po-
tuisset, vbi opera aliorum suorum vasallorum vel auxilio do-
minus competenter defensus est. Allegat Bart. in dicta l. cum
scimus. C. de agrico. & censi. Et remittit se ad ea, quæ scripsit
in c. cū accessisset. col. 18. vers. hanc regulam limita. extra de cō
stitu. Idem in iurisdictione dicendum esset, si non fuerit opus
74 ea vti, nisi in vno casu. In omnibus alijs igitur conseruat. † &
ideo si is, qui merū habet & mixtū imperium cū omnimoda
iurisdictione, si aliquē pęnę corporali non condemnauit, quia
non est aliquis inuentus reus criminis, aut pęna dignus a cen-
tū annis, ob id aduersus iurisdictionē merum & mixtum im-
perium & cōpetens nō pręscribetur, sed in his conseruatur, di
cta l. hęc autē iura. ff. de seruitu. vrba. prędio. Vbi idē notat illic
Floria. & in l. seruitutes. magna. ff. de seruit. Cui adde text. in l.
& Attilicinus. ff. de seruitu. rustico. prædio l. falso. C. de diuers.
rescrip. Et idem notat Bal. in l. 2. colum. 8. versicu. sed nunquid
qui fecit vnum actum. C. de seruitu. & aqua. vbi post Innocen.
in dicto. c. dilectus. extra de capel. monacho. ait, Omnia capi-
tula eiusdem rationis & cōditionis existentia intelliguntur es-
se contigua, & ideo vno apprehenso ad reliqua fit extensio. Se
cus si vnum esset purę iurisdictionis, aliud mixti imperij. Et ad
dit, in habentibus symbolū facilē esse trāsitū & prorogationē
sed non idem in non habentibus symbolum l. inter conueniē
tes. ff. ad Municipa. Cui addo Barto. in l. via. ff. de seruitu. rusti-
co. prędio. Et Innocen. in dicto capitu. dilectus extra de capel.
monac. Sed Bald. & Barto. doctrinam moderantur Innocen.
& Anton. in d. cap. dilectus dumtamen his, qui in illis simplici-
bus actibus exercet, sic eis vtatur, vt demonstret se velle gene
75 raliter in omnibus conseruare. † Si autem aliqui casus occur-
rerent in quibus sua iurisdictione vti posset, si vti omiserit sibi
in his præiudicat, & non vtendo amittet. Imputet enim sibi, si
cum potuit vti non est vsus d. l. hæc autem iura. vbi idem notat
Florian. & in l. seruitutes magna. ff. de seruitu. post Innocen. in
in d. ca. dilectus extra de capel. monachor. Et idem notat Bal.
in repe l. Imperium 7. colum. ff. de iurisdi. om. iud. Pro quibus
recte facit, d. l. in filijs. C. de decurio. lib. 9. & dictum capitul.
vnicum, de feudo sine culpa non amitten. cum alijs supra al-
lega. Quibus ego addo textum in l. si quis alia in prin. ff. quem-
admo. seruit. amitta. si quis alia, inquit, aqua vsus fuerit, quam
de qua in seruitute imponenda actum est, seruitus amittitur.
Alias autem non admittitur l. nec vtilem. ff. de quibus cau.
maiores, vbi, nec enim intelligitur amissum, quòd alteri obla-
tum non est. Et si forte per ignorantiam vsus non est, restitu-
tione indiget, & restituetur l. si vnus in fine cum l. sequen. ff.
de seruitu. rustico. prædio. § rursus. Institu. de actio. Notat Are
tin. in l. si ita stipulatus essem. ff. de verborum obligatio. sed
pro eis melius posset induci gloss. cuius mentionem fecimus
in l. 1. circa fin. gloss. C. communia de vsucap. quæ dicit in hu-
iusmodi competere conditionem ex lege. Melius facit doctri
na Specul. in titulo de præscrip § 1. versicu. pone, colonus,
vel emphyteuta. quem Roma. sequitur in l. qui vniuersas. §. fi.
ff. de acqui poss. Alioqui, vt dictum est, iurisdictionem non ac-
quirit, neque antea acquisitam retinet secundum Innocen. &
Bald. in locis prędictis. Pet & Cyn. in dicta l. 1. C. de emancip.
76 liber. † dicunt, si is, qui iurisdictione vsus est, circa adoptiones
& emancipationes tantum vsus est, in his, quæ sunt meri vel
mixti imperij, nihil prorsus retinet, per l. si prius in princip. ff.
de aqua pluuia arcē l. Stillicidij. §. si ff. quemadmo. seruit. amit.
Et idem confirmat Florian. in d. l. seruitutes. magna. colu. 6. ff.
77 de seruitu. dixi in l. in filijs. C. de decurio. lib. 10. † Ob id Dyn.
Guliel. de Cun. & Barto. in l. imperium. ff. de iurisdi. omnium
iudic. Cy. & Bal. in dicta l. 1. C. de emancipa. libero. quos Mo-
der. sequuntur in dicta l. Imperium & l. more maiorum. ff. de
iurisdi. omnium iudicum. Et Cano. in dicto c. cum contingat.
extra de foro competen. Dicunt, iurisdictionem per nō vsum
78 amitti, quemadmodum per diuturnum vsum acquiritur. † In
telligunt Raynerius, Iacob. de Rauen. & Rayner. de Forli. &
alij antiqui in d. l. prima. C. de emancipa. libero. Dummodo
vtantur tanto tempore, cuius initij non extet memoria. Et ratiō,
secundum eos, quoniam iurisdictio actus habet discontinuos
ob id tempus longius necessarium est l. foramen. ff. de seruitu.
vrba. prędio. dicta l. hoc iure. §. ductus aquę ff. de aqua quoti. &
ęstiua. Et idem Roma. sentit in d. l. prima. §. denique. ff. de aqua
pluuia arcenda. Moder. Papiens. in dicta l. imperium colum.
11. ff. de iurisdictio. omnium iud. circa hoc dubiū refert tres
opiniones. Primam antiquorum, qui desiderabant tantū tē-
pus, cuius initij non extat memoria. Bal. in hoc varium dicen-
tem sufficere longum tempus decem annorum per l. viros. C.
de diuers. offic. alios, triginta annos desiderari, cum nō habeat
causam continuam, secundum doctrinam glo. in l. seruitutes,
magna. ff. de seruitu. & in l. 2. C. de seruitu. & aqua. Aliquos di
cētes, quæsitū semel merum vel mixtum imperiū propagari
posse per lapsum decem annorum, dicta l. viros, sed in hac rese
79 dit, vt sufficiant decem anni, dicta l. viros. † & subiungit feudū
triginta annis posse præscribi. capit. si quis per triginta annos
si de feudo fuer. conten. collatio. 10. sed id verū est præiudicū
vasalli, sed non domini feudi, vt supra dixi, & in l. 3. §. si cum
omnes, supra eodem titulo. satis probat ille tex. in his verbis,
& seruitiū domino exhibuerit. neq; mouere possent verba po
sita in illo textu, ibi, quamuis de ea re non sit institutus, quia
quantum ad dominium satis est quod domini volūtate actus
intercesserit, per quē probari possit, quod feudi nomine vasal-
lus teneat. cap. 1. in princ. de consuetu. recti. feudi. collatio. 10.

ibi, vel eo quod habetur pro inuestitura. Et ibi, licet enim non
intercessisset inuestitura, tñ tale est, ac si intercessisset, & quan-
tum ad dominum non est opus, quod is, qui hoc modo posse-
dit triginta annis possederit, sed quantum ad priuationem ter
tij re sua triginta anni necessarij sunt, d.c. si quis per triginta an
nos. Et idem notat illic Bal. & sequitur Fely. in c. ad audientiã,
6. col. extra de præscrip. Et licet huiusmodi quæstiones ordina
te longe lateq; disputatæ sint ab his, quos superius commemo
rauimus, præsertim a Iacobo de Belloui su in dic. §. nullam, in
authen. de defenso. ciuita. collatio. 3. Bar. Bal. Alex. & Moder.
Papien. in d. l. imperium ff. de iurisdict. om. iudic. & omnib. Ca
nonistis in d.c. cum contingat, extra de foro compet. Cogitaui
omnium opiniones, tametsi varias, per breues aliquas conclu-
siones expedire, mox quid in eis sentiam aperiam. Prima igi-
tur conclusio est, quam Moder. Papien. in d. l. imperium, am-
80 plexus est, † iurisdictio simplex quemadmodũ cõcessione ac-
quiri potest, sic & præscriptione l. qd principis. ff. de aqua plu.
arcen. l. quominus ff. de fluminib. l. Fluminum, in princip. ff. de
dam. infec. Idem secundum eum in mero & mixto imperio di
cendum est, allegat glo. in §. nulla, in authen. de defenso. ciuit.
Cui adde Ioan. de Platea in l. secunda, C. de fund. limitro. libro
11. inducitur secundum eum l. & quia ff. de iurisdict. omn. iud.
in verbo, lex, quam intellige secundum vnam glos. expositio-
nem, si vis cum Ioan. de Platea sentire, quæ de consuetudine
ordinariam iurisdictionem præbente intelligit, sed non est ve-
ra, & ideo glo. melius de lege scripta illum tex. intelligit. Et fa-
cit tex. in c. cum contingat, extra de foro compe. per omnes al-
legatus, quem Hostien. illic dicit non esse alibi, dum de priua-
to loquitur, sicuti vult Hostien. quamuis re vera ille tex. de pri
uato non loquatur, qui præscriptione iurisdictionem acquisi-
uit, sed de capitulo Beluacen. loquitur, vt paulo post dicam. Et
81 vltra † quam illi allegent, quod consuetudine iurisdictio acqui
ri possit, addo text. in l. magistratus. ff. ad Municipa. ibi, verum
& si non sit datum, dummodo non denegatum, moribus cõ-
petit l. probatorias. C. de diuers. offic. lib. 12. ibi, nisi ex his sint,
quos solis authoribus apparitioni aggregari vetusta consuetu-
do perdocuit c. fin. extra, de offic. archid. ibi, & nisi vobis cõsti-
terit præfatum archidiaconũ vel prædecessores ipsius de pac fi
ca sic obtenta consuetudine iurisdictionem aliquam in ipso
monasterio vel in hmõi abbatijs hactenus habuisse, perpetuũ
super hoc ipsi archidiacono silentium imponẽtes, idem in d.
c. cum contingat, in verbo, consuetudine speciali, extra de fo.
compe. & ad id frequens est, cui addo c. 1. de offi. ord. lib. 6. ibi,
nisi aliud Remẽsis ecclesia circa talium officialium institutio-
nem de consuetudine obtineat speciali. Loquitur enim de his
officialibus qui a Remensi episcopo in suorum suffraganeorũ
territorio instituebantur ad faciendas citationes & inhibitio-
nes post appellationes a suis suffraganeis interiectas, & c. Ro-
mana, de appella. co. l. li. in verbo, consuetudine. Secunda illo-
82 rum conclusio est, † iurisdictionem decẽ annis posse præscri-
bi l. viros, C. de diuer. offic. lib. 12. ibi, ex longo tempore hacte-
83 nus obtinuit referuntur. † verbũ, longo, in decem annis de iure
verificatur §. 1. Instit. de vsucap. l. super longi. & l. fi. C. de præ-
scrip. longi tempo. decem vel viginti ann. & titulus ipse demõ
strat. l. si fideicommissa. § Atiss. ff. de fideic. liber. Allegatur ab
omnib. tex. in l. 2. cum gl. in verbo, territoria. C. de fund. limi-
troph. lib. 11. Et hanc opinionẽ veriorem esse affirmat Nicol.
Spinel. in d. l. viros, cum responsio eorum, qui secus sentiunt,
ad dict. l. viros, data, cũ non sine diuinatione & legis interuer-
sione fit in verbo, longo, dũ dñt tex. illũ de longissimo, non au
tem de longo tpe loqui. Cui Moder. Papien. Iason in d. l. impe
rium 11. col. ff. de iurisd. omnium iud. consentit. Secundo Ni-
col. Spinel. alia ratione mouetur, qm iurisdictio cõtinuũ exer-
84 citium habet, igitur decem annis præscribitur, † quoniã actus,
qui causam habent continuam, decem annis præscribuntur l.
si quis diuturno ff. si seruit. vendice l. 1. [illegible] aqua pluuia ar
cen. vbi plus dicit ille tex. præscriptione decem vel viginti an-
norum loco constitutum esse, & in l. 2. C. de serui. & aqua. & l. ser-
uitutes magnas vbi hoc notat Flor. ff. de seruit. Et ad id per eos
ponderatur dictum c. cum cõtingat, extra de foro competen.
& secundũ Abba. illic. & prius eo Hostien. non est melior tex.
in iure, tamen, vt in priore conclusione dixi, alij sunt tex. longe
meliores illo, præsertim d. l. magistratus ff. ad Municipal. in his
verbis, hoc plerumq; quidẽ lege municipali ei datur. Et quæ-
so, considera, quod sequitur in illo text. quod supra annotaui-
mus, verũ & si non sit datũ, dummodo non denegatum, mori
bus cõpetit, vt sufficiat vsum nõ fuisse denegatũ, ad hoc vt di-
catur morib. concessum fuisse, & in d. l. probatorias, quæ prius
ẽt probat illa l. viros, qm prohibet illa lex in prin. magistratum
aliquem exercere, nisi probatorias literas a principe meruerit
sua manu subscriptas, nisi ex his sint quos solis authorib. vetu
sta consuetudo perdocuit, & in d. c. fi. extra de offic. Archidia-
con. Et tex. in c. irrefragabile, in principio. extra de offic. ordin.
ibi, qui consueuerunt corrigi per capitulum per ipsum, in ipsis
ecclesijs, qui talẽ hactenus cõsuetudinẽ habuerunt. Et circa id
adde quod Inno. notat in c. cũ dilectus. circa fi. extra de consue
85 tu. & in dicto c. dilectus. extra de capel. monac. † Sed quicquid
ipsi dicant, nõ videtur recte in illis textibus probari, iurisdictio
nem decẽ annis præscribi posse, neq; etiam probari in c. super
quibusdã. extra de verb. significa. tanto tempore iurisdictionẽ
acquiri, cuius initij non extat memoria. Recte autẽ in eo pro-
batur de pedagiis, guidagijs. & salinarijs, quæ colligi, neque exi
gi absque imperatorum vel regum largitione possunt, vel nisi
ex antiqua consuetudine a tempore, cuius initij non extat me-
moria, introducta sint. De iurisdictione verbum nullum fit.
Quod autem inter iurisdictionem & pedagia & similia super
indicta lata sit differentia paulo post ostendemus. Secũdo ex
illis tex. allegatis probari & elici potest, consuetudine iurisdi-
ctionem acquiri posse, præscriptione autem non, quoniam in-
ter consuetudinem & præscriptionem lata est differentia, vt in
ferius declarabimus. Tertio, vbi præscriptio tanti temporis, cu
ius initij non extat memoria, a iure desideratur, non sufficere
cẽtenariam, nisi de titulo doceatur. Ista omnia paulo latius ex-
86 plicabimus. Tertia conclusio illorum est, † Merum & mixtũ
imperium præscriptione triginta vel quadraginta annorum
acquiri posse. per Modern. allegatur text. in l. cum prætor. §.
item hi. ff. de iudi. Sed iste tex. non meruit ab illis signari. Non
enim ille tex. ait, Merum seu mixtum imperium moribus ac-
quiri, imo neque iurisdictionem moribus acquiri dicit, sed tã-
tũ inquit eos, qui aut lege, aut constitutione, vel senatusconsul
to iurisdictionem habent, posse iudices dare, & maxime quib.
more cõcessum est, vt sunt præfecti vrbis, & cæteri Romæ ma
gistratus. Longe enim inter se differunt moribus iurisdictio-
nem acquirere, & cõcessam committere seu delegare, vt in d.
87 l. 1. 2. & 3 ff. quis & a quo appel. l. 1. C. de offic. vica. † Clarum est
autem post translatum in principem omne imperium a prin-
cipe solo magistratus Romæ creari cœpisse, & iurisdictionem
ab eo accepisse, cum non poterat princeps omnibus intende-
re, quales sunt præfecti vrbis, præfecti prætorio, prætores, præsi
des, & similes, vt in l. 2. § nouissime, & § in initio. ff. de origine
iuris, & c. vnico. qua: sint rega. collat. 10. l. 2. C. de offi præfecti.
prætor. l. 1. C. de offic. vica. ibi, & iudicationis nostræ soleat & de
beat repræsentare reuerẽtiam, & sic a principe iurisdictionem
recipiunt, quam alij suo vicario committere possunt, vt in di-
88 cta l. prima. C. de offic. vica. † & istud est quod dici solet in l. pri
ma ff. de offic. eius cui manda. est iurisdictio. iudicem ordina-
rium posse alteri vices suas committere, si a principe ordina-
tus est, vel delegatum principis alteri suam potestatem subde-
legare. in l. prima, secunda, & tertia. ff quis & a quo appel. Qua-
re illa nihil probat. Allegant glos. in §. nulla. in authen. de de-
fens. ciu. coll. 3. sed illa glo. non dicit, merum & mixtum impe-
rium præscriptione vel consuetudine acquiri posse, sed potius
cõtrium probat. Dicit. n. in verbo, iurisdictione, quæ de magistra
tibus maiorib. loquitur, quos dicit ex consuetudine in integrũ
restitutionem dare, tñ quia, inquit, quibusdam ciuitatibus hoc
concessum est a principibus oñque vta Federico Lombardis.
Aliud est enim habere iurisdictionem cũ mero & mixto im-
perio, & aliquid consuetudine permitti in augmentum suæ iu-
risdictionis, sicut dicitur de prorogatione iurisdictionis, per
quam quis potest de non suo iudice iudicem facere. l. 1. & se-
cunda ff. de iudicijs, & notatur in l. cũ quædam puella. ff. de iu-
risdictio. omnium iudicum. Addunt etiam glos. in d. c. cũ con-
tingat. extra de foro compet. quæ nihil horum meminit. Post-
quam enim dixit consuetudinem iurisdictionem dare, res
dubia remansit, dum argumento a se facto respondet. Quomo
do inquit, in hoc casu priuilegio aut consuetudine iurisdictio
dari possit, cũ nemo ius sibi dicere possit l. qui iurisdictioni. ff.
de iurisd. om. iud. & respondet, dñm familiæ posse super fami-
liã iurisdictionẽ habere ordinariã, quemadmodum præceptor
in discipulos, vel episcopus in canonicos & pater in filium. Et
si dominus suspectus est, peti possunt arbitri, sel iudex illi adiũ-
gi. Et nil vlterius glos. dixit. Addunt glos. in capitu. quanto. ex-
tra de offi. ordina. cui similis est glos. in cap. irrefragabili. eo ti-
tu. in verbo, cessauerunt, quæ dicit capitulum posse ecclesiam
supponere interdicto propter aliquorum delictum, si hoc ha-
bet de consuetudine. glo. autem finalis in dicto c. quanto. dicit
Abbatem & priorem posse suos monachos excommunicare,
& in omnibus considerandam esse cuiusque ecclesiæ cõsuetu
dinẽ quæ dat iurisdictionem c. conquestus 9. quæst. 3. de mero
& mixto imperio verbum nullum, nisi forte dicant excõmu-
nicationem deportationi assimilari, secundum gloss. in §. mi-
nor. seu media. instit. de capit. diminutio. & deportatio meri
sit imperij l. imperium. ff. de iurisdictione omnium iudicum.
l. 1. §. hi quibus. ff. de leg. 3. sed inter excommunicationẽ, quæ ab
Abbate in monachos infertur, & eã quæ ab episcopo & eius vi
cario imponitur, differentia est. Prima n. est coercitionis sim
plicis. cui conuenit. §. nulla. in authen. de defenso. ciuita collat.
89 3. l. magistratibus ff. de iurisdictio omnium iudic. † Defenso-
res ciui-

rès ciuitatum & magistratus municipales licet modicã coercitionem habeant, non tamen merum habent imperium, per illos textus. Per eosdem adducitur ratio, quare in præscriptione meri & mixti imperij longius tẽpus quam in præscriptione iurisdictionis desideratur, cum merum & mixtum imperiũ non æque vt iurisdictio frequententur, neque causam tam cõtinuam habeant. Non enim tam sæpe homines laqueo suspẽduntur, aut fustigantur, seu penis corporalibus affliguntur, seu a iudicibus corporales pęnę imponuntur, quemadmodum ciuilis iurisdictio exercetur. l. 1. & l. iubere. l. more maiorum. & l. & quia. & l. cum qui. ff. de iurisdictio. omnium iudi. & illa. l. viros. C. de diuers. offic. libr. 12. sic ait, magistris militum consuetudine ac potestate, si qua ad limites aliquos Oriẽtis, Thraciarum & Illyrici ex longo tempore obtineant reseruata. Pariter. l. prima. C. de emancipa. liber. dicit a duumuiris emancipatum recte fuisse emancipatum, si hoc lex muncipalis concedat, seu potestatem dedit. Similiter. l. fina. eo. titu. ait, licentiam ei esse, qui emancipare vult, vel ex lege Anastasiana hoc facere, vel sine sacro rescripto intrare competentis iudicis tribunal, vel vel eos adire magistratus quibus hoc facere vel legibus vel ex longa consuetudine permissum est. Non dicit iurisdictionem de nouo acquiri, sed magistratibus, quibus ex longa consuetudine permissum est iurisdictione voluntaria vti hoc possunt. ꝙ diuersum est, vt ex sequentibus videre licebit. Ex alia huic contraria opinione, quæ fuit Iacobi de Aretio, Iaco. de Rauennyo & Guliel. de Cuneo, Azo. & Odofre. Bal. & Roma. in dicta. l. imperium. & l. more maiorum. ff. de iurisdic. om. iud. Roma. in l. 1. §. denique ff. de aqua pluuia arcen. tres alias eliciemus conclu-
90 siones. † Prima est, Merum & mixtum imperium præscriptione aut consuetudine non acquiri, sed neque simplicem iurisdictionem. Hæc conclusio per eos sic probatur. Omnis iurisdictio a populo ad ipsius populi tuitionem & Reipublicę defensionem in principem translata est priuatiue. d. l. 2. §. nouissime. ff. de orig. iur. l. vnica. ff. de offi. præfecti vrb. ibi, regimentis Reipublicę ad imperatores perpetuo translatis, quam cum solus per se administrare non potest, facultas creandorum magistratuũ illi soli reseruata est d. §. nouissime & c. vnico. quæ sint
91 rega. collatio. 10. l. magistros C. de profes. & medi. libr. 10. † Sed quæ soli principi commissa sunt, & iure supremę potestatis reseruata nullo vnquam tempore præscribi possint, etiam tanti temporis, cuius initij non extat memoria. l. comperit. C. de præscrip. triginta annorum. l. fi. C. de fund. limitroph. lib. 11. & alijs supra alleg. Et ita omnes concludunt, quos Fely. commemorat in c. cum nobis. in prin. extra de pręscrip. vbi turbam doctorum maximam recenset, quæ huic opinioni se subscribit. Secundo
92 mouentur alio fundamento. † Vtens iurisdictione absque principis authoritate, vsurpare dicitur, & non vsucapere seu pręscribere, & illa vsurpata authoritate non tantum priuandi sed spoliandi sunt, & secundum vsurpationis modum quandoque capite plectendi. l. pen. in fi. C. de diuer. of. libr. 12. ibi, non tantum amissione bonorum omnium, sed etiam capitis periculo, vtpote criminis falsitatis obnoxios semetipsos esse plectendos, & in l. 3. eodem tit. pęna vnius librę auri fisco applicandę imponitur. Et l. omnes iudices. C. de decurio. lib. 10. dicitur, omnes iudices prouinciarumque rectores a consuetudine temerariæ vsurpationis abstineant. & vsus finem dicitur, viginti librarum auri illatione multactus. & perpetua infamia inustus. Nec speciali quidem rescripto notam eruere mereaẽ, & officium quinquaginta librarum auri mulctã fisco nostro cogatur inferre, quoniam vt pertinacię iudicis sui resistat, liberam ei contradicendi permittimus facultatem. l. 2. C. de exacti. & excep. lib. 11. ibi, nec quod iniunctum alteri fuerit collegę, iure alter presumat vsurpare. & in l. fina. eiusdem titu. pęna exprimitur. ibi, Non solum cinguli, & bonorum suorum amissionem, verum etiam perpetui exilij supplicium subiturus eandem hanc pęnam numerarium quoque & eius adiutores, ad quorum curam, quod violatum est, pertinet, formidare. l. 1. C. de cohorta. libr. 12. ibi, sciens, quod si quid tale fuerit commissum, capite puniendus est. l. 1. C. de decurio. & statio. libr. 12. ibi, cesset ergo praua consuetudo, per quam carceri aliquos immittebant. Ecce quomodo consuetudo nihil tribuit, sed tollitur. §. primo. in authenti. vt nulli iud. lice. habe. loci conserua. collat. 6. Si igitur lex tales vsurpationes tollat, & vlterius pęnã statuendo prohibeat, quomodo consuetudine ab his acquiri potest, quos consuetudo a pęna non releuat, cum neque lex municipalis, seu consuetudo legi contraria tolerãda sit. l. 3. §. diuus. ff. de sepul. vio. & l. deprecatio. ff. ad legẽ Rhodiam de iactu. & hac ratione dixit Bartol. in l. hostes. ff. de capti. & postlimi. reuers. quẽ Ang. in materia meri & mixti imperii sequitur in d. l. imperiũ. ff. de iurisdi. om. iud. Roma. in d. l. 1. §. denique. ff. de aqua pluuia arcẽ. nõ potuisse ciuitates Thuscię merũ & mixtum imperiũ præscribere in præiudiciũ imperatoris, cum sine imperatoris permissione illis vtantur. Quo pacto igitur commodum reportare potest ex eo, quod pęnam sustinere tenetur. l. post legatum. §. fi. in fi. ff. de his quib. vt in-dig. dicam in l. si sequens. infra eo. Et facit, quod plene scribit
93 in l. non dubium. C. de legi. Et pro † confirmatione huius conclusionis. Iac. de Are. inducebat tex. in l. 3. §. fi. ad legem Iuliam maiesta. vbi iurisdictionem vsurpans reus fit criminis læsæ ma-
94 iestatis. Secundo † in carcerem conijciens, qui ius carceris non habet crimen læsæ maiestatis committit. l. vnica. C. de priua. carce. Neque illos a pena consuetudo excusat, vt supra dictum est, d. l. 1. C. de decurio. & statio. lib. 12. quẽ tex Roma. ad id notat in d. l. 1. §. denique. ff. de aqua pluuia arcen. Et ob id ad. l. viros. C. de diuer. offi. lib. 13. faciliter secũdum eosdem respondetur, latam esse differentiam inter acquisitionem iurisdictionis de nouo faciendam, & iam acquisitam conseruandam vel augen-
95 dam. Quoniam † facto priuatorum iurisdictio non habẽte cõferri non põt. l. priuatorum. C. de iurisdictio om. iud. Et ita in specie tenet Bar. in l. cum seruus. ff. de condic. cau. da. cã non secuta. Idem Bar. in l. 1. §. vsqueadeo. in fi. ff. de iniur. vbi improbat consuetudinem, quam dicit esse Pisis, eo quod contra ius sit, per l. non est singulis. ff. de reg. iur. c. contingit. primũ. extra de senten. excõ. & si secus factum erit, nullum est. l. 1. C. eod. de iurisdictio. omnium iud. l. non valet. C. ad legem Fauiã de pla-
96 gia. † Neque longus vsus vel longa consuetudo, si secus factũ est, confirmare potest. d. §. 1. in auth. vt nulli iudi. lice. habe. loci conserua. colla. 9. d. c. irrefragabili. extra de offi. ordi. ibi, nulla consuetudo vel appellatio valeat impedire. Et dicit glo. in similibus præscriptionem præiudicium non afferre. c. cum ex officij. & c. cum nõ liceat. extra de pręscrip. sed habenti iurisdictionem facile est reseruare, de qua reseruatione illa. l. viros. loquiẽ
97 ibi, ex lõgo tempore obtinuit reseruata. † Nam clarum est, magistros militum a primæua eorũ institutione in militis eorũve comites iurisdictionem habere, & præsertim qui Thracię & Illyrico præfecti erant. & probatur clare in l. finali eiusdem tit. C. de diuer. offic. libro. 12. vbi describuntur officiales & magistratus quos imperator prohibet officia exercere nisi literas cõcessionis ab eo meruerint sua manu subscriptas. Numero aũt eorũ quibus iurisdictio concessa est, describuntur magistri militũ Orientis & Illyrici. ibi, officij virorum magistrorum militum vtriusq; præfect. Orientis & Illyrici. Et in l. 2. C. de offi. præfecti pretor. Africę. Et de his scribunt Fenestella & Pomp. Lętus de magistratibus Romanis l. magisterie. C. de iurisdictione omium iud. in qua notabis illa verba, præsertim cũ idipsum de more esse litigantium videatur, consterq; militarem reũ, nisi a suo iudice, nec exhiberi posse, nec si in culpa fuerit coerceri & verba illa, de more esse litigantium. explicanẽ in l. certi iuris C. de iudic. ibi, & omnes tales per vsum quotidianum iam esse approbatos, vt & audiant lites, & eas dirimant &c. Addo. l. finalem. C. de agenti. in rebus. lib. 12. in d. l. viros. cępit dubitari de ducibus militum, & eorum appritoribus, & præpositis, seu limitaneis castrorum custodibus, an simili priuilegio gaudere deberent, vt coram magistro militum conueniri deberent. Et imperator parem in eos potestatem magistris militum reseruat, quam longo vsu obtinuerant. Nam & ex expressa imperatoris cõcessione hoc habebant in l. 2. § pro limitaneis. & §. hęc aũt. C. de offi. prefecti pręto. Africe. & in dicta. l. fi. C. de diuers. offic. coniuncta cum. l. pe. Et in eo satis concedi posset longum vsum sufficere. 10. vel 20. annorum per d. l. viros & l. finalem. & primam. C. de eman. libero. quæ loquuntur non de noua iurisdictionis cõcessione, sed augmento iurisdictionis per longum vsum. Idẽ in c. 1. de offic. ordina. lib. 6. dum archiepiscopo Remensi loquitur, qui officiales foraneos in dięcesibus suorum suffraganeorum instituere cõtendebat, quod prohibet, nisi ex consuetudine speciali hoc sibi liceret. Et sic specialis consuetudo augmentũ iurisdictionis præbere põt, vbi alias de iure non haberet in illa specie, sed hoc operaẽ capacitas vtẽtis, qui alias in territorio habebat. Idem in c. Romana. de appellatio. codẽ lib. vbi quæstio. Genensis archiepiscopi commemorata in d. c. 1. de officio ordinarij. libro sexto. repetitur. Idem dico ad capi. finale, extra de officio Archidiaconi, vbi de Archidiacono Senonen. loquitur, qui iurisdictionem in monachos intra limites sui archidiaconatus existentes sibi competere contendebat. quod prohibet Pontifex, nisi ex speciali consuetudine hoc habeat. Et sic extensiue conceditur iurisdictionis prorogatio. Eodẽ modo respondeo ad capitu. dilecti, extra de arbitris. dũ ille textus ait, quia tamen iuxta consuetudinem approbatam, quæ pro lege seruatur in partibus Gallicanis fęminę præcellentes in subditos suos ordinariã iurisdictionẽ habere noscunẽ. tamet
98 si ille tex dicat † Gallię consuetudinẽ tribuere mulieribus ordinariam iurisdictionẽ, nunquã comperiretur in Gallia cõsuetudinẽ esse, quæ ordinariã iurisdictionẽ mulieribus concedat, neq; permittat habere, quacũq; dignitate profulgeãt nisi rõne feudi, quia nulla in regno est alia ordinaria iurisdictio præter regiam, & quam duces, comites, barones, & castaldij seu castellani, alii etiam maiores vasalli, & plerique etiam minimi a rege mediate vel immediate infeudatam habent, & quę feudis suis cohęreant. Sed id non tantum moris est seu conditionis, sed etiam

sed etiam iuris est per infeudationem aut principis concessio-
nem c.cæterum.extra de iud.& c verum,& c.ex parte.extra de
foro comp.& licet fęminæ ex feudorum constitutionibus suc-
cessionis feudi incapaces sint c. hoc notandum. qui feud. dare
pos.coll.10.c.vnico.de feudo fęminę c.si.de succes.feudi.& ple
risq; alijs locis,tamen ijsdem constitutionibus speciali inuesti-
tura fęminę inuestiri possunt d.c. vnico.an maritus succ.vxori.
c.vnico.de eo qui sibi & hær.suis masculis & fęminis inuesti.ac
c.1.de natura succes.feud.c.si.in fi.de feudo March.duca.c.vni
co.de succes.fra.vel grad.succeden.in feudo c.vnico quemad-
modum feud.ad filiam pertineat.coll.10.& plerisque alijs quę
99 longum esset referre. † Et in rei consequentiam quicquid rei
cohæret vel adhęret,etiam iurisdictio transit, vt dicitur in cap.
ex literis.extra de iure patro.& l.si in emptione.ff. de contrah.
melior tex.in tex.in l.si quando 1.C.de bo.vaca.lib.10.ibi,cum
integro statu.& c.inter dilectos in princip.extra de fide instru.
ibi,cum honore,districtu,& iurisdictione loci præfati.per Bar.
& Ale in apostil. ad eum in l. si conuenerit.§.si nuda.ff.de pig.
Bar.& Moder. Papien.in l.fin.ff.de constit.princip. l. si quis in-
tra.C.de bo.proscrip.l.forma.ff.de censi.l.prima § cum vrbem
ff.de offic.præfecti vrbis. Iaco.in tractatu feudo.plura omnium
100 istorum explicat,quæ quisq; lector videre potest. † sic ratione
feudi fęminę iurisdictionē habent, quam tamē per se nō exer-
cent.nec etiam quiuis alius dominus in regno exercere potest
quoniam solus rex hoc potest, cum solus in causa sua iudicare
possit l.proxime.ff.de his quæ in testa.delen. & punctualiter in
rege Franciæ loquitur c.nouit.extra de iudicijs.c.per venerabi
lem.§.insuper.ext.qui filij sint legi.ibi,in eo se iurisdictioni no-
stræ subijcere potuit.iuxta l.est receptum.ff.de iurisd.om. iud.
dixi plenius in tractatu.& in l.donationes. C.de don.inter virū
& vxo. Alij vero suos iudices habent,qui in curia domini inter
dominum & suos subditos,vel inter subditos iudicēt, a quibus
appellatur princeps,seu sui magistratus a rege præfecti,qui iux
ta leges regias de causis appellationū cognoscunt & diffiniūt.
Nonnulli immediate suprema tribunalia regis, vulgus curias
parlamentorum vocat,appellant. Alij mediate & discussis pri-
mis appellationibus a præfectis seu præsidibus prouinciarum,
bailliuos seu senescallos Franci vocant, si ab eorum sententiis
in prouincijs prouocetur, ad curias appellationes deuoluuntur
sicuti nunc diximus, vt plene explicatur in §. illud. & §.illo. in
princ. in authen. de appell. & intra quæ tempo.collat.4. Vnde
101 igitur † nec consuetudo inoleuerit,nō memini apud aliquem
authorem legisse,neque a quoquam intellexisse, mulieres cu-
iuscunque sint dignitatis ordinariam habere iurisdictionem,
neque iudicandi officio fungi.& hoc est quod dicit l.cum præ
tor.§.fin.ff.de iudi. ibi,moribus vt fęminę & serui non quia nō
habeant iudicium,...receptum est,vt ciuilibus non fun-
gantur officiis. Sic ...& Gallia obseruat,nisi vt prędiximus
Omnia enim ... omine regis expediuntur,& recte
episcopi etiam & archiepiscopi abbates,aliæ denique personæ
ecclesiasticę, quia castra & terras mediate vel immediate a re-
ge infeudatas habeant, iurisdictionem non per se,sed per iudi-
ces quos præficiunt ... iuxta ea quæ glo.scripsit in c.sen-
tentiam sanguinis. extra ne cleri.vel monachi. Si forte reginę
illo tempore iurisdictionem habuerunt ordinariam,me pror-
sus fugit,neque aliquis est Historicorum,qui huius rei memi-
nerint,quod viderim. Et vbi illo tempore ita fuisse comperire
tur, dic id operari consequentiam regiæ dignitatis, qua decet
reginam præsul vere,ijsdemque priuilegijs lętari.qui... & rex.l.
fęminæ,& l.fin.ff.de senato.l.mulieres.C.de dignita. lib. 12. &
id ad augmentum & decus regiæ dignitatis cedit, vt suo splen-
102 dore reginę refulgeant l.princeps ff.de legib.† Nunquā enim
rex moritur neq; vllum interregnum esse potest, quia succes-
sione transfertur,quemadmodum scribitur in c grādi.de sup
plen.neglig.pręla.lib.sexto,sed statim rege mortuo vita in suc-
cessorem infunditur,vt nullo momento vacare dicatur,quem
admodum de suis hæredibus supra scriptum est, per l. in suis.
ff.de liberis & posthu.& l.placet ff. de acqu. hęred.mortuus
enim immediate viuum saginat,vt inquit Gem. & recte in l. ea
lege.C.de condicti.ob caus.dato.& tex.in simili in l.si.C.com-
mun.de manumis.ibi,vt mors domini sit libertatis exordium.
Similem responsionem puto esse dandam ad c.cum cōtingat.
extra de foro comp.quod de capitulo Beluacensi loquitur,cui
alias spectabat iurisdictio, sed dubium tātum erat,an in seruos
seu domesticos suos & famulantes capitulo iurisdictionem ha
berent,an vero fori essent episcopi. Et pontifex respondet,sub
esse episcopo.nisi ex speciali consuetudine in suos habeant ser
uientes,& sic nihil de nouo tribuit consuetudo, sed augmen-
tum habenti iurisdictionem præbet.sicuti supra dictum est ad
l.viros.C.de diuers.offi.libro 12.& l.fine.C.de emancip.libero.
Et ista consuetudo contingit eo quod omnes magistratus di-
stinctas habent iurisdictiones, ne commixtio illa cōfusionem
generet in subditorum dispendium §.interim.& §.nulla.in au
then.de defen.ciuitatis.colla.3.§.illud.in authen.de appe.& in
tra quæ tempora.colla.4.& pręsertim in causis minimis. dicta
§.illud,& §.& iudicare,in authen.de defenso.ciuita.colla. ter-
tia.l.magistratibus.ff.de iurisdic.omnium iud.potissime in acti
bus voluntarię iurisdictionis,vt in dicta l.prima,& finali. C. de
emancip.libero §.multis.insti.de liber.quæ extra forum & a trā
seunte expediri possunt.per illum text.sic & illa l.prima.C.qui
a lege iurisdictionem habent l.prima.in princip.ff si quis ius di
103 cen.non obtempera.l.fin.C.de iudi.vbi † duumuiri municipa
les magistratus municipij appellātur, & vere magistratus sunt
municipales.dicta l.magistratus ff.ad Municipa.non est mirū,
si lex Municipalis potuit eis iurisdictionem præbere, quia po-
puli consensu & principe ita concedente obtinent, vt supra di
ctum est. Neque pręd ictis obesse potest glos. interpretatio in
verbo,territoria,& in verbo,antiquitas.in l.secunda.C. de fun.
limitroph.lib.12. Primo quia glo.vim facit illi legi, cum nullū
verbum de iurisdictione sit quod de iurisdictione mentionem
104 faciat,neque admittere possit. † Non inficiabor limitaneos ca
strorum præpositos iurisdictionem habere,dicta l.2.C.de offi.
præfect.prætor.Afric.Et induci potest dicta l.viros.C.de diuer.
off.tamen in illa l.2. verbum nullum est, quod de hac re men-
tionem faciat,quamquam plures sint, qui iurisdictionem sine
territorio habeant,& territorium sine iurisdictione,secūdum
Hostien.in dicto cap.cum contingat.extra de foro competen.
& recte induci possunt cap.primo.de off.ordina.libro 6.c.Ro-
mana.de appella.eodem libro c.fina.extra de offic.Archidiac.
quales etiam sunt præpositi marescallorum in regno. Clarum
est enim per illos text. ordinarium intra metas sui episcopatus
solum esse ordinarium iudicem.c.fina.de priuil.in clemen.&
tamen speciali cōsuetud.ne seu priuilegio fieri potest, vt intra
metas episcopatus.archiepiscopus iurisdictionem exerceant,
vt loquitur tex.in capi. primo.de pręscript.in 6.& sic augmen-
tum iurisdictionis consuetudine præberi, vt supra docuimus,
& in illis terminis loquitur c.conquestus.9.quæstio.3. dum de
primatibus & patriarchis loquitur,quos non plus priuilegij ha
bere dicit præ cæteris episcopis,nisi quantum sacri canones cō
105 cedunt,& prisca consuetudo illis antiquitus concessit. † sed vt
propius ad illam l.2.C.de fund.limitroph.respōdeam,dico mi
randum esse,quomodo tanti patres non considerauerunt,etiā
vbi de iurisdictione in ea tractaretur, quæ ex principis conces-
sione vel indulgentia processit. probatur in verbo, ascripta
sunt.& illa cōstitutio negatoria & prohibitoria est,cum inter-
terminatione pęnę his qui secus vti volent non ascripti secun-
dum vetustam antiquitatem, & legem quam Tyberianus sta-
tuerat,& quam imperator laudauerat & approbauerat in l. 1.
eod.titu vbi eos qui aliter vtuntur, punit capitali sentētia cum
bonorum publicatione, & ita exposuit Luc. de Penna in dicta
l.& recte. Ad glo.per Moder. relatas supra responsum est. Re-
stat respondere l.magistratus. ff.ad Municip.quæ plus alijs ob-
stare videtur. Sed dic non obstare,quoniam vt dictum est, in-
106 dubitati iuris est,† legem posse magistratibus municipalibus,
qui & defensores ciuitatum dici possunt §.primo.in authēt.de
defen.ciuita.colla.3.l.in defensoribus,& plerisque alijs legibus
C.de defen. ciuita.iurisdictionem tribuere,& id pro beneficio
reipublicę,vt faciliori successu causæ breuiores expediantur di
cto §.illud.in authen.de appel.& intra quæ tempora.§.primo.
in authen.vt omnes obediant iudic. prouinc. collatio. quinta,
dumtamen principe concedente id obtinuerint §. nos igitur,
& §.interim.in authent.de defenso.ciuitatum. collatio. tertia.
Et id vt dixi,propter reipublicę vtilitatem l.vtili & l.in defenso
ribus,& l.per omnes regiones.C.de defenso.ciuitatum l.fina-
li. C. de iudicijs. Neque aliter vti possunt, per illos textus.Se-
107 cundo vltra quam supra dictum est ad prædictas omnes leges
& decretales dici potest latam esse inter cōsuetudinem & pręs-
scriptionem differentiam,licet plerique absurdum esse putēt,
quoniam vt diuersa ponuntur in c.abbate.iuncta glo.in verbo,
iuxta Paschalis.de verb.sign.dum ait, vel melius hic allegaba-
tur consuetudo,non pręscriptio.& consuetudo debet esse pręs
scripta. supra de consue. c. cum dilectus.non dissimilis est glo.
in capit. fina.quæstione tertia,quæ differentiam esse dicit inter
pręscriptionem & consuetudinem pręscriptam quam vnus-
108 quisq; videre potest,aliter non transcribo. † Secundo consue-
tudo illa quę communi populi seu municipij consensu taci-
to vel expresso introducitur.cap.consuetudo primo.dicta leg.
prima,& fina C.quæ sit longa consuetud. & l. an in totum. C.
de ędific.priua §.ex non scripto.Instit.de iure natu.gent.& ci-
ui.l.de quibus.§.nam cum ipsę leges,& tribus legibus sequen-
tibus.ff.de legi.quę plerunque secundum temporum varieta-
tem reuocantur.l.prima § primo.ver.omnium tamen rerum.
ff.de origin.iuris, ibi, & fere populus prope annis centum hac
consuetudine vsus est. §. eodem tempore, & §. & post origi-
nem. eadem lege. Et sæpe desuetudine per non vsum, vt su-
pra eodem, annotauimus. §. quas ex omnibus. in proęm. In-
109 stitu. † Quare non mirum, si lex magistratibus municipali-
bus consentiente vel non contradicente populo iurisdictio-
nem

nem concedat, cum & ipsi leges scriptę nulla alia ex causa nos
teneant, quam quod iudicio populi receptę sunt, merito & ea,
quæ sine vllo scripto populus probauit tenebunt omnes, quid
enim interest suffragio populus voluntatem suam declaret,
an rebus ipsis & factis? Verba sunt iureconsulti Iuliani in dicta
l. de quibus. ff. de legi & in l. sed ea. eo. tit. ibi, velut tacita ciuiũ
conuentione non minus, quam ea, quæ scripta sunt, iura ser-
uantur, & cum principis scientia, ne forte aliquid a populo in-
troducatur, quod legibus scriptis aduersetur, vt in l. deprecca-
tio. ff. ad legem Rhodiam de iactu. quam supra induximus, &
d. l. 3. §. Diuus. ff. de sepul. viola. & §. primo, in authen. de defen-
so. ciuita. collatio. 3. Et hoc satis demonstrant. d. l. magistratus,
& l. ea quæ. ff. ad Municipa. quãuis lex municipalis aliqua ma-
110 gistratibus municipalibus cõcedat, † per legem autem ab im-
peratoribus scriptam eorum potestas limitatur, vt nõ possint
ea, quæ sunt imperij exercere. l. defensores nihil, & l. defenso-
res ciuitatum. C. de defens. ciuitatum. §. & iudicare, & §. nullã,
in fine. in authen. de defenso. ciuit. collatio. 3. ibi, præter illa so-
la, quæ iurisdictione egent, & ex ipsa iud. cum authoritate pen
dent, tametsi modica coercitio eis concedatur, in l. magistrati-
bus ff. de iurisdictione omnium iudic. §. audient. in authen. de
defenso. ciuita. collatio. 3. d. l. defensores nihil, sed si libelli accu
satorij grauiorum criminum eis afferentur, statim superiori-
bus magistratibus referre tenentur, d. l. defensores ciuitatum,
& d. §. audient. Non ergo nisi cum principis scientia, d. §. 1. in
auth. de defenso. ciuita. Et forma a principe seu lege scripta li-
mitatur. l. in defensoribus ciuitatum. C. de defenso. ciuit. Nec
abs re est, cum a populo in principem omnis translata sit iuris-
dictio, d. l. 2. §. nouissime. ff. de ori. iuris. l. 1. ff. de constitu. princ.
l. vnica. ff. de offic. præfecti præto. §. sed quod princip. Institu. de
iure nat. gen. & ciui. Et si student quicquam vsurpare vltra, quã
lex concedat, pęna mulctãtur velut vsurpatores. l. 2. C. de spor-
tu. & quicquid vlterius excessum erit, nullum est actore obti-
nente coram eis in expensis litis condemnatio. §. & iudicare.
in authen. de defenso. ciuita. collatio. 3. Hic repeti possent, quæ
supra de huiusmodi vsurpationibus scripsimus, vt eos a pęna
excusare non possit praua consuetudo l. 1. C. de curio. & statio.
lib. 12. Et his omnibus recte conuenit. l. ad probatorias. C. de
diuer. offic. eo. lib. ibi, aliter vero militãtes, nisi ex his sint, quos
solis authoribus apparitionis aggregari vetusta consuetudo p-
docuit. Et sic non sufficiat consuetudo etiam vetusta, nisi au-
thore principe fiat, ibi, solis authoribus pęna illis indicta qui se
cus attentent, per illum tex. & l. sequen. eodem tit. l. prima. C.
de cohorta. eod. lib. l. 3. C. de bo. vacan. lib. 10. l. militaribus. C.
de decurio. lib. 10. Et leges quæ in priore optione relatę sunt,
de consuetudine, non autem de præscriptione intelliguntur.
111 † In primis. l. viros. C. de diuer. off. lib. 12. de consuetudine lo-
quitur, quæ longo tempore obtinuit, probatur, dum ait, con-
suetudine ac potestate si quis ad milites aliquos Oriẽtis, Thra
ciarum, & Illyrici ex longo tempore hactenus obtinuit reser-
uata. Idem in l. probatorias, quæ immediate sequitur supra ad
l. viros, addit quod vetusta illa consuetudo authore principe
obtenta sit, in his verbis, nisi ex his sint, quos solis authoribus
apparitioni aggregari vetusta cõsuetudo perdocuit. Ecce quo
modo consuetudo debet esse præscripta & authore principe
obtenta, ibi, solis authoribus, & dicit gl. nobis, id est, nobis solis
112 authoribus, & recte, sic consuetudo † quantumcunque vetusta
originem capere debet a principe, & quod ab ipso solo autho
re incipiat, verbum, solis, demonstrat, quo vsus est imperator
in l. fi. C. de legi. & l. 1. & fina. Et præsertim fi. C. de eman. libe.
ibi, vel longa consuetudine, & in l. 1. loquitur de lege munici-
pij, quæ, vt sup. dixi, debet a principe initium capere. §. nos igi-
tur. in auth. de def. nso. ciuita. colla. 3. & alijs legibus supra me
moratis. Idem dicitur in l. magistratus. ff. ad Municipa. ibi, hoc
plerunque lege municipali eis datur, & in fine, ibi dummodo
non denegatum moribus competit. Ecce quomodo non tan-
tum mores attenduntur, seu consuetudo, sed lex ipsa, quæ con
cedit. Idem in l. 1. circa principium. ff. de muneri. & honor. &
ibi, ex his quæ retulimus cætera & per leges cuiusque ciuita-
tis, & ex consuetudine longa intelligi poterunt, & mores intel
liguntur, non tantum per expressum populi consensum, sed
etiam tacitum dum ait, dummodo non denegatum moribus.
113 † Induco. l. & quia. ff. de iurisdictio. omn. indic. dum ait, Et quia
nec principaliter ei iurisdictio data est, nec ipsa lex defert, sed
confirmat mandatam iurisdictionem, quæ verba singulariter
consideranda esse puto dum ait, Nec ipsa lex defert, sed con-
firmat mandatam iurisdictionem. Et sic non lex ipsa iurisdi-
ctionem defert, sed tantum confirmat. similiter & consuetu
do, in d. l. magistratibus, ibi, & hoc plerumq; quidem lege mu
nicipali eis datur, verum & si non sit datum, dummodo non
sit denegatum, moribus competit, & sic commissam iurisdi-
ctionem confirmat. Et licet glo. in d. l. & quia, dictionem, lex,
pro consuetudine interpretetur, non est vera eius interpreta-
tio, per dictã l. magistratus, vbi lex municipalis, id est, quæ pro-
pter municipium facta est, differt a consuetudine, quoniam
vtrumque in ea exprimitur. Primo de lege municipali, loqui-
tur, quæ aliquid dedit, & mox de moribus loquens ait, & si nõ
sit datum, dummodo moribus denegatum non sit, competit.
Et clarius probat l. fi. C. de emanci. lib. dum ait, vel legibus vel
ex longa consuetudine permissum est, quæ lex præbet tantũ-
modo permissionem adeundi magistratus, qui ex longa con-
suetudine huiusmodi emancipationes recipere consueuerũt.
Non q lex iurisdictionem tribuat, sed ei, qui iurisdictionẽ ha-
bebat, confirmet commissam, licet ex sua institutione eã non
haberet, quia forte iurisdictiones distinctę erant, vt supra do-
cuimus, dum de defensoribus ciuitatum locuti sumus, pariter
& episcopis & archidiaconis, qui extra diœceses vel districtus
suorum archidiaconatuum longo tempore iurisdictione vsi
sunt, consuetudo longa facultatem eis permittit. Et in specie
ita loquitur. l. 1. C. de emancipa. liber. Lex enim municipalis,
inquit ille text. si duumuiris municipalibus potestatem dedit,
emancipationem alienigenarum recipere, hoc pacto valere di
cit emancipationem, & filium coram eis emancipatum recte
emancipatum esse. Et ratio dubitãdi in illa lege erat, quoniam
non videbatur ad exteros posse extendi, qui non erant suæ iu-
risdictionis, vt in l. 1. C. de summa Trinita. & fide catholi. & in
l. 2. §. deinde cum placuisset, versic, cumq; consules. ff. de orig.
iu. dum distinguit prætorem suburbanum ab vrbano, suburba
nus contemplatione peregrinorum & exterorum, qui Romã
veniebant, creatus est, & vrbanus de causis ciuium tantum co-
gnoscebat, potuit tamen moribus introduci vt de causis pere-
grinorum cognosceret. d. l. 1. C. de emancip. liber. quoniam
actus est voluntarię iurisdictionis, qui vbique exerceri potest,
& in quascunque personas. Tacite igitur tenent. Et ratio est
114 † quoniam etiam absque iudice fieri quandoque possunt, vt
recte dicit glo. in §. serui. in verbo transitu, per illum text. in §.
multis. Institu. de liberti. l. secunda. ff. de offic. proconsul. l. apud
proconsulem. ff. de mani. miss. vindic. Nam & episcopi extra
suam diœcesim beneficia conferre possunt, cap. statutum. de
præben. in 6. cap. post electionem, extra de concess. præbendę,
quamquam collatio beneficiorum sit iurisdictionis. text. cum
gl. in c. transmissam. extra de electio. Notat Ioã. And. in c. ille.
extra ne sede vacan. & in c. 1. de institu. lib. 6. Idem dico in alijs
actibus voluntarię iurisdictionis expressis in clemen. fi. de pri-
uilegijs, & in cap. cum episcopus. de offic. ordi. lib. 6. Alias non
potest, nisi forte speciali priuilegio vel consuetudine hoc obti
nuerit, vt supra dictum est, cap. cum contingat, extra de foro
compet. cap. fin. extra de offic. Archid. cap. Romana. de appel.
lib. 6. Idem notat Anto. de Butr. in cap. cum contingat. in 4. &
5. col. extra de foro competẽ. Ioan. Andr. in cap. primo. 3. col.
& in cap. fin. de censi. in 6. & in cap. pastoralis. in glo. 1. extra de
offic. ordina. Fely. aliqua congerit in cap. cum nobis. in c. cum
115 non liceat. in cap. cum ex officij. extra de præscriptio. † præscri-
ptio autem sine populi consensu fit, neque ex hoc quod præ-
scriptio secuta est vere argui potest scientia principis, quam su-
pra dixi necessario debere præcedere, dicta l. probatorias, in
verbo, solis authoribus. C. de diuers. offic. l. iubemus. in verbo,
ab initio iussione principali. C. de fun. patrimonia. libro vnde-
cimo. l. Coloni. in verbo, ignorante. C. in quibus causis colo. l. 1.
ff. de offic. procura. Cæsar. ibi, tunc enim transfert, cum nego-
tium Cæsaris gerens consensu ipsius tradit. l. apud Iulianum.
§. constat. ff. de leg. 1. quas superius allegaui, & alias prius anno-
taui. Et id tenet Francisc. Aretin. in l. more. ff. de acquirenda
hæredit. Post Antonium de Butrio in cap. cum contingat. ex-
tra de foro competen. Abbas in dicto cap. cum nobis. extra de
116 præscriptioni. † Neque satis possum mirari Felyn. in dicto cap.
cum nobis, tertia colum. extra de præscripti. allegantem Mar
ti. Lauden. in tractatu Principum, articulo 171. quem dicit vo
luisse iura regalia posse præscribi præscriptione communi cũ
scientia principis. In primis cum hoc non dicat Marti. Lau-
117 den. † Secundo, quia & si dixisset, aperte contra casum legis
expressum dixisset, in d. l. iubemus. C. de fun. patrimonia. vbi
patrimonialia principis, quæ minus sunt, quam regalia, non
pręscribuntur nisi cum titulo & præscriptione quadraginta an
norum. imò nec res priuatę principis sine titulo & concurren-
te præscriptione quadraginta annorum contra principem præ
scribi possunt. tex. cum glo. in l. 2. & finali. C. de fund. rei priua.
libro vndecimo. pęna imposita aduersus eos, qui etiam de re
priuata principis aliter agunt, per illum tex. & supra dixi. & ite
rum repeto, si in rebus prophanis non est licita præscriptio iu
rium incorporalium, nisi cum titulo & scientia & patientia do
mini l. 2. C. de seruitu. & aqua. l. seruitutes. ff. de seruitu. quan-
to magis in rebus principis, quæ & reipublicę sunt, dici debet,
vt supra docuimus. Et quãquam dicere quisq; potest me supi-
num esse, perijsseq; pudorem, cum reprehẽdere coner cõmu
nem doctorũ opinionem toties cribratam. & veluti pro numi-
ne nedum in scholis, verum in foris obseruatam. hæc tamen
dixisse puto, non vt cũ tantis tamque præclaris viris certare vi-

dear, sed solum quæ in lege scripta reperio cōmemorem. Audacter enim diximus, sed quod scriptum est dicimus, vt inquit diuus Hieronymus in c. audacter. 8. quæstione. 1. quotquot legerim, pro suę opinionis fundamento nihil aliud præter duas aut tres leges cum glossis suis, & totidem decretales ab eis allegatas inueniam, quas ad omnes pene quæstiones diffiniendas passim allegatas comperio, quas si cōgerere libuisset, neque calamus, neque papyrus sufficerent. non tacebunt eas qui forte post hac in nos aperta fronte insurgerent. Neque comperio vtriusque censurę ciuilis & canonicę interpretes, tametsi lōge aliter in leges & canones distinguant, quam ipsi sentiant. In primis cōperio ab eis præcipue allegari. l. hoc iure. §. ductus aquę ff. de aqua quotidia. & ęstiua. c. super quibusdam. extra de verbo. significatio. c. 1 de præscriptio. in 6. in illis tribus neruus totius doctrinę & disciplinę eorum consistit. & si congruum esset omnia eorum axiomata & illationes recensere, vix papyrus sufficeret. quare cū dicta eorum non plus virtutis habere possunt, quam leges & decretales ab eis allegatę. l. prima. §. omnibus. & l. 2. §. penulti. & fin. C. de veteri iure enuclean. l. 3. §. fina.
118 ff. de priuarica. l. finali. C. de consuli. libro. 12. † & Barto. dicere doctorum opiniones secundum leges quas allegant, intelligendas & moderandas esse, in l. non solum. §. si libertationis. ff. de libe. lega. & Ioan. Andr. in c. cum nuncius. extra de testi. dicit glossatores sepius nimis large loqui, ob id restringendas esse illorum opiniones ad textus iurium, quos allegant. & Salicet. in l. si ex cautione. 10. colum. C. de non nume. pecunia. & Bal. in l. intestato. C. de suis & legi. hære. ait simpliciter & vere huiusmodi positionibus respondendum esse, quoniā responsio secundum verba legis simpliciter facienda est. & alleg. text. nō incongruum in §. 1. in pricip. in authen. de fideius. colla. prima. quare dicta. l. hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aqua quotidia. & ęstiua. & c. super quibusdam extra de verborum significatio. & c. 1. extra de pręscrip. libr. 6. plus satis sup. responsum est, & pauca repetemus. Sed interea prædicta confirmabimus aliquibus
119 iuris conclusionibus. † Vbi enim lex vel canon præscriptioni resistit, quocūque tempore res possideantur, præscriptio nihil iuris tribuit. l. finali. C. de fund. limitroph. lib. 11. l. prima. C. ne rei domin. vel templo. ibi, omnis tēporis diffinitione summota c. dudum. extra de deci. c. ad decimas. de restitutio. spoliato. libro. 5. c. primo. de prohibita feudi aliena. per Federi. colla. 10. c. si diligenti. & c. cum ex officij. extra de præscrip. quoniam illis ius resistit, etiā si cum titulo possederant. l. omnes. C. de fund. patrimo. libro. 11. ibi, ad ius pristinum sine vllius assertionis reuocentur obstaculo. & in fine legis, ibi, ita vt nulli penitus audiantur, qui aut rescripto aut annotatione dominium vel emphyteusim vel conductionē quolibet genere largitatis de nostra liberalitate eruerint. nota hęc verba, vt nulli pęnitus audiantur. quomodo a facultate proponendi repelluntur legis authoritate, vt dicit. l. 2. C. de edicto diui Adria. tollen. in verbo alleger. & eis audientia denegatur, vt in l. sancimus. C. de iudi. l. prima §. quod autem. ff. de aleę lusu. & aleato. glos. in l. si quis tuter. §. fina. ff. de excusati. tuto. quæ allegat, & recte l. sed & si per prætorem. §. ait prætor. ff. ex quibus causis maiores. de quo per Bald. in l. contentaneum quarta columna C. quomodo & quando iudex. inducitur etiam text. in dicta. l. finali. C. de fund. limitroph. libro vndecimo ibi, cuiuslibet spatij temporis præscriptione cessante, & pęna vlterius imponitur in eadem. l. pręscriptionis bonorum. ibi, in his etiam contra eos qui pręceptionibus nostris obuiam venire tentauerint, pręscriptionis pęna valitura. l. viam publicam. ff. de via publi. glo. hanc regulam, vt supra dixi, confirmat in l. longa. ff. de mortuo inferen. Secunda
120 regula, † quæ principi vel etiam inferiori a principe in signum recognitionis competūt, nullo vnquam tēpore præscribi possunt. l. comperit. & l. præscriptionem. C. de præscrip. triginta annorum. in l. præscriptionem. dicitur, explotis temporalibus præscriptionibus patrijs suis reddi præcipiunt. in l. cōperit. dicitur, functiones autem seu ciuilem canonem vel aliam quandā publicam collationem impositam eis dependere cōpelli, nec huic parti cuiuscunque temporis præscriptionem oppositam admittit. ecce quomodo prohibet exceptionem admitti, pęna iudicibus imminente. l. nulli. & dicta. l. omnes. C. de fund. patrimonia. libro. 11. & rescriptum principis obtentum cessat & annullat. idem in l. 1. in fine. C. de fund. limitroph. eodem libro. & in l. cum satis. C. de agrico. & censi. eodem libro ibi, quantacūque emanauerint, vel quacunque prolixa negotiatione aliquis sibi vendicet libertatem. & qui secus agunt, illi fures appellantur. ibi, secundum exemplum serui fugitiui sese diutius insidijs furari intelligantur. c. constitutus. extra de religi. domib. & ratio assignatur in l. fundi. & l. hi quæcunque. C. de fund patrimo. lib. 11. cuius meminimus in l. 3. §. si cū omnes. sup. eo. titu. quia propter defectum solutionis canonis in commissum possessores non cadunt. & sicut illa possessio eis perpetua est, & ad hæredes transitoria. l. hi quibus. eo. titu. in alio etiam lex hoc principi & domino ius reseruat, vt nullo tempore præscribi possint. Et ob id licet canonem pro quadraginta annis petere, & vltra. d. c. constitutus. in fine. facit tex. in dicto. c. cum ex officij. extra de præscrip. licet vsus & cōsuetudo ad. 30. annos tantum. & inf.
121 reduxerit. Tertia regula cuius supra meminimus est, † vbi res inalienabilis est, similiter & impręscriptibilis est l. vbi lex. ff. de vsuca. paulo inferius de ea discutiemus. res autem principis, vt supra dictum est, inalienabiles sunt, igitur & impręscriptibiles. Quarta, vbi lex ab initio resistit possessori, & de eo iudicat
122 quēadmodum & de nō possessore, sic † quod illa inhibitione rem afficiat, ad quēcunq; possessorem perueniat causari non pōt possessio. l. vitia. & l. improba. C. de acquirē. posses. l. Pomponius. §. fi. ff. de acquir. posses. sic nec pręscriptio, cū sine possessione pręscriptio non incipiat. l. sine possessione. ff. de vsuca. c. sine possessione. de regul. iur. in 6. sed donec illud vitium sublatum sit, initium præscriptio non capit. l. 1. & auth. nisi tricennale. C. de bo. mater. in l. 1. dicitur, quia nullā poterit præscriptionem opponere filijs, quandocunq; rem suam vendicantibus. in authen. nisi tricennale. dicitur, tempore incipiente filijs currere, ex quo suę potestatis esse apparuerint. in l. prima. §. fin. C. de annali except. ibi, nullam temporalem exceptionem opponi, nisi ex quo actionem mouere poterant, id est, postquam manu materna, vel eius in cuius erant potestate, constituti, fuerint liberati, idem in l. in rebus. C. de iure dotium, si ergo initium non accipiat possessio, quomodo dici potest pręscriptionem subsequi, cum sine possessione præscriptio nō procedat, vt dictum est. Et idem notat Abbas. in cap. cum nobis. extra de
123 præscriptionibus. Quinta † vbi res vitio affecta est, nulla possessio ei accedere potest, vt supra dixi per. l. Pomponius. §. fi. ff. de acquiren. possessio. & l. vitia. C. de acquirenda possessio. & sic lege resistente, & possessionem impediente, quomodo temporis coniunctio ad effectus præscriptionis fieri potest, certe impossibile est, per illos text. & d. l. improba. C. de acquirend. possessio. ibi, causam iustam possessionis adipisci non potuisse certum est. Alioqui, vt inquit Fely. in c. cū nobis, extra de præscript. frustra dixisset tex. in c. fi. extra de consuet. tanto grauiora sunt peccata, quanto infęlicem animam tenuerunt alligatā.
124 Sexta † vt supra dictum est, huiusmodi possessiones furtiuę a lege appellantur, & nuncnunc notauimus text. dictę. l. cum satis. C. de agricol. & censi. & ad id Normanię consuetudo cōuenit, pro qua est l. fina. §. omnes. C. vnde vi. ibi, cum talis dispositio in furti actione iamdudum veteribus legibus definita est, dicentibus, si quis alienam rem aduersus domini voluntatem
125 attigerit, furti actione tenetur. cum alijs supra relatis. † res autem furtiua, donec vitium purgatum sit, imprescriptibilis est, d. dicta. l. vitia. C. de acquiren. possessio. & l. sequitur. §. si tu vi. ff. de vsucapio. & nisi res in domini potestatem reuertantur, nunquam purgatum erit vitium. dicta. l. sequitur. §. tunc in potestatem. ff. de vsucapio. etiam si cum officialium consensu hoc factum sit, sicuti lex seu consuetudo Normanię obtinet, etiam in inferioribus a principe. Verba consuetudinis sunt. cui, vt dixi assipulatur ius commune. dicta. l. 1. ff. de officio procura. Cæsa. & paulo amplius inferius declarabimus. igitur præscriptio in talibus nihil operatur. Septima quā Fely. recensuit c. ad audientiā col. l. versi. limita quinto. extra de præscrip. illam eandem repetit
126 in c. cum nobis. 3. co. eodem titu. † Centenariam præscriptionem minorem esse pręscriptione tāti temporis cuius initij nō extat memoria. c. si diligenti. ad fi. extra de pręscriptio. licet fm eum contrarium censuit glos. in dicto. c. cum nobis. cum dicit probationem præscriptionis cētenarię non posse fieri, cū oporteret hominem esse natum centūquatuordecim annis, ad hoc vt hominē esse tantum cētumquatuordecim annis ad hoc, vt præscriptio probari possit. Ideo potius debere sufficere præ-
127 scriptionem tanti temporis. &c. † Sed vltra quam Felyn. post Card. in dicto. c. si diligenti. in fine dicat Bernardinum glossatorem decretalium nō recte considerasse rationem legis, quæ centenariam præscriptionem introduxit. Aduerte ad l. fina. C. de sacrosanc. eccle. & §. vnicum. in auth. eccles. Roma gaudēt tum anno. præscrip. collatione. 2. Dum illi text. dicāt, Sed ne videamur in infinitum hanc extendere, longissimum vitę hominum tempus eligimus. Ecce quomodo lex non putat centum annos memoriam hominum excedere cum in tempus vitę hominis protrahat, & non in infinitum, quod est tanti temporis, cuius memoria non existat. Nam & Iustinianus ipse, qui illarum legum author est, testatur nuntiarum illi fuisse Zozimū tunc temporis virum religiosum viuere agentem annum prope centesimum & vigesimum, in §. si vero intra. in auth. de monach. col latio. 1. Nam & in Deutero. capi. 31. & apud Iosephū lib Antiquitatum. 1. cap. 14. scribitur, hominis vita dies esse centum & viginti annorum. Nouimus nostra ętate reuerendissimum Cardinalem dominum Carolū de Luxemburgo Cenomanensem & Morinensem episcopum, virum non tā sanguine, quā moribus & exēplo præstantē, suę etatis in curia parlamenti Rothomagē. eodem quo obijt anno testimonium perhibuisse, se tūc annum vigesimū supra centesimum agere,

idque

idque sex mensibus priusquam vitam cum morte commuta-
ret. Alia dixi in l. 3. §. ignoscitur. supra eo. tit. Quare mirum nõ
est, si vita hominis in sacris & diuinis literis vsque ad centum
& viginti annos extensa, & diffinita aliquid Papa & Imperato-
res in suis constitutionibus ex illo tam longissimo vitę tempo
re excipere voluerint, vt ecclesia probationem sui iuris habere
possit, quod in præscriptione tanti temporis, cuius initij nõ ex-
tat memoria, contingere non potest, qm̃ in ea ex auditu audi-
tus recipitur testimonium. l. si arbiter. ff. de probatio & l. 2. §.
idẽ Labeo. ff. de aqua pluuia arcẽ. & notat Hostien. in c. quod
128 per noualc. extra de verbo significatio. † Ob id in admiratione
esse non debet inter vtranq; præscriptionem differentiam esse
secundum Cardi. in d. c. si vigilanti. & Fely. in d. c. ad audientiã.
qm̃ iura canonica in præscriptione cẽtenaria aduersus ecclesiã
Romanam titul. cũ bona fide desiderant. d. c. si diligenti. extra
de præscrip. At in præscriptione tanti temporis, cuius initij nõ
extat memoria, bonam fidem tantum absque titulo postulant
& requirunt. c. 1. de præscrip. in 6. in quo secundũ eos, & recte
probatur differentia. Et id verũ est, qm̃ tex. illius. c. si diligenti
duo ponit. primum, non posse rem ecclesię Romanę præscribi
nisi centum annis secundũ ad hoc vt pręscriptioni rei Roma-
nę ecclesię locus esse possit, interuenire debet titulus & bona
129 fides. † Et vlterius dico in omni præscriptione cuiuscũque tem
poris sit, etiam cuius initij non extat memoria, bona fides de
iure canonico necessaria est, dicto. c. 1. extra de præscri. & c. vi-
gilanti. extra de præscr. regula, possessor. de reg. iur. in 6. Secun-
do, licet gl. in d. c. cum nobis. extra de pręscr. dicat per instrumẽ
ta possessionem non prohiberi, per c. inter dilectos. extra de
fide instrumen. Certe non puto eam verum dicere. Imo tex. il
le sibi obstat in §. fina. dum ait, per instrumenta vero locationis
nec est vtiq; probata proprietas, nec ad plenum possessio. si nõ
ad plenũ, tñ possessionem probat. Concedo enim per locatio-
nẽ, ẽt si per testes locatio probaret, nõ esse idoneã possessionis
probationem, nisi ex ea solutio secuta fuisset l. ad probationẽ.
C. loca. & conduc. & l. ad probationẽ. C. de liber. cau. quæ volũt
dñium per locationẽ nõ probari, sed possessionẽ tm̃, secuta tñ
solutione. l. quis. si conductor. ff. de acq. poss. l. Pomponius. ff.
qui. mo. vsusfr. amitt. l. Titia. ff. de solutio. q̃q̃ & qui locat vtatẽ.
l. arboribus. §. 1. & l. non vtitur, & l. se. ff. de vsusf. Quod autem
130 † possessio per liberos & instrumenta probari possit, est text. in
l. census. ff. de probatio. & in l. forma. ff. de censi. l. in exercẽdis.
iuncta gl. interpretatione cõiter approbata. C. de fide instru. &
bonus tex. in l. chirographis. ff. de admin. tut. ibi, cũ ex inuenta-
rio contutores conuenire eos possint ad soluẽdam pecuniam
aut ad nouationem faciendam. & l. plures apochis. C. de fide in
strum. & l. 1. & l. quicunq; C. de apoch. publ. lib. 10. c. ad audien
tiam. §. fi. ibi, considerãtes ẽt librum censualẽ quẽ suspectũ nõ
habemus. extra de pręsc. vbi plura Fel. scribit post Bal. in l. fi. C.
sine censu vel reliquis. Quare difficile non est per instrumenta
vel testes possessionem probare, sicuti sępissime in foris agitari
131 videmus. Ob id † vt huic disputationi conclusionẽ demus, di-
co post Ant. de But. in c. peruenit, extra de censi. Roma. in l. 1. §.
deniq; de aqua pluuia arcen. Luc. de Pen. in l. quicunq; desertũ
C. de omni agro deser. Abb. & Fel. in c. cum nobis, & c. cũ nõ li
ceat. extra d præsc. Ioan. And. Hostien. Abb. & reliquos in c. cũ
contingat. extra de foro competen. & ea quæ scripsi in l. dona-
tiones. C. de donat. inter virum & vxo. & alios, quorum supra
132 mentionem fecimus. † In primis quædam esse iura regis, in
quibus non potest cadere titulus, quia soli regi cõueniũt, & de
his non potest esse dubium ca. intellecto. extra de iureiurand.
quia non potest princeps sibi similem facere, cum in eum so-
lum huiusmodi iura translata sint l. vnica. ff. de offic. pręfecti
prætorio quia sic concessa sunt, vt perpetuo apud eum solum
maneant. l. 2. §. nouissime. ff. de origine iuris l. prima. C. de con-
stitu. prin. & clarius in l. 1. §. cum enim C. de veteri iure enucleã
inquit ille tex. Cum enim antiqua lege, quæ regia nuncupatur
omne ius omnisque potestas populi Romani imperatoriã trã
slata sit potestatem, nos sanctionẽ omnem non diuisimus in
alias & alias conditorum partes. sed totam nostram esse volu-
133 mus, ne quid possit antiquitas nostris legibus abrogare. † Quæ
dam etiam iura sunt, quę singulariter soli regię dignitati cohe
rent, neque per alium explicari possunt, sicut apud Romanos
erat, post exactos reges Iunio Bruto, & Marcõ Valerio consu-
libus rex sacrorum, qui & sacrificulus dicitur, creatus est.
Cum pleraque sacra erant, quæ a solis regibus fieri consueue-
rant, quem tamen Pontifici maximo subiecerunt, ne exacti re
ges reducti esse viderentur, vt Fenestella inquit de sacerdotiis
134 & Pomponius Letus post eum. † Alia etiam erant, quæ re-
gibus solis competebant ex legibus Numę, vt ex Liuio videre
licet. in 1. lib. ab vrbe condita. Sic & hodie qualia sunt apud nos
iura regaliæ, quæ circa bñficia soli regi cõcessa sunt de quibus
in c. generali de electio. lib. 6. c. dilecto. extra de præb. c. Adria-
nus 63. distinct. quia conferre beneficia potest vt sup diximus.
Et alia multa, sicuti est facultas fabricãdę monetę, quoniam li-
citum non est in regno alterius imaginem in moneta publica
videri quam ipsius principis. quemadmodum de iure est, in l.
2. & 3. C. de fal. mone. & l. 1. C. de vete. numi. potesta. lib. 11. iux
ta illud quod scribitur Lucę 20. c. Marci. 12. & Matth. 22. cuius
hæc imago? Cæsaris &c. Magistratuum creatio, quam quã hãc
potestatem serenissimus rex Franciscus primus commiserit,
superius recensuimus, sed nec præscribi potest, quoniam vsur-
pantes crimine læsæ maiestatis plectuntur, d. l. 2. C. de fals. mo-
ne. & vltimo supplicio afficiuntur cum bonorum amissione. l.
probatorias, & l. pe. C. de diuer. offic. lib. 12. de his in ca. primo.
135 quæ sint regal. † Quædam sunt quæ etiam regi soli in signum
supremæ potestatis reseruantur, qualia sunt tributorum & in-
dictorum, & superindictorum impositio, & illa solus princeps
imponere potest, & ea exigere, aut ad ea recipienda & colligẽ-
da exactores committere, cum illi soli pro subuentione Repu
blicę hoc liceat, vt scribitur primi Regum. 8. c. Pleraque etiam
præter tributum regibus permisit dominus per Samuelem po
pulo Israelitico in Deum rebelli annũtiari. tributum etiã Deus
non improbauit, cum Petrum pro se & Petro soluere iussit. ca.
conuenior. & c. tributum. 23. q. 8. & Matth. 18. c. si tributum. 11.
quæstione prima, & numisma tributi & superscriptionem. Cæ
saris recognouit, Matth. 22. & Lucæ. 20. De iure ciuili templa
a tributorum solutione exempta non sunt. §. publicorum. in
authentica, de manda. princip. collatione tertia. lege si diuina
domus. C. de exacto. tributor. de quo lege Lucam de Penna in
lege secunda. C. de quibus muneri. vel præsta. nemini liceat se
excusare. lib. 10. quando & a quibus muneribus ecclesia posset
se excusare. Tributum igitur exigere aut exigi facere soli prin
cipi conuenit, non etiam alij l. vnica. C. de superindicto. libro
decimo. Et ratio est, ne forte de manu regis sanguis subditorũ
postuletur, vt supra diximus post Innocen. in capi. innouamus.
136 extra de censi. Quædam autem sunt † iura regis, quæ a prin-
cipe cum causa concedi possunt, vt in l. prima. C. noua vectiga.
imponi non posse. l. placet. C. de excusatio. muner. Ideo regia
dicta, quod alius a principe exigere non possit, nisi specialiter
princeps priuilegium exigendi concesserit, qualia sunt guida-
gia, & pedagia, per illos textus, & lege penultima, & finali. C.
noua vectigal. impo. non pos. capit. innouamus, extra de censi.
137 † Et id ex causa ad refectionem vicorum & pontium, a qua ne
mo excusationem habet. lege ad constitutiones. C. de sacrosa.
eccles. Et anno. 36. supra millesimum & quingentesimum pu
blico regis edicto coacti sunt hi qui huiusmodi pedagia & gui
dagia siue ex priuilegio siue ex antiqua consuetudine exigunt
ad pontium & viarum refectionem conuertere. Et ista ratio
138 antiqua exactionis a pontificibus contra iuris ciuilis constitutio
nes inuenta est, sed qui a Gregorio ad compilandum decreta-
lium epistolarum librũ commissi sunt. nescio qua ratione du-
cti adeo iuris ciuilis constitutiones extẽdere curauerũt, vt abs-
que concessione vlla præscribi permiserint tanto tempore, cu-
ius initij non extat memoria, dicto capi. super quibusdam. non
recordati eorum, quæ quandoque seueriter aduersus huius-
modi exactores statuerunt. communione namque Christiana
&, ecclesiastica sepultura eos; priuandos esse priores Pontifices
statuerant, vt eos tempus non excusaret. cap. innouamus. extra
de censi. c. si quis Romipetas. 24. quęstio. 3. non commemoran
tes etiam se statuisse neque tempore, neque aliqua consuetudi
ne cuiuscunque temporis sit, vsum similis exactionis sine prin
cipis authoritate cõfirmari posse, in c. quamquam. de censi. in
6. per rationem cap. quanto, & c. fina. extra de consue. cap. ma-
la consuetudo, & sequen. cap. vsque in finem. 9. distinctionis.
139 † Quomodo enim fieri potest, vt quod pacto seu facto priua-
uatorum hominum fieri non potest, eorum patientia introdu
ci possit, contra l. priuatorum. C. de iurisdict. om. iud. & hoc ar
gumento vtitur Bart. in l. cum seruus. in fin. ff. de condic. causa
dat. Felyn. in dicto cap. cum ex officij. extra de præscrip. vbi Fe-
lyn. sic ait, in iure hæreticum esse aliter sentire. alioqui absur-
dum sequeretur ex eo quod omnis corruptela quamuis per-
uersa, & ab omni iure damnata & in qua semper subsistentari
posset, si diutissime obseruata fuisset, possetque iniquus vsur-
pator, vt tituli ostensionem euitaret, dicere, priuilegium perdi
di, sed probo ipsum per spatium tanti temporis cuius initij nõ
extat memoria, & sic omnis corruptela valeret, contra c. quan
to, & c. fina. extra de consuetud. & c. quamquam. de censi. libr.
6. ibi, contraria cõsuetudine, quæ dicenda est corruptela verius
non obstante. quo nihil absurdius, & consulto Fel. verba tran-
scripsimus, cui conuenit. §. 1. in authen. vt nulli iudic. liceat ha-
bere loci conseruato colla. 9 l. non dubium. C. de legi. & facit
ratio decidendi. l. quoniam. C. de agrico. & censi. in fin. libr. 11.
140 † Præterea vbi lex aliquid facere non potest propter legis diui-
næ & humanæ resistẽtiam, neque pacto priuatorum & minus
facto vel patientia fieri potest l. non impossibile. ff. de pact. glo.
approbata in rubrica C. de decre. decurio. libro 10. per quã Bal.
ita notat in l. vacuatis. C. de decur. libro 10. & multo magis vbi
a lege scripta & viua prohibitio fit cum pęnę interminatione

l non dubium C. de legi. d. c. quanquam de censi. libro sexto
141 hęc obiter dicta sunt nunc ad institutum reuertamur. † Illa
itaque iura de iure canonico etiam absque titulo & præscri-
ptione tanti temporis cuius initij memoria non existit, præ-
scribi possunt, de iure ciuili nullo vnquā tēpore præscribi pos-
sunt absque titulo causa cognita concessa. Et vltra quā sup di-
ctum est, pondero nouissime tex. in l. vnica. C. de superindicto
libro 10. ibi, neq; vllius omnino indictionis etiam solēnis im-
mineat, nisi cum nostro cōfirmata iudicio, & imperialibus ne
xi principijs sedis amplissimę deposcat indictio. & cogat exa-
ctio. Et illum text. recte Baldus cōsiderauit pedagia enim &
guidagia superindicta sunt clemen. fina de censi. dicto c. quan-
142 quam de censi. in 6. d. ca. innouamus, extra de censi. Et sicuti
supra docuimus, non sufficit antiqua consuetudo, nisi cum ea
concessio a principe interueniat, & causæ cognitio præcedat
d. l. fi. & l. 1. C. no. vecti ga. impo. nō pot. & l. placet C. de excu-
sat. mune. lib. 10 ibi, referri ad tuā celsitudinē statuimus, & au
ctorem te ñeri, & eo persoluto referri ad nostram scientiā, vt
nobis iubentibus roboretur. Et per hęc clare cōstat non suffi-
cere præsumptam principis scientiā, sed desiderari necessario
non tantum expressam scientiam, sed causæ cognitionē in eis
a principe obtinendis, & non abs re dixit Inno. in d. c. innoua-
mus, & post eum Hostiē. & Io. Andre. principem mortaliter
peccare, si secus faciat, & ratio huius colligi potest ex l. fi. C. de
loca. predio. ciuil. libr. 11. non enim vult princeps liberalitatē
suam alteri nocere l. secunda §. merito, & §. si quis a principe.
ff. ne quid in loco publ co fiat. Secundo quoniam huiusmodi
exactiones damnosę sunt reipublicæ, quia per eas negotiatio-
nes & mercata retardantur in reipublicę dispendium, ideo lex
illa tempore nundinarum exigi prohibet. l. vnica. C. de nundi.
ibi, exigentur extra nundinas, & cum benignitate exigi debēt.
143 l. 1. C. de cōmer. & merca. † Et hac ratione prohibet nobiles ex-
actores esse vectigalium. vt facilius sit emendi & vendendi cō-
mercium. & licet Barto. in dicta l. vnica. C. de superindicto. &
Ioan. de Platea post eum, & idem Bartol. in l. 4. §. actor. ff.
de re iudicata. & in l. prima. § primo post glo. in verbo, procon
144 sul. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine. † Et omnis legista-
rum schola fere ad id conueniat, vt vniuersitas collectā impo
nere possit sine principe, nō comperio legem ab eis allegatā
quę hoc dicat in primis l. tertia ff. de alimē. & ciba. legat. recte
loquitur de illis quibus a pluribus alimenta debentur. quali-
ter exigi possint in dicta l. prima §. quibus ff. quod cuiusque
vniuersitatis nomi. dicitur vniuersitatem posse archam & bur
sam communem habere, similiter immunitatem nemini cō-
cedendā esse, sed legis & principis authoritate hoc fit l. vectiga
lia iuncta glossa in verbo, quę fierint l. fina. C. de vectiga. & cō-
mis. l. vectigalia. C. noua vectiga. impo. non pos. inquit illa lex,
vectigalia noua decreto ciuitatum institui possunt, vt proba-
tur in legibus per eos allegatis, & idem vniuersalia obser-
uat nihil enim vtitum exigi potest inconsulto principe d. l. ve
ctigalia C. noua vectigalia imponi non pos. his addo quæ Fe-
lyn. & alij notant in dicto ca. cum nobis, extra de præscriptio.
prescriptionem illam tanti temporis nō prejudicare principi,
sed tantum his qui frequente pedagia & guidagia soluerunt. nā
& princeps ea reuocabit quandocunq; tanq̃ reipubli. obnoxia,
sicuti aduersus plures in contradictorio iudicio obtentum est
145 qui similia guidagia supra fluuium Ligerim exigebant. † So-
la. n. ea quæ pro reipublicę beneficio a principe imposita sunt,
cum vt supra diximus, ad tuitionem populi totiusve reipubli.
ordinata sunt, licet exigere l. prima & secunda. C. de immuni-
tate nemini conceden. l. penultima & fina. C. de exacto. tribu-
to. l. vnica C. de collatio. dona. l. 3. & 4. C. de anno. & tribu. lib.
10. §. publ. corū in auth. de manda. princip. colla. 3. l. omnium
& l. ex præstatione C. de vectiga & commit. §. ad hoc in auth.
de collat. col a. 9. l. interdum §. licet, & §. diui quoque ff. de pu-
blic. & vectiga. Alia supra dicta sunt quę non repeto. Secundo
non pręscribi ea quæ fisco pendi debent, per d. l. cōperit. C. de
146 pręscr. p. triginta anno. † Quædam autē iura sunt, quę in prin-
cipis sunt patrimonio, & istorū duo sunt genera, quædam pa-
trimonialia, quędam fiscalia, nonnulla sunt propria principis,
quę priuata a lege vocantur, sed in regno nulla sunt istiusmo-
di, sed extra regnū aliqua sunt regis. qualia sunt regnū Neapo
litanum, regnū Arragonum, Corsicum, Maioricarū. maioris
& minoris insulę, quę baleares vocantur. ducatus Mediolani
& Genuę, ducatus Pedemontium, & alicuius partis ducatus
Sabaudię, omniumve Allobrogum, comitatus Astensis, quo
rum omniū, si forte per otium licebit, iura singulariter decla-
rabimus, sed istorum hic mentionem facere non intendimus.
147 Ad patrimonialia diuertamus. † Patrimonialia quædam sunt
ex maioribus regni feudis, qualia sunt ducatus, comitatus, mar
chionatus, Castellanię maiores, seu castaldię, pręsertim quæ
limitaneę sunt seu limitrophę Et ista non possunt concedi a
principe, neq; post concessionem vllo vnquam tempore pre-
scribi l. fina. C. de fund. limitroph. lib. 11. & alijs supra relatis

148 Et † id duplici ratione. prima quoniam per earum distractio
nem regius status decoloraret. c. intellecto. extra de iureiurā
do plura alia scripsi in repetitio. l. donationes. C. de donatio. in
ter virū & vxorem. Secūdo quia pro beneficio totius reipubli.
& ad tuitionem regni propria regis sunt, & regię dignitatis co-
hęrent, sicuti supra docuimus, post Luc. de Penna in l. quicū-
que desertum. C. de omni agro deserto. alioqui si id liceret mi-
nutim alienare, successores in regno facillime facto suorū an-
tecessorum absque vllo territorio essent. q̄ quā reipublicæ per-
niciosum esset, nemo non nouit. Facit in argumentū. l. si liber-
tus ff. de iure patronatus. dum de liberto loquitur, qui minuta
tim procurat se minorem centenario facere, vt patronū sua le-
gitima portione fraudare possit. & l. 3. in principio. ff. de alimē.
& cibarijs legat. c. ex transmissa. extra de pręscriptionib. quoniā
nihil tam magnum est, quin per partes diuisum fiat quasi ni-
hil, inquit glos. in § primo in verbo, sufficere. in authen. vt iu-
dices sine quoquo suffagio. colla. secunda. cuius memini in re-
petitione authē. ex causa. C. de liberis pręteritis vel exhæredat.
in principio. & idem tenet Bartol. in l. tertia. §. prohibere. ff. qd
vi aut clam. alia plura dixi in dicta. l. donationes. similiter & Lu-
cas de Penna alia cumulat in dicta. l. quicunque. desertum. per
rationē. c. mouemus. 17. quæstione. 2. ibi, ne ecclesia Dei ad ni-
hilum redigatur. sic ne regnum propter huiusmodi alienatio-
nes ad nihilum redigatur, huiusmodi alienationes fieri non
possunt, & hac ratione successores in regno illas reuocant. & di
cit glos. & Hostien. post eam in dicto capit. ex transmissa. extra
de præscriptionibus. ne frustratim Lupus comedat agnum.
Ego hoc glos. & Hostiens. dictum sane intelligo & declaro, id
est, hostis aut inimicus regni, si regnum tam debile esset per hu
iusmodi alienationes, frustratim regnum diripiat, quia forte re-
sistentem fortem non inueniret, sicut in euangelio legimus
Luce vndecimo. si fortis armatus custodit atrium suum, in pa-
ce sunt omnia quæ possidet. si autem fortior eo superueniat, di-
ripit omnia, & in manu sua omnia constituit, & alibi legitur,
qui ædificare domum desiderat, omnia tigna, cemēta, lapides,
& alia quæ ad ædificium necessaria sunt comparare debet, quæ
sine pecunia fieri non possunt, cum pecunia fere omniū agen-
dorum instrumentum sit, vt Vegetius inquit, de disciplina mi-
149 litari. Nec soluendo esse dicatur, † qui pecunias ad manus non
habet, vt soleo dicere per l. si seruus. ff. de nox. acti. & l. tutor. §.
cū haberes. ff. ad Vel. ista occasione cogūtur plerūq; principes
superindicta imponere & exigere, vt inquit Luc. de Pe. in d. l. q-
quæ desertum. cuius supra meminimus. Idem in fundis limi-
trophis. l. fina. C. de fun. limitroph. libro vndecimo. d. l. omnes.
150 † Neque obstat. l. iubemus. C. de fundis patrimonia libro vn-
decimo. quoniam in ea concessio principis præcesserat. simili-
ter in d. l. fi. C. de fun. rei priua. eodem titulo. Et ille concessio-
nes fiunt saluo canone, qui aduersus principem præscribi non
potest, vt superius ostendimus per dictam l. primam. ibi, dum
modo suis quibuscunque temporibus ea, quæ fisco tēperanda
sunt representare cogatur. l. fundi. ibi, ita tamē vt ea, quę in no-
stra possessione positi præstiterunt, in posterum dissoluant. C.
de fon. patrimo. libro vndecimo. Idem in l. venditor. §. si con-
stat. ff. cōmunia prædiorum. ibi, non aliter hoc faciat, nisi prius
solitum salarium pro hoc domino præstet. & gl. addit, decimā
domino, & decimam fisco soluat, vt in l. cuncti. C. de metal. lib.
vndecimo. sicut in vectigalibus dicitur quandoque octaua sol-
uatur. l. ex præstatione. C. de cōmerc. & mercato. & quādoque
duę tertię partes. l. fina. eodem tit. Et iudices circa exactionem
negligentes grauiter plectantur in l placet. C. de exculationi.
munerum. libro decimo. l finali. C. de fabricens. eodē libro. Et
si secus factum erit, vult imperator reuocari nō obstante qua-
cunque temporis præstatione, in l. ius emphyteutici, ibi, pos-
sessionem autem, quæ sine obligatione speciali fuerit vitiola.
vetustate temporis nolumus adiuuari in fundis limitrophis di-
cit text. in l. omnes. eodem titulo. C. de fun. patrimo. ibi ad ius
pristinum sine vllius assertionis reuocentur obstaculo. Idem
in l. fin. C. de fundis limitroph. eodē libro. Ibi, & si ab alijs possi-
dentur, cuiuslibet spatij temporis præscriptione cessante ab
vniuersis detentoribus vendicandos. l. præscriptio C. de ope.
151 publi. Inquit illa lex, † præscriptio temporis iuri publico non
debet obsistere, sed nec scripta quidem antiqua. l. prima. C. ne
rei domi. vel templo. ibi, omni temporis diffinitione summota
nostro patrimonio reddantur. l. viam publicam. ff. de via publi-
ca. l. si quis consortium. C. de Fabricens. libro vndecimo. ibi, ita
vt nulla eum nec temporis nec stipendiorum prerogatiua de-
fendat. & gl. quam ad id soleo inducere in l. lōge. ff. de mortuo
inferen. Idem tenet Anto. de Butrio, & fere omnes Canonistę
post eum in capitu. cum contingat. extra de foro competenti
Idem Anto. in capitu. peruenit. extra de censi. & in capitu cum
nobis. capitu. cum non liceat. & in capitu. cum ex officii. extra
de pręscrip. Bartol. in dicta. l. tertia. §. plane. ff. quod vi aut clam.
Roma. in l. prima. §. denique. ff. de aqua pluuia arcen Et pauci
sunt qui ab hac opinione discedant. Et vt Felyn. & alij in dicto
capitu.

cap. cum nobis, volunt fortius hoc procedere in re principis
quam in iuribus corporalibus, quæ absque domini scientia &
patientia possideri non possunt, neque præscribi. l. secunda. C.
de seruitu. & aqua. & l. seruitutes. ff. de seruit. quanto minus in
re principis, quæ sine iussu eius teneri aut occupari nõ potest.
d. l. prima. ff. de officio procurato. Cæsar. & alijs supra notatis.
152 Et dum hæc quęstio sępissime contingeret super concessioni-
bus in emphyteusim aliquando factis de rebus patrimoniali-
bus seu dominicis principis, vulgus domaniales vocat, per præ
fatos ęrarij seu rationum principis, magistratos computorum
appellant, an de iure valeant, & sub ipsius tituli colore præscri-
bi possint. Item de nonnullis pactis susceptorum seu actorum
vel memoralium, aut exactorum publicorum, quos thesaura-
rios, seu thesauro regis præfectos appellant, qui rei dominicæ
curam habent. Pariter aliqu bus a vicarijs præsidum prouin
ciarum loca tenentes balliuorum vocitamus factis & multis
ac multis & pęne infinitis a pręfatis nemorum seu forestarum
aut eorum vicarijs seu commissis qui passim & absque dele-
ctu visus & alia pleraque in ipsis nemoribus, non dixerim con-
cesserunt, sed, vt inquit lex Baphij. C. de murilegulis libro
vndecimo, admixta temerario nimium inquinatę alluuionis
venali procuratorum & officialium regiorum, non dicã con-
niuentia, sed consensu & authoritate tradiderunt, seu verius
vendiderunt, vt inquit lex prima. C. de fundis & saltibus rei do
minicæ libro vndecimo, & lege si quos spontaneos. C. de de-
curionibus libro decimo. ibi, non expectandum esse consen-
sum pro tempore viri spiritualibus augustalis, qui sit plerum-
que venalis, sed vtriusque partis sufficere voluntatem, vt inci-
piat functio & cæt. Omittitur. l. venales. C. quando prouocare
non est necesse. vel vt ait. l. placet. in fin. C. de excusationi. mu-
ner. libro decimo, gratiosa conniuentia vel ignobili dissimu-
latione, vel etiam aperta fraude vel gratia. l. si minori pretio. C.
de iure fis. libro decimo, quamuis forte non accepta pecunia,
sed nimia gratia collata, vt in l. si quis pecuniam. in principio.
ff. si quis omissa causa testamen. vel, vt inquit. l. denuntiasse. §.
fina. ff. ad legem Iuliam de adulterijs, vel gratia, vel iustitia, vel
legis beneficio, vel argumentis, aut falsis testibus subornatis
alienationes rerum patrimonialium principis, vel præcipiti
animo, vt inquit. l. prima. C. si aduer. fiscum, fecerunt sicut pla-
ne in omnibus compertum est, vel in perpetuam emphyteu-
sim concesserunt, non seruatis, sed omnino prætermissis ha-
starum solemnitatibus, etiam vbi a principe iussionem habue-
rant iuxta. l. primam, & l. duplex. C. de fide instrumentorum,
& iure hastę fiscal. libro decimo. Vel ius cedendi ligna in ne-
moribus principis, vel ius pascendi in pascuis publicis, vel co-
quendæ calcis, vel piscandi in publicis fluminibus, & id genus
seruitutum cum his commentitijs concessionibus, quorum
possessores & nemorum incolæ obtinuerunt absque vllo alio
principis consensu supra quadraginta aut quinquaginta, vel
153 centum annos possederunt, † an istiusmodi concessiones cau-
sam præbuerint præscribendi quadraginta vel centum annis,
vel tanto tempore, cuius initij non extat memoria, quod ple-
risque placuit authoritate consuetudinis, quæ vult omnes res
præscribi posse quadraginta annis, etiam aduersus principem,
sicuti aiunt, vel ecclesiam, quantumcunque alius articulus sit
consuetudinis, cuius supra mentionem fecimus, quo contine
tur, nullo tempore possessorem iuuari præscriptione aduersus
dominum, nisi dominus consenserit, neq; sufficiat procurato
154 ris, aut syndici, vel iudicis, seu officialis consensus, † & ea posses-
sio quę cõniuentia vel consensu procuratoris vel officialis ob-
tenta est, a consuetudine ipsa furtiua nuncupatur, quæ præscri
ptionem impediat. Et ratio illius consuetudinis clara est &
aperta in d. l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. quoniam
inquit illa lex, & si locorum publicorum procuratio data est,
concessio tamen data nõ est. Et sequitur in eodem textu, hoc
ita verum est, si modo non lex municipalis procuratori Reipu
blicę amplius concedat. Vbi igitur lex municipalis non conce
dit, imò expresse prohibeat, & si secus factum erit furtiuã pos-
sessionem esse ait, quomodo igitur huiusmodi præscriptione
gaudere possunt, qui adhuc possidere non cęperunt possessio-
ne habili ad præscribendũ, vt supra ex multis & legibus & au-
thoritatibus docuimus? Nam consuetudo neque fortioribus
neque amplioribus terminis vtitur, quam lex, sicut, & lex om-
nes. C. de præscriptio. 30. annorum. l. fin. C. de edicto diui Adr.
tollen. & aliæ pleræq; leges imperatorum, quarum supra men
tionem fecimus. Et licet dicant dominia rerum in hypotheca
rijs quadraginta annis acquiri, & in personalibus triginta an-
nis plenissimaque securitate munitos, qui triginta vel quadra-
155 ginta annis præscripserunt, † tamen lex semper considerat tẽ-
pus quo præscriptio incipere debeat, vt supra diximus ex l. pri-
ma, & authentica, nisi tricennale. C. de bonis maternis. & l. 1.
§. fi. C. de annali exceptione, & alijs legibus supra commemo-
ratis, & alias leges tradit Accurs. in d. l. sicut, vt non sit haben-
da ratio temporis seu dictarum concessionum seu contra-
ctuum neque temporis, quod cęperunt in vim talium contra-
ctuum vel concessionum vti, sed quo iure, & legis permissio-
156 ne vti potuerunt. † quoniam vitiosa possessio nullam præscri-
benti causam præbet etiam si non vitiosę possessioni accedat,
vt dictum est per l. vitia. C. de acquirenda possessio. & l. Pom-
ponius. §. fi. ff. de acquirenda possess. Oportet enim vitium pur
gari priusquam incipiat. l. sequitur. §. tũc potestatem. & §. si tu
vi. ff. de vsucapio. Secundo non potest dici ex scientia domini
cum omnino contra proprium sacramentũ, quod principi de
bent hæc faciunt, quia nihil inconsulto principe & eo iubente
& expresse concedente facere possunt. & si quid eorum quæ
cõmoditatẽ eius cõcernunt cognouerint, aut intellexerint, sta
tim reuelare debent, & prohibere, ne quid secus fiat, quia illa
sex regi debentur quę explicãtur in c. vnico, de forma fidelita.
& c. vnico, de noua forma fidelita. patet in toto titulo, iusiuran
dum quod præstatur ab his. & in toto titu. scriptum est exem-
plar. in authent. collatio. 2. quod sine iussu principis non pos-
sunt, dictũ est per l. primã. ff. de officio procurato. Cæsaris. ibi,
si rem Cæsaris procurator eius quasi rem propriam tradat nõ
puto eum dominiũ transferre. tunc enĩ transfert, cũ negotiũ
Cæsaris gerens consensu eius tradit. & quæso nota illa verba,
quasi rẽ propriam contra regis officiales, de quibus mox fiet
sermo qui de rebus principis, non dixerim vt de suis, sed pror-
sus abiectis & ab omnibus neglectis non ita negligenter & per
peram disponerent, quẽadmodum de rebus principis contra-
hunt, seu vt verius dicam, contractant, vt rerum euentus indi-
cauit, in quo dolus cognoscitur & palpatur. l. quod Nerua. ff.
depositi. cap. tu. bona fides. extra de deposito. quia in re priuati
non sustinetur. l. si cum dotem. §. si maritus. ff. so. matri. quanto
minus in regis officialibus tolerandum est. l. vnica. C. de loca.
& condu. rei domi. lib. 11. ibi, ne eos inconsulte pertinaciæ sero
pæniteat. grauior enim pena constituenda in hos, qui nostri iu
ris sunt, & nostra debent custodire mandata. Et consideretur
quæso, quid in eadẽ lege prima. ff. de officio procuratoris Cæsa
ris, sequitur deniq; si venditionis vel transactionis vel donatio
157 nis causa quid agat, nihil agit. † Non enim alienare ei rem Cæ-
saris, sed diligenter gerere commissum est. & d. l. prohibere. §.
plane. ff. quod vi aut clam. Et hoc mirum nõ est. quoniam nec
procuratori priuati sine speciali mandato alienare licet, nec
quicquã aliud gerere per qđ causã domini deterior fieri pos-
sit. l. mandato. & l. procurator cui totorum. ff. de procuratori-
bus. c. fi. de offi. vicar. libr. 6. quanto magis in procuratore fisci
vel principis dicendum est, cum nõ concessio, sed procuratio
tantũ data est. d. l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. c. 1.
de consuetu. recti feudi colla. 10. ibi, præsente & non contradi-
cente. Ex quo aperte probatur in huiusmodi allegationibus re
rum priuatarum scientiam domini seu præsentiam cum non
contradictione seu patientia debere simul concurrere, multo
magis in re fisci vel principis dicẽdum est. consideremus itaq;
quid Imperator in d. l. 1. C. de fund. & salt. rei domi. libro 11.
aduersus huiusmodi venales officiales seu ꝓcuratores & teme
rarios autores & vsurpatores, qui in saltibus & pascuis publicis
similia attentare non dubitant, statuat. Dicit enim, Eos gra-
158 uissimo iubemus suppl cio subiacere. † & in l. 2. C. de pascuis
publicis & priua. eod. libr. aduersus eos, qui circa pascua prin-
cipis perperam versantur, ait. Vt vniuersi cognoscant de emo-
lumentis eorum, tuique offic j facultatibus duodecim libras
auri fisci commodis exigendis, si quispiam post hac memora-
ta prata mutilare tentauerit, non minore decernenda pęna, si
etiam prata priuatorum Antiochenorum fuerint deuastata.
& illa lex pro pratis publicis & amęnis pascuis specialiter fa-
cta est, vt in capite legis videri potest, quæ sic incipit, insignis
authoritas tua hac conditione a publicis pratis ac amęnis pa-
scuis &c. Et in l. prima eiusdem tituli. dat formam, quam in eis
locandis seruari desiderat. Non eam, inquit, licitationis neces-
sitatem patiatur inferri, quam repentinam faciunt ciuitates,
sed eam manere decernet, quam statuit antiquitas. Et sic non
defunctorie licitationes fieri debent, sed exacte, vt in l. prima
& secunda C. de fide instru. & iure haste fisc. libro, 10. Et vltra
quam in eis dicatur videamus quid circa eas lex disponat in l.
licitatio. §. earum. versic. quod si præstari. ff. de publica. & vecti
galibus. Quod si præstari, inquit, consuetum est, & indulgentia
publicanus omiserat, alius exercere non prohibetur. Ad præ-
cedentium confirmationem communes iuris regulæ reperi
possent, quæ de his tractant, in quibus iussus vel consensus seu
mandatum interuenire debet quæ cum triuiales sint, consul-
to eas omitto. de quibus per Bartol. Moderniores in l. si quis
mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. n hæredit. quas aliquando
pleno stylo examinaui, illas hic non transcribam. Quæ autem
prius de eis, quæ per vim aut furtiue occupata sunt supra dixi-
mus, quomodo reuocari possit. scripsimus etiam in tractatu.
similiter in lege donationes. columna vndecima, in decimo
fundamento. C. de dona inter virum & vxorem. Quare in
his diligentius attendi debet. quam in rebus priuatorum, quo-

niam hæc

niam hæc non tantum principis bona sunt, sed & Reipubli-
159 cæ certis vsibus destinata & maxime publicis. † Quid plura?
videamus, quid vlterius circa illas res principis ius disponat.
vult enim, vt si is, qui possidet titulo a procuratore tantum ha-
bito, pretium aliquod pro consequutione rei dederit, vel im-
pensas etiam circa rem fecerit, vt pretium & impensas etiam
circa rem factas amittat. lege nemo. C. de fund. rei priua. libro
vndecimo. siue quod in illa lege fructuum legas, siue fructum.
l. quemadmodum. C. de agric. & censi. eod. lib. & l. 1. in fi. C. de
prædi. decurio. sine decre. non alie. lib. 11. l. fi. in prin. C. de litig.
l. 1. ad fi. C. de præscrip. 30. annorum. Idem in rebus ecclesiæ. §.
quia vero Leonis. in authen. de non alien. reb. eccles. ibi, cadat
160 quidem mox pretio. † excipiuntur hi qui aut bona fide & igno
rantia vel specialiter sibi cauerunt, quia a venditore repetunt.
fin. in fi. C. de fund. limitroph. libro 10. §. sicut autem damno-
sas. in authen. de non alien. reb. eccles. coll. 2. c. 1. de prohib. feu.
aliena per Feder. c. 1. de natura feudi. coll. 10. d. l. fi. C. de litigio.
l. si fundum. C. de euictio. l. apud Iulianum. §. item Labeo. ff. de
exceptio. doli. de quo per Bald. in l. mancipia. C. de seruis fugi-
ti. & pretium acquiretur fisco. d. l. fin. C. de litigio. l. aufertur. in
princ. ff. de iure fisci. & d. l. 1. C. de præscrip. 30. annorum. Idem
tenet glo. in d. l. si minori pretio. C. de iure fisci. & Ioan. de Pla-
tea in d. l. 1. C. de præd. decurio. li. 10. Datur autem facultas a le-
ge ipsi venditori rem alienam reuocare d. l. quemadmodum.
C. de agricolis & censitis. libro 11. Et idem per illum textum gl.
sentit in §. 1. in verbo, œconomo. in authent. de non alienandis
reb. eccles. colla. 1. & in l. iubemus. §. sane. versic. œconomus. in
verbo, œconomis. C. de sacrosanct. eccles. & in c. si quis presby-
terorum. in verbo, alienata. ibi, præterea alienator. extra de reb.
ecclesiæ non alienan. glos. in l. si procurator. ff. de exceptio. do-
li. Licet in hoc dubitauerit Nicol. Spinel. in l. si minori pretio.
C. de iure fisci. libr. 10. post Iacobum de Belloui su in dicto §. 1.
in authen. de non alienand. rebus eccles. motus duobus aut tri-
bus, quorum glos. in locis prædictis meminit. Primo, quod su-
spectus est, qui vendidit. Secundo, quod de euictione conueniri
non potest. Tertio, quod videtur obstare dictus. §. 1. versicul. vult
enim. in authent. de non alienand. rebus eccles. collat. 2. sed his
omnibus respondet vnico verbo glos. in d. l. si procurator. simi
liter glo. in d. c. si quis presbyterorum. Licet non ita clara, dum
ait, præterea alienator potest repetere, vt hic dicitur, declarat aper
tius. Nam in illo tex. dicitur, omnibus clericis ius illud repeten
di competere, & ad id posse agere, in his verbis, sed & licet qui
buscunque personis ecclesiasticis. Is enim qui vendidit ex per-
sonis est ecclesiasticis, quare vt illic inquit Bernard. sicut & alii
ad id inuitantur, sic & ipse, sed quomodo hoc fiet, declarat tex.
in l. si paterfamilias. §. 1. ff. de adoptionibus. ibi, facit enim qua-
si quilibet & non quasi auus, similiter facit non tanquam ip-
se, sed tanquam quilibet alius potestatem habens reuocandi.
Addo Paul. de Castr. in l. creditor. ff. de pignora. actio. Si tamen
colluderet faciliter prohiberi posset a iudice, quia propter cū
alii non prohibentur reuocare. dicto §. primo. in authen. de nō
alienand. Et idem tenet Cyn. in l. vnica. §. & cum lex C. de rei
vxor. actione. cuius opinionem sequitur Bartol. in l. cum vir. ff.
161 de vsucap. ad similitudinem † mariti, qui rem dotalem a se alie
natam reuocat, quia lex, inquit, contractui resistit, etiam si de
consensu mulieris fiat, per illum tex. l. si mulier. C. ad Vellea-
num. l. prima. C. de fund. dotal. l. si fundum. ff. de fund. dotal. &
§. fin. in authen. de immobil. antepenul. donatio. collat. quinta.
Et id in fauorem mulieris, licet maritus in suis rebus emptori
respondere debeat. d. §. fi. ibi, & ipsos viros in aliis eorum rebus
obligari volumus occasione alienationis vel hypotheçę. Et ad
id pro dicto Cyn. pondero textum dicti. §. fina. ibi, & hoc dici-
mus, non solum parcentes mulieribus, sed multo potius viris
talia facientibus, & ibi, Et rursus remaneant apud substantiam
viri eius quæ successionem, & sequitur in eodem. Ideoq; vtilis
est lex vxori & marito, secūdum has satisdationes, id est, inquit
Accursius, & recte secundum has cautelas, quas dedimus mu-
lieribus, vt possint vendicare res prædictas. Multo magis Re-
gi seu pricipi licet reuocare per supradictas leges, quæ vlterius
pœnas iudicibus imponunt, vt superius docuimus. Adde cir-
ca id Innocent. in cap. bonæ. extra de postula. prælato. Et quod
162 † not. Bald. in l. vnica. per illum tex. C. de senten. aduers. fiscum
latis. libro 10. si per præuaricationem aduocati vel procurato-
ris Regis sententia aduersus fiscum lata est, nulla est ipso iure.
& sufficit de huiusmodi præuaricatione docere, cū statim sub-
intret legis sententia, vt inquit l. prima. §. primo ff. ad Turpillia
num, quoniam sententia, quæ per præuaricationem procura-
toris vel aduocati fiscalis aduersus fiscum profertur, nūquam
in rem iudicatam transit. d. l. vnica. C. de sentent. aduer. fiscum
latis, ibi, si preuaricatio arguatur, vel manifesta fraus probetur.
Idem in l. fi. §. 1. C. de aduoca. diuers. iud. vbi fortius in priuato,
ait ille textus, atque ita de principali causa denuo quæretur. Et
potiori ratione in fisco dicendum est l. Imperatores. in fine. ff.
de iure fisci. Obtinēdum est, inquit ille textus, vt hi quibus ne-
gotia fiscalia mouentur, ad defensionem causæ bona fide ve-
niant, non aduersarios aut iudices redimere tentent. l. in fisci.
eodem de iure fisci. quos illa lex pro confessis haberi vult, etiā
si modicum pretium tantum dederint. Neque arbitretur quis
pœnam esse, vt inquit tex. in l. eius qui delatorem. §. primo. ff.
eodem de iure fisci. ibi, mortuus corruptor non efficiet, quo
minus agi possit, atque retractari causa. Hęc enim non pęnę,
163 sed causæ restitutio est. † Idem si sententia patrono fisci non
legitime audito aduersus fiscum lata est l. tertia. §. multa. vers.
diuus, & l. si fiscus alicui. ff. de iure fisci l. fi. C. de aduo. fisci. quo
niam per illos tex. ex integro cognoscetur, ne sit fiscus indefen
sus. Et ad petendam huiusmodi retractationem duæ viæ patēt,
vna per viam actionis seu querelę vel accusationis. l. si prætor.
§. Marcellus. ff. de iudiciis, & dicta l. prima. in verbo, accusatio-
nem. C. de aduocat. diuersorum iudicum. alia per viam exce-
ptionis nullitatis, vt in l. is qui in potestate, vbi per Bartol. ff. de
legatis præstan. Allegat ad id l. primā. C. de ordine iudicio, &
idem per illum tex. tenet Paul. de Cast. in l. filio præterito. 2. co
lum. ff. de iniusto, rupto, & irrito testamento. Et Baldus in l. po-
sthumo. C. de bonorum possessione contratabulas, & modus
erit auocandi rem sic alienatam, vt inquit. §. 1. in authen. de nō
alienandis rebus eccles. & dicta l. filio præterito. in verbo, auo-
cet, & si de sententia vel huiusmodi venalitiis contractibus vel
tam ignobili conniuentia opponatur, vt supra dictum est, per
l. placet. C. de excusatio. munerum. libro decimo. excipietur
de nullitate, quæ perpetua erit l. pure. §. finali. ff. de exceptione
doli. Et hoc pulchre declarat Bald. in d. l. vnica. C. de sententiis
aduersus fiscum latis. Et Lucas de Penna in dicta l. si minori.
C. de iure fisci. libro 10. quia omnia ex fide cum fisco agi debēt
l. 2. C. ne fisc. rem quam vendi. euincat. lib. 10. Nec videtur esse
in fisco speciale, quoniam in priuato idem obtinet. l. 1. §. fin. ff.
ad Tertullianum. ibi, quod ait senatus, quæ iudicata transacta
finitave sunt, rata maneant. Ita intelligendum est, inquit ille
textus, vt iudicata debeamus accipere ab eo, cui iudicandi ius
fuerit. transacta, scilicet bona fide, vt valeat transactio finita si-
lentio. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. l. 2. §. fin. ff. de pœnis.
164 Sed ad hoc vt silentio longo præiudicare possit, † an ergo suffi
ciet officialis Regis consensus etiam expressus, clarum est ex
prædictis nō sufficere, cum ex integro cognosci debeat, & eos
qui consentiunt puniri. Sed vltra quam supra dictum sit, vt tol
latur omnis illa coniecturata præsumptio, quam hi, qui secus
sentiunt, opinantur, vt de iure non operetur, nisi expresse prin-
cipi denuntiata sit. Ego do tibi casum, qui non potest calum-
niari in l. fi. C. de bonis vacantibus. libro 10. in his verbis, vt eo-
rum instantia preses prouinciæ præsentia fisci patrono diligen
ter inquirat, cuius vacans, cadensque fuerit patrimonium, quā
tumcumque vel quale videatur, vt cum data declamandi co-
pia nullum id iure possidere vel vacare constiterit, locumque
ęrario factum esse, tam ipsius relatione, quam publicorū mo-
nimentorum fide constiterit, rerum nobis notitia intimetur,
vt iussu nostro vacantia, vel aliæ res nomine occupentur ęrarii.
Quę forma etiam in parte bonorum, vel in vna altera vere, seu
actione vna vel etiam pluribus seruetur. Et in vltimo responso
omittentibus hanc formam in dispendium ęrarii per fraudem
in pęnam missis executoribus indignationem iudicibus & par
tis dimidię bonorum ademptionem patrono fisci detrimenti
fisci restitutionem & resartionē imponit. Ponderet igitur quę
so vnusquisque verba illius legis, an sufficiat præsumpta princi
pis scientia, dum ait, tam ipsius relatione quam publicorum
monimentorum fide constiterit, rerum nobis notitia intime-
tur. Et sic considera, quid verbum, intimetur, operari debeat,
165 & quod principi intimatio fiat. † Cui ego addo alium textum,
cuius hactenus non memini in l. aufertur. §. seruus. ff. de iure fi
sci. inquit enim ille text. Seruus Cæsaris, si iussu procuratoris
adiit hæreditatem, Cæsari volenti acquirit, nisi ergo princeps
se velle declarauerit, quicquid iussu procuratoris actum erit, ni
hil erit, in l. nemo. in fi. C. de re milita. libro 12. ibi, donec de his
clemētię nostræ intimetur, & quid fieri oporteat decernamus.
Supra induxi l. cum scimus. C. de agricolis & censitis, libro 11.
& l. prima C. de requirendis reis. vt demonstretur, quæ & qua-
lis sit vis huius verbi, intimetur. Nunc considerandum est, post
quam hanc formam lex dat circa huiusmodi alienationes, vt
bona fide fiant d. l. 1. in verbo, bona fide. C. ne fiscus rem quam
vendi. euincat. Secundo, quod formiter & cū iuris solēnitate
fiat, vt supra diximus. per l. 1. C. de pasc. publicis. l. 2. & fin. C. de
prædi. decurionum. l. 1. & 2. C de fide instrumentorum & iure
hastę fisca. Neq; sufficit, q perfunctorie fiat, sicuti solēt ciuitates
facere, inquit illa l. 1. C. de pascuis publicis & priuatis, ibi, non
eam licitationis necessitatem patiatur inferri, quam repertinā
faciūt ciuitates. Hic cumulari possent disputationes in iure fre-
quentes circa obseruantiam solemnitatum, quarum omissio-
ne actus redditur nullus l. cum hi. §. si prætor aditus. ff. de tran-
sact. in l. prolatam C. de sententiis & interlocutionibus om. iud.
iudicium, in l. magis puto. ff. de rebus eorum, qui sub tutela

vel cura

vel cura sunt. in l. 2. & l. si quidem. C. de prædijs minorum sine
decreto non alienandis. in l. 1. C. si aduersus fiscum. l. fina. C. de
vendendis rebus ciuit. libr. 11. Tanta enim est copia locorum,
vbi hæc triuialia tractantur, vt neoterici nihil potius habeant,
dum hæc attingunt. Inter multa sufficiăt hæc pauca. satis mihi
est ex legibus prędictis, quę formiter casum nostrę disputatio-
166 nis diffiniunt, conclusionem nostram confirmare. † Et quod
ea, quæ ab huiusmodi officialibus gesta sunt, vel etiam a priua-
tis absque officialium Regis opera vel consensu, conniuentia
forsan gratiosa, aut quauis alia simili via, sicuti supra docuimus
ad præscriptionem propter legis resistentiam non sufficiant,
cum absque causa possessionis habilis seu validæ initium præ-
scriptioni præbere non possint. vltra quam supra dictum sit,
considerãdum esse puto, præsertim in hoc regno, vbi quadam
nescio conniuentia, Regis officiales tolerantur contra iuris cõ-
munis dispositionem stipendia a priuatis recipere, cum non
sint illis a principe conuenientia salaria ordinata, quo fit vt iu-
ra Regis facilius negligantur, & sæpius venali aut aliter inqui-
nata gratia seu cõsensu ipsorum occupentur. Cuius causæ Im-
perator mentionem fecit in dicta. l. si quos. C. de decurioni-
bus. libr. 10. dum, vt supra diximus, ait, non expectandum esse
consensum pro tempore viri spectabilis augustalis, qui sit ple-
runque venalis, sed vtriusque partis sufficere volũtatem, vt in-
cipiat functio, quam nullus incusat &c. Ob id enim dico de iu-
re non sufficere illorum consensum etiam expressum, cum in
eis sit de iure necessaria certa principis scientia, & etiam quod
principi intimatio fiat, vt facilius sibi & Reipublicę & fisco.
suo habito suorum procerum consilio prouideat, iuxta. l. hu-
manum. C. de legibus. Et maxime cum Rex occupatus circa
graues regni curas non possit omnibus interesse, neque illorũ
curam habere, vt superius adnotauimus per l. magistros. C. de
professoribus & medic. libr. 10. ibi, sed quia singulis ciuitati-
bus adesse non possum, iubeo quisquis docere vult, non repen-
te nec temere prosiliat ad hoc munus, &c. Secundo si id locũ
obtineret, potior esset conditio & potestas officialium regio-
rum, quam ipsius Regis, quem omnes vno ore profitentur nõ
posse res dominicas & patrimoniales alienare, lege regia ob-
stante, & iuramento, quod solet a principe præstari, dum regia
insignia in coronatione suscipit, quod de iure remitti non po-
test, etiam si in faciendis ipsis alienationibus iuramentum in-
teruenıat. capit. tua. & capitu. intellecto. extra de iureiurando.
167 † Imò plus, vbi ex causa a principe alienatio fieri contigit, opor-
tet eam in diplomate exprimere, vt intelligatur, an necessaria
sit, demum cum causæ cognitione in curiis parlamentorum &
magistrorum rationalium laudetur, & in registris inseratur.
huiusmodi alienationibus sic, vt præmittitur, factis, clausula
apponi solet quòd restituto quandocunque pretio a principe
soluto ab eodem principe vel suo successore, retractari & re-
uocari possint. Quo fit vt nullo quocunque post tempore em-
ptores præscribere possint. Et si qui sint, qui alio titulo seu con-
cessione a principe obtineant, vel illas possideant, non iuuat
possessores huiusmodi possessio. Et tamen si vera esset illorum
opinio, potior erit titulus, qui ab huiusmodi officialibus furti-
ue & clandestine & venalitio seu gratuito contractu habitus
erit, & in quo nulla forma seruata erit, neque super eo iudicis-
decretum interuenit, & non tantum dixerim inscio Rege, imò
contra expressam Regis voluntatem factus erit. quantum id
a ratione & iure alienum sit, nemo non intelligit, eo magis qđ
officiales ipsi vltra debitum subiectionis officium, quod prin-
cipi debent, alio strictiori vinculo principi obligantur, quia
principi iurant puram conscientiam synceramque seruitium
se principi seruaturos, totoque commissæ administrationis tẽ-
pore omnem laborem ac sudorem cũ fauore, sine dolo & arte
quacunque suscipere commissam sibi administrationẽ, & nul-
lo tpe aut modo illi aduersari, neque alium permittere quãtam
possibilitatem habebit. quæ iuramenti forma posita est in §. 1.
in authent. iusiurandum quod præstatur ab his. l. rem non no-
uam. C. de iudicijs. Et idem notat gloss. in dicta. l. finali. C. de
168 vendendis rebus ciuitatis. libr. 11. † Quid vlterius? Imperator
non tantum res suas, sed & ciuitatis Romanę ex quacunque
causa quantumcunque necessaria & fauorabili, vtpote pro mu-
rorum instauratione prohibet alienare, nisi imperiali autho-
ritate, & seruata forma illic expressa. In inferioribus autem ci-
uitatibus res suas alienare non permittit, nisi cum decreto præ-
sidis prouincię, & præcedente iuramento omnium curialium
honoratorũ & possessorum singulatim exquisito se circa hu-
iusmodi alienationem illam sententiam se daturos quam suæ
patrię vtilem putarunt, & aliter factam alienationem vult nul-
169 lius esse momenti. Iuuatur hac ratione. Nam res fisci vel
principis alienata omissa forma & solemnitate solitis in tali-
bus obseruari per legem mala fide alienata dicitur. l. 1. vbi per
glos. & Bartol. & Ioann. de Platea. C. de iure instrumentorum
& iure hastę fisca. libr. 10. Cui adde. l. fina. C. noua vectig. im-
po. non poss. vbi per Bald. Sed cum hic articulus non sit cu-
riarũ iudicio omnino absolutus, licet plerosque audiui istius
opinionis esse, quadragenariam pręscriptionem ad summum
centenariam sufficere. Et qui in illis nõ consentiunt, eam sal-
tem admittunt, quæ tanti temporis est, cuius initij non extat
memoria, tametsi præcedentibus nunquam responsum fuisse
intellexi. Quare vt cuicunque lectori occasionem diligentius
legendi concedamus, hæc, quę supra scripsimus, huic nostræ
170 disputationi inserere non dubitauimus. Illas autem † opinio-
nes quæ ad inducendam præscriptionem declinant, reperio
per eosdem iuris ciuilis scriptores limitatas, nisi forte medio
tempore per principem vel Pontificem protestatio aliqua fa-
cta fuerit, per quam demonstretur contrariam esse Pontificis
vel principis voluntatem. Pro quibus induci potest l. honores.
§. finali. ff. de decurionibus. ibi, si contrariam voluntatem vel
apud acta præsidis, vel apud ipsum ordinem, vel quo alio mo-
do protestatus est, neque alienationes per suos antecessores
Pontifices vel principes factas confirmare, hoc casu, secun-
dum eos, satis per hunc actum præscriptio interrupta erit. Et
in Imperatore dicũt maxime procedere, quoniam prohibere
non potuit Imperator, quo minus Italię communitates iuri-
bus imperialibus vterentur, imo intelligere non potuit, quo-
modo illis vsę sint, quoniam Italiam a multis annis ingressus
non est, vt effectualiter eas cohibere posset. Ob id satis esse di-
cunt, aut apud Papam protestari, vel actum facere, per quem
demonstretur, animum habere reuocandi opportunitate oc-
currente. Inducunt in argumen. l. sed & si per prętorem §. si fe-
riæ. ff. ex quibus causis maiores, in his verbis, ait enim rescis-
sionem vsucapionis ita faciendam, vt hi dies restituantur, qui-
bus actor agere voluit, & interuentu feriarum impeditus est.
Sic sufficit Imperatorem actum facere, per quem demonstret
se agere voluisse, qui text. ad id per Felynum notatus est in ca.
cum non liceat, & in ca. ex transmissa. post Innocen. & Abba.
in eodem ca. extra de præscript. Bartol. Alexand. & Moder. in
l. si quis ipsi prætorio. ff. de noui operis nuntiatione. Alberi. in
171 l. senatus ff. de offic. prȩsid. † Vbi propter impedimentum agẽ
dorum a iudice non potuit pars agere, non currit ei tempus.
Cui ego addo textum meliorem in l. 2. §. confestim ff. ad Ter
tullianum in his verbis, vbi primum potuit. id est, inquit ille
text. prætoris copiam habuit, huic rei se dantis, & in l. 2. §. in
bonorum possessione ff. quis ordo in bonorum possess. serue-
tur. ibi, sed postulationibus non dederit responsum. Potest
dici tempus ad bonorum possessionem non cedere, cum
præses aliis rebus aut militaribus, custodiis aut cognitionibus
fuerit occupatus l. in senatusconsultũ §. si propter mortem in
fi. ff. ad senatus. Turpil. dum ait, qui post inscriptionem ante li-
tem contestatam vel anno, vel biennio agere non potuerunt
variis præsidum occupationibus, vel etiam ciuilium officiorũ
necessitatibus destituti, in senatusconsultum non incidunt.
172 † Et, secundum eos, sufficit vnicus actus interpellationis vel
protestationis, vel alius actus æquipollens. Allegant l. Titia
Seio. §. vsuras ff. de lega. 2. l. mora iuncta glo. ff. de vsur. Vbique
Bartol. idem tenuit. Pro eis facit l. pro hærede. in principio in
verbo, aliquid ff. de acquiren. hæredita. Et animus principis ta-
lis censendus est, qualis ex sua declaratione demonstratur, ar-
gumen. l. Labeo. ff. de suppellect. lega. l. reprehendenda. C. de
institu. & substitu. sub condi. fac. Et in principe id locum obti-
173 net † cuius voluntas constans & perpetua a lege iudicatur, in
l. iurisperitos in princip. ff. de excusa. tuto. Et obiter non pude-
bit recensere vnum, quod singulare mihi visum est, & per
curiam Rothomagensem semel decisum est in quæstione fa-
cti, de pluribus a Rege ad idem beneficiũ præsentatis. Primus
enim præsentatus beneficium obtinuit, secundo præsentato
excluso, qui ab episcopo institutionem prius obtinuerat, quia
per illam primam pręsentationem ius acquisitum erat primo
pręsentato ad beneficiũ, atq; si a patrono ecclesiastico præsen
tatus extitisset, iuxta c. quod autem, & ca. cum autem, extra de
iure patro. quamuis cuicunq; alteri patrono laico liceat ante
primi præsentati institutionẽ variare. sed in Rege hoc locum
non obtinuit, per illum text. quia principis voluntas constans
est & perpetua. Addo tex. cum glo. in §. ad hoc prohibemus,
in verbo, damus in authent. de collator. collat. o. 9. Ad institu-
174 tum redeamus. Sed † vt supra diximus, nulli dubium est, Re-
ges in iucundo aduentu diplomata expedire, quibus mandã-
tur curijs parlamentorum, & quibuscunque aliis inferioribus
iudicibus, huiusmodi alienationes reuocare, & reuocationem
omnium alienationum ab omnibus suis antecessoribus factã
insinuare & publicare, illasve reuocationes in monimentis
publicis curiarum, & magistrorum rationalium & omnium
aliorum iudicum inferiorum registrari, & sępissime curiarũ
decreta omnibus iudicibus, cuiuscunque qualitatis sint diri-
guntur, quibus committitur, reuocationes illas executioni
demandare, iniecta manu regia. Aliqui Regi deuoti exequun-
tur, alij vero aut negligentia, aut conniuentia procuratorum,
aut aduocatorum regiorũ, aliorum deniq; officialiũ, quibus

mandata diriguntur, aut dolo aut salarij cõtemplatione, quod
a plerisq; quotannis accipiunt, negligunt, & omittunt. Vnde
considerandum est, an hic actus vim habeat interruptionis, cũ
perpetua & constans principis voluntas sit, nisi contrario edi-
cto reuocet, argum. l. si quis in principio testamenti, de legat. 3.
Copiose per Felynum in c. ceterum, & c. ex parte, extra de re-
script. Et sit fortior aut potior eo cuius Inno. Abb. & Fely. me-
minerunt. Pro eis recte induci potest tex. in argumentum in l.
honores, in fi. ff. de decurio. ibi, ita demum pater non consen-
tit, si contrariam voluntatem, vel apud acta præsidis, vel apud
ipsum ordinem, vel quo alio modo contestatus sit, vbi ergo
princeps, qui Reipublicę pater est, alio modo & contrario con
testatus non est, manet prior principis declaratio semper con-
stans, firma, perpetua & valida. Procedamus, quoniam hic re-
peti posset illa disputatio, cuius meminimus in l. 3. §. eleganter
175 sup. eod † An res, quæ alienari prohibentur, præscribi possint.
Et conclusio, quam illic in ea accepimus, confirmat quę supra
diximus, vt cum res Principis patrimoniales & dominicæ seu
domaniales, vt nostrorum causidicorum vtamur vocabulo,
alienari non possint, nisi modis & formis per nos supra memo
ratis, sic nec alienatę præscribi possunt l. vbi. ff. de vsucap. l. alie-
nationis verbo. ff. de verb. signific. hic de ea plura transcribere
non intendo, vide quæ illic adnotauimus. Et adde Bald. in l. 1.
176 C. de iure aureorum annulo. † Prædictis addo Bald. in c. in cau
sis. §. 1. in verbo, amplius consueuerunt, de pace Constan. colla.
10. vbi Bald. ait, non posse principem per contractum, neque
quo alio modo in successorum præiudicium concedere, quo-
niam, inquit, sicut non potest iura eorum subuertere, ita nec
minuere l. si optio. ff. qui & a quibus manumit. liber. accipi.
177 † In his autem, quæ a principe naturaliter dependent, & quæ
princeps committere & concedere solet, sicuti est iurisdictio,
merum & mixtum imperium, cum non possit princeps circa
plura intentus omnibus prouidere, ob id expedit, vt aliquos
committat, qui suo nomine & authoritate iustitiam populo
administrent, vt in l. 2. §. nouissime ff. de orig. iur. & in l. magi-
stros. C. de profes. & medi. libro 10. titulus igitur necessarius
est, vt supra docuimus. Quibus addo pulchram rationem l. ex
eo. C. de agen. in reb. libro 12. Absurdum est, inquit, vt in eius
salutem vel ęstimationem valeat quisquam proferre senten-
tiam, cuius de nulla re possit pecuniaria iudicare. Et idẽ tenet
Lucas de Penna in d. l. viros C. de diuer. offic. lib. 12. Vide quod
Bartol. notat in l. interdum §. qui furem ff. de fur. & in l. 1. §. vs-
178 que adeo, ff. de iniur. † Confirmatur ex præcedentibus, videli-
cet ex l. 3. C. de diuer. offic. lib. 12. ibi, cum huiusmodi vsurpa-
tionem perrexerint l. omnes iudices. C. de decur. libr. 10. ibi, a
consuetudine temerarię vsurpationis abstineant l. 3. §. fin. ff. ad
legem Iuliam maiest. quæ similes vsurpatores punit pęna cri-
minis læsæ maiestatis, l. vnica. C. de priua. carcer. Imò nec alte-
ri commissam licet vsurpare, l. 2. C. de exacto. & except. libro
12. ibi, nec quod iniunctum alteri fuerit collegę, vsurpare alter
iure præsumat, l. 2. C. de cohorta. lib. 12. ibi, sciens quod si tale
fuerit commissum, capite puniendus est, l. 1. C. de decurio. &
179 stationa. libro 12. † Si tamen longo vsu in aliquas personas is,
qui alias iudex est, iurisdictionem obtinuerit, contraria opinio
forte de iure saluari posset per dictã l. viros. C. de diuers. offic.
lib. 12. c. 1. de offic. ord. libro sexto, c. fin. extra de offic. ordin. c.
Romana de appell. libro sexto, c. cum contingat, extra de foro
competen. l. 1. & fina. C. de emancip. liber. cap. conquestus, 9.
quæstio. 3. Et idem semel in curia parlamenti Parisiensis deci-
sum est, dum quæstio inter vicarios præpositi Parisien. (lo-
cumtenentes vocant) quorum vnus ciuilibus causis præest, al-
ter vero criminalibus, & ex quodam longo vsu, qui crimina-
libus causis præerat, nonnullarum causarum ciuilium notio-
nem accipiebat, easq; diffiniebat, qui ciuilib. causis præfectus
erat, quæstus est. Et pro eo leges prædictas suo patrono admi-
nistraueram, quas me præsente allegauit, curia tamen vt existi
mo, ducta illa l. viros, & alijs supra relatis permisit vicario cau-
sarum criminalium illarum causarum ciuilium diffinitionẽ,
de quibus antea cognoscere solitus erat, si partes hoc require-
rent, propter longum illum vsum antea ab illo obseruatum,
& maxime quod scientibus his, quorum intererat, antecesso-
ribus suis causarum ciuilium vicarijs vsus fuerat, secundum
sententiam Innoc. in c. dilectus, extra de consuetud. ab omni-
bus fere receptam in l. 1. C. quæ sit longa consuetud. & in l. im
perium ff. de iurisdict. omnium iudic. Sed intellige cumulatiu
ne, non autem priuatiue, secundum Roma. in l. 1. §. denique ff.
de aqua pluuia arcen. Pro quo addo l. 1. C. de offic. pręfec. vrb.
§. fina. in proęm. Digestorum, authent. habita, C. ne filius pro
patre. vide, quę circa id notat Aret. in l. Titię textores 4. col. &
in l. quod in rerum natura. 1. & 2. col. ff. de lega. 1. Induco vlte
rius, d. l. 2. §. 1. ff. de origi. iur. ibi, & fere populus prope annis cẽ
tum hac consuetudine vsus, & l. magistratus, ff. ad Munic. ha-
bita etiam ab eis est forte ratio illius pretorij seu sedis quę mul
titudine causarum grauatur, vt faciliore successu causarum expe-
ditio a subditis haberi possit, argum. est §. nulla, in authent. de
defenso. ciuita. colla. 3. l. velli. & l. per omnes, & l. defensores ita.
C. de defenso. ciuita. & Bart. sicut intellexit dictam l. viros, dũ
in ea quærit, si statuto caueatur scholasticum debere sub epi-
scopo tantum conueniri, & de consuetudine sit, vt rector de
his cognoscat, per statutũ non derogatur iurisdictioni, quam
rector de consuetudine habet, secus autem, inquit, si eam a le-
ge habeat c. 1. extra de constitutio. cuius decisionem refert &
sequitur Papiens. Moder. in l. si mora col. 2. ff. solut. matrimo.
Et addi potest ratio Ioann. Fab. in d. l. 1. C. de emancipa. liber.
180 † quia is, qui permittit quasi concedere videtur, l. 1. C. de patria
potesta. l. cum plures §. locator. ff. loca. & cõduc. Tamen leges,
quæ huiusmodi vsurpationem prohibent, fortiter stringunt,
& facilius istę rationes euitari possent per ea quæ supra dicta
sunt, quia in his deberet certa scientia principis concurrere cũ
illa patientia, quia non est in alicuius facultate iurisdictiones a
principe distinctas posse confundere, dicto §. nulla, & §. sequẽ-
ti. in authen. de defenso. ciuita. coll. 3. l. 2. C. de fund. limitroph.
lib. 11. ibi, quia tantum his fas est possidere castellorum terri-
toria, quibus ascripta sunt, l. probatorias, ibi, aliter vero militan-
tes nisi ex his sint, quos solis authoribus apparitioni aggregari
vetusta consuetudo perdocuit. C. de diuers. offic. libro duode-
181 cimo, † & sic consuetudo quantumcunque vetusta in conside
ratione esse non debet, nisi authore principe initium accepe-
rit, l. 2. C. de exacto, & excepto. lib. 12. ibi, nec quod iniunctum
alteri collegę alter præsumat vsurpare, & l. hac sanctione, C. de
diuers. offic. ibi, qui tamen, vt dictum est, non possint pro teno-
re sacrarum constitutionum vel veteri consuetudine, nisi præ-
cedentibus sacris probatorijs militię sociari. & aliæ leges su-
pra relatę, quę etiam consuetudinẽ illiusmodi temerarię vsur-
pationis prohibent l. omnes iudices. C. de decurio. lib. 10. & l. 1.
C. de curio. & stationa. lib. 12. repeti possent. Quib. addi potest
l. solemnis, §. latrunculator. ff. de iudic. Et Bart. illi conclusioni
contrariam dat instantiam in l. cum seruus, in fi. per illum tex.
ff. de condit. ob caus. dat. Si pacto fieri non potest l. non impos-
sibile ff. de pactis, quomodo patientia hominum acquiri po-
test, resistente ad id lege, quę etiam vltro pęnam imponit, vt di-
ximus. Et rationi supra propositę, quę videbatur plus vrgere,
quia imaginem prestat vtilitatis publicę vt promptius & expe-
ditius subditis ius reddatur, huic rationi faciliter respondetur,
quoniam ratio plurimum in contrarium in vicarium causarũ
criminaliũ vrgebit & retortionem admittit, vt facilius causę
criminales expediantur l. iudice. C. de episcop. audien. Vbi ne-
cessitas iudicibus imponitur, diebus etiam dominicis interro-
gare, vt ea quæ pro debito officij ad promptiorem conueniant
expeditionem celerius compleant, & vt nihil horum præter-
mittatur, curam prębet antistitibus locorum, vt iudices ad hu-
182 iusmodi obseruationem admoneant. † Facit ratio l. 1. in princ.
C. de custo. & exhibit. reor. quæ iudicibus pręcepit, quam cele-
berrime reos accusatos expedire, præsertim eos, qui in vincu-
lis tenentur, ne carcer, qui ad custodiam inuentus est, ad pęnã
habeatur, vt inquit l. aut damnum §. solent, ff. de pęn. quod in-
nocentibus miserum, noxiis non satis seuerum esse dignosci-
tur, dict. l. 1. C. de custo. reo. sed qui secus agere procurant, non
propter lesum hoc faciunt, sed vt ex causis quæstum faciant,
vt de beato Paulo scribitur in actibus apostolorum 30. c. de Fe
lice preside, qui in Cęsarea Palestina Paulum vocauerat. Ver-
ba Fęlicis præsidis sunt, quę Beatus Lucas memorię tradidit.
Quod nunc attinet, vade, tempore opportuno accersiam te, si-
mul & sperans quod pecunia ei daretur a Paulo, propter quod
& frequenter accersens eum loquebatur cum eo. Ista est tela
iudiciaria, quæ cunctatione temerarię inquinationis velatur l.
Baphij. C. de murilegu. lib. 11. l. vnica. C. de conduct. & procu-
rat. prædio. fisca. dom. August. eo. lib. ibi, ne sententia iudican-
tium aut illicito patrocinij sui fomite iura conturbentur, nul-
liue executionis suę turbulentum ministerium audeant com-
modare, non priuatis se negotijs, non publicis misceant & cęt.
Alias leges supra adnotauimus, illis nouissimas addimus, ha-
ctenus dicta de his sufficiant. Quæ scripsimus, disputationis
gratia diximus, vt cęteris melius differendi occasionem præ-
beamus exemplo Teophrasti, cuius Gellius meminit libro pri
mo, cap 3. versus finem, inquit Gellius, hæc talia, quæ Theo-
phrastus satis caute & solicite & religiose causa differendi ma
gis disputandique diligenter, quam cum decernendi senten-
183 tia, fiduciaq; disseruit. † An aũt iurisdictio pignorari possit, dic
vt per Bal. & Card. & And. de Iser. in c. vnic. quæ sint reg. col.
11. Mod. Papien. meminit in §. itẽ Seruiana, 25. col. Inst. de act.
Hæc quo istis temporib. tam infęlicib. dubium non habuit, quã
passim vẽditę & pignoratę sunt, ꝯ id quod scribitur in l. vnica.
C. de perfect. dignita. lib. 12. l. fi. C. ad legem Iul. repetun. Ioan.
Fab. meminit in d. § item Seruiana, motus debilissimo funda-
mento l. nomen. C. quę res pign. obliga. po. t. Oportet enim in
iurisdictione exercenda seu in iure dicendo principis imaginẽ
repręsentari, l. 1. in fi. C. de offic. vicar. ibi, & iudicationis nostræ

soleat vel debeat repreſentare reuerentiā. Et hac ratione mo-
tus eſt Bald. in c. vnico, de feud. march. collatio. 10. Hæc pauca
184 ſufficiant de hoc forte alias. Sed † vbi verior illa opinio erit,
vt iura regni acquiri poſſint præſcriptione, pariter & iuriſdi-
ctio, vbi in iudicio quæſtio mouebitur, quis probabit ius ob-
tentum fuiſſe, an princeps, an vero ſubditus: Secundo quo-
modo probabitur. Ad primum dic ex præcedentibus ſatis ab-
ſolutum fuiſſe, præſertim ex his, quę diximus in l. 3. §. fi. §. ſi cū
omnes ſupra cod. titu. Ob id breuius his abſoluam. & Bartol.
abſoluere videtur in l. vnica C. de conduct. & procura. rei. fiſc.
& do. Auguſt. libro 11. per illum text. qui neganti poſſeſſionē
proband. neceſſitatem imponit, vt in hoc caſu principis non
ſit alia a cauſa priuati, cuius ſententiam ex multis confirmaui-
mus, ſed Ioan. de Platea in illa lege moderatur hanc Bartol.
ſententiā quæ generaliter concludit in omnibus pene caſibus
in quibus dubitatio contingere poteſt. Aut, inquit, pro poſſeſ-
ſore præſumptio eſt, & transfertur probandi onus in eum, qui
negat. Vbi vero is, qui negat, intentionem ſuam habet in iure
communi fundatam, probandi onus poſſeſſori incumbit. ca.
ordinarij locorum de offic. ordina. lib. 6. Sed cum iſtius decla-
rationis ſupra noſtro §. meminerimus, & in l. 3. §. ſi cum om-
nes ſupra eod. vt nihil illorum repetere videas, ad ea quæ illic
ſcripta ſunt te remitto. Adde, quæ Barto. & Io. de Plat. notant
poſt gl. in l. 1. per illū tex. C. de fide inſtru. & iure haſtæ fiſc. lib.
10. vbi ex illo tex. colligunt neganti ſolēnitatem in alienatione
rerum fiſcalium interueniſſe, probādi onus competere, quā
Bar. illic proſequitur. Illius etiam meminit Mod. Papienſ. in l.
Labeo ff. de pact. Et ratio eſt ſecundum eos, quoniam vbi lex
pro aliquo præſumit, trāsfert in alium onus probandi. Sed Io.
de Plat. ad illum text. dicebat, non eſſe mirum, quoniam ex-
tabant inſtrumenta, quæ aſſerebant, ſeu teſtificabantur ſo-
lemnitates interueniſſe, pro eis igitur lex præſumit, donec cō-
trarium probetur l. optimam C. de contrahen. ſtipulatio. ſed
intelligunt verum eſſe, dummodo inſtrumentum in terminis
ſit, ſeu loquatur, propter quos rogatus eſt notarius inſtrumē-
tum conficere, ad ſimilitudinem nuntij in l. magis puto. §. ne
tamen ff. de reb. eor. qui ſub tutela vel cura ſunt c. cum parati,
extra de appella. Idem not. Innocen. in c. quoniam contra fal-
ſam. extra de proba. ſecus ſi verba inſtrumenti enuntiatiue cō
cepta eſſent d. l. optimam, & ideo de his verbis enuntiatiuis
conſtare debet l. 1. C. de relatio. authent. ſi quis in aliquo. C. de
edend. Tolle exemplum ſecundum Bald. & Areti. in l. 2. ff. de
teſta. cuius dicta transfert Mod. Papieñ. in l. ſenium C. qui te-
185 ſta. fac. poſ. † Si notarius, qui confecit inſtrumentum teſta-
menti, dicat teſtatorem eſſe ſanæ mentis, cum hoc ſit extra ea,
quæ ſibi a lege commiſſa ſunt, non probabit teſtatorem fuiſſe
ſanæ mentis, quod dictum proſequere vt per Moder. Papieñ.
in d. l. ſenium in princ. C. qui teſta. fac. poſ. eundē in l. ſolent. ff.
de iuriſdi. om. iudic. Fely. in c. cum a nobis in 7. fallen. extra de
teſtib. Et ratio huius dicti eſt, quoniam de iure non creditur
alicui in alieno facto, vbi ex eo is, qui teſtificatur, laudem aut
vituperium reportaret. Ad id facit l. fi. ff. de teſti. & d. l. ſolent.
& d. cap. cum a nobis. argui autem poſſet notarius, ſi inter per-
ſonas prohibitas, aut de prohibita inſtrumentum confeciſſet.
§. coges in authent. de manda. princi. colla. 4. §. callidis de pro-
hib. feud. aliena. per Feder. collat. 10. §. ſi vero in perpetuam
verſi. hæc igitur in authent. de non alienand. reb. eccleſ. coll. 2.
Et ideo is, qui innitiī ſimilibus, probare debet l. 2. C. de cano.
frumēta. vrb. Romæ libro 11. l. 2. in verbo, repellere. C. de iure
emphy. plene in l. ſi prius ff. de noui oper. nuntia. Et Bartol. in
dicta l. 1. C. de fide inſtrumen. & iure haſtæ fiſca. Et facit l. 1. C.
de probatio. Ioan. And. in regula, infamibus, & in regula, ſine
poſſeſſione de regul. iur. in 6. Io. Fab. poſt Cy. in l. male agitur.
C. de præſcript. 30. anno. Secus autē dicendum eſſet, vbi de iu-
re non haberet quis ſuam intentionem fundatam. Tolle exē-
plum ſecundum Cyn. & Bald. in d. l. 2. C. de iure emphyteu.
quando quis de iure tertij exciperet, vt in l. loci corpus. §. com
petit ff. ſi ſeruit. vendi. de quo per Barto. & Paul. de Caſt. in l. 2.
ff. de except. rei iud. Vel pone in caſu per Innocē. declarato in
c. ſuper his, extra de accuſatio. Si contra electum proponere-
tur excōmunicationem vel periurium incurriſſe, & ob id non
eſſe beneficij capacem, quia Titio cenſum nō ſoluerit debito
tempore, cui ſub pęna excōmunicationis obligatus erat certo
die ſoluere, non auditur excipiens, quia iure ſuo ſibi non com
186 petit hęc exceptio. † dicenti igitur ſeu proponenti negatiuam
onus probandi incumbet, quoniam talis proponens habet iu-
ris præſumptionem contra ſe, cum vnuſquiſque bonus præſu
matur c. dudū, extra de præſumpt. l. fin. C. ad legē Iul. repetun.
ſecus autē ſi creditor illam opponeret producto inſtrumento
obligationis, iuxta l. 1. C. de probat. Et hanc doctrinam Innoc.
ſequuti ſunt Cy. & Bal. in d. l. 2. C. de iure emphy. & Bart. in l.
illa ff. de verb. oblig. Et gloriantur Mod in hoc inuento, quod
ſuum eſſe dicūt, vt ab impugnatione Petri Innoc. in d. c. ſuper
his liberarent, dum diſtinguūt extraneum a creditore. Et licet
non comperiam Petr. de Bellapertic. in d. l. 2. reprehendiſſe
Innoc. in loco prædicto. tametſi Cyn. & Bald. Petrum cōme-
morant. Si tamen hoc Petrus dixiſſet, reprehenſione dignus
187 non fuiſſet, † quoniam dum creditor inſtrumentum obliga-
tionis producit, iam intentionē fundatam habet, ſicuti Barto.
& Ioan. de Platea notant in d. l. 1. C. de fide inſtru. & iure haſtæ
fiſca. lib. 10. per illum text. & d. l. optimam in fi. C. de contrahē.
ſtipula. hoc etiam notat Bald. in d. c. in cauſis §. amplius per il-
lum text. de pace Conſtan. in verbo, amplius conſueuerunt.
Non eſt mirum, ſi onus probandi transferat in eum, qui con-
tra inſtrumenta aliquid proponit l. in exceptionibus, & l. quin-
genta ff. de probatio. & d. l. 1. C. de probationi. Et vt mens Pe-
188 tri clarius intelligatur, propono quæſtionem. † Pone quod
creditor non producto aliquo inſtrumento aduerſus electum
proponat periurium vel excommunicationem, an creditori
dicenti debitorem ſuum periurium vel excommunicatum
eſſe, fides adhibebitur, certe quæſtio hæc de indubitabili eſſe
videtur l. 2. & l. verius. ff. de probatio. vt non audiatur ille exci-
piens, niſi de obligatione, quæ de obiectis criminibus vel per-
iurio, vel excommunicatione doceat d. l. in exceptionibus, & l.
ſi per alium §. docere. ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt vi exi.
Et hac ratione dicit Innocen. in d. c. ſuper his, non eſſe Reges
aut principes audiendos neque admittendos ad excipiendum
contra electum, de ſimonia, adulterio, cęteriſve criminibus,
cum præſumantur hoc facere, vt medio tempore regalia te-
neant, vel aliquando ab eo ſequantur, vel propter aliquam ſi-
milem cauſam, qui ſi ſuſpecti non eſſent, facilius quocunque
alio admitterentur c. conſtitutum 16. q. 1. & cap. filijs 16. q. 7.
Idem notat Dominic. in c. vt circa §. edicto. 4. col. de electio. li.
6. Quanto minus tertius audiendus erit per ſupradicta. Et in
hoc nulla poteſt inter creditorem & tertium extraneum eſſe
differentia. Sed ſi tertius ſic excipiens de periurio aut excom-
municatione ad effectum improbandæ electionis propter vi-
189 tium perſonæ electi docere debet. † Et Innocen. in d. ca. ſuper
his, declarat quid & quomodo probare debeat obiectus & cri
mina. Primo enim tenebitur inſtrumentum obligationis pro
ducere, quo obligatus erat ſub excommunicationis vel periu-
rij pęna creditori ſuo certam ſummam ſoluere, & per eius cō
feſſionem vel alio modo illum in termino nō ſoluiſſe, vel per
inſtrumentum latę excommunicationis ſeu declarati periu-
rij vel excommunicationis, vel probare non ſolutum eſſe de-
bitum quod ſub illis pęnis obligatus erat certo die ſoluere, &
ob id excommunicationis vel periurij pęnā incurrerit, quod
dicit poſſe fieri per exhibitionem libri rationum mercatoris,
vel per teſtes, iuxta doctrinam glo. in l. 2. C. de iure emphyteu.
& ad id creditorem in teſtem producere. Sed huic declara-
tioni Innocen. dari poteſt inſtantia in eo, qui diffamatus erat
de crimine, non tamen conuictus, aut aliter ſuperatus, de
quo in c. qualiter & quando. & c. inquiſitionis. extra de accuſ.
& l. 1. C. quorum appel. non recipi. vel ſi non poteſt creditoris
copia haberi, forte quia abſens eſt, vel quod deceſſerit, & ob id li-
190 ber rationum eius recuperari non poſſit, & in eo, † qui diffa-
matus eſt purgatio canonica ad minus neceſſaria eſt ca. quo-
ties, extra de purgatio. cano. c. cum oporteat prælatum purum
& ſyncerum & ab omni macula alienum eſſe c. cū in cunctis,
extra de electio. & ab omni criminis ſuſpitione purgatum c. ſi
quis neque 1. q. 1. facit quod notatur in c. cum noſtris, extra de
conceſ. præben. Producto autem obligationis inſtrumento,
ſaltem ſuſpicio maxima in eum naſcitur, præſertim ſi tale eſt
inſtrumentum, quod ſua figura fidem facere poſſit, & execu-
tionem de ſe habeat. Et ad id induci poteſt l. 2. in princ. § item
diui fratres, & l. 1. ff de iure fiſci. l. fi. C. de edicto diui Adriani
tollen. l. 2. §. inſpectio. ff. quemadmod. teſta. aper. ſecus autem
vbi per inſtrumenti inſpectionem veritas detegi non poteſt.
arg. eſt l. ita fidei in prin. ff. de iure fiſci. §. ū. in authent. de teſta.
imperfect. colla. 8. & l. 2. §. fi. C. de vet. iure enucl. l. ſi patrono. §.
fi. ff. de bono poſ. Et idem Alber, ſentire videtur in d. l. 2. C. de
iure emphyt. per d. ca. quoties, & l. præſenti. §, ſicubi. C. de his
191 qui ad eccleſ. confuge. † Neq; plurimum obſtare, ſeu mouere
poteſt ratio Bart. per eum poſita in l. in illa. ff. de verbo. obliga.
dum excipientem ab accuſatore diſtinguit. Dicit enim illum,
qui de crimine excipit, vt quia dicat partem ſuam aduerſam
audiēdam non eſſe, quia communitati ſeu ciuitati collectam
non ſoluerit iuxta formam ſtatuti, cum hæc exceptio commu
nitati tantū competat, & ſic de iure tertij excipit, exceptio cū
ad ſuam vtilitatem ſit, tenebitur eam probare, alioquin exci-
piens fundatam non habebit intentionem. Et pro Barto facit
ratio Innocen. in d. ca. ſuper his, extra de accuſa. quoniam pro
eo cōtra quem excipit, ſeu crimen vel defectum obijcit, militat
iuris præſumptio. Secundo, qd excipiens actoris munere fun-
gitur l. 1. ff. de exceptio. & d. l. in exceptionibus. ff. de exceptio.
Si autem, inquit Bartol. pœnam petit criminis, & accuſat,
quoniam in eo ſua intereſſe non poteſt, cum principaliter ac- 192
cuſatio ad publicam vtilitatem fiat, tunc ergo accuſator, qui a

probandi incumbet, & sic probabit se collectam soluisse. Allegat. l. 3. §. si ad diem. & l. qui commeatus. ff. de re milita. l. 2. ff. si quis cautio. In primo conuenio cum Bartol. per rationem. d. l. in exceptionibus. ff. de probatio. & idem sentit Innoc. in d. cap. super his, nisi aduersus eum instrumentum producatur, & cũ eo alia indicia concurrant, quæ illam præsumptionem elidant & contrariam præsumptionẽ inducant. vt in c. cum in tua. extra de sponsali. l. non est enim verisimile. ff. quod metus causa. & c. fi. extra de his quę vi metusve causa fiũt. Imò, quandoque instrumenta sufficerent, etiam in causa status, vt in l. iubemus omnes. iuncta gl. fin. & in l. interrogatam. C. de libera. causa. vt iudici occasio inquirendi præbeatur, vt in d. c. inquisitionis, & c. qualiter & quando. extra de accusationi. melius in l. 2. §. si in publico. ff. ad legem Iul. de adult. l. si ab eo. ff. de calum. & alijs not. per Barto. in d. §. si in publico. & in extrauag. ad reprimen. in verbo, inquisitionem. Sed in secunda parte non possum cũ
192 Bartol. conuenire, † vt reo accusato probandi onus imponatur. Primo cum obstet iuris pręsumptio, vt diximus l. fina. C. ad legem Iul. repetun. quia vnusquisque bonus pręsumitur, nisi malus probetur. d. c. dudum. extra de præsumptioni. Et in regula iuris notatur, semel malus. de regu. iur. Secundo alia iuris regula, quæ triuialis est, obstat, actori onus probandi semper incumbere. d. l. ei. & l. verius. ff. de probatio. multo magis accusatori. l. qui accusare. C. de edendo. & in hoc materia illius legis repeti posset. a qua nonnulli casus excipiunt. in l. fallaciter. C. de abolitionib. Crimẽ læsæ maiestatis, patriæ oppugnatę vel proditę, peculatus, & desertorum sacramentorum, & in casibus expressis per glos. in l. præsenti. §. sicubi in verbo, conicientia. C. de his qui ad eccles. confug. Et de iure canonico in diffamatis purgatio introducta est, in d. c. quoties. extra de purga-
193 tio. cano. vbi forma purgationis posita est. † Et vtrunque membrum nostrę declarationis amplectitur Accurs. in l. vbi. in prima glo. C. ad legem Cornel. de fals. Inno. in d. c. super his. 3. column. extra de accusat. o. quicunque, inquit, siue agendo siue excipiendo factum proponit, probare tenetur. Nec obstãt prædictis. l. 3. §. si ad idem. & l. qui commeatus. ff. de re milita. quæ neque in reo, neque in accusatore loquuntur, sed tantum diffiniũt, an is, qui commeatum obtinuerat, & die præfinito reuersus non erat, desertoris penam vel emansoris sustinere de-
194 beret. Et a iureconsulto legis declaratio ponitur, quæ illi pęnam infert, quæ a lege in desertores vel emansores introducta est, docetque iudices, qualiter in eos, qui commeatus spatiũ excesserunt, procedere, quave pęna illos, postquam desertores inuenti erũt, punire debeant, nisi hi qui pęnam refugere velint, excusationes suas proponant, & propositas probent. dum ille text. primo declarat de eo, qui commeatum obtinuerat, & in termino sibi statuto reuersus non est, quem lex reum desertoris facit, nisi forte causas legitimas, quas in d. l. qui commeatus. ff. de re mili. commemorat, propo suerit, & aliquam illarum probauerit. Atque ob id lex vult docendi copiam sibi fieri, priusquam in eum desertionis seu emansionis sententia legis proferatur, vt si excusat onem probauerit, venia dignus iudicetur, sin minus, pęna desertoris, vel emansoris puniatur. Et sic crimen legis plene in eum probatum erat, nec alia probatio vel accusatio duci belli necessaria est, quam commeatus concessio, quæ tempus certum & præfinitum habere debet d. §. si ad diem. & d. l. qui cõmeatus. & l. hac lege. C. de proxe. sacror. scriniorũ. lib. 12. Et sic pertransitio spatij seu numeri temporis illa est, quæ crimen facit, & probat secundum legis authorita-
195 tem. † Quare qui ab illo crimine, quo per legem videtur impactum, se purgare vult, excusationem, & sic exceptionẽ proponere necesse habet, & propositam probare. Et illa forma datur in d. l. 3. §. si ad diem. ff. de re militari. in his verbis facta prius docendi copia, num forte casibus quibusdam detentus sit, pp quos dignus venia esse videatur. & similis consideratio habita est per iurecõsultum in l. 2. §. si quis in iudicio & si quis cautio. inquit ille text. si quis in iudicio se sisti promiserit, & valetudine, vel tempestate, vel vi fluminis prohibitus sisti se non possit, exceptione adiuuatur, nec immerito. Idem dicitur in §. si propter aduersam. eadẽ lege, & sic exceptionẽ proponere necesse est. Alioqui obstabit illius obligatio, seu cautio, quemadmodum supra dictum est de eo, qui intra commeatus tempus reuersus non est. lapsus enim temporis obligationem aduersus eum producit, per quam pęnę desertoris subijcitur, nisi exceptionem in peccato proposuerit. Iam enim peccatum probatũ est, exceptionem igitur seu excusationem legitimam dicere & probare debet, per illos tex. quare illę leges per Bartol. adductę in consideratione esse non possunt, immo probant directe contra Bartol. quoniam qui desertorem vel emansorẽ aliquem proponit, quia ad diem commeatus non venit, probare debet non venisse. Et si is, qui accusatus est desertionis, vult pęnam legis euitare, probare debet exceptionem vel excusationem a
196 lege permissam, per illum text. † Similem declarationem tradunt Ang. & Alexand. in d. l. in illa. ff. de verbo. oblig. dum de

tutore, qui inuentarium non confecit, quærunt, cui onus probandi incumbere debet, an dicenti fecisse inuentarium, an vero neganti factũ esse, eo qd tutor administrare prohibetur, nec inuẽtarium fecerit. l. tutor qui repertorium. ff. de administra. tuto. & sic factum legis probationem aduersus eum facit, nisi doceat se, qd suo officio incũbebat, impleuisse, & ideo probare debet, & illud producere. l. fi. C. arbit. tutelæ. l. nõ ignorat.
197 C. qui accusa. pos. † Et in omnibus his ratio Innoc. concludens ab omnibus inuenta est, quando aduersus negantem est legis præsumptio, vel negans iuris habet resistentiam, neganti tunc onus probandi incumbet. c. 1. de præscriptio. in 6. quod prosequere, vt per Felyn. in c. si diligenti. 5. & 6. column. extra de præscriptio. Bald. in l. 1. C. de seruit. & aqua. Cyn. in l. 2. in 5. q. C. de iure emphyt. Io. Andr. in c. sine possessione. & in c. infamibus. de regu. iur. in 6. Bald. in l. cogi. C. de petitio. hæredita. Moder. Papieñ. in tractatu feudorum, quem posuit post titulum de iure emphyteutico, C. libr. 4. column. 18. & 19. Ioan. Fab. in l. male agitur. C. de præscriptio. 30. annorum. Ang. in l. hoc iure. ff. de verbo. oblig. Inno. in c. cõstitutus. extra de electio. Francisc. Aretin. & Alexand. post eum in d. l. in illa. ff. de verbo. oblig. & Ioan. de Platea in d. l. vnica. C. de conducto. prædio. fisca. & domus August. libr. 10. glos. in c. insuper. in verbo, nisi requisitus. de prohibi. feud. aliena. per Feder. Ex his ergo clare constat, in his principem fundatam habere intentionem de iure com-
198 muni, † quoniam is, qui possidet, saltem debet ab initio naćtæ possessionis titulum habere, cum iussione principali, id est, principis concessione. l. iubemus. §. fina. C. de fundis patrimo. libr. 11. & in l. 1. ff. de offic. procura. Cæsaris qui text. non potest euitari. Neque et l. idem Iulianus. §. constat. ff. de lega. 1. in quibus desideratur omnino expressus principis consensus, ad hoc vt alienatio rei dominicæ vel patrimonialis alienari possit, & aliter facta non valeat, etiam si per consensum siue expressum siue tacitum officialium fiat, vel vsurpetur, seu possideatur per rationem. l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. quoniam publicorum locorum procuratio tantum, non etiam concessio data est. Secundo, quoniam si in priuato desideratur scientia & patientia domini antequam res priuati præscribi possit, præsertim in similium iurium acquisitione. l. penult. ff. de seruitu. l. 1. & 2. C. de seruitu. & aqua. quanto magis in principe scientia desideratur, cum necesse habeat per rectores seu procuratores, & prouinciarum præsides singulas res sui dominij, & patrimonij regi administrare, quia omnibus interesse non potest. l. magistros. C. de professo. & medic. libro. 10. per rationem. l. 2. §. in bonorum possessione. ff. quis ordo in bonorum poss. seruetur. Ibi, cum præses alijs rebus aut militaribus custodijs, aut cognitionibus fuerit occupatus, ex quibus priuatus releuatur, si propter impedimentum præsidis sibi rebus cauere non potuit, præsertim circa adeptionem possessionis bonorũ. & in l. 2. §. confestim. ff. ad Tertullianum. l. sed & si per prætorem. §. ait prætor. ff. ex quib. causis maio. l. in senatusconsultum. §. si propter mortem. ff. ad senatusconsultum Turpil. quanto magis in principe dicendum est, maxime vbi facto officialium seu magistratuum res fisci perijt. l. vnica. C. de senten. aduers. fiscum lat. lib. 10. & l. 1. C. de aduocatis diuerso. iudic. l. sed & si. §. ait prætor. versicul. item per magistratum. ff. ex quibus causis maio. & per rationem legis, omnes iudices. C. de decurio. libr. 10. l. placet. in fin. C. de excusat. muner. eodem libro. Alioqui, vt supra sæpius diximus, causa magistratuum potior esset ipsius
199 Regis, quod a iure alienum esset. † Obstat etiam ratio, quæ in priuato locum obtinet, de procuratore, qui dolum committit, qui domino non præiudicat. l. creditor. §. fi. ff. manda. vel si mādati fines excedat. l. diligẽter. ff. mandati. Cum igitur cõmissio concessa non sit, sed sola procuratio, non potest causa principis deterior esse causa priuati. Et ita Barto. tenet in l. si publicanus. §. in omnibus. ff. de publica. & vectiga. Idem Bartol. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infec. cuius sententiam sequitur Alexan. in l. 2. in fin. ff. de iurisdic. omnium iudic. Innoc. in c. bonę. magna. extra de postula. prælato. Salice. in l. vectiga-
200 lia. C. noua vectig. institui non posse. † Et licet plerique dixerint, sufficere scientiam magistratuum seu officialium Regis, eo quod ad curam eorum pertineat de huiusmodi iuribus inquirere. l. 3. C. noua vectigalia institui non posse. Ista ratio satis confusa est, per ea quæ supra dicta sunt, per d. l. 1. ff. de offi. procuratoris Cęsaris. dum ille text. tunc enim transfert cum negotium Cæsaris gerens consensu ipsius tradit. & in d. l. diẽ Iulianus. §. cõstat. ff. de legat. 1. nec obstat. l. 3. C. de noua vectig. institui non posse. quæ omnino ipsis contradicit. Et admiror mirum in modum eos, quo modo in illa lege moti sint, cũ illa contradicat. dicit enim inconsulto principe noua vectigalia institui non posse, necessitate quibuscunque iudicibus imposita vetare ne cõtrium fiat, sed omni opera studeant, qd exactum erit, cogere exactores restituere. & si secus fecerint, pęnę plectennur, vt mox ostendemus. Et quod in cõsideratione esse non possit illud inquisitionis onus iudicibus commissum, clare probat.

probat. l. 1. C. eod. tit. noua vectigalia instituti non posse. Quoniam non alia ratione inquisitio committitur, nisi postquam inquisierint, principi scribant quid compererint, vt princeps ipse in primis rōnem sui quatenus existimabit, habere possit. Secundo etiam vt nihil præterquam concessum & consuetum sit s'm concessam a principe exigendi potestatem exigatur, & autores tanti criminis perpetuo exilio vult puniri. In quo declaratur, d. l. si publicanus, §. in omnibus, in verbo, consuetudi-
201 ne. ff. de publica. & vectig. †quia consuetudo exactionis initiū a principe seu principis authoritate capere debet. Et vt tollatur omnis dubitatio, repero duos aut tres textus, quorum paulo ante meminimus, & qui mea opinione euitari nō possunt, & hac ratione hic repetimus, iuxta illud Horatianum in arte Poetica, hæc placuit semel, hæc decies repetita placebit. In primis l. placet. C. de excusat. muner. lib. 10. inquit ille tex. si quid vrgentius fieri ceperit, referri ad celsitudinem tuā statuimus, & authorem te fieri, & eo persoluto inferri ad scientiam nostram, vt nobis iubentibus roboretur, l. fi. C. de bonis vacantib. libro 10. ibi, vt eorum instantia præses prouinciç pręsente fisci patrono diligenter inquirat, cuius vacans cadensq; fuerit patrimonium, quantumq; lex quale videatur, vt cum data reclamandi copia, nullum de iure possidere, vel vacare constiterit, locumq; ęrario factum esse, tam ipsius relatione, quam publicorum monimentorum fide constiterit, rerum nobis notitia intimetur, vt iussu nostro vacantia, vel alia res nomine occupētur ęrarij. Et notentur quæso verba sequentia illius legis, quæ forma etiam in parte bonorum vel in vna altera vere, seu actione vna vel etiam pluribus seruetur. Nam si quid per fraudem in dispendium ęrarij fuerit admissum, missi quidem executores non euitabunt indignationem, præses autem facultatum parte dimidia mulctabitur, fisci vero patronus detrimentum, quod pro vitio eius fisco ingeritur, resarcire vrgebitur. Ecce quomodo inquisitio primum facienda est a præside præsente fisci patrono, & principi notitia intimetur, & ipso iubente in ęrarium conuertentur. Et sic non potest subsistere ratio Salyceti, & Iacobi de Sancto Georgio, dum reprehendunt Bart. in d. l. si publicanus. §. in omnibus, ff. de publicanis & vectig. Iacobus prædictus in tractatu, in verbo, & cum mero & mixto imperio, col. 5. dicit solam magistratuum seu officialium scientiā vel patientiam sufficere, quia ad curam ipsorum pertinet, per l. 1. C. noua vectig. imponi non posse, quoniam ad pęnam eo-
202 rum inquisitio commissa est. †Nam si prædictam formā omiserint, aut etiam eam obseruauerint, sed principi non intimauerint, iussumq; eius non acceperint, punientur pęnis præscriptis, & quicquid secus factum fuerit, nullum erit, sicut declarant illę leges, quibus etiam addo l. vnicam. C. de superindict. lib. 10. quæ cum breuis sit, non pudebit eam recēsere, propter eos, qui sæpius negligunt leges videre. Nihil, inquit, superindictorum nomine ad solas præfecturę literas quisquam prouincialis exoluat, neq; vllius omnino indictionis titulus etiam solemnis immineat, nisi cum nostro confirmata iudicio & imperialib. nexa præceptis sedis amplissimę deposcat indictio & cogat exactio, vt intelligatur quomodo decretalis, super quibusdam, extra de verb. sign. subsistere possit. Et φ non sufficiat præsidem ad inquirendū esse commissum, sed habeat post factam inquisitionem hoc principi intimare, & iussionem suam expectare, addo textum, cuius etiā supra meminimus, in l. nemo. C. de re milit. lib. 12. ibi, si quos autem milites per prouincias relictis proprijs numeris passim vagari præsides earum cognouerint, correctos faciant custodiri, donec de his clementię nostræ auribus intimetur, & quid fieri oporteat decernamus, tantundem dicitur in l. tribuni. eod. tit. ibi, de eo ac tribuno eius ad nostram scientiam rectorum ac defensorum relationibus protinus referatur, quatenus seuerissime in eos animaduertatur. Hic reperi posset, l. 1. in verbo, bona fide. C. ne fisc. rem quā vendi. euin. lib. 10. l. 1. C. de pasc. publ. lib. 11. l. 1. & 2. C. de fide instru. & iure hastę fisca. libr. 10. l. 2. & fin. C. de prædi. decurio. eod. lib. Ex quibus satis constare potest, quæ & qualis forma & diligentia circa res fisci, & patrimoniales seu dominicas principis adhibenda est pęnis indictis vltra actuum nullitatem. Et vt supra dixi Neustriæ consuetudo ad id conuenit, quæ huiusmodi possessiones furtiuas appellat prohibentes tituli & possessio-
203 nis acquisitionem & earum præscriptionem. †Quare in his rebus patrimonialibus & dominicis & fiscalibus & iuribus regaliis seu regalibus vbi res præscribi possent, quod non puto per supradicta, tamen vbi contraria opinio recipienda foret, pluribus tamen concurrentibus præscriptio admittenda esset. Primo quod ab initio nactę possessionis interueniat titulus, id est, concessio principis, vt in l. iubemus 2. §. final. de fund. patrimon. libro vndecimo. Vel quod res principi specifice & nominatim declarata sit, & ab eo confirmata, vel eius consensus ab initio interuenerit, vt in l. 1. ff. de offic. procur. Cęsa. l. vnica. C. de superindic. lib. 10. l. placet. C. de excusa. muner. eo. lib. c. 1. de consuetud. recti feudi colla. 10. ibi, pręsente & non contradicente domino, & alijs supra relatis, quæ non repeto. Tertio qđ principi aut Reipublicę damnosa non sit, c. intellecto, extra de iureiurando, neq; per eam respub. lęsionem patiatur, vt supra dixi post Luc. de Penn. in l. quicunq; desertū, C. de omni agro deser. lib. 10. Quarto quod res sui natura alienabilis sit, vt in l. viā publicam ff. de via publica l. quicūq; C. de fund. limitroph. lib. 11. Idem Iulianus §. constat ff. de lega. 1. gl. in l. longa. ff. de mortuo inferen. Quinto quod vitio non sit affecta, vt in l. vitia. C. de acquir. poss. l. Pomponius, §. fi. ff. de acquir. poss. vel persona ratione iuramenti præscriptionis incapax sit, vt in vasallo & officiali, qui sex principaliter domino iurauit, vt in §. 1. in auth. iusiuran. quod præsta. ab his, colla. 3. c. vnico, de forma fideli. &
204 c. vnico, de noua forma fideli. colla. 10. & c. veritatis, extra de iureiuran. †quia iuramentum impedit præscriptionis natiuitatē, vt in c. si diligenti. extra de præscriptio. Iuuatur ratione, l. male agitur. C. de præscriptio. 30. annorum, quia mala fides possidētis obstat. Idem in alijs vitijs quorum supra meminimus, quoniam, vt inquit Bal. in c. in causis §. amplius, de pace Constan. collat. 10. Princeps nihil potest alienando successoribus præiudicare, & minus vasallus, quoniā legis ratio obstat, quæ cuiuscunque temporis præscriptionem prohibet, cap. 1. de prohibi. feu. aliena. per Feder. colla. 10. Idem de subdito dici potest, qui omnem fidelitatem principi debet, qui nullo tempore præscri-
205 bit, nisi sciente & cōsentiente domino l. coloni. in verbo, ignorante. C. in quibus causis colo. censi. lib. 11. † Sexto necessaria est bona fides l. vnica. C. ne fisc. rem quam vendi. euin. lib. 10. Septimo quod solemniter facta sit l. fi. C. de bon. vacan. lib. 10. l. 1. C. de pasc. publ. lib. 11. l. 2. & fina. C. de prædi. decurio. lib. 10. Octauo φ iusto pretio. l. si minori pretio. C. de iure fisci. lib. 10. l. 1. & 2. C. de fide instru. & iure hastę fisc. eodem lib. Nono, φ per fraudem, aut dolum, vel etiam gratuitam aut venalitiam conniuentiam non fiat, vt in l. placet. C. de excusa. muner. lib. 10. l. Baphij. C. de murilegu l. omnes iudices. C. de decurio. lib. 10. d. l. fi. C. de bon. vacan. lib. 10. Induci potest l. si quis pecuniā in prin. & quod illic Bar. per illam legem notat. ff. si quis omis. causa testamenti, vel per præuaricationem procuratoris vel aduocati fiscalis vel aliorum officialium fiat, vt in l. vnica. C. de sententi. aduersi. fisc. lat. lib. 10. Iungi potest l. 1. C. de aduoca. diuersi. iudi. d. l. fi. C. de bon. vacan. lib. 10. Decimo, quod solemnitas & inquisitio super commodo vel incommodo principis & Reipubl. facta principi intimata & notificata sit, & princeps relatione audita decretum suum interposuerit, vel aliter diffinierit, d. l. placet. C. de excusa. muner. l. 1. & 2. C. de fide instru. & iure hastę fisca. l. fin. C. de bon. vacan. l. vnica. C. de superindic. l. si minori pretio. C. de iure fisci. eod. lib. l. 1. in verbo, bona fide. C. ne fiscus rem quam vendi euinc. eod. lib. & alijs legib. supra relatis. Vndecimo vt conscientia rei alienę non interueniat, vt in c. fi. & c. vigilanti. extra de præscr. & in ratione l. cum quærebatur. C. vnde vi. quia alioqui possessio furtiua erit, per illum text. cuius supra meminimus. Duodecimo, quod ex officialibus regijs non sit, per rationem l. vnicę. in fin. C. de conduct. rei fisca. & dom. August. lib. 11. de quo vide Bal. in l. mancipia. C. de seruis fugiti. Decimotertio, quod longissimo tempore præscribatur, quod aliqui interpretantur triginta annorum, sic glossa interpretatur in c. 1. de prohib. feudi aliena. per Lotha. colla. 10. Modern. Papien. in l. si filius qui patri. 2. col. in fin. & princip. seq. ff. de vulga. & pupill. substitut. dixit iura non posse præscribi minori tempore quam triginta annorum. Et ad id inducebat l. licet. C. de iure deliberan. sic inducendo illa lex dicit ius adeundi non præscribi longo tempore, sed secundum Accursium illic præscribitur longissimo tempore triginta vel qua-
206 draginta annorum. †Ratio secundum eum est, quoniam omnia iura præscribantur illo tēpore l. sicut, & l. omnes, C. de præscript. 30. anno. Et quoties de præscriptione iurium lex loquitur, intelligenda est de præscriptione longissimi temporis, nō autem longi temporis decem vel viginti annorum. Nec dicit obstare, quod præscriptio triginta annorum de iure Digestorum incognita erat, vt glo. voluit in §. in authen. vt ecclesia Romana gaudeat centum annorum præscript. collat. 10. & in l. qui occidit ff. ad legem Aquiliam, sed tantum inuenta sit per illas l. sicut, & l. omnes, vnde l. licet. C. de iure deliberan. de illa non potest intelligi, fatetur de iure Codicis præscriptionem triginta annorum inuentam fuisse. Secundo de iure Digestorum in iurib. non procedere illam præscriptionem longi temporis. Et allegat Bald. in cap. 1. de capi. Corra. & Bartol. in l. fi. in princip. ff. de eo per quem factum est. Addebat & secundo verba secundum subiectam materiam intelligenda esse, etiam impropriādo l. si vno. in principio. ff. loca. & conducti. l. insulam, ff. de præscriptis verbis alioqui inquit lex illa, licet esset fatua. Sed ista consideratio non videtur alicuius fructus esse. In primis illa lex, licet, de præscriptione longi temporis tantum loquitur, neque vlla de præscriptione longissimi temporis mentio fit. Verum est Accurs. in illa lege supplere ad illum textum lōgissimo tempore iuri adeūdi seu immiscēdi posse præscribi,

d.l.sicut,& l.omnes C de præscript. triginta annorũ, sed quã-
tum est ad ius immiscendi ipse idem Moder. Papiens. non cõ-
sentit in d. l. si filius qui patri 2. col. in fi. ꝙ iuri se immiscendi
posit præscribi per rationem ab eo adductam, sua autem con
clusio omnino illi aduersatur, quoniam haud multo post ge-
neraliter cõcludit, omnia iura præscribi posse triginta vel qua-
draginta annis d. l. sicut & l. omnes. Secundo ex dictis eius
aperte cõstat, nulla iura posse de iure Digestorum vllo tem-
pore præscribi, quoniam præscriptio longissimi temporis de
iure Digestorum non procedebat, & iura non præscribebãtur
207 longo tempore, dicta l. licet C. de iure deliberan. † Sed mirum
est, quomodo dixerit de iure Digestorum in iuribus præscri-
ptionem longi temporis non procedere, cum aperte contra-
rium dicat l. 1. §. fi. ff. de aqua pluuia arcenda. ibi, longam con-
suetudinem velut iure impositam seruitutem videatur. Et sic
per illam legem longa præscriptio habet vim cõstituti l. 1. & 2.
C. de seruitu. & aqua l. si quis diuturno. ff. si seruitus vẽdicetur.
ibi, si quis diuturno vsu & lõga quasi possessione ius aquę du-
cendę nactus sit, non esse ei necesse docere de iure quo aqua
cõstituta est, veluti ex legato vel alio modo, sed vtilem habet
actionem, vt ostendat per annos forte tot non vi, non clam,
non pręcario possedisse. Et sic longa possessio decẽ vel viginti
annorum, vim habet constituti, vt supra dixi. Et miror, quo-
modo a tam laudatis patribus tanta facta est instantia vel con-
sequentia super illa l. hoc iure §. ductus aquę. ff. de itine. actu-
que priuato, vt supra docuimus, cum hoc in pręscriptione tan
ti temporis, cuius initij non extat memoria, peculiare, non sit,
sed etiam locum habeat in præscriptione longi temporis de-
cem vel viginti annorum, per illas leges & maxime dictam l.
si quis diuturno, quæ caret omni scrupulo. Addo glo. in l. 3. §.
208 si seruus in verbo, diu. ff. de acquirenda possessione. † Et In-
nocen. in c. dilectus. extra de consuetud. dum de iurisdictione
loquitur, quam dicit posse acquiri decem annis cuius dictum
approbat Ioan. Fab. in l. 1. C. quę sit longa consuetu. eo quod
iurisdictio actum habet continuum in quibus sufficit solus
vsus decem vel viginti annorũ, per d. l. 1. §. deniq; & d. l. si quis
diuturno l. seruitutes ff. de seruitutib. l. foramen. ff. de seruit.
vrbanorum prędiorum. Et ita intelligebant l. 1. & final. C. de
emancipatio libero, & l. viros. C. de diuersis officijs lib. 12. c. fi.
extra de offic. archidiaco. & alia iura, quę supra in materia iu-
risdictionis deduximus. Adde prędictis. quod Felynus not. in
c. irrefragabili. extra de offic. ordina. Moder. Papiens. in l. 1. C.
de diuersis rescrip. Barto. in §. 1. in authent. de incest. nupt. col-
la. 2. Bald. in Rubri. C. quę sit longa consuetudo. Sed pro Iaso-
ne induximus textum in l. si cohortalis. C. de cohortali. libro
12. quę melius facit pro eo in his verbis, quod si quis ex his
autus fuerit vllam affectare militiam, nulla præscriptione tẽ-
poris muniatur, pręter eam scilicet, quę ex triginta annis col
ligitur. Et cum de ea plura diximus, hic nihil vlterius repe-
209 temus. † Frequentior autem opinio est, vt pręscribatur tan-
to tempore cuius initij memoria non existat, per dictum ca.
super quibusdam, extra de verborum significat. l. hoc iure. §.
ductus aquę ff. de itinere actuq; priua. c. primum de pręscript.
Et addebant aliqui, etiam si princeps ignorauit, quia pręsu-
muntur hoc scire per lapsum tanti temporis. Et maxime hoc
dicũt in præscriptione guidagiorum seu pedagiorum & simi
lium iurium procedere, cũ princeps notos habeat huiusmodi
abusus c. 1. §. illicitas, de pace tenen. & iuramen. firmato. colla.
10. Et in ea opinione fuit etiam Ant. de Butrio in ca. peruenit,
extra de censib. & alij pleriq; quorum superius mentionem fe
cimus. Alij vero, vt Salice. in l. vectigalia. C. noua vectig. in-
stitui non posse. ait, tutius esse, præscribentem titulum habe-
re cum possessione tanti temporis, cuius initij non est memo-
ria. Et dicit Signorel. de Homodeis istius fuisse opinionis, vt
nullo tempore præscribi possint, & tandem variat modo in
hanc, modo in alteram opinionem. Ego in iure puto verum
210 esse † iura regia, quæ maxime coronę regiæ adhærent adeo ab
ea inseparabilia esse, vt nullus capax illorum esse possit absque
difformitate maiestatis regiæ, vt in dicto ca. intellecto. extra de
iureiuran. & alijs legibus supra notatis, quas non transcribi-
mus. Et ob id inalienabilia esse, vt per multa supra docuimus.
Et idem etim Bald. tenet in dicto cap. in causis, in verbo, am-
plius de pace Constan. collat. 10. Et hac ratione imprescripti-
bilia. quia possessio in his initium accipere non potest, per ea
quæ paulo ante ostendimus. In his autem in quibus titulus ca-
dere potest, puto prescriptibilia esse cum titulo, aliqua decem
aut viginti annis, nonnulla triginta annis, alia vero quadragin-
ta & pleraque centũ, & ad summũ tanto tempore cuius ini-
tij nõ extat memoria, sicuti supra distinximus, & in repetitio-
ne l. donationes C. de donationibus inter virum & vxorem, cu
211 ius supra dicta coniungi debent. † Et dicenti se titulum habe-
re, de eo docere debet, propter iuris resistentiam l. 1. & l. lici-
tatio. ff. de publica. & vectiga. Adde aliam rationem positam
in l. vnica. C. de superexacto. li. 10. & in l. vnica C. de superindi-
cto. eodem libro. Et illis addo glo. in l. si qua loca in verbo, lon-
gi temporis C. de fund. & saltu. rei domi. libr. 11. l. vniuersas C.
ne rei domi. Et vlterius voluit, eum, qui in eo se fundat, vsum
eius probet, cum, secundum eos, sicut vtendo acquiritur, sic
non vtendo amittitur l. hęc autem iura. ff. de seruitu. vrbano.
prędiorũ, nisi causa legitima interuenerit, propter quã absq;
facto hominis vti non licuit, vt in l. & Attilicinus ff. de seruit.
rustic. prędio. l. in filijs C. de decurio. lib. 10. per Barto. in l. vnus
ff. de seruit. rustic. prędi. dixi supra. Sed qualiter vsus probabi-
tur, declarat Fely. in c. licet causam 3. col. in fi. extra de proba.
Et Bal. in l. actor. C. de probationib. Flora in d. l. hæc autem iu-
ra. ff. de seruitu. vrba. prędio. vide quod notatur in cap. cum &
persone de priuileg. in 6. Floria in l. circa. ff. de probatio. Cyn.
in l. solemnibus C. de fide instru. Et hæc de negatiua & proba-
tione negatiuę dicta sufficiant. Et per ista huic repetitę lectio-
ni colophonem addidimus. Finis.

REPETITIO

Hieronymi Verij in l. ex facto ff. de vulgari & pupillari substitutione.

SVMMARIVM.

1 *Substituẽdi verbum positum in lege vel priuilegio principis quam significationem habeat.*
2 *Substitutionem exemplarem iure Digestorum fieri non potuisse, nisi ex cõcessione principis, hodie posse citra concessionem.*
3 *Substitutio exemplaris potuitne fieri iure Digestorum filio furioso citra concessionem principis.*
4 *Dispositionem l. humanitatis C. de impube. & alijs substitu. extendi ad furiosos. & nu. 57.*
5 *Substitutio exemplaris an aliquo casu fieri posset iure Digestorum citra concessionem principis. & nu. 9. & 13.*
6 *Principem non posse supplere circa defectum naturæ.*
7 *Intellectus ad hanc l. ex facto. versicu. nam & si furioso ff. de vulg. & pupillari.*
8 *Mutum & surdum non ita esse intestabiles, quin possint a principe impetrare vt sibi testari liceat. & an id sit perpetuum nu. 18. & 22.*
10 *Mutus & surdus an differant a furioso, quod attinet ad testamenti factionem. & nu. 12.*
11 *Mutum & surdum natura non posse contractum inter viuos celebrare. & nu. 16.*
14 *Mutum posse contrahere matrimonium. & an id locum habeat in muto a natura, & in muto & surdo simul. nu. seq. & 17. & 20. & 21.*
19 *Intellectus ad l. surdi ff. de manumis. vindicta.*
23 *Substitutionem exemplarem filio factam censeri testamentum filij. & an tale testamentum rumpatur, si patre mortuo nascatur ei posthumus nepos ex filio.*
24 *Mater an excludatur per substitutionem exemplarem filio per patrem factam.*
25 *Princeps solet suum beneficium interpretari.*
26 *Interpretari eius est, cuius est concedere.*
27 *Rescriptum principis a quo interpretari debeat.*
28 *Statuta ab antianis confecta qui soleant interpretari. & nu. seq.*
30 *Statutorum conficiendorum causa electi, an finito eorum officio posit ea interpretari.*
31 *Statuta interpretari an posint successores eorum, qui ea statuta fecerant. & nu. 34.*
32 *Hæres quare non admittatur ad interpretandam sententiam defuncti.*
33 *Sententiam alicuius iudicis an & quando posit successor in officio interpretari. & num. 35.*
36 *Principis voluntatem in dubio præsumi talem, qualis de iure esse debet.*
37 *Dispositio emanans ob qualitatem aliquam, quæ tractum habet successiuum, an cesset cessante ea qualitate. & nu. 59.*
38 *Argumentum an valeat de substitutione pupillari ad exemplarem, & e contrario.*
39 *Argumentum valere de vno casu ad alium, vbi illi duo casus reperiuntur æquiparati, licet detur diuersitas inter eos. & an id sit perpetuũ nu. seq.*
41 *Substitutio pupillaris finitur pubertate.*
42 *Furiosum pupillo æquiparari.*
43 *Priuilegium cessare cessante causa priuilegij. atque inibi an hoc sit perpetuum. & nu. 58.*
44 *Beneficium principis ita interpretandum esse vt non contineat iniquitatem, nec ius tertij lędat.*
45 *Testandi liberam facultatem auferre homini sanę mentis iniquum est.*
46 *Statutum disponens quod mulier testari non posit sine consensu viri aut duorum propinquorum non valere. & nu. 48. & 50. & 52.*
47 *Statutum quòd voluntas captatoria valeat, an sit validum.*
49 *Statutum valere quòd mulier non posit legare.*
51 *Statutum auferens in totum mulieri facultatem testandi, valere.*

Substitu-

53 *Substitutionem exemplarem non minus extingui per superuenientiam liberorum, quam cessante causa ob quam fuisset facta.*
54 *Filiorum superuenientia extingui substitutionem exemplarem itẽ etiam pupillarem.*
55 *Paria esse, quod filius instituatur a patre, vel fiat ei heres ab intestato.*
56 *Exhæredandi verbum large sumptum ad eos etiam extendi, qui quomodocunque priuati sunt hæreditate.*
60 *Substitutio ita facta, instituo filium meum, & substituo Caium eidem filio meo pupillo, sit ne compendiosa an pupillaris.*
61 *Qualitatem adiectam orationi significantem regulariter secundum tempus verbi an sufficiat adesse tempore quo fit dispositio.*
62 *Lex continens iniquitatem per quam nemini damnum infertur seruari debet, aliter atque si per eam damnum alicui inferretur, & an id sit perpetuum, nu. 72.*
63 *Damnum quid sit.*
64 *Intellectus ad l. prospexit ff. qui & a quib. manu. & nu. seq. 67. & 68.*
66 *Delictorum detectionem multum a iure coadiuuari, vt puniri possint.*
69 *Iniquum aut durum videri non posse, quod summa ratione & æquitate subnixum est.*
70 *Lex dura an sit seruanda.*
71 *Principem posse ex cã remittere pœnam concernentẽ interesse priuatum.*
73 *Legitimatio naturalium filiorum facta per principem, an præiudicet filijs legitimis & naturalibus, an vero eis superuenientibus reuocetur, & numero 76. 79. 80. 84. 86. 88. 90. 93. 104. & 106.*
74 *Legitimationem filiorum tribus modis fieri posse.*
75 *Legitimationem factam per subsequens matrimonium non reuocari per superuenientiam liberorum.*
77 *Filij naturales quando possint per principem legitimari, & nu. 81.*
78 *Priuilegium concessum per principẽ extingui ex noua causa superueniente, & an id sit perpetuum, nu. 85.*
82 *Pater habens liberos ex legitimo matrimonio, quando possit petere a principe legitimationem filiorum naturalium.*
83 *Intellectus ad §. si quis vero, in versic. si vero solum, in authen. quibus modis natu. effic. legit.*
87 *Dispositionem testatoris habere in se tacitam conditionem, si filij non nascantur, quatenus verum sit.*
89 *Impediri multa ab initio ne fiant, quæ iam facta tenent.*
91 *Extinctum semel nunquam reuiniscere.*
92 *Intellectus ad l. nuper. C. de natu. libe. iuncto §. sancitum, in authen. quibus mod. nat. effic. legit.*
94 *Rescriptum principis gratiosum debere sic interpretari, vt minus, quam fieri potest, lædat ius commune.*
95 *Legitimatio filij naturalis facta per oblationem curiæ, an reuocetur per superuenientiam filiorum legitimorum & naturalium, & nu. 97.*
96 *Legitimatio, quæ fit per oblationem curiæ, est fortior, quam ea quæ fit per rescriptum principis.*
98 *Actus perfectus & consummatus licet deueniat ad eum casum, a quo incipere non potest, non tamen reuocatur.*
99 *Legitimatio naturalium impetrata a principe an censeatur reuocata per superuenientiam filiorum legitimorum & naturalium ex defectu voluntatis ipsius patris aut principis.*
100 *Adoptionem non reuocari per superuenientiam liberorum naturalium & legitimorum etiam quoad effectum succedendi. & nu. 105.*
101 *Donatio, legatum, & fideicõmissum quare reuocetur per superuenientiam liberorum, & nu. 103.*
102 *Filium naturalem tantum adoptari non posse, extraneum posse, & quæ sit huius ratio.*
107 *Substitutio exemplaris quare sic dicatur, & nu. 246.*
108 *Substitutio exemplaris quid sit.*
109 *Arrogator an & quatenus possit substituere exemplariter filio arrogato. & nu. 113.*
110 *Substĩtõ pupillaris facta impuberi arrogato, quare non extendatur ad bona ipsius pupilli arrogati, quæ habebat tempore arrogationis, & nu. 112.*
111 *Cautio de restituendis bonis pupilli quare potius interponitur, quando arrogatur pupillus quam quando adoptatur.*
114 *Substitutio exemplaris an & quatenus fieri possit filio adoptiuo tam ex parte patris naturalis, quã ex parte patris adoptiui. et nu. 118. & 115.*
115 *Miles an possit filio emancipato substituere pupillariter atque etiam pupillo recasuro in potestatem alterius, & nu. seq.*
117 *Intellectus ad l. cum filiusfamilias ff. de militari testa.*
119 *Adoptiuo filio an debeatur legitima in bonis adoptantis ex constitutione Diui Pij. & num. 121. & 123.*
120 *Substitutio exemplaris cui fieri possit. & nu. 423.*
122 *Adoptiuus filius an & quando habeat querelam contra testamentum patris adoptiui.*
124 *Arrogato filio quartam deberi in bonis arrogatoris, quare Diuus Pius constituerit.*
126 *Substitutio exemplaris facta per patrem filio furioso an extinguatur, si eum alteri in adoptionem det. & nu. 128.*
127 *Filiusfam. datus a patre alteri in adoptionem, sic tamen vt remaneat in potestate patris naturalis an mortuo patre naturali transeat in potestatem patris adoptiui.*
129 *Substitutio exemplaris adoptiuo filio per adoptiuum patrem facta an expiret per emancipationem.*
130 *Substitutio exemplaris facta filio a patre naturali an valeat, si is filius postea quam mortuo patre dedit se arrogandum alteri, effectus est sui iuris vel emancipatione vel morte, & quid si filius decesserit in familia arrogatoris eo arrogatore viuo. nu. seq. 132. 134. & 464.*
133 *Successionem ab intestato cessare quamdiu locum habet substitutio.*
135 *Solutionem factam ante tempus non liberare debitorem, vbi tempus adiectum est fauore creditoris.*
136 *Intellectus ad l. pater instituit. §. fin. ff. de cap. & postlimi. reuer.*
137 *Pater possit ne filio naturali illegitimo exemplariter substituere, & num. 140. 141. & 144.*
138 *Pater an & quando possit filio naturali tantum dare tutorem.*
139 *Legitimam non deberi filio naturali tantum.*
142 *Determinatio vna respiciens plures personas, debet eas pariformiter determinare, & quid si diuersa sit ratio determinandi, num. seq.*
145 *Matrem posse filio naturali tantum exemplariter substituere, & quid si mater sit illustris, nu. seq. 148. 150.*
147 *Filiorum species septem, & nu. 151. 154. & 157.*
149 *Filium a muliere illustri in concubinatu susceptum succedere matri vna cum legitimis, si extent, atq; etiam habere querelam contra testamentum matris.*
152 *Spurio seu vulgo quæsito an possit per patrem aut matrem substituĩ, & numero seq.*
155 *Substitutio exemplaris possit ne a patre aut matre fieri filijs incestuosis, seu natis ex reprobato coitu. & nu. seq.*
158 *Substitutio exemplaris an possit fieri patri furioso per filium. & nu. 165.*
159 *Intellectus ad l. si vero §. de viro ff. soluto matrimonio, & nu. seq.*
161 *Extensionem de vna persona ad aliam admitti, vbi sumus in fauorabilibus ex omni parte.*
162 *Testandi facultatem facilius concedi, quam contrahendi.*
163 *Minorem annis 25. non admitti nec ad tutelam, nec ad curam.*
164 *Ratio generalis ampliat dictum speciale, & an id sit perpetuum, numero 166. & 364.*
167 *Substitutio exemplaris vt valeat, an oporteat eum, cui fit, esse impuberẽ.*
168 *Impuberem posse filios suscipere.*
169 *Substitutio exemplaris facta cum præstitutione temporis an valeat, & an extinguatur post illud tempus.*
170 *Substitutio exemplaris possit ne fieri filio impuberi muto, vel mente capto, aut furioso. & nu. 172. 178 & 182.*
171 *Mater an possit exemplariter substituere filio impuberi mente capto.*
173 *Pupillus qua ratione prohibeatur testari. & num. 212. & 214.*
174 *Pupillus mente captus an vnico impedimento censeatur impeditus testari, an duobus, & nu. 177.*
175 *Substitutio exemplaris an fieri possit filio emancipato impuberi sanæ mentis, & nu. seq.*
179 *Substitutio exemplaris an possit a patre fieri filiof. pupillo mentecapto, & num. 183. 189. & 190.*
180 *Intellectus ad l. qui habet, ff. de tutelis, & num. 192. & 202.*
181 *Substitutio sit exemplaris an pupillaris in persona pupilli durante pupillari ætate, quid intersit.*
184 *Intellectus ad §. qua ratione instit. de pupill. substit. & nu. 186. & 187.*
185 *Implicatiuam particulam sui natura non implicare casum magis dubitabilem.*
188 *Argumentum non posse duci ab authoritate Iurisconsulti factũ narrantis.*
191 *Intellectus ad l. in testamento. C. de testam. milit.*
193 *Substitutio exemplaris facta impuberi quo iure valeat intra tempora pupillaris ætatis, & quo iure post illa tempora, & numero 197. 198. 199. 204.*
194 *Substitutio pupillaris sit expressa an tacita, quid intersit. & num. 196.*
195 *Substitutio pupillaris tacita quando excludat matrem.*
200 *Substitutio exemplaris facta a milite impuberi, an & quo iure valeat. & nume. sequen.*
203 *Tutoris datione magis prouideri pupillo, quam datione curatoris.*
205 *Substitutio pupillaris facta a patre filio emancipato, aut etiam facta a matre, an & quo iure possit valere. & nu. seq.*
207 *Intellectus ad l. Scæuola. ff. ad Trebellia.*
208 *Substitutio ita facta, instituo filium, & nepotem ex eo substituo, qualis censenda sit.*
209 *Substitutio filio mentecapto facta his verbis, quandocunq; decesserit, vel si decesserit intra. 25. annos, qualis sit.*
210 *Substitutio exemplaris requirat ne, vt is cui fit, sit in patris potestate, adhoc vt valeat. & num. 236.*
211 *Patria potestas quare requiratur in substitutione pupillari, non autem in exemplari. & num. 218. 219. 221.*
213 *Infantem æquiparari furioso.*
215 *Furiosum pati maiorem defectum natura, quam pupillum, cuius rei varia exempla vide sub. nu. 217.*
216 *Pupillum posse ex priuilegio principis testari.*
219 *Extraneum quemlibet posse vocari ex substitutione pupillari, non etiam ex substitutione exemplari & cur tam varie.*
220 *Mater quare non possit filio pupillariter substituere & nu. seq.*
222 *Mater transiens ad secunda vota an possit filio exemplariter substituere. & nu. 225. 228. 229. 230.*
223 *Matrem, quæ non petiit tutorem filio impuberi, excludi ab eius successione quatenus verum sit & quid si non petijt curatorem filio furioso. nu. seq.*

226 Patrem non ob id priuari facultate substituendi pupillariter fisco, quod ei in iuriam fecerit eum exhæredando.

227 Exhæredari non posse filios furiosos aut mentecaptos, alioquin testamentum rumpi non secus ac si præteriti essent, vide tamen disputationem in eam rem num. 280. vsque ad nu. 284.

231 Pater transiens ad secunda vota non propterea redditur suspectus circa personam filii.

232 Substitutio exemplaris a matre facta an irritetur per transitum ad secunda vota. & nu. seq. 234.

235 Testamentum ab homine sane mentis factum non iritari per superuenientem furorem.

237 Substitutio exemplaris possit ne ei fieri, qui post mortem testatoris recasurus est in potestatem alterius. & cuius temporis ratio in hac consideratione sit habenda nu. 240.

238 Substitutionem exemplarem furioso factam, qui ante furorem fuerat effectus intestabilis ratione delicti, non valere.

239 Substitutio exemplaris an & quando possit ei fieri, qui præter defectum sane mentis alia etiam ratione impeditur testari.

241 Substitutio exemplaris possit ne ei fieri, qui ratione delicti prohibetur testari. & nu. 244.

242 Substitutio exemplaris vt valeat, quo tempore necesse sit adesse defectum sane mentis, & nu. seq. 345.

245 Substituens alteri exemplariter an necesse sit quòd testamentum sibi faciat adhoc vt valeat substitutio. & nu. 247. & 500.

248 Miles an possit facere substitutionem exemplarem filio absq; eo quod testamentum sibi faciat. & an filio præterito vel exhæredato num. 250. 251. 256.

249 Substitutionem pupillarem posse fieri fieri filio exhæredato.

252 Relinquendi verbum an verificetur in eo quod tacite relinquitur. & num. sequen.

254 Substitutio pupillaris & exemplaris an conueniat, cum tractatur de substituendo ei filio, qui neque institutus est, neque exhæredatus & nume. sequen.

257 Miles potest facere accessorium sine suo principali.

258 Substitutionem exemplarem a milite factam valere, etiam rupto eius testamento, quomodocunq; rumpatur, & quid in pagano. nu. seq.

260 Substitutio exemplaris, quæ conseruatur rupto testamento patris per contratab. an conseruetur iure communi, an vero iure speciali.

261 Substitutio exemplaris an conseruetur per auth. ex causa. rupto testamento patris ex causa præteritionis vel exhæredationis.

262 Substitutio exemplaris facta in testamento imperfecto an valeat.

263 Substitutio exemplaris facta filio præterito an valeat

264 Substitutio exemplaris facta in codicillis an & quatenus valeat & num. seq. 267. 276. & 277.

266 Dispositio facta in codicillis inter liberos valet ne iure directo. & n. 269. 271. 273 275.

268 Substitutio quæ potest stare directo & per fideicommissum, in dubio stat directo.

270 Verba impropriari, vt deseruiant menti.

272 Intellectus ad l. filij C. fami. ercifcun.

274 Priuilegia concessa militi circa testamenta non continuo concedi patri disponenti inter liberos.

278 Substitutio exemplaris vt valeat, an sit necesse, vt is, cui sit, instituatur saltem in legitima. & nu. seq.

280 Furiosus an possit iure exhæredari & nu. seq. & 283. & 284.

282 Exhæredationem hodie non fieri, nisi causa inseratur & per hæredem probetur.

285 Substitutio exẽplaris an possit fieri filio exhæredato, & an ei, cui minus legitima relictũ est. n. seq. & 299. & 301. & 304. & 307. & 311. & 318.

287 Ius agendi ad supplementum legitimæ non esse subrogatum loco querelæ. atq; inibi quantum inter se differant. & nu. 108.

288 Supplementum legitime an fiat ipso iure, an ita demum si petatur. & nu. 290. & 294.

289 Falcidiam resecare legata ipso iure.

291 Conditionem, si voluerit, adiectam institutioni filij reijci tanquam grauamen.

292 Paria esse, quod aliquid re ipsa fiat, vel quòd lex ipso iure illud suppleat.

293 Legem generaliter loquentem non extendi ad casus speciales, atq; inibi an id sit perpetuum. & nu. 306.

295 Conditio, si voluerit, adiecta legitime an reijciatur. atq; inibi cuiusmodi conditiones reiciantur a legitima.

296 Substitutio vulgaris impedit transmissionem, & an reijciatur de legitima tanquam onus.

297 Substitutus filio in legitima an cogatur subire onus adiectum legitime.

298 Querela non præparata an & ad quos transmitti possit.

300 Legitime relinquende filijs necessitas qualis olim fuerit, & in quibus iure nouissimo immutata sit.

302 Substitutio pupillaris an & quando possit fieri pupillo exhæredato.

303 Omissionem formę non vitiare actum vbi lex vltra procedit supplendo defectum omittentis.

305 Intellectus ad l. humanitatis C. de impub. & alijs substit. & nu. 396.

309 Relationem debere fieri ad id, quod deciditur principaliter in lege, non ad id quod incidenter.

310 Testatoris mens censetur in dubio conformis dispositioni legis.

311 Supplementum legitime an petatur condictione ex lege, an vero actione ex testamento. & nu. 313. & 316.

312 Statutum quod testamenta mandentur executioni sicut diffinitiua sententia, non habere locum in iis, quæ petuntur per condictionem ex lege, licet petantur occasione testamenti.

314 Dispositio iuris exorbitans a iure communi loquens in casu vero non extẽditur ad casum fictum.

315 Dispositio loquens de relicto facto filio comprehendit id, quòd filius consequitur virtute supplementi.

317 Conditio ex lege quando detur.

319 Substitutio exẽplaris an nõ aliter valeat, quã si hæreditas adita sit ex testamẽto substituẽtis. & n. 321. & 322. & 324. & 329. & 331. & 332.

320 Intellectus ad l. fi. §. si autem perpetuo. & §. si autem in furore. C. de cur. fur. iuncto. §. extraneo. insti. de hære. quali. & differ.

323 Substitutionem pupillarem confirmari existentia suitatis.

325 Substitutionẽ exemplarẽ a milite factam valere, licet non sit adita hæreditas ex testamento militis.

326 Furiosum in potestate patris constitutum esse ei suum hæredem.

327 Substitutio exemplaris an confirmetur ex eo quòd curator furiosi adijt, vel petijt bonorum possessionem.

328 Intellectus ad l. cum hæres ff. ad Trebel.

330 Substitutio exemplaris continet tacitam vulgarem quemadmodum pupillaris. & nu. 415. & an id sit perpetuum. nu. 416.

333 Substitutio exemplaris an reperiatur tacita & expressa sicut in pupillari contingit.

334 Substitutio exemplaris tacita an contineatur sub vulgari expressa. & nu. 336. 338. 341. 344. & 346.

335 Specialia duo non concurrere circa idem. & an id sit perpetuum. nu. 337.

339 Fortunam aduersam non debere considerari, quatenus verum sit. & num. sequen.

342 Substitutio vulgaris filio furioso facta an semper duret, licet curator adeat nomine furiosi. & nu. seq.

347 Substitutus vulgariter filio furioso si est extraneus, an & quando possit dici tacite substitutus exemplariter.

348 Substitutio pupillaris expressa an contineat tacitam vulgarem. & nu. seq. & 351. 353.

350 Intellectus ad l. si fundum per fideicommissum ff. de lega. 1.

351 Substitutio pupillaris tempore limitata an eo tempore transacto contineat tacitam exemplarem. & nu. seq.

354 Substitutio pupillaris facta diuerso tempore a testamento patris licet non contineat vulgarem, continet tamen exemplarem. atq; inibi quę sit huius ratio.

355 Substitutio exemplaris tacita probata an reperiatur.

356 Substitutio exemplaris expressa generaliter & tacita specialiter an reperiatur.

357 Substitutio exemplaris possit ne reperiri partim tacita partim expressa. & num. 359. 360. 374.

358 Substitutionem esse partim expressam, partim tacitam, posse dupliciter cõsiderari.

361 Substitutio exemplaris posit ne hodie fieri muto & surdo vel furioso aut prodigo sine speciali concessione principis.

362 Extensionem ad casus similes permitti etiam in exorbitantibus, vbi dispositio est fauorabilis.

363 Dispositionem correctoriam & exorbitantem a regulis iuris extendi ad casum non expressum, qui comprehenditur sub ratione scripta in illa dispositione.

365 Extensionem de casu ad casum licitam esse in limitatorijs dispositionibus.

366 Lex loquens in vna persona locum habet in alia persona ei æquiparata.

367 Sententia quando dicatur continere expressum iuris errorem.

368 Intellectus ad l. si furiosi C. de nuptijs.

369 Prodigalitatem superuenientem non vitiare quod ante gestum fuerit.

370 Frenetico posit ne fieri exemplaris substitutio.

371 Fatuo an posit exemplariter substitui. atq; inibi an talis posit testari. num. seq. & 373.

374 Substitutio exemplaris furioso facta an sanato furore duret, si is, qui furiosus erat efficiatur surdus & mutus, aut prodigus.

375 Prodigus vt quis dicatur, requiritur, quod sit ei facta interdictio administrationis bonorum. atq; inibi quod ante interdictionem posit testari.

376 Substitutio facta in vnum casum quare trahatur ad alium.

377 Minor annis 10. qui ex forma statuti prohibetur testari, an posit fieri exemplaris substitutio.

378 Substitutio exemplaris an posit fieri posthumo sub conditione si mutus nascatur.

379 Substitui quis posit substitutione exemplari.

380 Substituens exemplariter filio furioso an posit filios eius ex causa exhæredare.

381 Substitutionem exemplarem faciens filio furioso non habenti filios an possit omnes eius fratres præterire. & cur diuersum hic statuatur quam in substitutione pupillari. nu. seq. 388.

383 Mater posit ne præteriri in substitutione exemplari a patre substituente. & an pater a matre & nu. seq. 389.

385 Legitime non derogat lex quantumcunq; generalis, nisi de ea specialiter mentionem faciat.

386 Intellectus ad l. fi. C. de institu. & substitu. sub condit. factis. & nu. seq.

Pater

390 *Pater substituens exemplariter filio mentecapto habenti plures filios, an possit vno ex eis substituto, cæteros præterire vel exhæredare sine causa, & numero 395. 397. & an possit omnes præterire vel exhæredare. nume. 398.*

391 *Filium non debere exhæredari ob factum patris.*

392 *Præteritionem filij iam nati fortius impedire validitatẽ testamenti, quam præteritionem filij nascituri.*

393 *Intellectus ad l. posthumus. in princ. ff. de iniusto rupto & irrito testa.*

394 *Filius patri mentecapto substitutus an & quando cogatur alere fratres præteritos.*

396 *Substituens filio mentecapto vnum ex filijs ipsius mentecapti cæteris exhæredatis, an debeat illum in totum substituere, an vero sufficiat, si illi legitimam relinquat.*

400 *Filij eius qui mente captus est, si & ipsi sint mente capti, an sint patri substituendi omnes, an vero sufficiat aliquot ex eis aut etiam vnum substituere, & nu. seq.*

402 *Argumentum a contrario sensu non valere, per quod resultat prauus intellectus.*

403 *Filium non esse exhæredandum vt ecclesia instituatur.*

404 *Substituens exemplariter filio mentecapto non habenti filios debet fratres eius substituere, atque inibi de cuiusmodi fratribus id sit intelligendum & nu. 406. 409. 410.*

405 *Fratrem ex vno latere coniunctum non habere querelam contra testamentum fratris, & nu. 407.*

408 *Querelam inofficiosi non competere fratribus aduersus substitutionem exemplarem fratri mentecapto factam, etiam si turpis persona sit substituta.*

411 *Substitutio exemplaris ab initio nulla ob id, quod non est substituta ea persona, quæ substitui debuit, an reconualescat sublata ea persona viuo testatore, vel viuo eo, cui substitutio facta est.*

412 *Pater vel mater faciẽtes substitutionem exemplarem filio furioso, an possint & debeant se ipsos substituere.*

413 *Substitutio exemplaris quibus verbis fiat.*

414 *Substitutio exemplaris an conueniat in effectu cum pupillari.*

417 *Substitutio compendiosa continet expresse vulgarem verbis generalibus.*

418 *Substitutus furioso exemplariter an si furiosus decedat viuo patre, admittatur ex tacita vulgari, & nu. seq.*

420 *Substitutio exemplaris an trahatur ad omnia bona tam patris quam filij, quemadmodum & pupillaris.*

421 *Substitutio facta furioso vel mentecapto in re certa particulari an trahatur ad omnia bona.*

422 *Substitutio exemplaris an excludat matrem sicut & pupillaris.*

424 *Substitutionem exemplarem non transmitti ad hæredes. & nu. 427.*

425 *Intellectus ad l. qui habebat. ff. de vulgar. & pupillar. substitu. & numero sequen.*

428 *Substitutis duobus exemplariter filio mentecapto, vno quidem a patre altero a matre, vter præferri debeat, vel an concurrent & nume. sequenti. vsque ad numerum 438. & rursus numero 443. 448. 453. 455. 456.*

433 *Pater vilis persona & dissipator bonorum an possit substituere exemplariter filio, & nu. 439. 440. & an pupillariter. nu. 441. & seq.*

444 *Substitutio exemplaris facta a matre filio furioso existenti in potestate patris an valeat. & nu. 446. 447. & 451. 452.*

445 *Reconualescere facilius quod ab initio valuit, quam quod ab initio fuit nullum.*

449 *Vterinum fratrem in successione fratris præferri alijs respectu bonorum maternorum, & an id sit perpetuum. nu. seq.*

454 *Tutor a matre filio datus an & quando sit a præside confirmandus.*

457 *Substitutionem pupillarem a patre naturali factam filio, quem in adoptionem dedit, irritari, si is filius in adoptiua familia constitutus decedat in pupillari ætate. & nu. seq.*

459 *Testamentum posterius quare tollat prius, & nu. seq.*

461 *Dispositionem duabus rationibus suffultam vna ex eis cessante sustineri ex altera.*

462 *Substitutionem exemplarem furioso factam extingui, si is furiosus dilucida interualla nactus fecerit testamentum, tam & si postea in furorem reincidat.*

463 *Arrogatum posse decedere cum duobus testamentis, & num. 489. 491. & cur secus in adoptiuo. nu. 492. & 493.*

465 *Substitutus exemplariter filio mentecapto a patre naturali quomodo succedat cum substituto a patre arrogatore, cui is mentecaptus arrogandum se dederat, & nu. 469. 471. & 474.*

466 *Intellectus ad l. si quis priore. ff. ad Trebellia.*

467 *Intellectus ad l. Scæuola. ff. ad Treb. & nu. seq.*

470 *Substitutio facta per patrem arrogatorem filio arrogato ad quæ bona extendatur, & nu. 473.*

472 *Institutum in re certa haberi loco legatarij, quatenus verum sit.*

475 *Testamentum effectum irritum per capitis diminutionem, nempe per arrogationem, qua ratione possit reconualescere, & numero 481. 486. 488. 490.*

476 *Testamentum ab eo factum qui postea alteri se arrogandum dat, an censeatur reuocatum tacita voluntate illius, & nu. 479.*

477 *Miles potest sola voluntate testamentum confirmare, aut etiam reuocare.*

478 *Militis testamentum non infirmari eo solo, quod se postea arrogandum alteri dedit.*

480 *Intellectus ad §. non tamen insti. quib. mod. test. infirmen.*

483 *Intellectus ad l. causa cognita. ff. de vulgari & pupillari, & numero sequenti. 484.*

485 *Actiones vtiles quæri per magistratum non etiam directas.*

487 *Intellectus ad l. posthumus. vers. idem & circa. ff. de iniust. rupto & irrito. testam.*

494 *Ius accrescendi an habeat locum inter substitutos exemplariter filio a patre & matre, & nu. 496.*

495 *Ius accrescendi qua ratione fuerit inductum.*

497 *Substitutus exemplariter ab auo an præferatur substituto a matre, an è contrario. & nu. 499.*

498 *Mater quæ obstante patria potestate nõ potest sibi testari, an possit filio mentecapto exemplariter substituere.*

501 *Auus maternus an possit exemplariter nepoti substituere, matre in medio existente, & nu. seq. & quid in auo paterno patre in medio existente. num. 503.*

504 *Auus maternus an nepoti, cuius pater superest, possit exemplariter substituere, & an auus paternus matre superstite.*

505 *Substitutio exemplaris quibus modis finiatur.*

506 *Substitutio exemplaris facta furioso, qui postea effectus est sanæ mentis, deinde in furorem relapsus est an maneat firma & numero 508. 509. 512. 513.*

507 *Cessare, & extingui, diuersa esse.*

510 *Extinctum semel non posse iure ciuili reconualescere.*

511 *Substitutionem pupillarem extincta ob id, quod filius effectus sit sui iuris, reconualescere, si reincidat in potestatem patris.*

514 *Substitutio exemplaris an tollatur, si furiosus faciat sibi testamentum eo modo, quilibet sane mentis faceret.*

515 *Substitutio exemplaris facta mentecapto an rumpatur natiuitate filiorum ipsi mentecapto superuenientium, nu. seq.*

517 *Substitutio exemplaris rumpatur ne natiuitate filij naturalis illegitimi, & nu. seq. & 520. 522. 523. 525.*

519 *Conditio, si sine liberis, adijciatur ab homine, an a lege, quid intersit.*

521 *Lex loquens de filiis an habeat locum in filiis naturalibus illegitimis.*

524 *Intellectus ad l. hæredibus. §. fi. ff. ad Trebell.*

526 *Substitutio exemplaris rupta natiuitate filij præteriti, an reconualescat, si is filius moriatur viuo patre furioso, cui talis substitutio facta erat.*

527 *Substitutio exemplaris an rumpatur si fratre nasciturus sit præteritus, qui postea nascatur.*

528 *Substitutionem exemplarem extingui ex defectu eius, cui est facta.*

EX facto. Bart. hic ponit quartam suam suam repetitionem. in qua examinat materiã exemplaris substitutionis quæ est multum subtilis, vt infra videbitis, & istud principium vsque ad §. item quæro. secundum Bartol. diuiditur in quatuor partes principales. primo ponit thema & quæstionem. secundo ponit quædam præambula ad determinationẽ quæstionis. tertio ponitur quæstionis determinatio quarta determinat nouam quæstionem dependentem ex præmissis. secũda ibi, respondi beneficia. tertia ibi, igitur agnatione. quarta ibi, nec interest. Secunda pars secundum eum subdiuiditur in quinque partes. Primo præmittit vnum ad sui excusationem. Secundo dicit talem substitutionem euanescere impedimento cessante, quod probat ex verbis rescripti. Tertio illud probat per similitudinem impuberis. Quarto illud probat per similitudinem furiosi. Quinto hoc probat per deductionem ab absurdo. secunda ibi, verum. tertia ibi, vt quemadmodum. quarta ibi, nam & furiosi. quinta ibi, & cum iniquum. ita etiam diuidunt Areti. dom. Alexand. & Ias. hic. sed Paul. de Cast. aliter diuidit, diuidendo in tres partes. Quia primo ponitur thema, & quæstio vsque ibi respondit. In secunda antequam respondeat, altius exordiendo materiam, præmittit quædam ad euidentiam vsq; ibi, igitur. Tertio soluit quæstionem, adducendo etiam rationes solutionis. Similiter secũda pars subdiuiditur, quia primo ponit vnum dictum vsq; ibi, vt quemadmodum, postea illud probat per duo similia, & per deductionem ab absurdo, & vt inquit ipse, partes patent de se, & est iste tex. multum notabilis, & ad multa al-
1 legatur. figura casum vt hic per Bartol. † Nota primo secundum Aretin. hic, quod verbum, substituo, positum in lege vel priuilegio principis, non importat nisi substitutionem directã, vt probat iste tex. in verbo, substituere. iuncta gloss. in verbo, liceret. & ratio est secundũ eum, quia si significaret substitutionem fideicommissariam, redderetur superfluum principis priuilegium. nam frustra princeps ex priuilegio concederet, vt per fideicommissum pater filio suo muto posset substituere, cum hoc poterat de iure communi, quia poterit omnibus, & ab omnibus, sicut vulgaris, prout fuit dictum supra eodem in l. prima. in prima quæstione, sed vbicunque beneficium principis non redderetur superfluum, tunc verbum substituo refertur ad vtranque, ex quo est verbum commune, secũdum Bart. in l. cen-

in l. centurio. vl. in charta. & ibi fuit visum, supra eodem. Sed
aduerte vltra Aretin. quia dici potest quod licet ratio sua sit
satis bona, tamen potest alia assignari quia si verbum, substi-
tuo, est verbum commune, certe debet intelligi in dubio in
potiori significato, vt in l. 1. supra si ager. vec. vel emphy. pet.
vnde potius significatũ est, vt importet substitutionem dire-
2 ctam potius, quam obliquam.† Secundo noto ex hoc text. se-
cundum docto. hic, quod secundum ista tempora non pote-
rat fieri exemplaris substitutio, nisi impetraretur a principe.
patet, quia si potuisset fieri, frustra a principe fuisset impetra-
tum, vt in l. prima. C. de thesau. libr. 10. & in l. 1. in fi. infra ad
Municipa. gloss. hic in verbo, liceret. & Barto. hic in prima op-
po. & hoc videtur sequi Raph. Cuman. hic & in rub. supra eo-
dem. & ibi Alexand. & Moder. Senen. & Aretin. hic. hodie ve-
ro secundum Bar. bene potest fieri absque eo, quod a principe
impetretur, vt l. humanitatis. C. eod. & insti. de pup. substi. in §.
1. subdit tamen Bart. quod quidam dicunt quod adhuc hodie
in terminis nostræ legis non posset fieri hæc substitutio nisi a
principe impetraretur. quoniam d. l. humanitatis. & d. §. 1. lo-
quuntur in mentecaptis, & non in aliter impedito testari. vnde
dicunt ipsi quod non debet extendi ad alios casus. sed hæc opi-
nio non placet Bartol. & merito, vt infra videbimus. sed circa
3 hoc notabile cotingit pulchra dubitatio, † an isto iure filio fu-
rioso possit fieri hæc substitutio sine impetratione principis
Bartol. hic in prima oppo. licet expresse non dicat, videtur in-
nuere, quod etiam filio furioso nõ possit isto iure fieri sine im-
petratione principis, sed bene hodie per d. l. humanitatis. nam
vult ipse, quod d. l. humanitatis loquatur in mentecapto. ta-
men ad vnumquemque impeditum testari, alio tamen defe-
ctu quam defectu ætatis, extẽdatur. & sic aperte sentit, quod d.
l. humanitatis. loquatur etiam in furioso, & quod hodie sit in-
ductum, qđ sine impetratione principis possit fieri ista substi-
tutio a patre. ergo vult, quod tempore huius legis non poterat
fieri hęc substitutio filio furioso sine principis rescripto. & p
hac opi. facit tex. noster in versi. etenim iniquum. vbi loqui vi-
detur de beneficio principis. quod patet, & ille versiculus de-
bet referri, quando pater pro filio furioso testatur. quia in pro-
ximis præcedentibus versi. vbi locutus est de furioso, & patet
etiam in d. versic. etenim. in verbo, sanę mentis. per quæ verba
clare innuitur, quod loquitur in furioso, & quod iste versic. et-
enim. loquatur etiam in furioso, tenent hic Raph. Cum. & d.
Alex. & communiter scribẽtes. & tamen dicit hic, quod bene-
ficium principis fieret iniquum. & Bartol hic sentit, qđ hodie.
dicta. l. humanitatis. inducat de nouo, quod nõ requiratur im-
4 petratio a principe & nulli dubium est, † qđ illa. l. humanitatis.
vt infra dicetur, loquitur etiam in furioso, vt patet in l. fin. §. 1.
C. de cura. furi. præterea esto quod non loquatur in filio furio-
so, tamen loquitur in mentecapto, ergo idem dici debet in fu-
rioso per glos. notabi. in verbo, furiosi. in §. item furiosi. instit.
quib. non est permissum facere testamentum. quæ vult, qđ li-
cet d. §. item furiosi. loquatur in furioso, tamẽ per eandẽ ratio-
nem extendatur ad mentecaptum. & ibi etiam alias dixi. & pro
hoc facit, quod volunt Iason. & alij docto. in l. furiosum. C. de
testa. qui volunt, quod illa lex loquatur in furioso, & extendi
debet ad mentecaptum vt ibi per eos. Præterea hoc patet,
quia mentecaptus isto iure ita erat intestabilis, sicut furiosus,
vt in l. in aduersa. supra de testa. ergo cum dicta l. humanitatis.
loquatur in mentecapto, debet etiam habere locum in furio-
so. & sic sentit, quod in furioso isto iure non poterat fieri exẽ-
plaris sine rescripto principis, cum istud hodie videatur nobis
concessum per dictam. l. humanitatis. & hanc opinionem se-
quuntur hic Rapha. Cuma. & dominus Alexander. in secun-
da columna. licet referat Imol. nihil clare firmantem alij non
5 tangunt. † Sed aduerte, quia forte non male posset dici, quod
immo isto iure possit fieri exemplaris substitutio aliquo casu
etiam sine principis rescripto, & sic quod l. humanitatis. non
inducat hoc de nouo & quod hoc sit verum, probatur, quia
non videtur esse aliqua ratio differentię inter pupillum & fu-
riosum. quia eodem modo pupillus & furiosus sunt intestabi-
les, scilicet propter defectum mentis. imò fortius iste defectus
est in furioso, q̃ sit in pupillo. quia videmus, qđ olim pupillus
maxime doli capax, si erat miles poterat testari, vt l. fi. C. de test.
mil. & furiosus vel mẽtecaptus non poterant testari. quinimo
ex dispensatione principis non potuisset furiosus cõdere testa-
6 mentũ † qm̃ circa defectũ mentis & sic naturę non põt prin-
ceps supplere vt declarat Bart. in l. si quęramus. supra de testa-
men. & ibi Are. & alij docto. maxime do. Alex. in d. l. fina. vnde
qua ratione pupillaris olim poterat fieri absq; eo, qđ impetra-
retur a principe, ita etiam ista exemplaris in casu isto possit fie-
ri sine impetratione principis & de iure communi, cum om-
nino iste furiosus sit intestabilis & pro hac opi. facit iste text. in
versi. nam & si furioso. vbi videtur iurisconsultus æquiparare
substitutionem factam pupillo & factam furioso, & illa duo
inducit iurisconsultus ad probandum dictum suum. nam di-
xerat, quòd principis rescriptum debet intelligi, quod conces-
sisset patri pro muto substituere, donec durat mutitas & inua-
letudo. quemadmodum si sit pupillaris substitutio, durat du-
rante pupillari ętate, & exemplaris facta furioso durante furo-
re. & quãdo loquitur de exemplari facta furioso, non dicit, qđ
fuerit a principe hoc impetratum, licet intelligant hoc modo
istum textum Rapha. Cuma. & Alex. quia dico, qđ ita intelli-
gere diuinatio quędam videtur. pręterea non dixisset hoc mo-
do, sed dixisset, quemadmodum rescriptum principis patri
concedens vt pro furioso possit substituere durante furore,
7 vel similibus verbis. † pręterea si dictus versi. nam & si furioso
intelligeretur prout præfati doctores intelligunt, non proba-
ret per similitudinem, sed potius per identitatem casus, & ta-
men ibi demõstrat, & per similitudinem probat quod dixerat.
& similitudo stat circa extinctionem substitutionis, non circa
productionem in esse, idest quod quemadmodũ cessante mu-
titate in muto cessat ista substitutio, ita in furioso cessante fu-
rore extinguitur, & è contra, nõ autem ponitur similitudo qđ
quemadmodum in substitutione facta muto requiritur re-
scriptum, ita etiam sit in substitutione facta furioso. & versicul.
postea sequens dum subdit, etenim iniquum &c. non refertur
ad furiosum neque ad pupillum, de quibus proxime præcedẽ-
ti dixerat, sed refertur ad substitutionem factam muto. quia
intentio iurisconsulti est probare intentionem suam interpre-
tando rescriptum principis & per similitudinem & per ratio-
nem. item probauit per duas similitudines, nunc probat ratio-
ne per deductionem ab absurdo, dicens, quod in casu nostro si
aliud diceremus, fieret iniquum rescriptum principis. Nec ob-
stat, dum in dicto versic. dicit, homini sanę mentis quia debet
similiter referri ad mutum, non autem ad furiosum, Nam su-
pra mutum durante isto impedimento appellat valetudinariũ,
vt patet ibi. quatenus in eadem valetudine perseuerasset. vnde
non mirum, si cessante impedimento nunc illum esse sanę
mentis appellet. & quod versicul. nam & si furioso. debeat in-
telligi sine principis rescripto, patet ibi, dum dicit, ita princeps
imitatus &c. certe si exemplaris facta furioso nõ potuisset fie-
ri sine rescripto principis, non dixisset imitatus, sed constituit.
vnde ex hoc datur intelligi, quod poterat fieri in furioso sine
rescripto principis. nisi dicamus, quod illa verba, ita prin-
ceps &c. referantur ad id, quod dixerat supra de pupillo, non
autem ad id, quod dicit infra de furioso, tunc de necessitate nõ
probaret id, quod dixi. cogita tamen. Ex pręmissis satis videtur
concludendum, quod iste tex. innuit, quod furioso poterat fie-
ri exemplaris sine rescripto principis. & idem dico in mente-
capto per dicta supra. nec obstat qđ dicitur in l. nostra. in prin-
cip. quia loquitur in muto, quo casu bene fateor, quod erat ne-
8 cesse isto iure quod a principe impetraretur. & ratio est, † quia
licet mutus & surdus esset intestabilis, vt l. filiusfami. §. de testa.
& notant doct. in l. furiosum. C. de testa. & in l. discretis. C. qui
testa. face. poss. tamen non erat intestabilis quominus ex impe-
tratione principis posset testari, vt l. qui in potestate. §. fin. cum
l. seq. supra de testa. vnde isto casu bene erat necessarium re-
scriptum principis. quia concedendo patri, vt pro muto possit
testari, non concedit ipsi muto vt ipse possit condere testamẽ-
tum. quod secus esset, si ipse pater posset facere testamentum
9 pro ipso muto sine rescripto principis. Præterea † sine rescri-
pto principis quod non possit, in muto probatur ratione, nam
exemplaris est inducta ad prouisionem ipsius filij, sicut pu-
pillaris. vt instit. de pub. substi. in §. 1. vnde isto casu nõ esset ne-
cessaria prouisio patris, quia ipse mutus posset sibi prouidere
impetrando a principe, vt in l. si mutus supra de testa. sed quã-
do pater impetrat a principe, bene est necessaria prouisio ip-
sius patris. nam per se (vt clarum est) filius non potest testari.
non ex impetratione principis, quoniam istud princeps non
concedet, ex quo patri concessit. quæ ratio in furioso cessat &
etiam in mentecapto. quia furiosus & mentecaptus etiam si
a principe impetraret, non posset condere testamentum, quo-
niam princeps non potest isto casu supplere defectum mentis,
vt declarat Barto. & communiter sequuntur docto. in l. si quæ-
ramus. supra de testa. & domi. Alexand. & alij in l. fina. C. de
mili. testamen. vnde semper est necessaria prouisio patris, ni-
mirum si potest substituere sine rescripto principis. & istud
puto verius, licet Imol. hic de hoc dubitet. Et ex hoc infero,
quod per l. humanitatis. & per dictum. §. qua ratione. non est
de nouo inductum, quod pater possit sine rescripto princi-
pis pro filio suo pubere impedito accidtaliẽ defectu testari, fa-
cere testamentum, licet aliqua induxerit de nouo, quæ ante
non erant, vt puta, quod mater possit istam substitutionem fa-
cere, item quod debeant certæ personæ substitui item quod
debeat fieri filio instituto saltim in legitima, & sic non potest
fieri filio exhæredato, vt dicta. l. humanitatis. & infra dicetur.
quæ omnia non erant necessaria iure digestorum. non autem
per dictã. l. humanitatis. & per dictũ. §. qua ratione inducitur
de nouo, quod possit fieri sine rescripto principis. Sed istud
videtur

videtur contra dictum. l. humanitatis. in verbo indulgemus, &
contra dictũ. §. qua ratione, in verbo, excitati, ex quibus ver-
bis videtur innuere, quod ipse de nouo indulget & introducit
quod parentes possint substituere ad exemplum pupillaris. er
go innuit, quod ante illa iura non poterant nisi ex priuilegio
impetrato, sed dic, quod in dicto. §. qua ratione Iustinianus
excitatur hoc concedere omnibus parentibus, id est tam patri
quam matri, & similiter in dicta. l. humanitatis, indulget om-
nibus parentibus Iustinianus, quod non erat antea indultum,
non autem indulget, quod pater possit sine rescripto princi-
pis, vel possumus dicere, quod licet illa iura loquantur solum
in mentecapto, habeant etiam locum in muto & in alijs de-
scendentibus, alio defectu quam defectu ætatis impeditis te-
stari, prout infra dicam, vnde cum habeat locum in muto, tũc
ad ipsum bene possumus dicere, quòd illa iura inducant, quòd
sine principis rescripto fieri possit, cum isto casu isto iure non
posset, vt hic, & intellige quod dicta. l. humanitatis, concedat
patri testari pro filio muto in casu, quo ipse non potest testa-
ri, qui casus habentur in l. discretis. C. qui testamen. facere pos.
10 Sed aduerte, † quod immo opinio. Imol. siue nostra, quæ ha-
bet vt sit differentia inter mutum & furiosum, non sit vera,
quoniam si est mutus & surdus a natura isto casu nullo modo
etiam cum impetratione principis potest condere testamen-
tum secundum Pau. de Cast. in d. l. qui in potestate. in fi. & sic
isto casu penitus æquiparatur furioso, prout sentit Aret. in l. si
mutus. in 1. col. supra. de testamen. & ibi Rapha. Cuma. Ias. &
Paul. de Cast. in dicta l. discretis licet Cyn. & Ludo. de Ro. &
11 domi. Alexan. ibi in 2. col. teneant contrarium, & male † quin-
imo mutus & surdus a natura non potest contractum inter vi
uos celebrare, vt patet in dicta l. discretis, & ibi Iason. in tertia
col. vbi plura allegat, si ergo mutus a natura non potest testa-
ri etiam cum dispensatione principis, ergo videtur cessare ra-
tio differentiæ supra assignata inter mutum & furiosum, vnde
cum non sit aliqua diuersitatis ratio, qua ratione innuit iste
text. quod requiratur impetratio principis in muto, ita sit in
12 furioso. † Sed huic rationi saluando dictam nostram opinionẽ
possumus respõdere, quòd immo nõ sit eadem ratio in muto
& surdo simul a natura & in furioso, quia furiosus nullo mo-
do, etiam si impetret a principe, potest testari, tamẽ si est mu-
tus & surdus a natura, & a principe impetret, potest testari,
prout tenet dom. Alex. & quamplures alij in dicta. l. discretis.
per tex. in l. 4. infra de mili. test. & per tex. in §. quinimo. iuncta
glo. & Io. Fab. insti. de mili. testa. & sic quod opi. supra relata,
quæ vult, ꝙ etiam cum impetratione principis non possit te-
stari, non sit vera, & tunc bene procedet dicta nostra opin. vel
possumus dicere, dato quod illa opin. quæ vult, cum impetra-
tione principis mutum & surdum simul a natura nõ posse te-
stari, sit vera, tamen adhuc non obstat opin. nostræ, quoniam
iste text. loquitur in muto tantum, siue esset ex accidenti, siue
esset a natura, licet hoc raro contingat, ꝙ detur mutus a natu-
ra, quin sit surdus, vt l. discretis, & tunc siue sciat scribere, siuę
non, isto iure non poterat testari, nisi impetraret a principe,
prout declarat Paul. de Cast. in d. l. qui in potestate. §. 1. & do-
ctores in dicta. l. discretis, & hoc videtur in indiuiduo proba-
re, dicta. l. qui in potestate. §. primo. in verbo non possunt, & sic
vtitur numero plurali, ex quo datur intelligi, quòd loquitur,
quando ista vitia erant discreta, & concurrebant in diuersis
personis, & ita intelligitur dicta. l. si mutus & surdus, quæ ve-
nit continuatiue ad dictum. §. primũ, dicta. l. qui in potestate,
& patet dictionem alternatiuam (aut) de cuius natura est vnũ
requirere, vt in l. si hæredi plures, infra titulo primo, vnde iste
textus loquitur in muto tantum, tunc ipse non poterat testari
nisi impetraret a principe, & quòd ista lex loquatur in muto
tantum, patet, quia si esset mutus & surdus a natura simul nõ
posset contrahere matrimonium secundum Iason. & quam-
plures alios & magis communiter doctores in d. l. discretis. in
3. colum. per tex. in c. cum apud. extra de spons. & ibi ita tenet
gl. & tamen hic tex. dicit, ꝙ duxit vxorem, ergo poterat cõtra-
here matrimonium, prout infra dicam, & sic patet ꝙ supradi-
13 cta ratio non facit contra nostram opinionem. † Sed aduerte,
quia adhuc ista nostra opinio videtur dubia, quoniam funda-
tur, ꝙ ideo in muto requirebatur, ꝙ interueniret rescriptum
principis, quia non erat omnino intestabilis, cum si impetras-
set a principe, potuisset testari, vt dictum est, quæ ratio cessat in
furioso, nam si vera esset ista ratio, sequeretur, ꝙ etiam pupil-
laris nõ posset fieri a patre pro pupillo doli capace & proximo
pubertati, quia iste non est omnino intestabilis, cum potuis-
set impetrare a principe, & condere testamentum, vt in l. fina.
C. de testamen. mili. & ibi notat dom. Alexan. Ias. & alij & de-
clarat Bart. & Areti. & alij in l. si quæramus. sup. de testa. Idem
Areti. in dicta. l. si mutus aut surdus, in secunda col. & tamen
hoc est falsum, quia a patre sine aliquo rescripto principis po-
test fieri, vt clarum est, etiam si fiat pupillo proximo puberta-
ti. l. in pupillari. ff. eodem, & in §. masculo, institu. de pupilla-
ri substitutione. & dixi plene in l. secunda. in vltima quæstione
supra eodem ergo non videtur esse illa ratio, quam supra assi-
gnaui, quare in casu nostro requiritur impetratio principis, sed
quia isto iure nemini permittebatur, nisi impetraretur a princi
pe, prout dicebat domi. Alexand. in rubrica. supra eodem. Sed
respondeo, quod licet istud posset euenire, videlicet quod per
impetrationem principis posset pupillus condere testamentũ,
tamen istud non est in consideratione per legem, quemadmo
dum est in muto vt dicta. l. si mutus. & ratio est, quia dato quod
princeps hoc possit condere, tamen non est verisimile, quod
cõcedat quemadmodum in muto ſpubere & ratio est, quia im
pubes non videtur habere stabile iudicium, prout videtur te-
xtus. in §. præterea. instit. quibus nõ est permissum facere testa-
men. coniuncta dicta. l. fina. C. de testa. & declarat Aretin. in di
cta. l. si mutus aut surdus. vnde non mirum si lex concessit sine
aliqua impetratione principis, quod pater posset facere pupilla
rem substitutionẽ. quę ratio cessat in casu nostro. & sic de sub-
tilitate iuris verior videt opinio, quod furioso & mente capto
& muto & surdo simul a natura isto iure possit fieri exempla-
ris sine rescripto principis. & sic sumus expediti de isto secun-
14 do notabili. † Tertio nota ex hoc text. ibi mutus duxit vxorem.
quod mutus potest contrahere matrimonium. concordat te-
xtus in l. mutus. supra de iure dotium. & in capitulo cum apud.
extra de sponsa. & ibi plene per canonistas. & ratio est, quare
matrimonium potest contrahere, quia edictum de matrimo-
nio contrahendo est, prohibitorium, vt dicto capitulo cum
apud adeo quod illis censetur permissum, quibus non est pro-
hibitum vt in l. prima supra de testa. & sic licet alias in matri-
monio requirantur verba, alias non valeat, vt in c. tuę. extra di-
sponsa. & ibi notatur, tamen istud est verum in valente loqui e
ita voluit glos. notabilis in l. cum notissimi. C. de præscriptio.
triginta annorum. & Bartol. in l. nuptias. infra de regulis iuris.
& Bald. in l. ad recognoscẽdum. C. de ingenu. manumis. & Io.
And. in c. primo de desponsa. impuber. in sexto in nouella. &
Imo. in c. illud. extra de præscriptio. Paulus de Castro dominus
Alexand. Aretin. & Ias. hic & ideo dicta. l. nuptias. & l. cui fue-
rit. infra de conditio. & demonstratio. quę dicunt quod solo cõ
sensu nuptię celebrantur non excludunt verba, sed excludunt
concubitum, secundum Aretin. hic, &, patet in dictis legis, sed
an ad substantiam matrimonij sint necessaria verba est maxi-
ma controuersia inter canonistas de quo hic per Aretinum in
15 tertio notabili. † Sed hic pulchre contingit dubitare, nunquid
illud, quod dicit hic tex. & alia iura supra, qđ mutus possit cõ-
trahere matrimonium habeat locum in muto ex accidenti, &
in muto a natura. Item an in muto & surdo simul a natura vel
ex accidenti. quod docto. hic non tangunt. tu vero dicas sic, si
sumus in muto tantum, prout videtur loqui hic tex. & tunc si-
ue sit mutus tantum a natura, siue ex accidenti, licet raro repe-
riantur mutus a natura quin sit etiam surdus, vt l. discretis. C.
qui testamen. facere possunt. tunc si scit scribere, indubitanter
poterit contrahere matrimonium, quia poterit scriptura ipsa
declarare consensum suum. vt argumẽ. dictę. l. discretis. & not.
gl. in verbo volente in l. seruo inuito. §. si pupillo infra ad Tre
bellianum. si vero nescit scribere, tunc etiam puto, quod pote-
rit contrahere matrimonium per iura quæ specialiter dicunt
mutum posse contrahere matimonium, vt. l. mutum supra de
iure dotium. quæ loquitur in muto tantum, vt ibi patet. vnde
isto casu per signa poterit declarare voluntatem suam, per ea
quæ vult Barto. & scribentes in l. mutum infra de acquiren. hæ
reditate. & Paulus de Castro in l. item quia supra de pactis. &
sentit glossa in dicta. l. seruo inuito. in §. si pupillo. & text. in di-
cto. c. cum apud. in fi. si vero sumus in muto & surdo simul, &
tunc aut sumus in muto & surdo simul a natura, & tunc varia
est opinio. nam quidam. quos referunt Iaso. & domi. Alexand.
dicunt, quod potest contrahere matrimonium. & primo pro-
batur, quia mutus & surdus a natura si est miles, potest facere
testamentũ. & ibi glos. & plenius Ioan. Fab. & in l. iure militari.
infra de militari testamẽto. & ibi Bal. & Ange. dominus Alex.
& communiter docto. in dicta. l. discretis. si ergo miles potest
facere testamentum, quia ipse potest nutu testari, licet nõ pos-
sit paganus, vt. l. iubemus. C. de testamentis. ergo eodem mo-
do dicamus quod mutus & surdus simul a natura possit con-
trahere matrimonium, cum istud nutu possit contrahi, secun-
dum Paul. de Castro in l. item quia supra de pactis. & videtur
tex. in dicto. c. cum apud. in fine. secundo pro hac parte facit di-
ctum. c. cum apud. in ratione sui nam assignat rationem, quare
mutus & surdus possunt contrahere matrimonium, quia edi-
ctum de matrimonio contrahendo est prohibitorium, ergo
quibus non est prohibitum, censetur permissum, vt. l. prima.
supra de testib. & in l. nec non. §. quod eis supra ex quibus cau-
sis maio. sed muto & surdo simul a natura non repetitur pro-
hibitũ posse contrahere matrimonium, ergo &c. ad hoc acce-
dat authoritas Pau. de Cas. in l. qui in potestate. in §. primo. sup.
de testamen. & in dicta. l. item quia. qui simpliciter vult, quod
mutus

mutus & surdus simul possit contractus inter viuos celebrare.
& hãc opinionem sequitur reuerẽdus Præpositus sancti Ambrosij, qui nunc Cardinalis Alexandrinus nuncupatur in d.c. cum apud. in tertia colum. vbi dicit hanc opinionem esse communem, & adducit dictũ capitulum, cum apud, in verbo, mutus & surdus an possit alicui matrimonialiter copulari, vnde cum vtatur numero singulari, patet, quod loquitur de eo, qui
26 habet vtrunque vitium. Sed ego puto contrarium† quod imò non poterit contrahere matrimonium nec alium cõtractum inter viuos celebrare, & hoc probatur per dictam l. discretis, & ibi notat Ias. in quarta colum. vbi vult ille tex. quod non potest per vindictam dare libertatem, & sic manumittere inter viuos tunc si non potest inter viuos dare libertatem, & sic celebrare contractum pium, qui contractus est facti l. consilio. §. finali. supra de curatore furiosi. minus debet posse celebrare matrimonium, licet sit contractus pius, quia contrahere matrimonium non sonat simpliciter in factum, sed etiam in ius, prout est vinculum matrimonij, vt notant Bald. Angel. Ias. in dicta l. discretis, & Hostien. & Cardinalis Alexandrinus in capit. cum apud, in tertia colum. extra de sponsa. præterea, est maioris præiudicij contrahere matrimonium, cum perpetuo ligatur, quam cõtrahere donationem, etiam si in contractu veniret impositio libertatis, etiam istum contractum non potest facere, vt dixi, & quod non possit donare probat gloss. in l. qui id quod §. mutus. inf. de donatio. per illum text. qui bene probat, vt infra dicam, & tenent communiter docto. quicquid dicat Baldus in l. iure militari, & Paul. de Castro in dicta l. discretis, in fine secundæ colum. nec ad hoc obstat, quod vult dominus Alexand. in dicta l. discretis, videlicet quod prohibitio, de qua ibi, est iuris ciuilis, sed in casu nostro sumus in spiritualibus, quo casu debet attendi prohibitio iuris canonici & non iuris ciuilis, sed de iure canonico non videtur esse prohibitum hoc, sed potius permissum, vt dicto capitulo cum apud, ergo & cęt. quia ista ratio non valet, quoniam, vt infra subdã, dicitur etiam hoc prohibi-
27 tum de iure canonico, † & pro hac opinione, quod mutus & surdus a natura non possint cõtrahere matrimonium, facit, nã mutus & surdus a natura nihil intelligit, vt in l. seruo inuito §. si pupillo. in fin. infra ad Trebellia. facit, quod voluit Ioan. Fab. in dicto §. quinimò, & quod voluit Barto. in l. prima. inf. de verborum obligatio. qui volunt, quod æquiparentur pupillo. licet idem Barto. in l. more inf. de acquirenda hæreditate, & in alijs locis de quibus ibi per dominum Alexand. velit ipsum ęquiparari potius minori vigintiquinque annis, quia Bartol. in dictis locis loquitur in muto tantum, vt patet per dictam l. more. vel loquitur in muto & surdo non a natura, sed ex accidenti, vt patet dum allegat dictam l. discretis, si ergo æquiparatur pupillo, pupillus non potest contrahere matrimonium, vt instituta de nup. in principio, & supra de ritu nuptiarum l. minorem, & in capitulo secundo, extra de desponsatione impuberum. quinimo potius credo, quo ad intellectum mutum & surdum æquiparari furioso quam pupillo, ex quo nunquam per veram cognitionem potuit aliquid cognoscere, vt declarat Ioannes Fa-
28 ber in dicto §. quinimo. confirmatur hoc † nam communiter doctores in dicta l. si mutus aut surdus. & in dicta l. discretis. volunt, quod mutus & surdus simul a natura etiam ex impetratione principis non possit condere testamentum, quia sibi deficit voluntas & consensus, vnde circa hoc non potest princeps dispensare, tamen circa pupillum doli capacem & pubertati proximum potest dispensare, vt l. fina. C. de testamento mili. & ibi per Modernos & per Bartolum in l. si quæramus supra de testamentis, & ibi per Aretinum & per eundem in dicta l. si mutus aut surdus, nec obstat l. prima. infra qui & a quibus, quia debet intelligi, quando vitia sunt discreta, prout de-
29 clarat Iaso. in dicta l. discretis. in tertia column. † Item non obstat l. surdi. infra de manumiss. vindi. vbi ille text. vult, quod sit differẽtia inter mutum & surdum, & furiosum, quia ad illum textum potest dupliciter responderi, primo quia ille tex. loquitur, quando vitia erant discreta, vt patet in illa alternatiua, vel tunc bene fateor, quod non æquiparatur furioso, vel secundo potest dici, dato quod illa vitia non essent discreta, loquitur tamen, quando ex accidenti, & non a natura ille pater erat surdus & mutus, tunc fateor, quod æquiparatur furioso, si ergo in casu nostro æquiparatur furioso. furiosus non potest contrahere matrimonium vt l. patre furioso. supr. de his qui sunt sui vel alieni iuris. & in capitul. dilectus, extra de sponsalibus ergo eodem modo mutus non possit cõtrahere matrimonium, & ex hoc patet, quod dictum capitulum cum apud non obstat, quia satis ex prædictis apparet, quod mutus non potest contrahere
20 matrimonium. † & pro hac opinione facit primo capitu. cum apud. extra de sponsalibus, vbi sentit ille tex. quod mutus tantum & surdus tantum possit contrahere matrimonium, & sic quando vitia sunt discreta, vt patet ibi in verbo, possint, quod est pluralis numeri. nam si voluisset loqui ibi summus Pontifex de eodẽ muto & surdo copulatiue, vtique potuisset in singulari numero. & ita etiam facit l. mutus sup. de iure dotium, & l. qui id quod, in §. mutus, infra de donatio. maxime iuncta glo. nam ille tex. loquitur in numero plurali, & sic quando vitia erant discreta. si vero non essent discreta, tunc dico, quod non posset donare per dictam l. discretis, & per hęc patet quod inductio Cardinalis Alexandrini de dicto capitulo, cum apud. supra relata non est vera, item hæc opinio probatur in dicta l. discretis, vbi videtur prohibere mutum & surdum a natura ne contrahat, dũ loquitur de donatione causa mortis, & pro hoc facit etiam communis opinio docto. quæ est, vt mutus & surdus simul a natura non possit contrahere matrimonium non solum carnale, sed etiam spirituale, vt per dominum Alexandrum & Iasonem in dicta l. discretis, & per Hostiensem in dicto capitulo cum apud. & ista est veritas, licet Cardinalis Alexandrinus dicat, quod contraria opinio est communis, & male, nisi saluemus ipsum, vt loquatur, quando ista vitia superue-
21 nerunt ex accidẽti, & non a natura. Si vero sumus † in muto & surdo simul, sed non a natura, & tunc si scit scribere indubitanter poterit contrahere matrimonium, quia poterit scriptura declarare voluntatem suam & consensum, vt dicta l. discretis, si vero nescit scribere, & tunc puto, quod si quidem iste defectus superuenit sibi postquã fuit effectus pubes, quo casu antequam sibi superueniret ille defectus, bene potuit intelligere quod sit matrimonium per ea quæ traduntur in dicta l. discretis, & in dicto §. quinimo, & sic isto casu poterit contrahere matrimonium, quia nutu vel alijs signis poterit declarare consensum suum, vt in capitulo cum apud, & in capitulo tuæ, extra de sponsalibus, & facit glos. in verbo, voluntate, in l. seruo inuito. §. si pupillo. infra ad Trebellianum, & faciunt, quæ notat Bartol. & alii in l. mutum infra de acquirenda hæreditate. Si vero istud impedimentum superuenit eo tempore, quo erat infans, & sic quo tempore non poterat quicquam cognoscere & scire, vt puta quid sit matrimonium, & quid sit testamentum, & tunc puto quod non possit contrahere matrimonium, quia cessat ratio supradicta, & in illis casibus, in quibus dixi, quod poterit contrahere matrimonium, in illis poterit etiam ingredi religionem, per notata per dominum Alexandrum & Iasonem hic, in quibus vero non potest cõtrahere matrimonium non poterit etiam ingredi religionem, per ea quæ tradunt Baldus & Angelus & sequuntur communiter doctores in dicta l.
22 discretis, † & in quibus casibus potest contrahere matrimonium, in illis potest isto iure testari, si impetrauerit a principe, in quibus non potest contrahere matrimonium, non poterit etiam testari, etiam si impetrauerit a principe, per ea quæ tradunt Moderni in dicta l. si mutus aut surdus. & in dicta l. discretis, & ista est veritas. Non obstant in contrarium adducta. & primo non obstat dictus. §. quinimò, quia prout alias ibi tenui, & tenet ibi Iaso. & Iaso. in dicta l. discretis. ille textus non potest intelligi in muto, & surdo a natura simul per rationem assignatam ibi per Ioannem Fabr. & per supradicta, sed debet intelligi in muto & surdo ex accidenti, & intellige secundum supradicta, & ad alia in contrarium adducta iam patet respon-
23 sio ex supradictis. Quarto noto ibi, an rumpatur testamentum, quod exemplaris substitutio dicitur testamentum filij, ita probat hic textus dum dicit, an rumpatur testamentum pupilli, vt in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. supra de inofficioso testamento, & in l. patris & filij, supra eodem, & in §. igitur, institut. eodem, & sic exemplaris substitutio trahitur ad omnia bona ipsius muti vndecunque quæsita, vt l. sed si plures. §. ad substitutos. supra eodem, vnde hic iurisconsultus quærit, an tale testamentum, idest exemplaris substitutio rumpatur natiuitate posthumi ipsius muti, & secundum Paulum de Castro videbatur dicendum quod non, quia licet si ipse mutus fecisset sibi testamentum, deinde nasceretur sibi filius, qui esset præteritus, rumperetur testamentum, vt in §. posthumi. instituta de exhæredatione liberorum, tamen quia in casu nostro tale testamentum est factum a patre ipsius muti, non debet rumpi tale testamentum, probatur per simile, nam si pupillus potuisset facere sibi testamentum, non potuisset præterire matrem suam, & si prætерijsset, posset ipsa habere quærelam de inofficioso testamento, & rescindere testamentum, vt l. nam & si parentibus, supra de inofficioso testamento, tamen secus est in patre, faciente testamentum pro filio, vt dicto. §. sed nec impuberis, & in l. precibus. §. si vero. C. eodem, & in capitulo si pater in fine. de testamentis libro sexto, ita videbatur dicendum in casu nostro, quod iste filius non rumpat hanc exemplarem substitutionem. Sed huic rationi respondet Paulus de Castro hic, quod ratio supra in contrarium assignata procedit quo ad matrem, ita loquuntur iura supra allegata, & nos loquimur quo ad nepotem, quo casu auus tenetur etiam ipsi relinquere. quod non est sic in matre, quia maritus non tenetur relinquere vxori suæ, & ideo dicit ipse, quod si contingeret, quod pupillus haberet filios, quod isti filij rumperent etiam pupillarem substitutionem, quemadmodum rumpunt exemplarẽ

pillaris

facit, licet ipse non dicat, quod vult Bartolus & alij in l. in pupillaris substitutionis in vltima quæstione, & tangit etiam aliquid Alexander hic secundum Aretin. hic ista ratio Pauli de Castro non est vera, quia si esset vera, sequeretur, quòd etiam iste filius muti rumperet, ratio, quia iste non posset conqueri de auo nec ei tenetur auus aliquid relinquere cũ etiam si fuisset in rerum natura eo tempore, quo auus fecit testamentum pro filio, non debuisset sibi aliquid relinquere, ex quo non tenebat primum locum, cum filius & sic pater eius ipsum in gradu præcedebat, vt l. si quis filio exhæredato, in princ. supra de iniusto testamento, & tamen isto casu rumpitur hic, vt hic patet, vnde secundum Aretinum melior est ratio, vt dicamus, quod ideo rumpitur, quia cessat ratio, quare fuit ista substitutio introducta quemadmodum cessat pupillaris, quando filius efficitur pubes. Sed certe non intelligo istam rationem, quia non video, quomodo in casu nostro cesset ratio huius substitutionis, nam aut volumus considerare rationẽ respectu prouisionis, quam rationem considerat imperator, in §. 1. institu. de pupillari substitutione, & tunc sua ratio non est vera, quia non cessat, ex quo omnino durabat mutus, & sic aderat impedimentum, vnde non deberet extingui ista substitutio, aut volumus considerare rationem respectu æquitatis, quia alias esset iniquum rescriptum principis, prout videtur considerare iurisconsultus hic, & similiter ista ratio Are. non videtur vera, quia eodem modo non deberet excludi mater & sic ratio du-

24 bitandi assignata hic per Paulum de Castro non esset vera † & quod mater non excludatur in casu nostro, videtur tenuisse. Bart. in l. 1. in princ. in tertio effectu pupillaris substitutionis in prima quæstione, & ibi plene dixi licet Bart. met infra. in 7. col. in versiculo iuxta hoc quæro vtrum mater possit præteriri &c. teneat quod mater potest priuari per expressam exemplarem & ista opinio videtur verior, prout ibi dictum est, vnde in casu nostro non videtur ista ratio æquitatis considerari, prout considerat Aretinus post Bald. & Imolam, hic, & ideo licet fateat rationem etiam Pau. de Cast. hic non esse veram, tamen puto, quod ratio sit ista, quia magis est debita hæreditas patris filio, quam filij ipsi patri. l. scripto. §. fi. infra vnde libe. & in l. nam & si parentibus. sup. de inoffic. testamẽ. vnde non videtur mirum, si mater excludatur, non tamen extenditur filius, & quo ad hoc puto, quòd non sit aliqua differentia inter pupillarem

25 & exemplarem, prout infra suo loco dicetur. † Quinto no. ibi respondi &c. φ hic est tex. melior de corpore iuris, φ beneficia principis solet ipse princeps interpretari, & sic regulariter ad conditorem spectat declaratio, facit tex. in c. inter alia. extra de senten. excommun & 11. q. 1. cap. ex his. & in cap. 1. & ibi gl. &

26 Moder. extra de postula. prælato. nam † eius est interpretari, cuius est condere, vt in l. fi. C. de legi. & in l. ab executore. infra de appell. Sed aduertendum est, quia si interpretatio rescripti spectat ad ipsum principem, quare iurisconsultus hic interpretatur rescriptum principis, vt patet hic, verum voluntatem principis &c. Ergo videtur. φ etiam ad alium spectet interpretatio, alias non esset standum interpretationi iurisconsulti hic, quod

27 est absurdum, circa quod † dicas sic secundum Pau. de Cast. & doct. in l. leges. C. de legi. φ aut rescriptum principis fuit certo modo per consuetudinem intellectum, & tunc intelligatur secundum consuetudinem interpretantem, vt l. si de interpretatione, & in l. minime. sup. de legi. & notat glo. in l. cum de nouo iure. C. de legi. si vero ex consuetudine non est certificata interpretatio, tunc si potest haberi copia principis, est recurrẽdum ad ipsum, vt l. humanum. C. de legi. & in l. præsenti. C. de his qui ad ecclesias confugiunt, alias recurrendum est de similibus ad similia, si potest, si vero non potest recurri de similibus ad similia, tunc debet interpretari secundum verisimilem mentem ipsius principis, accipiendo eam in benigniorem partem, ita vt non contineat absurditatem, vt l. benignius, & l. in ambigua. sup. de legibus, & est tex. hic, sed si dubitatur, quæ sit benignior pars, tunc stabo proprietati verborum, vt l. non aliter. inf. de lega. primo, & in l. prima. §. si is qui nauem. sup. de exercito. & in l. publi. in §. primo. infra de conditio. & demonstratio. ita dicit glo. in d. l. cum de nouo. subdit tamen Pau. de Cast. in d. l. leges, φ si non apparet certa verborum proprietas, tunc recurrendum est ad principem, etiam si non possit de facili haberi copia ipsius, vt puta, quia esset in longinquo. Dicit etiam φ quandoque habetur communis opinio doc. in vnam sententiam, vt in pluribus dubijs quæ mouentur in authen. ex causa. C. de libe. præte. quæ secundum docto. indigerent decisione Cæsarea, sed quia hodie raro vel nunquam fiunt, ideo recurritur ad interpretationem magistralem doct. vt notatur in dicta auth. ex causa. dicit etiam Aret. hic, quòd si sensus rescripti ipsius principis non est ita obscurus, quin commode possit interpretari, tũc inferior a principe, absque eo quod ad ipsum principem recurratur, potest illud interpretari, prout declarat Barto. in l. omnes populi. in 6. q. princi. ali. sup. de iustitia & iure, & ita potest intelligi tex. noster. Et isto tex. ita declarato in-

28 ferunt Bald. Ang. dom. Alex & Are. hic, † φ Antiani, qui fecerunt statut. possint illa interpretari durante eorum officio, & non postea. successores autem eorum non possunt illa statuta interpretari, quia interpretatio ita cohæret personæ disponenti, quod non transit ad aliam personam ideirco non transit ad hæredes, allegant notata in l. idem Pomponius scribit si frumentum. §. fin. sup. de rei vendi. & notatur per glo. in l. inter stipu. §. primo infra de verborum obligatio. & per Imo. in cap. fi.

29 de success. ab intest. Et sic ex his † colliguntur duæ conclusiones. Prima conclusio. est, quòd Antiani durante eorũ officio possunt interpretari statuta per ipsos condita & non postea. Secũda conclusio est, quod successores ipsius siue ipsorum nõ possunt statuta prædecessorum suorum interpretari. Circa primam conclusionem adde quòd ista est vera, & communis opinio. nam illam tenet Imo. dom. Alex. Are. & alij hic, pro qua secũdum Aret. facit ratio, quia ex quo est finitum eorum officiũ, non habent amplius se intromittere, & hinc est, quòd delegatus non exequitur sententiam suam, vt in l. a diuo Pio. infra de re iudic. quoniam lata sententia ipse est functus officio suo, & suum officium est finitum, vt declarat tex. cum gl. in l. ab executore, in princ. infra de appellatio. & facit tex. secundum vnũ intellectum in l. iudex postquam. infra de re iudi. & quod tradit Bar. in l. quod iussit. eod. tit. eadem etiam ratione iudex ordinarius non potest declarare sententiam suam finito suo officio secundum Bald. in l. 3. C. commina. vel epistolas, & sic ista conclusio est vera, etiam si isti Antiani ex potestate ordinaria haberent potestatẽ condendi statuta per supradicta, & faciunt notata per Ioan. And. in cap. ex parte, de verbo. signific. qui dicit, quod Abbas non potest declarare exposita per se post finitum officium Abbatiæ & hæc sequitur Bal. in c. 1. qui success.

30 tenerentur, in 2. sib. feudo. † vnde dicit Ioan. And. in mercuria. in cap. pro possesso. de reg. iur. Quod illi, qui sunt electi ad faciendum statuta, quod finito eorum officio non possunt illa interpretari, sed est recurrendum ad committẽtem, & ita etiã sentit Barto. licet ista non alleget, in dicta l. omnes populi. in 6. quæst. o. princip. in versic. tertio quæro. Limitant tamen hanc conclusionem dom. Alex. & Are. hic esse veram, quando ipsi Antiani haberent potestatem condendi statuta, tunc illa possunt interpretari durante eorum officio, non vltra, sed quando Antiani non habuissent istam potestatem, sed de facto fecissent, & fuissent postea confirmata a sede apostolica, tunc ipsi Antiani, qui fecerunt, non possent illa interpretari etiam durante eorum officio, quia tunc videtur esse lex Pontificis, non illorum Antianorum, per l. more, & l. quia. sup. de iurisd. om. iudic. & notatur in l. fi. C. de legi. ita etiam dicunt Bal. Ang. hic Imo. hic dicit esse remittendum ad notata per Barto. in dicta l. omnes populi. in dicto versic. tertio, quæro. Vnũ tamen subdit, quod si isti Antiani per se potuissent cõdere statuta, & cõdant, licet postea a sede apostolica sint confirmata expresse, φ non obstante hac confirmatione ipsi Antiani durante eorum officio poterunt interpretari, quia videtur cessare ratio supra assignata de d. l. & quia, prout declarat ibi Bar. dum declarat, an ille, qui confirmat, videatur dare, & hæc opinio est communis, vt hic per dom. Alexã. qui allegat hanc rationem, quia eadem solemnitas quæ requiritur in statuendo, & confirmando, requiritur in interpretando, vt in l. si vt proponis. 2. C. de nupt. Sed aduerte, quia forte ista limitatio non est simpliciter vera, quoniam si sumus in interpretatione siue declaratione, in qua nihil detrahitur, vel additur, sed dubium tantum declaratur, videtur φ isti Antiani huiusmodi declarationem facere possint. argum. l. hæredes palam. §. sed si notam. sup. de testa. nam cum verba ambigua sint ab ipsis prolata, ab ipsis debent declarari, vt l. in ambiguis. inf. de reg. iur. & pro hoc facit, quia iudex cum tulit sententiam suam, dicitur esse functus officio suo, vt d. l. iudex postquam, & sic illum non potest mutare seu retractare, & etiam si in ea sunt verba dubia, potest interpretari, vt l. ab executore in princ. & ibi glo. & docto. infra de appell. & tenet dom. Alexand. in d. l. iudex. in 1. col. non obstat. d. l. & quia. quia bene fateor, quod ille, qui cõfirmat actum nullum, videtur dare, prout in casu nostro, tamen videtur Pontifex cõfirmare illa statuta prout sunt intelligenda secundum mẽtem ipsorum Antianorum, qui ipsa condiderunt, vnde merito debent ipsi declarare eorũ intentionem per verba dubia expressa, nec etiam obstat dicta l. si vt proponis, quia ibi fit de nouo actus in matrimonium quod erat iam solutum, vnde in constituendo de nouo matrimonium bene de solemnitate requiritur consensus patris, vt institu. de nupt. circa principium, ideo si non interuenit, est nullum, vt ibi dicitur. & dicitur in dicto §. sed si notam. sed quando non fit de nouo actus, aut nihil actui præterito additur, vel detrahitur, sed tantum dubia verba declarantur, dico quod isto casu non requiritur eadem solemnitas, quæ requiritur in statuendo, vt dicto §. sed si notam. Cogito tamen, & per prædicta etiam puto sequẽtem limitationem d. Alex. hic non esse veram, quia solum declarando verba dubia, non

bia, non sit aliquid contra, merito non debet esse irritum. Et
31 ex his sit expedita ista prima conclusio.† Circa secundam con
clusionem, videlicet an successores eorum in officio possint
interpretari statuta condita ab Antianis præcessoribus vt vidi-
stis Bald. & Ange. tenent hic quod non Ioan. de Imo. hic dicit
istud pendere ex notatis per Bar. in d. l. omnes populi. in 3. & 6.
quæstio. princ. Ex cuius dictis videtur inferri quod opin. Bald.
& Ange. non sit vera, & quod immo successores poterunt in-
terpretari, & pro hoc facit secundum Are. hic, quia sicut præ-
fati successores possunt de nouo condere statuta, ita videtur, quod
possint iam facta interpretari, pro hoc facit l. fin. C. de legi. li-
cet Aret. non alleget. præterea pro hac opin. facit, quia isti suc-
cessores si voluissent, potuissent ea statuta reuocare, si potuis-
sent reuocare, ergo fortius dicendum est, quod poterũt inter-
pretari quia minus videtur legem interpretari, quam tollere,
& pro hoc facit, quod vult Ioan. And. in cap. ex parte. extra de
verbo. signifi. vbi voluit, quod Abb. non potest declarare exposita
a se post finitum officium Abbatię, durante officio sic, & hoc
sequitur Bal. in c. primo qui success. tenerentur. in vsib. feudo
rum, & facit, quod voluit Ioan. Andr. in regula, pro possesso-
re de regulis iuris, vbi voluit, quod illi, qui sunt electi ad fa-
cienda statuta finito eo officio non possent amplius illa inter-
pretari, quia tunc non habent potestatem condendi statuta,
quasi haberent, tunc possent illa interpretari, & pro hac opi-
nione etiam facit quod voluit Barto. in l. ab executore. in prin
cipio, infra de appellatio. vbi vult, quod iudex ordinarius suc-
cessor possit declarare sententiam sui præcessoris, & ratio est,
quia vere est eadem iurisdictio, & iudicium, licet sit persona
mutata, vnde dicitur idem iudex, vt l. proponebatur. supra de
iudicatis sit in casu nostro. nam idem est officium Antianorũ
cum pręcessoribus, & pro hoc facit in argumen. capitulo inter
alia, extra de sententia excommunica. & ista opinio secũdum
32 Aretinum hic est magis communis & verior † non obstat di-
cta l. idem Pomponius scribit si frumentum in §. finali, quia
potest responderi secundum Bartolum in dicta l. ab executo-
re. & Areti. hic, videlicet quod ideo ibi hæres non interpretatũ
sententiam sui defuncti, quia persona hæredis non censetur
eadẽ persona cũ defuncto vere sed ficte, vt in l. mortuo. inf. de
fideiusso. & instit. de stipulatione seruorum. in principio. at suc
cessor. antianus in officio dicitur eadem persona vere quo ad
ipsum officium, vt dicta. l. proponebatur, merito potest inter-
pretari. & ita etiam dicit Bartol. in l. terminato. C. de fructi. &
33 lit. expen. domi. Alexand. dicit, † quod Barto. videtur aliter lo-
qui in l. inter stipulantem. §. primo. infra de verborum obliga-
tionibus. vbi videtur sentire, quod successor in officio nõ pos-
sit interpretari sententiam ambiguam sui præcessoris, tamen
Angel. & Imol. distinguunt ibi dicentes, quod aut successor
vult ex verisimilibus coniecturis & ex actis faciendis interpre-
tari & tunc poterit, vt l. voluntatis & quod ibi notatur. C. de
fideicommis. & l. in obscuris infra de regulis iuris. & notatur
in l. si seruus plurium. §. fina. infra de legatis primo & eodem
modo antiani successoribus ex verisimilibus coniecturis po-
terunt interpretari statuta eorum præcessorum. & ita proce-
dat opin. Imo. & Areti. hic & Barto. in dicta. l. ab executore. &
pro hoc facit textus not. in l. nostra. ibi verum voluntatẽ prin-
cipis &c. aut successor vult interpretari non ex verisimilibus
coniecturis, sed ex mera sua voluntate, vt puta si iudex iudica-
uit manum esse amputandam, nec declarauit quam, tunc, suc-
cessor non poterit declarare quod senserit de dextera vel de si-
nistra, quia pendet istud a mera voluntate, secundum glos. in
dicto. §. 1. sed stabitur interpretationi legis, quæ voluit quod in
telligatur de minus potenti, vt l. si præses infra de pœn. & argu-
mento. l. apud Iulianum in. § scio infra de legatis primo. si ve-
ro nulla adest legis interpretatio, tunc bene successor poterit
interpretari. & hanc distinctionem sequitur domi. Alexãder
34 in dicto §. primo. & hic. Sed tu considera, quod verior videtur
opinio. Imol. & Are hic, videlicet quod in omni casu antiani suc-
cessores possint interpretari statuta pręcessorum suorum. & pro
batur ratione secundum Aretin. hic. nam si isti antiani succes-
sores poterant condere statuta, & etiam statuta præcessorum
corrigere, multo fortius debent posse ea interpretari, & eorũ
interpretatio debet haberi pro lege. vt l. fin. C. de legi. etiam si
aliter esset interpretatio iuris probatur, pone, quod antecesso-
res statuerint, quod pro aliquo delicto amputetur manus, nec
declarauerint quam, & successores interpretantur de dextera,
nõne debet stari tali interpretationi, certe sic quia isti successo
res si voluissent, potuissent condere statutum, vt pro tali deli-
cto amputetur manus dextera, ex quo possunt statuere. Non
obstat. l. nostra quia ista interpretatio fit ab inferiore a princi-
pe conditore, merito debet interpretari ex verisimili mente
35 ipsius † Non obstat distinctio Imol. in dicto. §. primo, quia illa
loquitur in iudice. tũc isto casu fateor. quod debet adhiberi il-
la distinctio, & ratio est quia illa interpretatio successoris non
potest haberi pro sententia, instantia & causa non cępta coram

36 ipso. quæ ratio cessat in casu nostro cogitatamen.† Sexto not.
ibi, verum cum sequenti. talis censetur esse voluntas principis,
qualis esse de iure debet. ita not. Bal. hic. & Moder. & pro hoc
facit. l. quoniam. C. de natu. liber. secundum dominum Alexã.
& Iason. bene facit, quod voluit Bald. in l. omnes populi. in 9.
colum. supra de iustitia & iure. & c. licet. extra de officio ordi-
na. facit etiam glos. in c. paratus. in gl. tertia. vigesimatertia quæ
stione prima. vbi glos. dicit, quod verba posita in rescripto Pa-
pę vel principis debet conformari ęquitati, vel iuri. licet verba
non patiantur. & istud sequitur Oldra. in consilio 268. incipiẽ.
quæstio est vtrum priuilegium Papę. in fine. & Fely. in c. quam
37 sit. in fine vltimę colum. extra de iudi. † Septimo not. ibi in ea-
dem valetudine perseuerasset &c. secundũ Pau. de Castro hic.
quod quando est aliqua qualitas, quę habeat tractum succes-
siuum, & est causa alicuius dispositionis euentus durat illa di-
spositio. quatenus durat illa qualitas. vt est casus hic & hoc est
verum, quando illa qualitas erat necessaria ad dispositionem,
vt erat hic. & quando dispositio non fuerat adhuc effectum fi-
nalem sortita, vt etiam erat hic. quia substitutio quousque fi-
lius pendebat non erat sortita effectum. si autem ista qualitas
non erat necessaria ad dispositionem, sed erat mere voluntaria
tunc licet deficiat, non deficit dispositio, etiam illa quæ nõ fue
rat effectum sortita, vt in hac. l. in §. Iulianus. & supra eodem. l.
in substitutione. & l. si cognatis. infra de rebus dubijs. idem es-
set, si talis qualitas fuisset necessaria ad dispositionem, tamen
erat sortita effectum finalem. pone exemplum in negligentia.
quæ est causa præscriptionis inducendę. nam si cessat ante fini-
tam præscriptionem, præscriptio non finitur, sed interrumpi-
tur, vt notat Barto. in l. naturaliter. de vsucapio. si autem post fi
nitam præscriptionem. tunc non tollitur præscriptio. ad hoc
vide quod not. Dyn. in regu. factum legitime. de regulis iuris
in sexto. & Bal. post Petrum in l. generaliter. C. de episcopis &
clericis. ita dicit hic Paul. de Castro. ad quod vltra dicta per ip-
sum vide quod dicit Barto. hic. & ibi dicetur in secunda oppos.
vnum tamen dicit hic Paul. de Castro. quod videtur esse ambi-
guum, licet doc. non dicant, nam vult Paul[9]. de Castro quod
quando qualitas, quæ est necessaria ad dispositionem, & nõ est
sortita effectum finalem, licet deficiat, nõ deficit dispositio nã
contra hoc videtur facere, quod not. Barto. & sequuntur com
muniter docto. in l. pupillari. in secunda colum. supra eodem.
& dixi supra in l. secunda in quæstione vltima principali. supra
eodem. nam Barto. vult, quod expiret pupillaris substitutio eo
ipso, quod pupillus potest testari dato quod non sit effectus pu
bes, iuxta terminos. l. qua ętate supra de testamen. ecce quali-
ter durat qualitas. scilicet pupillaris ętas, quæ est necessaria ad
pupillarem substitutionem, vt l. secunda. in principio. supra eo
dem. & tamen non durat substitutio, & sic dispositio. Sed sal-
uando Pau. de Castro dicas, quod ideo expirat substitutio, quia
cessat rõ quare fuit introducta talis substitutio pupillaris. quia
filij in tali ętate constituti non possunt sibi facere testamentũ,
vt in §. præterea impuberes. institutа qui. non est permissum fa
cere testamen. pater ei faciat. vt est text. institutа de pupillari
substitutio. circa principium. quæ ratio cessat in casu Bart. ideo
debet cessare ista dispositio. l. adigere. §. quamuis. de iure patro
natus. & in c. cum cessante. extra de appellatio. præterea si dice
remus, quod adhuc durat pupillaris substitutio, vtique esset ini
quum, quia auferretur ei libera facultas testandi quod esse nõ
debet. vt est casus hic, quæ omnia cessant in dictis Pau. de Cas.
ideo eius dicta debent limitari secundum prædicta. In text. ibi,
38 vt quemadmodum. † not. ex hoc text. secundum omnes, quod
licet arguere de pupillari ad exemplarem. & econtra ita probat
hic tex. licet in multis inter se distent vt late declarat Bald. hic
& Bald. & Salice. in l. humanitatis. C. eodem. & Ioann. Fab. &
Angel. de Aret. in §. qua ratione. institu. eodem. tamen hoc est
verum in casu, vbi non apparet diuersitas, sed conueniunt, pro
39 vt in discursu materię sępius dicit Bartol. Et ex hoc † infertur
secundum Areti. & Iason. quod quando reperiuntur duo casus
ęquiparati, licet detur diuersitas inter eos, tamẽ de vno ad aliũ
licet arguere, vt hic tamen in hoc communiter docto. in l. si ve
ro. §. de viro. soluto matrimonio. tenet contrarium secundum
Aretinum, hic per gloss. 1. quæstio. 1. in cap. sicut. vrgeri. & per
glos. in l. si creditores. infra de operis noui nuntiatione. & per
gloss. in l. si autem. in §. possidere. supra de rei vendicatio quę
glo. velle videntur, quod ad tollendam consequentiam sufficit
dare instantiam, sed ad hoc Aretin. hic respondet dicens, quod
illa dicta habent locum, quando quæritur de extendendo vnũ
ad aliud virtute regulę equiparantis illa regulariter, prout in
l. si quis seruo. C. de furt. & ser. corrup. cũ ibi not. & in l. prima
supra de leg. tuto. sed quod fit extensio de vno ad aliud pro-
pter similitudinem rationis, vbi ex identitate rationis debet
fieri extensio, & potest, tunc non attenditur quod illa, in, qui
bus est eadem ratio in vno casu in aliquibus alijs differant.
vnde quando ex identitate rationis non deberet fieri exten-
sio, sicut in materia correctiua vel exorbitanti, & aliquis vel-
let exten-

let extendere virtute æquiparationis factæ per ius antiquum,
tunc procedit illa differentia, de qua supra, scilicet quod tunc
40 non fieret extensio, secundum Aretin. hic. † Sed aduerte tu
melius & breuiter circa hanc materiam extensionis quæ diffu
sissima est, nam aut duo casus sunt æquiparati per viam regulę
per legem antiquam, secundum quam lex noua plerunque in
telligitur, aut sunt æquiparati sed non per viam regulæ, aut nō
sunt æquiparati. primo casu dico, quod si lex postea noua lo-
quatur in vno de dictis casibus æquiparatis per viam regulæ,
tunc extenditur ad alium casum. ita procedunt not. in dicta l.
si quis seruo, & quæ tradit Bartol. & ibi docto. in l. secunda in-
f. a de legatis primo, pro hoc faciunt, quæ tradunt doctor. ma-
xime Modern. in l. prima. C. qui admitt. dum tractant in l. fina.
C. de bonis quæ liberis, quæ loquitur in filio volente adire inui
to patre, quod possit, an extendatur & habeat locum etiam in
patre ignorante, & communiter concludunt, quod sic per re-
gul. l. qui potest inuitis. infra de regulis iuris. quicquid alias di-
xerit Angel. in dicta final. & Iason in dicta l. prima, vnde isto ca
su bene liceret de vno ad alium casum arguere, & hoc est ve-
rum, si est omnimode eadem ratio per ea quæ traduntur in di-
cta l. prima. Secundo casu, scilicet quando sunt æquiparati sed
non per viam regulæ, si lex postea noua loquitur in vno casu,
non extenditur ad alium casum, & tunc dicēdum est quod nō
probatur per authentic. quas actiones, cum ibi notatis. per glo.
& docto. C. de sacrosanctis ecclesijs. nam in l. fina. eiusdem ti-
tuli ciuitas & ecclesia sunt æquiparata, tamen dispositio dicta
authent. loquens in ecclesia nō extenditur ad ciuitatem, & pro
batur in l. prima. in §. filium infra de contratab. & ita dicit Bar.
in l. a. inf. de l. primo, & d. Alex. in l. Gallus, in §. & quid si tantū.
in 4. colum. de liberis & posthu. & hoc est verum, quando lex
noua est correctoria, secus si non esset correctoria, tunc ex iden
titate rationis potest fieri extensio, vt l. non possunt supr. de le-
gib. item hoc est verum, nisi ratio expressa in lege comprehen
deret casum, ad quem dicta ratio extenditur. nam tunc isto ca-
su potest fieri extensio, prout dicam in sequenti casu. Tertio
casu scilicet quando non sunt æquiparata, tunc lex correctoria
non debet extendi ad casum non expressum etiam ex identita
te rationis, vt l. si vero. §. de viro. soluto matrimo. cum materia
Fallit, nisi ratio scripta in lege esset ita generalis, vt comprehē
deret etiam casum non expressum. & ratio est, quia tunc non
dicitur fieri extensio, sed casus non expressus dicitur compre-
hendi, vt est text. not. in l. libertum. §. senatus sup. de ritu nupt.
pro hoc facit l. tale pactum. §. finali. sup. de pact. ita etiam pro-
cedit l. 1. supra de legi. tuto. & institu. de leg. patro. tute. in prin.
nam l. 12. tabu. inf. annum agnatos vocabat ad tutelam hac ra-
tione, quia ex quo eos vocabat ad successionem & eius emolu
mentū, voluit etiam eos vocari ad onus tutelæ, & ista ratio scri
pta est in d. l. duodecim tabula. verū quia dicta ratio comprehē
dit etiam patronum, quia ipse vocatur ad successionem liber-
ti, vt in §. sed nostra. instit. de successio. liber. & sic eodem mo-
do debebat vocari ad onus tutelæ ipsius liberi. hinc est, quod d.
l. 12. tabul. loquens tantum de agnatis extenditur ad patronos.
vt supradictis iuribus. merito tex. institu. de legi. patro. tutel. di-
cit, quod ex mente legis 12. tabul. venit hæc tutela, non ex ver-
bis. fallit etiam in alijs casibus de quibus per Bartolum, & do-
mi. Alexand. & alios in l. si constante. in 9. quæstio. primæ par-
41 tis, supra soluto matrimonio. In tex. ibi pubertate. † Not. octa-
uo quod pupillaris substitutio finitur pubertate. facit l. in pupil-
lari supra de codic. & in §. masculo. institu. de pupil. substitu. &
in l. secunda. in princ. supra eodem, & ibi dixi in vltim. quæstio.
42 princ. in tex. ibi. nam & si furiosi. † Nota nono pupillum & fu-
riosum æquiparari de quo plene per Bartol. & scribentes in l.
1. inf. de verborū obligationi. & bonus tex. in l. seruo inuito. §.
si pupillo. inf. ad Trebell. & est etiam bonus tex. in l. Fulcinius.
§. adeo inf. ex quib. cau. in pos. ea. In tex. ibi, quia iam posset sibi
43 facere testamentum † Not. decimo quod cessante causa priui-
legij debet cessare priuilegium. concordat tex. in l. Titia. §. vsu
ras de legat. 2. ibi per Bartol. & in l. adigere. §. quamuis de iure
patro. ibi Bartol. & in cap. cum cessante. extra de appel. & istud
est verum, quando causa, quæ cessat erat finalis. ita procedat
iste text. & alia iura allegata. secus autem si cessaret causa im-
pulsiua & efficiens, tunc non cessaret priuilegium, vt in l. pri-
ma in §. [illegible] vbi glo. & docto. sup. de post. & not. gl. in versi.
adiuuamur. §. 1. institu. de testam. mili. & declarat Bartol. in re-
pet. l. vbi [illegible] sup. de interrog. act. & ex hoc infertur, quod qua
ratione fuit introducta pupillaris quia fuit introducta ad proui
dendum ij si pupillo qui propter ætatem non poterat testari, vt
inst. de pu[illegible] [illegible] eadem ratione exemplaris est in
troducta [illegible] propter ætatem, sed
propter de[illegible] ex accidenti superueniente non possunt
testari, vt [illegible] de pupill. substitu. dum dicit
qua ratione [illegible] & [illegible] impedimento cessante cessat ita
prouisio, vt hic & [illegible] infertur etiam secundum Aret. & Ale
xand. & Ias. quod quando priuilegiū ex posttacto efficitur ini-

quum, quia cessat ratio concessionis priuilegij, tunc cessat pri-
uilegium ipso iure, vt hic, & ratio est secundum Paul. de Cast.
hic, quia constat de voluntate principis quod nō debeat ei sta-
ri. maxime quia alteri fieret præiudicium, si vero non cessaret
causa concessionis priuilegij, tamen ex post facto efficitur ini-
quum, tunc non tollitur ipso iure, sed est recurrendum ad prin
cipem, & ratio est, quia non videtur cessare mens ipsius princi-
pis durante causa. ita not. gl. in c. decet. de regul. iur. in 6. & in c.
suggestum, & in c. nuper. extra de deci. secundum Imol & do-
44 ctor. hic. † Not. vndecimo ibi etenim iniquum, quod benefi-
cium principis ita debet ita interpretari, vt non contineat ini-
quitatē, ac ius tertij lædat. facit l. 2. §. si quis a principe, & §. me-
rito. inf. ne quid in loco pub. & in l. nec auus. C. de emanci. libe.
& in l. impuberi. sup. de admi. tut. & in l. cum filiusfamilias. inf.
45 de mil. test. † No. duodecimo ex eodem tex. quod auferre ho-
mini sanę mentis liberam testamenti factionem est iniquum,
& ex hoc infertur quod lex priuilegium vel statutum auferēs
testamēti factionem dicitur iniquum, & ex hoc infer hic Paul.
de Castr. ad quæstionem, quam dicit illo anno habuisse de fa-
cto, videlicet quod nō valet statutum disponens quod mulier
non possit testari sine consensu viri, aut consensu duorum pro
pinquorum, quia isto casu auferretur mulieri libera testamen
ti factio sicut non valet priuilegium principis per quod aufera
tur testamenti factio & hanc opinionem sequitur Ale. hic qui
dicit quod opinio Paul. est vera. non tamen per istum tex. quia
hic tex. secundum eum non dicit, quod princeps si voluisset du
rare huiusmodi priuilegium etiam postquam est effectus sanę
mentis, quod nō possit sed bene dicit, quod in dubio princeps
concedendo alicui vt possit facere exemplarem substitutionē,
intelligitur durante morbo & valetudine. ita dicit domi. Alex.
subdit hic d. Ias. quod immo iste text. optime probat opinionē
Paul. dum dicit, quod redditur iniquum rescriptum principis,
etiam quando ex post facto aufert homini sano testamenti fa-
ctionem. Sed certe adhuc iste text. non dicit opinionem Paul.
de Castr. quia licet iurisconsultus dicat, quod rescriptum prin-
cipis redditur iniquum, propter hoc non dicit, quod si voluis-
set princeps, quod tale rescriptum licet iniquum valeret, quod
non valeat, nam si hoc dixisset, vtiq; probaret intentionē Pau.
in modico, quod quantumcumque rescriptum reddatur ini-
quum, si princeps vellet, quod valeret, vtique esset seruandum,
vt l. prospexit. ff. qui & a quib. tamen dom. Alexā. sequitur opi-
nionem Pau. alia ratione, nam dicit dom. Alexan. quod illud q
non potest fieri per pactū, quia cōtra bonos mores, non potest
etiam fieri per statutum, ita tenet Bartol. quem omnes sequun
tur in l. omnes populi. in tertia quæstione principali in versicu.
3. iuxta prædicta quęritur supra de iustitia & iure, sed tale pactū
per quod tollitur libera testamenti factio, non valet, vt l. stipu-
latio hoc modo concepta infra de verborum obliga. & in l. pa
ctum quod dotali. C. de collatio. & eodem modo non debet va
lere tale statutum, quia auferretur libera testamenti facultas
quod est contra bonos mores. Et hanc opinionem sequitur
46 hic Aretin. licet † dicat quod in contrarium faciunt not. per
Imol. & Modern. & ibi ipse dicit in l. secunda in princip. supra
eodem vbi concludunt, quod valet statutum disponens quod
voluntas captatoria teneat, licet ipse dicat, quod statutum cir-
ca hoc potest dupliciter disponere, vt valeat dispositio capta-
toria, si disponens velit eam committere in voluntatem alte-
rius, & istud secundum eum est minus odiosum, ex quo con-
currit voluntas disponentis, tamen dicit, qđ non valet per text.
in capitu. cum terra. extra de electio. & ibi dominus Abbas. Se-
cundo modo potest disponere statutum, quod disponens etiā
si velit, non possit sine consensu alterius, ita quod etiam eo in-
uito committatur dispositio suo arbitrio, tunc secundum eum
multo fortius videtur, quod istud statutum non valeat, cum sit
euidenter iniquum, & ad hoc facit iste text. secundum eum.
subdit tamen ipse, quod verum statutum euidenter iniquum
sit nullum necne, remittit se ad dicta per ipsum in cap. secūdo
extra de proba. dicit tamen quod docto. in l. 1. C. de summ. Tri
nit. & fide catho. videntur tenere, quod tale statutum valeat, &
tenet expresse Angel. in authen. vt noua constitu. in §. 1. ita di-
47 cit Aretin. Sed aduerte, inquantum dicit Aretin. quod si statu-
tum disponit, quod valeat dispositio captatoria, quando dispo-
nens vult committere arbitrio alterius, quod tale statutum nō
valet per d. c. cum terra. nam videtur dubium, & communiter
doctor. in dicta l. 2. supra eodem. videntur tenere, quod valeat
statutum, & ita tenet domi. Alexand. vbi dicit ita esse commu
nem opin. in l. captatorias C. de testa. mili. probatur hoc in l. ca
ptatorias. sup. titul. proxi. vbi ideo non valet captatoria institu-
tio, quia eam improbauit senatus, ergo si eam senatus appro-
basset, vtique valuisset, & sic innuit. quod potest valere si, ap-
probatur, ergo statuto potest reduci, vt valeat, nō obstat dictū
cap. cum terra, quia ideo non valet electio, de qua ibi commis-
sa voluntati & arbitrio alterius, quia redundabat in perniciem
& damnū ecclesię, vt patet in versic. quia igitur, quæ ratio ces-
sat in

sit in casu nostro, quia licet redundet in damnum testatoris, quia esse posset, quod voluntas, & testamentum ipsius testatoris non sortiretur effectum, est imputandum ipsi, ex quo quisque sibi si vult, potest præiudicare quod non potest alteri & sic ecclesiæ, vnde in casu isto non videtur vera illa opinio Aret. item inquantum etiam subdit, quod quando statutum disponit, quod etiam si velit, non possit disponere sine consensu alterius, quod tale statutum non valeat & hoc casu loquitur hic Paulus de Castro, nam hoc casu non videtur etiam sua opinio vera, prout infra dicam reprobando opinionem Paul. de Castr. nec obstat, quod istud statutum isto casu sit euidenter iniquum, quia prout infra dicam, non est iniquum & hanc opinionem Pau. de Cast. tenuit Alexand. consulendo in consilio 206. incipiente visis & accurate consideratis, in vlt.
48 colum. & hæc † opinio. vt dicit hic Iason est communis tamē ipse tenet contrarium scilicet, quod valeat, & mouetur primo authoritate Angel. in §. primo in authen. vt noua consti. quam allegat etiam hic Aretin. nam ibi quærit Angel. quid si est factum statutum, quod mulier non possit testari sine consensu duorum propinquorum, an extendatur ad mulieres, quę prius fecerunt testamentum, & sic præsupponit, quod tale statutum
49 valeat. † Secundo mouetur, nam dicit ipse, valet statutum, quod mulier non possit legare. vt per Bartol. in l. cunctos populos. in 1. quæstio. principali. in fin. C. de summa Trini. & fide
50 catho. & ibi Bald. in 15. colum. præterea dicit † Iason. quod fateor quando statutum tollit liberam testamenti factionem, est iniquum. sed in casu nostro non aufert testamenti factionem ex quo permittit ei testari. & licet velit statutum adhiberi consensum duorum cōsanguineorum, hoc inducit propter lubricum sexum mulieris, & eius fragile ingenium. argu. insti. quib. alie. lice. vel non, in princ. & l. 1. §. & cum lex Iulia. C. de rei vxo. actio. & pro hoc facit, quod not. Bald. in l. 2. circa finē. supra de adoptio. qui voluit, quod valeat statutum, quod mulier non possit contrahere sine consensu duorum propinquorum, quia hoc inducitur proter fragilitatem mulieis. ergo eadem ratione in testamento. & ratio est, quia vbi maius periculum, ibi cautius est agendū. vt in c. vb maius. de elec. lib. 6. quia ergo maius periculum imminet in muliere per rationem ut supra dictam, ideo statutum voluit, quod interueniret illa solemnitas scilicet, quod adhibeatur consensus duorum propinquorum, vnde istud statutum non debet dici iniquum, nam si statutum induceret, quod debeant decem testes adhiberi in testamento, vtique non esset iniquum, & per hoc tollitur ratio Paul. de Castr. hic, item istud statutum non est contra bonos mores, ex quo est introductum bona ratione, de qua supra, si istud ergo non est contra bonos mores, ergo potest induci per statutum, vt per Bartolum in l. omnes populi. in tertia quæstio. principali. in versiculo tertio quæritur, nec obstat, si diceretur, quod immo istud statutum est iniquum & contra bonos mores, quia pone, quod consanguinei nollent consentire certe isto casu non poterit mulier testari, & sic aufertur sibi libera facultas testandi, vt l. stipulatio hoc modo concepta, cum similibus infra de verborum obligatio. quia ad hoc respondetur, quod immo etiam si consanguinei nollent consentire mulieri, tunc loco consanguineorum poterit adhiberi iudex, qui præstabit consensum, ita determinat Bar. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore, in versic. & per hoc dicebam supra soluto matrimo. & ibi sequitur Alexand. in vlt. colum. vbi dicit hanc esse communem opinio. & sic ibi Barto. præsupponit, quod tale statutum valeat, & hanc opin. contra Pau. sequuntur communiter docto. l. 1. C. de summa Trinit. & fide cathol. secundum Areti hic. & hanc opinio. sequitur Angel. in consil. 206. vbi tenet, quod tale statutum valeat, & idem sequitur Petr. de Ancha, in consi. 24. vbi in tortioribus terminis voluit, quod valeat statutum volens, quod mulier sine consensu duorum propinquorum non possit testari etiam pro anima & hanc opinio
51 nem puto veriorem per supradicta. † quia immo fortius dico, quod si statutum in totum auferret mulieri hanc testandi facultatem adhuc valeret. probo hoc per illud quod voluit Bar. & sequuntur docto. & ibi diximus in l. 2. in princip. in 1. colu. in versicu secundo ego quero, dixi, requiritur quod sit impubes. vbi quærit Barto. quid si statuto alicuius ciuitatis caueatur quod maior. 20. annis non possit testari, an ei poterit fieri pupillaris substitutio. & præsupponit ibi Bartol. quod tale statutum valeat, & tamen aufert testandi facultatem cum minor. 20. annis elapsis quatuordecim iure communi possit testari, ergo fortius valet in casu nostro. & hoc etiam tenet Paul. de Castr. in l. si cum dotem. in fin. princip. supra soluto matrimo. vbi voluit, quod valeat statutum grauans mulierem, quod nō possit testari. & hoc sequitur Angel. consilio. 80. & hoc idem sequitur hic domi. Bulga. Senensis & domi. Bernardus de capitaneis de landriano doctor Mediolanensis in apostillis ad dominum Alexand. in apostilla super verbo non valeat. ergo fortius debet valere in isto casu statutum, ex quo non totali-
52 ter aufert testandi facultatem. Et hoc tenendo † posset responderi aliter, quam per Iaso. ad rationem Paul. de Castr. Aret. & ad rationem domi. Alexan. nam inquantum dicit h. c Pau. & Are. quod istud statutum est euidenter iniquum, cum auferat testandi facultatem & cap. quia dico, quod non est iniquum, nam tunc esset iniquum, cum homini sanæ mentis auferretur testandi facultas, sed mulier quo ad istud propter sui fragilitatem a statuto nō omnino sanæ mentis existimaretur sicut nō existimatur minor viginti annis secundum terminos, de quibus per Barto. in l. 2. sup. eo. & ideo hic tex. non sine ministerio dicit, homini sanæ mentis, & propterea etiam mulier non existimatur sanæ mentis in casu isto, instit. qui & ex quibus casib. aliena. licet vel non, vnde non video quo modo ratio Pau. de Cast. & Aret. sit vere fundata per istum tex. nec etiam ratio do. Alex. est vera, quia istud statutum non est contra bonos mores, & auferre (cum ratione tamen) testandi facultatem, nō est contra bonos mores, & in casu, d. l. stipulatio hoc modo concepta, non ideo solum est contra bonos mores, quia auferatur testandi facultas, sed quia ibi inducitur votum captandę mortis, prout ibi declarant doctores, maxime Iaso. & docto. in l. pactum quod dotali. C. de collatio. & sic patet quod opinio Pau. non est vera nec communis, licet ita domi. Iason hic, & male,
53 vt ex prædictis patet. † Nota tertiodecimo ibi, igitur agnatione, &c. quod per superuenientiam filiorū ita extinguitur exemplaris, sicut quando cessaret causa ob quam fuisset facta, [illegible] huius notabilis est, quia exemplaris dicitur esse testamentum ipsius filij, vt argumento l. patris & filij, sup. eod. & §. igitur. instit. de pupill. substit. & l. Papinianus. §. sed nec impuberis. sup. de inofficio. testa. & sic perinde debet haberi, ac si ipse filius fecisset, nulli dubium est, quod tale testamentū rumperetur natiuitate posthumi vt insti. quibus mod. testa. infirmen. in princip. & in l. posthumi. & in l. posthumus. sup. de iniust. test. & in l. 2. C. de posthum. hæred. institu. ita etiam debet rumpi in casu nostro, alijs etiam duabus rationibus de quibus in tex. hinc est, quod per superuenientiam filij rumpitur ista substitutio, prima ratio est quod nihil interest &c. quia sentit iurisconsultus, quod paria sunt, quem sibi facere hæredem ex testamento, vel aliquem sibi ab intestato succedere, sed si ipse filius fecisset sibi testamentum deinde sibi nasceretur filius, tale testamentū rumperetur, vt sup. probatum est, ergo ita sit in casu nostro, cū nascatur sibi suus hæres. Aduerte, dum text. dicit, alium male se habet nam vult dicere, illum. Secūda ratio assignata hic est, quia non est verisimile principem, aut patrem cogitasse de huiusmodi filijs nascituris, nam verisimile est, quod si cogitasset, quod vtique noluisset eos priuare, argum. l. tale pactum. §. fin. ibi glo. sup. de pact. & facit. l. si vnquam. C. de reuoc. dona. & in l. cum auus inf. de condi. & demonstra. & in l. cum acutissimi.
54 C. de fidei. vnde stat cōclusio, † quod superueniencia filiorum facit extinguere exemplariam substitutionem, & ex hoc inferunt Imo. & Aret. & domi. Alexan. quod eodem modo superuenientia filiorum extinguitur pupillaris, puta si pupillus, malitia supplente ætatem, suscepisset filios legitimos & naturales, per istum tex. & hoc tenuit Bal. in l. nec ei. in princ. sup. de adoptio. & Moder. in l. in pupillaris. sup. eodem. & dixi plene in l. 2.
55 in princ. in vlt. quæstio. principa. sup. eod. † Not. quartodecimo ibi, nihil interest, quod paria sunt, filium instituere, vel fieri hæredem ab intestato, quod facit ad quæstionē, nam pone, quod statutum dicat, quod de qualibet legitima hæreditate soluatur certa gabella, certe intelligitur de hęreditate quæ obuenit solum legis prouisione ab intestato, vt in l. 3. §. de illo. sup. pro socio. adeo quod si esset aliqua hæreditas, quæ obuenit ex testamento, quæ non obueniret ab intestato, vigore dicti statuti nō deberet solui gabella, per dictum §. de illo, tamen si ei deferatur hæreditas ex testamento, cui etiam ab intestato deferebatur, dico, quod debet solui gabella per dictum statutum per istum tex. quia ista sunt paria in casu isto, deferri hæreditatem ex testamēto siue ab intestato, vt hic, quod nota, quia nouum. Nota quintodecimo ibi, nec enim &c. quod non est verisimile, quod pater, vel princeps velit excludere filios ab hæreditate, concordant iura allegata supra in decimotertio not. &c.
56 † Noto sextodecimo ibi, exhæredare, quod verbum, exhæredo, capitur aliquando largo modo, id est quomodocumque quis sit priuatus ab hæreditate, de quo tamen dic, vt latissime dixit Barto. in authent. ex causa. C. de liber. præter. & ibi per alios, & in l. filio præterito. sup. de iniust. rupt. testamen. secundum dominum Alexan. hic. Vltimo no. hic vtrum in persona vnius &c. quod hic est casus pro illo dicto euangelij, quod vni dico, omnibus dico, secundum Imo. & Ias. hic, & bene. In pri-
57 ma oppo. Barto. adde inquantum ipse † concludit contra nonnullorum opinionem, quod licet lex humanitatis. C. eodem, loquatur in mente capto, habet locum etiam in muto, & surdo, & in alijs qui sunt inhabiles ad testandum alio tamen defectu quam defectu ætatis, & hanc opin. sequitur. int. Barto. vbi se remittit in quæstione, qua quærit, vtrum sit reperire exemplariam

plariam substitutionem partim expressam & partim tacitam. Et hæc opinio est communis & vera, pro qua est tex. in l. fi. §. 1. C. de cura. furio. quem tex. alleg. ibi do. Alex. & ibi de hac quæstione dicetur. Circa secundam oppo. Bart. ponit hic suam distinctionem melius, quam alibi, & hanc quæstionem & distinctionem sequitur Bal. in l. si quis hæredem. C. de instit. & subst. & in l. humanitatis, in 5. col. C. eo. qui Bal. ibi aliter respon-
58 det ad illum tex. quam facit Bar. hic, dicit enim, † quod ideo in casu nostro requiritur, quod duret mutitas, ad hoc vt duret rescriptũ & substitutio, quia ista qualitas scilicet mutitas est causa finalis ad rescriptum, vt videtur innuere hic in versi. verum voluntatem principis &c. & in versicu. quemadmodum, & in versic. auferre &c. & dixi supra in notabilibus, merito ea cessante debet cessare rescriptum, & ea durante durat, vt in l. adigere. §. quamuis, de iure patro. & no. gloss. in verbo admittatur. instit. de milita. testa. in princip. & plene de hoc per Ludo. de Rom. in consil. 190. & in consi. 490. & adde, quod voluit idem Bar. in l. præcipimus. in §. sane. per illum tex. C. de appella. Bart. in l. si quis posthumos. §. si quis filium. sup. de liber. & posthu. & in l. Titius. inf. de mili. testa. per Bal. in l. generaliter. in 5. col. C. de episc. & cleri. & in l. tutelas. sup. de capi. dimi. & in l. præterea. C. de fideicom. & Ludo. de Roma. in consil. 15. incip. plura sunt quæ quæruntur, & in l. 1. §. familiæ, inf. de publica. adde pro ista doctrina Bar. & quod no. Bald. in d. l. præcipimus. §. fin. vbi voluit, quod si ex forma statuti caueatur, quod sententia collateralis nõ valeat, nisi sit legum doctor, quod talis sententia valebit, si iste collateralis tempore latæ sententiæ erat doctor, licet tẽpore facti coram eo processus nõ esset doctor. pro hoc facit quod tradit Ang. in l. siue manifeste. in §. tandiu. sup. de condi. furti. vbi vult, quod si statuto caueatur, quod bannitus possit impune offendi, intelligitur si tempore offensionis erat bannitus, & hæc sunt quæ traduntur a scribentibus hic.
59 † Sed aduerte tu vltra doctores, quia in hac materia idem Barto. in l. Centurio. in 8. colum. in versic. item quæro iuxta prædicta. aliter videtur loqui, dicens, quod aut qualitas adiecta adijcitur verbo dispositiuo, & tunc ista qualitas stat demonstratiue. allega. tex. in l. Mela. in princip. infra de alimen. & cib. lega. nam ibi dicit, si puero vel puellæ alimenta relinquantur, & sic illa qualitas puero & puellæ est adiecta verbo, relinquo, quod est verbum dispositiuum, & stat ibi demonstratiue, & sufficit semel existere, vt ibi dicitur, aut adijcitur non verbo dispositiuo, sed verbo executiuo, vt puta si testator dicat sic, talis succedat filio meo impuberi, quia verbum, succedo, est verbũ executiuum, requiritur quod sit impubes tempore successionis, & sic illa qualitas non sufficit quod semel existat, & sic nõ stat demonstratiue. allega. ad hoc. l. 2. cum seq. infra de aur. & arg. lega. l. in delictis. §. si extraneus. de noxa. & l. Titius. infra de mi lit. testam. Fallit tamen secundum eum, si apponatur aliquod verbum propter quod appareat testatorem aliud sensisse, vt puta quia vltra dixit si sine liberis decesserit. vt in cap. Raynutius. extra de testam. & ratio est, quia tunc voluit testator vltra pupillarem ætatem substitutionem valere, quia licet vni decedere sine liberis, & tamen non decederet impubes, & sic isto casu illa qualitas stat demonstratiue, & sufficit quod semel existat, & istud sequitur dominus Alexand. in d. l. Centurio. in 32. col. in versicu. inquantum etiam, & quod quando qualitas adijcitur verbo dispositiuo, stat demonstratiue & non dispositiue, tenet Bald. in l. præcibus. in vltima colum. in versicu. item no.
60 † vbi Baldus vult, quod si testator ita dicat, instituo filium meum, & Caium substituo eidem filio meo pupillo, quod ista substitutio sit compendiosa, & non pupillaris, adeo quod habebit locum etiam si ille pupillus post pupillarem ætatem moriatur, & sic vult, quod illa dictio (pupillo) stet demonstratiue Tamen dominus Alexand. in d. l. præcibus. in 4. columna post Guliel. & idem domi. Alexand. in l. 2. in nona colum. in versic. iuxta hoc quæro vltra docto. in præfato exemplo. Bald. tenet contrarium, quam opinionem in d. l. 2. ego sum secutus, & sic
61 facit contra distinctionem Barto. in dicta l. Centurio. † Sed aduerte inquantum Barto. hic dicit, quod quando qualitas apposita in oratione significat regulariter secũdum tempus verbi, ad cuius determinationem venit, quod isto casu sufficit illam adesse, tempore, quo fit dispositio, & sic stat demonstratiue, per l. Mela. in princ. infra de alimen. & ciba. leg. nam illud dictum videtur aperte contra text. in d. l. Mela. in fin. princip. vbi vult, quod ibi sit speciale in legato alimentorum, vt illa qualitas stet demonstratiue, & non dispositiue, nam ex quo dixit, puero & puellæ, videtur dicendum quod vsque ad pubertatem alimenta debeantur, tamen fauore alimentorum aliter statuitur, & sic illo casu est ibi speciale, vt stet demonstratiue, & non dispositiue, ita dicit esse ibi glo. si illo casu est ibi speciale, ergo in contrarium est ius commune. l. quod vero. & l. ius singulare. §. de legib. & ex hoc infertur, quia inquantum Bar. in d. l. Centurio. dicit, quod si illa dictio (puero vel filiis) adijciatur dispositiuo verbo, stat demonstratiue, & nõ dispositiue, prout etiam dicebat Bald. licet fatear in exemplo suo non bene dicere, per ea quæ dixi in dicta l. 2. præterea non videtur esse aliqua ratio diuersitatis inter primum casum Bar. & secundum hic. ergo idem debet dici vtroque casu. sed cum in secũdo casu Bar. dicat, quod stet dispositiue, ita quod non sufficiat illa qualitas semel existere, vt d. l. 2. nec est ratio legis secundæ videlicet, quia illa qualitas determinet verbum futuri temporis, & per consequens significet tempus mortis ipsius testatoris, quo tempore sumit effectum dispositio. sed ratio est, quia post mortem non dicitur amplius vxor. cum morte sit solutum matrimonium, per ea quæ tradit Pau. de Cast. & sequuntur alij. in rub. §. sol. matrimo. vnde cessat qualitas illa, quod videantur empta causa vxoris. & quod ista sit vera ratio non illa Bartol. hic, probatur, nam pone, quod illa sint empta post mortem viri muliere nunquam diuertente, & nunquam facto diuortio venient in legato, certe non & tamen illa qualitas aderat tempore mortis defuncti, & sic tempore quo dispositio sumit effectum. non obstat. l. in delictis. §. si extraneus. quia ideo requiritur, quod illa qualitas, quod sit dominus, adsit tẽpore commissi delicti a seruo, quia tunc si adest, est quid domino imputandum, ex quo ipsum seruum poterat prohibere, & non prohibuit, vt l. 2. supra de noxa. quæ ratio cessat, si tunc non erat dominus. Item non obstat etiam. d. l. Titius, quia ideo requiritur illa qualitas, quod sit miles tempore facti testamenti, quia si non esset miles, cessaret causa propter quam conceditur, vt iure speciali possit testari. & sic patet, quod distinct. Bartol. hic est dubia. & quod etiam distinc. Bartol. in l. centurio. non est vera, maxime quia est aperte contra cap. Raynutius extra de testa. nec obstat sua responsio, quia illa verba (sine liberis) etiam conueniunt pupillo vt l. centurio. sup. eodem & in c. si pater. de testa. in 6. vnde non videtur esse ratio, quare propter illa verba voluerit limitare pupillarem ætatem. vnde per illum tex. & dicta. sup. videtur dicendum totum econtra quam dicat Bartol. in d. l. centurio. videlicet quod quando adijcitur verbo executiuo. tũc sufficiat semel existere, & stat demonstratiue, quando vero dispositiuo, stet dispositiue. tamen mihi magis placet distinctio, quam facit Paul. de Cast. hic in 1. columna. in versicul. in tex. ibi quatenus & ibi dixi. §. in notabilibus cogitatam circa tertiam oppo. Bartol. hic, dum opponit de l. prospexit. infra qui & a quibus man. not. responsionem Barto. per
62 quam colligitur ista conclusio. † quod lex continens iniquitatem, per quam non infertur alicui damnum, debet seruari. vt d. l. prospexit. si vero inferret alicui damnum, nõ seruatur. nam si facultas substituẽdi impetrata a principe duraret etiam postquam mutus desiisset esse mutus, vtique ei infertur damnum, ex quo sibi libera testandi facultas auferretur, vt hic. adde quod hanc solutionem ponit idem Barto. in l. adigere. §. quamuis de iur. patrona. vbi dicit, quod vbique dedit hanc solutionem. & tradit Bartol. in l. nõ dubium. C. de leg. & in l. omnes populi. in 6. quæstione principali. supra de iustit. & iur. & sequitur Alexand. hic qui dicit communiter per docto. teneri ponit Bartol. in d. l. prospexit. & docto. in l. vbi pure §. 1. infra ad Trebel. Dyn. & Raynu. hic. Sed aduerte tu secundum Iason. quod ista solutio Bartol. & communis videtur dubia. nam quomodo in hac. l. damnificatur. nam dicit ipse, aut consideramus damnum respectu muti, & tunc dicit, quod nullum est damnum, licet
63 amittat ipse mutus testamenti factionem, † quia secundum iurisconsultum damnum est diminutio patrimonij, vt l. damnum. cum. l. sequen. infra de damno infecto. & quando est radicatum lucrum in esse, perditio illius lucri est damnum, secũdum gloss. in l. non amplius in §. fina. infra de legat. 1. sed quod in ista lege substitutio extinguatur vel non, respectu muti non videtur esse damnum. si vero respectu filiorum, qui iam nati sunt, cum excludantur, tamen istud non est damnum, sed lucrum perdere secundum gloss. in l. 3. C. de iur. & fac. ignoran. quæ voluit quod si filius est priuatus legitima sua, non dicitur pati damnum, sed priuari lucro vel quasi, & sic videtur quod solu. Bartol. non sit vera, ideo ipse transit ad aliam solutionem, vt infra referam. Sed ista reprobatio contra solutionem Bartol. mihi non placet. primo quia dico, quod est damnum in hac lege respectu muti, ex quo priuatur facultate substituendi. & largo modo appellat damnum. Bartol. hic quotiescunque aliquis priuatur aliquo iure, quod sibi competeret. Item respectu etiam filij ipsius muti est damnum, ex quo hæreditate sibi competente priuatur. & licet proprie non sit damnum, ex quo hæreditas sibi non debeatur, tamen largo modo per Bartol. appellatur damnum. Sed tu aduerte vltra domi. Iason. & docto. quod ista solutio. Bartol. non videtur vera. quoniam etiam in dicta. leg. prospexit. & a quib. patitur damnum, quia ille seruus consequitur infra quadragesimum diem libertatem, vel si non patitur damnum, sed vt dicit Bartol. hic, amittit lucrum, dico quod etiam hic debet dici tantum amitti lucri, sine loquamur respectu muti, quia tunc cum erat mutus non habebat testamenti factionem, vnde licet postea cessante n[illegible]titate

state habeat, si hoc impeditur, dicitur amittere lucrum sicut in dicta leg. prospexit, siue loquamur respectu filij nati postea ex ipso muto, tunc etiam non patitur damnum, sed lucrum sibi obueniens amittit scilicet hæreditatem paternam, ita in dicta lege prospexit, amittit lucrum libertatis, quod sibi competeret, vnde ista solut. non videtur aliquo modo vera. & ideo Bal. in l. non dubium, in 4. col. C. de legat. 2. in rubr. siue in l. 1. C. quę sit long. consuet. dicit quod d. l. prospexit, est singularis, sed caret spiritu & ratione, & hoc secundum Iacob. de Aret.

64 † Et circa intellectum l. prospexit, varij varia senserunt, & quot fuerunt capita tot fuerunt sententię, prout refert Ias. in d. l. non dubium in 7. colum. tamen Ias. hic, & in d. l. non dubium, videtur nouum dare intellectum ad d. l. prospexit, nam dicit ipse, quod imò decisio d. l. prospexit, non est dura, & iniqua, sed ęqua & iusta, & pro intelligentia illius legis ibi est talis casus, quod si maritus diuertit ab vxore propter adulterium, vel adulterij suspicionem, statutum fuit per legem Iuliam quod vxor, quæ de adulterio accusatur, non possit manumittere seruos suos intra sexaginta dies, ad hoc vt ipsi possint subijci torturę, vt per eos tanquam domesticos veritas habeatur, cum liberi homines torqueri non possint, vt l. verba. C. de adult. pone qđ ipsa vxor, quæ commisit adulteriũ habuit seruos, tamen erant extra ministerium ipsius, vt puta quia tempore commissi adulterij erant extra in agro aut in prouincia, nunquid istos possit manumittere infra supra dictum tempus, decidit quod non, ratio est, quia lex ita scripta est, licet hoc sit per quam durum, plus vult ille text. quod si postea mulier emisset alios seruos, vel alio modo habuisset, adhuc eos non posset manumittere, & ratio est, quia ita ad verba legis attinet, licet hæc, vt clarum est, sit iniquum, tamen dom. Ias. hic, & in d. l. non dubium, dicit quod imò, d. l. prospexit, non est dura, sed est ęqua & rationabilis, & propter torturam illud est statutum primo quod licet illi serui tũc fuerint absentes vel postea empti, tamen possibile est, quod audiuerint a conseruis vel aliquo alio modo, quo casu etiam deponendo de fama, vel deponendo de auditu, facerent aliquod indicium inquirendę veritatis, & istud est possibile, propter hoc lex non vult, quod manumittantur. Secundo facit vilitas seruorum, quia serui. Tertio pro hoc facit breuitas temporis, quia tantum inf. sexagesimum diem prohibetur manumittere, postea vero poterit, vnde propter ista tria illud statuitur, & ideo licet dicat, d. l. prospexit, per quam durum est, debet intelligi scilicet prima facie, tamen in veritate ęquum est ita statuere, ita dicit hic & expresius in d. l. non du-
65 bium. Sed † dominus Bernardinus Beniuolentius præceptor meus dum hanc legem Senis legeret me audiente, reprobauit Iasonem & aliter sentit circa intellectum, d. l. prospexit, vt inf. dicam, & primo reprobat Ias. inquantum dicit, quod propter temporis breuitatem nam dicit ipse, quod ista non est ratio illius legis, quia esse potest, quod infra illud tempus mulier sit prona ad manumittendum, & quod post illud tempus ipsam pęniteat, maxime si postea est conuicta in adulterio, & sic amittat dotem, vnde nuda exularet, & sic non manumitteret, quo casu seruus priuabitur libertate, quod videtur absurdum. Sed certe ab ista impugnatione præceptoris mei Iason potest saluari, quod licet mulierem possit postea pęnitere, tamen si ex amore & non fraudulenter, videlicet ne adulteriũ per ipsos detegatur, vult manumittere, vtique ita manumittet post sicut ante, vnde ex superuenienti pęnitentia deprehenditur fraus mulieris cui fraudi occurrit lex, confirmo hoc viua ratione, nam si vera esset ratio præceptoris mei, vtique eodem modo esset dicendum quod lex Iulia esset iniqua inquantum prohibet seruos præsentes manumitti. inf. sexagesimum diem, cum eadem pęnitentia posset locum habere, & tamen iureconsult. in d. l. prospexit, non dicit legem Iuliam duram, inquantum prohibet seruos præsentes manumitti, inf. sexagesimum diem, sed dicit illam duram, inquantum prohibet seruos absentes & etiam seruos postea emptos, & sic ista rõ non valet. Secundo reprobat Iasonem, inquantum dicebat, quod lex Iulia inducebat hoc propter vilitatem personæ, quia ipse dicit, quod hoc non videtur esse verum, cum lex maximũ habeat respectum ad ipsos seruos, quando tractatur de libertate consequenda, & ideo fauore libertatis contra regulas iuris iura multa induxerunt, vt l. generaliter, §. si quis seruo insta de fide liber. & in §. fina. institut. de donat quinimò secundum ipsum contra rationem illius legis pro libertate statuitur vt l. Stichum, §. si Stichus, inf. de statu. libe. vnde dato quod lex Iulia hoc ratione induxerit, tamen propter libertatem videtur ab ea recedendum. Sed ista ratio similiter non valet contra Iaso. quia tollitur, ne delicta & maleficia per ipsas mulieres de facili perpetrentur, & committant adulterium, vt videtur text. in leg. non solum, C. de adulte. quia timebit ne hoc fiat manifestum propter seruos, cum si posset manumittere, non haberet hoc vereri, & sic facilius cõmitteret adulterium, sed in casibus prædictis cessat ratio ista, quando aliquid contra regu-

66 las iuris pro libertate iura inducunt † & ratio est, quia iura multum coadiuuant, vt delicta detegantur, ita vt puniri possint, & sic non remaneant impunita. l. ita vulneratus, sup. ad l. Aquil. & sic ista ratio non valet contra Ias. Item dum Iason dicebat, quod isti serui absentes vel postea empti possunt scire a conseruis, & propterea prohibentur manumitti, infra illud tempus, dicit præfatus præceptor meus, quod ista ratio non videtur tuta. quia secundum eum si esset vera, sequeretur, quod serui familiares seruorum ipsius mulieris, qui sunt alterius, non possint a domino suo manumitti. infra illud tempus ex quo præsumi potest quod sciuerint a seruis ipsius mulieris propter eorum familiaritatem, & tamen nulli est dubium, quod hoc est falsum. Sed ista ratio non valet, quia ideo tales serui possunt a dominis suis manumitti, quia si ipse manumittet, non præsumitur in fraudem manumittere, ex quo tale crimen non fuit a suis nec in domo sua commissum, & sic istud non obstat. Præterea dicit præfatus dominus meus, quod non credit, quod tales serui absentes vel postea empti possint torqueri, ergo videtur quod possint manumitti, quod non possint torqueri, probatur secundum eum in l. in adulterij quæstione, C. de adulte. & tamen d. l. prospexit, vult quod non possint manumitti attenta l. Iulia. Sed ista ratio similiter non obstat, quia licet non possint torqueri, tamen eorum auditus faciet indicium ad torquendum grauius seruos præsentes, vel potest dici, quod imò tales serui absentes vel postea empti possint torqueri, vt d. l. prospexit, coniuncta l. non solum verba. C. de adulte. non obstat, d. l. in adulterij, quia potest dici, quod licet principaliter dicat, quod illi non possunt torqueri, vt patefaciant delictũ, quia tunc deponerent de auditu, & sic non esset eis adhibenda fides sed bene possunt torqueri, quando nollẽt fateri se a seruis pręsentibus audiuisse, tunc torquerentur, & propter hoc non possunt manumitti, vel potest dici ad d. l. in adulterij, quod illud quod dicitur in d. l. in adulterij, fuerit post legẽ Iuliam, & post d. l. prospexit, ex quibus iuribus manifeste apparet, quod tales serui non poterant manumitti, ad hoc vt torturę subijcerẽtur, vnde ante d. l. in adulterij, hoc seruabatur, & sic non sequitur, quin d. l. prospexit non dicat, l. Iuliam esse seruandam. Item dicit præfatus doctor, quod si supradictę rationes essent verę, vtique iurisconsultus non dixisset, perquam durum, quia non esset durum, sed ęquum & iustum ita statuere, vnde per illa verba legislator demonstrat, quod nullam habeat rationem dicta decisio legis Iuliæ. Sed ista ratio nihil valet, quia dum dicit per quam durũ, debet intelligi scilicet prima facie vere tamen non est durum prout sentit hic Iaso. & idem Iaso. in dicta l. non du-
67 bium, & probatur per supradicta, & vnde præfatus præceptor meus dicit quod d. lex prospexit, debet aliter intelligi videlicet quod illa lex non probat quod lex dura sit seruanda, immo secũdum eum probat totum oppositum in illa dictione per quã durum, quasi dicat, iniqua est decisio illa, & iniquum, si hoc dicamus, sed ista inductio præceptoris mei non valet, vt dixi supra. Præterea secundum eum hoc probatur, si ratio, quare mulier non potest manumittere, est, quia illi serui præsumuntur scire quæ sunt facta domi, ista ratio non militat in seruis absentibus aut postea emptis, ergo isti poterũt manumitti cum cessante ratione legis cesset lex l. adigere §. quamuis, de iure patro. & correcta ratione legis corrigitur ipsa lex, vt notant doctores in dicta leg. non dubium, vnde per hoc secundum eum patet, quod non posset habere locum hodie, quod dicti serui absentes aut postea empti non possunt manumitti, vnde præfatus dominus meus sentit, quod iurisconsultus Vlpianus in dicta lege prospexit, corrigat legem Iuliam, inquantum statuit seruos absentes aut postea emptos non posse manumitti, quod est valde iniquum, & pro hoc facit secundum eum, quia in dicta lege prospexit, nullibi habetur quod dicta lex Iulia, sit seruanda, sed solum dicit quod ad verba attinet, vt patet ibi in §. sed si post, vnde Vlpianus vult inferre, quod ita verba legis sonant, quasi velit dicere, secus dicendum sit secundum rationem, vt in illa dictione perquam durum, argumen. leg. cum a matre, in vers. per quam durum, C. qui pet. tuto. vbi per illam dictionem decidit contrarium eius, quod est dictum. Præterea confirmat iste intellectus, nam quando æquitas & rigor sunt scripti, præfertur æquitas rigori, vt l. placuit. C. de iudic. & traditur per docto. in l. prima. C. de legibus sed cum iurisconsultus habuerit potestatem legis condendę, videtur ex ęquitate corrigere duritiem, dict. legis Iulię, vt in illa dictione per quam durum, & pro hoc ipse adducit l. in adulterij quæstione, C. de adult. vbi tantum serui, qui domi erant tempore commissi adulterij, torquentur, ergo ipsi tantum prohibentur manumitti, & sic est correcta durities dictę legis Iulię, inquantum prohibebat seruos absentes aut postea emptos manumitti. Sed certe iste intellectus non videtur verus, primo quia ibi non apparet quod iurisconsultus velit corrigere duritiem legis Iulię, nec ab alijs legibus correcta reperitur, ergo stare non prohibeatur leg. præcipimus, in fin. C. de appellat. nec mirum

videri

videri debeat, quod toleretur ista iniquitas, quia non superest
multum temporis, quod poterit ipsa mulier manumittere: nõ
obstat quod posset postea mulier duci pœnitentia, quia ad hoc
respondi supra, & quod iurisconsul. in princip. illius legis non
corrigat, quia quando vult corrigere, facit expresse, & per alia
verba, quam per illa verba, perquam durum, vt patet in d. l.
prospexit in §. sane. qui est in fin. illius legis, vnde ex supra di-
ctis non videtur Vlpianus aliquo modo duritiem dictæ legis
Iuliæ corrigere, licet istud velit præfatus præceptor meus, &
non obstant, quæ ipse sup. allegauit, & primo non obstat, quod
cesset rõ d. l. Iuliæ quo ad seruos absentes aut postea emptos,
quia dico, quia imò non cessat, ex quo potuerunt scire a con-
seruis præsentibus, aut alijs familiaribus, & istud lex præsumit
secundum Iaso. hic, & in d. l. non dubium. Præterea isto casu
non totaliter impeditur libertas, sed differtur, vnde non est
ratio iniqua, & etiam non videtur quod intersit mulieris sta-
tim manumittere, cum possit post illud tempus, vnde si sta-
tim vult manumittere, cum est accusata de adulterio, fraudu-
lenter manumittere præsumitur, vt ipsi non torquerentur, cui
fraudi voluit lex Iulia occurrere, non obstante quod videatur
durum, at in text. nostro non toleratur ista iniquitas, quia esset
perpetua, nec alicui fraudi obuiatur, prout ibi, nec est perpe-
tua, cum post illos 60. dies poterunt libere manumittere, vt l.
non solum verba. C. de adult. nec etiam obstat quod dicit pre-
fatus dominus meus dicens, quod nullibi reperitur in d. l. pro-
spexit, quod dicat d. l. Iuliam esse seruandam, quia dico, quod
satis hoc dicit, cum ipsam non corrigat, immo hoc etiam vi-
detur innuere in versicu. sed lex ita scripta est, & quando Vl-
pianus vult corrigere d. l. Iuliam, expresse illam corrigit, vt d. l.
prospexit, in fine. & licet dicat ibi, quod ad verba attinet, hoc
dicit, quia ibi Vlpianus venit interpretatiue interpretando ver
ba d. l. Iuliæ, vnde propter hoc non videtur dicendum contra-
rium per supradicta, non obstat quod quando rigor & æqui-
tas sunt scripti præfertur æquitas rigori, quia hoc fateor, sed
nego isto casu quod equitas sit scripta, ita vt debeat rigori pre-
ferri. Preterea esto quod æquitas sit scripta, tamen tunc est ve-
rum, quod æquitas præfertur rigori, nisi lex vltra procederet,
demonstrando quod sit seruandus rigor, prout est in d. l. pro-
spexit. dum dicit, sed lex ita scripta est. nam per ista verba vide-
tur innuere iurisconsultus, quod quamuis lex Iulia sit dura ta-
men est seruanda, ex quo ita scripta est, vnde per ista verba vi-
detur clare iurisconsultus confirmare dispositionem dictę le-
gis Iuliæ potiusquam corrigere, & sic sentire, quod ista duri-
ties seruetur non obstante æquitate. Vel tertio potest respon-
deri, quod isto casu seruatur æquitas, quia decisio dictæ legis
Iuliæ est æqua, vt supra fuit demonstratum, & infra dicetur, li-
cet dicat, perquam durum, intellige scilicet prima facie, vt di-
cit hic Iaso. non obstat d. l. in adulterij quæstione, quia supra
plene respondi, non obstat l. cum a matribus. C. qui pet. tuto.
vbi per dictionem, perquam durum, videtur tacite sentire op-
positum eius, quod expresse dixerat, quia ideo per illa verba
perquam durum, sentit oppositum, quoniam ibi nulla erat ra
tio, perquam mater a successione filij deberet repelli, & ideo
ibi dicit, perquam durum est eam repellere, quasi dicit, quod
non debet repelli, quod cessat in d. l. prospexit, nam ibi aderat
ratio supra assignata, quare illi serui absentes non debent infra
illud tempus manumitti, licet durum videatur, ideo nõ sentit
ibi oppositum iurisconsultus, vel dicas, quod ideo in dicta l.
prospexit per illa verba perquam durum, non sentit opposi-
tum, quia vltra processit dicendo scilicet lex ita scripta est per
quæ verba videtur innuere, vt supradixi, quod debet seruari, ex
quo ita scripta est, quæ ratio cessat in d. l. cum a matribus. Et
68 ex his patet, † quod intellectus preceptoris mei est dubius, &
alias legendo hanc legem dixi, quod intellectus Iaso. hic & in
d. l. non dubium, erat verus, videlicet vt dicamus quod de-
cisio d. l. Iuliæ non sit iniqua imò æqua, vt hic per eũ pro qua
69 opinio. adducebã primo hanc rationẽ, illud, † qđ est maxima
ratione & æquitate subnixũ, non debet dici durũ & iniquum,
ita arguit sepe Bar. in l. omnes populi in tertia quæstione prin-
ci. supra de iustitia & iure, & idem in l. cunctos populos in ter-
tia q: estione princ. C. de summa Trinita. & fide catholi. & Ia-
so. in septimo notab. sed decisio d. l. Iuliæ relata in dicta l. pro-
spexit fuit inducta maxima ratione, vt adulteria & facinora
nõ remaneãt impunita l. ita vulneratus sup. ad legem Aquiliã
& quia per relationem seruorum facilius detegitur adulteriũ,
ideo voluit, quod infra illud tempus non manumitterentur,
ad hoc ne haberent passim committere ipse mulieres adulte-
ria, & si committant facilius detegantur, vnde summa subsi-
stit ratio, ergo non videtur dura, sed potius æqua. præterea re-
gula est, quod quotiescunq; ex vna parte reperitur rigor scri-
ptus. & ex alia reperitur equitas scripta, præfertur ista æquitas
scripta, vt no. doc. in l. prima C. de legib. sed in casu dictę l. pro-
spexit. est ita, quia respectu seruorum absentium vt nõ conse-
quantur libertatẽ, est rigor, vt ibi, perquã durũ, respectu vero
sceleris est æquitas, cum sit æquum, vt scelera puniantur, & sic
ista æquitas attendatur. Confirmatur hoc per simile instit. quib.
ex causis manu. non lic. in §. primo, vbi ex vna parte est rigor
& ex alia æquitas attenditur æquitas non rigor vt ibi patet ita
sit in dicta l. prospexit, & ideo dum ibi dicit, perquam durum,
scilicet prima facie, vt dicit hic Iaso. vere tamen est æquum, &
hoc modo illa lex non probaret, quod lex dura sit seruanda,
prout fatetur Iaso. & præceptor meus, tamen præfatus præce-
ptor meus non videtur recte sensisse, dicendo, quod Vlpianus
corrigat dictam l. Iuliam per supradicta. ita alias dixi legendo.
70 Sed tu subtilius aduerte, quia dici potest † quod imò lex dura
omnino sit seruanda, vt videtur tex. in l. secũda. §. si quis a prin-
cipe in fi. infra ne quid in loco publico, vbi si princeps conces-
sit expresse alicui, quod in loco publico posset ędificare etiam
cum incõmodo alterius, quod isto casu poterit & valebit cõ-
cessio principis, vt ibi patet, & ista concessio nulli dubiũ quod
est lex, vt in l. prima in versicu. plane supra de constitu. princip.
& in §. sed quod principi in versicu. plane instit. de iure natura.
gen. & ciui. & nulli dubium, quod ista lex erit iniqua. & hoc
maxime erit verum, si aliqua subsistente causa fuerit facta cõ-
cessio, vnde cum princeps possit statuere ius iniquum, vt dicto
§. si quis a principe, & in l. 3. & per totum titu. supra quod quis.
iur. & istud ius sit seruãdum, non video quomodo dicta l. pro-
spexit, non probet, quod lex dura & iniqua sit seruanda, prout
late disputat Iaso. post alios in l. secunda per illum text. secun-
dum vnam expositionem in 2. colum. supra quod quis. iur. &
pro hoc facit, quod voluit Barto. in l. quæcunque in fine. C. de
fide instrumen. libro. 10. vbi per illũ tex. concludit, quod eme-
runt a communi Perusij bona bannitorum, coguntur illa red-
dere rebannitis ex forma capitulorum pacis hoc dicentis, cum
istud publicam vtilitatem respiciat, quamuis sit durum pro-
pter præcedentem contractum, & sic patet quod in capitula
quamuis dura seruantur propter publicam vtilitatem, ita sit
in casu nostro quod d. l. Iulia licet dura debeat seruari propter
publicam vtilitatem scilicet ne adulteria remaneant impuni-
71 ta, † & pro hoc facit, quod habetur in l. iure C. de fabricen. lib.
11. & per Bal. in l. sancimus C. de pęn. & domi. Anton. de Butr.
in c. nisi. extra de officio lega. vbi voluit, quod princeps vel su-
perior potest ex causa remittere pęnam concernentem inte-
resse priuatũ, & præiudicare priuato, & faciunt quæ plene cu-
mulat Iaf. in l. Barbarius in 7. colum. supra de offi. præto. vnde
dico, quod etiam dato quod decisio dictæ legis Iuliæ sit omni
respectu iniqua, tamen dico, quod erit seruanda, donec corri-
gatur, & per Vlpianum non corrigitur, ergo debet seruari per
notata per doct. in d. l. 1. & ideo forte potest dici, vt hic per Bar.
vel vltra Bart. potest dici concordando d. l. prospexit altero de
duobus modis primo, vt dicamus, quod dubio debet interpre
tari lex, vt non sit iniqua, & sic vt legislator non velit inducere
iniquitatem, vt hic & d. l. 3. §. si quis a principe in primo respon
72 so. tamen certa scientia bene potest, vt d. l. prospexit. † vel po-
test dici, quod lex iniqua non est seruanda, quando illa iniqui-
tas esset perpetua, & esset sine ratione, vt hic. nam hic perpe-
tuo esset iniquitas, si perpetuo duraret rescriptum ex quo nũ-
quã iste filius posset testari, & nulla videtur subesse ratio, qua-
re habeat princeps inducere istam iniquitatem, ideo non de-
bet seruari, & ita potest procedere tex. noster quando vero lex
continet iniquitatem, quæ non est perpetua, & aliqua ratio il-
lam inducit, dico, quod illa lex quantumcunque iniqua debet
seruari, & ita procedit d. l. prospexit. nam ibi non est perpetua
illa iniquitas, cum possit post illud tempus omnino mulier ser-
uos manumittere, vt ibi patet. preterea hoc fuit inductum ma
xima ratione, scilicet vt adulteria facilius detegantur, & vt
mulieris fraudi occurratur nimirum si [illegible], cogita ta-
73 men. Vltimo † iste tex. inducitur per Barto. ad questionem, vt
hic per eum, & refert duas opiniones scilicet Dyni, & Rayn.
deinde ponit suam, per quam concordat prædictas opinio. ad-
de quod Paul. de Castr. hic dicit, quod videtur dicendum to-
tum econtra eius, quod dicit Bartol. nam text. in authent.
quibus modis naturales efficiuntur sui in §. illud, & in §. ge-
neraliter, allegatus hic per Bartol. dicit, quod per rescriptum
principis non legitimatur filius, nisi quando desunt natura-
les & legitimi, quoniam intentio principis non præsumitur
esse, vt illis fiat aliqua iniuria, nisi appareat de contraria ip-
sius, vt puta quia fuit expresse facta mentio, quod habebat
filios legitimos & naturales, & hoc non obstante legitimauit,
si autem non fieret expresse mentio, non presumitur in dubio
voluisse illis preiudicare, si hoc est, quando habebat liberos le
gitimos tẽpore legitimationis, quando legitimatio non vale-
ret tanquam obreptitia in præiudicium legitimorum, idem
debet esse, si ex post facto incipiat habere, argumẽ. huius l. non
sic, quando legitimatur per subsequens matrimonium, aut
oblationem curiæ. nam tunc non extingueretur, quia tunc le-
gitimatio fit ab ipsa lege, vnde latior est, vt patet in illis tex-
tibus, & prædicta sunt vera quantum ad effectum succeden-

di. quantum vero ad alios effectus legitimationis, vt puta vt
admittatur ad honores publicos, quia hoc nō tēdit in pręiudi-
cium legitimorum, tunc talis legimatio non rumpitur. ita de-
terminat Oldra. in consilio 169. incipiente thema tale est qui-
dam text. ita dicit ad literam Paul. de Castr. Adde quod domi.
Alexander hic reprehendit Paul. de Castro. inquantum dicit,
quod legitimatio facta per principem reuocatur, secus si est
facta per oblationem curię aut subsequens matrimonium,
quia dicit dominus Alexan. quod quantumcunque actus sit,
consummatus, tamen non debet iudicari vt de consummato,
vt hic per Rayn. & Bartol. & sic non potest de isto text. sumi
argumentum pro Paul. de Castr. & dicit hic dominus Alexā.
quod communis opinio est Rayn. & illam sequitur, & ita
etiam dicit hic Iason. & illam etiam sequitur, licet opin. Dyni.
sequantur Guliel. de Cuma. in l. 1. C. de na. liber. quem refert
& sequitur Ioan. And. in addi. Specul. in titu. de succes. ab in-
testa. in §. 1. in versicu. sed ex facto, & idem Guliel. in l. tale pa-
ctum §. fina supra de pact. per illum text. & ibi Alberi. de Ro-
sa. & Oldra in consi. 247. incipiente factum tale est quod qui-
dam text. per illum text. & per cap. suggestum, & cap. dilecti
filij, de deci. & per l. si vnquam. C. de reuoca. dona. & Alberi.
de Rosa. in rubri. C. de natu. libe. in 3. colum. vbi refert dictum
consilium Oldra. & Ange. in l. [illegible] allus §. & quid si tantum su-
74 pra de libe. & posthum. & Aretin. † Sed vt perfecte habeatur
iste articulus considera tres casus secundum Aret. hic, & Ias.
& alios. nam aliquando filius legitimatur per subsequens ma-
trimonium, aliquando per rescriptum principis, aliquando
75 per oblationem curię. primo † casu hoc est indubitatum quod
legitimatio non reuocatur per superuenientiam filiorum le-
gitimorum & naturalium, prout est text. expressus in l. cum
quis, & in l. nup. C. de natu. libe. & authent. quibus mod. effic.
legi. circa princ. & est bonus tex. in §. primo in versic. nec non
instit. de hære. quæ ab intesta. defe. & in [illegible] fina. institu. de nup.
& sic succedent vna cum alijs postea legitime natis, & quo ad
omnes effectus isti legitimati per subsequens matrimonium
habentur vt legitimi, & istam opi. tenent Barto. hic omnes, &
hoc casu non loquebatur, vt arbitror Dyn. quia non est verisi-
mile, quod tantus doctor ita grauiter errasset in casu ita claro
76 Secūdo casu quando per rescriptum principis, considera duos
alios casus. Primus, quando ille, qui petijt legitimari filios, nō
narrauit taliter, quod ex narratis per eum appareat ipsum pos-
se ducere vxorē, & habere filios legitimatos & naturales, isto
casu secundum Areti. videtur vera opinio Dyni. quod per su-
peruenientiam filiorum legitimatorum reuocatur talis legi-
timatio. & probat ipse hac ratione, quia tex. in authent. quib.
mod. nat. effi. legi. in §. si quis vero circa medium & in §. illud
versic. quid enim si ad sacerdotium in authent. quibus modis
77 naturales efficiuntur sui, volunt †, quod ita demum possint legiti-
mari filij naturales rescripto principis, quādo ille, qui petijt eos
legitimari, nō habet spē procreandi filios legitimos & natura
les in futurū, si ergo imperator cōcedens priuilegiū, hoc igno
rauit, redderet priuilegiū surreptitiū, quia si fuisset expressum
nō fuisset verisimiliter concessurus, ex quo hoc probauit ex-
presse de iure cōmuni, & maxime quia dictus §. si quis vero, ex
presse apponit clausulā derogatoriā, & non vult aliquo modo
hoc concedi, videlicet quū ille, qui petit legitimari naturalem,
tunc nunquā posset propter turpitudinem a seperpetratā arg.
c. primi & secundi de filijs præsby. libr. 6. pro hac opin. Dyni.
facit, quia quādo petit legitimari filium suum naturalem, nō
narrauit se velle accipere vxorem, vnde non videtur de ea co-
gitasse, & sic non videtur cogitasse aliquo modo de prole legi
tima futura, vnde si cogitasset, non est verisimile, quod ipsum
petijsset legitimari, eo maxime, quod ideo legitimantur, quia
non habebat alios filios legitimos, ergo per superuenientiam
filiorum legitimorum & naturalium debet talis legitimatio
reuocari, argumen. l. tale pactum §. fina. ff. de pact. & l. si vnquā
C. de reuo. dona. & l. cum acutissimi C. de fid. & argu. tex. no-
stri. Et pro hac opin. facit etiam ratio assignata per Oldra. in
78 consi. suo de quo supra memini. videlicet † quod noua causa
superueniens debet extinguere priuilegium, vt in c. suggestū,
& in ca. dilecti filij, extra de deci. sed hic superuenit noua causa
79 scilicet procreatio legitimę sobolis, ergo debet cessare. † Pro
ista eadem opin. facit, quia præsumpta causa legitimationis
est carētia filiorum legitimorum, ergo superuenientia debet
illam annullare, vt l. generaliter C. de episco. & cleric. l. Titia.
Seio §. pluras ff. de lega. 2. Item pro hac eadem opin. facit, di-
spositio testatoris habet in se istam tacitam conditionem, si
liber. non nascerentur, vt l. cum auus infra de condic. & de
monstra. & l. cum acutissimi. C. de fideicom. ergo eodem mo
do dispositio legis aut principis debet habere istam tacitam
conditionem, cum dispositio testatoris & legis æquiparentur
vt in §. disponat in authenti. de nup. Item facit pro hoc. quia
pater legitimando non videtur præiudicare filijs, quos igno-
rat l. qui iure militari. infra de testa. milita. ita etiam non vide-
tur præiudicare filijs postea natis, maxime cum de eis non co-
80 gitauit. † Sed contrariam opin. sequitur hic Rayn. in l. vnquam
C. de reuo. dona. prout infra dicam, quæ est communis & vera
licet Raph. hic dicat, quod passus iste est dubius & tenendo
opi. Ray. quæ est vera, non obstant adducta sup. & primo non
obstat dictus §. si quis ergo, & dictus §. illud, quia illa iura non
dicunt, quod consideretur, an pater, qui fecit legitimari filios na-
turales, habeat spē procreādi sobolē legitimā, quasi si hoc sci-
81 uisset princeps, non concessisset, sed bene † dicunt illa iura, quod
sit tēpore, quo pater petijt per rescriptū principis filios legiti-
mari, habeat filios legitimos & naturales, tūc nō possit, prout
d. §. si quis vero in princi. & in §. sit igitur in fi. & in §. si vero so
lūmodo in princ. & hoc idē dicit tex. in dicto §. illud in princi.
& in versi. si quis ergo, & in versi. si vero is qui. Itē dicunt præ-
dicta iura, quod si potest matrē prædictorū filiorū naturaliū duce-
re in vxorem, tunc non potest tales filios per rescriptum prin-
cipis facere legitimos, sed debet illos facere contrahendo cū
ea matrimonium, ita quod per subsequens matrimonium fiant
legitimi, & hoc idem sentire videtur tex. in authenti. præterea
C. de natu. liber. ita probatur, in dicto §. si quis vero in versicu.
aliter hoc fieri non permittimus, in authenti. quibus modis
naturales efficiuntur legitimi, & text. in §. illud in versicu. si
quis vero in authent. quib. mod. natu. effi. sui, & ratio est, vt re-
moueatur concupiscentia, & magis homines studeant legiti-
mę proli, quam naturali, vt dicit text. in dicto versic. si quis ve-
82 ro. circa medium. † Fallit tamen, quando pater habebat filios
legitimos & naturales quod non potest petere filios legitima
ri per rescriptum principis, nisi illi legitimi, & naturales con-
sentirent, tunc bene posset. ita limitabat Bald. in authent. præ-
terea. C. de natu lib. quod dictum an sit verum, non examino
hic, qui nō est proprie materia nostra, nec obst. d. §. si quis ve-
ro in ver. si vero solum pater in fin. in authent. quib. mod. natu.
effic. legi. ibi dum dicit, omnino enim suis existentibus &c. vbi
dicitur innuere tex. quod existentibus suis, deinde naturalibus
procreatis, quod illi naturales non possunt modo supradicto
legitimari, deinde subdit ille text. aut primitus natis nequa-
quam eis ius legitimorum adijciatur &c. & sic sentit, quod si
erant isti naturales prius nati, & sic postea sint legitimi, quod
isti naturales non consequuntur ius legitimorum, & sic vide-
tur innuere, quod superuenientia filiorum legitimorum & na
turalium facit cessare legitimationem in persona naturalium,
83 & sic ibi videtur casus pro opin. Dyn. Sed certe † iste tex. nihil
facit pro opin. Dyni. quia ille text. solum dicit, quod primitus
illi naturales erant nati, quam essent nati legitimi, tamen non
fuerunt prius legitimati, sed eo tempore, quo pater petebat
eos fieri legitimos, iam erant nati legitimi, & ideo dicitur ibi,
quod non potest eos legitimare, nō autem dicit ille tex. quod
illi essent prius effecti legitimi. ita intelligunt illum tex. Barto.
& Angel. & quod ita debeat intelligi, probatur ibi in verbo,
adijciatur, per quod verbum denotat ibi Imperator tempus,
quo petebat fieri pater eos legitimos, & in hoc est differentia
inter illum text. & text in d. §. si quis vero, quia d. §. si quis lo-
quitur, quando prius habebat legitimos, & sic quando legiti-
mi & naturales erant prius nati. at iste text. loquitur, quando
prius erant nati illi naturales, quam legitimi, sed non prius
legitimati, tunc est idem in vtroque casu, quia non possunt le-
gitimari per rescriptum principis, & sic iura ista non faciunt
pro Dyno, licet super eis fundetur opin. Dyni per Aretin. hic
84 imò † dico, quod text. in d. §. illud in versicul. si quis vero cir-
ca medium videtur facere contra opin. Dyni, nam ibi æqui-
parat libertum siue seruum per principem restitutum natali-
bus, & filium naturalem per principis rescriptum legitima-
tum, quia vterque dicitur pristinæ ingenuitati restitutus, sed
libertus natalibus restitutus perinde habetur, ac si a principio
esset natus liber, & ex ingenua, & nullam seruitutis maculā
fuisset passus, vt l. 2. & l. fina. §. fina. inf. de nata. restitu. ita & hic
filius legitimatus per rescriptum debet haberi, ac si ex legiti-
mo matrimonio cōstante inter matrem & patrem fuisset edi
tus, ergo licet superueniant filij legitimi, non debet reuocari
ista legitimatio, nec effectus succedendi, qui ex ea causatur, &
sic ibi videtur potius casus contra Dy. quam pro Dyno. simi-
liter non obstat opin. Rayn. in l. tale pactum §. fina. supra de
pac. & d. l. si vnquam, & d. l. cum acutissimi. & d. l. cum auus, &
text. noster, quia ad ista iura inf. respondebimus, & ibi melius
85 cadet. † Item non obstat, quod noua causa superueniens ha-
beat tollere priuilegium per d. ca. suggestum, & per d. ca. dile-
cti filij, quia ad hoc respondeo, quod illud est verum, quando
priuilegiū versatur circa separabilia. ita procedant supra dicta
iura, & facit. §. primo. instit. de mili. testa. Sed quando priuile-
gium versatur circa separabilia, tunc noua causa non tollit,
quia non potest, & ita procedit casus noster, declaro, nā istud
priuilegium cōcernit quandam qualitatem, quę inhęret ossi-
bus nostris, vt puta ista legitimatio, quæ inhęret personę legi-
timatę, ita quod nō potest auelli. vnde isto casu ista noua cau-
sa non

sa non habet tollere istam qualitatem. quemadmodum in li-
bertate quæ semel concessa non nisi magna subsistente causa
reuocatur. l. Papinianus. §. si ex causa. supra de inoffi. testamen.
non obstat, si tu diceres, quod ista solu. non valet. quia bene fa-
teor, quod ista noua causa non potest tollere legitimationem
sed volo, quod possit tollere effectum ipsius id est, ius succedē-
di, quod prouenit propter istam legitimationem. & illud est
tale, quod potest separari. quia ad hoc respondeo, quod etiam
illud non tollitur. quia ex quo remanet causa id est, ista legiti-
matio, debet remanere etiam effectus. sicut dicimus in ado-
ptione, quæ non tollitur per superuenientiam filiorum legiti-
morum & naturalium, prout infra dicam. & tamen ex quo re-
manet adoptiuus, succedit, vt l. cum in adoptiuis. circa mediū.
86 C. de adoptio. præterea nonne dixi supra † quod iste legitima-
tus rescripto principis habetur perinde, ac si constante legiti-
mo matrimonio inter matrem & patrem suum editus esset,
si sic est, ergo licet nascantur postea alij legitimi & naturales,
& sic superueniat noua causa, non debet tamen iste legitima-
tus perdere ius succedendi, & sic etiam ista ratio non obstat.
vel potest alio modo responderi, quod noua causa superue-
niens faciat extinguere priuilegium, quando illa noua causa
esset talis, quæ parte aduersa nolente adhuc extingueret hu-
iusmodi priuilegium l. Vrannius. vers. sed cum duo. infra de fi-
deius. sed quando parte aduersa nolente non extingueret pri-
uilegium, tunc illa noua causa non extingueret aliquo modo,
vt l. sciendum. §. fina. qui satisda. cogan. ita dicit Bartol. in l. plu-
ribus. §. & si placeat. infra de verb. obligatio. & ibi communi-
ter docto. Sed ita est in proposito nostro. quia volentibus filijs
legitimis & naturalibus postea natis non perderent priuilegiū
succedendi isti legitimati, ergo per istā nouam causam super-
uenientem, quod superuenerint filij legitimi & naturales etiā
ipsis nolentibus non debet tolli istud priuilegium. & quod nō
perdant legitimati istud priuilegium nolentibus filijs legitimis
& naturalibus postea natis, probatur per id, quod vult Bald. in
authenti. præterea. C. de natu. libe. vbi Bald. vult, quod licet pa-
ter habens legitimos & naturales non possit naturales tantum
per rescriptum principis legitimare, vt d. authenti. præterea. est
verum, nisi ipsi filij legitimi & naturales consenserint tunc isto
casu naturales poterunt legitimari, si ab initio potest fieri ista
legitimatio, poterit fieri volētibus filijs legitimis & naturalibus
ergo multomagis facta legitimatio conseruabitur per consen-
sum filiorum superuenientium, argumen. l. patre furioso supra
de his qui sunt sui vel alie. iur. & capit. quemadmodum extra
de iureiuran. & ista solu. satis placet, quam no. quia noua solu.
Non obstat alia ratio, quod præsumpta causa legitimationis est
carentia filiorum legitimorum & naturalium, quia ad hoc re-
spondeo, & dico, quod immo causa legitimationis non est de-
fectus filiorum, immo est voluntas ipsius patris & affectio, vt
patet in authenti. item si quis. & in text. vnde sumitur. C. de na-
tu. liber. licet quando habet filios naturales & legitimos non
possit pater executioni mandare affectionem & voluntatem
suam, quæ quidem affectio videtur etiam durare post superue-
nientiam filiorum, merito non debet cessare ista legitimatio.
vel potest responderi, quod d. l. generaliter. C. de episco. & cle-
ric. & alia iura supra allegata procedunt in separabilibus, secus
in his, quæ sunt inseparabilia prout in casu nostro, prout dixi.
87 supra in præcedenti ratione. † Nec etiam obstat. quod disposi-
tio testatoris habet in se tacitam conditionem, si liberi non na-
scerentur &c. quia ad hoc respondeo, quod illa ratio procedit,
quando sumus in actibus, qui recipiunt suspensionem, prout
est legatum & fideicommissum, & prout est donatio, & sic cō-
tractus, qui possunt fieri etiam sub conditione, tunc bene subin
telligitur illa conditio, si liberi nō nascantur, vt d. l. cum acutis-
simi. & d. l. cum auus. & d. l. si vnquam. sed in casu nostro sumus
in casu, qui non recipit diem neque conditionem, quemadmo
dum adoptio, vt l. actus legitimi infra de regulis iuris. & licet in
dicta. l. actus. non connumeretur iste casus, tamen vltra casus
ibi enumeratos repetiuntur alij casus, qui similiter non reci-
piunt conditionem. vt habetur in c. actus legitimi. extra de re-
gulis iuris. libr. 6. vnde dico, quod debet connumerari iste casus
ex quo non potest assignari aliqua ratio diuersitatis inter ado-
ptionem & legitimationem, ergo in hac legitimatione facta
per principem non potest subintelligi conditio. vel secundo re-
sponde, quod regula prædicta l. cum acutissimi. & aliarum le-
gum supra allegatarum procedūt ex præsumpta mente testan-
tis. vt dicta. l. cum acutissimi. in fine. & facit gloss. in l. tale pa-
ctum. §. fina. supra de pac. quæ præsumpta mens cessat in casu
nostro. cum pariter iste sit filius sicut alij nati postea ex legiti-
mo matrimonio. Vel tertio potest responderi, quod supradicta
ratio procedunt in his quæ sui natura sunt separabilia, sed secus
in his, quæ sunt inseparabilia, prout dixi supra in duabus præce-
dentibus rationibus. Nec similiter obstat ratio Aretin. facta de
l. qui iure militari. infra de testamen. mili. quia dico est, quod in-
stitutio & dispositio testatoris non præiudicat filijs, quos igno-
rat habere, quia præsumpta mens ipsius est nolle præiudicare
nam verisimile est, quod si miles sciuisset se habere filios, vti-
que eos instituisset, nō autem exhæredasset, siue præterijsset.
vt l. sicut certi. C. de testa. milita. & ideo si constat de volun-
tate ipsius, quod non vult per filios rumpi testamentum, vt puta
quia hoc caueat expresse in testamento, vt dicta. l. qui iure. vel
quia scit se habere, & tamen eos præterijt. vt d. l. sicut certi. tūc
faceret eis præiudicium. sed in casu nostro. sup. dicta præsum-
pta voluntas patris legitimantis filium cessat, cum verisimile
est, eum pari dilectione omnes filios prosequi. nam si attēde-
retur affectio ipsius patris etiam casu quo tempore legitima-
tionis haberet filios legitimos & naturales, posset fieri ista legi
timatio, & tñ non fit, non quia paterna affectio cesset, sed quia
lex impedit, vt patet in d. auth. præterea. & sic patet, quod argu.
de dicta. l. qui iure militari. non facit pro Dyno & Aret. hic. &.
88 sic quod isto casu non est vera opinio Dyni † Secundus casus
huius secundi casus principalis est, quando pater, qui impetra-
uit filium legitimari. narrauit taliter, quod ex narratis poterat
apparere ipsum posse contrahere matrimonium vel habere
vxorem, ex qua poterat procreare filios, tunc isto casu Rayn.
Bartol. Bald. Angel. Ioan. de Imol. d. Alexan. Iaso. hic dicunt,
quod legitimatio non reuocatur, per rationes vt hic per eos,
quas inf. referam. Cōtrarium tamen tenet hic Dynus Angel.
in l. Gallus. in §. & quid si tantum. sup. de libe. & posth. & alij
quos sup. retuli. Bal. tamen in l. eam quam. C. de fideicommis.
prout refert Aretin. distinguit, quod aut filij, qui nascuntur ex
matrimonio, & filius spurius legitimatus nascuntur eadē ma-
tre, & tūc legitimatio non reuocatur, licet legitimati sint tales
qui nō possunt legitimari per sequens matrimoniū de quo in
c. tanta vis. extra qui filij sint legi. aut non sunt nati ex eadē ma-
tre, & tunc legitimatio reuocatur. Et ista distinctio secundum
Are. hic videtur multum æqua. quia iura fauent ei, qui contra-
xit matrimoniū cū ea, quā iam illicite cognouerat. Sed aduer-
te ego non vid. Bal. in d. l. eā quā in d. Alex. hic refert Bald. hic
tenentem distincte quod talis legitimatio non reuocatur. licet
in l. cum quis. C. de na. lib. nihil clare Bal. firmet & certe ista di-
stinctio videtur esse sine lege, & ideo non tenenda. vt l. illam.
C. de colla. eo maxime quia idem fauore respectu patris vide-
tur esse, an legitimi postea nati sint ex eadem matre, vel ex alia,
cum postea ipse pater peruenit ad contrahendum matrimo-
nium. Paul. de Cast. isto casu videtur sequi etiam opin. Ray. &
Barto. licet Aretin. hic dicat, illum sequi Dy. sed in casu proxi-
mo præcedenti videtur bene sequi Dynum & ratio differen-
tiæ est secundum ipsum Paul. de Castro. prout etiam supra re-
tuli, quia quando fit legitimatio extantibus filijs legitimis, &
imperator ignorauit, quia pater non expressit, ista legitimatio
esset subreptitia, quia in præiudicium legitimorum in quorum
præiudicium non est verisimile quod princeps concessisset le-
gitimationē. Idem etiam debet esse, si ex post facto fit in præiu-
dicium ipsorum. Sed certe prout dicunt. Aretin. & Iason. hic,
89 ista ratio non videtur vera. quia † multa impediuntur a princi-
pio, quæ iam facta tenent, vt l. patre furioso. supra de his qui
sunt sui vel alie. iur. & in c. quemadmodum. extra de iureiuran.
& in regula, factum legitime. de regulis iuris. libr. 6. vnde ista
90 opinio Pauli nullo pacto est vera. tamen. † Aretin. hic isto
casu sequitur opinionem Dyni & sequacium, & mouetur ip-
se primo per text. l. nuper. C. de natu. liber. & in authen. quibus
modis naturales efficiuntur legitimi. in princip. in versicul.
sancitum. licet dicat Areti. quod isti text. prima facie videntur
facere contra Dynum, nam vult. d. l. nuper. quod legitimatio
facta per subsequens matrimonium, ex quo sunt procreati li-
beri, postea extincti, non reuocatur propter mortem libero-
rum sequutam, & sic videtur durare legitimatio, licet causa sit
extincta. & sic per illum text. datur intelligi, quod superuenien
tia filiorum legitimorum & naturalium non facit extinguere
legimitationem prius factam de filio naturali. quia si faceret,
vtique non reuiuisceret, si postea filij legitimi & naturales
91 postea nati morerentur, † quoniam res semel extincta nun-
quam reuiuiscit. l. si rem. §. aream. inf. de solu. cuius cōtrarium
dicit illa. l. nuper, & sic ibi videtur contra Dynum. & ita alias in
leg. humanitatis. C eodem. Aretin. inducebat istum text. con-
tra Dyn. vt ipse hic ait, tamen dicit ipse, quod immo ille text.
92 facit pro Dyno † & pro intelligentia est sciendum quod per
l. cum quis. C. de natura. liber. inductum erat, quod filij natu-
rales legitimentur per subsequens matrimonium, & suscipe-
ret liberos post matrimonium contractum, vt de ex verbis. d.
l. cum quis. videbantur requiri copulatiue ad hoc, vt natura-
les legitimentur, quod sit contractum matrimonium. & quod
post contractum matrimonium liberi procreentur vnde cum
ista duo copulatiue requirantur. vtrunque debet interuenire.
vt in l. si hæredi plures. ff. titu. 1. tamen in veritate alius. d. l. erat
sensus, prout dicitur in d. l. nuper. sed quia de illa mente legis
non constabat, quia non erat expressa in lege, quando ex ma-
trimonio subsequuto non erant nati liberi, vel erant nati sed po-

ftea mortui funt, tex. in dicto verficul. fancitum. dicit quod d. l.
cum quis, eft paffa correctionem in iftis duobus cafibus, & fuit
reftricta, vt nõ haberet locum ipfis, & poftea per dicta l. nuper.
declaratur, quod immo men, d. l. cum quis. non eft, vt illa duo
copulatiue de neceffitate requirantur, fed fufficit matrimoniũ
effe fequutum cum effectu procreandi liberos, & ifta fuerat
caufa illius conftitutionis, licet quando liberi non effent nati,
vel effent nati, fed poftea mortui, adhuc debet habere locum
prædicta conftitutio. cum caufa ipfius erat affectus procrean-
di filios legitimos & naturales, non natiuitas filiorum, & ideo
Imperator in d. verfic. fancitum, dicit fe per nouam legem in-
duxiffe, vt etiam iftis cafibus filij legitimarentur, vnde fecun-
dum Aretin. funt duo ex iftis iuribus pro opinione Dyni pon-
deranda, primum, quod ideo mors filiorum non fuit reuocat
legitimationem, quia natiuitas filiorum non fuit caufa confti-
tutionis, fed fola affectio procreãdi, & ex hoc patet quod fi na-
tiuitas filiorum fuiffet caufa. in dicta l. cum quis, mortuis filijs
reuocaretur dicta legitimatio, & quod hoc fit verum, proba-
tur, quia antequam fuiffet facta lex, nuper, verba dictæ, l. cum
quis, videbatur requirere natiuitatem filiorum, & quod per
mortem ipforum reuocaretur legitimatio, fecundum quod
ponderatur, eft, quia imperator dicit quod filijs non natis vel
poftea mortuis, ipfe dat per aliam legem poftea fequutam &
per d. l. nuper, ius legitimorum ipfis filijs naturalibus, ita dicit
ipfe in d. verf. fancitum, ergo hoc inducit de nouo, & fic antea
non conftabat de hoc, & verba videbantur requirere natiuita-
tem filiorum, & fic quod eis natis vel mortuis reuocaretur, d.
93 legitimatio, † fed in legitimatione per refcriptum Principis
certe non dicitur, vtrum exiftant filij necne, vt d. §. illud, ergo
argumento iftorum iurium videtur manifefte intelligi, quod
fi fuperueniant filij, quod debeat reuocari, & fic quod vera fit
opinio Dyni. Sed certe ifta inductio non valet, & ex pluribus vi
detur falfa, primo quia caufa dictæ l. cum qui, non eft affectio
filiorum nafciturorum, fed eft matrimonium contractũ, cau-
fa iftius matrimonij fuit affectio quam erga concubinam ha-
buit, quæ quidem fuit aucta propter filios naturales iam pro-
creatos, & hoc fentit, d. l. cum quis, in princip. & in verfic. cum
enim &c. vnde cum caufa fuiffent priores filij, quod pofterio-
res effent affequuti legitimum nomẽ, ideo iniquum fuiffet di-
cere, quod anteriores non fuiffent legitimi, vnde qui interpre-
tabantur, d. l. cum quis, habere locum, quando filij effent po-
ftea nati, & fuperuiueret, & non alias male interpretabantur,
& hoc demonftrat, d. l. nuper, & ideo cum filij præftitiffent cau
fam, quod pater contraxit matrimonium, & fic huiufmodi le
gitimum actum, certe æquum eft, quod fiant legitimi, vnde di-
co, quod cã illius conftitutionis eft matrimoniũ cõtractum nõ
autem natiuitas filiorum, aut affectio procreandi, licet bene di
cat d. l. nuper. quod hoc animo debent contrahere matrimo-
nium, tamen imperator non propter hoc fuit motus vt dixi.
nec eft verum, quod dicit Aret. quod de nouo imperator. per
dictam l. nuper. inducat, quod etiam fiant legitimi, fi poftea alij
non nafcantur, vel nafcantur, fed poftea moriantur, quia bene
hoc fentit imperator in dicta l. cum quis, vt patet ibi in verfic.
cum enim & in verfic. neque enim verifimile eft &c. per ratio-
nem ibi affignatam, vnde folum Iuftinianus in dicta l. nuper.
venit declarando, d. l. cum quis, & tollendo quorundam inter-
pretationem, non autem inducit de nouo aliquid, nec etiam
eft verum quod fi in dicta l. cum quis, confideraretur natiui-
tas filiorum, quod filij poftea moriantur, quod talis legitima-
tio reuocaretur, quia cum fuiffet perfecta per natiuitatem fi-
liorum, certe non debet irritari. licet irritaretur, fi filij non na-
fcerentur, quoniam multa impediuntur fieri, quę iam facta te-
nẽt l. patre furiofo, fupra de his qui, funt fui vel alie. iur. cũ ma-
xime pater iufto cafu affectionem tollendæ fobolis adimple-
uit, & mors non venit facto fuo, vnde effet iniquum, quod legi
timatio non teneret, & fic quod filij fui non poffent fuccede-
re, quod videtur contra votum fuum vt l. fcripto, in fine. infra
vnde liber. ita in propofito licet exiftentia filiorum tempore le
gitimationis impediat legitimationem fieri, non tamen fuper-
uenientia filiorum debet extinguere legitimationem perfe-
ctam, quæ tenuit, vt dixi fupra & infra etiam dicam, vnde iam
ifta ratio Areti. non facit pro Dyno, licet & alia ratione ipfe de
fendit opinionem Dyni. dicens, quod quo ad præfumendum
voluntatem deeffe ad excludendum filios, ifta duo æquipa-
rantur, difponẽtem ignorare fe habere filios, cum tamen tunc
habere, vel filios poft difpofitionem nafci de nouo, vt l. qui iu-
re militari. infra de milita. teftam. fed fi legitimatio effet facta
exiftentibus legitimis filijs ignorante hoc Principe conceden-
te huiufmodi gratiam, fine dubio legitimatio non valeret, er-
go eodem modo non videtur facta in cafu, quo poftea nafcan-
tur filij legitimi, nec dicit ipfe, obftat, fi aliquis diceret d. l. qui
iure militari, non facit, quia adhuc difpofitio non erat perfe-
cta, cum adhuc viueret miles teftator, merito ita de facili re-
uocatur, vt l. fi fub vna, §. fi quis viam, infra de verborum obli-
gatio. quia illa diftinctio, vtrum actus fit perfectus necne, ha-
bet locum fecundum ipfum, quando fi actus non effet perfe-
ctus præter intentionem difponentis, inhabilitas fuperueniens
irritaret actum, fed quando actus irritaretur ex defectu volun-
tatis difponentis, tunc etiam poft actum perfectum irritaretur,
patet in dicta l. fi vnquam, & in dicta l. tale pactum. § fi. vel me-
lius dicit ipfe, dicas, quod quando actus eft productus in effe
perfecte, inhabilitas fuperueniens non irritat actum eo cafu,
in quo actus cenfetur factus, fed in cafu noftro actus legitima-
tionis non cenfetur factus ex præfumpta voluntate Principis
concedentis priuilegium legitimationis, cum ergo in hoc ca-
fu nihil fit actum, non tractatur de retractione legitimationis
factæ, quia non fuit facta in cafu ifto, ita dicit dicere Ioan. And.
in addit. Spec. in tit. de fuc. ab inte. in §. 1. in verfic. fed ex facto,
fed ad dictam l. qui iure, dic vt fupra refpondi. nec eft verum,
quod dicit hic Aret. quod in cafu noftro nõ cenfeatur facta le-
gitimatio, quia dico, quod legitimatio fuit facta fimpliciter, &
pure, vt patet, nec credo. quod fieri fub conditione, vt fup. dixi
mus vnde fi verum effet, quod dicit Aret. diceretur tacita facta
fub conditione, fi liberi legitimi nõ nafcantur, quod reputo fal
fum, vel poteft dici, quod in d. l. qui iure, fuperuenientia filiorũ
reuocat difpofitionem teftatoris. quia adhuc nõ erat perfecta,
ex quo teftator viuebat, nil mirum fi reuocatur, vt dicto, §. fi
quis, nec ad hoc obftat refponfio. Aretin. quia in cafu noftro
actus irritaretur præter voluntatem difponentis, quoniam po-
tuiffet Princeps etiam extantibus legitimis & naturalibus na-
turalem legitimare cum claufula non obftante, tenet hic Pau-
lus de Caftro. & communiter docto. ergo fortius potuiffet fa-
cere, vt non obftante fuperuenientia filiorum talis legitimatio
non reuocaretur, vt l. patre furiofo, fupra de his qui funt fui vel
alie. iur. & fic fi reuocaretur, non reuocaretur contra volunta-
tem, fed præter, merito non debet ifto cafu reuocari, vt alias di
xi. fup. per doctrinam Barto. in l. pluribus, §. fi placeat, infra de
verb. obl. Sed aduerte, quia fupradicta refponfio ad d. l. qui iu-
re, non videtur vera, dicẽdo, quod ibi reuocatur, quia difpofitio
teftatoris non eft perfecta, vt puta quia poft mortem nafcere-
tur fibi filius, adhuc reuocaretur, vt l. fi cum vel in vtero. C. de
teftamen. mili. ideo tene alias folu. fupra datas. Tertio Aretin.
94 pro opi. Dyni adducit † quia refcriptum Principis gratiofum
debet interpretari, vt minus lędat ius cõmune, quam fieri põt,
dummodo aliquid operetur, vt probatur hic & in c. paftoralis,
extra de appell. in prin. & plene no. ibi & etiam traditur in c. 1.
de refcri. fatis eft ergo, quod Princeps, qui concedit gratiam il
li, de quo eft fpes, quod poffit procreare filios, videatur eam cõ
ceffiffe contra ius, quod prohibet ifto cafu refcriptum conce-
di, fed vt lædatur minus ius commune, debet interpretari, vt vi
deatur facta conceffio in cafu minus præiudiciali, fcilicet cum
filij non nafcerentur. Sed certe ifta ratio nihil valet, quia nõ eft
eft contra ius commune, quod refcripto Principis legitimatio
fiat, imò eft fecundum ius commune, nam quemadmodum
Princeps induxit differentiam inter naturalem tantum & legi
timum ac naturalem ad remouendum concupifcẽtiã, vt in § il
lud circa medium in auth. quib. mod. natu. effi. legit. quæ diffe-
rentia non erat ante leges, vt ibi dicitur, ita etiam Princeps pof-
fit facere, vt ille naturalis per legitimationem redigatur ad in-
ftar legitimi, prout fecit legitimando, præterea effet maxima
iniquitas, dicere, quod ifta legitimatio reuocetur, quia tũc ifte
priuaretur fucceffione paterna, nec eft verũ, vt fupradixi, quod
debeamus dicere, quod Princeps concedat in cafu quo non na
fcantur filij, & ideo concluditur, quod ifta ratio non facit pro
Dyno. Quarto adducit Areti. pro opi. Dyni, tex. noftrum in-
ducendo prout facit Dynus & fequaces, fed ad iftum tex. infra
refpondebo, & fic iam patet quod etiam ifto cafu non eft uera
95 opinio Dyn. Tertio cafu fcilicet quando legitimatur † per ob
lationem curiæ. Aret. hic dicit tenendam opi. Ioann. de Imo. &
Paul. de Caft. uidelicet, quod quando filius eft legitimatus per
oblationẽ, non reuocatur per fuperuenientiã filiorũ legitimo-
rum & naturalium, licet Barto. hic fub dubio tamen, aliter di-
xerit per iura per eos allegata, & ifta opinio probatur manife-
96 fta ratione, † quia legitimatio, quæ fit per oblationem curiæ,
eft fortior, quam legitimatio, quæ fit refcripto Principis, patet
quia talis legitimatio per oblationem curiæ poteft fieri etiam
ab habente filios legitimos, ut probat tex. in §. quoniam uero
in authent. ea quibus modis naturales efficiuntur fui. quod fe-
cus eft, quando legitimatio fit per refcriptum Principis, quo-
niam non poteft fieri, fi pater habet filios legitimos & natu-
rales, ut in §. fi quis uero, in authen. quibus modis naturales ef-
fic. legi. & in authen. præterea C. de nat. libe. & fic eft fortior er
go fortiorem debet operari effectum, ut non reuocetur fuper-
uenientia filiorum fecundum Moder. hic præterea fi filij legi-
timi & naturales non impediunt a principio talem legitima-
tionem fieri per oblationem curiæ, minus impedire poterunt
filij, qui poftea nafcentur, hanc legitimationem factam ut l.
patre furiofo. fupra de his qui funt fui uel alieni iur. fecun-
dum Imol.

dum Imol. Paulum de Castro, dom. Alexan. & Aret. & sic patet, quod isto casu etiam procedit opinio Rayn. quicquid dicat Bart. hic quem sequitur hic Ang. qui toties variauit, & sequitur Roman. in cons. 193. incip. in proposita consultatione primo videndum occurrit, in vltimo dubio, vbi fortius tenet, quod etiam si in legitimatione essent dicta illa verba, siue legitima prole, adhuc reuocaretur quia secundum eum debet intelligi de legitima prole existente tempore legitimationis, tamen vt
97 dixi opinio Bar. non est vera per supradicta. Et aduerte † quia tex. in d. §. quoniam varie, potest intelligi, etiam si pater ignoraret se habere filios, quod adhuc valeret ista legitimatio. sicut ergo ignorantia filiorum præsentium non irritaret huiusmodi legitimationem, ita nec superuenientia filiorum, secūdum Aret. hic quia ista equiparantur, vt l. qui iure militari infra de milit. test. subdit tamen Aret hic, quod si velles istum tex. intelligere, vt loquatur, quando sciebat pater se habere filios, quasi ignorasset se habere filios, non videatur velle ipsis præiudicare, sicut dicimus in exhæredatione, vt l. Titius, in principio. & ibi per Bartolum supra de liber. & posthum. tunc esset secūdum eum dicendum oppositum, videlicet quod superuenientia filiorum extingueret talem legitimationem, quia qua ratione non videtur præiudicasse filijs, quos ignorat, eadem ratione est præsumendum, quod pater nō velit præiudicare eis, qui postea nati sunt, vt l. qui iure militari infra de milit. testam. & hoc putat verius hic Aret. & sic videtur residere in opinio. Dyni, etiam isto casu. Sed certe, prout dixi supra in præcedenti casu, quando legitimatio fit rescripto principis, arg. de dict. l. qui iure, non valet, ita non valeat in casu nostro per eandem rationem, præterea esto, quod valeat prædictum argum. in præcedenti casu, tamen in casu nostro nō debet posse valere, quia vt supra fuit deductum, ista legitimatio per oblationem curię est fortior, quam sit legitimatio facta rescripto principis, vnde saltem ista deberet plus operari, videlicet quod per superuenientiam filiorum non debeat reuocari, dato quod reuocetur in casu præcedenti præsupposita opin. Dyni, quod tamen fuit expresse negatum, & sic datur intelligi quod omni casu est ve
98 rior opin. Rayn. pro qua primo facit ratio † videlicet quod quādo actus est perfectus & consummatus, licet deueniat ad casum a quo incipere non possit, tamen nō reuocatur, vt l. si sub vna, §. si quis viam, & l. pluribus, §. & si placeat, infra de verborum obligatio. & in cap. decet, de regulis iuris, libro sexto. Sed ita est in proposito, ista legitimatio est perfecte facta, vnde licet perueniat ad eum casum, a quo incipere non possit, tamen non debet vitiari per supradicta. Et aduerte, licet docto. non dicant, etiam istud argumentum facit ad casum, quando legitimatio fit per rescriptum principis, quia isto casu non potest fieri, quando pater habet filios legitimos & naturales, & sic in casu nostro peruenit ad casum, a quo incipere non poterat, sed quando fit legitimatio per subsequens matrimonium, istud argumentum non esset necessarium, quia nunquam peruenit ad casum, a quo incipere non potuit, vt dicta l. cum quis, C. de natura. liber. nec esset necessarium quo ad casum, quando legitimatio fit per oblationem curiæ, quia licet superuenerint filij legitimi, tamen non dicitur peruenire ad casum, a quo incipere non potest, cum potuisset etiam fieri extantibus legitimis tēpore legitimationis, vt supra fuit conclusum, vnde stat, quod istud argu. est necessarium quo ad legitimationem factā
99 rescripto principis. † Tamen Aretinus hic & Iason videntur respondere huic fundamento, nam dicunt ipsi, quod bene est verum, quod nō reuocatur respectu inhabilitatis superuenientis, sed bene reuocatur præsumpta voluntate disponentis, qui si cōsiderasset filios nasci, non fuisset ita dispositurus, ne ei fiat præiudicium, argumen. l. si vnquam. C. de reuo. dona. & l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. & l. cum auus, infra, de conditio. & demonstra. sed certe ista responsio non est vera, licet Iason hic illam approbet, probo sic, nam aut consideramus præsumptam voluntatem respectu patris petentis a principe legitimari filios, & dico, quod voluntas patris non videtur deficere ex superuenientia filiorum, probatur, quia aut consideramus naturam ipsam, & tunc dico, quod pater parem habet affectionem erga omnes, cum natura non distinguat naturales a legitimis & naturalibus, vt in §. si quis vero, circa medium, in authentico quibus modis naturales efficiuntur legitimi, & in §. illud, circa medium, quibus modis naturales efficiuntur sui, aut consideramus leges ipsas, & tunc similiter pater habet parem affectionem erga omnes, cum pariter omnes lex faciat legitimos secundum omnes hic, & sic patet, quod respectu patris non deficit illa voluntas, aut consideramus præsumptam voluntatem ipsius principis, & hoc similiter dico, quod non deficit, quia si illa fuisset principis intentio, vtique apposuisset, illam conditionem, si liberi non nascantur, cum ergo non apposuit, videtur absolute considerare, etiam si nascantur liberi, quinimo, vt supra dixi, puto quod iste actus, sicut nonnulli alij actus legitimi, non potuit recipere conditionem. Item nec isto casu subintelligitur tacite ista conditio. probo per simile, certum est, quando fit adoptio, siue arrogatio, debet inquiri, vtrū adoptans siue arrogans habeat filios legitimos & naturales, & vtrum si talis, qui magis debeat studere proli naturali & legitimę, & tunc non debet ei permitti adoptio, vt l. si pater §. in arrogationibus, & in l. nec ei, in §. præterea, supra de adoptioni-
100 bus, † & tamen si adoptans tempore adoptionis non habebat filios legitimos & naturales, sed postea suscipiat, non reuocatur ista adoptio etiam quo ad effectum succedendi ipsi adoptiuo, vt dicto §. præterea, & lege penultima, in §. sed ne articulum, C. de adoptionibus, & in §. inuenimus, institutio. de hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur, & tamen si præsumpta mens principis, aut magistratus concedentis huiusmodi adoptionem esset, si liberi sibi non nascantur, deberet reuocari, & tamen non reuocatur, ita sit in casu nostro, & sic patet, quod ista responsio Aretini & Iasonis, ad fundamētum istud, quod fuit Rayn. non obstat. Ne obstat dict. l. si vnquam, & d. l. cum acutissimi, & dicta lege cum auus, & dict. l. tale pactum §. fin. supra de pact. quia nonnulli respondent quod illa iura loquuntur, quando pater trāstulit omnia bona, vel maiorem partem bonorum in illum, ideo quod si superuenientia filiorum non reuocaretur, vtique filij afficerentur grauissimo damno, ex quo nihil, aut parum de bonis paternis ipsi consequerētur, quæ ratio cessat in casu nostro, quoniam, licet non reuocetur legitimatio, tamen non afficiuntur damno, quia æqualiter succedent cum legitimis. Sed ista solu. non est vera. quia prædicta iura procedunt, quando fuisset in illum post mortem translata etiam certa res particularis, ita tenet Bart. in l. Titia Seio. in §. imperator, in vltima columna, infra de legat. 2. ad hoc ponderat dicta l. si vnquam, in versicul. omnia bona vel partem, nam cum ille, cui legatur certa pars, non sustineat onera hæreditatis nec actiue nec passiue, certe perinde est, ac si ei donaretur certa res, vt l. non amplius, §. 1. infra de legat. 1. & hoc idem tenet Ioan. de Imol. in c. si, in 8. columna, extra de donationi. Alexan. in consil. 71. in quarto volum. incipiente consideratis his quæ narrantur in themate. Confirmatur hoc quia d. l. si vnquam, dicit partem aliquam, vnde propter dictionem, aliquam, intelligitur de quacunque minima parte, & sic etiam de re particulari, vt est gloss. not. in clement. 1. in versic. aut earum parte, de fo. compet. quam glos. in proposito nostro allegat. Bald. in d. l. si vnquam, vbi hoc idem tenet. & Ias. in l. generaliter, in §. cum autem, in quinta limitatione. C. de institutio. & substitutio. & quod prædicta iura loquantur, etiam quando esset relicta res particularis, probatur in d. § cum autem, in fi. vbi loquitur de legato particulari, & sic patet quod d. responsio ad dicta iura
101 non est vera † ideo Bal. hic aliter respondet ad dicta iura, quod ideo reuocatur donatio, legatum, & fideicōmissum quia istud est fauor filij, sed hic quod reuocetur legitimatio, non est fauor filij, ideo non debet reuocari. Sed ista responsio Bal. videtur dubia, quoniam videtur esse fauor filiorum, qui postea superuenerint, vt reuocetur ista legitimatio saltem quo ad effectum succedendi, quia isto casu isti haberent totam hæreditatem paternam, qui alias non haberent nisi virilem, nisi saluando Bald. dicas, quod ipse considerat fauorem respectu filij legitimati, quo casu non esset sibi fauor, sed odium, licet sit fauor superuenientium, at in dictis iuribus respectu omnium filiorum est fauor, quod reuocetur illa dispositio, ideo nō mirum si reuocatur, & hoc modo potest esse bona solut. Bald. hic licet dom. Alexand. ipsam impugnat, & non bene, alij autem aliter ad prędicta iura respondent, videlicet, quia illa reuocatio fit respectu extraneorum, vt ipsi excludant, & filij potius admittantur, quę ratio cessat in casu nostro, nil mirum si non reuocatur. Sed ista respons. secundum Aretin. & Ias. hic est dubia, & contra casum l. cum auus infra de conditio. & demonstrat. vbi etiam respectu filij ipsius testatoris fit huiusmodi reuocatio, ergo eodem modo in casu nostro debet fieri ista reuocatio respectu filij naturalis legitimati, sed saluando supradictam solutionem ab ista reprobatione Aretin. & Ias. potest responderi, quia in d. l. cum auus, qua ratione prætulit filium grauatum restituere fratri in illa parte, in qua ipsum instituit, eadem ratione præsumitur, quod voluerit pręferre eius filios, & ideo subintelligitur illa tacita conditio, si decesserit sine liberis, prætereа ille filius, cui alter filius erat grauatus post mortem restituere portionem suam, licet sit de filijs, reputatur extraneus quo ad partem delatam alteri, nam ex quo ipse habuit suam partem, quo ad alia reputatur extraneus, vt in §. quoniam autem quarta, in l. Papin. supra de i offic testament. vnde est perinde, ac si tractetur de exclusione extranei, at hic non tractatur de exclusione extranei, sed filii respectu talis legitimatio reuocaretur, & sic ista reprobatio Aret. non valet, ideo ipse Aretin. aliter improbat supradictam solu. dicens, quod quantum ad succedendum in bonis paternis maior fauor præstatur
102 extraneo, quam filio naturali tantum. patet, † quia extraneus potest adoptari in filium, quo casu succedet, vt in toto titulo

supra de adopt. sed filius naturalis tantum non potest adopta-
ri, quo casu non succedit, & quod non posset adoptari, proba-
tur in l. lege C. de natu. liber. & in §. non latuit in auth. quibus
modis naturales efficiuntur legitimi, vnde si subauditur illa ta
cita conditio ad exclusionem extraneorum fortius debet sub-
audiri ad excludendū ipsum naturalē legitimatū. Sed nec ista
reprobatio valet, quia ideo naturalis non pōt adoptari, quia su-
perest alius modus, per quem filius naturalis tm̄ pōt fieri legi-
mus & in potestate, vt puta per legitimationē, at in extraneo
non est alius modus, & ideo si daretur casus, vbi in filio nō ha-
beret locum iste modus, ꝙ posset adoptari. exempli gratia, ha-
beo filiū emancipatū, certe ipsum potero adoptare, & fiet in
potestate mea, & succederet de iure ciuili, vt l. filio quē pater
§. de liber. & posthu. & sic patet, ꝙ ista solutio videlicet ꝙ ibi re
103 uocatio fit ad excludendum extraneos, pōt esse vera. † Tu ta-
men vltra doct. potes aliter respondere ad dicta iura, videlicet
ꝙ prædicta reuocatio fit propter præsumptam mentē testātis,
quia nō est verisimile, velle extraneū preferri suæ soboli, vt d. l.
cum acutissimi in fi. quæ presumpta voluntas non cadit in ca-
su nostro nec respectu patris, nec respectu principis, vt sup. de-
duxi. & sic patet, ꝙ prædicta iura nihil faciunt contra Rayne.
104 † Et pro hac opinione Ray. facit secundum Bar. hic, quia legi-
timatio facta per rescriptum principis & legitimatio facta per
subsequens matrimoniū æquiparantur, vt in §. illud in auth.
quibus modis naturales efficiantur legi, sed legitimatio facta
per subsequens matrimoniū superuenientia filiorū non reuo-
catur, vt l. cū quis de natu. liber. & sup. fuit conclusum. ita etiā
non reuocatur ista facta per rescriptum principis. Sed Salicet.
& Iason. hic dicunt, quod ista ratio non est bona, quia d. l. cum
quis, dicit, quod filij nati ante matrimonium succedunt vna
cum filijs natis post matrimonium, quia primi fuerunt cau-
sa quod sequentes legitimi nascerentur, quia propter affe-
ctionem priorum pater contraxit matrimonium, ista est ra-
tio dictæ l. cum quis, sed ista ratio cessat in legitimatis a prin-
cipe. Sed certe ista impugnatio non tollit rationem Bart. quæ
est verior per dictum §. illud nec obstat, quod ratio dictæ l. cū
quis non militat in legitimatis a principe, nam quid ad rem
istud, si ista duo reperiuntur æquiparata, & sic stat adhuc fir-
ma ratio Bartoli. Tamen Aretinus impugnat illam alia ratio-
ne, dicens, quod ista æquiparatio. Bartol. procedit quousque
durat legitimatio, vel eo casu quo censetur facta, sed in casu
nostro aut legitimatio resoluitur, aut non censetur facta, sed
similiter ista reprobatio non est vera, quia nō est verum quod
isto casu resoluatur legitimatio, nec etiam quod isto casu non
censeatur facta, prout supra demonstraui. Item pro ista opi-
nione Rayn. & communi. Imo. hic adducit istam rationem,
quia si diceremus, quod legitimatio reuocaretur, sequeretur,
quod esset pro parte legitimatus scilicet quoad honores, &
pro parte non esset scilicet quo ad succedendum, & sic cense-
retur diuerso iure, quod esse non debet l. eum qui ędes, infra
de vsucap. Sed ista ratio, prout hic Aretinus dicit, & bene, non
videtur tuta, quia istud non debet videri inconueniens, vt quo
ad quid censeatur legitimus, & quo ad quid non, quia idem
videmus in legitimato per oblationem curię, vt in authenti.
quibus modis naturales efficiuntur sui in §. filium, & in §. se-
quen. simile videmus in filio familias, qui quo ad quid cense-
tur filiusfamilias, & quo ad quid pater familias, vt l. secunda
supra ad macedo. Et pro hac opinione etiam facit, quia legiti-
matio est actus, qui fit inter viuos, & sic de sui natura irreuoca
bilis. Nec ad hoc obstat responsio Aretini, quod respectu suc
cessionis, quæ fit post mortem patris, debet potius sortiri effe-
ctum & naturam vltime voluntatis, quam contractus, & ideo
sit reuocabilis, quia ad hoc respondeo, quod effectus succedē-
di venit in cōsequentiam ad legitimationem, ipsa vero legiti-
matio est actus inter viuos, vnde debet attendi, quod princi-
paliter agitur l. si quis nec causam, supra si certum petatur. Itē
pro hac opinione facit lex secunda, infra de iti. actuque priua.
quam allegat Cyn. in dicta l. si vnquam. Item pro hac opinio-
ne facit secundum Iason. hic text. in versicu. non iniquum. C.
de pac. vbi licet remissio fideicommissi non reuocetur per su-
peruenientiam filiorum, non propterea reputatur iniquum.
ita in casu nostro non reputatur iniquum si non reuocatur
ista legitimatio. Item pro hac opinio. facit, quia libertus & fi-
lius legitimatus in iure ęquiparantur, vt in §. primo in authen-
ti. vt liber. de cęte. & in §. si quis vero non habens in authenti.
quibus modis naturales efficiuntur legitimi, & ideo dixit Bal.
in capitu. si filij nati in fine si de feud. fuerit controuersia inter
do. & agna. quod quemadmodum libertus per ingratitudinē
reuocatur in seruitutem, vt l. 3. C. de liber. & eor. liber. ita fi
lius legitimatus per ingratitudinem debet reduci in pristinum
statum, vnde arguendo de liberto ad legitimatum, quemad
modum libertas semel collata non potest reuocari nisi ex ma-
gna causa, vt l. Papinianus §. si ex causa, supra de inoffic. testa-
mē. & l. cū quasi §. sed si quis infra de fideic. liber. & ita etiam

legitimatio semel collata non reuocatur, nisi dicamus, quod
superuenientia filiorum sit magna causa, quod non est verū.
105 † Item pro hac opinione facit vltra docto. quia adoptio siue
arrogatio non potest fieri ab habente filios legitimos, & natu-
rales, vt l. si pater §. in arrogationibus, & in l. nec ei §. præterea
supra de adopt. tamen si fit adoptio, & superueniant postea fi-
lij legitimi & naturales, non reuocatur etiam quo ad effectum
succedendi. vt dicto §. præterea & d. l. pen. §. sed ne articulū. C.
de adop. ita fit in casu nostro. Vltimo pro hac parte facit, quia
quotiescunq; peruenit ad eū casum, a quo incipere non pōt,
tunc vitiatur, quando vitiaretur ēt parte aduersa nolente, sed
quando parte aduersa volente non vitiaretur, tunc non vitia-
tur, ita dicit Bar. in l. pluribus in § si placeat inf. de verb. oblig.
& dixi sup. ita est in casu nostro filijs superuenientibus nolen-
tibus, per superuenientiam ipsorum non vitiaretur legitima-
tio, prout not. Bald. in authent. præterea C. de nat. lib. & dedu-
xi sup. ergo nec vitiatur ipsis volentibus, & sic non reuocatur,
nec mihi placet consideratio Iaso. hic dicentis, ꝙ ipsa legitima
tio non reuocatur, sed eius effectus succedendi, quia dico, qđ
nec effectus succedendi reuocatur, prout dixi supra per exem-
plum in adoptione. Et ex his habes opin. Ryn. & communem
optime fundatam. Et tenendo istam partem non obstat text.
noster quia ad istum text. respondet hic Bald. dicens, quod iste
tex. nihil facit pro Dyno, quia dicit ipse, quod cōcessio de qua
hic fuit in fauorem muti, vt posset pater ei substituere & ideo
cessante mutitate, debet reuocari concessio, quia est fauor ip-
sius muti, ad hoc vt possit ipse sibi testari. at legitimatio est fa-
cta in fauorem legitimati, vnde esset ei odium, quod reuocare
tur ista legitimatio, cum per hoc perderet ius succedendi. Et
106 † ita secundum ipsum iste tex. non facit pro Dyn. † Sed tu ad-
uerte secundum domi. Alexand. quòd aliter voluit inducere
istum text. Dyn. videlicet quia text. hic vult, quod si iste mutus
suscepit postea filios, quod isti filij rumpunt istam exemplarē
substitutionem, vt hic in versicu. igitur agnatione &c. Ita etiā
dicamus in casu nostro, dicebat Dyn. quod si nascantur postea
filij legitimi & naturales, debeat reuocari huiusmodi legiti-
matio, & isto modo sup. dicta responsio Bal. non facit, & Ray.
Barto. & Moder. respondet, quod in casu huius legis substitu-
tio nō erat perfecta ante mortem filij, sed legitimatio sic. Sed
Barto. dicit, quod ista solu. Ray. videtur dubia, quia licet legiti-
matio sit perfecta, tamē actus succedendi non erat perfectus,
quia nō potest habere locum viuente patre, vt l. 2. §. ergo sup.
eodē. l. ita tamen §. si pater inf. ad Trebel. ergo eodem modo
ista legitimatio non dicatur perfecta quoad effectum legiti-
mandi, prout in casu nostro. nam ista est exemplaris de per se.
& inquantum in seipsa erat perfecta, tamen effectus erat in pē
denti, & propterea superueniētia filiorum extinguitur, vt hic
tamen adhuc Barto. defendendo solutionem Rayn. ad hoc re
spondet, dicens, quod licet ius succedendi non sit perfectum
tamē istud venit in consequentiam ad legitimationem, vnde
solum attenditur ista legitimatio, de qua principaliter agitur l.
si quis nec causam. §. si cert. peta. & licet quis dicere possit, li-
cet hoc non dicat Bartol. quod istud idem videtur dicendum
in casu huius l. qđ ius succedendi veniat in consequentiam ad
ipsam substitutionem, ergo non deberet extingui, & tamen
extinguitur, quia respondeo, quod non est verum, quod ius
succedendi veniat in consequentiā ad ipsam substitutionem,
quia dico, quod imò venit principaliter, cum tam ad istum ef-
fectum fit ista substitutio, vt muto succedatur, argu. institu. de
pupil. substi. circa princ. & legitimatio non fit principaliter ad
affectum succedendi, sed ad alios effectus, quos ipsa legitima-
tio parat, de quibus per Sal. in d. l. si vnquam. præterea ista sub
stitutio expresse confertur in tempus mortis ipsius muti & ip-
sius testantis, quod non est in legitimatione, nil mirum si ipsa
statim dicitur perfecta, quod secus est in substitutione, & per
hoc tollitur quædam ratio Are. hic dicentis, quod ex quo mor
tuus est testator pater ipsius muti, iam ipsi muto est quæsitum
ius irreuocabile, quia ipse mutus non potest mutare istā sub
stitutionem, & sic debet censeri perfecta, & tamen superue-
nientia filiorum reuocatur. ita sit in ista legitimatione. & sic
iste text. multum stringit pro Dy. Sed profecto Are. grauissi-
me errat, quia non est verum, quod sit ius quæsitum irreuoca
bile ipsi substituto, nā cum substitutio fiat sub ista conditione,
si mutus in mutitate existat, & in ea decedat, certe ante euen-
tū conditionis nullum ius est quæsitū, vt l. cedere diem inf. de
verb. signi. & in §. si autem, aliquid sub conditione. C. de ca-
du. tol. & no. in §. ex conditionali instit. de verb. oblig. prętereà
secundū Ias. hic nonne esse posset, ꝙ substitutus ante mutum
decedat, & sic substitutio nō haberet effectū. Præterea ꝙ non
sit quęsitum ius irreuocabile vltra doc. patet. quia pone, quod
mutus desinat esse mutus, nonne isto casu cessat ista substitu-
tio, certe sic, vt hic, & in §. qua ratione. institu. eo. & potuisset
reuocare ipse filius aliud sibi faciendo testamentū, & sic non
est sibi quæsitū irreuocabiliter, licet ita dicat Are. Aduerte, li-
cet su-

cet sup. retulerim. Bald. respondentem ad hanc legem, & dixi,
quod non faciebat, tamen retuli Bald. prout ipsum refert hic
domi. Alexand. quia ipsum non habeo. tamen Aretin. hic re-
fert aliter Bald. respondere ad istum text. quam dicat Alexand.
nam respondet hoc modo, videlicet quod substitutio dicitur
facta in fauorem muti, vt clarum est, si ergo non extingueretur
per superuenientiam filiorum, certe id, quod est inductum in
fauorem muti, retorqueretur in eius odium contra l. quod fa-
uore. C. de legi. nam fauor est ipsi muto, quod filius suus succe
dat, non autem quod excludatur, sed legitimatio inducta est in
fauorem legitimati, & eius reuocatio redundaret in odium ip-
sius. ideo legitimatio non reuocatur, vt dicta l. quod fauore. sed
Aretin. dicit, quod ista solutio in se est vera, tamen non est de
mente tex. nostri. quia in versicul. nec enim, videtur assignare
iurisconsultus istam rationem, quare extinguatur, quia nõ est
verisimile principem, aut patrem, si de filijs cogitasset, qđ vol-
uisset eis excludere ab hæreditate debita iure naturæ, & sic se-
cundum ipsum hoc magis inducitur in fauorem filij nati, quã
ipsius patris muti, & sic ista solutio non valet. Sed certe dicat
quid velit Aretin. ista solutio non valet. Nam ideo non est ve-
risimile patrem velle excludere filium, quia naturale parẽtum
votum est, vt hæreditas deuoluatur ad filios suos potius quam
ad extraneos, vt l. scripto. in fi. vnde liber. est ergo fauor ipsi pa-
tri, vt filius succedat. nam illud dicitur dicitur esse in fauorem
nostrum, quod fit secundum voluntatem nostram. argumen.
l. cum donationis. C. de trãsactio. & illud dicitur esse in odium
nostrum, quod contra votum accidit l. finali. supra de vsu & ha
bitat. vnde dico, quod ista substitutio extinguatur, est fauor ma
tris muti & eius filij, & sic vera est solut. Bald. & etiam est vera
solutio Bartoli saluata, vt supra tamen vltra doctor. posset alia
107 dari solut. ad istum textum, † & est sciendum quod ista substi
tutio dicitur exemplaris, quia ad exemplum pupillaris est indu
cta, vt l. humanitatis. C. eodem, & infra dicetur, vnde in mul-
tis conueniunt, adeo quod de vna ad aliam licet arguere, vt vi-
debimus infra de hoc præsupposito in pupillari pater ita debet
testari pro filio, prout ipse filius fecisset sibi testamentum, ita
dicit Bartolus in l. secunda. in quarto requisito, supra eodem,
ita ergo debet esse in hac substitutione, sed pater lege arctatur
ad instituendum, vel nominatim exhæredandum filium, vt l.
inter cætera supra de liberis & posthumis, & licet præteritio po
sthumi ipso iure non annullet testamentum sed natiuitate rũ-
pitur, vt l. posthumorum, supra de iniust. testamento. ratio est,
quia posset nasci abortiuus, quo casu non rumperet testamen-
tum, vt l. vxoris abortu. C. de posthum. hæredi. instit. ita debet
esse in parte substituente, vt arctetur ad instituendum filios ip-
sius filij, pro quo facit testamentum aut ad nominatim exhære
dandum, & etiam præteritione posthumi debet rũpi. hinc est,
quod superueniẽtia filiorum extinguitur substitutio. quę om-
nia cessant in legitimatione. Et ex his patet veriorem esse opi-
nio. Rayn. & communem & pro ista opinio. Cynus in dicta l.
si vnquam. allegat tex. in capit. decet. de regulis iuris, & in l. se-
cunda infra de itine. actuque priua. Et per hæc habes hunc ar-
ticulum bene vltra alios expeditum. Adde tamen vnum, quod
licet per superueniẽtiam filiorum reuocetur donatio facta ex-
traneo, vt dicta l. si vnquam. tamen legitimatio non reuocatur.
ita dicit Bald. in l. finali. C. si quid in frau. patro. quod tene men
ti. Quærit hic Ioann. de Imol. Aretin. & domi. Alexand. an le-
gitimatus excludat substitutum, dic vt hic per eos, de qua quę-
stio. dicam infra in penultima quæstio. vbi melius cadit. Barto.
hic solemniter repetit materiam exemplaris substitutionis &
ordinariæ, quæ materia est subtilissima, vt inf. videbitis, & quia
semper sum solitus sequi Bartol. ideo semper sequar eius ordi
nem, addendo aliqua dictis suis, vbi opus erit, & Bartol. hic se
expedit per duas quæstiones principales. prima est, quare ista
substitutio appellatur exemplaris. Secunda est, in quo conue-
niant pupillaris, & exemplaris, & ista secunda subdiuiditur in
quinque questiones. Prima est, vtrũ conueniant in causa pro-
ducente. Secunda vtrum conueniant in materia producibili.
Tertia, an conueniant in producendi modo. Quarta an con-
ueniant in effectu. Quinta vtrum conueniant in extinctionis
materia. Et Bartol. hic non ponit diffinitionem, nec docto-
res, hanc forte ob causam. quia omnis iuris diffinitio est pericu
losa, vt l. omnis diffinitio infra de regul. iuris. Tamen non dif-
108 finiendo, sed potius describendo, ipsam describam. † Dicendo,
exemplaris substitutio est substitutio directa, quæ ab vtroq; pa-
rente fieri potest filio alio defectu quam ætatis impedito testa-
ri, per quam non testatori, sed filio succeditur, per mortem ip-
sius filij effectum sumens. quæ diffinitio siue descriptio an sit
bona ex infra dicendis apparebit. Adde dictis dominum Bar-
tolum hic super secunda quæstione secundæ quæstio. princip.
109 quia super alijs nihil est addendum, † inquantum ipse conclu-
dit, quod filio arrogato potest fieri illa substitutio, sicut potest
sibi fieri pupillaris, vt l. si arrogator sup. de adopt. & l. sed si plu-
res. §. in arrogato. supra eodem, prædicta sunt vera secundum
quosdam in quarta debita ex cõstitutione Diui Pij, & alijs bo-
nis prouenientibus ab ipso patre ad istum filium siue ab alio
contemplatione ipsius patris, vt dictis iuribus supra allega. &
hoc tenet Ioann. Fab. in §. qua ratione. in septima column. ibi,
sed an pater legitimus tantum instit. de pup. substit. & Bart. in-
fra in secundo effectu. Sed aduerte, quia istud videtur dubium
nam immo videtur dicendum, quod ista substitutio posset fie-
110 ri in omnibus bonis † nam ideo in pupillari substitutione non
veniunt omnia bona, quia quando arrogatur impubes, fit sti-
pulatio, qua promittit pater arrogans se restituere omnia bo-
na, quæ ab ipso filio tempore arrogationis habuit, vt l. non ali-
ter supra de adop. & in §. cum. insti. de adopt. & ista cautio ha-
bet locum, si iste pupillus decesserit in pupillari ætate, vt in di-
cto §. cum autem, & in l. hæc autem supra de adop. adeo quod
si efficitur pubes, extinguitur ista cautio, vt dictis iuribus, & ra
tio differentiæ ponitur per glos. in d. §. cum autem, & per Ias. in
d. l. si arrogator. in 3. colum. sed ista exemplaris fit puberi. vt hic
patet. & infra dicetur, vnde sit eo casu, quo cautio est extincta,
& sic ipse pater nõ habet virtute cautionis restituere, & sic vir-
tute cautionis non potest dici, quod sic coarctata potestas sub
stituendi. merito debet trahi ad omnia bona sicut in filio ado-
ptato trahitur pupillaris eo casu, quo ei fieri potest, prout ple-
ne dixi, in l. secunda. circa primum, & ratio est, quia in adoptio
ne etiam quãdo adoptatur impubes non requiritur de neces
sitate illa cautio. & ideo non sine mysterio. tex. in dicto §. cum
autem loquitur in arrogato. & etiam l. non aliter sup. de adop.
111 vt patet ex legibus præcedentibus, & ratio diuersitatis, † qua-
re in arrogato requiritur ista cautio, & tamen non in adoptiuo
quia magis potest decipi impubes, quando sumus in arroga-
tione, quam quãdo sumus in adoptione, quia in adoptione in-
teruenit consensus patris naturalis dantis ipsum in adoptio-
nem, vnde lex multum confidit de ipso patre, & verisimiliter
præsumit lex, quod nisi ista adoptio expediret ipsi filio, quod
non daret ipsum in adoptionem, quæ ratio cessat in arrogato.
hinc est, quod adoptio fit imperio cuiuslibet magistratus, & ta
men arrogatio non fit nisi rescripto principis, vt insti. de adop.
in principio & plenissime declarat Iaso. in dicta l. si arrogator.
in secunda colum. in primo euidentiali. Et hinc est, quod quã-
do arrogatus est pubes, non est necessaria ista cautio, vt dicta
§. cum autem, quia non potest ita decipi, sicut quando esset im
pubes. Ex prædictis infero vltra doctor. quod si quando ado-
ptatur impubes, pater adoptans caueret se restituturum & cęt.
quod ei non poterit pupillariter substituere in bonis ab ipso fi
lio vel contemplatione sui prouenientibus quemadmodum
112 in arrogato. cogita tamen. † Vnde ad propositum ideo pupil-
laris non fit nisi ad solam quartam, quia pater arrogans arcta-
uit se virtute dictę cautionis ad alia bona restituenda, & sic de
eis non potest disponere, sed quia ista cautio non est necessa-
ria, quando arrogatur pubes, vt dicta l. hæc autem, ergo vide-
tur dicendum in casu nostro, quod illa exemplaris trahatur ad
omnia bona, licet Bartol. hic videatur sentire ad solam quar-
tam per iura hic per eum allegata, & per argumentum quod
113 ipse facit de pupillari ad exemplarem. † Sed considera, licet do
ctor. non dicant, quod ex quo ista exemplaris fit furioso & mẽ
tecapto, vt l. fin. §. primo. C. de cura. furio. quod adhuc ista cau-
tio durat post tempora pubertatis, cum eadem ratio isto casu
videatur militare, quæ militat in pupillo, propter quam fit il-
la cautio. si ergo durat adhuc illa cautio, ergo talis exempla-
ris substitutio non debet trahi nisi ad quartam, & ad alia bo-
na, de quibus in dicto §. si arrogator, & prædicta forte sunt
vera, quando talis substitutio fit furioso, aut mentecapto, &
fatuo, & etiam quando fit prodigo, quia & ipse reputatur de-
mens prout declarat Bartol. infra in sexta columna in versicu-
lo quæro vtrum sit reperire substitutionem exemplarem par-
tim tacitam, & partim expressam, & ibi dicam infra eodem.
Sed quando fieret aut surdo, forte traheretur ad omnia bona,
quoniam forte isto casu nõ interuenit illa cautio, cum isti sint
sanę mentis, & nõ ita possint decipi. sicut impubes, per ea quæ
supradixi. Cogita tamen, quia docto. non declarant. & prędi-
114 cta sunt vera in arrogato. Quæro † quid in adoptiuis? circa
quod dicas tu melius & clarius quam Ang. & Imol. hic, quod
aut loquimur secundum iura antiqua, aut secundum iura ho-
dierna. primo casu subdistingue, aut loquimur de patre natu-
rali, aut de patre adoptiuo, primo casu dico, quod pater natu-
ralis non poterit ei substituere, & ratio est, quia ex quo isto ca-
su iste est in potestate patris adoptiui, vt in §. inuenimus. in-
stitut. de hæredit. quæ ab intesta. deferun. & in §. sed hodie. in-
sti. de adopt. & l. penult. circa princ. C. de adop. & ratio est, quia
validum est argumentum de pupillari ad exemplarem quo-
tiescunque non reperitur diuersitas. ita multoties arguit infra
Bartol. & docto. & infra dicetur. sed illi non potest fieri pupil-
laris quia alio defectu quam defectu ætatis impeditur testa-
ri, prout declarat Bartol. & ibi dixi in l. 2. in princip. in quarto
requisito sup. eod. & videtur tex. in l. humanitatis. C. eod. ergo
eodem

eodem modo dicamus in ista exemplari, cum non reperiatur
diuersitas. sed in casu nostro iste filius adoptiuus alio impedi-
mento quam defectu ex accidenti superueniente impeditur
testari scilicet propter patriam potestatem, qua subiectus est
patri adoptiuo. Sed posset forte huic rationi responderi, dicē-
do, quod ista procederet, quando requireretur, quod filius,
cui fit substitutio, sit in potestate substituētis, tūc si post mor-
tem substituentis alio impedimento quam ætatis impeditur
testari, vt puta quia per mortem illius reincidit in potestatem
alterius, tunc non valeret ista substitutio. & ita proprie loqui-
tur tex. in d. l. 2. in ver. plane. & quod ibi Bar in dicto quarto re-
quisito. sed in casu nostro non requiritur, qđ ille, cui fit illa sub-
stitutio, sit in potestate substituentis, prout infra dicam. & pa-
tet in d. l. humanitatis. vbi permittitur matri ista substitutio, &
mater non habet filios in potestate. vt in §. fœminę. institu. de
115 adoptio. & probatur istud per simile, † nam ex quo miles pōt
filio emancipato substituere pupillariter, vt l. miles ita. §. exhę-
redato. inf. de mili. testa. Imo. in l. centurio. in 12. colum. & Se-
nenses ibi in 8. colum. & ibi dixi. potest etiam pupillo recasuro
in potestatem alterius, vt patet in l. cum filiusfamil. in versicul.
qualem vellet. inf. de mili. testa. licet isto casu alio impedimen-
to, quam ætatis impediatur testari. ita fit in casu nostro. Sed
116 saluando † supradictam rationem & decisionem potest dici,
quod etiam in milite quod ad pupillarem requiratur patria
potestas per text. in l. 2. supra eodem. in princip. qui generali-
ter loquitur. & sic emancipato potest substituere pupillariter
nec recasuro in potestatem alterius, prout dixi in d. l. 2. in quar-
to requisito. & probatur hac ratione nam si posset fieri pupil-
laris, vtique deberet trahi ad omnia bona etiam impuberis. vt
l. sed si plures. §. ad substitutos. & in l. centurio in prin. sup. eo. &
tamen ista trahitur nisi ad bona patris. vt d. l. cum filiusfami. &
in d. §. emācipato. nec ad hoc obstat miles potest facere quod
pupillaris trahatur tantum ad bona sua. & non impuberis. vt
dicto. §. ad substitutos. sed responde quod hoc est verum quā-
do miles expresse hoc statuisset. alias secus. vt dicto. §. ad substi-
tutos. sed in casu dictę. l. cum filiusfami. & in dicto. §. emanci-
pato. etiam si miles voluisset quod talis substitutio trahatur
ad omnia bona militis & impuberis, dico qđ non traheretur.
& ideo dico, quod præfata iura loquuntur de directa militari,
in qua veniunt tantum bona ipsius militis, quia militi succe-
ditur. vt dicta. l. milites etiam in his. infra de milita. testamen.
117 & in l. centurio. in secundo respon. supra eodem. & ideo † li-
cet dicta. l. cum filiusfami. dicat, qualē vellet, debet intelligi, vt
non comprehendat pupillarem. & quod hoc sit verum pro-
bant sequentia verba dum dicit veruntamen alienum ius mi-
nuere non potest. sed si intelligeretur de pupillari vtique mi-
nueret ius ipsius, cui competit ius substituendi. vt dicta. l. secū-
da versicul. plane. Et sic ex supradictis stat firma conclusio su-
pradicta, & etiam ratio potest & alia assignari ratio quare pater
naturalis secundum iura ant qua non potest substituere exem-
plariter filio suo dato in adoptionem, quia non erat in potesta-
te sua, sed patris adoptiui, & isto iure requirebatur qđ esset in
potestate substituentis. ex quo non reperitur diuersitas, licet in
d. l. humanitatis postea Iustinianus introduxerit, qđ non requi-
reretur patria potestas. & hoc de isto primo casu. † Secun-
118 do casu scilicet an pater adoptiuus possit substituere exempla-
riter filio suo adoptiuo, tunc Angel. hic & Ioann. de Imol. hic.
& in capit. Raynutius. videtur sentire, quod possit. Sed aduer-
te, quia ista conclusio videtur dubia, † quoniam filio adoptiuo
119 etiam in casu, quo fit in potestate adoptantis, quod omni casu
olim erat, in bonis patris adoptiui non debebatur legitima
etiam ex constitutione diui Pij. quia hoc tantum induxit in fi-
lio arrogato, vt est gloss. in l. cum in adoptiuis. in versicul. re-
uerti. C. de adopt. & mouetur illa gloss. per text. in §. aliquam.
alias incipit, sed ea omnia quidem. in fin. institut. de hæredita.
quæ ab intesta. deferuntur. & illam gloss. not. pro valde singu-
lari. & sequitur Nico. de Neapoli. institu. de adoptio. §. cum aūt
& sequitur Iason. in l. si arrogator. in 4. colum. supra de adop.
120 † sed illi potest fieri exemplaris, cui debetur legitima, vt in di-
cta. l. humanitatis. in versicul. legitima portione ergo isti a pa-
tre adoptiuo non poterit fieri nec obstat supradicta ratio quo-
niam isto iure fforum non requirebatur, quod filio relinquere-
tur legitima, nec quod sit talis, cui debeatur legitima, probo ra-
tione nam istud non requirebatur in pupillari, vt plene dixi in
l. 2. in primo requisito supra eod. ergo nec requirebatur in ista,
cum non reperiatur diuersitas argu. eorum, quæ dixi supra &
infra dicam. Item poterat fieri filio exhæredato. fuit postea ho-
die introductum per Iustinianum in d. l. humanitatis, quod fi-
lio relinqueretur legitima, & si sit talis, cui debeatur legitima,
vel potest dici, quod non requiratur de necessitate etiam hodie
quod ille, cui fit substitutio sit talis, cui sit relinquenda legitima
prout infra dicā in illa quæstione, an filio naturali possit fieri
hęc substitutio & sic patet, quod supra dicta ratio non obstat,
121 præterea dici potest † quod immo filio adoptiuo debeatur le-
gitima in bonis adoptantis in casu, quo ipse adoptiuus transit
in potestatem patris adoptantis, quod olim indistincte eueni-
122 bat, probo sic, filius † adoptiuus olim indistincte habebat que-
relam contra testamentum patris adoptantis, si ab eo fuerat
exhæredatus, hodie habet querelam, si est in potestate ipsius,
vt in §. adoptiui, & in §. tam autem. institu. de inofficio. testa-
men. & §. circa adoptiuos. institu. de exhæredat. libe. sed que-
rela competit occasione legitimę, vt l. cum quæritur, & l. pa-
rentes. C. de inofficio. testamen. & l. Papinianus. § quarta. sup.
de inofficio. testam. & hinc est, quod si sibi relinquitur quarta,
excluditur, vt l. Papinianus. §. si quis impubes, ergo manifeste
datur intelligi, quod debetur sibi quarta. Sed ista ratio nō vide-
tur tuta, quia si est impubes arrogatus non habet querelam,
eum alio iure possit consequi quartam, vt in §. tam autem. in-
sti. de inoffic. testam. coniuncta. l. Papinianus. sup. de inoffic. te-
sta. in §. si quis impubes, si est pubes, bene habet querelam, &
sibi debetur quarta non ex cōstitutione diui Pij, sed quia suus,
prout tenet Ias. in d. l. si arrogator. in 4. col. vnde adoptiuo de-
bebatur quarta de iure communi, non ex constitutione diui
Pij, & sic illi, qui dicunt quartam nō deberi filio adoptiuo, est
verum ex constitutione diui Pij, sed considera, si dici potest,
123 † quod immo adoptiuo sicut arrogato debeatur quarta ex cō-
stitutione diui Pij non de iure communi per rationem sequē-
tē quæ pariter militat in adoptiuo sicut in arrogato & in im-
pubere sicut in pubere. Præterea dici potest quod etiam impu-
bes arrogatus possit intentare querelam, quia d. §. tam autem,
indistincte loquitur, non obstat. d. §. si quis impubes, quia de-
bet intelligi, quod filio arrogato exhæredato ibi relinquerit
quartam sibi debitam ex constitutione diui Pij, tunc non ha-
bet querelam, vt no. in d. §. tam autem, & hoc videtur probare
recte intuendo. §. cum autem. instit. de adopt. tamen quomo-
documque sit, satis est, quod etiam filio adoptiuo debeatur,
confirmatur hoc† nam quæ est ratio, quod diuus Pius consti-
124 tuit quod arrogato debeatur quarta in bonis arrogātis, vt d. §.
si quis impubes. & l. si arrogato. sup. eo. Bar. in d. l. si arrogator.
in repet. in quarta oppo. dicit, quod diuus Pius induxit in recō
pensationem commodi, quod interim arrogans percepit ex
bonis ipsius arrogati. vt arg. instu. de acquir. per arroga. in prin.
Sed ista recompensatio militat etiam in adoptiuo, in casu in
quo est in potestate, vt l. cum in adoptiuis. circa princip. C. de
adopti. & in §. sed hodie. institu. de adopt. ergo verisimile est,
quod diuus Pius induxerit, quod etiam adoptiuo quemadmo
dum arrogato debeatur quarta, nec obstat. d. §. aliquam. quia
si bene ille text. inspicitur, loquitur in casu, in quo hodie non
transit in potestatem adoptantis, vt puta quando datur in ado-
ptionem extraneæ personæ, vt d. §. sed hodie. & ratio est, quia
pater adoptiuus reputatur isto casu penitus extraneus, vt d. l.
cum in adoptiuis, circa princ. & in §. & ideo sancimus, & istud
puto verius, licet glo. in d. l. cum in adoptiuis. & Nico. de Nea-
pol. in d. §. cum autem, & Ias. in d. l. si arrogator dixerint con-
trarium, & male. Et pro hac opinio. facit. d. §. aliquam. vbi dicit,
quod non seruatur ei quarta, & sic innuit, quod antea compe-
tebat ei, quia indistincte transibat in potestatem adoptantis, &
quod filio adoptiuo debeatur, tenet gl. a nullo ponderata in §.
sed ita omnia, in versi. vocabatur, & in versicul. sed dic in fi. de
hered. quæ ab intesta. defe. Vnde ex eo, quod ad hoc possit fieri
ista substitutio, requiritur, quod ille, cui fit, sit talis, quod sibi
debeatur legitima, cum huic debeatur, poterit fieri ista substi-
tutio. & sic pater adoptiuus poterit substituere, & hæc de pri-
mo casu principali. † Secundo casu principali, id est quando lo-
125 quimur secundum iura hodierna, aut sumus in patre natura-
li aut in patre adoptiuo; primo casu aut filius adoptiuus tran-
siuit in potestatem patris adoptantis, quod quando fit, habe-
tur in l. cum in adoptiuis. in princip. C. de adopt. & in §. sed ho-
die. insti. de adopt. & isto casu dico, quod non poterit sibi sub-
stitutionem facere per rationem, quam assignaui supra de-
monstrando quod pater naturalis iure fforum non poterat fi-
lio adoptiuo substituere, si vero non transit in potestatem pa-
tris adoptantis, & tunc puto, quod poterit substituere, quia
cessat ratio supradicta. Si vero loquimur quo ad patrem ado-
ptiuum, & tunc in casu, quo habet ipsum in potestate ita quod
desinat esse in potestate patris naturalis, dico quod poterit ei
substituere, quia cessat ratio alias supra assignata. Si vero non
desinit esse in potestate patris naturalis, quia non transit in po-
testatem patris adoptantis, & tunc non poterit per prædicta.
126 † Sed quæro iuxta prædicta vltra docto pone quod pater natu-
ralis substituit filio suo furioso, pone quod ipsum postea dat
in adoptionem, an extinguatur ista substitutio, tu dicas sic, aut
ex huiusmodi adoptione non transit in potestatem adoptan-
tis, & tunc dico quod non extinguitur, ratio est, quia isto casu
non efficitur intestabilis alio impedimento, quam impedimē
to mentis: præterea non extingueretur pupillaris, cum isto ca-
su semper duraret in potestate patris naturalis. argumen. l. co-
hæredi. §. cum filiæ, supra eo sem arguendo ergo de pupillari
ad exem

ad exemplarem videtur dicendum, quod exemplaris non ex-
127 tinguatur. † Sed cogita, si pater naturalis isto actu moriatur an-
te patrem adoptiuum nunquid per mortem ipsius filius ipse
transiret in potestatem patris adoptantis, quemadmodum per
mortem aui transit in potestatem patris ipse filius, instit. qui-
bus mo. ius patriç pote. solui. quo casu non valeret exemplaris
quemadmodũ nec pupillaris, vt l. 2. §. plane. supra eod. sed cer-
te credo, quod non transeat in potestatem patris adoptiui. quo
niam iura volunt, quod perinde remaneat in potestate patris
naturalis, ac si adoptio nullo modo fuisset secuta, vt d. l. cum ad
optiuis. in princip. & expresse in §. aliquam instit. de hæred. quæ
ab intesta. defe. sed si nulla fuisset sequuta adoptio, nulli dubiũ
fuisset, quod per mortẽ patris naturalis iste filius fuisset factus
sui iuris, vt instit. quibus mod. ius patriæ po. sol. in princi. quo
casu valeret ista substitutio. vt d. §. coheredi. Cogita tamẽ, quia
128 illud non inuenio per aliquem in specie tactum. Aut † ex hu-
iusmodi adoptione transit in potestatem patris, & tunc aut ipse
filius adoptiua familia constitutus id est viuente patre adopti-
uo decessit, & tunc extinguitur. argu. §. non tantum. in versi.
ideo insti. quibus modis test. infir. aut sui iuris effectus deces-
sit, vt puta vel quia fuit adoptiuo patre emancipatus, vel quia
morte patris adoptiui fuerit effectus sui iuris, tunc dico, quod
talis substitutio de iure ciuili extinguitur. argumen. l. nec ei in
§. eorum supra de adopt. sed de iure præto. conualescit. vt not.
in d. l. si arrogator. per d. §. non tamen. & tenet Barto. in repeti.
l. si arrogator. in 2. quæstione primç quæstionis princip. supra
de adopt. & ibi alij Ioan. Fab. & alij in §. cum autem. institu. de
adopt. & videtur text. secundum vnum intellectum in l. cau-
sa cognita. supra eod. & de hoc etiam dicam infra in illa quæ-
stione. an furiosus possit cum duobus testamentis decedere.
129 † Sed quid si pater adoptiuus fecit istam substitutionem in ca-
su, quo potest, de quo supra an si postea filium emancipet, ex-
tinguatur ista substitutio, videtur primo dicendum quod sic,
quia extinguitur pupillaris, vt l. coheredi. §. cum filię. supra eo.
ergo eodem modo extinguatur exemplaris in contrarium cre
do quod sit veritas. quoniam in ista non consideratur patria po
testas, vt l. humanitatis. C. eodem ergo etiam non debet consi-
derari, quod duret in potestate patris. ita videtur dicere Barto.
infra in quarto requisito. prout ibi dicam ad hoc præstat opti-
mum argumentum text. in l. si quis filio exhæredato. §. fina. su-
pra de iniusto testa. Si autem filius viuo patre adoptiuo mori-
tur indubitanter extinguitur ista substitutio a patre facta. vt l.
quod si filius. infra de capti. & lege lex Cornelia. in versiculo si
vero viuo patre &c. & in lege si pater filium, secundum vnum
intellectum, supra eodem. si vero sui iuris per mortem sit tunc
etiam indubitanter valet prout dicam scilicet in quinto requi-
sito. Aduerte tamen quia supra post Barto. fuit conclusum, qđ
130 filio arrogato potest fieri hæc substitutio. † Sed quid si pater na
turalis prius sibi fecisset hanc substitutionem, deinde filius sui
iuris effectus dederit se ad arrogandum certe si postea filius de
finit esse sub potestate patris arrogantis, vt quia ab eo sit eman
cipatus, vel quia morte sui patris sit effectus sui iuris. quod isto
casu substitutio valet iure prætorio per d. §. non tamen. & not.
per glo. & docto. in d. l. si arrogator & est text. secundum vnum
intellectum in d. l. causa cognita. & hoc non habet dubium.
131 † Sed quid si filius existens in familia arrogatoris viuo patre ar
rogante decesserit, an ista substitutio facta a patre naturali va-
leat aliquo iure gloss. in d. l. si arrogator. tenet quod substitu-
tio extinguatur. & alle. §. non tamen & propterea dicit ibi glo.
quod ipsi substituto necessaria est stipulatio, quia tunc iure sti-
pulationis stipulatio veniet, licet non possit venire ex substitu-
tione. Et hanc opinionem sequuntur communiter doct. tam
antiqui quam moderni in d. l. si arrogator. & illam sequitur ibi
Fulg. & mouetur hac ratione, nam cum substitutio sit extincta
per arrogationem, adhuc durat impedimentum, & non po-
test aliquo modo conualescere, vt d. §. non tamen. & hanc opi.
ibi sequitur Iason. in 8. colum. Hanc tamen opi. reprobat Bart.
in d. l. si arrogator. in repe. in 5. col. vbi dicit quod glos. in d. l. si
arrogator. tenet istam opin. videlicet quod non extinguatur,
nam glo. in d. l. si arrogator. in versicu. sed quid si prius decessit
impubes &c. vbi glo. concludit, substitutum admitti ex expres-
sa vel tacita stipulatione. quia lex fingit testamentum siue sub-
stitutionem non rumpi. si lex fingit, dicit Bar. ego habeo quod
fictione potest sustineri substitutio. vt l. lex cornelia supra eod.
& l. pater. infra de capti. & pro hac opin. facit sm Bar. quia liber
tates directę valent, ergo ex testamento. Itẽ legata debentur iu
re legatorum per rei vendicationem, per hypothecariã, ergo
valet testamentum, vt l. his verbis sup. de adop. Item impubes
siue furiosus non poterit testari, ergo nec rumpere testamen-
tum potest per arg. a pari potentia contrariorum. Non obstat
ratio in contrarium adducta. quia dicit Barto. quod est specia-
le isto casu quod filiusfamil. habeat hæredẽ ex testamento. vt
l. causa cognita sup. eod. & licet de rigore iuris sit irritũ testa-
mentum. vt d. §. non tamen. tamẽ de ęquitate tenet. & compe
tit substituto bonorum possessio extra ordinaria. vt in l. 1. infra
vt ex leg. & senatusconsult. bon. poss. detur. & in §. fina. instit.
de eo cui liber. ca. bona. adi. ita dicit Barto. & hanc opi. Barto.
alias fuit sequutus Iason prout ipse refert in d. l. si arrogator. &
mouebatur, quia arrogatio nemini debet esse dãnosa, vt l. nec
ei. §. eorum supra de adopt. sed si diceremus isto casu substitu-
tionem extinctam non reconualidari, ista arrogatio esset dam-
nosa substitutis. & dato quod substituti possint agere ex ipsa sti
pulatione, vt not. in d. l. si arrogator. tamen per dictam stipula-
tionem non videtur sufficienter prouisum. quia pone, quod
bona impuberis reperiantur pęnes tertium, & non pęnes ar-
rogatorem, certe ex ista stipulatione non posset agi contra ter-
tium possessorem, cum talis actio sit mere personalis, vt l. fin.
in princip. supra de contrahen. empt. sicut possent agere ex sub
stitutione. Præterea pone, quod arrogator restituisset bona fi-
lio arrogato in vita sua, certe per ipsam restitutionem extincta
est obligatio ex stipulatione quoniam per solutionẽ eius quod
debetur, tollitur obligatio. vt insti. quibus mod. tol. obli. in prin.
& sic substituti isto casu ex stipulatione non possunt agere, sed
bene ex substitutione. Item pro hac opinione ipse adducebat
text. in l. pater instituto. §. si. infra de cap. vbi secũdum eum sub
stitutio pupillaris fuit extincta per captiuitatem, & sic per ser-
uitutem ipsius impuberis, vt in l. si quis filio exhæredato. §. irri-
tum. supra de iniu. & irri. test. pone quod tempore mortis du-
raret adhuc impedimentum, & sic seruitus, certe adhuc non ob-
stante impedimento substitutio reconualescit de ęquitate præ
toria, ergo idem debet dici in casu nostro. Et licet secundum
eum in contrarium fortiter vrgeat text. in l. lex Cornelia. in §.
si pater. supra eo. tamen dic vt per glo. & doct. in d. §. si. Sed his
132 nõ obstantibus ego sequar communem sententiam. † videlicet
quod substitutio sit extincta isto casu tam iure ciuili, quam iu-
re prætorio per d. §. non tamen & probatur ratione inconuin-
cibili, nam nulli dubium est, quod ista stipulatio ita interpon-
itur pro ipsis substitutis, sicut pro venientibus ab intestato, vt
est casus in l. non aliter supra de adopt. & in §. cum autem. insti
tu. de adopt. Sed si isto casu valeret substitutio saltem de iure
prætorio, vtique respectu substituti non esset necessaria, cum
omni casu ex substitutione venirent, & per substitutionem ple
nius prouideretur, quam per stipulationem. imò quando esset fa
cta substitutio a patre naturali, nullo modo esset necessaria sti-
pulatio. non respectu substituti, vt probatum est. non respectu
133 venientium ab intestato, † quia donec habet locum substitu-
tio, cessat successio ab intestato. vt l. quandiu. infra de acquir.
hære. & l. antequam. C. commu. de succ. & tamen hoc est con-
tra d. §. cum autem. nisi dicas, quod respectu venientium ab in-
testato in vno casu potest esse necessaria, vt quando substituti
morerentur viuente filio, cui facta est substitutio, tunc extin-
guitur ista substitutio, nec transmittitur ad hæredes vt l. qui ha
bebat infra eodem. & l. si ex pluribus. infra de suis & legitimis.
Sed certe intelligere. d. §. cum autem in hoc solo casu, est ni-
mis restringere istum tex. Præterea etiam videtur contra men
tem illius tex. qui videt innuere, quod ista stipulatio sit necessa
ria etiam quo ad substitutos, si bene inspiciatur. Præterea si isto
casu non extingueretur substitutio, frustra iura dicerent extin
gui substitutionem per arrogationem, vt l. nec ei. §. eorũ sup.
de adopt. nisi ad hoc respondeas, vt facit Barto. in repeti. l. si ar-
rogator. quod extinguitur scilicet de iure ciuili. Sed certe hoc
non videtur de mente. d. §. eorum. qui videtur sentire, quod a
134 principio omni iure extinguit. Et sic † ex his patet, quod opinio
communis est verior. & tenendo istam partem non obstant al-
leg. in contrarium. & primo non obstat, quod fictio confirmat
testamẽtum, quia hoc fateor tamen nego, quod lex fingat sub
stitutionem non extinctam, quia si hoc esset valeret de iure ci-
uili, cum fictio sit iuris ciuilis, vt declarat Bart. in l. si is qui pro
emptore. in materia fictionis infra de vsucap. & tamen contra-
rium est verum, quia de iure ciuili extinguitur dicto. §. non ta-
men. & in l. qui liberis. §. testamento infra de bono. possessio.
secundum tabul. nec etiam valeat solutio Barto. dicentis, quod
sit speciale in hac substitutione, & non adducentis rationem
specialitatis, est enim refugium miserorum. Nec obstat text.
in d. l. causa cognita quia dicit, quod est succurrendum substi-
tutis vinculo stipulationis, non substitutionis. & hoc patet per
verbum succurritur. & iste est sensus illius legis. & ita intelligit
illum text. ibi Barto. vt patet ex summario suo. vnde potius ille
text. probat opinionem, quam opin. Barto. & ita illum text. al-
leg. Iason in d. l. si arrogator. non obstat, quod legata possint
peti per rei vendicationem, & per hypothecariam, idem quod
libertates directę competant, quia in hoc non infertur neces-
sario, ergo testamentum valet. quia bene potest induci, quod
legata valeãt. licet non valeat testamentum. vt in authẽ. ex cau
sa. cum materia de libe. præte. Item non obstat ratio Ias. quod
per stipulationem non sit plene prouisum substituto, quia di-
co, quod plene prouidetur. quia si culpa arrogatoris bona per-
uenerunt pęnes tertium, certe substitutus poterit agere con-
tra ip-

tra ipsum arrogatorem perinde, ac si pater possideret, argum.
l. is qui dolo, & l. qui restituere. in fine. de rei vendi. item etiam
si cui, a arrogatoris non fuissent bona pęnes tertium, adhuc di
co, quod substitutus poterit agere contra patrem arrogantem
& ratio est, quia in patrem per arrogationem erat translatum
dominium bonorum ipsius impuberis, vt instit. de acquisitio.
per arrog. in principio, & l. qui liberis. §. testamento inf. de bo-
nor. possessio. secundum tabul. vnde agetur actione personali
ex stipulatione contra arrogatorem & ipse arrogator petet ab
illo tertio possessore, non obstat, quod dicitur, quando restituit
135 in vita bona ipsi impuberi † quia ad hoc respondeo, quod isto
casu illa restitutio nō tollit obligationem cum fuisset facta an-
te tempus, vt l. cū pater §. a filio inf. de leg. 2. maxime quia isto
casu tempus est appositum gratia substituti, & venientium ab
intestato, & sic creditorum, cum in stipulatione concipiantur
substituti, & venientes ab intestato, vt per Bart. in d. l. si arroga
tor. in 1. q. in repeti. certe solutio facta ante tempus non liberat
debitorem l. si ita §. Pegasus inf. de lega. 2. no. in l. 1. §. 1. infra de
condi. & demonstr. Præterea ista restitutio non habet liberare
debitorem, quia solutio facta pupillo aut furioso sine authori-
tate tutoris vel curatoris non liberat debitorem, vt l. pupillo.
cum simi. infra de solu. Præterea si bona restituta impuberi in
vita arrogatoris existunt, iam per ipsam stipulationem est ple-
ne prouisum ipsi substituto, quia poterit consequi. nam licet
substitutio sit extincta, tamen effectus substinetur per stipula-
tionem, prout declarat domi. Alexand. in d. l. causa cognita, &
136 sic patet, quod illa ratio non obstat. † non obstat etiam d. l. pa-
ter instituto. in fine. quia tex. ibi loquitur, quando ille filius ca-
ptus fuit ab hostibus mortuo patre, vnde licet in potestate ho-
stium existens decesserit, tamen fingitur præambula hora ca-
ptiuitatis mortuus, vt in §. fin. & ibi no. insti. quibus non est per-
missum facere testa. & sic eo tempore præsumitur mortuus, quo
erat in iuris effectus morte patris, nil mirum si cōualescit. quę
ratio cessat in casu nostro. Et si diceres, quare non conualescit
[illegible] quemadmodum conualescit, quādo viuo impu-
[illegible] captus ab hostibus, & ibi decedit. dicta l. lex Cor-
[illegible] dic vt per doctor. in dicta l. pater, & in dicta
[illegible] quicquid alias dicat Iaso. in
l. lex Cornelia. Et ista est vera solu. quicquid alias dicat Iaso. in
[illegible] arrogator. Et ex his patet, quod isto casu substitutio om-
[illegible] extinguitur. Et aduerte, quod licet gloss. docto. loquan
tur de pupillari substitutione, tamē idem est in exemplari pro-
[illegible]. Et ex his habe, an & quando filio
[illegible] possit fieri hęc substitutio, & an &
[illegible] adoptiuo possit fieri hęc substitutio, & an &
quando facta contineatur, siue conualescat, & quan [illegible]
[illegible] quæ omnia nota quia non reperies, vt puto, ita declara
ta. † Quærit etiam Bartol. in hoc primo requisito, an filio natu
137 rali tantum furioso possit pater facere exemplarem sub-
stitutionem, & concludit, quod sic, licet ei non possit fieri pupilla-
ris substitutio, & ratio est differentiæ, quia in pupillari requiri-
tur, quod ille, cui fit substitutio pupillaris, sit in potestate testa-
toris, vt l. 2. in princip. sup. eod. §. fin. insti. de pupil. subst. sed in
hac substitutione non requiritur, quod sit in potestate, prout
inf. videbimus. in tertio requisito, & hanc opin. sequuntur Bal.
& Sal. in l. humanitatis. C. eod. & hanc opin. tenet Sal. hic pro
qua opin. Bald. mouetur hic hac ratione, quia qua ratione pa-
ter potest dare in testamento tutorem filio naturali, vt l. fin. de
confi. tuto. & l. fin. C. quando mul. tutel. offi. fungi pot. eadem
ratione dicamus, quod possit filio naturali exemplariter sub-
stituere, & ideo, quia vtraque tendit ad prouidendum ipsi filio.
nam quod tutela tendat ad prouisionem filii, probat tex. instit.
de tut. in princip. & quod exemplaris substitutio tendat ad pro
uidendum filio furioso, probatur in §. qua ratione. insti. de pu-
pil. subst. sed hęc ratio secundum dom. Alexand. non conclu-
dit, quia si esset vera, sequeretur, quod eadem ratione deberet
posse pater substituere pupillariter, ideo quia & illa tendit ad
prouidendum ipsi filio pupillo sicut exemplaris furioso, vt in-
sti. de pupill. substi. in fine. princip. Sed [illegible] cum reueren-
tia domi. Alexand. non est vera, quia ideo filio naturali non po
test fieri pupillaris substitutio, licet tēdat ad prouisionem, quo-
niam ista pupillaris fuit concessa de rigore iuris, prout dicam
infra in tertio requisito, qui quidem rigor nō habet locum ni-
si super his, qui sunt in potestate testatoris, ex quo mediante pa
tria potestate reputatur eadem persona, vt l. fin. C. eod. §. ei qui.
institu. de inuti. stipul. vnde perinde est, ac si sibi non filio substi
tuisset, sed exemplaris conceditur ex quadam æquitate siue hu
manitate, vt l. humanitatis. C. eo. quæ quidem humanitas pari
ter viget in filio existente in pītāte sicut in filio non existente in
pītāte. Sed aduerte, quia ex alio nō est vera rō Bal. licet reprehē
138 sio domini Alexand. non sit bona † quoniam. in l. fina. C. de cō
firm. tuto. & l. fina. C. quan. mu offi. tutel. fung. pot. duo requi-
runtur ad hoc vt possit filio naturali dare tutorem. primū est,
quod ipsi filio aliqua bona relinquat, & tunc in illis bonis solū
secundum est, quod requiritur, quod debeat a competenti iu-
dice confirmari, alias non valeret datio tutoris, quæ omnia nō

requiruntur in hac substitutione. vnde non est pater, qui dat tu-
torem, sed est iudex ipsum cōfirmans, & hinc est, quod dicitur
datiuus talis tutor, & non testamentarius, licet legitimo præfe
ratur, vt no. in §. fina. insti. de tut. per Bartol. in l. 1. in fi. de confir.
tuto. nil mirum si potest dare tutorem filio naturali, & tamen
ei non possit substituere. Præterea seruatis his, quæ habentur
in d. l. fin. etiam quilibet extraneus posset dare tutorem, vt l. tu-
tores. sup. de confir. tut. & tenet Ias. in d. §. fin. & tamen, vt cla-
rum est, extraneus penitus extraneo non substituit, & sic patet
quod ista ratio Bal. non est bona. Et præterea Bald. in l. 2. dum
alleg. d. l. humanitatis. C. de hæred. expresse videtur tenere con
tra Bartol. Ang. in d. l. humanitatis relinquit sub dubio. Tamē
Ang. hic, & Ioan. de Imol. Rapha. Cuma. & domi. Alexan. Are
tin. & domi. Ias. hic tenent contra Bar. & dicunt communem
opin. esse contra Bar. & idem tenet Are. in d. l. humanitatis, &
Ias. ibi in 2. column. & mouentur communiter docto. quia illi
potest fieri hæc substitutio, cui debetur legitima, vt patet in d.
139 l. humanitatis, in vers. sic. licet eisdem &c. † sed filio naturali non
debetur legitima. vt in l. vxorem. §. pater naturalis. inf. de leg. 1.
& est glo. in l. 1. in prin. inf. de bon. pos. contra tab. & in l. 3. C. de
natu. lib. ergo isti non potest fieri ista substitutio, pro hac opin.
facit tex. in d. l. humanitatis, inducendo hoc modo secundum
Aret. hic quia tex. ibi dicit, quod per hanc substitutionem ex-
cludit q̄rela inofficiosi testamēti, vt patet ibi, vt occasione &c.
& sic patet, quod loquitur in filiis, qui debebant, si fuissent sa-
nę mentis, aliquid relinquere parentibus, & istud non habet lo
cum in filio naturali, ergo &c. pro hac opin. facit etiam ratio
secundum domi. Alexand. hic, quia videmus, quod pupillaris
non potest fieri filio naturali tantū, vt vidimus in l. 2. in primo
requisito. sup. eodem, ergo eodem modo dicamus, quod non
possit fieri ista. cū hoc non reperiā differre, ergo debent conue
nire, prout no. Bar. hic non obstat secūdū eū, quod ista exem-
plaris pōt fieri a matre, licet filius non sit in potestate matris, ta
men filio debetur legitima in bonis matris, vt in §. mater. insti.
de exhæred. liber. iuncto §. igitur. insti. de inoffic. test. ergo sibi
vendicat locum d. l. humanitatis. Et ex his secūdum ipsum po-
test dari casus, qđ quis possit decedere cum tribus testamen-
tis, nam pone, quod pater & mater habeant filium naturalem
& furiosum, & pater faciat substōnem sibi, deinde mater, po-
stea iste filius det se in arrogationem, & pater arrogans faciat
sibi istam substitutionem, certe decedet iple cum tribus testa-
140 mentis, ita dicit dom. Alexand. Sed quicquid † dicant commu
niter docto. puto de subtilitate iuris veriorem esse opinionem
Bar. per rationem suam, nec obstat ratio dom. Alex. dicentis,
quod licet possit fieri a matre, tamen in bonis ipsius debet le-
gitima filio, quia licet debeatur filio legitima, tamen istud non
videt esse in casu nostro in cōsideratione, vt inf. dicā, ergo stat
firma ratio Bar. & quod in hoc est differentia inter exempla-
rem. præterea cum multę sint differentię inter istas substitutio
nes vt inf. videbimus, non inconuenit, vt etiam hoc casu diffe-
rant, & ita vt differant dicamus per not. per Ioann. Fab. in §.
qua ratione inst. eo. in 5. colum. in princ. confirmat ista conclu
sio Bar. quia ista exemplaris est inducta ex quadam humani-
tate. vt l. humanitatis. C. eod. & sentit Bartol. hic in tertio re-
quisito, & Christoph. Por. in d. §. qua ratione. in 3. colum. & in
fra multoties dicam, quæ quidem humanitas negari non po-
test, cum habeat locum etiam in filio naturali tantum, sicut
habet locū in filio legitimato & naturali quo ad terminos no-
stros, ergo dicendum est, quod ei pater possit substituere. Et
tenendo hanc opin. Bartol. quæ in puncto iuris est verior, non
obstant allegata in contrarium. & primo nō obstat. quod huic
filio non debeatur legitima, quia ad hoc respondeo quod dicta
l. humanitatis loquitur, quod filio relinquatur legitima, quan-
do filius est talis, cui debeatur. sed si non est talis, tunc non de-
bet relinqui legitima, & sibi poterit fieri ista substitutio. quin-
mo dico, quod nullo modo ad essentiam istius substitutionis
requiritur, quod filio relinquatur legitima, ex quo potest fieri
filio exhæredato, prout dicam infra in septimo requisito. &
sic patet quod ratio doctorum, qua fundatur contra Bartol
non est tuta. & tex. in d. l. humanitatis. dum dicit, legitima por
tione relicta hoc dicit ad hoc, ne si ipse sit exhæredatus, inten
tet querelam, & rescindat testamentū patris, quo casu rescin
ditur etiam testamentum filij. l. Papinianus. §. sed nec impube
ris s̄. de inoffi. testa. item si sit præteritus, quo casu testamen
tum patris est nullum, & nullę essent tabulæ pupillares, vt l. [illegible]
in prin. sup. eod. confirmatur hoc nam nulli dubium est, qui
iure factum possit fieri ista substitutio filio exhæredato, [illegible]
tunc non reperiebatur in hoc diuersitas inter pupillarem
exemplarem. & hodie in hoc non reperitur correctum, [illegible]
Præterea potest dici, quod in d. l. humanitatis inducatur, q[illegible]
relinquatur legitima, quia iste mentecaptus non potest ex[illegible]
redari, arg. d. l. si quis in suo. §. leges. C. de inoffic. testamen. v[illegible]
ista exhæredatio esset nullius momenti, & filius diceretur p[illegible]
teritus, quo casu testamentum esset nullum. vt l. non putau
non quar.

non quamuis infra de bono.pos. contra tabu. & sic etiam pu-
pillaris esset nulla, vt dixi. ne hoc eueniat, vt exhortatur impe-
rator, vt relinquatur legitima filio, quæ ratio cessat in filio na-
turali, qui si sit omnino præteritus non posset dicere testamē-
tum nullum, & per consequens valeret substitutio exempla-
ris sibi facta. Non obstat inductio Aret. quia ad illam respon-
det hic Ias. dicens, quod per illa verba, vt occasione &c. non vi-
detur demonstrare imperator ibi, quod loquatur de filijs iu-
stis, prout dicit Aret. sed vult dicere, quod quemadmodum in
pupillari substitutione nulla querela oriatur, vt l. Papinianus
§. sed nec impuberis, supra de inoffic. testam. & in cap. si pater.
de testamen. libro sexto, & ratio est, quia dicitur testamentum
patris & non filij, ista similiter ratio militat in hac substitutio-
ne, & ita etiam sentit Ias. in l. 2. in 1. q. tertius effectus, supra eo.
Sed vt ibi dixi ista sol. Ias. non est vera, & alius est sensus in illis
141 verbis, dum dicit, vt occasione &c. vt ibi dixi. dic vt ibi. † Et ex
his patet, quod de subtilitate iuris verior est opin. Bart. pro vi-
detur facere vltra supradicta ratio nulli dubium est, quod ma-
ter potest istam substitutionē facere, vt d. l. humanitatis, & in-
fra dicam, & isto casu mater potest facere substitutionem istā
filio suo naturali prout tenent omnes hic, & infra dicam, ergo
142 eodem modo sit in patre probatur, † quia quando vna deter-
minatio respicit plures personas debet eas pariformiter deter-
minare l. nam hoc iure supra eo. & in l. in testamēto la 1. C. de
milit. testam. l. 2. & l. quamuis, C. eo. inquantum ergo determi
natio d. l. humanitatis, respicit personam matris, respicit ipsam
etiam quo ad filium naturalem, vt dictū est, ergo eodem mo-
do inquantum respicit ipsum patrem, respiciat ipsum etiam
143 quantum ad naturalem filium, † nec huic rationi obstat, si dice
res, quod tunc vna determinatio respiciens plures personas
eas pariformiter determinat, quando est par ratio determinan
di, ita procedent supradicta iura, & regula, sed secus, quando
non est par ratio, tunc non pariformiter determinat, ita dicit
Ioan. de Imol. in l. Caius, supra solu. matr. arg. l. cum mulier, la
prima, iuncta glo. 1. sup. solu. matr. argum. l. 2. cum gl. in versic.
manumitti. sup. de offic. procon. & facit tex. in l. si ita scriptum
sup. de manu. testa. & ibi Bened. de plumbi. sed hic est diuersa
ratio. quoniam respectu matris debetur legitima filio naturali
vt inf. dicam, & tamen non debetur respectu patris, quia dico,
quod ista limitatio est aperte contra text. in d. l. nam hoc iure,
in §. sed si alter, & alia iura sup. allega. nam ibi est diuersa ratio
determinandi in persona impuberis, quam in persona pube-
ris, quoniam impuberi potest fieri pupillaris substitutio, &
non potest fieri puberi, vt in §. masculo institu. de pupil. sub-
stitu. coniuncto §. fi. eod. titu. & nihilominus pariformiter de-
terminat per rationem illius tex. nec etiā obstat, si dicas, prout
dicit domi. Alexā. in d. l. nam hoc iure in 3. colum. quod illud
quod dicit Imol. in l. Caius, procedit in dispositione legis, se-
cus autem in dispositione hominis, vt d. §. sed si alter, sed cer-
te licet d. §. sed si alter. loquatur in dispositione hominis, ta-
men est talis dispositio, quæ legi æquiparatur, ex quo est dispo-
sitio testatoris, vt in §. disponat in auth. de nup. colla. 4. vnde
non debet fieri differentia inter ista. non obst. d. l. cum mulier,
quia vere intuenti nihil ad casum nostrum, nec ob d. l. 2. quia
ideo est, quia manumissio non potest cadere in filio, & sic in
libero homine, vt l. manumissiones sup. de iustu. & iur. & insti.
de lib. §. manumissio, vnde ratione impossibilitatis ibi illud
verbum, manumitti, quo ad filium exponitur id est, emancipa
ri, quod non est in casu nostro pro hac opinio. Bartol. videtur
etiam alia ratio facere vltra doct. nam si mater potest filio suo
naturali tantum facere hanc substitutionem, vt infra dicetur,
iniquum est, dicere, quod hoc patri denegetur, argumen. d. §.
sed si alter eo maxime quod circa facultatem substituēdi plus
potest, quam mater pater, quia pater potest pupillariter substi-
tuere l. 2. supra eodem, & tamen non potest mater l. si mater
supra eod. & dixi in d. l. 2. in tertio requisito, & sic est bene cō-
144 firmata opinio Bartol. In consulendo † tamen & iudicando
nō recedas a communi opinione. Limitatur tamen ista com-
munis opinio videlicet quod filio naturali tantum non possit
145 fieri hæc substitutio est verū a patre sed a matre secus, † quia
mater poterit ei facere hanc substitutionem, & ratio est, quia
cum mater possit facere hanc substitutionem, vt d. l. humani-
tatis, & infra dicetur, & in bonis matris filio naturali debetur
legitima, vt l. si suspecta §. 1. sup. de inoffi. test. & in §. nouissime,
institu. ad Orfic. & in l. hac parte inf. vnde cogn. Limita tamen
146 hanc limitationem videlicet † quod mater possit filio suo na-
turali substituere, est verum, nisi sit illustris, tunc non pote-
rit ei substituere, & ratio est, quia isto casu in bonis matris illu-
stris non debetur sibi legitima, per ea quæ habentur in d. l. si
qua illustris, C. ad Orfic. & per §. si qua illustris, & in §. nouissi-
147 me, instit. ad Orficia. Sed pro clariori intelligentia dicas, † quod
septem reperiuntur species filiorum, prout declarat Christo-
phorus por. inst. de adopt. in princip. & in 2. col. per Nico. malu.
Fulgo. Bar. in l. cum quis, C. de iur. & fact. ignor. prima species

est, quia quidam filij dicuntur legitimi & naturales, & illi sunt,
qui ex me & vxore mea nati sunt, vt instit. de patr. pote. §. 1. &
naturales isti dicuntur, quia nati sunt per naturā, legitimi ideo
sunt, quia a lege approbati. nam lex approbat iustum matri-
monium, vt in toto tit. ff. C. instit. de nupt. & tunc si quæris, an
huic filio, si est furiosus, possit fieri hæc substō tam a patre quā
a matre, & dicendū est quod sic, vt hic, & in l. humanitatis, C.
eo. & in §. qua ratione, insti. eo. & in hoc cōcordant omnes, &
hoc est verum, quando solo defectu accidentali filius ipse im-
peditur testari, prout inf. dicam. Quidam sunt filij natura pro-
diti, & tñ a iure ciuili nō sunt approbati nec reprobati, sed sub
dissimulatione matrimonij permissi, & hi sunt nati ex legiti-
ma concubina, & appellantur naturales tantum, & istis an pos-
sit substitutio ista fieri dic vt dixi supra tñ inquantū dixi supra,
limitando cōem opin. quæ est, quod huic filio a patre nō pos-
sit fieri substō hæc, licet de subtilitate iuris tenuerim contra-
148 rium sequendo Bar. tamen † vt dixi, Ang. hic, & Imol. & com-
mu. doct. dicunt quod a matre bene potest fieri hæc substō. vt
d. l. hac parte infr. vnde cogna. coniuncta. d. l. humanitatis, nisi
sit ipsa mater illustris per ea quæ dicta sunt supr. Tamen istud
vr̄ dubium, & imo vr̄ dubium, & imò vr̄ quod esset si mater sit
illustris, quod isto casu si est retenta vt concubina, & suscepit
filium, quod ei poterit ab ipsa matre fieri hæc substō, vt argu. l.
149 si qua illustris, in fi. ad Orficia. C. vbi vult ille tex. † quod si mu-
lier illustris suscepit filium in cōcubinatu, quod ipse filius vna
cum legitimis extātibus succedit matri ab intestato, quinimò
contra testamentum matris habet querelam, vt tenet Iaso. in
§. nouissime insti. ad Orficia. per l. si suspecta §. 1. sup. de inoffi.
testam. & in §. tam autem, instit. de inoffi. testam. etiam hodie,
quia licet sit de iure canonico reprobatus concubinatus id est,
quod reputatur peccatum mortale retinere concubinam, ta-
men filij nati ex tali coitu non sunt ita damnati, vt prohibean-
150 tur succedere matri, vt dicit Ioan. Fab. in d. §. nouissime, † & sic
patet quod in bonis matris eis debeatur legitima, ergo ei po-
test substitui. vt d. l. humanitatis, & satis videtur ostendi ex d. l.
si qua illustris, in fi. si bene inspiciatur. Et per hęc puto non be-
ne dixisse Ang. Ioan. de Imol. Alex. hic, & est communis opi-
nio, quod mater illustris huic filio non possit substituere, quia
dico quod potest, etiam si habet alios filios legitimos, per su-
151 pradicta. Quidam † sunt filij, & sic tertia species, naturaliter in
cogniti, a iure tamen ciuili inuenti, & isti dicuntur legitimi tā-
tum, quales sunt adoptiui, & arrogati, vt institutio. de adoptio-
nibus, in princip. & in istis an possit fieri exemplaris substitu-
tio, dic vt dixi supra & hoc procedit respectu patris, procedit
etiā respectu matris, si sumus in casu quo mulier possit adopta
re, de quo in §. fœminę. instit. de adopt. quia est eadem ratio,
quæ est in patre, per ea quæ dixi supra. Quarta species filiorum
quidam sunt iure naturali cogniti iure ciuili in cogniti, & isti
sunt vulgo quæsiti, & isti appellantur spurij, d. l. si qua illustris,
in princip. & in d. l. si suspecta. §. 1. & alio modo isti appellantur
bastardi quasi sub hasta id est, vulgo concepti. nam dici solet
illa res est sub hasta id est sub publico posita. vt l. 1. C. de fide in
152 strum. & iure hastæ fisca. lib. 10. & isto † casu si quæris, nunquid
huic filio possit substitui, distingue, aut quæris, nunquid possit
substitui a patre, & dicendum est quod non, & ratio est, quia
cum iste sit vulgo quæsitus recte eius pater est incertus, vt d. l.
si qua illustris, in princip. & §. vulgo quæsitos, instit. de succes.
cogna. & in §. itaq; institu. de nup & ideo dicitur spurius voce
græca σπόρος, quæ interpretatur quasi sine patre natus, vt d. §.
itaque, & sic non censetur habere patrem vt supradictis iuri-
bus, & sic iste non censetur pater, & per consequens iste nō di
citur eius filius, sed ista substitutio fit a parentibus filijs & de-
scendentib. vt hic, & in §. qua ratione, insti. eo. & in d. l. humani
tatis, & sic isto casu non est dubium, quod non possit fieri ista
substitutio a patre. Et aduerte, quia inquantum Bar. hic loqui-
tur, quod filijs spurijs non potest fieri hæc substitutio, non lo-
quitur de spurio id est, de vulgo quęsito sed loquitur de spurio
id est, de nato in concubinatu reprobato. vt patet per iura per
ipsum allegata. quo casu forte, vt inf. dicetur, nec a patre nec a
matre possit fieri hæc substitutio. licet etiam opinio Bart. pro-
153 cedere possit in casu nostro quo ad patrem per prædicta. † Si
vero quęris nunquid substitutio possit fieri a matre, tunc sub-
distingue, aut ipsa mater nō est illustris, aut est illustris, primo
casu indistincte potest fieri a matre, siue habeat filios legiti-
mos ipsa mater, siue non, probatur hoc ratione, nam in bonis
matris ipse filius debet habere legitimam, vt in l. si suspecta. §.
1. supra de inoffic. testamen. coniuncta l. Papinianus §. quoniā
quarta, eodem titul. item ab intestato succedit ipsi matri, vt in
§. vulgo. institut. de succes. cogna. & in l. hac parte infra vnde
cogn. merito ei poterit mater facere hanc substitutionem, vt
d. l. humanitatis, & faciunt quæ dicta sunt supra in filio natu-
rali respectu patris, si vero mater est illustris, & tunc subdi-
stingue, aut habet filios legitimos & naturales, aut habet tan-
tum istos filios vulgo quæsitos, primo casu non potest mater
sibi fa-

sibi facere substitutionẽ exemplarem. & ratio est, quia in bo-
nis matris non debetur legitima. sed tantum succedunt legiti-
mi, vt probatur in d. §. si qua illustris. primo responso. vbi vult
text. quod nec ab intestato nec ex testamẽto matri possit suc-
cedere, quin nec inter viuos potest aliquid a matre consequi,
vt ibi dicitur. ergo ei non potest a matre substitui. vt d. l. hu-
manitatis in versicul. legitima. Sed ista ratio non videtur tuta
secundum opinio. Bartol. hic de filio naturali, quam tenui. vn-
de dico, quod potest alia dari ratio, quare mater non potest
substituere, quia a matre non sunt nominandi filij, & indi-
gnum est eos iudicari filios illius illustris. sed ista substitutio
fit filijs, vt d. l. humanitatis. probatur per simile, nam filio nato
ex reprobato coitu non potest fieri hæc substitutio. prout te-
net Bartol. hic per authen. ex complexu. C. de incæst. nupt. &
infra dicam ea ratione. quia non sunt nominandi filij, ergo ita
erit in casu nostro. Secundo casu scilicet quando non habet fi-
lios legitimos, sed habet tantum istos vulgo quæsitos, & tunc
ei poterit fieri ista substitutio, quoniam cessant rationes impe-
dimenti, & impeditiue, de quibus in præcedenti casu. & quod
cessent, probatur in d. l. si qua illustris in primo respon. a con-
trario sensu. & hoc tenet ibi expresse Paul. de Cast. & commu-
niter docto. cũ ergo cessent prędictę rationes, debet etiam ces-
sare decisio prædicti casus. vel. adigere. §. quamuis. de iure pa-
tronat. & not. docto. in l. nõ dubium. C. de leg. † Quinta species
154 filiorum est iure naturali inuenta, & iure ciuili cognita, sed eo
iure reprobata, & isti sunt, qui sunt nati ex nephario & incæ-
stuoso coitu, quales sunt, qui nati ex professa & professo & ex
muliere nupta, & sic ex adulterio, & consanguinea. & isti appel-
lantur incæstuosi quasi sine cæste id est sine regimine. vt l. si quis
incæstu. C. de nupt. & alio modo appellant manzeres † & istis
155 non potest fieri substitutio exemplaris secundum Bartol. &
communiter docto. hic. per tex. in authent. ex complexu. C. de
incæst. nupt. & per text. in §. fina. quib. mod. effi. natu. sui. vbi il-
la iura volunt, quod tales filij non sint nominandi filij, & per
consequens non censentur filij. & sic non potest fieri eis. cum
filij sint. d. l. humanitatis. C. eod. Pręterea secundum Barto. eis
non potest fieri pupillaris, vt dictum fuit in l. 2. in princip. in ter-
tio requisito. sup. eodem ergo nec eis poterit fieri exemplaris,
quæ dicitur inducta ad exemplum pupillaris, vt d. l. humanita-
tis. & d. §. qua ratione. Sed ista ratio non videtur tuta. quia ideo
eis non potest fieri substitutio pupillaris, quoniam non sunt in
potestate patris, prout requiritur, vt d. l. 2. in princi. & ib. fuit di-
ctum. tamen bene potest fieri ista substitutio vni, qui non sit in
potestate. vt sup. dixit Barto. in filio naturali. & dicetur. Tamen
puto opi. Bart. & communem veram per illam rationem, quia
non sunt nominandi filij. confirmo hoc, nam d. auth. ex com-
plexu. vult quod huiusmodi filij sunt priuati omni substantia
paterna, & sic eis non debetur sibi legitima. item vult, quod a
patre non debeant ali. ergo pater nõ debet ipsum alere, quæ
alimonia tendit ad substitutionem vitę ipsius adeo vt denegã-
do alimenta, solet dici, quod inducatur necatio, minus ergo
poterit fieri substitutio, quę solum bonorum prouisionem &
non vitę continet. & prædicta sunt indubitanter vera, quod ista
substitutio non possit fieri a patre. prout loquitur. dicta auth.
156 ex complexu. † Sed nunquid ista substitutio possit fieri a ma-
tre. Bar. hic & communiter doc. videntur sentire quod etiam a
matre non possit fieri. cum non distinguant inter matrem &
patrem. & hoc puto verum. quia authenti. ex complexu. habet
locum etiam in matre prout ibi declarat glos. communiter ap-
probata super verbo indigni. † Sexta species filiorum est natu-
157 ralium, qui efficiuntur legitimi per oblationem curię. Qui-
dam & sic septima species qui efficiuntur legitimi per subse-
quens matrimonium, & de istis habetur in §. quibus. institu. de
hære. quæ ab intesta. defe. & in §. fina. institu. de nup. Datur &
octaua species videlicet quod quidam sunt naturales legitima-
ti per rescriptum principis. & de hac habetur in §. si quis igitur.
in authen. quibus modis natu. effic. legiti. & in §. illud in authen.
quib. mod. na. effi. sui. in auth. præterea. in authenti. item si quis.
C. de natu. libe. & in istis tribus casibus si quæris, nunquid pos-
sit fieri hæc substitutio, postquam sunt legitimi effecti, non est
dubium, qđ põt fieri & ab vtroque parente, an vero ante legiti-
mationem an possit fieri, patet ex his quæ dicta sunt supra. S. d
quero iuxta prædicta, quid in casibus, in quibus filijs non legi-
timis fiat hæc substitutio, & ea facta, deinde legitimantur. quod
potest fieri, vt no. per gloss. & Bar. in d. authen. ex complexu. an
isto casu valeat ista quæstio dependet ex his, quæ dixi post Barto.
supra in l. 2. in tertio requisito. & quod dicam infra post Barto-
lum in quinto requisito in ea quæstione, qua quærit, quo tem-
pore quis debet pati dementiam. dic vt ibi. Et ex his habes ple-
nissime, an & quando possit fieri hæc substitutio. Cogita tamen
158 super præmissis † Quærit Bartol. in hoc primo requisito, an
patri furioso possit fieri substitutio per filium, & arguit per par-
tes. tandem concludit, quod filius non poterit substituere
exemplariter patri suo. & mouetur duplici ratione prima, quia
tex. noster cum similibus dicit, quod tãtum liberis fit ista sub-
stitutio, ergo non debet trahi ad parentes, vt l. si vero. §. de viro.
sup. solu. matri. Secundo ipse mouetur, quia in pupillari nõ in-
uenitur, quod filius substituat patri. ergo idem sit in ista, quæ
est inducta ad eius exemplum, vt d. §. qua ratione, & hanc opi.
sequitur Ioan. de Imo. & dom. Alex. qui dicit quod istam opi-
nionem sequuntur communiter doctor. & dicit Ias. hic, quod
hanc opinionem sequuntur omnes, pro hac opinione addu-
cit hic Imo. quod si diceremus filium posse substituere patri se
queretur maximum absurdum, quia haberet necesse seipsum
substituere, quod probatur, nam pone, quòd iste pater non ha-
beat alios filios nisi ipsum volentem substituere patri suo, cer-
te esset necesse, quod seipsum substitueret, probatur hoc, quia
d. l. humanitatis, pro forma inducit, quod si ille, cui fit substitu-
tio, habeat liberos, tunc debeant omnes, vel certi, vel vnus ex
his substitui, vnde esset necesse, quod seipsum substitueret, sed
istud est absurdũ, vt l. fi. §. de offi. præto. & in c. fi. extra de test.
imò dico, quod est impossibile, probo hoc, nã ad hoc vt possit
fieri exemplaris substitutio, requiritur, quod primo testator fa-
ciat testamẽtum sibi, prout. inf. dicam. in sexto requisito, & sic
tam institutionem quam substitutionem confert post mortẽ
suam, ergo impossibile est, quod seipsum possit substituere, vt
ar. §. post mortẽ. insti. de leg. & pro ista opinione Bart. adducit
etiam rationem, quia plus iuris habet pater in administratio-
ne bonorum ipsius filij, quam habeat filius in bonis ipsius pa
tris, vt l. is qui. supra de tuto. & curat. dat. ab his &c. respondet
Barto. ad d. l. is qui. inductam vt hic per eum, videlicet quod
aliud sit in administratione bonorum, quæ fit in vita, & aliud
in substitutione, quæ fit in testamẽto, & sic cõfertur post mor-
tem, argu. l. Aurelius. §. Caius. inf. de liber. lega. vbi minor 25.
annis non potest esse curator, vt in §. minor. insti. de excu. tut.
& tamen potest condere testamentũ, & sic non valet arguere
de vno ad aliud, & ista opinio vt dixi est communis. Tamen
Ias. hic, de subtilitate iuris tenet contrarium, & mouetur ipse,
quia fundamenta Bar. & doct. nõ faciunt aliquo modo pro opi
nione ipsorum, & primo non obstat ratio fundata in d. §. de vi
ro, quia respondetur secundum Iason. vbi lex loquens in filio
159 non extenditur ad patrem, ita econtra, quia respondet † Iason
quod d. §. de viro procedit, quia eius dispositio est de directo
cõtra ius commune. declaro. nam lex Iulia statuit, quod si ma-
ritus manumitteret seruum dotalem volũtate mulieris, quod
isto casu mulier possit repetere a viro, aut ab hæredibus eius,
si quid occasione libertatis date seruo fuisset consequutus, &
istud statuit contra ius commune, quoniam regula iuris com-
munis erat, quod si quis manumittit seruum alienum volun-
tate domini, & ob hoc si sit ipse aliquid consequutus, non te-
netur illud restituere domino serui manumissi, vnde lex Iulia
loquebatur de viro & de hærede eius, nunquid illud idem ha-
beat locum in socero dicit. d. §. de viro, quod non, vnde dicit
Ias. hic quod istud procedit, quia lex Iulia statuit contra ius cõ-
mune, merito loquens de vno non extenditur ad aliud, sed qđ
pater possit substituere pro filio furioso hoc non est contra ius
commune, immo videtur secundum ius commune, ex quo re
gulariter parentibus permittitur, quod exẽplariter substituãt
filijs suis furiosis, & ita proprie respondet Barto. vbi dixi in l. 2.
in princip. in 6. col. sup. eod. Sed ista solutio videtur dubia, quia
immo in casu nostro videtur statutum contra ius commune,
quia regula est, quod vltima voluntas habeat dependere ex vo
luntate eius, de cuius successione tractatur, vt l. illa institutio.
sup. tit. proxi. adeo quod si aliquis esset, qui committeret vni.
vt sibi faceret testamentum, vtique non valeret, & tamen isto
casu valet testamentum factum ab alio pro alio, ergo hoc est
statutum a iure contra ius commune, & sic ista responsio non
videtur tuta. & propterea Ias. respon. alio modo, videlicet qđ
dispositio loquens in vna persona tunc non extenditur ad aliã,
nisi essemus in correlatiuis, quia in correlatiuis est licita exten
sio de vna persona ad aliam, prout est in casu nostro, quia pater
& filius sunt correlatiui, & ideo est quod statutum in patre di-
ta paritate terminorum dicitur statutum in filio. l. fi. C. de indi.
vidui. toll. & ibi plene per ipsum, sed pater potest filio furioso
substituere exemplariter, eodem modo possit filius patri, si est
furiosus. Vel tertio secũdum ipsum potest dici, quod ideo lex
loquens in patre & matre, quod possint filio substituere, fecit
gratia frequentioris vsus, per hoc non excluditur, quin econ-
tra filius possit substituere patri furioso, per gloss. in clem. 1. in
160 vers. præsidente. de rescrip. Tu † vero responde aliter. ad d. §. de
viro. quia regula d. §. de viro procedit, quando ratio nõ est scri
pta in lege, sed quando ratio esset scripta in lege, tunc legem
disponentem contra ius commune virtute rationis expresse
in lege extendere licet. vt l. libertum. § senatusconsultum. ꝟ de
ritu nup. & tenet Pau. de Cast. in d. §. de viro. & tenet do. Alex.
in l. si constante. in 3. col. in tertia lim. i. sup. solu. matri. sed ratio
legis est scripta, vt d. §. qua ratione. iuncto principio eiusdem
tituli, quæ quidem ratio videtur esse generalis, ergo dicamus
quod

quod virtute illius rationis extendatur etiam ad filium substi-
161 tuentem patri suo furioso. præterea † quando sumus in fauorabilib. ex omni parte, tunc lex loquens in vno casu siue in vna persona debet extendi ad aliam l. qui neque §. 1. supra de reb. eo & no. Are. in l. 2. in 9. & 10. colum. & ibi dixi post eum sup. eod. Imol. in repe. d. §. de viro. in 2. fallen. ita est in casu nostro. nam est fauorabile ipsi patri, vt filius pro eo possit testari, quia decedet cum hærede ex testamento. argum. §. 1. instit. quibus ex ca. manu. licet, vel non. item est fauor etiam filio substituente, quia isto casu voluntas eius seruabitur argu. l. vel negare infra quemadm. testam. aper. & sic iam patet, quod ista prima ratio non valet nec etiam secundum Iaso. valet secunda ratio, quia respondetur, quod ideo non est inuentum in pupillari, quia est impossibile, quod sit pater, & sit pupillus, sed pupillaris fit pupillo. l. secunda in princ. supra eodem. Confirmo hanc impossibilitatem, quoniam ad hoc vt aliquis possit condere testamentum, debet excedere pupillarem ætatem, vt in §. præterea. insti. quib. non est permis. fac. testa. vnde filius qui vellet pupillariter substituere patri, debet esse maior pupillari ætate, ergo & pater est maior, alias esset dicere cōtra naturam, quod minor ætate sit pater quam filius contra §. minorem. insti. de adop. & contra l. adoptionem supra de adop. quæ quidē impossibilitas cessat in exemplari, quæ fit maiori, vnde bene pōt esse, quod pater furiosus habeat filium puberem quia potest testari, quo casu posset etiam pro patre testari. Præterea non fuit inuentum in pupillari, quia illi potest fieri pupillaris substō, qui est in potestate facientis pupillarem substōnem, vt in l. secunda. in princ. sup. eod. & insti. de pupil. substi. in princ. & §. fina. sed pater non est in potestate filij, immo potius filius est in potestate patris, ergo cum filius non habeat patrem in potestate sua, non poterit ei facere substōnem pupillarem, quę ratio cessat in casu nostro quia in hac substōne non requirit, quod ille, cui fit, sit in potestate facientis eam, prout dicet infra in tertio effectu. merito poterit fieri a filio ipsi patri furioso, & sic patet quod ista secunda ratio Bar. non est bona, & quod apparet maxima diuersitas in hoc casu inter pupillarem & exemplarem, ergo non licet arguere de vna ad aliam in hoc casu, prout sentit Bar. & multoties infra dicet. Non obstat etiam tertia ratio, quia dato quod pater habeat plus iuris in bonis filij, quam habeat filius in bonis patris, tamen istud non debet esse in consideratione, quia si consideraretur, sequeretur, quod mater non posset substituere, quia pater in administratione bonorum filij habet plus iuris, quam habeat mater, & tamen vterq; potest substituere, & vtraque substitutio concurret prout dicetur infra. Sed forte ista solu. est dubia, quia licet pater habeat plus iuris in administratione, quam mater, tamen ista mater habet plus iuris in administratione bonorum filij, quam filius in administratione bonorum matris, patet, quia est legitima tutrix filij sui, & tamen filius non est legitimus curator matris nisi ex quadam pietate, vt l. furiosę matris supra de cura. furio. & ista maioritas rationis cōsiderat, quę est inter matrem & filium, & patrem & filium, non autem consideratur illa maioritas iuris quæ est inter matrem & patrem, vnde alij dicunt, quod immo plus iuris haberent filij in bonis patris, quā habeāt parentes in bonis filij, quia viuente patre filius reperitur quasi dominus bonorum patris, quod non est ē contra, maxime hodie, cum quæratur tm̄ patri vsusfructus item magis debent bona patris suo filio, quam filij ipsi patri, nec ad hoc obstat d. l. is qui, quia non negat ille tex. quinetiam quo ad administranda bona patris filius nō habeat ius, sed dicit bene, quod videt quodammodo indecorum patrē a filio gubernari, & sic non fundatur ea ratione, quod plus iuris habeat pater, & sic ista ratio non valet. Nec etiam valet responsio Bar. in d. l. is qui. & aduerte, quia fortiter videt vrgere, quia curatio videtur inducta ad tuenda bona illius, qui aut propter ætatem, aut defectum mentis gubernare non pōt, sicut tutela, & sic datur ad prouidendum, & tamen illo casu filius pōt prouidere patri existens ipse curator patri suo, ita etiam dicamus, quod possit prouidere patri suo, ipsi exemplariter substituendo. Bar. respondet, quod illa lex loquit, quod filius potest esse curator patri suo, & sic potest viuente patre eius bona administrare, & sic loquitur de administratione bonorum in vita. at nos loquimur de substitutione, per quam tractatur de bonis ipsius patris post mortem suam, & sic loquimur in administratione bonorū post mortem, & inter ista est longa differētia, vt l. Aurelio. §. Caius. de liber. leg. & no. in l. 1. . . fuit quæsitum inter ad Trebel. sed ista respon. secundum Iaso. non valet
162 immo retorquet cōtra Bar. † nam facilius quis admittitur ad actum testandi, quam ad actum inter viuos, vt puta ad contrahendum. probo sic, adultus habens curatorem equiparatur pupillo quo ad contrahendum, tex. est in l. si curatorem habens. C. de inte. res. mil. & tamen ego habeo qđ licet minor habens curatorem ęquiparatur pupillo quo ad contrahendum tamen pōt testari, vt d. §. Caius sed in casu nostro filius admittitur ad actus inter viuos id est, ad administrandum bona patris, vt d. l. is qui. & d. l. furiosę matris supra de cura. furio. fortius debet admitti ad actum testandi in bonis patris, & sic ista responsio re-
163 torquetur contra Bartol. † Confirmo hæc, nam minor 25. annis non admittitur nec ad tutelam, nec ad curam, & sic ad administrationem bonorum in vita, vt in §. minor. insti. de excu. tuto. & tamen admittitur ad testandum, si est pubes, vt d. §. Caius, & sic facilius admittitur ad actum testandi, quam ad administrationem bonorum in vita, & istud sentit idem Bar. infr. in illa q. an mater transiens ad secunda vota, quod an sit verum, ibi dicam. Et per hæc Iason tenet contra Bar. & communem de subtilitate iuris & pro ista opin. facere vr̄ ratio vltra ipsum, nam ista substō videtur concessa ex quadam humanitate & ęquitate vt d. l. humanitatis, quę humanitas ita videtur vigere in filio respectu patris sicut in patre respectu filij, argum. d. l. is qui. & d. l. furiosę matris, ergo eodem modo dicamus, quod fi-
164 lius possit substituere patri furioso. † Et pro hac opin. etiam facit, quia quotiescunque dictum est speciale, & rō est generalis, certe rō ampliat dictum speciale, vt l. cum pater §. dulcissimis inf. de lega. 2. sed licet d. l. humanitatis, dictum sit speciale, ita quod solum comprehendat substōnem faciendam a parentibus descendentibus tamen quia ratio est generalis, vt d. §. qua ratione. dicamus, quod extendatur etiam ē contra. facit l. libertum. §. senatusconsultum supra de ritu nup. & sic habes istam
165 opinionem Ias. recte corroboratā. Tamen prædictis † non obstantibus puto non esse recedendum ab opi. Bar. & communi, & moueor, quia si vera esset rō Ias. eadem ratione esset dicendum, quod frater pro fratre furioso posset facere testamētum, quod reputo absurdū, & sic non obstat, quod sit inducta exemplaris ex humanitate præterea negari non potest, quin sit indecorum permittere, quod filius possit testari pro patre, vt d. l. is qui. et si diceres, non valet istud, quia toleratur hoc indecorum in curatore, quia responde, quod ideo toleratur, quia si non toleraretur, esse posset, quod bona patris dissiparentur, & per cōsequens ipse pater & filius efficerentur egeni, & cogeretur pater mendicare. probo sic. nam pater erat furiosus, & sic nescit administrare, vnde si nullus est, qui administret bona sua, certe dissipabuntur, vnde ne hoc eueniat, de necessitate debet dari curator ipsi patri, si est dandus curator, quis potest esse melior curator ipso filio? certe nullus, & ideo lex tolerat, quod filius fit curator patri, quæ ratio cessat in casu nostro, & sic patet ali-
166 ter responsum ad d. l. is qui. quam faciat Bar. † & per hoc patet non obstare, quod adduxi pro Ias. de ratione generali quæ ampliat dictum &c. quia istud est verum, nisi ampliando dictum resultaret aliquod indecorum & iniquum, & ita intelligo d. §. senatusconsultum, nam senatusconsultum tantum loquebatur de tutore & filio eius, vt non possent contrahere matrimonium cum pupilla propter hanc rationem, ne obtentu matrimonij eueniat, quod non reddat rationem administratę tutelæ. de hæredibus tutoris non loquebatur senatusconsultū ideo quæritur ibi, nūquid hoc casu locum habeat, & dicit quod sic, quia ratio senatusconsulti hunc casum comprehendit, vnde qđ dictum senatusconsulti per rationem suam extendatur ad hūc casum, non est indecorum & iniquum, immo resultaret indecorum & iniquum, si aliud diceremus, quæ omnia cessant in casu nostro, vt supra deductū est, ergo dictum speciale d. l. humanitatis, non debet per generalitatem rationis extendi, ergo tantum habebit locum in patre & matre volentibus substituere pro filijs suis furiosis seu mentecaptis, & sic habetis defensa tam opin. Bar. & communem, quicquid alias dicat hic Ias. Cogita super his, & aduerte, vt ista quæstio Bar. habeat aliquid dubitationis, debet intelligi in casu, quo filius potest testari, vt puta in filio emancipato, vel in filio habente castrense, vel quasi castrense peculium, de quo potest testari. nam si loqueremur in filio, qui non potest testari nulli dubium esset, quod nō posset patri substituere. nā ex quo sibi non potest facere testamentum, minus faciet alij, præterea ad hoc vt possit fieri ista exemplaris, requiritur quod ille, qui ipsam facit, faciat sibi prius testamentum, vt l. 2. §. prius supra eodem, & dicam infra in 6. requisito, sed isto casu non posset sibi facere testamētū, ergo &c. Et hæc de primo requisito. Secundum requisitum est, quod requiritur in pupillari substitutione quod filius non sit pubes, sed impubes, vt l. 2. in princ. supra eod. & in §. masculo, & §. fin.
167 insti. de pupil. substi. an † istud idem requiratur in hac exemplari substitutione concludit Bar. & bene quod non. per tex. nostrum & per dictā l. humanitatis, quæ ita loquuntur in filijs, qui possunt suscipere filios, ergo loquitur de filijs puberibus. Sed ista inductio non est concludens, quoniam istud stare po-
168 test, † quod filius suscipiat filios, & tamē sit impubes prout declarat Bar. & doc. in l. in pupillari. sup. eod. & dixi in l. 2. in vlt. q. supra eod. tamen bene istud, quod dicit Bar. probatur per tex. nostrum, qui aperte loquitur de filio pubere, & probatur expresse in §. qua ratione insti. de pupil. subst. Et ex hoc infero vltra docto. hic, quod pupillaris substō fit ad certum & limitatū tempus, vt l. in pupillari supra eodem. sed ista fit tempore non limitato.

limitatio. & hoc tenet glo. magna in d. §. qua ratione & ibi Io.
fab. in 5. col. & Docto. in d. l. humanitatis. & ratio differentię
est, quia post pupillarem ętatem cessat ratio propter quam in-
ducitur pupillaris. at in casu nostro omni tempore militat ra-
169 tio defectus mentis, ideo non limitatur tempore. Sed † quid si
fieret ista substitutio tempore limitato verbi gratia testator
dicit, si intra. 20. annos in furore decesserit, dico, quod ista sub-
stitutio valebit, & non durabit vltra. 20. annos. & ideo si post.
20. annos filius decedat in furore, substitutus non admittetur,
quia extinguetur substitutio, argu. d. l. si ita quis sup. eo. & istud
170 tenet Io. fab in loco supra alle. † Querit Bar. iuxta hoc requisi-
tum quidam habet filium impuberem mutũ, aut mentecaptũ
siue furiosum. an huic possit fieri exemplaris substitutio. & di-
stinguit post Guli. vt hic per eum & ex doctrina sua colligũtur
tres conclusiones, quæ sigillatim examinabuntur. Prima est
conclusio, quod filio impuberi non existenti in potestate po-
test fieri exemplaris substitutio. Secunda conclusio est, quod fi
lio existenti in potestate non potest fieri. Tertia conclusio est
quod si filio impuberi existenti in potestate est facta ista exem-
plaris quod intra tempora pupillaris ętatis valet iure pupilla-
ris, postea vero valebit iure exemplarię substitutionis, nisi sit
tempore limitata, vt hic per eum. Circa primam conclusionẽ
Barto. hic communiter sequuntur Doct. vt hic per Iason. & d.
Alexand. & Aretin. & mouetur Barto. hic, nam ex quo non
potest sibi fieri pupillaris substitutio propter defectum patrię
potestatis, vt l. 2. in prin. sup. eo. dicendum est, quod possit fieri
sibi exemplaris. argu. l. qui habet supra de tuto. nam quare ibi
attenditur defectus nature, nisi quia considerato defectu natu
re poterat sibi dari tutor, sed non potuisset sibi dari tutor, tunc
attenderetur accidens defectus cuius consideratione daretur
curator. ita hic ex quo attento defectu ętatis non potest sibi fi-
eri pupillaris, quia non est in potestate patris, ergo dicamus, qđ
fiat sibi exemplaris. Io. de Imo. hic tenet contra Barto. licet ip-
se dicat Barto. communiter approbari. & contra Bar. tenet idẽ
Imò. in c. Raynutius. in materia exẽplaris. extra de testa. & mo
uetur Imò. hac ratione, quia illi potest fieri hæc substitutio, qui
solum impeditur testari propter defectum mentis vt d. §. qua
ratione adeo vt si alio defectu, quam defectu mentis impedire
tur testari, ei non posset fieri hęc substitutio. ita tenet Barto. in-
fra in quinto requisito. & ibi dicetur. sed in casu nostro alio de
fectu, quam defectu mentis impeditur testari scilicet, defectu
ętatis. nam etiam si non esset furiosus aut mente captus, vtiq;
non posset testari, cum sit, impubes, vt l. qua ętate. sup. de testa.
& in §. præterea impuberes. insti. qui non est permis. face. te. er
go huic non poterit fieri hæc substitutio. Præterea dicit ipse
Imola, si pater non potest ei substituere, quando vnum tantũ
militat impedimentum scilicet, ętatis, exempli gratia pone, ꝙ
iste filius emancipatus sit impubes, tamen sit sanę mentis cer-
te sibi non poterit prouidere non per pupillarem, quia non est
in potestate. non per exemplarem, quia ista fit furioso, aut pro
digo mente capto, siue muto, vt infra dicetur. ergo ista nõ po-
terit fieri. si ergo pater non potest sibi prouidere. & tamen tan
tum vnum militat impedimentum in persona filij, minus po-
terit prouidere in casu nostro, vbi duo vigent impedimenta. ar
gu. § affinitatis. insti. de nup. & in l. si non lex Aelia Sentia. sup.
tit. 1. præterea dicit Io. de Imo. quod imputãdum est patri. qua
re ipsum emancipauit, cum ad hoc non compelleretur, vt l. fi-
liusfamilias. §. secundũ vulgarem infra de l. 1. & in §. fi. insti. de
adopt. Item imputandum est, quare ipsum non adoptauit vt l.
filio quem pater supra de libe. & posthu. maxime quia potest
rescripto principis arrogari, licet ipse non possit cõsentire quia
emancipatus est facit l. impuberem C. de adop. & sic in effectu
Imola concludit isto casu contra Bar. videlicet quod non po-
terit ei fieri exemplaris. Sed Are. hic & Alex. de Imo. tenet opi
nio. Bar. & communem, pro qua do. Alex. adducit istam ratio-
171 nem, † nam mater põt substituere filio impuberi mentecapto
vt d. l. humanitatis. & secundum cum hoc omnes fatentur, &
tamen constat, ꝙ ipsa mater non põt facere pupillarẽ, vt l. si ma
ter. in princ. sup. eo. & tñ constat filium non posse testari alia ra
tione, quã defectu ętatis quia impeditur ratione furoris. Sed sal
uando Imo. dici põt, ꝙ ista ratio. d. Alex. nõ est vera. quia non
est verum quod mater filio pupillo mentecapto possit exẽpla-
riter substituere. quia istud est de quo disputãt. quia si hoc pos-
set mater, eadem ratione posset pater. nec ob. d. l. humanitatis.
quia dico, quod ille tex. non loquitur in filio impubere mente
capto, sed in filio pubere & mentecapto secundum. Barto. hic
& probãt, quia. d. l. humanitatis. cõsiderat, quod ille filius possit
habere filios, vt patet ibi in ver. ita tamen &c. sed frequentius
accidit, quod post pupillarem ętatem aliquis habeat magieg̃.
inf. & sic loquitur de filio pubere. & sic ista ratio d. Alex. nõ est
bona. Præterea dicit. d. Alexan. pro opi. communi facit gloss. in
d. §. qua ratione. quæ vult per illũ tex. quod ista substitutio pos-
sit fieri non solum pupillis, sed etiam maioribus, licet pupilla-
ris fiat tantum impuberibus. & dicit. d. Alexand. quod ista glos-
sa est vera in his, in quibus nõ potest pupillariter substitui. Sed
huic fundamento potest responderi, negando illam gloss. qđ
non sit vera, prout dicetur infra in ista. q. vbi respondebitur
172 ad. d. §. qua ratione. Tamen † pro hac opi. Barto. & communi
vltra doc. posset allegari ratio nam substitutio ista fuit introdu
cta ex quadam humanitate & æquitate, vt d. l. humanitatis. C.
eo. sed ista humanitas & æquitas viget etiam in casu nostro, li-
cet sit impubes, maxime quia alia non potest fieri substitutio
per quam sibi succedatur ergo &c. Sed huic rationi potest re-
sponderi, quod licet sit ista substitutio inducta humanitate ta-
men ista humanitas non consideratur in casu isto, ex quo alius
defectus quam accidens defectus militat nam si in casu isto ista
humanitas consideraretur, vtique debuisset etiam posse fieri
filio impuberi emancipato sanę mentis, ex quo sibi alia nõ po-
test fieri, & istud est falsum, ergo &c. Et sic vides, quod opi.
Barto. est dubia. tamen Areti. hic & d. Alexan. respondent ra-
tionibus Imo. Et primo secundum Areti. non obst. prima ra-
173 tio sua, † quia pupillus non alia ratione prohibetur testari, nisi
quia lex præsumit eum esse incapacem tantę discretionis, quã
ta requiritur in tali actu. & licet ad hoc ipse nihil allegat pote-
rat allegare tex. expressum in §. pręterea impuberes. insti. quib.
non est per. face. test. ergo defectu mentis impeditur pupillus,
sicut furiosus, vt in §. item furiosi. insti. quib. non est per. face.
testa. vnde secundum eum si recte inspicias causam, ex qua il-
le, cui fit substitutio, esset inhabilis ad testandum, non impedi-
tur substituere. quia impotentia pupilli & impotentia furiosi
siue mentecapti viget sub eadẽ causa scilicet discretionis men
tis. & si dicatur, cur ergo pupillo, qui non est mentecaptus, nõ
substituitur exemplariter respondet ipse, quod magis subue-
nitur mentecapto, cuius impedimentum probabiliter præsu-
mitur esse perpetuum in omni ętate, quam pupillo, cuius im-
pedimentum finitur breui tempore scilicet, post pupillarem
ætatem. & probabiliter potest sperari, quod illo tempore fina
tur quia quilibet præsumitur quod possit viuere vsque ad cen-
tum annos. l. fi. C. de sacrosantis ecclesijs. l. an vsusfructus supra
queãdmo. vsu. amit. ista ratio diuersitatis colligitur ex. l. si lon-
gius. in §. si filius. & quod ibi no. sup. de iud. vbi propter diutur
num impedimentũ permittitur filio facere aliquid contra re-
gulas iuris, ne actio competens ei pereat. quod non permitte-
tur, quando impedimentum est tale, vt non sit verisimile præ-
174 iudicium patri posse generari ex tali impedimento † & sic sen-
tit Areti. quod istud sit vnum & idem impedimentum. & per
hoc tolluntur duę rationes Imo. hic. & quod sit vnum impedi
mentum, & non duo, probat Are. hac ratione, quia proroga-
tio facta de termino in lõgius tempus durante adhuc termino
non facit, vt terminus prorogatus videatur diuersus a termino
primo, vt l. sed si manente. inf. de præca. not. in l. 4. in princ. inf.
de dam. infec. & hoc est quia prouisio eiusdem speciei non di-
uersificat speciem. arguendo nunc de tempore ad rem, quod
licet sicut ecõtra, vt l. qui plures. in prin. s̃. e. l. miles. ita in prin.
inf. de mi. testa. dico quod sicut terminus prorogatus est vnus
cum primo, ita causa & inhabilitas temporalis effectu perpe-
tua, est eadem causa & eiusdem conditionis. ita dicit Aret. hic
Sed certe licet Areti. subtiliter reprobet rationem Imo. tamen
adhuc videtur quod possit defensari. quia si verum esset, quod
175 dicit Are. quod tantum militat vnum impedimentum † certe
sequeretur, quod si esset filius impubes sanę mentis, quod ei
posset fieri hæc substitutio, eo maxime quia ei non potest fieri
pupillaris, cum non sit in potestate, & impeditur defectu men
tis testari, & tamen hoc est falsum. vt etiam fatetur hic Areti.
nec obstat responsio Aretin. quia ideo magis subuenitur mẽ-
tecapto, quam si non est mentecaptus, quia primo casu præsu-
mitur impedimentum perpetuum, quod non est in secundo
casu, quia ad hoc respondeo, & dico, quod imò erit etiam isto
casu impedimentum perpetuum probo sic, nam si fieret ista
substitutio non mentecapto, certe deberet fieri in casu, in quo
moreretur in pupillari ætate, probo hoc, nam post pupillarem
ętatem ipse filius posset condere testamentum, vnde non esset
amplius necessaria prouisio patris siue matris. Præterea si pos-
set testator isto casu prouidere vltra pupillarem ætatem, vtiq;
auferret ipsi filio sanæ mentis liberam testandi facultatem, ꝙ
non est dicendum per text. nostrum, vnde dico, quod si a lege
esset permissum, quod isto casu huic impuberi emancipato
posset fieri exemplaris substitutio, quod nõ posset porrigi vltra
tempora pubertatis tunc sic, ęquiparatur eo casu quo morere
tur in pupillari ætate, sed si moreretur in pupillari ætate, impe
dimentum discretionis vtique fuisset perpetuũ, quia perpetuo
exponitur. i. quamdiu viuit, vt l. 1. s̃. pro soc. & facit quod vult
Bar. in 4. requisito. & sic isto casu eodem modo erit perpetuũ
in pupillo sanæ mentis sicut in pupillo mentecapto quo ad ca-
sum nostrum, quo casu erat pariter omnibus prouidendum si
vera esset consideratio Aret. & licet possit viuere vsque ad cen
tum annos, tamen non confertur intantum, sed solum in tem
pus pupillaris ætatis. Præterea non videtur esse considerandũ,
quod

ꝙ impedimentū in impubere emancipato ſanę mentis nõ ſit
perpetuum, quia ſi hoc eſſet conſiderandum, ſequeretur ꝙ pu
pillo exiſtenti in poteſtate non deberet fieri pupillaris ſubſti-
176 tutio, & hoc eſt falſum. † vnde dico, quod impedimentum tẽ-
porale conſideratur, & ideo huic emancipato non poteſt fieri
pupillaris, quia non eſt in poteſtate, non exẽplaris, quia non de
fectu ex accidenti impeditur teſtari, ſed defectu ætatis & natu-
ræ, & ideo ſi vltra defectum naturæ adeſt aliud impedimentū,
quod inducat ſimiliter defectum mentis, ei non poterit fieri
exẽplaris, quia ſolus defectus naturæ eſt in conſideratione, &
nõ cauſa accidentalis, vt d. l. qui habet, non ob. quod dicit Are.
per no. in d. l. ſi longius in §. ſi filius, quia ideo ibi permittitur fi
lio agere, ne ſi non ageret, præiudicium generaretur, ſed in ca
ſu noſtro ceſſat iſta ratio, quia teſtator poterit expectare, quod
efficiatur pubes, quo caſu poterit exemplarie ſubſtituere, & ſi
diceres poſſet mori impubes, vel poſſet pater antequam per-
ueniat filius ad pubertatẽ, quia licet hoc poſſet euenire, tamẽ
attenta ratione Are. hic nõ eſt conſiderabile, ex quo præſumi-
tur ꝙ poſſit vſque ad centū annos viuere, & ſic vltra puberta-
tẽ, & ſic patet qđ rõ Are. nõ eſt vera, & remanet vera rõ Imo.
177 non † obſtat qđ dicit Are. quod ſit verū impedimentū, quia di
co, qđ imò ſunt duo patet, quia [illegible] eſſet, vnū ſequeretur, quod
vno remoto in totū remoueretur impedimentū, & tñ hoc eſt
falſum, quia remoto furore remanet impedimentū ætatis, vel
ſi volumus dicere, quod ſit vnū impedimentum, procedet ex
diuerſis cauſis, adeo quod vna ſublata remaneret impedimẽ-
tum ex alia, ideo iudicantur vt duo impedimẽta, & propterea
non ob. quod ipſe dicit de prorogatione termini, quia illa pro-
rogatio termini procedit ex eadem cauſa & ex eadẽ perſona
ideo cẽſetur vnum tempus, & iſtud impedimentum cauſatur
ex duplici cauſa ideo, vt dixi, debet iudicari duo impedimenta,
ſicut dicimus in filio arrogato argu. eorum quę nota. doctor.
in l. ſi arrogator ſupra de adop. ergo remanet vera iſta ratio
178 Imo. & defenſata ab obiectionib. Aret. Non obſtat alia † ratio
Imo. ſecundum domi. Alexand. hic, inquantum Imo. dicebat,
quod imputandum erat patri, quare ipſum emancipauit, &
etiam quare ipſum non adoptauit, nam dicit dom. Alex. quod
hic tractamus de fauore filij, nõ autem ipſius teſtatoris quem-
admodum in pupillari ſubſtitutione, vt l. ex tribus. C. de inoffi.
teſta. & in l. ſi pupillus inf. de acqui. hære. vnde cū tractetur de
fauore filij, non eſt conſiderandum, quod patri ſit imputandū
ſed iſta ſolu. do. Alexã. non videtur tuta. quoniam in pupillari
ſubſtitutione tractatẽ de fauore ipſius filij, vt hic fatetẽ Alex. &
tñ iſtud factum patris nocet ſubſtitutioni nedū fiende l. 2. in
prin. ſ. eo. ſed ẽt iã factæ l. cohęredi. §. cum filia. ſup. eo. & facit
quod vult Bar. in l. Lucius in 3. col. in verſ. quæro vlterius infra
eo. ergo patet, quod videtur imputandum patri, quare ipſum
emancipauit. Tamen contra opi. Io. de Imo. facere videtur §.
qua ratione inſti. eod. ſed ad illum tex. reſpondebo. J. proxima
concluſione. Et pro iſta opin. Imo. faciunt omnia iura, quæ
loquuntur de iſta exemplari, quæ conſiderant filium eſſe pu-
berẽ, non alia ratione, niſi vt demonſtrent impuberi nõ poſſe
fieri. Et pro hac etiã opi. facit, quia ſi in caſu iſto eſſet vera opi-
nio. Bar. & communis, eſſet neceſſe dicere, qđ filio pupillo mẽ
tecapto exiſtenti in poteſtate patris ſaltẽ ab ipſa matre poſſet
fieri iſta ſubſtitutio, & tamen eſt falſum, prout omnes hic con
cludunt, & dicã. J. proxi. cõcluſione, 1 ro. ex quo reſpectu ma-
tris non põt fieri pupillaris, vt in l. ſi mater in prin. ſup. eo. nam
ſi in caſu noſtro poteſt fieri exemplaris a patre, quia non põt
fieri pupillaris ſecundū Bar. certe idẽ eſt, reſpectu matris, quia
nõ eſt in eius poteſtate vnde cõcludo de ſubtilitate iuris verio
rẽ eſſe opi. Io. de Imo. videlicet ꝙ nec a patre nec a matre poſ-
ſit fieri iſta ſubſtitutio, licet opi. Bar. ſi cõis, a qua in cõſulendo
& iudicando non eſſet recedendum cogita tamen. Et hæc de
179 iſta concluſione. Circa ſecundam concluſionem † concludit
hic Bartol. quod filio pupillo exiſtenti in poteſtate non poteſt
fieri exemplaris, & mouetur hac ratione, quia [illegible] quo [illegible] poteſt
fieri pupillaris attento defectu ętatis, illa debet fieri, non iſta
quæ poſſet fieri attento furore, arg. l. qui habet ſup. de tutel. &
illa opi. eſt communis prout referunt Are. & Iaſo. nam iſtam
tenet Albe. de Roſa. in repe. huius rub. in 31. colum. & Salice.
& Ange. tamen hic aliter dicebat diſtinguendo hoc modo, ꝙ
aut teſtator ſimpliciter ſubſtituit mentecapto, & tunc videtur
ſubſtituere pupillariter, arg. d. l. qui habet, quia iſto caſu pręſu-
mitur, quod teſtator magis voluerit attendere naturalẽ defe-
ctum, quam accidentalem, aut vult expreſſe ſubſtituere exem
plariter, vt puta, quia teſtator dixit, ſi in furore deceſſerit, &
tunc Ange. tenet ꝙ inf. pupillarem ætatẽ erit exemplaris, mo-
uetur Ange. hoc fundamento, quia an ſubſtitutio ſit pupilla-
ris ſiue exemplaris dependet ex voluntate teſtantis, vt in l. in
teſtamento. C. de teſta. milita. nec iſta ſubſtitutio durabit vltra
quam teſtator voluerit, vt arg. l. ſi ita quis ſup. eod. ſed teſtator
poteſt pupillo ſubſtituere exemplarie, prout concluſit Barto.
180 & cõmuniter ſcribẽtes ſup. in præce. cõclu. ergo &c. † nec ad
hoc obſtat d. l. qui habet, quia loquitẽ ibi in iudice, cui poteſtas
non eſt ita ampla, ſicut poteſtas ipſius teſtatoris, vt in §. diſpo-
nat in authent. de nup. & in l. in conditionibus primum locū
de condit. & demo. iſtra. pręterea d. l. qui habet loquitur in tu-
tela, adeo quod finita tutela iudex poſt pupillarem ætatem
non poſſet prouidere de tutore, ſed de curatore, ſed in caſu no
ſtro loquimur in ſubſtitutione, vnde mortuo teſtatore, & fini-
[illegible] pupillari ſubſtitutione per ſuperuenientiam pubertatis, iu-
dex non poſſet prouidere de exemplari, nilmirum ſi in caſu
noſtro debet dici exemplaris, eo maxime apparet quia de mẽ
181 te teſtatoris, quæ omnia ceſſant in d. l. qui habet, & hanc opin.
Angel. ſequitur Salice. in d. l. humanitatis. † Et aduerte, quia
eſt magni effectus cõſiderare vtrum ſit exemplaris, vel debeat
valere vt pupillaris, quia in exemplari debent ſubſtitui certę
perſonæ, vt d. l. humanitatis, at in pupillari omnis poteſt ſubſti-
tui, vt infra dicetur. Item exemplaris ſecundum communiter
Doct. non poteſt fieri exhęredato, at pupillaris ſic. vt inf. etiam
dicetur. Item in exemplari non excluditur mater, vt infra dice
tur, at in pupillari ſic, vt in l. Papinia. §. ſed nec impuberis ſup.
de inoffic. teſtamen. l. præcibus. verſi. ſi vero. C. eo. Item aduer-
te, quod iſta diſtinctio Ange. procedit in ſubſtitutione facta a
patre, in ſubſtitutione vero facta a matre indiſtincte debet cen
ſeri exemplaris, ex quo mater non poteſt facere pupillarem, vt
l. ſi mater. in princip. ſupra eodem, & ſic vides, quod Ange. te-
net contra Barto. quia Barto. vult, quod iſta exemplaris. inf. pu
pillarem ætatem ſit pupillaris, non exemplaris. Ang. vero vult
182 oppoſitum. † Et pro hac opinio. Angel. contra Barto. facit tex.
in d. §. qua ratione. ibi dum dicit, & ſi puberes ſint. nota illam
implicatiuam, etſi, quæ videtur innuere, quod iſta ſubſtitutio
poſſit fieri non ſolum filio mentecapto puberi, ſed etiam illi
poteſt fieri, ſi eſt impubes. ita tenet gloſſ. magna ibi, quæ vult
quod pupillaris ſit tantum impuberibus, iſta vero etiam maio-
ribus, & ſic per illam implicatiuam etiam ſentit quod impube
ri etiam fieri poteſt, & illam glo. per illum tex. tenet ibi Ioan.
Fab. 4. colum. vbi pro iſta opin. adducit iſtam rationem. nam
iſta ſubſtitutio poteſt fieri ab illo, qui non habet in poteſtate,
vt dicta l. humanitatis, ideo lex pariter voluit, quod poſſit fieri
puberibus & impuberibus, ſed pupillaris non ſit niſi ab haben
te filium in poteſtate, ideo ſit tantum impuberibus. l. ſecunda
in princip. & l. in pupillari ſupra eodem, & in hoc inter ſe di-
xerunt, & ſic Ioan. Fab. de directo tenet contra Barto. & ſequi
tur ipſum Ange. Bal. in d. l. humanitatis in 3. q. in penulti. colu.
prout refert hic domi. Alexan. non videtur ſe clare firmare ta-
men Ioan. de Imol. hic & communiter docto. ſequuntur Bar.
videlicet, quod iſto caſu non poteſt fieri exemplaris, & moue-
tur Imo. quia ſubſtitutio exemplaris dicitur ſubſidiaria, & in-
ducta in ſubſidium ad exẽplum pupillaris, & ſic eo caſu, quo
ei non poterat ſubſtitui pupillariter, vt dicta l. humanitatis, &
hic ergo debet ceſſare, quotieſcunq; poteſt aliter prouideri, ar
gumẽ. l. in cauſæ la. 2. ſup. de mino. declarat Bar. poſt Dynū in
l. in prouinciali inf. de no. ope. nun. pręterea ſecundū Imo. hic
hoc caſu fuiſſet ſuperflua conceſſio principis cõcedentis patri
poſſe exẽplarie ſubſtituere, cū ipſe pater potuiſſet ſubſtituere
pupillariter arg. l. ſi quando inf. de legat. 1. quod non eſt dicen
dum, vnde intelligendū eſt principem ſenſiſſe de pubere, &
non de impubere. Sed aduerte, quia iſtę rationes Imolæ viden
tur concludere reſpectu patris, ſed reſpectu matris non cõclu-
dunt, quia quo ad matrem vere iſta ſubſtitutio eſſet ſubſidia-
183 ria, ex quo non poteſt facere pupillarem ſubſtitutionem † ta-
men ipſe & communiter doct. videntur ſentire quod nec a pa
tre nec a matre poſſit fieri exemplaris, & hanc opin. ſequitur
184 hic Aretin. pro † qua ipſe adducit text. in d. §. qua ratione, ibi
dum dicit, & ſi ſint puberes, & illa dictio, etſi, ſecundū eū non
implicat ſecundum verum ſenſum, licet eam implicare dicat
Ioã. Fab. ſed ſenſus illius litere eſt, quod non ſolum impuberi
põt ſubſtitui pupillariter, ſed etiam poteſt puberi ſi non eſt ſa-
næ mẽtis ad exemplum pupillaris ſubſtitui, & ſic vere ibi tex.
innuit, quod pro pubere non impubere iſta ſubſtitutio fuit in-
troducta, & ſic illa dictio, & ſi ſtat bene implicatiue, ſed non re
ſpectu eiuſdem ſubſtitutionis numero, ſed reſpectu diuerſa-
rum, vt dixi, & quod non ſtet implicatiue reſpectu eiuſdem
ſubſtitutionis probatur ratione ſecundum Iaſon. hic, quia ſi
ſtaret, implicaret [illegible]ſum magis dubitabilem nam magis du-
bium erat, an poſſit iſta ſubſtitutio impuberi fieri, ex quo iſto
caſu erat prouiſum per pupillarem, quam quærere an poſſet
185 puberi, quia iſto caſu non prouidetur ſibi per pupillarem. † ſed
implicare caſum magis dubitabilem eſt contra naturam im-
plicatiue, vt nota. gloſſa in l. illud ſupra ad legem Aquiliam, &
l. quod ſi minor §. reſtitutio. ſupra de mino. declarat Fulgo.
in l. ſecunda ſupra [illegible] certum petatur, ſed ſi implicat reſpectu
diuerſarum ſubſtitutionum, tūc implicaret caſum minus du-
bitabilem, quoniam non erat dubium, quod impuberi poteſt
fieri pupillaris ſubſtitutio, quia hoc erat alias deciſum, ſed be-
ne erat dubiū, nunquid maiori furioſo poſſet ſubſtitui, ex quo

adhuc non erat decisum, nisi quando impetraretur a principe,
vt hic & sic isto casu implicat casum minus dubitabilem per-
mittendo quod maiori furioso, aut mentecapto possit directo
per exemplarem substitui, & hoc modo probat ille text. quod
puberi,& non impuberi potest fieri ista substitutio.& dictio,&
186 si, hoc modo ponitur pro quamuis, & stat proprie † & qd iste
tex. debeat intelligi vt supra probatur per eundem tex. in verf.
(infirmari) vbi vult ille text. quod si iste filius resipiscat, qd ista
substitutio infirmetur,& sic extinguitur, sed si ille tex. permit-
teret quod ista substitutio fieri possit etiam impuberi vtiq; male di-
ceret ille tex. dicendo eam infirmari, quia non infirmaretur in
totum sed valeret vt pupillaris, ex quo vna substitutio directa
potest substitui & conuerti in aliam directam, prout hic dicit
Bar & est tex. in l. Centurio. sup. eo. ita dicit Are. tamen subdit
ipse, quod ista inductio potest cauillari, dicendo, quod tunc in-
firmatur substitutio exemplaris, sed non pupillaris, vnde illud
verbum, infirmatur, respicit exemplarem non autem pupilla-
rem, sed secundum ipsum ista expositio facit vim literę, quia
aliud est dicere, quod substitutio infirmetur, & aliud est dice-
re quod valeat in vita alterius dispositionis, pro hoc facit, d.§.
qua ratione, in fi. vbi dicitur, quod per superuenientiam sanita
tis exemplaris substitutio infirmatur ad exemplum pupillaris,
quæ pubertate euanescit, vt dicit. hic tex. [illegible] pubertate pupilla-
ris totaliter infirmatur, ita quod non valet in vim alterius sub-
stitutionis, vt in l. in pupillari. sup. eod. ita sit in exemplari, alias
non eodem modo ista infirmaretur, quod videtur contra illũ
tex.& istud puto verum. Ex his ergo manifeste [illegible] tur intelligi,
quod filio tũ puberi sit hæc substitutio. & sic etiam in præce-
denti conclusione, prout ibi dixi, est concludendum, quod nõ
possit fieri exemplaris substitutio, licet contrariũ tenuerit Bar-
tol.& communiter docto. & male, quia aperte confunduntur
187 per d.§ qua ratione.† Sunt tamen qui aliter ad d.§. qua ratione
respondent, quod ibi illa dictio, & si, non exponatur pro quam
uis, & sic stet implicatiue, sed exponatur pro, si, & sic stet con-
ditionaliter, vt sit sensus, quod ita demum filio mentecapto
poterit fieri exemplaris, si sit pubes, alias secus, sed Ioan. Fab.
in d. § qua ratione, dicit, quod ista responsio facit violentiam
literę, quia exponere, & si, pro, si, est istam vocẽ impropriare,
quæ proprie implicat, & non conditionem importat. Sed cer-
te etiam conditionem potest importare, prout declarat Barto.
in l. 2. inf. de cõd. & demonst. & sic ista responsio potest subsi-
steri, alii etiam rñdent, quod illa dictio, & si, bene stat implica-
tiue, sed implicat respectu filiorum, qui non sunt in potestate,
quia potest fieri ista substitutio, licet sint impuberes, prout te-
net hic Bar. Sed certe ista respon. nõ est bona, quia diminatiua,
nam in dubio quilibet præsumitur in potestate, & non eman-
cipatus, cum emancipatio sit facti, vt l. si emancipati. in versic.
teque emancipatũ probatum fuerit, C. de colla. præterea non-
ne dixi in præcedenti conclusione q̃ emancipato impuberi nõ
põt fieri ista substitutio quo modo ergo respectu emancipati
potest tot implicare? quare teneas sol. Are. sup. relatam, quę est
vera, vt ibi dixi,& illã sequuntur Mod. Papien. hic,& sic vides,
quod verior est opinio Bar. quam Ange. & Ioan. Fab. pro qua
secundum Mod. Papien. facit tex. noster, in prin. in ver. puberẽ
ex quo datur intelligi, quod filio puberi potest fieri ista substi-
188 tutio † subdunt præfati Mod. Papien. quod ad istum tex. potest
responderi, quod hic ponitur narratio facti, in qua non funda-
tur decisio iurisconsulti, vnde non est licitum ex hoc arguere,
iuxta gl. singu. in l. vnica, in 3. intellectu. C. quam, non pet. par.
& ibi Ludou. Roman.& scribentes,& facit glo. in verf. tenetis,
in c. 2. de do.& contu. lib. 6.& gl. in c. auditis. de elect.& gl. in c.
1. de rer. permu. in 6. Sed certe licet ista sit narratio facti, tamẽ
satis dici potest, quod in hoc sit fundata decisio iurisconsulti.
cum ex eo quod filius erat pubes, pater obtinuit, quod substi-
189 tueret † ex quo habemus clare decisum per d. §. qua ratione,
quod filio impuberi nõ potest fieri ista substitutio, & sic requi-
ritur quod sit pubes. Præterea confirmo hoc noua ratione, nã
isto iure non poterat fieri hæc substitutio, nisi ille, cui fiebat, es-
set in potestate substituentis, & ideo non poterat fieri a matre
nec etiam poterit filio emancipato, fuit hoc postea inductum
per Iustinianum in d. l. humanitatis, vnde dico, quod si in casu
d. l. ex facto. filius fuisset impubes, frustra princeps concessis-
set patri facultatem substituendi cum sine de iure communi
poterat substituere pupillariter, argument. l. si quando, infra
de lega. 1. item frustra hoc impetrasset a principe pater, cum
iure communi potuisset pupillariter substituere, argument. d.
l. 1. in fi. inf. ad Municip.& l. 1. C. de thes. libro 10.& ideo impe-
trauit pater,& etiam princeps hoc cõcessit, quia filius erat pu-
bes, & sic satis dici potest, quod in hoc fundetur decisio iuris-
consulti,& quod iste tex. bene probet opinionem Bar.& com
munem, pro qua etiam facit quod dixi in præcedenti conclu
sione, videlicet quod illi non potest fieri ista substitutio, qui im
peditur testari alio defectu, quam defectu mentis ex accidenti
superueniente, sed iste impeditur alio defectu scilicet defectu

190 ætatis, ergo ei non potest fieri, vnde cõcludo † quod isto casu
non poterit fieri ista substitutio nec a patre nec a matre, & te-
nendo istam partem potest respõderi, ad ea quæ fuerunt in cõ-
trarium adducta,& primo non ob. ratio Ang. quia secundum
Imo. hic illud est verum, quod substitutio dependeret ex vo-
luntate testantis, vt dicta l. in testamento, quando potest adesse
191 facultas, ita proprie loquitur d. l. in testamento † nam ibi miles
poterat ex priuilegio maiori directo substituere & poterat sub
stituere secundum ius commune, certe tunc bene substitutio
an dicatur facta ex priuilegio vel secundum ius commune de-
pendet a voluntate militis, sed in casu nostro testator etiã si vel
let, non posset substituere exemplariter impuberi, vt sup. dixi,
ergo ratio Ange. non valet: similiter non obstat ratio Io. Fab. in
d. §. qua ratione, quia licet ista substitutio possit fieri ab omni-
bus. s. tam a patre quam a matre, non tamen sequitur, quod lex
voluerit, quod omnibus tam puberibus quã impuberibus fiat
ista substitutio. vnde ista ratio non concludit necessario. prate-
192 rea non † est vera responsio Angel. & Salic. ad d. l. qui habet,
in §.sinautē,in fi.inst. de pupill. substit. vbi si testator facit palā substōnem pupillarem vna cum testamento patris, tunc dicitur illā periculose fecisse propter insidias, quas substitutus poterit parare ad hoc,vt decedat in pupillari ętate,& sic ipse succedat,de quibus suspicionibus tangitur in l.1. & in l.qui filium C. vbi pup.educa.debēt: hæc autem suspicio erit maior & minor ſm qualitatem personæ substituti, si igitur est suspicio circa personā substituti, ista suspicio potest cadere in matre, quia poterit substituere vitricum, qui parabit insidias ipsi furioso, vel ipsa substituet aliam personam ex voluntate ipsius vitrici, & sic quasi ipsa mulier & mater insidiaretur vitę filij furiosi, siue mentecapti, & ineat occultam societatem cum hærede, aut cum vitrico. Sed certe istud fundamentū ſm Ias. hic parum facit,quia in casu nostro nō potest cadere ista suspicio matris, quia ipsa non poterit substituere vitricū aut alium ex voluntate ipsius, qm̄ in hac substitutione debet mater substituere descendentes ex filio mentecapto, vel si non sunt descendētes,debet substituere transuersales,vt puta fratres,l.humanitatis.C.eo.in fi.& secundum eum dicas, quod ista suspicio considerata per Aret.potest habere locum,cum non adsunt descēdentes aut transuersales,quia isto casu mater poterit substituere,quem voluerit, & sic ipsum vitricum, & sic isto casu forte procederet argumentum Aret.Sed certe nec isto casu puto,ꝙ procedat argum. Aret. quia tunc solum isto casu esset restringenda opin. Bart. & communis,quod videtur absurdum,tum etiam dato,quod isto casu vrgeat talis suspicio,tamen propter hanc suspicionem non debet priuari substituendi facultate, vt d.§.sin autem,vbi si pater substituat pupillariter pupillo suo talem, de quo possit verisimiliter dubitari,ne insidias vitę pupilli paret,etiam si ipse pater hoc sciret, & de hoc dubitaret,valebit ista substitutio pupillaris, etiā si palam esset facta, quia Imperator dat consilium, vt secreto tunc fiat, non tamen negat, quod si est facta palam, quod non valeat, vnde ex d.§.sinautē, infertur,quod suspicio insidiandi vitę pupilli non est causa,propter quam substitutio annulletur, aut aliter substitutus priuetur facultate substituendi,& sic iste tex. nō facit pro opin.Bar. 230
sed facit de directo cōtra, pro hoc facit l. Papinianus §.sed nec impuberis,de inoffic. testamento, vbi licet sit substituta turpis persona,& sic persona suspecta, nihilominus valet substitutio non obstante suspicione, ita sit in casu nostro, & pro hac opinio. Bart. Aret.allegat in arg.l.2.& l.naturali,§.si quęratur,sup. de confir.tuto.& l.pater filio,sup.de tutel.testam.& in l.mater de testam.tutel.in quib. iuribus habetur, quod si mater ei prouidet de tutore, tunc si filium instituit, confirmatur ista datio tutoris cum modica inquisitione, si vero non instituit filium, tunc non confirmatur nisi cum magna inquisitione, ita etiam declarat Barto. in d. §. si quæratur,in antepen.q. & sic quando mater non instituit filium, tūc prouisio matris nihil operatur, quia omnino sit maxima inquisitio in cōfirmando tutore, sed quando instituit,tunc operatur,ex quo non fit tam magna inquisitio,& ex hoc ipse arguit dupliciter,primo,quia lex nō credit iudicium ipsius matris simpliciter factum in fauorem filij, sed requiritur aliqua causæ cognitio. Et ex hoc datur intelligi, quod potestas prouidendi ipsi filio data matri dicitur competere iure speciali, vnde facilius debet tolli, vt l.eius militis §.militia missus infra de testamen.milita.& sic debet tolli per transitum ad secunda vota. Secundo ipse infert arguendo ex supra dictis, quod si mater non instituit filium, tunc eius prouisio non admittitur aliquo modo, & ratio est; quia est suspecta, ex quo nihil filio relinquit, ita secundum eum dicatur suspecta per transitum ad secunda vota, & sic vt non possit prouidere. Sed certe ista ratio Aretin. non valet,quia ideo maior inquisitio requiritur quando non instituit filium, sicut quando instituit, quia sumus in casu ibi, vbi actus a principio non poterat fieri a matre, quia non poterat dare tutorem filio, ex quo ipsum non habet in potestate, vt in §. permissum, institutio. de tutel. nam quando ipsum instituit, videtur magis ipsum diligere quam si exhæredat. ideo propter amorem quem in filium gerit, lex non requirit tantam facultatem & solemnitatem in confirmando tutorem. Confirmatur hoc, quia eadem distinctio fit etiam in patre, quando dat tutorem filio in casu, quo non possit, vt puta quia filius non sit in potestate sua, vt l. naturalibus,C.de conf.tuto.& in l.naturalis, sup.de confir.tut. vnde ex eo, quod pater non instituendo filium naturalem in eo quod potest, aut non instituendo filium emancipatum præsumeretur persona suspecta,& propterea etiam esset pręsumēdus suspectus, quando transiret ad secundas nuptias, & sic nō deberet ei substituere, quod est falsum secundum omnes hic, & infra dicam. Præterea dato quod in tutela mater præsumatur suspecta, adeo vt propter suspicionem ipsa non habet tantam potestatem circa dandum tutorem filio, nō propterea debemus dicere in substituendo, quod suspicio ipsius matris faciat, quod non possit ipsa substituere, prout dixi sup.per §. sinautem ita formidolosus, licet hoc forte possit euenire in tutela,in qua est maxima ratio diuersitatis, prout inf.dicam, prætera non est verum,quod dicit Aret.quod facultas substituendi ipsi matri dicatur concessa iure speciali, quia dico, quod imo eodem modo est cōcessa iure communi sicut ipsi patri, cum in ista non requiratur patria potestas, vt supra dictum est,ergo in matre non facilius tollatur, q̄ in patre, pręterea etiam non est verum,quod dicit Aret. ꝙ quando mater nō instituit filiū, non attendatur aliquo modo eius prouisio,quia dico,quod attenditur,licet non ita,vt in l.2.sup.de conf.tut.& in l.mater.C. de conf.tut. & declarat Bart.in d.§.si quæratur, in antepenult. col. Pręterea ſm Aret.hic,qn̄ mater instituit filium,tunc bene attēditur prouisio ipsius matris prouidentis filio,ita debet esse in casu nostro, cum exemplaris fiat tm̄ instituto, vt tenet infra Bar.& ipsemet Aret. vnde cum isto casu filium instituerit, debet attendi prouisio ipsius matris, & tanto magis, quia sumus in actu, qui potest cadere in matre, vt d. l. humanitatis, quod non est in tutela. Et ex his patet, quod rationes adductę per Aret.non probant opin. Bar.d. Alex.hic dicit,ꝙ in isto articulo putat ita dicendum, quia dicit ipse si tenemus quod quando pater est dilapidator & suspectus in administratione bonorū filij in vita,quod eodem modo dicatur suspectus in administratione bonorum filij in morte,& sicut priuatur facultate substituendi pupillariter pupillo suo,prout tenuit Bart.sup.in l.dum examinat,an filio exhæredato mala mente possit fieri pupillaris, supra eodem.tunc secundum eum idem esset dicēdum in hac substitutione, quia si mater per transitum ad secunda vota censetur suspecta in administratione bonorum in vita,multo magis debet censeri suspecta in administratione post mortem, & sic nō obstaret responsio Imol.quod aliud est in administratione in vita, & aliud in administratione in morte, si verū dicit Alexan. tenemus opinionem contra Barto. quam ibi ipse tenuit, quod imò possit pupillariter substituere, & tunc idem secundum eum est dicendum in exemplari,subdit tamē ipse quod Bal.in d.l.humanitatis, in versi.8. facit differentiam inter pupillarem & exemplarem,& propterea ipse putat veriorē esse opin. Bart.& nil aliud dicit. † Quid dicemus,puto opin. Imol.cōtra Bart.esse veriorem indistincte,siue teneamus opin. Bar.in d.l.2.quam ibi reprobaui, siue non, & ratio est, quia est fauor ipsi filio, quod mater posset ei substituere, quia isto casu facilius habebit hæredem ex testamento.Confirmatur hoc licet mater transeundo ad secunda vota dicatur suspecta in administratione bonorum in vita,non debet priuari his,quę concernunt fauorem filij,sicut dicimus in tutore,qui non fecit inuentarium,aut non satisdedit, reputatur suspectus, & non pōt administrare,& tamen potest facere, quæ concernunt fauorē filij,vt per Bar.in l.tutor qui repertorium, sup.de admin.tut.& l.qui duos,de reb.dub.præterea in substōne debet attēdi suspicio,prout dixi sup.allegando §.sinautem ita formidolosus,pręterea si qn̄ mater instituit filium pōt ei in testō dare tutorem, quæ datio non competit ipsi matri, vt in §.permissum,insti.de tutel.quāto magis poterit facere exemplarē, in qua requiritur instō filij,vt inf. dicetur, & illa exemplaris iure cadit in matre, & tenendo istam partem potest responderi ad allegata in contrarium pro Bart. & primo non obstat prima sua rō de d. l.lex quę tutores,quia illa lex loquitur quo ad administrationem in vita, quo casu non est commodū ipsi filio,sed potius incōmodū,cū mater dissiparet bona filij, & daret vitrico,quæ rō cessat in substōne, & sic in administratione post mortē,quia licet isto casu posset dare illa bona vitrico ipsum substituendo propter hoc bona filij non dissipantur in vita sua ita ꝙ cōstituatur in egestate, & cogatur mēdicare, & eodem modo rn̄ (?)tur ad arg.de educatione, nec huic solutioni obstat, si rn̄deres, vt facit hic.d. Alex.quia vt inf.dicam, non est vera, nō obstat tertia sua rō,quia nō valet ista argumentatio,non hēt administrationē in vita, ergo multominus in morte, quia dico, quod est falsa.& ꝯ text.in l.ab Aurelio.§. Caius,de lib.lega.vbi minor,qui hēt curatorē, non hēt administrationem bonorū suorū, vt l. si curatorē habēs.C.de in inte. resti.mino.& tn̄ pōt de bonis suis testari,vt d.§. Caius, sic habet administrationem in morte, & hoc expresse sentit Bar.sibi contrarius, sup.in primo requisito in ea.q.an patri furioso filius possit substituere,prout etiam ibi perpendunt Mod. Papien.non obst.distinct.dom. Alex.quia in primis dico,quod opin. Bart.in d.l.2.non est vera, & est cōmuniter reprobata,& ibi etiam reprobaui.& sic patet,quod responsio.do. Alex.data responsioni Imol.quam dat ad primam rōnem Bar.non est vera, pręterea dato ꝙ opin. Bar. in d.l.2.esset vera, tamen non esset idem dicendū in casu nostro, quia est aperta dr̄ia, nam in pupillari potest quilibet pęnitus extraneus substitui,& mater pręteriri.l. Papinia.§.sed nec impuberis, sup.de inoffic. testam. vnde bene isto casu potest cadere suspitio, sed in hac substōne non potest quilibet substitui, sed debent substitui venientes ab intestato,vt d.l.humanitatis, quo casu non oritur aliqua suspicio, quod substitutus insidietur vitæ filii, nisi dicas, quod ista suspicio poterit habere locum, quando non

essent venientes ab intestato, & per hæc etiam patet, quod non est
vera responsio Alex. data ad responsionē Imo. quā dat primæ
responsioni Bart. vnde verior videtur opi. Imo. cōtra Bar. licet
opi. Barto. sit magis cōmunis, a qua in consulendo & iudican-
do non esset recedendum, quam Ange. hic & cōmuniter oēs
231 limitant † non procedere in patre transeunte ad secunda vota,
quia per talē transitū nō redditur suspectus patet quia nō pri-
uatur administratione bonorū filij, & apud patrem ipse filius
educatur, vt l. generaliter C. de secū. nup. & in §. si vero expe-
ctet in auth. de nup. colla. 4. & in l. fi. C. de bo. mater, & facit gl.
ſm. do. Alex. in auth. quod mater C. de reuo. dona. quæ oēs rōnes
cessant in matre trāseunte ad secūda vota, vt per Bar. hic, & ita
post Ang. cōcludunt Raph. Cuma. Imol. Aret. & d. Alex. Ias.
hic Sal. & Bal. in d. l. humanitatis, & oēs indifferenter, & ista est
232 veritas, cogita tñ super præmissis. † Quid autem si prius mater
fecisset substitutionem, deinde trāsiuisset ad secunda vota, an
irritetur ista substitutio per transitū ad secūda vota, tenet Bar.
quod sic, quia dicit ipse, requiritur, quod adsint omnia requisita ad
pupillarem substitutionem tempore mortis, vt l. cohæredes. §.
cū filiæ. s. eod. ita sit in exēplari, & sic illud debet adesse, quod tpe
mortis mater non transiuerit ad secunda voca, & hanc opi. se-
quitur Aret. & d. Alex. & Ias. & pro ista opin. mouetur Ias. du-
plici ratione. prima est, quia quotiescunq; actus non est adhuc
perfectus, & consummatus, tūc si deuenit ad eū casum, a quo
incipere non potest, vitiatur vt l. si sub §. si quis viam de verbo.
oblig. sed ista substitutio non est perfecta viuente matre, argu.
eorum, quę not. Bartol. in hac lege, in ca. q. an legitimatio su-
peruenīētia filiorum extinguatur, & ibi dixi, ergo mater trā-
seundo ad secunda vota deuenit ad casum, a quo non incipe-
ret substitutionem, vt supra proxima quæstio. conclusit Barto.
ergo dicamus, quod isto casu extinguatur. Secundo mouetur
Iaso. quia inhabilitas superueniens in persona pupilli vel sub-
stituti, annullat substitutionem antea legitime factam, vt l. co-
hęredi §. cum filiæ supra eod. eadem ratione si inhabilitas su-
perueniat in substitutione, debet fortius vitiare. Cōfirmo hoc,
quia est sibi imputandum, quare transiuit ad secunda vota, si-
cut dicimus in simili, quod quo ad substitutionem est impu-
tandum patri, quare filium emancipauit, per ea quæ not. Bar-
to. in l. Lucius in 3. columna in versic. quæro vlterius &c. & ibi
dicam infra eodem, & sic concludit Iaso. quod extinguatur
ista substitutio. † Contrarium tamen tenet hic Imo. & idem
233 tenet Rapha. Cuma. & hoc idem sequuntur Bald. & Salicet.
in d. l. humanitatis, & pro ista opinio. mouetur Imo. hic quia si
post transitum ad secunda vota mater non priuatur facultate
substituendi exemplariter, prout ipse conclusit in præcedenti
conclusione, ergo fortius non extinguitur substitutio iam fa-
cta argumen. l. patre furioso sup. de his qui sunt sui vel alie. iur.
& in capitu. quemadmodum de iureiuran. & in capitu. actum
legitime de regulis iuris libro 6. ad hoc præstat optimum ar-
gumen. imò videtur casus in l. si quis filio exhæredato. §. fina.
supra de iniusto & irrito testamento, & hanc opinio. Imo. se-
quitur Bald. in dicta l. humanitatis, motus hac ratione, quia fa-
cta ante transitum non infringuntur per transitum ad secun-
da vota, vt in authent. de nup. in §. sin autem in tutela, in fin.
& ista ratio concludit etiam data vera opinione Bartol. in præ-
cedenti quæstione. Secundo mouetur ipse, quia transire, ad se-
cunda vota non est delictum, vnde cum non sit delictum, nō
debet extingui testamentum antea factum, vt in l. 1. §. exigit,
cum sequen. infra de bonorum possessionib. secundum tabu.
& ibi not. nec etiam est aliqua capitis diminutio. & hanc opi-
nio. sequitur ibi Salice. & respondent Bald. Salice. ad dictum
§. cum filię, quia loquitur, quando inhabilitas superuenit in
persona illius, cui fuit facta substitutio ex capitis diminutione,
vt puta quia fuit emancipatus, sed in casu nostro inhabilitas su-
peruenit in persona substituentis, & non superuenit ex aliqua
capitis diminutione, nimirum si non debet extingui ista exē-
plaris. Confirmo istam solu. nam ad esse pupillaris requiritur,
quod sit in potestate substituentis, vt l. 2. in prin. sup. eodem.
Item quod duret in potestate vsque ad mortem pone, quod
tempore factæ substitutionis erat in potestate, tamē exiuit po-
stea per dignitatem, certe non extinguitur ista pupillaris, vt te-
net Barto. in dicta l. 2. in quinto requisito, & tamen stante fa-
ctam substitutionem filius exiuisset patriam potestatem, vtiq;
ei pater non potuisset pupillariter substituere. [illegible] d. quin
to requisito, & ratio est, quia quando filius post factam substi-
tutionem exijt patriam potestatem per dignitatem, non dici-
tur aliquam passus capitis diminutionem, vt in authent. [illegible]
dignitas. C. de episcopis & clericis, & in corpore vnde sumi-
tur, ita in casu nostro, nam mater transeundo ad secunda vota
non diminuitur capite, nilmirum si non debet extingui ista
exemplaris, maxime etiam cum testamentum matris teneat,
& ideo si in persona matris interueniret aliquid, propter quod
matris testamentum extingueretur, tunc bene extingueretur
exemplaris, argumen. l. 2. in versicu. sed si cos supra cod. Imo

in ca. Raynutius de testa. in materia exemplaris substitutionis
tenet idem quod hic, & aliter respondet ad dictum §. cum fi-
lię, dicens quòd ibi loquitur in pupillari substitutione, at nos
loquimur in exemplari, inter quas substitutiones est maxima
differentia, vt ex supradictis patet, & inf. patebit, & per hoc nō
videtur, quòd absolute liceat arguere de vna ad aliam, & pro
hoc facit, quod vult Ioan. Fab. in §. qua ratione institu. eodem
in vlti. colum. in versicu. sed quid si parens nullum fecit testa-
mentum. Sed do. Alexand. reprehendit istam sol. nam secun-
dum eū, & omnes fatentur, vbi nō apparet manifesta differen-
tia inter exēplarem & pupillarē, dicuntur conuenire, ita quod
de vna ad aliā licet arguere, ita multoties dicit Barto. hic vnde
cum quo ad casum nostrum non reperiatur differentia, certe
debent cōuenire. Sed ab ista reprehensione d. Alex. potest sal-
uari sol. Imo. quia in casu nostro apparet manifesta differētia,
quia pupillaris est inducta de rigore iuris propter patriam po-
testatem, prout tenet hic Guliel. & s. fuit dictum, non mirum
ergo si cessat cessante patria potestate maxime per capitis di-
minutionem. Sed exemplaris fuit inducta ex humanitate, quæ
videtur durare post transitum ad secunda vota, ex quo a prin-
cipio fuit legitime facta Raphael cumanus, hic tenet contra
234 Bartol. per supradicta. Aretin. hic † distinguit concordando
opiniones, quod aut mulier incontinenti post factam substitu-
tionem transiuit ad secunda vota, & tunc irritetur substitutio,
& sic sit vera opinio. Barto. hic, & ratio est, quia ex actu incon-
tinenti secuto declaratur, quod mulier tempore substitutio-
nis habebat animum transeundi ad secunda vota, & sic vide-
tur eadem ratio, quæ est in illa, quę transiuit ante substitutio-
nem, vt arg. l. si ventri. §. fi. cū ibi no. j. de priuileg. credi. & in l.
sed & Iulianus. §. proinde in tex. & gl. ad Macedo. sup. pro hoc
facit l. lecta. versic. dicebā si cer. peta. licet Are. non alleget. aut
mulier transiuit ex interuallo, & tūc quia prçsumitur fideliter
cōiuluisse filio, ex quo adhuc de secūdis nuptijs nō cogitabat,
& tunc sit vera opi. Bal. Sal. Imo. & aliorū. Sed illa rō & distin
ctio non vr̄ vera, quia non vr̄ facienda distinctio, an transiuerit
incontinenti, an ex interuallo, quoniam antequā mulier transeat ad
secunda vota, cessat rō Bart. & doct. per quā mouentur, quod post
transitū ad secunda vota non possit substituere, vnde cū cesset
ratio, debet cessare dispositio iuris, vt l. adigere. §. quamuis de
iure patro. nō ob. d. l. si ventri. & alia iura allegata. sup. quia alio
casu loquuntur, & habent maximam rationem differentię, vt
ibi patet, vnde cōcludo de subtilitate iuris veriorem esse opi.
Imo. Bal. & aliorum per ea quæ sunt adducta sup. nec obstant
fundamenta Iaso. quia primo negatur, quod ista substitutio non
sit perfecta viuēte filio & matre quia dico quod est perfecta, imò
perfectissima, licet executio pēdeat vsq; ad mortem filij, idest
ipsa successio ex ipsa substitutione, & hoc tenet Bartol. hic in
princ. 3. col. & ibi dixi, vnde nilmirum si non extinguitur, licet
235 perueniat ad casum, a quo incipere non potuit † Confirma-
tur hoc, quia si non diceretur testamentum perfectum ante
mortem testatoris, sequeretur, quod si testamentum perueniret
ad eum casum, a quo incipere non potest sine facto ipsius te-
statoris, quod tunc deberet irritari attenta ratione Iaso. hic
& tamen hoc est falsum declaro nam furiosus non potest cō-
dere testamentum, vt in §. furiosi. instit. quib. non est per. face.
testa. pone quod aliquis sanæ mentis fecit testamentum, & post
factum testamentū ei superuenit furor, nunquid isto casu irri-
tetur testamentum iam factum, ex quo peruenit ad eum ca-
sum, a quo incipere non potuit certe testamentum non dice-
retur perfectum, & deberet extingui attenta ratione Iaso. hic.
& tamen hoc est falsum, vt in §. item furiosi. inst. quib. non est
permis. facere. testa. & l. 1. §. exigit prætor. & ibi no. inf. de bon.
pos. secundum tab. & ita sit in casu nostro, non obstat secunda
ratio prædicti Iaso. quia satis patet responsio ex prædictis sup.
respondendo ad l. cohęredi. §. cum filiæ sup. eo. post Bal. in d. l.
humanitatis. Et ex his sum expeditus de illo tertio requisito.
Quarto requiritur in pupillari substitutione, quòd ille, cui fit
pupillaris, fiat sui iuris per mortem patris, vt l. cohęredi. §. cum
filiæ sup. cod. & plene fuit dictum sup. in l. 2. in quarto requisi-
to. An illud idem requiratur in exemplari, Barto. hic conclu-
dit quod non, quoniam qualitercunq; filius fiat sui iuris valet
ista exemplaris, siue fiat sui iuris per mortem patris, siue viuen
236 te patre. † & ratio est secundum Bartol. quia in hac exemplari
substitutione non requiritur, quod sit in potestate substituentis
vt l. humanitatis. C. eo. & dictum fuit sup. proximo requisito,
ita dicit Bar. & bene cum quo concordant omnes hic, & ind.
l. humanitatis, ex hoc infertur, quòd est differentia inter pupil.
larem & exemplarem, & istud sensit Io. Fab. insti. de pupil. sub
in 4. col. Et hæc de quarto requisito, quia doct. nihil addunt.
237 † Quinto requiritur in pupillari substitutione, quod ille, cui
fit substitutio, non sit recusatus in potestatem alterius l. 2. in
ver. sed plane. s. eod. & ibi Bar. in quinto requisito, vbi assignat
rationem, & ibi etiam plene dixi. An istud idem requiratur in
exēplari substitutione, Bar. hic concludit quod sic, quia secundā
cum

eum inductum est, quod quis possit alteri testari, cum ille tm
impeditur propter defectum dementiæ vel similem casum, si
vero non solum propter defectum dementię sed etiam pp pa-
triam potestatem vel similem casum impediretur, tunc non
posset ei fieri, exemplaris. rõ est, quia cessante impedimento fu
roris non posset per se testari, ergo non possit per alium, vt l. ne
238 que per se. C. de hæred. insti. per istam † rationem dicit Bar. hic
quod Gulie. determinabat, quod si furiosus ante furorem esset
condemnatus de crimine ex quo efficeretur intestabilis, tunc
non posset sibi substitui exemplariter, vt puta quia ante furorẽ
fuisset hæreticus, vt l. Manicheos. C. de hære. & mani. vel quia
fuisset deportatus, vt l. si quis filio exhæredato. §. irritum. de in-
iust. rup. irrit. testa. & l. quidam infra de pę. Et ex hac ratione in-
fertur vltra docto. hic quod mater non poterit substituere filio
suo furioso existẽti in potestate patris, qđ no. propter illa quæ
dicentur infra super illa. q. quid si est facta illa substõ a patre &
a matre, quis præferatur, & ista dicta Bar. hic sequuntur Bal. &
Sal. in d. l. humanitatis, & communiter docto. hic, & in d. l. hu-
239 manitatis. † Sed aduerte tu vltra doct. quia videtur Bart. sibiip-
si contrarius, quia supra in secundo requisito. post Guliel. vol-
uit, qđ impuberi furioso emancipato põt fieri exemplaris sub-
stõ, & tamen isto casu alio impedimento quam impedimento
furoris impeditur testari. nam dempto furore omnino ille nõ
posset testari, qa impubes, vt in §. præterea impuberes. inst. qui-
bus non est permis. face. testa. & l. qua ætate sup. de test. & tamẽ
Bar. sentit hic contrarium dom. Alexan. in d. secundo requisi-
to conatur saluare Bar. a cõtrarietate, quia dicit, quod Bar. hic
est intelligẽdus in casibus, in quibus possit fieri pupillaris sub-
stõ, tunc non fiet ei exemplaris, exempli gratia, est impubes fu
riosus in potestate patris, certe isto casu non poterit fieri exem
plaris, quia impeditur testari ille filius alio defectu, quam defe-
ctu furoris, & sumus in casu, vbi filio potest fieri pupillaris, alias
si non possit fieri pupillaris, quia esset emancipatus, tunc bene
potest fieri ei exemplaris, & ita intelligit dicta in d. secundo re-
quisito. Sed certe ista concordia est de directo contra Bar. hic
nam si filius est talis, qui post mortem substituentis sit recasu-
rus in potestatem alterius, vtique isti non potest fieri pupilla-
ris substitutio, vt in l. secunda. in ver. plane supra eodem. & ibi
plene fuit dictum, & tamen isto casu si iste est furiosus, aut mẽ
tecaptus secundum Bar. non potest ei fieri exemplaris, quę at-
tenta concordia dom. Alex. fieri potest, & ideo non est bona.
quia Bar. hic ab omnibus est approbatus. Areti. in secundo re-
quisito, qui perpendit de ista contrarietate Bar. concordat alio
modo, dicens, quod Bar. in d. secundo requisito loquitur, quã-
do illud duplex impedimentum erat sub eadem causa, sed hic
istud duplex impedimentum non est sub eadem causa. declaro
vt iuuenes intelligant. pupillus impeditur testari, quoniam iu-
ra præsumunt quod non habeat tantam discretionem, quanta
requiritur in confectione testamenti, & istud videtur conside-
rare imperator in l. fin. C. de test. mili. & sic ex defectu discretio
nis non potest testari. furiosus autem impeditur testari ex defe
ctu discretionis, nam nullum est animi iudicium furioso, vt in
d. §. furiosi. insti. quib. non est permis. face. test. Vnde si ista duo
impedimenta concurrunt in eadem persona, certe dicuntur
oriri sub eadem causa, nil mirũ si ei põt fieri exemplaris substi-
tutio, & ita procedit opin. Barto. in d. secundo requisito, at hoc
impedimentum patrię potestatis non est sub impedimento di
scretionis, quia si est vnus pubes & sanę mentis, si est in pote-
state patris, non potest testari certe hoc non est ex defectu di-
scretionis & iudicij, vt clarum est, sed furor bene est sub causa
defectus discretionis, vnde si isti defectus concurrũt in eadem
persona, ideo ei nõ potest fieri ista substitutio, quia ista duo im
pedimenta non oriuntur sub eadem causa discretionis, & ra-
tio differentiæ est quia primo casu illa duo impedimenta iudi
cantur vt vnum impedimentum, at secundo casu non iudican
tur vt vnum, sed vt duo prout vere duo sunt. Sed certe ista con
cordia Are. non est vera, quia est expresse contra Bar. hic. & sic
laborat eodem morbo, quo laborat concordia domini Alexã.
supra relata, & quod sit contra Bar. probatur, dum assignat ra-
tionem, quare recasuro in potestatem alterius potest fieri exẽ-
plaris, dicit Bar. quia inductum est vt ei fiat, qui solum propter
dementiam & similem casum impeditur, si vero alio defectu
impeditur, vt puta propter defectum patrię potestatis vel simi-
les, tunc ei non possit fieri. No. dum Bar. dicit vel similes, cer-
te non potest dari alius casus similis patriæ potestati nisi detur
defectus ætatis, & sic isto modo Bart. sentiret, quod impuberi
non posset fieri ista substitutio, nisi dicas, quod potest dari ca-
sus similis, licet non sit defectus ætatis, quem ponit Bartol. hic
post Gulie. quo casu ista duo impedimenta oriuntur ex diuer-
sa causa, & hoc modo non esset concordia Aret. contra Bar. ta
men ex alio non placet mihi concordia Are. quia non est ve-
rum, quod quando illa duo impedimẽta sunt sub eadem cau-
sa, habeantur pro vno, quia si haberentur pro vno, vtique debe
ret posse fieri ista exemplaris impuberi emancipato, & tamen

hoc est falsum, nec ad hoc ob. responsio Are. ibi prout dixi, &
per istam rationem Bar. hic & ibi recessi ab opi. de qua ibi per
eum. Item aduerte, quia contra doctrinam Bar. hic facit, quod
no. Bal. in d. l. humanitatis. in 7. q. 2. q. princ. vbi voluit, quod fi-
lio monacho furioso potest exemplarie substitui, licet ipse sit
in potestate Abbatis, & ita tenet Ias. in d. l. humanitatis, in 2. co
lum. ĩñ isto casu alio defectu impeditur testari, quam furoris,
etiam si non esset furiosus iste monachus non posset testari, vt
in auth. ingressi. C. de sac. san. eccl. cuius contrarium sentit Bar.
hic. sed considera quod Bald. in præfato loco non contrariatur
aliquo modo, quia Bal. ibi dicit ꝙ si est facta exemplaris isto ca
su quod non valet vt exemplaris sed valet vt fideicommissaria
arg. eorum quæ habentur in l. verbis ciuilibus. sup. eo. & quod
non valeat vt exemplaris ipse Bal. probat. primo quia iste mo-
nachus est in potestate Abbatis, ergo ei non potest fieri. per no
ta. per Bar. hic, secũdo quia monasterium habetur loco filij, vt
habetur in c. in præsentia. extra de proba. & sic non posset isto
casu pater alium substituere ipsi filio nisi monasteriũ, vt l. hu-
manitatis. C. eo. & frustra monasterium substituit cum omni-
no bona sint obuenientia monasterio, vt d. auth. ingressi. Ter-
tio ipse Bald. mouetur quia exemplaris intelligitur facta si sine
liberis decesserit, vt est tex. hic, sed monasterium habetur loco
filij, ergo non potest fieri ista substitutio. sed Bart. hic loquitur,
quod fiat exemplaris, & quod valet vt exemplaris. certe istud
fieri non potest, vt hic per Bartol. & sic Bartol. & Bald. non cõ-
trariantur adinuicem. Sed aduerte, quia inquantum Bald. dicit
quod valet vt fideicommissaria, & non vt exemplaris, istud nõ
videtur verum, quia ingrediens monasteria, quod non posset
testari, vt d. authent. ingressi. est verum, nisi habeat filios, tunc
poterit testari. vt authen. si qua mulier eod. titu. & videtur sen-
tire gloss. ibi in verbo, diuidere, & ibi tenent communiter Do-
cto. & sic videtur, quod ex eo. quod sit in potestate Abbatis, nõ
impeditur, quin possit testari, vnde isto casu puto, quod huic
monacho poterit substituere exemplarie seruata solemnitate
de qua in d. auth. si qua mulier. nã pro eo põt fieri exemplaris
substitutio a parente, qui remoto impedimento furoris vel si-
mili posset per se testari, vt hic per Bar. sed ita est in casu nostro
ergo &c. Et aduerte, quia omnino hoc non facit contra Bart.
quia tunc existenti in potestate alterius, vel in potestatem alte
rius recasuro pater non poterit facere exemplarem substitutio
nem, quando patria potestas ita impediret, vt remoto furore
nihilominus non posset testari, sed quando remoto furore po
testas nõ impediret ipsi filio testamenti factionem, dico quod
ei posset fieri exemplaris, & hoc non negat Bar. hic. Sed quæro
240 vltra Docto. † quia Bar. hic vult, quod filio recasuro in potesta
tem alterius non posset fieri substitutio an istud consideretur
tempore factæ substitutionis, an vero tempore mortis substi-
tuentis. declaro, pone, quod habeo nepotem puberem & fu-
riosum ex filio, quem filiũ nunc habeo in potestate, & simili-
ter nepotem, nũquid isto casu potero ei substituere, ex quo es-
se posset. ꝙ mortuo auo reincideret in ptãtem patris, puta quia
filius & sic pater nepotis sit mortuus viuo patre suo vel fuerit
a patre suo emancipatus, & vr quod consideretur tempus mor
tis, argum. eorum, quę vult Bar. hic in seq. qõ. dum allegat. §. ex
traneũ. In contrarium puto ꝙ sit veritas, quod considerẽ tem
pus testamenti id est quod si euenerit, quod facto testo imme-
diate testator moriaẽ, tunc ille reincideret in potestatem alte-
rius, quod ei non poterit fieri exemplaris, argu. l. 2. in ver. plane
coniuncta gl. ibi super verbo non sunt sup. eo. & pro hoc videẽ
facere tex. in l. cum filiusfamilias inf. de mili. testa. alias esset di-
cere, quod existenti in ptãte alterius posset fieri ista substõ, &
etiam pupillaris, quia esse posset, ꝙ ante mortem substituentis
fieret sui iuris, quod est falsum secundum omnes, & sic ad hoc
vt possit fieri ista substõ in supradicto exemplo, requirit, quod
filius pater ipsius nepotis tempore factæ substõnis sit sublatus
de medio vel per mortem, vel per emãcipationem, & istud pu
to verius licet dom. Alexan. in l. 2. in 2. col. in ver. quem confir-
mo. teneat ꝯtrium & male, vt ibi dixi, quod no. quia ista videẽ no
ua. q. & adde istam quæs. his quæ dixi in d. l. 2. in quinto requisi
241 to. † Quęro vlterius similiter vltra Docto. pone, ꝙ aliquis non
impediat testari propter defectum ex accidenti superuenien-
tem, qui defectus causet imbecillitatem ingenij, sed impediaẽ,
qđ sit hæreticus, vel qa sit deportatus, an ei poterit fieri exem-
plaris, in hęretico dicas quod non per tex. in l. Manicheo. C. de
hære. & manich. in deportato similiter idem dicas, quia videẽ
incapax eorum, quæ sunt iuris ciuilis, vt l. quidam infra de pęn.
sed testamenti factio est iuris ciuilis vt l. 1. sup. de test. ergo &c.
pro hoc facit l. si quis filio exhæredato. §. irritum. sup. de iniust.
test. & probatur hoc, quia iste amisit testamenti factionem fa-
cto & delicto suo, ergo ei non debet posse fieri, vt argu. eorum
242 quæ no. glos. in l. 1. §. exigit. inf. de bo. pos. secundum ta. † Quæ-
rit hic Bart. quia, vt dixi, requiritur, quod ille, cui fit substitutio
impediatur testari propter furorem vel similem casum, quęrit
quo tempore debet adesse furor siue dementia, vtrũ requira-
tur, quod

tur, quod adsit tempore testamenti & substitutionis, an vero
est satis, ꝙ adsit tempore mortis substituentis, licet non fuerit
tempore substitutionis, & concludit Bar. quod satis est, quòd
sit tempore mortis, alleg. ad hoc. l. 2. §. sed si extraneum. supra
eod. qui tex. secundum intellectum glo. ibi, & clarius Bar. in 3.
requisito in ver. quæro quo tempore requiratur quod sit in po
testate &c. probat, quod licet in pupillari substitutione requi-
ratur, quod pupillus sit in potestate substituentis, vt d. l. 2. in
princip. tamen satis est, quod sit in potestate tempore mortis
licet non fuerit tempore testamenti, ita sit in casu nostro, nam
ad hoc vt alicui possit fieri substitutio exemplaris, requiritur,
quòd propter furorem, vel similem casum impediatur testa-
ri, vt dictum est, tamen videtur sufficere, ꝙ iste defectus adsit
tempore mortis, vnde arguendo secundum Barto. de pupilla-
ri ad exemplarē, quod quidem argumentum valet, vbi non re-
periatur diuersitas, videtur dicendum idem quod Bart. hic, &
cum hac decisione pertranseunt omnes hic, & nullus est, qui
faciat mentionem de hac q. Bar. nisi dom. Alex. qui tenet cum
Bar. & dicit, quòd ita tenet Bald. in d. l. humanitatis, in 11. col.
243 † Sed aduerte, quod licet omnes ita teneant, tamen puto, quod
ista opi. sit omnino falsa. & si casus occurreret, contrarium cō-
sulerem, & primo dico, ꝙ intellectus glo. & Bar. ad d. versi. sed
si extraneum, est ab aliquibus reprobatus, & ibi ipsum reproba
ui, & tenui, quod immo in pupillari requiritur, quod sit in po-
testate tempore testamenti, nec sufficit, quod sit tēpore mor-
tis, vt ibi plene dixi, ergo eadem ratione dicemus, quod demē-
tia debeat adesse tempore substitutionis attenta ratione Bart.
hic. Præterea præsupposito quod intellectus gloss. & Bartol.
ad dictum ver. sed si extraneũ, sit verus, & sic sit vera eius opi.
videlicet, quod in pupillari substitutione sit satis, quod pupil-
lus sit in potestate tempore mortis licet non fuerit tēpore te-
stamenti, tamen non videtur idem dicendum in hac substitu-
tione, quia in casu nostro est differentia inter exemplarem &
pupillarem. ergo non licet arguere de vna ad aliam. & quod
sit differentia, probatur, quia exemplaris substitutio cōcipitur
si filius in furore decesserit, prout infra dicetur, & dixi. sup. in
secundo requisito in tertia conclusione, si ergo fieret illi, qui
tempore factæ substitutionis esset sanæ mentis, certe esset spe-
rare malam & aduersam fortunam cōtra. l. Iulianus. infra, qui
& a quibus, & in proposito nostro hoc dicit Barto. infra dum
quærit, an in expressa vulgari contineatur tacita exemplaris.
Præterea ista opinio. probatur ratione inconuincibili, nam si
tempore substitutionis erat sanæ mentis ex quo fit puberi, &
sic erat habilis ad testandum, vtique si valeret ista substitutio,
auferretur ipsi filio testamenti factio, quod esset iniquum, vt
hic in nostra. l. & hoc maxime, quando fit filio emancipato.
Item procedit etiam, quando fit filio existēti in potestate, quia
militat eadem ratio, cū incontinenti testator præsumit se mo-
riturum & ista est veritas per neminem tacta. Cogita tamen
244 super præmissis. † Sed quæro vltra doct. pone, quod filius ante
furorem erat vsurarius manifestus, & non præstitit cautionem
de soluendis vsuris secundum formam cap. quāquam. de vsur.
lib. 6. deinde superuenit furor nunquid ei poterit fieri exem-
plaris substitutio: dicit Bal. in d. l. humanitatis. in antepe. col. in
versic. Tertio quæro, quod sic in bonis tantum substituentis,
argum. l. si is qui. sup. eod. & istud contingit propter possibilita
tem, vt l. 1. C. de secundis nuptijs, cōfirmatur hoc per id, quod
habetur in l. si arrogator. ff. de adop. vbi pater arrogās facit sub-
stitutionem pupillarem solum in quarta, non aũt in omnibus
bonis, facit. l. si plures. §. in arrogato. sup. eo. Sed ego puto con-
trarium, ꝙ imò non possit ei fieri exemplaris ita vt exemplaris
valeat moueor, quia iste etiam alio impedimento quā furoris
impeditur testari, vt patet in d. c. quāquam, ergo ei non potest
fieri ista substitutio per rationem Bar. hic, & dixi sup. præterea
si in casu supradicto valeret vt pupillaris, quia traheretur solū
ad bona substituentis, eueniret, ꝙ ille, cui fit substitutio, dece-
deret pro parte testatus, & pro parte intestatus, quod esse non
potest etiā si substituens esset miles, nisi hoc ipse miles expres-
sisset, quod non potest euenire in casu nostro, cum ipse miles,
si in omnibus bonis vellet substituere, nō posset, & facit ad prę
dicta. l. sed si plures. §. ad substitutos. sup. eo. nō ob. d. l. si is qui.
quia per hoc testator ibi non decedit pro parte testatus. Item
non ob. d. l. 1. de secun. nup. quia licet ibi mulier non possit se-
cundo viro disponere nisi de tertia parte in testamento, tamē
in alijs bonis disponet relinquendo alijs, si vero in testamento
disponeret tantum de ista tertia relinquendo viro, dico ꝙ non
valeret, ex quo pro parte tantum est testata, at in casu nostro fi-
lius de alijs bonis non posset disponere, cum non possit cōde-
re testamentum, non ob. d. l. si arrogator, quia ibi est specialis
casus, & ratio specialitatis redditur ibi per Pet. & Bar. & alios,
quæ ratio cessat in casu nostro, ideo non debet trahi ad casum
nostrum. l. quod vero. ff. de leg. & sic non pōt fieri exemplaris,
vt valeat tanquam exemplaris, bene tamen fateor, ꝙ si fit ista
exemplaris, quod isto casu trahetur ad fideicommissum, per

no. in l. verbis. ff. eo. & dixi in l. 2. ff. eo. & hoc casu forte loquitur
Bal. in d. l. humanitatis. licet nō ita se declaret, alias male loque
retur, vt ex prædictis patet. Et ex his sit expeditū istud quintū
245 requisitum. † Sexto requiritur in pupillari, ꝙ pater faciat sibi te
stamētum, vt in l. 2. §. quisquis. & d. §. prius. ff. eo. & in §. liberis.
insti. de pupil. substi. nunquid istud requiratur in exēplari. Bar.
hic concludit quod sic, & mouetur ratione, quia cum ista sub-
stitutio dicatur testamentum filij, & sic sit accessoria, non pōt
stare sine suo principali, & patet, quia ab eo confirmatur vt l.
pxima, & ista ratio redditur in d. l. 2. in vers. sed si eos. & in d. §.
liberis. Secundo mouetur Bart. per d. l. humanitatis. quæ vult,
quod illi filio saltem relinquat legitimam, & sic debet sibi te-
stari. Sed ista inductio nō valet, quia prout dicetur infra in se-
quen. requisito, nō requiritur de necessitate ad valorem istius
substitutionis, qđ filio relinquatur legitima. prętetea dato qđ
ille tex. velit istud requiri de necessitate, tamen nō infertur de
necessitate, quod sibi debeat facere testamētum. quia tempo-
re d. l. humanitatis. sufficiebat quod quoquo relicti titulo relin-
queretur legitima. l. omnimodo. C. de inoff. test. & infr. dicē.
tamen ita concludit Bar. & cum hac conclusione pertransēūt
Imo. Ang. & Areti. d. Alex. Ias. & communiter Doct. & Doc.
in d. l. humanitatis. Tamen Ioa. Fab. quem Doc. non allegant
in §. qua ratione. insti. eo. in 5. col. in ver. sed quid si parens non
facit sibi testamentum. tenet cōtrarium. & mouetur ipse, quia
nulla lex est, quæ dicat, ꝙ in exemplari requiratur, ꝙ pater sibi
faciat testamentum. & licet hoc sit inductum in pupillari, ta-
men non est dicendum, quòd idem sit in exemplari. cum non
semper sit idem in vna quod in alia, cum multę sint differētiæ,
vt patet in persecutione materiæ. nec obstat, quod dicatur ad
exemplum pupillaris, quia istud secundum eum importat qđ
sicut pater potest filio suo impuberi pupillariter ita etiam pos-
sit filio suo puberi mentecapto substituere. ita dicit ipse. Sed
certe opin. Bart. & communis est vera. quia negari non potest,
quin eodem modo exemplaris dicatur accessoria, sicut pupil-
laris cum non possit ratio assignari, cur ista dicatur principalis,
& pupillaris accessoria. Vnde cum accessoria non potest stare
sine principali, vt l. 2. infra de pecul. leg. & in regula, accesso-
rium. de regu. iur. lib. 6. prout dicit Bart. hic. & ex hoc patet, qđ
ratio Io. Fab. non est vera. quia satis apparet, quòd lex istud in-
246 duxit. nec † est etiam verum, quòd ea ratione dicatur ad exē-
plum, quia sicut parens impuberi potest substituere, ita potest
substituere puberi mentecapto, quia ad exemplum dicitur,
quia est similis & in causa producendi, & in causa finiendi. in
causa producendi sentit. §. qua ratione. nam videtur, quòd fue-
rit inducta ad prouidendum ei, qui non propter defectum ęta-
tis, sed mentis impeditur testari, quemadmodum pupillaris est
inducta ad prouidendum pupillo, qui propter defectum ætatis
impeditur testari. & istud istud voluit ibi Imperator, dum dixit,
qua ratione &c. & in hoc dicitur ad exemplum pupillaris. Itē
statutum est, quod aduenīēte sanitate exemplaris expiret, quia
cessat impedimētum, quemadmodum pupillaris expirat adue-
niente pubertate, quia cessat impedimentum, & istud voluit
247 Imperator in d. §. qua ratione. in fi. & sic patet, † quod opinio
Bartol. est verior. pro qua vltra allegata supra vltra Doc. facit
tex. in d. l. humanitatis. ibi, vt occasione huiusmodi substitutio-
nis ad exemplum pupillaris nulla querela oriatur, secundum
intellectum quem dedi in l. 2. in 1. quæstio. tertij effectus. supra
eodem. qui text. sentit, quod filio relinquatur legitima, ne si sit
exhæredatus, habeat querelam quam intentet contra testamē-
tum patris, quo casu rescinderetur, & sic etiam rescinderetur
exemplaris substitutio. vnde si non requireretur, quod parens
sibi faceret testamentum in exemplari substitutione prout
vult Ioan. Fab. vtique sequeretur, quod rupto testamento parē-
tis, vel quia non esset ex eo adita hęreditas, vel quia esset resci-
sum per querelam, quod non rescinderetur exemplaris. ita pro-
prie arguit iurisconsultus in l. miles ita. in §. fin. de milit. testamē.
248 & tamen hoc est falsum per dicta. l. humanitatis. † Quare tene
opinionem Bartol. quam Bartol. hic limitat non procedere in
milite, quia miles poterit facere exemplarem substitutionem fi-
lio absque eo quod sibi faciat. vt l. miles ita in §. fina. de milit.
testa. pro hoc facit. l. in fraudem. §. penul. de milit. testamen. & l.
2. versicul. quisquis. supra eodem Sed Angel. hic reprehendit
istam limitationem, quia si filio debet relinqui legitima, vt d. l.
humanitatis. & tenet Bartol. in sequen. requisito, vbi dicitur, er-
go debet miles sibi testari, quia alias non relinqueret ipsi filio
legitimam prout videtur esse de forma exemplaris substitutio-
nis. ergo ista exēplaris non debet valere cum non sit seruata for-
ma. non obstat secūdum Ang. tex. in d. l. miles ita. in fi. & alia iu-
ra sup. allegata. quoniam illa iura loquuntur in pupillari substi-
tutione. at nos loquimur in exemplari, quæ in multis differt a
pupillari prout fatentur Docto. cōfirma tu hāc solutionē Ang.
249 in proposito nostro apparet manifesta differentia. † nam in pu-
pillari substitutione non requiritur, quod filio relinquatur le-
gitima, patet quia potest fieri filio exhæredato. vt l. 1. §. fina. sup.
eo. & in

eo. & in l. in ratione in l. fin. inf. ad legem Falcidiam. & in l. cum
quidam. C. de leg. & in §. non solum. instit. de pupilla. substitu.
& tenet Barto. hic in seq. requisito. sed ista substitutio non po-
test fieri filio exhæredato, vt probatur in seq. requisito, & ibi
dicetur, ergo apparet quod quo ad casum nostrum est mani-
festa differentia inter pupillarem & exemplarem. & hanc opi
nio. Ang. sequitur Ioann. de Imol. hic, & videtur concordare
opi. Bar & Ang. quod aut miles non facit sibi testamentũ, aut
facit sibi testamentum. primo casu valet exemplaris. ratio est,
quia satis dicitur filio relinquere legitimã cũ non faciendo sibi
testm̃, videtur sibi totã hęreditatẽ relinquere. vt l. conficiuntor
de iure cod. & sic isto casu vr̃ cessare ratio Ang. & satis videtur
sibi relinquere legitimã. Secũdo casu subdistingue, aut ipsum
filium instituit, aut præterijt, aut exhæredauit, primo casu aut
ipsum instituit in legitima, vel vltra, & tunc valebit exempla-
ris, etiam si ex testamento non esset adita hæreditas, vt patet
in d. l. humanitatis. coniuncta d. l. miles ita. §. fin. licet in hoc
secus esset in pagano, vt l. 2. §. quisquis. sup. eodem. & ibi fuit
dictum in 8. requisito. aut instituit ipsum in minori parte, quã
sit sua legitima, & tunc an valeat isto casu exemplaris, patebit
250 ex his quæ dicentur in sequen. requisito in 2. quæstio. † Secun-
do casu, scilicet quando ipsum prętenjt, & tunc subdistingue.
aut ipsum præterijt ignoranter aut scienter. primo casu vide-
tur quod valeat exemplaris substitutio. quia isto casu prætcri-
tio reddit testamentum patris nullũ. vt l. sicut certi. & l. certi iu
ris. C. de testa. mili. vnde licet non valeat testamentũ, debet ta-
men valere exemplaris. quẽadmodũ valeret, si ex testamento
militis non esset adita hæreditas. vt d. l. miles ita in fin. & ratio
est, quia videntur isti duo casus æquiparati, vt instit. de hæredi
quæ ab intest. deferũ. Quando vero præterijt scienter, & tunc
subdistingue, aut inseruit causam præteritionis, aut non inseruit
causam, tunc quia isto casu habebit vim exhæredationis, vt in
§. & hęc de parentum. in auth. vt cum de app. cog. colla. 8. & est
isto casu perinde, ac si esset exhæredatus, & tũc putat Imo. hic,
quod non valeret exemplaris, quia exhęredato non potest fie-
ri etiam in milite, vt d. l. humanitatis, quæ indistincte loquitur,
& probatur, quia quando est exhæredatus vel pro exhæredato
habetur, tunc nec expresse nec tacite sibi relinquit legitimam,
vnde merito non videtur valere ista substitutio tanquam for-
ma non seruata, vt dixi. sup. isto casu procederet opinio. Ang.
aut non inseruit aliquam causam præteritionis, & tunc testa-
mentum est nullum, vt dicto §. hæc de parentum, & tunc an
valeat, patet ex his quæ dixi circa præteritionem ignoranter fa
251 ctam. † Tertio casu principali, scilicet quando exhæredat, tunc
similiter distingue, aut non inseruit causam, aut inseruit; pri-
mo casu quia testamentum est nullum, vt d. §. hæc de parentũ,
& tunc valet exemplaris per ea quæ dicta sunt in præteritione
ignoranter facta. Secundo casu, quando inseruit causam, tunc
quia testamentum valet, nec isto casu expresse vel tacite reli-
quit legitimam, tunc secundum Imo. non valeret exemplaris.
Sed aduerte, nunquid etiam non valeat exemplaris, quando
est præteritus vel ignoranter, vel scienter, vel sine causæ inser-
tione, vel etiam exhæredatus sine causa, vt quo casu non valet
testamentum militis, vt sup. est cõclusum, certe licet dixerim.
sup. quod valeat, tamen nunc dico, quod non valebit, quia ex
quo alteri in testamento licet nullo reliquerit hæreditatem,
certe nec expresse nec tacite videtur relinquere legitimam, ar
gumen. eorum no. Doct. in l. Gallus. in princip. & Pau. de Cast.
in §. in omnibus. de liber. & posthum. & dixi. sup. in l. 1. in ma-
teria vulgaris in illa. quæstio. an ad esse vulgaris requiratur, ꝙ
præcedat expressa substitutio. Et prædicta sunt vera, tenendo,
ꝙ non possit ista substitutio fieri filio exhæredato, sed tenẽdo,
quod possit fieri filio exhæredato, prædicta non procederent,
de quo tamen. inf. dicetur. Stat ergo breuis conclusio, quod
quando miles nullum facit testamentum sibi, quod valet exẽ-
plaris substitutio ea ratione, quia tacite videtur miles filio re-
linquere legitimam, per supradicta, & hanc opin. videtur senti
re hic Rapha. Cuma. & eam expresse sequitur do. Alexan. pro
qua adducit istam rationem, quia tempore d. l. humanitatis. ta
tis erat, quòd filius haberet legitimam quoquo relicti titulo, vt
l. omnimodo. C. de inofficioso testam. & sic non est vera opi-
nio, Bar. isto casu, sed Areti. hic videtur reprobare istam opin.
quia si ideo valet exemplaris isto casu, quia tacite ipsi filio vi-
detur legitima relicta, imò plus, certe attenta ratione ista idẽ
esset in pagano, videlicet quod si nullum faceret testamentũ,
quod deberet valere ista exemplaris, attento quod eodem mo
do ipse videtur tacite relinquere filio legitimam, vt d. l. confi-
ciuntur, & tamen Barto. in præcedenti quæstio. expresse tenet
contrarium & sequuntur Imo. & Ange. hic. & etiam cæteri, vt
ibi dixi. Præterea ista ratio non est vniuersalis secundum Are.
nam pone, quod filius sit emancipatus, certe si pater non facit
testamentum, filius ipse non succederet ex tacita voluntate ab
intestato, glo. est no. in l. prima in §. vel maxime de collatione
bonorum, quam Bald. pro singulari allegat in l. si emancipa-
ti. C. de collatione bonorum. & est posita in versi. vel maximè
Sed certe nec præcedens ratio est bona ad impugnandam opi.
Imo. quia ideo non valet in pagano, quoniam cum ista exem-
plaris sit accessoria, non reperitur, ꝙ in pagano possit stare sine
testamento principali, sicut reperitur in milite, vt l. in fraudẽ.
§. pe. de testamen. mili. & d. l. miles ita. in fin. tamen ista non vi-
detur sufficiens. quia ex quo hodie emancipatus de iure succe-
dit sicut suus, vt d. l. meminimus. C. de lega. hære. & in d. §. nul-
lam. & in authen. de hęre. quæ ab intesta. defe. & traditur plene
per Doct. in l. Gallus. in §. & quid si tantum. de liberis & po-
sthumis, dico quod pater non faciendo testamentum videtur
relinquere ipsi, ex quo venit ab intestato. vt d. l. conficiuntur. &
videtur sentire Bald. in d. l. si emancipati. in 4. oppo. non obstat
gloss. in d. §. vel maxime. quia loquitur secundum iura anti-
qua, secundum quæ emancipatus non veniebat de iure ciuili,
licet veniat de iure prætorio, vt in §. emancipati. instit. de hære.
quæ ab intest. defer. vnde dico, quod ista ratio Aretin non facit
252 contra Imo. † pręterea dicit Areti. quòd opin. Imo. non sit ve-
ra, probatur ratione. nam verbum, relinquo non probatur ꝙ̃
verificetur in eo quod defertur ex tacita voluntate, quæ non
continetur sub expressa. Imò secundum cum primo probatur
contrarium in l. cum hi. in §. hęc oratio & ibi per Bart. de trãs.
& sic debet intelligi in expresse relicto, ergo non potest verifi-
cari, quando relinquitur ab intestato. quia tunc dicitur tacitum
vt d. l. conficiuntur. sed in d. l. humanitatis dicit, ei vel eis legi-
tima portione relicta. & sic requiritur quod expresse relinqua-
tur, sed nec ista ratio contra Imo. facere videtur quicquã, quia
verbum, relinquere, potest etiam verificari in tacite relicto. vt
d. l. conficiuntur. in prin. & hoc videtur etiam fateri Aret. hic in
fi. huius articuli. dũ conatur saluare Imol. a prima ratione, quã
ipse adduxit contra ipsum. nec obstat. d. §. hæc oratio. quia quod
non possit inconsulto prætore transigi super alimentis, fuit in-
ductum duplici ratione, prima ratio est vltimę volũtatis vt exe-
cutioni ad vnguẽ mandetur. Secunda ratio fauore alimentorũ,
prout ibi declarat Bart. adeo quod si cessaret fauor vltimę volũ-
tatis, non haberet locum. d. oratio & ideo verificetur tantum in
alimentis expresse relictis in vltima voluntate. quæ ratio cessat
in casu nostro. Præterea secundum ipsum Aretin. speciale pri-
uilegium est inductum parentibus, qui relinquunt legitimam
filijs, vt possint eis substituere exemplariter. sed quo ad concedẽ-
dum aliquid iure speciali appellatione relicti vel legari non
venit relictum tacitum, sed expressum. vnde lex quæ dicit, quod
dominium rei legatę transeat a morte testatoris ipso iure. vt leg.
a Titio in fin. infra de fur. non habet locum in legato tacito, vt
l. seruum filij. infra de leg. 1. & no. Bartol. in l. 1. eod. titu. & in l. bi-
nas ędes. supra de ser. vrba. prædi. ergo similiter in casu nostro
hoc ius speciale non competit parentibus occasione legitimæ
tacite, & sic ab intestato relictę. sed nec ista ratio valet contra
253 Imo. quia licet ex speciali priuilegio sit inductum quod pater
pro filio furioso exemplariter substituere, vt d. l. humanitatis. ta-
men dico etiam in iure speciali venit tacitum relictum. prout
tenet Dynus in d. l. 1. infra de leg. 1. & ibi Imo. & Pau. de Castr.
& in l. seruum filij. & est communis opin. vt late per d. Alexan.
in d. l. 1. in 9. colum. in ver. extra gl. nec ob. no. per Barto. ibi quia
communiter ibi per Doct. reprehenditur. & etiam eius intell e-
ctus ad d. l. seruum filij. subdit tamen Aretin. hic, quod opin.
Bartol. poterat hoc modo saluari, quam saluet Imo. nam dicit ip-
se, quod d. l. humanitatis. loquitur in pagano, nos loquimur in
milite. vnde si loquimur, quando filius est exhęredatus, tunc est
differentia inter pupillarem & exemplarem. quia pupillaris po-
test fieri exhæredato. non tamen exemplaris, vt dixi supra &
254 isto casu non licet de vna ad aliam arguere. sed † quando filius
non est institutus nec exhæredatus, tunc nulla est differentia in-
ter istas substitutiones. vnde potest argui de vna ad aliam, nisi in
quibus reperitur dissimilitudo, secundum omnes Docto. hic.
sicut ergo licet pater teneatur regulariter facere testamentum
sibi, si vult substituere pupillariter, hoc tamen fallit in milite,
vt l. secunda §. quisquis supra eodem ita dicamus in exemplari
substitutione. quia limitatio posita in pupillari videtur repetita
in exemplari, quæ fit ad eius similitudinem, argu. l. asse toto.
supra titul. 1. & l. omnia priuilegia. C. de sac. san. eccle. per Bar-
tol. in extraua. ad reprimen. in versicul. prout. sed certe ista sal-
uatio Areti. non est vera. quia. d. l. humanitatis nedum videtur
loqui in pagano, sed etiam im milite, cum indistincte loquatur.
vnde male videtur dicere hic Aretin. quod non loquatur etiam
255 in milite. pręterea † non est verum, quod quando filius non est
nec institutus nec exhæredatus, quod sit similitudo inter istas.
quoniam quando non est nec institutus nec exhęredatus filius,
in exemplari substitutione potest dari casus, quod valeat testa-
mentum patris substituentis, quod non potest dari in pupilla-
ri. quo casu nullo modo valet pupillaris, & tamen posset vale-
re exemplaris loquendo in pagano. probo hoc, nam pupilla-
ris non potest fieri nisi existenti in potestate, vt l. 2. in princip. su-
pra eo. vnde si iste non est nec institutus nec exhæredatus, certe
testamen-

testamentum patris esset nullum, vt l. inter cętera, de lib. & po-
sthum. exemplaris potest fieri filio emancipato, & a matre vt
fuit conclusum sup. in 3. requisito. quo casu si non est nec insti-
tutus nec exhæredatus, non esset nullum etiam hodie testm̃, vt
in §. emancipatos, & in §. mater. insti. de exhær. liber. & fuit ple
ne dictum in l. 2. in 3. requisito. sup. eodem, & sic patet, quod ẽt
quando filius nõ est institutus nec exhęredatus. est dña, & ideo
isto casu non licet arguere de vna ad aliam, & sic non videt̃ ne-
cessario concludere ratio Are. quód in milite in pupillari fallit
quia non habet necesse sibi facere testamentum, vt etiam fal-
lat in exemplari per prædicta. Subdit tamen Are. hic, quod ad
rationem primam assignatam per ipsum contra opi. Imol. po-
test responderi, quia vult Imol. in effectu quod tacite relictum
contineatur appellatione relicti, non tamen per hoc relictũ ta-
citum videt̃ pater facere testamentum a principio sibi, sicut si
filius esset expresse institutus in legitima, & sic ille, qui non est
miles non faciendo sibi principaliter testamentum, non posset
exemplariter substituere, sicut nec pupillariter. Sed certe licet
ista saluatio forte sit de mẽte Imol. non videt̃ tuta. nam ex quo
tex. in d. l. humanitatis, in ver. legitima portione relicta. vult, ꝙ
relinquat̃ etiam in pagano, immo magis in pagano quam in
milite, vtique negari non potest quin ille tex. innueret, quod in
pagano sufficeret tacite relinqui legitima, vtputa ab intestato,
quod est falsum, vt expresse concludit hic Bar. & sic videt̃ stare
prima ratio Are. contra Imol. non obstat confirmatio do. Ale.
quia potest respõderi duobus modis. Primo quód tempore d.
l. humanitatis adhuc non erat inductum, quod sufficeret relin
quere legitimam quoquo relicti titulo, sed fuit postea inductũ
per Iustinianum in d. l. omnimodo. nam multi tenent, quod d.
l. humanitatis fuit facta ante d. l. omnimodo de quo inf. dicet̃.
tamen ante d. l. omnimodo debebat relinqui iure instõnis l. in-
ter cætera. de liberis, & posthum. coniuncta. l. ita tamen §. si qs
rogatus ad Trebel. & declarat late dom. Alex. in d. l. inter cæte-
ra & in l. posthumo. in princ. C. de bon. pos. contratab. & sic pa-
tet quod requirit quod faciat sibi testamentum. Præterea da-
to quod tempore d. l. satis esset relinquere quoquo relicti titu-
lo, certe ex quo illa lex loquit̃ in pagano, nisi vellet sentire, qd̃
iure instõnis relinquat̃ legitima, vtique permitteret, quod pa-
ganus posset istam substõnem facere absque eo, quod faciat si-
bi testamentum, quod est falsum, vt dictum est, quid ergo dicẽ
256 dum † ergo puto dicendum hoc modo, quod si quidem dici-
mus, quod filio exhæredato possit fieri ista substõ, certe clarũ
esset isto casu, quod miles posset ipsam facere absque eo, quod
miles faciat sibi testamentum, quia isto casu cessaret ratio An-
gel. vt patet, si vero tenemus quod non possit fieri filio exhære
dato, prout est communis opinio. de qua dicit̃ infra in sequen.
requisito, tunc opinio. Barto. est magis dubia. tamen adhuc di-
co, quod procedit opinio. Bartol. probatur, quia non potest ne-
gari, quin ista substõ dicatur accessoria, quemadmodum pupil
laris, ex quo ad effectum dicitur testamentum filij, licet quo ad
ordinationem dicatur testamentum patris, vt infra dicetur, si
257 est accessoria in proposito nostro. † miles potest facere accesso
rium sine suo principali, vt l. in fraudem. §. penul. de mili. testa-
men. & d. l. miles ita in fine, & in l. secunda. §. quisquis. ita eodẽ
modo possit in casu nostro, & ista ratione vtitur Bartol. in præ-
cedenti quæstio. præterea nonne in præcedenti conclusione si-
ue quæstione adduxi d. l. humanitatis, ad probandum, quod si
eo casu, quo parens faceret testamentum, si rumpatur per quę-
relam, quod isto casu rumperetur etiam exemplaris substitu-
tio. sed in milite si aliquo modo testamentum rumpitur, non
rumperetur substitutio dicta l. miles ita. in fine. ergo qua ratio-
ne conseruatur rupto testamento, ita debet conseruari non fa-
cto testamento paterno, & sic vera est indistincte opinio. Bart.
quam tenet Ioann. Fab. in dicto §. qua ratione. institu. eodem
in quinta columna in versicul. sed quia parens. Et ex prædicta
258 limitatione Bartol. hic infertur, † quod si miles faceret sibi te-
stamentum deinde esset ruptum, quod quomodocũque rum-
patur, siue per quærelam, (quia hodie in testamento militis
habet locum quęrela vt tradunt communiter scribentes in d.
authen. ex causa. C. de liberis præte.) siue rumpatur per nati-
uitatem posthumi, siue per bonorum possessionem contrata-
bu. quod nihilominus valebit exemplaris substõ per dictam l.
259 miles ita. item † ex Doctrina Bart. hic infertur, quod ex quo
paganus non potest facere exemplarem substitutionem, nisi
faciat sibi, vt supra est conclusum, quod si faciat, & sit ruptum
quod nihilominus rumpatur ista substitutio. quod intellige, si
rumpatur per natiuitatem posthumi præteriti, vt l. secunda. §.
sed si eos supra eodem, vel si rumpatur per quęrelam in totũ,
vt l. Papinianus. §. sed nec impuberis, de inoff. testam. sed secus
si rumpat̃ per bo. pos. contratabu. vt l. ex duobus. §. etiam supra
eodem. nisi ille met, qui esset substitutus, intentaret bono. pos.
contratab. contra testamentum patris, tunc in effectu rum pe-
retur etiam exemplaris substõ. l. is qui contra supra eodem. &
plene de hoc dixi in 7. requisito in dicta l. secunda. Sed quæro
260 † nunquid in casu, quo rupto testamento patris per contrata-
bul. ex quo conseruatur exemplaris, vt dictum est, an conserue
tur de iure communi vel de iure speciali? & effectus est ma-
gnus, quia si conseruatur de iure communi, tunc conseruan-
tur legata omnibus, vt tradunt docto. in l. & si contra supra eo
dem, & ibi dicam, si vero conseruatur de iure speciali, tunc tan
tum coniunctis personis legata conseruant̃, vt in toto tit. infra
de leg. præstan. dic de hoc vt dixi in d. l. 7. requisito. Quæro, di-
xi, quod si rumpat̃ testamentum patris per remedium iuris ci-
uilis, quod isto casu rumperetur exemplaris substõ, sed quid si
est ruptum testamentum sit captus ab hostibus. si ibi decedit,
valet eius testamentum ex fictione legis Corneliæ. si reuertit̃
ex fictione postliminij. nunquid valebit exemplaris substõ? dic
quod sic, vt l. lex Cornelia supra eodem, & ibi dicam, & in l. pa-
ter infra de cap. & postlim. reuer. & dixi plene in d. l. secunda. in
261 6. requisito. † Sed quæro vltra docto. quid si testamentum pa-
tris est ruptũ ex causa præteritionis vel exhæredationis, an per
authen. ex causa conseruetur ista substõ? dicas sic, aut rumpi-
tur testamentum ex causa præteritionis siue exhęredationis al
terius filij, quam illius, cui facta est substitutio, & tunc dicas per
omnia, prout dicitur in pupillari. de quo plene dixi in dicta l.
secunda. in 7. requisito. si vero est ruptum testamentum ex
causa præteritionis siue exhæredationis illius, cui facta est sub-
stõ, & tunc si tenemus, quod ista substitutio nõ possit fieri nec
filio præterito nec exhęredato, puto quod isto casu non con-
seruabitur, ratio est, quia dicta authen. ex causa. procedit, quan
do remoto vitio præteritionis vel exhęredationis valeret te-
stamentum, tunc si propter vitium præteritionis rumpitur te-
stamentum, tunc rumpitur quo ad institutionem, cætera fir-
ma manent, prout communiter dicunt doct. in dicta authen.
ex causa. sed in casu nostro remoto vitio pręteritionis vel ex-
hæredationis non valeret substitutio, & tamen valeret testa-
mentum patris. declaro. pone, quod solemniter, id est cũ cau-
sæ expressione esset præteritus a matre, vel exhęredatus a patre
tunc non rumperetur testamentum patris, tamen non valeret
exemplaris, quia non est ipsi filio relicta iure institutionis legi-
tima, prout videtur requiri de forma huius substitutionis, vt di
cta l. humanitatis, si vero tenemus aliam opin. quod filio exhę-
redato possit fieri, prout multi tenent, vt infra dicetur, tunc di-
cas per omnia vt dixi in dicta l. secunda. in d. 7. requisito. in pu-
pillari substitutione, quia est eadem ratio quod non declarant.
262 † Quæro vlterius vltra doct. quid si exemplaris sit in testamen-
to imperfecto, an valeat ista substitutio exemplaris, & aduerte
quia intelligo de testamento imperfecto ratione numeri te-
stium, si vero esset imperfectum ratione voluntatis, tunc non
esset dubium, quod non valeret, argum. l. si is qui supra de tes.
vnde loquimur, quando est facta in testamento imperfecto ra
tione numeri testium, an valeat substitutio exemplaris, & ad-
uerte quia isto casu non videtur considerari, quod in hac sub-
stitutione possit substitui extraneus, cum certę personæ sint
substituendę, vt d. l. humanitatis. nisi illę personæ cessarent.
ideo dic de hoc, vt dixi plene in l. 2. in 6. requisito, dum exami-
naui, an pupillaris facta in testamento imperfecto valeat. Ex di
263 ctis ibi apparebit decisio huius quæstionis. † Item quæro vl-
tra doctor. an substitutio ista facta filio præterito valeat. dicas
sic, aut testamentum est nullum præteritione alterius filij, quã
illius, cui facta est substitutio, & solemniter approbauit testa-
mentum, & tunc valet vt argum. l. filio præterito supra de in-
iust. rup. test. quod tamen intellige, vt dixi in 7. requisito in d. l. 2.
aut non approbauit, & non valet vt d. l. filio præterito. coniun-
ctis his, quæ dicta sunt sup. aut testamentum est nullum rõne
præteritionis illius, cui facta est, & tunc si tenemus, quod de-
beat sibi relinqui legitima, indubitanter non valebit etiam ap-
probato testõ, quia ex quo est inductum pro forma, quod re-
linquatur legitima, vt d. l. humanitatis, certe non potest huic
formæ per pactum renunciari, per ea quæ habentur in l. com
[illegible] supra, si vero tenemus, quod non sit necesse, quod
ei relinquat legitima, & tunc si non approbauit testamentum,
non vero approbauit, & tunc an valeat, dependet ab his, quæ
traduntur in l. si ad pupillum supra de author. tuto. videlicet an
furiosus etiam cum tutore possit repudiare bona patris, quia
approbando testamentum dicitur repudiare, dic vt ibi, & præ-
dicta intellige secundum dicta in dicta l. secunda in septimo.
requisito in illa quæstione, an approbato testamento per præ-
264 teritum valeat pupillaris. † Vltimo quæro vltra doctor. quia
dictum est, quod pater debet sibi prius facere testamentum
quid si facit codicillos, & in eis facit exemplarem substitutio-
nem nunquid isto casu valeat? dicas quod valet, sed non vt
exemplaris, vt l. Sceuola. infra ad Trebellian. & ibi no. Dyn.
& Bartol. & Bart. in l. Lucius in tertia quæstio. vbi dicitur.
infra eodem, & hanc opin. videtur sequi Bald. in dicta l. hu-
manitatis. in 22. columna in versicul. sed nunquid exempla-
ris possit fieri, in codicillis. Sed aduerte, quia illud vide-
tur dubium, quia ideo in casu. leg. Sceuola, ista pupillaris va-
let vt

let vt fideicommissaria, quoniam pater poterit grauare legitimum hæredem impuberis, vt impuberis bona alteri restituat, vt l. si fundum per fideicommissum. cum. l. sequen. de lega. 1. & ratio est quia potuisset pater facere pupillarem substitutionem, & substituere extraneum, & sic excludere legitimũ hæredem. vt l. Papinianus. §. sed nec impuberis de inoffici. testa. & l. præcibus versicu. si vero. C. eodem. quæ ratio cessat in casu nostro. quia pater non potuisset exhæredare legitimũ, & eum excludere substituendo extraneum, vt dicta. l. humanitatis, ergo non potest grauare. Sed aduerte, quia istud puto verius quo ad bona furiosi, tamen quo ad bona ipsius patris vel matris dico quod trahitur ad fideicommissum. probo per id quod habetur in l. verbis supra eodem. vbi gloss. & docto. concludunt, quod si sit pupillaris a matre, quod isto casu trahitur ad fideicommissum certe non trahitur isto casu nisi ad bona ipsius matris. ratio, quia in bonis impuberis non poterat grauare legitimum impuberis. quia non potuisset facere pupillarem. & substituere extraneum, & excludere legitimum, cum mater nullo modo possit facere pupillarem, vt d. l. si mater in princip. supra eodem. vnde si non excludit legitimum, non dicitur propterea legitimus quod tacite habeat ab ipsa matre nõ debet posse grauari. vt l ab eo C. de fideic. sed bene mater poterat ipsum legitimum excludere a bonis suis, & substituere extraneum. vnde si mater non facit, merito dicitur ab ipsa habere, vt l. conficiuntur de iur. codi. ideo debet posse grauari ideo trahitur ad fideicommissariam quo ad bona ipsius matris tantum. ita sit in casu nostro. sed tu aduerte, & subtilius cõ

265 sidera † nunquid possit attentari, quod imo ista exemplaris facta in codicillis valeat vt exemplaris per l. militis codicillis infra de mili. testa. vbi habetur quod miles in codicillis potest dare directo hæreditatem. ergo idem in casu nostro probo. nam in hac substitutione si sunt descendentes ex persona mentecapti illi debent substitui, vt d. l. humanitatis. C. eo. ergo ista substitutio dicetur facta inter liberos. vt arg. l. hac consultissima. §. ex

266 imperfecto. C. de testa. sed dispositio † facta in codicillis inter liberos potest valere iure directo. probo hoc, quia quemadmodum miles, cui est remissa solemnitas iuris ciuilis, potest in codicillis dare directo hæreditatem, ita potest paganus inter liberos dare in codicillis directo. ita dicit Barto. in l. militis codicillis per illum tex. infra de testa. mili. vbi dicit se consuluisse, & obtinuisse contra aduocatos. Et pro ista opin. facit quia æquiparatur testamentum militis, & testamentum imperfectum inter liberos. vt l. 2. supra de iniust. rup. nisi ad istum tex. respondeas, quod illa æquiparatio non sit quo ad terminos nostros, sed quo ad rumpendum præcedens testamentum. Sed certe ista solu. non videtur tuta, quia non potest assignari ratio diuersitatis, quare magis æquiparatio procedat in illa materia, quã in ista. Secundo facit quia ideo miles potest in codicillis substituere directo, quia in eis est remissa omnis solemnitas iuris ciuilis, & solum seruatur ius gentium, vt per Barto. in l. 1. infra de test. mili. & ita est in testamẽto inter liberos, prout dicit Bar. in l. hac consultissima. in §. ex imperfecto. C. de testa. & Ias. & alij in d. l. hac consultissima. in §. si quis autem. in 3. col. ergo

267 dicamus † quod in codicillis valeat exemplaris, vt substitutio directa. nec ad hoc obstat responsio Iason. in l. Lucius. in 4. col. infra eo. dicentis, quod illud sit verum, quando exprese constat, quod in codicillis inter liberos voluerit directo dare, alias in dubio non præsumitur. sicut dicimus in milite, qui licet iure speciali possit testari, & substituere, tamen in dubio non præsumitur. vt l. in testamento. & l. quãquam. de testa. mili. quia dico, quod ista solu. non est vera quia hic satis exprese patet, quod voluit directo dare hæreditatem, cum fecerit in codicillis exemplarem substitutionem directam. vt patet. præterea

268 † quando substitutio potest directo stare & per fideicommissum, in dubio stat directo. vt in c. si pater de testa. lib. 6. & illam decisionem Bar. in d. l. militis codicillis sequitur idem Bartol. in d. §. si quis autem ibi Fulgo. Pau. de Cast. & d. Alex. & tenet idem Barto. in l. 2. de iniust. rup. & hac eandem opi. sequitur Fran. tigrin. in dicto. §. si quis autem & Areti. in authen. hoc inter liberos. C. de testa. & in l. cohæredi. §. cum filio supra eodẽ

269 pro qua opinio. facit ratio, † quia coram quinque testibus in testamento seu vltima voluntate in genere potest relinquere directo hæreditatem venientibus ab intestato, vt dicto. §. si quis autem ergo faciendo directam substitutionem vel dispositionem coram quinque testibus ad fauorem venientium ab intestato, & illius, cui fit, valebit tanquam testamẽtum, seu tanquã vltima voluntas in genere, non tanquam codicilli proprie. licet testator eos appellauit codicillos, attento quod fecerit substitutionẽ, quæ non conuenit codicillis. & hoc probatur per l. testamentũ cum ibi no. per Bal. C. de testa. vbi vult, quod licet testator appellet testamentum codicillos, nõ propterea desinit esse testamentum. & hoc ibi sequitur Salice. & pro hoc facit. l.

270 cum codicillum. C. de testa. † pro hoc facit, quia verba impropriantur, vt deseruiant menti, vt l. in tulam sup. de præteri. verb. & in l. verb. & in l. sed si possessori. §. item si iurauero. de iureiurand.

271 † Sed Bal. Angel. & Salicet. in l. filij. C. famili. herciscund. tenent contrarium & contra Bartol. & mouentur primo per l. Sceuola infra ad Trebel. sed certe, vt dicit. d. Alex. in §. si quis autem. non facit. d. l. Sceuola. quia loquitur secundum tempora sua, secundum quæ adhuc non erat inductum, quod inter liberos valeret testamentum, licet non esset seruata solemnitas iuris ciuilis, sed fuit inductum postea per Iustinianum per l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de test. & contra Barto. Sal. in d. l. filii dicit, quod est tex. in d. l. filij in versi. ab intestato. iuncta glo. vbi dicitur innuere, quod quando pater decedit cũ codicillis factis inter liberos, dicitur ab intestato decedere, & per consequens hæreditas in codicillis directo dari non potest. nam si directo in codicillis scripti possent capere hæreditatem vtique non diceretur hæreditatem esse in causa intestati. nec

272 pater diceretur ab intestato decedere, prout vult ille tex. sed ad istum text. potest responderi, prout respondet Cyn. in d. l. quoties. C. famil. herciscund. & Bald. in dicta. l. filij. quod ideo dicitur ibi pater ab intestato decedere, quia in codicillis non dixit, hæres esto, & sic non fuit vsus verbo directo, per quod patet quod voluerit directo dare hæreditatem in codicillis. sed dispositionem conuenientem codicillis. ideo dicitur, quod ibi ab intestato decedit, vel potest & secundo modo responderi, quod licet illa voluntas valeat tanquam voluntas ab intestato, non tamen sequitur, quin possit dari directo hæreditas coram quinque testibus in dispositione valente vt ab intestato. & contra Barto. tenet Salice. in authen. quod sine. C. de testa. vbi vult, quod si testator dixit se habere codicillos, tunc non procedit opi. Bar. quia non reperitur, quod in codicillis possit dari directo hæreditas præterquam a milite, sed potius reperitur contrarium. vt dicta. l. Sceuola. si vero aliter non dixit se facere codicillos, sed tantum coram quinque testibus facit substitutionem pupillarem, & tunc dicit ipse valebit. d. opi. Barto. ar. d. §. si quis autem

273 † Sed certe ista ratio non videtur multum concludens quia dato quod testator dixerit se facere codicillos, tamen dico, quod valebit substitutio. quia ex quo est facta inter liberos, debet valere sicut in milite quia ista hodie æquiparantur, vt dixi. supra non obstat. d. dicta. l. Sceuola. quia supra est responsum. Angel. in l. militis codicillis & in dicto. §. ex imperfecto tenet contra Bart. & allegat l. ex parte. §. 1. supra fami. herciscun. vbi diuisio omnium bonorum facta inter liberos in codicillis non dicitur facta, vt pater videatur decedere testatus, sed decedit intestatus, sed certe huic textui potest responderi, vt supra, est responsum ad l. Sceuola. videlicet quod procedat secundum tempora sua, quo tempore adhuc non erat inductum, vt inter liberos intelligatur remissa solemnitas iuris ciuilis. idem tenet Angel. in lege milites. C. de testa. mili. vbi refert ita tenere Odofred. in auth. nouissima. C. de inoffic. testamẽ. & dicit, quod istud sentit gloss. prima in §. aliud quoque capitulum in authen. vt cum de appella cog. quæ glos. in mille annis hoc nõ probat. sed bene illud ibi tenet Iaco. de bel. in prima oppo. & istud idem sequitur Ange. in l. fina. C. fami. herciscũd. per illum tex. & per l. filij eodem titu. sed ad ad ista iura supra est responsum. allegat etiam tex. in l. fina. C. de codi. vbi si testator dixit velle valere iure testamenti, & iure codicillorum, & filius eligat viam codicillorũ, tũc pater dicitur intestatus decedere. sed ad istum tex. respondet domi. Alexand. in dicto. §. si quis autem quia ibi testator dixit, quod volebat testamentum iure testamenti & iure codicillorum valere. & ibi poterat vt valere testamentũ, vnde vt illa expressio aliquid operetur, videtur testatorẽ voluisse dare electionem hæredi, vel venire ex testamento, vel petere a venientibus ab intestato, vt restituãt per fideicommissum, quæ ratio cessat in casu nostro. Et hanc opi. contra Bar. tenent Bal. & Ang. in l. institutio talis. inst. tit. 1. per illum tex. sed ille tex. nõ facit, quia non dicit, quod hæreditas sit data in codicillis, sed dicit, quod videtur facta in testamento institutio, scilicet conditionalis, si Seium scripsero in codicillis, vt ibi dicitur. Præterea, esto, quod fuisset data hæreditas in codicillis, ideo nõ valet illa datio, quia illo tempore non erat remissa inter liberos solemnitas iuris ciuilis, vt dixi sup. & hanc opinio. sequitur Ang. & Imol. in l. 2. sup. de iniust. testam. moti licet hac ratione, quia licet miles possit directo dare hæreditatem in codicillis, tamẽ non sequitur, quod eodem modo possit pater inter liberos

274 † quia non omnia priuilegia in testamẽto concessa militibus, extenduntur ad patrem testantem inter liberos. nam miles potest decedere cum duobus testamentis, in l. quærebatur. ff. de testa. mili tamen non potest decedere pater. Item miles potest decedere pro parte testatus, & pro parte non. vt l. si miles vnũ ex fundo. de mili. testa. tamen pater inter liberos nõ potest decedere pro parte testatus pro parte non, vt in auth. quod sine, & in authen. hoc inter liberos. C. de testa. & ratio differentiæ est, quia miles non tenetur seruare iura, vt l. fi. in princ. C. de libe. & insti. de testa. mili. in prin. quod nõ est in patre testãte inter liberos, vel põt dici, quod ista priuilegia sunt cõcessa militibus pro-

bus propter fauorem publicũ,quia pro repu.pugnant, quæ ra-
tio cessat in patre,& ista rõ est potius contra Bar. & non video
bonum responsum,& per istam rõnem istud idem tenet Bald.
in l.1.supra de sacrosanct.eccles.circa vltimam car.& hanc opi.
contra Bar.tenet idem Bal in l.non codicillum.in penul. quęs.
275 C.de testa.& in l humanitatis.in 13.columna in versicul. non-
quid ista C.eo.nam dicit,quod in codicillis etiam inter liberos
non põt dari directo hæreditas,& quod d.§. ex imperfecto. lo-
quitur de testamento non de codicillis,& istud vult tex.in d.§.
si quis autem,qui videt loqui semper,quando fit testamẽtum,
vt patet ibi,priore testamento, & sic illud secundum erat factũ
vt testamentum,alias non dixisset,priore testamento , & hanc
opin.contra Bar.tenet etiam supremę authoritatis Ioan. And.
in addi. Spec.in titul.de instru.editio.in §. compendiosę.in ad-
ditione incipiente, ad intellectum , & hanc opi. tenet ipsemet
Bar.in d.l. Lucius.in 4.quæst.vbi vult, quod si reciproca inter li-
beros sit facta in codicillis,tunc continet duas fideicommissa-
rias,per l.Sceuola infra ad Trebel.& hanc opin.ibi sequitur Ia-
son. & Ias. in dicto §. si quis autem , † & sic magis communis
276 opin.est contra Bar.in d.l.militis. videlicet quod non possit fie-
ri d recta substitutio in codicillis , & ita teneas. trahitur tamen
ad fideicommissariam.per l.Sceuola , ad Trebell. † Sed aduer-
277 te,quod adhuc præsupposita opin. Bar.in d.l.militis. pro vera ,
videtur dicendum,quod in casu nostro non valeat ista substitu
tio vt exemplaris,sed trahetur ad fideicommissum , nam ideo
potest valere illa substitutio directa vt directa in terminis Bar-
tol.quia Bartol. loquitur , quando primo fecit testamentum ,
& non fecit pupillarẽ substitutionem substituendo extraneos.
deinde fecit codicillos , in quibus substitutionem de extraneis
factam in testamento reuocauit,& substituit liberos.dicit Bar.
quod isto casu est reuocata substitutio facta in testamento ,&
valet facta in codicillis,& ratio est secundum. Fulgosium. in d.
§.si quis autem, quia licet illi dicantur codicilli respectu volun
tatis paternę , tamen respectu pupillaris substitutionis possunt
dici pupillare testamentum separatum a paterno testamento ,
quia potest fieri seorsum a testamento,vt l.si quis cum §. finali
supra eodem,& hoc est verum quando testamentum præces-
sit,quo casu fundatur super illo testamento, sed in casu nostro
nullum præcessit testamentum,vnde nõ est super quo fundet
illud testamentum furiosi,maxime cum requirat, quod pater
faciat sibi testamentum , vt dixi,ideo in casu nostro ista exem-
plaris nõ debet valere vt exemplaris, licet sit secus in casu Bar.
in d.l.militis,& in terminis casus nostri, scilicet quod non præ-
cessit testamentum paternum ,loquitur Bar.in d.l. Lucius inf.
eo.nisi dicas,quod etiam in casu Bar.in d.l.militis.illa substitu-
tio nõ valeret vt substitutio directa. quia tex.in d.l.si quis cum
loquitur , quando est facta pupillaris substitutio de per se sine
codicillis,vt puta quia coram septem testibus & aliis solemni-
nitatibus requisitis fiat pupillo testamentum , vt ibi patet , nec
reperitur , quod pupillaris facta in codicillis dicatur pupillare
testamentum secundum dom. Alexand.in d §. si quis autem.
in 4.columna. Sed certe mihi placet ratio Fulgos.quia si inter
liberos est remissa solemnitas iuris ciuilis præter illam , quod
non possit decedere cum duobus testamentis, vel pro parte te
status,& pro parte non,certe cum fuerit facta in codicillis,debet
valere in codicillis,in casu autem nostro valet , quia ex quo nõ
præcedit testamentum paternum,certe etiam si ista exempla
ris esset facta directa sine codicillis,iure directo non valeret, ex
quo requiritur,quod pater sibi faciat testamentum,vnde con-
cludo, quod in casu nostro ista exemplaris nõ valebit vt exem
plaris,sed trahetur ad fideicommissum,& prædicta sunt vera,
quando exemplaris sit in codicillis a pagano. si autem fieret a
milite , tunc non esset dubium , quod valeret vt exemplaris &
directo,ex quo miles in codicillis potest dare hæreditatem di-
recto,vt d.l.militis codicillis , & hoc est verum siue causa præ-
cedebat testamentũ ipsius militis siue non , quia in milite non
requiritur quod faciat sibi testamentum vt supra est conclusum
& sic potest stare absque fundamento testamenti & ista om-
nia supradicta possunt adaptari ad pupillarem substitutionem
propter earum similitudinem,quæ omnia no. bene, quia non
reperies ita declarata . Item aduerte inquantum supra est con-
clusum,quod ad esse exemplaris in pagano,requirit. quod sibi
faciat testamentũ,dicas,& quod faciat sibi prius, vt l.2.§. prius.
sup.eod.quòd tamen intellige secundum ea,quæ plene dixi in
d.l.2.& in l.requisito.Et ex his sum luculẽter expeditus de isto
278 6. requisito. Septimo requiritur in pupillari † quod pupillus,
cui fit substitutio,instituatur, vel exhæredetur , vt in §. non so-
lum.instit.de pup. substi. Quæro, nunquid istud idem requira-
tur in exemplari Bart. hic dicit, quod inquantum iura volunt ,
quod pupillaris fiat instituto,in hoc concordat exemplaris.qa
ista potest fieri filio instituto . Inquantum vero iura dicunt ,
quod pupillaris potest fieri exhæredato, in hoc differunt , quia
ista non potest fieri exhęredato,vt patet in dicta l.humanitatis.
in versic.legitima portione ei relicta,& sic vult,quod ipsi relinqua

tur legitima,& sic quod instituat,& istam opin. sequitur Gul.
Rayn.hic & sequitur Bald.in d.l.humanitatis,in 4. oppo.supra
no.& Bald.ibi in 4.differentia exemplaris & pupillaris & hanc
opi.sequitur Angel.& Imol. Are.dom. Alex.& Ias.& indifferẽ
ter omnes hic,& hanc eandem opi.sequitur idem Bar. in d.l.
humanitatis. Gulicl.Cyn. Sal.& ibi omnes,& ista est opin.om-
nium a qua nemo discrepat,& pro hac opinio.allegatur tex.in
dicta l.humanitatis,vbi videtur,quod sit necesse filio relinque-
re legitimam, ergo iure institutionis,quoniam verbum, relin-
quo, quando est adiectum legitimę , importat institutionem ,
ita dicit Bald.in dic. l. humanitatis.in 4.oppo.supra no.& hanc
opin.sequitur Paul.de Castr.ibi & late ibi disputat Alexand. et
ibi per eum, sed ista inductio non facit, quia ille text. non dicit
de necessitate, quod iure institutionis relinquatur legitima,eo
maxime quod illo iure poterat relinqui quoquo relicti titulo,
vt l.omnimodo C.de inoffic.testa.non obst.quod verbum, re-
linquo,adiectum legitimę trahatur ad institutionẽ, quia istud
potest negari,cum sit de hoc varia altercatio,vt patet per dom.
Alexan.in d.l.humanitatis.pręterea dato quod sit verum hoc,
adhuc dico,quod text. in d.l. humanitatis,non facit, quia illud
verbum,relicta legitima portione , &c. est verbum imperato-
ris,non testatoris , vnde non infertur de necessitate , quod de-
beat relinqui iure institutionis,prætcrea dico, quod tex. in d.l.
humanitatis non imponit hoc de necessitate quod filio relin-
quatur legitima,vt patet ex intellectu,quem dedi ad d.l.huma
nitatis supra in l. 1.in 3.effectu vulgaris substitutionis,& dixi su
pra in 1. requisito in illa.q. an exemplaris possit fieri filio natu-
279 rali tantum . Secundo † adducitur pro ista parte quia exempla
ris est inducta humanitate & æquitate dic. l. humanitatis quæ
humanitas videtur cessare,cum filius exhæredaretur, sed huic
rationi potest responderi quod immo non esset humanitas ,
nam ex quo pater diligit filium sicut seipsum, vt l. illi quidem
supra met.causa non est verisimile, quod sine causa ipsum ex-
hæredasset,& ideo præsumitur a lege cum causa exhæredatus,
ideo olim filius habebat probare se immerito exhęredatum ,
& sine causa,vt l.nam his §.fina.supra de inoffi.test. vnde si nõ
probat se immerentem, certe præsumitẽ cum causa exhæreda-
tus,si præsumitẽ cum causa exhęredatus,vtique non videtur fe-
cisse contra officium paternum & ęquitatem pater exhæredã-
do filium,& maxime hodie,quia debet inserere causam ,& ci-
se põt,quod ante furorem commiserit causam,pp quam pote
rat exhæredari.vnde si isto casu substituit pater,dico,quod vtit hu
280 manitate. Prætcrea † pro hac opin. quod non possit fieri filio
exhæredato,facit,quia pupillaris fit impuberi,qui põt esse doli
capax,& committere causam ingratitudinis, vt puta quãdo est
proximus pubertati,& sic iure põt exhæredari. sed furiosus nõ
põt committere causam,propter quam debeat exhæredari,cũ
intellectu careat,ergo non põt exhęredari.arg.l. si quis in suo.
§.legis.C.de inoffi.testa.coniuncta.l.pen.C. ad Trebell. & pro
hoc facit quod no.per glo.in §.non solum in fi.de pupil. substi.
Sed ista rõ secundum Bar.non videt sufficiens.quia poterat es-
se,quod ante furorem commisisset causam ingratitudinis,pp
quam poterat postea in furore constitutus a patre exhæreda-
ri,ita dicit Bar.& pro ista opi. Bart.quod pp causam cõmissam
ante furorem possit exhæredari,probat in l.fi.in §.sed cum an-
tiquitas. C.de cur. furio.coniuncta l.si quis in suo.in §.legis. C.
de inoff.test.nam habet in d.l.si quis in suo.in §.legis, quod in-
fans non debet exhęredari,cum causam exhęredationis dignã
committere non põt,ita sit in furioso, & tamen Iustinianus in
d.§.sed cum antiquitas, permittit furiosum posse exhæredari,
ergo debet exhæredari propter causam commissam ante furo
rem. pro hoc fa. it l.de creationibus. C.de episc.audien. & pro
hac sol.Bar.facit quod vult Bar.in l.nunquam.in §.si quis vi per
illum tex.inf de vsuca.vbi dicit per Bar.quod per illum tex.de-
terminatẽ quæstio theologorum , pone quod aliquis commit-
tat peccatũ mortale,postea efficiatẽ furiosus,& in furore moria
tur, nunquid erga Deum erit damnandus? & determinat per
illum tex quod sic,sed nos habemus regulam,quod mitius agi
tur cum Deo,quam cum homine,vt no.gl.in l.si quis rem. in
§.voto.de polli.& in c.maiores.de baptis.extra. vbi ecclesia in-
dicat de furioso sm statum in quo erat ante furorem, & sic in-
nuit,quod si ante furorem aliquis fuit in peccato,& postea effi
ciatẽ furiosus,& in furore decedat,damnatẽ sicut si prius,quam
fuisset effectus furiosus,sanę mentis decessisset, ita communi-
ter tenent hic doct.quod pp commissam causam ante furorem fu
281 riosus põt exhæredari. † Sed certe ista solutio vr dubia,quia li-
cet furiosus commiserit causam ingratitudinis ante furorem ,
tamen vr quod furor extinguat ipsam causam, & delictum cũ
satis sit ipse sua mente punitus,vt l. Diuus sup.de os.præsi. pro
hoc facit,quod habetẽ in l.Deo nobis.in §.1.in glo.super verbo.
quasi ingratitudinis.C.de epi.& cle.videlicet quod si filius ante in-
gressum monasterij cõmisit delictũ & causam ingratitudinis ,
quod post ingressum monasterij nõ debet exhæredari, quia hmõi
ingressus omnẽ maculam abstergit,vt in auth.de mo.in prin.
col.1.&

col. 1. & pro hoc facit, quia si furiosus commisit delictū ante furorem, per quod debeat decapitari, quod superueniente furore non debet decapitari, prout tenet Bal. in d. l. humanitatis, in quarta fal. Bal. & communiter alij in l. furiosum. C. qui test. face. poss. & communiter doct. hic & per Alex. & Ias. hic. si ergo non potest exhæredari ex causa commissa in furore, nec ex causa commissa ante furorem, patet quod aliquo modo nō poterit rite exhæredari, ergo de necessitate debet īstitui, quia alias si esset præteritus, testamentum esset nullum, & sic nulla esset exemplaris, vt l. 2. §. posthumis. sup. eod. & tenendo hoc, quod furiosus non possit exhæredari, forte posset responderi ad l. fi. §. sed cum antiquitas. & ad l. de creationibus, quæ fuerūt. sup. adductę, quod ideo tunc furiosus poterat exhęredari, quia illo iure non requirebatur causa exhæredationis, licet exhæredatus necesse haberet probare se immerentem, vt l. nam his. §. fi.
282 sup. de inoff. test. sed † cum hodie requiratur causa, & quod inferatur, & quod per hæredem probetur, vt in §. aliud quoque capitulum. in auth. vt cum de app. cogno. colla. 8. & plene traditur per doct. in auth. non licet, & in auth. ex causa. C. de libe. pręte. ergo videtur, quod possit exhęredari, & sic quod debeat
283 institui. Sed † ad ista omnia posses respōdere, quod imò ex causa commissa ante furorē posset exhęredari, prout optime probat tex. in d. §. sed cum antiquitas & in d. l. de creationibus, probatur hoc, nam infans & furiosus æquiparantur, vt l. pen. C. ad Treb. in §. pupillus, insti. de inuti. stip. sed infans tempore. d. l. fi. §. sed cum antiquitas, non poterat exhęredari, ergo nec furiosus, & quod infans non possit exhęredari, probatur in l. si quis in suo. in §. legis. C. de inoffi. test. probatur hoc, nam ideo ante. §. aliud quoque capitulum, non exprimebatur causa exhęredationis. quia lex præsumebat, quod pater ipsum exhęredasset cū causa, vt dixi. §. quæ quidem nō potest præsumi in infante, ideo non potest præsumi in furioso per eandem rationem, vnde cū exhęredatus sit, debet præsumi, quod fuerit exhęredatus aliqua causa commissa ab ipso ante furorem, & sic patet quod responsio supra data ad §. sed cum antiquitas, non est bona, non obstat. d. l. Diuus, quia illa lex loquitur, quando committit delictum in furore, tunc nō debet puniri, cum satis sit punitus sua insania, vt patet ibi in vers. si vero. vbi videtur, quod si inter dilucida interualla interfecisset matrem, tunc debet puniri, nec enim propter furorem ei est danda venia, non obstat, quod habetur in dicta l. Deo nobis, quia iam ibi glo. non se firmat, immo potius videtur asserere, quod non purgatur per ingressum religionis, & ita tenet Pau. de Cast. si causa erat talis, quæ intulisset iniuriam patri, vt puta quia verberasset. sed si esset causa, quæ non cōcerneret iniuriā patris, sed vtilitatē ipsius filij, vt puta quia in honeste vixerat, quia erat arenarius, nā propter istam causam pōt exhęredari, illa bene remittitur propter ingressum religionis. vel pōt dici, quod ideo remittitur in casu isto fauore religionis, ne si filius posset exhæredari, monasteriū aliquid
284 consequi non posset. quæ ratio cessat in casu nostro. † vnde cōcludendū breuiter est cum opi. communi, quod propter causam commissam ante furorem possit exhæredari, licet propter delictū ante furorem cōmissum non possit furiosus decapitari prout est cōis opinio. vt dixi. & ratio colligitur ex doctrina Bal. & communi in l. furiosum. C. qui. testa. face. possunt. vbi Bal. vult, quod furiosus non possit affici in corpus sed bene in bonis puniri. vnde exhæredatio non concernit pęnam corporalem, sed potius bonorum, cum exhæredatio sit bonorum, & hæreditatis priuatio, vt traditur per Bartolum. & alios in authen. ex causa. C. de liberis, præte. & sic patet quod ratio Raynerij non est vera. vnde forte subtilitate iuris posset attentari, quod imo filio exhæredato possit fieri ista substitutio attento quod. d. l. humanitatis. in qua se fundant doc. non probat, quod requiratur, quod furiosus debeat institui, vt supra deduxi. & late dixi in 3. effectu pupillaris substitutionis in l. 2. supra eo. vnde cum nulla lex sit, quæ prohibeat, quod requiratur, quod filius debet institui. certe dicendum est, quod possit fieri exhæredato pupillaris cum in hoc non reperiatur discordantia, prout multoties isto modo Bar. & doct. arguunt. Præterea licet videatur inhumanus pater in exhęredando filium, & nō videatur vti affectu & officio paterno, vt l. hoc colore. sup. de inoffi. test. tamen negari non potest, quin in actu substituendi vtatur humanitate & pietate erga filium, ex quo ei prouidet de hærede, & sic satis videtur humanitate fundata illa substitutio isto casu, & sic vide
285 tur cessare ratio Gul. & imitare ratio. d. l. humanitatis. † Et ex his in puncto iuris verior videtur opi. quod exhęredato pōt fieri, licet præcedens sit magis communis, a qua in cōsulendo & iudicando non recedas. Et pro ista communi opi. facit tex. quē nemo allegat in l. fi. in §. 1. iuncta gl. super versi. constitutio. C. de cura furio. si dicas, quod ille tex. loquitur in casu, quo non possit exhęredari, quia ante furorem nō commiserit causam,
286 qua communi opi. retenta † quęrit Bar. quid si filio testator relinquit iure institutionis minus, quā sit sua legitima, an isto casu valebit substitutio sibi facta? concludit Bar. hic q valebit substitutio sibi facta, cum possit agere ad supplemētum, vt l. omnimodo. C. de inof. testa. & in §. aliud quoq; capitulū. in auth. vt cum de ap. cog. colum. 8. certe perinde est, ac si esset in tota legitima institutus. sed si esset in tota legitima institutus, non esset dubium, quod valeret exemplaris substitutio, vt §. proxime præcedenti conclusione est cōclusum. ergo & isto casu valebit. & hanc opi. sequuntur Ang. & Pau. de Cast. & alij in d. l. humanitatis. & dicit Ange. quod gl. in ver. legitima. in d. l. humanitatis. fuit nimis rigorosa, quę voluit, quod ad hoc vt valeat exemplaris, debet ad minus relinqui filio legitima. Raph. Cum. hic refert. opin. Ang. & Bar. & nihil firmat. d. Alex. hic refert Ioan. Fab. tenere in d. §. qua ratione. opi. Bar. sed fallitur, quia Io. Fab. ibi sequitur quod imò non valeat exemplaris, nisi ad minus tota legitima relinquatur filio. & sic sequitur gl. in d. l. humanitatis prout infra referam & ita eum tenere refert hic Iaso. d. Alex. sequitur hic opi. Bar. quam in effectu videtur sequi Aret. istam opin. sequitur hic Ias. dicens eam esse cōmunem. & hanc eandem opi. sequitur Alex. in d. l. humanitatis, in 3. colum. & ibi Ias. in 2. col. vbi dicūt quod ista opi. est magis communis. & pro hac opi. hic d. Alex. adducit istam rationem dicens, quod l. humanitatis fuit facta ante. d. l. omnimodo. C. de inof. testa. vnde nilmirū si imperator in d. l. humanitatis requirit, quod filio relinquatur legitima, & tota quia illo tēpore nō poterat agi ad supplementū. vnde cum possit postea per d. l. omnimodo agi ad supplementum, nilmirum est. si dicamus substōnem valere. & quod d. l. humanitatis sit ante d. l. omnimodo. patet fm ipsum, q a d. l. omnimodo est Iustiniani. & fuit vna de quinquaginta decisionibus. & d. l. humanitatis est alterius imperatoris, qui certe fuit ante Iustinianum. Sed ista ratio cum reuerentia non est vera. quia non est verum quod d. l. humanitatis. fuisset facta ante. l. omnimodo. imò dico, quod fuit facta postea. vt patet in vers. legitima ei portione relicta. & sic videtur innuere, quod sufficiebat legitimam relinquere quoquo relicti titulo, licet non esset relicta titulo institutionis. vnde si fuisset. d. l. humanitatis facta ante dicta l. omnimodo prout dicit. d. Alex. vtique non fuisset satis legitimam relinquere alio titulo, quā titulo institutionis, sed fuisset necesse relinquere titulo institutionis, vt leg. inter cætera. de liberis & posthumis. supra & est bonus tex. in l. ita tamen. in §. qui rogatus, infra ad Trebellianum & tradunt Aretinus & Alexander & communiter doctores in dicta. l. inter cætera. & domi. Alexan. in l. posthumo, C. de contra tab. vnde dico, quod d. l. humanitatis, non fuit cōdita ante. d. l. omnimodo. sed postea. nec est verum, quod dicit domi. Alexand. quod d. l. humanitatis. sit alterius Imperatoris quam Iustiniani, quia dico quod est Iustiniani, vt patet ex inscriptione illius legis. patet in §. qua ratione. institu. cod. vbi Imperator refert illam constitutionem, & tamen dicit se posuisse illam, & sic ipse fecit. tamen licet sit condita dicta. l. humanitatis, post dictam. l. omnimodo. tamen non obstat opinio. Barto prout infra dicam. & sic patet quod ista ratio domi. Alexan. non multum facit pro opinio. Bartol. pro ista opinio. Iaso. in dicta. l. humanitatis. adducit istam rationem, quia in dubio ea pars est tenenda, quæ fauet & conseruat testamentum, vt l. si pars. supra de inoffìcio. testamen. sed ista ratio non videtur multum vrgere. quia negari posset, quod in casu nostro sumus in dubio, cum clare videatur esse inductum, quod relinquatur legitima, ergo tota vt d. l. humanitatis. nisi ad istam. l. respondeas. vt infra dicam. Et pro hac
287 opinio. facit secundum Iaso. hic, † quia ius petendi supplementum non subrogatur loco querelæ, quia querela est odiosa, & expugnat testamentum, sed ius petendi supplementum dicitur esse fauorabile. quoniam defendit testamentum vt est tex. in dicta. l. omnimodo. cum ergo habeat contrariam naturam querelæ, absurdū est dicere, quod loco eius subrogetur. quoniam subrogatus debet esse eiusdem naturę, cuius est illud, in cuius locum subrogatur, vt l. si eum. §. qui iniuriarum. supra si quis cau. & in l. 2. C. de offi. eius qui vic. alter. ger. & sic illud ius petendi supplementum non potest aliquo modo subrogari loco querelę. ita dicit Bald. in l. si quis filium. C. de inoffìcio. testamen. & ibi sequuntur communiter Doct. & propterea dicit no. Bald. in l. cum lege. in 3. not. C. de episcopis & clericis quod petitio supplementi non est impugnatio testamenti. & idem Bald. dicit in l. illud C. de collatio. circa princip. quod petitio legitimę fuit inducta pro conseruando testamento. & alleg. l. omnimodo. & quod non subrogetur loco querelæ, probatur, quia querela, durat quinquennio, vt d. l. si quis filium. in fine. sed conditio ex l. cum sit actio personalis, quæ competit pro iure petendi legitimam, durat. 30. annis, sicut. & in l. omnes. C. de prescrip. 30. anno. vel dicamus quod ad petendum legitimā datur petitio hæreditatis, & ista similiter durat. 30. annis, vt l. hæreditatis, C. de petitio hære. & quod ius petendi supplementum legitimę duret 30. annis probatur secundum Salicetum in d. l. si quis filium. in penult. colum. nam legitima potest peti perpetuo, vt clarum est, ergo & eodem modo eius

pars.

pars. argu. l. quę de tota de rei vendi. sup. & sic supplementū le-
gitimę, quod dicitur pars legitime vt l. si quando. §. & genera-
liter. C. de inoffi. testamen. ita etiam tenet Bald. in authenti.
presbyteros. C. de episcopis & clericis videlicet quod ius pe-
tendi supplementum non subrogatur loco querelæ. & Ange.
& omnes Moder. in dicta. l. si quis filium. & ibi dicit Florianus
quod ista est communis opinio. eādem opinio. sequitur Bald.
in repe. l. pater filium. in 11. colum. in ver. visis oppositionibus
re spicientibus. & in l. nam & eis. §. 1. supra de inoff. testamen.
& Ang. in l. omnimodo. C. de inoffi. testamē. & Ang. in l. cer-
ti condictio. in princip. sup. si certum petatur. Ang. in authent.
de trien. & semis. col. 3. & plenius quam alibi in l. Papinia. §. si
conditioni. sup. de inofficio. testamen. si ergo ius petendi sup-
plementum legitimę non subrogatur loco querelę, vt est con-
clusum, ergo non subrogetur loco exhęredationis, sed potius
institutionis, cum sit cōseruatiuū testamēti, vt dixi, ergo debet
haberi perinde, ac si esset institutus in tota legitima, prout ēt
hic dicit Bar. Sed si in tota legitima esset hæres institutus, nulli
dubium esset, quod valeret ista substitutio ita etiam dicamus,
quod valeat in casu nostro. Sed ista ratio non videtur tuta. quo-
niam prout infra dicetur, videtur dubium, an istud ius peten-
di supplementum subrogetur loco querelæ necne, prout infra
dicetur. Præterea esto quod subrogetur loco querelæ prout
communiter concludunt docto. in d. l. si quis filium, tamen pe-
rinde habetur, ac si esset in tota legitima institutus. certe istud
est per fictionem, non secundum veritatem, vnde cum, dicta
l. humanitatis, requirat, quod relinquatur legitima, debet intel-
ligi quod relinquatur vere, & non per fictionem, vnde lex lo-
quens in casu vero, non debet extendi ad casum fictum, vt
l. 3. §. hęc verba. de negotiis gestis. & ibi per Bartolum eo maxi-
me quod dispositio est exorbitans a regulis iuris communis,
cum regulariter nemo possit de alienis bonis testari, vt sunt
288 iura vulgaria, & sic ista ratio non videtur sufficiens. † Tamen
alia ratione Iaso. hic dicit opinio. Bartoli & communem verio-
rem, quia supplementum legitimę fit ipso iure, vt l. scimus. in
versicul. ipso iure. C. de inofficioso testament. Confirmatur
289 † nam falcidia resecat legata ipso iure, vt l. lineam margarita-
rum. & l. Plautius ad legem Falcidiam. quanto fortius quar-
ta debita iure naturę, quæ est potentior, debet ipso iure opera-
290 ri? & si dicas † quod immo ipso iure non fit supplementum,
sed ita demum si petatur, sicut dicimus in compensatione,
quę fit ipso iure, tamen requiritur, quod petatur, vt l. final. C.
de compensat. sicut dicimus in iure dicendi nullum, quod cō-
petit filio præterito, nam competit ipso iure. & tamen opor-
tet quod dicat nullum, vt l. filio pręterito supra, de iniust. rupt.
testamen. & ibi per Bartolum in antepenultima columna &
alios, & ita videtur tenere gloss. 2. in dicta l. scimus in princip.
in gloss. 2. quia ad hoc respondetur secundum Iaso. quod licet
supplementum legitime non acquiratur incommutabiliter
nisi secuta petitione, vt dicta gloss. tamen ius ipsum supple-
menti quæritur ipso iure & pure, & ideò transmittitur etiam
aliter non agnitum, vt dicit Salicet. in dicta l. sancimus. alias
si diceremus, quod non competeret ipso iure, sed ita demum
si petetur, vtique diceretur, quod competeret sub illa condi-
tione & sic esset grauamen, quod debet reijci, vt l. quoniam in
prioribus. C. de inofficio. testamen. præterea non transmitte-
ret vt l. si ita in §. illi si volet ff. de legat. 1. & l. iam dubitari in
fine. supra titul. 1. tamen transmittitur secundum Salicetum.
& istud sequitur domi. Alexand. in consilio 55. in secundo vo-
lumine, incipiente viso titulo quæstionis. in tertia columna
infra, vbi dicit illud esse de mente Bald. in leg. si arrogator. in
291 2. oppo. supra, de adopt. si bene inspiciatur † Confirmatur
hoc secundum Iason. in dicta l. scimus. quia quando filius in-
stituitur sub conditione, si voluerit, reijcitur illa condictio de
legitima, quia videtur esse grauamen, ex quo impedit trans-
missionem, vt dicit Bald. & expresse Paulus de Castro. in l.
quoniam prioribus. C. de inofficio. testamen. & ibi etiam Ia-
so 1. nota. in prima extensione, & plene per Imol. in l. iam dubi-
tari. supra titu. proximo. & per Alexand. in l. si filius hæres, in
10. limitatione supra de liberis & posthumis, & ita etiam reijci-
tur illa conditio a supplemento legitime, scilicet si petat, &
sic competit ipso iure sine aliqua petitione, confirmatur per
l. omnimodo C. de inofficio testamen. in versicul. sine vllo gra-
uamine vel mora. vbi vult, quod possit exigi supplementum
292 sine aliquo grauamine vel mora. tunc sic, † paria sunt, quod
testator relinquat integram legitimam, prout requirit dicta.
l. humanitatis, vel quod lex ipso iure suppleat, vt l. non ali-
ter & l. his verbis, supra de adoptionib. facit l. prima §. 1. de rei
vxo. act. C. & pondera quod prędicta. l. his verbis. loquitur, quā-
do requiritur pro forma illud, vt dicta l. non aliter. & in §. cum
autem. institu. de adoptionib. nec obstat secundum Iaso. hic si
diceretur, quod dicta l. humanitatis, vt supra fuit dictum, quia
ad hoc secundum ipsum respondetur, quod licet d. l. omnimo-
do loquatur generaliter, debet etiam extendi ad casus specia-
les, hinc est, quod instituta turpi persona parenti datur contra-
tabu. ad expugnandum totum testamentum, vt l. Pantonius.
infra si qui. a par. fuc. manda. & tamen dicta l. omnimodo, ex-
tenditur ad istum casum specialē, quando instituta turpi per-
sona, si parenti relinquatur minus legitima, agitur ad supple-
mentum, & habet locum dicta l. omnimodo, prout tenet Bal.
in l. frater. in 3. quæstio. C. de inofficio. testamen. & sic per hoc
apparet quod dicta l. omnimodo, extenditur ad casus specia-
293 les, & si dicis † quod hoc non respondet ad regulam, quæ est,
quod lex generaliter loquens non extenditur ad casus specia-
les, vt notat. gloss. in l. sciendum. vbi gl. Bar. & alij sup. qui satis-
da. cogan. quia respondetur secundum Iaso. hic, quia quando
est de intentione legis nouę derogare casibus specialibus, tunc
extenditur ad casus speciales, ita dicit Ioannes de Imo. in l. si
vero. in §. de viro. in 6. col. supra soluto matrimonio, vbi alleg.
no. per glo. in cap. contra Christianos. in glo. fin. de hære. lib. 6.
& sequitur Alexand. in dicta l. sciendum, sed dicta l. omnimo-
do, intendit derogare casibus specialibus, vt patet ibi, vel alio
modo subuertendis, & sic extenditur etiam ad casum dictæ l.
humanitatis, vt si filio relinquatur minus legitima, quod non
subuertatur exemplaris substitutio, licet sit casus dictæ l. huma
294 nitatis, specialis, † sed huic rationi posset responderi, quod im-
mo supplementum legitime non sit ipso iure, immo requiri-
tur, quod petatur, prout dicit glo. in dicta l. scimus, & hanc opi
nio. sequitur ibi Barto. & sequitur Pau. de Castro, in 1. nota. &
sequuntur communiter docto. vt per Iaso. ibi & pro hoc vide-
tur tex in dicta l. omnimodo in versic. sine vllo grauamine exi-
gere, & sic requirit petitionem, non obstat quod si subintelli-
gitur illa conditio, si petatur, cum ista conditio cōtineat onus,
debeat reijci de ipsa legitima, & sic de ipso supplemento legi-
gitime, quia dico, quod ista conditio non est talis, quæ inferat
295 grauamen, cum sibi sit imputandum, si non petijt † nec ob-
stat, quod illa conditio, si voluerit, reijciatur de legitima, quia
dico, quod non est verum, nam illa conditio hodie reijcitur
de legitima, quæ si erat apposita, olim inducebat querelam, vt
dicta l. quoniam prioribus. C. de inofficio. testamen. sed ista
conditio olim non inducebat querelam, vt l. verba. infra tit. 1.
& l. Cornelius. supra titu. 1. & l. Papinianus. §. quarta. sup. de in-
296 offic. testamen. confirmatur, nam † vulgaris substitutio impe-
dit transmissionem, vt l. si filius hæres, & ibi per Barto. & do-
cto. & ibi dixi in dicta l. 1. in materia vulgaris, & tamen ista non
reijcitur de legitima, prout tenet Paulus de Castro in dicta l.
quoniam prioribus, & Aretin. in l. si filius hæres, & Bald. in te-
pe. l. si arrogator. ibi Barto. in tertia columna, & Iaso. in 11. su-
pra, de adoptio. quicquid alias dixerit Iacob. Butriga. in dicta l.
quoniam, quem sequitur Alexand. in dicta l. si filius hæres. in
vndecima limitatione, & Iaso. in repetitio. authen. res quæ. C.
commu. de lega. & pro conclusione Pau. & Bal. quod de legi-
tima nō reijciatur vulgaris substitutio, probatur ratione, nam
in legitima debita patrono in bonis liberti reijcit omne onus,
vt in §. sed nostra. institutio. de success. libe. & tamen non reij-
citur substitutio vulgaris, vt l. cum patronus. infra de lega. secū
297 do. Et per hoc † infert ibi Paul. de Castro, tam in lectura Pa-
duana, quam in Bononiensi lectura, quod si filio sit relicta le-
gitima, & in ea sit appositum onus, quod licet filius non ha-
beat subire istud onus, tamen si ista legitima vadit ad substitu-
tum, tunc bene substitutus debebit subire tale onus, & sic sen-
tit, quòd in legitima potest fieri substitutio vulgaris, immo ex-
presse hoc dicit, pro hoc allegatur. l. si posthumus. §. quod vul-
go. supra, de liberis & posthumis, & sic quod impediatur trās-
missio, non est in consideratione, ita quod propter hoc dica-
mus, quod competat ipso iure sine aliqua petitione, confirma
tur, nam eo ipso quod filius est exhæredatus ipso iure habet
querelam, vt in l. prima, & per to. supra, de inofficio. testamen.
298 † & tamen licet ipso iure competat, tamen non transmittitur,
nisi fuerit præparata, vt l. posthumus. §. fina. cum l. sequent. su-
pra, de inofficio. testamen. nisi ad filium, vt l. si quis filium. C.
de inofficio. testamen. & per hæc patet non bene dixisse Sali-
cet. in dicta l. scimus, qui voluit, quod bene ipso iure competat
ius petendi supplementum, tamen incommutabiliter sequi-
tur sequuta petitione, quia dico, quod ante petitionem nullo
modo competit, prout ibi tenet gloss. & sequuntur communi-
ter doct. Non obstat, quod paria sunt quod testator relinquat
integram legitimam, vel quod lex suppleat, vt dicta l. his ver-
bis, quia illud est verum, quia lex vltra processit subaudiendo
stipulationem cum non fuerit interposita, nam si lex vltra non
processisset, & interposita non fuisset stipulatio, dico quod illo
casu non teneret arrogatio, quia peccaret in forma, vt argum.
l. 1. in §. si quis ita. de verborum obligationib. non obstat dicta
l. scimus, quia dum dicit, ipso iure, non vult dicere, quia ipso
iure sine aliqua petitione competat, sed vult dicere, quod ipso
iure inest repletio per legem licet non sit dictum per testato-
rem quod legitima impleatur, ita vult ille tex. si bene inspicia-
tur, & clarius hoc videtur sentire. l. omnimodo, eodem titu. &

sic iam

siciam vides quod opinio. Bartol. & communis videtur du-
299 bia & infra, respondebo rationibus Bartoli. & ideo † Angel.
hic, quem sequitur Imol. hic tenet contrarium quod imo si
filius sit institutus in minori summa & parte, quam sit sua le-
gitima, non valebit ista substitutio, & hanc opinio. sequitur
glo. in dicta l. humanitatis in versicul. legitima, & Ioan. Faber
in dicto §. qua ratione in 4. columna. in fin. & mouetur Ange.
quia pro forma videtur esse introductum, vt filio pater relin-
quat legitimam, si ei vult substituere, vt dicta l. humanitatis,
ergo non videtur ab ea recedendum, vt l. cum hi. §. si prætor.
de trans. & l. 1. §. si quis ita de verborum obligationi. & etiam
si sumus in actu fauorabili, vt l. qui Romæ in §. Flauis Hermes
inf. de verborum obligatio. Sed huic rationi respõdetur, quod
filio debeat relinqui legitima, hoc non est inductum pro for-
ma ad validandam substitutionem, licet in consequentiã hoc
eueniat, quod propter relictum de legitima factum conuali-
detur substitutio, nam quod relinquatur legitima, fuit indu-
ctum ad hoc, vt valeat testamentum paternum, alias non va-
leret. & in consequentiam rescinderetur exemplaris substitu-
tio, vt l. secunda §. sed si eos supra eodem, vnde non inducitur
pro forma respectu substitutionis principaliter, sed respectu
testamẽti paterni, nec obstat quod dicta l. humanitatis, simpli-
ter dicat, legitima portione relicta, & sic indefinite loquitur,
ergo sentit, quod tota relinquatur, vt ar. l. hoc articulo supra
de hæredi. institu. & l. si ex pluribus infra, de legat secũdo, quia
hoc posset responderi, quod ideo illud statuit, quia tempore
dictæ l. humanitatis, non erat inductum ius agendi ad supple-
mentum, quia fuit postea inductum per d. l. omnimodo C. de
inofficio. testamen. & hoc procedit tenendo quod dicta l. hu-
manitatis, licet sit Iustiniani, tamen fuerit facta ante dicta l.
omnimodo, & sic antequam ipsemet Iustinianus induxisset
ius agendi ad supplementum, prout tenet dominus Alexan-
der in alio articulo, quod potest substineri licet supra re-
probauerim, vnde † illo tempore debebat relinqui tota le-
300 gitima, & iure institutionis, alias si erat relicta iure institu-
tionis, & non tota, tunc intentabat querelam, & subuerte-
bat testamentum in totum, vt l. Papinianus §. meminisse, su-
pra, de inofficio. testamento, & ibi Paulus de Castro proba-
tur in dicta l. omnimodo. Superuenit postea dicta l. omni-
do, quæ correxit ius antiquum in duobus, primo inquan-
tum requirebatur, quod legitima relinqueretur iure institu-
tionis, & non sufficiebat relinquere quoquo relicti titulo,
nam vult dicta l. omnimodo, quod istud sufficiat. Secundo
correxit ius antiquum. quod volebat, quod si minus legiti-
ma iure institutionis esset relictum, quod tunc haberet que-
relam, & in totum posset subuertere testamentum, at dicta l.
omnimodo, isto casu noluit, quod haberet querelam, sed
ageret ad supplementum quo casu non subuertit testamen-
tum vt patet in dicta l. omnimodo, superuenit Iustinianus in
authenti. in §. aliud quoque capitulum, vt cum de appella. co-
gno. & statuit in parte recedendo a iure antiquo & in parte
recedendo a dispositione l. omnimodo, voluit enim ibi Impe-
rator, quod filius titulo institutionis debeat habere legiti-
mam, in hoc conueniebat cum iure antiquo, & discrepabat
a dicta l. omnimodo. Item voluit, quod si filius habeat titulo
institutionis legitimam, sed non integram, tunc filius non
possit exercere querelam, in hoc recedit a iure antiquo, sed
possit agere ad supplementum, & in hoc conuenit cum di-
cta l. omnimodo, vnde si dicimus dictam l. humanitatis, fuis-
se ante dictam l. omnimodo, tunc fateor, quod requirit, quod
301 relinquatur integra legitima & iure institutionis, sed † cum
habemus, quod hodie sufficit, quod habeat aliquid iure in-
stitutionis, ad hoc ne rescindat patris testamentum, certe
dicendum est, quod etiam si sit in minori parte quam legi-
tima institutus, quod debeat valere substitutio, ex quo quo
ad rumpendum non videtur esse differentia, siue sit institu-
tus in integra legitima, siue in minori parte quam sit sua le-
gitima si vero dicimus, quod est verius quod dicta l. humani-
tatis fuerit post dictam l. omnimodo, tunc minus habet dubii,
ex quo si non erat institutus in tota legitima, non poterat in
pugnare testamentum. Et sic ex præmissis patet, quod non ne-
cessario concludit ista ratio Angel. nec obstat si supradictæ re-
sponsioni diceretur, quod non est verum, quod legitima,
debeat relinqui pro forma substitutionis, & ea validanda, sed
solum pro validando principali testamento, quia si istud esset
verum, sequeretur, quod posset fieri filio exhæredato, quo ca-
su testamentum principale & sic dispositio patris, valeret, &
tamen hoc est falsum, & à veritate alienũ vt supra, conclu-
sit Bartolus, & ita dicit Imola hic. Sed ad istam rationem
respondetur, & aduerte, quia ideo non potest fieri exhære-
dato per dictam l. humanitatis, quia tempore dictæ l. huma-
nitatis filius exhæredatus habebat probare se iniuste exhæ-
redatum, vt l. nam his. §. finali, supra de inofficio testamen.
vnde ne grauaretur isto onere probandi, cum enim sit furio-
sus aut mentecaptus non posset facile probare, & sic iniuste
priuaretur hæreditate paterna, propterea lex voluit quod exhæ-
redato non posset fieri exemplaris, & si tu diceres, ista sol. non
procederet hodie, cum debeat inseri causa exhæredationis, &
per hæredem probari, vt in §. aliud quoque capitulum, in au-
thentic. vt cum de appella. cogno. columna octaua, & traditur,
in authent. non licet. C. de liberis præte. & sic filius non astrin-
gitur onere probandi, & sic deberet posse fieri ista substitutio,
& tamen non potest fieri etiam hodie, quod ad hoc responde
tur, quia ideo non potest fieri ista substitutio, quoniam lex ex-
presse non statuit contrarium, vnde cum dicta l. humanitatis
non reperiatur correcta, ergo non debet prohiberi stare l. san-
302 cimus, C. de testamen. nec † obstat, si diceres, quod attenta su-
pradicta ratione, non deberet posse fieri pupillaris pupillo ex-
hæredato, cum haberet probare se iniuste exhæredatum, & cũ
sit pupillus, non possit de facili probare, & tamen hoc est fal-
sum, vt in §. non solum, institu. de pupilla. substitu. sed respon-
deo. quod inquantum loquimur de pupillo infante, certe non
posset fieri pupillaris exhæredato, cum exhæredari non possit,
vt l. si quis in suo §. legis, C. de inofficio. testamen. etiam si pu-
pillus sit proximus infantiæ, vt nota. in dicto §. non solum, si ve-
ro loquimur de pupillo doli capace & proximo pubertati, tūc
bene potest fieri exhæredato, sed isto casu bene poterit proba-
re se iniuste exhæredatum, & melius quam furiosus, siue men
tecaptus, & sic habes rationem differentiæ, quare pupillaris po
test fieri exhæredato, & non exemplaris vltra rationes differen
tiæ supra assignatas in præced. artic. vel dicas, quod ideo exem-
plaris non potest fieri omnino exhæredato, quia cum exem-
plaris sit inducta humanitate, certe non videtur ita humanus
pater exhæredando filium, sicut quando ipsum instituit, licet
in minori parte ipsa legitima, vt argumen. l. secunda, supra de
inofficio. testament. coniuncto d. §. aliud quoque capitulum,
in authent. vt cum de appell. cognoscitur, columna octaua, &
infra patebit, dum assignabo rationem, quare hodie si est insti
tutus in minori parte, quam sit legitima, non intentat quere-
lam, tamen olim intentabat, vnde non videtur mirum si exem
plaris non fit exhæredato, & tamen fiat instituto licet in mino-
ri parte quam sit legitima. Alio modo huic rationi Angel. re-
303 spondet hic Aretin. dicens, † quod tunc omissio formæ vitiat
actum, est verum, quãdo lex vltra non procedit supplendo de-
fectum omittentis solemnitatem, secus si suppleat fingendo
id esse actum, quod est omissum, vt l. non aliter, & l. his verbis,
de adopt. & ibi not. Bald. vbi patet, quod licet in adoptione pro
forma requiratur stipulatio, vt dictis iuribus, & in §. cum autẽ
institut. de adopt. tamen si omittitur, non vitiatur arrogatio,
quoniam lex supplet fingendo stipulationem, facit lex prima,
§. primo de rei vxo. actio. facit lex 1. cum ibi not. per doct. ma-
xime Moder. inf. ad legem Falcid. vbi patet, quod licet l. Falcid.
dederit libertatem legandi sub hac tamen forma, si reliquerit
hæredi quartam, vt patet in d. l. 1. in §. 2. pone, quod testator ita
legat, vt penes hæredẽ non remaneat quarta pars, nunquid isto
casu legata vitientur certe videbatur dicendũ quod sic, ex quo
non erat seruata forma, d. l. Falc. & tamen doc. ibi concludunt
oppositum ratio, est sm eos, quia lex vltra processit declaran-
do, quod si ita testator legabat, ita quod hæres quartam partẽ
non habebat, tunc liceret hæredi quartam retinere, & de omni
bus legatis tantum deducere, vt quartam habeat, ita sit in ca-
su nostro, lex vltra processit, dicendo, quod si in minori parte
quam sit legitima filius sit institutus quod non sit nullum te-
stamentum, sed agat ad supplementum, vt dicta l. omnimo-
304 do, & d. §. aliud quoq; capitulum. Sed ista † ratio Aretini non
videtur vera, quia non videtur verum, quod lex suppleat isto
casu, nam cum secundum Angel. sit pro forma introductum,
quod filio relinquatur legitima, & sic tota, vt dicta l. humani-
tatis, certe non video, quomodo iura suppleant, quod si nõ est
relicta integra legitima, quod nihilominus valeat substitutio.
non ob dicta l. omnimodo & dict. §. aliud quoque capitulum,
quia illa iura loquuntur quo ad validitatem testamenti patris
& principalis, quando de iure communi pro se testatur, & ita
intelligit expresse illum tex. Ioan. Fab. in dict. §. qua ratione, in
quarta columna in fi. vnde bene fateor, quod si pater fecisset si
bi tantum testamentum, & in eo instituisset furiosum & men
tecaptum in minori parte ipsa legitima, valeret testamentum
ipsius patris, etiam quando substituisset ei, valeret suum testa-
mentum, tamen propter hoc non est dicendum, ergo eodem
modo valeat exemplaris facta filio furioso, quia non semper
valet ista consequentia, valet testamentum patris, ergo & sub-
stitutio exemplaris, vt dicit hic Imola, & sic ista solutio Are-
tini non videtur tuta, ideo ipse dat aliam responsionem, di-
cens, quod lex loquens de hærede scripto habet locum in eo,
qui succedit in portione hæreditatis per ius accrescendi ex ta-
cita voluntate defuncti. vt l. si in testamento sup. eod. sed por-

tio legitime filio relicte accrescit ipso iure portioni legitime,
in qua filius est institutus, vt l. scimus. in princip. C. de inoffi. te-
sta. ergo in illa parte debet censeri institutus, & totum poterit
petere petitione hæreditatis, vel actione ex testamento, tan-
quam si fuisset scriptus & institutus, vt d. l. in testamento, sed
ista solutio non videtur tuta, quia, vt infra videbimus, non est
verum, quod in ea parte, in qua venit per ius petendi suplemē
tam veniat secundum voluntatem, sed contra. preterea dato
quod veniat secundum voluntatem, & quod in ea parte videa
tur institutus, tamen hoc sit quo ad testamentum ipsius patris
tamen non hoc prosit quo ad exemplarem, cum pro forma
secundum Angel. videatur esse inductum quod filio relinqua
tur legitima, & sic etiam ista solutio Aretin. non videtur es-
se sine dubitatione, ideo tenet primam supra datam. Secun-
do Angel. pro ista sua opinione mouetur quia exemplaris fuit
inducta ex humanitate vt d. l. humanitatis, sed pater relinquē-
do filio minus legitima non videtur vti humanitate, cum ista
appelletur minuscula, vt l. si quis in suo in princip. C. de in-
officio. testamen. † Sed huic rationi respondet Aretin. videli-
305 cet quod humanitas, de qua in d. l. humanitatis, non funda-
tur in hoc, quod plus vel minus filio relinquat, dummodo
filius habeat legitimam ex dispositione testatoris relinquen-
tis ei aliquam partem legitimæ, sed fundatur in persona eius,
cui fit exemplaris substitutio, & sic respectu substitutionis,
est enim humanū & pium furioso siue mentecapto subueni-
re, prouidēdo ei per substitutionem, quo casu eueniret quod
ipse decedet testatus, vt in §. primo institu. qui manu. non poss.
qui alias decederet intestatus, cum sibi testamentum conde-
re non posset, & iste est proprie sensus d. l. humanitatis. Alia
ratione Ias. hic mouetur pro opin. Ange. cum d. l. humanita-
tis, statuat specialiter, quod parentes non possint filijs men-
tecaptis nisi de bonis suis relinquant ipsi legitimam † vnde
306 dato quod d. l. omnimodo sit posterior, quæ statuit, quod pos-
sit agi ad supplementum, non debet extendi ad casum specia-
lē d. l. humanitatis, quamuis generaliter loquatur, etiam si di-
cat, non obstantibus quibuscunque legibus antiquis, non in-
telligitur loqui de illis habentibus casum specialem, vt est gl.
in l. sciendum, & ibi Bar. & alij sup. qui satisda. cog. & gloss. in
versic. vocantibus in authent. de hæred. quæ ab intesta. & late
Bar. in extrauaganti, ad reprimendum in ver. nō obstantibus
pro hoc videtur tex. in l. in testamentis, & ibi Fulgo. no. C. de
testa. coniuncta l. hac consultissima princ. vbi gl. & doc. C. qui
testa. fa. possunt, & illud etiā procedit, si essemus in casu fauo-
rabili prout essemus in casu nostro, & sic non debet extendi di
cta l. omnimodo, vt valide exemplarem substitutionem. Sed
certe ista ratio non valet. prima, quia dico, quod d. l. humanita
tis fuit posterior, quam fuerit d. l. omnimodo, vnde si in mi-
nori parte ipsa legitima sit institutus censetur institutus in to-
ta legitima vt intra dicā. præterea dato quod d. l. omnimodo
sit posterior, tamen dico, quod extenditur ad illum casum spe
cialem, ex quo ita est de mente d. l. omnimodo, vt patet ibi, vel
alio modo subuenientis, & dixi sup. vnde non habet locum re-
gula d. glo. in d. l. sciendum prout tenet Imo. in d. l. si vero §.
de viro in 6. colum. sol. matr. & sequitur domi. Alexand. in d.
l. sciendum, vnde cum trahatur ad illum casum specialem, pa-
tet, quod non debet obstare illa ratio circa quam tamen dic,
vt dixi supra. † Item pro ista opinione Angel. Iason hic addu-
307 cit aliam rationem, quia ius agendi ad supplementum subro-
gatur loco querelæ, vt tenet Bartol. in l. cum ex filio sup. eodē,
idem Bartol. in l. si quis filium in fi. C. de inoffic. testamen. per
illum tex. sicut ergo non potest fieri exhæredato, vt sup. est cō
clusum in præcedenti conclusione, ita etiam non possit fieri
in casu nostro, nisi sit tota legitima relicta, quo casu querela &
ius agendi ad supplementum cessat. † Sed huic rationi potest
308 responderi, quod imò non sit verum, quod ius petendi supple
mentū subrogatur loco querelę, & in contrarium est opinio
cōmunis prout late dixi sup. & declarat Iason in d. l. si quis fi-
liū in 2. col. nec obstat d. l. si quis filiū in fi. inducta vt ibi per
Bar. quia illa exceptio, quæ fit ibi in fi. fit tm̄ respectu trāsmis-
sionis querelæ, non aūt respectu supplemēti legitimæ. sed Ias.
in d. l. si quis filium, dicit quod ista sol. nō vr̄ vera, qm̄ relatio debet
fieri ad oīa præcedentia. Sed certe istud est verū in dubio, sed
ibi apparet expresse, quod illa relatio solū fit ad querelā, vt patet
ibi nisi pater repudiauit querelā, vel quinquennio tacuit &c.
confirmatur illud, scilicet quod illa relatio fiat tantum respe-
ctu querelæ, patet ibi in fin. dum dicit, post aditam hæredita-
tem &c. & sic loquitur de querela quæ competit tantum post
aditam hæreditatē, vt l. filium in §. sed cum exhæredato infra,
de bono. possess. contratab. sed suppletio legitimæ non deside-
rat aditionem, cum habeat ius accrescendi, & sic potest preue
nire heredem vniuersalem, vt ei possit accrescere. Ita dicit
Cy. in auth. nouissima C. de inoffi. testa. cōfirmatur sup. d. sol.
309 † quia relatio debet fieri ad id, quod principaliter deciditur

in lege, non ad id, quod deciditur incidenter, vt l. fin. §. Titia. &
ibi no. Bar. inf. de li. le. & no. Bar. in l. si cui in § si a filio inf. de le-
gat. 1. non obstat responsio Ang. & Ioan. de Imol. dum dicunt,
quod licet filius petat supplementum, petit contra voluntatem de
functi, vnde si petit contra voluntatem, non potest in eo videri
a defuncto filius institutus, & sic non videtur dictum Bart. esse
verum, quod perinde habeatur, ac si in legitima esset institutus
secūdum eos, quia dico, quod ista responsio non est vera, quia
supplementum hodie petitur ex voluntate defuncti, non con-
tra, secundum Aret. hic, quia ideo testator reliquit minus legi-
tima, quoniam sciebat dispositionem legis volentis vt supple-
310 mentum habeat locum, vt d. l. omnimodo, in dubio † autē mēs
testatoris videtur concordare cum dispositione iuris, vt in c. 1.
§. filia de succ. feu. & l. pen. C. eo. & no. Bar. in l. hæredes mei in
§. cum ita, ad Trebell. & Bal. in l. præcibus, in pen col C. eo. quę
ratio cessabat ante l. omnimodo, quoniam ante illam legem fi
lius, qui habebat minus legitima, nullum habebat remedium,
vt posset succedere non rupto testamento, quia non erat præ-
teritus, & ideo si pater relinquebat filio minus legitima, in re-
liquo videbatur exhæredatus, ideo habebat querelam, & sic pa
tet, quod tunc petit ex voluntate, & non contra voluntatem,
prout dicebat Ang. hic. Et ex his patet articulum esse dubium.
311 † Quid dicendum Aret. hic dicit, quod si dicimus, quod pro in
re petendi supplementum detur condictio ex lege, & nō actio
ex testamento, ita vt in illo supplemento nec vere nec ficte vi-
deatur institutus, sed solum vocatus ex mera dispositione le-
gis, prout tenet glo. in l. Papinianus, in §. conditioni, de inoffic.
testam. & istud sequitur Ang. ibi & Bald. in auth. presbyteros.
C. de episcop. & cler. & in l. si quis filium, & in l. si quis in suo.
C. de inofficioso testamento, & tunc non videtur vera opinio.
Bartol. sed illa Angelus, quia illud, quod petitur ex conditio-
ne ex lege nec vere nec ficte videtur relictum, sed l. humanita-
tis, quæ est exorbitans a iure communi, & vult legitimam re-
linqui filijs, non videtur loqui in isto casu, sed requirit, quod ex
presse tota legitima relinquatur, prout videtur loqui in illo ca-
su, sed requirit, quod expresse tota legitima relinquatur, prout
videtur sentire gl. ibi in vers. legitima, pro hoc facit, quod deci-
dit Bar. in filio præterito, in 7. colum. sup. de iniuſt. rupt. testam.
312 † Vbi volt, quod si extat statutū, quod testamenta mandentur exe
cutioni sicut diffinitiua sententia, non habebit locum in his,
quæ petuntur condictione ex lege, licet occasione testamenti
petantur, & idem dicit in auth. ex causa, in vlt. col. C. de lib. prę-
te. & ideo dicit Bal. in l. 1. in pen. col. C. de inoffi. do. quod l. hac
edictali. C. de secun. nup. quæ permittit relinqui marito secun-
do quantum est relictum vni ex filijs primi matrimonij, non vl
tra, non habet locum in eo, quod petitur tanquam supplemen
tum, quia illud non censetur relictum, ita est in casu nostro.
313 † Si autem teneas, quod supplementum petatur actione ex te-
stamento, vel petitione hæreditatis, & sic quod filius capiat sup
plementum legitimę ex vero titulo institutionis, vt puta quia
portio accrescit portioni, vt dictum est, ex tacita voluntate de-
functi, & tunc sit vera opin. Bar. arg. l. si in testamento sup. eod.
prout supra fuit inducta, vbi dispositio loquēs in vero hęrede,
verificatur in eo, qui venit per ius accrescendi, facit l. si Titio &
Meuio. §. Iulianus, inf. de leg. 2. & hoc probatur secundū Aret.
in l. omnimodo, & in l. scimus, quæ iura volunt, quod siue testa
tor expresse cauerit de supplenda legitima, siue non, quod fi-
lius possit agere ad supplementum, & sic videtur quod in vtro
que casu sit idem iuris ex quo pariter determinat vtrunque ca
sum, arg. l. nam hoc iure s. eo. sed quando testator vult expres-
se, quod legitima suppleatur, tunc non est dubium, quod habet to
tum iure institutionis, & vere idem erit, quando hoc testator
expresse non cauit, dummodo non caueat contrarium, & pro-
pterea secundum Aret. patet non bene dixisse Bal. in d. authē.
presbyteros, qui voluit, quod isto casu filius habeat totam legi
timam ex vno tm̄ titulo, & tamen agat ad supplementum con
dictione ex lege tantum, nisi secūdum eum intellexit titulum
in genere, quia totum possidet tanquam hęres, sed partem ex
dispositione legis, & partem ex dispositione testantis, nam ca
piendo titulum specialiter, duę causę distinctę, s. dispositio le
gis & dispositio testatoris non possunt causare vnum titulum
sed aduerte, quod inductio Aret. de d. l. omnimodo, nō valet, qui
ęquiparatio ibi tantum fit ad effectum agendi ad supplemen
tum, non ad hoc, vt demonstret vtrumque filium habere ex di
spositione testatoris, & sic titulo institutionis. Si autem dic
Aret. tenemus quod in supplemento legitimę non dicatur v
314 re institutus, sed tantum ficte, tunc † videtur dicendum, quę
dispositio iuris loquens in casu vero non trahitur ad casum
fictum, maxime cum sit exorbitans a iure communi, vt l. tert
§. hęc verba, de neg. gest. & ibi Bart. faciunt quæ habentur i
1. §. l. Falcid. inf. ad l. Falc. vnde d. l. humanitatis, loquens qđ
re relinquatur filio legitima, cum sit exorbitans a iure co
muni non debet extendi ad casum, quando non vere, sed f
relinqua

relinquatur legitima, ex quo isto casu per legem nouam non
est inductũ, quod d.l. humanitatis, trahatur ad istum casum, vt
d.l. 1. §. lex Falcidia, & ibi Paul. de Cast. Et ideo dicit Aretin. qđ
forte verior est opin. Ang. & Imol. Subdit tamen ipse, ꝙ ma-
315 gis sibi placet opin. Bar. per † notata per doct. in d.l. hac edicta
li. C. de secun. nupt. vbi secundum eum volunt doct. ꝙ disposi
tio loquens de relicto facto filio, comprehendit id, quod filius
consequitur virtute supplementi, vt probatur in illo text. & in
§. optime in auth. de nup. in illo responso, quãdo filij sunt ęqua
liter instituti, vbi tex. dicit, quod tm̃ potest relinqui secũdo ma
rito, quantum peruenit ad filios primi matrimonij, & sic præ-
cedentia declarant sequentia, quæ vtuntur verbo, relinqui, qđ
sub illo nomine venit id, quod filius potest ex supplemento cõ
316 sequi, ita in hoc articulo dicit Aret. hic. † Sed aduerte, quia quã
do testator expresse non cauit de supplenda legitima, sed sup-
pletio fit a lege, tunc puto quod non competat actio ex testa-
317 mento, sed condictio ex lege, & probatur ratione † quia quo-
tiescunque per legem nouam aliqua inducitur obligatio nec
aliqua specialis actio datur, tunc competit condictio ex lege, vt
l. 1. sup. de cond. ex lege, sed ita est in casu d.l. omnimodo, quia
illa est lex noua, & inducit obligationem, quia obligat hæredẽ
ad supplendum legitimam, & ad hoc specialem non induxit
actionem, ergo debet oriri cõdictio ex lege, & ita videntur cõi
ter sentire doct. Sed quando pater expresse cauit de supplenda
legitima, tunc bene fateor, ꝙ agi potest actione ex testamento
& ita potest concordare opin. Fulgo. de qua in d.l. omnimodo
& d. opin. Angel. de qua in l. Papinianus, in §. si conditioni. sup.
de inoffi. testa. Sed licet istud sit verum, tamen vt infra dicam,
istud non obstat opinioni Bart. & communi, licet Aret. hic di-
cat, ꝙ si istud tenemus, ꝙ non est vera opinio Bart. Ex hoc pa-
tet, ꝙ non est verum, qđ supplementum legitime filius capiat
ex vero titulo institutionis, quia immediate ex dispositione, d.
l. omnimodo, capit, vt dixi, licet occasione certe institutionis
facte in parte legitime competat supplementũ, sicut dicimus
in filio arrogato, qui decessit viuente patre arrogatore, nã illo
casu substitutus a patre naturali ipsi impuberi arrogato nõ suc
cedit ex substitutione, sed ex stipulatione, occasione tamen sub
stitutionis prout tenent communiter doct. in l. si arrogator, su
pra de adop. licet Bald. ibi in repetitione in decima col. teneat
contrarium & male, & ab omnibus reprehenditur, & ista est
318 cõis opinio, quod non capiat ex vero titulo. Adde etiã † inquã-
tum hic Aret. dicit, quod si teneamus, quod supplementũ ha-
beat ex ficta institutione, tunc dicit ꝙ est verior opin. Ang. huc.
Sed adde, quod licet fatear, ꝙ nec ex vero nec ex ficto titulo in
stitutionis ipse habeat supplementum, quando de supplemen
to testator non cauit. Sed esto, quod capiat ex ficta institutione
tunc dico, quod iure procederet opinio. Barto. probo sic, quo-
tiescũque duo sunt per viam regulę equiparata, tunc si aliquo
casu de vno loquitur, in eodem casu censetur etiam disponere
de altero, arg. eorum, quæ no. Bar. in l. si quis seruo. C. de fur. &
Bar. & doct. in l. 2. inf. de legat. primo, dominus Alex. & Mod.
in l. 1. C. qui admit. d. Alex. in l. Gallus, in § & quid si tantum, in
4. col. in fi. sup. de libe. & posth. sed pupillaris & exemplaris sunt
ęquiparata per viam regulæ, vt in §. qua ratione, insti. eo. sed pu
pillaris habet locum in casu ficto, vt l. lex Cornelia, supra eo. &
in l. pater inf. de captiuis. Ita eodem modo habeat locũ exem-
plaris in casu nostro, vnde propter hoc non debemus dicere
opin. Ange. veriorem. Item adde inquantum Aret. confirmat
opin. Bar. per ea quæ habentur in l. hac edictali, de secun. nupt.
nam illa ratio videtur dubia, quia Bal. vt sup. retuli in l. 1. in pen.
col. C. de inoffi. doti. vult, quod d.l. hac edictali, quæ dicit, quod
tantũ potest relinqui secundo viro, quantum est relictum filijs
primi viri, non intelligitur in eo, quod potest peti per supple-
mentum, & ideo non obstat, d.l. hac edictali, in §. quod si plu-
res, quia debet intelligi quod prouenit non ex supplemento,
sed expresso iudicio patris per supradicta, & sic iam ex his ap-
paret articulum esse valde dubium. Tamen puto opin. Bar. &
communem esse veriorem, quia si valeret testamẽtum patris,
quando furiosus esset institutus in minori parte ipsa legitima,
vt d.l. omnimodo, quanto magis totaliter debet isto casu vale-
re dispositio parentis, cum sit magis fauor filio isto casu, quam
in princ. arg. l. Iulianus, alias incipit, si pupillus, inf. de acq. hære.
& sic patet, ꝙ siue actione ex testamento, siue non petatur sup
plementum debet valere substitutio, cogita tamen quia dispu
tabilis est iste articulus. Et ex his sum expeditus de isto 7. requi
319 sito. Octauo requiritur in pupillari substitutione † quod ex te-
stamento patris sit adita hæreditas, vt l. 2. §. quisquis sup. eod. &
fuit ibi dictum in 8. requisito. Queritur an istud idem sit in hac
exemplari Barr. hic primo arguit quod non, quia furiosus per
se non potest adire, nec etiam curator pro eo, vt l. fin §. finautẽ
320 perpetuo, C. de cura. furiosi. Sed cogita † quomodo ille tex. fa-
cit, quia potius videtur facere in oppositum, nam vult ille text.
quod si furiosus erat extraneus, tunc ipse nullo modo potest
adire, tamen dicit, ꝙ curator debet adire pro furioso, imò ne-
cessitas debet ei imponi, & imponitur, si cognouerit hæredita
tem esse vtilem, vt adeat, ergo non videtur bene dicere Barto.
hic, dicens, ꝙ curator non potest adire pro furioso, ideo puto,
quod voluerit allegare, d. §. finautem perpetuo, coniuncto §.
finautem in furore in eadem l. & coniuncto. §. extraneis, instit.
de hære. quali. & diffe. & dic hoc modo inducẽdo, nam vult d.
§ finautem in furore, quod si furiosus in furore decessit, quod
isto casu hæreditas adita per curatorem furiosi non transit ad
hæredem furiosi, sed vadit ad substitutum aut ad venientes ab
intestato ipsi defuncto, qui ei successissent, nisi fuisset furiosus
institutus, & tamẽ clarum est, quod si illa aditio furiosi valuis-
set in vim aditionis, quod substitutus non potuisset venire, vt
l. post aditam. C. eo. nec venientes ab intestato potuissent veni-
re, sed hęredes ipsius furiosi, ex quo fuisset totũ effectum vnũ
patrimonium ipsius furiosi, argumen. l. sed si plures, in §. filio,
s. eo. præterea tex. in d. §. finautem in furore, vult, ꝙ si furiosus
efficitur sanæ mentis, quod potest repudiare, & tamẽ si illa adi
tio facta per curatorem valeret in vim aditionis, certe ille furio
sus non posset postea repudiare per d. §. extraneis, & ideo Barr.
inf. dicit, quod dicta aditio siue petitio bonorum ſm tab. est fa-
cti, & non iuris, & hoc modo probat ille tex. quod nec furiosus
nec curator potest adire pro eo. & isto modo voluit inducere
321 Bar. quod in exemplari substitutione † non requiritur aditio, te-
nuit Ioan. Fab. in d. §. qua ratione, in 5. col. in vers. & quid si pa-
rens, & ratio est secundum eum, quia ad esse exemplaris non
requiritur aditio. ita proprie dicit iurisconsultus in l. miles ita,
§. fi. inf. de milit. testamen. licet Ioan. Fab. istum tex. nõ alleget.
322 † Tamen Bar. hic distinguit, dicens, aut est institutus solus fu-
riosus a patre, in cuius erat potestate, & tunc quia est suus hæ-
res patri, & isto casu licet non sit adita hęreditas ex paterno, ta-
men valet exemplaris substitutio, quia existentia suitatis ipsa
confirmatur, argumen. l. fin. §. primo. C. de cura. furiosi. coniun
ctis his quæ habentur in l. si filius qui patri sup. eo. quæ iura fa-
ciunt hoc modo, nam tex. in d.l. fi. §. 1. videtur velle, ꝙ furiosus
323 sit suus hæres † & tex. in d.l. si filius qui patri, vult, ꝙ existentia
suitatis confirmet tabulas pupillares, arguendo ergo de pupil-
lari ad exemplarem, qua rõne pupillaris confirmatur, ita etiam
confirmatur exemplaris, & cum in furioso sit suitas, ergo con-
324 firmabitur exemplaris substitutio. † Si autem non erat in pote-
state, vt puta quia tractatur, quando ista substitutio fit a matre
vel a patre filio furioso emancipato, vel quia habebat cohære-
dem extraneum, quo casu tollitur existẽtia sui hęredis, vt lege
apud Iulianum, in §. idem Iulianus, infra ad Trebell. & ibi doc.
& tradit idem Bartol. in l. si filius qui patri, sup. eod. tunc quia
non adest suitas, quæ posset confirmare exemplarem substitu-
tionem, debet sibi dari curator, qui petet bonorum possessio.
secundum tabu. pro furioso, quę bonorum possess. siue sit iuris
secundum vnam opin. positam in d.l. fi. in §. tali itaque, siue sit
facti secundum aliam, & dixit Bar. in l. 1. inf. de bon. poss. furio.
infan. dela. tamen confirmat exemplarem substitutionem, vt
arg. l. cum hęres instituta inf. ad Trebell. quæ l. secundum Bar.
est singularis ad hoc, coniuncta l. nam quod §. si quis compul-
sus inf. ad Trebell. & l. qui plures §. fi. sup. eo. & hanc qõnẽ non
tetigerunt doc. secundũ Bar. & cum doct. Bar. transit Imol. hic
325 secundum, d. Alex. quam tamen limita † non habere locum in
milite, quia in milite valebit exemplaris substitutio, licet non
sit adita hæreditas ex testamento patris, vt l. miles ita §. fina. de
test. milit. vbi pupillaris facta a milite valet, licet ex testamento
militis non sit adita hæreditas, ergo ita sit in exemplari, cũ sit
similis pupillari vt sup. sępius est conclusum, & ita sit in exem-
plari hic domin. Alex. & alij doct. Aduerte inquantum Barto.
326 vult, † qđ furiosus in potestate patris sit suus. Adde secundum
Ias. hic, quod pro hoc facit l. Antistius, inf. de acquir. hęred. §. fi.
Et per illum tex. colliguntur duo mirabilia, primum est, qđ li-
cet capacitas vel incapacitas serui colligatur ex capacitate do-
mini, tamen ibi non pendet, patet, quia furiosus extraneus non
potest sibi acquirere hæreditatem, & tamen seruus eius bene
potest, vt ibi patet. & ratio est, quia ex toto furiosus dominus
non est incapax. Secundum mirabile est, quia curator secundũ
illa tempora non erat sufficiens ad adeundam hęreditatem, si
immediate furiosus erat institutus, tamen bene erat sufficiens,
327 si erat institutus seruus ipsius furiosi. † Aduerte etiam inquan
tum vult Bartol. quod si curator adijt, vel petit bonorum pos-
sessio. secundum tabul. quod confirmat exemplarem substitu-
tionem, nam istud videtur dubium, quia requiritur, quod fu-
riosus fiat hęres nomine, & sic virtute nudi nominis sustinea-
tur testamentum paternum, vt l. si filius qui patri sup. eo. & di-
xi plene in 8. requisito in l. 2. sup. eo. Sed in casu nostro aditio-
ne facta per curatorem non fit heres nomine, cum illa non fit
ris. nec hęreditas quæritur furioso. sed habet in se quandam ad
ministrationem, quæ est facti, prout videtur tenere gloss. in d.
328 l. fin. in §. itaque, & videtur esse communis opin. non † obstat, d.
l. cum heres, quia respondeo, ꝙ ibi non fit heres etiã nomine,
licet cedat actiones hereditarias fideicõmissario, qua simile vi-

demus in §. 1. insti. quib. alie. licet vel non. Sed ista solu. non est
vera, quia licet in d. §. 1. trāsferat dominiū & actiones, licet nō
sit dominus, est casus specialis contra regulas iuris, nam regu-
la iuris est, quòd qui est dominus, rei alienandę habeat facul-
tatem, vt patet ibi in princip. & sic in d. §. 1. qui incipit, ècontra
est speciale, ergo nō debet trahi ad casum nostrum, vt l. quod
vero supra de leg. & maxime quia est diuersa ratio, vt patet in
d. §. 1. vbi assignatur ratio, quę non militat in casu d. l. cum hæ-
res, si bene inspiciatur, propterea alij aliter respondent, quòd il
le text. loquitur in fideicommisso vniuersali, at nos loquimur
in exemplari substitutione, & ratio differentiæ est, quia omni-
no potuisset compelli adire & restituere, vt l. quia poterat co-
stitu. ideo illa aditio curatoris, licet sit meri facti, tamen confir-
mat fideicommissum, & ita nonnulli respondent, quòd isto
casū non confirmatur exemplaris substitutio per supra dicta.
329 Sed certe † puto veriorem opin. Bartol. quòd imò ista aditio
confirmet exemplarem etiam tenendo quòd sit meri facti, &
dico quòd de hoc est casus in d. l. cum hæres instituta, vt supra
per Barto. nec obstat responsio supra data quia qua ratione ibi
confirmatur fideicommissum eadem ratione debet cōfirma-
ri pupillaris, per d. l. nam quod §. si quis compulsus, & per con
sequens etiam exemplaris, vnde quemadmodum in casu d. l.
cum hęres, aditio coactę facta per curatorem cōfirmaret fidei
commissum, ita debet cōfirmari ista exemplaris, ita arguit iu-
risconsultus in d. l. qui plures in §. fin. sup. eod. & ibi no. Bald. &
Mod. nam ibi iurisconsultus, & etiā in d. §. si quis compulsus,
arguit de confirmatione fideicōmissi ad pupillarem substitu-
tionem, vndę cū in casu d. l. cum hęres confirmetur fideicom-
missum, ergo eadem ratione pupillaris, ita eodē modo & exē
plaris per sup. dicta & ita teneas. Tamen forte dici pōt, qđ adi-
tio curatoris tribuat nomen hæredis furioso, licet superueniē-
te sanitate possit resolui repudiādo. prout videtur tenere Pau.
de Cast. in d. l. Antistius in fine, & ideo confirmatur fideicom-
missum, vt d. l. cum hæres iuncta l. ita tamen §. si pater infra ad
Trebel. & tūc minus procederet istorū opi. Cogita tamē. Ad
de tamē, ꝙ inquantū Bar. hic videtur sentire, quod requiratur
aditio ex testamento patris, si furiosus non est suus, licet sit la-
tis aditio curatoris, nam Bald. & Salic. in d. l. humanitatis in se-
cunda col. in vers. Secunda est differentia cōfirmatoria tenent
cōtrarium, dicens, ꝙ licet non sit adita hęreditas ex testamen-
to principali, nihilominus adhuc durat substitutio. ideo est,
330 † quia sicut pupillaris continet tacitam vulgarem, vt l. nā hoc
iure sup. eo. & inf. dicetur, & ita etiā exemplaris cōtinet tacitā
& sic saltem remanet ista tacita vulgaris, ex qua substitutus po
terit adire hæreditatem patris, & eius aditione confirmabitur
testamentum patris, & sic etiam confirmabitur exemplaris
substitutio, licet ipse furiosus non adiuerit, & pro hoc facit, ꝙ
volunt Bar. in repe. l. si arrogator in q. vlt. in fi. cōmenti. sup. de
adop. Sed certe Bald. & Salic. infideliter reprehendunt Barto.
prout etiā hic confirmat d. Alex. quia Bart. non negat, quin in
substitutione exemplar. contineatur tacita vulgaris, ita quod
ex ipsa substitutus nō possit adire, & eius aditione postea con
firmatur substitutio exemplaris. † sed bene dubitat Bar. an si
331 substitutus casu, quo non vult succedere ex tacita vulgari, &
sic cum nullus sit, qui adierit ex testamento patris, an isto ca
su si filius in furore moriatur, possit substitutus ex exemplari
substitutione consequi bona furiosi. In hoc dubitat Bar. & di-
stinguit vt hic per eum, vnde non contradicit Bal. & Salice. &
Barto. fatetur, ꝙ non pōt subsistere exemplaris absq; aditione
reali vel legali facienda in testamento substituentis sicut in pu
pillari & ista est veritas. Aduerte etiā, quia do. Alex. non vide-
tur vere recitare Bald. in d. l. humanitatis, quoniam Bald. non
dicit, quòd substitutus ex tacita vulgari potest adire, & sic etiā
confirmabitur testamentū paternum, & per consequens exē-
plaris substitutio. sed dicit, qđ nullo pacto est necessaria aditio
in testamento patris siue matris ad esse exem. patris, licet illud
sit necessarium in pupillari, ita dicit ipse dicta secunda differē-
tia, & sic clare sentit ibi Bald. quod licet furiosus vel alius in-
stitutus in testamento patris, vel etiam substitutus ex tacita vul
gari non adiisset, qđ adhuc valeret exemplaris substitutio,
& sic contrariatur Bald. de directo, & sentit id, quod tenet Io.
Faber. in d. §. qua ratione, vt supra retuli. Sed nihilominus pu-
332 to † veriorem opi. Bar. quia quotiescunque non reperitur ma-
nifesta differentia inter istas substitutiones, dicuntur conue-
nire, vt sepius est dictum, cum ergo in hoc non reperiatur dif-
ferentia, dicamus, ꝙ idem sit, quod in pupillari, sed in pupillari
requiritur aditio, prout fatetur Bald. ita etiam sit in exempla-
ri. Præterea nonne ista exemplaris ad testamentum paternum
siue maternum est accessoria, sicut est pupillaris, certe sic, er-
go succedit, quod rupto paterno & sic principali debet rumpi
accessorium præterea de hoc videtur esse textus in dicta l. hu-
manitatis, secundum intellectum, quem dedi ad versiculum,
nulla querela in l. secunda in 3. effectu pupillaris supra eodem
& ista est veritas. Aduerte inquantum fuit dictum supra, sal-

uando Bartol. ab obiectionibus Salicet. & Baldi, quod si substi-
tutus adiit ex tacita vulgari, quod tunc confirmetur exempla-
ris, nam istud videtur dubium per ea quæ dixi in l. secunda in
8. requisito supra eodem, & sic habes, quod si testamentum
paternum est ruptum, quia ex eo non sit adita hęreditas, quod
etiam rumpitur exemplaris. Sed quid si est ruptum ex cau-
sa præteritionis aut exhæredationis an per authenti. ex causa
confirmetur ista substitutio. dixi plene supra in sexto requisi-
to, vbi de pluribus alijs quæstionibus pertinentibus ad istud
requisitum quæsiui. d. c. vt ibi. Et ex his sum expeditus de isto
8. requisito, & per consequens de secunda quæstione principa
li. Tertio principaliter quærit Bartol. hic, an exemplaris &
pupillaris conueniant in modo procedendi, & circa hanc quę-
stionem quærit Bartol. de tribus primo, an sit reperire exem-
plarem expressam, & tacitam sicut pupillarem. Secundo
quærit, quibus fiat ista substitutio. Tertio quærit, quæ perso-
333 næ possint substitui. † Venio ad primum, & clarum est, quod
exemplaris potest expresse fieri vt hic, & in dicto §. qua ratio-
334 ne, & in dicta l. humanitatis. Sed dubitatur de tacita. † Et pri-
mo quæro, an in expressa vulgari contineatur tacita exempla-
ris. Et primo Bartol. refert opinio. Gulielm. tenentis quod
non, & idem tenebat Rayne. motus hac ratione, quia casum
aduersamque fortunam non debemus sperare, vt l. inter sti-
pulantem §. sacram de verborum obligationibus. Præterea
335 † duo specialia non possunt circa idem concurrere, vt l. cum
post §. gener. de iure doti. coniuncta l. prima ibi gloss. de do.
promiss. C. & declarat Bartol. in l. si is qui pro emptore de vsu-
cap. infra, sed cum vulgaris contineat tacitam pupillarem, vt l.
nam hoc iure in principio supra eodem, & l. quamuis C. eo-
dem, & l. finali. C. de institu. & substit. secundum intellectum
gloss. & communem, & sic speciale, non est dicendum, quod
contineat aliud speciale, scilicet tacitam exemplarem Bartol.
336 vero † distinguit sic, quod si illo tempore, quo facta fuit vul-
garis ille cui facta est substitutio erat sanæ mentis, & tunc non
continet tacitam exemplarem, quia casum aduersamque for-
tunam esset sperare, & ita dicit Bartolus intelligo opinio. Gu-
lielm. & Rayner. Sed si tempore quo fit erat furiosus, & tunc
continet exemplarem tacitam, argument. l. qui neque §. pri-
mo. vult dicere, nam Bartolus prout communiter habetur, al-
legat l. quoniam, nam ibi nulla lex est quæ incipiat, quoniam
deinde Bartol. allegat l. si prædia. supra, de rebus eorum, quę
iura sic inducuntur, nam vult dicta l. qui neque, quod si sine
decreto bona furiosi vel alterius minoris 25. annis sine decre-
to prætoris distrahantur. an valeat venditio, & dicit ibi textus,
quod licet princeps fuerit tantum locutus de pupillo, tamen
idem intelligendum est de adultis sensisse. Idem etiam dicit
dicta l. si prædia, vbi vult, quod illud, quod dicitur, quod præ-
dia minoris vigintiquinque annis sine decreto prætoris non
vendantur, habet locum etiam in prædijs furiosorum & pro-
digorum, licet non sint minores vigintiquinque annis, & sic
in illis iuribus probatur, quod licet loquatur lex tantum in pu-
pillo, videlicet quod bona pupilli immobilia non vendantur si
ne decreto, habet locum in bonis minorum vigintiquinque
annis. Item licet lex tantum dicat, quòd prædia minorum non
distrahātur sine decreto, habet etiam locum in furioso & pro
digo, licet sint minores 25. annis, & ratio videtur esse, quia est
eadem ratio, quæ in pupillo, & quæ in minore 25. annis. Ita di-
camus in casu nostro, quod licet lex, nam hoc iure, & dicta l.
quamuis, dicant, quod vulgaris contineat tacitam pupillarem
nec dicant, an contineat tacitam exemplarem, tamen debent
extendi, vt illud velint, quia est eadem ratio prout infra pate-
bit. Non obstat secundum Bartolum illa ratio de casu & de
aduersa fortuna, quia illa ratio habet locum, quando in futu-
rum speratur mala fortuna, ita proprie loquitur textus in di-
cto §. sacram, & patet ad sensum, quia sperare, est de rebus fu-
turis non imminentibus, similiter secundum eum nō obstat
337 † quod duo specialia &c. quia est verum, quando procedunt
ex eodem fonte, secus ex diuerso l. singularia, si certum peta-
tur prout illam inducit idem Bartolus in l. si is qui pro empto
re in 7. & vlti. quæstio. de vsucap. Sed hic concurrunt ex diuer-
sis fontibus patet licet Barto. non dicat, nam pupillaris proce-
dit respectu defectus causati ex defectu ætatis, exemplaris cō-
muniter ex defectu ex accidenti superueniente puta a furore,
vel prodigalitate, & surditate, siue mutitate, vt hic coniuncta
l. humanitatis C. eo. præterea secundum Bartol. nunquam ista
duo spiritualia possunt concurrere, nam donec habet locum
pupillaris, cessat exemplaris, argu. l. qui habet supra de tute. &
dictum fuit plene sup. de hoc in 1. requisito. & sic cessat ista
tio, & hanc opi. sequitur Old. hic, vbi ante Bart. faciebat istam
distinctionem prout refert Albe. de Rosa. fidelis antiquorum
recitator in repet. §. in regula col. 83. & refert Iaso. hic, & hanc
opi. sequitur Bald. in d. l. humanitatis in 24. colum. in versicu.
Quinto principaliter quęritur, & hanc opi. tenent do. Alexan.
Ias. & alij doct. hic & in d. l. humanitatis, & ista est communis
opin. Et

opin. Et Ias. hic aliter respondere videtur ad rationem de aduersa fortuna, dicens, quod tunc casus & aduersa fortuna nõ sunt in consideratione, quando non tendunt ad prouidendum alicui, sed quando tenderent ad prouidendum, tunc bene consideraretur aduersa fortuna, vt est casus in l. generaliter §. si homini libero, inf. de fideic. liber.
338 † Sed aduerte, qđ licet ita docto. pertraniseant, tamen vr, quod ista opinio Bar. non est vera. Imò videtur, quod indistinctè sub expressa vulgari contineatur tacita exemplaris, siue sit facta illi, qui tempore factę substitutionis erat furiosus, siue non erat tunc furiosus, prout videtur tenere Bal. in d. vers. quinto principaliter quæritur, in d. l. humanitatis, licet Ioann. de Platea in d. §. qua ratione, in 2. col. videatur sequi Bar. hic, & quod indistinctè contineatur tacita exemplaris in expressa vulgari, probatur ratione, nam fauore pupilli videtur esse inductum, quod in expressa vulgari contineatur tacita pupillaris ad hoc, vt ipse pupillus testatus decedat, sicut fauore testatoris inducitur, quod in expressa pupillari insit tacita vulgaris, vt ipse decedat testatus, ita declarat Paulus de Castro, in l. nam hoc iure, in prima columna, supra eodem, & videntur communiter sequi doct. Sed iste fauor militat etiam, quando vulgaris fit filio sanę mentis, patet, quia si dicimus isto casu habere locum tacitam exemplarem, vtique ex quo filius decessit in furore, poterit substitutus ex ista tacita exemplari furioso succedere, & sic furiosus decedet testatus quod ei est fauor, vt institut. qui manumitt. non possunt, in §. 1. quod decedat isto casu furiosus testatus, probatur arg. tex. insti. de pupill. substit. circa princ. Et probatur secundum Bald. ratione similitudinis, arg. l. qui neque sup. de reb. eo. & tenendo istam partē, q̃ indistinctè sub expressa vulgari contineatur tacita exemplaris, non obstant alleg. per Gulie. & Rayn. & primo
339 † nõ obstat ratio de aduersa fortuna, quia vltra responsiones datas sup. potest responderi, quod tunc habeat locum, quando considerare malam & aduersam fortunam, fieret damnum alicui tertio, & etiam esset damnum illi rei, super qua habetur illa mala & aduersa fortuna, & ita intelligitur, d. §. sacram. nam esset damnum promissoris. Item non resultat aliquod commodum illi rei, super qua speratur illa mala fortuna, at in casu nostro nemini fit præiudicium, imò omnibus prodest primo prodest testatori, quia magis valet eius dispositio secundo prodest substituto, quia plura consequitur mediante ista tacita exemplari, quã per solam expressam vulgarem, quoniam consequitur bona furiosi, quæ non poterit consequi ex sola vulgari. Præterea est vtile ipsi furioso, quia decedet cum hærede ex testamento. Cõfirmo hanc solu. quia vulgaris continet tacitam pupillarem l. quamuis, C. eod. & tamen isto casu est considerare malam & aduersam fortunam probatur, quia vulgaris fit sine vlla mortis cogitatione, vt l. potest sup. eod. & insti. de vulg. substit. in prin. & tamen si subijciatur tacita pupillaris, inest ista consideratio mortis scilicet quod moriatur in pupillari ætate, vt d. l. quãuis, sed sperare filium mori in pupillari ętate, est sperare malam & aduersam fortunam, vt probabo, ergo &c. & quod sit sperare malam & aduersam fortunam, probatur, quia licet mori sit naturale, quo casu sperare aliquem moriturum, non videtur sperari mala & aduersa fortuna, sed sperari, quod omnino est euenturum, vt l. 1. §. diem incertum, & in l. hæres meus, in prin. inf. de cond. & demonst. tamen mori in pupillari ętate, est sperare malam & aduersam fortunam, quia prematurè mori speratur, cum naturaliter homo possit viuere per cẽtum annos l. fi. de sacrosf. eccl. declarat Aret. hic in 14. col. vnde non alias admittitur ista spes male fortunę, nisi quia tendit ad prouidendũ ei super quo ista mala fortuna speratur, quæ ratio cessat in d. §. sacram, confirmatur etiam supradicta sol. nam si verum esset quo ad terminos nostros, quod non esset sperandum aliquem esse furiosum, & in furore decedere, vtique sequeretur, quod compendiosa facta filio sanæ mentis non contineret exemplarem in casu, quo postea efficiatur furiosus, & in furore decedat, quod vr falsum, arg. l. qui plures hæredes, sup. eo. vel potest
340 alio modo responderi, † quod mala & aduersa fortuna non debet considerari ab homine, vt dicto §. sacram, tamen lex bene potest considerare malam & aduersam fortunam, prout in casu nostro, nam ista tacita substitutio non inducitur ab homine sed a lege præter intentionem testantis, vt dicta l. quamuis, in versiculo porrigi. & ibi in specie declarat Philippus Corneus & Ias. & docto. in l. iam hoc iure, supra eodem, & plene dixi in l. secunda, supra eodem, & ita proprie est in casu nostro. Sed aduerte, quia ista solu. videtur dubia, quia videtur, quod etiam ab homine possit sperari aduersa fortuna, vt l. generaliter, in §. si homini libero. de fideicommiss. liber. præterea patet in expressa pupillari, quæ fit ab homine, & tamen in ea speratur mala & aduersa fortuna, & nihilominus valet ista pupillaris, vt clarum est. Sed saluando supradictam solut. dicas, quod licet in dicto §. si homini libero. consideratur ab homine tamen consideratur vt a lege ex quo ibi consideratur a testatore & in testamento cuius voluntas & dispositio dicitur esse lex, vt in §. disponat. in authen. de nupt. collatio. 4. & ita est in expressa pupillari, vt in dicto §. sacram. illa mala & aduersa fortuna consideratur ab homine inter viuos, cuius voluntas non est lex. Et sic
341 ex prædictis † videtur inferendum, quod indistinctè vulgaris contineat tacitam exemplarem, & ita alias legendo & disputando publice tenui. præterea si distinguendum est, videtur totum econtra dicendum, & distinguendum, quam faciat Bart. videlicet, quod quando vulgaris fit illi eo tẽpore, quo ille erat furiosus, quod tunc non contineat tacitam exemplarem, sed quando fit filio non furioso, tunc contineat, & ratio differentiæ est, quia quando fit furioso, non videtur, quod habeat lo-
342 cum ista tacita exemplaris; † quia semper durat ista expressa vulgaris, vnde quando durat expressa vulgaris, videtur, quod non habeat locum ista tacita exemplaris, quæ videtur sumere effectum ex extensione expresse, vt dicta l. quamuis, ergo &c. & quod expressa vulgaris vigeat, probatur, quia quantumcunque curator pro furioso adeat, tamen ista aditio est facti, & nõ iuris, ideo si decedit in furore, substitutus admittitur perinde, ac si curator non adiuisset, vt patet in l. final. in §. sinautem in furore diem suum obierit. C. de cura. furio. sed ista ratio cessat, quando fit filio sanæ mentis, maxime quando furor superuenit post mortem testantis, quia iste potest adire, & ista aditio isto casu bene extinguit expressam vulgarem, vnde bene potest habere locum tacita exemplaris, & ita etiam alias dixi. Sed aduerte, quia ista differentia non videtur tuta per doctrinam Bartoli in repetitione legis si arrogator, supra de adopt. in fin. vbi videtur sentire Bartol. quod durante expressa pupillari potest habere locum tacita vulgaris contenta in expressa pupillari, adeo quod si substitutus ex huiusmodi tacita vulgari adierit hæreditatem paternam, quod aditio ista confirmat substitutionem pupillarem expressam, adeo quod si euenit quod pupillus moriatur in pupillari ętate, poterit postea ex pupillari expressa adire bona ipsius pupilli, vt ibi per eum, & sic patet, qđ sentit Bartol. quod vtraque substitutio & expressa & tacita potest habere locum, & sic cessat ratio illa differentiæ supra assignata. Præterea dicit Baldus in dicta lege humanitatis, in dicto versiculo quinto principaliter quæritur, & in versiculo sed pone furioso & cęt. vult, quod aditio facta per curatorem pro furioso extinguat vulgarem substitutionem furioso factam, & sic videtur esse eadẽ ratio, quando vulgaris fit furioso, & quando fit filio sanæ mentis, qui postea efficitur furiosus, & sic distinguendo econtra quam facit Bartolus, non videtur verum. Sed cogita si defendi potest ista opinio per rationem supra assignatam, non obstat doctrina Bartol. in dicta lege si arrogator, quia videtur dubia, & forte non vera, per ea quæ dixi supra
343 in leg. secunda, in octauo requisito. Præterea † non est verum, quod dicit Baldus in dicta lex humanitatis, in dicto versiculo sed pone, quod aditio facta per curatorem cum sit meri facti, extinguit vulgarem substitutionem, vt in l. fina. in §. sinautem in furore. C. de curato. furios. vbi vult ille textus, quod furiosus si decessit in furore, quod tunc hæreditas vadit ad substitutum si vult illam consequi, alias ab intestato venientes ipsi testatori, non ipsi furioso, & tamen ibi adierat curator. vnde si illa aditio iam extinxisset vulgarem substitutionem, vtique non reuiuisceret argumen. l. qui res §. aream, de solut. nisi remedio restitutionis in integrum, vt l. ex contractu, de re iudicata, & in lege & si fine, in §. sed quod Papinianus, de minor. quæ cessant in casu dicto §. sinautem in furore, & sic patet, quod prædicta
344 distinctio posset tolerari. Sed aduerte † quia licet alias omnia supradicta mihi placuissent, nunc subtilius indagando videtur mihi, quod opinio & distinctio Bartol. possit defendi, nam illa tacita exemplaris venit a lege præter volũtatem testatoris hac ratione, quia lex verisimiliter præsumit, quod si testator cogitasset filium moriturum in furore, vtique ei prouidisset, faciendo exemplarem substitutionem, sicut in pupillari, quia si testator cogitasset moriturum in pupillari ętate, vtique ei prouidisset faciendo pupillarem substitutionem, ad hoc vt decedat testatus, & ideo si testator isto casu non prouidit, quia non cogitauit, vtique lex inducit istum casum, ita declarat Paulus de Castro in dicta lege nam hoc iure, in prima columna, & Iason & alij ibi in prima columna expressius, Iason post Moder. Perusiens. in dicta l. quamuis, C. eodem sed ista ratio cessat in ca-
345 su nostro, † quia pone, quod testator cogitauit filium posse mori in furore, certe si vult ei prouidere faciendo sibi exemplarem substitutionem, vtique non posset, cum illo tempore filius esset sanæ mentis. per ea quæ dixi supra in illa quæst. quo tẽpore debet adesse dementia, ad hoc vt valeat exemplaris substitutio. nam si non potuisset testator facere exemplarem, quod lex illam non inducit & hoc maxime est verum, si post mortẽ patris filius sit effectus furiosus, tunc videtur, quod isto casu esset præsumpta voluntas testantis, cum sit morte finita l. 4. loca. supra & l. cum hic status, in fi. de do. inter virum & vxo. in l. centesimis, de verborum obligatio. & antequam superueniat furor, lex non inducit illam exemplarem, quia lex non est certa de

ta de futuro, licet sit certa de eo, quod est, attento præsenti sta-
tu l. cum qui eam §. suum, vbi plene traditur per Bartol. de ac-
qui. hære. & sic viuente testatore isto casu potuit inducere
istam exẽplarem, nec etiam post mortem testatoris, quia ces-
sat, vt dixi, præsumpta voluntas testantis, & facit, quod voluit
Areti. & ibi Senenses in l. Centurio in 6. colum. in versi. tu au-
tem. pro concordia. §. eodem. Confirmantur supradicta, nam
pone, quod sit facta vulgaris pupillo extraneo, certe isto casu
non continebit tacitam pupillarem, quia etiam si cogitasset
testator illum moriturum in pupillari ætate, vtique non po-
tuisset ei de expressa pupillari prouidere, dato quod ipsum si-
bi in filium adoptasset, per ea, quæ plenissime dixi in l. 2. in §.
requisito, sup. eo. † Vnde ex prædictis concludo quod eo casu
346 lex inducit tacitã substitutionẽ, quo si testator illum casum co
gitasset, potuisset illam expresse facere, sed quando vulgaris
fit filio sanę mentis, licet testator cogitasset illum posse effici
furiosum & in furore mori, tamen non potuisset sibi facere
exemplarem substitutionem per ea quæ dixi sup. in §. requisi-
to in ea quæstione qua quæritur quo tempore debet adesse de
mentia ad hoc vt fieri possit exemplaris &c. quę ratio cessat
quando eo tempore quo fit vulgaris erat furio. nam isto ca-
su si testator cogitasset illum moriturum in furore ei posset
prouidere de exemplari, & forte non prouidet, quia credebat
forte furorem cessaturum, ideo isto casu lex inducit tacitam
exemplarem. Et sic ex prędictis videtur vera differentia Bart.
hic, & istam tenendo non obstat, quod dixi sup. quod tacita exem
plaris inducitur fauore furiosi, quia fateor hoc esse verum, ta-
men non simpliciter inducitur, sed quoties si testator cogitas-
set filium in furore decessurum, potuisset expresse si voluisset
exemplarie substituere, vt patet ex prædictis, non obstat, quod
est dictum de compendiosa per d. l. qui plures hæredes, quia
illud intelligo verum, quando compendiosa fieret puberi, &
eo tempore quo fit, filius erat furiosus, secus si non esset furio
sus, quia tunc isto casu non continebit ista compendiosa exẽ-
platem, quia quomodo continebit exemplarem compendio
sa, cum isto casu formalis exemplaris non posset fieri, per sup.
dicta, & ita etiam intelligo debere intelligi in reciproca eadẽ
ratione. Et ex his habes defensatam opinionem & distinctio
nem Bar. Cogita tamen super præmissis quia non reperio hic
ita discussa. Et prædicta sunt vera, quando in vulgari substitu-
tione est substitutus talis, qui debet substitui in exemplari, de
347 quibus in d. l. humanitatis, alias si esset † substitutus ommino
extraneus, qui in exemplari substitutione non posset substitui,
tunc indistincte dico, quod sub ista vulgari non continetur ta
cita exemplaris, quia isto modo expresse non posset fieri, ergo
nec tacite argumen. eorum quæ not. Petr. in l. Centurio, supra
eodem, prout ibi refert Bartol. in secunda colum. Sed cogita
an isto casu dici posset, quod contineat tacitam exemplarem
retenta tamẽ sup. dicta distinctione Barto. vt puta pone quod
filij furiosi non adsint, nec fratres, nec mater siue pater, quia
isto casu potest substitui quilibet extraneus in exemplari, vt
infra videbimus, an isto casu continebit tacitam exemplarem,
dicas quod sic, si tempore factę substitutionis vulgaris supradi
ctæ personæ de medio cessabant, secus si erant in medio, licet
tempore mortis furiosi postea cessarunt, argu. eorum, quæ di-
xi in ea. q. quo tempore debet adesse dementia, & ista est veri-
tas. Et sic habes, quod vulgaris expressa continet tacitam
exemplarem Limita tamen eisdem modis, quibus limitatur
regula, quod expressa vulgaris contineat tacitam pupillarem,
quibus plene per dominum Alexand. & Iaso. & alios in l. nam
hoc iure supra eodem, & per dom. Alexand. & Iason. in l.
quamuis C. eodem per Bald. & alios in l. fina. C. de institu. &
substitu. late dixi in l. 1. in materia vulgaris, supra eodem. Vna
tamen datur limitatio, quæ non procedit in casu nostro, vide-
licet quando vulgaris fit filio non existenti in potestate testa-
toris, vel fit puberi, tunc isto casu non continet tacitam pu-
pillarem, & tamen continet tacitam exemplarem, & ratio dif-
ferentiæ est, quia ad esse exemplaris nõ requiritur, quod filius
sit in potestate, nec quod filius sit impubes, vt supra dictum
est, quæ omnia requiruntur in pupillari, vt in §. extraneo in-
stit. de pupil. substit. Et ex his sit expedita ista quæstio, an in vul
348 gari contineatur tacita exemplaris. † Quærit hic Bartol. an in
expressa pupillari contineatur tacita exemplaris. Gulielm. &
Rayne. dicunt, quod sic, quia in habentibus symbolum faci-
lis est transitus, l. in rem in § item quæcunque de rei vendica.
& in l. 3. §. fina. cum l. seq. & seq. & primo l. sequen. quæ inci-
pit, sed cum patronus infra de bonorum possessio. Sed exem-
plaris est similis pupillari, vt hic. & in dicto l. humanitatis, &
in d. §. qua ratione, ergo debet ista pupillaris de facili transite
ad exemplarem Bartol. vero hic distinguit dicens, aut pupil-
laris est facta cum limitatione temporis, tunc si potest vale e
iure pupillaris substitutionis, tunc valet vt pupillaris, & non vt
exemplaris, vt argumentum l. qui habet supra, de tutel. post
vero tempora limitata, vt putat post tempora pubertatis, tunc

expirat omnis substitutio. & sic pupillas, & etiam exempla-
ris, vt argumentum l. si ita quis, & l. qui plures liberos in principio.
cip. supra eodem, & isto casu sentit Bartol. quod non sit vera
opinio. Gulielm. & Rayne. Si vero infra tempora limitata, vt pu-
ta infra pupillarem ætatem non potest valere vt pupillaris,
tunc videtur sentire Bartol. hic a contrario sensu, quod vale-
bit vt exemplaris, & isto casu procedit opinio. Gulielm. &
Rayne. ita tacite sentit Bartolus hic, licet expresse non dicat,
de quo infra dicam. Aut ista substitutio est facta sine limita-
tione temporis, quia dixit, talis sit hæres, & tunc si est facta fi-
liis impuberis in potestate patris constitutis, valet intra tem-
pora pubertatis iure pupillaris, postea valet iure exemplaris
substitutionis, vt argument. l. Centurio supra eodem. Sed
si intra tempora pupillaris ætatis non potest valere iure pupil-
laris, valet eo modo quo potest, vt l. Gallus in §. primo. su-
pra, de liberis & posthumis, qui text. facit hoc modo, nam
vult ibi tex. quod si est facta substitutio sine illis verbis, scilicet si
filius me viuo moriatur valet ista substitutio eo modo quo ex
verbis concipi potest, & sic eo modo quo potest, sed melius
allegasset l. final. C. de hæredibus instituendis, & ibi hoc decla-
rat Salicet. Paul. de Castro, & Ioann. de Imol. hic transit cum
Bartolo dicens prædicta esse vera, si tempore factę substitu-
tionis erat furiosus aut mentecaptus, alias secus per ea quæ di-
cta sunt, supra in præcedenti, quæstio. & idem tenet Imol. in
capite. vigesimoquarto de testamen. extra in materia exem-
plaris substitutionis. Et hanc opinio. tenet Bald. in dicta l. hu-
manitatis in quarta columna. in versicul. quæro an in expres-
sa pupillari contineatur tacita exemplaris &c. ibi. Bald. tenet,
quando est tempore limitata substitutio, vt puta vsque ad pu-
bertatem, tunc eo casu quo non potest valet vt pupillaris, vt
putat quia fiat a matre, vel a patre filio non existenti in pote-
state, tunc ista tacita non durat nisi vsque ad pubertatem alle-
gat ad hoc text. in l. si fundum per fideicommissum cum l. se-
quenti. de legatis primo. & ita pertransit domi. Alexander hic,
& ista est communis opinio. † Sed aduerte, quod licet do-
349 cto. ita teneant, tamen videtur verior omni casu opinio. Gu-
lielm. & Rayn. & primo quod procedit opinio Gulielm. &
Rayn. primo casu probatur, quia ex peremptione expressę sub
stitutionis reuiuiscit tacita, vt patet in vulgari, quæ per aditio-
nem expirat, vt post aditam C. eodem, & tamen habet locum
tacita pupillaris, ita sit in casu nostro, quod licet pubertate ista
pupillaris expiret, vt l. in pupillari. supra eodem, tamen habet
locum tacita exemplaris, quæ potest habere locum, licet filius
sit effectus pubes, vt hic. Præterea confirmo hoc, nam aut vo-
lumus quod ista pupillaris dicatur tempore limitata, quia fit
solum vsque ad pubertatem, & tunc dico, quod isto casu ha-
bebit locum tacita vulgaris, etiam si filius efficitur pubes, pro-
ut tenet gloss. in versicul. ad agnatum, in l. lex Cornelia supra
eodem, & tenet domi. vulgaris, etiam si filius efficitur pubes,
prout tenet gloss. in versicul. ad agnatum in l. lex Cornelia su-
pra eodem, & tenet domi Alexand. in l. prima in penulti. quę
stione Bartol. & ibi plenissime dixi supra eodem, vnde isto ca-
su non est dubium, quod continet tacitam vulgarem, quæ du-
rat vltra pupillarem ętatem, ita sit in casu nostro, quod adue-
niente pubertate durat tacita exemplaris, quoniam illa limita-
tio temporis solum respiciat pupillarem expressam, & non ta-
350 citam exemplarem, nec ad hoc † obstat, dicta l. si fundum
per fideicommissum, quia prout dicit Bartol. in dicta penulti-
ma quæstio. quod si bene consideratur ratio illius textus non
facit ad propositum, nam ideo ibi illud fideicommissum non
durat nisi vsque ad pubertatem, quia vltra pupillarem ętatem
legitimus hæres non dicitur habere bona pupilli tacite ex vo-
luntate patris, hinc est, quod ipsum legitimum hæredem im-
puberis non potest tunc grauare, vt restituat bona ipsius im-
puberis, vt l. ab eo C. de fideicommissis, sed bene infra pupil-
larem ætatem dicitur ille legitimus tacite habere bona impu-
beris ex voluntate patris, cum ipse potuisset impuberi facere
pupillarem, & extraneum substituere, & sic excludere illum
legitimum, vt l. Papinianus §. sed nec impuberis supra. de in-
officio testamen. l. precibus, in versicu. si vero C. eodem, & in
cap. si pater in si. de testa. libro 6. vnde si pater non facit illam
pupillarem, videtur velle tacite relinquere ipsi legitimo l. con
ficiuntur in principio infra de iure codicillorum, & sic est bo-
noratus a patre, ideo infra pupillarem ætatem potuit grauari
dicta l. ab eo C. de fidei. & ista est proprie ratio dicta l. si
fundum per fideicommissum, & prout ibi declarant Dyn. &
Bartol & in l. Scæuola infra ad Trebellianum, & ibi communi
ter doctor. quæ ratio cessat in casu nostro, cum possit puberi
facere exemplarem substitutionem, vt hic. Aut volumus
351 † quod ista substitutio pupillaris sit tempore limitata, et quia
testator breuius tempus, quam sit tempus pupillaris ætatis,
comprehendisset, & ita proprie loquitur dicta l. si ita quis al-
lega. hic per Bartolum, & dicta l. qui plures liberos, & tunc
dico, quod etiam vltra tempus limitatum habebit locum ta-
cita

cita exemplaris, & sic isto casu etiam erit vera opinio Guliel. moueor per id, quod vult domin. Alexander in dicta l. si ita quis. vbi vult, quod in tali pupillari substitutione limitata ad tempus breuius, quam sit pupillaris ætas, contineatur tacita vulgaris quæ durat etiam vltra tempus limitatum, per l. nam hoc iure supra eodem quæ indifferēter loquitur, & hoc idem tenent ibi Nicol. de Neapol. & Rapha. Cuman. & illam sequitur ibi Iason. in 2. columna motus hac ratione, quia si substitutio vulgaris facta in vnum casum indiuiduum continet tacitam pupillarem, vt l. finali, ibi nota. Bartol. & alij. C. de institut. & substitu. ita eodem modo pupillaris. quia licet non sit facta ad suum tempus, sed restricta debet continere tacitam vulgarem. & istud sequitur Salice. ibi & ista est communis opinio. & vera, prout late dixi supra in l. secunda. & in primo effectu pupillaris substitutionis in vlti. limitatione. si ergo continet tacitam vulgarem, quia sicut ista potest durare vltra tempus limitatum a testatore, ita etiam contineat tacitam exemplarem quæ similiter durat vltra tempus limitatum. & pro hoc facit ratio quia sicut fauore pupilli est inductum, quod in expressa vulgari contineatur tacita pupillaris, ita e conuerso fauore testatoris est inductum, quod in expressa pupillari insit tacita vulgaris, prout declarat Paulus de Castro in dicta. l. nam hoc iure ergo a fortiori, vel saltem eadem ratione in ista pupillari licet tempore limitata, quæ omnino etiam a lege tempore limitatur, debet contineri tacita exemplaris. quia quando testator substituit pupillariter in fauorem pupilli, ideo lex voluit ipsam extendi ad tacitam exemplarem, quæ habet locum ipso filio adulto effecto furioso, cum isto casu sit idem fauor filio, qui est in pupillari. non obstat ratio Bartol. per dictam l. si ita quis. quia illa temporis limitatio respicit solum expressam pupillarem, tunc bene fateor, quod ista non durat vltra illud tempus, & nos loquimur in tacita exemplari, quæ non inducitur ex voluntate testatoris, sed a lege præter voluntatem testatoris, vt l. quamuis. C. eod. & ibi Iason. & declarant docto. in l. nam hoc iure supra eodem vnde bene fateor, quod quo ad expressam voluntatem testantis non deberet continere istam tacitam exemplarem, tamen est lex quæ illam inducit. Confirmo hoc, nam quando testator facit vulgarem substitutionem, certe attentis verbis testatoris non videtur facere pupillarem, quia verba repugnant, & nihilominus habet locum tacita pupillaris. Item si facit pupillarem, attentis verbis non videtur facere vulgarem, quia verba repugnant, & tamen in ea inest tacita vulgaris. & sic isto casu videtur vera opi-

252 nio Guliel. † Sed aduerte, quia dubia etiam isto casu videtur opin. Guliel. quia pone, quod pupillus excedat tempus limitatum a testatore, tamen adhuc non sit effectus pubes, certe nō potest habere locum pupillaris per dictā l. si ita quis. nec etiam habebit locum tacita exemplaris, quæ non potest fieri impuberi, vt dixi supra, in secundo requisito. & sic videtur, quod isto casu non possit habere locum tacita exemplaris. Sed adhuc dico, quod habebit locum ista tacita exemplaris, quia habebit locum, cum fuerit effectus pubes, ex quo puberi, & non impuberi fit, vt dixi. nec huic opinio. Guliel. obstat. l. nam hoc iure. supra eodem. vbi vult, quod pupillaris contineat tacitam vulgarem, & vulgaris tacitam pupillarem, & non dicit, quod contineant exemplarem sed soluitur duobus modis, primo, quia licet loquatur de pupillari & vulgari, & non exemplari, tamen propter eam similitudinem debet extendi ad exemplarem, argumen. leg. si quis seruo. C. de furtis. & leg. his solis. C. de reuocan. dona. ait Bald. in dicta leg. humanitatis, in 24. columna in versicul. quinto principaliter quæritur. vel dicas, quod ideo non loquitur de exemplari, quia illo iure non permittebatur, nisi a principe impetraret, vt hic vnde dato quod pater cogitaret hunc casum, vtique non prouidisset, quia non potuisset, ex quo non impetrauerat a principe, ideo lex non inducit tacitam exemplarem. Confirmo hoc, nam si pater facit pupillo emancipato vulgarem, licet cogitaret, & potuerit cogitare illum moriturum in pupillari ætate, tamen non poterat facere pupillarem, cum non sit in potestate, ideo lex isto casu non inducit tacitam pupillarem, sed cum hodie possit fieri exemplaris absque eo quod imperret a principe, dico quod continebitur tacita exemplaris in expressa pupillari, sicut continetur tacita vulgaris, & ista est veritas, & sic etiam isto casu est vera opi-

353 nio Guliel. † Item inquantum ad secundum membrum adde, quod exemplum Bartol. potest intelligi tribus modis, primo modo secundum quod ponit exemplum Bartolus in leg. prima in penultima quæstio. supra eodem, videlicet, quod testator dicat, quisquis mihi hæres erit, sit pupillo hæres, tunc dicitur facta sine temporis præfinitione, si sic intellexit Bartolus, dico, quod istud exemplum non differt a primo, quando est facta cum limitatione temporis, intelligendo maxime quando est limitata vsque ad pubertatem, probo hoc, quia ex quo adiecit filio, perinde est, ac si fecisset pupillarem secundum formam traditam ab Imperatore institu. de pupillar. substitutio. in princip. per ea quæ tradit Bartol. in dicta l. si arrogator. in repet. in penultima columna, in versicu. & idem si dicat, succedat filio meo, & tunc dic, quod isto casu est vera opinio Guliel. per ea, quæ dixi in præcedenti casu. Secundo modo potest intelligi, quod testator dixerit quandocumque decesserit, talis sit hæres, & tunc quia ista est compendiosa, dico quod isto casu continebitur exemplaris, per ea quæ dixi supra, proxim. præceden. quæstio. & sic etiam isto casu est vera opinio Guliel. Tertio modo potest intelligi, quod testator dixerit sic, filium meum instituo, & talem (puta Caium) substituo, tunc si quæris, an isto casu contineatur tacita exemplaris? Bartol. hic videtur dicere quod sic. Sed aduerte, quia Bartol. & communiter docto. in l. Gallus. in §. quidam recte de liberis & posthumis, supra dicit & Modern. in l. præcibus, maxime dominus Franciscus de Crema sentiunt, quod ista sit vulgaris, & tunc an contineatur tacita exemplaris, dic per omnia vt dixi supra, in proxima præcedenti quæstio. Tamen Bald. in dicto §. quidam recte, & nonnulli alij ibi, vt Raynerius, dicunt quod est compendiosa, & istud sustinui in l. prima, in materia vulgaris post Modernio. Perusi. supra eodem, & istud videtur sentire Bartol. hic dum allegat. l. Centurio, & tunc dico, quod habebit locum exemplaris substitutio. quod intellige secundum ea quæ dixi in præceden. quæstio. tamen frustra erit isto casu quærere de tacita exemplari, an comprehendatur in expressa pupillari, quia ista non est tacita, sed expressa verbis generalibus, prout declarat Barto. in l. præcibus, in secunda columna. C. eodem, & videbimus in l. Lucius. Præterea isto casu non sumus in pupillari, sed in compendiosa, & sic habes quod omni casu videtur vera opinio Gulielm. & Raynut. &

354 etiam † procedit ista opinio. etiam si pupillaris esset facta diuerso tempore a testamento patris, quia isto casu non continet tacitam vulgarem, per ea quæ tradit dominus Alexander in l. si quis eum. §. finali. supra eodem, & dixi plene in l. secunda, in primo effectu pupillaris substitutionis supra eodem, tamen bene continebitur tacita exemplaris, & ratio est, quia quemadmodum pupillaris potest fieri diuerso tempore a testamento patris, ita etiam potest fieri exemplaris per similitudinem, vt dicta l. si quis eum in fin. & sic cessat ratio propter quam dicitur quod isto casu non contineat pupillaris tacitam vulgarem, & ista est veritas. Item adde, inquantum vult Bartolus, hic, dum allegat legem Gallus, quod si infra tempora pubertatis non potest valere iure pupillaris, quod tunc valebit vt exemplaris, quia istud non videtur verum per ea, quæ dixi post Ioannem de Imol. in secundo requisito, vbi tenui, quod impuberi furioso nullo pacto poterit fieri exemplaris, si non poterit fieri expresse, minus tacite, nisi ipso pupillo effecto pubere moriatur in furore, & sic isto casu procederet opinio Bartol. hic in membro, & non opinio Gulielmi, licet Bartol. in dicto secundo requisito teneat contrarium, scilicet quod impuberi furioso in casu, in quo non possit fieri pupillaris, possit fieri exemplaris, tunc si tenemus istam opinionem adhuc esset vera opinio Guliel. & non illa Bartol. sed retenta opinio. quam tenui in dicto secundo requisito tunc (vt dixi) procederet opinio. Bartol. hic in primo membro. Ex quo infero, quod si vtiliter pupillo furioso sit facta pupillaris, quæ sit limitata ad breuius tempus, quam sit tempus pupillaris ætatis iuxta formam. l. si ita quis, supra eodem, & filius moritur post illud tempus limitatum, intra tamen pupillarem ætatem, quod tunc substitutus non admittitur, non ex expressa pupillari, vt clarum est, per dictam legem, si ita quis, non ex tacita exemplari, quia isto casu non habet locum per dicta supra in secundo requisito, ideo est necesse, quod efficiatur pubes, & in furore moriatur, & prædicta omnia sunt vera, quando est substitutus ille, qui debet substitui in exemplari substitutione, de quo in dicta l. humanitatis, si vero esset substitutus penitus extraneus, existentibus personis de quibus in dicta l. humanitatis, tunc non contineretur tacita exemplaris, quia isto casu non posset fieri expresse, vt dicta l. humanitatis, ergo nec tacite, per ea, quæ dicta sunt supra. Item prædicta omnia intellige, quod tempore substitutionis factæ filius erat furiosus, alias secus secundum Imol. hic, & dixi supra, quæ omnia nota. quia Doctor. non declarant, & cogita super præmissis.

355 † Quærit etiam Barto. hic circa prædicta, an reperiatur exemplaris tacita probata, dicit quod sic, vt in l. in testamento, la prima, in fine. C. de testamen. milit. vbi est casus. Et pone exemplum secundum dominum Alexand. hic hoc modo. nam pone, quod pater habet duos filios, vnum puberem & furiosum, alium puberem & sanæ mentis, eos instituitur, & inuicē substituit, certe in dubio ista reciproca censetur facta in casu, qui vtrique conueniat, vt dicta l. in testamento, in principio, & l. nam hoc iure. in §. sed si alter. supra eodem, & in l. quamuis, & l. 2. C. eodem, & sic non intelligitur facta in casu exemplaris substitutionis, quoniam licet ista conueniat furioso, tamen

non conuenit illi, qui erat sanę mentis, vt hic, tamen si iste fra-
ter sanę mentis existens poterit probare per coniecturas, quali
ter testator voluit, quod in persona furiosi habeat locū exem-
plaris, vtiq; habebit vt d. l. in testamento, & ista ſm Bart. hic dr̄
tacita probata, & illa exemplaris, quæ continetur in expressa
vulgari, aut in expressa pupillari, non dr̄ probata, sed pręsum-
pta. ſm dom. Alexand. hic, quia præsumptione iuris inducitur
absq; eo, quod aliter probet, vt l. nam hoc iure, sup. eod. imuo
nisi probetur contrarium, semper continetur, vt l. quamuis, C.
eo. sed aduerte quod licet ista fuerit mens Bart. vt patet ex l. in
testamento, quam allegat, tamen non videtur verum, quod di
cit Bar. hic, quod dicatur tacita probata, sed potius expressa pro
bata, probatur, nam d. l. in testamento loquitur in reciproca,
sub qua continentur substitutiones expressę verbis generalib.
sicut in compendiosa, prout declarat gl. in vers. peti possunt. in
fi. in l. precibus. C. eod. & ibi hoc declarat glo. in vers. peti pos-
sunt, in fi. in l. precibus. C. eod. & ibi hoc declarat Bart. in 2. col.
& idem Bart. in l. Lucius, in secunda colum. in versic. secundo
quæro, an hæc substitutio contineat expressas vel tacitas, & Bar
tol. in l. 1. in 2 quæstio. princ. supra eodem, vbi aliquando dixi.
& communiter doct. in præfatis locis, vnde melius allegasset
Barto. tex. in l. quamuis, C. eodem, vbi potest poni exemplum
hoc modo, pone, quod testator habeat duos filios puberes, alte
rum furiosum, alterum sanę mentis, & eis sub ista conditione
si hæredes non erunt substituit vnum extraneum, puta Sem-
pronium, ista vulgaris non continebit isto casu tacitam exem-
plarem, quia ista non potest conuenire vtriq; pone, quod iste
Sempronius probare velit per coniecturas, qualiter voluerit,
quod in persona furiosi habeat locum tacita exemplaris certe
habebit locū, vt d. l. quamuis, & ista proprie dicitur tacita pro-
bata, & dicitur tacita, quia illa, quæ continetur in expressa vul-
gari dicitur omnimodo tacita. Et aduerte, quod licet supra po
suerim Sempronium esse extraneum, dico, quod non debet
esse extraneus, sed de filijs, alias non cōsideraretur tacita exem
plaris, vt dicta l. nam hoc iure, & dicitur probata, quia quo ad
mentem dicitur expressa secundum Bald. in l. precibus, C. eo-
dem, potest tamen saluari Bartol. quod dicatur tacita illa quæ
continetur in reciproca quo ad speciem, quo ad genus dicatur
expressa, & propterea substitutiones quæ continentur in reci-
proca, appellantur tacitę a Iacobo de Crema, vt dixi in l. prima
in secunda quæstione supra eodem, & hoc modo Barto. salua
356 tur, & videtur considerasse in sequen. quæstio. † Quærit etiam
Bartol. hic vtrum reperiatur exemplaris expressa generaliter
& tacita specialiter. Bartol. hic se remittit ad dicta l. Lucius, in-
fra eodem. Tu dicas quod potest reperiri, prout quando conti
netur in compendiosa & in reciproca, tunc dicitur expressa ge
neraliter & tacita specialiter, vt modo dixi, quod intellige, quā
do compendiosa siue reciproca fit illi, qui tempore factę sub-
stitutionis erat furiosus, alias secus per ea quæ dixi supra in ea.
357 quæst. an vulgaris contineat tacitam exemplarem. † Quæro, an
sit reperire exemplarem partim tacitam partim expressam, &
aduerte, quia Bartol. & docto. non videntur bene distinguere
358 hanc quæstio. nam est sciendum † quod substitutio exempla-
ris, siue quælibet alia partim tacita & partim expressa potest
considerari duobus modis, vno modo quod sit partim tacita
partim expressa quo ad verba, & de hac non loquitur hic Bar-
tol. quædam vero est partim expressa partim tacita quo ad ca-
359 sus, quo ad primum pro declaratione aduerte † quod quælibet
substitutio habet duo extrema, vnum quod refertur ad eum,
cui fit substitutio, siue sit tacita, siue sit expressa, aliud extremū
est, quod refertur ad eum, qui substituitur, primum semper est
negatiuum, & istud nunquam fallit, siue istud extremum ex-
primatur, siue tacite subintelligatur. Secundum extremum
semper est affirmatiuum, siue simpliciter exprimatur, siue in-
telligatur, pone exemplum, si filius meus hæres erit, & in furo
re decesserit, referuntur ad illum, cui fit substitutio, & sunt ne-
gatiua, siue priuatiua, quia paria sunt decedere, & non viuere,
illa vero verba, si hæres erit, non sunt necessaria ad exempla-
rem, maxime tenendo illam opinio. quod illa exemplaris po-
test fieri filio exhæredato, de qua est dictum supra illa vero ver
ba Sempronius sit hæres, referūtur ad illum, qui substituitur,
& ista sunt affirmatiua, vnde in exemplari, quæ fit sub expressa
vulgari, sed non sint expressa verba, si in furore decesserit, vti-
que a iure subintelliguntur, vt l. nam hoc iure, supra eodem.
Item illa exemplaris, quæ fit in reciproca, licet non exprimantur
illa verba, si in furore decesserit, tamen subintelliguntur,
quod si alter vestrum in furore decesserit, alter vero ei super-
stes intelligatur substitutus, vnde hic sunt tantum expressa ver
ba, quæ referuntur ad substitutum, & ideo ista a lege appella-
tur tacita, vt l. Titius, cum l. sequen. supra titul. 1. & ita gloss. in
stitut. eod. in §. qua ratione, & eam appellat tacitam. & isto ca-
su est tacita quo ad verba, quæ referuntur ad illum, cui fit sub-
stitutio, quia ista sunt omissa, & tacite subintelliguntur, glo. in
dicta lege precibus, in versicul. peti possunt, & Azo. ibi & alij,
qui eam dicūt expressam, loquuntur respectu verborum, quæ
referuntur ad substitutum, nam ex quo ista sunt expressa, dici
potest expressa, & sic omnes bene dicunt diuersis respectibus,
& idem est in casu l. qui liberis §. hęc verba, supra eodem, vtpu-
ta si testator dicat hoc modo quisquis mihi hæres erit, sit filio
furioso meo hæres, nam isto casu omittuntur verba quæ solēt
referri ad illum, cui fit substitutio, scilicet illa verba, si in furo-
re decesserit, ideo potest dici expressa & tacita, & licet dicto §.
hæc verba, loquātur in pupillar. substitutio. tamen bene potest
adaptari ad exemplarem, vt patet in supradicto exemplo. Idē
est etiam in dicta leg. fina. C. de hæredibus instituen. dum dicit
Sempron. Ploci hæres esto, nam ibi omittuntur verba, quæ re-
feruntur ad illum, cui fit substitutio. & licet in dicta l. finali, il-
la substitutio interpretatur vulgaris, vt ibi patet in fin. quia il-
le Sempronius, cui facta est talis substitutio, non erat talis, cui
posset fieri pupillaris vel exemplaris, nam si fuisset talis, vtique
nō solum intelligeretur vulgaris, sed etiam pupillaris & exem
plaris, vt declarat Salicetus, & expressius Paulus de Castro, in
dicta lege finali, in glossa, tamen in l. verbis, in versicul. volunta
tem, in fine, supra eodem, appellat substitutionem, de qua in
dicta lege, dubium, & quare in dicta lege, appelletur dubia, vi-
de per Bartolum, in lege prima in tertia columna, in versiculo
vlterius quæro quibus verbis fiat, & supra eodem. Et ex his ha-
bes quod pōt dari exemplaris substitutio partim tacita & par-
tim expressa quo ad verba & de hoc, vt dixi, Barto. hic non lo-
quitur. Quędam est substitutio partim tacita & partim expres-
360 sa quo ad casus, & de hac loquitur hic Bartol. † Quærit igitur
nunquid reperiatur exemplaris partim tacita partim expres-
sa, & supple tu quo ad casus, & ad determinandam hanc quęst.
Bartol. hic determinat vnam aliam quęst. ex cuius determina-
361 tione patet determinatio illius, videlicet † an hodie sine aliqua
impetratione principis, ex dispositione legis humanitatis,
possit exemplarie substitui muto & surdo, aut furioso, siue pro
digo, & intellige de muto & surdo qui non possit testari, de
quo plene in l. discretis, qui testam. face. poss. & plene dixi sup.
in 1. not. & Barto. hic refert Cynum & Iacob. de Aretin. in d. l.
humanitatis, tenere quod istis non possit substitui exemplarie
sine rescripto principis, & sic qd adhuc vigeat lex nostra, mo-
uentur ipsi hac ratione, nam lex humanitatis, est correctoria,
& exorbitans a iure communi, quæ tantum loquitur in men-
tecapto, & similiter §. qua ratione institut. cod. ergo non debet
extendi ad alias personas l. si vero §. de viro. solut. matrimon.
facit lex quod vero supra de legat. & sic secundum Iacob. de
Arena in tali casu huius legis esset necesse impetrare a princi-
pe, & hanc opinio. sequitur hic Angel. per supradictam ratio-
nem, & quod dicta lex humanitatis, sit exorbitans a iure com
muni, patet, quia regulare est, quod alter pro altero non possit
testari, & dicta lex humanitatis, vt dixi, loquitur in menteca-
pto sed alius est furiosus & alius est mentecaptus, vt in l. furio-
si C. de nupt. & declarant Moder. maxime Iason in dicta lege
furiosum, C. qui testam. face. poss. præterea pro hac opinio. ad-
ducunt hanc rationem, nam lex exorbitans a regul. iur. loquēs
in mentecapto non extenditur ad furiosum, vt dicta lege si fu-
riosi, ergo multo minus extendetur ad mutum prodigum &
similes, præterea secundum Angel. in muto est clarum, quod
non possit ei fieri exemplaris, quia de hoc est casus hic, vbi re-
quiritur, quod a principe interpretetur, & hoc non reperitur
correctum, ergo &cæt. Fatetur tamen Angel. hic, quod in fu-
rioso communis opinio. est in cōtrarium, sed sibi placet, quod
dixit supra, & eandem opinio. sequitur idem Angel. in d. l.
exemplaris est inducta ad exemplum pupillaris, sed in pupil-
388 lari mater potest præteriri, & legitima priuari, ergo & c. † Sed
ego ostendam isto casu, quod est differentia inter pupillarem
& exemplarem, quod sit differētia, probatur; nam ideo mater
excluditur per pupillarem, quia pater dicitur eodē modo pos-
se facere testamentum pro filio, quo fecisset vel facere potuis-
set, si filius pupillus fuisset pubes, sed si filius fuisset pubes, & fe
cisset testamentum, & præterijsset matrem, vtiq; valuisset testa
mentum, licet subijceretur querela, vt in §. mater instit. de ex-
hære. libe. tamen si fecit pater substitutionem pupillarē & præ
terijt matrem, valet, nec subijcietur querele, vt d. §. sed nec im-
puberis, & ratio est, quia tunc mater non est affecta iniuria a fi-
lio, sed a viro, ideo ipsa non debet filio iniuriam inferre, prout
faceret, si querelaret pupillarem substitutionem, ista est pro-
prie ratio, d. §. sed nec impuberis, quæ ratio cessat, quādo filius
facit testamentum, & matrem præterijt, vnde patet, quod eo
modo pater potest facere testamentū, quo potuisset ipse filius,
si fuisset pubes, vt declarat Barto. in l. 2. in 3. requisito, vbi dixi.
supra eodem, sed in exemplari pater nō potest facere testamē-
tum eo modo, quo potest filius, si non esset furiosus, sed habet
alias solemnitates seruare, probatur; nam si iste filius fecisset te
stamentum, potuisset fratres suos omnes præterire, & non ha-
berent querelam, maxime quando non instituit turpem perso
nam, vt d. l. fratres, & tamen si pater facit testamentum pro fi-
lio furioso, non potest omnes fratres præterire, adeo vt si hoc
facit, ipso iure nō valeret, vt d. l. humanitatis, & sic patet, quod
non eo modo pro filio facit testamentum, quo potuisset facere
ipse filius, & sic est diuersa ratio inter pupillarē & exemplarē,
& sic quo ad casum nostrū, non valet, ergo ista consequentia,
per pupillarem excluditur mater, ergo etiam per exemplarē,
& ista opi. vt dixi in puncto iuris est verior. Et tenendo istā par-
tem non obstant adducta in contrarium, & primo non ob. arg.
Bar. de d. gl. in d. §. qua ratione, quia non credo authoritati gl.
quando. l. non alleg. prout dicit Bald. in l. respu. C. ex quib. cau.
ma. nam authoritas glo. non est necessaria, vt inquit glo. in l. 1.
C. de legi. non obst. alia ratio, videlicet quod exemplaris est in-
ducta ad exemplum pupillaris, ita quod licet de pupillari ad
exemplarem arguere, quia respondeo, & fateor, quod est indu
cta ad exemplum pupillaris, tamen isto casu est diuersitas inter
pupillarem & exemplarem, prout deduxi supra in vlt. ratione
pro opin. Bald. contra Bar. adducta, & sic non licet isto casu ar-
guere de pupillari ad exemplarem, vt sępius est cōclusum. Nō
ob. etiam, quod iure fforum mater cōcurrebit cum fratribus,
vt d. §. cum antea, & tn̄ per pupillarem excludebatur, quia ad
hoc respondeo, quod ideo per pupillarem mater excludebat,
quia etiam frater excludebatur, vt d. §. sed nec impuberis, vn-
de cum hodie per exemplarē frater non excludatur. certe nec
mater, ex quo pariter succedunt. Nec ob. quod dicunt doct. qd
non attenditur ordo successionis, quia dico, quod imò atten-
ditur, vt plene dixi. s. dum quęsiui, quęnam est rō, quare ma-
ter potest istam facere, & tamen non potest pupillarem, vltra
d. supra confirmatur. nam d. l. humanitatis. vult, quod si extant
filij & fratres ipsius mentecapti, qd in substitutione filij præ-
ferantur, non alia ratione, nisi quia in successione ab intestato
præferūtur, & sic attenditur ordo successionis. Non ob. quod
deberet omnes substituere, & tamē dicit, quod potest vnum,
& sic cęteros iusta causa exhæredare, vt infra dicam. non ob. d.
l. humanitatis, in ver querelam. quia ad hoc plene respondi. s.
in l. 2. in 3. effectu substitutionis pupillaris. & etiam. s. hac eadē
l. in 1. requisito in ea. q. an filio naturali possit fieri hęc subst̄.
non ob. d. l. humanitatis, in versic quos voluerint, quia licet in
princip. concedat, quod pater possit, quos vult substituere. ta-
men. J. limitat, vnde illa limitatio habet locum etiam quo ad
matrem, vt patet ex sup. dictis. non ob. quod ratio propter quā
in pupillari mater poterat excludi, militat etiam in exemplari,
quoniam dato quod militet, tamen non attenditur, quia si at-
tenderetur, eadē ratione deberet posse frater præteriri & fi-
lius filij mentecapti. & tamen hoc est falsum. vt d. l. humani-
389 tatis. † & sic concludo quod mater debet substitui. puto tamē,
q sufficiat, quod substituatur in legitima sua, licet non sit sub-
stituta in totū, prout est in filijs & in fratribus ipsius menteca-
pti, vt infra dicam, & patet, quia satis est, quod filius furiosi
instituatur in bonis patris sui in legitima, vt d. l. humanitatis, ea
ratione sit in matre, arg. l. nam & si parentibus. s. de inoff. testa.
& in l. scripto, in fi. vnde libe. & quę dicta sunt in matre, habēt
locum etiam in patre. vt puta quādo fit substitutio a matre, tūc
ipsa non poterit pręterire patrem, quia est ea. ratio. cogita tn̄.
390 † Quærit Bar. hic. quia ex quo lex humanitatis vult, quod si fi-
lius mentecaptus habeat filios sapientes, quod pater pōt vnū,
vel certos, vel omnes substituere. nunquid eo casu, quo vnum
substituit, posset cæteros præterire vel exhæredare sine iusta
causa. Bar. hic sequutus gloss. in d. l. humanitatis in versic. cer-
tos. vult qd non possit præterire aut exhęredare sine iusta cau-
sa sed debet eos exhęredare cum iusta causa, nisi eos in certa re
substitueret, & mouetur ratione, quia debet facere pater exē-
plarem substitutionem eo modo, quo fecisset testamentum fi-
lius si fuisset sanę mentis. sed filius nō potuisset pręterire filios,
vt insti. de exhęre. libe. ita nec pater posset nepotes præterire.
ita etiam dicit gloss. in d. l. humanitatis. & hanc opi. sequitur Io.
Fab. in d. §. qua ratione. in 3. colum. in ver. sed an debeat. & mo-
uetur, quia alias sequeretur absurdum, quod alij filij non sub-
stituti propter patris morbum priuaretur eorum legitima, qd
esset valde iniquum. & istud ibi simpliciter sequitur Angel. pro
hac opin. facit, quia inter causas, quæ numerātur in §. aliud quo-
que capitulum. non reperitur ista, videlicet quod si habeat pa-
391 trem furiosum, possit exhęredari. Confirmo hoc, † quia ob
factum patris non debet filius exhęredare, vt l. si quis in suo
in §. legis. C. de inoffic. testamen. & hanc opin. sequitur Bald. in
dicta l. humanitatis. in 6. colum. in versicu. venio ad sextum no-
tabile. & ibi Angel. & Salicet. mouentur hac ratione, nam si
filius nasciturus ex filio mentecapto sit pręteritus, & postea na-
scatur, vtique rumpitur exemplaris substitutio, vt hic in versic.
igitur agnatione sui hęredis & c. ergo fortius debet annullare
392 substitutionem pręteritio filij iam nati. patet, † quia fortius
impedit pręteritio filij iam nati, quam nascituri, patet quia
in iam nato ab initio est nullum, vt leg. filio præterito, supra
de iniust. rupt. testamēto & tamē si præteritur filius nasciturus
ab initio testamentum valet, licet natiuitate rumpatur, vt in
§. posthumi. institut. de exhæreda. liberorum. & leg. secunda C.
de posthumis hæredibus instituen. item facilius conseruatur
testamentum ruptum natiuitate filij, quam quando est nullum
præteritione filij iam nati probatur, quia si posthumus præ-
teritus decedit viuo testatore, testamentum reconualescit, si-
ue in eo sint instituti venientes ab intestato, siue extranei, at si
filius iam natus pręteritus decedit viuo testatore, testamen-
tum non reconualescit, nisi in eo sint instituti venientes ab in-
testato. & hęc probantur in l. posthumus, in principio de iniu-
sto rupto & irrito testamen. coniuncto versicul. idem & circa,
vbi Imol. & Paul. de Castr. & sic patet, quod fortius operatur
pręteritio filij iam nati, quam nascituri. Sed huic rationi re-
393 spondent † Ioann. de Imol. & domi. Alexand. hic, quod ideo
ibi filius nasciturus rumpit testamentum, quia nullus filius
erat institutus sed quæstio nostra loquitur, quando esset ali-
quis filius institutus, tunc licet alij sint præteriti, tamen non
debet rumpi. Sed ista responsio licet approbetur a domino
Alexan. non videtur tuta. primo, quia si vnicus filius sit in-
stitutus & alij sint pręteriti, dico quod testamentum est nullū
casus est in l. filio pręterito sup. de iniusto rupto. vnde quo ad
rumpendum vel conseruandum testamentum non videtur es-
se aliqua differentia, an sit vnus filius institutus, vel sint omnes
pręteriti. quia omni casu erit testamentum nullum. & sic non
est ratio illa, quare filius nasciturus hic rumpat testamentum.
quia non esset alius de filijs institutus. Et ideo Imo. respondet
alio modo, quia princeps, aut testator non cogitauit de filijs
nascitu-

nascituris.nam verisimile est, quod si cogitasset, quod vtique
eos non præteriisset,argumen.l.tale pactum.§.fi.de pac. iuncta
gloss. sed in casu nostro loquimur in filiis iam natis, vnde est
verisimile, quod de eis cogitauerit, ex quo sciebat se habere,
vnde scienter præterit.& facit pro hoc,quod habetur in l. sicut
certi.C.de testamen.mil.Sed ista sol.secundum dom. Alexan.
non est vera quia pone, quod in casu huius legis mutus habeat
vxorem pregnantem,& hoc sciat pater ipsius muti & princeps
& substituens prætereat ventrem substituendo extraneum,di-
ces tu natiuitate filii non rumpi substitutionem , certe non &
tamen attenta sol. Imo. illud esset dicendum ideo dicit dom.
Alexand.hic,tene precedentem solu. quæ vt vidistis fuit repro
bata:præterea posito quod in casu nostro esset ratio huius tex.
assignata ibi,nec enim verisimile est tamen quia duę in tex. as-
signantur rationes, vt patet & dixi sup. in notabilibus , vnde li-
cet vna cessset tamen ex quo remanet alia , debet remanere de-
cisio,vt in § affinitatis.insti.de nupt.l. si ventri in §. in bonis de
priui.credit.quæ ratio etiam habet locum in casu nostro, si be-
ne inspiciatur & sic videtur , quod ratio Sali. procedat. domi-
nus Alexand.hic aliter non determinat,sed dicit articulum es-
se dubium & hanc opin.sequitur dom. Alexand. in l.humani-
tatis in penul. colum. dicens eam esse humaniorem & equio-
rem quã sit contraria. Et vltra adducta supra facit,quia l. huma
nitatis est inducta ex æquitate & humanitate , vt ibi dicit text.
sed si pater mentecapti posset alios sine causa præterire, vt que
dispositio sua contineret iniquitatem,cum filii preteriti priuẽ-
tur hæreditate paterna iure naturę sibi debita , vt l. cum ratio
in principio de bo.dam.& l.scripto in fin.vnde libe. † Sed huic ra-
394 tioni respondet Imo.hic, quia dicit,quòd non est omnino ini-
quum, quoniam frater substitutus cogetur alimentare fratres
præteritos,ex quo ius alendi filios transit ad heredes, vt no.Cy.
in l.alimenta.C.de neg. gest. licet secundum dom. Alexand. l.
si quis a liberis.§. dom. rescriptum supra de bo.agno. Præterea
secundum Imo. frater tenetur alere alium fratrem.l.[illegible] sed nõ
nutritos, de tuto.& rati.distr.& l.qui filium supra vbi pupil. edu-
ca.debe.& ita dicit dom. Alexand.hic.sed certe ista ratio non
videtur tuta,quia non indistincte tenetur frater substitutus ale
re filios pręteritos,sed si essent egeni, ar. d.§. sed non [illegible],sed
si non essent egeni, vt puta quia aliunde alia bona haberent,
tunc non teneretur eos alere, & tamen essent priuati hæreditate
paterna,quod esset iniquum. Item non teneretur alere, nisi
essent impuberes puberes nõ & sic alio casu essent priuati hęre
ditate paterna. Pręterea esto q indistincte frater substitutus ha
beat præstare alimenta,tamen negari non potest, quin parens
qui substituit,sit vsus iniquitate,sine aliqua causa pręt. secundo
alios filios,& nihil eis relinquendo,[illegible] in subst. [illegible]
[illegible] ex multis [illegible] apparet, & sic
[illegible] pro opin. Bartol.hic. † Contrarii
395 ista ratio videtur [illegible] sibi contrarius in d. l. humanitatis.
[illegible] regula & eandem
[illegible] Paul.de Castr.
[illegible] Raphael. [illegible] & communem
[illegible] Imol. Cum [illegible] sed nec impu-
[illegible] vbi habetur quod nepotes , id
[illegible] nec substituti,nec exhæ-
[illegible] ex quo [illegible] pater,
redati , non possunt conqueri de auo , ex quo [illegible] omnibus de
[illegible] grado præcedebat,vt in l.Gallus in §.in omnibus de
liber.& posthum.[illegible] cum patre mentecapto possunt cõ
queri quia non est patris,sed aui testamentum , vt d.§. sed
nec impuberis. ergo in casu nostro debet valere ista substitu-
tio,sed ad dictũ §. sed nec impuberis respondet hic Bartol.domi.
Alexand.& communiter doc.quod ille tex.loquitur in pupilla
ri,& ratio differentiæ est, quia pupillaris conceditur de rigore
iuris & ideo [illegible] filios præteritos ipsius pupil-
li non posset querelare testamentum patris.quia non pupill,
sed patris est testamentum , ut exemplaria , de qua loquimur ,
conceditur ex æquitate,vt dicit tex.in dicta l.humanitatis, quæ
humanitas cessat in casu nostro , Confirmo hanc rationem
& solu. vltra dict. quia si deberet in casu nostro attendi ratio
dict.§. sed nec impuberis, vtique exemplaris deberet valere ,
etiam quando omnes filii ipsius mentecapti essent præteriti ,
ita quod nullus esset substitutus,quod tamẽ est falsum,vt om-
nes fatentur, & probatur in dicta l. humanitatis , & in d. dict.§.
qua ratione,vel secundo responde ad dictũ §. sed nec impube
ris,quod loquitur in matre præterita, quæ non potest querela-
re testamentum filii , sed secus esset in filio , pone quod pater
habet pupillum,cuius malitia supplet ætatem , qui suscepit fi-
lios,quod potest euenire,prout declarant Arc. & domi. Alex.
& Modern.in l.in pupillari.supra eodem. & dixi plene in l. se-
cunda in vltima.q.princip.sup.eod. certe si iste filius esset præ-
teritus,testamentum esset ipso iure nullum, & si esset exhære-
datus,posset intentare querelam,& sic non habet locum d.§.
sed nec impuberis.Confirmo hoc,nam preteritio illius filii iã
nati reddit testamentum nullum ipso iure,qui si non esset na-
tus sed esset præteritus natiuitate sua rumpit testamentum, vt
iam dixi.sed si post factam pupillarem substitutionem pupillo
nasceretur filius , tunc natiuitate rumperetur dicta pupillaris
substitutio,prout tenet Bart. & communiter doc.in d.l.in pu-
pillari,& dixi in d.§.vlt.q.& etiam dixi.s. in notabilibus , ita eo-
dem modo sit ipso iure nulla , si tempore factæ substitutionis
erat iam natus filius ipsi pupillo,& esset præteritus,vt patet,
ratio differentiæ est inter matrem & filium,quia magis est de-
bita hæreditas patris ipsi filio , quam sit hæreditas filii ipsi ma-
tri.vt l.scripto.in fi.vnde lib.& in l.nam & parentibus. de inoff.
testamen.tenet Ioann.Fab.in d.§.qua ratione.in 4.colum.vn-
de non videtur mirum , si filius pupilli haberet regressum ad-
uersus pupillarem substitutionem non tamen mater,& sic pa
tet,quod d. §. sed nec impuberis, non habet locum in filio pu-
pilli,& ita etiam dixi.s.in 4.no.sed nos loquimur in filiis ipsius
mentecapti. Præterea tenui.s.in præce.q.quod mater in exem
plari non poterat præteriri sine causa,ergo minus poterũt præ
teriri aut exhæredari sine causa filii,cum sit filiis hæreditas de-
396 bita, vt dixi. Secundo † pro hac opin.adducitur text.in d.l.hu-
manitatis.in versic.nulla querela.vbi videtur velle, quod nulla
querela possit oriri aduersus istam substitutionem , quemad-
modum non potest oriri aduersus pupillarem,sed ad istũ text.
respondet hic Bart.quod istud est verum,quando omnes sunt
substituti saltem in aliqua re,vel quando sunt ex iusta causa ex-
hæredati. Sed aduerte,quia ista sol.scilicet quando sunt ex iu-
sta causa exhæredati,nõ videtur vera.quia licet sint exhæreda-
ti ex iusta causa,tamen bene possunt intẽtare querelam,& hæ
res scriptus habet probare causam esse iustam.nam in iudicio
vbi querela agit,probari debet,an causa sit iusta,necne,ad hoc
vt cognoscere possit iudex, an habeat ferre sententiam, testa-
mentum esse rescindendum,necne,& tamen d. l. humanita-
tis vult,quod non oriatur querela,& sic cõsiderat ortum,qui or
tus non est impeditus ex eo,quia sit iusta causa inserta,nisi dicas,
q considerat ortum cũ effectu, quæ expositio facit violẽtiam
illi litere ideo tene pręcedentẽ sol.vel potest responderi prout
respondet dom. Alex.in d.l.humanitatis.in 3.col.q ille tex. de
bet intelligi,quando non extabant descendentes ex filio men-
tecapto,ista solutio est vera in se,tamen continet diuinationẽ.
vnde responde prout dixi in l.2.in 3.effectu pupillaris supra eo
dem,& dixi,sup.in 1.requisito. Item pro hac opi. adducitur d.
l.humanitatis.in fi. vbi vult,quod sufficiat vnũ substituere, er-
go si vnũ substituit,& cęteros pręterijt,videtur dicendũ,quod
valeat,sed ad istum tex.potest responderi,qđ sufficit substitue
re scilicet in vniuerso,si tamen alii substituãtur in aliqua re,aut
ex iusta causa exhæredarentur. [illegible] dicit Salic. in d.l.humanita-
tis,nec isto casu est aliqua diuinatio , licet hoc dicat hic Iason.
quoniam oportet ita intelligere,alias substitutio esset nulla,vt
supra deduxi. Item pro hac opin.facit d. l. humanitatis , aliter
inducendo,prout facit hic Imol. nam d.l.humanitatis vnifor-
miter respicit & de fratribus & de filiis mentecapti,nam vtro-
que casu vult, quod vnum sufficiat substitui , ergo debet pari-
formiter determinare tam circa filios quam etiam circa fra-
tres,sed in fratrib.non est dubium, quod si vnus substituatur ,
quod alii non sunt necessario substituendi, tum quia est testa-
mentum filii & non patris,tum quia si vere filius fecisset testa-
mentum,vt puta,quia fuisset sanę mentis,ille frater præteritus
non potuisset querelare testamentum fratris,ex quo in eo non
erat instituta turpis persona,sed alter frater.si ergo frater pre-
teritus non rescindit exemplarem substitutionem, & sic tenet
ita eodem modo dicamus in filiis præteritis,ad hoc vt parifor-
miter determinet circa vtrumque.sed dom. Alexand.huic in-
ductioni respondet,dicens,quod regula d.l.nam hoc iure.pro
cedit,quando est par ratio determinandi pariter in vtroque. si
vero esset diuersa ratio,tunc non pariformiter determinaret,
vt in l.si ita scriptum.de manu. te. & ita declarat Ioa.de Imol.
in l.Caius.sol.matrim. sed est alia ratio in fratre quam in filio,
quia est magis debita filio hæreditas,quam fratri,patet,quia in
distincte filius exhæredatus habet querelam,non tamen indi-
stincte habet frater l.fratre.C.de inoffi. testamen. Præterea se-
cundum domin. Alexand. hic,non est verum, quod si fratres
sunt vtrinque coniũcti,quod possit vnum substituere , & alios
præterire,sed ista secũda solutio non est vera. quia dico, quod
potest præterire,per d.§.sed nec impuberis. Præterea isto casu
nõ est in exẽplari instituta turpis persona,ergo alii possunt pre
teriri, quia tunc ipse filius potuisset eos præterire , quare tene
precedentem,quę est melior. Item pro hac opi.adducit Imol.
rationem , quia si mater põt præteriri,prout in præcedenti.q.
dixit Bar. ergo eadem ratione & filii . Sed certe ista rõ non vi
detur vera, quia in pręcedenti. quæst. tenui , quod mater non
poterat præteriri sine causa . Præterea dato quod mater pos-
set preteriri,tamen non idem debet esse in filio,quia magis est
debita hæreditas patris filio,quam filii matri,vt l. scripto vnde
libe. Ita dicit Ioan.Fab.in d.§.qua ratione & d. Alex.hic.Cõfir
mo,nam in pupillari potest mater præteriri,vt d.l. sed nec im-
puberis,

puberis,& tamen non potest præteriri filius pupilli,prout dixi.
sup.respondendo ad d.§.sed nec impuberis,probatur supra di-
cta solutio,quia si vera esset ratio Imol.omnes filij possent pre
teriri,& tamē hoc est falsum,quia d.l.humanitatis vult, qđ ad
minus vnus substituatur,& sic ista responsio nō valet. Pro ista
opin.do. Alex.adducit tex.in d.l.humanitatis.in ver. sapientes,
vbi tex.a cōtrario sensu videtur velle,quod si iste mentecaptus
habeat filios sed mentecaptos,quod pater substituens non te-
neatur aliquem substituere , & poterit omnes præterire etiam
sine causa,& sic ibi lex tolerat illo casu,q filius priuetur legiti-
ma, & tamen mentis captio non est legitima causa , qua possit
filius priuari legitima,quia non numeratur inter causas de qui
bus in §.causas in auth.vt cum de appel.cogno.vnde qua ratio
ne lex permittit huius mentecaptos filios aut fratres istius mē
tecapti præteriri sine causa, ita dicendum est , quod permittat
filios sapientes præteriri sine causa,si vnum ex eis substituit,'&
ista ratio hic dicit dom. Alexand. quod multum mouet ipsum
pro ista parte,& ideo domi. Alexand.in dicta l.humanitatis. in
fin.commenti dicit , quod si tenemus quod isto casu istis filijs
furiosis nihil sit relinquendum,tunc vera est opin. Ricar.Ma-
lū. Sed ista ratio nihil valet, quia prout infra dicam.non est ali
qua differentia inter filios mentecapti sapientes siue furiosos
397 quo ad effectum substituendi,& sic ista ratio non valet.† Et ex
ex his habes,quod in puncto iuris verior est opin.glos. in dicta
l.humanitatis,& Bar.hic,& etiam est æquior,licet Ias.fateatur
quod illa opin.sit æquior , tamen in puncto iuris dicit quod est
verior opin.Ricard. Et pro ista opin.glos.hic vltra adducta su-
pra facit , quia pater eodem modo debet exemplarem facere
substitutionem filio suo furioso, quo fecisset sibi testamētum
filius,si non fuisset furiosus,prout dixi in præcedēti quæst. sed
si filius fecisset sibi testamentum , non potuisset sibi vnum ex
filijs suis substituere, & cæteros preterire sine causa , vt l.filio
præterito supra de inust. testamen. sed haberet cæteros, cum
iusta causa exhæredare.ita sit in parente exemplarie substituē-
te pro filio furioso. Præterea si in pupillari non possunt filij ip-
sius pupilli preteriri,quo casu filius haberet filios vt supra dixi,
dum respōdi ad §.sed nec impuberis. minus ergo possunt pre-
teriri in exemplari,quia pupillaris conceditur de rigore,exem
plaris vero de humanitate,vt dicit hic Bartol.& ita est veritas.
398 † Sed iuxta prædicta quæro, quid si parens vellet omnes filios
mentecapti exhæredare. an possit doct. communiter hic & in
d. l. humanitatis,per illū tex.tenent quod non, sed certe istud
videtur dubium,quod si omnes sunt digni exhæredatione , &
velit omnes exhæredare,quod tunc non possit . nec enim isto
casu si omnes exhæredaret , & substitueret extraneos , faceret
contra humanitatem . Præterea absurdum esset isto casu , qđ
vnus substituatur,& non alij,& forte substituatur ille,qui ma-
gis meretur exhæredari,non ob. d.l. humanitatis , quia potest
substituere vnum, scilicet quando non vult omnes exhæreda-
re,& ita teneo,& pro hoc facit,quod dixi.sup.in princip.huius
399 principalis tertię. q. † Sed vlterius iuxta prædicta quæro vltra
doc.an eo casu,quo pater substituit vnum , & cæteros exhære-
dauit, debeat illum in totum substituere, an satis sit illum sub-
stituere in sua legitima. Salic.in d.l.humanitatis, dum respon-
debat ad d.§.sed nec impuberis. dicit,quod debet illum in vni
uerso substituere,& illud videtur sentire Bart.hic, & commu-
niter doct. Sed dicant doc.quid velint,puto quod si est substi-
tutus in sola legitima, immo si omnes essent substituti in sola
legitima,& in reliquo esset substitutus extraneus , quod vale-
ret ista substitutio. moueor duplici fundamento , primo mo-
ueor,quia eodem modo parēs potest substituere, quo potuis-
set filius sibi condere testamentum,si fuisset sanæ mentis,vt sę
pius dictum est, sed si filius fuisset sanæ mentis potuisset con-
dere testamentum,& instituere filios solum in legitima, & in
reliquo extraneum instituere,vt l.cum quæritur C. de inoffic.
testam.& in l. Papinianus in §.quoniam quarta sup. de inoffi.
testam.Secundo moueor,quia eadem ratio videtur esse in bo
nis filij mentecapti respectu filiorum ipsius mentecapti , quæ
est in bonis patris respectu filij mentecapti,vt clarum est,sed si
filius mentecaptus a patre est institutus solum in legitima, va-
let testamentum patris,& etiam exemplaris,vt d.l.humanita-
tis.in ver.legitima portione &c. ergo ita valeat substitutio , li-
cet filij mentecapti nō sint substituti nisi in legitima,& ista est
400 veritas.† Quæro vlterius iuxta prædicta,quid si filij istius men-
tecapti,aut fratres istius mentecapti sint insipientes , & sic fu-
riosi,an sint necessario substituendi,vel vnus, vel certi, vel om
nes. Bald.in dicta l.humanitatis,in sexta colum.in ver,& no.te
net quòd non sint necessario substituendi. quod reputat mira
bile,quod si sint sapientes,sunt necessario substituēdi , saltem
vnus,sed si sunt furiosi,non,& idem sequitur Ioann. de Imol.
hic,qui subdit,quod si aliqui filij vel fratres essent mentecapti,
quod tunc necessario esset ad minus substituendus, vnus ex
sapientibus'. cæteri vero poterunt præteriri,& mouetur per d.
l.humanitatis in versic.sapientes,a contrario sensu. Et idem in
fratre sequebatur Angel. hic , in filio vero non,quia dicebat,
siue sit sapiens, siue non ad minus erat necessario substituen-
dus vnus , ratio diuersitatis erat , quia magis est debita hęre-
ditas filijs,quam fratribus,vt clarum est,sed hic Imo.& domi.
Alexand.reprobant Angel. quia dicit contra.d.l.humanitatis.
quæ quo ad istum casum non facit differentiam inter fratres
& filios , quia videtur quod in vtroque attendatur , an sint sa-
pientes. quod patet,quia particulariter in vtroque casu consi-
derat,an sint sapientes.& sic videtur esse communis opi. qđ si
401 sunt furiosi,nullus sit necessario substituendus. † Sed certe di-
cāt quod velint doc.absurdum videtur,quod ex eo , quia sunt
dementes, possint præteriri, & sic priuari hæreditate paterna.
& sic afflicto daret afflictionem & forte,'cogerentur mendica-
re. Præterea satis sua mente videtur punitus vt dicit text. in l.
diuus.§.de offi. præsid.præterea dementia nō videtur esse cau-
sa propter quam filius possit priuari , quia non connumeratur
inter causas de quibus in §. causas. in authen.vt cum de appel-
402 la.cogno.colla.8.& istud puto verum.non † ob d. l.humanita-
tis,quia illa lex non facit nisi in fi. a contrario sensu , quod non
valet , vbi resultat prauus intellectus. l. 2. C.'de conditionibus
insertis & prædicta omnia sunt vera in filio legitimo & natu-
rali,vt puta quia mentecaptus contraxerit matrimonium ante
dementiā tūc tales filij sunt necessario substituendi saltē vnus.
in filijs vero naturalibus an istud procedat , patebit ex his quæ
dicam infra in penul.q. Bar.ad quem se remittit Imo.hic. Quę-
rit hic Ias.de quęstione non tacta per scribentes. pone quod fi-
lius mentecaptus habet filios tamen pater qui huic filio facit
exemplarem substitutionem non substituit aliquem de filijs
mentecapti.sed substituit monasterium aliquod , an valeat ista
substitutio,& concludit post Alberi.de Rosa. quod non valebit
mouetur duplici ratione,prima est ; quia tūc monasterium ha-
betur loco filij , quando filius ingreditur monasterium , argu-
men.l.si ita quis.§.in tempus de leg. 2.& l.fideicommissum, de
condi.& demonst.& declarat Salice.in l.ea lege.in 10.column.
C..de condi.ob causam.in auth.si qua mulier. C. de sacrosanc.
eccle.vbi dicit,quod regula,quæ dicit , quod monasterium ha-
betur loco filij , est vera per ingressum, & non aliter confirmat
hoc fin eundem Ias.quia respectu legitimę magis fauetur filijs
quā pię causę.vt probatur in d. auth. si qua mulier ibi legitima
403 nulli diminuta vbi Bald.Salice.& alij no.nam † qui vult eccle-
siam instituere & filium exhęredare alium quærat pro consi-
lio quam Augustinum,vt in c.vlti.17.quæstio. 4. & glos. in l. si
quis ad declinādam.C.de episcopis & clericis & l.2. C.de inoff.
testamen. Confirma hanc solutionē siue opinionem vltra Ias.
nam non est verū,quod monasterium habeatur loco filij prout
declarat Bartol. in dicta authen. si qua mulier. & alij de quibus
ibi per Iaso.sed in ista substitutione debet substitui aliquis de li-
beris,si sunt,vt d.l.humanitatis,hic vero non est aliquis de libe-
ris substitutus , ergo non debet valere , & ista est veritas. Et per
hæc sit expedita ista quæstio. scilicet an & quomodo liberi mē-
capti sint substituendi.Cogita tamen super pręmissis. Dicit tex.
in dicta l. humanitatis , quod si filii ipsius mentecapti non sint,
sed extant liberi testatoris vel testatricis , tunc debet testator si-
404 ue testatrix vnum , vel certos , vel omnes substituere. † Quęro
de quibus fratribus debet intelligi Guliel. de Cu. dicit , quod
debet intelligi de fratribus vtroque latere coniunctis , proba-
tur ratione , nam ille text. videtur loqui de illis fratribus , qui
possint admitti ad querelam , vt d.l. humanitatis. in versi.nulla
405 querela,sed frater † tantum vno latere coniunctus non admit-
titur ad querelam vt l. fratres. C. de inoffic. testamen. ergo de
istis non intelligitur , alij vt Raynu. distinguunt hoc modo,
406 † aut substitutio fit a patre,& tunc intelligitur de fratre consan-
guineo , vel vtroque latere coniuncto , aut fit a matre, & tunc
debet intelligi de fratribus vterinis , vel vtroque latere coniun-
ctis,& non obstat.d.l.humanitatis.& d.l.fratres.quia fateor, qđ
non potest rumpi per querelam a fratribus vterinis respectu
fratris furiosi , cui fit substitutio, sed respectu matris , quę facit
substitutionem,sic vt l. Papinianus.§. sed nec impuberis , supra
de inofficio.testamen.vnde parens , qui facit testamentum , in
se non habet humanitatem, talem fratrem non substituens. ita
concludit Bartol. & cum Bartol. transit Salice. in d. l. humani-
tatis , & domi. Alexand. hic Ioann. de Imol. hic reprehendit
Bartol.inquantum ipse videtur concludere,quod pater non te-
netur substituere fratrem vterinum.nam dicit Imo.quod istud
videtur contra.d.l.humanitatis. quę indistincte loquitur , ergo
indistincte debet intelligi,vt l.de pretio. de publi.vnde videtur,
qđ ad minus vnus debeat substitui, siue sit vterinus.siue sit cō-
sanguineus,siue sit vtrinque coniunctus. Nec obstat ratio Bart.
de querela,quia dicit ipse, quod in testamento furiosi nō habet
locum querela.vt d.l.humanitatis. in uer.nulla querela. & in l.
Papinianus.§.sed nec impuberis.in ratione sui. sup.de inofficio.
testamen.unde licet mater nō posset pręterire filium suum ute-
rinum,quin habeat querelam,tamen bene faciendo testamen-
tum pro filio potest præteriri per rationem. d.§. sed nec impu-
beris

beris vel potest secundum domi. Alexan. hic responderi ad ra-
tionem Bar. quod nullo pacto iste frater habebit querelam, si-
ue sit vterinus, siue consanguineus, siue vtrinque coniunctus,
quia tunc habet locum querela aduersus testamentum fratris,
qñ est instituta turpis persona vt d.l. fratres. sed quando non est
est instituta turpis persona, tunc nō haberet querelam. & quo
ad euitandam querelam dicitur testamentum fratris, & non
407 patris, vt d. §. sed nec impuberis. Præterea vterinus non habet
aliquo modo querelam aduersus testamentum fratris etiam
quando est instituta turpis persona vt d. l. fratres. vnde minus
habebit hoc casu querelam. Præterea probatur hoc vltra doct.
408 quia † etiam si sit vtroque latere coniunctus, & in exemplari
substitutione esset substituta persona turpis, non haberet locū
querela. quia tunc patris & non filij est testamentum, & in te-
stamento patris esset institutus vt d. §. sed nec impuberis. vnde
pro certo consideratio doctorum de querela in proposito no-
stro non videtur vera non obstat secundum Imo. authen. ita-
que. C. cōmunia de successionibus. vbi distinguitur inter fratrē
vterinum & consanguineum, & vtroque latere coniunctum
quia secundum Imol. ille tex. loquitur in successione ab intesta
to. tunc enim præfertur vtrinque coniunctus cæteris. at nos lo-
quimur in exemplari substitutione, & sic in successione ex te-
stamento, quo casu non debet attendi ista distinctio, vt d. §. sed
409 nec impuberis in ratione sui. † & sic concludit Imo. quod si ex
taret vterinus & a patre filij furiosi fieret substitutio filio furio
so. quod iste frater veterinus deberet substitui adeo quod si nō
esset substitutus, sed esset substitutus extraneus, quod isto casu
non valeret talis substitutio per d.l. humanitatis. Item conclu-
dit Imo. quod si extaret frater consanguineus vl vtrinque con-
iunctus, etiam frater vterinus tantum, & pater faceret substitu-
tionem exemplarem, & tantum substitueret fratrem vterinū,
& alios præter ret, quod valeret ista substitutio. ita sentit hic dñ
respondet ad d. auth. hoc itaque & in hoc videtur sentire oppo
situm Bar. Et ex hac conclusione Imo. sequitur, quod si mater
faceret exemplarem substitutionem & substitueret fratrem
consanguineum tantum, & præteriret vterinum, quod valeret
410 per eandem rationem. † Sed tu aduerte inquātum Imo. hic re-
prehendit Bar. per. d l. humanitatis. dicens eam generaliter lo-
qui de omnibus fratribus, non videtur bene dictū quia lex non
videtur considerare, quod si non essent liberi ex filio, quod tūc
si extent liberi testatoris vel testatricis, tunc &c. ita dicit ibi si
vero &c. & sic videtur considerare, quod si pater facit substitu
tionem, & sic testator, quod tunc si extent eo liberi, tunc debet
vnum, vel certos, vel omnes substituere alias videtur concede-
re ille tex. quod possit substituere quemcunque vult. sed frater
vterinus non est de liberis ipsius testatoris, vt clarum est, ergo
videtur quod teneatur substituere fratrem vterinum. quæ ra-
tio cessat in vtrinque coniuncto vel consanguineo tantum. si
vero mater & sic testatrix facit substitutionem si extent ex ea
liberi, debet vnum, vel certos, vel omnes substituere. alias pos-
sit quemcunque extraneum substituere sed frater consangui-
neus tantum non est de lib. ris ipsius matris testatricis, vt notū
est, ergo non tenetur illū substituere. quæ rō cessat vtrinq; con-
iūcto aut vterino tantū, quia ipsi sunt de liberis ipsius matris. &
sic. d.l. humanitatis vr optime probare distinctionē Ray. & Bar.
hic, prout etiā vr sentire hic domi. Alex. Tamē pro Imo. facere
vr, quod substitutio sit inducta humanitate, vt d. l. humanita-
tis. sed humanum esset, excludere fratrem vterinum, quando
pater facit testamentum, vel cōsanguineum, quando mater fa-
cit substitutionem, ergo &c. sed saluando Bar. dicas, quod imo
non est inhumanum, nec contra humanitatem videtur facere
pater, prætereundo fratrem vterinum, cum quoad ipsum sit
omnino extraneus similiter mater non facit contra humani-
tatem præterire fratrem consanguineum tantum, cum quo ad
ipsam ille sit omnino extraneus, licet non videtur filius furio-
sus humanitate, si esset sanę mentis, & faceret testamentum, &
huiusmodi fratres præteriret, tamen consi erat. tur ipsa huma
nitas respectu parentum substituentium, non respectu filij fu-
riosi, prout videtur considerare. d.l. humanitatis vnde verior vi
detur op. Barto. hic, qua (vt dixi) probari videtur per d.l. huma-
nitatis. minus tamen placet odi. Imo. inquantum vult, quod si
extaret frater vtrinque coniunctus, aut consanguineus tantum
& vterinus tantum, & pater substitueret vterinum tantum, &
cæteros præteriret, quia isto casu negari non potest, quin pater
faceret contra humanitatem præterire proprios filios, & substi
tuere fratrem vterinum, qui nō est filius suus. & similiter si ma-
ter substitueret consanguineum tantum, & præteriret vtrinq;
coniunctum & vterinum, diceretur fecisse contra humanitatē
ex quo proprios filios præterijt & substituit fratrem consan-
guineum, qui non est filius suus ergo nō debet valere talis sub
stitutio vnde si opi. Imo. valeret quo ad fratrem vterinum re-
spectu patris, deberet procedere, quando non extaret frater
vtrinque coniunctus, aut consanguineus tantum. Item quo ad
fratrem cōsanguineum tantū respectu matris deberet proce-
dere, quando non extaret frater vtrinque coniunctus aut vte
rinus tantum. tamen isto casu non puto veram opi. Imol. quia
isto casu frater vterinus aut vtrinque coniunctus, aut consan-
guineus non est necessario substituendus, per d. l. humanita-
tis. inductam vt supra, & sic vera est opin. Barto & communis.
Et ex his deciditur vnum, de quo dubitauit Bartol. de Salicet.
in d.l. humanitatis, quod si pater non substituit illum fratrem,
quem debebat, sed alium, an rumpatur in totum ex prædictis
patet, quod a principio in totum annulletur, quia non seruata
411 est forma d.l. humanitatis, & ita sentit hoc dom. Alexand. Sed
quæro † vltra doc. quid si pater non substituit filium menteca-
pti aut fratrem ipsius mentecapti, deinde iste filius siue frater
præteritus decessit viuo testatore, siue post mortem viuo ta-
men filio furioso, an talis substitutio recōualescat, de iure prę-
torio puto quod si sint substituti venientes ab intestato, quod
reconualescat, argumen. l. posthumus. in ver. idem circa supra
de iniusto rupto. testamen. si vero est institutus penitus extra-
neus, puto quod non valeat per d. §. idem circa. probo sic faci-
lius conseruatur de æquitate prætoria testamentum, quod ab
initio valet, quam quòd ab initio est nullum. nam quando a
principio valuit, si postea rumpitur, reconualescit, siue in eo
sint instituti venientes ab intestato siue non, vt d.l. posthumus
in princip. ibi Imol. & Paul. de Castr. quando vero ab initio est
nullum, tunc non reconualescit, nisi in eo sint instituti venien-
tes ab intestato, vt d. ver. idem circa ibi Imol & Paul. de Castr.
sed in casu nostro substitutio est nulla, quia forma non seruata
vt d.l. humanitatis, & pro hoc facit, quod habetur in l. 3. C. de
posthum. hæredi. insti. ita tenet Salic. in d.l. humanitatis. Et ex
hoc infero, quòd si tempore factę exemplaris substitutionis
filius vel frater non esset natus, sed nati postea viuo testatore
moriantur, tunc reconualescit, siue sit institutus veniens ab in-
testato, siue penitus extraneus, per d.l. posthumus, & ita proce
dat quod vult Bald. in d.l. humanitatis. in penul. colum. in ver.
secundo quæro, & dom. Alexand. hic, & ibi in quarta colum-
na. in ver. & quid si filius, & Ias. in 3 colum. in ll. & Imol. in ca.
Raynutius. de testamen. in materia exemplaris substitutionis.
Et aduerte, quia dico filium mortuum viuo testatore, etiam
quando moritur post mortem patris substituentis, & viuo fi-
lio furioso, prout etiam dicit Bald. in d.l. humanitatis. in d. ver.
sed quæro, & ratio est, quia inquantum est commodum filio
furioso, exēplaris dicitur & patris & filij testamentum, vt arg.
d. §. sed nec impuberis, sed commodum est ipsi filio vt dicatur
testamentum filij, ad hoc vt conualescat. si dicitur testamen-
tum filij, ergo si filius præteritus vel frater prę teritus moriatur
viuo filio furioso, verum erit dicere eos decessisse viuo testato
re, quo casu prædicta supra procedunt. Et ex his sum expedi-
412 tus de ista quæstione de fratre. † Quærit vlterius Barto. hic, an
pater vel mater faciendo substitutionem exemplarem possint
& debeant substituere se ipsos? Bartol. hic concludit quod nō
argumen. l. fi. sup. de officio prætoris, & l. præses supra de offi-
cio præsidis. Præterea hoc probatur secundum Barto. nam ad
ad hoc vt valeat exemplaris substitutio, requiritur, quod parēs
faciat sibi testamentum, & quod ex eo adeatur hæreditas, vt
fuit dictum in 6. & 7. requisito supra, sed in vita ipsius non po-
test adiri hæreditas ex testamento ipsius, vt l. qui superstitis. de
acquiren. hæredi. sup. Et pro hoc facit secundum eum, quia le-
gis prouisio, quę permittit parentem substituere, non intelligi
tur de seipso vt l. si mandauero. la secunda §, si tibi supra man-
da. & hanc opin. sequitur hic Imol. & Bald. in 17. colum. versi.
tertio quæro, & in 18. in versic. nono quæritur, & idem sequi-
tur Imol. in d. cap. Raynutius, & dom. Alexand. hic, qui dicit,
quod hic passus est sine dubitatione, & pro hac opi. facit, quia
substitutio facta, per quam ipsi filio succeditur, extinguitur, si
viuo patre filius moriatur, vt l. pater filium supra eod. l. lex Cor
nelia. sup. eod. sed isto casu ad hoc vt pater possit succedere ex
substitutione, debet filius mori viuo ipso quo casu ipso iure est
extincta, & sic dicamus, quod inutiliter seipsum substitueret,
& pro hac opin. Bart. faciunt, quæ dixi. sup. in primo requisito
in ca. q. an filius possit substituere patri furioso. Et ex his sum
expeditus de ista tertia quæstione principali Bartol. Sed ante-
413 quam † veniam ad quartam, quæro, quibus verbis fiat ista sub-
stitutio? dic quòd fit hoc modo, si in furore decesserit, vel si
mutus decesserit, vel decesserit mentecaptus vt dicitur hic, &
in dic. §. qua ratione, & d. l. humanitatis. Sed quæro an d. casu
sint necessaria illa verba, si hæres erit, de hoc dic vt dixi. supra
l. 2. in 4. quæst. sup. eod. Item quæro, quid si testator apposuit il
la verba, si hæres erit & in furore decesserit, an isto casu requi
ratur ad hoc vt substitutus possit admitti ex ista substitutione
quod vtraque conditio existat, copulatiueque verificetur, vt
puta quòd filius sit hæres, scilicet adeundo per curatorem, vel
curator pro eo, & quòd in furore decedat? dicas vt per omnia
414 dixi in d. 4. quæst. † Quarto principaliter quærit Bartol. an ista
exemplaris conueniat cum pupillari in effectu? hoc est vtrum
omnes illos effectus quos parit pupillaris, producat etiā exem-
plaris.

415 plaris. Et primus effectus † pupillaris substitutionis est, quia continet tacitam vulgarem, vt l. nam hoc iure. in princip. supra eo. an istud contineat expressa exemplaris dicit Bar. quod sic per d. l. nam hoc iure. & per l. 2. C. eo. & probatur ratione secundum eum quia cum in casu isto non reperiatur diuersitas inter pupillarem exemplarem, dicendum est eas conuenire, ita quod de vna ad aliam licet arguere, vt hic, & sępius. sup. dictum est, sed expressa pupillaris continet tacitam vulgarem, vt d. l. nam hoc iure, in princip. ita exemplaris continet tacitā vulgarem, maxime quia est eadem ratio, & hanc opin. videtur sequi Bal. in dicta l. humanitatis. in 15. col. in versic. octauo in materia confirmationis, & ista opin. est communis. Limita tñ hoc illis modis quibus limitatur illud, quod pupillaris substitutio contineat tacitam vulgarem, de quibus plene dixi supra in l. 2. in primo effectu pupillaris substitutionis. Aduerte tamen, quia vna datur ibi limitatio, quæ non videtur procedere in casu nostro. nam pupillaris facta filio exhæredato nō habet in se tacitam vulgarem substitutionem, quæ cessat in casu nostro, quia ista non potest, fieri filio exhæredato, vt tenent hic communiter doct. ideo non habet locum prędicta limitatio. tamen quia quidam tenent, quod etiam filio exhæredato possit fieri ista substitutio, tunc tenendo prædictam opi. procederet etiam in casu nostro prædicta limitatio, quia est eadem
416 ratio aduerte † quia vltra limitationes datas in d. l. 2. in primo effectu pupillaris substitutionis potest dari alia limitatio, vbi expresse exemplaris non continet tacitam vulgarem, quando esset substitutus exemplariter filio furioso ille, qui est cum ipso filio furioso institutus in testō principali. ita tenet Ang. sup. in l. 1. in ea. q. an tacita vulgaris requirat aditionem. dū respondet ad l. apud Iulianum. in § idem Iulianus. inf. ad Trebe. Moderni communiter & maxime Senenses reprobant illam limitationem. tamen ego ibi illam sustinui prout in d. q. patet in d. l. 2. limitatione data ad d. §. idem Iulianus. Alia datur etiam limitatio videlicet quod istud sit verum, nisi filius viuo testatore decesserit, tunc exemplaris expressa non continet tacitam vulgarem, vt l. quod si filius, infra de capt. & tenet Dyn. in l. 1. in ea. q. quid si pupillus decesserit viuo patre an substitutus poterit admitti ex tacita vulgari, quod tamen intellige, quando in substitutione exemplari essent apposita illa verba, si hæres erit, quo casu dicitur specifica exemplaris, & vulgaris quæ venit, dicitur omnino tacita. sed secus si non essent apposita illa verba, tunc haberet locum vulgaris, licet filius moreretur in vita patris, & ratio est isto casu, quia tunc non est specifica exem-
417 plaris, † sed est compendiosa, sub qua continetur vulgaris verbis generalibus expresse, ita dicit Bald. in dicta l. precibus. in 12. colum. in versicul. ad vnum aduerte, & Pau. de Castr. ibi in 3. colum. & plene dixi in dicta l. 1. in supradicta. q. & hoc tenet Iason. in l. 2. in princip. in fi. sui commenti, & ibi plenissime di-
418 xi in 3. quæstio. princip. † Sed Bald. in d. l. humanitatis. in 15. colum. in versicul. octauo in modo confirmationis. tenet contrarium, quod immo si filius furiosus moriatur viuo patre substituente, quod tunc substitutus poterit adire ex tacita vulgari bona ipsius patris, & mouetur Bald. quia testator sciebat furiosum non posse adire hæreditatem, & licet curator pro eo petat bonorum possessionem, tamen est facti & nō iuris, adeo quod non pręcludit viam substituto vulgari. l. fin. C. de cur. furio. in §. itaque tali. & ideo potuit cogitare de vulgari, vnde ęque continet vulgarem sicut compendiosa & reciproca, & verisimiliter hunc casum prouidet, quemadmodum si substitutio sit facta ventri, & deinde sit natus abortus, tunc habet locum tacita vulgaris vt l. pen. supra de ventr. inspici. iuncta gloss. in l. si ab exhæredati. §. 1. de leg. 1. nam ordinata charitas
419 incipit a seipso. vt l. Gallus. §. 1. de liberis, & posthu. † Sed certe ista opin. non est vera, quia non est verum, quod sciuerit furiosum non posse effici hæredem, saltem si curator pro eo petat bono. possess. quæ petitio est tanti effectus, vt debeat facere extinguere vulgarem substitutionem, quemadmodum facit cōfirmare fideicommissum, vt l. cum hæres instituta. ad Trebell. non obst. d. l. fina in §. si autem in furore, quia quando decedit in furore, quo ad bona ipsius patris lex vult, quod habeatur illa petitio ac si non fuisset facta. similiter quando sanę mentis repudiat, sicut in simili dicimus in hęrede minore, qui aditur & restitutus est aduersus aditionem, tūc habetur, sic vt nō adiuisset, ideo admittitur, vt in l. ex contractu. infra de re iudi. & in l. sed si tutore. §. sed quod Papinianus. de mino. & tamen illa aditio licet rescissa per restitutionem cōfirmat tabulas pupillares, arg. l. ex duobus. §. etiam cum ibi no. supra eod. Et quod istud sit verum, probatur, nam si illa petitio bonorum non cōfirmaret tabulas exemplares, dico, quod nullo pacto confirmarentur, nisi furiosus esset suus hæres substituenti quo casu suitate confirmarentur, probo hoc nam per illam petitionem bonorum factam per curatorem non confirmatur exemplaris, nec per aditionem factam a substituto ex tacita vulgari, quia ista non habet locum, si vera esset ratio Bald. probo hoc, quia si testator cogitauit, quod hęres furiosus non poterat adire, & sic quod substituto vulgaris poterat habere locum, certe cū nō prouiderit de vulgari, videtur omisisse hunc casum. arg. l. cōmodissime. de libe. & posthu. coniuncta l. fi. C. de posthu. hære. insti. secundum intellectum Bar. ibi, & communem in d. l. cōmodissime. facit. l. Titius. §. Lucius. š. de lib. & posth. & faciunt quæ dixi in l. 1. in ea. q. an vulgaris facta in vnum casum extendatur ad alium casum, & sic patet, quod illa petitio facit confirmare exemplarem substitutionem. vnde nō potuit cogitare, nec cogitauit, quin curator peteret bonorū possessionē pro furioso & mētecapto. & si cogitasset, vtique verisimiliter præsumit, quod prouidisset, ideo inducit lex istam tacitā vulgarem per d. l. nam hoc iure, & prædicta magis procedunt in prodigo, & muto & surdo. nam cum isti, habeant intellectū vtique poterunt adire saltem authore curatore, & sic cessare videtur ratio Bal. cogita tamē super premissis, quia doc. nihil
420 dicunt. Et ex his sumus expediti de primo effectu. † Secundus effectus pupillaris substitutionis est, quia trahitur ad omnia bona tam patris quam filij & vndecunque quæsita, vt l. sed si plures. §. ad substitutos. sup. eo. Quæritur an idem sit in exemplari? Bar. distinguit dicens, aut loquimur de exemplari facta filio naturali & legitimo, & tunc trahitur ad omnia bona patris & filij sicut pupillaris, vt d. §. ad substitutos. probatur hic, inquantū dicitur testamentum filij, & sic trahitur ad bona filij. probatur in d. l. humanitatis, & prædicta sunt vera, siue substitutio fiat a patre, siue a matre. quod nota propter inf. dicenda. Limita tñ hoc, prout in d. §. ad substitutos. videlicet quando fieret exemplaris a patre milite expresse volente quod d. exemplaris non trahatur nisi ad bona ipsius patris militis, tūc non trahetur nisi ad illa bona, quia qua ratione potest ipse pro parte decedere testatus, vt in l. si miles vnum ex fundo, infra de mili. testa. ita potest facere, quod filius decedat pro parte testatus, ex quo potest dici testamentum patris, vt l. Papinianus. §. sed nec impuberis. sup. de inoffic. testa. ita dicit Bar. in l. 2. in secundo effectu. sup. eod. Si vero sit filio legitimo tantum & tunc dicit Bart. quod trahitur ad bona arrogatoris tantum ad exemplum pupillaris, vt l. sed si plures. §. in arrogato. š. eodem de hoc tamen dic vt plenissime dixi in 2. questio. secūdæ qō. prin. sup. hac eadem. l. vnus tamē casus posset addi vltra ibi enumeratos, in quo traheretur ad omnia bona, vtputa quando a patre naturali non esset facta exemplaris substitutio, & pater arrogās substitueret omnes illos, qui ab intestato ad successionem venissent, si arrogatio facta non fuisset, isto casu puto, quod trahatur ad omnia bona, quia arrogatio facit præiudicium, per ea quæ dixi supra in d. 2. quæstio. Quid autem sit in filio naturali tantum. Bartol. hic nihil dicit, & forte ea ratione, quia credit, quod filio naturali tantum non possit fieri exemplaris, prout est communis opin. hic Tamen Bar. tenuit sup. in primo requisito, quod exemplaris potest fieri filio naturali, cū limitatione de qua ibi & istud ibi tenui, vnde tenendo hanc partem ideo Bartol. hic omisit de filio naturali tantum, quia quo ad hoc non videtur differentia inter naturalem tantum, & naturalem & legitimum, idest quod isto casu trahitur ad omnia bona. & istud puto verum, deinde subdit Bartol. posset etiam hic quæri, quid in exemplari, quæ continet tacitam vulgarem, & quid in vulgari quæ continet tacitam exemplarem, inquit ipse, quod in omnibus diceret sicut dixit circa materiā vulgaris. Quæro quid voluit Bartol. in istis verbis? dic quod voluit istud, quia est dubium, an vulgaris contenta in expressa pupillari trahatur ad omnia bona, & an vulgaris, quæ continetur tacitam pupillarem, trahatur ad omnia bona patris & filij de quibus quęstionibus tractat Bartol. in l. prima in 4. effectu vulgaris in versicu. iuxta hoc quæro quid in vulgari expressa quæ in se continet tacitam pupillarem. & in versicul. iuxta hoc quæro an tacita vulgaris contenta in expressa pupillari, supra eod. vnde potest de eodem dubitari in casu nostro, & ideo Bartol. se remittit ad dicta per se in dicto. 4. effectu ibi Bartol. concludit quod vulgaris in isto casu non trahatur nisi ad bona
421 testatoris tantum, vt ibi per eum vbi plenissime dixi. † Sed iuxta prædicta quæro vltra doct. hic quid si substitutio exemplari fiat in re certa particulari, an trahatur ad omnia bona? Bald. in dicta l. humanitatis. in 23. column. dicit, quod si substitutio est facta per verba directa ciuilia, quale est verbum hæres esto, vel te hæredem facio, & trahitur ad vniuersum vt leg. cohæredi. §. fi. sup. eod. & ibi omnes doc. si vero esset facta per verba communia, aut directa non ciuilia, qualia sunt ista, habeto, sumito, percipito, prout est verbū, moriatur, & prout est verbum, substituo, quod est verbum commune, & tunc sm Bald. non trahitur ad omnia bona, & sic non valebit vt substitutio exemplaris, sed vt legatum, aut fideicommissum, vt l. cogi. §. generaliter. & ibi per Dy. & Bar. infra ad Treb. & habetur in l. his verbis. sup. tit. 1. & facit, quod vult Bartol. & ibi doc. in l. centurio in 4. colum. in versic. quæro quid si testator substituit aliquem compēdiose in certa portione. vel in certa re. & in 11. col. in

colũ. in versi. quęro quid si substitutio compendiosa fuit facta
in re certa per verbum cõmune sup. eo. Sed an ista dicta Bald.
sint vera, dependent a veritate eorũ, quæ dicam in d.l. Cẽturio
post Barto. & mod. ibi, sic sumus expediti de secundo effectu.
Tertius effectus principalis substitutionis est quod per eam
succeditur ipsi pupillo, nõ defuncto, vt insti. de pupil. substitu.
in princip. an istud idem sit in exemplari, dicas quod sic per
eandem rationem de quo tamen dic latius, vt dixi supra in pri-
mo requisito. Et ex his sumus expediti de tertio effectu. Quar-
422 tus effectus † pupillaris substitutionis est, quia excludit ma-
trem, vt l. Papinianus in §. sed nec impuberis de inoffi. testa. &
l. præcibus in versicu. vero C. eo. an illud idem sit in exempla-
ri, de hoc dic, vt dixi supra in ea quæstione, an mater possit prę-
teriri in tabulis exemplaris, vbi tenui quod non excludit ma-
trem, licet ibi Bar. teneat oppositum, & istud tenemus exem-
plaris excludit matrem tamen retenta ea opinione, quod exẽ-
plaris expressa excludat matrem, tunc non erit idem tacita,
quia ista non excludet matrem, sicut nec tacita pupillaris, &
idem est secundum Bar in omnibus alijs personis, contra quã
vel quas non admittitur tacita pupillaris cõtra easdẽ non ad-
mittitur tacita exemplaris per eandem rationem, & prædicta
sunt vera eo casu, quo non superessent filij ex filio mẽtecapto
aut non superessent filij patris testatoris, quia ad hoc vt habe-
ret locum tacita exemplaris, esset necesse filios aut fratres prę-
dictos vulgariter substituere, vt d.l. humanitatis, & isto casu ta
cita exemplaris ex præsumpta voluntate testatoris admittitur
contra matrem, sicut admitteretur tacita pupillaris per ea quę
plene tradit Bartol. in l. 2. in 3. effectu pupillaris substitutionis
supra eod. & ibi plenissime dixi, & secundum ea quæ dixi ibi,
423 dico hic. Et ex his sum expeditus de quarto effectu. † Quintus
effectus pupillaris substitutionis est, quos mihi possum facere
hæredes necessarios, possum eosdem filio meo facere, vt l. sed
si plures §. quos possum supra eod. & l. qui patri infra de acqui
renda, vel omittenda hæreditate, an idem sit in exemplari,
dicas quod sic, prout tenet Barto. sup. in ea quęstione qua quæ
rit, quis possit substitui, & ex hoc resultant plures effectus de
quibus plene dixi in l. 2. in quarto effectu pupillaris substitutio-
424 nis sup. eod. dic vt ibi. † Sextus effectus substitutionis exẽplari,
est, quia non transmittitur ad hæredes, vt l. qui habebat sup. eod.
& l. qui liberis §. hæc verba sup. eo. & vĩ sentire Barto. in l. qui
patri de acquirenda vel ommittenda hæreditate inf. & Are. in
d.l. qui habebat, quicquid Barto. & alij dixerint in d.l. qui ha-
425 bebat, quia ibi est casus rotundus pro hoc, nec est verum, † qđ
dicunt ibi Barto. & alij, quod ideo spes primę substitutionis fa-
ctæ de filia exhæredata quod ideo per ipsam filiam exhæreda
tam non transmittitur, quia illa filia decessit pubes, vnde ex-
tincta est pupillaris substitutio, vt l. in pupillari sup. eod. & ideo
dicit ibi gloss. quod text. debet dicere, quarto cum filia pubes
decessit [illegible] tex. impubes, tunc gloss. dicit dic
impubes [illegible] sed effectus pubes decessit, ita di-
426 [illegible] Barto. & alij. Sed certe † dicant gloss.
[illegible] dico, quod ille intellectus non est verus, &
[illegible] illi literę, quæ dicit, qđ filia decessit impubes,
& [illegible] & exponere impubes, scilicet quo
[illegible] est exp[illegible] diminatio. Pręterea quod debeat intelligi ne
cessario, [illegible] exhæredata decesserit impubes, & sic quod
vxor & soror testatoris successerunt illi filię exhæredatę ex
substitutione, probatur optima ratione vltra doctores. nã si il-
la filia exhæredata decessit pubes, vtique nulla penitus fuisset
dubitatio, quin illa soror, & illa vxor nõ potuisset admitti sub-
stitutionis ad bona illius filij, qui impubes decessit post filiam,
nam si isti, scilicet vxor & soror, debebant venire iure substitu-
tionis, non poterant venire nisi ex persona filiæ exhæredatę,
quæ fuerat tantum substituta filio, sed ex persona filię nõ pos-
sunt venire probatur, qđ ex persona filię non possunt venire,
quia illa soror & vxor non fuerunt hęredes illiæ probatur, nã
ex substitutione non successerunt filię, quia erat extincta sub-
stitutio ex quo pubes decessit, vt d.l. in pupillari. ab intestato
non successerunt & primo non successit soror testatoris, quæ
erat amita istius filię, cum moreretur ipsa filia ante filium &
fratrem consanguineum, vnde ipsa amita ab intestato filię nõ
succedit. sed ipse filius frater illius filiæ exhęredatę qui præfer
tur amitę, & similiter vxor testatoris nõ potuit succedere. pri-
mo. quia non dicit ille text. quod esset mater ipsius filiæ, vnde
potest esse nouerca, quæ non succedit primignę ab intestato.
præterea dato quod illa vxor fuisset mater illius filiæ, tamen
adhuc ei nõ potuisset succedere, quia supererat ille frater. qui
erat consanguineus, alias ei non potuisset pater facere substi-
tutionem, prout fecit, qui frater consanguineus isto iure ffortũ
præferebatur matri, vt in §. pręferuntur institu. ad Tertul. licet
hodie vna cum matre admittatur, vnde cum illa soror non
potuissent esse hęredes illi filiæ, vana erat disputatio, an pupil-
laris, de qua ibi, transiuisset ad eas, vnde vt aliquid habeat
dubitationis, videbatur dicendum, quod ex quo ille successe-
runt ex substitutione pupillari, quia filia impubes decessit, sa-
tis videbatur, quod substitutio facta fratri de filia transiuisset
ad hæredes ipsius filiæ, & sic ad ipsam vxorem & sororem, &
sic quod filio potuisset ex pupillari sibi transmissa succedere,
tamen hoc non obstante determinat cõtrarium, quod ista sub
427 stitutio non transeat ad hæredes. Confirmatur † ista conclu-
sio, nam ista pupillaris substitutio est conditionalis institutio
lege in ratione §. quod vulgo ad l. Falcid. ergo nõ debet trans-
mitti. & ista est veritas, non obstat ratio Barto. in dicta lege qui
habebat, videlicet quod ex præsumpta voluntate substitutio
pupillaris transmittatur, nam ex quo substituit filio illam fi-
liam, & filiæ vxorem & sororem, voluit quod in hæreditate ip
sius filiæ esset hæreditas filij, & sic vt vxor & soror succedit in
hęreditate vtriusque, vt argumen. l. cohæredi & l. Titius supra
eodem, sed ista ratio non est simpliciter vera, quia non simpli-
citer voluit pater testator, quod in hæreditate filiæ reperiatur
hæreditas filij, sed ita demum, si ipsa filia ex substitutione adi-
uit, nam pone, quod filius efficiatur pubes, nunquid isto casu
voluerit, siue præsumatur velle testator, quod in hæreditate fi-
liæ sit hæreditas filij, certe non, vnde videtur velle quoties sub-
stitutio facta filio de filia habeat locum, vnde breuiter conclu-
ditur, quod regulariter spes pupillaris substitutionis non trã-
mittatur ad hæredes, vt dicta l. qui habebat, eadem etiam ra-
tione non transmittitur exemplaris. Fallit, nisi ista substitutio
esset vnita cum iure accrescendi, vt l. qui patri infra de acqui-
renda vel omittenda hæreditate, & ibi plene per doct. assigna-
tur ratio diuersitatis, & facit dicta l. cohæredi. in principio, & di
cta l. si Titius, coniuncta l. si ex pluribus, infra de in. & leg. hæ-
428 redi. Quærit insuper Bartol. quia † supra in tertio requisito
fuit conclusum, quod tamen pater quam etiam mater pote-
rant facere exemplarem, quid si vterque substituat diuersas
personas quis præferatur, an substitutus a patre, an substitutus
a matre, an concurrent Iacob. de Raua. & Matthes. Dyn. Cyn.
in dicta l. humanitatis, dicunt substitutum a patre præferri, &
mouentur argumen. l. fin. C. de cur. furio. in princip. & l. nec in
ea. de adul. & l. prima. C. si tutor contra ma. volu. pro hac opi-
nione secundum Ioann. Fab. in dicto §. qua ratione, facit, quia
pater, non mater dat tutorem, vt in l. prima, & 2. de confirmã.
tuto. C. qua ergo ratione pater præfertur in dando tutorem,
eadem ratione præferatur in substitutione. Item pro hoc facit
secundum eundem, quia pater in successione filij præfertur
matri isto iure, vt l. 2. §. obijcitur, ad Tertull. & in §. pręferũtur,
institu. ad Tertull. & sicut videtur quod in bonis filij pater ha-
beat maius ius, quam ipsa mater, ita habeat maius ius in substi-
tuendo, & ista sunt, quæ possunt adduci pro ista opinione. Sed
429 † opinio ista nõ videtur vera, & communiter reprobatur, nam
non est verum, quod ad potestatem & facultatem substituen-
di pater habeat facultatem maiorem, quam ipsa mater, cum
pariter vtrique Iustinianus concesserit hanc facultatem sub-
stituendi, probatur hoc, nam ista substitutio, vt sępius dictum
est, concessa est ex quadam humanitate, & pietate, vt dicta l.
humanitatis, quæ quidem humanitas pariter militat in vtroq;
argum. l. si furiosę matris sup. de curatore furiosi, ergo pariter
in vtroque debet esse potentia substituendi. Præterea si vera
esset illa ratio, quod pater haberet maius ius & potestatem sub
stituendi, quam mater, vtique sequeretur, q̄ viuente patre ipsa
mater non posset substituere tanquã a patre impediatur & vin
catur, & tamen hoc est falsum secundum omnes & etiam se-
cundum Iacob. de Aret. & Mat. Sylli. Dyn. & Cyn. non obstat,
d.l. fi. C. de curatore furio. quia ideo pater dr̃ legitimus admini-
strator & præfertur matri, quia munus administrandi bona fi-
lij dr̃ esse munus virile, vt l. 1. cum vulgaribus, C. quãdo mulier
tutelę officio fungi potest, sed in casu nostro ius substituendi
exemplarie non dicitur magis virile, quam fœmineum, vnde
nil mirum si pater non præfertur sicut in administratione, non
ob. l. prima, & 2. S. de confirmando tuto. quia ideo pater pręfer
tur in dando tutorem ipsi matri, quia illi datur tutor, qui est in
potestate, vt in §. permissum, institutionibus, de tutelis, & d.l.
prima, sed mater non habet filios in potestate sicut pr̃, vt in §.
fœminę, institutionibus de adoptionibus, & in §. cæteri, institutio-
nibus. de hæredum, qualitate differentia, & ideo si mater dat,
requiritur confirmatio pretoris, vt d.l. 2. eodem modo si pater
daret filio non existenti in potestate, vt d.l. 1. non obstat, quod
pater præferatur in successione filij, quia illud erat verum iure
ffortum, quo iure fateor, q̄ etiam ipse pręferebatur in substituẽ
do. quia iure fforum mater non poterat substituere exẽplarie,
sed hoc fuit inductum postea per Iustinianum in d.l. humani-
tatis, prout latissime dixi sup. in 1. nota. Sed cum hodie per Iu-
stinianum sit inductũ, quod pr̃ non præferatur matri, imò con
currat, vt in authent. defuncto. C. ad Tertull. ergo eodem mo-
do non præferatur in substituendo. Præterea dico, q̄ supradi-
cta ratio non est vera, quia prælatio in successione non debet
tribuere facultatem substituendi nec maiorem nec minorem,
probatur, quia si hoc esset verũ, sequeretur, q̄ isto iure fforum
frater

frater consanguineus, aut vtrinque coniunctus posset substituere fratri, & deberet præferri ipsi matri, quia præferebatur in successione, vt in §.præferuntur.insti.ad Tertul.& hodie deberet posse substituere & concurrere cũ matre, ex quo in successione concurrit,vt d. authẽt.defuncto, & tñ hoc est falsum quia frater nec olim nec hodie aliquo pacto põt substituere, prout dixi. s. in primo requisito in ea. q. an filius possit substituere patri furioso, & quod prælatio in successione siue facultas in succedendo non debet habere istam facultatem,nec augeat,tenẽt Bart.& communiter doc. vbi aliquando dixi in l. 2.
430 in 3. effectu pupillaris substitutionis supra eodem.† Et ex his patet,quod ista prima opinio non est vera. Ideo Gulielmus aliter dicit,& distinguit, quod aut pater erat vilis persona & præfertur substitutus a matre,vt in l. 3. in §.Iulianus ait infra de liberis exhibendis l.si cum dotem in §.eo autem tempore solu. matri. aut pater non est vilis persona, & tunc præfertur substitutus a patre substituto a matre, & capiet omnia bona argu. l. 2. §. obijcitur ad Tertul.& bona. quæ fuerunt matris,habebit restituere per fideicommissum substituto a matre, argu. eius quod no.in l.verbis sup. eo. & in l.filius in §. vt quis hæredem de legatis 1.& in l.ex facto in princi.infra ad Trebel.& in l.Sceuola ad Trebel. Sed Bartolus dicit hic, qđ ista iura parum faciunt pro Gulielmo,quia loquuntur in casu valde diuerso, sed qualiter loquantur in casu diuerso, aliter non declarat, nec probat, sed puto, quod illud voluit sentire, quod ideo in casu dictarum legum illa substitutio valet iure fideicommissi, quia a principio nullo modo poterat valere iure directo.declaro,nam in d.§.vt quis heredem,& in d.l.ex facto in prin.rogauit testator hæredem suum,vt talem,puta Titium faceret hæredem directo.certe illud non valet,quia testator non poterat prouidere hęredi suo de hærede,ne ipsi hæredi auferret liberã testamenti factionem, quod esset absurdum, vt hic,& in l.pactum quod dotali.C.de pac.& ideo senatus ibi censuit iure fideicommissi valere. Item similiter in d.l. Sceuola illa pupillaris a principio non potuit valere vt pupillaris,& sic vt substitutio directa, quia fuit facta in codicillis & in codicillis non potest neque dari nec adimi directo hæreditas, vt ibi dicitur, & in §.pe.insti.de codicil. Ideo benigna interpretatione statuitur quod trahatur ad fideicommissum, vt ibi dicitur, sed in casu nostro ista substitutio facta a matre bene potuit valere iure directo, vt d. l.humanitatis C.eo. ergo non debet trahi ad fideicommissum,vt l.verbis,& ibi no.per glo.& docto.C.eo.& ista credo quod fuerit intentio Bart. subdit tamen Bar. φ pro opinione Guliel.videtur facere glo.in l.si arrogator sup.de adop. & ista glo.1.in ver.sed nunquid dicam.Et sic Guliel.hic tenet, φ si pater est vilis persona,φ nihilominus possit substituere,licet si mater etiã substituat, præferatur substitutus a matre, & idem tenet hic Rayn. prout refert Bar. Et hanc opin. sequuntur hic communiter doc. prout inf.referam,licet Barto. hic te-
431 neat contrarium,vt inf.de hoc plenius dicetur.† Sed aduerte, quia ista opi. Guliel.non videtur vera, quia si cõcedimus patri male viuenti & vili personæ facultatem substituendi,& quidẽ in omnibus bonis tam paternis quam maternis & vndecunq; quæsitis prout videtur sentire hic Guliel. nam pone quòd mater nõ substituisset certe secundum Guliel.substitutus a patre etiam vili personæ admitteretur ad omnia bona, & sic quo ad facultatem substituendi videtur, φ pater etiam vilis pesona sit patris potentiæ cum ipsa matre, ergo non debet per substitutionẽ factam a matre impediri substitutio facta a patre argumẽ. l.generaliter in princ.& in l.si duo,& in l.si hæres in §. nõ est inf. de fide.& quia par in parẽ nõ habet imperiũ l. nã & magistratibus de arbit.& per istam rationem patet etiam, qđ prima opi. Iaco.de Are.& Marti.Sylli.& Dyn.& Cy. non est vera non obstat d.glo. de l.si arrogator, quia vt inf.dicam,non põt adaptari ad casum nostrum,nam illa glo.videtur loqui, quando tantum est facta substitutio a patre arrogante, tunc ne decedat pro parte testatus, dicit, quod substitutus admittitur ad omnia bona, & restituit bona, quę sunt vltra bona patris arrogantis ipsis venientibus ab intestato, quando vero esset etiam facta substitutio a patre naturali, tunc licet varia dicat, tamen videtur concludere,quòd vtraque valebit,& quòd poterit decedere cum duobus testamentis. Et aduerte, dũ sup.post Bar. dixi,φ leges sup.allegatę pro Guliel.loquebãtur in casu valde diuerso,prout ibi dixi declarando Bart. quod potest dari casus in quæstione nostra, vbi illa iura optime facient pro Gulielm. nam pone, quod filius sit in potestate patris, & mater faciat ipsi filio exemplarem,certe isto casu vt infra dicam ista substitutio non poterit valere vt exemplaris, forte trahetur ad fideicommissariam per prædicta iura, & ideo si esset facta substitutio exemplaris etiam a patre, tunc bene poterit dici, quod substitutus a patre habeat omnia bona, ex quo substitutio facta a matre nõ valet iure directo & bona materna restitueret substituto a matre, ex quo valet iure fideicommissi, per dicta l.Sceuola.Sed certe adhuc isto casu videtur, qđ non valeat inductio prędictarum legum duplici ratione,prima est,quia Guliel. videtur sentire, quod etiam si filius sit in potestate patris, quod nihilominus valeat substĩo a matre facta iure directo, ergo non trahatur ad fideicommissum per ea quę dicta sunt sup. & quod sentiat Guliel. pater,quia non distinguit, an filius fuerit in potestate, vnde debet indistincte intelligi, vt l. de pretio. sup.de publi. præterea pone, quod pater non fecisset exemplarem substĩonem, certe Guliel. videtur fateri, quod talis substĩo facta a matre valeat iure directo, licet filius fuerit in potestate patris,& sic sentit,quod isto casu potuit a principio valere iure directo, ergo non debet obliquari, per not. in d.l.verbis ciuilibus, & sic illa iura non possunt verificari etiam quo ad istum
432 casum.† Et ex istis patet,quod opinio.Guliel.non videtur vera. Ideo Rayn.dicit aliter,quod aut pater est vilis persona,& tunc stat cũ Guliel. videlicet, quod isto casu præferatur substitutus a matre. Aut non est vilis persona, & tunc substitutus a patre habebit bona paterna,substitutus a matre bona materna & iure directo, & sic decedet cum duobus testamentis, argu. eius, quod dicimus in filio arrogato, vt l.si arrogator s. de adoptio. nam secundum Rayn. ibi diuersitas parentum hoc operatur, quod filius possit decedere cum duobus testamentis,ita in proposito diuersitas parẽtum,qui possunt exemplariter substituere,faciet eum cũ duobus testamentis decedere, ita dicit Rayn.
433 † Bar.hic reprobat Rayn.& Guliel.de Cun.& primo reprobat Rayn. & Guliel.inquantum ipsi concludunt, quod si pater est vilis persona, quod possit substituere, licet substitutus a matre præferatur,nam dicit Bar.hic,non puto verum, imò credit ipse,φ pater vilis persona nullo modo possit substituere, quia sicut tali patri denegatur administratio in vita, vt l.fi.de sen. paſ. C.& in l.si cum dotem,in §.eo autem tempore, solu.matrim. ita debet denegari facultas disponendi de bonis suis post mortem eadem ratione. Præterea illi, cui bonis est interdictum, & sic est interdicta sibi administratio in vita propter prodigalitatem, intelligitur etiam sibi interdicta administratio in morte, vt l.is cui.de testam.ita sit in eo,cui propter turpitudinem & vilitatem suam est interdicta administratio in vita, intelligatur etiam interdicta in morte. Sed ista responsio non videtur tuta, quia prout inf.dicam,non est verum, quod si pater est vilis persona,non possit substituere, & dicam inf. Præterea quod distinctio Rayn.non sit vera,dicit Bar. probatur, nam distinctio sua est insufficiens,nam dicit Rayn. quod substitutus a patre habebit bona paterna,& substitutus a matre habebit bona materna. Quid si non hẽt neq; paterna neq; materna, sed aliunde quæsita,certe quid iuris sit in isto casu distinctio Rayn.non dicit. Sed aduerte,quia illa reprehensio Bar.ad distinctionem Rayn.non vĩ esse tuta duplici ratione, licet doct. non dicant, quia non videtur, quod in casu nostro possit considerari, quod filius non habeat bona materna vel paterna, cum saltem filius ab vtroq; parente volente substituere debet institui in legitima, vt d.l.humanitatis,& dixit Bart.sup.in septimo requisito, vnde si habet legitimam in bonis maternis,dicitur habere bona materna, & si habet legitimam in bonis patris, dicitur habere bona patris. Præterea licet Rayn. nihil dicat de bonis vndecunque quæsitis extra bona patris & matris, tamen puto, quod senserit, quod ista bona inter substitutos diuidantur, vt tenuit Nicol. Mat. vt infra referam, sed in hoc Rayn. discrepat a Nicol. quia ipse faciebat differentiã,an filius esset in potestate patris, an non quo ad bona quæ sunt vltra materna & paterna. Rayn.vero non faciebat illam differentiam,& sic vt vides illę rationes Bart.contra Rayn. nihil valent. Tamen adhuc puto, quod non valeat opinio. Rayn. quia negari non potest, quin mater habeat facultatem substituendi quo ad omnia bona & etiam paterna, similiter pater habeat facultatem substituendi etiam quo ad bona materna, & sic vna substitutio debet impediri per alteram, nec debet fieri huiusmodi diuisio. Non obstat simile de filio arrogato, quia ideo illud est, quia pater arrogans non poterat substituere in omnibus bonis, vt l. sed si plures §.in arrogato sup.eodem,& in dicta l.si arrogator. Præterea secundum opinio. Rayne. eueniret, quod ille filius posset decedere cum duobus testamentis, quod est contra regulas iuris, vt l. si quis priore inf.ad Trebell. non obstat de diuersitate parẽtum vt in filio arrogato, quia vt infra dicam nõ facit ad casum nostrum, & ex reprobationibus quas faciam contra opinio. Nicol. Mat.
434 apparebit etiam quod ista opinio. Rayn. non erit vera. †Vnde Barto.hic ponit quartam opinio.Nicol.de Mat. qui hanc quęstionem disputauit,& ipsum sequitur,& dixit sic,quod aut si substitutio est facta ab vtroque parente filio in potestate, & tunc substitutus a patre præfertur, cum ibi concurrat duplex ius, scilicet patrię potestatis & humanitatis, vt probatur hic, vbi pater substituit, & probatur in dicta lex humanitatis, & faciunt ea, quæ diximus, supra in pupillari, vbi diximus, quod pupillaris conceditur de rigore iuris ratione patrię potestatis, & ideo non fit nisi a patre, & filio existenti in potestate. Sed exemplaris cõceditur ex humanitate,ideo fieri potest ab vtro-

que parente, & filio non existenti in potestate sua, & hoc est
verum secũdum dictum Nicolaum quod substitutus a patre
prefertur substituto a matre in bonis ipsius patris & in bonis
vndecunque quęsitis, præterquam in bonis maternis, in qui-
bus prefertur substitutus a matre argumento eius, quod dici-
mus in filio arrogato vt l. si arrogator, sup. de adoptionibus &
emãcipationibus. vbi substitutus a patre naturali habet bona
patris naturalis & alia bona vndecunque quęsita, pręterquã
bona patris arrogantis, quę habet substitutus ab arrogatore &
argumento, eius quod dicimus in tutore. vt l. mater. C. de te-
stamentaria tutela, & in l. mulier, & in l. si patronus, supra de
confirmando tutore. Si vero substitutio fit ab vtroque paren-
filio non existenti in potestate patris, & hoc casu quia sunt pa-
ris conditionis substitutus a patre & substitutus a matre, quia
quilibet tantum est substitutus ex quadã humanitate, & ideo
substitutus a patre habebit bona paterna substitutus a matre
bona materna tanquam hæredes vniuersales ipsius filij furio-
si, bona tamen aduentitia aliunde quæsita diuident inter se si-
cut dicimus in simili in l. ex facto, la grande sup. tit. 1. & secun-
dum hoc diuersitas parentum operatur, vt iste filius decedat
cum duobus testamentis, & ita pertransit Bar. hic & cum ista
opi. Nico. & Bar. transit simpliciter Salice. hic & Ioan. Fab. in
d. §. qua ratione, in 3. col. in ver. sed quid si pater & mater fece-
rint mentecapto testamentum & diuersos hæredes quis præ-
fertur. quam tamen limitat non habere locum, si mater nulla
habuit bona, & pater multa. tunc Io. Fab. videtur sentire, quod
substitutus a patre præferatur etiam in bonis vndecũque quæ-
sitis, quia pater isto casu videtur habere maiorem affectionem
ad filium mentecaptum, a quo patre filius habuit bona, quam
mater, a qua nulla habuit bona, vt l. mater. C. de testa. tutel. & l.
vtilitatẽ sup. de confir. tuto. & hanc opi. vr̃ sequi Bar. & vr̃ cõis
435 opi. † Tamen vt clarius veritas huius articuli habeatur. Ex di-
ctis Nicol. Mat. & Bar. facio quatuor conclusiones. prima, qđ
quando pater est vilis persona & dissipator bonorũ, quod tunc
non potest substituere, & sic prefertur in omnibus bonis sub-
436 stitutus a matre. Secunda † conclusio est, quod si filius est in
potestate patris, quod tunc substitutus a patre habebit bona
paterna & vndecunque quæsita, substitutus a matre habebit
437 bona materna, † Tertia conclusio est, quod si filius non est in
potestate patris, tunc substitutus a patre & substitutus a matre
erunt paris cõditionis, quia substitutus a patre habebit omnia
bona paterna, & substitutus a matre omnia bona materna, alia
438 bona vndecunque quæsita diuidenť inter substitutos. † Quar-
ta cõclusio est, quod filius arrogatus potest decedere cũ duo-
bus testamẽtis, quas cõclusiones intendo sigillatim bene exa-
minare quibus bene discussis erit bene discussus iste articulus.
439 † Circa primam conclusionẽ adde, quòd istam opin. sequitur
idem Bar. ibi Are. in l. 2. in 3. col. in ver. Item quero an id quod
dicitur de filio exhæredato, & hanc opi. sequitur Bal. in d. l. hu-
manitatis. in 12. col. in versicul. septima differentia, qui vltra
alleg. sup. pro Gal. & Rav. allegat tex. in arg. in l. Imperator in-
fra ad Trebel. & allegat rationem. nam ille qui prohibetur mi-
nora facere. id est, administrare bona sua videtur prohiberi ẽt
maiora. puta testari, vt sup. de sena l. qui indignus, limitat tamẽ
nisi ex indulgentia principis esset sibi concessum, vt substitue-
ret, arg. d. l. fi. C. de sen. pat. facit l. si quis filio exheredato. §. irri-
tum, sup. de inius. testa. & l. ex militari, in prin. inf. de testa. mi-
440 li. & in l. si quis, in prin. testamenti. in §. miles de lega 3. † Sed
Ange. hic Imo. & alij reprehendunt Bar. Ange. & alij in d. l. 2.
vbi aliquando dixi. & mouetur Imo. hic contra Bar. nam dicit
Imol. quod licet pater sit vilis persona, nihilominus potest pu-
pillo suo substituere pupillariter, prout not. Ange. & ibi com-
muniter docto. in d. l. 2. in materia pupillaris, sic eodem modo
dicamus, quod possit exemplarie substituere. nam antequam
sit sibi interdicta per iudicẽ administratio, põt administrare &
ẽt testari, & sic etiam poterit testari pro filio, & si post factũ te-
stamentũ interdicatur administratio, propter hoc non rumpit
testamentũ l. is cui bonis. sup. de testa. l. 1. §. exigit. & ibi no. inf.
de bo. poss. secundum tab si vero ante factum testamentum
esset interdicta administratio, tunc quia nõ poterit testari, nõ
poterit etiam exemplarie substituere, & hoc casu posset pro-
cedere opi. Bar. secundum Imo. Sed Ias. hic vr̃ reprobare istam
rõnem Imol. quia s̃m eum licet antequam sit interdicta ad-
ministratio, ipsa durat, est verũ in bonis suis, non aũt in bonis
filij, probat hoc, quia facilius repelliť quis ab administratione
bonorũ filij, q̃ ab administratione bonorũ suorũ, vt l. fin. circa
medium. C. de sen. pas. Cõfirmatur hoc, quia minor 25. annis
non prohibetur habere administrationem bonorum suorũ, si
non habet curatorem, vt l. si curatorem habens. C. de integ. re
sti. mino. & tamen prohibetur administrare bona aliena, vt l.
fi. C. de leg. tuto. & l. 2. ibi not. Bar. §. qui pe. tuto. & l. minor ibi
not. de procu. sup. & facit optime tex. in §. minor aũt instit. de
excusa. tuto. & sic non videtur tutum fundamẽtum Imo. Sed
certe præfatus Ias. non videtur recte reprehendere Imol. quia
Imol. considerat, ꝙ ex quo ipse potest administrare bona sua,
& administratio nõ est sibi interdicta per iudicem. ipse potest
testari, cum possit pro se testari, eodem modo possit pro filio,
& licet bona filij non possit administrare, tamen non sequitur,
ergo non potest testari, vt l. Aurelio §. Caius, de lib. leg. coniun
cta l. si curatorem habens, C. de in integr. resti. mino. illa enim
priuatio administrationis tollit testamenti factionem quę fit
per iudicem, quia tunc tollitur omnis potestas, secus est in illa
administratione, quæ tollitur per dationem tutoris siue cura-
toris, quia isto casu non tollitur omnis potestas, prout not. de-
clarat Bar. in l. 1. ibi sequuntur communiter scribentes inf. de
noua. & sic patet, ꝙ reprehensio Ias. non est vera. Tñ an opin.
Bar. sit vera s̃m Ias. dependet ex his quę dicta fuerunt post Bar.
in l. 2. in 7. requisito, in ea, q. qua quærit Bar. an exhæredato ma
la mẽte possit fieri pupillaris substõ. & ibi Ias. & communiter
doct. tenent contra Barto. ꝙ pater quantumcunq; vilis poterit
substituere filio pupillo etiam exhęredato, & sic eodem mo-
do possit facere exemplarem filio furioso, cum in hoc non re-
periatur diuersitas, nec ad hoc ob. l. Imperator, ad Trebellia.
quia vt dicit dom. Alex. hic ille tex. nihil facit, & vere nihil fa-
441 cit, quia loquitur in casu valde diuerso. † Sed aduerte, quia Bal.
in d. l. humanitatis, in d. vers. septima differentia, facit dr̃iam in
ter exemplarem & pupillarem, nam vult, ꝙ pater vilis persona
& male viuens non possit substituere pupillariter pupillo suo,
sed bene possit substituere exemplarie filio furioso, quia secun
dum eum illa bene possunt facere filiis suis parentes infames,
nihil tamen pro hoc allegat, sed potest assignari bona ratio di-
uersitatis, quia ideo pater vilis persona non potest substituere
pupillariter, quia potest verisimiliter cadere suspicio, qđ non
capiat bonum cõsilium pro filio, & ꝙ talem substituat, qui de
facili poterit parare insidias ipsi pupillo, iuxta §. sinautem quis
ita formidolosus, inst. de pupill. subst. l. 1. §. interdum, in vers. ve
retur inf. ad l. Falc. cum isto casu pater possit quemcunq; sub-
stituere, vt l. sed si plures §. quos possum sup. eo. & l. Papin. in §.
sed nec impuberis, de inoffi. test. quæ ratio cessat in exemplari,
in qua non põt quilibet substitui, vt d. l. humanitatis, sed dom.
Alexã. & Ias. reprehendunt Bal. licet dom. Alex. referat aliter
Bal. q̃ faciat Ias. & quam vere loquatur ipsemet Bal. & moue-
tur Ias. quia differentia ista inter pupillarem & exemplarẽ est
falsa, cum ratio diuersitatis non possit assignari, & cũm non re
periatur differentia, dicũtur conuenire, vt sup. sępius est dictũ.
Sed ista reprehensio siue ratio reprehensionis dom. Ias. nõ est
vera, quia satis apparet ex supradictis & ꝙ ad casum nostrũ est
differentia inter pupillarem & exemplarem, & quod maxima
est diuersitatis ratio. Sed alia ratione dom. Alexã. reprehendit
hic Bal. quia si mater transiens ad secunda vota non põt exem
plarie substituere propter suspicionem dilapidationis, vt supra
conclusit Bar. in 3. requisito. Idem dicemus in patre vili perso-
na, cum militet eadẽ rõ dilapidationis. Sed certe ista ratio non
videtur multum sufficiens contra Bal. quoniam est dubium,
an mater transiens ad secunda vota possit exẽplarie substitue-
re, & sup. conclusum est quod sic, vnde tenendo istam opin. ra
tio dom. Alex. concluderet totum oppositum eius, quod ipse
442 dicit, † & d. opinionem Bal. reprehendunt Angel. & Imol. in l.
Lucius inf. eo. & Imol. in c. Raynut. extra de test. & dom. Alex.
in l. 2. in 14. col. vbi dixi sup. eo. & istud puto verius, quia prout
dixi in d. l. 2. pater quantumcunq; vilis & dissipator posset sub-
stituere pupillariter pupillo suo. Nec valet ratio supradicta su-
spicionis per d. §. sed nec impuberis, & per d. §. sinautẽ formi-
dolosus, inducendo prout induxi in d. l. 2. Si ergo põt pupillari
ter, fortius dicendũ est ꝙ possit exemplarie substituere in qua
non cadit tanta suspicio, & sic patet ꝙ rõ diuersitatis sup. assi-
gnata non est tuta, præterea dico ꝙ non est generalis, quia po-
ne quod non essent personę de quib. in d. l. humanitatis, nõne
in exemplari poterit substitui quilibet certe sic, & tamen isto
casu aderit eadẽ suspicio quæ in pupillari, vnde ex supradictis
concludo contra Bar. & Bal. quod pater poterit substituere ne
dum pupillariter sed etiam exemplariter licet sit vilis persona
443 & dissipator. Et hęc de prima conclusione. Circa † secundam
conclusionem, vt vidistis Bar. concludit, quod substitutus a pa
tre habebit bona paterna & vndecunq; quęsita, substitutus ve
ro a matre habebit bona materna, & hoc est, quia pater dici-
tur habere potentius ius. Sed Bal. in dicta l. humanitatis, in de-
cimaseptima columna in versic. quinto quęritur, tenet contra
Bar. nam vult isto casu, quod etiam in bonis maternis substitu-
444 tus a patre præferatur, † quia substitutio facta a matre non va-
let, quia fuit facta illi, qui alio defectu quam furoris tempore
factę substitutionis impediebatur testari, nam si filius fuisset
sanæ mentis, non potuisset testari, cum sit in potestate patris,
vt l. Senium, in princip. C. qui testamen. face. pos. l. qui in pote-
state, in princip. de testam. sup. & insti. quib. non est permit. fac.
testa. in prin. ergo ei non debet posse fieri a matre hæc substõ
per ea quæ dicta sunt in 2. requisito, & hoc putat verũ Bald. si
mater mortua est ante patrẽ, & hoc sequitur hic Imol. licet de
Bald.

Bal. non faciat mentionem, & pro hoc alleg. in argumentum tex. in l. cum filiusfamilias. inf. de militari testamento. in ratione sui, quæ nihil facit, quia ideo ibi non valet vt pupillaris illa substitutio, quia ille filius nō habebat filium suum in potestate, prout requiritur in pupillari. Sed in casu nostro licet mater non haberet filium in potestate, tamen bene potest istam exēplarem facere. tamen do. Alexan. sequitur opin. Bal. & Imol. subdit tamen, quod Imol. in c. Raynutius. limitabat dictam opinio. Bald. esse veram, nisi post mortem patris, & sic eo casu, quo filius sit effectus sui iuris, decessit, tūc dicit Imol. quod substitutio facta a matre reconualescit, per no. in l. si arrogata de adopt. Sed aduerte, quia puto indistinctè veram esse opin. Bal. etiam dato quod mater superuiueret patri, quia consideratur tempus testamenti, an filius alio impedimēto impediatur testari, quam impedimento furoris vel simili, per ea quę dixi sup. in 4. requisito & dixi in l. 2. in 3. requisito. sup. eo. adeo ꝙ si statim mater facta substōne filio decessisset, filius fuisset in potestate patris, & sic adfuisset illud duplex vinculum. Item limitatio Imolæ etiam secundum do. Alexand. hic non est vera. quia si mater ab initio non poterat filio substituere propter duplex impedimentum, & sic si substituit, ab initio illa substitutio si est nulla, ergo non potest regulariter reconualescere, vt in regula, quod ab initio, de reg. iur. non obstant not. in d. l. si arrogator. quia ideo ibi pupillaris facta a patre naturali reconualescit, quia ab initio fuit valida. nam pater naturalis vtique antequam filius daretur in adoptionem siue in arrogationē, poterat pupillo suo pupillariter substituere, vnde nil mirum si licet sit rupta mediāte adoptione, & sic capitis diminutione, cessante ea reconualescit. † quia facilius reconualescit quod ab initio valet, quam quod ab initio est nullum, vt l. si filius qui in potestate, sup. de liber. & posthu. coniūcta. l. posth. in prin. de iniust. rup. test. Confirmo hoc, nam pone, quod ille, qui se dedit ad arrogandum, dum erat in arrogatione constitutus, facit testamentum, deinde cessauit arrogatio, quia sui iuris effectus decessit, an virtute. §. nō tantum. inst. quib. mod. testa. reconualescat, certe non quia text. ibi considerat, quod ab initio sit iure factum testamentum. sed in casu isto non fuit ab initio iure factum testamentum. vt clarum est, & sic non reconualescet. & hoc ibi tenent doct. ita sit in exemplari facta a matre, cum isto casu ab initio non fuisset iure facta, certe nō reconualescet. & sic patet opi. Bal. indistinctæ veram. Subdit hic † do. Alex. se dubitare, an rō Bal. & Imol. videlicet propter duplicem defectū sit vera, quia pone, ꝙ filius furiosus sit in potestate patris, certe hic adest duplex impedimentum, & sic non deberet posse fieri a patre, & tamen hoc est falsum. quoniam isto casu potest fieri a patre. Sed ista ratio non est vera, quia hic non adest reuera duplex impedimentū. nam impedimentum patriæ potestatis non consideratur respectu patris. quia substitutio facta a patre nō potest sortiri effectum nisi post mortē suam, quo tempore cessat istud impedimētum, quæ ratio cessat in matre, nam in matre substitutio ab ipsa facta sumit effectum post mortem suam, non aūt post mortem patris, vnde eo tpe, quo moritur, incōmutabiliter nō cessat impedimentum patriæ ptātis, cum esse possit qđ pr̄ superuiuat, & ideo attenditur testamenti tempus, adeo qđ si post factam substitutionem substitutus decederet, non militet istud impedimentum patriæ potestatis. in patre nullo modo potest militare. in matre esse potest quod militet, & sic est diuersa ratio in patre ꝗ in matre. Confirmatur istud, nā illi pōt fieri pupillaris, qui propter defectum ętatis impeditur testari, vt instit. de pupil. substi. in princip. & declarat Bar. in l. 3. in 4. requisito. sup. eo. & tñ sit pupillo existenti in potestate substituentis, imò nō alias, nulla alia ratione, nisi quia respectu patris substituētis propter ius patriæ potestatis non censetur adesse duplex impedimentū, vt dixi. Vnde † ex his concluditur, quod filio existenti in potestate patris non potest fieri exemplaris a matre, licet possit fieri a patre, & sic indubitanter præfertur substitutus a patre in omnibus bonis etiam quo ad bona materna. præterea † quod opi. Bartol. non sit vera, inquantum vult, quod substitutus a matre habebit bona materna, probatur ſm Imo. quia si vinculum patriæ potestatis deberet attendi, prout attēdit Bar. post Nic. Mat. vtique substitutus a patre debebit habere etiam bona materna, probatur per auth. itaque C. commu. de success. vbi attenditur duplex vinculum, adeo quod frater vtrinq; cōiunctus præfertur fratri vterino tantum etiam in bonis maternis. Sed Iason videtur reprobare istam rationem Imolæ, dicens, quod in iuribus allegatis per ipsum non agitur de bonis maternis, immo secundum eum quod bona processerint a matre, dicitur esse maius vinculū. probatur, quia frater † vterinus in bonis maternis præfertur, vt in l. de emancipatis. in § exceptis. C. de leg. hæredi. & in l. qu od satis an ... secundū intellectum Bart. C. de bonis quæ l. be vbi est casus quod parentes ex linea paterna præferuntur in bonis paternis in successione filij, & parentes materni præferuntur in bonis mater-

445 (beside "pitis diminutione")

nis, & declarat illum tex. Bar. in d. auth. itaq; ita sit in casu nostro, qđ substitutus a matre in bonis maternis præferatur. Sed certe ista responsio Ias. non est vera, quia tex. in d. auth. itaque loquitur ēt quo ad bona materna, prout dicit Imol. hic, non

450 obstant iura † alleg. per Ias. quia loquūtur, qñ in omnibus personis adest vnum tm̄ vinculum, vt putat quia decedit vnus frater relicto fratre consanguineo tm̄ & relicto fratre vterino tātū, tunc bene est verū qđ in bonis maternis præferatur vterinus tm̄, & in bonis paternis cōsanguineus tantū, & in reliquis bonis æqualiter succedunt, sed si esset vnus frater vtrinq; coniunctus, & alter vterinus, dico, quod etiam quo ad bona mater na vtrinq; coniunctus excluderet vterinum, ita declarat gl. in d. auth. itaque, vbi Bar. & Bal. & Paul. de Cast. & ita etiam declarāt doct. in d. §. exceptis, sed cum in casu nostro in patre sit duplex ius, ideo etiam quo ad bona materna debet præferri substitutus a patre, & sic stat firma ratio Imol. ab obiectione

451 Ias. Secundo † mouetur Imol. contra Bart. quia dicit ipse, vinculum patriæ potestatis non debet attendi, quia in hac substitutione non debet requiri, nec requiritur patria potestas, vt dicta l. humanitatis, & supra fuit dictum, vnde non debet pater propter ius patriæ potestatis habere maius ius substituendi, quam haberet ipsa mater. Sed ista ratio secundum Ias. non est vera, quia habet fallentiam, quia non valet ista consequentia, mater potest substituere sicut pater, ergo pater non habet maius ius in substituendo propter patriam potestatem, probatur hoc per simile, nam simplex magistratus potest ratione suę iurisdictionis sicut potest maximus magistratus, & tamen si vterq; citat vnum, præfertur citatio maioris iudicis, vt l. contra pupillum. §. ad maius tribunal. inf. de re iudi. præterea secūdum ius ciuitas originis & ciuitas domicilij possunt imponere munera, tamen si simul vtraque ciuitas concurrat, ciuitas originis præfertur tanquam potentior, vt l. libertus in §. præscriptio. vbi glo. & Bar. infra ad Municip. Sed certe dicat quicquid & velit Ias. ratio Imo. est vera, nec obstant rationes Iaso. & primo non obst. de maiori iudice, quia illa maioritas residet in eadem re & ab eadem causatur iurisdictione, nam vterque habet iurisdictionem, licet vnus habeat maiorem, quam alter, vt puta quia vnus habet maius imperium & merum, & alius simplicem iurisdictionem, & vtrunq; est iurisdictionis, vt habetur in l. Imperium de iurisdi. om. iudi. sed in casu nostro ista maioritas esset circa diuersa, quorum vnum confert ad substitutionem, prout est humanitas, aliud nō confert, prout patria potestas. Itē non obst. alia ratio Iaso. quia ibi vtrunq; operatur ad impositionē oneris munerū, s. origo & ciuitas, vnde origo cū sit iuris naturę, censetur potentior, vt in §. sed naturalia inst. de iure natu. gen. & ciui. domicilium vero est de iure ciuili, vt in §. sing. inst. de re. diui. ꝙ quidē ius ciuile non est ita potens sicut ius nāle, vt in d. §. sed naturalia, sed in casu nostro vtrūq; scilicet humanitas, & patria potestas nō operatur ad substituēdū, tunc. n. vtrunq; vinculū debet plus operari quā vnūquodq; de per se. cū vtrūq; aliquid operatur quo ad id, de quo agitur, vt d. auth. itaque, sed hic nō operatur vtrūque, ideo debet iudicari vt vnū, non vt duplex vinculum, & ita sentit do. Alex. hic & sic patet, quod non est facienda distinctio, an filius sit in potestate necne, & sic quod opinio Bar. non est vera, & quod nō sit vera, probatur, quia sequeretur absurdum, quod filius decederet cum duobus testamentis, qđ esse non potest, vt l. si quis priore ad Treb. nec ob. simile de filio arrogato, vt dicam infra in 4. conclusione. Et ex his sum expeditus de secunda conclusio-

452 ne. † Sed circa hanc secundam conclusionem quæri potest, quid si mater facit hanc substitutionē in casu isto, quo casu nō valet, an trahatur ad fideicōmissum, puto qđ sic argu. l. Sceuola ad Treb. no. doc. in l. verbis sup. eo. & facit, quod dixi sup. circa opi. Guli. puto tñ, quod tale fideic. durabit vsq; ad tēpus furoris, si vero decederet sanę mentis, tunc etiam ta e fideicom. extingueretur, vt arg. l. si fundum per fideicom. §. fi. cum l. seq. & ibi Bald. de lega. 1. & Bar. post Dyn. in l. Sceuola ad Trebel.

453 Circa 3. conclusionem Bar. † concludit, quod substitutus a patre habebit bona paterna, substitutus a matre bona materna, alia vero bona vndecunque quęsita habebit vterque substitutus æqualiter, vt hic per eum quo transeunt cæteri comm uniter doct. hanc tamen conclu. limitat Ioan. Faber. in §. qua ratione in 3. col. in ver. sed quid de alijs aduētitijs, hoc esse verū, quando pater & mater habent bona si vero pater habet bona, & mater nulla, vel ecōtra, tūc dicit ipse præfertur substitutus illius, qui habet bona, quæ filio reliquit, quia rōne bonorū dr̄ habere maiorē affectionē ar. l. pr̄ de te. tu. C. sed licet nullus faciat mentionē de hac limitatione, tñ illā non puto verā, quia non credo qđ rō bonorū inducat maiorē affectionē. cum tantum legitima sufficiat quod relinquatur ad hoc vt possit fieri hæc substitutio, vt l. humanitatis. C. eod. & dictū fuit sup. cum in substituendo filio quilibet videtur parem affectionem habere erga filium, & ille pater siue mater qui nō habebat bona si habuisset, vtiq; reliquisset, & sic propter hoc non cessat affe-

ctio parentum, nec potestas substituendi, nõ obstant iura alleg.
454 per Ioan. Fab. quia iura loquuntur in tutela, † quo casu mater
non hẽt facultatem dandi tutorẽ, ideo si dat filio instituto, con
firmatur a pręside sine inquisitione, vt l. pater s̃. de testa. tute. si
vero filio non instituto, tunc debet confirmari cum inquisitio-
ne, licet etiam præses possit illum non confirmare, vt d. l. mater
& ibi no. C. de test. tut. vnde ideo ibi fit differentia, vtrum ma-
ter instituerit filium, vel non, & sic vtrum sibi reliquerit bona
nec ne, quia sumus in casu, vbi mater nullum habebat ius, sed
in casu nostro mater bene habet ius substituendi exemplarie
filio furioso, & ęquale patri, vt d. l. humanitatis, & illud ius sub-
stituendi fundatur in humanitate, nõ autem respectu bonorũ,
ideo non debet inspici, quis parẽtum plura bona filio reliquit,
& sic habes, quod limitatio Io. Fab. non est vera. Pro hac con-
clusione Bar. facit ẽm Ias. hic, quia ista substõ conceditur huma
nitate & pietate, vt sępius est dictũ, quæ quidem humanitas si-
ue pietas patris & matris in filiũ dicitur ęqualis, vt l. furiosę ma
tris, s̃. de cur. furio. ergo cessante patria potestate dẽt esse ęqua-
litas inter substitutos patris, & substitutos matris, sed Alber. de
Rosa rep. nostrę regulę, in 79. col. videtur reprobare istã opin.
dicens eam esse contra gl. in l. Nesennius, de neg. gest. s̃. vbi di-
cit, quod rustici semper solent diuidere lites, vnicuiq; dimidiã
assignando, & videtur ibi sentire, quod substitutus a patre præ-
455 fertur. Et † pro hoc facit, quod vult Bal. in l. 1. per illum tex. s̃. de
sena. vbi Bal. expresse no. ꝙ in substitutione exemplari substitu
tus a patre dẽt præferri substituto a matre, quia vir est dignior
vxore, & facit l. in multis, s̃. de stat. homin. Sed certe ista opin.
non videtur vera, quia quo ad substituendum filio videntur pa
ter & mater paris potentię d. l. humanitatis, & sic vnus non de-
bet præferri alteri. Præterea si vera esset ista ratio, vtiq; esset di-
cendum, quod donec viuit pater, mater nunquam possit sub-
stituere, ex quo pater ei præfertur, & tamen hoc est falsum, nõ
obst. d. l. 1. & d. l. in multis quia in alijs casib. loquitur, vt ibi exẽ-
plificatur per gl. Præterea si attenderetur ista l. 1. vtiq; sequere
tur, quod si mater esset in dignitate, ꝙ ipsa mater esset præferẽ-
da, & sic substitutus a matre, & sic esset distinguẽdũ, an mater
& pater essent in dignitate, an alter tm̃, vt ex prædictis patet, ꝙ
456 videtur contra d. l. humanitatis, simpliciter loquẽtem. † Adde
Bal. quem doct. non referunt aliter sentientem in d. l. humani-
tatis, in 13. col. in vers. 13. differentia, vbi Bal. tenet, quod substi
tutio vltimo loco facta tollat primã, quemadmodum vltimũ
testm̃ tollit primum, vt l. si quis in principio testamenti, de leg.
3. facit §. posteriore, & §. si quis priore, inst. quib. mod. testa. in-
fir. & l. si quis priore, ad Trebell. & ista opin. semper mihi pla-
cuit, & eam puto veram, pro qua facit vltra doc. ratio. nã exem
plaris dicitur ad exemplum pupillaris, vt sępius est dictum, vn-
de debet dici testamentum filij sicut pupillaris, ex quo per illã
tractatur de successione filij, sicut per pupillarẽ, vnde licet quo
ad ordinationem dicatur testamentum patris, & interdum fi-
lij quo ad odium quere ę l. Papinian. §. sed nec impuberis, de in
offic. testa. & l. patris & filij sup. eo. tamen effectu dicitur esse te
stamentum filij, etiam cum tractatur de restituendo ipsam, vt
l. cohæredi §. cum filię, in primo respons. sup. eo. & habetur in
in l. si arrogator, de adop. vbi habetur, quod si filius arrogatus
decessit in pupillari ętate in adoptiua familia constitutus, tunc
pupillaris sib. facta a patre naturali irritatur per illam capitis di
457 minutionẽ, non alias hoc est, nisi quia dicitur testm̃ filij, † vnde
quemadmodum si aliquis sibi facit testm̃, deinde dat se ad ar-
rogandum, deinde in adoptiua familia constitutus decedit, pro
pter illam capitis diminutionem irritatur testamentum, vt d.
§. non tamen, ita etiam irritatur ista pupillaris, & tamen si di-
ceretur testamentum patris, non deberet irritari, ex quo ipse
nullam fuit passius capitis diminutionem, nec viuente patre na
turali filius desinit esse in potestate, quia illud, quod est dictum
procedit, etiam quando filius morte patris naturalis fuit effe-
ctus sui iuris, deinde dederit se ad arrogandum, & in adoptiua
458 familia constitutus decessit, & † quãdo filius decedit in adopti
ua familia constitutus pupillus, quod tunc pupillaris substitu-
tio sit omni iure irrita, nec aliquo iure sine ęquitate reconua-
lescit, tenẽt communiter doct. in d. l. si arrogator, prout late de
clarat Ias. in d. l. si arrogator, in 18. col. per tex. in l. nec ei §. eorũ
sup. de adop. coniuncto. d. §. non tamen, in fin. licet Bart. ibi in
repet. in 9. col. tenuerit contrarium, & male, ita sit in casu no-
stro, & multo magis idem, quod dicatur testamentum filij, vn-
de si ipse filius fecisset sibi duo testamenta, vtiq; primum tol-
leretur per secũdum, vt dictum est, nã alias si diceremus opin.
Bart. veram, vtique esset absurdum dicere, quod decedat cum
duobus testamẽtis, quinimò esse posset quod decederet cum
tribus, puta cum exemplari facta a patre naturali, & cũ exem-
plari facta a matre, & cum exemplari facta a patre adoptiuo,
quod est absurdissimum, nec obst. si diceres, hoc operatur di-
uersitas parentũ, vt patet in filio arrogato, quia ad hoc respon-
debo inf. in 5. conclusione, nec etiam ob. nostrę opin. si diceres
vltimum nõ potest tollere primum, quia isto casu cessat ratio,
459 quare vltimum tollat primum. † nam ratio ista est quare secũ-
dum tollat primum, quia faciendo ẽm, videtur recedere a pri-
mo, prout dicit tex. in l. si quis in principio testamenti inf. de le
ga. 1. vnde isto casu non potest dici, quod per secundũ videatur
recessum a primo cũ non potuisset parens qui vltimo substi-
tuit, primũ reuocare, ex quo primus eandẽ potestatẽ substituẽ
di habebat, & sic non vr̃ verum, ꝙ debeat attendi quis paren-
tum vltimo loco substituerit. Sed certe ista ratio non valet du
plici respectu. primo quia imò vr̃ recedere a primo, & licet qui
vltimo loco substituit non potuisset expresse reuocare primũ
attenta potestate substituentis, tamen tacite per legem prima
substitutio reuocatur, ex quo lex dicit, quod dicit testm̃ filij, vt
d. l. patris & filij sup. eod. Hinc videmus qđ licet aliqñ expressa
repudiatio hominis nihil operatur, tñ repudiatio tacita legalis
bene operatur, vt bene traditur per docto. maxime mo. in l. 1.
460 C. qui admit. præterea † esto qđ ista ratio cesset, adhuc non va-
let qđ sup. dictũ est ꝯ opin. nostram, quia non vr̃ illa sola ratio,
quare ẽm testm̃ tollat primum, quia videatur a priore volunta
te recessisse, sed vr̃ esse alia ratio vltra istam, videlicet ne sequa
tur vnum impossibile, scilicet quod reperiantur plures hære-
des insolidum, nam scripti hæredes in exemplari facta a matre
sunt hęredes insolidum omnium bonorum filij furiosi, cum
trahatur ad omnia bona, arg. l. sed si plures §. ad substitutos. s̃.
eo. & dictũ fuit sup. & hæredes scripti in exẽplari facta a patre
similiter sunt hæredes insolidũ eadẽ ratione, & sic essent plu-
461 res hęredes insolidũ, ꝙ est ꝯ l. qđ ꝯ §. vni de regu. iur. † vnde cũ
sint duę rationes adductę, licet vna cesset, si tñ remanet alia, re
manet decisio, vt in §. affinitatis insti. de nupt. l. liberorũ §. 1. s̃.
de his qui no. infa. l. ventri. §. in bonis iũcta gl. ĩ. de priui. credi.
vñ in casu nostro remanet ista ratio, qđ si vtraq; substitutio ha
beret locum, qđ reperirẽtur plures hæredes insolidũ, vt patet.
Et tenendo hanc partẽ non ob. ratio Bar. per l. ex facto sup. tit.
1. quia ibi loquitur de diuisione facienda inter hæredes institu
tos in eodẽ testamento, quo casu si plures sunt instituti simpli
citer in vno testamento, nõ dr̃ quilibet institutus insolidũ, sed
ęquali portione oẽs, vt in §. sed si plures insti. de hęre. instit. cũ
vulgaribus, ideo ibi fit diuisio bonorũ, sed qñ sunt plures in di-
uersis testamentis, tunc quilibet censetur insolidũ instit. & nõ
fiet illa diuisio. & ꝙ prima rõ assignata. s̃. quare testm̃ primũ
tollitur per ẽm non sit vera, probatur per l. si quis priore. ĩ. ad
Trebel. & per §. si quis priore. insti. quib. mod. testa. infir. in qui-
bus iuribus patet, qđ testator voluit recedere a primo testamẽ
to, & nihilominus tollitur per secundum, ideo verior est ista
secunda ratio declarata, vt sup. nec etiam ob. quod ęqualis vi-
detur pietas patris & matris, quia ista ratio facit pro, & non cõ
tra, quia quicunq; parentum sit ille, qui vltimo loco substituit
siue sit pater, siue sit mater, semper vltima præfertur primæ,
& sic seruatur æqualitas inter eos parentes, & euitamus absur-
462 dũ, qđ nõ decedit cũ duobus testamentis. † & pro hac opi. no-
stra facit, quod vult Bar. met. inf. in pe. col. in versi. fateor enim
& cætera, vbi vult, quod si furiosus in dilucidis interuallis fece
rit sibi testamentum, quod tunc exemplaris omnino extingui
tur, licet postea filius reincidat in furorem etiam viuente sub-
stituente, quo casu reconualesceret exemplaris, prout ibi dice
tur, & ratio est, quia si isto casu diceremus, quod nõ sit extin-
cta substitutio eueniret, quod decederet cum duobus testamẽ
tis, quod est absurdum, vnde concludo veriorem esse opinio-
nem Bald. vt attendamus, quæ fuit postea facta. Prædicta sunt
vera, quando apparet, quæ fuerit posterior, & quæ prior, sed si
non apparet istud, tunc forte puto, quod præsumatur poste-
rior substitutio a patre, vt illa in dubio præualeat, & ita proce-
det opin. Bald. in l. prima sup. de senatorib. Cogita tamen su-
per pręmissis. Et prędicta ẽt procedunt, quãdo pater substituit
vnum, & mater alium, sed quid si substituunt eundem, puta
extabat filius ex filio furioso, & illum ambo parentes substi-
tuerunt dico, quòd isto casu idem erit sicut in præcedenti, vt
vltima præualeat, adeo quod ex vltima, non ex prima succe-
det per rationem sup. assignatam. Et hæc de hac tertia conclu
sione. Circa quartam conclusionem concludit Bart. hic post
463 Nico. Matth. † quod filius arrogatus potest decedere cum plu
ribus testamentis hoc idem sequitur Bartol. in l. sed si plures,
in §. in arrogato sup. eod. in 2. no. & ibi Imol. in 5. no. & com-
muniter docto. & Bartol. in l. si arrogator de adop. & ibi com-
muniter doct. qui Barto. fortius voluit ibi in repe. in 9. colum.
quod substitutio facta a patre naturali non extinguitur de
ęquitate saltem pretoria, licet filius viuente patre arrogante in
pupillari ætate decesserit, sed ibi in hoc communiter reproba-
464 tur, & illum reprobaui sup. in 1. requisito, vbi de hoc plene, † ta
men si filius arrogatus decedat sui iuris effectus tunc in hoc
communiter docto. concordant quod de æquitate prætoria re
conualescat substitutio facta a patre naturali & potest decede
re cum duobus testamentis pro hac opin. adducitur text. in d.
§. non tamen insti. quibus mod. testa. infir. Secundo induci-
tur, quia dato vno incõuenienti plura sequuntur, vt l. ratas, C.
de test.

de rest. vend. sed in casu nostro datur vnũ inconueniens, quod
habeat duos patres, certe nil mirum si sequitur aliud inconue-
niens, scilicet quod decedat cum duobus testamẽtis. Item pro
hac opinione adducitur tex. in l. posthumis, in versic. idem &
circa sup. de iniust. testam. vbi est casus, quod si testamẽtum sit
irritum, quod est per capitis diminutionem, & cesset capitis di
minutio tempore mortis testatoris, quod tale testamẽtum re-
conualescat de iure prætorio, si in eo sunt instituti veniẽtes ab
intestato, ita sit in casu nostro, quod si est facta pupillaris substi
tutio, & in ea sint substituti venientes ab intestato, quod licet
fuerit extincta per capitis diminutionem, quod nihilominus
reconualescit de æquitate prętoria, vel si sit facta filio furioso
exemplaris, & dedit se ad arrogandum, quod cessante capitis di
minutione reconualescit, cum in ea debeant substitui venien-
tes ab intestato, vt l. humanitatis, C. eo. si ergo substitutio facta
a patre naturali tenet, prout est conclusum, & substitutio facta
a patre adoptiuo valet, vt nemini est dubium, ergo decedet cũ
duobus testamentis, pro hac opinio. adducitur etiam text. in l.
qui soluẽdo non erat duos Apollonios supra titulo primo, vbi
cessante impedimento valet testamẽtum, ita etiam in casu no-
stro valet substitutio facta a patre naturali cessante arrogatio-
ne, & sic capitis diminutione & impedimento, & ista est com-
munis opinio. prout etiam refert Iaf. in d. l. si arrogator, in de-
465 cimaquinta columna & dixi supra in primo requisito. † Sed ad
uerte, quod licet ibi tenuerim istam opinio. tamen videtur du
bia, & varię fuerunt opin. & prima fuit opin. quod substitutus
a patre arrogante habebit quartam, & eius occasione omnia
alia bona, & illa bona, quæ sunt vltra quartam, restituet substi-
tutus a patre naturali, pro hac opin. facit ratio secundum Barto.
in d. l. si arrogator, in lectura antepenul. col. quia quando quis
primo fecit testamentũ vnum, & postea fecit secũdum, & vult
quod primũ valeat, licet ipso iure primum per secundum tol-
latur, tamen in effectu remanet primum testamentũ, quia in-
stitutus in secundo restituit bona instituto in primo, vt in l. si
quis priore inf. ad Trebell. l. posthumus, de iniust. rup. testam.
Sed ista opinio. communiter reprobatur per doct. nam aut vo
lumus quod substitutus a patre naturali agat ex testamento pa
tris naturalis, vt sibi restituerentur bona iure fideicommissi, &
hoc est falsum, quia pater naturalis nullum facit fideicommis-
sum, sed illum directo substituit, aut volumus quod agat ex te-
stamento patris arrogatoris, & hoc similiter non potest esse,
quia arrogator, qui substituit in quarta, non rogauit vt restitue
ret bona aliqua, aut dicis, ꝙ substitutus a patre naturali agit ex
stipulatione tacita vel expressa, & hoc est falsum, quia non po-
test agi contra substitutum ab arrogatore, sed contra hæredes
ipsius arrogatoris, quia ista obligatione, qua tenebatur pater ar
rogator, tenentur hæredes pro hæreditarijs portionibus, cum
onera hæreditaria pro portione hæreditaria transeant ad hære
des l. secunda. C. de hæredit. actio. Et ex hac ratione patet, quod
substitutus a patre arrogante non tenetur restituere, prout prę
supponit pro ista opinio. & sic ista opinio. est falsa. Sed aduerte,
quia ratio supra assignata constra istam opinio. videtur dubia.
quia licet pater naturalis non substituisset per fideicommis-
sum, sed directo, item licet pater arrogans non rogasset sub-
stitutum restituere debere substituto a patre naturali, tamen
non inconuenit, quod fiat ista restitutio, probatur per dictã l. si
quis priore, vbi in primo testamento instituerat directo, & nõ
per fideicommissum. Item institutum in secundo testamento
non rogauit vt restitueret hæredi in primo testamẽto scripto,
sed solum in secundo testamento cauit, vt primum testamen-
tum valeret, & tamen ibi scriptus in primo testamento habet
iure fideicommissi, & scriptus in secundo testamẽto habet re-
stituere illi, ita sit in casu nostro, præterea hoc probatur in lex
Sceuola infra ad Trebellia. vbi substituit directo, & tamen ad-
mittitur iure fideicommissi, ita sit hic, quod licet directo fue-
rit substitutus ille a patre naturali, tamen non sit incõueniens,
quod admittatur iure fideicommissi. Sed saluando dictã ratio-
466 nem ad ista omnia potest responderi, † quia dictã l. si quis prio-
re, loquitur, quando ambo testamẽta fuerunt facta ab eodem,
ita quod habuerit plenam potestatem facere quod institutus
in primo testamento, licet esset directo institutus, quod admit
tatur non directo, sed per fideicommissum, quod voluisse vi-
detur testator in dicta l. si quis priore, nam ex quo fecit duo te-
stamenta, & voluit vtrunque valere, & istud erat impossibile,
cum paganus non possit decedere cum duobus testamentis,
& regula sit, quod posteriore testõ tollitur primũ, vt in §. poste
riore, inst. quib. mod. test. infir. & ideo ſm reg. iuris illud primũ
erat sublatum per ſm. verum quod primũ totaliter tolleretur,
est expresse contra voluntatem testatoris, qui expresse cauit, ꝙ
etiam primum valeret, ideo vt saluetur voluntas testatoris eo
modo quo põt inducitur, vt intelligatur hæres scriptus in pri-
mo testõ succedere per fideicomm. facit l. fi. C. de hær. inst. vbi
voluntas testantis saluatur eo modo quo potest, pro hoc facit
l. ex facto, in prin. ad Trebell. vbi quia voluntas testantis nõ po
test saluari vt heres illum sibi faciat hæredẽ quẽ voluit testator
quia sibi auferretur libera facultas testandi, quod esse non po-
test vt hic ideo saluatur, vt intelligatur rogatus restituere ei hę
467 reditatem testatoris. † Item in d. l. Sceuola est, quia non po-
terat valere etiã a prin. iure directo, quia facta est in codicillis,
ideo saluatur eo modo quo põt, vt valeat iure fideicommissi,
quæ omnia cessant in casu nostro. primo cessat, quia si pater ar
rogans vellet, ꝙ substitutio directa a patre naturali traheretur
ad fideicõmissum, vtiq; non posset, ex quo nõ habet potestatẽ
super primo testamento facto a patre naturali, si non põt ex-
presse, minus põt tacite. pręterea dato quod põt, adhuc dicen-
dũ est, ꝙ in casu nostro substitutus a patre naturali non veniat
iure fideicõmissi, qm̃ l. si quis priore procedit, qñ testator in se-
cundo testamento expresse cauisset, vt primum valeret, prout
probat tex. in d. §. si quis priore in fi. & probatur in d. §. posthu-
mus in fin. adeo quod si simpliciter fecisse secundũ testamen-
tũ, ẽt si in eo esset institutus hæres tantũ in certa re, nullo mo-
do valeret primũ testamentũ, vt in d. §. si quis priore, sed in ca-
su nostro pater arrogans, qui secundo loco fecit testm̃ ſm, ex-
presse non cauit, ꝙ valeret testm̃ primũ factũ a patre naturali,
ideo non põt dici, ꝙ substitutus in eo admittatur iure fideicõ-
468 missi. † Item in d. l. Sceuola, ideo substitutus admittitur iure fi-
deicõmissi, quia ab initio non valuit iure directo, ex quo fuit
facta in codicillis, in quibus nec dari nec adimi hæreditas dire
cto poterat, vt ibi dr̃, at in casu nostro illa prima substitutio fa-
cta a patre ab initio potuit valere de iure directo, ideo non de-
bet trahi ad fideicõmissum, per not. in l. verbis sup. eod. & dixi
sup. & ꝙ potuisset valere iure directo, probatur, quia si nõ fuis-
set facta substitutio a patre arrogante, nulli fuisset dubiũ, quia
facta a patre naturali voluisset, & traheretur ad omnia bona,
& sic videtur quod sup. dicta ratio adducta contra istam opin.
remaneant firma. & propterea puto, quod ista opi. non sit ve-
469 ra, ideo † alij dicunt, quod hęredes ipsius arrogatoris tenentur
restituere bona substituto a patre naturali, scilicet ex stipula-
tione pro qua opi. facit, quia cũ defunctus promisisset restitue
re substituto, vt in l. nõ aliter cũ seq. de adop. sup. certe ex per-
sona defuncti virtute stipulationis tenentur, vt l. 1. C. si cer. pet.
vnde substituti a patre naturali nõ succedunt virtute substitu-
tionis, sed virtute stipulationis, licet occasione substitutionis
interponatur stipulatio, sicut dicimus in simili. pone quod ar-
rogatus filius decessit viuo patre arrogãte, certe substitutio fa-
cta a patre naturali, quæ fuit extincta per capitis diminutionẽ
non reconualescit isto casu aliquo modo, ex quo durabat ca-
pitis diminutio vsq; ad mortem impuberis §. nõ tñ insti. quib.
mod. testa. infir. & plene dixi sup. in primo requisito. & tamen
isto casu substitutus a patre naturali consequitur bona filij ar
rogati ex stipulatione ab ipso patre arrogante vel ab eius hęre-
de d. §. cũ aũt. ita sit in casu nostro. Sed ista opi. ſm Bar. in d. l. si
arrogator in lect. in pen. col. non est vera, quia laborat eodem
morbo quo præcedens, quia nullus fuit de restituendo graua-
tus, & sic non debet habere locum dicta restitutio Sed ista ra-
tio cum reuerẽtia non videtur vera contra istam opinionem,
quia licet nullus fuerit de restituendo grauatus expresse, ta-
men tacite ex dispositione legis videtur dicendum, quod hæ-
res sit grauatus restituere, quia cum pater esset obligatus re-
stituere propter expressam vel tacitam stipulationem, eo mo-
do sit obligatus eius hæres, vt d. l. 1. C. si certum petatur. & sic
videtur defensata ista opinio ab ista impugnatione. Tamen
alia ratione videtur dicta opinio dubia, quia si vult, quod hæ-
redes teneantur, & non substitutus a patre arrogante, ergo
euenit, quod substitutus habebit omnia bona filij arrogati.
quod videtur contra d. l. si arrogator, & l. sed si plures §. in arro
gato supra eod. nisi dicas, quod solum cum effectu iste sub-
stitutus consequatur quartam, aut alia bona ipsius patris arro-
gatoris, quæ ipsi filio reliquit, alia vero bona cum effectu non
consequitur, ex quo habet restituere hæredibus ipsius patris
arrogatoris, qui hæredes habent postea restituere substitutis a
patre naturali, vnde dicto §. in arrogato, & alia iura, quæ di-
cunt quousque ad quartam, est verum cum effectu, tamen be-
ne etiam substituit quo ad alia bona, licet non cum effectu, ex
470 quo sunt restituenda. † Pro hoc facit, ne dicamus, quod iste
filius decedat pro parte testatus, quia pone, quod a patre na-
turali non sit facta substitutio, si pater arrogans substituit, &
non potest substituere nisi in bonis a se ad ipsum filium per-
uenientibus, vtiq; quo ad alia bona decedat intestatus, & sic
pro parte decedit testatus & pro parte intestatus cõtra l. ius no
strum de regulis iuris, ideo dicendum est, quod trahatur ad
omnia bona, licet non cum effectu, cum sint restituenda, vt
ex supradictis patet, & istud videtur sensisse glo. in dicta l. si ar-
rogator. Sed certe ista responsio videtur dubia, quia non re-
peritur iure cautum, quod substituti a patre arrogante ha-
beant omnia bona ex substitutione, & quod bona quæ sunt vl-
tra bona patris arrogatoris, restituant hæredibus ipsius ar-
rogatoris, immo potius iure contrarium cautum esse videtur,

quod substitutus non consequatur nisi bona patris arrogantis. vt d. §. in arrogato. & ideo alij dicunt retenta prædicta opi. quod hæredes arrogatoris tenentur, non tamen habent petere a substitutis ipsius patris arrogatoris, sed ipsi propria aditione fuerunt consequuti bona quæ erant ipsius filij arrogati tempore factæ substitutionis, ex quo reperiebatur in bonis ipsius arrogantis. l. sed si plus. §. filio. ∫. eo. sed nec. quod isti dicunt videtur tutum duplici respectu, primo, quia sequeretur absurdum, quod ille filius decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus contra l. ius nostrum. præterea esse potest, quod hæredes arrogatoris non sint consequuti bona ipsius filij arrogati, quæ sua erant tempore factæ arrogationis ex eorum aditione. cum sit possibile, quod illa non reperiantur penes patrem arrogatorem. probo sic, iam si ille filius arrogatus superuixit ipsi patri, prout loquitur quæstio nostra, certe præfata bona debent peruenire ad filium superuiuentem, vt dicto. §. cum autem, vnde tempore mortis ipsius filij, quo casu substituti ipsius patris naturalis habent consequi dicta bona, quomodo hæredes patris arrogatoris poterunt præfata bona restituere, nisi illa petant a substitutis ipsius patris arrogatoris, & ideo forte non est absonum dicere, quod substituti restituunt hæredibus ipsius arrogatoris, & ipsi heredes restituunt postea substitutis a patre naturali. pro hoc facit. quia licet substitutio facta a patre arrogante sit facta in sola quarta. tamen debet trahi ad vniuersum, vt l. cohæredi. §. si. sup. eo. nisi huic rationi respondeas, quod isto casu non trahitur ad vniuersum, quia est limitata potestas substitui, vt dicta. l. si arrogator. cogita tamen & sic vides quod ista

471 opin. videtur dubia. ideo † Iacob. de Aret. & Iaco. Butr. dicebat aliter, & dicebant sic, quod substituti a patre naturali capiunt omnia & etiam quartam, tamen quartam illam restituunt, & omnia alia bona, quæ prouenerunt a patre arrogatore ad ipsum filium substitutis a patre arrogante. [redacted] mouentur ipsi duplici ratione. Prima est, quod substituti a patre naturali dicuntur substituti in vniuerso, vt l. sed si plures. §. ad substitutos supra eodem. & substituti a patre arrogatore dicuntur substituti non in vniuerso, sed in quarta, vt dicta. l. si arrogator. & dicta l. sed si plures. §. in arroga. supra eodem. ergo illi substituti ab ipso patre [illegible] debent haberi loco [illegible], vt l. quoties. C. de [illegible] & l. ex fundo. sup. [illegible] [illegible] trahere a substitutis a patre [illegible] probatur, [illegible] [illegible] testamentum, & sic substitutio [illegible] patre [illegible] [illegible] valere iure directo, ne ipse [illegible] arrogatus decedat cum duobus testamentis, ad minus [illegible] [illegible] facta in principali ad Trebell. & l. Sceuola. ad Trebel. [illegible] l. Verb. s. sup. eod. Sed certe ista opinio [illegible] vera [illegible] substitutionem habet [illegible] [illegible] a patre arrogante, cum necesse [illegible] potest [illegible] testamento, quod quidem debebat imp[illegible] [illegible] probatur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fideicom [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] substitueret [illegible] directo, non valeret [illegible] & hoc modo etiam istud probat [illegible] in arrogato. Præterea dico, quod opinio. Iacob. de Aret. expresse confunditur per d. l. si arrogator. vbi expresse [illegible] substitutio fideicommissaria non potest fieri in ista quarta [illegible] patre arrogante. [illegible] non potest fieri fideicommissaria [illegible] etiam si sit facta directa non debet trahi ad fideicommissum, vnde puto, quod dicta opinio non sit vera. non obstant rationes [illegible] pro prædicta opinio. & primo non obstat quod [illegible] substitutus ab arrogatore debet haberi [illegible] respondetur,

472 † quod illud, quod [illegible] [illegible] certa habetur loco le[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible] [illegible] loquitur d. l. quoties. si vero nō esset [illegible] in vniuerso in eodem testamento institutus, tunc non haberetur loco legatarij, vt probatur in l. cohæredi. § fina. sup. eodem, sed in casu nostro quo ad alia bona non erat alius substitutus in substitutione facta a patre arrogatore. quia etiam non poterat alium substituere. nec obst. si diceres, immo alius erat substitutus in vniuerso a patre naturali. quia licet esset alius in vniuerso a patre naturali, tamen talis substitutus non erat substitutus in eodem testamento, sed in alio penitus diuerso. vnde non habet operari, quod substitutus in illa quarta habeatur loco legatarij, tex. est expressus in l. si quis priore infra ad Trebell. vbi prius fecit testator testamentū, in quo instituit hæredem vniuersalem, deinde fecit aliud testamentum, in quo instituit hæredem in re certa. & vult ille tex. quod per secundum tollatur primum. & quod illa substitutio in re certa trahatur ad vniuersum, vt ibi patet. Præterea Mod. Papien. in dict. §. in arrogato. dicunt, quod tunc substitutus in re certa habetur loco legatarij, quando est institutus in re certa, secus quando in quota. prout in casu nostro, vbi est substitutus in quarta, quia tunc

473 non habetur loco legatarij. † Confirmatur hoc, quia pone, qđ pater arrogans vltra quartam reliquisset filio arrogato alia bona, & ei substituisset directe, nōne substitutus admitteretur ad omnia illa bona? certe sic. vt d. §. in arrogato. quo casu non esset dubium, quod non esset substitutus in re certa. & quod non haberetur loco legatarij. Non obst. secunda ratio, quod substitutio facta a patre arrogante nō posset valere iure directo, ideo debeat trahi ad fideicōmissum, quia dico, quod immo valet iure directo vt patet in dicta l. si arrogator. & dicto §. in arrogato, vt supra induxi. Non obst. quod decederet cum duobus testamentis, quia si nolumus hoc concedere, possumus dicere quod debeat prima substitutio tolli, & trahi ad fideicommissum, arg. l. si quis priore, & sic ista opinio. Iacob. de Aret. non

474 est vera. † ideo Mar. Sylli. in d. l. si arrogator. quem sequebatur ibi Fulg. & D. Thomas Dochius Senēsis in d. §. in arrogato. licet Mar. Syl. non referat, fuit in alia opin. volens, quod ista substitutio facta a patre arrogante valeat, extincta prima facta a patre naturali. & primo mouentur illi, quia si diceremus, qđ prima substitutio facta a patre naturali valeret saltem de equitate pretoria, sequeretur absurdum, quod decederet cū duobus testamentis, primo cum testō facto a patre naturali, secundo cum testamento facto a patre arrogatore. sed aliquis non pōt decedere cum duobus testamentis, nisi sit miles, etiam si vellet cū duobus decedere, vt in §. si quis priore. insti. quib. mo. testa. infir. con. iuncta l. quæ tebatur inf. de mili. testa. nec huic rationi obstare videtur respōsio Petri. Bal. & aliorū in d. l. si arrogator, & hic, & in d. l. si plures. in §. arrogato. dicentium, quod euenit hoc ex diuersitate parentum. vnde dato vno incōueniente, qđ habeat duos parentes, de necessitate sequitur aliud inconueniens, quod decedat cum duobus testamentis, vt l. ratas. C. de rei. ven. quia dico, quod ista ratio non est vera, nam inconueniētia non sunt multiplicanda, vt clarum est, & absurditates sunt euitandę, vt hic nec obst. d. l. ratas. quia illud aliud inconueniēs toleratur propter æquitatem tituli quo quisque iuris, vt no. in d. l. ratas. quæ rō cessat in casu nostro, præterea quod diuersitas parentum hoc non causet probatur. quia si istud esset verum. idē deberet esse in filio adoptiuo, & tamē hoc est falsum. quia substitutio facta a patre naturali extinguitur, & valet solū facta a patre adoptiuo, quæ trahitur ad omnia bona, prout dixi in in l. 2. in 1. requisito. sup. eo. & tamen in isto casu militat diuersitas parentum, & datur illud inconueniens. Sed aduerte, quia illud exemplum de adoptiuo nō videtur bonum. quia si est facta pupillaris substitutio a patre naturali, deinde dat pater filiū in adoptionem coniunctę personę, ideo extinguitur ista pupillaris facta a patre naturali non ea ratione, ne eueniat, quod decedat cum duobus testamētis, sed quia desinit esse in potestate patris naturalis viuente ipso patre naturali, vt l. cohęredi. §. cum filiæ. sup. eod. in primo respon. nam pater dando ipsum in adoptionem coniunctę personę, statim filius desinit esse in potestate patris naturalis. & trāsit in potestatem patris adoptiui, vt in §. sed hodie, instit. de adop. t. & in l. cum in adoptiuis. C. de adop. [illegible] quod etiam si pater adoptiuus non fuisset [illegible] [illegible], nihilominus pupillaris facta a patre naturali non valeret, & decederet pupillus intestatus. Confirmo, quia pone, quod filius sit effectus sui iuris viuente patre, quia ab eo fuerit emancipatus, deinde det se ad arrogandum, nunquid isto casu conualesceret pupillaris facta a patre naturali? certe non adeo vt quo ad substitutos non sit necessaria causa, de qua in l. nō aliter de adopt. licet illa sit necessaria quo ad [illegible] [illegible] intestato. ita sit in casu nostro. sed certe licet istud exemplum nō sit bonum quo ad pupillarem substitutionem tamen videtur bonum quo ad exemplarem. quoniam licet filius fiat sui iuris viuente patre, tamen non extinguitur exemplaris, & qđ non extinguatur, probatur ratione, quia si ab initio potest fieri filio non existenti in potestate patris substituentis, vt alias dixi sup. ergo eadem ratione videtur valere substitutio, quando est facta filio ab initio existenti in potestate substituentis, licet postea fiat sui iuris ipso patre viuente, vt arg. l. si quis filio exhæredato. §. fi. sup. de inoff. testa. vnde licet pater dando filium in adoptionem coniunctę personæ ipse filius desinat esse in potestate patris naturalis. tamen propter hoc non debet extingui ista substitutio vnde licet postea sit effecta irrita per capitis diminutionē, id est, per illam adoptionem, tamen cū sui iuris effectus & in furore decesserit, deberet qualescere de æquitate pretoria, vt in §. non tñ instit. quib. mod. test. infir. vnde licet pater adoptiuus ēt fecerit ipsi filio exemplarem, qđ isto casu deberet vtraque substō valere. & tamen hoc falsum, vt dixi & tñ militat illa diuersitas parentum, & illud inconueniens, qđ quis habeat duos patres, & sic patet, quod respon. Bar. & aliorum data ad rationem Mar. Sylli. non est vera. † Secundo pro opin.

475 Mar. facit. l. qui liberis §. testamento, ∫. de bono. posses. secundum tab. vbi

tab. vbi est casus, quod quoad hoc vt testamentum effectum
irritum per capitis diminutionem reconualesceret de æquitate
prætoria cessante capitis diminutione, requiritur, quod noua voluntate confirmetur, vt ibi dicitur, & tenet gl. super vers.
fuerat in §.non tamen.instit.quib.mod.testa. infir. sed in casu
nostro substitutio facta a patre naturali est effecta irrita per capitis diminutionem, & sic per arrogationem, vt l.nec ei.§. eorum. de adopt.sup.licet cesset viuente filio postea illa capitis diminutio, tamen non debet reconualescere de æquitate prætoria, ex quo noua aliqua voluntate non fuit confirmata, per d.§.
testamento. Bar.in d.l.si arrogator.in 9 col.respon. ad illũ tex.
quod iste tex.loquitur in maiore, secus est in pupillo, aut furioso,
qui non potest testari, & sic non potest cõfirmare, & ratio differentiæ est, quia quando dat se ad arrogandum, tunc sola arrogatione est extinctum testamentum, non voluntate ipsius, cũ
reuocare non potuisset, & ideo si ista arrogatio cessat, debet valere de æquitate prætoria absque eo, quod sit confirmatum noua voluntate, sed
476 † quando est maior qui dat se ad arrogandũ,
& sic ille qui potest sibi facere testamentum, tunc non est solum arrogatio, sed voluntas sua, per quam videtur tacite reuocasse testamentum, cum se fortunasque suas in alienam familiam transtulisset, vt d.§. testamento, ideo requiritur noua voluntas. Sed certe ista solu.non videtur vsquequaque tuta. nam
dicere aliud in pupillo furioso, & eo qui nõ potest testari, aliud
in eo, qui potest testari, est diuersificare casum, nec ratio supra
assignata videtur vera, quia non est verum, quod isto casu dando se ad arrogandum videatur tacite reuocare testamentum,
sed est illa capitis diminutio, quæ reuocat testamẽtum, probo
hoc per simile, nam si etiam illa tacita voluntas adesset, vtique
sequeretur, quod quando miles de castrensi peculio testatur,
si dat se ad ad arrogandum, quod tunc extingueretur illud te-
477 stamentum, probo hoc, nam sola † voluntate miles potest confirmare testamentum, & etiam testamentum reuocare, vt in
§.siquis ante militiam, coniunctis his quæ habentur per doct.
in l.militis.in §.veteranus.inf.de mili.testa & in l. sancimus.C.
de testa.& in §.eo autem solo.insti.quib.mo.testa.infir. tamen
478 dando † se ad arrogandum non rumpitur testm̃, vt l.siquis filio exhæredato.§.si.in ratione sup.de iniu.rup.& irri.testa.pro
hoc facit ratio, quia si postquam dedit se ad arrogandum est
in familia arrogatoris & in eius potestate cõstitutus potest miles testari de castren.pecu.quia habetur pro patre familias, fortius conseruabitur testm̃ factum ante arrogationem, vt arg. l.
patre furioso.§.de his qui sunt sui vel alie.iur.& ista est veritas,
licet Pau.de Cast.in d.§. fin. in l.si quis filio exhæredato, teneat
contrarium, & male, motus per d.l.quilibetis.§.testõ. per not.
per gl.in l.1.in §.exigit.inf.de bon.poss.secun.tab. quæ iura nihil faciũt, quia loquuntur in pagano, in quo cessat §.d.ratio. Et
479 ex his habes, † quod ille qui dat se ad arrogandum non videtur
aliquo modo tacite nec expresse reuocare testamentum, & sic
quod Bar.ratio differentiæ §.assignata non est vera. Præterea
esto, quod videatur tacite reuocare, tamen illa tacita reuocatio
non est sufficiens reuocare testamentum prius factum, vt in §.
eo autem solo.insti.quib.mo.testa.infir.& in l.militis. in §. veteranus.de testa.mili.& tex.in l.ex parte.inf.de adimen.leg. &
traditur in l.sancimus.C.de testa.& sic videtur, quod illa tacita voluntas reuocandi testamentum non sit in cõsideratione,
& sic quod prædicta ratio differentiæ inter illum, qui potest sibi facere testamentũ, & illum, qui non potest, non videtur quo
ad casum nostrum aliqua facienda differentia. Præterea intel-
280 ligere † d.§.non tamen, prout videtur intelligere.gl.in d.l.si arrogator.& ibi docto.quod loquatur tantum in minore, & sic
in eo, qui non potest sibi condere testamentum, quo casu simpliciter reconualescit cessante capitis diminutione, nõ videtur
bene dictum secundum Ias.in d.l.si arrogator.in 17. col.i. quia
nimis restringitur.d.§.non tamen. Præterea & fortius dico, quod
ille tex.loquitur in maiore, & in eo, qui sibi facit testamẽtum,
vt patet in §.alio quoque modo, in versic. veluti cum is qui fecerit testamentum, qui tex.clare loquitur in eo, qui sibi condere testamentum poterat & post dictum. §.alio quoque modo,
sequitur continuatiue, d. §.non tamen, & sic manifeste datur
intelligi, quod.d.§.non tamen, loquitur in maiore, qui sibi testari potest, & ista est veritas, & ideo gl.in vers.fuerit in d.§.nõ
tamen, intelligit illum tex. secundum determinationem. d.§.
testamento, videlicet quod de æquitate prętoria recõualescat,
si sequatur postea noua voluntas ipsius testantis confirmans
prædictum testamentum, vnde ex his patet quod d.§.testamẽ-
481 to, facit pro opinio. Mar.siii.† Sed aduerte tu vltra docto. nunquid dici possit, quod vno casu reconualescat substitutio facta
a patre naturali de æquitate prætoria cessante capitis diminutione, scilicet quando essent substituti venientes ab intestato
per l.posthumus in §.idem circa de iniusto rupt.testamen.vbi
si testamentum est effectum irritum capitis diminutione, &
capitis diminutio cessauit viuente testatore, quod tale testamẽtum reconualescit sine aliqua noua voluntate, quando in eo
sunt constituti venientes ab intestato, & sic per illum tex.limitatur.d.§.testamento.qui requirit nouam voluntatem testantis ad hoc vt reconualescat, nam procedit, quando in eo sunt
instituti extranei, & non venientes ab intestato, ita dicit Bal. in
l.certum in 12.col.in versic.tertius casus. C. vnde legitimi, &
tenet Pau.de Cast.& communiter docto. in d.versic. idem &
circa, & illud inducitur fauore venientium ab intestato, vt argu.l.2.sup.de iniusto testamento, & l. hac consultissima. §.siquis autem. C.de testa.& ideo in casu nostro quando pater faceret exemplarem substitutionem filio furioso, & filius postmodum daret se ad arrogandum, & pater arrogãs similiter faceret exemplarem substitutionem, deinde sui iuris effectus in
furore decedat, videtur dicendum, quod vtraque substitutio
valeat, quia in ea substituuntur venientes ab intestato, vt patet
in d.l.humanitatis. C.eo.& sic quod facta a patre naturali reconualescat, licet non sequatur aliqua noua volũtas, per d.versic.idem circa. Sed tu considera, quod etiam isto casu non debet reconualescere substitutio facta a patre naturali, quia ex
quo postea pater arrogans substituit, iam videtur esse reuocata prima substitutio per ea quæ.sup.dixi.in 3.cõclusione huius
quæstionis, & non obst.d.§. idem circa, quia procedit, quando
testator, postquam cessauit capitis diminutio, non fecit sibi testamentum aliud, nam si fecisset sibi aliud testamentum, vtiq;
non reconualesceret primum aliquo modo, licet in eo essent
instituti veniẽtes ab intestato, & sic iam videtur quod propter.
482 d.§.testamento, sit vera opi. Mar. Syl. pro qua † etiam facit tex.
in l.causa cognita.sup.eo.vbi tex.vult, quod substituto a patre naturali succurratur vinculo cautionis & stipulationis, & habet
habet vtiles actiones, & ibi dicit tex.sed si recõualesceret ęquitate prætoria, vtique nõ vinculo stipulationis & cautionis, sed
substitutionis succurretur, probatur hoc, quia prout declarant
doct.in d.l.si arrogator.cautio, de qua in d.l. non aliter. in §. cũ
autem insti.de adop.dicitur esse subsidiaria, vnde debet cessare, quotiescunque competit remedium, arg.l.in causæ. la 2. de
mino.& sic in d.l.causa cognita datur intelligi, quod illa substitutio non reconualescit, ergo est ibi casus pro opinio. Mart.
Sylu.& ita inducit illũ tex. Raph. Fulgo. in d.l.si arrogator, sed
ad illum tex.respondet Ias.in d.l.si arrogator.in 17.col.dicens,
quod ille tex.debet intelligi, quando filius impubes arrogatus
decessit viuo patre, quo casu cum tempore mortis ipsius non
cessauerit capitis diminutio, non reconualescit testamentum
aliquo iure, vt d.§.non tamen. in i. & dixi plene sup. in primo
requisito, & isto modo intelligit illum tex. gl. & communiter
ceteri ibi. Confirmatur ista sol.& ille intellectus, nã ibi arguit
iurisconsultus de successione ab intestato ad successionem ex
pupillari facta a patre naturali, & ista duo ibi ęquiparat, & dicit
ibi, quod venientibus ab intestato succurritur vinculo stipulationis, ita etiam vinculo stipulationis succurratur substituto, vt
ibi dicitur, ergo patet manifeste, quod loquitur, quando filius
viuo patre adoptiuo decessit, quia tunc per stipulationem succurritur venientibus ab intestato, alias non, quia quando decedit filius sui iuris effectus, tunc venientes ab intestato possunt
ab intestato succedere sine illa cautione, si ergo respectu veniẽtium ab intestato.tex.loquitur, quando filius decessit viuo patre
adoptiuo, vt dixi, ita etiam debet intelligi respectu substituti, vt
483 l.nam hoc iure sup.eo. † Sed aduerte, quod licet ista respon. sit
subtilis, & demulceat aures, tamen puto, quod posset subuerti,
& sic quod iste tex.ineuitabiliter faciat pro Martino, quia dico, quod
licet ille tex.quo ad venientes ab intestato non possit procedere, nisi quando filius viuo patre adoptiuo decedit, vt dixi, tamen nõ
inconuenit, quod etiam tex.ille, dum loquitur quo ad substitutos, procedat etiam, quãdo filius decedit post mortem patris,
cũ non habeamus iura dicentia, quod isto casu reconualescat,
& iurisconsultus ibi non venit determinare, an venientibus ab
intestato prospiciatur vinculo cautionis, nam illud apud iurisconsultũ erat pro claro & expedito quod sic, sed intendit determinare, an substitutis vinculo cautionis sit prospiciendum,
& dicit quod sic, & isto casu non distinguit, an filius decesserit
viuo patre adoptiuo, vel postea, prout sufficit, si recõualesceret
casu, quo filius sui iuris effectus decessisset, si tu diceres, quod
ẽt non distinguit, dum loquitur de venientibus ab intestato, prout indubitanter erat distinguendum, ideo non mirum si nõ distinguit respectu substituti, sed istud non obstat, quia ideo non
distinguit, cũ loquitur de venientibus ab intestato, quia nõ intendit iurisconsultus ibi determinare (vt dixi) circa venientes ab intestato, sed solũ circa substitutos, vnde circa substitutos debebat
distinguere, nõ distinguit non alia ratione, nisi quia siue viuo
patre siue postea impubes moriatur, subuenitur substitutis per
stipulationem, & sic etiam eo casu quo post mortẽ patris adoptiui decedit, & sic datur intelligi quod tunc substitutio nõ reconualescit, quia non esset necesse subuenire substitutis vinculo cautionis, & hoc modo intelligendo d.l.cã cognita, fortiter
484 faceret pro prædicta opi.Mar.Syl.cogita tamẽ. † Sunt tñ alii, vt
Ray.& Bal.& do. Alex.in d.l.cã cognita, qui aliter dicũt, & dicunt,

cant, quod dum dicit tex. ibi in fin. quod legitimis hæredibus non aliæ quam vtiles actiones præstari possunt, debet intelligi de actionibus hæreditariis, non autem de actionibus orientib. ex stipulatione. Sed iste intellectus secundum Ias. in d. l. si arrogator non est verus, primo propter æquiparationem, quam facit ibi tex. de substitutis & venientibus ab intestato, sed substitutis non dantur actiones nisi descendentes ex cautione, vt ibi dicit tex. ita etiam sit in legitimis, de quibus ille text. in fine loquitur. præterea si ibi secundum Rayn. Bald. & alios loquitur, quando filius decessit viuo patre, certe isto casu non possunt competere nisi actiones descendentes ex cautione. probo hoc quia quo ad substitutos non potest competere actio hæreditaria, cum substitutio aliquo pacto isto casu non reconualescat, vt plene fuit dictum supra. in primo requisito. Item quoad venientes ab intestato non competit actio hęreditaria, quia isto iure filius non habebat hæredem ab intestato, sed pater occupabat omnia iure peculij, vt l. 1. & 2. de Castr. pec. Item omnia pleno iure erant quæsita patri, vt insti. de acquirē. per arrog. in princ. si vero intelligimus quod filius decessit post mortem patris, tunc bene habebat hæredem ab intestato, & legitimi succedēt directo & de iure ciuili, vnde male ibi diceret tex. quod legitimi haberent vtiles actiones, quia haberent directas, & ideo dico, quod loquitur de actionibus descendentibus ex stipulatione, quo casu vtiles venientibus ab intestato & substitu-
485 tis quæruntur, † quia per magistratum quæritur actio vtilis, & non directa alteri l. 1. §. magistratus. de magi. conuen. supra, &
486 no. Bartol. in rep. l. si arrogator. in 1. colum. † pro hac opi. Mar. Syll. adducitur tex in d. l. si arrogator. in ver. teneantur. vbi tex. innuit, quod hæredes erant obligati, quia & pater eius defunctus erat obligatus. si sint obligati, ergo ex illo text. patet qđ nō reconualescit substitutio facta a patre naturali, quia si reconualesceret, ipsi hæredes tenerentur & conuenirentur pro portione hæreditatis siue petitione bonorum possess. hæreditatis, vt no. in d. l. si arrogator. per glo. & doct. sed portio hæreditatis siue petitio bonorum possess. hæreditatis dicuntur actiones reales, non personales, vt in l. sed si §. petitio, & ibi no. Bar. de petitio. hęredi. l. si nautem. §. sed eis sup. de rei vend. & declarat Ias. in rubr. si cer. peta. in 3. colum. & iste text. vt clare patet loquitur in filio decedente post mortem patris arrogantis, ergo datur intelligi, quod hęredes tenentur actione personali ex stipulatione, vnde vere verificatur illud verbum (teneri.) Confirmatur hoc quia per arrogationem bona ipsius impuberis illo iure erant translata etiam quo ad directum dominium in ipsum patrem, vt institut. de acquir. per arrog. in princip. si ergo tenentur actione personali, & sic ex stipulatione, patet quòd substō facta a patre naturali non reconualescet, quia si reconualesceret, cessaret stipulatio. Sed aduerte, quia sunt qui respōdent ad istum tex. dicendo quod tex. largo modo loquitur dicendo hæredes teneri, quia largo modo tenetur, etiam qui tenetur actione reali, prout declarat glo. in ver. debetur insti. de actio. in princip. sed ista sol. non videtur tuta, quia in dubio verba debent intelligi proprie, vt l. non aliter infra. de lega. 3. præterea per arrogationem fuit translatum dominium bonorum impuberis in ipsum patrem arrogatorem, vt dictum est, ergo hæres adeundo acquirit illud dominium, vt l. hæres in omne jus. de acquir. hæred. coniuncta l. cum hæredes. in princ. de acquir. hære. vnde ista sol. non est vera. ideo alij dicūt, q. proprie stat ibi verbum, teneri, & quòd petitio hæreditatis siue bonorum possess. hæreditatis non dicitur realis, sed mixta, prout tenent Paul. de Cast. & D. Alex. in d. re. sup. si cer. pet. sed ista sol. videtur dubia, qa petitio hæreditatis non est mixta, imo est mere realis, & ita est communis opi. prout dicit Ias. in D. Rubr. si cer. peta. in 2. colum. pro qua est tex. in l. si nautem. in §. sed & is sup. de rei ven. vnde ex his dat intelligi ꝙ iste tex. satis videt vrgere pro opi. Mar. Syll. & sequacium, & tenendo hanc partem non obs. alle. in contrarium, & primo non obs. tex in d. §. non tamen, quia intelligere istum tex. vt loquatur in minore, & sic in eo, qui non potest sibi condere testamentum, est falsum, vt dixi sup. præterea demonstraui sup. q. ille tex. debet intelligi secūdū l. qui liberis. §. testamento inf. de bonor. pos. sec tab. vnde potius probaret, ꝙ ista substō non reconualescat, prout ibi plenius dixi. nec obs. etiam alia ratio, videlicet quod dato vno inconuenienti sequitur aliud, quia ad hoc sup. plene respōdi. nō
487 obs. tex. † in d. l. posthumus. in vers. idem & circa de iniu. rup. qa ille nō obs. imò facit pro ista opi. qa si ibi est speciale, ꝙ recōualescat fauore venientiū ab intestato, vt declarant Imol. Pau. de Cas. & cōiter doct. ergo in ꝯriū debet esse ius cōe. valet qđ non recōualescat, qñ esset substitutus extraneus, nisi sequatur nouū iudiciū testatoris, per d. §. testō. nec huic solutioni obstare vř, quod dicit Ias. in d. l. si arrogator. in 16. col. quod ex quo in pupillari subst. facta pupillo extincta per arrogationem non requirit nova volūtas, quia non habet velle l. 1. de sal. mon. C. ita non requirat, ad hoc vt recōualescat, ꝙ sint substituti venientes ab intestato. in maiore vero requirit alterū istorū, qa dico qđ ex quo nō pōt interuenire ista noua volūtas & nouū iudiciū, ideo nō recōualescit. tūc. n. esset verū, qđ dicit Ias. qñ clarū esset; & fateretur, ꝙ nō requiratur noua volūtas. sed hoc negatur, qa ex quo nō reperitur iure cautū, ꝙ recōualescat sine illa noua volūtate. & sic p locū a speciali d. ver. idē & circa. potius probat istā opi. Mar. Syl. q̄ cōtra. Preterea pōt dici, quod qñ est facta substō postea a patre arrogante ēt non recōualescat substō facta a patre naturali, ēt qñ essent substituti in ea venientes ab intestato. quia per istam secundā substōnē dico esse sublatā primā. nam pone, quod in casu d. vers. idem & circa. postq̄ cessauit capitis diminutio, testator fecisset aliud testm̄; ēt si in eo instituisset extraneos, nonne primū in quo erāt instituti veniētes ab intestato fuisset penitus extinctū, nec habuisset locū d. §. idē & circa. certe sic, ita dicamus in casu nřo, quia istę substōnes effectu dicuntur testm̄ filij, & non patris l. Papin. §. sed nec impuberis. ff. de inoff. testa. & in §. igitur. insti. de pupill. substit. & sic illa secūda substō debet isto casu totaliter extinguere primam non ob. d. l. qui soluendo non erat. sup. tit. 1. quia ibi non erat defectus in persona testatoris nec erat defectus testamenti id est in substantia testamenti, ideo ibi reconualidatur. Sed hic erat defectus in persona testatoris, merito non debet reconualidari ita dicunt Barto. in d. l. si arrogator. in rep. in 8. colum. & Bal. ibi in 9. col. & Ias. in 16. col. & sic vides, quod prædicta opinio Mart. de subtilitate iuris potest sustineri. pro qua vltra sup.
488 dicta & vltra † Doct. quos viderim facit, quia si cessante arrogatione, & sic capitis diminutione in vita ipsius arrogati reconualesceret substitutio facta a patre naturali per d. §. non tamen certe cautio deberet cōcipi sub duplici conditione copulatiue scilicet si moriatur in pupillari, & non iuris effectus, non autē deberet concipi tantum sub illa conditione, si in pupillari ætate decesserit, nec esset satis, sed hoc est falsum, vt videtur casus non violando literam in §. cum autem. insti. de adop. probo hoc, quia si decedit in pupillari ætate, & sui iuris, stipulatio nō potest sortiri effectum, si isto casu reconualescit substitutio, & sic substituti possunt venire ex substitutione, ergo non ex stipulatione quæ in subsidium interponitur, vnde debet cessare, cū super sit aliud remedium, vt l. in cause. la. 2. de mino. & declarat Barto. post Dyn. & Iac. de Arena. in l. in prouinciali. de no. ope. nuncia. sed isto casu stipulatio tamen tenet, vt d. §. cum aūt nam cum ille text. simpliciter permittat, quod concipiatur stipulatio sub ista conditione, si impubes decesserit, ergo videtur habere locum, siue sui iuris effectus siue in potestate patris arrogatis existens decesserit, quia verum est dicere, quod omni casu decesserit impubes & sic existit cōditio, sub qua concepta fuit stipulatio. ergo est commissa ergo non reconualescit ista substitutio, quia si reconualesceret, posset committi, cum ista duo remedia non possint concurrere, per d. l. in cause. si ergo pupillaris est extincta, patet quod ratio Bart. hic, per quam tenet, quod filius furiosus poterit decedere cum duobus testamentis. & hoc sit propter diuersitatem parentū, vt in filio arro-
489 gato videatur vera. † Sed tu diligentius considera, quod licet opin. Marti. Sylli. & sequacium possit de subtilitate iuris sustineri per prædicta, tamen puto veriorē opi. Pet. & Bar. & cōiter Docto. quod filius arrogatus in casu d. l. si arrogator possit de-
490 cedere cum duobus testamentis. † & quod substitutio facta a patre naturali reconualescat. & vltra Doct. moueor noua ratione. nam si filius post mortem patris arrogantis longo tempore post moriatur in pupillari ætate, vel si emancipatione patris arrogātis sit effectus sui iuris, deinde in pupillari ætate sit mortuus, certe si non reconualesceret substitutio a patre naturali facta quæ semel fuit extincta vtique substituti essent destituti omni remedio, nec possent bona ipsius impuberis consequi, quod probo sic, nā quando superuixit patri arroganti, vtiq; hæredes ipsius patris arrogantis tenentur restituere bona ipsi pupillo actione ex stipulatu, vt declarat plenissime Bar. in repe. d. l. si arrogator. & (si bene recordor) in 9. col. & sequuntur ibi omnes. si hęredes restituunt, ergo sunt liberati, vnde substituti amplius ex stipulatione non poterunt agere contra hęredes patris arrogantis. Item ex substitutione non possent succedere, cum sit extincta, vt l. nec ei. §. eorum supra de adop. Præterea quando pater emancipat filium arrogatum, ex stipulatione tenetur ei restituere bona sua, vt d. §. cum autem. in fin. vnde si restituit, liberatur, quia solutione eius quod debetur, tollitur obligatio, vt insti. quib. mod. toll. obligatio in princ. & sic substituti iam ex stipulatione non possunt agere ex substitutione, & non possent succedere, quia est extincta, & non reconualescit, vt dixi. & sic substituti sunt destituti omni remedio, qđ est falsum, quia arrogatio non debet esse ipsis damnosa, & propterea fuit inducta cautio, vt declarat Ias. post alios in d. l. si arrogator. in euidentialib. vnde oportet de necessitate dicere, velimus nolimus, qđ substō reconualescat saltē de equitate prætoria, quo casu substituti non erūt destituti omni remedio, cū possint ex substōne succedere, & arrogatio non erit eis dānosa. Et sic ēt oportet fateri, qđ ista stipulatio debeat concipi sub

duplici

duplici conditione, & sic non obstabit ratio mea adducta. sup-
pro opinio Marti. Sylli. & ista est veritas. Et tenendo istam par
tem videtur militare ratio Bartol. hic pro sua opin. in quæstio.
sua. quam opin. supra in tertia conclusione reprobauimus. Sed
licet filius arrogatus possit decedere cum duobus testamentis,
tamen ista non habent obstare ex pluribus, quia isto casu est
specialiter statutum contra regulas iuris, cum nemo regulari-
ter possit decedere cum duobus testamentis, nisi sit miles, vt l.
si quis priore. ad Trebell. vnde iste casus non est trahendus ad
consequentiam in casu nostro, argu. l. quo vero. de leg. etiam
si esset omnimoda eadem ratio, vt l. si vero. §. de viro. solu. ma-
trimo. & in authent. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. Præ-
491 terea dico, † quod in filio arrogato est diuersa ratio a casu no-
stro, adeo quod si cessaret illa ratio, licet militet diuersitas pa-
rentum, vt inf. dicam, non potest decedere cum duobus testa-
mentis. Nam ratio est, quare decedit cum duobus testamẽtis,
ne arrogatio noceat substitutis, aut venientibus ab intestato,
quando non est facta substitutio a patre naturali, & ideo indu-
ctum fuit, vt interponatur cautio. Et ideo si sumus in casu, vbi
nõ sola arrogatio siue adoptio nocet ipsis substitutis, sed aliud,
492 tunc non interponitur illa cautio, & nocet substitutis. † Pone,
in filio adoptiuo non interponitur cautio, prout declarat Iaso.
in euidentialibus, quia non est sola datio adoptionis, quæ noce
ret substitutis, aut venientibus ab intestato, sed factum patris
naturalis dantis filium suum alteri in adoptionem, & ratio est
isto casu, quia potuisset pater naturalis non dare filium suum
in adoptionem. Et si fecerat substitutionem, potuisset illam
mutare, & aliud testamentum facere, quo casu tollitur pupil-
laris substitutio prius filio facta, vt l. si quis eum. §. fina. sup. eo-
dem. Item poterat facere aliam substitutionem, & alios substi-
tuere, quo casu etiam prior substitutio tolleretur, vt §. posterio
re. institu. quib. mod. testa. infir. & d. l. si quis eum. §. fin. & sic pa
tet, quod pater si vult, potest nocere substitutis, nil mirum si
quando dat filium suum alteri in adoptionem, fit preiudicium
substitutis, quia voluit præiudicare. Et ideo isto casu licet ces-
set capitis diminutio viuente pupillo dato in adoptionem, non
reconualescit substitutio facta prius a patre naturali, hinc est,
quod non est isto casu necessaria cautio, de qua in d. §. cum au
tem, & in d. l. non aliter. Item ea etiam ratione ista adoptio no-
cet venientibus ab intestato. Nam si voluisset pater non dare
filium suum in adoptionem, vtique potuisset. Item si pater vo
luisset filio pupillariter substituere extraneos, & excludere ve-
nientes ab intestato, vtique potuisset, vt l. Papinianus. §. sed nec
impuberis, de inoffic. testam. & l. præcibus. in versic. si vero. C.
eod. facit quod habetur per Dyn. & Bart. in l. si fundum per fi-
deicommissum, cum l. sequen. de lega. 1. & in l. Sceuola, ad Tre
bell. quæ ratio cessat in quæstione principali nostra, nil mirum
si filius non decedit cum duobus testamentis, licet arrogatus
decedere possit, quemadmodum in filio adoptiuo dicimus,
qui non potest decedere cum duobus testamentis, vt ex supra-
dictis patet. Et tamen etiam isto casu militat diuersitas paren-
493 tum. Confirmatur supradicta † ratio differentiæ assignata in-
ter adoptatum & arrogatum, quia propter prædictam rationẽ
potest euenire, quod filius arrogatus decedat pro parte testa-
tus & pro parte intestatus, vtputa, quia pater naturalis sibi prius
non substituit, tunc pater arrogans non potest in omnibus bo-
nis substituere, vt l. si plures. §. in arrogato. sup. eod. tamen isto
casu non poterit decedere filius adoptatus pro parte intesta-
tus, quia pater adoptans potest substituere in omnibus bonis,
prout dixi. sup. in primo requisito. sup. eo. & ita est etiam in ca
su nostro, quia filius non posset decedere pro parte testatus &
pro parte intestatus, vt l. sed si plus. §. ad substitutos. sup. eod. &
sup. etiam hac l. dixi. Et ex his habes, quod non est verũ, quod
dicunt Doct. quod in casu nostro filius possit decedere cũ duo
bus testamentis, licet istud possit euenire in filio arrogato, vt
dixi. Et prædicta omnia procedunt, quando pater substituit
vnum, & mater alium. Sed quid si pater & mater substituerũt
vnum & eundem, an sit idem quod in casu præcedenti? breui-
ter puto quod si ambo parentes substituerunt quilibet de per
se quod sit idem quod in casu præcedenti per eandem ratio-
nem. Si vero de per se non substituit quilibet, vtputa quia pa-
ter substituit vnum, & mater tali substitutioni consensit, tunc
mater non dicitur substituisse; propterea valet tantum istud te
stamentum patris, & ad confirmandum istud attenditur solũ
mors patris, & non matris, vt declarat Bald. in dicta l. humani-
494 tatis. in 17. colum. in versicu. quarto quæritur. Sed † vlterius
circa prædicta vltra Doctor. quæro, pone quod pater & mater
fecerunt testamentum filio, & substituerunt diuersos, an in-
ter istos habeat locum ius accrescendi. Bald. in d. l. humanita-
tis, in 17. colum. in versic. sexto quæro, dicit, quod ista quæstio
deciditur per id, quod habetur in l. si arrogator. ff. de adoptio.
vbi sm communiter Docto. distinguitur hoc modo, quod aut
substitutus a patre naturali repudiauit hæreditatem pupilli, &
substitutus a patre arrogante adiuit, aut ècontra substitutus
a patre arrogante repudiauit, & substitutus a patre naturali adi
uit, primo casu dicitur, quod non habet locum ius accrescendi.
Probatur ratione, quia cessante ratione legis debet cessare ipsa
lex, vt in c. cum cessante de appellatio. l. adigere. §. quamuis de
iure patro. sed ratio, propter quam in hæreditate fuit inductũ
495 ius accrescendi, † cessat in casu nostro, nã ratio inducendi ius
accrescendi fuit, ne testator decederet pro parte testatus & pro
parte testatus. ita ad literam dicit Imperator in l. vnica in §. his
itaque C. de cadu. tollen, sed ista ratio cessat in casu nostro quia
filius arrogatus respectu patris arrogantis decedit pro parte te-
status & pro parte intestatus, vt supra dixi vnde succederent ve
nientes ab intestato. Secundo vero casu bene habet locum
ius accrescendi, quia tunc non cessat ratio inductiua iuris accre
scendi cum respectu patris naturalis non possit filius decedere
pro parte testatus, pro parte non. l. sed si plores. §. substitutos
supra eod. ita ergo videtur sentire Bald. in præfato loco, quod
in casu nostro habebit locum ius accrescẽdi cum militet ratio
iuris accrescẽdi tã respectu pñis quã matris cũ respectu vtrius-
que nõ posset filius decedere ꝑ parte testatus & sic in casu no
stro siue substitutus matris repudiet siue substitutus patris sẽp
habet locũ ius accrescẽdi. Ista credo ꝙ fuerit intentio Bald. in
496 præfato loco. † Sed tu aduerte, quia si tenemus opinionẽ, ꝙ vlti
ma substitutio tollat primam, & si quod filius non possit dece-
dere cum duobus testamentis, tunc frustra tractatur de iure ac-
crescendi. Sed si tenemus opi. Bar. hic, quod possit decedere cũ
duobus testamentis, adhuc dico, quod inter istos substitutos
non habet locum ius accrescendi, quia tam substitutus a patre
quam etiam substitutus a matre dicitur substitutus in tota hæ-
reditate filij furiosi, licet si isti substituti concurrant, per cõcur-
sum faciant sibi æquales partes vnde si vnus repudiat, propter
hoc non augetur portio alterius, sed non diminuitur. Ideo ap
pellatur ius non decrescendi. sicut dicimus in simili in legata-
rijs reconiunctis. Nam inter eos dicitur habere locum ius non
decrescendi non autem ius accrescendi vt in §. eadem instit. de
leg. Item in d. l. si arrogator. si substitutus a patre arrogatore re
pudiat, tunc habet locum ius non decrescendi, non autem ius
497 accrescendi, vt ex prædictis patet cogita tamen. † Quærit in su-
per Barto. quid si auus dedit vnum substitutum furioso & ma
ter alium quis preferetur: quidam dicunt aut habet auus ipsum
furiosum in potestate, & tunc præfertur substitutus ab auo,
arg. l. 2. supra eod. aut auus non habet ipsum nepotẽ in potesta
te & tunc secundum eũ preferetur substitutus a matre. & ideo
quia maius est ius matris & maior est pietas circa eum, vt arg.
authen. defuncto. ad Tertul. C. ita dicit Rayn. sed Bart. hic per
omnia concludit, prout supra cõclusit ipse in illa. q. quid si sub
stitutio est facta filio furioso a patre & a matre quis preferatur?
Non obstat sm Bar. hic, quod tunc mater videatur habere ma
ius ius in succedendo, quam ipse auus, quia dicit ipse quod ex
actu successionis non debet attendi facultas substituendi. pro-
batur, nam si filius furiosus habet legitimos filios & naturales,
isti in successione excludunt matrem, nihilominus ipsa potest
substituere filio, vt in l. humanitatis. C. eod. & tamen ipsi filij
non poterunt substituere patri furioso, prout tenet Barto. sup.
in 1. requisito & ibi fuit dictũ. & quod ex actu successionis non
attendatur facultas substituendi, tenet Barto. in l. 2. in 3. effe-
ctu pupillaris substitutionis & ibi dixi supra eod. Adde, quod
Imol. hic simpliciter pertransit cum Bart. & ita transeunt alij.
Sed Imol. in cap. Raynutius extra de testam. dicit idem, quod
Bartol. hic, subdens. q. Barto. debere intelligi de auo paterno,
non de auo materno, patre mente capti præmortuo. Sed si ex-
taret solus auus maternus, tunc dicit ipse, quod debet præfer-
ri in substitutione mater, cum sit proximior in gradu. argu. l.
fina. C. de verb. signific. nisi mater esset in potestate aui mater-
ni, & sic patris sui, quia tunc ipsa mater non posset sibi testari,
& non posset testari filio suo & eadem ratione dicit de auo pa-
terno & patre. & ita sentit clare Bald. in d. l. humanitatis. C. eo.
in 16. colum. in versic. quinto quæritur quis præferatur an auus
maternus an mater & mouetur ipse Bald. duplici ratione pri-
ma est, quia mater præfertur in tutela, & sic in administratione
bonorum in vita, eadem ergo ratione præferatur in substitu-
tione, & sic in administratione bonorum filij post mortem, &
quod in tutela præferatur auo, probatur in authen. vt lice. ma.
& auię. C. quando mu. offi. tut. fun. po. limitat tamen hoc Bal.
ibi vltra limitationem Imol. supra relatam, hoc esse verum qđ
non præferatur auus, nisi mater esset vilis & turpis persona,
tunc præfertur auus secundũ æquũ, & nihil alleg. pro quo fa-
ciunt not. per Barto. in l. 2. in illa quæstione, an pater filio exhæ-
redato mala mente possit substituere sup. eo. & not. per eundẽ
Bar. C. in illa quæstione, an mater quæ transiuit ad secunda vo
ta possit substituere &c. sed ista limitatio Bal. non est vera, quia
quod mater sit vilis persona, non minorem videtur habere
facultatem substituendi, quam si non esset vilis persona, pro-
ut dixi in præfata quæstione de matre transeunte ad secunda
vota. & non obstant notata per Bartolum in præfatis locis quia
Barto.

Bartol.communiter reprobatur,vt ibi dixi. Adde tamen vltra
Doct.in quantum concludũt Bal.& Imo.quod si mater est in
ptãte patris, & sic aui materni, ꝙ tunc præfertur auus, quia ex
quo ipsa mater non põt sibi testari,nõ poterit ẽt filio suo. Sed
498 aduerte ſm Io.Fab.in d.§.qua ratione in 1.col.in ver sed quid
si pater sit in ptãte,quod ista limitatio sit dubia, quia licet ipsa
mater non possit sibi testari, tñ possit testari pro filio,quia in si
mili videmus, quod incapax capit ad commodũ alterius , qui
sit capax,vt l.cogi.§.hi qui solidũ infra ad Trebel. pro hac facit
quia inhabiles ad testandũ testantur inter liberos , vt in authẽ.
si qua mulier C.de sacrosan.eccl.& l.feminę.C.de secũd.nup.
§.fina. Præterea si isto casu mater non possit substituere filio,
posset sequi absurdũ & inconueniens , videlicet quod si auus
nollet facere testamẽtũ,quod filius furiosus decederet sine te-
stamento,cũ mater si vellet non posset substituere filio.In con
trariũ facit,quod immo mater nõ possit substituere filio secũ-
dũ Ioan.Fab.extra de procur.c.si religiosus,& in §.liberis.insti.
de pupill. Item faciũt omnia iura,quæ dicũt filiumfamilis non
posse testari,vt l.senium. C.qui testa.fa.pos.& istam opi. sequi
tur Ioa.Fab. dicens istud tenere esse tutius,quia non reperitur
iure cautũ,quod ille, qui est filiusfamilias possit pro alio testa-
ri. Præterea secũdũ ipsum hoc probatur in d.l. humanitatis.in
vers.testatori,vel testatrici,& in versic. legitima portione reli-
cta.per quæ verba innuitur,quod pater & mater possint sibi te
stari. Præterea secũdũ ipsum quãuis lex tolleret aliquem pos-
se testari contra regulas iuris pro filio suo impubere siue pu-
bere & mente capto, non tamen est dicendum , quod toleret
quod habilitet inhabilem,argum.l.& si non lex sup.eod.tit. 1.
subdit tamen Ioan. Fab.quod ad c.si religiosus,& ad §.liberis.
& ad iura,quæ dicũt filiumfamilias non posse testari,potest re
spondeti,quod dictum cap.ideo istud statuit , quia monachus
non habet velle nec nolle,vt in ca.non dicatis 10.quæstio.pri-
ma,ad §.liberis.quod ille tex. loquitur in pupillari, quæ differt
ab ista. Sed ista solutio non est vera,quia licet in multis diffe-
rant inter se,tamen vbi non apparet differentia, dicuntur con-
uenire , ita quod de vna ad aliam licet arguere,prout facit hic
iuriconsultus , vnde cum in pupillari requiratur , quod testa-
tor sibi prius faciat testamentũ,vt in dicto §. liberis, & contra-
rium in hoc non reperiatur in exemplari, dicendum est,quod
istud idem requiratur in exemplari,prout diximus sup.in sex-
to requisito.si requiritur,quod sibi faciat testamentum, patet
manifeste quod mater isto casu non poterit substituere filio ,
cum non possit sibi facere prius testamentũ , ex quo est in po-
testate patris. Ad iura,quæ dicunt,quod filiusfamilias non po-
test testari,dicit Io. Fab. hoc esse verum sibi,alijs tamen bene
poterit facere testamẽtum,& in casu isto est speciale. Sed ista
solutio non videtur vera, quia si non potest sibi testari , minus
poterit alijs,cum facilius quis admittitur ad testandum pro se,
499 quam pro alijs,vt clarum est,† vnde puto opin. Ioan. Fab. esse
veriorem , quod auus præferatur isto casu , non tamen per ra-
tiones suas,quæ non videntur vrgere,videlicet inquantum ip-
se innititur per l. humanitatis , quia illa lex de necessitate non
[illegible] probare , q. licet dicat testatori vel testatrici h[illegible]
est [illegible] testamen[illegible] faciti pro filio , vnde licet sibi nõ
posset testari , tamen faci[illegible]do testamentum pro filio satis cõ-
mode posset ap[illegible] testator , nec etiam quod dicat , legiti-
ma portione , q[illegible]llo iure non erat necesse titulo institutio-
nis aut alio titulo , qui fieri soleat in testamento , vt relinque-
retur legitima filio,quia poterat relinqui etiam inter viuos,vt
l.quoniam nouella. coniuncta l. omnimodo. de inoffic. testa-
500 men.C. aliæ † vero rationes Ioann. Fab.[illegible] satis bonæ,& pro
ista opin.facit d.l.humanitatis,in versi.nulla querela,per quod
verbum datur intelligi, quod parens sibi facit testamentum ,
alias non posset oriri querela,& sic videtur innuere quod sub-
stituens debet sibi etiam condere testamẽtum,& pro hac [illegible]
etiam facit quia vbicunque non apparet [illegible] inter [illegible]
larem & exemplarem dicuntur conuenire, ita quod de v[illegible]
aliam est licitum arguere,ita sępius sup.tum dictum Se[illegible] in pu
pillari requiritur,quod sibi prius faciat testamentum [illegible]cto
§.liberis,& l.2 §.quisquis supra eod. adeo quod si no[illegible]erit
sibi testamentum , non valeat etiam testamentum [illegible] vt
dictis iuribus,ita dicamus in exemplari cum in hoc [illegible]
natur diuersitas , & quod in exemplari requira[illegible]
mentum faciat sibi diximus sup.in 6.requisito si erg[illegible]
tur,quod sibi faciat testamentum cum ista mater quę est [illegible]
familias non possit sibi condere testamentum quod non [illegible]
rit filio substituere, vnde prædicta limitatio Bald. & Imol. [illegible]
est vera.non obst.d.authen.si qua mulier . quia responsio patet
ex his,quæ tanguntur ibi per glos.& Doct.non obst.d.§. hi qui
solidum,quia loquitur in casu diuerso a casu nostro. Nam cũ
in casu nostro,vt est dictum, requiratur , quod filius faciat sibi
testamentum,certe aperte apparet,quod nõ poterit substitue-
re . Non obst.quod poterit resultare inconueniens , quod ille
furiosus decedere posset intestatus , quia in similibus terminis
posset euenire in pupillari,& tamen non attenditur, ita in casu
nostro nõ attendatur,quod possit resultare istud inconueniẽs.
501 Et ex his patet,quod dicta limitatio est vera. † Aduerte tamen
secundum dom. Alexan.hic, inquantum concludunt Imo. &
Bal.quod si extant auus maternus,& ipsa mater,quæ sit in po-
testate,quod tunc auus potest substituere. Nam dicit do.Alex.
quod contra eos facit ratio , quod immo auus non possit sub-
stituere,quia illi fit ista substitutio,cui debetur legitima, & le-
gitima debet relinqui, vt d.l. humanitatis , in verbo,legitima;
sed nepoti ab auo non debetur legitima , cũ mater ipsum præ-
cedat,vt l.si quis posthumus.in princ.sup. de libe. & posthum.
& facit.l.si quis filio exhæredato.in princ.de iniusto rupt. testa.
arg. &c. & idem quod dictum est in auo materno habet locũ
in auo paterno,vtputa si extat auus,filius,& nepos furiosus,cer
te per dictam rationem videtur inferendũ,quod iste auus huic
nepoti non poterit substituere,nec etiam filius, id est pater ip-
sius furiosi,quando non potest testari, cum sit in potestate pa-
tris sui,vnde dom.Alexan.pro hoc relinquit cogitandum.Sed
aduerte,quia ratio dom. Alexan.concluderet, si teneremus, ꝙ
illi tantum descendenti possit fieri ista substitutio,cui debetur
legitima, sed quia supra in primo requisito tenui contrarium,
& istud ibi videtur sequi Barto.ideo ista ratio dom. Alex. non
502 esset sufficiens. † Vnde pro clariori intelligentia considera plu
res casus,aut loquimur de auo materno & ipsa matre, & tunc
dicas,aut iste fuerat in potestate patris,vel aui paterni,aut nõ.
Primo casu frustra disputatur , quod præferatur in substituen-
do cum nullus poterit ei substituere , ex quo alio defectu quã
defectu furoris impeditur testari , per ea quæ dixi in proxima
præcedenti quæstio.& dixi supra in 2.& 5.requisito, aut iste fu
riosus non est in potestate alterius,sed est sui iuris,& tunc sub-
distingue , aut ipsa mater poterat condere testamentum , aut
non poterat condere testamentum , primo casu puto , ꝙ auus
maternus non poterit substituere,sed bene mater, quia d.l.hu
manitatis,videtur prospicere ordinatam charitatem ſm Bald.
in d.l.humanitatis,in dicto ver.quinto quæritur.Secundo casu
puto,quod auus maternus poterit substituere , quoniã d.l. hu-
manitatis,quæ permittit parenti substituere nepoti , debet in-
telligi,dummodo mater nepotis non possit substituere , & ita
503 puto tenendũ in isto primo casu.Secundo† casu qñ loquimur
in auo paterno & patre nepotis, & tũc similiter subdistingue ,
aut ipse nepos erat in ptãte aui,aut nõ erat in potestate aui,sed
patris , aut non erat in potestate alicuius,sed erat sui iuris . Pri-
mo casu aut post mortem est recasurus in potestatem alterius
aut non primo casu puto , quod neuter poterit.primo non po-
terit auus , quia est recasurus in potestatem alterius, vt sentit
Bar.& ibi dixi supra in 5.requisito.Item non poterit pater,siue
pater sit sui iuris , siue in potestate alterius. Quando est sui iu-
ris,non potest, ex quo iste filius furiosus est in potestate aui, vt
dixi supra primo casu principali. Quando filius est in potestate
patris duplici rõne nõ põt,primo quia ipse nõ põt sibi testari,&
sic minus poterit filio suo,secũdo quia dato ꝙ possit testari,nõ
504 posset filio substituere,ex quo est ĩ ptãte aui,p suprad.† Tertius
casus principalis,qñ extat pater & auus maternus , vel ecõtra
extãt mater & auus paternus , & sic isto casu loquimur, qñ pa
ter cum auo materno,& mater cum auo paterno in substituẽ-
do concurrunt,non autem loquimur, quãdo pater cum patre
suo,aut mater cum patre suo concurrunt.si quæris,quis præfe
ratur,dices sic , quod si pater potest substituere filio suo , quod
quando sit,iam patet ex prædictis,tunc puto, quod auus mater
nus non poterit substituere,quia d.l. humanitatis videtur con-
siderare ordinatam charitatem , vt dixi,si vero non potest sub-
stituere,tunc indubitanter poterit auus & idem dicas in matre
respectu aui paterni.Et isto tertio casu loquitur quæstio. Barto.
scilicet quando mater concurrit cum auo paterno,& ista est ve
rita.Si vero & quarto casu concurrit auus maternus & auus pa-
ternus tantum,& tunc per omnia dices , vt dixi supra quando
pater & mater concurrunt,quia est omnimoda ratio. Et ex his
505 sumus plenissime expediti de hac 4.q. Quinta quæstio est,† qua
liter ista substitutio finiatur , nunquid ijsdem modis quibus fi
nitur pupillaris. Aduerte,quia tex.hic ponit duos modos finiẽ-
di primus est si furor cessat, secundus est , si furiosus suscipit fi-
lios sunt & alij modi , quibus finitur substitutio, de quibus per
Bar.in l.in pupillari supra eod.& dixi plenissime in l.2.in vlt.q.
supra eod.ex quibus ibi dictis clare apparet an illi modi habent
locum in hac substitutione , dic. vt ibi. Videamus igitur tantũ
istos duos modos quos ponit hic text.primus igitur modus est
quo finitur ista substitutio,quando furor, & sic impedimentũ
cessat vt patet hic ver.verum catenus &c.& in ver. nam si & fu
506 rioso.† quærit igitur Bar. hic, quod si furiosus fuerit factus sa-
næ mentis,deinde reincidit in furorẽ , an remaneat firma sub-
stitutio;& primo secundum Bar. videtur dicendum, quod va-
leat,siue firma maneat,argu.l.pen. C.de cur. furio. & Guli. &
Rayn.hic distinguunt, aut cessauit furor in vita patris testãtis,
& in vita reuertus est,& tũc reconualescit substitutio, aut ces-
sauit

fuit post mortem patris, siue post mortẽ fuit reuersus furor,
& tunc non reconualescit.argum.l. posthumus. in princip. de
iniusto rup.testam.coniuncta.l.2.de posthum.hæredi.instit. &
hanc opinio. videtur sequi Ioan. Fab. in d.§.qua ratione, in 3.
colum.in versic.sed quid si fecit substitutionem filio menteca
pto.sub dubio tamen,& ibi Ioan. Fab. respondet ad l. pen. sup.
allega.per Barto.prout inf.dicam . Sed Bar. hic dicit, quod ista
opin.non est vera.primo per l.humanitatis.C.eo. quæ videtur
velle,ꝙ si furor cessat , ꝙ cesset ista substitutio. ita dicit text. in
versic.ita tamen &c.no.secundum Bar.quod tex. dicit , cessat,
507 & non dicit , extinguitur, † & aliud est cessare , & aliud est ex-
tingui , vt l. inter stipulantem . §. sacram de verborum obliga-
tionibus,& facit tex.licet Barto.non alleget,in l.qui res.§.areã.
de solutio.præterea secundum Barto.distinctio Guliel. dicen-
tis,aut furor fuit reuersus in vita testantis,aut post mortem te-
stãtis,non videtur vera,quia l.posthumus,& d.l.2. quæ faciũt
distinctionem,an posthumus moritur in vita testãtis , aut post
mortem , loquuntur quo ad testamentum , quòd quis sibiipsi
facit , non quo ad testamentum quo quis facit alteri , quia isto
casu non attenditur , an impedimentum cessauerit in vita aut
post mortem testantis,sed solum an cessauit in vita eius, cui fa
cta est substitutio,vtputa in vita pupilli vel furiosi,vt no. glos.
magna in princip. sui in l. si arrogator. supra de adoptio. vnde
secundum Bar.cessante furore nõ extinguitur substitutio, sed
cessat,& ideo quãdo furor reuertitur, incipit habere vires sub-
stitutio cum nunquam fuerit extincta, & fatetur tamen ipse ꝙ
si furiosus dum erat in illis dilucidis interuallis fecisset testm̃ ,
exẽplaris esset extincta omnino , nec rehaberet vires superue-
niẽte postea furore,& ratio est,quia nõ debet auferri testamẽ-
ti factio,vt hac l.quemadmodũ,si filius furiosus ante furorem
fecisset sibi testm̃ ei effecto furioso nõ posset substitui a patre
vel a matre vel similibus personis . Sed contra hanc opin. Bar.
facit tex.noster in ver.verum, & in ver. nam si furioso, vbi tex.
videtur innuere , quòd cessante impedimento totaliter extin-
guatur ista substitutio.assignat rationem,quia iam posset filius
sibi condere testamentum,ergo non est verũ, quod dicit Bar.
quod cessat interim. Sed ad hunc tex.respondet Bart.quòd li-
cet tex.noster hoc innuat,tamen l.humanitatis, quæ est noua ,
dicit cessat,vnde ex substitutione quæ fieret ex l. humanitatis .
dicit Bar.statem dictę l.humanitatis.ex substitutione quæ fit re
scripto principis,statem huic l.vel dicit Barto.dicas,quod ratio
de verbo, cessat,non videtur vera , est tamen vera ratio,quam
sup.facit de glo.in d.l.si arrogator. per quam idem tenet Bart.
508 † Et ex doctrina Bar.habes in proposito conclusionem, quod
cessante furore non extinguitur substitutio,sed cessat , & ideo
quandoque,& quomodocunque furor reuertatur, reconuale
scit substitutio,& hanc opin.sequitur hic Imol. per iura alleg.
hic per Bartol. Qui tamen Imol.aliter respondet ad istum tex.
qui vult, quod desinat . Dicit ipse exponas,scilicet interim,nõ
tamen perpetuo desinat,& pro hac solu.Imol.alleg.l.prima.§.
fin.inf.ad Turp.vbi vult ille tex. quod appellatio extinguat pri
mam sententiam,& tamen constat , quod non extinguit per-
petuo,sed interim,id est donec pendet appellatio.& ideo si ap
pellatio deseratur,reassumit vires prima sententia,vt in l.furti.
in princ.sup.de his qui no. infa. & declarat egregie Bald. licet
Imol.ipsum non alleget,in l.tale pactum.in §.qui prouocauit
sup.de pact.& Roma.in l.1.inf.de re iudica.& ista opin. Bartol.
secundum ipsum multomagis procedit,quando furor reuerti
tur in vita patris substituentis , quia tunc durat causa efficiens,
vnde facilius debet reassumere vires, arg.l. fin. infra commu-
nia prædio.& quod dictum fuit per ipsum in dic.l.posthumus.
in princ. Fatetur etiam Imo.quod si furor reuertitur post mor
tem patris,quòd adhuc procedat opin. Bartol. per no. in d.l.si
arrogator,& hanc opin.sequitur Imol.& Anton.de But. in c.
Raynutius.extra de testa.& hanc opin.sequitur Bald.in d.l.hu-
manitatis.in 7.colum.in vers.quarto oppono. & sequitur Ra-
pha.Cur.hic,& in effectu sequitur Do. Alexan.& Ias.hic, qui
509 dicunt,quod ista opin.Bar.est magis communis. † Sed aduer-
te tu vltra Doct. quod ista opin. Bartol. & communis videtur
dubia,& forte,non vera . Nam inquantum Bartol. fundat se
in d.l.humanitatis.in verbo,cessat.certe vana & futilis videtur
ista consideratio , quia ibi intentio Imperatoris est non facere
differẽtiam inter cessare & extingui,vnde ibi Iustinianus dum
dicit,cessat,voluit sentire,id est extinguitur,& quod hoc sit ve
rum,probatur per §.qua ratione insti.eod.vbi dicit text. quod
si mentecaptus resipiscit , quod ista substitutio infirmatur , &
probat hoc per simile. Nam quemadmodum si pupillus ado-
leuerit,infirmatur pupillaris substõ,ita debet infirmari ista sub
stitutio,si mentecaptus resipiscat , & sic clare sentit ,quod ex-
tinguitur, non autem cessat, & tamen d. §. qua ratione.inter-
pretatur d.l.humanitatis.vnde satis ex hoc constat,quod Iusti
nianus in d.l.humanitatis,non facit differentiam inter cessare
& extingui,& quod ponit verbũ cessat pro extinguitur . Nec
obstat si diceres,prout dicit Imol.quod infirmatur,scilicet in-
terim, sed non perpetuo, quia dico quod ista expositio non est
vera,vt inf. apparebit , quia perpetuo ista substitutio extingui-
tur,& sic reconualescit,non reconualescit de iure ciuili,sed de
510 iure prætorio. † cum res semel extincta iure ciuili non recon-
ualescit,vt l.qui res §.areã inf.de sol. & quod totaliter ista sub-
stitutio extinguatur.patet per textum nostrum in verbo, desi-
nere. Nec valet differentia,quam facit Bar.hic,quod substitu-
tio facta ex rescripto principis totaliter desinat,secus si non es-
set facta ex rescripto, quia tunc non desinit, sed cessat, quia di-
co,quod non videtur facienda ista differentia,cum vtroque ca
su sit eadem desinendi. Præterea quod non sit facienda differẽ
tia,patet,quia sup.in notabilibus in primo notabili conclusum
fuit , quod furioso isto iure potuit fieri hæc substitutio absque
eo,quod a principe impetraretur. Et tamen hic iurisconsultus
arguit de substitutione facta muto cum impetratione princi-
pis,ad substitutionem factam furioso, quæ fit sine impetratio-
ne principis.ex quo datur manifeste intelligi, quod non est fa
cienda differẽtia,an sit facta rescripto principis, vel sit facta si-
ne rescripto principis . Præterea hodie omni casu potest fieri
ista substitutio sine rescripto principis, vt fuit conclusum sup.
post Bart. in ead. q. an possit reperiri exemplaris partim tacita
& partim expressa. Item etiam non videtur vera ratio Bar. fun
data per glo.in d.l.si arrogator.tum quia opi. illius glos.vide-
tur dubia,vt patet ibi per scribentes,& maxime per Ias. & dixi
sup.in ead.quæst. quid si pater & mater fecerunt istam substi-
tutionem &c. in 4.conclusione . Tum etiam dato quòd opin.
illius glos.sit vera,tamen non debet adduci pro opin.Bar. quia
in casu illo est speciale quod illa substitutio reconualescat sal-
tim de æquitate,vt patet ex his,quę plene dixi sup.in d. 4. con-
clusione , & ratio specialitatis est, ne solum factum ipsius im-
puberis , & sic ne sola arrogatio noceat substitutis, & ideo in-
terponitur cautio,vt §.cum autem.insti. de adop.sed si in casu
dictę glos. non reconualesceret , vtique illa arrogatio noceret
substitutis, quia per stipulationem eis non prouidetur isto ca-
su prout in d.4. conclusione fuit dictum,quæ ratio cessat in ca-
su nostro,vnde cum sit speciale,non debet trahi ad consequẽ-
511 tias l.quod vero.de legi. † Præterea contra Bar.facit l.cohære-
di.§.cum filię sup.eod.vbi si filius viuo patre desinit esse in po-
testate patris,extinguitur, ita extinguatur , si viuo patre effici-
tur sanę mentis , & sanę mentis reperitur tempore mortis pa-
tris. Sed huic rationi respondet Dom. Alexand. dicens , ideo
in d.l.coheredi.§.cum filiæ.non reuiuiscit,quia nõ adest extre-
mum naturale,quia nũquam rediit in potestatem patris , cum
sit mortuus. Sed in casu nostro adest extremum accidentale ,
ex quo iterum efficitur furiosus , & ideo secundum ipsum si
viuente patre filius fuisset effectus sui iuris, & viuẽte patre re-
inciderit in potestatem suam , vtique reconualesceret pupillaris
substitutio.quæ solutio est satis bona.pro qua faciunt,quæ dixi
sup.in l.2.in 5.requisito.sup.eod. Tamen contra Bartol. allega
tur tex.in d.l. humanitatis. in verbo,perpetuo. vbi videtur in-
nuere, quod ad hoc vt valeat ista substitutio oportet quod sit
perpetuo mentecaptus filius , vnde si semel filius peruenit ad
sanam mentem,licet superueniat furor,non dicitur perpetuo
fuisse furiosus. Sed ad istum textum respondet Dom. Alexan.
quod ideo dicit ibi,perpetuo,ad ostendendum , quod illi , qui
haberet dilucida interualla , non esset necessaria prouisio d. l.
humanitatis,cum posset sibi condere testamentum,vt l.furio-
sum.C.qui testamen.facere poss.non autem ille tex.dicit, per-
petuo,ad ostendẽdum , quod si superueniat sanitas, extingua-
tur . Sed certe ista responsio non videtur tuta, quia tex.ibi con
siderat filium debere esse perpetuo furiosum , quia eoipso qđ
resipiscit,extinguitur substitutio,vt d.l.humanitatis.in vers.ita
tamen &c. Præterea si vera esset supradicta sol. sequeretur,qđ
furioso, qui soleat habere aliquando dilucida interualla , non
posset fieri ista substitutio, quod videtur falsum,cum esse pos-
sit de facili,quod post factam substitutionem non superueniat
aliquo tẽpore sanitas, licet ante soleret interuenire . Vnde su-
pradicta sol.non est vera,vnde d.l. humanitatis . fortiter vrget
contra Bartol.contra quem etiam facit,quia ipse hic tenet,qđ
si filius in dilucidis interuallis fecisset sibi testm̃ , qđ totaliter
extingueretur substitutio sibi facta,nec reconualesceret,si fu-
ror superuenisset,quia non dẽt auferri testamenti factio.Tunc
sic,eoipso qđ potest testari, extinguitur substitutio, vt est text.
hic,nec consideratur,an fecerit testamentum, sed an potuerit
facere testamentum , vt patet in textu nostro recte intuendo,
vnde si superueniret sanitas in filio,iam ipse potuit facere testa
mentum,vt d.l. furiosum vnde debet extingui, licet non fece-
rit,quia vt dixi non debet cõsiderari,an fecerit , sed an potuerit
facere,& non fecit,vult tacite relinquere venienti ab intestato
vt l.conficiuntur.la.prima de iure codicil. Et præterea quod cõ
sideretur tantum,an potuerit facere,probatur, pone, quod fu-
riosus desinat esse furiosus & sanę mentis existens decesserit &
non fecit sibi testamentum , certe substitutio non valet & sic
ex prædictis patet quod opi. Bart. communis est dubia itẽ nec
videtur

videtur vera. Guli. per rationem Bart. hic. Præterea probatur quia casus. d. l. posthumus est diuersus a casu nostro, quia loquitur, quando facto alterius, quam illius, de cuius hæreditate agitur extinguebatur testamentum, vtputa natiuitate posthumi præteriti, hic vero extinguitur facto illius, de cuius hæreditate agitur, tunc non debet ita de facili reconualescere, vt patet in l. posthumus. in versi. idem & circa coniuncta. l. qui liberis. §. testamento infra de bon. possess. secundum tabul. vnde cum casus sit diuersus, non est inferendum ad casum nostrum, vt l. Papinianus exuli supra de minor & in l. inter stipulantem. §. sacrã infra de verb. obilga. & l. in ratione. §. filio in versi. itaque varie-
512 tas existit infra ad legem Falcid. † Et propterea Bald. in d. l. humanitatis. in vlti. col. dicit aliter & sic, aut morbus fuit totaliter sanatus, & tunc expirat substitutio, aut non fuit sanatus, sed velatus, & tunc non expirat, aut fuit interpellatus, quia superueniebat furor, & cessabat, & tunc distinguit, aut ex prima causa primi morbi superueniet furor, & tunc secundum eũ reconualescat substitutio. & ita intelligit opin. Bart. hic ad hoc allegat not. in l. maritus supra loca. & tex. in l. cum alijs. C. de cur furio. aut morbus non superuenit ex prima causa & tunc non reconualescit. aut dubitatur vtrum superueniens morbus sit ex prima causa primi morbi, & tunc subdistinguit, aut noua furoris reuersio est quasi priori coniũcta, vtputa quia paruo temporis spatio reuersus est, & tunc præsumitur ex causa primi morbi esse, & isto casu durat de iure ciuili substitutio, aut lõgo temporis spatio superuenit, siue reuersus est furor, & tunc non præsumitur ex causa primi morbi, & tunc totaliter est extincta secũdum ipsum & ad hoc allegat nota. per ipsum in l. furiosum. C. qui testamen. facere possunt. Sed Imol. in dicto. c. Raynutius reprehendit hanc distinctionem, quia non est facienda distinctio, vtrum ex causa primi morbi necne reuertatur. Cum substitutio facta in vnũ casum furoris, trahatur ad alium casum, vt fuit conclusum supra post Bar. in illa quæstione. vtrum sit repe rire exemplarem partim tacitam & partim expressam. Nec obstant nota. in dicta. l. maritus, quia casus illius. l. est diuersus a casu nostro, quia in casu nostro versatur fauor filij mentecapti, vt duret substitutio, quod nõ est in d. l. maritus qui fauor ita militat, quando ex noua causa reuertitur morbus, sicut quãdo ex causa primi morbi. & pro hoc facit in ratione tut. l. quæsitum sup. de tutel. & sic ista opi. Bal. non est vera Quid ergo dicendũ: puto sic dicendum. Aut quæris, nunquid reconualescat de iure ciuili, & dicendũ est quod non, quia vt. s. deduxi, semel est extincta ista substitutio per superuenientiam sanitatis vnde cũ sit semel extincta, succedit regula, quod res semel extincta de iure ciuili nunquam reuiuiscit. l. qui res. §. aream infra de solu. & pro hoc facit, quod volunt Doct. in l. posthumus. s. de iniust. testa. vbi volunt, quod cũ testam sit semel ruptum natiuitate posthumi, non possit reconualescere de iure ciuili, sed tantum
513 de iure prætorio † Si vero quæris an reconualescat de iure prætorio. Tunc dicas aut filius eo tempore, quo cessauit furor filius erat in tali statu, in quo si voluisset, potuisset condere testamentũ, & tunc non reconualescit vtputa quando furor cessauit post mortẽ patris, vel cessauit viuo patre tamen filius erat furiosus. Si vero non erat in tali statu, in quo potuisset condere testamentum si voluisset, tunc reconualescit de iure prætorio & maxime isto casu quando sunt substituti venientes ab intestato, qui debebant substitui, vt dicta. l. humanitatis vel etiam si essent substituti penitus extraneis, vt quando non superessent personæ, de quibus in dicta. l. humanitatis argu. eorum quæ habentur in dicta. l. posthumus in vers. idem & circa & in §. non tamen insti. quib. mod. testa. infir. & latissime declarat Barto. in repetitione dictæ. l. si arrogator in 9. col. & latius in 15. & in 16. col. & ratio differentiæ est inter casum & casum, quia ideo in primo casu non reconualescit, quia cessat æquitas. Nam cum potuerit condere testamentum si reconualescet auferretur sibi testamenti factio quod est iniquum, vt l. nostra. & licet realiter filius non fecerit sibi testamentum, tamen illud non est in consideratione, sed solũ an potuerit facere, vt dixi. s. quæ rõ cessat in secundo casu, nil mirũ si prætor ex æquitate sua solita se intromittit. & facit vt reconualescat & ista est veritas. & sic vides quod opi. Gulicl. de Cuneo est verior licet non simpliciter, quia dũ Guliel. volebat simpliciter, quod si cessabat furor viuente testatore, & eo viuente reuertebatur, quod rcõualesceret, nã illud nõ est verũ simpliciter, sed si illo casu filius nõ potuisset testari, vt ex prædictis patet. Nõ obstat. d. l. penul. C. de cura. furio quia ad illã respondet Io. Fab. in d. §. qua rõne videlicet, quia ibi tenet cura ex prouisione. d. l. cõtra ius cõmune quia de iure cõmuni ipso iure erat finita, vt in l. 1. s. de cura. furio vnde cũ ille casus sit cõtra ius cõmune, nõ est trahẽdus ad cõsequẽtias l. quod vero. s. de legi. & sic ad casum nostrũ. Confirmo hanc solutionẽ, quia in casu. d. l. penul. est diuersa ratio a casu nostro. Nam ibi est fauor filio, quod duret, cura, sed in casu nostro simpliciter non est fauor filio, quod duret substitutio, cum auferatur testamenti factio, vt ex prædictis patet. Sed quæro circa prædicta vltra Docto. quia Bart. hic in discursu suæ quæstionis sentit, quod si furiosus in dilucidis interuallis conderet testamentum, quod tunc tale testamentum rumperet substitutionem
514 exemplarem sibi factam. † Quid si ipse furiosus dum est furiosus facit testamentum eo modo, quo quilibet sanæ mentis fecisset; an isto casu tollatur substitutio sibi facta. Breuiter ex hoc dependet vtrum tale testamentum factum a furioso valeat, vt si valet, tollatur per rationem Bart. hic, si non valet, non tollatur per rationem Bar. hic, si non valet, non tollatur dicta substitutio, quia videtur cessare prædicta ratio. Sed an tale testamentum valeat necne, vide do. Alexã. in l. furiosum. in 2. col. C. qui testa. facere possunt, & ibi per Iaso. in quarta limitatione, & ex
515 his sumus expediti de isto primo modo. † Secundus modus, qui ponitur in text. est qualiter natiuitate filiorũ rumpitur hæc substitutio, vt hic in ver. igitur. Sed cõtra hunc tex. secundum Bar. facit, d. l. humanitatis, quæ simpliciter videtur velle, quod si ille mentecaptus habet filios, quod pater debet substituere vnum ad minus, & sic videtur sentire, quod alios possit silentio præterire, & tamen iste præteritus non rumpit testamentũ. Si ergo iam natus præteritus non rumpit substitutionem exẽplarem, ergo minus filius nasciturus debet posse rumpere. Cũ plus operetur præteritio filij iam nati, quam nascitur, vt patet in l. posthumus. in princ. coniuncto versic. idem & circa, & ibi expresse declarant Imo. & Pau. de Cast. sup. de iniusto testam. Sed Bart. hic respondet dicens, quod si de filijs nascituris esset facta mẽtio in substitutione, sicut debet fieri de iam natis, quia Bar. tenet hic & etiam sup. in 7. col. in versi. item dixi &c. quod quando pater substituit vnum de filijs ipsius furiosi, quod debet cæteros nominatim exhæredare, alias substitutio nõ tenet, tunc filius nasciturus non extingueret substitutionẽ, sicut nec iam natus, & sic secundum Bar. filius iam natus & nasciturus a pari procedunt in casu nostro. Alij aliter dicunt, & faciunt differentiam inter filium iam natum & nasciturum. Nam volunt quod si filius iam natus in substitutione sit præteritus, quia vnus ex filijs ipsius mentecapti est substitutus, quod ille præteritus non rumpit substitutionem, & ita loquitur. d. l. humanitatis, sed bene præteritio filij nascituri, cum nascitur, rumpit, vt hic. Et ratio clara est secundum eos, quia ex quo non erat adhuc filius natus, ideo fuit præteritus, quia auus de eo non cogitauit, vnde verisimile est, quod si pater furiosus cogitasset de filio nascituro, vtique eum non præterijsset, vt hic in versi. nec enim aut patrem aut matrem aut principẽ &c. quæ ratio cessat in filio iam nato, quia cum sciuisset pater, qualiter filius suus furiosus habebat filium, & illum scienter præterijt, iam de ipso cognouit. Sed ista opin. non est vera, quia pone filium furiosum habere vxorem prægnantem, & hoc scit pater ipsius furiosi, dum facit substitutionem, & ipsum præterijt, nonne si postea furioso nascatur iste filius, rumpitur substitutio? certe sic, & tamen attenta ratione istorum nõ deberet rumpi. Præterea pone, quod filius furiosus habeat filios iam natos, & hoc ignoret pater, qui substituit, nunquid ille filius præteritus annullet substitutionem? certe attenta ratione istorum deberet rumpere, tamen si teneamus opin. illorum, quod si vnus filius ex filio furioso sit substitutus, licet cæteri sint silentio præteriti, quod talis substitutio valeat, dico quod valebit etiam isto casu; nam l. humanitatis, non distinguit, an cæteri sint ignorãter vel sciẽter præteriti, vnde cum non distinguat, nec nos distinguimus, vnde patet, quod non valet ratio diuersitatis istorum assignata inter filium iam natum & nasciturum præteritum, non obstat ille tex. quia sup. in illa q. vtrum possit substituens substituere
516 vnum ex filijs & ceteros præterire, plene respondi, quare † teneo opin. Bart. hic, quod ad hoc vt filius nasciturus natiuitate sua non rumpat exemplarem substitutionẽ debet institui aut nominatim exhæredari. Et ita est in filio iam nato, vt sup. tenui in illa dicta q. vtrum possit cæteros præterire, & pro opin. Bar. facit ratio, quia pater debet eo modo testari pro filio, quo posset ipse filius si potuisset facere testamentum, vt dixi sup. in quinto requisito, & in l. 2. sup. eo. sed si filius fecisset testamentum, ad hoc ne natiuitate posthumi rumperetur, debuisset ipsum posthumum aut instituere, aut solemniter exhæredare, ergo
517 idem sit in patre substituente, & ista est veritas. † Quærit tamẽ Bar. hic circa prædicta, quid si furioso nascatur filius, qui tamẽ non nascitur in potestate ipsius filij furiosi, vtputa quia sit naturalis, an natiuitate istius extinguatur substitutio, sicut extingueretur si esset legitimus & naturalis Bar. concludit quod natiuitate istius filij rumpitur substitutio, & mouetur Bar. ratione hac quia quotiescumque lex vel homo facit mentionem de filijs furiosi vel mentecapti debet intelligi de his, quos furiosus vel mentecaptus potest habere, licet tales personæ matrimonium contrahere non possint, cum consensum non habeant, vt l. patre furioso. sup. de his qui sunt sui vel alien. iur. Et ideo debet intelligi de naturalibus, vt l. hæredibus. §. fin. inf. ad Trebel. sed si facta esset substitutio muto, qui potest accipere vxorem, vt hic dicitur, & in l. mutus, de iure dot. vel prodige, qui forte

qui forte habet consensum ad matrimonium cõtrahendum,
isto casu si quæreretur, de quibus liberis deberemus intellige-
re, tunc Bartol. hic, sub dubio tamen, dicit, quod debemus re-
currere ad distinctionem glo. in l. generaliter. in §. fina. super
verbo, sine iusta sobole C. de instit. & substi. & ad ea quæ ipse-
met Bar. dixit in l. ex facto. § si quis rogatus inf. ad Trebe. Non
obst. iste tex. in verbo, igitur &c. quia tex. videtur requirere, qđ
nascatur suus, & sic sit talis, quod si natus fuisset ante factam
substitutionem, vel viuo patre suo, fuisset in potestate sua, qđ
non euenit in filio naturali, vt in §. fin. insti. de nup. & sic vide-
tur innuere quod natiuitate filij naturalis non rumpitur sub-
stitutio, & sic facit contra Bartol. Sed Bartol. respondet, quod
hic ponuntur duę rationes, vna habet locum tantum, quando
nascitur suus, & ista ponitur in verbo, quia nihil interest &cæt.
quæ ratio fuit declarata sup. in 13. not. Secundo ratio ponitur
ibi, nec enim &c. videlicet quia non est verisimile patrem aut
principem de hoc cogitasse, & ista ratio habet locum etiam in
filijs naturalibus tãtum, & de duabus rationibus sufficit quod
vna existat vt in §. affinitatis insti. de nup. & in l. si ventri. §. in
bonis iuncta glo. inf. de priuileg. credi. & in l. liberorum in §. 1.
sup. de his qui no. insa. Sed Imol. hic reprehendit Bart. dicens
quod imò furiosus & mentecaptus potest habere filios legiti-
mos & naturales, vt puta quando furiosus siue mentecaptus
contraxisset matrimonium ante dementiam, remanet enim
matrimonium, nec per superuenientiam dementiæ soluitur
matrimonium, vnde filij, qui nascuntur, nascuntur legitimi &
naturales, vt l. patre furioso sup. de his qui sunt sui vel alie. iur.
vnde cum possit habere filios legitimos & naturales, de eis de
bet intelligi, non autem de naturalibus tantum, & per hoc nõ
obst. d. l. hæredibus. in fin. quia ille tex. loquitur in filia furiosa,
quæ non contraxerat matrimonium ante furorem, sed in ipso
furore existẽs contraxit matrimonium, quod quidem de iure
non tenet, vt d. l. patre furioso, & ideo secundum eum ibi intel
ligitur de filijs naturalibus tantum, & cum opin. Imol. isto ca-
su transeunt Ias. & Domi. Alex. hic, & Ias. hic dicit, quod Bart.
istud non negat, vt patet, dum loquitur in muto & prodigo.
Vnde Bar. dum loquitur de furioso, loquitur, quando ante fu-
rorem non contraxit matrimonium. † Sed adhuc Imola for-
518 tius reprobat Bar. quod etiam in casu, quo furiosus non posset
habere filios nisi naturales tm̃, adhuc ipse dicit, quod filius na-
turalis nasciturus non faceret extinguere exemplarem substi-
tutionem, & mouetur, quia iste filius naturalis non rumperet
testamentum paternum, licet in eo esset præteritus, vt est glo.
in l. 1. §. 1. infra de bonor. possess. contra tabul. & in l. fina. & ibi.
Bal. C. de nat. libe. minus ergo rumperet testamentum aui fa-
ctum pro furioso, quia auus in excludendo personas ab hære-
ditate habet maiorem potestatem, quam habet pater, vt patet
in l. Papinianus. §. sed nec impuberis sup. de inoffic. testamen.
& in c. si pater. in fine de testa. in 6. & l. precibus. in versi. si ve-
ro C. eod. & cum hac opin. Imol. tenet hic Cuma. & Ias. in d. l.
humanitatis. in fin. & Bal. ibi in 13. col. in versi. quarta dr̃ia, & in
penul. col. in versi. 6. quæro. prout inf. dicam. Sed do. Alex. hic
dicit, quod sibi non placet ista opin. Imol. & rõ sua est, quia si
vera esset sua rõ, sequeretur, quod nunquam filius naturalis fa-
ceret deficere substitutionem, cum non possit rumpere testa-
mentum paternum, quod videtur contra l. ex facto in §. si quis
rogatus. el 1. inf. ad Trebel. & notatur in l. generaliter. §. fin. C.
de insti. & substi. considerамus ergo in l. nostra s̃m eum, quod
mens testatoris est, quod etiam si nascatur filius naturalis, ex-
cludat ipsum substitutum. Sed certe ista reprobatio do. Alex.
non est tuta, quia dic. §. si quis rogatus. loquitur, quando filius
appositus in conditione a testatore, & nos loquimur, quando
filius subintelligitur in conditione legali. Primo casu bene fa-
teor, quod filius naturalis facit deficere conditionem & substi
tutionem. Secundo vero casu non, vt est casus in d. l. genera-
519 liter. in fin. in verbo, sine iusta sobole, † & ratio differentiæ est,
quia in conditione hominis sola filiorum existentia, & sic me
rum factum attenditur, & sic non curatur, quod filius existat
dum effectu succedendi, vt l. filiusfamilias. §. cum quis infr. de
legat. 1. sed secus est in conditione legis, quia requiritur quod
existat cũ successionis effectu, & ita dicit Rapha. Cuma. in l. si
mater. in §. primo supra eodem, & in d. §. cum quis, & Domi.
Alexand. in l. Centurio. in 16. columna supra eodem & sic di-
cunt Angel. & Ias. in d. l. humanitatis. in fine. Sed idem Ias. hic
sibi contrarius sequitur opin. Bartol. & respondet supradicto
fundamento Ioann. de Imola alio modo, quam faciat Dom.
Alexand. dicens quod in materia nostra fundamentum Imol.
est falsum, quia si furiosus esset sanę mentis, & faceret testa-
mentum, non teneretur instituere fratres, sed potest eos præ-
terire etiam sine causa, nec testamentum irritatur, nisi quan-
do iste sanę mentis effectus instituisset turpem personam, vel.
fratres, C. de inofficio. testamen. & tamen si pater vel mater
mentecapti substituant filio furioso, debet ad minus vnum
ex fratribus furiosi substituere, adeo quod si eos præteriret,
testamentum, id est substitutio non valeret, & sic secundum
eum nõ valet consequentia Imo. filius naturalis præteritus nõ
rumperet testamentum paternum, ergo minus rumperet te-
stamentum factum a patre pro filio furioso. Sed saluãdo Imo.
potest dici, quod ideo in substitutio. exẽplari debet frater sub-
stitui, quia ista competit ex quadam humanitate, vt d. l. huma-
nitatis. Et ideo per istam substitutionem noluit Imperator,
quod frater excludatur, quia esset iniquum, ex quo excludere-
tur a successione fratris sui, cui ab intestato successisset. Nec ẽt
voluit, quod mater furiosi excludatur, vt dixi sup. Et ideo si su
mus in casu, vbi facultas substituendi non competat ex huma-
nitate, sed potius de rigore, tales personæ per huiusmodi sub-
stitutionem possunt præteriri & excludi. Et ideo ipse filius fu-
riosus si est sanæ mentis, potest excludere fratrem, quia sibi te-
stãdi facultas competit de rigore iuris. Sed ista ratio cessat quo
ad filium naturalem tantum, quia nulla humanitate auus vte-
retur, si filium naturalem ex filio suo furioso in substitutione
præteriret. Ex quo si auus non substituisset, & sic filius furio-
sus ab intestato decessisset, huiusmodi naturalis filius patri ab
intestato non succederet, vt l. si is qui. supra eodem, & dicetur
in l. Lucius inf. eo. & sic patet ꝙ fundamentum Ias. non vrget
contra Imol. & pro ista sua opi. Imol. adducit aliam rationem
dicens, quod iure codicis & sic tempore, d. l. humanitatis, non
poterat filius naturalis non extante legitimo insolidum hæres
institui, sed tantum in sex vncijs, vt l. humanitatis. C. de natu. li-
be. licet iure authenticorum sit secus, vt in authen. licet, eodẽ
tit. vnde auus non poterat inuitare in substitutione huiusmo-
di filium naturalem ex filio suo nisi vsq; ad sex vncias, & tamẽ
d. l. humanitatis, videtur velle, quod satis sit, quod vnus filius
tantum sit substitutus, & valebit substitutio. vnde non loquiẽ
in filio naturali tantum, quia sequeretur absurdum, quod si va
leret ista substitutio, quando filius naturalis tantum est substi-
tutus, quod iste filius furiosus decederet pro parte testatus &
pro parte intestatus contra. l. ius nostrum. inf. de reg. iur. maxi-
me, quia ista substitutio trahitur ad omnia bona patris & filij,
vt l. sed si plures. §. ad substitutos. s̃. eo. & tenet Bal. in d. l. huma
nitatis. in 21. col. in versi. quarto quæro &c. & dixi sup. in secun
do effectu post Bar. & sic concludit Imo. hic quod d. l. humani
520 tatis, non habet locum in filio naturali. † Sed dom. Alexan. hic
reprobat Imol. quod imò d. l. humanitatis, habet locum in fi-
lio naturali, & etiam in filio spurio. Et mouetur quia pone, ꝙ
pater habeat filiam furiosam, certe filij naturales aut spurij na-
ti ex ista filia furiosa ita debent rumpere substitutionem, sicut
si filius esset legitimus & naturalis, quia filius naturalis aut spu
rius succedit matri suę nõ illustri, vt in §. nouissime. inst. ad Or-
ficia & in l. si suspecta. §. 1. s̃. de inoffi. testa. & in l. si qua illustris.
521 C. ad Orficia. † & ideo dicit d. Alex quod si quærimus, nũquid
lex faciens mentionẽ de filijs, habeat locũ in filijs naturalibus,
solet s̃m eum concludi, aut lex habet respectum ad ipsam ma
trem, & tunc habet locum in naturalibus & spurijs, vt iuribus
sup. alleg. Aut habuit respectum ad patrem, & tunc s̃m eũ de-
pendet ex his, quæ habentur in l. ex facto. in §. si quis rogatus.
inf. ad Treb. & prædicta sunt vera s̃m eũ in omnibus istis per-
sonis, excepto mentecapto, in quo tutior videtur conclusio, qđ
iste articulus pendeat an l. hac consultissima. in §. ex imperfe-
cto. habeat locum in filijs naturalibus & spurijs. ita dicit hic do.
Alexand. qui videtur cõcludere, quod. d. l. humanitatis habeat
522 locum etiam in filio naturali tantum. † Quid dicendum, Bal.
vt dixi in d. l. humanitatis in 16. col. in vers. quarta differentia &
in penul. col. in versi. sexto quæro. tenet opi. Imol. videlicet, qđ
naturalis non rumpat substitutionem, & mouetur per d. l. ge-
neraliter. §. fin. C. de insti. & per not. in l. 1. inf. de bono. possess.
contra tab. & pro hac opi. facit ratio vltra Docto. per quam ẽt
tollitur ratio Bar. hic de d. l. hæredibus. Nam si pupillo nasca-
tur filius tollitur pupillaris substitutio, vt declarant Docto. in
l. pupillari supra eodem est verum, si nascatur sibi filius legiti-
mus & naturalis, prout plenissime dixi in l. secunda in vlti. q.
supra eod. & tamen secundum ius ciuile non poterat suscipere
nisi filios naturales pater, quia pupillus non poterat contrahe-
re matrimoniũ de iure ciuili, vt instit. de nup. in princi. & tenet
Bal. in d. l. humanitatis. in d. versic. quarta differentia. licet sit se
cus de iure canonico, si malitia suppleat ętatem, prout dixi in d.
l. 2. in vlti. q. & tamen secundum rationem Doctorũ filius natu
turalis natus ex pupillo non rumperet substitutionem pupilla-
rem, & tamen isto casu non poterat intelligi nisi de filio natu-
rali, & nihilominus non rumpit testamentum & sic non est
vera ratio Bart. hic de d. l. hæredibus ita sit sit in casu nostro, li-
cet filius furiosus suscipiat filium naturalem, nihilominus nõ
rumpit testamentũ factũ filio furioso. Et pro hac opi. facit, quia
pater faciens testamẽtum pro filio eo modo potest facere, quo
potuisset ipse filius si sanę mentis fuisset, & testamentum fecis-
set, vt sepius dictum est. Sed si filius fuisset sanę mentis, & fecis-
set testamentum. in quo silentio præteriisset filium naturalem
tantum nasciturum, certe natiuitate istius filij testamentum
non

non rumperetur, vt l. posthumi. & l. posthumorum supra de iniusto testa. ita etiam noon rumpatur ista substitutio. & sic vides, quod ista opi. contra Barto. videtur satis sustentabilis. Quid
523 ergo dicendum, puto quod ita debeamus dicere, quod aut substitutio est facta filię furiosę, & tunc si quæris, an isto casu si ex ista filia furiosa nascatur filius naturalis tantum, qui sit in substitutione præteritus, natiuitate sua rumpatur ista substitutio, & puto isto casu dicendum quod sic quia isto casu cessat ratio lo. de Imol. hic, ex quo iste filius succedit matri, vt in §. nouissime. insti. ad Orfi. & in l. si qua illustris ad senatuscon. Orfi. quinimo si mater præteriisset huiusmodi filium, vtiq; posset intentare, querelam, vt l. si suspecta. §. 1. supra de inoffic. testa. & isto casu procedit opi. Bar. non tamen per rationem suam quæ fuit sup.
524 reprobata & hoc tenet. d. Alex. hic & per hoc patet † quod nõ obst. d. l. heredibus. vltra responsionem supra datã quia põt responderi, φ d. l. loquitur in in filia furiosa, quo casu ideo dicitur esse defecta conditio per susceptionẽ filij naturalis, quia filius naturalis succedit matri, vt dictum est vñ testator ibi voluit habere respectũ ad filiũ naturalẽ quia intentio sua est prouidere filijs vt nõ priuentẽ hæreditate. & prædicta intellige fm determinationẽ. d. l. si qua illustris & fm not. per glo. & Docto. in d. §.
525 nouissime. † Aut substitutio est facta filio & non filię, & tunc indistincte puto, φ natiuitate filij naturalis nõ rũpatur substitutio. & ita procedat opi. Imo. & aliorũ per rõnes s. assignatas. & sic isto casu. l. humanitatis nõ loquit de filijs naturalibus, licet hoc procedat, qñ substo sit filie furiote. Nec obstat iste tex. inductus vt per Bar. hic, quia dico, φ nõ est verũ, quia rõ illa assignata in tex. dũ dicit, neq; enĩ aut patrẽ &c. verificatur et in filio naturali, quia pone, φ in terminis huius legis, scilicet qñ pater substituit filio, cogitet de filio naturali nasciturо ex filio furioso, vtputa tẽpore quo substituit, filius furiosus habebat cõcubinam prægnantẽ, & velit ipsum substituere, nũquid potuisset, certe nõ, prout dicetur. inf. in l. Lucius. Si ergo nõ potuisset ipsum substituere, nõ põt habere locũ rõ hic assignata in filio naturali. Nõ obstant, quæ habentur in d. §. si quis rogatus quia procedunt, qñ filij sunt appositi in cõditione a testatore, tũc verificatur et in filijs naturalibus, fm tñ distinctionẽ. d. §. si quis rogatus. & ratio est, quia sola facti existentia consideratur, licet non sit cum successionis effectu, vt l. filiusfamilias. §. cum quis
526 inf. de lega. 1. & ista est veritas. † Sed quæro vltra Doct. hic, quid si filius nasciturus est præteritus, & nascatur, quo casu rumpitur substõ secundũ dicta in præcedenti q. quid si nascatur viuo patre suo & sic filio furioso, & eo viuo moriatur, an substitutio supra reconualescat Bal. in penul. col. in versic. secundo quæro. in d. l. humanitatis dicit sic siquidem iste est natus viuo parente substituente, & viuo eo est mortuus, & tunc non est dubiũ quod reconualescat saltem de æquitate prætoria, vt argu. l. posthumus. in princ. supra de iniusto testa. & maxime quia isto casu substituuntur aliqui de venientibus ab intestato, vt d. l. posthumus in versic. idem & circa & ratio fm, quia cessat causa impediens testamentum, & perseuerat causa disponẽs si vero filius nascatur & post mortem testatoris, & post mortem filij furiosi, cui facta est substitutio, qui est pater illius nascitori, & post mortem moritur, tunc nullo iure reconualescat, etiam si illico quod natus est, decessisset, vt l. 2. C. de posthu. hære. instit. Si vero moriatur post mortem testatoris viuente filio furioso & patre illius, cui furioso est facta substitutio, & isto casu similiter Bal. putat, quod reconualescat iure prætorio, & mouetur, quia licet quo ad ordinationem dicatur testamentum patris tamen quo ad effectum & successionem dicitur testamentum filij, vt l. patris & filij supra eod. & in §. igitur. insti. de pupil. substit. & cum expedit testamento, quod dicatur filij, tunc dicitur testamentum filij, & non patris, vt l. Papinianus. §. sed nec impuberis supra de inoffic. testa. ita ne testamentum ex toto dicatur ruptum, censeri debet testamentum filij, & non patris si cẽsent testamentum filij, ergo verum erat dicere, si non decessisse viuente testatore. & hic sumus in termin. l. posthumus in princ. s. de iniusto testa. & hanc opi. sequitur Hr ol. in c. Raynutius extra de testa. in materia exẽplaris substitutionis. & sequitur do. Alex. & Ias. in d. l. humanitatis in pen. col. & ista est
527 veritas, licet Sal. ibi aliter senserit, & male. Sed † quæro vlterius quid si est præteritus frater nasciturus, & postea nascatur, an substõ rũpatur, Bal. in d. l. humanitatis in 13. col. in versi. quarta differentia tenet φ sic & rõ est, quia ille agnatione sui rũpit testamentũ qui si esset natus & præteritus rũperet testñ, vt in §. posthumi quoq; insti. de hære. quæ ab intesta. cõiuncto princ. instit. quibus mod. testa. infir. & §. posthumi. insti. de exhe. libe. Sed si frater iã natus esset præteritus, diceret substitutionẽ nullã, vt d. l. humanitatis, & dictũ fuit alias supra ergo nasciturus tũ, at & in hoc fm Bal. iste differt a pupillari, vt patet in d. §. sed impuberis & istã opi. credo verã. Cogita tñ sup ea, quia nullus est præter Bal. qui ea tangant, quos viderim. Et φ dictũ est in filio nascituro, habet locũ in filio iã nato, vtputa quia si filius iã natus ex filio furioso sit præteritus, & viuo patre furioso dece-

dat, recõualescit ista substõ de ęquitate pretoria, qñ in ea essent substituti venientes ab intestato, vt d. l. posthumus. in ver. idem & circa, & idem esset, si iste preteritus, approbaret solemniter istam substitutionem, per ea quæ habentur in l. filio præterito sup. de iniusto testa. de hoc tamen dic vt plenissime dixi in l. 2. in 7. requisito in ead. q. quid si filius præteritus approbat testa-
528 mentum &c. Vltimo † Bartol. hic concludit, quod in defectu eius, cui fit substitutio, talis finitur, vtputa si esset facta prodigo qui postea commisisset delictum propter quod esset effectus seruus pęnæ vel esset ingressus religionem per ea quæ ipse dixit in l. in pupillari. sup. eo. & ita pertranseunt omnes Doc. hic pro quo facit quod dixi plene in l. 2. in vlt. q. princip. supra eodem. Et ex his sit impositus finis huic solemni repetitioni l. ex facto. sit benedictus Deus.

SVMMARIVM.

1 *Speciem derogare generi non solum circa res, sed etiam circa personas.*
2 *Concessione duobus facta ex redditibus alicuius prædij, ita vt vni decem, alteri quinque concessa sint, quo modo fieri debeat inter eos diuisio, si tã tum decem ex redditibus percipiantur.*
3 *Quantitatem debitam ex certis redditibus, vel ex certo prædio redigi ad instar speciei, an sit verum, & nu. 5.*
4 *Legatum factum de patre an & quando minuat legatum factum de toto.*
6 *Index deputatus ad cognitionem earum causarum, quæ sunt int a centum libras, alio deputato ad causas, quæ intra decem, an possit de his causis cognoscere, quæ sunt intra decem, & nu. 7.*
8 *Iurisdictioni generali non derogari per specialem.*
9 *Statutum quod certus aliquis officialis solum de adulterio cognoscat, an derogat alteri statuto, per quod concessum erat omnibus iudicibus, vt de adulterio & furto cognoscerent.*
10 *Maiori summæ non semper inesse minorem.*
11 *Expressa promissio facit cessare tacitam.*
12 *Testes duo ad probandam ætatem minoris producti, quorum vnus deposuit quod erat minor annis decem, alter quod erat minor annis quatuordecim, an probent, & nu. seq.*
14 *Substitutionem pupillarem valere etiam absque eo quod testator adijciat hæc verba, si hæres erit.*
15 *Intra particula quam significationem habeat.*
16 *Pęnę specialis duplicationem non habere locum, licet statutum generaliter imponat duplicationem pænæ.*
17 *Substitutio pupillaris per quam duo vni pupillo substituti sunt cum praefinitione temporis partim lege definiti, partim breuiores, an comprehendat tacitam vulgarem, & euenienti casu vulgaris, an vterque admittendus sit, an alter tantum, & quis nu. seq.*
19 *Substitutis duobus pupillariter vni sed in aliud atque aliud tempus, an si vnus decesserit, vel noluerit succedere pupillo, aliter substitutus possit admitti.*
20 *Varia sunt, substitutum non esse datum, vel esse datum & non succedere.*

Item quæro. Hoc dicit secundum Bart. species temporis derogat generalitati temporis. Nota secundum Imo. Are. do. Alexa. ac cæteros Moder. † quod
1 species derogat generi. Et hoc non solum habet locum circa res, vt l. vxorem §. felicissimo inf. de lega. 3. & late per Bar. in l. quæsitum. §. fin. inf. de fun. instruc. & per cano. in c. ex parte. vbi Cardi. Floren. in 3. oppo. extra de offic. delegat. Sed etiam circa personas, vt l. cohæredi. §. qui patrem supra eodem secundum Docto. & etiam circa tẽpus casus est hic notabilis, quia validum est argu. de re ad tempus vt l. [illegible] in princ. in ver. & quæ diximus inf. de milite [illegible] propterea Bal. hic inducit istum textum ad duas notabi-
2 les quæstiones. † Prima est, quod si conceditur alicui quantitas puta decem ducatorum ex redditibus vnius possessionis, & alteri ex eodem reddítu cõcedatur quinq; & possessio non reddit [illegible] tra decem aliquo tempore intelligitur ille, cui sunt cõcessa decem, vt non habeat integra decem & sic integram quantitatem sed debent detrahi quinque concessa alteri, vt hic, vbi Titius fuit principaliter substitutus, si filius decesserit intra 14. annos tamen ex isto tempore detrahuntur octo, in quibus fuerat specialiter substitutus Mœuius, & pro hoc adducit ipse Bal. notata per Iac. de Are. & Cyn. in l. fin. in 6. q. sup. de iuris. omniũ iudic. & bin simili. q. idẽ tenet per l. §. C. de sportul. & hanc opi.
3 sequitur hic Imol. & Alex. subdit † tamen Are. hic, quod cum quãtitas debeatur ex certis redditib. vel ex certo prædio, redigitur ad instar speciei, vt patet in l. plane. in §. sed si nõ corpus. de leg. 1. & plene p Bar. in l. inter stipulãtẽ §. sacrã. ff. de ver. obli. & Are. in l. fideicõmissũ. in prin. s. de iudi. Vnde ista qõ deciditur ex his. q. habẽtur in l. cũ qõ. iũcta gl. C. de leg. vbi quæritur, qñ vni legatur tota res, & alteri pars illius rei, an primo legaretur totũ. deinde alteri partẽ, vel e ȝ. Sed aduerte, φ ex isto textu, sit cta declaratione in d. l. cum qõ. vñ decidi totũ oppositũ, quia iste tex. loqtur qñ primo instituit T. tiũ si filius decesserit intra decem an

cem annos, deinde substituit Meuium, si filius decesserit intra
14. annum, & sic loquitur, qñ præcessit substõ facta de breuiori
tempore, quo casu arguendo de tempore ad rem, gl. in d. l. cũ
qõ. decidit, quod si primo præcessit legatum de parte, deinde
sequatur legatum de toto, quod primum legatum non dimi-
nuit de secundo, & sic illa gl. faceret potius oppositum, & iste
textus nihil facit ad hoc, quia credo q idem esset in casu tex. no
stri, si primo præcessisset pupillaris substitutio facta de toto tẽ-
pore pupillaris ętatis, & deinde sequatur substõ de parte tem-
poris, quod isto casu si decessisset filius intra illam partem tem
poris, admitteretur is qui substitutus erat si filius decessisset in-
tra illud tempus licet esset secundo loco substitutus. Item ad-
4 uerte † quod illa glos. loquitur in legato quantitatis quo casu
distinguit, aut primo pręcessit legatum minoris quantitatis, &
sequitur legatum maioris quantitatis, & isto casu primum le-
gatum non diminuit secundum, aut præcessit legatum maio-
ris summę, & sequitur postea legatum minoris summę, tunc
bene primum diminuitur per secundum, & rationem differẽ-
tiæ assignat ibi glo. In legato speciei puto quod non sit facien-
da differẽtia, an præcedat legatum totius rei, an sequatur, quia
semper legatum de parte rei diminuet legatum de tota, alias
esset dicere, quod aliquando legatarius in parte rei excludere-
tur, quod est contra mentem testantis, & in summa habet locũ
multiplicatio, & ideo fit supradicta distinctio, nec euenit, quod
in tantum legatarius minoris summę aliquo casu excludatur,
vnde cum Bald. formet q. suam in quantitate, puto, quod de-
5 beat haberi distinctio dictę glos. † Nec mihi placet, quod dicit
Aret. hic, quod ista quantitas redigatur ad speciem, quia nõ est
verũ, quia quantitas debetur, licet solutio sit facienda de rediti
bus fundi, qñ illi redditus ęstimãtur, & sic in effectu soluitur
quantitas. quod non est in d. l. plane §. sed si non corpus. Item
aduerte, quia tex. noster non videtur facere ad propositũ. sub-
stitutio facta de breuiori tempore non solum diminuit substi-
tutionem factam de toto tempore, sed etiam in totum illam
excludit, quia si filius decedit intra decem annos solum admit
titur substitutus, qui fuit substitutus in casu quo decederet in-
tra decem annos, & ille qui fuit simpliciter substitutus, si dece
deret in pupillari ętate, totaliter excluditur, quia nõ fuit in hũc
casum substitutus, vt l. si ita quis C. eo. sed in quæstione Bal. ne-
6 mo in totum excludetur, cogita tamen. † Secunda quæst. Bald.
est, quod si vnus iudex est deputatus in causis vsque ad decem
libras, alius vero in causis vsque ad centum, quod in summa a
decem libris infra non cognoscet aliquo modo iudex deputa-
tus in centum, per istum tex. & hanc opin. sequitur Angel. hic,
qui pro hoc adducit tex. in §. audient, & in §. iudicare, in auth.
de defenso. ciui. Sed idem Ang. in l. testamẽta omnia, adducit,
d. §. iudicare, in oppositum, sed secundum Aret. facit pro, quia
ibi dicitur expresse, quod superior vsq. ad 300. aureos non po-
test adiri, subdit tamen Aret. hic, quod potest respõderi, quod
ideo est, quia lex ibi expresse statuit ne cognitio maiorum iudi
cum impediatur in minoribus negotijs. Sed hanc opin. Bald.
hic sequitur dom. Alex. hic motus, quia validũ est argũ de re
ad tempus l. si plures, la 2. §. eod. vnde qua ratione in tempore
illa specialitas derogat generi, ita & in re, & hoc idem sequitur
Roman. in l. 1. §. si stipulanti. inf. de verbo. oblig. subdit tamen
Aret. quod veritas huius quæstionis dependet a veritate alte-
rius quæstionis, s. vtrum per iurisdictionem specialiter com-
missam in vna specie vni, videatur derogare iurisdictioni vni-
uersali concessa alteri, de qua per Bald. in l. 1. sup. de offic. con-
sul. & auth. habita. C. ne fil. pro pat. & per eundem Aret. plene
in l. quod in rerum §. si quid post infra de legat. 1. Sed aduerte,
7 † quia Moderni Papien. in d. §. si quid post, dicunt communem
opin. esse cõtra Bal. & quod imò etiam ille iudex deputatus ad
cẽtum, poterit cognoscere de causis a decem libris infra, quia
specialis iurisdictio censetur attribuit cumulatiue, & non pri-
uatiue, vt in l. 1. & ibi Bar. C. de offic. prę. vrb. Dicunt tamen Pa
pienses, quod d. l. 1. non videtur multum facere, quia ibi proce-
dit vlterius disponendo, quod vterq; se impediat. Imò s͠m eos
videtur, quod ille tex. possit retorqueri contra Bar. quia ibi per
dationem specialis iudicis intelligebatur derogatum generali
8 iurisdictioni, nisi Imperator sibi reseruasset. Et † quod per spe-
cialem iurisdictionem nõ derogatur generali maxime in sum
mis, tenet idem Bald. sibi contrarius in l. vnica in §. ubi autem,
in 3. col. in veritatem nota argumentum, quod iurisdictio vni
concessa non intelligitur alteri derogata. & in 3. col. in vers. ex
hoc habes veritatem &c. C. de caduc. toll. & hãc opin. sequitur
Angel. in repe. l. si vacantia, in 11 col. C. de bon. vacan. lib. 11. &
in §. iusiurandi. in penul. col. in authent. de sen. ciui. & sequitur
Aret. in d. § si quid post, vbi allegat tria bona iura vt ibi per eũ,
& idem Aret. in consilio 102. incipien. Spectabilis vir domine
collateralis, & late Roma. in consi. 393. incip. præsens consul-
tatio, vbi multa iura & decisiones allegat. & tenent communi
ter Canonistę in c. pastoralis, extrà de offic. ord. & in c. quia con
tingit, extra de relig. dom quamuis Bald. & Angel. variauerint
l. cum prætor. per illum tex. sup. de iudic. & in l. cum clericis in
prin. per illum tex. C. de epis. & cler. Et pro ista communi opi.
facit. l. fina. in versic. ita. C. de iurisd. omn. iudi. & pro hoc facit,
quod voluit Ang. in fortioribus terminis in l. fin. iuncta glo. in
9 versic. solus. C. vbi & apud quem. † vbi vult, quod si statutum
dicit, quod de adulterio & furto omnes ciuitatis iudices co-
gnoscant, deinde statuto nouiter facto, quod solus capitaneus
de adulterio cognoscat, quod propter dictionem, solus, non
videtur iurisdictio adempta alijs. Multomagis in casu nostro
non dicetur adempta iurisdictio illi, qui potest cognoscere vs-
que ad centũ libras, ex quo non adest illa dictio taxatiua, solus,
& pro hoc facit, quod voluit Bald. in cap. pen. in 3. col. extra de
offic. deleg. qui dixit, quod tunc species derogat generi, quan-
do euellitur a toto genere tãquam species separata a toto. Sed
secus, quando species ponitur ad coadiuuandum genus, vt in
casu nostro, bene facit tex. in l. quoties. §. fina. sup. de admi. tut.
Et ita potest responderi ad istum textum, & similes. Et pro ista
opinio. facit, quod voluit Petr. de Anchar. in capit. tibi qui de
rescriptis in texto, vbi tenet, quod licet patriarcha Gradensis
dederit specialem visitationem monasterijs suis, tamen episco
pus castellanus potuit more suo visitare per tex. in l. in prouin-
ciali. §. 1. inf. de no. ope. nunc. & in l. 1. §. dixit aliquis. inf. de pu
blica. & ita est veritas, & sic iste iudex, qui poterat cognoscere
vsque ad centum libras, poterit cognoscere a decem infra, li-
cet esset alius specialis iudex deputatus. Non obst. d. l. cũ præ-
tor, quia ille deputatus vt cognoscat a decem libris infra, non
bene poterit cognoscere a decem libris supra, quia dicitur esse
exclusus, vt d. l. cum prætor. tamẽ deputatus vt cognoscat vsq;
ad centum libras, non est exclusus, vt non cognoscat a decem
libris infra, cum in maiori summa minor inest, vt l. 1. §. si stipu-
lanti infra de verbo. oblig. & ita respondetur ad dictam l. cum
clericis. Nam ibi debet solũ clericus satisdare vsq; ad quinqua-
ginta libras, vltra vero illam summam solum verbo cauet, vn-
de ibi expresse patet, quod solum ibi cauet pro illa summa, quę
excedit quinquaginta libras, pro summa quinquaginta libra-
rum non cauebit, sed satisdabit, quia ita expresse disponit lex,
sed in casu nostro lex non disponit expresse, quod iudex depu-
tatus vsq; ad centum libras solum iudicet pro quantitate, quæ
excedit decem libras vsq; ad centum, sed simpliciter dicit, qđ
vsq; ad centũ libras cognoscat, quo casu dico, q includitur etiã
summa decem librarum. Et illa est veritas, inducitur etiã iste
textus per Paul. de Cast. hic aliam quæstionem. Nã pone quod
quidam Baro cõcessit alicui monasterio quandam syluam cer
to casu venãdi. Quæritur vtrum homines illius monasterij po-
terunt ibi venari, & s͠m eum videtur primo dicendum quod
non, arg. huius tex. quasi solus Baro. habeat ius propter specia-
lem prouisionem sicut hic solus substitutus primus vsque ad
decem annos. Sed illud est verum s͠m ipsum, quando istud re-
tentum esse tale, quod non posset conuenire nisi vni insolidũ,
vt hic. Sed iste vsus venandi potest conuenire pluribus insoli-
dum, vt in l. si vt certo §. si duobus sup. com o. Vnde homines
illius monasterij poterũt ibi venari sicut & Baro facit l. Lucius,
cum ibi not. inf. de aqua quo. & ęsti. & l. si alij infra de vsufruc.
legat. & hoc sequitur hic Alex. & alleg. not. per Bar. in l. in con
cedendo inf. de aqua plu. arcen. & per Bal. in l. si plures, in 1. col.
C. de condi. insér. & per Bal. in tit. de pace Constantię, in vers.
oppono. Adde q ista ratio assignata hic per Paul. de Cast. facit
10 pro eo, quod dixi in præcedenti quæstione. † Nota, quod non
semper qui exprimit maiorem summam vel temporis vel rei,
dicitur exprimere minorem, & sic qui cõsentit in maiori sum-
ma, non dř semper consentire in minori, & sic in maiori sum-
ma non semper inest minor, & hoc s͠m dom. Alex. facit specia
lis diuisio facta hic per testatorem, vt in simili. in l. si decem s̄.
11 loca. etiam ratio s͠m Ias. hic, † quia expressa prouisio facit cessa
re tacitam l. cum ex filio sup. eo. & sic limitatur l. 1. §. si stipulan
ti inf. de verb. oblig. & l. diem proferre §. si plures sup. de arb. &
in c. 1. de arb. in 6. Tu dicas, q ratio est, quia illa specialis proui-
sio de minori summa non poterat conuenire vtriq; insolidũ,
vt hic, secus si posset conuenire vtriq; insolidum, vt dixi s̄. de
12 quæstione institutionis, † & istud inducit Bal. ad quæstionem,
quod si ad probandam ætatẽ minoris duo producuntur testes,
quorum vnus deponit, q erat minor decem annis, alter vero
quod erat minor quatuordecim, q isti testes non probant, nec
sunt cõtestes, per istum text. & hoc dicit Bal. hic sub dubio. Sed
Ange. Rapha. & Imol. hic tenent contrarium per nota, per gl.
in l. ob carmen §. si. supr. de test. & per Innocen. in c. qualiter &
quando el 2. extra de accu. Vnde infert ipse Ange. quod si ille,
qui vult probare de iure decimãdi in aliquo fundo, & per vnũ
testem probat se collegisse decem mensuras vini, & per vnum
alium probat, qđ collegit octo, satis dicitur probare quasi pos-
sessionem iuris decimãdi, quia satis est, q testes sint cõcordes
in dicto principali, q est probandum, licet non sint concordes
in medijs, per quæ probatur, vbi vero ageretur de probando
mutuum, tunc diuersitas quantitatis faceret testes singulares,

& non probatē, quia propter diuersitatē quantitatis videntur ponere de diuersis contractibus, & ita etiam punctualiter dicit

13 Io. And. in c. 1. de testibus in 6. † Sed secundum Aretin. hic in ista quæstione sunt consideranda duo casus. Nam aliquando duo testes simpliciter deponūt, vnus scilicet dicit, quod pupillus erat minor decem annis. Alter vero dicit, quod erat minor 12. annis. Tunc sm̄ eum decisio Ang. & Io. And. est vera, & ratio est quia cum in maiori summa sit minor, vt l. 1. §. si stipulanti inf. de verb. oblig. l. si vnus, ff. si decē sup. de pac. & in l. I. hē prætere §. inde quæritur sup. de arb. ambo testes videntes in hoc concordare, quod sit minor decē annis per d. l. §. inde quæritur bene facit, qd vult Bar. in C. altes §. sic cates. ff. de lib. c. & posthu. & in l. 1. ... de nox. pt ... vbi vult, quod testes, in quantum pōt, debent reduci ad concordiam, & quo ad propositum in tēpore hoc idem tenet Bar. in l. insulam §. 1. sup. sol. mat. & in l. 2. in §. creditum sup. si cert. peta. & Mod. maxime Papienses, in d. §. si stipulanti, & in d. §. creditum, non obstat ille tex. sm̄ Aret. hic, quia in dispositione quæ fit ab vno & eodē, tollitur ex mente disponentis, quod si vna parte tēporis specialiter prouidit, non videatur prouidisse de eodē tempore in generali sua prouisione, quæ ratio cessat in depositione testium, quorum vnus deponit de specie, alter deponit de genere. Nā fieri potest, qd se retrahunt sub nomine minoris ætatis ad eandem ætatem & partem ætatis, ad quam se refert pars, quæ illos testes adduxit. & sic in effectu Aret. hic videtur concludere, qd illo casu illi testes bene probant pupillum fuisse minorem decē annis, & sic pars, quæ illos testes produxisset, obtineret, & pro hoc facit qd vult do. Alex. in d. §. si stipulanti in 2. col. versi. ex his infertur &c. vbi vult, quod si ageretur de probāda possessione, & vnus testis deponeret de possessione quinque annorum inceptorum certo tempore, & alius testis deponeret de possessione decem annorum inceptorum eodem tempore, qd diceretur probata possessio quinque annorū, quia in hoc videntur testes esse concordes, & istud puto verum, subdit tamen Are. hic, quod si ille testis, qui deponit, quod erat minor. 14. annis, diceret quod erat maior decem annorum, tunc procul dubio testes non probarēt, quia patet, quod testes inter se sunt discordes, nec possunt quoquo pacto reduci ad concordiam. Et an &, quando testes, quorū vnus deponit de maiori summa, & alter de minori, vel vnus de maiori tempore & alius de minori probent saltem in minori, dicatis plene vt per Docto. & maxime Moder. in d. §. sic stipulanti, &. plenissime per Aret. hic, qui considerat plures conclusiones, vt hic per eum inducitur etiam iste tex. ad alias quæstiones de quibus hic per Imol. & Aretin. & do. Alexand.

14 † Nota secundo, ex isto texto secundum Are. quod ad esse pupillaris substitutionis non sunt necessaria illa verba, si hæres erit, sed sufficit, qd testator dicat, si in pupillari ætate decesserit, vt hic patet & facit l. 2. § sed & si quis ita. ff. eo. vbi notant, de hoc tamen dic vt plenissime dixi in d. l. 2. in materia pupillaris in

15 4. quæstio. princi. † Tertio no. secundū eundem Are. quod dictio intra, complectitur nō solum media termini, sed etiam extremitatem termini, vt patet hic in versicu. sed finis. iuncto versi. præcedenti fac. glo. in c. frequens in verbo, proponatur, de restit. spo. in 6. & in l. 1 §. si intra inf. de success. edi. de hac tamē dictione, intra. vide Bart. in l. 1. sup. de edic. præ. ... & per Clau. in l. qui ante Calendas. infra de verb. obl. Vltimo no. secundū Imol. quod est dare speciem temporis, vtputa vsq; ad decem an-

16 nos. † Et facit iste textus, qd non habet locū duplicatio pęnę in pęna speciali, licet statutum imponeret duplicationem pęnę, vtputa si statuto caueatur, quod si aliquis aliquē in platea percusserit, debeat sibi manus dextera amputari. Et pone, qd extet aliud statutum generale, quod in maleficijs cōmissis de nocte debeat pœna duplicari. Aliquis de nocte in platea percussit aliquem, an debeant sibi amputari ambę manus scilicet dextera sub ea cōsideratione, quia cū in platea percussit, & ēt sinistra, quia cū de nocte, & sic pęna duplicetur. Dicit Bal. hic quod nō per istū tex. vbi patet, qd specialis prouisio tēporis nō cōcurrit cū generali. Præterea probatur, quia sm̄ eū species nō recipit duplicationē, vt l. Licius §. impuberē. ff. de legat. 2. & per Bar. in l. in Senatu. in fi. ff. ad Turpil. & in l. sanctio legū. ff. de pę. & in l. Mæuius. duorū in vlt. char. ff. de leg. 2. & in d. §. impuberem. & Bal. in l. 1. in vlt. col. C. de sen. quæ pro eo qd interest. & hāc opi. sequūtur hic Imo. Are. & do. Alex. & cōmuniter Docto. hic dicit tñ Are. hic. qd secus esset, si statutū simpliciter puniret percutientem pęna manus, & non se referret ad certum locum vel tempus, tūc quia pęna non diceretur in specie posita, sed in genere subalterno, tunc posset multiplicari quousq; durat illud genus sm̄ Bartol. notat. in l. vulgaris in princip. inf. de sui. & ratio est, quia qualitas de nocte capitur sub specie ... saltem quo ad duplicandam pęnam & Bartol. sequitur Bald. in l. quid ergo in §. pęna grauior in vlt. quæstio. sup. de his qui no. in fa. & ita pertransierunt cōmu-

17 niter Docto. † Sed quæro de noua & necessaria quæstione ad materiam text. nostri non tacta per Doctores, quos viderim, quod est mirandum, videlicet an pupillaris substitutio in casu nostro cōprehendat tacitam vulgarem, & quæ, scilicet an illa pupillaris facta in casu, quo filius decedat intra decem annos, vel illa quæ fuit facta simpliciter, si decederet intra quartumdecimum annum, vel vtraque & posito quod vtraque comprehēdat, an si eueniat casus tacitę vulgaris, vterque substitutus cōcurrat, an non. Circa quod dicas, si quæris, nunquid substitutio pupillaris facta de Titio in casu, quo filius decederet intra decem annos, contineat tacitam vulgarem, videtur esse dubium. Nam Guliel. de Cu. & Cy. in l. præcibus. C. eo. vt referūt Raph. Cuma. & Moder. in l. si ita quis. ff. eo. tenebāt quod non contineret tacitam vulgarem, cum illa non diceretur esse limitata tempore, vt ibi per eos, sed Rapha. & cōtet Docto. dicunt ibi, quod in ista pupillaris comprehendit tacitam vulgarem, & istam opinionem ... secutus. Sed aduerte, quia illa quæstio non videtur similis nostræ quæstionis quia non loquitur, quando vltra illud tempus fuerit alius substitutus pupillariter, prout sunt termini quæstionis nostræ. Vnde cum secunda pupillaris substitutio non fuerit in breuius tempus, quam sit tempus pupillaris ætatis limitata, videtur dicendum, quod ista contineat tacitam vulgarem, vt clarum est per l. nam hoc iure sup. eo. & per rationem Guliel. & Cy. in l. præcibus. C. eo. relatam per Moder. in dicta l. si ita quis. sup. eod. & sic videtur, quod illa prima pupillaris substitutio facta de Titio in breuius tempus quam sit tempus pupillaris ætatis, nō cōprehēdat tacitam vulgarē, quasi voluerit testator illā comprehēdi sub illa facta de Meuio simpliciter, si filius intra quartumdecimum annum decesserit. Sed his nō obstantibus puto, qd etiam prima substitutio facta de Titio in breuius tempus cōprehendat tacitam vulgarem, per ea quæ dicta sunt sup. in l. 2. in vltima limitatione primi effectus in materia pupillaris, quæ videntur etiam hoc casu militare, & dato quod in casu nostro testator fecerit aliam substitutionem pupillarē de Meuio simpliciter, non propterea videtur dicendum, quod prima substitutio pupillaris non comprehendat tacitam vulgarem, cum nil sit ratio, quare in ... vt in expressa pupillari contineatur tacita vulgaris, & ita ... sicut ... in secunda. Vnde aut obstaret quod nulla istarum pupillarium substitutionum comprehēdat tacitam vulgarem, quod ... puto verum, aut quod vtraque comprehēdat. Vnde dico quod isto casu vtraque pupillaris substitutio comprehēdat tacitam vulgarem, & sic vterque substitutus dicetur etiam ex tacita vul-

18 gari substitutus. † Sed quæro si eueniat casus vulgaris substitutionis tacitę, vterque substitutus admittatur, an alter tantum, & quis primo videtur dicendum, quod si quidem sit locus substitutioni vulgari eo tempore, quo poterat habere locū prima pupillaris substitutio de Titio, vtputa si antequam cōpleuisset decimum annum, pupillus repudiasset hæreditatem patris, vel decessisset hęreditate non adita, quod tunc admittatur primo substitutus, id est Titius, qui fuit pupillo substitutus in casu, quo pupillus intra decimum annum moreretur, & ratio est, quia tacita vulgaris videtur regulari ab expressa pupillari, sub qua continetur vt per Bartol. & Docto. & ibi ... in l. 1. in penulti. column. supra eodem, sed in casu isto si pupillus adiuisset, Titius potuisset admitti ex pupillari, vt hic, ergo eodem modo pupillo nō adeunte ex vulgari tacita admittetur ad bona patris, & quia illo casu Meuius secundo loco substitutus si pupillus adiuisset, non potuisset admitti ex pupillari quia non decessit pupillus post decimum annum, vt hic ergo eodem modo ipso pupillo non adeunte nō possit admitti Meuius ex tacita vulgari, si vero locus sit substitutioni tacitę vulgari postquam pupillus compleuit decimum annum, vt puta quia post decimum annum completum repudiauit, vel decessit hæreditate non adita, tunc tantum Meuius admittitur ex substitutione vulgari tacita, & non Titius primo substitutus per rationem supradictam. Sed hoc non obstante puto, quod vterque substitutus admittatur ex tacita vulgari. Et ratio est, quia in vtraque substitutione pupillari militat ratio, quare in expressa pupillari comprehendatur tacita vulgaris, & licet prima substitutio pupillaris si facta, si pupillus intra decimum annum decesserit, nihilominus debeat habere locum tacita vulgaris etiam in casu, quando inciperet habere locum post decimum annum. Probatur ratione, quia in ista pupillari substitutione continetur tacita vulgaris, vt per Doctores in l. si ita quis sup. eod. & latissime dixi sup. in l. 2. in materiam pupillaris substitutionis in primo effectu in vltima col. ita eodem modo dico, quod illa secunda substitutio pupillaris debet continere tacitam vulgarem, ex illa potest habere effectum, etiam quod incipiat habere locum antequam pupillus perueniat ad decimum annum, ita vt ille Meuius secundo substitutus admittitur, quia qua ratione, non obstante quod illa prima substitutio fuerit tempore limitata, continet tacitam vulgarem etiam vltra illud tempus, ita eodem modo dicamus quod tacita vulgaris habeat locum ... secundæ substitutionis,

tionis, licet casus vulgaris substitutionis tacite euenerit, antequam euenisset casus expresse pupillaris, quia nõ videtur posse assignari ratio diuersitatis, quare postquam est extincta pupillaris substitutio, habeat locum tacita vulgaris, & antequam incipiat habere locum pupillaris non possit habere locum tacita vulgaris. Vnde concludo, quod vterque substitutus admittetur extincta vulgari. Non obstat, quod tacita vulgaris regulatur ab expressa pupillari, quia dico, quod non est verũ per ea quæ dixi supra in l. 1. in materia vulgaris in penul. col. Fallit tamen prædicta conclusio, nisi pupillus, qui decessit intra decimum annum decessisset hæreditate non adita, tunc credo ꝙ ad bona patris admitteretur tantum Titius primo loco substitutus. Et ratio est, quia iste pupillus transmisit in potentia suitatis hæreditatem patris nõ aditam ad quoscunque suos heredes, vt l. apud hostes C. de suis & legi. & plene dixi in l. si filius qui patri supra eod. sed hæres ipsius pupilli est iste Titius, vt est casus hic, ergo iste solus admittetur, & hoc puto verum, quando iste Titius vellet venire ex transmissione, quoniam propter substitutionem vulgarem isto casu non est sublata suitas, quia tacita, vt per Bartol. in l. Gallus §. & quid si tantum in 3. col. ff. de libe. & posthu. & per Bart. & ibi dixi in l. 1. in vlti. q. principa. in materia vulgaris supra eod. Sed si vellet venire ex tacita vulgari, tunc non admitteretur solus, imò alter substitutus etiam admitteretur per supradicta. Et sic istius primi instituti magis interest venire ex trãsmissione, quam ex tacita substitutione, vnde habet electionem arg. l. recusare §. Titius inf. ad Trebel. & l. testamẽto C. eodem. Cogita tamen super præ-

19 missis, quia, vt dixi, noua est quæstio. † Quæro etiam circa textũ nostrum de alia noua quæstione vltra Doctores, quid si vnus ex istis substitutis in casu nostro decesserit, vel noluerit pupillo succedere, nunquid isto casu alter substitutus possit admitti ex pupillari, vel etiam non possit succedere. Circa quod dicas, qđ quo ad primam substitutionem de qua hic in textu facta de Titio, si quidem pupillus decessit post decem annos, tunc videtur dicendum, ꝙ licet Meuius secundo loco substitutus non succedat, vt puta vel quia non vult, vel quia nõ possit, ex eo quia decessit ante pupillum, ꝙ isto casu Titius primo loco substitutus admittatur. Probatur ratione, nam intentio testatoris videtur esse, vt pupillus decedat testatus, & cum hærede ex testamento, patet quia in casu quo decedat post decimum annum substituit Mæuium. Vnde ne decedat intestatus dicamus quod Titius primo loco substitutus admittatur, licet decesserit post decem annos. Nec iste textus videtur obstare, quia loquitur, quãdo Mæuius secundus substitutus potest succedere, & vult succedere, tunc ipse debet admitti, & non Titius primo substitutus. Sed in contrarium est veritas, scilicet ꝙ iste Titius primo substitutus non admittatur, si pupillus decessit post decẽ annos, licet Meuius secundus substitutus non succedat. Et ratio est, quia cum iste Titius fuerit pupillo substitutus in casu, quo ipse pupillus decesserit intra decimum annum, ergo nõ dicitur aliquo pacto substitutus in casu quo post decem annos decesserit, ita expresse dicit textus in l. si ita quis, & ibi Doctores, vbi dixi supra eodem. Sed ita est in casu nostro, quia pupillus decessit post decẽ annos, ergo cum isto casu non dicatur substitutus, non debet posse admitti per d. l. si ita quis, & ista nõ habet locũ, siue secundus sit datus substitutus, & succedat, vel nõ succedat, siue nullo modo fuerit datus. Præterea hoc probatur per l. miles ita in prin. inf. de milita. test. vbi vult, qđ si miles instituit aliquẽ ad tps, nemine substituto dato, quia post illud tps miles decedat intestatus, tũc sic, si miles decedet intestatus, qñ nullus est datus substitutus, quia post illud tps institutus non durat hæres, ita eodem modo decedet miles intestatus post illud tẽpus, qñ esset datus substitutus, qui nol-

20 let, vel non posset succedere. † quia paria sunt, substitutũ non esse datũ, vel datum & non succedere, vt in l. 2. §. sed si sint sui inf. ad Tertul. & in l. 1. §. cũ aũt C. de cadu. tollen. & in l. si quis sub conditione sup. de testa. tutel. & in l. si quis in senatorio, & l. eos qui sup. de ritu nuptia. & no. Moder. Papienses in l. quoties in 4. col. C. de hæred. instituen. Vnde ex prædictis patet qđ isto casu iste Titius primus substitutus nõ potest admitti. Nõ obstat ratio in contrarium supra allega. quia illa procedit, quãdo vterque substitutus posset, & vellet succedere, & quilibet in casu suo, quod nõ est in casu nostro, & ista est veritas. Quod ad secundam substitutionem factam de Meuio si pupillus decedat intra decem annos, & Titius primus institutus non vult vel non potest succedere, an Meuius possit admitti, & videbatur dicendũ quod Meuius possit admitti, quia ipsum fuit simpliciter institutus in casu, quo pupillus decederet intra quartumdecimum annum, vt patet hic in textu. Vnde cum decessisset intra decimum annum, verum est dicere, ipse decessisse intra quatuordecim annos, vt hic in versicu. quo a certum est. Vnde non potest dici, quod non fuerit in hunc casum substitutus, ergo debet admitti, vt dicta l. si ita quis. Tunc non dicetur in hunc casum Meuius substitutus, quando testator hoc modo dixisset, si filius intra decẽ annos decesserit Titius hæres esto. & si post decem annos intra quatuordecim decesserit Meuius sit hæres, vt d. l. miles ita in prin. Sed hoc non obstãte puto quod Meuius isto casu non poterit admitti. Probo. nã ex quo fuit institutus specialiter Titius in casu, quo pupillus decesserit intra decem annos, licet Meuius simpliciter sit substitutus si pupillus decesserit intra quartumdecimum annum debet intelligi, si decesserit intra quartumdecimum, post tamen decimum, quia illa specialis mentio temporis intra decem annos derogat illi generalitati temporis, si intra quartũdecimum, secundum glo. & Doctor. hic. Sed si testator dixisset, si post decem annos intra tamẽ quartumdecimum decesserit, non diceretur substitutus in casu, quo pupillus decedat intra decem annos, nec posset admitti, licet Titius primus institutus non succederet. Ita in casu nostro Meuius non admittitur bene facit dicta l. miles ita, vbi si vnus est institutus ad certum tempus, & alius illo tempore elapso, quod licet primus non est hæres, tamen secundus non admittitur statim, sed expectatur, quod tempus labatur, & ex supradictis patet quod ratio in contrarium alleg. non obstat. & ista est veritas. Quę omnia nota, quia vt dixi noua quæstio est. Et ex prædictis sum expeditus de dicendis super textu. In glos. prima aduerte, quia licet glo. exponat, scilicet annum, tamen ista expositio non videtur congrua, quia tex. non dixit quartumdecimum, sed quatuordecim, vnde glo. potius debebat exponere, scilicet, annos. Et ideo in tex. non dixit, scilicet annos, quia supra dixerat intra decem annos, vnde nunc dicendo si intra quatuordecim, iam clare subintelligebatur, scilicet annos propter præcedentia argumen. l. si seruus plurium. §. fina. ff. de lega. 1. l. heredes palam supra de testa. in glos. in verbo, decesserit. Aduerte, quia ista glo. non debet esse super verbo, decesserit, sed super verbo, Meuius, quo casu bene subauditur, scilicet heres esto, vt l. 2. §. si autem sup. de heredi. instituen. & maxime, quia in casu nostro dum loquitur de Titio primo substituto expressa sunt illa verba heres per dicta in præcedenti glo. circa alias glo. nihil est dicendum. & Doctores super eis nihil dicunt, & ex his sit expeditus iste §. item quæro

SVMMARIVM.

1 *Testamentum impugnans quantum ad primum gradum non repellitur a substitutione vulgari.*

2 *Testamentum paternum impugnans repellitur a substitutione pupillari. & quid e contrario. nu. seq. & 5.*

4 *Testamento paterno rupto non continuo rumpi pupillare.*

6 *Intellectus ad l. ex duobus. §. fi. ff. de vulga. & pupilla. substi. & nu. seq.*

8 *Substitutionem pupillarem esse partem testamenti paterni.*

9 *Testamento rupto quoad primum gradum agnatione posthumi præteriti, an rumpatur quoad secundum gradum, in quo posthumus est substitutus. & nu. seq. vsque ad nu. 12. & nu. 14.*

11 *Posthumus a primo gradu præteritus, & a secundo exhæredatus nascendo rumpit vtrumque gradum.*

13 *Filius iam natus primo gradu præteritus & a secundo exhæredatus non rumpit secundum gradum & quæ sit huius ratio.*

15 *Filium habere ex testamento patris [illegible] substitutionem an sufficiat, licet non habeat iure institutionis.*

16 *Testamentum præteritione filii [illegible] ipso iure nullum, etiam antequam [illegible] & [illegible] perpetuum. nu. seq.*

18 *Testamentum [illegible] nullum [illegible] tantum ad primum gradum, in quo filius est præteritus, licet in secundo gradu sit substitutus vel exhæredatus.*

19 *[illegible] testamenti, in quibus filius est præteritus, valere, si in vno gradu [illegible] & nu. 27.*

20 *Filio instituto sub conditione potestatiua nullam iniuriam fieri. & impu[illegible] si non adierit.*

21 *Filio instituto in primo gradu, nullam iniuriam fieri, si sit præteritus in secundo, & nu. 24.*

22 *Substitutionem vulgarem filio familias factam cedere ipsi filio in fauore, [illegible]*

23 *[illegible]*

25 *Filius [illegible] habebat querelam [illegible] testamento [illegible]*

26 *[illegible] ad filios.*

28 *Testamentum [illegible]*

29 *Substitutionem vulgarem [illegible] intervallo post testamentum.*

30 *Intellectus [illegible] §. fin. ff. de vulg. & pupilla. subst. & nu. 32.*

31 *Testamentum [illegible] quoties testator aliquid addit vel detrahit.*

LVcius Titius. Hoc dicit secundum Bar. & Doct. Rupta institutione, tunc testamentum incipit a substitutione, vel sic & breuius, testamentum incipere a secũdo gradu. Et diuiditur in quatuor partes, vt hic per Angel. Aret. n.

1 † Nota primo ex isto tex. quod qui impugnat primum gradũ, non

non repellitur a secundo, id est a gradu substõnis vulgaris, facit
tex. in l. si filiusfamilias substituatur, §. tit. 1. & ratio est, quia se-
cundus gradus isto casu non habet dependentiam a primo, vt
2 in l. 3. §. fi. & ibi no. s̃. de libe. & posthu. Sed secus † est in tabulis
pupillaribus, nam ille, qui impugnat testm̃ paternum, bene re-
pellitur a substõne pupillari. Et ratio est, quia pupillaris substi-
tutio dependet a testamento patris, & est ad illud accessoria, vt
l. 1. §. posthumis plane, & §. adeo sup. eo. & insti. de pupill. subst.
in §. agitur, bene facit l. post legatum §. qui principale, inf. de his
qui vt indi. vbi vult, ꝙ qui impugnat principale testm̃, non ad-
3 mittetur ad pupillarem, † licet sit secus econtra, & rõ est, quia
testm̃ paternum non dependet a testõ pupilli, sed bene testm̃
pupilli depẽdet a paterno, vt l. ex pupillari inf. eo. bene facit gl.
in l. petens, C. de pac. & ad prædicta vide Ludou. de Ros. in cõs.
56. incip. in casu propositæ consultationis in quo primo quæri-
tur &c. in secundo dubio, & ita dicũt hic Imol. Aret. do. Alex.
4 Ias. ac Moder. Taurin. Sed † idem dom. Alex. in d. l. is qui con-
tra s̃. eod. dicit, quod prædicta non videntur esse vera, quia vidẽ-
tur esse contra tex. in l. ex duobus §. fi. cum l. seq. s̃. eo. vbi patet
quod rupto testõ paterno per contratabulas, non rumpitur pu-
pillare, quod deberet rumpi attenta s̃. dicta ratione, & ideo ip-
se post Bal. in d. l. si filiusfamilias substituatur, dicit quod ideo
hic non dicitur impugnare secundum gradum, quia venit in
isto secundo gradu ex voluntate testatoris, qui voluit exclusis
institutis in primo gradu, quod substituti in secundo admittan-
tur, & potest esse ipsi substituto vtilius venire ex substõne, quã
ab intestato, quia forte maiorem partem consequitur ex substi-
tutione, quam consequatur ab intestato. Sed certe ista ratio
5 non videtur tuta † quia tunc videtur fuisse voluntas ipsius te-
statoris vt exclusis institutis in primo gradu admittatur substi-
tutus, quotiescunq; institutus excluditur facto suo, & nõ facto
substituti, probatur, quia negari non potest, quin testator ma-
gis dilexerit institutos, quam substitutos, vt l. Publius §. fi. inf. de
cond. & demonst. Vnde si substitutus impedit, ne institutus ve-
niat, ad hoc vt ipse admittatur, facit contra voluntatem testan-
tis, & ideo isto casu potius veniret contra volũtatem testatoris
substitutus, q̃ secũdum, maxime cum posset approbare primũ
gradum, vt in l. filio præterito ff. de iniusto test. quo casu institu-
tus posset venire, bene faciunt, quæ volunt Papien. in d. l. is qui
6 contra in fi. vbi dicunt, quod ideo in d. l. ex duobus § fi substitu-
tus ex pupillari substõne succedit, licet testm̃ paternum sit ru-
ptum per contra tabulas, quia non fuit substitutus, qui impu-
gnauit testm̃ paternum, sed alius, vnde ipse nihil fecit cõtra vo-
luntatem testantis. Sed si ipse contra tabulasset, tunc nõ posset
succedere ex pupillari, ex quo fecit contra volũtatem testantis
impugnando suum testm̃. Et ideo melior vr̃ prima ratio supra
7 assignata. Et non † obstat d. l. ex duobus, in fi. quia ad illam pa-
tet responsio ex his, quæ dixi sup. in l. 2. q. vlt. in princ. vbi plene
examino intellectum d. l. ex duobus §. fi. cum sequenti. Vel vl-
tra ibi dicta potest dici, quod ideo ibi substitutus admittitur ex
pupillari substõne, licet testm̃ patris sit ruptum per contra ta-
bulas, quia alius quã substitutus intentauit contra tabulas. Sed
secus si fuisset substitutus, vt d. l. is qui contra, secundũ Ias. ibi in
fi. & s̃. retuli. Vel tertio potest responderi, quod ideo substitu-
tus in casu nostro succedit ex substitutione vulgari, quia substi-
tutus non impugnabat totum testm̃ primum gradum, in quo
fuit præteritus, vt hic & in d. l. si filiusfamilias. Sed in d. l. is qui
contra impugnabat totum testamẽtum, ideo non admittitur
ex pupillari, vt ibi dicitur, & ratio est secundũ Imol. in d. l. si fi-
liusfamilias substituatur, quia in casu nostro substitutus impu-
gnat primum gradum, vt aperiat viam sibi ex substõne vulga-
ri. Vnde non simpliciter impugnat testamẽtum, sed vt sibi viã
aperiat. Et pro ista ratione facit, l. nam si sub conditione §. fin.
sup. de iniusto testamen. vbi posthumus a primo gradu præte-
ritus a secundo exheredatus rumpit vtrũq; gradum, vt aperiat
sibi viam succedendi ab intestato. Sed licet ista responsio videa-
tur communis, & per omnes teneatur tamen apud me est du-
8 bia, † Nam nulli dubium est, quin pupillaris substitutio dicatur
pars testamenti paterni, vt in §. liberis, instit. de pupill. substi. &
in l. penul. ff. quemadmod. testamen. aperian. ergo in casu d. l. is
qui contra, impugnando testamentum paternum non impu-
gnat totum testamentum, cum nõ impugnet pupillare, quod
dicitur pars testamenti paterni, argum. l. si quis cum totum ff.
de excep. rei iudic. & tamen priuatur commodo pupillaris sub-
stitutionis, nisi saluando supra dictam rationem dixeris, quod
illa impugnatio non tendebat ad aperiendam viam succeden-
di ex pupillari substitutione, sed potius ad præcludẽdam viam,
cum rupto testamento paterno rumpatur etiam pupillare, vt
l. secunda §. posthumis plane sup. eod. & dictus §. liberis, & l. in
substõne sup. eo. Sed nec ista saluatio videtur tuta, quia vide-
tur contra l. 3. §. fin. ff. de libe. & posthu. & contra d. l. si filiusfa-
milias substituatur, vbi licet impugnetur primus gradus, vt
aperiatur sibi rumpenti via succedendi, nihilominus non rum-
pitur gradus substitutionis a quo fuit exhæredatus, qui debe-
ret rumpi, ad hoc vt impugnans possit succedere ab intestato.
Non obstat dicta l. nam & si sub conditione §. final. quia patet
responsio ex notatis in dicta l. tertia §. fi. Vnde teneas primam
9 solutionem sup. datam. † Sed circa prædicta quæritur quia hic
textus loquitur in filio iam nato præterito in primo gradu &
in secundo substituto, vt patet ibi, cum haberet filios &c. an ha-
beat etiã locum in filio nascituro. Exempli gratia pone quod
testator habeat vxorem prægnantem, & illam instituat hære-
dem, & in gradu institutionis ventrem præterijt, deinde ven-
trem vulgariter substituit vxori suæ, & pone, quod posthumus
nascatur, quo casu rumpitur primus gradus, vt dicta l. nam si
sub conditione, an etiam rumpatur secundus gradus, & sic vul-
garis substitutio facta de ipso posthumo rũpente primum gra-
dum? Raphael Cuman. hic, vt refert dominus Alexand. hic &
Rapha. in d. l. is qui contra, tenet quod non sit idem in nascitu-
ro, quod in iam nato, quia nasciturus nõ solum rumpit primũ
gradum, sed etiam secundum, licet in eo non sit præteritus, vt
d. l. nam & si sub conditione, §. fin. ff. de libe. & posthum. & ra-
tio differentiæ secundum eum habetur per glo. in d. l. 3. in fine.
10 Sed secundum dom. Alexan. hic † ista opin. Rapha. non est ve-
ra, quia quo ad casum nostrum non videtur facienda differen-
tia inter natum & nasciturum. Non obstat d. l. nam & si sub cõ-
ditione, quia ideo rumpit etiam sm̃ gradũ, quia rumpit ad vti-
litatem suam. Nam si non rumperetur secundus gradus, tunc
substitutus admitteretur, & sic posthumus excluderetur, ex
quo non posset succedere ex testamento, in quo non fuit insti-
tutus, sed exhæredatus, ab intestato non, quia quousq; põt ha-
bere locum successio ex testõ, cessat successio ab intestato, vt l.
antequam. C. commu. de succes. bene faciunt notata per Bart.
& Doct. in l. si mater §. fin. sup. eo. Sed in casu nostro non esset
vtile ipsi posthumo, ꝙ rumperetur secũdus gradus, cum in eo
fuerit substitutus, alias sm̃ eum sequeretur absurdum, vt quod
esset introductũ in fauorem posthumi retorqueretur in eius
odium contra l. quod fauore. C. de legi. Vnde non debet exten-
di dispositio d. l. nam & si sub conditione, quæ est odiosa, ad ca-
sum nostrũ, qui est fauorabilis. Præterea sm̃ dom. Alex. contra
Rapha. est casus in l. si filiusfamilias, substituatur sup. eod. Sed
11 dom. † Claudius de Seisel. Doctor Taurinensis dicit, ꝙ sibi vr̃
verior opin. Rapha. quia etiam qñ posthumus in secũdo gradu
est substitutus, vr̃ habere locum ratio differentiæ inter iam na-
tum & nasciturum assignata per gl. & Docto. in l. 3. §. fin. ff. de
libe. & posthu. Nam dicunt, quod ista est ratio differentiæ, quia
qñ filius nasciturus est præteritus, iam primus gradus a princi-
pio habet subsistentiam, vt l. posthumi, sup. de iniusto testa. vn-
de hæreditas versatur circa primum gradum, merito secundus
dependet a primo, quæ ratio cessat in iam nato per dicta supra
vnde non mirũ si rupto primo gradu natiuitate posthumi præ-
teriti rumpitur & secundus, sed ista ratio militat etiam quãdo
posthumus est substitutus in secũdo gradu, ergo debet milita-
re dispositio. d. l. nam & si sub conditione, & propterea secun-
dũ eum non sine ministerio textus noster loquitur in filio iam
nato, quasi secus esset in nascituro. Nec secundũ eum obstat ra-
tio d. l. si filius, quia loquitur in filio iam nato. quod patet, quia
ille tex. in fi. loquitur qñ fuit a secũdo gradu exhæredatus, quo
casu nascendo non solũ rumpet primũ, sed etiam secundũ gra-
dum, vt d. l. nam & si sub conditione in fi. & tñ ille tex. dicit, ꝙ
non rumpitur secundus gradus, ergo loquitur in filio iam na-
to quo casu tamen non rumpitur secundus gradus, in quo fuit
exhæredatus, licet fuerit præteritus in primo, vt l. 3. §. fi. de libe.
& posthum. Non obstat, ꝙ est fauor posthumi, ꝙ non rũpatur
gradus secundus, ex quo fuit in eo institutus, quia dicit iste Do-
ctor, imò põt esse, ꝙ sit fauor, quod rũpatur secundus gradus
propter legata in eo relicta, & propter relicta in primo gradu,
quæ censentur repetita in secundo, vt l. licet inf. de lega. 1. bene
facit, licet ipse non dicat l. si quis mihi bona §. fi. inf. de acquir.
hæred. & bene faciunt quæ traduntur per Alexan. & alios in l.
posthumo in 2. col. C. de bon. posses. contra tabu. dum quærit,
cuius sit vtilitatis in filio instituto, quod habeat contra tabulas
beneficio præteriti. Tamen tu dic, quod istam consideratiõẽ
habuit Alex. licet iste Doctor non dicat, in d. l. is qui contra, in
fin. Et iste Doctor tenet opinio. Cuma. contra Alex. cum tali
limitatione, scilicet quando appareret, quod esset vtile ipsi po-
sthumo substituto quod rumpatur etiam secũdus gradus, alias
non rumperetur. Sed tu considera ꝙ istam opin. Cuman. vide-
tur sensisse glo. quam nullus adhuc ponderat, in l. si filiusfami-
lias substituatur, in glo. fin. ibi, sed si esset posthumus &c. supra
titu. 1. referendo illam non ad tex. sed ad id, ꝙ proxime dixerat.
Nam dixit glo. ꝙ si filius est substitutus, qđ valet secundus gra-
dus, & ab eo incipit testamentũ, vt ibi, & hic, subdit postea gl.
quod si esset posthumus, supple tu substitutus, quod in totum
testamẽtum rumperetur. Et sic sentit, quod in casu tex. nostri
si esset posthumus, quod in totum esset ruptum testamentum
natiuitate posthumi, & ista opinio Cuman. esset sustentabilis.
12 † Sed tu aduerte, quia satis probabilis videtur opin. Alexand.
quia

quia quando posthumus est præteritus a primo gradu,& a secundo exhæredatus quod nascêdo sicut rumpit primu. ita ēt rumpat secundum. Et esse v̄r pp duo, primo propter iniuriam illatam posthumo tam in primo gradu quam in secundo. Item pp culpam ipsius patris testantis prætereuntis & exhæredantis posthumū,& maxime sine cā,quod non est in casu isto, quia cum posthumus fuerit substitutus, non videtur esse affectus iniuria in isto scdo gradu, cū ei sit delata hæreditas,& quidē titulo honorabili,arg.l. Iulianus inf. si quis omis. cau.testa.& in l.verilis. §. sed si portio.inf.de legat. præstan. & licet forte ipse posthumus in substitutione sit grauatus pluribus legatis,tamen propter hoc non debet dici affectus iniuria cum ad minus habeat legitimā,& etiam Falcidiam, vt l. quāquam & ibi not.C.ad legem Falci.& in c. Raynaldus, extra de testa. Nam alias esset dicendum idem, si fuisset in primo gradu institutus ꝙ tamē est falsum. & sic per hoc.patet,quod nō obstat ratio domi. Claudij de Seisel. dum dicit, quod magis interest,vt succedat ab intestato, qa istud interesse in casu isto non consideratur,vt dixi. Non obstat dicta l.si quis mihi bona §.fi.inf.de acquir.hære.quia alio casu loquitur,& habet manifestam rationem,quæ non militat in casu nostro. Non obstāt, quæ habentur in l.posthumo. C.de bo. poss.contra tab.quia illud est propter culpam testantis prætereuntis filiū,quę culpa cessat in casu nostro, & licet militet quoad primum gradum, tamen est sublata,ex quo primus gradus est ruptus natiuitate posthumi. Nec obstat si diceres, quod si ratio culpæ esset illa, quę faceret, vt posthumus rumperet etiam gradum substōnis
13 vt d.l.nam & si sub conditione. sequeretur † quod quando filius iam natus a primo gradu est præteritus, & a secundo exhæredatus,deberet etiā secundum annullare,& tamen est falsum,vt l.3.§.fi.s̄.de lib.& posthu.& in l. si filiusfamilias substituatur.in fi.sup.titu.1.quia ad hoc respondeo, ꝙ ideo non annullat secundū gradum,quoniam primus gradus per præteritionem filij fuit ipso iure nullus,vt dicam in sequenti not. Vnde nunquam secundus habuit dependētiam a primo, & nunquam circa secūdum habuit quicquam facere filius, quod patet,quia non potuisset ipse filius approbate testamentum in præiudicium substituti, vt tenet Bar.& ibi plene dixi in l. antepenul. col. in versicul. quæro vlterius quid si filius non potest venire de iure ciuili &c.sup.eo. Quæ omnia cessant in posthumo præterito in primo gradu & a secundo exhæredato. Vnde
14 ex prædictis concluditur,† quod verior est opi.do.Alex. cōtra Cuma. Et in tantum est vera, quod hodie absque dubio procedere opin.do.Alex.quia cū iste posthumus fuisset præteritus sine causa ex quo causam non potuit committere, vt l. si quis in suo.§.legis.C.de inoffic.testa.& no.in §.non solum.insti. de pupil.sub.certe primus gradus est ipso iure nullus. sicut si esset preteritus iam natus,vt in §.aliud quoque capitulū.in auth. vt cum de appel.cog.colla.8.& tenet Bar.& Imo.in l.filio præterito.sup.de iniusto test. Bar. Alex.& Ias.& communiter Docto.in authen.ex causa.C.de libe.prete. Vnde cum gradus primus sit ipso iure nullus, ergo secundus iure factus in quo posthumus fuit substitutus, nō habet a primo dependentiam ergo licet tollatur primus,tamen non debet tolli secundus, imò debet ab eo testamentum incipere,per notata per gl. & Docto. in l.3.§.fi.fi.sup.de libe.& posthu. Et pro hoc facit,quod Alex. in d.l.3.§.fin.in 2.col.dum alleg.tex.in l.1,§.si vēter.inf.de ven. in possess.mitten. vbi si posthumus a primo gradu fuit præteritus,& a secundo sit exhæredatus, si eo tempore, quo nascitur posthumus, instituti in primo gradu mortui erant hæreditate non adita non rumpit secundum gradum, quia tempore natiuitatis suę reperit hæreditatem versari in secundo gradu, in quo fuit exhæredatus. Ita in casu nostro cum primus sit ipso iure nullus, hæreditas versatur in secundo gradu, quod valet, ideo nascendo non rumpit. Nō ob.d. Gl. in d.l.si filiusfamilias quia est referenda ad tex.non ad id, quod proxime dixerat, & sic non facit. Et ita est veritas per Docto.nō ita declarata, & ex
15 his sumus expediti de primo no.† Nota secundo, secundū do. Alex. hic, quod sufficit filium habere iure substitutionis. licet nō habeat iure instōnis,& sic limitatur l.inter cætera.s̄.eod. de lib.& posthu.& istud procedit ēt de iure authēticorū,vt voluit gl.in versi.substituerit,quam ibi Imol.& Mod.dicunt non esse alibi in l.si pater impuberes.s̄. eodem. & de hoc plene dixi in l. 1.in secundo not.post Moder, Perusinos, sup.eo. & in tantum hoc est verum ſm do. Alex.hic quod ēt si filius esset vulgariter tacite substitutus,procederet,quod valeret testamentum, vt l. si pater filium.sup.eod. Sed aduerte, quia d.l.si pater filium. nō loquitur in tacita vulgari,sed in expressa. tamen an istud sit verum, patet ex his,quæ dixi supra in l. 1. in illa quæstione, an testm̄ possit incipere a tacita vulgari. Et aduerte inquantum do. Alex.hic dicit filiū sufficit habere iure substitutionis,licet non habeat iure substōnis,ad hoc vt valeat testm̄ intellige verū iure substitutionis directę,vt puta vulgaris.secus si iure fideicōmissariç,vt l.ita th̄ §.si quis rogatus.inf.ad Treb.& in l.si filius.s̄.de mino.& no.D. Alex.& alij in l.posthumo.in 1.col.de bo.pos.s̄
16 ra.† Tertio not.hic in verbo, nullius momēti quod præteritio filij reddit testamentum ipso iure nullum etiam antequam filius dicat nullū,secundū Imol. Are.D. Alex.& Mod.hic,facit, l.1.s̄.de iniusto test.& insti.de exhere.lib.in prin.& plene de hic traditū per Bar.& Doct.in l.filio pręterito sup.de de iniust. test.
17 per Alex.& alios in d.l. posthumo. † & hoc est verum quando in totū fuit filius pręteritus. Sed secus si tantū ab vno gradu est præteritus. tunc non totum testm̄ est nullum,sed tm̄ ille gradus,in quo filius est præteritus,vt hic,& in l.3. §.fi.sup.de libe. & posth.& in l.posthumus.§.quod vulgo.eo.tit.& i l. si filiusfamilias substituatur. sup.tit.1. Et hoc etiam probat iste tex.in versi.& ideo ſm Areti. hic, vbi vult, quod ex secūdo gradu ex testamento fiunt hæredes filij in eo instituti, quod non etiam si primus gradus non esset nullus,antequam diceretur nullus.
18 † Quarto & vlt.nota ſm Imol.hic,quod primus gradus,in quo filius est præteritus,est ipso iure nullus, quamquam in secundo sit institutus vel exhæredatus, facit tex. in l.si filiusfamilias
19 substituatur. sup. tit.1. † Et per istum tex.limitatur regula. l. si posthumus.§ quod vulgo.s̄.de libe. & posthu. Vbi si filius est in vno gradu institutus,& in alijs est præteritus,quod valēt gradus,in quibus filius est præteritus. Nam illa regula non habet locum, si filius in primo gradu est præteritus,& in secundo est institutus. Nam in isto casu primus gradus non valebit,sed illa regula habet locum, quando filius in primo gradu est institutus,& in secundo vel alijs gradibus sequentibus est pręteritus, secundum gl hic in verbo,momenti, & ratio differentiæ est secundum Bar.Imo.Areti.D. Alex.ac cæteros Moder. hic, quia qn̄ est institutus in primo gradu, & in secundo est præteritus, ideo secundus valet,quia non fit iniuria filio, quod sit præteritus in secūdo gradu,cum possit filius ex primo gradu adire, & excludere substitutum,cum censeatur substitutus sub ista conditione,si institutus non sit hæres.l.quamdiu. inf.de acquir.hæred.& in l.3.C.de hæred.insti.& in l.1.in princ.s̄ eo. Nec obst. quod possit euenire,quod filius decedat hæreditate non adita, & sic non potuit adire,quia cū esset in eius ptāte adire,& distulerit,non dr̄ grauari † sicut q̄n est institutus sub conditione potestatiua,quia debet sibi imputari,quare nō impleuit, vt l.1nus quoque sup.tit.1.v̄r enim noluisse,arg.l.verba.Ↄ tit.l.iam dubi-
20 tari.s̄.tit.1 ſm do.Alex.in d.§.quod vulgo. † quod tu latius declara. Nam si quidem filius viuo patre decessit, tunc clarū est,
21 quod nulla est facta filio iniuria,licet sit præteritus in secundo, quia isto casu ēt si nullus secundus gradus esset factus,nō posset succedere,nec transmittere,cū viuo patre decessisset,arg.l. qui superstitis.inf.de acquir.hære.& §.1.l.vnice.C.de cadu.tol. vnde isto casu præteritio facta in secundo gradu nullam affert iniuriam filio. Si vero decessit post mortē patris,tunc si decessit repudians, similiter patet quod præteritio facta in secundo gradu non affert iniuriam filio, ex quo ipse sponte repudiauit hæreditatem patris. Si vero decessit hæreditate non adita neqꝫ repudiata,tunc si teneremus opin.illorum,qui tenēt,quod datio substituti vulgaris non tollat suitatem,de qua plene dixi in 3.vlt.quæstionis princ. in l.in materia vulgaris substitutionis.s̄. eo.tunc clarum est, quod talis præteritio non infert iniuriam filio,cum possit eius hæreditatem vigore transmissionis ex potentia suitatis adire,& excludere substitutum,arg.eorum,quę dixit Bar.& ibi plenissime dixi in l.1.in 2.q.primi effectus,s̄.eo. si vero tenemus aliam opi.& veriorem,ꝙ datio substituti vulgaris tollat existentiam suitatis, quam ego tenui in d. 3.quæst. vltimæ quæstionis principalis,adhuc dico, quod illa præteritio
22 non est iniuriosa filio. patet,† quia per illam vulgarem substitutionem fit filius de necessario voluntarius, prout dixit Barto. & ibi dixi in d.l.1.in quinto effectu,& ibi dixi.sup.eodem, quo casu est sibi fauor,probatur,nam potest fieri in legitima, vt in l.cum patronus,& ibi Paul.de Castr. infra de lega. secundo,& Iaso.in repetitio.l.si arrogator.ff.de adoptio. in 12.col.& do. Alexand.in d.§.quod vulgo.in 1.nota. & tamen si esset onus, non posset fieri in legitima, vt l. qm̄ in prioribus. C.de inoffic. testa.quicquid in contrarium dixerit idem Alexan.in l. si filius hæres. in vlt.col.in decima limitatione.s̄.de libe.& posthu.quē sequitur Ias.sibi contrarius in repet. authen. res quæ. in 3. col. C.cōmu.de le.& male,vt dixi in d.3.q.vltimæ quæstionis prin. Ita est de mente Barto.in d.§. quod vulgo. quæ ratio cessat in casu nostro, quia præteritio facta in primo gradu bene est iniuriosa filio instituto in secūdo gradu.patet,quia si valeret primus gradus non obstante præteritione, vtiqꝫ institutus in primo gradu posset adire,& excluderet filium substitutum, vt l. quamdiu.inf.de acquir.hæred.& in l.post aditam.C.eo.& plene dixi.sup.in l.1.in primo effectu. Et ex prædicta ratione infertur, quod si filius est exhæredatus in primo gradu,& in secūdo pręteritus,quod secūdus non valebit,quia isto casu præteritio est iniuriosa filio,& ideo nō sine misterio, textus in dicto §. quod vulgo,loquitur,quando filius est institutus in primo gradu, & non quando est exhæredatus. Et prædicta omnia procedunt,

ſcilicet quod filius ſi eſt inſtitutus, quod ſequentes gradus va-
lent, licet in eis non ſit exhæredatus, non ſolum ſi eſt inſtitutus
in totum, ſed etiam ſi eſt inſtitutus in parte, vt d. §. quod vulgo
23 in verſic. ideoq; & ratio † eſt ſm Bart. ibi, quia dando teſtator
cohæredem filio, facit ipſum de neceſſario voluntarium, vt l.
apud Iulianum, §. idem Iulianus, inf. ad Trebell. & tradit Bart.
in l. ſi filius qui patri ſup. eo. vnde eſt ſibi commodum, vt dixi,
& per conſequens non eſt affectus iniuria. Sed iſta ratio Barto.
eſt dubia duplici reſpectu, primo, quia dubium eſt, an datio co-
hæredis faciat filium eſſe voluntarium, vt dixi in d. l. filius qui
patri. Secundo poſito ꝙ faciat, illud eſt verum in cohærede ex
traneo, non autem in cohęrede ſuo, vt eſt tex. in d. l. ſi filius qui
patri. Vnde ſi filius, qui eſt inſtitutus in primo gradu, & in ſecū
do exhæredatus, eſſet inſtitutus in minori parte, quam eſſet ha
biturus ab inteſtato, & alter filius eſſet in reliquo inſtitutus, qđ
non deberet valere ſecundus gradus, quia ceſſare videtur ratio
Bar. quod puto falſum, quia eſſet nimis reſtringere dictum §.
quod vulgo, niſi ſaluando dixeris, quod imò militat ratio Bar.
quia non infertur ſibi iniuria, quoniam aut filius etiam inſtitu-
tus in maiori parte adiuit, & tunc fruſtra tractaretur, an ſecun-
dus gradus eſſet nullus, cum ſubſtituti alia de cauſa ſunt exclu-
ſi, ſ. per aditionem inſtitutorū, vt l. poſt aditam C. eod. Aut fi-
lius non adiuit, & tunc alter filius inſtitutus in minori habebit
reliquum per ius accreſcendi, quod quidem iſto caſu non eſt
ſublatum per ſubſtitutionem vulgarem cum fuerit facta com
muniter ab omnibus ſm Bar. in l. quamuis, per illum tex. ſecun
dum vnum intellectum C. eo. & Bar. in 1. q. vltimę q. principa-
24 lis & ibi dixi in l. 1. ſup. eo. tamen † dominus Alex. in d. §. quod
vulgo. ſentit aliam rationem, quod ideo iſto caſu valet, quia cū
iſte filius ſit inſtitutus in ſua legitima, non poteſt conqueri. l.
Papinianus §. quoniam quarta ſup. de inoff. teſt. Vnde præteri-
tio facta in ſecundo gradu non eſt ſibi iniurioſa, vnde ſi ipſe nō
adiuit, imputetur ſibi, nam idem eſſet, ſi nō eſſet factus ſecun-
dus gradus, quia valeret teſtamentum per ſupradicta. Sed ad-
uerte, quia dicta ratio dom. Alex. nimis reſtringit dictum § ꝙ
vulgo. intelligo ipſum, qñ eſſet inſtitutus filius ſaltim in legiti-
ma, cum ille tex. loquatur ſimpliciter, nihilominus de neceſſi-
25 tate ita videtur dicendum, † qñ iure Digeſtorum ſi filius erat
inſtitutus in minori parte, quam ſit ſua legitima, habebat que-
relam de inoffic. teſt. l. Papinianus §. meminiſſe, & ibi expreſſe
Paul. de Caſt. ſ. de inoffi. teſt. & videtur probari in l. omnimo-
do. C. de inoffi. teſta. Vnde intentando querelam quemadmo-
dum rumperet primū gradum, ita etiam rumperet ſecūdum,
in quo fuit præteritus, ad ſimilitudinem poſthumi, nam & ſi
ſub conditione §. fi. ſup. de iniuſto teſt. & quia vř militare ratio
aſſignata in poſthumo, de qua in l. 3. §. fi. de liber. & poſthum.
& ſic ſubſtituti non poſſent ſuccedere, quod videtur eſſe con-
26 tra dictum §. quod vulgo. † Præterea nonne poſſet eſſe, ꝙ iſte fi
lius decederet querela adhuc non præparata? quo caſu non
tranſmittebatur etiam ad filios, vt in l. poſthumus §. fi. ſup. de
inoffic. teſt. & in l. ſi quis filium C. de inoff. teſt. quo caſu ſi ſe-
cundus gradus valeret, vtiq; filij iſtius filij præteriti nō poſſent
ſuccedere auo, & ſic eis fieret iniuria propter pręteritionē fa-
ctam de eorum patre ab auo. & per conſequens fieret iniuria
ipſi filio præterito, vt ar. d. l. 1. in fi. C. de his qui an. aper. tab. & l.
ſed ſi vnius §. ſi filio inſ. de iniur. Et ideo dictus §. quod vulgo.
in verſic. & ideo, dēt intelligi, quod ille filius in primo gradu
erat inſtitutus ad minus in legitima. Et ſic patet eſſe vera ratio
dom. Alex. Bene tñ fateor, ꝙ hodie procederet dictus §. quod
vulgo etiam quando filius eſſet inſtitutus in minori parte, quā
ſit ſua legitima, quia tunc non intentat querelam, ſed agit ad
ſupplementum, vt d. l. omnimodo, & ibi traditur. Vnde cum
conſequatur ſuam legitimam, non eſt in cōſideratione, quod
ſit in ſecundo gradu præteritus, quod nota, quia Doct. non ita
27 declarant dom. Alex. in dicto §. quod vulgo. limitat † prædicta,
inquantum ſup. eſt dictum, quod ſi filius eſt inſtitutus in pri-
mo gradu, & in cęteris ſequentibus pręteritus, quod cæteri va
lent, non obſtante pręteritione, iſtud procedit ſm eum, quan
do in eodem teſtamento & voluntate eſt factus primus gra-
dus & cęteri. Sed ſecus, ſi in diuerſo teſtamento, & voluntate,
vt l. ſi quis eum §. fi. iuncta glo. in verbo viuo ſecundū primam
expoſitionem poſitam, in princip. illius glo. ſup. eod. vbi eſt ca-
ſus, quod in primo teſtamento filius fuit inſtitutus in toto vel
in parte, & in ſecundo teſtamento fuit factus ſecundus gradus
abſque alia inſtitōne filii, certe non valet ille ſecundus gradus
factus in diuerſa voluntate, & ita videtur tenere Ioan. de Imol.
in d. §. fi. ſecundum dom. Alex. in d. §. quod vulgo, & ita videt
eſſe de mente Bald. prout referunt Imol. Alex. Aret. Iaſ. ac cę-
teri, & ratio vř eſſe ſecundum eum, quia vulgaris ſubſtitutio
dř pars teſtamenti paterni, vt Inſtit. de pupill. ſubſt. circa prin.
28 † Sed idem teſtm̄ debet fieri vno contextu, vt in l. hęredes pa-
lam §. fin. ſup. de teſtamen. l. hac conſultiſſima in prin. C. de te
29 ſtam. Sed inſtit. † in d. §. fin. dicit, quod iſtud dictum videtur ſi-
bi dubium, quia ſecundum eum non reperitur iure cautum,
quia ſubſtitutio vulgaris non poſſit fieri ex interuallo adhibi-
tis legitimis ſolemnitatibus, vnde dicit ipſe, quòd imò poteſt
fieri ex interuallo, quod probatur per ea, quę ipſe ibi dixit in gl.
ſuper verbo, alia hora &c. vbi ipſe tenuit, quod pupillaris poſ-
ſit fieri ex interuallo a teſtamento paterno, & tamen iſta pupil
pillaris comprehendit tacitam vulgarem, vt l. nam hoc iure ſ.
eo. & ſic tacita vulgaris dicitur iſto caſu facta ex interuallo, &
tñ eodem modo dicitur pars teſtamenti paterni ſicut expreſ-
ſa. vnde qua ratione tacita poteſt fieri ex interuallo, ergo eodē
30 modo expreſſa. † Nō obſtat ſm eum d. l. ſi quis eum, in fi. quia
ibi teſtator non intendebat ſolum facere ſubſtitutionem, ſed
aliud teſtm̄, vt aperte demonſtrat ille tex. Vnde ideo non valet
illud ſm teſtm̄, quia in eo filius fuit præteritus. Sed ſi intendiſ-
ſet ſm eum teſtator facere tātum vulgarem ſubſtitutionem,
vtiq; illa valuiſſet, licet in ea filius eſſet præteritus, ex quo fuit
inſtitutus in primo gradu, per dictum §. quod vulgo, & ſic ex-
preſſe Imol. tenet contra dictā limitationem, ſed Pau. de Caſt.
in d. §. fi. quem ibi ſequuntur communiter Doct. videtur re-
prehendere Imol. licet de eo non faciat mentionem, quia te-
ſtator faciendo ſubſtitutionem vulgarem ex interuallo, licet
non proteſtetur, qualiter intendit facere nouum teſtamentū,
31 tamen dicitur nouum teſtamentum, & reuocat primū. † Quia
quoties teſtator aliquid addit, vel detrahit, nouum eſt teſtamē
tum, vt l. hæredes palam §. ſi quid poſt ſup. de teſtam. & in l. tri
bunus §. fin. & in l. eius militis, §. fin. cum l. ſeq. inſ. de milit. teſt.
vbi dicit, quod qui diuerſis diebus diuerſa diſponit, dicitur di-
uerſa teſtari, & ſic iſta ſubſtitutio tanquam nouum teſtamen-
tum reuocat primum, & quia in iſto nouo teſtamento filius
fuit præteritus, ideo non valet, & non tollitur primum, vt ibi
dicitur. Et per prędicta ipſe decidit quęſtionem, de qua ibi per
eum, & ſequuntur communiter Doct. & ibi dixi. Non obſtat,
quod dixit Imol. de pupill. ſubſt. quia pupillaris ſubſtitutio nō
eſt ita proprie pars teſtamenti paterni, cum per eam filio ſuc-
cedatur, inſtit. de pupill. ſubſt. in princ. ſicut eſt vulgaris ſubſti-
tutio. Non obſtat, quod comprehēdit tacitam vulgarem, quia
dici poteſt, quod iſto caſu non comprehendat ſm Cuman. &
communiter Docto. in d. §. fin. vel poſito, quod iſto caſu com-
prehenderet tacitam vulgarem, adhuc non faceret pro Imol.
per ea quæ dixi ſup. in l. 2. Et ex his patet, quod limitatio dom.
Alex. eſt cōiter approbata, & expreſſe tenet illam Paul. de Caſ.
in d. §. fi. Tu autem aduerte vltra Docto. & primo an vulgaris
poſſit fieri ex interuallo, ego puto quod non, prout eſt etiam
communis opin. & dixi in d. §. final. & hoc eſt etiam de mente
dom. Alex. in d. §. quod vulgo. An autem limitatio dom. Alex.
32 ſit vera aduerte in primis, † quod tex. in d. §. fi. non videtur pro-
bare dictam limitationē ex duobus, & primo quia ille tex. non
aperit, quod ille filius in primo teſtamento eſſet inſtitutus, vn-
de poteſt intelligi, quod fuerit exhæredatus ſm dom. Alex. ibi,
quo caſu ſi in gradu ſubſtitutionis filius eſt præteritus, ēt quod
ſit factus in eodem teſtamento, non valeret, & nō procederet
dictus, §. quod vulgo, vt dixi ſup. Præterea dico, quod illa ver-
ba, ſi ſe viuo &c. non ſunt verba teſtatoris, ſed legis, prout latiſ-
ſime demonſtraui in l. 1. in 3. q. principali Bart. ſup. eod. quo ca-
ſu ibi non tractaretur de aliqua vulgari ſubſtitutione, & ſic nō
probaret dictam limitationem. Sed an iſta limitatio ſit vera,
mea quidem ſententia dependet a veritate illius articuli, an il-
la verba, ſi me viuo, inducant vt filius videatur tacite inſtitutus
in teſtamento, prout quidam tenuerunt in l. Gallus, in princip.
ſup. de libe. & poſthum. & dixi in d. tertia quęſtione principali
Bar. & tunc dicta limitatio non procederet, quoniam tunc fi-
lius dicitur inſtitutus in primo gradu etiam in illa ſecunda vo-
luntate, & ſic eſſemus proprie in caſu dicti §. quod vulgo. Si ve
ro teneremus opinionem Bar. in d. l. Gallus, vbi voluit, qđ per
illa verba filius videatur tacite vocatus ab inteſtato, & prælа-
tus ſubſtituto, & tunc iſta limitatio poteſt eſſe vera, quoniam
videtur eſſe eadem ratio, quæ eſt quando filius eſt expreſſe in
primo gradu inſtitutus, ſcilicet quia illa præteritio non eſt ſibi
iniurioſa. Sed quia in d. 3. quæſtione tenui in filio non procede
re dictam opin. Bar. Ideo iſto caſu non videtur vera dicta limi-
tatio. Et ſic vides, quod iſta limitatio licet ſit communis, non
videtur vera, cogita tamen. Sed quia glo. huius §. nihil habent,
& ex prædictis ſunt declaratę, ideo puto quod ſatis vtiliter &
ſubtiliter ſit expeditus ille §.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi, qui promiſit teſtatori extra teſtamentum, reſtituturum ſe hæreditatem incapaci, auferri hæreditatem tanquam indigno, & fiſco applicari.*

2 *Hæres accommodans fidem ſuam teſtatori de reſtituendo incapaci, an poſſit adire hæreditatem.*

3 *Hæres tacite fidem ſuam accommodans teſtatori de reſtituendo incapaci partem aliquam hæreditatis, an perdat duntaxat eam partem, in qua tacite fidem accommodauit. & nu. 6.*

Pęnam

IVlianus Longinus. Qui semel est hæres,
licet ei vt indigno auferatur hæreditas, vel ip-
so iure desinat esset hæres, admittitur ex substi
tutione pupillari facta per ista verba, quisquis
mihi hæres erit, & in tanta portione admit-
titur, in quanta fuit scriptus hæres in testamento patris. h. d.
secundũ Bar. Imo. Alex. & Ias. Sed sm Are. hic pinguius põt
summari hoc modo. Substitutus pupillariter per hæc verba,
quisquis mihi hæres erit sit filio meo hæres, si adiuit hæredi-
tatem patris, potest succedere ex pupillari, licet postea hæredi
tas paterna ei auferatur, vt indigno. Item si adiuit, & postea ip-
so iure desinat esse hæres, dũmodo eo tẽpore, quo defertur hę
reditas ex pupillari sit habilis ad succedendũ, hoc dicit. Et diui-
1 de istũ tex. in tres partes, vt hic per Ange. Are. † Præmitte pro
intelligentia sm d. Alex. hic, q̃ si testator instituit aliquẽ, & ei
extra testm̃ dixerit, quod vult, vt restituat hæreditatẽ incapaci
& ita iste hęres præstitit fidem obligando se de restituenda hæ
reditate tali incapaci, vt puta spurio, per suam scripturam pri-
uatam, vel alio modo, hoc postea inuento, aufertur sibi ista hę
reditas, vel pars, quam erat rogatus restituere, & fisco applica-
tur, ar. l. non intelligitur inf. de iure fisci. & per Bartol. in l. fina.
J. de his quibus, vt indi. qui explicat, quatenus hoc verũ sit, aut
2 procedat, tacite enim relinqui posse constat incapaci. † Nota
primo ex isto textu secundum Imol. Alexand. & Ias. quod ac-
commodans fidem testatoris de restituendo incapaci, potest
adire hæreditatem. Et ratio est secundum eos, quia istud non
est vitium in testamento, sed extrinsecus veniens. Sed tu ad-
uerte, quia istud esset verum, quando hæres extra testamentũ
tacite testatori fidem accommodauerit. Sed quid in ipso testa-
mento palam testator disposuit, quod hæres restituat incapa-
ci, certe isto casu videtur esse vitium testamenti, & per conse-
quens videtur quod hęres non possit adire attenta supradicta
ratione, & tamen hoc est falsum, quia hæres potest adire, qui-
nimo isto casu fiscus non poterit ab eo auferre, immo rema-
net apud hæredem rogatum, & ratio est, quia non dicitur ali-
quod delictum commisisse l. in fraudẽ in fine inf. de his quib.
vt indi. ita tenet Bartol. in l. fina. in 2. colu. in versicul. quęro, &
reuoco in dubium infra de his quib. vt indig. Nec obstat quod
dicatur esse vitium testamenti, quia hoc non est verum, vt est
textus apertus in l. non intelligitur §. si quis palam infra de iu-
re fisci. vbi dicit, quod valet, quę vtiliter in testamento data
sunt, & sic multo magis textus noster procederet, quando pa-
lam incapaci testator reliquerit. Ratio huius ex vulgatissima
iuris ciuilis regula afferri potest, expressa nocent, non expres-
sa non nocent. Hæc multis iuris articulis comprobatur. Sed
& eam varijs modis restringi Philippus Decius recte anima-
3 duertit. Tu eum consule. † Secundo nota, quod accommo-
dans tacitam fidem, solum perdit illam partem, in qua taci-
tam fidem accommodauit, ita probat iste tex. ibi, satis punitus
est &c. Et ratio est secundum Moder. Papienses hic, quia non
4 debet quis puniri nisi in ea parte, in qua deliquit. † quia pęna
non debet egredi metas delicti. vt l. rescriptum in princip. &
in l. Paulus, & in l. beneficio. infra ad legem Falcid. & hinc est
quod non priuatur commodo pupillaris substitutionis, quia
in ea nil deliquit, & facit tex. & ibi Bartol. in l. quidam in iure
§. fina. infra de dona. & per illum textum determinat Rapha.
Cuma. ibi, quod emphyteuta, qui alienat partem rei emphy-
teuticæ, solum priuatur illa parte, non tota illa emphyteusi.
Et prędicta faciunt ad quæstionem secundum Bald. & Imol.
5 hic, † quod si hęres omisit vnam rem hæreditariam ponere in
inuentario, solũ puniri debet in illa re, & nõ in tota hęreditate
& ita tenet Cyn. in auth. sed cũ testator C. ad legẽ Falc. & Bal.
in penul. colum. in versi. quid ergo si non seruat protestatio-
6 nem &c. & per alias de quibus per Alexand. hic. † Et prędicta
secundum domi. Alexand. faciunt contra id, quod voluit Bal.
in l. etiam in penul. quæstio. C. ad legem Falcid. vbi voluit, q̃d
si hæres accommodat fidem de restituendo vnum denarium
incapaci, quod tanquam indignus non solum priuatur illo de-
nario, sed etiam tota hęreditate, per illum tex. Sed istud vide-
tur contra istum textum, & contra l. hæres qui tacitam inf. de
his qui. vt indi. Non obstat dicta l. etiam, quia secundum Alex.
hic debet intelligi ille textus, quãdo hæres erat rogatus resti-
tuere hæreditatem incapaci, & ita tacitam accomodauit fidẽ,
& sic loquitur in fideicommisso vniuersali, sed secus esset in
fideicommisso particulari, vt hic, & dicta l. hęres qui tacitam.
Sed aduerte, quia licet isti Moderni ita teneant contra Bald.
7 tamen pro ipso Bald. facere † videtur, quod voluit Bartol. in
l. rescriptum infra de his quib. vt indi. vbi vult, quod si hęres
omisit dolose ponere vnam rem in inuentario, quod non so-
lum priuatur commodo legis Falcidiæ in illa re, sed etiam in
tota hęreditate, per tex. in §. scimus in authenti. de hæredi. &
Falcid. colla. 1. & ita tenet ibi Iacob. de Bel. & Dyn. in dicta l.
rescriptum, & videtur esse de mente Bald. in dicta authen. sed
cum testator in 6. colum. in versic. quęro quid si hęres subtra-
bat vnam rem &c. & etiam sequitur Ange. Are. hic licet Cyn.
in dicta authenti. sed cum testator dixerit oppositum, & male
secundũ Bar. in dicta l. rescriptum, & dicta l. hęres qui tacitam
quia sunt correcta per dictũ §. scimus, ita in casu nostro, nam
si hęres accommodat fidem in vno denario, negari nõ potest,
quin committat dolum & fraudem. Vnde quemadmodum
quando hæres dolose omittit vnam rem ponere in inuentario
perdit beneficium in tota hęreditate, ita etiam in casu Bald.
in dicta l. etiam. Non obstat textus noster, quia videtur dicen-
dum, quod sit correctus per dictum §. scimus, & sic videtur
quod opinio Bald. in dicta l. etiam sit verior. Sed circa id,
8 † quod dicunt Bald. & Imol. hic, quod si hęres omittit puni-
re vnam rem in inuentario, quod non priuatur nisi illa re.
Nam istud est verum, si incaute ex ignorantia omisit, non si
doloso & fraudulenter animo subtrahendi omisisset, ita vide-
tur esse de mente Baldi in dicta authenti. sed cum testator in
6. colum. verticu. quæro quid si hęres subtrabat vnam rem &c.
Non obstat, quod dicit Bald. in dicta authent. sed cum testator
in 6. columna. in versicul. quęro quid si hæres non seruat pro-
testationu &c. quia Bald. loquitur, quando dolus superuenit
ex post facto confecto inuentario, sed secus est, si ab initio su-
9 peruenisset dolus, & ratio differentię est secundũ eum † quia
dolus superueniens non deberet tractare quę legitimę facta
sunt argumen. l. quid ergo in princ. sup. de his qui not. infa. Sed
tu considera, quod adhuc opin. Bald. in dicta l. etiam sit dubia,
& contra textum nostrum, & dicere, prout videtur esse de mẽ
te Bartol. in dicta l. rescriptum, quod iste textus sit correctus,
videtur dubium, quia attenta ista solutione sequeretur, quod
si aliquis institutus tacitam fidem accommodaret de resti-
tuendo incapaci, & fuisset pupillariter substitutus, quod de-
beret priuari hęreditate pupilli, quod non credo verum. Et
ideo saluando Baldum, in dicta l. etiam potest dici, quod iste
textus hodie sit correctus in hoc, scilicet quoad hæreditatem
10 ipsius testatoris, non quoad hæreditatem pupilli, † exempli
gratia. Aliquis fuit institutus in dimidia vel tota hęreditate
paterna, & rogatus fuit, vt partem illius hęreditatis paternæ
non capaci restitueret, & ita tacitam fidem accommodauit,

& istemet fuit pupillo pupillariter substitutus, & in hæreditate pupilli nullam tacitam fidem accommodauit. Certe licet textus hic videatur velle, quod solum priueturilla parte, in qua fidem accommodauit, tamen hodie priuatur tota scilicet hæreditate paterna, & non pupilli. Et ratio potest esse duplex, prima fauore pupilli, qui in nulla culpa fuit, ne decedat intestatus. Secunda ratio est, quia testamentum patris & filij quo ad effectum dicuntur esse duo testamenta l. patris & filij supr. eodem & maxime quando est fauor pupilli, vt diuersum testamentum a paterno censeatur, vt l. Papinianus §. sed nec impuberis sup. de inoffi. testamen. vnde non mirum si esse accommodata tacita fides in vno testamento, non debet extendi ad aliud. Item hæreditas patris & hæredis pupilli dicuntur duæ diuersę hæreditates § igitur insti. de pupil. substit. vnde non mirum si fides præstita in vna hæreditate non extenditur ad aliam hæreditatem. Quinimò dico, quod si iste institutus & pupillo substitutus accommodasset tacitam fidem de restituenda hæreditate pupilli ei, qui patri non posset succedere, dico, quod non aufertur ei talis hæreditas pupilli, quoniam licet ille, cui erat restituenda, prohibeatur succedere patri, nō tamen prohibetur succedere pupillo l. si is qui. sup. & ibi dixi supra eodem, & aliquid

21 dicam in l. Lucius infra eodem. † Tertio nota secundum Angelum Aretinum, & Iaf. ac cęteros Doctores, quod ille, cui hęreditas, vel pars aufertur tanquam indigno, non desinit esse hęres. ita probat iste textus ibi, nec desinet esse hæres. immo non impeditur adire etiam partem, in qua est effectus indignus. Et hinc est, quod si fiscus noluisset ab eo auferre, quod remaneret hæres & cū effectu, & ratio est, quia nullus alius potest opponere indignitatē indigno nisi solus fiscus, vt l. his consequenter §. primo sup. famil. herciscun. & sic isto casu iste institutus maneret hæres ipso iure & cum effectu, vt est glo. in simili in l. ea quæ infra de regul. iur. facit tex. in l. si seruus plurium. §. si

22 quis autem, & Modern. notant infra de leg. 1. † Et è contra si hęres scriptus nollet adire, sed repudiare, vt excluderet fiscū, & hæreditas iret ad substitutum aut ad venientes ab intestato, nihilominus aufert fiscus, cui hęres repudiādo non potuit prędiudicare secundum Bartol. in l. si sequens. §. primo. per illum textum inf. ad Syllani. & Bald. in l. eam quam. in 6 column. C. de fideicommis. † Et hinc est, quod fiscus præfertur substi-

23 tuto, non solum venientibus ab intestato sed etiam ex testamento vt per Bartol. & ibi dixi in l. 1. in vltima quęstione primi effectus supra eodem secundum Iaf. ac Angel. Aretin. hic.

24 Quarto nota, † quod ille, cui aufertur hæreditas vt ab indigno, licet ei auferatur commodum hereditatis non tamen sibi aufertur nomen hæredis, nec id, quod est sequela eius, secundū Imol. hic. † Et ex hoc infertur secundum eundem & alios Mo-

25 dern. hic, quod fiscus non est proprie hęres, licet teneat locum hęredis quoad legata & creditores, vt l. secunda. C. ad legem Iul. de crimine pecula. & hoc tenet Iacob. de Arena in l. si constante §. fina. prout eum ibi refert Bartol. supra solu. matrimo. Et ideo potest dici secundum Imolam hic, quod fiscus sit effectu hæres, & nomine remanet ille indignus, & hinc est, quod fiscus tenetur creditoribus & legatarijs, vt l. cum fisco infra ad Syll. & l. recusare. § si fisco infra ad Trebellianum, & l. si filius sup. quod cum eo, & hinc est, quod iussus implere cōditionem in personam hęredis debet adimplere in personā indigni, non autem in personam fisci secundum Bart in l. qui hęredi. §. sed cum hęreditas. per illum textum inf. de condit. & demonstra. & Areti. & Ias. hic. Et istud secundum Aretinum hic posset induci ad quæstionem de statuto facientē mētionem de hærede. Sed aduerte secundum Dominum Alexand. hic, quod licet prædicta sint vera, tamen non videntur sufficienter probari hic, quia licet textus hic dicat, quod admittitur ex substitutione, non tamen sequitur, quod durauerit hæres, cum sufficiat semel ipsum fuisse hæredem, vt l. in substitutione supra eodem, & l. si quis hæredem C. de instit. tutio. & substitu. Sed certe dominus Alexan. grauissimo errore labitur, quia textus hic expresse dicit, quod non desinit esse hæres, vt patet ibi, nec desinet esse hæres, & patet ibi, quia immo &c. Vnde teneas, quod textus bene probat, quod indignus, cui a fisco aufertur hæreditas, non desinit esse hæres. Sed adhuc vltra Doct. subtilius considerando dici potest, quod immo iste textus nō vrgenter probat, quod non desinat esse hæres, quia non fuit a fisco occupata tota hæreditas, sed tantum pars, vnde remanet hæres in alia parte. & sic vt dicit dominus Alexand. non vrgenter probat, licet ratio sua non sit vera, vt ex prædictis patet. Quinto nota in verbo, admissus, quod hic textus videtur probare, quod nulla erat dubitatio, an posset admitti ex substitutione pupillari, sed dubium erat pro qua patet hic in vers. vtrum pro ea parte &c.

26 Sed quæro, † quomodo erat ista dubitatio, quoniam clarum est, quod non poterat admitti nisi in totū ad hæreditatem pupilli, ne eueniret, quod pupillus decederet pro parte intestatus & pro parte non, vt l. sed si plures. §. ad substitutos supra eod. Sed dicas, quod iste textus debet intelligi, quod iste indignus habebat cohęredem ita videtur esse de mente glos. hic in verbo, partem qui fortasse fuerat etiam substitutus popillo. Vnde satis poterat cadere dubitatio, de qua in dicto verbo, vtrum quia non poterat euenire, quod pupillus decedat pro parte testatus propter alium cohæredem & iste est verus sensus illius text. & quod debeat intelligi, quod esset in testamento patris datus etiam cohæredes patet in ver. quinimo vbi vult, quod si iste institutus & substitutus patri desineret esse hęres, nihilominus valet pupillaris substitutio, & tamē non valeret, nisi fuisset datus cohęres, qui adiuisset, & extitisset hęres ita vt eius aditione fuissent confirmatę tabulæ pupillares, vt traditur per Doct. in l. si filius qui patri, & ibi dixi supra eodem, & plenius dixi in l. prima. in 3. quæstio. vltimę quæstionis princip. supra eodem. Potest tamen intelligi iste tex. quod ille cohęres datus huic indigno, & illi, qui desinit esse hæres per superuenientē seruitutem, esset ipsemet pupillus, cui facta fuit pupillaris substitutio. Nam non apparet hic in tex. quod fuerit facta pupillo exhære-

27 dato. † Sexto nota secundum Imol. & Iaf. hic, quod pupillaris substitutio facta per ista verba, quisquis mihi hæres erit &c. admittit ad substitutionem eum, qui priuatus est hæreditate paterna vt indignus, vel ipso iure per seruitutē desinit esse hæres, & ratio est secundum eos quia sufficit, quod semel extiterit hæres, licet non durauerit, vt l. in substitutione supr. eodem, & traditur per Bartolum in hac l. supra in princip. & ibi dixi.

28 † Septimo nota, quod exclusus a testamento patris non censetur exclusus a pupillari substitutione, & non obstat l. is qui contra supra eodem, quia illud est ex eo, quia delictum fuit commissum circa testamentum paternum, quod respicit vtramq; hæreditatem, vt in §. igitur insti. de pupilla. substit. hic vero delictum non est commissum circa testamentum, sed circa hæreditatem paternam, quæ non respicit hæreditatem pupilli, secundum Bartol. hic. De hoc tamen dic vt latius dixi supra in

29 §. præcedenti. † Octauo nota secundum Modernos hic, quod ius pupillaris substitutionis non venit in confiscatione bonorum, & ratio est duplex secundum Papienses hic post Imol.

30 † Prima, quia iura futura non veniunt in confiscatione, text. in l. eius qui §. primo. supra de testamen. & in l. si tibi mandauero. §. si tibi ff. manda. & glos. in l. non ad ea infra de condit. & demonstra. & no. per Cyn. & Bald. & hic, & in l. secunda. C. de bon. proscript. Secunda ratio est, quia confiscatio non respicit bona pupilli, sed tantum bona patris. in quibus indignus ac-

31 commodauit fidem. † Nono not. ibi, & si desineret esse hæres, quod licet ex dispositione hominis non possit fieri, vt ille qui semel est hæres, desinat esse hæres, vt l. et qui soluendo supra tit. l. primo, & in l. si sine §. sed quod Papinianus. supra de minori. tamen ex dispositione legis ciuilis bene potest fieri, vt qui semel fuit hæres, desinat esse hæres, vt l. miles ita. in princ. infra de milit. testamen. & in l. Centurio. vbi dixi supra eodem & latius dixi in l. prima. in tertia quæst. vltimæ quæstionis princip. supra eodem, & istud facit secundum Aretin. hic pro eo, quod dixit Bartol. reprehendendo Raynerium in l. si infra ad Tertullia. in illa ardua quæstione de statuto excludente fœminas quoad vixerit filius masculus, de qua per Alexand. & Aretin. in l. si quis posthumos §. si quis filium supra de liber. & po-

32 sthum. † Decimo not. quod si aliquis adiuit hæreditatem, deinde efficiatur seruus, quod ipso iure desinit esse hæres etiam nomine, & illud ius in totum transfert in dominum suum secundum Angelum Aretinum, hic qui allegat textum in l. si pater supra titu. primo. Et ex hoc patet secundum eum, quod si seruus adijt ab initio, nudum nomen hæredis non remanet pęnes eum, quia si remaneret pœnes eum, fortius deberet remanere, quando aliquis ab initio & nomine & effectu est hæres, argumen. l. patre furioso supra de his qui sunt sui vel alieni iuris. Et sic secundum eum iste text. decidit longam quæstionem de qua per Docto. in l. cum filio. ff. de legat. primo, & istum textum ipse allegauit in dicta l. cum filio. Sed tu considera vltra Doctores, quod iste text. non videtur aliquo modo probare, quod per superuenientem seruitutem quis desinat esse hæres etiam nomine, licet omnes Doctores ita velint. Nam iste tex. in versic quinimò debet intelligi, quod desineret esse hæres scilicet cum effectu, non tamē quod desinat esse hæres nomine, & si tu diceres, ita intelligēdo istum textum, iste casus non esset diuersus a præcedēte, dum loquitur de indigno. Nā indignus tantū effectu desinit esse hęres, & non nomine, & sic esset superfluus, quod videtur contra mētem istius textus. Sed ad hoc potest faciliter respōderi, quod imò non sit superfluus, quia in primo casu loquitur, quando non in totū in eo, in quo erat institutus, desinit esse hæres effectu, sed tantū in parte. Nā ille indignus desinit effectu pro parte tantum hæres, quia solū in parte accommodauit tacitam fidem, prout dixi sup. in quarto notabili. Sed in hoc secundo casu loquitur, quando in totum desinit esse hæres effectu, & vt dixi sup. in quinto notabili nulla erat dubitatio, quin indignus admitteretur ad pupillarem substitutionem, sed solum erat dubitatio, pro qua parte, & tamen determinatur, quod admittatur respectu totius partis, in qua fuit institutus, licet pro parte desierit effectu esse hæres

se heres. Ita etiam quando in totum desinit effectu esse heres admittitur in totum ad pupillarem substitutionem, & ratio decisionis, quia quæ ratio est in parte, eadem est in toto, vt argu. l. quę de tota. sup. de rei vendi. & sic iste tex. non probat id, 23 ad qđ alleg. Are. hic, & in d. l. cum filio.† Vndecimo nō ibi. Et postea libertate donatus, quod si institutus sit effectus seruus &, postea efficiatur liber, qđ admittitur ex pupillari substõne. Et sic a contrario sensu videtur innuere, quod si adhuc remanet seruus, qđ non possit admitti ex pupillari substõne, & nõ videtur esse, quia seruus videtur mortuo similis. l. seruitutem, & l. qđ attinet ff. de regul. iur. & l. intercidit. ff. de condi. & demonstr. & videtur esse de mente omnium hic. Sed aduerte, quia illud videtur ꝯ. l. si paterfamilias. sup. tit. 1. & ꝯ. §. si. institu. de vulga. substi. vbi si sint aliqui instituti, qui sint liber, licet efficiatur seruus, tñ iussu domini sui poterit adire, & istud videtur esse expresse de mẽte Bar. in l. si rogatus. in prima oppo. ff. de reb. dub. & videtur esse de mente Doctorum in l. cum filio inf. de lega. 1. & in l. qui liberis §. hęc verba. sup. eo. vbi dixi. non obstat iste text. quia debet intelligi in eo, qui est effectus seruus pęnę, vel puta quia sit damnatus in metallum, vt in l. si in metallum. ff. de his quæ pro non script. haben. Et ita vr̃ esse de mente Senensium in d. l. si cognatis. in tertia col. in quarta cõclu. & istud puto verius, scilicet qđ si in terminis huius tex. iste institutus & substitutus durasset in seruitute vsque ad tẽpus, quo defertur hæreditas pupilli ex pupillari substitutione, qđ poterit admitti & iussu domini adire, per dicta in dicto §. hæc verba, tamen solutio data ad text. nostrum videtur dubia, per l. intercidit. ff. de condi. & demonstrationib. vbi si legatarius pendente cõditione legati sibi facti fuerit effectus seruus pęnę, deinde fuerit restitutus, & postea existat conditio, non admittitur ad legatum, ita in casu nostro non deberet admitti ad hæreditatem pupilli ex pupillari substitutione. Sed respondeo, qa ideo est, quia fuit restitutus etiã quo ad bona, id est vt possit in futurũ acquirere, arg. l. tutor C. de senten. pal. & istud videtur probari hic ibi, cui permissum est & supple tu scilicet a principe ipsum restituęte. Vel potest dici, quod iste tex. in veritate non dicit, quod si remaneret seruus, quod nõ veniret ad pupillarem substitutionem ad vtilitatem domini sui, sed bene non veniret ad vtilitatem suam, quia cum sit seruus, non posset sibi quærere, & sic posset intelligi in seruo priuati, & non in seruo pęnę, prout videtur intelligere Bar. in d. l. intercidit. & in d. l. si cognatis, & in l. 1. §. fi. ff. de contratab. & in l. 1. §. si quis ex liberis, vbi latius loquitur inf. ad Tertul. Et ex prędictis concludo, qđ in terminis huius. §. iste institutus & substitutus licet fuerit seruus tempore, quo defertur hæreditas pupilli, nihilominus poterit admitti, licet non ad sui commodum, sed domini sui. Et ex isto tex. qui vult, quod ille, qui exiuit de seruitute, admittatur ad pupillarem substitutionem. Inferunt hic Bald. & Ange. quod si in terminis huius tex. post aditam hæreditatem patris institutus & substitutus fuisset ingressus religionẽ fratrum minorum mendicatium, deinde ex indulgentia Papæ sit promotus ad episcopatũ, uel sit effectus abbas alicuius monasterij, quod sibi quęrere potest, quod isto casu poterit admitti ad pupillarem substitutionem. Ioan. de Imol. hic reprehendit Bal. & Ang. ex doctrina Bar. in l. si cognatis. in prima oppo. ff. de rebus dubi. & in l. 1. §. si mortis. inf. ad Tertu. in quibus locis concludit Bart quod in successione ex testamento & sic secũdũ uolũtatem defuncti aliquis sit effectus seruus, & sic omnino incapax, quod licet postea restituatur, & sic recuperet libertatem nihilominus non potest admitti, per l. intercidit ff. de condi. & demonstra. Sed secundum Imol. si aliquis ingreditur religionem mendicatium efficitur omnino incapax, ergo nõ debet admitti licet promoueatur ad episcopatum, tanquam æquiparetur seruo pęnę, per dictam l. intercidit. Confirmatur istud dictum Imol. quia fratres minores dicuntur magis incapaces, quam sint serui pęnę, pater quia seruis pęnę possunt relinqui alimenta, vt in l. si in metallum infra de his quæ pro non scriptis habentur, & in l. seruos infra de alimentis & cibarijs legatis. Sed fratribus mendicantibus non possunt relinqui alimenta, immo de eleemosyna debent viuere, vt in clementi. exiui de Paradiso. de verb. significatione, & tenent hoc Aretin. Papien. hic dominus Alexand. hic tenet opinionem Bal. & Ang. contra Imo. quia secundum eum Imo. non probat quod isti fratres mendicantes æquiparantur seruis pęnę, cum non sint effecti incapaces ex delicto, sicut serui pęnę, subdit tamen dominus Alexand. quod forte Imol. potest saluari quia tex. noster loquitur quando erat effectus hæres, qui capere poterat domino suo ex quo erat effectus seruus priuati, sed frater mendicantium per se est incapax. Item etiam non potest capere religioni suæ, cum sit incapax, & non possit habere aliquid in communi, & ita est in seruo pęnę, nam ipse per se est incapax. Item etiam non potest capere domino suo, vt dicta l. in metallum. Tamen adhuc non placet ista saluatio domino Alexand. quia licet esset seruus hominis, tamen non poterat admitti ad pupillarem substitutionem etiam quo ad acquirendum domino, vt l. qui liberis. §. hæc verba sup. eod. Sed in hoc profecto male loquitur dominus Alexand. quia immo seruus priuati potuisset admitti ad pupillarem substitutionẽ ad effectum vt acquirat domino suo, vt probatur in l. cum filio in fine, a cõtrario sensu. sup. eo. & ibi volunt omnes, & ibi dixi Nec obstat dictus. §. hæc verba quia illud est verum, si seruus interim efficiatur liber, vt dicta l. cum filio. Nam dominus nõ potest admitti ex persona sua, & dixi supra. Sed Areti. hic alio fundamento reprobat Imol. quia licet respectu status præsentis frater minor sit magis incapax, quam seruus pœnę, quia ei non potest relinqui alimenta, sicut seruo pene vt supra dixi, tamen quia remanet liber & non est seruus, secundum Baldum in authen. ingressi circa princip. C. de sacrosan. eccle. deberet admitti & sequitur Petrus de Anchara. in dicta clementi. exiui de paradiso in vlti. colum. Quinimo dico vltra Doctores hic quod nedum iste frater minor dicatur seruus. Sed nec dicitur capite diminutus secundum Baldum in dicta l. Deo nobis. C. de episcop. & cleric. ergo magis æquiparatur deportato, quam seruo pęnę, sed deportatus & restitutus ad mittitur ad legata, vt dicta l. interdicit ergo idem erit in fratre mẽdicante promoto ad episcopatum, & ita æquiparat deportato. Barto. in l. cum pater. §. hæreditatem infra de legat. 2. Et ita ex his patet in fratre mendicante opin. Bald. & Ange. esse magis cõmunem contra Imol. Sed secundum Papienses pro opinio. Imol. facit glos. in verbo mendicantium in cap. quorundam. de elect. in 6. Vbi vult, quod si frater minor eligatur in episcopũ, vel archiepiscopum non potest acquirere aliter quam prius posset, & ratio est quia licet sit in episcopatũ electus, & tamen est de ordine mendicantium & ita notat gloss. fina. in capi. penul. extra de vita, & honesta cleric. & not. Petrus de Anchara. in dicto cap. quorundam in fine & pro hoc facit quod vult Bal. in l. curiales per illũ textum. C. de decurio. lib. 9. vbi dixit quod licet frater minor eligatur in episcopum, tamen dicitur de ordine mendicantiũ. Sed aduerte quod idem Bald. in c. constitutus extra de appella. reprehendit glo. in dicto. c. quorundam & dicit quod licet frater minor electus in episcopum retineat habitũ suę professionis, tamen potest acquirere sibi propria & ratio est secundum eum quia episcopalis dignitas liberat eum & istam opin. Bal. & Ange. contra Imol. puto veriorem quãdo frater minor fuit liberatus ab ordine mendicantium ex indulgentia Pontificis & ita ipsi videntur proprie formare quæstionẽ & ita dicit Bar. in tractatu suo minoricarum in vltima parte pen. q. Vbi formaliter dicicit quod si frater minor est liberatus ab ordine mendicantium ex indulgentia Papę & electus ad episcopatum quod poterit succedere patri & agnatis suis ab intestato eo quia censetur constitutus in statu in quo erat ante ingressum religionis per textum in cap. statutum. 19. q. prima. & per textum in l. prima. §. si filius ad Tertulia. infra sed si propter delictũ suum frater exiuit ordinem mendicantium, tunc puto veriorem opin. Imol. per nota. per Bartol. in dicto tractatu minor, in dicta penul. q. vbi vult quod si frater minor propter suũ delictũ exierit ordinem mendicantium quod isto casu non poterit succedere patri ab intestato bene facit text. in dicto. §. quod autem institu. de cap. diminu. & insti. de serui. cogna. §. primo in quibus iuribus dicitur quod ille qui efficitur seruus voluntarie, quia in hoc deliquit non meretur manumissus beneficium succedendi, eadem ergo ratione vult Bartol. quod ille propter cuius delictum inducitur vt de penitus incapaci efficiatur capax similiter non mereat beneficiũ successionis & est magna limitatio ad. l. prima. §. fi. ff. de bono. possessione cõtratab. las & ad l. primã. §. qui. mortis inf. ad Tertulia. & sequit Pet. de Ancha. in d. men. exiui de Paradiso & ita dicit Bartol. in dicto tractatu minor ad ad cuius postulationẽ respondit Reuerẽdus pater Franciscus de Assisio & Abbas montis regalis & pro hoc facit quod vult Bal. in capi. in præsentia in 6. colum. extra de probationib. vbi vult quod si ingrediens monasterium fecerit professionẽ & facta professione apostatauerit quod substitutio non reassumit effectum per textum. in cap. primo. de apostatis secus si nõ fuisset professus per capitulum primum de eo qui arma pu. bene facit quod voluit Ludouicus de Rom. in consilio. 148. incipiente, in casu proposito &c. Vbi tenet quod si aliquis sit ingressus ordinem fratrum minorum vel mendicantium, & ibi fecerit professionem & postea abiecto habitu redient ad sæculum non potest succedere patri nec etiam ipsum monasterium, per dictam clementi. exiui de Paradiso. Et ad istam quæstionem vide Nicolaum de Vbald. in tractatu seccessi. ab intesta. in prima columna, & Mathesil in tractatu successio. ab intesta. in secunda columna, & Zabarel. in consilio 102. in secunda columna, & Federicum de Senis, in consilio 26. incipiente, casus talis est. Sed circa prædicta quærit hic Ang. Aretinus, & acutissime, vtrum frater minor promotus ad prælaturam vel ecclesiam quæ potest habere proprium auferat hæreditatem iam delatam venient bus ab intestato tem pore quo erat frater minor.

minor. Bal. in l. Deo nobis. C. de episc. & cleric. distinguit quod
aut hęreditas erat iam agnita per venientes ab intestato, & tūc
24 non aufert, † quia beneficium principis non tollit ius quæsitū
tertio, nec retrotrahitur quo ad hoc, vt in cap. quamuis de re-
scriptis libro 6. & in l. Gallus §. quid si tantum ff. de liber. & po-
sthum. Et ita tenet Bartol. in d. tract. minor. in vlt. parte, & Bar.
in l. 1. §. filius in fin. l. ad Tertull. Sed si hæreditas nondum est
adita, licet sit delata, & tunc frater pro mortuus aufert. Ita etiā
dicit Bald. in Auth. ingressi in vlt. quęstio. C. de sacrosan. eccle.
sequendo Federic. de Senis, qui ita consuluit. † Sed ista opinio
25 videtur dubia, per ea, quæ dicit Aretin. in l. Gallus, §. & quid si
tantum ff. de liber. & posthum. post Ioann. Andr. in addi. Spe-
cul. in q. de legitimato post mortem patris, & ibi communiter
scribentes, vbi ipse tenuit, quod in dubio princeps non videtur
velle præiudicare consanguineis, quibus erat delata hæreditas,
quinimò ipse tenuit, quod princeps non poterit sine causa prę
iudicare huic iuri adeundi delato consanguineis, vt ibi per eū.
Sed Aretin. hic dicit, quod hoc videtur contra text. in l. prima.
§. filius qui mortis ff. ad Tertullia. vbi secundum eum est casus,
quod si filius tempore mortis matris erat ciuis Romanus & li
ber, & postea efficiatur seruus pęne, deinde restituitur a princi-
pe, potest succedere matri, & tamen manifestum est secundū
eum, quod tempore restitutionis ius succedendi erat delatum
consanguineis ipsius matris. Nisi secundum eum dicamus, qđ
mater ibi nullos habebat consanguineos, licet sit destruere il-
lum textum. Tamen adhuc istud non est tutum, quia tunc hę
reditas tanquam vacans esset delata fisco, vt l. prima. C. de bon.
vacan. lib. 10. & sic ibi omnino præiudicaret iuri delato alteri,
& sic est ibi casus, quod princeps potest auferre ius adeundi de
latum alteri, & in dubio restituēdo seruum pæne hoc videtur
velle, quod facit pro Bald. in dicta authenti. ingressi, & contra
Aretin. in dicto §. & quid si tantum. Sed tu aduerte, quia mihi
videtur verior opin. Aretin. in dicto §. & quid si tantum, nec di
ctus §. filius, quicquam facit. Nam ille textus non dicit, quod
non defertur hæreditas consanguineis, sed bene dicit, quod
non defertur filio redacto in seruitutē, et si postea fiat liber, ni-
si filius sit effectus seruus pæne, & postea sit restitutus, tūc post
restitutionem ei defertur. Cogita tamen super dicto textu, &
de hac quæstione dic vt habetur in dicto §. & quid si tantum.
26 vbi est propria materia. † Et per prædicta infert etiā hic Ang.
quod si aliquis effectus seruus pænę & postea esset restitutus,
quod admitteretur ad substitutionem pupillarē, sicut seruus
priuati postea effectus liber per istum textum. Non obstat di-
cta l. intercidit, quia secundum Angel. debet intelligi in indul-
gētia principis, non autem in restitutione, quæ continet plus,
quam indulgētia, vt l. prima & secunda C. de sent. pas. Sed Ioa.
de Imol. hic reprehendit Angel. sequendo Bartol. in l. prima.
in fine. infra de contratabul. & in l. si cognatis. in prima colum
na inf. de reb. dub. & in l. prima §. filius infra ad Tertull. vbi vol
uit, quod in his, quæ acquiruntur ex dispositione hominis in
vltima volūtate, est differētia inter seruum priuati & seruum
pęnę, quia seruus priuati non est omnino incapax, quia potest
acquirere domino suo, vt in l. si paterfamilias sup. titul. primo,
& ideo si manumittitur, poterit per se venire, vt hic. Sed ser-
uus pænę est omnino incapax tam pro se quam pro alio, vt l. si
in metallum infra de his quæ pro nō scriptis habētur. Et ideo
tanquam mortuus omnino, licet restituatur, non admittitur,
quia videtur alius homo, vt dicta l. intercidit. Nec est bona in-
telligētia Ang. ad illum tex. dicētis. quod loquitur de indulgē-
tia non autem de restitutione, quia secundum Imo. & Aretin.
hic est diuinare, immo tu dicas vltra ipsas, quod ille textus ex-
presse videtur loqui de restitutione, vt patet in ver. restitui &c.
& illud puto verum. In glos. partem &c. an autem ista glo. be-
ne dicat, dixi in l. si is qui supra eodem, & dicam etiam in l. Lu-
cius infra eodem. In glo. eius, scilicet instituti, ista glos. non vi-
detur bene exponere istum textum, immo debet exponi, eius
scilicet cohæredis in pupillari substitutione. Nam prout dixi
super text. oportet intelligere istum textum, quod in pupillari
substitutione vltra ipsum institutū erat alius substitutus, alias
frustra quæreretur ad quam partem iste institutus admittere-
tur ex pupillari substitutione, cum absque dubio admittere-
tur in totū, ne ipse pupillus decedat pro parte intestatus l. sed
si plures §. ad substitutos sup. eodem, vnde si iste institutus, &
substitutus admittitur solum pro ea parte, quam accepit cum
effectu, tunc augetur portio consubstituti, cum si iste institu-
tus & substitutus admitterēt pro ea parte, in qua erat scriptus
in testamento patris, minor esset portio consubstituti, vt patet
glos. hic in verbo, patet, & sic expositio glos. non videtur vera.
Nisi saluando ipsam dicas, quod tunc dicitur in substitutione
pupillari augeri portio istius instituti, quia tunc dicitur maior
portio, quam cōsequitur ex substitutione, quam sit illa, quam
fuit consecutus ex institutione. Sed certe ista saluatio videtur
impropriare literam, cum vtroque casu portio substitutionis
esset eadem, & sic non augeretur, vt innuit textus. Ideo tene
præcedentem expositionem. Sed secundum Imol. Ang. ma-
le reprehendit Glos. dicens, quod d. l. prima, & secunda loquū
tur, quando palam est relictum filio naturali vltra quam a iu-
re ei promittatur. Sed hic loquitur, quando tacite accommo-
dando fidem in fraudem legis fuit rogatus, tunc applicatur fi-
sco per l. non intelligitur §. primo infra de iur. fisc. & not. Bart.
in l. fin. ff. de his, qui vt indi. Et illud sequitur Alexan hic. Sed
tu aduerte, quia istud dictum Imol. videtur dubium. Nam
non datur venientibus ab intestato, sed remanet pęnes hære-
dem palam rogatum, ex quo isto casu nihil deliquit secūdum
Bartolum in dicta l. fina. secunda columna. in versicul. quæro,
& reuoco in dubium, & quod sit verum, patet quia dicta l. pri-
ma & secunda loquitur quādo directo filio spurio est aliquid
relictum, quo casu si applicaretur venientibus ab intestato, se-
queretur, quod ipse pater pro parte testatus & pro parte inte-
status decederet, contra l. ius nostrum infra de regul. iur. Non
obstat dicta l. prima & secunda, quia loquuntur in filijs spurijs
quo casu pater non potest testari nisi relinquat certis personis
vt l. si quis l. si quis incæsti. C. de incæst. nupt. non mirum si eis
applicatur, & non fisco secundum Bartolum in dicta l. final. &
text. in l. secunda. C. de natur. lib. licet loquatur in filio natura-
li, quo casu pater habet liberam facultatem testandi, tamē de-
bet intelligi in legato facto ab intestato, & non in testamento,
quia isto casu remaneret pęnes hęredem per prædicta. Vnde
remanet quod glossa nostra bene loquatur. In gloss. esset. di-
uiditur in tres partes, in prima allegat concordantem, in secū-
da opponit, in tertia similiter opponit. secunda ibi, sed contra,
tertia ibi, item argum. contra. in ea ibi l. si totam, dic quod ille
28 text. loquitur in iure accrescendi, † quod accrescit portioni &
non personę, & ideo transit ad hæredem, vt l. qui patri infra de
acquiren. hęredi. & in l. si ex pluribus infra de suis & legiti. &
ideo vbi non est portio, non potest habere locum ius accrescē-
scendi. Sed hic loquimur in substitutione, quę accrescet per-
sonę, & ideo non transit ad hęredem, vt l. penult. infra eodem,
& ideo licet non habeat hæreditatem patris potest habere hę-
reditatem pupilli ex pupillari substitutione, vt hic. & ita respō-
dent hic Imol. & Bartol. & Imol. in dicta l. si totam ff. de acqui-
29 quiren. hęredi. Sed aduerte, † quod ista solutio est contra tex-
tum in dicta l. si totam, vbi loquitur, quando est in totum hæ-
res institutus quo casu non potest tractari de iure accrescendi.
Et ideo Ioann. de Imol. in dicta l. si totam, exponit totam hæ-
reditatem, id est partem in qua fuit institutus. Tamen ha-
bebat cohęredem, quod patet, quia loquitur de iure accrescē-
di, & sic ille textus ponit duos casus, primus est, quando hæ-
res fuit tacite rogatus restituere non capaci totam suam par-
tem. Secundus casus est, quando fuit rogatus restituere par-
30 tem suæ partis. Sed aduerte, † quia iste intellectus Imol. vi-
detur aperte contra illum textū maxime in secundo casu quia
quando est rogatus restituere partem suæ partis debet sibi ac-
crescere saltim respectu partis quæ remansit, cuius contrarium
ibi dicitur. Præterea ratio illius text. non concluderet, immo
esset falsa ibi, dum dicit, quia rem non videtur habere. Et ideo
31 puto, quod alius sit sensus illius text. & præmitte, † quod ha-
betur in dicta l. qui patri, & in l. quidam elogio. C. de iur. deli-
ber. videlicet, quod hæreditas pupilli dicitur accrescere hære-
ditati paternę, hoc præsupposito, † dicas casum esse, quod si
32 aliquis fuit institutus in tota hæreditate paterna, vel in parte,
& totam quando in totum fuit institutus, vel partem quando
in parte fuit institutus, tacite rogatus fuit restituere incapaci,
quo casu tota aut pars hęreditatis addēdo singula singulis fuit
hæredi per fiscum ablata. Vnde quærebatur, an posset habe-
re hæreditatem, in qua fuit substitutus ex iure accrescendi?
& determinat quod non per rationem ibi. Vnde ibi non lo-
quitur de iure accrescendi respectu eiusdē hęreditatis paternę
prout videtur intelligere Imol. & communiter Doc. sed loqua
tur de iure accrescēdi respectu hęreditatis pupilli, quę solet ac-
crescere hæreditati paternæ, vt d. l. qui patri. Sed text. in dicta l.
si totam, non quærit, an ille institutus possit habere hæredita-
tem pupilli ex substitutione pupillari, quia isto casu dicendum
esset quod sic per textum nostrum. Et ideo si in casu dictę l. si
totam ille institutus & substitutus voluisset hæreditatem pu-
pilli ex substitutione, dico quod posset, posito quod alias esset
efficax pupillaris substō per hūc text. & iste est verus & nitidus
33 intellectus d. l. si totam. licet docto. non considerauerint. † Sed
quęro, cuius vtilitatis & effectus est, quærere, an ex substitutio
ne an ex iure accrescendi possit habere hęreditatem pupillari
co, quòd effectus est maximus, quia quando pōt habere ex iu-
re accrescēdi, tunc si institutus & substitutus decessisset antequam
esset factus locus substitutioni pupillari, eius hæres posset ve-
nire ad hæreditatem pupilli ex iure accrescēdi, vt d. l. qui patri.
Sed secus esset, si non haberet locum ius accrescendi, & ratio
differentiæ est, quia ius accrescendi transmittitur ad hæredes,
vt l. si ex pluribus, infra de su. & legi. hæred. tamen spes pupilla-
ris substitutionis non transmittitur, vt dicta l. si ex pluribus, &
in l. Lu-

in l.Lucius.§.fina.& in l.penult.infra eod.& tradunt Doctores maxime Moderni Papienses in l. emancipata. C. qui admitti. vbi ponunt rationem differentiæ inter ius accrescendi & substitutionem,& ista est veritas. In ea ibi.l.qui indignus,dic secũdum Imol. hic, quod indignitas ibi reddebat hominem indignum quo ad omnes ordines. Sed in casu nostro nõ reddit indignum quo ad omnem hæreditatem etiã respectu eiusdem hæreditatis,sed solum ad partem,in qua deliquit,vt hic. Vnde non mirum, si admittitur ad pupilli hæreditatem, quia in ea nihil deliquit,& ita etiam sentit Bar.hic. Gl.super verbo, quãtum, diuiditur in duas partes, in prima declarat text. in secunda colligit notabile ex textu. Circa primam partem collige, quod pars adiecta in institutione censetur repetita in substitutione,vt in l.1.C.eod.& in §.si ex disparibus.institu. de vulgari substitu. etiam si pars adiecta institutioni non remaneat penes institutum,vt est casus hic, & istud nõ erat declaratum in d.l.1. & in d.§.si ex disparibus. In ea ibi. §.vet sum dic vt ibi per gl. & Doct. Bart.hic vltimo opponit de l.is qui contra sup. eo. & respõdit vt hic per eum & bene,& vide quæ dixi in §. præcedenti. Et ex his sit expedita solemnis lex ex facto. Finis.

Repetitionum Voluminis Tertij in primam Digesti Infortiati partem finis.

Series chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sff Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz. Aaaa Bbbb.

Omnes quarteniones, præter Bbbb, ternionem.